13
15 M
17

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13
15 M
17

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

SVMMA

CATHOLICÆ

FIDEI, APOSTOLICÆ DOCTRINÆ, ET ECCLESIASTICÆ DISCIPLINÆ, NEC NON TOTIVS Iuris Canonici.

A. R. P. F. PETRO CRESPETIO *Cæleſtino Pariſienſi aſſerta, & deprompta in ſyllabi formam ex veterum Theologorum Eccleſiæ primitiuæ ſcriptis, & ex omnibus tam œcumenicis quàm nationalibus, prouincialibus, diœceſanis, Concilijs ab ortu naſcentis Eccleſiæ in hanc horam celebratis. Ex vniuerſis etiam Summorum Pontificum, aliorúmque Antiſtitum epiſtolis & decretis. Sed & ex Imperatorum etiam aliorúmque principum Eccleſiaſticis conſtitutionibus, facultatúmque Theologiæ fidei definitionibus. Quin & ex grauiſſimorum ſcriptorum Eccleſiaſticis hiſtorijs.*

Opera & diligentia Ven. Patr. Fr. CAROLI CAMPIONY Aurelianenſis, Cœleſtinorum Lugdunenſium Suppriotis, aucta & recognita.

AD SANCTISSIMVM CLEMENTEM VIII. PONTIFICEM MAXIMVM

SOC. IESV. BIBL. SEC. COLL. ROM.



LVGDVNI,

Apud IOANNEM PILLEHOTTE, ſub ſigno nominis IESV.

M. D. XCVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

BEATISSIMO
SANCTISSIMOQVE
CLEMENTI OCTAVO
PONTIFICI MAXIMO,

R. P. F. ANTHONIVS SAINCTHOMME COELESTINORVM
Prouinciæ Franciæ Prouincialis.

QVONIAM (*BEATISSIME PATER*) *ſecundum Tullium eloquentiæ Latinæ parentem inſita eſt in omnibus, vel potius innata cupiditas ſcientiæ, ita vt Ariſtotele teſte natura ſcire deſideremus, bene ſibi conſulunt, qui poſthabitis huiuſce vitæ exercitijs, neglectíſque vulgi negotijs, totos ſe litteris otióque contemplationis dedunt: cùm illæ adoleſcentiam alant, ſenectutem oblectent, ſecundas res ornent, aduerſis refugium ac ſolatium præbeant, delectent domi, non impediant foris, pernoctent nobiſcum, peregrinentur ac ruſticentur. Verùm (vt mea fert opinio) & melius ſibi prouident, qui non ſolùm ſibi ipſis ex Muſarum ſtudijs ſed & communi hominum generi aliquod commodum afferre ſatagunt, curántque vt non viui duntaxat ac præſentes, ſtudioſos diſcendi erudiant ac doceant, verùm etiam abſentes, & poſt mortem monumentis litterarum aſſequantur. Nam quid prodeſt ita ſe litteris abdere, vt nihil nec his ad communem fructum afferre, nec in aſpectum lucémque proferre poſſimus? Nam adhuc Neoclis Athenienſis prophanum præceptum* λάθε βιώσας, *in hominum irrepſit animis, vt potius latere velint quàm irradiare ſcriptis & exemplis. Abſit hæc à viris mente præditis inſipiens opinio, cùm (vt præclarè ſcriptum eſt à Platone) non nobis ſolùm nati ſumus, ortuſque noſtri partem patria vendicet, partem amici. Hæc noſter Creſpetius huiuſce libri author animo verſans ab ineunte ætate Muſis delectatus in terræ ſcrobe noluit ſibi è cœlo datum abſcondere talentum, ne tandem aliquando ratio cum vſuris exigeretur, obiiceretúrque non ſine dedecore:* Sapientia abſconſa & theſaurus inuiſus, in vtriſque quæ vtilitas? *Quaſi igitur apis argumentoſa per ſcripturarum campos diuagatus multa collegit, non inanis gloriæ ſtudio*

aucupandæ, nec priuati commodi, ſed vt publici gratia, in lucem emitteret. Quis eo melius & diſertius vulgari idiomate de immortalitate & origine animæ diſſeruit? Quis de virtutibus & vitijs elegantius ſcripſit? Quis de Chriſti triumpho, de trophæo Mariæ virginis, de virtutibus ſanctorum, de Dei amore, de diaboli odio, ita luculenter edocuit? Silentio prætereo commentaria in epiſtolã beati Pauli ad Romanos doctiſſimè ſcripta, in Pandectam legis Euangelicæ Simonis à Corroy noſtri ordinis, & alia multa, quæ Deo fauente è tenebris eruta luci dabimus. Interea vero hoc præſtantiſſimum & excellentiſſimum opus in publicum emittimus, quo Eccleſiaſticæ diſciplinæ Apoſtolicæ doctrinæ, Catholicæ fidei, Iuriſque Canonici ſummã complexus eſt, vt & labenti in multis orbis partibus ſtatui Eccleſiaſtico ſuccurreret, & animis hominum hæretica prauitate languentibus mederetur. Huic autem libro extremam manum addere dum viueret volebat, veſtræque ſanctitati offerre animo propoſuerat: feciſſetque ni Parcæ nimium crudeles, & illius laboribus, famaque per totum orbem terrarum diuulgata inuidentes ſtamina vitæ diſſecaſſent. Quod autem facere decreuerat etiam citius feciſſemus, ni animus dolore ob tanti viri mortem obrutus abnuiſſet. Nam & ſi (vt ait Horatius) debeamus,

Aequam rebus in arduis
Seruare mentem non ſecus in bonis
ab inſolenti temperatam
Lætitia:

attamen non potuimus quin lachrymis, quin lamentis, quin gemitu, quin dolore eum cælos penetrantem proſequeremur. Quis enim ſiccis oculis recordatus fuiſſet eius orandi inſtantiam, nitorem linguæ, memoriæ tenacitatẽ, cacumen ingenij? Quis ſine ſingultibus transijſſet omnes pariter in vnius morte defeciſſe virtutes? quis denique temperaſſet à lachrymis huius viri animo reuoluens humilitatem? Cùm, Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo S. R. E. Cardinale Caietano ſuadente, Romam pedes ſanctitati Gregorij decimiquarti prædeceſſoris veſtri deoſculandi gratia profectus fuiſſet, illius ingenium & ſanctitatem demiratus Pontifex, eum in Epiſcopum inauguraſſet in tota mente reſtitiſſet. O præclarũ virum, qui potius ſubiici, quàm, cùm poſſet in ſolicitudine iuxta Apoſtolum, praeeſſe voluit! O propè diuinum hominem, cui non placuit dignitatis celſitudo, quàm hodie (proh dolor) indigni appetunt & ambiunt! Sed, vt ad priora redeamus, ſedato tandem dolore, vt illius voluntati ſatisfaciamus, tuæ ſanctitati (Sanctiſſime Pater) librũ hunc cõſecramus, in quo ex veterum Theologorum ſcriptis, & ex omnibus tam œcumenicis quàm nationalibus, prouincialibus, diœceſanis, Concilijs ab ortu naſcentis Eccleſiæ in hanc horam celebratis, & ex vniuerſis ſummorum Pontificum, aliorúmve antiſtitum epiſtolis & decretis: & ex Imperatorum etiam principúmque Eccleſiaſticis conſtitutionibus, facultatúmque Theologiæ, fidei definitionibus, grauiſſimorúmque ſcriptorum Eccleſiaſticis hiſtorijs, Fidem Catholicam, Eccleſiaſticam diſciplinam & doctrinam ita roborat & tuetur, vt miſerandum videatur multos Chriſtia

norum hæc negligere, & prophanum hæreticos talia impugnare. Nam nunquam crediderim mente præditos homines peruerſis animorum motibus ſanctorum nobis traditam doctrinam ablegare velle, cùm in hoc opere tot viderint ſynodorum canones & decreta, quæ certè fortius animum perſtringent, quàm ſi ſola authoritas, vel vnus canon in medium produceretur. Neque enim ea contemnenda ſunt, quæ toties repetita, & per longa temporum interualla confirmata noſcuntur: ſed exactè obſeruanda, cùm certi ſimus nil ſanctos patres docuiſſe aut præſcripſiſſe, quod non ad fidei robur, religionis augmentum, & virtutum incrementa pertinere videretur. Ergò ſi quæſtio agitur de veteribus cæremonijs, traditionibus, conſuetudinibus, præceptis, ſacramentis & miſteryjs Eccleſiaſticis, exordium progreſſus & legitima ſucceſſio per manus ad nos deriuata demonſtratur. Si verò de diſciplina agitur Eccleſiaſtica, correctione morum, alyſque clericos Eccleſiaſticos viros ſpectantibus, hîc forma, vſus, ordo ab initio datus & obſeruatus reperitur, vt facilè ex operis lectione colligetur. Hæc autem cum quanto labore & ſudore præſtiterit noſter Creſpetius, ſolus nouit, quem ab exordio in adiutorium & ſolatium ſibi aſciuit diutinis precibus Deus Optimus Maximus, cuius ope & fauore poſt exantlatos agones & labores improbos ad optatum finem perduxit. Quicquid verò illius opera, induſtria, labore, ſudore, in ſomnia conſtat eſſe perfectum, ad Sanctitatis tuæ pedes tutandum, damnandum, corrigendũ vt libet deuoluimus. Tibi enim vniuerſalis Eccleſiæ habenæ creditæ ſunt, & penes te Apoſtolicæ fidei, diſciplinæ Eccleſiaſticæ, & Euangelicæ doctrinæ cura remanſit. Eam ergò bonis auibus, fauſtis auſpicijs, fortunato omine i (vt cœpiſti) foue, nutri, tuere, veterum patrum floribus exornatam in veſtitu deaurato reginam à dextris ſponſi aſſiſtentem: nec eam ſinas diſcoloratam, fuligine fucatam, crine deformem, diſſolutis veſtibus, faſcia pectorali nudata multis in orbis partibus permanere. Tui enim eſt muneris (quod & fideliter præſtas) arcere lupos, hæreſes extirpare, vitia profligare, pios fouere, impios perſequi, Eccleſiæ conſulere, & aduerſa propulſare. Suſcipe itaque (Sanctiſſime Pater) hoc exiguum & leuidenſe munus, quod furtiuis horarum momentis per ſacrorum Conciliorum & librorum veterum patrum prata & ſata diſcurrendo leuibus digitis eorum flores & ſententias colligendo, ad exornandam faciem diſcoloratæ ſponſæ Chriſti, & ab hæreticis (heu) nimis dilaceratæ, ſedulus & deuotus ille Cœleſtinus quondam contexuit. Vale, & Pontificatum tuum in multos annos fœlicem conſeruet Deus Optimus Maximus.

CANDIDO LECTORI
F. C. CAMPIGNI COELESTI-
NORVM LVGDVNENSIVM
SVSPRIOR.

MVLTI hiſce temporibus ſcripta in lucem prodeuntia potius ſugillandi quàm diſcendi gratia perlegunt, & facilè ſi quid, quod non illis arrideat inueniant, liuore vel ignorantia illud ſuggerente, in authorem inuehuntur. Et ideò (candide lector) ne mireris ſi te admonitum velim Creſpetium noſtrum in roborandis ſuæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſcriptis, omniū vſque in hanc diem Conciliorum celebratorum, tam eorum, quæ illa magna volumina Conciliorum comprehendunt, quàm illorum, quæ ex veterum hiſtoriographorum lectione, Buchardi Vormatienſis libris & decretalibus, aliiſque fide dignis authoribus didicit, authoritate niti. Illud autem quoniam abſque delectu factum eſt, interdum quædam Concilia producit, quibus in omnibus, vel in quibuſdam ſumma Pontificum Romanorū authoritas calculum non addidit: quod quidam, quibus omnia diſplicent, criminantur, Chriſtianóque indignum aſſerunt. Sed (pace eorum dixerim) bonum, imò optimum & rationi non abſonū eſſe profiteor, cùm non alio conſilio, quàm vt veritas magis pateſceret, factum ſit. Nam (vt ait Nicolaus primus ad Michaëlem Imperatorem) ſi nouimus nos Apoſtolicis imbuti documentis ſententijs vti gentilium: quidni etiam & multò magis Catholicorum atque Chriſtianorum, & contra ipſos, quorum nec vitam ſequimur, nec mentem erroneam mutamur? Quis neſciat in Moſis & Prophetarum voluminibus quædā aſſumpta de Gentilium libris? Nónne & Paulus Epimenidis Poëtæ abuſus eſt verſiculo ad Titum ſcribens: & alibi profert ſenarium, & apud Athenienſes in Martis curia diſputans Aratum teſtem vocat? Sic noſter Creſpetius illa producit Concilia non in noſtræ fidei periculum, ſed in hæreticorum (qui illa potius amplectuntur quàm vera & œcumenica) diſcrimen, ex illorum manibus clauem extorquens, vt eorum caput mucrone proprio amputet. Ea autem ſunt Concilia non approbata quibus vtitur. Primum eſt Carthaginenſe ſub Cypriano eiuſdem vrbis Epiſcopo rebaptizandos hæreticos ad Eccleſiam conuolantes aſſerens: quod tamē, & optimè, erroneum, & à ratione alienum eſſe Auguſtinus in libris ſeptem de Baptiſmo probat. Secundum eſt Ariminenſe ſub Conſtantio, in quo perperam ſublatum eſt de Symbolo nomen ὁμόιον. Tertium eſt Epheſinum ſecundum ſub Theodoſio, in quo factione Dioſcori occiſus eſt ſanctus Flauianus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, & legati Pontificis Romani fugati, hæreſiſq; Eutychiana confirmata. Hanc Synodum

repro

reprobat Leo, epiſtola ad Clerum & populum Conſtantin. ad Pulcheriam, ad Theodoſium. Quartum eſt Concilium Sardicenſe tempore Conſtantij & Iulij primi, in quo Epiſcopi Occidentales fidem Catholicam, quam exponit Hilarius in libro de Synodis, confirmarunt: reliqui Epiſcopi Orientales fidei Arrianæ ſubſcripſerunt. Quintum eſt Concilium Francofordienſe, quod quantum ad eam partem in qua Chriſtum non eſſe filium Dei adoptiuum diffinitur confirmatum eſt: quantum verò ad eam, in qua Synodus ſeptima quaſi erronea damnatur, eſt reprobatum. Sextum eſt Concilium Vormatienſe, cuius canon, quo iubetur occultos fures per ſacræ Euchariſtiæ ſumptionem explorari, repellitur, & allegatur 2. quæſt. 3. can. ſæpe Hoc autem eſſe erroneum docet D. Thomas part. 3. quæſt. 80. art. 6. ad 3 & notat gloſſa in d. can. quia ſuſpectis non eſt danda Euchariſtia de conſecrat. diſtin. 2. tribus & extra de purg. can. cum dilectis. Septimum eſt Concilium Conſtantienſe, cuius primæ ſeſſiones in quibus declaratur Concilium eſſe ſupra Papam repelluntur, cætera quæ approbauit Martinus quintus, à Catholicis recipiūtur. Octauum eſt Concilium Baſileenſe (illud Lateranenſis Synodus ſub Iulio & Leone ſeſsione vltima, conciliabulum & conuenticulum appellat) cuius quaſdam ſolummodo diſpoſitiones beneficiorum Nicolaus pacis cauſa approbauit. Noueris autem authorem his duobus vltimis Concilijs vti quaſi generalibus & œcumenicis cum tamen non ſint: quia Eccleſia tantum decem & octo Concilia generalia œcumenica numerat. Horum primum eſt Nicænum primum anno trecenteſimo vigeſimoquinto ſub Syluestro & Conſtantino, in quo duæ controuerſiæ definitæ ſunt: vna de die Paſchatis, altera de diuinitate Chriſti aduerſus Arrium. Secundum Conſtantinopolitanum primum ſub Damaſo Pontifice & Theodoſio ſeniore, anno trecenteſimo octuageſimo primo cōtra Macedonium, Spiritus ſancti diuinitatem negantem congregatum. Tertium Epheſinum primum ſub Cœleſtino primo & Theodoſio Iuniore, anno quadringenteſimo trigeſimo, contra Neſtorium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, Chriſtum in duas perſonas diuidentem. Quartum Chalcedonenſe aduerſus Eutychetem Archymandritam vnā tantum in Chriſto naturam poſt incarnationem aſſerentem, ſub Leone primo & Martiano, anno quadringenteſimo quinquageſimo primo. Quintum Conſtantinopolitanum ſecundum ſub Vigilio & Iuſtiniano ſeniore Imperatore, anno quingenteſimo quinquageſimotertio, cōtra Origenis hæreſim, & aduerſus Gnaphæ & Theodoreti ſcripta. Sextum Conſtantinopolitanum tertium ſub Leone ſecundo & Conſtantino quarto, anno ſexcenteſimo octuageſimo primo, contra eos qui vnam tantùm in Chriſto voluntatem dicebant. Septimum Nicænum ſecundum, anno ſeptingenteſimo octuageſimoprimo, ſub Adriano primo & Conſtantino & Irene, contra eos qui ſacras Chriſti & ſanctorum imagines honore ſpoliabant. Octauum Conſtantinopolitanum quartū ſub Adriano ſecundo & Baſilio Auguſto, anno octingenteſimo ſeptuageſimo, contra Photium. Hæc ſunt Orientalia Concilia, ad Occidentalia accedimus. Nonum eſt Lateranenſe primum, anno milleſimo centeſimo vigeſimo, ſub Calixto & Henrico V. contra Saracenos pro recuperanda terra ſancta. Decimum Lateranenſe ſecundum, anno milleſimo centeſimo trigeſimonono, contra Antipapas, & pro iure cleri, ſub Innocentio ſecundo & Lothario Imperatore. Vndecimum Lateranenſe tertium pro reformatione Eccleſiæ, & contra Vvaldenſes, anno milleſimo centeſimo

octuageſimo ſub Alexandro tertio & Friederico primo. Duodecimum Lateranenſe quartum, anno milleſimo ducenteſimo decimoquinto, ſub Innocentio tertio & Frederico ſecundo, contra varias hæreſes & pro terra ſancta. Tertiumdecimum Lugdunenſe primum, anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimoquinto, contra Fredericum Imperatorem & pro terra ſancta ſub Innocentio quarto & Frederico ſecundo. Decimumquartum Lugdunenſe ſecundum, contra errores Græcorum ſub Gregorio decimo & Rodulpho Imperatore. Decimumquintum eſt Viennenſe, anno milleſimo trecenteſimo vndecimo, ſub Clemente quinto & Henrico ſeptimo, contra varias hæreſes. Decimumſextum eſt Florentinum ſeu Ferrarienſe, contra errores Græcorum ſub Eugenio quarto & Alberto Imperatore. Decimumſeptimum eſt Lateranenſe quintum, contra ſciſmata & pro varijs negotijs ſub Iulio ſecundo & Leone decimo & Maximiliano Imperatore, anno milleſimo quingenteſimo duodecimo. Decimumoctauum & nouiſsimum eſt Tridentinum, anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimoquinto, contra hæreſes Lutheranorum ſub Paulo tertio, Iulio tertio ac Pio quarto Pontificibus & Carolo quinto, Ferdinando Imperatore. Primis autem octo Concilijs & Tridentino ſummorum Pontificum Legati, in alijs verò nouem ipſi ſummi Pontifices præfuerunt. Cæterum alia omnia Concilia quorum Creſpetius noſter authoritate vſus eſt, vel ſunt nationalia, vel prouincialia vel diœceſana, quæ diuerſis temporibus & diuerſis negotijs Eccleſiaſticis emergentibus congregata ſunt. Vale.

PRAEFATIO.

NEMINEM fugit hominem diuina quadam indole præditum, diuinis capeſſendis aptum ab initio conditum, & æterni fulgoris radijs prius illuſtratum, intercedente poſtea mortifera ſerpentis aſtutia ita ad inane reductum, vt propriæ conditionis oblitus, & immemor conditoris, incolatus ſui miſeriam fælicitati & æternæ quieti præferre videatur. Hinc illi diuinorum numinum contemptus, religionis deſpectus, virtutum neglectus inceceſſit, vt laxatis habenis inter ſcabroſos ſpumei maris vortices tam cæcus oberret, quàm perditus diuina poſthabuit. Inter hæc tamē propriæ lubricitatis incommoda, ſemper alicuius ei numinis atq; diuinitatis reſpectus irrepſit, & dominatoris alicuius nomen arriſit. Nemo eſt enim (ait Lactantius) tam rudis, tam ferus moribus, qui non oculos ſuos in cælum tollens (tametſi neſciat cuius Dei prouidentia regatur hoc omne quod cernitur) aliquem eſſe intelligat ex ipſa rerum magnitudine, motu, diſpoſitione, conſtantia, vtilitate, pulchritudine, comparatione, hæc omnia regentem & gubernantem. Sed homo talium contemplationem reſpuens, veritatis orbatus ſcientia, cæco errore deceptus, varia ſibi finxit portenta Deorum, Dæmonum præſtigijs incitatus, vt ex imaginum contemplatione caperet voluptatem. Illis intereà honores habere cœpit, virtutis præſertim agnoſcendæ cauſa, illos æſtimans huius fabricæ mundi conditores, & horum regi arbitrio: cùm (vt ait idem Lactantius) dicere multorum arbitrio regi mundum, tale eſt, quale ſi quis affirmet in vno corpore multas eſſe mentes, quoniam multa & varia ſunt miniſteria membrorum, vt ſingulos corporis ſenſus, ſingulæ mentes regere credantur. Hac igitur ratione, vt Cyprianus affirmat, paulatim vana religio in mentibus hominum ſtupidis eſſe cœpit, cùm primi parentes eo ritu ſuos liberos, & illi ſuos, ac deindè omnes poſteros imbuerent. Quare (authore eodem Lactantio) Iouis temporibus primò templa conſtitui, & noui Deorum cultus eſſe cœperunt, vel paulò antè, vt latius noſter Euſebius, & Fulgentius atque Cyrillus, idemque Lactantius, cæterique plures in ſuis reliquere ſcriptis. Nam de cultu primo Deorum vbi cœperit multi authores diſſentiunt. Primi omnium Aegyptij (vt refert Herodotus libro 2. & Strabo libro 17. Geographiæ) Dijs & aras, & ſimulacra, & delubra ſtatuere, ſacrificiaque curarunt, ritusque eos deinde peregrinis commonſtrarunt. Cuius poſteà prophanæ religionis æmulatores acerrimi extiterunt Romani, Libero patri, Ioui, Saturno, Marti, Mercurio, cæteriſque monſtris cruentas hoſtias, victimas infauſtas, ſacrilega vota ſoluētes. His etiam & Feſta, alia quidem Lupercalia dicta, alia Lycea atque Saturnalia &c. huiuſmodi, vt produnt Pomponius Lætus, Lucius Feneſtella, Flauiuſque Blondus, & cæteri ſcriptores, flaminibus accitis dedicabant. De his plura loqui nec congruit, nec vacat, quandoquidem noſtri, Auguſtinus, Iuſtinus, Tertullianus, Clemens, Lactantius, de his fuſiſſimè tractauerunt. Ad hæc itaque molimina impia eneruanda, ad hoc ſceleſtum & nefarium opus deſtruendum, Deus Optimus Maximus, qui nos cauſa religionis creauit (ait Lactantius) vt ſibi nos ſtatim geniti iuſtos & debitos honores haberemus, populum fidelem etiam vinculo pietatis obſtringens ac religans (ſiquidem & Tullius libro 2. de natura

Lactant. in Firmianus libro 2. de falſa ſapientia cap. 2.

Ibidem cap. 3.

Cyprianus libro de Idolis.

Lactantius lib. 2. de origine erroris cap. 11.
Euſebius Cæſarienſis libro 1. de præparatione Euang. cap. 8.
Fulgentius lib. 1. Mithologiarum.
Cyrillus Alexandrinus 1. libris contra errores Iuliani.
Fulgentius vt ſupr.
Pomponius Lætus libro de ſacerdotio Romanorum.
Lucius Feneſtella libro de magiſtratibus & Sacerdotiis Romanorum.
Flauius Blondus libris de Roma triumphante.
Auguſtinus libris de ciuitate Dei.
Iuſtinus in exhortatorio ad gentes.
Tertullianus aduerſus gentes.

Deorum

Clemens Alexandrinus oratione adhortatoria ad gentes. Lactantius libro diuinarum inſtitutionum. Lactantius lib. 4. cap. 21.

Deorum religionis nomen à religando fluxiſſe opinatur) in veteri lege legalia ſacrificia & caremonias inſtituit: vt electi ſui talibus addicti gentium non miſerentur erroribus. Verum cùm Iudæi præceptis illis ſalutaribus repugnarent, atque à diuina lege deſiſterent conuerſi ad impios cultus Deorum, Deus iuſtos & electos ſancto Spiritu implebat, Prophetas in media plebe conſtituens, per quos peccata ingrati populi verbis minacibus increparet, & ad pœnitentiam ſceleris agendam hortaretur: quam niſi egiſſent, atque abiectis vanitatibus ad Deum ſuum rediſſent, fore vt teſtamentum ſuum mutaret, id eſt, hæreditatem vitæ immortalis ad externas conuerteret nationes, aliumque ſibi populum fideliorem ex alienigenis congregaret. Illi autem à Prophetis increpati non modò verba eorum reſpuerunt, ſed quod ſibi peccata exprobrarentur offenſi, eos ipſos exquiſitis cruciatibus necauerunt, vt diuinarum literarum monumenta conſeruant. Ergo cùm ſtatuiſſet Deus doctorem veritatis mittere ad homines, renaſci eum denuo in carne præcepit,

Chriſti aduentus & incarnatio.

& ipſi homini ſimilem fieri, cui dux & comes, & magiſter eſſet futurus. Sed quoniam clemens eſt & pius erga ſuos Deus, ad eos ipſos eum miſit quos oderat: ne illis in perpetuum ſalutis viam clauderet, ſed daret his liberam facultatem ſequendi Deum, vt præmium vitæ adipiſcerentur. Apud illos igitur & ex eorum ſemine naſci eum iuſſit, ne ſi fuiſſet alienigena, iuſtam poſſent excuſationem de lege prætendere, quod eum non ſuſcepiſſent: ſimul vt nulla omnino gens eſſet in terra cui ſpes immortalitatis negaretur.

Dauidici germinis itaque prælecta virgine, Dei filius, nouo ordine, noua natiuitate generatus mundo apparuit, legi quam dederat ſubditus: vt eam ſanctam oſtenderet, & ſuos cultores Deo conſocians ab idolorum ſpurcitijs reuocaret. Qui triginta iam annos

Chriſti prædicatio.

natus ſuam cœpit gloriam Iudæis primùm & Gentibus oſtendere verbis, ſignis, & prodigijs. Toto quippe triennio, quo in terris ille verſatus eſt hominibus manifeſtus, excuſſæ ſunt malorum dæmonum inſidiæ, patefactáque eſt homini ad ſuum creatorem via. Quicquid piè veréque de Deo, de Trinitate, de tota cæli gloria ſentimus, noſtri Regis doctrina eſt. Conciderunt tum demum vetuſtatis tenebræ, & quæ figuris in Moſaica lege tegebant diuina retexit ſapientia. Iámque cœptum eſt Euangelium condi, quod pretioſo ſanguine obfirmatum, Gentibus cæcis erroribus obuolutis protinus inferendum, illud Iudæis repudiantibus. Poſtquam ergo crucis ignominioſæ ſupplicium ſubijt, reſurrexit, & aſcendit nouæ legis conditor, Spiritu ſancto miſſo de cælo Eccleſiam in omnem veritatem induxit, quæ ligato mundi principe, & eliminatis ſuperſtitionibus Gentilium, & legalibus ceremonijs, quæ ſuos cultores rigida ſeruitute deprimebant, abolitis iam florere cœperat. Verùm tam ſerenæ lucis claritate hoſtis ille noſtræ propaginis deprauator hebetatus, tam ſynceræ charitatis vnione lethaliter ſauciatus, tabes, inuidia, vbi ſui culturã amiſit, diſſidia & odia & hæreſes meditatur, atque in alia obſcæna vitia fidelem populum agit præcipitem. Cui morbo ea qua erant poteſtate præditi Apoſtoli Chriſti eorúmque ſucceſſores, Spiritu ſancto dictante, decreta Concilijs conuocatis ſalubria promulgarunt: quibus arcerentur ſpiritali vindicta, & corporali vltione torquerentur qui Deo & Eccleſiæ

Hæreticorum commenta.

rebelles exiſterent: & non, vt noſtri fingunt hæretici, irretire iugo captiuitatis homines, ſed à vitiorum voragine retrahere, & Chriſtianæ vnitati reformare cupientes. Et quidem congruo ſatis & decenti modo prouiſum eſt, vt qui infidelitatis iugo nuper, aut tam

Conciliorũ & conſtitutionũ & traditionum ratio.

duræ legis oneribus grauabantur, nõ ſeueriore, ſed gratiore conſtitutionum & regularum compage ſtringerentur: & agnoſcerent quid ſequendum, quídve eſſet fugiendum, dum malis quidem æterna ſupplicia, pijs autem in præſenti gratia, & in futuro æterna præmia conferrentur. Itaque lex iuſtis non eſt poſita, ſed iniuſtis, non cultoribus, ſed pro tranſgreſſoribus poſita: vt hi quidem timore & formidine ab errore reuocentur, & illi in

Authoris propoſitum & intentio.

religionis officio conſeruentur. Sed vt rem acu pungam inſtitutique mei rationem fideliter aperiã, cauſa fuit noſtri ſeculi infœlicitas: quo omnia naturæ & gratiæ iura labefactata cernũtur, ruunt optima quæque & deteriora ſuccedũt, quo cuncta fidei ſacramenta,

&

& eccleſiaſtica munia tam fœdè polluuntur, tam iniquè peſſum eunt, & diſciplinæ vigor tepeſcit. Vt vbi abundat iniquitas, etiam fides & charitas refrigeſcat. Quæ, obſecro, hæc noſtræ tempeſtatis, tam cæca & dira Cupido, vt ſacris & diuinis poſt terga relictis, homines in tam obſcœna & flagitioſa ſcelera prouoluantur. O homines mente corruptos, reprobos circa fidem, naufragos, neſcios lucis & ignaros quietis! Quis vnquam tot flabris impietatis, tot ventis elationis, tot aquilonaribus zephiris, tot coniuratorum hominum hæreticorúmque turbinibus, ſcapham eccleſiæ concuſſam vidit, agitatam, turbatam, concitatam, commotam. Si cauſa quæritur, in promptu eſt. Diuinorum neglectus, philautia, & prurientis carnis laſciuia, & id genus multa, quæ ab obſeruatione diuinæ legis mentem retrahunt, mundo coniungunt, vitijs ſociant, cauſa eſt. Hæreſes inde gignuntur, ſcandala nutriuntur, mala crebreſcunt, crimina defluunt, turpia deriuantur. Verùm quis modò ſtatus? quis ordo? quæ compoſitio eccleſiæ vel candor, cùm naucleri duces efficiuntur perditionis, & ipſi priùs baratri foueam morituri ſubintrant, quo grex ſubſequens totus ruit, labitur & perit? videas dolendam & miſerabilem Eccleſiæ faciem, ambitione, inuidia, proditione, laſciuia, ſuperbia, & omni vitio deturpatam, vt ſat difficulter ab illa ſecernatur, quæ antiquorum patrum temporibus in omni ſanctitate florebat, vt ex vnius & alterius ſtatu & diſciplina facilè colligere quilibet ſtudioſus poterit. Inauditam quidem & deteſtandam quorundam clericorum laſciuiam qui in Galliarum Eccleſiis miniſtrabant, ſcitè depinxit, non ſine ſuffuſione vultus & rubore, Primus ille Germanorum Apoſtolus Bonifacius Moguntinenſis Archipræſul Epiſtola ad ſummum Pontificem Zachariam tranſmiſſa, cuius verba adpinximus in hoc opere. Non miror ſi tot diuinæ vltionis flagellis atterimur, ſi tot incommodis obruimur, ſi tot calamitatibus ſubiacemus, cùm aut Deum iniuſtum fateri neceſſe eſſet, qui hæc inulta relinqueret, aut iuſtè ſit confitendum ſecundùm demerita nos talibus miſerijs deuoueri. Verùm quia hæc lugere & deflere potius deceat quàm calumnijs perurgere, veſaniam declinans perfidorum, qui indè ſui cauſam tutantur erroris (cùm tamen, vt docet Cyprianus libro 3. Epiſtolarum, Epiſtol. 3. ad Maximum, &c. Non propter zizania quæ ſunt in Eccleſia eius ſit vnitas relinquenda) ſufficiat intellexiſſe nos quidem errare, qui in Eccleſiæ gremio tot ſordibus polluimur, & hæreticos toto cœlo aberrare, qui Eccleſiam impugnant & eius decreta, vt ſuum errorem ſuámque turpitudinem cooperiant. Quod vt omnibus liquidò conſtet, ſtatui in hoc opere veteris quidem & antiquæ traditionis diſciplinam per manus nobis traditam demonſtrare, quàm diſtortè nimis amplectimur, & hæreticorum commenta, quibus ritus noſtros & principalia noſtræ fidei & religionis capita inuertere conantur, veterum authoritate refutare. Cupiens ſummopere vt & priſtinus Eccleſiæ ſplendor in miniſtrorum cordibus refulgeat dum agnitus fuerit, & noſtram deſiſtant impugnare turrim illi Sathanici ſpiritus, cum tot eam niti patrum propugnaculis ab Apoſtolicis temporibus deriuatis conſpexerint. Et quidem de authoritate ſacrorum Canonum & conciliorum, quanta debeant reuerentia ſuſcipi, nihil attinet dicere, quandoquidem iſtud in hoc opere vocabulo, Canon, & Concilium, ſufficienter oſtendimus. Sacra etenim Concilia iuſtiſſimè ab initio naſcentis Eccleſiæ celebrari cœpta ſunt pro temporum & locorum exigentia, vt emergentibus hæreſibus, & diuerſis ſcandalis in communi obuiaretur. His concilijs tanta eſt ab antiquis reuerentia & honor exhibitus, vt non aliter ea ſuſpicerent quàm ſancti ſpiritus oracula, vt clarè ibidem conſpicies comprobatum. Igitur quia facilè labitur humana memoria, & procliuis eſt hominum curſus ad nouitates, ad regimen dominici gregis fœliciter & votiuè dirigendum, maximè pertinere dignoſcitur, vt Conciliorum geſta ſub fidelis approbatione teſtimonij ad poſteritatis memoriam pandantur, & in communi notitia teneantur. Nam cùm ſæpè caſus eueniant, quorum ſimiles conſtat apud antiquos fuiſſe deciſos, vtile quidem eſt ſcire, quale fuerit eorum, qui nos præceſſerunt, de ſimili re iudicium: & cùm plerumque in rebus dubijs ad vtramque partem rationes plurimæ adducantur, ad tollendas lites & con-

Vitia ſæculi.

Bonifacius martyr Germanorum Apoſtolus.

Cyprianus Carthaginenſis.

Ratio & ſumma operis.

Conciliorum authoritas.

tentiones opportuna cernitur veterum authoritas, & quæ ab antiquo facta legitur ſanctorum definitio patrum. Sic enim ſcriptum eſt: Interroga generationem priſtinam, & diligenter inueſtiga patrum memoriam. *Et:* Interroga patrem tuum, &
Deuter. 32. dicet tibi, maiores tuos, & annunciabunt tibi. *In ſacris autem Concilijs errores aduerſus ſanctam fidem pro tempore inſurgentes, reprobantur, determinantur quæſtiones ad Catholicam fidem pertinentes, & qualiter intelligenda ſint diuina mandata decla-*
Canonum authoritas. *ratur. In illis etiam Canones eduntur, qui conſtringentes hominum vitas, ſciri ab omnibus debent, vt præſcripto eorum manifeſtiùs cognito, vel inhibita declinēt, vel permiſſa ſectentur. Quorum canonum & decretorum ſummorum Pontificum authoritas quanta*
Damaſus 1. *ſit, oſtendit Damaſus primus Epiſtola ad Aurelium Carthaginenſem Epiſcopum:* Statuta, *inquit*, prædeceſſorum noſtrorum mittimus, quæ te & cuſtodire optamus, & alijs prædicanda ac publicanda mandamus, vt ab omnibus inuiolatè debita veneratione cuſtodiantur & inuiolatè ſeruentur, atque ab omnibus futuris temporibus diligenter venerentur, quia violatores voluntarij
Vide Lucidius in vocabulo Canonum tranſgreſſores. Canonum grauiter à ſanctis patribus iudicantur, & à Spiritu ſancto, cuius inſtinctu & dono dictati ſunt, damnantur. Quoniam blaſphemare Spiritum ſanctum non incongruè videntur, qui contra eoſdem ſanctos Canones non neceſſitate compulſi, ſed libenter aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt. Talis enim præſumptio manifeſtè vnum genus eſt blaſphemantium Spiritum ſanctum: quoniam (vt iam prælibatum eſt) contra eum agit cuius impulſu & gratia ijdem ſancti editi ſunt Canones. Diabolica verò nequitia pleraque ſubtiliter facere ſolet, & ita quorundam imprudentiam per ſimilitudinem pietatis ſæpiſſimè illudit, vt pro ſalutaribus nocitura perſuadeat. Idcircò norma ſanctorum Canonum, qui ſunt ſpiritu Dei conditi, & totius mundi reuerentia conſecrati, fideliter à nobis eſt ſcienda, & diligenter tractanda: ne quouis modo ſanctorum patrum ſtatuta abſque ineuitabili neceſſitate (quod abſit) tranſgrediamur, ſed fideliſſimè per ea gradientes, cum eis, qui eos inſtinctu condiderunt diuino, mercedis gloriam, & laboris cumulum eorum meritis (auxi-
Honorius 2. Iuſtinianus Imperat. Conſtantinus Magnus. liante Domino) habere mereamur. *Hæc quidem Damaſus. Refert quoque Honorius 2. Epiſtola ad Epiſcopos Orientales, Iuſtinianum Imperatorem edicto publico ſtatuiſſe, vt Canones patrum vim legum obtinerent. Hoc priùs Conſtantinus ille magnus ſtatuerat Epiſtola, miſſa ad Ablauium prætorio præfectum:* Religionis eſt (*ait*) clementiam noſtram ſciſcitari voluiſſe, quid de ſententijs Epiſcoporum vel ante moderatio noſtra cenſuerit, vel nunc ſentiri cupimus. Sanximus namque (ſicut edicti noſtri forma declarat) ſententias Epiſcoporum quolibet genere latas, ſiue aliqua ætatis diſcretione inuiolatas ſemper incorruptáſque ſeruari &c. *Quanta conſequenter reuerentia Doctorum ſacrorum, patrúmque ſcripta debeant à fidelibus ſuſcipi: licèt in memoratis locis latiùs explicetur, ſic tamen (vt non*
Baſilius Magnus. *nihil etiam hîc inſeramus) Baſilius ille magnus Epiſtola 63. ad clericos Neocæſarienſes loquitur.* Reuera ſuprema beatitudine dignum eſt (*ait*) idq́; veſtræ pietati à Domino datum eſt, nimirum adulterinum à probo ſynceróque ac puró diſcernere, & Patrum fidem, citra aliquam detractionem prædicare, quam etiam nos ſuſcepimus, & cognouimus ex Apoſtolicis notis efformatam, conſentientes & ipſi, & omnibus in Concilijs regulariter ac legaliter decretis. *Idem Baſilius libro 1. contrà Eunomium, cum ipſe Eunomius poſtularet, vt in cauſa fidei non maiori parti, ne ve antiquioribus patribus deferretur. Baſilius enim non audiendum eſſe putauit, cui viſum eſt indignum non plus aliquid antiquitati dare, non*
Antiquitati patrum deferendum. *revereri multitudinem Chriſtianorum, tam eorum qui ſunt, quàm eorum qui fuerunt ex eo tempore, quo prædicari cœptum eſt Euangelium. Libet hîc hiſtoriam ſatis dignam*

ſcitu adiungere ad rem ſummoperè pertinentem, cuius etiam meminimus in vocabulo, diſputatio hæreticis non concedenda, &c. Hanc refert famoſiſſimus hiſtoriographus Sozomenus Mercurius Salaminius, & Socrates hiſtor. lib. 5. Eccleſiaſt. hiſt. c. 10. Caſſiodorus Senator libro 9. Tripartitæ hiſtoriæ capite 19. (ſi fortè non habes Sozomenum nec Socratem) Imperator *(ait Socrates)* Theodoſius euocans Nectarium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, tractabat cũ eo quid fieret, vt non Chriſtiani diſcordarent, ſed tota vniretur Eccleſia. Sibi quidem videri non alia via commodiùs id fieri poſſe, quàm ſi contentiones & controuerſiæ, quæ motibus ipſis excitandis cauſam dediſſent, diligentiùs excuſſæ forent. Hæc poſteaquàm audiuit ex Imperatore Nectarius, anxius & ſolicitus cùm Agellio primùm, deinde cum Siſinnio rem communicat. Erat Siſinnius egregia quadam dicendi facultate, & minimè vulgari ſacrarum litterarum cognitione præditus, & huic acceſſerat ingentium ſolers rerum vſus & experientia, quam fuerat non mediocrem cõſecutus. Itaque facilè perſpiciebat diſputationes non modo nihil ad ſanandos motus iſtos momenti allaturas, verùm illud eſſe facturas potius, vt res in maiorem contentionem exiret. Quapropter hoc Nectario dat Conſilium, vt omni ope contendat & elaboret, ne diſputare ſit neceſſe, ſed priſcorum tantùm interpretationes in medium producantur. His prolatis quærat ex Hæreſiarchis Imperator, quo loco, quóve numero doctores illos habeant, quorum nomina quàm longè latéque patet Chriſtianus orbis cum primis celebria ſemper fuerunt: nunquid ad Eccleſiam eos pertinere putant, an tanquam alienos à fide Chriſtiana reiiciendos cenſeant. Quòd ſi (inquit) tanquam alienos reiecerit, audeant igitur eos anathemate damnare: quòd ſi auſi fuerint, ſtatim à multitudine profligabuntur. Sin autem priſcos doctores minimè ſe reprobare teſtati fuerint, noſtrũ erit libros eorum proferre, quorum teſtimonio doctrina noſtra confirmatur. Hoc Siſinnij Conſilium Nectario probabatur. Itaque nihil cunctatus ad aulam properat, Imperatori rem exponit. Is cupidè rem amplexus, accitis Hæreſiarchis percunctatur ex illis, an aliquam eorum doctorum Eccleſiæ habeant rationem, qui præceſſerant ipſorum hæreſim, num probandos eos, an reiiciendos cenſeant. Illi cùm quorſum iret Imperator neſcirent, non alio loco, quàm quo ſuos præceptores eos habere ſe reſponderunt. Quærit rurſus Imperator, num eos tanquam fide dignos Chriſtiani dogmatis teſtes recipere velint. Tum primum olfecerunt illi, quid ſibi vellet hæc Imperatoris interrogatio. Cúmque aliter alij erga veterum libros eſſent animati, ortum eſt inter eos diſſidium, cùm alij recipiendos, alij minimè recipiendos eſſe cenſerent: atque ita quorum hactenus vna fuerat hæreſis, hi iam non à Catholicis magis, à quibus diſceſſerant, quàm ipſi à ſeipſis diſſentire cœperunt. Sic eorum concors improbitas haud aliter quàm veterum olim Gigantum lingua diſperſa, ſimul turris eorum improbitatis eſt euerſa. *Vel ex hac hiſtoria videre licet, minimè nouum eſſe, vel quòd hæretici priſcorum patrum ſententias aſpernantur & reſpuunt, vel quòd ad eas Catholici libenter prouocant. Eſt autem illud cùm primis admiratione dignum, quòd eorum tantoperè ſententias oppugnant noſtri temporis hæretici, quorum teſtimonijs, quoties ipſis commodum fuerit, libenter vtuntur, & quorum dogmata tuentur & defendunt, eorum vti teſtimonijs erubeſcunt. Nam non deeſt illis ſua ſucceſſio. Illi quippè à Simone Mago, Menandro, Marcione, Aetio, Pelagio, Celeſtio, Iouiniano, Vigilantio, & reliquis ſuas ſint hæreſes mutuati, vt in hoc opere clariùs oſtenditur. Si verò illorum miniſterium à quo acceperint requiramus, ſtatim non ab homine, neque per hominem, ſed extraordinarium iactitabunt. O vafriciem! O impudentiam! O nequitiam! Sicne omnium patrum antiquorum ſtatuta &*

Hiſtoria pulcherrima & ſcitu digniſſima.

Sozomenus Salaminius.

Socrates hiſtoriographus.

Solertis & prudentis viri ſalubre Conſilium.

Non eſt noui quod patrum ſententias vel tollũt, vel corrumpant hæretici.

decreta conuellere decet, vt religionis inaudita à ſaculis introducatur aſſertio? verùm hac ſatis in hoc opere improbatur, vbi per ſingula vocabula alphabetico ordine (in gratiam rudiorum) omnia tam ad diſciplinam Eccleſiaſticam pertinentia, quàm ad Apoſtolicam fidem & doctrinam, pracipua religionis Chriſtiana capita ab origine Euangelij per ſucceßiones vſque ad Auguſtini & Gregorij magni tempora (qua quidam eorum tempore intemerata fuiſſe confitentur) ab omni contagione purgata demonſtramus tam patrum ſcriptis, quàm Conciliorum & Canonum decretis: ſedulo nihilominus etiam illis annotatis qua ad mores Eccleſiaſticos, & diſciplinam conſeruandam, & ex veteri ritu retinendam ſpectare noſcebantur. Sed hac meliùs ex lectione operis percipies, quàm verbis tibi poßit explicari. Nec verò offenſum aliquem velim ſi quadam decreta inſeruimus, qua nec in vſu, nec modo legitima cenſerentur: quoniam nihil volui detruncare, cùm omnia ſancta ſint, & ſuo tempore deuotè ſtatuta & obſeruata. Nec etiam offendaris, quòd toties rem eandem ex patrum decretis depromamus, quia non leuis offenſa eſt illa capita fidei, illos articulos impugnare, quos tot patrum centuria vnanimi conſenſu confirmarunt.

Quæ obſeruanda ſint in hoc opere.

CONCILIORVM NOMINA PER ORDINEM ALPHABETICVM.

A

[a] Achaicum ſub Bachilo Corinthiorum Epiſcopo. Non extat in tomis Conciliorum.
Affricanum ſub Bonifacio I.
Agathenſe ſub Cœleſtino I.
Alexandrinum ſub Athanaſio Epiſcopo Alexandrino. Non extat in tomis Conciliorum.
Alexandrinum ſub Cyrillo Alexandrino contra Neſtorium. Non extat in tomis Conciliorum.
[b] Alexandrinum quod celebrauit Euſebius Cæſarienſis. Non extat in tomis Conciliorum.
Ancyranum ſub Marcello I.
Antiochenum quod celebrarunt Apoſtoli. Non extat in tomis Conciliorum.
[c] Antiochenum ſub Paulo Samoſata contra eundem. Non extat in tomis Conciliorum.
Antiochenum ſub Iouiniano & Liberio.
Alemanicum ſub Conrado Portuenſi Legato.
[d] Anglicanum I. Anglicanum II.
Antiſſiodorenſe ſub Papa Deus dedit.
[e] Aquileienſe ſub Gratiano Imperatore.
Aquiſgranenſe I. & II. ſub Lodouico I. Imperat.
Aquiſgranenſe III. ſub Pipino Rege.
[f] Ariminenſe ſub Conſtantio Imperatore anno 363 eſt reprobatũ, vide Epiſtolam ad Lectorem.
Aranſicanum I. ſub Leone I. & II. ſub Leone I.
Aruernenſe ſub Vigilio I. Credo quod magis dici debeat Claromontanũ I. nam II. fuit ſub Vrb. II.
Arelatenſe I ſub Syluestro I. II. ſub Syluestro I. III. ſub Leone I. & IIII. ſub Carolo Magno.
Aurelianenſe I. ſub Hormiſda I. II. ſub Vigilio I. III. ſub Childeberto Rege. IIII. ſub Pelagio I.
Auguſtenſe ſub Othone Cardinali.

B

Baſilienſe ferè in omnibus reprobatum. Vide Epiſtolam ad Lectorem.
Beluacenſe. Non extat in tomis Conciliorum.
Biterrenſe ſub Innoc. III. Nõ ext. in tom. Concil.
Bracarenſe I. ſub Honorio I. II. ſub Honorio I.
Bracarenſe III. ſub Rege Vuanbano.

C

Cabiſonenſe I. ſub Eugenio I.
Cabilonenſe II. ſub Carolo Magno.
[g] Cæſarienſe ſub Theophilo eiuſdem vrbis Epiſcopo. Non extat in tomis Conciliorum.
[h] Canones Apoſtolorum.
Carthaginenſe ſub Cypriano eiuſdem vrbis Epiſcopo, reprobatum.
Carthaginenſe I. ſub Syluestro I.
Carthaginenſe II. III. ſub Syricio I.
Carthaginenſe IIII. V. ſub Anaſtaſio I.
Carthaginẽſe VI. VII. ſub Bonifacio I. patrũ 217.
Carthag. VIII. ſub Innoc. I Nõ ext. in tom. Concil.
Cariſiacum. Hoc Buchardus ſæpius allegat. Non extat in tomis Conciliorum.
Cæſarauguſtanum in Hiſpania ſub Hormiſda I.
Carpentoractenſe ſub Leone I.
Capuenſe. Huius meminit Ambroſius libr. 10 Epiſtol Epiſt. 1. in ordine 78. Nõ ext in tom. Conci.
Chalcedonenſe generale IIII. ſub Leone I.
[i] Claromontenſe ſub Vrbano II. Ibi Godefredus Balonius Lotharingiæ dux expeditionem parauit à Petro heremita de Chriſtianis malè à barbaris tractatis conqueſtu animatus, in Hieruſalem. Non extat in tomis Conciliorum.
Colonienſe I. ſub Iulio I. II. ſub Carolo III. Imperatore dicto Craſſo. III. ſub Carolo V. Imperat. IIII. ſub eodem, & Adolpho Archiepiſ.
Confluentinum huius meminit Buchardus. Non extat in tomis Conciliorum.
Conferentia Pariſijs habita anno 1567.
Compendienſe. Huius meminit Buchardus. Non extat in tomis Conciliorum.
Conſtantinopolitanum I. generale II. ſub Theodoſio ſeniore contra Macedonium.
Conſtantinopolit. II generale V ſub Iuſtinia. Imp.
Conſtantinopolitanum III. generale VI. ſub Conſtantino Pogonato Imperatore IIII.
Conſtantinopol. IIII genera. VI. ſub Baſil. Imper.
Conſtantinopolitanum V. non ordine, ſub Flauiano Archiepiſcopo, contra Eutychen. Non extat in tomis Conciliorum.
Conſtantienſe ſub Martino V. In quibuſdam reprobatum, vide Epiſtolam ad Lectorem.
[k] Conſtitutiones Apoſtol quas Clemẽs I. edidit.
[l] Cyzicũ ſub Leone I. Imp Non ext. in to. Conc.

a Huius meminit Euſebius Cæſarienſis lib. 5. hiſtor. cap. 23.
b Huius meminit Ruffinus lib. 1. hiſtoria cap. 14.
c Huius meminit Euſebius lib. 7. hiſt. cap. 24.
d Horum Beda meminit libro 4. hiſtor. in Anglic. cap. 5 & dei cap. 17.
e Huic interfuit Ambroſius Mediolanenſis.
f Huius meminit Nicephorus lib. 9. c. 39. & deinceps.
g Huius meminit Euſebius lib. 5. cap. 23.
h De horũ authoritate habes in vocabulo Canones Apoſtolorum.
i Licet quòd ſuperius Aruernenſe dictum eſt ſit etiam in hac vrbe celebratum, tamẽ nihil voluimus immutare. Hoc autem Claromontẽſe expeditionem in terram ſanctam deſtinauit.
k Quãta ſint authoritatis ſæpius docuimus & Epiphanius lib. 1. contra hæreſes ſecta 45. contra Seuerianos & Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſ. 18. & alij innumeri vide Ceruiam Bonum in præfatione in eaſdem.
l Cyzicũ Metropolis eſt Helleſponticæ regionis, hic Conciliũ celebratum eſt vt ex Epiſtola patrum eiuſdem conſtat ad Leonem I. Imperat.

Elibertinum.

E

Elibetinum ſub Sylueſt. I & Conſtātino Magno.

Epheſinum I. generale III. ſub Cœleſtino I. & Theodoſio iuniore contra Neſtorium.

Epheſinum II. hoc à Leone I. damnatur propter Dioſcorum hæreticum Alexandrinum Epiſcopum. Vide epiſtolam ad lectorem.

Epaunenſe ſub Gelaſio I & Sigiſmundo Rege.

Erphesfurtenſe ſub Henrico Imperat. vt dicit Buchardus. Non extat in tomis Conciliorum.

F

Ferrarienſe generale ſub Eugenio IV. id eſt autem cum Florentino.

Florentinū generale idem cum ſuperiori: nam in Ferraria inceptum, Florentiæ completum eſt.

Foroiulienſe ſub Adriano I. & Carolo Magno.

Francfordienſe ſub eodē contra Elinandum Toletanum, Patrum 300. partim probatum, partim reprobatum. Vide epiſtolam ad lectorem.

Francicum hoc celebratum eſt ſub Carlomanno Rege à Bonifacio Moguntinenſi Epiſcopo Legato.

G

m Huius meminit Euſebius lib. cap. 23.

[m] Gallicanum ſub Irenæo Lugdunēſi. Non extat in tomis Conciliorum.

Gangrenſe ſub Syluestro I.

Gerundenſe in Hiſpania ſub Hormiſda I.

H

n Huius meminit Buchardus & alij.

[n] Hibernenſe. Non extat in tomis Conciliorum.

Hipponenſe ſub Auguſtino eiuſdem vrbis Epiſcopo.

Hiſpalenſe I. ſub Pelagio I.

Hiſpalenſe II. ſub Siſebuto Rege.

Hieroſolymitanum I. ſub Ioanne Patriarcha. Non extat in tomis Conciliorum.

Hieroſolymitanum II. ſub Petro Patriarcha. Non extat in tomis Conciliorum.

I

Ilerdenſe ſub Theodorico Rege.

L

Laodicea vrbs Phrygiæ. Lateranum Baſilica eſt Romæ vt vult Hieronymus S. Martyri Laterano dicata.

Laodicenum ſub Liberio & Damaſo.

Lateranenſe ſub Gregorio I.

Lateranenſe ſub Martino I. generale.

Lateranenſe III. ſub Alexandro III. generale Patrum 280.

Lateranenſe IV. ſub Innocentio III. generaliſſimum cui (mirum dictu) Patres interfuerunt 1215.

Lateranenſe V. ſub Iulio II. primum, dein perfectum ſub Leone X. generale.

o Huius meminit Platina in vita Stephani 3. & alij hiſtoriographi.

[o] Lateranenſe ſub Stephano III. Non extat in tomis Conciliorum.

Lauriacenſe huius meminit Buchardus. Non extat in tomis Conciliorum.

Lugdunenſe I. ſub Guntrano Rege.

Lugdunenſe II. ſub eodem.

p Huius meminit Robertus Gaguinus libro 7 compendij de rebus geſtis Francorum, in quo Cardinales primo de naturo Galero ... o dicit.

q Huius ſæpius meminit Bonifacius 8. in 6. decretalium

[p] Lugdunenſe III. ſub Innocētio III generale. Non extat in tomis Conciliorum.

[q] Lugdunēſe IV. ſub Gregorio X. generale. Huic interfuit S. Petrus Cœleſtinus pater & inſtitutor noſter, vbi à præfato Pontifice ſui ordinis approbationem obtinuit Huic & contra Græcos diſputans S. Thomas Aquinas interfuit. Non extat in tomis Conciliorum.

Lonanienſis facultas Theologiæ.

M

Mantuanum huius meminit Buchardus. Non extat in tomis Conciliorum.

Matiſconenſe I. ſub Pelagio II.

Matiſconenſe II. ſub Guntrano Rege.

r Idem fortaſſe nō eſt quod Metēſe ſubſequitur.

[r] Mediomatricenſe huius meminit Buchardus. Non extat in tomis Conciliorum.

Mediolanenſe ſub Conſtantino Imperatore IV. Huic interfuit manſuetus Mediolanenſis qui egregium volumen conſcripſit & tranſmiſit ad Patres generalis 6 Concilij: quamuis Paulus Diaconus, lib. 8. de geſtis Romanorum authorem dicat ſub nomine Manſueti Damianum Epiſcopum Ticinenſem. Non extat in tomis Conciliorum.

Meldenſe ſub Carolo iuniore Rege.

Metenſe ſub Arnulpho Imperatore.

Mileuitanum ſub Innocentio I.

Moguntinenſe I. ſub Carolo Magno.

Moguntinenſe II. ſub Rabano Mauro Archiepiſcopo.

Moguntinenſe III. ſub Arnulpho Imperatore.

Moguntinenſe IV. ſub Sebaſtiano Archiepiſcopo.

Moguntinum V.

s Myrea vrbs eſt metropolis Lyciæ cui præfuit S. Nicolaus.

[s] Myrenum ſub Leone I. Imperatore. Non extat in tomis Conciliorum.

Mopſueſtienſe ſub Iuſtiniano Imperatore Non extat in tomis Conciliorum.

N

Nannetenſe, ignoratur tempus vocat autem Buchardus Hannetenſe.

Narbonenſe ſub S. Ludouico IX. Rege Francorum. Non extat in tomis Conciliorum.

t Huius meminit Seuerus Sulpitius, in miraculis S. Martini Turonenſis.

[t] Nemanſenſe ſub Valentiniano Imperatore. Non extat in tomis Conciliorum.

Neocæſarienſe ſub Melciade I. vel Euſebio.

Nicænum I. generale I. ſub Conſtantino Magno.

Nicænum II. ſub Adriano I. generale 7.

O

Oxonienſe in Anglia ſub Innocentio III.

P

Pamphilienſe ſub Cœleſtino I. Non extat in tomis Conciliorum.

Pariſienſe I. ſub Pelagio I.

Pariſienſe II. ſub eodem & Childeberto Rege.

Pariſienſe III. ſub Ludouico & Lothario Imperatoribus.

Pariſienſis facultas Theologiæ.

Pariſienſis vniuerſitas.

Petricontenſe in Polonia cui Staniſlaus Hoſius vir doctus interfuit & conſtitutiones edidit. Non extat in tomis Conciliorum.

Piſtenſe ad Sequanam fluuium ſub Carolo Rege anno 863.

R

Ratiſponenſe ſub Laurentio Cāpegio Cardinali.

Rhegienſe ſub Sixto III.

Rhemenſe ſub Carolo Magno.

Rhotomagēſe huius ſæpius meminit Buchardus. Non extat in tomis Conciliorum.

Romanum ſub Cornelio I. Non extat in tomis Conciliorum.

v Huius in epiſtola ſua 1 dē Theleſphorus meminit.

x Huius meminit Euſebius Cæſarienſis lib. 5. cap. 23.

[v] Romanum ſub Theleſphoro I. Non extat in tomis Conciliorum.

[x] Romanum ſub Victore I. Non extat in tomis Conciliorum.

Romanum I. ſub Syluestro I. Patrum 75.

Romanum II ſub eodem, cui Conſtantinus Magnus interfuit Patrum 284.

Romanum ſub Iulio I. contra Epiſcopos Arrianos pro Athanaſio.

Romanum ſub Damaſo I. Non extat in tomis Conciliorum.

Romanum ſub Fœlice I I.
Romanum ſub Syricio I. Non extat in tomis Conciliorum
Romanum ſub Hilario I. Non extat io tomis Conciliorum.
Romanum ſub Sixto I I I.contra Polychronium Epiſcopum Hieroſolymitanum.
Romanum ſub Cœleſtino I.contra Neſtorium. Non extat in tomis Conciliorum.
Romanum ſub Gelaſio I. Noo extat io tomis Cooeiliorum.
Rumanum I. ſub Symmacho I.
Romanum I I. ſub Symmacho I.
Romanum I I I. ſub Symmacho I.
Romanum I V. ſub Symmacho I.
Romanum V. ſub Symmacho I.
Romanum V I. ſub Symmacho I.
Romanum ſub Fœlice I I I. Non extat in tomis Conciliorum.
Romanum ſub Vitaliano I. Non extat in tomis Conciliorum.
Romanum y ſub Nicolao I I. contra Berēgarium Patrum 113.

y Quidam volunt dicere ſub Nicolao I. ſed male, quia Berengarius non incidit in tempora Nicolai I. ſed Nicolai II.

Romanum ſub Stephano I I. Non extat in tomis Cooeiliorum.
Romanum ſub Gregorio I I. Non extat in tomis Conciliorum.
Romanum ſub Agathone I. Patrum 125. Non extat in tomis Conciliorum.
Romanum ſub Gregorio I I I. Non extat in tomis Conciliorum.
Romanum pœnitentiale. Non extat in tomis Conciliorum.

S

u Salegunſtadienſe ſub Benedicto V I I I.& Henrico I I. Imperatore.

u Sardica ciuitas eſt Illyrici.

a Sardicenſe ſub Iulio I.partim probatum,partim reprobatum. Vide epiſtolam ad lectorem.

a Sardis Metropolis eſt Lydiæ.

Sardeoſe ſub Leone I. Imperatore. Non extat io tomis Conciliorum.
Senenſe ſub Martino V. Non extat in tomis Conciliorum.
Senonenſe ſub Antonio à Prato Archiepiſcopo & Legato.
Siluanectenſe huius meminit Buchardus. Non extat in tomis Conciliorum.
Sueſſaoum ſub Marcellino
Sueſſionenſe I. ſub Childerico Rege
Sueſſionenſe I I. apud ſanctum Medardum ſub Carolo filio Ludouici Auguſti.

T

Taurinenſe ſub Syricio I.cui interfuit Ambroſius Mediolanenſis.
Theodonis villæ ſub Carolo Magno.
Teleoſe ſub Syricio I.
Terraconenſe ſub Fœlice I I I.
Ticinenſe ſub Ludouico I I. Imperatore.
Toletanum I ſub Anaſtaſio I.& Honorio & Archadio Imperatore.
Toletanum I I. ſub Ioanne I I. & Iuſtiniano Imp.
Toletanum I I I. ſub Pelagio I I.
Toletanum I V. ſub Honorio I.
Toletanum V ſub Honorio I.
Toletanum V I. ſub Honorio I. Papa
Toletanum V I I. ſub Theodoro I. Papa.
Toletaoum V I I I. ſub Martino I. Papa.
Toletanum I X. ſub Receſuintho Gothorum Rege.
Toletanum X. ſub eodem Priocipe.
Toletanum X I. ſub Vitaliano I. & Vambano Rege.
Toletanum X I I. ſub Agathone I. Papa.
Toletanum X I I I. ſub Eringio Rege.
Toloſanum ſub S.Ludouico Rege Franciæ. Non extat in tomis Conciliorum.
Treuirenſe I. ſub Maximiliano Imperat.
Treuirenſe I I. ſub Ioanne Archiepiſcopo.
Triburienſe ſub Arnulpho Imperat
Tridentinum ſub Paulo I I I.Iulio I I I & Pio I V. generale nouiſſimum.
Turonenſe I. ſub Hilario I.
Turooenſe I I. ſub Pelagio I.
Turonenſe I I I. ſub Carolo Magno.

V

Vaſenſe I. ſub Leone I. Papa.
Vaſenſe I I. ſub Leone I. Papa.

Vel Vaſionenſe urbs eſt Galliarum, Gallicè Vaiſon.

Valentinum Hiſpaniæ ſub Rege Theodorico & Symmacho I.
Valentinum Galliæ I. ſub Damaſo I.
Valentinum Galliæ I I. ſub Guntrano Rege.
Valentioum Galliæ I I I. ſub Lothario Imperat.
Veoeticum ſub Leone I. Papa.
*Vercellenſe ſub Leone IX.contra Berengarium. Non extat io tomis Conciliorum.

* In hoc concilio teste Platina cū Berengarius iterum blaſphemaſſet damnatus eſt.

Vernenſe hoc eſt in palatio dicto Vernis ſub Pipino Rege.
Viennenſe generale ſub Clemente V. habes io Clementinis. Non extat io tomis Concilior.
Vrbium cuius meminit Buchardus, & Gratianus de conſecrat.diſtinct.2.cap vltimo.
Vormatienſe ſub Carolo Magno in aliquibus reprobatum. Vide epiſtolam ad lectorem.

F I N I S.

AVTHO

AVTHORVM ET S. PATRVM INDEX,

ORDINE ALPHABETICO.

A

* Hunc Authorem ſatis commendat Iulius Affricanus Hiſtoricus, qui eius librum ex Hebræo ab Eutropio in Græcum tranſlatum ipſe latinitate donauit.

ABDIAS Babylonius Epiſcopus.
Acacius Conſtantinopolitanus Epiſcopus.
Adelmanus Brixienſis.
Adrianus I. Papa.
Adrianus II. Papa.
Adrianus IV. Papa.
Adrianus VI. Papa.
Æthiopes.
Agapitus I. Papa.
Agapitus Rhodienſis Epiſcopus.
Ageꝛgentinus Poeta.
Albericus Diaconus.
Albertus Carpenſis comes.
Albertus Pighius.

Scripſit ſcopũ Biblicum.
Scripſit vitam ſororis ſuę Puſeino, eleganti metro.

Albertus Nouicampianus.
Alchimus Auitus Vienenſis Epiſcopus.
Alexander I.
Alexander II.
Alexander III.
Alexander IV.
Alexander Alexandrinus Epiſcopus.

Scripſit de Euchariſtiæ ſacramento.
*Caroli Magni preceptor.
*Scripſit inter alia multa vitam ſu. Fratrũ martyrum verſibus Heroicis quã author in proſam vertit.

Algerus Cluniacenſis.
* *Alcuinus Diaconus.*
Alphonſus à Caſtro minorita.
* *Alphanus Salernitanus.*
Amator Epiſcopus is amicus fuit Siluerio Papæ dum in exilio ageret, eique ſubſtantiam & literas deſtinauit.
Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus.
Amphilochius Iconij Epiſcopus, Baſilio Magno familiaris cuius vitam ſcripſit.

Hic literas ſcripſit & epiſtolas elegantes.

Amphilochius Lycaoniæ Epiſcopus.
Anacletus I. Papa ſedit poſt Clementem I.
Anaſtaſius I.

* Hunc Trichemius ſuis facile erroris inſimulat, ſed catholicũ & Deo deuotum fuiſſe ſcripta eiuſdẽ teſtantur.

* *Anaſtaſius II.*
Anaſtaſius Theopoleos Epiſcopus.
Anaſtaſius Antiochenus Epiſcopus.
Anaſtaſius de monte Sina.
Anaſtaſius Bibliothecarius interfuit Concilio VII. generali.
Anatolius Laodicenus Epiſcopus.
Andreas Vega Hiſpanus ſcripſit in Concilium Tridentinum.
Anicetus I. Papa.
Angelomus Luxonienſis ſcripſit in libros Regum, & de diuinis officijs
Anſelmus Cantuarienſis Epiſcopus.

* Scripſit hic epiſtolas eleganter.
& hic, & reliqui illi qui pene incogniti ſunt.

* *Antheon Arſinous Epiſcopus.*
Antiochus Ptolemaidis Epiſcopus.
Antipater Boſtrenſis Epiſcopus.
Antonius Magnus Abbas & heremita, cuius Epiſtolas Hieronymus laudat.
Antonius Sabellicus hiſtoriographus eruditiſſimus.
Antonius Florentinus Archiepiſcopus.
Antonius Gneuarus Hiſpanus.
Antonius Solarius Italus
Antonius Pocquetus Cœleſtinus vir doctiſſimus Marcoſſiacenſis Profeſſ.
Appollinarus Hierapolitanus Epiſcopus.
Aretha Cæſarienſis Epiſcopus.
Arcadius Imperator Theodoſij ſenioris filius.
Aitbertibus Rex Francorum.
Ariſtoteles Philoſophus Peripateticus.
Ariſton Pellæus hiſtoriographus inſignis cuius meminit Nicephorus lib. 3. cap. 24. ſcripſit autem de obſidione Hieruſalem.
Acnobius Presbyter vir Apoſtolicorum temporum.
Acnulphus Imperator deuotiſſimus.
Aſcanius Tarraconenſis Epiſcopus, diuerſas ad Hilarium I. fecit epiſtolas.
Aſclepiades Trallianum Epiſcopus, diuerſas ad Fælicem III. epiſtolas fecit.
Aſterius Amaſæa Epiſcopus, homilias elegantes de S. Euphemia martyrium conſcripſit.
Atticus Conſtantinopolitanus Epiſcopus.
Athenagoras Philoſophus Athenienſis ſub Commodo Imperatore de reſurrectione mortuorum cõtra Gentiles doctiſſime ſcripſit.
Athanaſius Alexandrinus Epiſcopus vir inuictiſſimus & fidei acerrimus propugnator.
Andoenus Rhotomagenſis Epiſcopus vir ſanctus, tribus libris S. Eligij vitam edidit conſpicuam.
Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus.
Auguſtinus Steuchus Eugubinus Epiſcopus.
Aulus Gelius
Aurelius Carthaginẽſis, cuius extant epiſtola ad Auguſtinum, Ambroſium, & reliquos.
Aurelius Prudentius Poeta celebris & Orator.
Aurelianus Imperator, is contra Paulum Samoſatam pro Romana Eccleſia primam caſtè publico certauit.
Aurelianus Lemouicenſis Epiſcopus S. Martialis ſucceſſor, cuius vitam conſcripſit.

B

B*Aptiſta Egnatius hiſtoriographus celebris.*
Bartholomeus Georgenius peregrinus ſcripſit de Turcarum moribus librum elegantem.
Baſſianus Epheſius Epiſcopus, hic multum afflictus fuit, cuius cauſa in Chalcedonenſi Synodo propoſita eſt. Scripſit autem varias ad diuerſos epiſtolas & hi qui ſequuntur.
Baſilius Magnus Cappadociæ Epiſcopus.
Baſilius Ancyranus Epiſcopus.
Baſilius Imperator deuotiſſimus, hic generale Concilium VIII. indixit, ibique elegantem habuit ad Patres orationem.
Benedictus I. Papa.
Benedictus XII. & XIII.
Benedictus Caſſinenſis Abbas.

Beda Venerabilis.
Beatus Rhenanus.
Beſſarion Nicanus Archiepiſcopus primò.deinde Cõſtantinopolitanus Patriarcha & Cardinalis ab Eugenio IV. hic Græcos ſua oratione vt Romanæ Eccleſiæ iungerẽtur induxit in Concilio Florentino. Vide vocab. Spiritus ſancti proceſſio.
Bernardus Zane Venetus.
Bernardus Poncaus Cæleſtinus Ambertinenſis.
Beroſus Chaldaicus Sacerdos.
Bonifacius I. Papa.
Bonifacius II.
Bonifacius VIII.
Bonifacius IX.
Bonificius Moguntinenſis martyr & Apoſtolus Germanorum vir celebris.
Blondus Flauius hiſtoriographus inſignis.
Buchardus Vormatienſis Epiſcopus.

C

* Huius meminit Euſebius libro 2. cap 25. hiſtor. Eccleſ.

*CAius * Scriptor, ſub Zepherino I. ſcripſit contra Proculum hæreticum Cataphrigam.*
Calixtus I. Papa
Caſſiodorus Senator.
Carolus Magnus Imperator.
Carolus IV. Imperator.
Carolus IV. Rex Francorum.
Carolus IX. Rex Francorum.
Cartophilax fuerunt duo huius cognominis, Georgius ſcilicet, Cartophilax, & Nicephorus Cartophilax.
Chriſtophorus Vtezius Cæleſtinus Eſelmontanus.
Chriſtophorus Marcellus Orator.
Cicero Orator.
Claudius de Sainctes Canonicus regularis Epiſcopus Ebroicenſis.
Claudius Rapinas Cæleſtinus vir eruditiſſ. Pariſienſis.
Claudius Firminus Cæleſtinus Pariſienſis.
Claudius Boudanus Cæleſtinus Pariſienſis.
Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus.
Clemens I.
Clemens III.
Clemens V.
Clemens VI.
Clerus Appamens diuerſas fecit epiſtolas ad generalem V. Synodum contra Petrum Epiſcopum ſuum hæreticum.

Hi omnes Clerici pro fide diuerſis epiſtolis egregiè decertarunt.

Clemens Antiochenus.
Clerus Alexandrinus.
Clemens Alexandrinus Stromatæus orbi notiſſimus.
Clotarius Rex Francorum.
Childebertus Rex Francorum.
Chriſippus Stoicus Philoſophus.
Conſtantinus Magnus Imperator.
Conſtans Imperator eiuſdem filius.
Conſtantinus Pogonatus IV. Imperator hic Concilium VI. generale indixit.
Conſtantinus Imperator V. hic generalem VII. Synodum indixit Nicea.
Conſtantinus Conſtantiæ Cypri Epiſcopus.
Conſtantinus Diaconus.
Clodoueus Rex Francorum.
Cornelius I.
Cornelius Tacitus hiſtoriographus.
Cæleſtinus I Papa.
Cæleſtinus V. noſtri ordinis inſtitutor vir ſanctiſſimus.
Cuthebertus Tonſtallus Anglus ſcripſit de ſacramento Euchariſtiæ.
Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus.
Cyrillus Hieroſolymitanus Epiſcopus. Huius libros ſummè veneratur Nicephorus cum authore libro 9. Eccleſiaſtica hiſtoria. cap. 14. & 17. & alijs.
Cyrus Alexandrinus Epiſcopus.
Clerus Hieroſolymitanus, & 2 Syriæ.
Coſmas Alexandrinus Epiſcopus.
Cyprianus Carthaginenſis Epiſcopus.

D

DAtius Mediolanenſis Epiſcopus, Huius meminit Gregorius Magnus lib. 3. Dialogorum, capite 4. & Paulus Diaconus lib. 7. de geſtis Roma. in vita Iuſtiniani Magni.
Damaſus I. Papa.
Demoſthenes Orator.
Deuſdedit I. Papa.
Deuſdedit Sardinenſis Epiſcopus.
Dionyſius Areopagita, cuius libros veneratur Concilium generale V. & VI. & Suidas Græcus & Michael Syngellus, & alij authores plurimi.
Dionyſius I. Papa
Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus, huius meminit ſimul & ſcripta eiuſdem recenſet Euſebius Cæſarien. lib. 2. cap. 25. & alibi, videlicet amplius libro 4. capite 23.
Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus, huius ſcripta recenſet idem Euſebius lib. 6. cap. 34. & 35.
Dionyſius Faber Cæleſtinus, Orator & Poeta celebris, & vita ſanctiſſimus, Pariſienſis.
Drogo Oſtienſis Epiſcopus.

E

EDmerus Anglus ſcripſit vitam S. Anſelmi Cantuarienſis Epiſcopi.
Egeſippus Hiſtoriographus.
Eleutherius I. Papa.
Elpidius Comes.
Elpis Seuerini Boetij viri clariſſimi & martyris Chriſti, vxor nobilis & deuota, ſcripſit hymnos vetuſtos in laudem Apoſtolorum.
Epiphanius Cypri Epiſcopus.
Epiphanius Tyrius Epiſcopus ſcripſit ad generalem V. Synodum diuerſas epiſtolas.
Epiphanius Olybrius Epiſcopus ſcripſit (teſte Suida) inſigne volumen pro veneratione ſacrarum Imaginum, & veneratione ſanctorum.
Ennodius Diaconus, hic tempore Symmachi I. floruit vir eloquẽtiſſimus quem Nicolaus I. epiſt. ad Michaelem Imperatorem, narrat poſtea factum Epiſcopum Ticinenſem.
Ephrem Diaconus Edeſſenus.
Ephraim Cherſonis Epiſcopus.
Epiſcopi Europæ.
Epiſcopi Affricæ.
Epiſcopi Ægypti.
Epiſcopi Paphlagoniæ.
Epiſcopi primæ Armeniæ.
Epiſcopi ſecundæ Armeniæ.
Epiſcopi Epyri.
Epiſcopi Dardaniæ.
Epiſcopi Corinthi.
Epiſcopi Orientales V.
Epiſcopi Cretæ & Cortynæ
Epiſcopi primæ Galatiæ.
Epiſcopi primæ Syriæ.
Epiſcopi ſecundæ Syriæ.
Epiſcopi primæ Phænitiæ oræ maritimæ.
Epiſcopi ſecundæ Phænicia Libanſiæ.
Epiſcopi Meſopotamiæ.
Epiſcopi Helleſponti.
Epiſcopi ſecundæ Mœſiæ.

De illis omnibus Epiſcopis illud opinor ſentiẽdũ, quod cœtus quidam erant Epiſcoporum tunc tẽporis ſuper cauſis fidei emergentibus, qui omnes vno decreto & in vna ſententia Epiſtolas ſuę confeſſionis dictabant & ad diuerſos mittebant: illorum epiſtolę plures recenſentur ad calcem generalis 4. Synodi Calcedonenſis & alias.

Aduerte quod non ſemel hi

Eudo

Epiſcopi diuerſarum prouinciarū ſcripſiſſe leguntur, ſed diuerſis temporibus: tamen bis cui vt recipere uuero- ſum fuiſſet.

Endo dux Francorum.
Epiſcopi Galliarum.
Eraſmus Roterodamus.
Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus.
Euſebius Papa I.
Euſebius Emiſſenus Epiſcopus.
Eugenius I.
Eugenius II.
Eugenius III.
Eugenius IV.
Euphremius Antiochenus Epiſcopus.
Eringius Rex Hiſpaniæ.
Euſebius Monachus Hieronymi diſcipulus fuit, & eius vitam conſcripſit.
Eudoxus Boſphori Epiſcopus.
Euthymus Sardenſis Epiſcopus.
Euthymius Zigabonus monachus.
Eutychianus I. Papa.
Eutychius Epiſcopus Conſtantinopolitanus.
Eudoxia Imperatrix.
Euagrius Epiphanienſis, hic hiſtoriam Eccleſiaſticam compoſuit, cuius meminit Nicephorus in Prologo.
Euagrius Antiochenus Epiſcopus.
Euſtachius Antiochenus Epiſcopus.
Euariſtus I. Papa.
Euſebius Vercellenſis Epiſcopus pro fide Catholica ab Arianis actus in exilium epiſtolas ſcripſit.
Hic ad ſorores virgines ſcripſit de laude virginitatis.
Eutropius Monachus.
Eutropius hiſtoriographus.
Eutropius Valentinus Epiſcopus.
Huius meminit Hieronymus.
Exaperius Tholoſanus Epiſcopus.

F

Fabianus I. Papa.
Fauſtus Apollonidæ Epiſcopus.
Eſt & aliud Fauſtus Manichæus, verum quia Hæreticus omiſimus.
Ferdinandus Imperator I.
Flauianus Conſtantinopolitanus Epiſcopus vir ſanctiſſimus ab hæreticis in exilio necatus tempore Leonis I.
Flauianus Antiochenus Epiſcopus.
Fœlix I.
Fœlix II.
Fœlix III.
Fœlix Siciliæ Epiſcopus.
Fortunatus Pictauienſis Epiſcopus.
Franciſcus Petrarcha.
Franciſcus Georgius Venetus minorita.
Franciſcus Philelphus.
Franciſcus Titelmanus minorita.
Franciſcus Sonnius Buſcoducenſis Epiſcopus.
Franciſcus Larbenus Cœleſtinus Lugdunenſis, qui obijt Manteplean dierum.
Franciſcus I. Rex Francorum.
Franciſcus II. Rex Francorum.
Fredericus II. Imperator.
Fridericus Staphilus.
Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus.
Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus.
Fructuoſus Epiſcopus, huius meminit Gratianus in decretis, ſed alias non legi de eodem.

G

Gaius I. Papa.
Galla Placidia Auguſta, filia fuit Theodoſij ſenioris ex ſecunda coniuge quæ Galla dicebatur, filia Valentiniani ſenioris & Iuſtinæ & nupta fuit primo Athaulfo Gothorum Regi, & eo mortuo, data eſt Conſtantio Comiti poſtea Auguſto facto ab Honorio, ex qua Valentinianum genuit, qui poſtea Imperator eſt factus. Lege Paulū diaconum lib. 3. & 4. de geſtis Romanorum.
Gaudentius Brixienſis Epiſcopus.
Gennadius Maſſilienſis Epiſcopus, hic ad librum Hieronymi de ſcriptoribus Eccleſiaſticis additiones fecit, & librum doctiſſimum de veneratione imaginum ſcripſit, cuius teſtimonium Adrianus I. vſurpat.
Gennadius Scholarius Conſtantinopolitanus Patriarcha, ſcripſit dialogum de Trinitate.
Georgius Cyprius.
Georgius Eder, hic non ita pridem in lucem emiſit, Oeconomiam bibliorum, opus ingenioſiſſimum & laboris immenſi.
Georgius Nicomedienſis Epiſcopus, Orationem Encomiaſticam in laudē B. Mariæ dum præſentata eſſet in templo habuit.
Gelaſius I. Papa.
Gratianus Imperator
Gratianus Compilator decreti.
Græci
Gregorius I. Magnus.
Gregorius II.
Gregorius III.
Gregorius VII.
Gregorius VIII.
Gregorius IX.
Gregorius X.
Hi omnes ſummi Pontifices dicti Gregorij decretales Epiſtolas ediderūt vel cōcilia celebrarunt quibus fidei ſacramēta elucidarunt.
Gregorius Niſſenus Epiſcopus frater magni Baſilij.
Gregorius Neocæſarienſis Epiſcopus dictus Thaumaturgus ſeu mirabilium operum effector.
Gregorius Nazianzenus Epiſcopus dictus Theologus.
Gregorius Peſſinus emporium eſt Phrygiæ Epiſcopus Peſſinuntinus.
Gregorius Piſidiæ Epiſcopus.
Gregorius Turonenſis Archiepiſcopus.
Gregorius Preſbyter vir diſertiſſimus, vitam Gregorij Nazianzeni eleganti ſtylo compoſuit.
Germanus Conſtantinopolitanus Epiſcopus.
Guido Carmelita.
Guimundus Auerſanus.
Guntrannus Rex, hic in ciuitate Cabilonenſi requieſcit miraculis clarus.

H

Hamularius Fortunatus Epiſcopus Treuerenſis.
Haymo Halberſtienſis Epiſcopus.
Helduinus Abbas S. Dionyſij in Francia.
Hic vitā ſcripſit Dionyſij Areopagitæ, ſed ante illum, Michael Syngellus ornatiori eloquio.
Heliodorus Tricenſis cuius meminit Nicephorus libro 12. cap. 34. & operis eius.
Henricus II. Rex Francorum.
Henricus VIII. Rex Anglorum.
Hermanus Contractus elegantiſſimos hymnos edidit in Eccleſia frequentatos.
Heraclius Imperator.
Heſichius Presbyter ſcripſit inſigne opus in Leuiticum.
Heſichius Hieroſolymitanus.
Hieronymus Stridonenſis doctor clariſſimus.
Hierotheus Epiſcopus ſcripſit diuinos & amatorios Hymnos, vt aſtruit Dionyſius Areopagita diſcipulus eius.
Hermas diſcipulus à Hieronymo laudatur, & eius opera ſuſpicit Pius I.
Hermas vel Hermes Paſtor Pauli Apoſtoli diſcipulus.
Higinus I. Papa.
Hilarius I. Papa.
Hilarius Pictauienſis Epiſcopus Doctor.
Hippolytus Epiſcopus, & Martyr cuius opera recenſet Euſebius Cæſarienſis, lib. 6. cap. 15. & 16. & 17.

Hippodamus Pythagoreus.
Hiſtoria Albigenſium, a quodam monacho, cuius nomen ſupprimitur conſcripta.
Hildebertus Cœnomanenſis Epiſcopus.
Hildefonſus Toletanus Epiſcopus.
Honorius I. Papa.
Honorius II. Papa.
Honorius Imperator Archadij frater & Theodoſij ſenioris filius Romæ imperauit.
Hormiſda I. Papa.
Homerus Poeta.
Hugo de S. Victore canonicus regularis.
Hypatius Nicænus Archiepiſcopus.

I

IAcobus Apoſtolus.
Iacobus Acbenenſis Epiſcopus.
Iacobus Niſibenus Epiſcopus.
Hic Liturgiam ſcripſit quæ approbata eſt in concilio generali 6. canone 32.
Ignatius Martyr eius epiſtolas recēſet & recipit Euſebius, lib 3. cap. 36.
Innocentius I.
Innocentius III.
Innocentius IV.
Ioannes I. Papa.
Ioannes II.
Ioannes III.
Ioannes XXI. & XXIII.
Ioannes Chryſoſtomus Doctor.
Ioannes Conſtantinopolitanus alius a ſuperiore, licet ambo Conſtantinopolitani Epiſcopi.
Ioannes Hieroſolymitanus Patriarcha, ſub quo Concilium Hieroſolymis celebratum eſt.
Ioannes Hieroſolymitanus alius a ſuperiori, licet ambo Patriarchæ.
Ioannes Antiochenus Epiſcopus.
Ioannes Theſſalonicenſis Epiſcopus.
Ioannes Vicarius III. ſedium Orientalium.
Ioannes Scythopolitanus Epiſcopus.
Ioannes Lazardus Cœleſtinus hiſtoriographus celebris Senonenſis profeſſor.
Ioannes Valliguius Cœleſtinus S. P. de Claus Supprior.
Ioannes Leporius Cœleſtinus Marcoſſiacenſis.
Ioannes de Turrecremata ordinis Prædicat.
Ioannes Vignerius ordinis Prædicat.
Ioannes Leodienſis Epiſcopus.
Ioannes Gargias.
Ioannes Driedo à Turnonth.
Ioannes Trithemius Abbas.
Ioannes Annius Viterbigenſis ſcripſit commentarios in Beroſum Chaldaicum.
Ioannes Climachus.
Ioannes Carnotenſis Epiſcopus, ſcripſit vitam S. Thomæ Cantuarienſis Epiſcopi & martyris.
Ioannes Roffenſis Epiſcopus martyr occubuit pro fide.
Ioannes Coclæus hæreticorum Lutheranorum malleus.
Ioannes Gerſon Cancellarius Pariſienſis, qui Lugduni in exilio moritur.
Ioſephus Flauius Iudæus Hiſtoriographus.
Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus, martyr clariſſimus.
Iſchyrion Diaconus Alexandrinus.
Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus.
Iſidorus Monachus hic cōpilauit decreta Conciliorum.
Iſuardus Monachus.
Iſidorus Peluſiotes huius meminit Nicephorus & eius ſcripta egregia recenſet lib. 14. c. 53. hiſtoriæ Eccl. & allegatur à patribus Generalis VII. Concilij.
Iuo Carnotenſis decretorum compilator, cuius exſtant epiſtolæ quas legi, ad diuerſos, dignæ quidem vt in lucem prodeant.
Iudæi.
Iouinianus Imperator Chriſtianæ fidei zelator acerrimus.
Iulius I. Papa.
Iulius II. Papa.
Iulius Obſequens hiſtoriographus ſcripſit de prodigijs.
Iulianus Coenſis Epiſcopus familiaris Leonis I. cui literas & Epiſtolas fecit.
Iulius Cæſar in commentarijs.
Iuſtinus Martyr.
Iuſtinus hiſtoriographus.
Iuſtinus Imperator.
Iuſtinianus Imperator I.
Iuſtinianus Imperator II.
Ioannes Albinus Archidiaconus Toloſanus vir doctiſſimus & feſtiuiſſimus.
Iuuenalis poeta.
Iuſtinianus Siciliæ Epiſcopus.
Iuuenalis Hieroſolymitanus Epiſcopus, qui interfuit generali 4. Chalcedonenſi Concilio.

L

LActantius Firmianus.
Latonus Melitinenſis Epiſcopus.
Latini.
Lanfranchus Cantuarienſis Epiſcopus.
Leo I. Papa.
Leo II. Papa &c. & ſequentes.
Leo III.
Leo IX.
Leo X.
Leo Rhodienſis Epiſcopus, qui interfuit generali 7. concilio, errorem abiurans quem antè imbiberat.
Leo Carpathienſis Epiſcopus.
Leo Iconij Epiſcopus.
Leo lector Conſtantinopolitanus.
Leo Imperator I. Catholicus & deuotus.
Hi omnes diuerſas epiſtolas fecerūt pietate & doctrina plenas.
Leontius Neapoleos Cypri Epiſcopus qui ſcripſit vitam Ioannis Elemoſinarij, & libros pro imaginibus venerandis contra Iudæos.
Leonardus Iuſtinianus, quem alij Bernardum vocant.
Scripſit hic Leonardus vitam S. Nicolai Epiſcopi, poſtea autem fuit Laurentij Proto patriarcha Veneti, cuius & vitam ſcripſit.
Liberius I. Papa.
Liberatus diaconus Carthaginenſis, Breuiarium de cauſa Neſtoriana elegantiſſimum hyſtoricè deſcripſit.
Lucius I. Papa.
Lucius III. Papa.
Lucius Feneſtella ſcripſit de ſacerdotijs Romanorum
Lucifer Calaguritanus, Epiſcopus.
Hic Lucifer à multis male audit, verùm extant literæ eius pro fide ad Conſtantiū quibus conſtantē animū in fide demonſtrauit.
Lucretius Poeta.
Ludouicus Imperator I.
Ludouicus Imperator II.
Ludouicus IX. Rex Franciæ ſanctiſſimus.
Ludouicus II. Rex Franciæ.
Ludouicus Cœlius Rhodiginus.
Lotharius Imperator, qui imperauit cum Ludouico 1. memorato.

M

MArcus I. Papa.
Marcellus I. Papa.
Marcellus martyr, hic vir Apoſtolicorum temporum, vitam deſcripſit S. Petronillæ Virginis filiæ S. Petri Apoſtoli.
Marcellinus I. Papa.
Marcus Auguſtus Conſtantinus præfectus, qui pro Chriſtianis laborauit & ſcripſit.
Marcus Aurelius Imperator.

Macarius Hieroſolymitanus Epiſcopus.
Macrobius Aurelius ſcripſit Saturnalia & in ſomnium Scipionis.
Martialis Apoſtolus.
Marianus Scotus hiſtoriographus.
Martianus Imperator deuotiſſimus, qui generale 4. Chalcedonenſe Concilium indixit, & ſua præſentia decorauit, princeps Religionis Chriſtianæ amantiſſimus.
Marianus Turonenſis, Confeßionẽ S. Trinitatis ſcripſit.
Martinus Bracarenſis, Epiſcopus ſcripſit Collectorium canonum, quo vtitur ſæpius Gratianus ſub nomine Martini Papæ.
Martinus Dumenſis monaſterij Rector, & Epiſcopus.
Martinus I.
Martinus V.
Martialis poeta.
Maurus Rauennatis Epiſcopus, qui ſcripſit hic ad Concilium Lateranenſe ſub Martino 1. fidei confeßionem clarißimam.
Mauzon Pracanen Epiſcopus, qui interfuit generali 7. concilio.
Maximus Aquileienſis Epiſcopus.
Maximus Taurinenſis.
Maximus confeſſor.
Maxentius Ioannes ſcripſit contra Neſtorium.
Matthæus Palmerius additiones fecit ad Chronica Euſebij, ſed malè audit à multis.
Melciades I. Papa.
Melciades Rhodon Epiſcopus, Melchior Canus.
Meliro Dardenſis Epiſcopus, doctor clarißimus, cuius ſcripta recenſuit Euſebius, libro 4. Hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. 26.
Melphtongus Iuliopolis Epiſcopus.
Mercurius Triſmegiſtus.
Mennas Conſtantinopolitanus Epiſcopus.
Methodius Tyrius Epiſcopus, quem alij dicunt Cyri fuiſſe Epiſcopum, ſed Tritemius ponit Tyrium Epiſcopum. Scripſit autem reuelationes quæ paſſim leguntur, & de Sybillis.
Menander Comicus.
Michael Syngellus vel Syngelus presbyter Hieroſolymitanus vir ornatus eloquio, qui ſcripſit vitam S. Dionyſij Areopag.
Michael Pſellus, Hunc vulgariter Pſellum nominant non Michaelem, ſed Petrus Crinitus eum Michaelem Pſellum dicit appellatum. Fuit autem Græcus orator clarißimus.
Minutius Fœlix ſcripſit pro Chriſtianis.
Monachi Apamei.
Monachi Trecenti.
Monachi Conſtantinopolitani & 2. Syriæ.
Monachi Hieroſolymitani & Paleſtini.

N

Hi monachi diuerſas ad ſacra generalia Concilia Epiſtolas fecerũt pro fide.

Nicephorus Calliſtus hiſtoriographus inſignis.
Nicephorus Philoſophus & orator habuit orationem in magnum Antonium.
Nectarius Conſtantinopolitanus Epiſcopus.
Nicolaus I. Papa.
Nicolaus II.
Nicolaus IV.
Nicolaus V.
Nicolaus Hierapolens Epiſcopus.
Nicolaus Cabaſilas.
Nicolaus Villagagno Eques Melitenſis vir diſertiſſimus.
Nicetas Acominatus.
Nilus Conſtantinopolitanus Epiſcopus. Huius ſcripta recenſet Nicephorus libro 14. cap. 54

O

ODo Cameracenſis Epiſcopus ſcripſit in canonem miſſæ.
Oecumenius doctor ſcripſit in actus Apoſtolicos & alia.
Optatus Mileuitanus Epiſcopus, in Donatiſtas.
Olympiodorus Diaconus nouæ Romæ vel Conſtantinopolis ſcripſit in Eccleſiaſtem.
Oſius Cordubenſis Epiſcopus vir doctiſſimus, ſed ſenex deſipuit, ſcripſit ad ſororem de virginitate.
Origenes Adamantius doctor.
Ouidius Naſo poeta.

Quidam Nilũ hunc martyrẽ faciunt, & floruiſſe anno 390 vero Nicephorus eum monachum refert, & poſtea Cõſtãtinopolitanum Epiſcopum circa annus 400. ſorſan duo fuerũt huius nominis: verùm hic de quo agimus à Nicephoro laudatur, & eius ſcripta lecta ſunt in Cõcilio 7. generali.

P

PAlladius Helenopolitanus Epiſcopus, ſcripſit in formam dialogi S. Chryſoſtomi vitam.
Palladius Cappadociæ Epiſcopus ſcripſit vitas ſanctorum Patrum.
Paſchaſius Diaconus ſcripſit de Spiritu ſancto vt meminit Gregorius I.
Paſchaſius Corbeienſis ſcripſit excellentiſſimum opus de ſacramento altaris.
Paſchaſinus Lilybetanus ſcripſit de Paſchate.
Paſchalis I.
Paſchalis II.
Pacianus Barcilonenſis Epiſcopus, à Hieronymo laudatur.
Patricius Cocburnus Scotus ſcripſit de Phraſi ſacræ ſcripturæ & de peccato in Spiritum ſanctum.
Pamphilus Abydarum Epiſcopus ſcripſit contra Petrum Guaphaeum Antiochenũ Epiſcopũ hereticum.
Paulus Diaconus hiſtoriographus, qui ſcripſit & hiſtoriam vitæ S. Mariæ Ægyptiacæ.
Paulus Aemilius hiſtoriographus.
Paulus Oroſius hiſtoriographus.
Paulus II. Papa.
Paulus III. Papa.
Paulus Apamearum II. Syriæ Epiſcopus.
Paulus Pannonius hiſtoriographus.
Paulus Nolanus Epiſcopus.
Paulinus Aquileienſis Epiſcopus floruit in Concilio Francfordienſi ſub Carolo Magno.
Pelagius I.
Pelagius II.
Petrus Alexandrinus vir Martyrio clarus ſcripſit epiſtolas & canones.
Petrus Nicomedienſis.
Petrus Mediolanenſis.
Petrus Rauennas.
Petrus Lombardus Epiſcopus Pariſienſis magiſter ſententiarum.
Petrus Alliacenſis Epiſcopus.
Petrus Crinitus vir doctißimus
Petrus Gregorius Tholoſanus iuris vtriuſque doctor.
Petrus Chryſologus.
Petrus Cluniacenſis ſcripſit de ſacramẽto Euchariſtiæ.
Petronius Bononienſis ſcripſit vitas Patrum.
Petrus Belonus hic multas regiones peragrauit.
Petrus Maronitarum patriarcha pulchram ſuæ fidei confeſſionem tranſmiſit ad Concilium Lateranenſe generale quòd Iulius 2. & Leo 10. celebrauerunt.
Petrus Bardus Cœleſtinus Pariſienſis profeſſus.
Petrus Poquetus Cœleſtinus iuriſconſultus & Deo deuotus, Pariſienſis profeſſus.
Petrus Ogerius Cœleſtinus, Ambertinenſis profeſſ.
Philippus de Maſerijs vir prudentißimus & regni

Hic contra Elipandum Toletanum Epiſcopum Hæreticum ſcripſit qui Chriſtum filiũ Dei adoptiuũ dicebat.

Cypri

Cypri Cancellarius Caroli V. à Cocilijs, multa ſcripſit & 25. annis Cœleſtinorum domeſticus manſit Pariſijſq; in eorum capitulo inhumatus iacet.
Philo Iudæus eruditiſſimus.
Philo Carpathius Epiſcopus in Cantica Canticorum.
Phileſtorgius Philoſophus & Scriptor Eccleſiaſticus, vt teſtatur Nicephorus lib. 12. cap. 29.
Phileas Thebaidis Epiſcopus ſcripſit opus in laudem S. Martyrum.
Philolaus Philoſophus, cuius meminit Philo Iudæus lib. de mundi fabricatione.
Photius Conſtantinopolitanus Epiſcopus vir doctiſſimus, ſed iniquè egit contra S. virum Ignatium Conſtantinopolitanũ Epiſcopum, quem Michaele Imperatore ſuffragante eiecit è ſede & occupauit, & à Nicolao I. grauiter correptus excommunicatus eſt.
Pimenius Heremita.
Pinytus Gnoſius Epiſcopus floruit cum Dionyſio Corinthiorum Epiſcopo, cuius ſupra meminimus, vt etiam teſtatur Nicephorus lib. 4. cap. 8.
Pipinus Rex Francorum.
Philaſter Brixienſis Epiſcopus ſcripſit contra hereſes.
Pius I.
Pius II.
Pius IV.
Pius V.
Platina Cremonenſis hiſtoriographus.
Plato Philoſophus
Plinius II. Nouocomenſis hiſtoricus
Plutarchus Cheronæus hiſtoricus.
Polycarpus Smyrnenſis Epiſcopus & martyr ab Irenæo ſatis Commendatus.
Polydorus Virgilius
Polychronius Hieroſolymitanus Patriarcha, hic aliquando tempore Sixti III. ſummũ Pontificatum ſe gerere profitebatur, ſed tandem correptus à Synodo reſipuit. Scripſit verò quaſdam Epiſtolas ſatis eruditas.
Polycrates Epheſinus Epiſcopus.
Pogius Florentinus.
Pontianus Epiſcopus.
Pontianus Diaconus S. Cypriani cuius martyrium ſcripſit.
Pontianus I. Papa.
Pomponius Latus hiſtoriographus feſtiuus.
Poſſidonius Calamenſis Epiſcopus, ſcripſit vitam S. Auguſtini.
Porphyrius Philoſophus impiiſſimus Chriſtianorum inſectator.
Proclus Conſtantinopolitanus Epiſcopus.
Proſper Aquitanicus.
Presbyteri Achaiæ ſcripſerunt S. Andreæ Paſſionem.
Profuturus Bracarenſis Epiſcopus, quoſdam canones ſcripſit.
Procopius Gazæus ſcripſit in Geneſim, Exodum, &c.
Procopius Cæſarienſis hiſtoriographus.
Pulcheria Auguſta, virgo ſanctiſſima Theodoſij ſenioris filia, ad quam Leo multas epiſtolas fecit, & ipſa viciſſim.

Huius Pulcheriæ laudes proſequitur Nicephorus lib. 14. cap. 1. Nota interim quia duæ fuerunt Pulcheriæ & ambæ vita ſanctiſſimæ. Prima Theodoſij ſenioris, ſecunda Arcadij filia fuit.

Q

QUintus Phocenſis.
Quintianus Amulianus ſeu Camulianus Epiſcopus ſcripſit contra Petrum Gnapheum.
Quintianus Eſculanus ſcripſit contra Petrum Gnapheum Antiochenum Epiſcopum.

R

RAbanus Maurus.
Rabbula Edeſſenus Epiſcopus.
Raimundus Toloſanus Comes.
Reccaredus Rex Gothorum & Sueuorum cui crebro ſcripſit Gregorius I.
Renerus S. Laurentij hiſtoricus.
Receſuinthus Rex Gothorum deuotiſſimus.
Remigius Rhemenſis Epiſcopus.
Remigius Antiſſiodorenſis Epiſcopus.
Richardus S. Victoris Canonicus.
Robertus Guaguinus hiſtoriographus.
Robertus Cenalis Epiſcopus Abricenſis doctor celeberrimus.
Ruffinus Aquileienſis Presbyter Hiſtoriographus.
Rupertus Tuitienſis Abbas.
Robertus S. Remigij ſcripſit hiſtoriam de expeditione Hieroſolymitana.

S

SAmonas Gazenſis doctor celebris, qui rem habuit de fide contra Iudæos & Paganos.

Hic fuit Epiſcopus Gazenſis, qui edidit in formam dialogi diſceptationem, cuius ſunt interlocutores Samonas & Achmed.

Sabas Paltos Epiſcopus.
Secundus Philoſophus.
Seneca Philoſophus.
Seuerus Sulpitius Rhetor ſcripſit vitam S. Martini, & de virginitate.
Seuerianus Gabalorum Epiſcopus Ioanni Chryſoſtomo familiaris vir eloquentiſſimus.
Sergius Cyprius Epiſcopus.
Simeon Stilites, hic vir ſanctiſſimus quædam ſcripſit, cuius meminit Nicephorus lib. 18. c. 24.
Simeon Metaphraſtes hiſtoriographus, qui diuerſorum martyrum geſta conſcripſit.

Huius Simeonis vitam ſcripſit Pſellus eius [illegible] [illegible].

Simplicius I.
Siluerius I.
Sixtus I.
Sixtus II.
Sixtus III.
Sixtus IV.
Socrates Philoſophus.
Socrates hiſtoriographus.
Sozomenus Salaminius hiſtoriographus.

Alij hunc Hermiam alij Mercurium Sozomenum appellant.

Sother I. Papa.
Sedulius Presbyter Poëta clariſſimus.
Sidonius Apollinaris.
Seuerus Malacitanus Epiſcopus.
Sophocles Philoſophus.
Sophronius Hieroſolymitanus Epiſcopus.
Staniſlaus Hoſius Varmienſis Legatus & Cardinalis in Concilio Tridentino vir doctiſſimus.
Stephanus I.
Stephanus Dorenſis Epiſcopus.
Stephanus Mauritaniæ Epiſcopus.
Stephanus Boſtrenſis.
Suetonius Tranquillus.
Suidas Græcus hiſtoriographus celeberrimus.
Symmachus I.
Syricius I.
Syluester I.
Symon du Corroy Cœleſtinus vir doctrina & vita conſpicuus anno 1569. placida quiete Pariſiis 7. Iunij obdormiuit in Domino, Sueſſionenſis erat profeſſus.
Symon Fontanus minorita hiſtoriographus.

T

TErtullianus Afer Carthaginenſis.
Thales Mileſius.
Tharaſius Conſtantinopolitanus Epiſcopus.
Theodorus Alexandrinus Diaconus.
Theodorus Cantuarienſis Epiſcopus hic compoſuit Pœnitentiale, quod Pœnitentiale Theodori vulgo

nuncupantur. Lege ſi places apud Paulum Diaconum libro 8. de geſtis Romanorum, in Conſtantini IIII. vita.
Theodorus Myron Epiſcopus.
Theodorus Hieroſolymitanus Epiſcopus.
Theodorus Antiochenus Epiſcopus.
Theobaldus Artauldus Cæleſtinus abbas quondam generalis totius ordinis.
Theodulphus Aurelianenſis Epiſcopus. Hic eſt qui hymnum illum edidit quem in Ramis palmarum feſto canimus, Gloria laus & honor, &c.
Theodoretus Cyrenſis Epiſcopus doctor.
Theophilactus Bulgariæ Epiſcopus doctor.
Theodoſius Imperator ſenior.
Theodoſius Imperator iunior.
Theophilus Alexandrinus doctor.
Theophilus Antiochenus Epiſcopus.
Theotimus Scythia Epiſcopus.
Theodoſius Amory Epiſcopus.
Theleſphorus I. Papa.
Thomas Aquinas doctor Anglicus omnium Theologorum princeps.
Thomas Beauxamis Carmelita.
Timotheus Alexandrinus Archiepiſcopus. Hic glorioſi Mennæ martyris hiſtoriam conſcripſit.
Timotheus Primopolitanus Epiſcopus.
Timotheus presbyter Hieroſolymitanus. Hic Encomiaſticam orationem habuit in præſentationis Domini feſto.
Titus Liuius hiſtoriographus.
Tryphon Chy Epiſcopus.
Thomas Caietanus.
Turci Sarraceni.

V

Valentinianus Imperator I. imperauit poſt Iouinianum Chriſtianiſſimus & ipſe.
Valentinianus Imperator III. Fuit filius Conſtantij & Gallæ Placidiæ, vt ſuprà meminimus in Galla Placidia.
Victor I. Papa.
Victor Carthaginenſis Epiſcopus.
Victor Vticenſis Epiſcopus, hiſtoriam de perſecutione Vandalica eleganter ſcripſit.
Varadatus Monachus.
Vigilius I. Papa.
Vigilius Tridentinus Epiſcopus.
Virgilius Maro Poeta.
Vitalianus I. Papa.
Vrbanus I.
Vrbanus IIII.
Vrbanus VI.

F I N I S.

AD ZOILVM.

Zoile qui laceras mordacibus optima dictis,
Atque hæc vipero rodere dente paras,
Quid frendens præfers ſub ſimplicitatis amictu.
Hoc læthale odium viſcera cæca gerens?
Heu miſer, occultum quid celas pectore virus
Atque pium ficto nomine prodis opus.
Contine gorgoneos rictus, nam maſtige virtus.
Clarior eſt, odio liuide téque petis.
Nam nil authori qui tam ſudauit & alſit
Imbellis critici liuor obeſſe poteſt.
Exue, ſi tabes, animum vel parcito linguæ.
Et mirare datum, quod nequis ipſe dare.

V.P.F. Clavdivs Marseille Supprior
Cœleſtinorum Pariſienſium faciebat.

APPROBATIONES
DOCTORVM.

NOs *infraſcripti in alma Pariſienſi Academia S. Theologiæ Doctores affirmamus nos vidiſſe & attento animo legiſſe Librum inſcriptum* Summa totius Diſciplinę Eccleſiaſticæ, &c. *Auctore* Petro Crespetio *Cæleſtino &c. in quo nihil fidei Catholicæ aut ſacroſanctis Eccleſiæ Apoſtolicæ & Romanæ Decretis contrarium inuenimus, aut quod Catholicis fidelibus in vſum non cedat. In cuius rei fidem chirographum noſtrum appoſuimus. Lugduni die vigeſima ſexta menſis Septembris anno Domini M. D. XCV.*

F. R. Berthelot, Pr. Carm. Lugd.

F. I. Comes Auguſtinianus.

SVmmam hanc, ſana ſalutaríque doctrina Theologorum iudicio refertam, in lucem edendi facultatem conceſſimus. Lugd. IV. Calend. Septem. M. D. XCV.

CHALOM.

Summa Priuilegij Chriſtianiſſimi Gallorum & Nauarræorum Regis.

HEnrici IIII. Gallorum & Nauarræorum Regis Chriſtianiſſimi Priuilegio ſancitum eſt, Ne quis Typographus imprimere, neu quis Bibliopola diuendere audeat ante decennium in hoc Francorum Regno, à die prima editionis computandum, Librum qui inſcribitur *Summa totius Eccleſiaſticæ Diſciplinæ, Auctore F.* Petro Crespetio *Monacho Cæleſtino, &c.* præter Ioannem Pillehotte, in alma Lugdunenſi ciuitate Bibliopolam. Qui ſecus faxint pœnis in eiſdem literis latis mulctantor. Vt fuſiùs patet in Literis Regijs, Datis Lugduni XVIII. Septembris, Anno Domini M. D. XCV.

Regio conſenſu ſubſignatis,
POVSSEPIN.

P*Oſteáque Senatusconſulto Pariſienſi in Comitijs Lugdunenſibus comprobatis* XXIX. *Nouembris, Anno Domini* M. D. XCVI.

Signatum
VOYSIN.

Abſolutum fuit hoc opus XV. Nouembris M. D. XCVII.

SVMMA
CATHOLICÆ FIDEI,
APOSTOLICAE DOCTRINAE,
ET ECCLESIASTICÆ DISCIPLINÆ,

nec non totius Iuris Canonici.

AARON.

AAron Chriſti typus.] Quandoquidem conſtat vetus ſacerdotium, & veteris legis obſeruantias (vt in alio opere in Pandectâ Euangelicam ſtudioſè monſtrauimus) Noui teſtamenti & Euangelicæ gratiæ prætendiſſe myſteria iuſte etiam in Aarone intelligimus ſummũ Eccleſiæ ſacerdotem Chriſtũ fuiſſe præſignatum & perinde reliquos Pontifices qui Chriſto & Petro in ſede Romana legitimè ſucceſſerũt, vnde ab Aaronis vocabulo tanquam à typo ſummi Eccleſiæ verticis inchoandũ fuit. De quo etiam ſic CLEMENS I. *Primus Pontifex Aaron chriſmatis compoſitionis perunctus, princeps populi ſui & tanquã rex primitias & tributũ per capita accepit à populo: & iudicandi populũ ſorte ſuſcepta, de mundis immundiſq; iudicabat. Sed & ſi alius ex ipſo vnguento perunctus eſſet virtute inde concepta, etiam ipſe rex aut propheta aut Pontifex fiebat. Quod ſi temporalis gratia ab hominibus compoſita tantum potuit, intelligite iam quantum ſit illud vnguentum quod à Deo de virgulto vitæ prolatum eſt, cùm hoc quod ab hominibus factum eſt, tam eximias inter homines conferat dignitates.* Et ANACLETVS I. *Aaron primus in lege ſacerdotale nomen accepit, primúſque Pontificali ſtola indutus, victimas obtulit, iubente Domino ac loquente ad Moyſem: Accipe (ait) Aaron & filios eius &c.* Quo loco contemplari oportet Aaron ſummum ſacerdotem, id eſt, Epiſcopũ fuiſſe. Porrò filios eius presbyterorum demonſtraſſe figuram. Hoc enim intérfuit inter Aaron ſummum ſacerdotem & filios eius qui ſacerdotes erant, quòd Aaron ſuper tunicam accipiebat poderem, ſtolam ſanctam & coronam auream, mitram & zonam auream & ſuperhumerale. Sed filij autem Aaron

Clemẽs. I. Papa, epiſt. 1 ad vniuerſum cœtum fidelium

Anacletus I. epiſt. 2. ad epiſcopos Italiæ. Exodi 29.

A ſuper tunicas lineas cincti tantummodo & tiarati, aſsiſtebant ſacrificio Domini. In nouo autem teſtamento poſt Chriſtum Dominum à Petro ſacerdotalis cœpit ordo, quia ipſi primò pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt, dicente ad eum Domino *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam &c.* vide plura in vocabulis, Papa, Petrus, Romanæ Eccleſiæ primatus &c. Porro eadem cõfirmat: ſcilicet quod Aaron fuerit typus Chriſti eo modo quo dictũ eſt. DIONYSIVS AREOPAGITA. *Moyſes cæremoniarum promotor, neque fratrem Aaron ad ſacerdotale munus iniungit, & quidem cùm & Deo charum & ſacerdotio non ignoraret eſſe digniſſimum, donec ad id diuinitus agitatus, ſub Deo principe ſacerdotalem conſecrationem Pontificaliter conſummauit.* Lege B reliquum. Eadem TERTVLLIANVS Carthaginenſis libro de baptiſmo, Chriſtum per Aaronẽ myſticè præfiguratum multis verbis oſtendit. ORIGEN. ADAMANTIVS. EPIPHANIVS CYPRI contra Samaritas, & IOAN CHRYSOSTOMVS oratione 3. aduerſus Iudæos; & CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Catecheſi 10. illuminatorum *Hieroſolymit.* & alij plures, vide in vocabulis præfiguratis.

Hæc allegat Gratianus diſtin. 21. cap. In nouo, & Iuo libro 3. decretorum.

Dionyſ. Areopagita, lib. de eccleſiaſt. hierarchia part. 3. cap. 1.

Tertul. lib. de bapt.

Origen. Adamantius homil. 6. in Leuitic. Epiphanius Ioan. Chryſoſtomus. Cyr. I. Hieroſolymitanus.

ABBAS.

Abbas non laicus, ſed ex Monachis eligendus, &c.] Non eſt mihi intentio (lector) quæ in decretalibus GREGORII IX. libro 1. Titulo 6. De electione & electi poteſtate, inſeruntur hîc apponere, quia ad rem non pertinent, C & materia diffuſior eſt: nec quæ BONIFACIVS VIII. in ſexto decretalium titulo 6. de electione ſimiliter contexuit vel CLEMENS V. libro 1 Clementinarũ titulò 2. de Reſcriptis cap. Abbates, aut alij &c & titulo 3. de Electione &c. vel alij ſummi Pontifices tradiderunt. Sunt alia vocabula, videlicet, Epiſcopus eligendus &c. Electio &c. & Monachus &c. in quibus ſecundum materiæ exigentiam tractantur. Adde quia hoc nouiſsimorum Patrum decreta in om-

Gregorius IX

Bonifacius VIII.

Clemens V in concilio generali Vienenſi.

nium verſantur manibus nec poteſt chartula hæc breuis vniuerſa comprehendere. Igitur omnia ſuis locis congruè apponenda reſeruantes, pauca quæ de Abbatum inſtitutione & ordinatione in patrum antiquorum canonibus reperimus, libenter hîc ſubnectimus. Plura verò require in memoratis locis repoſita. Nam confuſum quid inducere ſedulò cauimus: verum ea expende quę hîc inſerimus. Itaque GREGORIVS I. Epiſtola ad Caſtorium Ariminenſem Epiſcopum (allegat Gratianus cauſa 18. quæſt. 2. cap Abbas) *Abbas in monaſterio non per Epiſcopum, aut per aliquem extraneorum ordinetur, neque ab Epiſcopo Miſſa ibi celebretur, vt nulli Eccleſiæ ſubuciatur.* IDEM ad eundem Abbatem, *Cuilibet monaſterio non alium, ſed quem dignum moribus atque actibus monaſticæ diſciplinæ communi conſenſu congregatio popoſcerit, ordinari volumus. Miſſas autem publicas per Epiſcopos vel clericos in monaſterijs omnino celebrari prohibemus.* Eadem iterum repetit epiſtola ad Marinianum Epiſcopum Rauennæ lib. 7. Regiſtri epiſtola 3. indictione 1. atque iterum indictione 2. eiuſdem libri epiſtola 9. quæ eſt ad Fortunatum Epiſcopum Neapolitanũ de Barbatiano monacho in Abbatem eligendo: cuius etiam mentionem iterum facit. lib. 8. Regiſtri indictione 3. epiſtola 23. ad eundum Fortunatum. Et PELAGIVS I. Mellito Subdiacono: (allegat Gratianus Cauſa 18. quæſt. 2. Abbatem &c. *Abbatem monaſterio illum volumus ordinari, quem ſibi de ſua congregatione & monachorum electio & poſſeſſionis dominus, & (quod magis obſeruandum eſt) ordo vitæ ac meritum popoſcerit ordinari.* Denique qualis & qualiter debeat Abbas eligi, abundè BENEDICTVS CASSINENSIS cap. 2. Regulæ ſuæ deſcribit. Et CONCILIVM MELDENSE ſub Carolo Iuniore anno 845. Canone 9. eundem Principem inſtigat ad Abbatum electionem renouandam, quæ iam incipiebat grauiter deprimi, & iam laicis monaſteria regenda committebantur, contra, vt aiunt Patres prædicti Concilij omnem rationē & authoritatem, ac Regum præcedentium conſuetudinem. *Quapropter* (aiunt) *pro Chriſto deuotiſſimè obſecramus vt tam magnam offenſam & iuſtam reprehenſionem ac periculoſam ſine exemplo præcedentium præſumptionem ab animabus veſtris & fœlicitate regni veſtri pellatis, & loca venerabilia, & habitum ac ordinem ſacrum eis, qui ad hoc vocati ſunt, viris ſcilicet ex clericali atque Eccleſiaſtico vel monaſtico ordine religioſis, ſeu & in ſuo ſexu fœminis Deo dicatis atque deuotis, atq; in ſchola Chriſti eruditis ad cuſtodiendum & prouidendum committatis: qui & quæ Dei ſunt Deo, & quæ ſunt Cæſaris Cæſari reddant: qui & ſi minus perfectè & in diuina religione & in Republica vtilitate profecerint, aut corripiantur, aut meliores & vtiliores in locis eorum ſubſtituantur, & non propter prauorum nequitiam ordo religionis & loca ſacratiſſima eis, quibus licitum non eſt, committantur: Quia vt ſancti Patres dicunt non debet eſſe vel in contubernio vel in regimine communis habitatio, quorum eſt diuerſa profeſſio. Et magnopere cauendum eſt, ne tam manifeſta religionis deſtructio, regni huius fiat deſolatio, cùm manifeſtiſſimè ſcriptura demonſtret. Ozam morte damnatum, qui arcã Domini quaſi cadentē releuare voluit, quam vel contingere illicitum illi fuit. Hæc autem loca ſacrata non ideo ab illis, qui tenere non debent, occupari prohibemus, vt à nobis illa cupidè poſſideri quæramus, ſed vt hi quibus ea habere non licet, licita habeant, & illi qui ad regiminis onera portanda à Domino vocati ſunt, diuina miniſteria exequantur.* Tum Patres prædicti prohibent ne laici Iudices ſeſe intromittant, de Eccleſiaſticis negotiis iudicare aut viſitationē monaſteriorum aſſumere, vt dicemus in dictione, viſitatio. Porrò hæc renouantur in generali CONCILIO LATERANENSI ſub Leone 10 ſeſsione 9. ne ſcilicet laici Abbatiarũ & monaſteriorũ reditus & prouentus diſpenſare aut retinere præſumant quouis prætextu, colore, aut fuco, ſiue Romani Pontificis expreſſa licentia. vt dicemus in dictione, Facultatum Eccleſiæ inuaſores. Quia autem hodie plures ſunt Abbates, qui nec electione, nec vitæ merito aſſumuntur vt decreta ſtatuunt: ſed laici ſunt commendatarij in totius religionis perniciem, ſtatuit CONCILIVM TRIDENTINVM ſeſsione 25. quæ eſt 9. ſub Pio 4. cap. 21. decreti de Regularibus, vt de cætero his quæ nunc commendata reperiuntur, & quæ ſuos conuentus habent, Regulares perſonæ eiuſdem ordinis expreſſæ, profeſſæ, & quæ gregi præire & præeſſe poſsint, præficiantur. Quæ verò in poſterum vacabunt, non niſi regularibus ſpectatæ virtutis & ſanctitatis conferantur. Quoad verò ea monaſteria quæ capita ſunt, ac primates ordinum, ſiue Abbatiæ, ſiue Prioratus, filiæ illorum capitum nuncupantur, teneantur illi qui in præſenti ea in commendam obtinent, niſi ſit eis de regulari ſucceſſore prouiſum, infra ſex menſes religionem illorum ordinum propriam ſolenniter profiteri, aut his cedere, aliàs commendæ prædictæ ipſo iure vacare cenſeantur. Ne autem in prædictis omnibus & ſingulis fraus aliqua adhiberi poſsit, mandat ſancta Synodus, vt in prouiſionibus dictorum monaſteriorum qualitas ſingulorum nominatim exprimatur, alitérque facta prouiſio ſubreptitia eſſe cenſeatur, nullàque ſubſequenti poſſeſſione etiam triennali adiuuetur. Porrò vt de electione Abbatum proſequamur, CONCILIVM BITERRENSE cap. 21. Abbates expreſſè mandat eligendos, vetátque ne quiſquam Abbatiam aut Prioratum præſumat tenere, niſi canonicè ſit electus in Priorem conuentualem, ad quem prioratum aut Abbatiam fuerit euocatus poſtquam in eodem profeſsionis habitum ſuſceperit. vide & dictionē, Prior. Hoc iterum confirmat CONCILIVM SENONENSE ſub Antonio à Prato cancellario Franciæ & Archiepiſcopo Senonenſi cap. 27. ſuorum decretorum, hoc quoque renouat ſupra iam memoratum concilium LATERANENSE ſub Leone 10. ſeſsione nona. vbi præcipitur ne Abbas minoris ætatis eligatur quàm 22. annorum & præfatũ CONCILIVM TRIDENTINVM ſeſsione 25. quæ eſt 9. ſub Pio 4. capite ſexto Decreti de regularibus: *In electione* (ait) *ſuperiorum quorumcumque, Abbatum temporalium & aliorum officialium ac Generalium & Abbatiſſarum, atque aliarum præpoſitarum, quò omnia rectè & ſine vlla fraude fiant, in primis ſancta Synodus diſtrictè præcipit omnes ſupra dictos eligi debere per vota ſecreta, ita vt ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Nec in poſterum liceat prouinciales, aut Abbates, Priores, aut aliquos quoſcumque titulares ad effectum electionis faciendæ conſtituere, aut voces & ſuffragia abſentium ſupplere. Si verò contra huius decreti conſtitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita ſit: & is qui ad hunc effectum ſe in Prouincialem Abbatem aut Priorem creari permiſerit deinceps ad omnia officia in religione obtinen-*

Margin notes:

Gregorius I.

Pelagius I vel II.

Benedictus Caſsinenſis.

Concilium Meldenſe.

Hoc legens & ſeculi præſentem ſtatum conſiderans, quomodo temperat à lacrymis?

Matth. 22.

Hoc quàm verum ſit, verba non docent, ſed verbera.

2. Regum 6.

Cõcilium Lateranenſe ſub Leone 10.

Conciliũ Tridentinum.

Cõſtitutio Deo digna & fructu atq; vtilitate redundans, ſi executione perfecta compleretur

Concilium Biterrenſe nouiſſime produt in lucem ſtudio & diligentia M. Arnoldo Sorbino concionatore Regia Maieſtatis.

Concilium Senonenſe apud Auguſtinenſes Pariſijs celebratum fuit, tamē concilij Senonenſis nomē retinuit, quod ab Archiep. Senonenſi indictũ fuit.

Cõcilium Lateranenſe ſub Leone 10.
Conciliũ Tridentinum.

da inhabilis exiſtat, facultatiſque ſuper his conceſſa eo ipſo abrogata cenſeantur, et ſi in poſterum alia concedantur tanquam ſubreptitia habeantur. Reliquum vide in dictione Electio, vt fiat per ſcrutinium. &c vide & infrà, Abbas renuociare poteſt, vide Electio

Concilium Auguſtenſe Othone Cardinali.

Abbas reſidere teneatur.] CONCILIVM AVGVSTENSE ſub Othone Cardinali & Epiſcopo Auguſtenſi, capite 8. medij 3. *Mandamus & præcipimus vt Abbates monaſteriorum non niſi intra monaſteriorum ſepta cum fratribus habitent, nec moram longam extra ea trahere præſumant.*

Concilium Moguntinenſe 1. Patrum 41.

Abbas communem cum monachis vitam ducat.] CONCILIVM MOGVNTINENSE I. ſub Carolo Magno capite vndecimo. *Abbates cenſuimus cum monachis ſuis pleniter viuere ſecundum regulam S. Benedicti quantum humana permittit fragilitas.* Idem ſtatuit poſtea & CONCILIVM PARISIENSE III libro 1. capite 21. vbi etiam idem Epiſcopis mandat quatenus cum ſuis clericis conuerſentur, & cibos capiant. Abbatiſſis etiam omnibus. Et GREGORIVS IX. in conſtitutio. Benedictino *Abbas autem vel Prior* (ait) *in refectorio cum fratribus comedat, niſi propter hoſpites mutet locum.*

Gregorius 9.

Cyprianus Carthag. martyr.

Abbas vita doctrina & exemplo fulgeat. Non incongruè ad Abbatem pertinet quod ait CYPRIANVS CARTHAG. lib. 3. epiſtolarum epiſtola 21. quæ eſt ad Preſbyteros & Diaconos Romæ: *Quantum* (ait) *pernicioſa eſt ad ſequentium lapſum ruina Præpoſiti, tantum contra vtile eſt & ſalutare, cum ſe Epiſcopus per firmamentum fidei fratribus præbet imitandum.* Sed ad rem. CONCILIVM TVRONENSE III. ſub Carolo Magno, capite 24. *Sint Abbates ſibi ſubditis bene viuendo duces & prauis viæ que demonſtrent, qua rectè gradiendo ad meliorem vitam peruenire valeant.* Idem omninò ſtatuit CONCILIVM RHEMENSE ſub eodem capite 23. & CONCILIVM PARISIENSE III. libro 1. cap. 37. vbi Abbatibus ſicut & Epiſcopis interdicitur omnis ſecularis delectatio, ſed attentè iubetur nominis Etymon obſeruare & cur Abbates vocētur & ſi patres ſpiritales ſunt, ſpiritales filios Domino gignere ſatagant, nec tanto nominis ſe indignos faciant.

Concilium Turonenſe 3. ſub Carolo magno & Leone 3.

Concilium Rhemenſe ſub eodem.

Etymon nominis Abbatis

Concilium Aquiſgranenſe ſub Ludouico pio anno 817.

Tum CONCILIVM AQVISGRANENSE II. capite 1 de ordine Rectorum: *Abbates* (inquit) *Canonici gregibus ſibi commiſſis inſtanter inuigilent, & geminam eis paſtionem impendant, id eſt, cibi & verbi, quatenus abſque murmurationis vitio ſeruire valeant, ſimul etiam vt prædicti Abbates Eccleſiaſtica iura intemerata cuſtodiant, videlicet vt cognoſcant cuius prænomine notentur in eo quòd Abbates vocati ſunt: quod & intelligitur in typo Chriſti nomen ſpiritalis Patris. Idcirque ſemetipſos nominis quod accipiunt conforment, vt ſubditis & ſpiritalibus filijs exemplum præbendo & informando religioſè exhibeant, ideoq; non conuenit miniſterio ipſorum aliqua turpia aut ſecularia, vel etiam inania quæq; ſectari, quæ contra religionem eſſe noſcuntur, ſed potius canonicè religioſè, caſtè, ſobriè, atque piè, & iuſtè vita eorum omnibus ſibi commiſſis æternæ fœlicitatis ducatum præbeat, & inquantum ipſi Abbates Abbatiſque ſubiecti Epiſcopus proprijs pro ſe ſuiſque omnibus rationem reddituros nouerint, tanto eorum conſilio atque authoritate modis omnibus mancipentur.* Idem ſubſequitur capite 2. *Abbates verò monachorum oportet peruigili ſtudio gregis ſibi commiſſi curam gerere, videlicet vt, ſine quibus eſſe non poſſunt, temporalia ſubſidia adminiſtrent, tantóque id ſtudioſius decertent agere, quanto ſciunt exterius nihil contingere licere. Simul etiam diuinæ lectionis ſtudio iugiter eos informent, ne aut temporali deſolati auxilio diuinum opus explere nequeant aut torpentes otio in laqueum tentationis incidant. ſi ſos etiam monachos paſſim, & quaſi abſque canonicæ authoritatis iugo effrenatos per ſecularia negotia minime oportet diſcurrere, & villicis atque ſecularibus curis inſeruire*, vt alibi dicetur in dictione Monachus. vide porrò, Paſtoris aut Epiſcopi officium, &c.

Heu quam miſere profligatur hoc decretum.

Religioſa ad pietatis & virtutis ſtudiū adhortatio.

Agathenſe Cōcilium, Galliæ ... ſub Celeſtino, & Sixto.

Abbas non habeat duorum monaſteriorum curam.] CONCILIVM AGATHENSE I. capite 38. & allegatur à Gratiano Cauſa 20. quæſtione 4. cap Monachum. *Abbatibus ſingulis diuerſas cellulas aut plura monaſteria habere non liceat, niſi tantùm propter incurſum hoſtilitatis intra muros receptacula collocare.* Idem capite 57 & allegat Gratianus Cauſa 21. quæſtione 1. cap. vnum. *Vnum Abbatem duobus monaſter. præſidere interdicimus.* Idem CONCILIVM LATERANENSE ſub Innocentio III. capite 3. vide & Abbatiſſa infrà.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3.

Concilium Cabilonenſe Galliæ ... ſub Eugenio I.

Abbates duo in vno monaſterio non reſideant.] Hæc reſpondet ſuperiori conſtitutioni. Eſt autem CONCILIVM CABILONENSE I. capite duodecimo. ſic: *Prohibemus ne duo Abbates in monaſterio eſſe debeant, ne ſub obtentu poteſtatis ſimultas inter monachos, & ſcandalum generetur. Veruntamen ſi quilibet Abbas elegerit ſucceſſorem, ipſe qui ſic eligitur, de facultatibus ipſius monaſterij ad regendum nullam habeat poteſtatem.* Hanc conſtitutionem ſicut & præcedentem confirmat GREGORIVS IX. capite 1. Conſtitutionum Benedict. quod & priùs fecerat CAROLVS MAGNVS in conſtitutionibus ſuis.

Gregorius 9.

Cōſtitutiones Caroli Magni

Concilium Aurelianenſe 1. ſub Hormiſda Papa & Clodoueo rege Francorum.

Abbas non poſsit Eccleſiaſtica beneficia poſsidere.] Hoc prohibetur in CONCILIO AVRELIANENSI I. capite 9. vt repoſitum inuenies in dictione Beneficium.

Agathēſe concilium

Abbas monaſterij bona non diſsipet aut alienet.] Hoc abundè tractatur vbi de facultatibus Eccleſiæ & monaſteriorum fit mentio. Verùm ſic præfatum AGATHENSE CONCILIVM capite 56 & allegatur à Gratiano Cauſa 17. quæſtione 4. capite in venditione. *In venditionibus quas Abbates facere præſumunt, hæc forma ſeruetur, vt quidquid ſine Epiſcopi venditum fuerit, ad poteſtatem Epiſcopi reuocetur. Mancipia verò monachis donata, ab Abbate non liceat manumitti. Iniuſtum enim putamus, vt monachis quotidianum rurale opus facientibus, ſerui eorum libertatis otio patiantur.* Idem omnino & conformiter CONCILIVM VENETICVM cap 8 & poſtea CONCILIVM EPAVNENSE capitibus 8 9 & 10. & CONCILIVM AVRELIANENSE IV. ſub Pelagio I. capite vndecimo: *Si quid Abbatibus aut ſacris monaſterijs, aut parochijs, pro Dei fuerit contemplatione collatum, in ſuam proprietatem hoc Abbates vel Preſbyteri minimè reuocabunt: nec alienare quod cunctis fratribus debetur, quacunque occaſione præſumant. Quibus ſi fuerit neceſſarium, vt ſtatuta conuellant, non aliter valeat, niſi Epiſcopi ſui ſubſcriptione firmatum.* Idem & GREGORIVS IX. in Conſtitutiones Benedictino: *Statuimus ne aliquis Abbas, vel Prior, Prioratum, vel grangiam venditionis aut donationis, ſeu aliquo alio titulo alienare præſumat.* Idem & BENEDICTVS XII. in eaſdem conſtitutiones Benedict. capite 9. & NICOLAVS IV. in eaſdem conſtitutiones. & COELESTINVS V. in priuilegio fratribus Cœleſtinis indulto. *Illud* (ait alloquens Abbatem ordinis ſui) *diſtrictius inhi-*

Veneticum concilium. Epaunenſe concilium huic Sanctiſſimus Claudius Biſantinus Archiepiſcopus interfuit. Concilium Aurelianenſe IV.

Gregorius IX.

Benedictus. XII.

Nicolaus IIII. Cœleſtinus V. hic eſt fūdator & inſtitutor ordinis Cœleſtinorum.

bemus, ne tu, vel aliqui ex Prælatis, terras ſeu quaſ-libet poſſeſſiones monaſterijs collatas vel in poſterum conferendas, aut ſucceſſores tui dare, vendere, aut alienare, abſque conſenſu totius Capituli generalis, aut maioris, vel ſenioris partis ipſius, & in caſibus a iure permiſſis, modo quolibet præſumatis. Quod ſi ſecus factum fuerit, alienationes eiuſmodi ex tunc irritas eſſe: & tam concedentes, quam recipientes excõmunicamus. Et vide quæſo latiùs, facultates monaſteriorum, & Eccleſiæ non commutandæ, aut alienandæ, &c.

Concilium Aurelianenſe I. ſub Hormiſda & Clodoueo rege pag. 35

Abbas Epiſcopo ſuo ſit ſubiectus.] Concilium Aurelianense I. capite 21. allegat Gratianus Cauſa decima octaua. quæſtione ſecunda. capit. Abbates. Et Burchardus libro octauo, de hominibus Deo dicatis, capite ſexageſimo ſeptimo: *Abbates pro humilitate religionis, in Epiſcoporum poteſtate conſiſtant: & ſi quod extra regulam fecerint, ab Epiſcopis corrigantur. Qui ſemel in anno, in loco vbi Epiſcopus elegerit ac[c]epta vocatione conueniant.* Huic decreto ſubſcripſit & Concilium Aurelianense II. capite viceſimo primo: *Abbates,* (inquit) *qui Epiſcoporum præcepta deſpiciunt, ad communionem nec penitus admittantur, niſi contumaciam humilitate ſuſcepta deponant.*

Concilium Aurelianenſe 2. ſub Vigilio Papa & Childeberto rege.

Et Concilium Parisiense III libro primo. capite triceſimo ſeptimo, iniungit expreſsè, vt Epiſcopo Abbates pareant, aut aliter corrigantur, & honore priuentur.

Concilium Pariſienſe 3.

Et Concilium Bitarrense capite decimo quinto, Abbatem vult ab Epiſcopo corrigi, ſi deliquerit, vel negligens fuerit circa officium ſuum: quod & nouiſſimè Chriſtianiſſimi Reges Francorum Franciscus. II. & frater eius Carolus IX. qui nunc Regni noſtri moderatur habenas, confirmarunt in conſtitutionibus editis Aureliæ articulo vndecimo.

Concilium Biterrēſe ſub Ludouico IX.

Franciſcus II. & Carolus IX. reges Francorum.

Quoniam verò ex priuilegio quidam ab Epiſcoporum ſubiectione exempti ſunt (vt dicemus in dictione Monachorum exemptio. &c.) Ideò Concilium Tridentinum ſeſſione viceſima quinta. quæ fuit 9 ſub Pio IV. capite viceſimo decreti de Regularibus, ſtatuit vt Abbates. qui ſunt ordinum capita, ac cæteri prædictorum ordinum ſuperiores. Epiſcopis non ſubiecti, quibus eſt in alia inferiora monaſteria Prioratúſve legitima iuriſdictio, eadem etiam ſi commendata exiſtant, teneantur viſitare: vt dicetur in dictione, Viſitatio monaſter. &c.

Cõcilium Tridentinum.

Abbas an poſsit benedicere: & Epiſcopi p[riui]legijs quatenus debeat gaudere] In poteſtate eſſe Abbatis & ex officio altaria conſecrare. innuere videntur monachi trecenti ſub impio Eutyche Abbate degẽtes, epiſtola quá ad Ephesinam II. ſynodum direxerunt, quæ lecta eſt coram Patribus Concilii Chalcedonensis actione prima: vbi aſſerunt eundem Eutychem (ante vel poſt hæreſin nil intereſt) conſecraſſe altare ſic loquentes: *Et ſanctum quidem altare, quod ipſe ante ſex menſes, quam inſidias meditaretur, conſecrauit, vacuum diuino remanſit beneficio, &c.* Vtrum autem hoc ex priuilegio, vel alio modo habuerit cõſecrandi beneficium ignoro: ſcio tamen, quòd in ſequentibus ſynodis ſit ſtatutum.

e Epheſina ſynodus impie celebrata quā abrogauit chalcedonenſe concilium immediate ſubſequutum. Chalcedonenſe concilium.

Sic quippè ſtatuit Concilium Lateranense generale ſub Innocentio III. capite 60. *Accedentibus ad nos, de diuerſis mundi partibus, Epiſcoporum querelis intelligimus graues & grandes quorundam Abbatum exceſſus, qui ſuis finibus non contenti, manus ad ea quæ ſunt Epiſcopalis dignitatis, extendunt, de cauſis matrimonialibus cognoſcendo, iniungendo publicas pœnitentias, concedendo etiam indulgentiarum literas. & ſimilia præſumendo: vnde contingit interdum, quod vileſcat Epiſcopalis authoritas apud multos. Volentes igitur in his & Epiſcoporum dignitati & Abbatum prouidere ſaluti præſenti decreto [illegible] prohibemus, ne quis Abbatum ad talia ſe præſumat extendere, ſi proprium voluerint periculum vitare, niſi fortè quiſquam eorũ ſpeciali cõceſſione, vel alia legitima cauſa ſuper huiuſmodi valeat ſe tueri.*

Concilium Lateranēſe ſub Innocentio III. generale cui interfuiſſe patres numerantur 1215.

Hinc quoniam quidam Abbates confirmationis præſumebant conferre ſacramentum, iubentur in Concilio Senonensi, capite 38 priuilegij ſui fidem facere, aliàs ſuſpendantur. Et idem ſtatuit de ſacrorum vaſorum conſecratione, quam temerè quidam ſibi arrogabant.

Abbates con[firmationis ſacramentum non] poſſunt ex officio conferre [illegible]. Concilium Senonēſe ſub Antonio [illegible] Cancellario [illegible] [illegible] VIII. compilatur 6. Decret.

Huic & Bonifacius VIII allegatus libro ſexto decretalium, titulo ſeptimo, De Priuilegijs. *Abbates, quos Apoſtolica ſedes in exhibitione benedictionis ſuper populum ſpeciali priuilegio inſigniuit, in Eccleſijs quæ ad eos pertinent pleno iure, quando in eis diuina officia celebrant, poſſunt poſt Miſſarum ſolennia, & veſpertinas ac matutinas laudes benedictionem ſolennem ſuper populum elargiri. Alibi autem publicè per vias, ciuitates, caſtra, villas, populis plebibus benedictionem facere, vel impartiri non valeant, niſi hoc eis expreſſo Apoſtolico priuilegio ſit conceſſum, nec eis licitum [illegible] quam monaſteriorum ſuorum conuerſis, qui ad illa conuolauerint, & in quos Eccleſiaſticam quaſi Epiſcopalem Iuriſdictionem obtinent. primam clericalem conferre tonſuram, niſi eis id competat ex pleno præfatæ ſedis indulto.* quale eſt illud quod Coelestinus V. Abbati ſui ordinis Cœleſtinorũ ſcilicet confert, cuius hæc eſt forma: *Liceat tibi tuiſque ſucceſſoribus inter fratres eiuſdem ordinis, & alios ad Miſſas veſtras conuenientibus benedictionem ſolennem facere, dummodo ibi præſens non ſit aliquis Epiſcopus, vel alia quæuis perſona ſuperioris ſtatus, ſicut ſunt Patriarchæ, vel etiam Cardinales: Ac vaſa, & alia paramenta ad cultum diuinum pertinentia. nec non in ædificandis Cappellis Eccleſijs, aut hoſpitalibus, primarium lapidem, & fundamenta, Pontificali more benedicere: nec non omnes minores ordines conferre fratribus, & alijs familiaribus & ſubditis veſtris, aſcribi volentibus militiæ clericali, noſtra largitione conferre, & omnia alia facere, quæ ad Abbates exemptos in ſuis monaſterijs & ordinibus pertinere noſcuntur.*

Cœleſtinus V. Cœleſtinorum inſtitutor.

Porrò nouiſſimè circa talia priuilegia exijt decretum in Concilio Tridentino, ſeſſione viceſima tertia, quæ fuit ſeptima ſub Pio IV. capite 8. quod & alibi iterum recitandum eſt, ne ſcilicet Ordines conferre in alterius diœceſi aliquis præſumat. & capite decimo, ſubdit: *Abbatibus ac alijs quibuſcumque, quantumuis exemptis, non liceat in poſterum intra fines alicuius diœceſis conſiſtentibus, etiam ſi nullius diœceſis vel exempta eſſe dicantur, cuiquam qui regularis ſubditus ſibi non ſit. Tonſuram, vel minores ordines conferre: nec ipſi Abbates, & alij exempti aut collegia, vel capitula quæcumque etiam Eccleſiarum Cathedralium literas dimiſſorias aliquibus clericis ſecularibus, vt ab alijs ordinentur, concedant; ſed horum omnium ordinatio, ſeruatis omnibus quæ in huius ſacroſanctæ Synodi decretis continentur, ad Epiſcopos intra quorum diœceſis fines exiſtant, pertineat, non obſtantibus quibuſcũ priuilegijs, præſcriptionibus, aut conſuetudinibus etiam immemorabilibus.* vide loco ſuperius allegato plura.

Cõcilium Tridentinum.

Abbas renunciare poteſt] Concilium

Mogvn

Cõcilium Moguntinũ, ideo ponimus, quia tantum quæda fragmenta reperiuntur, nec adhuc prodiit in lucem. Alia autem ſuis locis paſſim citatur.

MOGVNTINVM V. capit. 18. allegat Gratianus cauſa 18. quæſtione 2 cap. Abbas. Et Burchardus libro 8. operis Conciliorum, de hominibus Deo dicatis. cap. 26. *Abbas poteſt pro humiliatione, & cum permiſſione Epiſcopi, locum ſuum relinquere: tamen fratres eligant ſibi Abbatem de ipſis, ſi habeant, ſin autem de extraneis: nec Epiſcopus debet Abbatem violenter retinere in loco ſuo, Congregatio debet eligere ſibi Abbatem poſt mortem Abbatis ſui, vel eo viuente ſi ipſe diſceſſerit, vel peccauerit: ipſe enim non poteſt aliquem ordinare de ſuis propinquis, vel amicis, ſine voluntate fratrum.* vide latius Monachorum exemptio.

Concilium 2. Turonenſe ſub Pelag. I papa

Abbas an poſsit eiici vel accuſari.] CONCILIVM TVRONENSE II. Capite 7. *Statuimus ne Epiſcopus Abbatem aut Archipresbyterum ſine omnium ſuorum compresbyterorum & Abbatum conſilio de loco ſuo præſumat eiicere, neque per præmia alium ordinare, niſi facto conſilio tam Abbatum quam presbyterorum ſuorum. Quos culpa aut negligentia eiicit, cum omnium presbyterorum conſilio reſutentur.* CONCILIVM LATERANENSE ſub Alexandro III. Capite 16. partis 50. Alexander III. Vnigoruienſi Epiſcopo. *Ex parte tua nobis conqueſtio propoſita fuit, vtrum monachi in accuſatione Abbatum ſuorum aliquatenus ſint admittendi. Super quo vtique tua prudentiæ reſpondemus: Quod niſi alia rationabilis cauſa impediat & manifeſta, eo quod monachi de obedientia & ſubiectione Abbatis ſunt, ab eius accuſatione non ſunt vllatenus repellendi licet alios accuſare non poſſint. Quibus ſiquidem, cum proprium non habeant, de rebus monaſterij expenſæ debent neceſſaria, donec cauſa debitum finem recipiat, miniſtrari.*

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3

Abbas Criminoſus vt corrigatur.] CONCILIVM EPAVNENSE. Capite 19. *Abbas ſi in culpa reperiatur aut fraude, & innocentem ſe aſſerens ab Epiſcopo ſuo noluerit accipere correptionem *, ad Metropolitani iudicium deducatur.* ALEXANDER III. Epiſcopo Vnigorenſi ſcribens ponitur parte 22. CONCILII LATERANENSIS ſub eodem capite 3. Accuſatum Abbatem, quod ſortilegus eſſet & bonorum monaſterij dilapidator, iubet eidem, cauſa diligenter præcognita, ſi conuictus eſt de obiectis, Apoſtolica authoritate deſtituat: ſi verò accuſatores in probatione defecerunt, Abbati canonica purgatio iniungatur, & illi debita animaduerſione puniantur. Vide latiùs de his, Epiſcopi, & Clerici criminoſi & Purgatio canonica, &c.

Epaunenſe concilium ſub Sigiſmũdo rege, & Gelaſio papa. I ſucceſſorem,

Abbas vt in ſuis monachis peculium profliget conſtitutio eſt LATERANENSIS Concilij ſub Alexandro III. parte 1. cap. 10. ſed vide, Monachis proprietas, & Peculium interdicitur.

Concilium Lateranenſe ſub Gregorio Magno.

Abbas. Ne debeat intereſſe nuptijs, aut infantes de baptiſmo leuare, aut mulieribus ſepta monaſterij ingredi permittere, cautũ eſt in Concilio LATERANENSI ſub Gregorio I. vt latiùs habes dictione, Monachorum nigrorum exemptio, & dictione Monaſterium. ſicut & illud, vt diruta monaſteria reſtauret, quæ omnia ſuis oportuit locis conuenientibus reſeruari.

ABBATISSA.

Abbatiſſa qualis eligi debeat.] Hûc etiam pertinet quod ſuperiùs de electione Abbatis dictum eſt, & quod infrà in dictione, Electio, eſt dicendum. Verùm ne otioſè tranſeamus, quod de electione, & qualitate Abbatiſſarum ordinarum eſt, videamus Concilium CABILONENSE II. cap. 52. & iterum confirmatur de verbo penè ad verbum in Concilio MOGVNTINO III. cap. 25. *Monaſterijs puellaribus tales præferri debent fœminæ, & Abbatiſſa creari, quæ & ſe, & ſubditum gregem cum magna religione & ſanctitate cuſtodire norint, & his quibus præſunt prodeſſe non deſinant, ſed & ſi & illas ita obſeruent vtpote vaſa ſancta in miniſterio Domini præparata. Talem enim ſe debet Abbatiſſa exhibere ſubditis in habitu & veſte, in omni conuictu, vt eis ad cœleſtia regna pergentibus ducatum præbeat. Sciat etiam ſe pro his quas in regimine accepit, in conſpectu Domini rationem redditurum.* Et Concilium PARISIENSE III. lib. 1. cap. 39. prohibet ne illa in Abbatiſſam eligatur, quam nunquã contigit eiuſdem propoſiti diſcipulam extitiſſe, etiam ſi ſit nobilis genere, *Quia verendũ eſt* (ait) *ne dum prælationis honor talibus committitur, animarum illarum fouea ruina preparetur.* Et GREGORIVM profert lib. 1. Paſtoralis, cap. 1. *Nulla ars doceri præſumitur, niſi intenta prius meditatione diſcatur. Ab imperitis ergo Paſtorale magiſterium qua temeritate ſuſcipitur, quando ars eſt artium, regimen animarum?* Hæc in dictione Epiſcopo, latiùs. Eadem de Abbatiſſis ſtatuit, & Concilium AQVISGRANENSE II. cap. 3. de ordine Rectorũ, & cap 9. Quarti capituli. Similiter & nouiſſimũ Concilium TRIDENTINVM ſeſſ. 25. quæ eſt 9. ſub Pio 4. cap 7. *Abbatiſſa* (inquit) *& Prioriſſa, & quocunque alio nomine præfecta, vel præpoſita appelletur, eligatur non minor annis 40 & quæ octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit. Quod ſi his qualitatibus non reperiatur in eodem monaſterio, ex alio eiuſdem ordinis eligi poſſit. Si hoc etiam incommodum ſuperiori, qui electioni præeſt, videatur, ex his quæ in eodẽ monaſterio annum triceſimum exceſſerint, & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem rectè vixerint, Epiſcopo vel alio ſuperiore conſentiente eligatur. Duobus verò monaſterijs nulla præficiatur. Et ſi qua duo, vel plura quocunque modo obtinent, cogatur vno excepto intra ſex menſes cætera reſignare, poſt id verò tempus niſi reſignauerint, omnia ipſo iure vacent. Is verò qui electioni præeſt, Epiſcopus ſiue alius ſuperior, clauſtra monaſterij non ingrediatur, ſed ante cancellorum feneſtellam vota ſingularum audiat vel accipiat. In reliquis ſeruentur ſingulorum ordinum vel monaſteriorum conſtitutiones.* FRANCISCVS II. & CAROLVS IX. reges Franciæ in cõſtitutionibus Aureliæ edictis articulo 3 de triennio in triennium Abbatiſſarum electionem fieri iubent. Vide, Electio.

Concilium Cabilonẽſe 2 ſub Carolo Magno & Leone papa 3

Concilium Moguntinum 3 ſub Arnulpho.

Concilium Pariſienſe 3.

Gregorius I

Vtinam hæc ſedulo noſtri paſtores aduerterent, qui ambitione tãta excæcati ſunt, vt præcipitiũ imminens vltro nei incurrant.

Concilium Aquiſgranẽſe 2.

Concilium Tridentinum.

Abbatiſſa non præſit duobus monaſterijs.] Hoc ſuperius Abbatibus interdictum eſt: Verùm & hoc Abbatiſſis ſic inhibet Concilium VERNENSE cap. 6 *Conſtituimus, vt nulla Abbatiſſa duo monaſteria præſumat habere.* Hoc etiam prohibuit poſtea Concilium TVRONENSE III cap. 30. & Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 25. quæ eſt 9. ſub Pio IV. capite 7. decreti de Regularibus vt ſuperiori annotatione inuenies expreſſum circa finem. Plura de huiuſmodi in dictione, Beneficiorum pluralitas inhibetur, &c.

Conciliũ Vernenſe quod celebratũ eſt in palatio Verni anno 755. ſub Pipino rege Francorum.

Abbatiſſæ ſtudium & officium.] Satis ex prima annotatione hoc poteſt colligi, verùm ſic de his ſtatuit Concilium TVRONENSE III. capite 26. *Abbatiſſæ quæ negligentius, quam oporteat, viuunt, reformentur, ne de cætero earum vita & conuerſatio à multis diffametur, aut familiæ exemplum ſimiliter faciendi relinquant. Præterea victus & veſtimenta aliáque neceſſaria, quæ ab Abbatiſſis iure præparari debent, ea non conqueratur familia fieri*

Concilium 3 Turonenſe ſub Carolo Magno Cõcilium Tridentinum.

Concilium Turonenſe 3. ſub Carolo Magno & Leone 3.

eſſe abſtracta. Huic & Concilium CABILONENSE II capite 58. *Habeat Abbatiſſa ſtudium aut in ædificando ea quæ ad Sanctimonialium necesſitatem pertinent, aut in reſtaurando.* Idem cap. 54. *Abbatiſſa diligentem habeat curam de congregatione ſibi commiſſa, & prouideat vt in lectione, & [illegible] ut officio, in Pſalmorum modulatione, ipſæ ſanctimoniales ſtrenuæ ſint: & in omnibus operibus bonis illa eis ducatum præbeat, vtpote pro animabus earum rationem redditura in conſpectu Domini [illegible] ſtipendia ſanctimonialibus præbeat neceſſaria ne forte per indigentiam cibi & potus pec[c]are compellantur.* Eiſdem ſequenti capite 55. prohibet ne colloquium habeant cum laicis vel clericis, niſi talis fuerit occaſio quam euitare non poſſint: & ſi neceſſitas incubuerit, id coram teſtibus facere debebunt. Idem omninò in Concilio RHEMENSI ſub eodem Carolo Magno, capite 33. Idem quoque præcipit & Concilium AQVISGRANENSE II capite 14 de ordine Rectorum: vbi Abbatiſſis iniungitur vt præuideant, ne in ipſis monaſterijs multimodi ſint anguli, vel talia loca quæ ſint tenebroſa, aut certè viſui Prælatorum occulta, in quibus Deus pro ſceleribus inibi commiſſis ad iracundiam prouocetur. Similiter Concilium OXONIENSE in Anglia, capite 39. Abbatiſſis iniungit de omnibus neceſſitatibus monialium prouidere. Vide & Sanctimonialis.

Concilium Cabilonenſe 2.

Abbatiſſis colloquium cum laicis interdicitur.

Concilii Rhemenſe.

Concilium Aquiſgranēſe 2.

Concil. Oxonienſe in Anglia.

Abbatiſſa non egrediatur monaſterium.] CONCILIVM VERNENSE capit. 6. *Conſtituimus [illegible] nulla Abbatiſſa [illegible] monaſterium licentiam habeat exire, niſi hoſtilitate cogente, aut Rex per conſenſum Epiſcopi [illegible] ad ſe euocauerit, quod & facere celeriter debebit vt alibi omninò non debeat, nec per villas, nec per alia loca demorari, ſed celeriter ambulare, & reuerti.* Idem ſtatutum eſt, & de alijs Sanctimonialibus, vt ſuo loco dicetur. Eadem conſtituit Concilium FOROIVLIENSE capite 12. *Nulla [illegible] quam tempore (ait) licentia ſit Abbatiſſæ, vel cuilibet monachæ, transfigurante ſe Sathana in Angelum lucis, quaſi orationis cauſa ſe gerente eis loca venerabilia circuire. Quam ſit namque [illegible] propter [illegible] cors eſt, vel decipi [illegible]* Tum etiam eorum monaſterium prohibet ingredi. Vide loco ſuo, Monaſteria Sanctimonialium &c. Sed & Concilium CABILONENSE II capite 7 ſic, *Abbatiſſa quæ in ciuitate monaſterium habet, nequaquam de monaſterio egrediatur, [illegible] per licentiam Epiſcopi ſui, aut qui eius vicem obtinet, niſi forte aut Imperialis iuſſio eam cogat. Et ſi quando foras pergit, de Sanctimonialibus quas ſecum ducit, curam & vigilantiam habeat, vt nulla eis detur peccandi [illegible] occaſio: ſed & cum pergit, in monaſterio talem vice ſua conſtituere debet, quæ de Sanctimonialium animabus curam & vigilantiam habeat.* Idem omninò Burchardus refert ſub nomine Concilij Gangrenſis, capite 9 in opere decretorum, libro 8 de hominibus Deo dicatis, cap. 80 ſed vt credo hallucinatus eſt, nec enim hoc in Gangrenſi Concilio vſquam legi. Porrò idem recenſetur & renouatur de Abbatiſſis decretum, in Concilio MOGVNTINO I [illegible] Rabanus præſedit, cap. 16. Sed vide locis ſuperius memoratis.

Concilium Vernenſe ſub Pipino rege in palatio Vernis celebratum.

Concilium Forojulienſe.

Concilium 2. Cabilonenſe.

Hæc quidem ſtricte ordinata ſunt, [illegible] obſeruantur.

Concilium Moguntinum 1. ſub Rabano Mauro Archipræſule.

Abbatiſſa velare non poteſt.] Cui velare competat habetur in vocabulo, Velare. De Abbatiſſis autem, quia velare non poſſint nec debeant, ſic EVTYCHIANVS Papa, referente Iuone Carnotenſi, libro 3 decretorum. Et Gratiano cauſa 20. quæſtione 2. cap Statuimus. *In quibuſdam locis [illegible] vſum ſtultitia plenum, [illegible] authoritati contrarium [illegible] quòd videlicet nonnullæ Abbatiſſæ & aliquæ ex Sanctimonialibus [illegible] puellis [illegible] contra ſas velum imponere præſumunt [illegible] nonnullæ iniuſte velatæ, putant [illegible] carnalibus deſiderijs poſſe ſeruire, & ſuas [illegible] explere. Quapropter ſtatuimus, vt ſi Abbatiſſa aut quælibet Sanctimonialis, poſt hanc diffinitionem in tantam [illegible] prorumperit, vt aut viduam aut puellam vi[r]ginem velare præſumat, iudicio canonum [illegible] ſubdatur.* Hoc decretum renouatum eſt in Concilio PARISIENSI II libro 1 cap. 3. vbi etiam preſbyteris interdicitur velatio. Vide Velare, &c.

Eutychianus Papa.

Concilium Pariſienſe 3.

ABBATIA.

Abbatiæ non prætio comparandæ. Hoc expreſsè prohibuit Concilium ROMANVM ſub Nicolao II contra Berengarium & Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. capite 2. & GREGORIVS VII. referente Platina in eius vita N[illegible] & Henricum IV. Imperatorem anathemate percuſſit, eò quòd huiuſmodi beneficia per Simoniam concederet. Itaque plura lecturus perge ad dictionem Simonia. Cæterùm quidquid de Abbatijs tractandum foret ſub dictione, Monaſterium, concluſimus. Itaque perge.

Concilium Romanum [illegible] Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3. Gregorius 7.

Deus bone, [illegible] noſtro [illegible] repellun[tur].

ABLVTIO.

Ablutio pedum præcipitur.] ZACHARIAS Papa, epiſtola 5 ad Bonifacium Moguntinenſem Epiſcopum: *In [illegible] fraternitas tua, ſi liceat Sanctimonialibus fœminis, quemadmodum viris, ſibi inuicem pedes abluere, [illegible] Dominus, quam in alijs diebus. Hoc Dominicum præceptum eſt, quod qui per fidem impleuerit, habebit ex [illegible] laudem. Etenim viri & mulieres vnum Deum habemus qui in cœlis eſt. Regulam Catholicam [illegible] frater amantiſſime [illegible] omnibus prædica [illegible] doce, ſicut a ſancta Romana [illegible] accepiſti.* IRENAEVS LVGDVNENSIS libro 4. contra hæreſes Valentini & ſimilium capite 39 cur Chriſtus lauerit pedes diſcipulorum ſuorum, myſtice interpretatur de ablutione & emundatione eorum quæ ſunt mortis. Et antiquos Patres ſolitos fuiſſe ablutionem pedum hoſpitibus præbere, meminit Tertullianus Carthaginenſis libro ſecundo ad vxorem: quod & facit glorioſus martyr Cyprianus Carthaginenſis ſermone de ablutione pedum: *Mandatum igitur* ait *ſimul & exemplum Chriſtus complexus eſt vt [illegible] inſtructi non dedignaremur [illegible], quod actum eſt a magiſtro & mandato [illegible] religioſius authoritas firmaretur.* Et Cōcilium AQVISGRANENSE I. capite 141. *Clericis [illegible] alijs temporibus nequeunt: ſaltem Quadrageſima tempore pedes pauperum [illegible], iuxta illud Euangelium [illegible] Dominus [illegible] Magiſter veſter [illegible] vobis pedes: quanto magis vos debetis alter alterius lauare pedes.* Idem omninò CONCILIVM BITERRENSE ſtatuit capite decimo octauo, vbi illud mandatum appellat, quod & modò adhuc obſeruatur in Religioſorum monaſterijs & alijs Eccleſijs. Vide plura dictione, Hoſpitalitas & Pauper.

Zacharias Papa, ad Bonifacium Epiſcopū & Martyrē [illegible] Apoſtolū.

Ioannis 13.

Irenæus [illegible]

Tertullianus [illegible] Cyprianus Carthag. Concilium Aquiſgranēſe 1.

[illegible]

[illegible] Concilium Biterrenſe [illegible]

Ablactatio.

Ioannes Chryſoſtomus in homil. 1. in Pſalmum Miſerere mei Deus.

Ablactatio infantium matribus iniungitur. Ioannes Chryſostomus homilia prima in Pſalmum quinquageſimum. *Apud pauperes vxor ancilla, miniſtra eſt & procreat filios, ipſa mater, nutrit. Apud diuites autem non ita: ſed cum generauerit filium, ſtatim eum tradit pro pietatis ignauia abſcondit ſuperbia erubeſcit fieri nutrix, quæ facta eſt mater. Chriſtus autem non ita. Ipſe nutritor eſt noster: ideo & pro cibo, propria nos carne paſcit, & pro potu ſuum ſanguinem nobis propinauit.* Gregorius I. Ad interrogata Auguſtini I. Cantuarienſis Archiepiſcopi, capite decimo, & allegat Gratianus diſtinctione quinta, capite Cùm enixa. vbi de muliere enixa, quanto tempore ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpendi debet tractat vt dicemus in dictione, mulier ſubdit inter cætera. *Ad eius vero concubitum vir ſuus accedere non debet quouſque qui gignitur ablactentur. prauæ autem in coniugatorum moribus conſuetudo ſurrexit, vt mulieres filios ſuos quos gignunt nutrire contemnant, eoſque aliis mulieribus ad nutriendum tradant quod videlicet ex ſola cauſa incontinentiæ videtur inuentum quia dum ſe continere volunt, deſpiciunt lactare quos gignunt.* Vide reliquum dictione Mulier.

Vide Euchariſtiæ Sacramentum.

Gregorius I.

Abortiuus.

Ancyranū concilium I.

Abortiuos natos mater procurans, vel extinguens. Concilium Ancyranum capite 2 De mulieribus quæ fornicantur, & partus ſuos necant: ſed & de his quæ agunt ſecum. vt vtero conceptos excutiant. *Antiqua quidem definitio vſque ad exitum vitæ eas ab Eccleſia remouerit. Humanius autem nunc definimus, vt eis decem annorum tēpus pœnitentiæ tribuatur.* Idem omninò repetit ne pluries rem eandem repetamus Concilium Eliberitinum, capitibus 63. & 6 . atque poſteà eiſdem verbis prædictus canon citatur & roboratur in Concilio Moguntino II. ſub Rabano Archiepiſcopo capite viceſimo primo, Sic verò ſtatuit poſt Iliberitanum & Ancyranum concilia. Concilium Ilerdense capite ſecundo, *His vero qui conceptos ex adulterio fœtus, vel editos necare ſtuduerint vel in ventribus matrum potionibus aliquibus conterunt in vtroque ſexu adulteris poſt ſeptem annorum curriculum: ita tamen vt omni tempore vitæ fletibus & humilitati inſiſtant. Si vero clerici fuerint, officium eis miniſtrandi recuperare non liceat attamen in choro pſallentium a tempore recepta communionis interſint. Ipſis autem veneficis in exitu tantum, ſi facinora ſua omni tempore vitæ ſuæ defleuerint communio tribuatur.* Hunc canonem recenſet in collectorio ſuo Martinus Bracarensis capite 77. Idem quoque ſtatutum eſt in Concilio Toletano III. capite 17. poſtquam eidem concilio renunciatum fuiſſet in Hiſpania quoſdam fornicationis auidos, neſcios pietatis, proprios filios interemiſſe, quod ſcelus perquiri & extirpari ſacerdotibus mandatum eſt. vide & homicidium infantum. Concilium Bracarense II. capite 77. *Si qua mulier fornicata fuerit & infantem qui exinde fuerit natum occiderit, & quæ ſtuduerit abortum facere, & quod conceptum eſt necare: aut certe vt non concipiat elaborat, ſiue ex adulterio, ſiue ex legitimo coniugio has tales mulieres in morte recipere communionem priores canones decreuerunt: nos tamen pro miſericordia tales mulieres, ſiue conſcias ſcelerum ipſarum, decem annis agere pœnitentiam iudicamus.* Idem omnino ſtatuit & repetit. Concilium Constatinopoli. III. quod eſt generale 6. capite 9. vt & huiuſmodi mulieres homicidæ pœnis ſubiiciantur. Iterum & Concilium Vormatiense, capite triceſimo quinto: *Mulieres quæ ante temporis plenitudinem conceptos vtero infantes voluntate excutiunt, vt homicidæ proculdubio iudicandæ ſunt. Illæ vero quæ dormiendo filios ſuffocare videntur, leniter de his iudicare oportet. quia nolentes & non ſentiendo ad hunc deuoluta ſunt caſum.* Reliquum vide in dictione, Homicidium infantum.

Matribus talibus plenus eſt orbis vniuerſo mundo teſte.

Concilium Iliberitanum.

Concilium Moguntinum 2.

Concilium Ilerdense ſub Theodorico rege & Symmacho papa & Hormiſda.
* vtero

Martinus Epiſcopus
Concilium Toletanum 3.

Cōcilium Bracarenſe 2. ſub Honorio papa.

Concilium generale, dictum Conſtantinopolitanum 3.

Conciliū Vormatienſe ſub Ludouico 2. Imperatore anno 86.

Abſolutio.

Abſolutio reorum diebus Paſchæ, & Quadrageſimæ. Huius abſolutionis quæ generaliter ſolet initio Quadrageſimæ, & in cœna Domini. atque die ſacro Paſchæ dari, & in hunc vſque diem obſeruatur meminerunt trecenti monachi ſub impio Eutyche Abbate degentes, epiſtola quam ad Concilium Epheſinum II. direxerunt: & lecta eſt actione prima Concilii Chalcedonensis IV. generalis Mentionem enim faciunt ſe in luctu & mœrore egiſſe diem Natalis Domini, & diem Epiphaniorum. *Quæ dies (aiunt) omnibus Chriſtianis eſt lætitia, pro orationibus diuini miniſterij lamentationes ex linguis noſtris pertranſiere.* Tum ſubdunt: *Superuenit & ſalutaris paſſionis dies, & ſacra nox, & Reſurrectionis feſtiuitas in qua quidem & plurimis peccatoribus à ſanctis Patribus noſtris damnationes ſoluuntur verùm & ab Imperatoribus reis criminalia vincula relaxantur: iuſta verò lætitia omnis domus & omne forum repletur, &c.* Porrò Quadrageſimalis ieiunij, & abſolutionis quæ ſolet eodem tempore in Eccleſia peccatorum fieri, mentio fit actione decima eiuſdem Concilij Chalcedonensis in cauſa Ibæ Adeſſenæ ciuitatis Epiſcopi, qui excommunicatos ab excommunicationis ſententia abſoluiſſe ſe fatetur in ieiunio Quadrageſimæ, propter diei feſtiuitatem. Vide Paſcha, & Quadrageſima.

Concilium Epheſinum

Conciliū Chalcedonēſe 4 generale

Conciliū Chalcedonenſe 4.

Abſolutio in extremis poſitis non neganda. Hoc Leo I. epiſtola octuageſima nona, quæ eſt ad Theodorum Foroiulienſem Epiſcopum, & allegatur à Gratiano de Pœnitentia, diſtinctione prima, capite Multiplex, expreſsè commendat, & confirmat Toletanum Concilium III. capite duodecimo, & Toletanum XI. capite duodecimo, & plures alij canones, vt exprimitur in dictione, Pœnitentia in extremis poſitis, non neganda.

Leo I. Papa.

Concilium Toletanum 3.

Concilium Toletanum 11.

Abſolutio non detur niſi confitentibus. Gelasius I Papa in commonitorio ad Fauſtum magiſtrum legatum Conſtantinopolita. loquens de abſolutione quam Acatius impius hæreſis fautor, Petro Alexandrino Epiſcopo dederat, vel de Abſolutione quam petebant in errore permanentes, & allegat Gratian. cauſa viceſima quarta, quæſtione ſecunda, capite Legatur. *Legatur (ait) ex quo eſt religio Chriſtiana, vel certè*

Gelaſius papa huius nominis.

A

detur exemplum in Eccleſia Dei, a quibuſlibet Pontificibus, ab ipſis Apoſtolis, ab ipſo denique Saluatore veniã, niſi corrigentibus ſe, fuiſſe conceſſam. Audiuimus autem ſub iſto cælo, nec legitur omnino, nec dicitur. quod eorum vocem depromitur. Date nobis veniam dum tamen nos in errore durremus. Id quoque pariter oſtendant, qui nobis Canones nituntur opponere, quibus hi canonibus, quibus regulis, qua lectione, queve documento, ſiue & maioribus noſtris, ſiue ab ipſis Apoſtolis (quos potiores meritò fuiſſe non dubium eſt) ſeu ab ipſo Deo noſtro Saluatore, qui iudicaturus creditur viuos & mortuos, ſiue factum eſt unquam, vel faciendum eſſe mandatur. Mortuos ſuſcitaſſe legimus Chriſtum, in errore mortuos abſoluiſſe non legimus. Et qui certe faciendi hoc ſolus habuit poteſtatem, Beato Petro principaliter mandat Apoſtolo: Quæ ligaueris ſuper terram, ligata erunt & in cælis & quæ ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Super terram, inquit: non in hac ligatione defunctum uſquam dixit abſolui. Quod ergo nunquam factum eſt, vel mente concipere formidamus. ſcientes in diuino iudicio non poſſe penitus excuſari. Et infrà: *Remitti culpa de præterito poteſt, correctionem ſine dubio ſubſequente. Nam ſi deinceps ſumitur manſura peruerſitas, non eſt benignitas remittentis, ſed conſentientis aſſenſio.* Vide, Confeſſio & Pœnitentia.

Matthæi 9.
Marc 5.
L[illegible].
Ioannis 11.
Matthæi 10.

B

Abſolutio non extenditur ad mortuos.] Ex ſuperiori etiam hoc colligitur, & idem Gelasivs I. epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ, & allegat Gratianus cauſa viceſima quarta, quæſtione ſecunda, capite. Nec quiſquam. *Quia ait Acatium iure meruit ab Apoſtolica communione ſecludi, & in hac eadem perſiſtens damnatione defunctus eſt. abſolutionem quam ſuperſtes non quæſiuit omnino, nec meruit, nec mortuus iam poteſt impetrare: quia de eo qui eſt in diuino iudicio conſtitutus, nobis fas non eſt aliud decernere, præter id in quo eum dies ſupremus inuenit.* Quòd autem nec ſacrificium pro talibus debeat offerri. Evtychianvs Papa, referente Gratiano, cauſa vndecima, quæſtione tertia, capite Si quis Epiſcopus, &c. prohibuit: & idem Gelasivs epiſtola prædicta: & Concilivm Lateranense ſub Alexandro III. parte 1. cap. 27. vt dicemus in dictione, Miſſa, &c.

Gelaſius I.

Hic lector aduerte, no doctrina Catholica veram quæ indulgentias etiam defunctis valere contendit ſed hoc ſpecialiter loquitur de his, qui non in communione ſed [illegible]

Eutychianus Papa.

C

Gelaſius I.
Concilium Lateranenſe ſub Alexãdro III.

D

Abſolutio confitentibus danda cum cum cautela.] Plura & præcipua de huiuſmodi negotio tractanda ſunt in dictione, Confeſſor, & Confeſſio, aut pœnitentia. Verùm ne quippiam omiſiſſe iudicemur: ſic Concilivm Constantinopolitanvm III. aliàs 6. Synodus generalis, capite 102. *Oportet eos qui ſoluendi & ligandi poteſtatem à Deo accepere, peccati qualitatem conſiderare, & eius qui peccauit, ad eam conuerſationem promptum ſtudium, & ſic morbo conuenientem afferre medicinam: ne ſi in vtroque immoderatione vtatur, ab eius qui laborat, ſalute excidat.* Vide Pœnitentiæ iniungendæ confitentibus modus, &c. Idem autem ſtatuit & Concilivm Vormatiense capite ſeptimo, & alij canones, vt ibi videbitur.

Concilium Cõſtantinop. [illegible] generalis ſynodus.

E

Abſolutio maioribus ab inferioribus non danda.] Conqueritur Gelasivs I. epiſt. 2. ad Epiſcopos Siculos ad calcẽ, & damnat Acatium Conſtantinopolitanum Epiſcopum hæreticum, quòd hæreſim ſapiens, ſibi ſimilem Petrum Alexandrinum Epiſcopum à vinculo quo erat ligatus abſoluere præſumpſerat. & dicit, quòd inferior potiorem abſoluere non poteſt, ſed potior inferiorem cõuenienter abſoluit. Cùm itaque tunc temporis ſedes Alexandrina ſecunda, haberetur poſt Romanam, non potuit Conſtantinopolitanus Epiſcopus inferior Alexandrinum præſulem abſoluere.

Gelaſius I.

Abſolutio non pretio detur. In dictione Sacramenta, & Simonia ſatis de huiuſmodi re locuti ſumus: ſpecialiter tamen Concilivm Ratisponense capite 9. hoc prohibuit, cùm de ſacerdotibus ſtatutum eſt. ne ipſi videantur, pecuniæ aucupium magis, quàm ſalutis animarum ſtudium amplecti, dum laicos grauiora delicta confeſſos hinc inde remittunt, non ſine famæ rerúmque diſpendio: *Conſtituimus & ordinamus, vt deinceps quilibet confeſſor abſoluere poſſit laicos contritos & confeſſos à quibuſcũque peccatis quantumcunque grauibus & enormibus, quæ ordinarij ſuæ authoritati reſeruauerant, exceptis duntaxat homicidis, hæreticis, & excommunicatis, ad Epiſcopum, vel eius vicarium mittendis. Quo autem ad clericos, nihil, quo ad hoc ſtatutum, intelligatur innouatum. Pro condonatione autem & remiſſione peccatorum, quam abſolutionem vocant, nihil omninò ab inuito exigãt.* Idem omninò ſtatuit Concilivm Mogvntinvm IV. capite 30. Vide in dictione, Sacramenta non pretio conferenda, & Simonia, &c.

Concilium Ratiſponenſe ſub Laurentio Cardinali.

Cõcilium Moguntinum 4.

Abſolutionis dandæ forma.] Concilivm Mogvntinvm IV. capite 24. *Sacerdotes qui confeſſionibus audiendis dant operam, abſolutionis formam non intricent, pluribus membris aut conditionibus appoſitis, ſed planis & ſimplicibus verbis depromant: Ego abſoluo te a peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, non tamen prohibemus vt idoneo loco, ſeu ante Abſolutionem ſeu poſt, orationes pro petenda delictorum venia adiungant.* Latiùs de his vide. Confeſſoris, ſeu auditoris confeſſionem officium, & Pœnitentiæ iniungendæ modus &c. De abſolutione autẽ ſic Concilivm Tridentinvm ſeſſione 14. quæ fuit 4. ſub Iulio III. cap. 6. *Quamuis abſolutio ſacerdotis, alieni ſit beneficij diſpenſatio tamen, nõ eſt, ſolum nudum miniſterium, vel annunciandi Euangelium, vel declarãdi remiſſa eſſe peccata: ſed ad inſtar actus iudicialis, quo ab ipſo, velut a iudice, ſententia pronunciat. Atque ideò non debent pœnitens adeò ſibi de ſua ipſius fide blandiri, vt etiam ſi nulla illi adſit contritio, aut ſacerdoti animus ſeriò agendi, & vere abſoluendi, deſit: putet tamen ſe propter ſuam ſolam fidem, verè & coram Deo eſſe abſolutum. Nec enim fides ſine pœnitentia remiſſionem vllam peccatorum præſtaret, nec is eſſet niſi ſalutis ſuæ negligentiſſimus, qui ſacerdotem iocoſè abſoluentem cognoſceret, & non alium agentem ſerio, ſedulò requireret.* Quoniam igitur natura eſt ratio iudicij (cap. 7. de caſuum reſeruatione) vt ſententia in ſubditos duntaxat feratur, perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, vt veriſſimum eſſe Synodus hæc confirmat, nullius momenti abſolutionẽ eam eſſe debere, quam ſacerdos in eum profert in quẽ ordinariam, & ſubdelegatam non habet iuriſdictionem. Magnopere verò ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinere, ſanctiſſimis patribus noſtris viſum eſt, vt atrociora quædam & grauiora crimina, non à quibuſuis, ſed à ſummis duntaxat ſacerdotibus abſoluerentur. Vnde meritò Pontifices Maximi, pro ſuprema poteſtate ſibi in Eccleſia vniuerſa tradita, cauſas aliquas criminum grauiores, ſuo poterunt peculiari iudicio reſeruare. Neq. dubitandum eſt, quando omnia quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt quin hoc idem Epiſcopis omnibus in ſua cuiq; Diœceſi, in ædificationem tamẽ, non in deſtructionẽ, liceat, pro ſibi in ſubditos tradita

Cõcilium Moguntinum 4.

Cõcilium Tridentinum.

Et hoc contra noſtros Lutheri præſtigias, qui aſſerunt quempiam verè abſolutum ſi ſide ita crederet non autem ſacerdotem ioco abſolueret.

Roman. 13.

ſupra

ſupra reliquos inferiores ſacerdotes authoritate, præſertim quo ad illa quibus excommunicationis cenſura anneſa eſt. Hanc autem delictorum reſeruationem, conſonum eſt diuinæ authoritati, non tantum in externa politia ſed etiam coram Deo vim habere. Verumtamen piè admodum ne hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis. Atque ideò omnes ſacerdotes cùm nihil poſſint in caſibus reſeruatis, ad vnum pœnitentibus perſuadere nitantur, vt ad ſuperiores & legitimos iudices, pro beneficio abſolutionis accedant. Hanc doctrinam improbantes, poſtea ſubſequentibus canonibus anathemate feriuntur. Contra illos autem, qui

Contra filios Caluiniſta.

B abſolutionis ſacramentum nil efficere contendunt, excommunicationis ſententiam profert Gregorius libro 9. Regiſtri epiſtola 39. ad Theoctiſtam patriciam. Idem verò GREGORIVS I. libro 40. homiliarum, homilia 26. *Epiſcopi (ait) li[illegible]andi atque ſoluendi authoritatem ſuſcipiunt, & qui gradum regiminis ſortiuntur. Grandis honor, ſed graue pondus eſt iſtius honoris. Durum quippe eſt, vt qui neſcit tenere moderamina vitæ ſuæ, index vitæ fiat alienæ. Et plerumque contingit, vt hic Iudicij locum teneat, cui ad locum vita minime concordat: ac proinde ſæpe agitur vt vel damnet immeritos, vel alios ipſe ligatus ſoluat. Sæpe in ſoluendis ac ligandis ſubditis, ſuæ voluntatis motus, non autem cauſarum merita ſequitur. Vnde [illegible], vt ipſa hac ligandi & ſoluendi poteſtate ſe priuet, qui hanc pro ſuis voluntatibus, & non pro ſubiectorum moribus exercet. Cauſæ ergo penſandæ ſunt, & tunc ligandi atque ſoluendi poteſtas exercenda. Videndum eſt quæ culpa, aut quæ ſit pœnitentia ſecuta poſt culpam, vt quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam viſitat, illos paſtoris ſententia abſoluat. Tunc enim vera eſt abſolutio præſidentis, cum æterni arbitrium ſequitur Iudicis.* Et alia quæ dictione, Pœnitentia, Confeſſio & alijs locis, inſeruntur. Qualiter autem ſit de criminum abſolutione gaudendum, docet AMBROSIVS MEDIOLANENSIS, libro de bono mortis cap. 7.

Gregorius Lib. expoſitione diſius Suigelij, cum eſſet [illegible] die illa vna ſabbatorum, &c.

Ambroſius Mediolanenſis

ABSTINENTIA.

D Abſtinentiæ encomium. AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro 10. epiſtolarum, epiſtola 82. ad Vercellenſem Eccleſiam. *Quid pulchrius abſtinentia, quæ [illegible] etiam iuuentutis annos ſeneſcere, vt [illegible] morum [illegible] namque & redundantia ciborum & temulentia etiam maturior ætas caleſcit, ita mitigatur iuuentus frugalitate epularum parſimonia. [illegible] [illegible] exterior ignis aquæ infuſione [illegible] [illegible] etiam interior æſtus corporis ſ[illegible] potu re[illegible]geratur. Cibo enim [illegible] alitur & deficit. Siquidem fœnum, ſtipulam, lignum, oleum, aliáque huiuſmodi, alimenta ignis ſunt, quibus paſcitur [illegible] non [illegible] ignis [illegible]. Similiter ergo [illegible] corporis cibo alitur aut minuitur, cibo exc[illegible]atur, cibo ſoluitur. Luxuria igitur mater libidinis eſt, &c.* HIERONYMVS

E STRIDONENSIS, libro 2. contra Iouinianum circa medium. Io ſoribus Euangelij: *Anna filia Phanuelis vidua inducitur, ſemper que ieiunans & Dominum virginem longa caſtitas longáque ieiunia ſuſcepère. Præcurſor eius & præ[illegible] Ioannes locuſtis alitur, & ſilueſtri melle, non carnibus. Habitatióque deſertis, & incunabula monachorum talibus inchoauit alimentis. Sed & ipſe Dominus baptiſma ſuum quadraginta dierum ieiunio dedicauit: & acriora dæmo-*

Ambroſius Mediolanenſis

Hieronymus Stridonenſis.

Lucæ 2.

Matth. 3.

A *nia docuit non niſi oratione & ieiuniis poſſe ſuperari.* Cætera, quæ citantur dictione, Ciborum delectus, & Ieiunium. AVGVSTINVS HIPPONENSIS ſermo 7. de Quadrageſima. *Omnis abſtinentia vtilis eſt, vt diabolus, qui Adam per incontinentiam vicerat à Chriſto per ieiunium vinceretur. Moyſes ieiunans vocibus Domini fruebatur & aſpectibus; populus verò cibo & potus deditus, decurrit ad Deorum Gentilium cultus: & ſuperſtitioni vacauit, qui ſaturitati vacauerat.* Idem ſermone 15. de Quadrageſima. *Abſtinentia corpus macerat, ſed cor impinguat, carnem debilitat, ſed animam confortat. Ille bene abſtinet à cibis, qui etiam à malitia actibus, & mundi ieiunat ambitionibus. Nam qui à cibis abſtinent & praue agunt, dæmones imitantur, quibus*

Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus.

B *eſca carnis non eſt, ſed nequitia ſpiritualis ſemper ineſt.* Idem ſermone 1. de Natiuitate Ioannis Baptiſtæ: *Duo ſunt abſtinentiæ & crucis genera, vnum corporale, aliud ſpirituale: vnum à potu atque epulis temperare, appetitum gulæ à delectationibus atque mollitiis ſuauitatibus cohibere: ab his quæ per tactum, guſtum, viſúmque decipiunt, ſenſum viriliter reuocare ac violenter abſtrahere. Alterum abſtinentiæ & crucis genus, eſt pretioſius atque ſublimius: motum animi regere, & perturbationum moleſtiam tranquillitate placare. Iræ ac ſuperbiæ impetus, quaſi feram beſtiam refrenare, litigare quotidie contra vitia ſua, increpare ſe quadam cenſura auſteritatis, & virtutis: & rixam quodammodo cum homine interiore*

Abſtinentiæ duo genera.

C *conſerere.* Hinc GREGORIVS I. libro 5. expoſitionis in librum 1. Regum cap. 11. *Probatio vera abſtinentiæ non eſt in attenuatione corporis ſed in perfectione caſtitatis. Nam bene ſerpens atteritur, ſi ſic gula refringitur, vt libidinoſi motus corporis omnis violentia minuatur. Nam motus illicitus carnis, quandiu ipſa caro eſt, tolli non poteſt, violentia mouendi tolli poteſt. Non quidem tolli poteſt carni violentia motionis, vt non relinquatur ei motus, ſed eidem motui omnis delectationis obſcœnitas auferatur, & ſimplex motus ille ſit, in quo aliqua libidinis turpitudo non ſit.* Idem libro 10 Moralium capite 30. *Virtus abſtinentiæ aut omnino nulla eſt ſi tantum quiſque corpus non edomat, quantum valet: aut valde inordinata eſt, ſi corpus atterit plus quàm valet. Per abſtinentiam quippe carnis*

Gregorius I.

Gregorius I. interpretãs il lud lib. cap. 5. ve[illegible] in luctum cythara mea, &c. [illegible] in diſ[illegible] ſecunda.

D *vitia ſunt extinguenda, non caro: & tanto quiſque ſibimet debet moderamine præeſſe, vt & ad culpam caro non ſuperbiat, & tamen ad affectum rectitudinis in operatione ſubſiſtat.* Plura vide in dictione, Ieiunium & Ciborum delectus.

Abſtinentia à licitis laudatur.] AMBROSIVS MEDIOLANENSIS in caput 7 epiſtolæ primæ ad Corinthios: *Quamuis (inquit) munda ſint coniugia, tamen etiam à licitis abſtinendum eſt, vt facilius ad effectũ deducatur oratio. Nam in lege ſanctificari volentes, inter cætera etiam ab vxoris paſſu, iuſſu Domini temperabant, vt fierent ſanctiores. Cum enim quis etiam conceſſa non contingit, oſtendit ſe velle, quod*

Ambroſius Mediolanenſis.

E *precatur accipere.* Idem AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro 1. de verbis Domini, ſermone 23. *A licitis (inquit) abſtinentia bona eſt, vnde virginitas nomen accepit.* Et GREGORIVS I. libro 9. Regiſtri, epiſtola 39. ad Theoctiſtam Patriciam, & allegat Gratianus Cauſa 27. quæſtione 2. cap. Sunt qui. *Duobus (inquit) modis ſancti viri etiam à licitis ſolent abſtinere. Aliquando, vt merita ſibi apud omnipotentem Deum augeant: aliquando verò, vt anteacta vita culpas detergant: vt Babylonici noluerunt ea ſumere quæ licebat, vt per continentiam victus excreſcerent. Dauid verò, qui propter alienam coniugem, & pro ſua culpa valde fuerat flagellatus aquam bibere*

Auguſtinus Hipponenſis.

Gregorius Magnus.

Daniel 1.

2. Paralip 11.

longè

longè poſt de Bethleemitica ciſterna voluit, quam cum ei fortiſſimi milites detuliſſent bibere noluit eamque fundendo Domino libauit. Licebat enim ei bibere ſi voluiſſet: ſed quia illicita ſitiſſe meminerat, laudabiliter a licitis abſtinebat. Et qui prius pro culpa ſua morientium militum ſanguinem fundi non timuit, poſtmodum ſi aquam biberet, etiam venientium militum ſanguinem ſe fudiſſe iudicauit, dicens: vnum ſanguinem iſtorum hominum qui profecti ſunt, & animarum periculum bibam'&c. vide alibi.

ABVSVS.

De Abuſibus.] paſſim loquimur, cum vel de clericorum ſcurrilitate, vel monachorum diſſolutione, vel de facultatum & rerum Eccleſiæ diſſipatione diſſerimus. Itaque ſuis omnia locis optimè ordinata cernentur. lege Exceſſus 3.

ACCVSATOR.

Anacletus I.

Accuſatores qui eſſe non poſſint.] ANACLETVS I. Epiſtola ad omnes Epiſcopos, & allegatur à Gratiano, cauſa. 3. quæſtio. 4. cap. Beatus. *Beatus prædeceſſor noſter Clemens, vir Apoſtolicus & ſpiritu Dei plenus, vnà cum reliquis ſanctis collegis ſuis ſtatuit, dicens: Accuſandi vel teſtificandi licentia denegetur his, qui Chriſtianæ religionis & nominis dignitatem, & ſuæ legis, vel propoſiti normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Transgreſſores enim ſponte legis ſuæ, eiuſque violatores Apoſtatæ nominantur.* Vide Apoſtata. Hoc idem allegat Iuo libr. 4. Decretorum. Idem Epiſt. 3. ad omnes Epiſcopos, & allegatur à Gratiano cauſa 3 quæſt 5. cap. Accuſatores: & ab Iuone lib 4. Decretorum: *Accuſatores autem & teſtes eſſe non poſſunt, qui ante heſternum diem, aut vndecimum, inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant, vel læſi ſe vlciſci velint. Inoffenſus igitur accuſatorum & teſtium affectus quærendus eſt, & non ſuſpectus.*

Teleſphorus I. Papa.

TELESPHORVS I. epiſt 1. ad omnes Epiſcopos, *Accuſatores, & accuſationes quas leges ſeculi non admittunt [illegible] ſubmouemus, & Accuſatori omnino non credi decernimus, qui abſente aduerſario cauſam ſuggerit, ante vtriuſque partis iuſtam diſcuſſionem. Nec hi, qui non ſunt idonei, ſuſcipiantur ad accuſationem. Omnes, qui aduerſus patres armantur, infames eſſe cenſemus.*

Qui armantur contra parêtes iudicantur infames.

Patres enim omnes venerandi ſunt, nõ reſpuẽdi, aut accuſandi, aut inſidiandi. Hi verò qui cum inimicis morantur, aut qui ſuſpecti habentur, minime recipiantur, quia eorũ æmulatio lacerat etiam innocentes Hæc allegãtur à Gratiano cauſa 3 quæſtione 5. cap. Accuſatores. & quæſt 9. cap. Accuſatori. Idem omnino & ſimili forma verborum

Pius I. Papa.

PIVS I. epiſtol. 1. ad omnes Chriſti fideles. Idem etiam &

Stephanus I. Papa.

Calixtus I.

STEPHANVS I. epiſtola 2. ad omnes Epiſcopos. & CALIXTVS I epiſtola 2. ad Epiſcopos Galliæ, & allegatur à Gratiano cauſ 2. quæſt. 4. capite Quærendum. & cauſa 2 quæſt. 8. cap. Accuſatorum. & cauſa 3. quæſt. 9. Abſente. & cauſa 3 quæſt. 9. cap. Teſtes, & cauſa 3. quæſtione 5. Conſanguinei. *Omnes* (ait) *qui in recta fide ſuſpecti ſunt, in accuſationem ſacerdotum, & eorum ſuper quorum fide non heſitatur, minime recipiantur, & in teſtimonio humano dubij habeantur. Infirmari ergo oportet eorum vocem, de quorum fide dubitatur, nec eis omnino eſt credendum, qui rectam fidem ignorant. Quærendum eſt ergo in iudicio, cuius ſit conuerſationis & fidei is qui accuſat [illegible] is qui accuſatur quam hi qui non ſunt rectæ conuerſationis & fidei, & quorum vita eſt accuſabilis non permittuntur maiores natu accuſare: nec quorum fides, vita, & libertas neſcitur, neque viles perſonæ in eorum recipiantur accuſationem. Rimandæ vero ſunt enucleatim perſonæ accuſatorum, quæ ſine ſcripto difficile per ſcriptum autem nunquam recipiantur, quia per ſcripturam nullus accuſare vel accuſari poteſt ſed propria voce, & præſente eo, quem accuſare voluerit, ſuam quiſque agat accuſationem nec abſente eo, quem accuſare voluerit, cuicunque accuſatori credatur.*

Forma procedendi in accuſatione.

Similiter teſtes, per quãcunque ſcripturam teſtimonium non proferant, ſed præſentes de his quæ viderunt & nouerunt veraciter teſtimonium dicant. Nec de aliis cauſis vel negotiis dicant teſtimonium, niſi de his quæ ſub præſentia eorum acta eſſe noſcuntur. Accuſatores verò conſanguinei, aduerſus extraneos teſtimonium non dicant, nec familiares, vel de domo prodeuntes: ſed ſi voluerit, & inuicem conſenſerint inter ſe parẽtes tantũmodo teſtificentur & non in alios. Nec accuſatores vel teſtes ſuſpecti recipiantur, quia propinquitatis & familiaritatis, & dominationis affectio veritatem impedire ſolet.

Notatu digna ſententia.

Pontianus papa.

Item PONTIANVS I epiſtola 2 omnes Chriſti fideles & allegatur à Gratiani cauſa 3 qu. 5 cap Suſpectos, & cauſa 2. quæſt. 7. capite Quærendum eſt, & ad Iuone lib 4. *Suſpectos* (ait Pontianus) *aut inimicos, aut facilè litigantes, & eos qui non ſunt bonæ conuerſationis aut quorum vita eſt accuſabilis, & qui rectam non tenent & docent fidem, accuſatores eſſe & teſtes, & anteceſſores noſtri Apoſtolica repulerunt authoritate, & nos ſubmouemus, atque futuris temporibus excludimus: ne libenter labi poſſint, quos nos tenere & ſaluare debemus, ne, quod abſit, prædictum Dei iudicium, non tantum ſuper vtroſque veniat, ſed & nos eorum vitio, quod Deus auertat, pereamus.*

Fabianus Papa.

Et FABIANVS I. epiſtola prima ad omnes epiſcopos & allegatur à Gratiano, cauſa 3. quæſt. 4 capite, omnes *Meritò ergo eorum reprobatur accuſatio, qui in recta fide ſuſpecti ſunt, nec eis omnino eſt credendum, qui Trinitatis fidem ignorant. Similiter omnes quos ſanctorum patrum ſtatuta, tam præteritis, quàm futuris temporibus, anathematizant, ſubmouemus, & ab omni accuſatione fidelium alienamus.* Iterum eadem reperit IOEM epiſtola ſecunda ad epiſcopos orientales circa medium. Et

Stephanus papa.

STEPHANVS I epiſtola 2. ad omnes epiſcopos. *Per ſcripta nullius accuſatio ſuſcipiatur, ſed propria voce, ſi legitima & condigna, accuſatoris perſona fuerit, præſente videlicet eo quem accuſare deſiderat, quia nullus abſens, aut accuſare poteſt, aut accuſari.*

Nullus abſens accuſare poteſt [illegible] ſari.

Dionyſius I. papa.

DIONYSIVS I epiſtola 2 ad Seuerum Epiſcopum allegatur à Gratiano cauſa 3 quæſt. 3. cap. nemini, & cauſa 3. quæſt 4. alieni. *[illegible] crimina quæ epiſcopis impingere dicis, per alios non ſinimus vllo modo fieri, niſi per ipſos qui crimina intendunt. [illegible] tamen ipſi digni & irreprehenſibiles apparuerint [illegible] actis docuerint publicis, omni ſe ſuſpicione carere, & inimicitia, & irreprehenſibilem fidem conuerſationemque ducere. Nemini enim de ſe confeſſo credi poteſt, ſuper crimen alienum, quem eius omniſque rei confeſſio periculoſa eſt, & admitti non debet. Similiter alieni erroris ſocium, vel a ſui voluntariè propoſiti tramite recedentem, aut ſacris patrum regulis [illegible] conſtitutionibus inobedientem ſuſcipere non poſſumus, nec debemus. Nec impetere rectè credentes, vel ſuorum patrum ſanctionibus obtemperantes, permittimus: quia infames omnes eſſe cenſemus, qui ſuam, aut Chriſtianam præuaricantur legem, aut Apoſtolicam, vel regularem licenter poſtponunt authoritatem.* Idem omnino. FOELIX I. epiſtola

Qui Chriſtianã [illegible]

Fœlix I. Papa. Euthychia. I. Melchiades I. Marcellus I. Iulius I. Papa. Euſebius I.

prima ad Paternum Epiſcopum & EVTYCHIANVS I. epiſtola ſecunda ad Epiſcopos Siciliæ & MELCHIADES I. epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ, & MARCELLVS I. epiſtola ſecunda ad Maxentium Tyrannum: & IVLIVS I. epiſtola 2. ad Orientales epiſcopos cap. 10. & EVSEBIVS I. epiſtola 1. ad Epiſcopos Galliarũ: & allegatur à Gratiano Cauſa 3. quæſt. 5. de Accuſatio. *De accuſationibus*, inquit, *clericorum ſuper quibus mandaſtis, ſcitote à tempore Apoſtolorum in hac ſancta vrbe ſeruatum eſſe, accuſatores, & accuſationes quas exterarum conſuetudinum leges non adſciſcunt, à clericorum accuſatione ſubmotas.* Tum arcet laicos ab accuſatione clericorum. vide laicus, & clericus. Et IVLIVS II. in ea epiſtola quam reſcripſit ad Ironicam epiſtolam orientalium Epiſcoporum, pro Athanaſio cap. 18. *Nemini* (inquit) *de ſe confeſſo credi poteſt ſuper crimen alienum, quoniã eius atque omnis rei profeſſio periculoſa eſt, & admitti non debet aduerſus quemlibet.*

Iulius II. Papa

Concilium Romanum ſub Fœlice II.

CONCILIVM ROMANVM ſub Fœlice II. pro Athanaſio, colligitur ex epiſtola, eiuſdem FOELICIS II. & omnis Epiſcoporum Romæ congregatorum miſſa ad Athanaſium, & vniuerſos Ægypti & Libyæ Epiſcopos Alexandriæ congregatos: vbi ſic capite 5. dicitur, *Nulli infami atque ſacrilego, de quocumque liceat negotio, aduerſus religioſiſſimum Chriſtianum, quamuis humilis ſeruiliſque perſona ſit, teſtimonium dicere, nec de qualibet re, actione, aut inſcriptione Chriſtianum impetere.* Et capite 9. ſic ſubditur. *Teſtificandi vel accuſandi licentia denegetur his, qui Chriſtianæ religionis, & nominis dignitatem, & ſuæ legis, vel ſui propoſiti normam, aut regulariter prohibita neglexerint.* Et cap. 11. *Perſonæ accuſantium tales eſſe debent, quarum fides, & conuerſatio, & vita probabilis, & abſque reprehenſione ſit, & quæ omni careant ſuſpicione: quia & hoc te præſente, Athanaſi, vt bene noſti, in Nicæna ſynodo, propter malorum hominũ infeſtationem ab omnibus diffinitum eſt, licet prauorum hominum inſidijs ſint hæc & alia quamplura deleta:* & cap. 14. *Nullus ſeruus, nullus libertus, nullus infidus, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitijs ſtudet, nullus qui frequenter litigat, & ad accuſandum vel detrahendum eſt facilis: nulla infamis perſona: vel omnes, quos ad accuſanda crimina leges publicæ non admittunt, permittãtur Epiſcopos accuſare. Quoniam accuſatores, & accuſationes quas leges ſeculi non recipiunt, qua ratione ſacerdotalis eas recipere debet ordo, inuenire nequeo. Cùm hæc & in Nicæna Synodo prohibita ſint* (vide dictionem, Epiſcopus non facilè accuſandus, vel Epiſcopus qualiter accuſetur aut iudicetur &c.) *Et illi magis ab iſtis, non iſti ab illis iudicari debeant, & Apoſtolus dicat, Spiritualis iudicat omnia, ipſe verò à nemine iudicatur:* & cap. 15. *Heretici, à quibus nimium opprimimur, excommunicatique, homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falſum teſtimonium dixerint, ſeu qui ad ſortilegos, magóſque concurrerint, nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium erunt admittendi.* Idem omnino DAMASVS I. epiſtola 6. ad epiſcopos Italiæ, & allegatur à Gratiano Cauſa 3. quæſt. 9. capite qui accuſare, denique PELAGIVS II. epiſtola 1. ad Epiſcopos Conſtantinopoli congregatos cap. 4. Inimicos, odiũ in corde retinentes, ſuſpicioſos, & criminatores, ab accuſationibus repellit Pontificum. prædicta decreta confirmans, quæ etiam confirmat longè poſt ADRIANVS I. qui hæc omnia recollegit,

Aduerte obſecro. 1. Corint. 2. *Plures qui ab accuſatione ſubmouentur.* Damaſus I. Pelagius II. Adrianus I.

Conc. Francfordienſe. Cõc. Carthaginenſe vij. [illegible]

& tranſmiſit ad Ingiltannum Mediomatricenſem epiſcopum, qui fuerat accuſatus. vt habetur ad calcẽ CONCILII FRANCOFORDIENSIS, ante hoc tamen cõcilium, adhuc paucis mutatis fuerant confirmata præfata decreta in CONCILIO CARTHAGINENSI VII. cap. 1. & inſeritur à Gratiano Cauſa 4. quæſt. 1. cap. diffinimus, & Cauſa 4. quæſt. 6. cap. omnia quibus &c. *Placuit, quoniã ſuperioribus conciliorum decretis, de perſonis quæ admittendæ ſunt ad accuſationẽ clericorum, iam conſtitutum eſt: & quæ perſonæ non admittãtur, iam expreſſum non eſt. Idcirco diffinimus, eum rite ad accuſationem non admitti, qui poſteaquam excommunicatus fuerit, in ipſa adhuc excommunicatione conſtitutus, ſiue ſit clericus, ſiue laicus, accuſare voluerit,* & cap. 2. *Item placuit, vt omnes ſerui, & proprij liberti, ad accuſationem non admittantur: vel omnes quos ad accuſanda publica crimina leges publicæ non admittunt: Omnes etiam infamiæ maculis adſperſi, id eſt, hiſtriones, ac turpitudinibus ſubiectæ perſonæ: Heretici etiam, ſiue pagani ſiue Iudæi. Sed tamen omnibus quibus accuſatio denegatur, in cauſis proprijs accuſandi licentia non eſt deneganda,* & cap. 3. & allegatur à Gratiano Cauſa 3. quæſt. 10. cap. Placuit. *Item placuit, quotieſcunque clericis ab accuſatoribus multa crimina obijciuntur, & vnum ex his de quo prius egerit, probare non valuerit, ad cætera non admittantur.* Idem & CONCILIVM AFRICANVM capitibus 95. 96. 97. & CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM I. cap. 6. vt allegabimus alibi dictione, Epiſcopus. Idem & SILVERIVS I. epiſtola ad Amatorem Epiſcopum, cum iniuſtè accuſatus & expulſus fuiſſet. vt alibi inſeremus. Porrò & EVVODIVS DIACONVS, Libro Apologetico contra calumniatores Canonum: qui liber approbatus eſt ab vniuerſis ſanctæ Synodi Romæ congregatæ ſub Symmacho & à quinta Generali ſynodo, in qua lectus eſt coram patribus 218. *Accuſatores, quos leges ſeculi non admittunt, vt iam eos enumerauimus, nec in cauſis Epiſcoporum licentiam accuſandi habere ſtatutum eſt.* In CONCILIO ROMANO IIII. ſub Symmacho vt multis verbis oſtendit prædictus Euuodius in præfato libello, pro ſynodis & Symmacho Papa, per totum: vbi & authoritatem adfert prædictorum Canonum, Carthaginenſis 7. & Africani conciliorum: *Qui ſtatuerunt* (ait) *vt accuſatoribus de inimici domo prodeuntibus non credatur, in quibus odio ſuccenſa vicinitas, per arida flammam perſecutionum exſuſcitat, & vniuerſam doli fabricam ſumptu & machinis cohærentibus, ſecreta diſpoſitione componit,* & iterum. *Nullæ accuſationes à Iudicibus audiantur Eccleſiaſticis, quæ legibus ſeculi prohibentur,* &c. quæ ſepetius memorata ſunt. Hæc etiam reperiuntur & confirmantur in CONCILIO ROMANO V. ſub Symmacho & allegatur à Gratiano cauſa 3. quæſt. 5. cap. Accuſatoribus: & cenſura ſubinfertur, vt qui aliter præſumpſerit ſi clericus eſt, gradu proprio penitus careat: ſi monachus aut laicus fuerit, communione priuetur. Omnia hæc renouat NICOLAVS V. Epiſtola ad Michaelem Imperatorem: & allegatur Cauſa 4. quæſt. 1. cap. 2. *Hereticis non licet accuſationes contra Orthodoxos Epiſcopos pro Eccleſiaſticis negotijs facere. Hereticos autem dicimus, tam eos qui olim ab Eccleſia proiecti ſunt, quàm qui poſt hæc à nobis anathematizati ſunt. Præter hos autem, & eos qui fidem quidem ſanam ſimulant confiteri: ſchiſmaticos etiam, & eos qui ſeorſum à communicantibus nobis Epiſcopis collectas faciunt.*

Excommunicati arcentur ab accuſatione. Conc. Africanum ſub Bonifacio I. Concil. Conſtantinop. I. Silueri. I. Papa. Euuodius Diaconus. Concilium Romanũ ſub Symmacho. Conc. Romanũ V ſub Symmacho Epiſcoporũ [illegible]. *Heretici ſubmouentur ab accuſatione epiſcoporum, & quos vocet Hereticos.*

Deinde vero & ſi quidam ab Eccleſia, ſuper cauſis quibuſdam, reprehenſi fuerint, & proiecti, aut excommunicati, ſiue ex clero, ſiue ex laicali ordine: nec his licere accuſare epiſcopum, antequam proprio crimine primitus exuantur. Simul ter autem & eos, qui ſub accuſatione priori conſiſtunt, non ante eſſe acceptabiles in accuſatione epiſcopi, aut aliorum clericorum, quam innoxios ſemetipſos illatorum oſtenderint criminum.

Cœleſtinus I.

Hinc profert COELESTINI I. epiſtolam ad epiſcopos Orientales decretum quod allegatur Cauſa 24. quæſt. 1. c. ait cum ſequenti pro epiſcopis Catholicis qui a Neſtorio hæretico damnati & excommunicati fuerant. *Si quis* (ait) *ab epiſcopo Neſtorio, aut ab alijs qui eum ſequuntur, ex quo talia prædicare cœperunt, vel excommunicatus, vel exutus eſt ſeu Antiſtitis, ſeu clerici dignitate, hunc in noſtra communione & duraſſe, & durare manifeſtum eſt.* Idem & epiſtola ad clerum Conſtantinopolitanum. Hæc allegat Gratianus Cauſa 4. quæſt. 1. cap. 2. & Cauſa 4. quæſt. 4. Idem producit ex

Nicolaus I.

NICOLAO I. *Contra ritum* (ait) *Eccleſiaſticum, contráque venerar las leges, producitur accuſator, vel teſtis de Imperialibus ædibus: & cui imperari poteſt ad falſum dicendum teſtimonium ſiunt ſuſpecti Iudices, & lupi cuſtodes.* Plura videre eſt in dictione epiſcopus. qualiter accuſetur aut iudicetur & epiſcopus non facile accuſandus &c. atque alijs locis, & potiſsimè dictione. Teſtis.

Damaſus I.

Ac [illegible] falſus] DAMASVS I. vt allegat Gratianus Cauſa 2. quæſt. 3. cap. calumniatori *Calumniator ſi in accuſatione defecerit, talionem recipiat,* & eodem capite. ſi quis epiſcopum &c. *Si quis epiſcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, falſis criminibus impetierit, vel accuſauerit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei cõmunionem cenſemus.* Idem omnino CONCILIVM CARTHAGINENSE I. vel II. aut III. licet Gratianus ſub Damaſi nomine Cauſa 2 quæſt. 2. capite Si quis epiſcopus poſuerit. Hinc & SIXTVS III. epiſtola prima ad omnes orientales epiſcopos cùm falsò accuſatus eſſet illati ſtupri in virginem Deo ſacratam Chryſogoniteni allegat pro ſe: quod poſtea Gratianus inſeruit Cauſa 2. quæſt. 7. & eſt ex CONCILIO ROMANO, ſub eodem Sixto cel[...] brato capite Si quis epiſcopus vel ex Concilio memorato Carthaginenſi. *Siquis epiſcopus, presbyter, aut Diaconus, vel quilibet clerici apud epiſcopum à qualibet perſona fuerint accuſati, quicumque fuerit ſiue ille ſublimis vir honoris, ſiue vllius alterius generis perſona, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, nouerit docenda probationibus, monſtranda documentis, ſe debere inferre. Si quis ergo contra huiuſmodi perſonas non probanda detulerit, intelligat ſe iacturam infamia ſuſtinere, & ſub magna excommunicatione exilio deportari.* Hæc ſententialiter allegat Gratianus Cauſa 2. quæſt. 8. capite. Qui crimen. Et propterea condemnatus eſt Baſſus à Synodo Romana prædicta ſub Sixto 3. eò quòd iniquè & impiè crimen præfato Pontifici impegerat: cui tamen propter humanitatem pietatis Eccleſiæ in vltimo neceſsitatis articulo viaticum ſtatutum eſt non negari. Sed & Valentinianus eundem Baſſum condemnauit. & omnia prædia & bona eius Eccleſiæ ſociauit. futuris relinquens formam & exemplum ita de falſis accuſatoribus faciendi. Vide plura in dictione. Crimen. Item & CONCILIVM LVGDVNENSE I. cap 18. *De his qui innocentes, aut coram Principe, aut iudicibus accuſare conuicti fuerint: ſi clericus honoratior fuerit, ab officio ſui ordinis regradetur: ſi vero ſecularis, communione priuetur.* De his autem qui forſan falsò innocentum poſſent eſſe accuſatores ſtatuit CONCILIVM TOLETANVM VI. capite vndecimo & allegat Gratianus cauſa 3. quæſt. 9. cap. dignum eſt *Dignum [...] ta innocentis nulla maculetur pernicie a [...] m. Ideò quiſquis a quolibet crim[...] atur [...] ſtus ſupplicio detur, quam accuſ[...] legum & canonum ſententi[...] ex [...] digna ad accuſandum perſona inuenitur, ad eius accuſationem non iudicet[...] ubi [...] pro [...] ſite regia Maieſtatis cauſa verſ[...]tur.* Idem ſtatu[...]ur de clericis ininſtè fornicationis accuſatis crimine. vt videre eſt in CONCILIO BRACARENSI II. cap. 8. vt alibi in dictione. clericus accuſatus dicetur. Porrò omnino conformia prędictis decretis Toletanis recenſuit ſub iiſdem verbis CONCILIVM VORMATIENSE cap. 42. Vide multò plura in dictione. Teſtis falſus, & crimen fol. 141. pag 1.

Baſſus Sixtū III falſo crimine detulerat.

Concilium Lugdunēſe ſub Guntrāno Rege Fra corā & Pelagio II.

Accuſatores innocentis ne falſi ſint, vt accedendo.

Cōcilium Toletanū vj ſub Honorio I.

Cōcilium Bracarenſe I

Co[...] Vormatienſe.

Accuſator fratrum.] hoc ex ſuperioribus & ſubſequentibus ampliſsimè colligitur: veruntamen ſic contra accuſatores fratrum ſtatuit CONCILIVM CARTHAGINENSE IIII. cui interfuit beatus Auguſtinus cap. 55. & allegat Gratianus diſtinctione 40. cap. Accuſat. *Epiſcopus accuſatores fratrum excommunicet. & ſi emendauerint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum.* vide Teſtis.

Concilium Carthagin[...] ſub Siricio Papa vel Anaſtaſio, cui interfuit Auguſtinus

Accuſator non ſit iudex.] Sæpius hoc intimatum eſt in ſuperioribus & in dictione Iudex & Teſtis: reperitur ſuo loco inſertū. Sic tamen ſtatuit DAMASVS I. epiſtola ad Stephanum Mauritaniæ Archiepiſcopum & ad Tria concilia Africæ cap. 7. & allegat Gratianus cauſa 4. quæſt. 4. cap. Nullus. *Nullus introducatur perſonaliter, ſed & accuſatores & accuſati, æqua audiantur ratione, iuxta quod geſtorum ordo exigit. Accuſatores verò & Iudices non idem ſint, ſed per ſe accuſatores, per ſe Iudices, per ſe teſtes, & per ſe accuſati, vnuſquiſque in ſuo ordinabiliter ordine. Nam inſcriptio primò ſemper fiat, vt talionem calumniator recipiat. quia ante inſcriptionem nemo debet iudicari, vel damnari, cùm & ſeculi leges hæc eadem retineant, de quibus omnibus vera ſemper fiat æquitas, quatenus accuſationis, & iudicij, ac teſtimonij mercedem, per veritatem geſtorum conſequi valeant.* Idem eſt quod NICOLAVS I. in cauſa Ignatij Conſtantinopolitani epiſcopi. epiſtola ad Michaelem ex GELASIO I. profert teſtimonium. *Quæro tamen* (ait) *ab his, iudicium quod prætendunt, vbinam poſſit agitari? An apud ipſos, vt iidem ſint inimici, teſtes & Iudices? Sed tali iudicio nec humana debent committi negotia:* quantò minùs diuina. id eſt Eccleſiaſtica? vide Iudex. Idem & CONCILIVM OXONIENSE I. in Anglia cap. 24. *Ne in cauſa ſua* (ait) *præſumant pariter eſſe Iudices & actores, videlicet cùm dubium venerit, vtrum quid ab eis exigere videatur.*

Damaſus I.

Nullus poteſt eſſe Iudex & teſtis vel accuſator & Iudex

Nicolaus I.

Gelaſius I.

Concilium Oxonienſe

ACCVSATIO.

Accuſationis forma & ordo.] STEPHANVS I. epiſtola 2 ad omnes epiſcopos: allegat Gratianus cauſa 3. quæſt. 6. cap. vltra & cauſa 3. quæſt. 11. cap. Neganda: & ſuo libro 4. decretorum. *Vltra prouincia terminos accuſandi licentia non progrediatur, ſed omnis accuſatio intra prouinciam audiatur, & a prouincialibus terminetur, niſi ad Apoſtolicam ſedem fuerit tantum appellatum. Et neganda eſt accuſatis licentia terminandi, priuſquam*

Stephanus I.

ſe

crimia: qui p ... exue ... non eſt credendum con ... alios eorum confeſſioni, qui criminibus implicati ... ſi prius probauerint innocentes quoniam ... & admitti non debet rei aduerſus quemcunque ... profeſſio. Familiares vero, & ſponte confeſſ... ... non debent admitti: nec ... die, aut pridie, aut ante fuerunt inimici, vt ſuper. dictio Accuſator, probatū eſt & Eutychia. I. epiſt 2. ad Epiſc. Siciliæ: allegat Grat. cauſ. 2. q. 6. c. nō ita, & q. 8. c. Quiſquis. *Statuimus non ita in Eccleſiaſticis agendum negotiis ſicut in ſecularib⁹. Nam in ſecularibus legibus, poſtquam vocatus quis venerit, & ... foro decertare cœperit, non licet ei ante pera... cauſam recedere. In Eccleſiaſticis verò dicta cauſa recedere licet, ſi neceſſe fuerit, aut ſi ſe pregrauari viderit. Accuſatione vero talem ... & ... iubemus* Id eſt. *Si quis clericorum in crimine impetitur, non ſtatim reus exiſtimetur, qui accuſari potuit, ne ſuſpectam innocentiam faciamus. Sed quiſquis ille eſt, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inſcriptionis arripiat, cuſtodiat ſimilitudinem habita tamen dignitatis æſtimatione* * *pœnatur, ne fortè ſibi nouerit licentiā mentiendi, cum calumniantes ad vindictā mpoſcat ſimilitudo ſupplicij. Similiter prohibemus, vt nulla cauſa à iudicibus Eccleſiaſticis audiantur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibita eſſe noſcantur.* Hæc non ſolùm Eccleſiaſticæ, ſed & ſeculi leges obſeruari præcipiunt. Non enim paſſim vagéque ſacerdotis accuſatio debet fieri. Vide etiam dictione, Epiſcopus, qualiter accuſandus aut iudicādus, &c. His omnino conformia ſcribit Euseb. I. epiſt. 1. ad Epiſcopos Galliæ. & epiſt 3. quæ eſt ad Epiſcopos Thuſciæ & Campaniæ, idem etiā & Iulius I. epiſt. ad Oriētales Epiſcopos pro Athanaſio, c. 17. & 32. Simile quoque decernit (ne toties in re eadem immoremur recitandā) Conc. Alexandr. præſide Athanaſio. vt patet ex patrū eiuſdē cōcilij epiſt. miſſa ad Fœlicem II. Papam. Formā quoq; præſcribit accuſationis Damasus I. epiſtola ad Stephanum Mauritaniæ Archiepiſcopū, & ad tria Concilia Africæ cap. 7. vt ſuperiùs iam allegauimus in dictione, accuſator non ſit iudex. Vide ſequentia. vide clericus. vide crimen.

Accuſatio non facilè fiat.] hoc infinitis decretis illuſtratur in dictione, Epiſcopus non leuiter aut facilè accuſandus & iudicandus: ideò moneo lectorem, vt non pigritetur locum adire, pleniùs informandus. verumtamen vltra ea quæ illic inuenies, etiam hîc inſeruimus, quod ſtatuit Concil. Vasense I. cap. 7. *Placuit accuſandi licentiam, in veſtris ordinibus ſi qua exiſtit leuitate, comprimere. Quod ſi Epiſcopus aliquem iudicat abſtinendum, pro humiliatione & correctione fratris, & affarguitur exorari a cæteris, acquieſcat fratri de quo agitur, correptione & comminatione adhibita: ſin autem de crimine aliquem putat eſſe damnandum, accuſatoris vice diſcutiendum ſe ſciat. Fas enim, vt quæ vni probantur, probentur ab omnibus.* Idem cap. 8. & allegat Gratianus cauſa 6. quæſt. 2. cap. Si tamen, *Quod ſi tantum Epiſcopus alicuius ſceleris ſe conſcium nouit, quandiu probare non poteſt nihil proferat, ſed cum ipſo ad compunctionem eius ſecretis correptionibus elaboret. Quod ſi correptus pertinacior fuerit, & ſe communioni publicæ ingeſſerit, etiam ſi Epiſcopus in redarguendo illo, quem reum iudicat, probatione deficiat,* * *indemnatus licet ab his qui nihil ſciunt, ſecedere ad tempus pro perſona maioris authoritatis iubeatur: illo quandiu probari nihil poteſt, in communionem omnium, præterquam eius qui eum reum iudicat, perma-*

nente. Quod paulò pòſt cōfirmauit Concil. Arelat. II. c. 3. vt allegat Grat. can. 18. q. 2. *Hi ... qui fratribus ſuis capitalia crimina obiiciunt ... placuit vſque ad exitum non communicare, niſi digna ſatisfactione pœnituerint, &c.* Concilium Constantinop. ſub Flauiano, actione, quæ lecta eſt coram patribus Chalcedonenſis magni concilij actione I. ſic ſtatuit, loquiturque Meliphthongus Iuliopolis ciuitatis Epiſcopus de Eutychete & accuſatore eius Euſebio. *Accuſatione* (inquit) *facta proſequens eſt, adeſſe enim qui accuſatur, præſertim quia huiuſmodi accuſationes* (de hęreſi ſcil.) *non ſine periculo ſunt. Non enim leue eſt ac tranſitorium quod vertitur, & ideo alterū pro altero decertare non licet.* Idem adhuc conſequenter repetit neceſſariam eſſe accuſati præſentiā, legibus hoc præcipientibus. Vide locis ſuprà dictis, & ſeq. & crimē.

Accuſatio per quos fieri debet.] Hyginus I. epiſt. 1. ad omnes Chriſti fideles, & allegat Gratianus cauſa 2 quæſt. 7 cap criminationes, *Criminationes maiorum natu per alios fieri non poſſunt, niſi per ſeipſos qui crimina intendunt, ſi tamen ipſi digni, & irreprehenſibiles apparuerint, & actis publicis docuerint, omni ſe ſuſpicione carere, & inim... atque irreprehenſibilem fidem habere, ac conuerſationem ducere.* Vide ſuperioribus annotationibus reſiduum.

Accuſatio vera iudicium non requirit.] In regulis iuris hoc exprimitur *Accuſationem facti non reſpōdet Iuriſconſultus,* & Nicolaus I. epiſt. ad Carolum Regem Francorum de fornicatione & adulterio Lotharij nepotis tractans: & allegat Gratianus cauſa 2, q. 1. *Qua,* (inquit) *Lotharius Rex, nepos veſter, facti accuſatione non indigent. Manifeſta enim ſunt, teſte Apoſtolo, opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, &c.* In manifeſtis enim, calliditate accuſatorū nō opprimitur reus, nec tergiuerſatione propriū crimen celatur, cùm culpa ſub oculis omniū ſponte ſe ingerat atque ideò in talibus iudiciari⁹ ordo nō requiritur. Vide iudex & iudiciū.

ACOLYTUS.

Acolytis qui ſint.] Concilium Aquisgr. I. c. 5. teſtimonium definunt ex Iſidoro lib. 7. de officiis Eccleſiaſt. c. 12. *Acolyti ... Græce. Latine ceroferarij dicuntur, a deportandis cereis, quādo legendum eſt Euangelium, aut ſacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur, non ad effugandas tenebras, dum ſol eo tempore rutilet, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum, vt ſub typo luminis corporalis illa lux oſtendatur, de qua in Euangelio legitur. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Vide plura ordo.

Acolyti vt ordinentur.] Quàm in Eccleſia antiquum ſit nomen & ordo Acolytorum minimo negotio hîc demōſtrare poſſemus niſi paſſim ſic de reliquis ordinibus demonſtraſſemus in dictione, ordo. Ideo ad illum locum recurrendum erit de Acolytorum autem ordinatione, ſic Conc. Carth. IV. cui interfuit Auguſt. c 6. *Acolytus* (ait) *cùm ordinatur ab Epiſcopo quidē doceatur qualiter in officio ſuo agere debeat. Sed ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, vt ſciat ſe ad accendenda Eccleſiæ luminaria mancipari, accipiat & vrceolum vacuum, ad ſuggerendum vinum in Euchariſtiam ſanguinis Chriſti.* Acolytorū ſeu maius Accolutorum, & eorū muneris, meminit Polyd. Virgil. lib. 4. de rerū inuentoribus, c. 5. & Guil Lindanus lib. 4. Panopliæ c. 78. atq; alij plurimi. Vide ordo.

Actor.] Vide iudex & accuſator.

ADAM.

Adam an mortalis effectus.] Conci-

B LIVM

Eutychianus I.

Non eadem eſt ratio fori Eccleſiaſtici & fori ſecularis.

* patiatur.

Euſebius I.

Iulius I.

Concilium Alexādrinum ſub Athanaſio.

Damaſus I.

Concilium Vaſenſe I.

* indemnatus

Concilium Arelatenſe.

Concilium Cōſtantinop. ſub Flauiano ... Conſtantinop.

Hyginus I. Papa.

Nicolaus I.

Galat. 5.

Concilium Aquiſgr. anno ... ſub Ludouico I. Imperatore ... Iſidorus ... Eccleſiaſticis, cap. 12.

Ioan. 1.

Concilium Carthagin. IV. cui interfuit Auguſtinus ... ſub Siricio, vel Anaſtaſio Papa.

Polydorus Virgilius.

Guil. Lindanus.

Concilium Milevit. ... ſub Innocentio I. Imperante Honorio & Arcadio.

LIVM MILEVITANVM I. capite primo. & allegat Gratianus, de conſecratione diſt.4 cap placuit, *Placuit igitur omnibus Epiſcopis qui fuerunt in hac ſancta ſynodo, conſtituere hæc quæ in præſenti concilio diffinita ſunt: vt quicunque dicit, Adam primum hominem mortalem factum, ita vt ſiue peccaret, ſiue non peccaret, moreretur in corpore, hoc eſt de corpore exiret, non peccati merito, ſed neceſſitate naturæ, anathema ſit*, Idem omnino ſtatuit CONC. AFRIC. c.76. ſub Bonifacio I hinc IO. CHRYSOSTOMVS, homilia 15. in Geneſim, capite ſecundo, *Congreſſus (ait) poſt præuaricationem fuit. Nam vſque ad illam, quaſi Angeli verſabantur in Paradiſo, non concupiſcentia flagrantes, non ab aliis affectionibus impetiti, nec naturæ neceſſitatibus obnoxij, ſed prorſus incorruptibiles, & immortales conditi: neque vel veſtimentorū indigentiâ egebant, &c* Idem confitetur & AMBRO. MEDIOLAN. lib. de Paradiſo c. . & cæteris. EPIPHA. CYPRI. epiſt. ad Ioannē Epiſcopū Hieroſolymitanū quæ inſeritur tomo ſecundo, epiſtolarum Hieronymi Stridonenſis.

Concilium Africanum ſub Bonifacio I.
Ioannes Chryſoſtomus.
Ambroſius Mediolanenſis.
Epiphanius Cypri.

Adam poſteros & corpore & anima in fec[illegible].] CONCILIVM ARAVSICANVM II. ſub Leone I. capite, *Si quis per offenſam præuaricationis Adæ, non totum (id eſt, ſecundum corpus & animam) in deterius dicit hominem commutatum, ſed animæ libertate illæſa durante, corpus tantummodo credit obnoxium, Pelagij errore deceptus, aduerſatur ſcripturæ dicenti: Anima quæ peccauerit ipſa morietur, & a quo quis ſuperatur eius & ſeruus eſt*, IDEM capite ſecundo. *Si quis ſoli Adæ præuaricationem ſuam, non & eius propagini aſſerit nocuiſſe, aut certe mortem tantum corporis, quæ pœna peccati eſt, non autem peccatum quod mors eſt animæ, per vnum hominem in omne genus humanum tranſiſſe, teſtatur, iniuſtitiam Deo dabit, contradicens Apoſtolo dicenti: Per vnum hominem peccatū intrauit in mundum, & per peccatum mors in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccauerunt*, IDEM & capite octauo. *Si quis alios miſericordia, alios verò per liberum arbitrium, quod in omnibus qui de præuaricatione primi hominis nati ſunt, conſtanti ſententia, hominem ad gratiam baptiſmi poſſe venire, contendit, a recta fide probatur alienus. Is enim non omnibus liberum arbitrium, per peccatum primi hominis, aſſerit infirmatum, aut certe ita læſum putat, vt tamen quidam valeant, ſine reuelatione Dei, myſterium ſalutis æternæ per ſemetipſos poſſe conquirere: quod quam ſit contrarium, ipſe Dominus probat, qui non aliquos, ſed neminem ad ſe poſſe venire teſtatur, niſi quem pater attraxerit*, IDEM & cap.15. *Ab eo quod formauit Deus, mutatur Adam, ſed in pœnis per iniquitatem ſuam: ab eo quod operata eſt iniquitas, mutatur fidelis, ſed in melius, per gratiam Dei. Illa ergo mutatio fuit præuaricatoris primi hæc, ſecundum Pſalmiſtam, mutatio dexteræ excelſi*. Eadem repetuntur cap.3.4.5.6.7. eiuſdem concilij, prout videre eſt dictione liberum arbitrium. Hanc propoſitionem confirmat multis in locis IOANNES CHRYSOSTOMVS epiſtola potiſſimū quæ eſt ad Olympiam, vbi ſic ait: *Quando Adam peccauit illud graue peccatum, & omne genus hominum in commune damnauit, de mœrore pœnas luebat, &c.* & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS in 5. cap. epiſt. ad Roman. *Manifeſtum eſt* (inquit) *omnes in Adam peccaſſe, quaſi in maſſa. Ipſe enim per peccatum corruptus, quos genuit omnes nati ſunt ſub peccato. Ex eo igitur cuncti peccatores, quia ex ipſo ſumus omnes, &c* De peccato & lapſu primi hominis ſimilem protulit ſententiam patres CONCILII MOGVNTIN. IV. cap.4. & CONCILIVM TRIDENT. initio ſeſſio.5. vt videbis dictione peccatum originale.

Concilium Arauſicanum ſub Leone I.
Epheſ. 2. 1 Petri 2. Roman. 5.
Roman 5.
Liberi arbitrij aſſertio.
Ioannis 6.

ADORATIO.

Adorationis modus & ſpecies, & an ſoli Deo & Chriſto exhibenda ſit.] De adoratione latriæ quæ ſoli Deo debetur, & de adoratione duliæ quæ Angelis, & hominibus debetur IOANNES CHRYSOSTOMVS homil.32. in Euangelium Ioannis, fuſiſſimè tractat, etiam & plurimis in locis idem probat AMBROSIVS MEDIOLANENSIS potiſſimè lib.5. de fide, cap.3 & lib.3. de Spiritu ſancto. cap.12. & in cap.1. epiſt ad Roman & amplius lib.2. de Iacob & vita beata. cap 6 vbi tractat cur Iacob ſepties adorauerit Eſau. præterea de huiuſmodi adorationis ſpeciebus fuſiſſimè diſputat AVGVSTINVS HIPPONENSIS lib.10. de ciuitate Dei, cap.1. verum quia noſtro æuo plurimi ſunt qui adorationem negāt latriæ humanitati Chriſti exhibendam & duliæ ſanctis, ſic ex lectione veterum canonum procedemus: ſic enim primò Inquitur CLEMENS I lib 6. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap.23. *Chriſtus* (ait) *pro adoratione locali, ab ortu ſolis vſque ad occaſum in omni loco imperij ſui nomen ſuum celebrari ſtatuit*. & CYRILLVS ALEXANDRINVS libro de Incarnatione vnigeniti, cap.26 *Verba Chriſti ſunt Ioannis. cap.4. vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus, adorauit ergo nobiſcum adeſt etiam adorandus, flectitur enim ipſi omne genu. ſed ſecundum aliud & aliud* (vt idē Cyrillus elucidat & repeties dictione, Chriſti paſſio,) *adorat enim quia naturam aſſumpſit ſerui quæ debeat adorare, adoratur autem porrò idem quaſi maior adorante natura eo quòd intelligitur Deus. Adoratione vero non eſt diuidendum in hominem ſeorſum, & ſeorſum in Deum nec vero tanquam Deo coniunctum æqualitate dignata ſit diuerſis ſubſtantiis cum ipſo adorare dicimus hominem id enim extremæ impietatis pleniſſimum eſt. ſed vnum adorandum hominem factum & incarnatum Dei verbum, ita tamen vt credamus corpus ei adunatum, animam iuxta rationem habuiſſe, neque enim Deus omnipotens duos primogenitos præcepit oportere tam à nobis quam a ſanctis Angelis, adorari Hebr.1. Vnus eſt enim qui eſt introductus in orbem terrarum. Et ſi introductionis modū curioſius perſcrutemur, carnalis diſpenſationis myſterium inueniemus. Introductus eſt autem in orbem terrarū tunc cum factus eſt homo, licet & natura ſua diſtare ab orbe longiſſime videatur, & in diuinitatis eminentia verè eſſe credatur. Alius eſt enim præter elemēta creator ipſorum. Ergo ſuper ea quæ ipſe condidit ſecundum naturam eſt quod natura ſit Deus, vnus tamē vt ante dixi adorandus eſt, & tunc cum in multis fuerit fratribus, tunc etiā propterea dictus eſt primogenitus, vnum filiū adorauit cæcus à natiuitate ſua cum præcipuo mirabiliq; modo ſanatus eſt, vnum hominem adorauere Apoſtoli videntes eum miris modis ſuper aquas ambulare, verè Dei filius es. Si vero hominem cum Deo coadorari dixerimus diuiſionem ſpatioſiſſimam inducemus. Σὺν enim ſemper quod Latinè eſt, cum, ſi in ſignificatione vnitatis quæ eſt per compoſitionem ponatur duo omnino cogit intelligi. Quemadmodum enim nemo ſibi conuiuere dicatur neque coaccenare, aut coadorare, vel coambulare, duarum enim perſonarum ſignificationem inducet præpoſitio verbo præpoſita: ita etiam ſi quis coadorari hominem cum Deo dixerit duos plane filios dicit, & eos eſſe diſtinctos. Vnitatis enim ratio ſi in ſola dignitatis, æqualitate ſiue authoritatis intelligatur, nō eſt vera conuincitur. idq; à nobis iam pluribus ante probatum eſt.* IDEM capite vigeſimoſeptimo concludit. & iterum

Ioannes Chryſoſtomus.
Ambroſius Mediolanenſis.
Auguſtinus Hipponenſis.
Clemens I. Papa.
Cyrillus Alexandrinus
Contra impugnatores adorationem Chriſti humanitati exhibendam.
Vide quia non diuidenda eſt adoratio quæ Chriſto debetur, vt diuinitati eius tribuatur, & humanitati negetur, quæ aſ ſunt duo Concilio.
Ioannis 9. Matthæi 14.

Athanaſius Alexandr.

rum defenſione anathematiſmi octauo, circa medium in medium profert ATHANASIVM ALEXANDRINVM libro de incarnatione verbi ſic loquentem. *Confitemur illum eſſe Dei filium & Deum ſecundum ſpiritum, filium hominis ſecundum carnem. non duas naturas vnum filium, vnam quæ adoretur & alteram quæ non adoretur. ſed vnam verbi Dei naturam incarnatam & adorandam cum carne ſua vna adoratione. non autem duos filios, alium quidem filium Dei verum & adorandum, alium vero ex Maria hominem non adorandum, ſed ſecundum gratiam filium Dei factum ſicut & homines.* IDEM paulò pòſt, *Igitur qui natus eſt ex virgine Maria filius Dei natura, & Deus verus & non gratia & participatione, ſecundum carnem ſolam ex Maria homo. ſecundum ſpiritum autem ipſe filius Dei & Deus.* Et iterum, *Si autem quis præter hæc ex diuinis ſcripturis, docet, alium docens filium Dei & alium ex Maria ſecundum gratiam filium factum, ſicut nos, ita vt ſint duo filii. vnus ſecundum naturam filius Dei, qui ex Deo & vnus ſecundũ gratiã homo ex Maria: vel ſi quis Domini noſtri carnem ſuperne eſſe dicit, & non ex virgine Maria, vel conuerſum diuinitatem in carnem vel confuſam, vel immutatam, vel paſſibilem Domini Deitatem, vel non adorandam Domini noſtri carnem vt hominis, & non adorandam vt Domini & Dei carnem, hunc anathematizat ſancta & Catholica Eccleſia, diuino Apoſtolo obtemperans, qui ait: Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis anathema ſit.* & concludit poſt Athanaſium CYRILLVS loco præfixo: *Itaque mihi videtur. citra periculum & culpam dixerit quis, quod incarnatum Dei verbum vtpote vnus exiſtens filio non abſque ſua carne. ſed cum illa potius adorandum ſit. quemadmodum ſcilicet etiam hominis anima cum ſuo corpore honoratur. vna autem appellatione quod ex vtriſque conſtat ſignificatur animal. Igitur eſt anathematiſmus factus contra eos qui modis omnibus diuidunt Emmanuelem in hominem propriè, & Deum verbum propriè, nobis enim vnum & eundem Theologorum ſermo prædicauit ſacrarumq́ſcripturarum admirata cognitio.* IDEM eadem proſequitur, in declaratione anathematiſmi 5. & 8. ad petitionem patrum CONCILII EPHESINI I. quæ quidem prioribus conformia iudicantur. Eandem confeſſionem profitẽtur & tenent. EPISCOPI & patres ſecundæ Armeniæ. epiſtola miſſa ad Leonem Imperatorem quę ſtat in ordine plurimum poſitarum ad calcem Chalcedonenſis ſynodi. Denique RABBVLA EDESSENVS Epiſcopus epiſtola miſſa ad beatum Cyrillũ, de hæreſibus Theodori Mopſneſtiæ Epiſcopi tractãs, quæ lecta eſt collatione 5 CONCILII CONSTANTINOPOLITANI V. cum teſtatur impium Theodorum contra communem ſententiam ſenſiſſe, Chriſtum non debere adorari ſicut Dominum, ſed relationem Dei adorari, ſicut imaginem quandam. magis autem manifeſtius ſecundum eos dicere, ſicut inſtar aliquid relationem adſidentis dæmonij. Non alia docent Caluiniſtę, vt doctè probat. Nicolaus Villagagno, eques Melitenſis ad articulos cõtra Caluinum, in Francia Antarctica agitatos. Eſt autem prædictum anathema quod CYRILLVS ALEXANDRINVS dictauit ad petitionem prætacti Epheſini I. Concilij eiuſmodi & ponitur 9. in ordine cæterorum, *Si quis in duabus naturis adorari dicit Chriſtum, ex quo duæ adorationes introducuntur. ſeparatim Deo verbo, & ſeparatim homini, vel ſi quis ad interemptionem vel ad confuſionem deitatis & humanitatis, vnam naturam ſiue ſubſtantiam eorum quæ conuenerunt introducens ſic Chriſtum adorat. ſed non vna adoratione Deum verbum incarnatum cum propria ipſius carne adorat, ſicut ab initio Dei Eccleſiæ traditum eſt, talis anathema ſit.* De modo autem & diuerſis adorationis ſpeciebus ſic in CONCILIO NICÆNO II. quod & 7. generale dictum eſt. Actione 3. profertur teſtimonium (vbi de imaginum veneratione diſſerunt patres vt videre eſt dictione imago) ANASTASII THEOPOLEOS Epiſcopi epiſtola ad quendam quæ ſic incipit, *Si doctrina exiſtimaretur, &c.* *Nemo* (ait) *offendatur in adorationis vocabulo, ſiquidem & homines & ſanctos Angelos adoramus, non autem quod latriam, hoc eſt cultum diuinum exhibeamus. Inquit enim Moyſes Deum tuum adorabis & illi ſoli latriam præſtabis.* Quo loco diligenter obſeruabis, qua ratione poſteriori dicto nimirum latrię adiecerit ſoli, adorabis verò, hoc ipſum non eſt appoſitũ. Quamobrem adorare licet. Quid enim aliud eſt quàm honoris alicui exhibiti, veluti emphaſis adoratio? Latria verò nequaquam neque enim licebit προσκυνεῖν, quod eſt propriè Deum adorare. Hæc quiſpiam ad primum dicere poſſet. Secundum verò multorum opinionibus ſubuertetur, qui experientiam lectionis ſacræ non ſatis perceperint. Tum ſubiungitur ab omnibus patribus. *Omnibus igitur qui ſacras imagines ſe venerari confitentur, adorationem autem recuſant à ſancto patre tanquam hypocritæ redarguuntur. Nam cum verè adorationem quod eſt honoris ſymbolum recuſant, contrarium facere cognoſcuntur, nimirum ſanctis conuicia dicere.* Sed & THARASIVS CONSTANTINOPOLITANVS Epiſcopus epiſtola miſſa ad Conſtantinum eius nominis VI Imperatorem & Irenem matrem eius quæ lecta eſt actione 7. NICÆNÆ SYNODI II. quæ dicitur 7. generalis. *Sunt autem* (ait) *imagines adorandæ quoque.* id eſt, exoſculandæ & amandæ. Idem enim ſignificant hæc iuxtà antiquam Græciæ dialecton: nam προσκυνεῖν, id eſt, adorare, & ἀσπάζεσθαι id eſt, amplecti, & φιλεῖν, id eſt, amare ſignificat. Præpoſitio autem πρὸς intentionẽ ſignificat deſiderij, quemadmodum in προσέχειν, à ἔχω αὐτῶ. & προσκυνῶ, & προσκυνῶ. quod ſignificat & amplexum & vehementem amorem. Nam quod quis φιλεῖ, hoc eſt, amat id etiam προσκυνεῖ hoc eſt, amplectitur. & quod adorat ſiue amplectitur, nempe προσκυνεῖ, hoc etiam omnino φιλεῖ, id eſt amat. Teſtatur id ſanè humana natura & affectio, qua erga amicos ſumus affecti: ſic enim inter duos res agitur, & hoc modo ſibi occurſantes agunt. Non ſolùm autem apud Græcos hæc loquendi ratio in vſu eſt, ſed in diuina quoque ſcriptura idem annotare licet. In libris enim Regum ſcriptum eſt. Dauid ſurrexit & cecidit in faciem ſuam, & adorauit ter Ionatham. & oſculatus eſt eum. Rurſus nonne Dominus de Phariſæis dicit in Euãgelio. Amant primos accubitus in cœnis & ſalutationes in foro? Certum eſt ἀσπασμὸν, id eſt ſalutationem hoc loco à Domino appellari προσκύνησιν, id eſt, adorationem. Phariſæi enim glorioſo animo præditi, & ſeipſos iuſtos exiſtimantes ab omnibus adorari ſtudebant. Quemadmodum etiam de Iacob legitur. adorauit in ſummitate virgæ ſuæ. Cum his conuenit GREGORIVS NAZIANZENVS cognomento Theologus, dicens: *Bethleem venerare, præſepe adora.* Qui autem, modò rectè & ſyncere ſcripturas intelligat, ea quæ ita in ſcripturis occurrunt, non vident unde latriam

Margin notes:

Plures e ſtirpe hæreſes quæ noſtris etiam ſeculis renouantur.

Galat. 1.

Cyrillus Alexandri.

Epiſcopi ſecundæ Armeniæ. Rabbula Edeſſenus.

Hæreſis Theodori Mopſueſtiani Epiſcopi omnino ſimilis illi quæ iſti Puchero Caluiniſta in Francia Antarctica miniſtri.

Anathema Cyrilli.

Vide Apoſtolicæ traditionis authoritatem.

Concilium 2. Nicenum.

De modo & ſpecie adorationis ex doctrina Niceni 2 concilii.

Anaſtaſius Theopoleus.

Deuter. 6. Contra hæc noſtri confirmant hæretici & non tamen trunt inſtiſiti vt ...tribus imaginum.

Tharaſius Conſtantinopolitanus.

De adoratione imaginum diſputatio elegans.

Regum 20. 1. 14. Matthæi 23.

Geneſ. 45.

Gregorius Nazianzenus Epiſcop. cognomento Theologus.

quæ fit per ſpiritum, non dici, niſi omnino expers ſit intelligentiæ & planè in ſententiis ſcripturæ & patrum rudis? Non enim in ſummo virgæ Iacob latriam fecit, nec etiam Gregorius præſepi latriam addit, nequaquam. Rurſus cùm Crucem viuificam ſalutamus, conuenienter cantamus, *Crucem tuam adoramus Domine, lanceam, quæ viuificans latus ſanctitatis tuæ aperuit adoramus*, quæ ſanè adoratio nihil aliud eſt quàm ſalutatio, ſiue amplexum malis dicere, quod indicat hoc quod labiis quoque noſtris propriis ea contingimus. Si verò ſæpius in ſcriptura, & elegantibus noſtris patribus, adorationem quis dixerit pro cultu ſiue latria quæ in ſpiritu fit, ſumi, non negamus. Nam cùm vox ſit multæ ſignificationis non poteſt non aliquando, pro cultu adorationis in ſpiritu ſumi. Adoratio enim, eſt cum venerationem deſiderium & timorem ſignificet: ita nos veſtrum victorioſum & placidiſſimum imperium adoramus. Eſt adoratio quæ tantummodo timorem ſignificat, quemadmodum Iacob adorauit Eſau. Eſt quæ gratiam notat, quemadmodum Abraham pro agro quem accepit à filiis Heth in ſepulchrum Saræ vxoris ſuæ, adorauit illos. Rurſus qui ſperant beneficium ſe accepturos à potentioribus, eos adorant, quemadmodum Iacob adorauit Pharaonem. Hinc diuina Scriptura dicens, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli cultum exhibebis*, adorabis abſolutè ponit, neque adijcit ſoli, vt ſignificet vox diuerſæ notionis & æquiuoca. Cultum autem exhibebis, ſiue ſeruies ſoli, dixit, quam ob cauſam latriam vni Deo tribuimus, & ad illud referimus. Hunc tamen locum hæretici ita volunt ſimpliciter dici, vt negent Chriſtum humanatum debere adorari, vt antea diximus: & eius erat opinionis Arrius (quē Caluinus ſequutus eſt) contra quem AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro quinto de fide capite primo, *Cum legimus* (inquit) *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies verum Chriſtum non adorandum, & Chriſto non æſtiment ſeruiendum? Quod ſi illa quæ adorauit eum Chananæa impetrare meruit quod popoſcit, vel Paulus Apoſtolus qui ſeruum ſe Chriſti prima ſcriptorum ſuorum præfatione profitetur Apoſtolus eſſe meruit non ab hominibus neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum, dicant quid arbitrentur ſequendum, vtrum cum Arrio malint ſibi ſocietatem eſſe perfidiæ, vt ſolum & verum Deum Chriſtum negando oſtendant, quia nec adorandum eum nec ſeruiendum ei iudicant, an vero conſortium malint habere cum Paulo qui ſeruiendo atque adorando etiam Chriſtum vtique ſolum verum Deum voce affectuque non diffitebatur quem pia ſeruitio fatebatur.* His ita ſe habentibus, in confeſſo & ſiue vlla dubitatione credimus acceptam & placitam coram Deo eſſe venerandarum imaginum depictionem, & earum quæ diſpenſationem Domini noſtri Ieſu Chriſti exprimunt, & virginis quoque Mariæ Deiparæ intemeratæ, quin etiam glorioſorum Angelorum, & omnium ſanctorum (vt concludit THARASIVS CONSTANTINOPOLITANVS loco præfixo) *Has quoque adorandas & ſalutandas putamus, qui vero ita non eſt animatus, ſed circa venerandarum imaginum adorationem laborat & dubitat, eum anathematizat ſancta & veneranda noſtra ſynodus, quæ efficacia diuini Spiritus & Eccleſiaſticis patrum traditionibus munita eſt & cincta, anathema autem iſtud nihil aliud eſt quam ſeparatio à Chriſto.* Idem omnino & patres omnes CONCILII NICÆNI II.

Non Hæreticæ quam inquid ro ſerdis, dum Crucis honori derogas, non agnoſcis venerandam patrum antiquitatem.

Multifaria adorationis acceptio.

Geneſ. 33. Geneſ. 23. Geneſ. 47. Luc. 4. Deuterono. 6. & 10.

Oppoſitio hæreticorum ſine obiectio.

Ambroſius Mediolanenſis.

Concluſio contra hæreticos iconoclaſtas anathematizatos a Sancta ſynodo Nicena. Tharaſius Conſtantinopolitanus Epiſc.

Conſilium Nicænum 2.

A epiſtola ſecunda quam miſerunt ad omnes ſacerdotes & clericos ſita actione ſeptima, *Imagines (aiunt) honorabiliter adoramus & ſalutamus: idem enim ſignificant hæc duo verba. Quæ ſi ea confitetur, hic Catholicæ Eccleſiæ verus & germanus filius, & particeps illius exiſtit, &c.* Vide plura dictione Imago.

ADVLATOR.

Adulator execrandus.] CONCILIVM CARTHAGINENSE IV. capite quinquageſimoſexto, & allegatur à Gratiano diſtinctione quadrageſimoſexto, capite clericus, *Clericus qui adulationibus & proditionibus vacare deprehenditur, ab officio degradetur.* IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 88. in Matthæum, ex capite capite vigeſimoſeptimo, *Vituperantes (ait) ſi attendimus, cauſam nobis præbent philoſophandi, laudantes autem arrogantiæ mollicie, inanis gloriæ impellere animos ſolent, cuius rei patres ſunt teſtes, qui filios non ita laudibus efferunt, vt conuiciis reprimunt timentes, ne aliquam inde molliciem contrahant: & pædagogi ſimile quoddam adoleſcentibus remedium afferunt. Quare ſi auerti nonnullos decet, adulatores magis quam contumeliantes odiſſe oportet. Maior enim non attendentibus ex adulatione peſtis oriri ſolet, & facilius eſt hanc quam illam paſſionem ſuperare. Quare qui ſuperat illam tum mirabilior videtur, tum etiam maiora conſequetur præmia, &c.* & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro primo Officiorum capite quadrageſimoſecundo, *Cauendum ne dum aliqui nimia gloriæ ducuntur cupiditate inſolentius abutantur poteſtatibus, & plerumque auerſos a nobis animos Gentilium, in ſtudia perſecutionis exacuant, atque inflamment ad iracundiam. Itaque vt illi perſeuerare poſſint, & ſupplicia vincere, quantos perire faciunt. Proſpiciendum etiam ne adulantibus aperiamus aurem, emolliri enim adulatione, non ſolum fortitudinis non eſſe, ſed etiam ignauiæ videtur.* HIERONYMVS STRIDONENSIS epiſtola ad Celantiam de inſtitutione matrisfamilias, *Adulatorum (ait) aſſentationes, & noxia blandimenta fallacia, velut quaſdam peſtes animæ fuge. Nihil eſt quod tam facile corrumpat mentes hominum, nihil quod tam dulci & molli vulnere animum feriat, vnde & quidam ſapiens ait. Verba adulatorum mollia feriunt autem interiora ventris. Et Dominus loquitur per Prophetam. Populus meus qui beatificant vos ſeducunt vos, & ſemitas pedum veſtrorum diſſipant, in multis iſto maxime tempore, regnat hoc vitium quòdque eſt grauiſſimum, humilitatis ac beneuolentiæ loco ducitur. Eo fit vt qui adulari neſcit, aut inuidus aut ſuperbus putetur: Eſt ſanè grande & ſubtile artificium laudare alterum in commendatione ſui, & decipiendo animum obligare decepti, quòdque hoc maxime vitio agi ſolet, fictas laudes certo pretio vendere. Quæ hæc tanta leuitas eſt animi, quæ tanta vanitas, relicta propria conſcientia alienam opinionem ſequi & quidem fictam atque ſimulatam? Rapi vento falſæ laudationis, gaudere ad circumuentionem ſuam, & illuſionem pro beneficio accipere? &c.* AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro homiliarum 50. homilia 20. *Dolus (ait) duplicat cor, adulatio duplicat linguam, detractio vulnerat famam.* IDEM in Pſalmum nonum, tomo octauo, *Adulantium linguæ alligant animas in peccatis: delectat enim ea facere in quibus non ſolum metuitur reprehenſor, ſed etiam laudator auditur.*

Concilium Carthaginenſe 4.

Ioannes Chryſoſtomus.

Summopere notanda adulatorum peſtis ſuadetur a præceptum eccleſia doctoribus quibus tanquam veri Dei obaudire debemus.

Ambroſius Mediolanenſis.

Hieronymus Stridonenſis.

Eſaiæ 3.

Quam hoc ſit etiam noſtris temporibus verum, ſat declarat ſtatus noſtri temporis.

Auguſtinus Hipponenſis.

GRE

Gregorius I.

A GREGORIVS I. in caput decimumquintum libri primi Regum dum illud interpretatur, *Sine me & indicabo tibi quid locutus ſit Dominus ad me nocte, &c.* adulatorum conditiones exponit, quod & facit, libro 31. Moralium in 39 caput Iob ſuper illo verbo. *Nunquid ſuſ citabis eum quaſi locuſtas, &c.* Vbi per locuſtas linguas adulantium interpretatur, vide locum & plures doctorum ſententias.

ADVLTERIVM.

Clemens I. in perſona Petri Apoſtoli.

Adulterij genus recenſente.

Philo Iudæus.

B Adulterium graue crimen] CLEMENS I. epiſtola prima ad Iacobum: ſunt tamen verba Petri quæ habuit nouiſſima, & ea Clemens inſeruit epiſtolæ, vt nota faceret Iacobo *Valde* (inquit Petrus) *apud Deum graue crimen ducitur fornicatio, cuius ſpecies ſunt quidem plures, ſicut vobis & Clemens diligenter exponet. Veruntamen prima ſpecies adulterij eſt virum propria vxore ſolummodo non eſſe contentum, & mulierem non pro proprio tantum ſeruare ſe viro.* Hinc PHILO IVDAVS libro de decem oraculis non longè à fine, *De honore* (ait) *parentibus exhibendo pertractato, prior diuiſioque abſoluitur quinarius ac ſequitur alter, & is quidem interdictionibus conſtans, mutua hominum commercia ſpectantibus, initio ducto ab adulterio maleficiorum maximo.* C *Primum namque fons huius & origo ſtudium voluptatis eſt, quod eorum in quos ſemel inuaſerit & corpora frangit, & vires animi ſoluit, euſdémque vitiat & labefactat ſubſtantiam, ſiquidem in morem ignis ſubinde inualeſcentis, quidquid attigerit exeſt, nihil ſaluum in vita humana, nihil integrum relinquens. Deinde etiam enim cuius iam animo adulterium implantauit, non modo ad iniuriam faciendam inſtigat, ſed vna quoque docet iniquitatem ipſum cum altero communem habere, & ſocietatem earum inire quarum minimè liceat, vbi enim inſana furioſaque libido cuiuſpiam animum ſemel occupauit, non poteſt is tandem ſua ipſe auiditatis ſatis eſſe duos omnium, vnũ præeuntis, alterum obſecundantis partes gerentem, conuenire neceſſe eſt, prouehendis* D *incontinentia & ſalacitatis vitijs longe turpiſſimos, neque enim dicere licet eius qua adulterio polluitur corpus tantum viciari corrumpique, imò ſi verum fateri volumus ipſius animum à viro abalienari magis quã corpus iudicabimus, docetur enim modis omnibus illum auerſari atque odiſſe. Ac minùs quidem id graue eſſet, ſi ſe odium palam apertéque proderet (cauentur enim facilius qua perſpicua ſunt & manifeſta) ſed neque in ſuſpicionem venire neque deprehendi facile poteſt. Miris dolis tegitur & quaſi velis quibuſdam obtenditur. Quin ſæpe accidit vt valde à re diuerſum amoris ac beneuolentia opinionem vir habeat præſtigioſis nimirum captioſiſq; faſcinatus vxoris illecebris.* E *Porrò conturbantur res, ſubuertuntúrque familia, vna cum viri cuius violantur nuptialia fœdera, quique & votis fraudatur coniugalibus, & ſpe legitimorum liberorum ſpoliatur, altera adulteri, adultera tertia. Ambo enim contumelia infamiáque ac maximis quibuſque probris aſperguntur, &c.* multa mala quæ recenſet ex adulterio prouenientia. Quando igitur ait illicitus concubitus, tot ac tantas parit calamitates, adulterium quod & odioſum hominibus & Deo inuiſum eſt, meritò cætera poſt ſe ſcelera maleficiáque omnia cẽſentur relinquere.

Tertullianus Carthaginẽſis. Ioannes Chryſoſtomus.

De adulterio & mœchia TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de pudicitia tractat copioſè: IOANNES CHRYSOSTO- A MVS homilia tertia de verbis Eſaiæ, *Vidi Dominum ſedentem, &c.* plura de adulterio tractat & amplius homilia decimaſeptima in caput quintum Matthæi cùm illud Saluatoris interpretatur. *Quicunque dimiſerit vxorem ſuam excepta cauſa fornicationis, &c* & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS graue adulterij crimen recenſet libro quinto Hexaëmeron capite ſeptimo & libro primo de Abrahami Patriarcha capite ſeptimo. *Nulli* (inquit) *licet ſcire mulierem præter vxorem. Ideò coniugij tibi datum eſt ius, ne in laqueum incidas, & cùm aliena muliere delinquas. Iunctus es vxori, noli quærere ſolutionem, quia non licet tibi vxore viuente vxorem ducere. Nam & aliam quærere cùm habeas* B *tuam, crimen eſt adulterij hoc grauius, quòd putas peccato tuo authoritatem lege quærendam. Tolerabilior eſt ſi lateat culpa, quam ſi culpa vſurpetur authoritas, nec hoc ſolum eſt adulterium cum aliena peccare coniuge, ſed vnus quod non habes poteſtatem coniugij, tamen locus iſte docet grauius crimen eſſe vbi celebrati coniugij iura temerantur, & vxorius pudor ſoluitur.* IDEM libro primo Officiorum capite quinquaginta & vltimo, atque expoſitione in Pſalmum quadrageſimum tertium, & fuſius AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro de libero arbitrio, capite tertio, *Non* (inquit) *adulterium malum eſt quia vetatur lege, ſed ideò vetatur lege, quòd malum eſt,* & libro ſecundo de adulterinis C coniugijs capite vigeſimo *Quando autem lege prohibentur adulteria, ſi obtentu incontinentia carnalis infirmitatis admittatur excuſatio, multis ſub nomine falſa impunitatis pereundi aperitur occaſio, &c.*

Ambroſius Mediolanenſis.

1 Corinth. 7. Marc. 10.

Auguſtin. Hipponenſis.

Ancyranum concilium.

Elibertinum concilium.

Obſerua, oro, quã ſtudio antiqui patres accende bant reformandis abuſibus & vitijs, quæ noſtro ſæculo ita crebreſcunt vt pro conſuetudine habeantur, & ſine pœna paſſim committuntur.

Adulterium vt expiandum & puniendum.] ANCYRANVM CONCILIVM, capite vigeſimo, *Si cuius vxor adultera fuerit, vel ſi ipſe adulterium commiſerit, ſeptem annorum pœnitentia oportet eum perfectionem conſequi, ſecundum priſtinos gradus* Idem omnino non iiſdem verbis, ſed eodem ſenſu ſtatuit CONCILIVM ELIBERTINVM capitibus 64 65. 69. & 72. hoc modo, *Si quis fidelis habens vxorem, non ſemel, ſed ſæpe fuerit mœchatus, in fine mortis eſt conuenïendus:* D *quòd ſi ſe promiſerit ceſſaturum, detur ei cõmunio. Si reſuſcitatus, rurſus fuerit mœchatus, placuit vlterius non ludere eum de communione pacis,* & capite ſexageſimonono. *Si quis fortè habens vxorem ſemel fuerit lapſus, placuit cũ quinquennio agere debere pœnitentiam, & ſic reconciliari, niſi neceſſitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. hoc & circa fœminas obſeruandũ* Idem ſtatuitur cap. 64. 70 & 72. & cap 78. ſubditur. *Si quis fidelis habens vxorem, cùm Iudæa vel Gentili fuerit mœchatus, à communione arceatur. quòd ſi alius eum detexit, poſt quinquennium acta legitima pœnitentia poterit dominica ſociari communioni,* & CONSTANTINOPOLITANVM CONCILIVM III. dictum 6. E general. in Trullo celebratum. cap. 87. *Quæ maritum reliquit eſt adultera, ſi venerit ad alium, vt vult ſacer & diuinus* BASILIVS, *cano. 57. quòd ex Hieremia Propheta: hoc optimè collegit, quod ſi alij viro vxor fuerit ad maritum ſuum non conuertetur, ſed polluta polluetur.* Et rurſus: *Qui autem detinet adulteram, eſt & inſipiens & impius, ſi ita præter rationẽ à marito receſſiſſe viſa ſit, ille quidem venia dignus eſt, hæc verò pœna. Illi autem venia dabitur, vt Eccleſiæ communicet. Sed is qui legitimo ſibi datam vxorem relinquit, & aliam ducit à Domini ſententia, eſt adulterij iudicio obnoxius. A patribus enim noſtris ſtatutum eſt, vt qui ſunt eiuſmodi, annum defleant, biennio audiant, tertio anno*

Concilium Conſtantinopolitanum 3 dictum 6 general.

Baſilius Magnus.

Hieremia 3. Prouerbio 8. Matth. 5.

ſubſternantur, & ſeptimo cum fidelibus conſiſtant, & ſic oblatione digni habeantur, ſi cum lachrymis pœnitentiam egerint. In hanc formam quanta authoritate, adulterum Lutharium Regem Francorum corripuerit NICOLAVS I. liquet ex eius epiſtola ad eundem Lotharium. & ad Hincmarum Archiepiſcopum Rhenenſem, & ad Epiſcopos Galliæ. & allegatur à Gratiano. Cauſa 2. quæſt. 1. cap Quæ Lotharius & cauſa 11. quæſt. 3. cap. Ita corporis. vbi & pellicem Lotharij excommunicatam oſtendit. & epiſcopos qui ei in tali facto fuêre fautores, ab officio ſacerdotali, atque à regimine epiſcopatus, alienatos declarat. Porrò, adulteri ſingulis diebus dominicis iubentur in Eccleſia excómunicari publicè in CONCILIO NARBONENSI cap. 6. Hinc ſuperioribus decretis aſtipulatur longè antè celebratum CONCILIVM VORMATIENSE cap 44. licèt Burchardus lib. 9. cap. 7 II. conciliorum dicat eſſe ex cap. 6. HAVETENSIS CONCILII, *Si cuius vxor (ait) adulterium fecerit, aut vir in alienam vxorem irruerit, ſeptem annos pœnitentiam agat.* Et CONCILIVM METENSE I. cap. 7. excommunicat quandam fœminam nomine Annam eò quòd ſuum maritum dimiſerit, & ad eum redire noluerit, ſimiliter CONCILIVM NAVVETENSE cap. 12. *Si cuius vxor adulterium perpetrauit, & hoc a viro deprehenſum fuerat, & publicatum dimittat vxorem, ſi voluerit, propter fornicationem, illa verò ſeptem annis publicè pœniteat, vir verò eius illa viuente nullatenus aliam accipiat. Quod ſi voluerit adulteram ſibi reconciliari, licentiam habeat, ita tamen vt pariter cùm illa pœnitentiam agat, & exacta pœnitentia poſt ſeptem annos, ad communionē vterque accedat. Similis forma & in muliere ſeruabitur, ſi eam vir eius adulterauit.* Non eadem eſt lex fornicarius, ideò vide plura in dictione fornicario & inceſtus.

Nicolaus I.
Vide, quanta authoritate Regem arguerit ille ſanctus pontifex & deſtitutis temperam ingeſtâ, qua vulnus eſt quo tunc vexo graſſante obſtat.

Cõcilium Narbonenſe nouiſſimè in lucē editum vernacula lingua, ab Arnoldo Sorbino.
Conciliũ Vormatienſe.
Concilium Hauetenſe.
Concilium Metenſe.
Cõcilium Nauuetenſe.

Adulterium an ſoluat matrimonium.] Hoc ſuperiori annotatione & ex concilio Conſtantinopolitano, & I concilio Nauuetenſi infirmatur, quod tamen antea ſic CONCILIVM ARELATENSE I. cap. 10. ſtatuerat, *De his qui coniuges ſuas in adulterio deprehendunt, & ijdem ſunt adoleſcentes, fideles, & prohibentur nubere, placuit, vt in quantum poteſt, conſilium eis detur, ne viuentibus vxoribus ſuis licet adulteris, alias accipiant:* hinc & INNOCENTIVS I. epiſtola tertia ad Exuperium Tholoſanum epiſcopũ capite quarto, & allegat Gratianus cauſa 32. quæſtione 5. cap. Chriſtiana religio: *Illud deſideratum eſt ſciri (ait) cur communicantes viri cùm adulteris vxoribus non conueniant, cùm contrà vxores in conſortio adulterorum virorum manere videantur, ſuper hoc Chriſtiana religio adulterium in vtroque ſexu pari ratione condemnat. ſed viros ſuos mulieres non facile de adulterio accuſant, & non habent latentia peccata vindictam. viri autem liberius vxores adulteras apud ſacerdotes deferre conſueuerunt, & ideo mulieribus prodito earum crimine communio denegatur, virorum autem latente commiſſo, non facilè quiſquam ex ſuſpicionibus abſtinetur,* qui vtique ſubmouebitur, ſi eius flagitium detegatur. *Cum ergo par cauſa ſit, interdum probatione ceſſante, vindictæ ratio conquieſcit.* Idem capite ſexto eiuſdem epiſtolæ, *De his etiam requiſiuit dilectio tua, qui interueniente repudio, alij ſe matrimonio copularunt, quos in vtraque parte adulteros eſſe manifeſtum eſt.* Qui verò vel vxore viuente, *quamuis diſſociatum videatur eſſe coniugium ad aliam copulam feſtinarunt, neque poſſunt adulteri non videri, intantum vt etiam hæ perſonæ quibus tales coniuncti ſunt etiam ipſi adulterium commiſiſſe videantur ſecundum illud quod legimus in Euangelio: Qui dimiſerit vxorem ſuam, & duxerit aliam mœchatur, ſimiliter & qui dimiſſam duxerit mœchatur. & ideo tales omnes à communione fidelium abſtinendos, de parentibus autem & de propinquis eorum nihil tale ſtatui poteſt, niſi incentores illiciti conſortij fuiſſe detegantur.* Sed de his latiùs vbi dicemus de matrimonio diſſolubili, vel indiſſolubili: vide matrimonium. verum quoniam poſſet moueri quæſtio an diſſolui poſſet matrimonium adulterorum vbi procreata ſequitur ſoboles, ſic reſpondet CONCILIVM TRIBVRIENSE cap. 49. *De his qui in adulterio iuncti per incentiua libidinis mala filium vel filiam genuerunt canonice prædicamus, vt quando ab epiſcopo iuſta diuiſione ſeparantur eo tenore ſeiungantur, ut vltra ſpe reuerſionis deludantur: quare ſi quid inter ſe proprietatis aut pecuniæ communi donatione tradiderunt, vtique communi ſeruent infanti. De reliqua verò proprietate & pecunia, nullam vlterius habeant communionem, ſed vterque ſua prouideat, & vt velit, faciat, & vt hoc verius credatur atque firmius obſeruetur, verbo Domini præcipimus & canonica atque ſynodali impoſitione iniungimus quatenus iuramento colligentur, deinceps & vltra ſub vno non cohabitare tecto, nec familiari frui colloquio, excepto in Eccleſia & in publico, nec vllam habere communionem in proprietate aut mancipiis vel pecunia, ſiue vllis rebus, vnde ſuſpicio luxurioſi facti aut ſcandalum libidinoſi deſiderij inſtic poſſit oriri,* vide reliquum dictione matrimoniũ. & vide ſequentia, vide infrà adulter.

Cõcilium Arelatenſe: celebratũ fuit ſub Sylueſtro I.
Innocentius I.
Matthei 19. & 5
Qui ex adulterio procreant ſi lios, an ſeparari poſſint.
Cõcilium Triburienſe.

Adulterij accuſatio qualiter purgetur.] Ex Gratiano cauſa 33. quæſt. 2. capite Hiſtoria: Hiſtoria Eccleſiaſtica ab EVSEBIO CÆSARIENSI Epiſcopo conſcripta de muliere quadam quæ de caſtitate à marito accuſabatur, ait, *Præceptum eſt ab Imperatore lege lata vt primò permittere ei rem familiarem liberè diutiùs ordinare, tum demum reſpondere obiectis:* Hoc omnes leges tam Eccleſiaſticæ quam vulgares publicæque præcipiunt. Si autem de mulieribus & ſecularibus viris, hæc conſtituta ſunt, multo magis Eccleſiaſticis hominibus & ſacerdotibus ſunt conceſſa: & NICOLAVS I. vt allegatur à Gratiano loco ſupradicto iubet hanc legem ſeruari in cauſa Tebergæ cùm Luthario quæ adulterij crimine accuſabatur, vt ſuæ reddita poteſtati, & conſanguineis ſociata, poſſit cauſam defendere. nec timore aut pœna controuerſia agitetur, vide & purgatio.

Euſebius Cæſarienſis allegatur à Gratiano, ſub nomine Decretorū Nicolai I.

Adulterij rei duo accuſati.] CONCILIVM SALEGVNSTADIENSE cui interfuit Burchardus cap. 7. *Interrogatum eſt, ſi duo in adulterio inculpati fuerent, & vnus profiteretur, & alter negaret, quid inde agendum eſſet. Decretum eſt à ſancto Concilio, vt ille qui negauerit probabili iudicio ſe expurget, & qui profeſſus fuerit dignè pœnitentiam agat.* IDEM cap 14. *Statuit quoque ſancta ſynodus, ſi duo de adulterio accuſati fuerit & ambo negauerint & orant ſibi concedi, vt alter illorum vtroſque diuino purget iudicio ſi vnus in hoc deciderit, vt ambo rei habeantur.*

Concilium Salegunſtadienſe ſub Benedicto VIII. & Henrico imperatore II.

Adulteria arcenda]CONCILIVM MELDENSE I. cap. 74. *Adulteria mœcha & concubinatica luxuria in domibus potentum & maximè fœminarum fieri prohibentur, & omnibus eorum ſeruis eadem interdicuntur.* Vide fornicatio & inceſtus.

ADVLTER.

Adulter vxoris alterius, an eo mortuo ſibi eam poſsit coniugio copulare.] CONCILIVM MELDENSE I. cap. 69. *Is qui viuente marito, coniugem illius adulteraſſe accuſatur, & eo in proximo defuncto eandem ſumpſiſſe dignoſcitur, omnimodis publica pœnitentia ſubigatur de quo etiam poſt pœnitentiam, præfata ſi expedierit ſeruabitur regula vt coniugio compellentur, niſi fortè is, aut mulier virum qui mortuus fuerat occidiſſe notentur, aut propinquitas vel alia qualibet actio criminalis impediat. Si autem negauerit ſe eandem fœminam viuente viro nequaquam adulteraſſe & præfati homicidij nemo eorum reus extiterit, & probatus teſtibus neuter eorum conuinci potuerit, purgent legaliter famam ſuæ opinionis, & ſumpto vtantur coniugio ſi alia vt diximus non præpedit ratio.* Idem refert & CONCILIVM TRIBVRIENSE cap. 40. *Dicunt enim præſens prædicti concilij, quendam in alterius vxorem adulterium commiſiſſe ſub iuramento, quòd ſi maritus moreretur, eam ſibi coniugio copularet: quod coniugium deteſtandum, per quod tot mala oriuntur, anathematizamus, & Chriſtianis viribus obſeramus, non licet ergo nec Chriſtianæ religionis oportet, vt ea vtatur in matrimonio cùm qua prius pollutus eſt adulterio.* Idem omnino repetunt & cap. 51. & eadem confirmant. Hanc diffinitionem allegat. ALEXANDER 3. vt inſeritur parte 6. CONCILII LATERANENSIS ſub eodem cap. 1. vbi dicitur. Quòd vir ſuperinducens vxori aliam, ex qua filios ſuſceperit, priore vxore mortua, illam ſi huius rei inſcia fuerit, tenetur accipere in coniugium legitimum, nec debet ſeparari, niſi diuortium petierit illa, & non vir, quia ex ſuo delicto videretur commodum reportare. & parte 45. eiuſdem CONCILII IOEM Alexander 3. cap. 2. priora ſtatuta confirmat, aſſerens licitè quempiam poſſe ſeparari ab vxore, ſi eam dum alteri viro eſſet iuncta carnaliter cognouit, ſub ſpe quòd eam poſt mortem viri acciperet in vxorem. & viro vt moreretur inſidiatus eſt, & procurauit vt mortem incurreret. Hinc CONCILIVM TRIDENTINVM ſeſſione 24. quæ fuit 8. ſub pio 4. *Si quis dixerit Eccleſiam errare cùm docuit & docet, iuxta Euangelicam & Apoſtolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum matrimonij vinculum non poſſe diſſolui, & vtrumque vel etiam innocentem qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe altero coniuge viuente, aliud matrimonium contrahere, mœcharique eum qui dimiſſa adultera aliam duxerit, & eam quæ dimiſſo adultero alij nupſerit anathema ſit.* Vide in præcedentibus Adulterium an ſoluat matrimonium, &c. Et infrà dictionem, matrimonij lex indiſſolubilis vbi inquiremus an adulter vel adultera poſſit cùm alio contrahere à viro ſeparata. & è conuerſo.

Concilīū Meldenſe.

Cōcilium Triburenſe.

Diffinitio concilij Triburienſis in adulteros.

Alexāder III.

Cōcilium Lateranenſe ſub Alexādro III.

Cōcilium Tridentinum.

ADVLTERA.

Adultera quid facere debeat ſi eam maritus quærit occidere? CONCILIVM TRIBVRIENSE cap. 48. *De illa muliere ſanciunt præſentes, quid ſi vrgente periculo tali ad Epiſcopū confugerit & auxilium quæſierit, operoſiori ſi poteſt epiſcopus labore deſudet ne occidatur. Si non poteſt, nullo modo liceat ei requirēti eam reddere viro ad occidendum, quæ ſe ei obtulit ad defendendum, ſed ſolerti cura tranſmittet eam ad locum quem ipſa delegerit, vt ſecura viuere poſſit. Si verò interdum maritus eam inuenerit & reperierit, ſecundum ſeculum poteſtatem habeat, quid agere ei velit: ſed audiat* AVGVSTINVM *dicentem, cùm enim vir à virtute nomen accepit, & mulier à mollitia, id eſt, fragilitate, quare contra crudeliſſimam libidinis beſtiam vult vnuſquiſque vxorem ſuam eſſe victricem, cum ipſe ad primum libidinis ictum victus cadat? Nam quidquid contra fidem Catholicam mulieribus non licet, nec viris licet. Si autem eadem mulier timore perterrita, à loco vbi eam epiſcopus deſtinauit, aufugerit, & vir eius ab Epiſcopo ſemel, aut bis, aut ſæpius repetierit, ſi vitam ei obtinere poſſit perquirat, & reddat, ſin autem omnino non reddat, maritus verò quandiu ipſa viuet nullo modo alteram ducat.* Simile quid ſtatuit. CONCILIVM AVRELIANENSE I. cap. 3. dum formam preſcribit. qualiter adulter vel adultera Eccleſiæ limina petens ſaluari debeat. vide itaque dictione, Eccleſiæ limina profugi petentes vt ſoluentur. Reliquum pete ex ſuperioribus.

Cōcilium Triburienſe.

Auguſtinus Hipponenſis.

Dictum pulcherrimum.

Cōcilium Aurelianēſe 1 ſub Hormiſda Papa & Clodoueo rege, Epiſcop. 31

AGAPAE.

Agaparum.] Sæpius fit mentio apud antiquos & ſignanter meminit TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro Apologetico aduerſus gentes cap. 39. vbi de diſciplina veterum Chriſtianorum tractat, *De ſolo*, inquit, *Triclinio Chriſtianorum retractatur cœna noſtra de nomine rationem ſuam oſtendit: vocatur* ἀγάπη, *id quod dilectio penes Græcos eſt, quantiſcunque ſumptibus conſtet. Lucrum eſt, pietatis nomine facere ſumptum, ſi quidem inopes quoſque refrigerio iſto iuuamus*, &c. quod & poſtea Concilium GANGRENSE cap. 11. ſic confirmat. *Si quis deſpicit eos qui fideliter Agapas*, id eſt, *conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres & noluerint communicare huiuſcemodi vocationibus paruipendens quod geritur, anathema ſit.* Fratribus portò ſolebant antiqui Chriſtiani agapas præparare, vt teſtatur TERTVLLIANVS libro ad Martyres. Agapæ ergo erant conuiuia quę etiam prohibentur in Eccleſia præparari à Concilio LAODICENO cap. 28. vt latiùs videre eſt in dictione. Conuiuium ad eum locùm remitto lectorem.

Tertullianus Carthaginēſis qui etiam Agaparū meminit libro ad Martyres vide eodem loco.

Cōcilium Laodicenū ſub Liberio Papa & Damaſo quod confirmatur in 6. ſynodo generali.

AGNVS DEI.

Agni Dei imago commendatur.] Concilium CONSTANTINOPOLIT. III. quod eſt Generalè 6. in Trullo celebratum cap. 82. *Inter nonnullas venerabilium imaginum picturas, agnus qui digito præcurſoris monſtratur, depingitur qui ad gratiæ figuram aſſumptus eſt, verum nobis per legem Chriſtum Deum noſtrum præmonſtrans. Antiquas ergo figuras, & vmbras vt veritatis ſigna & characteres Eccleſiæ traditos amplectentes gratiam & veritatem præponamus, eam vt legis implementum ſuſcipientes, vt ergo quod perfectum eſt vel colorum expreſſionibus omnium oculis ſubijciatur eius qui tollit peccata mundi, Chriſti Dei noſtri humanitatis characterem etiam in imaginibus deinceps pro veteri agno ſtatui iubemus, vt per ipſum verbi Dei humiliationem mente comprehendentes ad memoriam quoque eius in carne conuerſationis eiuſque paſſionis & ſalutaris mortis deducamur, eiuſque quæ ex eo facta eſt mundo redemptionis.* Hic Canon, repetitur ab ADRIANO I. epiſtola miſſa ad Tharaſium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, quæ ſita eſt actione 1. Concilij NICENI II. dict. 7. General. & Idem THARASIVS adhuc meminit in confeſſione ſua Catholica, quam ad Epiſcopos Orientales

Concilium Cōſtantinopolit III. quod & VI general. Epiſc. 150.

Hoc contra ſtoneticos Calumnis diſtinere, [illegible]

Adrianus.

Taraſius Conſtantinopolit. Epiſcop.

A miſit quæ lecta eſt actione 3. prædictæ 2. Nicenæ ſynodi. *Sexta* (ait) *ſynodi omnia tam recte & diuine edicta decreta, traditoſque canones recipio, præcipuè tamen in quo adſignatur quibuſdam in picturis, Agnum digito præcurſoris indicatum ſubiciter effigiari velut in typum gratiæ, verum illum agnum Chriſtum Deum noſtrum, per legis præceſſionem præfiguratas. Propterea antiquum illas picturas & vmbras figurarum tamquam ſymbola & notas eccleſiæ traditas amplectimur, ipſam tamen gratiam & veritatem prius ſuo honore conuenientes legis enim ſatisfactio hæc ſunt, &c.* Quæ reſeruamus dictioni Imago ad locum.

Alea.

Canon Apoſtolorum.

B Alea Eccleſiaſticis interdicitur.] Canon. 42. Apoſtolorvm allegatur à Gratiano diſtinct. 35. cap. Epiſcopis. *Epiſcopus, aut Presbiter, aut Diaconus aleæ atque ebrietati deſeruiens aut deſinat, aut certè damnetur*, & Cano. 43. *Subdiaconus, aut lector, aut cantor ſimilia faciens, aut deſinat, aut communione priuetur. ſimiliter etiam laicus* Et Concilium Elibertinvm cap. 79. *Si quis fidelis alea, id eſt tabula luſerit, placuit eum abſtinere Et ſi emendatus ceſſauerit, poſt annum poterit communione reconciliari.* Eadem ſtatuuntur in Concilio III. Constantinopolit. Dicto 6. General. in Trullo, cap. 50. & 10 Concilio Lateranensi ſub Innocentio 3. cap. 16.

Concilium Elibertinum ſub Syluestro vel Melchiade.

Concilium 3. Conſtantinopol. dictum 6. Generale

Concilium Lateranenſe ſub Innocētio III.

C *Clerici* (ait) *mimis, ioculatoribus & Hiſtrionibus non intendant, & tabernas prorſus euitent:* Plura vide in dictione Spectaculum & Taberna & Ebrietas.

Allelvia.

Alleluia inſtitutio & interpretatio.] Huius vocis Alleluia meminit. Dionysivs Areopagita libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ capitis 4. parte 3. ad calcem ſic. *Porrò ſacrum diuinitus inſpiratorum prophetarum melos, aiunt qui Hebraica norunt, laudem Dei ſignificare, ſiue, laudate Dominum.* Et Ivstinvs Martyr quæſtione 50. ad Orthydoxos, Alleluia, & Oſanna exponit: *Nos Deum*, inquit, *collaudantes, vtimur voce Oſanna, & alleluia, alleluia autem, id eſt, collaudate communè. Oſanna verò, magnitudo excellens.* Hieronymvs Stridonensis epiſtola reſponſiua ad Damaſum papam. *Vbi* (ait) *Deus & homo honorabili voce cantatur *, alleluia ſemper cum omnibus Pſalmis aſſigatur, vt in omni loco communiter reſpondeatur nocturnis temporibus. In eccleſia autem a ſancta reſurrectione vſque ad ſanctam Pentecoſtem, finiatur. Inter Dierum verò ſpatia quinquageſima propter nouitatem ſancti Paſchæ vt vox ſola laudis canatur in Aleph, quod prologus Grecè, Latinè præfatio dicitur.* Meminit Auguſtinus alleluia, in pſalmum 106. & in pſalmum 148. & tractatu 8. in epiſtolam Ioannis, vide oro. Huic decreto ſubſcribit Concilium Tvronense. 2. cap. 19. nam & in diuino officio alleluia ſtatuit decantandum, vt repoſuimus in dictione, officium diuinom vide & hymnus & quadrageſima, vbi ex decreto. Concilij Toletani. IV. canon. 10. prohibetur decantari.

Dionyſius Areopagita.

D Iuſtinus martyr.

Hieronymus Stridonenſis.

* prædicatur

E Concilium Turonenſe 2.

Nicephorus Calliſtus.

Alexandria.

Alexandrina ſedes.] Nicephorvs Callistvs libro eccleſiaſticæ hiſtoriæ 14. capite 34. *Quod ſi fortè* (ait) *alicubi reperiatur, Ale-*

Alexādrina ſedes quæ maior ēſt Romana etiamſi aliquoties quidam patrum nomine videantur.

A *xandrinam Eccleſiam Papa appellationem habuiſſe, noueris omnes quod ab eo tempore quo Cœleſtinus 1. Epheſina ſynodo præfecit viuegerentem Cyrillum Alexandrinum, fama eſt eum quoque mitram, & papa appellationem, atque vt orbis vniuerſi iudex appellaretur, accepiſſe, quæ deinde omnia per ſucceſſionem ad eos etiam peruenerint, quibus ſorte Alexandrina eccleſia thronus legitimè obuenisſet, ſacros epiſcopos.* Plura quidem his colliges in dictione Patriarcha, & abundantius in dictione, Romanæ eccleſiæ primatus, vide locum.

Alienigena.

B Alienigenarum matrimonia an rata ſint.] Concilium Trievriense cap. 39. *Quicunque alienigenam hoc eſt alienæ gentis fœminam, (verbi gratia Francus mulierem Baioritam) virorumque conſultu propinquorum legitimè vel ſua vel mulieris lege acquiſitam in coniugium duxerit, velit nolit, tenenda erit, nec vltra ab eo ſeparanda, excepta fornicationis cauſa. Quamuis enim amplius ait, vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma vtrique commune ſit nomini, legem tamen habent diuerſam. & quantum ad ſeculum, interdum longe diſiunctam. Quare ſi vnus & duobus vnam carnem in duas diuidere & copulam nuptialem machinetur diſiungere, dicendo non ſecundum ſuæ gentis legem iura matrimonij contraxiſſe, & ideirco ſeparari poſſe, canonica inſtitutione diffinimus & noſtro omniumque orthodoxorum iudicio ſtatuimus, vt quod legis imperfectum ſit, perficiatur, & ius matrimonij nequaquam reſoluatur.* Romana Synodo ait, *quod non dimittenda ſit vxor poſt baptiſmum, quæ habita eſt ante baptiſmum. In Baptiſmo ſoluuntur crimina, non tamen legitima coniugia. Cum enim in baptiſmo tranſmigrat de vita in vitam, & non mutat vxorem legitimam, quomodo mutat eam qui non mutat vitam. ſed tranſit de gente ad gentem? Igitur quia iam ſuffugium non habent ſeparandi. impleant dictum Apoſtoli vt vnanimes vnum ſentientes permaneant. Nos autem cognita referimus, quia quendam Francum & mulierem Saxonicam talia egiſſe cognouimus. Si quis poſt hæc huius ſancti Concilij inſtitutionem paruipendens aliam duxerit, cuiuſcunque gentis ſit canonice arceatur, vt priori cum pœnitentia copuletur.* Idem omnino ſtatuit & prædictum decretum confirmat, Concilium Lateranense ſub Alexandro 3. parte 45. capit. 8. ſimiliter & Concilium Coloniense III. cap. 45. partis 7. vbi prohibetur ne peregrini & ignoti coniungantur, niſi legitimis teſtimoniis doceant ſe, vbi antè verſati fuerint, nullis matrimonij vinculis aſtringi, ipſiſque per ſuum parrochium licere ab alio parocho copulari. Idem iterum ſtatuit Concilium Mogvntiavm IV. capite 38. & Concilium Tridentinvm ſeſſione 24. quæ fuit 8. ſub Pio 4. capite 7. de reformatione matrimonij, vide plura dictione, matrimonium.

Concilium Trieuirenſe ſub imperatore.

Ephoſ. 4.

C Vide matrimonij legem, eſſe indiſſolubilem, & lege eo in loco.

Philip. 2.

D Concilium Lateranenſe ſub Alexādro III

Concilium Colonienſe 3.

E Concilium Moguntinum 4.

Cōcilium Tridentinum.

Altare.

Altarium conſecratio aſtruitur] Altarium conſecrationis cùm chriſmate mentionem facit. Dionysivs Areopagita libro de Eccleſiaſtica Hierarchia parte 2. capitis 2. & parte 2. capitis 3. & parte 1. capitis 4. vbi de conſecratione vnguenti tractat, & parte 3. eiuſdem 4. capitis ad calcem, vbi de Chriſmatis ritu loquitur: *Et hoc (ait) ſacratum aduerte, quod diuini quoque*

Dionyſius Areopagita.

altaru

A

altaris conſecrationem ſanctiſſimorum myſteriorum lex ſacratiſſimi unguenti caſtiſſimis infuſionibus perficit. Eſt autem ſupercœleſtis & ſuperſubſtantialis hæc diuina operatio, totius noſtræ diuinitus indultæ ſanctificationis initium atque ſubſtantia, & perficiens virtus. Nam ſi ſacratiſſimum altare noſtrum Ieſus eſt diuina ſcilicet ſpirituum ſanctorum conſecratio, in quo (iuxta ſcripturæ fidem) ſanctificati & myſticè holocauſti inſtar incenſi acceſſum habemus, purgatis luminibus, ipſum profectò ſanctiſſimum ſpeculamur altare, (in quo quæ ſiunt conſummantur & ſanctificantur) ab ipſo ſacratiſſimo vnguento perfectum. Vide dictionem Chriſma. Porrò ſacram altaris conſecrationem ad ſolos pertinere pontifices, eodem libro IDEM parte 1. capitis 5. tradit vt dicetur in

B

dictione Dedicatio. Idem & EVARISTVS I. vt allegat codex librorum 5. libri 5. cap. 8. Gratiano tamen docente conſtitutio eſt HYGINI I. *Omnes* (ait) *Baſilica cùm miſſa ſemper debent conſecrari. Altaria verò placuit non ſolùm vnctionem chriſmatis, ſed etiam ſacerdotali benedictione ſacrari. Si verò altaria non fuerint lapidea, ad celebranda diuina officia non conſecrentur. Vbi etiam eccleſia eſt, de cuius ambigunt conſecratione, à vicinis preſbiteris & parochianis fideliter requiratur. Hi ergo cùm cæteris omnibus in ſynodali concilio ab epiſcopo pro ſuo ſunt conteſtandi ſacerdotio, ſi illorum temporibus, vel anteceſſorum ſuorum, ſciant eccleſiæ illius dedicationem die vel officio vnquam fuiſſe celebrem: quòd ſi affirmando*

C

in hoc concordans, non fiat iniuria eccleſiæ legitima, vel ſuo defenſori: ſin autem, in arbitrio ſit epiſcopi claudere, ſeu aperire eam. Sed de his fuſiùs, cùm ad hunc locùm deuenerimus, vbi inueſtigatur vtrum dedicatio eſt iteranda: Et huic concordat quòd AGATHENSE Concilium I. cap. 14. ſtatuit, allegaturque à Gratiano. De conſecratione diſtinctione 1. cap. Altaria. *Altaria* (ait) *placuit non ſolùm vnctione Chriſmatis, ſed etiam ſacerdotali benedictione ſacrari.* Et Concilium EPAVNENSE I. cap. 26. *Altaria* (ait) *niſi lapidea, infuſione Chriſmatis non ſacrentur.* Vide Dedicatio.

Ruariſtus 1. papa.

Hyginus 1 papa.

Ab antiquo verò, quàm probè Eccleſiaſtica diſciplina in conſecrandis Baſilicis & altaribus authoritas veterũ teſtimoniis confirmatur.

Agathenſe concilium, Gallicè Agde.

Cõcilium Epaunenſe, allegatur autẽ hic canon à Burchardo libro 3 Decretorum, cap. 25.

Altare portatile, facilè non ſacretur.] Concilium SENONENSE I. capite 15. *Vt magis ac magis tollatur occaſio celebrandi miſſas in locis ac*

D

oratoriis priuatis (Rationem habe in dictione, miſſa non niſi in locis ſacratis celebranda) *Iniungimus Epiſcopis, vt non ſint faciles ad conſecranda altaria portatilia, ſed tunc demum ad ea conſecranda accedant, cùm intellexerint ea eſſe requiſita pro eccleſiis, aut aliis locis, in quibus licitè celebratur, & per ſuos Decanos rurales, aliáſve officiales prouideant, ne prædicta altaria portatilia retineantur in domibus priuatorum.*

Altaria conſecrare cui competit] Hoc ex DIONYSIO AREOPAGITA libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ parte 1. capitis 55. antea probatum eſt, ſatiſque ex ſuperioribus conſtat. Altare

E

conſecrare, non eſſe officium presbyterorum: ſicut nec chriſma conficere, vt dicemus in dictione chriſma. Vnde & ſic loquitur Concilium AGATHENSE I. capite 45. Et allegatur à Gratiano cauſa 26. quæſtione 6. capite miniſtrare. *Miniſtrare* (ait) *Diaconus, conſecrare altare preſbyter non præſumat, &c.* Vide Dedicatio.

Dionyſius Areopagita.

Concilium Agathenſe.

Altare non erigatur inconſulto Epiſcopo.] HORMISDA I. vt allegat Gratianus de conſecratione diſtinctione 1. capite, nullus presbyter. *Nullus preſbyter in Eccleſia conſecrata aliud altare erigat, niſi quod ab epiſcopo loci fuerit ſanctificatum, vel permiſſum, vt ſit diſcretio inter ſacrum &*

Hormiſda papa.

A

non ſacrum, nec dedicationem fingat niſi ſit: quod ſi fecerit, degradetur ſi clericus eſt; ſi verò laicus, anathematizetur. Vide Dedicatio.

Altaria campeſtria iubentur eradicari.] Concilium CARTHAGINENSE V. capite 14. & allegat Gratianus de conſecratione diſtinct. 1. Placuit. *Placuit vt altaria quæ paſſim per agros aut vias tanquam memoriæ martyrum conſtituuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ martyrum condita probantur, ab Epiſcopis qui eiſdem locis præſunt, ſi fieri poteſt euertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non ſinitur, plebes tamen admoneantur ne illa loca frequentent, vt qui rectè ſapiunt, nulla ibi ſuperſtitione deuincti teneantur, & omnino nulla*

B

memoria Martyrum probabiliter acceptetur niſi aut ibi corpus aut aliquæ certæ reliquiæ ſint, aut vbi origo alicuius habitationis, vel poſſeſſionis, vel paſſionis fideliſſima origine traditur. Nam quæ per ſomnia, & per inanes quaſi reuelationes quorumlibet hominum vbique conſtituuntur altaria omnimodè reprobentur. Vide & Reliquiæ. Idem mandat & Concilium AFRICANVM ſub Bonifacio primo capite 50. Vide Baſilica.

Concilium Carthaginenſe 5.

Vide in quanta veneratione antiqui ſanctas habuerint reliquias vt ad eas viſendas etiam peregrinationem aſſumerent.

AMBITIO.

Ambitio quàm enorme peccatum.] Ambitio eſt immoderatus honoris appetitus, de

C

qua Paulus: *Nemo ſibi ipſi vſurpat honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Et alibi, *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.* Quamuis autem opus bonum deſiderare, bonum ſit tamen primatum honoris concupiſcere vanitas eſt. Et certè loco ignominiæ eſt apud indignum dignitas, vt ampliſſimè deducit PHILO IVDAEVS libro de Ioſeph. non longè à principio, & ORIGENES ADAMANTIVS libro 2. in caput 2. ad Romanos & IOANNES CHRYSOSTOMVS. Homilia 56. in Geneſim cap. 30. *Ne ambitionem* (ait) *ſectemur, nihil enim periculoſius, id quod rerum experientia ſatis diſcimus.* IDEM homilia 83. in Ioannem cap. 18. *Graue*

D

quiddam eſt ambitio, graue, inquam, & quæ animam perdere valeat. Et iterum homilia 43. ad populum Antiochenum, vbi de gloria vana, & ambitione tractat: Adi locum. AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro 4. in Euangelium lucæ cap. 4. vbi de 3. Chriſti tentatione loquitur, *Atque hoc ipſo* (ait) *pernicioſior ambitio, quòd blanda quadam eſt conciliatricula dignitatum & ſæpe quos vitia nulla delectant, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia ſubruere, facit ambitio criminoſos habet enim forenſem gratiam. Domeſticum periculum, & vt dominetur aliis, priùs ſeruit. Curuatur obſequio, vt honore donetur, & dum vult eſſe ſublimior, fit remiſſior, cum in ipſa poteſtate, quod præcellit alienum ſit: legibus*

E

enim imperat, ſibi ſeruis. Idem de ambitione narrat epiſtola 84. quæ eſt ad virginem Demetriadem de ambitione HIERONYMVS STRIDONENSIS ad Ruſticum monachum, & AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro 5. de ciuitate Dei capite 14. atque aliis in locis & GREGORIVS MAGNVS, parte 3. Paſtoral. Admonitione 1. Vide quod ſequitur.

Hebr. 5.
Galat. 5.

Philo Iudæus.
Origenes Adamantius
Ioannes Chryſoſtomus.

Ambroſius Mediolanenſis.

Hieronymus Stridonenſis.
Auguſtinus Hipponenſis.
Gregorius magnus.

Ambitio Epiſcoporum & prælatorum damnanda.] Hæc inſerenda reſeruauimus in dictione, Epiſcopatus non ambiendus: & aliis in locis. Verùm hic libet apponere quod LEO I. ait epiſtola 5. quæ eſt ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum quem ambitionis arguit, vt

Leo. 1

dicemus

Eccleſiaſt. 18. Eccleſiaſt. 20.

dicemus in dictio. Prouincia. *Virum* inquit *Catholicum*, *& præcipue Domini ſacerdotem, ſicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente quippe ſcriptura ſancta. Poſt concupiſcentias tuas non eas, & voluntate tua auertere, multis huius mundi illecebris, multis vanitatibus reſiſtendum eſt, vt vera continentiæ obtineatur integritas, cuius pœna eſt labes ſuperbiæ, initium tranſgreſſionis & origo peccati. Quoniam mens potentiæ auida, nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceſſis, dum inordinato prauòque congreſſu, impunitatum tranſgreſſionum augentur exceſſus, & crebreſcunt culpæ quæ tolerata ſunt ſtudio fidei reparandæ, & amore concordiæ.* Et de ambitione prælatorum ſic GREGORIVS I. libro 3. Regiſtri indictione 12. epiſtola 20. ad Maximianum præſumptorem in Salona. *Licet cætera cuiuſpiam talia vita ſint merita, vt nihil ſit quod ex his, ſacerdotalibus valeat ordinibus obuiare: tamen ſolius neſas ambitus, ſeueriſſima canonum diſtrictione damnatur. Cognouimus itaque quod vel, ſurreptia, vel ſimulata piiſſimorum Principum iuſſionem, dum vita dignus non fueris, te ad ſacerdotii ordinem cunctis venerabilem prorupiſſe, &c.* Vide epiſcopus. IDEM libro 1. Paſtoral. cap. 1. & allegant patres Concilij AQVISGRANENSIS I. ſub Ludouico imperatore cap 14 & 15. qui deteſtantur illos, qui per ambitionem obtinent dignitates, vt ſuis locis relinquitur. Infinita quippe ſunt patrum decreta hoc ipſum prohibentia, quæ in ſequentibus propalanda ſunt.

Gregorius Magnus.

Concilium Aquiſgranenſe 1.

AMICVS.

Amicus difficulter reperitur, & facilè perit.] PHILO IVDÆVS libro quòd Deus ſit immutabilis. *Humana facile mutantur, vel propter ipſorum hominum, vel propter negotiorum inconſtantiam verbi gratia. Amicos eligimus ſæpe quos poſt non longam conſuetudinem ob nullam ipſorum culpam auerſamur, & in loco inimicorum, aut velle ignotorum habemus. Hoc ſiquidem leui ſummam facilitatem noſtram arguit, qui non poſſumus perſeuerare in priſtino propoſito. At Deus non veritus fauorem in ſtultitiam interdum tamen ſtatuimus manere in ſententia, ſed familiares non manent ſui ſimiles. Itaque neceſſario noſter quoque animus vna cum eis mutatur. Præuidere enim futuros negotiorum exitus aut ſententias aliorum, nemini mortali eſt poſſibile, &c.* De vera quoque amicorum gratia & beneuolentia coprosè ORIGENES ADAMANTIVS libro 3. in Ioh cap. 1. tractans illud, *Venerunt quoque tres amici Iob, &c.* Et ANACLETVS I. epiſtola prima ad epiſcopos Galliarum, *Omnis homo (ait) in ſua cauſa deficiens, in ſuis hæſitans conſiliis, quærit ſibi amicum fidelem, in cuius conſiliis confidat, qui in ſuis diffidebat, & talem fiduciam habet in illo, vt omne ſecretum ſui pectoris ei pandat & aperiat. Quid dulcius eſt, quam vt habeas illum cum quo omnia poſſis loqui vt tecum? Si iſta cum hominibus fuerunt, quanto magis cum Deo hoc eſt agendum, qui omnes vult ſaluos fieri. Et neminem perire?* IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia elegantiſſima ſuper illud Ioannis, *Vos amici mei eſtis*, tomo 3. de amicis veris diſſerit & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libr. 3. officiorum cap. vltimo, *Quid eſt enim*, inquit, *amicus niſi conſors amoris, ad quem animum tuum adiungas atque applices, & ita miſceas vt vnum velis fieri ex duobus, cui te tanquam alteri tibi committas, à quo nihil timeas, nihil ipſe commodi tui cauſa inhoneſtum petas? Non enim vectigalis eſt amicitia, ſed plena decoris, plena gratiæ, &c.* AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro 4. confeſſionum capite 8. *Iſta ſunt quæ in amicis amplius capiunt animum, colloqui & corridere, & vicisſim beneuolè obſequi, ſimul legere libros dulciloquos, ſimul nugari, & ſimul honeſtari, diſſentire interdum ſine odio tanquam ipſe homo ſecum, atque ipſa rariſſima diſſenſione condire conſentiones plurimas, docere aliquid inuicem, aut diſcere aliquid ab inuicem, deſiderare abſentes cum moleſtia, ſuſcipere venientes cum lætitia. His itaque huiuſmodi ſignis à corde amantium & redamantium procedentibus per os, per linguam per oculos, & mille motus gratiſſimos, quaſi fomitibus conflare animos, ex pluribus vnum facere. Hoc eſt quod diligitur in amicis, & ſic diligitur vt rea ſibi ſit humana conſcientia, ſi non amauerit redamantem, aut ſi amantem non redamauerit, nihil quærens ex eius corpore præter indicia beneuolentiæ.* GREGORIVS I. libro 1. Regiſtri indictione 9. epiſtola 33. Ad Venantium Cancellarium Italiæ. *Cùm amicis omnia tractanda ſunt, ſed prius de ipſis nullus tibi fidelior eſſe ad conſilium poteſt, quam qui non tua, ſed te diligit, &c.*

Philo Iudæus.

Hæc quidem veriſſima ſunt, & à vita ... hominum modis ſuperuenientiſſime p... Hæc omnia contingunt frequentiſſime.

Origenes Adamantius.

Anacletus I. papa.

Aurea ſententia.

Ioannes Chryſoſtomus.

Ambroſius Mediolanenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Pulcherrima & documento ... amicitia veri amici.

Gregorius Magnus.

AMICITIA.

Amicitia coniugalis.] CLEMENS I. libro 6. Conſtitutionum Apoſtolicarum capite 29. *Viri diligite vxores veſtras, vt propria membra, vt vitæ ſocias, in filiis quæ generandis adiutrices: lætare enim (inquit) cum muliere quæ eſt à iuuentute tua ſerua tua amicitiæ, & pullus gratiarum tuarum conuerſetur tecum propria verò præeat, & adſit tibi in omni tempore: in huius enim amicitia implicatus multiplicabilis eris. Diligite ergo eas vti membra propria, vti corpora veſtra.* Idem omnino repetit IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Philippenſes. *Videte viri (ait) vt vxores quaſi veſtra ipſorum membra ametis, mulieres quaſi vnum ſitis coniunctione, viros veſtros amate.* IDEM epiſtola ad Tarſenſes ad calcem & epiſtola iterum ad Philadelphienſes circa medium.

Clemens I. Papa.

Prouerb. 5.

Ignatius martyr.

Amicitia fraterna.] CLEMENS ALEXANDRINVS libro 2. Stromatum. *Docemur triplex eſſe genus amicitiæ. Et eorum quidem primum eſt idque optimum ac præſtantiſſimum, id quod eſt ex virtute. Valida enim eſt quæ ex ratione dilectio. Secundum autem ac medium ex remuneratione. Eſt autem hoc genus aptum ad ſocietatem ac communicationem libenter impertiens & vitæ conducibile. Communis enim eſt quæ ex gratia amicitia. Vltimum autem ac tertium nos quidem dicimus id, quod eſt ex conſuetudine. Illi vero id, quod ex voluptate verti ac mutari poteſt. Ac mihi quidem pulcherrime* HIPPODAMVS PYTHAGOREVS *videtur deſcribere amicitias, vna quidem eſt ex ſcientia Deorum, altera verò ex hominum ſuppeditatione, Tertia vero ex voluptate animantium. Eſt ergo vna quidem Philoſophi amicitia, altera verò hominis. Tertia autẽ animalis. Re vera enim Dei eſt imago homo benefaciens, &c.* IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia quæ eſt tomo 3. ſuper illud Ioannis 15. *Vos amici mei eſtis &c. Adeptio amicitiarum eſt obſeruatio mandatorum, amicitia amoris eſt vinculum. Vnde nominis ducit exordium. Fruſtra tibi amici nomen imponis, ſi amici iuſſa non feceris, fruſtra nomen vſurpas ſi nomini per contemptum repugnas. Aut enim factis quod vocaris oſtende aut obſeruantibus nominis vocabulum cede. Præuaricationis nomen incurris, ſi aliud feceris quam vocaris.* AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro 3. Officiorum cap. 16. *Non eſt vectigalis amicitia, ſed plena decoris, plena gratiæ. Virtus eſt enim amicitia, non quæſtus, quia non pecunia quæritur, ſed gratia: nec licitatione pretiorum, ſed concertatione*

Clemens Alexandrinus Panteni auditor.

Hippodamus Pythagoreus.

Ioannes Chryſoſtomus.

Ambroſius Mediolanenſis.

beneuolentia

beneuolentia. Denique meliores amicitiæ ſunt inopum plerumque quam diuitum, & frequenter diuites ſuos amicos ſunt, quibus abundant pauperes. non eſt enim vera amicitia, vbi eſt fallax adulatio. &c. Quæ ibi de amicitia tractat & AVGVSTINVS HIPPONENSIS epiſtola 155. quæ eſt ad Marcianum. *Amicitia eſt rerum humanarum & diuinarum cum beneuolentia & charitate conſenſio.* Item & epiſtola 2. ad Macedonium quæ ſtat in ordine 52. *Vera* (ait) *amicitia non eſt penſenda temporalibus commodis, ſed gratuito amore potenda. Nemo enim poteſt veraciter amicus eſſe hominis niſi fuerit ipſius primitus veritatis.* IDEM epiſtola ad Probam quæ eſt numero 121. *Amicitia non anguſtis finibus eſt terminanda. Omnes, enim quibus amor & dilectio debetur, amplectitur, quamuis in alios propenſius, in alios ſuſpenſius inclinetur. Peruenit autem vſque ad inimicos, pro quibus & orare præcipimur. Ita nemo eſt in genere humano, cui non dilectio, & ſi non multa charitate, pro ipſa tamen communis naturæ ſocietate debeatur.* Concilium FERRASIENSE 1. ſeſſione 3. *Amicitia vera ex hominum vultu magis, quam ex verbis percipi creditur.* Porrò conſequenter in eodem concilio, de amicitia, & pace, frequenter. Orientales & Occidentales patres ſermonem viciſſim faciunt. Vide charitas.

Auguſtinus Hipponenſis.

Amor diſſert à amicitia quæ vere niſi in bonis eſſe non poteſt. [margin, partly illegible]

Concilium Ferrarienſe.

AMOR.

Amor in diuinis.] HIEROTHEVS in amatoriis hymnis allegatur a Dionyſio Areopagita, libro de diuinis nominibus, parte 2. capitis 4. *Amorem ſiue diuinum, ſiue angelicum, ſiue ſpiritualem, ſiue animalem, ſiue naturalem dixerimus, inſitiuam quandam intelligamus commiſcentemque virtutem, ſuperiora quidem mouentem ad inferiorum prouidentiam. Æquales verò rurſus ad ſocialem ſui inuicem communionem, ac poſtremo loco, inferiora vt ad potiora & ſublimiora conuertantur, adigentem.* De amore porrò diuino DIONYSIVS AREOPAGITA ſingulariter diſſerit eodem libro parte 1. capitis 4. ex illo dum ecſtaſim naſci confirmat. *Eſt autem* (ait) *mentis ſeceſſum ecſtaſimque faciens diuinus amor, amatores ſui iuris eſſe non ſinens, ſed in ea quæ amant penitus transferens,* &c. Multa quæ longa narratione proſequitur.

Hierotheus, Dionyſius præceptor. Dionyſius Areopagita.

Dionyſius Areopagita.

Ecſtaſim amor diuinus generat.

Amor quo Deum diligimus, vel Deus nos.] IOANNES CHRISOSTOMVS homilia 55. in Geneſim tractans illud cap. 3. *Seruiam tibi ſeptem annis pro Rachel,* &c. *Nullus alius ſic dignatus eſt diligere Dominum, vt beata illa anima. Quaſi enim liberatus a corpore & ſublimis factus (vt ſic dicam) & neque ſuper terram ambulare ſe putans, ita loquitur. Amor enim in Deum & ſuccenſa charitas mentem eius à ſenſibilibus ad ſpiritualia tranſtulit, & a præſentibus ad futura, & a viſibilibus ad non viſibilia, eo modo ſe habent fides & charitas in Deum,* &c. AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro 2. de moribus Eccleſiæ cap. 22. *Nihil tam durum tamque ferreum quod non amoris igne vincatur, quo cùm ſe anima rapit in Deum ſuper omnem carnis officinam, libera & admiranda volitabit pennis pulcherrimis & integerrimis, quibus ad Dei amplexum amor caſtus innititur,* &c. IDEM libro de ſubſtantia dilectionis cap. 6. *Vita cordis amor eſt, & idcirco omnino impoſſibile eſt, vt ſine amore ſit cor, quod viuere cupit. Quid hinc ſequatur conſidera. Si enim ſine amore anima humana eſſe non poteſt, aut ſeipſam aut certè aliud aliquid a ſe diligat neceſſe eſt. Quia verò in ſeipſa perfectum bonum non inuenit, ſi ſe ſolam diligeret, fœlix amor non eſſet. Oportet ergo ſi fœliciter amare deſideras, aliquid præter ſe quod ames inquiras. Si autem imperfectum aliquid extra ſe amare incœpit, amorem quidem ſuum irritat, ſed miſeriam non excludit. Fœliciter igitur non diligit donec ad vnum & ſummum bonum per amoris deſiderium ſe conuertit. Quia quod ſummum bonum & verum Deus eſt ſolus, ille fœliciter amat qui Deum amat, & tanto fœlicius quanto amplius.* Idem libro de amando Deum, & libro 50. homiliarum homilia 35. *Amandus eſt Deus, ita vt ſi fieri poteſt noſipſos obliuiſcamur.* Idem in aliis locis infinitis vt epiſtola 52. quæ eſt ad Macedonium & GREGORIVS I. libro 8 Moralium 10 2[?]. caput Iob, tractans illud, *Aut poterit in omnipotente delectari? Qui* (inquit) *terrenarum rerum amore vincitur in Deo nullatenus delectatur. Eſſe quidem ſine delectatione anima numquam poteſt. Nam aut infimis delectatur, aut ſummis, & quanto altiori ſtudio exercetur ad ſumma, tanto maiori faſtidio torpeſcit ad infima: quantoque acriore curà inardeſcit ad infima, tanto tempore damnabili frigeſcit à ſummis. Vtraque enim ſimul & æqualiter amari non poſſunt.* Idem homilia 18. in Ezechielem ad calcem.

Auguſtinus Hipponenſis.

Omnes amore trahuntur & ducuntur: ſed videndum ne in peſſimo loco locetur, qui ſoli Deo debetur amor.

Gregorius Magnus.

Anima nunquam poteſt eſſe ſine delectatione.

ANATHEMA.

Anathema quid.] IVSTINVS MARTYR quæſtione 121. ad Orthodoxos. *Anathema dicitur quod a Deo repoſitum & ſepoſitum eſt, nec amplius in communem vſum ſumitur, aut quod a Deo propter vitium alienatum eſt, Catathema verò eſt, conſentire cum anathematizantibus.* Et IVSTINIANVS IMPERATOR in confeſſione ſua Catholicæ fidei quam miſit ad Ioannem 2. papam ad calcem. *Anathema nihil aliud ſignificat, niſi à Deo ſeparationem, ſicut in veteri & nouo teſtamento indicium de anathemate ſignificat,* Ideo omnino Patres Concilij V. CONSTANTINOPOLITANI, cùm tres ex ipſis pro ſcriptis Cyrilli Alexandrini coram cæteris defenſionem proponunt, vt habetur collatione 5. eiuſdem concilij, quod & repetitur collatione etiam 8 eiuſdem, cùm de Theodori Mopſueſtienſis epiſcopi damnatione agitur. Idem GREGORIVS I. libro 21. moralium cap. 4.

Iuſtinus Martyr.

Catathema quid ſit.

Iuſtinianus Magnus Imperator in confeſſione catholica quam tranſmiſit ad Papam Ioan. 2.

Concilium V. Conſtantinop.

Gregorius I.

Anathema ſemper valet, & ideò cautè inferendum.] Hæc pluribus verbis elucidantur in dictione. Excommunicatio verumtamen ſic GREGORIVS I. epiſtola ad Theoctiſtam Patriciam libro 9. epiſtola 39. *Si ſunt qui dicunt quia compulſus quiſpiam neceſſitate, ſi anathematizauerint anathematis vinculo non tenetur, ipſi ſibi teſtes ſunt quia Chriſtiani non ſunt, quia ligamenta ſanctæ Eccleſiæ vanis ſe exiſtimant conatibus ſoluere, ac per hoc nec abſolutionem ſanctæ Eccleſiæ quam præſtat fidelibus veram putant ſi ligaturas eius veras eſſe atque valere non æſtimant. Contra quos diutius diſputandum non eſt, quia deſpiciendi per omnia & anathematizandi ſunt, vt vnde veritatem fallere ſe credunt, inde in peccatis ſuis veraciter ligentur.* Illos quoque qui anathematis ſententiam vilipendunt eodem anathemate ferit Concilium EXONIENSE in Anglia cap. 1. verumtamen attentè conſiderandum eſt, ne facilè anathema fulminetur. Nam & hoc Concilium MELDENSE I. prohibuit capite 56. *Nemo* (inquit) *Epiſcoporum quemlibet ſine certa & manifeſta peccati cauſa, communione priuet Eccleſiaſtica. Anathema autem ſine conſenſu Archiepiſcopi aut coepiſcoporum, prælata etiam Euangelica admonitione, nulli imponat, niſi vnde canonica docet*

Tales ſunt Caluiniſtæ, qui excommunicationis ſententiam derident, cum tamen illi excommunicent eos, qui ſuæ non acquieſcunt doctrinæ.

Concilium Oxonienſe in Anglia ſub Innocentio 3.

Concilium Meldenſe.

authoritas: quia anathema æterna eſt mortis damnatio, & non niſi pro mortali debet imponi crimine, & illi, qui aliter non potuerit corrigi. Hæc confirmat Concilium VORMATIENSE I. capite 13. & Concilium COLONIENSE III allegans præfatum Meldenſe decretum parte 13. capit. 5. & infinita ſunt alia conciliorum decreta, quæ ordine digeſta reperies in dictione, Excommunicatio temere non ferenda.

Cõcilium Vormatienſe. Cõcilium Colonienſe 3.

ANCILLA.

Leo I.

Ancilla non vtendum loco vxoris.] LEO I. epiſtola ad Ruſticum Narbonenſem, Epiſcopum capite 5. & allegatur à Gratiano cauſa 32. quæſt. 3 capite ancillam. *Ancillam a toro abiicere, & vxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio coniugii, ſed profectus eſt honeſtatis.* AMBROSIVS MEDIOLANENSIS, ſermone 10 ordine 65. qui eſt de ſancto Ioanne Baptiſta: *Iter* (ait) *facit Domino, qui inter cæteras continentiæ virtutes matrimonij limitem non excedit, nec coniugij præſcriptum terminum adulterina permixtione commaculat. Sunt enim nonnulli qui cum legibus vxores duxerint, contra diuinitatis legem ſociant concubinas, non intelligentes quid contrahendo matrimonia proprijs vinculis conſtrinxerunt. Qui enim legibus ducit vxorem, profitetur ſe contra legem non eſſe facturum. Reum ergo ipſe ſe ſtatuit qui adhibendo ſibi adulteram, ius pollicitationis excedit. Sed dicit aliquis: vxorem non habeo, ideò mihi ancillam ſociam. Audi quid dicat ſcriptura ad Abraham: Eiice ancillam & filium eius, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ: ſi igitur ancillæ filius hæres non eſt, ergo nec filius eſt. Cur autem quæritur tale coniugium, de quo ſuſceptus filius, non ſucceſſionis poſſit hæres eſſe, nec ſanguinis? Nec enim habere poteſt hæreditatis conſortium, qui non habet originis priuilegium. Cur, inquam, quæritur tale contubernium de quo nati, non filij ſunt matrimonij, ſed teſtes ſunt adulterij? &c.* Vide plura Dictione Concubina.

Eodem die hæc ſcribebam anno 1570.

Ambroſius Mediolanenſis.

Geneſ. 21. Galat. 4.

Ancillam ſi Domina occiderit.] Concilium ELIBERTINVM cap. 5. & allegatur à Gratiano diſtinctione 50 capite. Si qua fœmina. *Si qua fœmina furore zeli accenſa, flagellis verberauerit ancillam ſuam, ita vt intra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eo quod incertum ſit voluntate an caſu occiderit: ſi voluntate, poſt ſeptem annos, ſi caſu, per quinque annorum tempora, acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti. Quod ſi infra tempora conſtituta fuerit infirmata, accipiat communionem.* Hoc decretum citatur in Concilio MOGVNTINENSI II. ſub Rabano cap. 22. & in Concilio VORMATIENSI I. capite 39. ſed & GREGORIVS I. libro 2. Regiſtri, indictione vndecima epiſtola 83. quæ eſt ad Andream epiſcopum Tarentinum, & allegatur à Gratiano diſtinct. 33. cap. habuiſſe. *Habuiſſe te concubinam, manifeſta veritate comperimus. De qua etiam contraria eſt quibuſdam nata ſuſpicio.* Et infrà: *Si verò huius reatus tibi conſcius non es, in eo te neceſſe eſt, quo es ordine, permanere. Præterea, quoniam mulierem de Matriculis, contra ordinem ſacerdotij, cædi crudeliter fuſtibus depoſtulaſti, quam licet poſt octo menſes exinde minimè arbitramur fuiſſe defunctam, tamen quia ordinis tui habere noluiſti reſpectum, propterea duobus te menſibus ab adminiſtratione miſſarum ſtatuimus abſtinere. In quibus ab officio tuo ſuſpenſum, flere te conuenit, quod feciſti, &c.* Vide & dictione ſeruus & cædere.

Concilium Elibertinum ſub Sylueſtro vel Melchiade.

Cõcilium Moguntinum. Cõcilium Vormatienſe. Gregorius Magnus.

Ancilla licitè poteſt nubere.] IVLIVS I. vt allegat Iuo Carnotenſis libro 6 decretorum. *Si quis ancillam ſuam libertate donauerit, & in matrimonio ſibi ſociauerit dubitatur apud quoſdam vtrum huiuſmodi nuptiæ legitimæ eſſe videantur an non. Nos itaque vetuſtam ambiguitatem decidentes, talia connubia legitima eſſe cenſuimus. Si enim ex affectu fuerint omnes nuptiæ, & nihil impium & legibus contrarium in tali copulatione fieri poteſt, quare prædictas nuptias inhibendas eſtimaremus.* Vide, ſeruorum matrimonia, & libertus.

Iulius I. Papa.

ANGELVS.

Angeli vnde dicti, & eorum officium:] DIONYSIVS AREOPAGITA libro cœleſtis Hierarchiæ capite 4. *Sancta cœleſtium ſpirituum diſtinctiones, eis quæ ſolum ſunt, & quæ ſine rationis vſu viuunt, & quæ humana viuunt ratione, diuina illius participationis dignitate & copia longè præcellunt. Nam cum ſe ad imitandum Deum ſpiritualiter intelligibiliterque componant, atque diuinam ſimilitudinem vltra humanum morem intuentes, ad eam intellectualem ſpeciem ſuam effingere cupiant, meritò vberiore illius participatione beata ſunt. Aſtant enim propriùs illi cohærentes ac ſemper in anteriora, quantum fas eſt extenſi diuini & numquam fatiſcentis amoris intentione contendunt, diuinos illos fulgores, abſque vlla materia & admixtione iugiter haurientes, atque in illorum formæ naturam tranſeuntes, vitámque omnem habentes ſpiritualem. Hæ ſunt igitur quæ principali & multiplici modo, diuinæ ſocietatis honore ſunt prædita, ſecretumque diuinum præcipuè multiſque enunciant modis. Idcirco & præ omnibus Angelicum cognomen meruerunt, quod cùm in eas primo diuinæ claritatis fulgor emanet, ipſæ poſtmodum in nos enunciationes illas ſublimiores supernè traijciant. Sic denique & lex (vt diuina ſcriptura teſtatur) per angelos nobis indulta eſt, incliteſque illos patres noſtros qui antè legem, quique fuerunt poſt legem, Angeli ad eum ſubnexere, ſiue quid agendum eſſet admonentes, atque ab errore ſacrilego vitaque profana ad rectum veritatis iter traducentes, ſiue ſacra quæuis inſtituta ſeu cœleſtium ſacramentorum occultas viſiones, ſiue diuinas aliquas prædictiones docendo pandentes.* Idem abundantiùs cap. 5. vbi, cur omnes cœleſtes ſpiritus, communi appellatione dicantur Angeli, pertractat. PHILO IVDAEVS libro de ſacrificio Abelis & Caini initio: *Abraham* (ait) *relictis mortalibus apponitur ad Dei populum, fratres immortalitate, & factus ſimilis Angelis. Nam Angeli exercitus Dei ſunt incorporea fœliceſque animæ, &c.* Idem libro de Gigantibus, de Angelorum natura & officio, plurimis verbis diſſerit: quod & facit EPIPHANIVS CYPRI libro 2. contra hæreſes vbi recenſet methodium Procli verba referentem. Eiuſdem rei meminit & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS ſermone 10. in Pſalmum 118. dum illud interpretatur, *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me, &c.* Item & libro 3. de fide cap. 2. & alijs infinitis in locis: & IOANNES CHRISOSTOMVS homilia 27. in illud Matthei cap. 11. *Quid exiſtis in deſertum videre, &c.* Et abundantiùs bis etiam AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro de cognitione veræ vitæ, capite 5. *Angelus autem* (ait) *ſpiritus eſt, & ſubſtantia incorporea. Inuiſibilis, ſenſibilis, rationalis, intellectualis, immortalis.* Idem expoſitione in Pſalmum 103. *Spiritus ſunt Angeli, & cùm ſpiritus ſunt,*

Dionyſius Areopagita, Pauli diſcipulus.

Act. 7.

Philo Iudæus.

Epiphanius Epiſcopus Conſtantiæ Cypri.

Ambroſius Mediolanenſis.

non ſunt Angeli. Cum autem mittuntur ſunt Angeli. Angelus enim officij nomen eſt, non naturæ. Quæris nomen huius naturæ? ſpiritus eſt. Quæris officium? Angelus eſt. Ex eo quod eſt ſpiritus eſt, ex eo quod agit, Angelus eſt. Sicut in homine, nomen naturæ homo: officij præco, id eſt, qui erat homo fit præco: non qui erat præco, fit homo. Sic ergo, qui erant iam ſpiritus conditi a creatore Deo, facit eos Angelos, mittendo eos nunciare quod iuſſerit, &c. Idem aſtruit infinitis in locis, & plenius GREGORIVS I. libro homiliarum homilia 34. illud Lucæ 15. *Erant appropinquantes ad Ieſum, &c.* Idem & Sophronius HIEROSOLYMITANVS, in confeſſione ſua fidei, quam miſit Sergio Conſtantinopolitano Epiſcopo, quæ doctiſſima lecta eſt coram Patribus Concilij CONSTANTINOPOLITANI III. dicti generalis 6. in Trullo, ſudiente Conſtantino IV. Imperatore, & fratribus. *Animæ* (inquit) *hominibus permanent incorruptæ, & Angeli immortales perſeuerant, non naturam reuera incorruptam, propriève immortalem habentes eſſentiam, ſed gratiam a Deo ſortiti ſunt, quæ immortalitatem eis largitur, & incorruptionem eis prouidet, &c.* Vide & in ſequentibus.

Gregorius I.
Sophronius Patriarcha Hieroſolymitanus.
Cōcilium III. Conſtantinopolitanum dictum 6. generale.

Angelorum ordo.] DIONYSIVS AREOPAGITA libro de Cœleſti Hierarchia, cap. 4. *Statuit ſummus ille ac ſuperſubſtantialis omnium ordo, per ſingulas diſtinctiones primos & medios extremóſque eſſe ordines atque virtutes, vt ſcilicet inferiorum ſpirituum excellentiores, quippè præceptores ac duces ſint, per quos illi acceſſum habeant, ad Deum, & ad lucem illam ſecretiſſimam Dei ſocietatemque perueniant.* Et cap 5. *Dicimus itaque in omnibus ſacratiſſimis diſtinctionibus ſuperiores quoſque eminentioréſque ordines, inferiorum quoque agminum non carere fulgoribus, atque virtutibus: poſteriores verò ſuperiorum intelligentia exortes eſſe.* Et cap 6. *Omnes ſimul cœleſtes immortaléſque ſubſtantias in nouem ordines diuinus ſermo diſtinxit, propriiſque, ac ſignificantibus vocabulis appellauit. Has eximius * præceptor noſter, in ternas tertio repetitas diſtinctiones ad ſanctæ Trinitatis diuiſit imaginem, ac primam quidem eſſe ait, quæ coram Deo verſetur ſemper, idq; ex diuina dignatione ſuſceperit, vt illi inhæreat iugiter, nulliſque medijs interiectis ſpiritibus inſtruatur. Nam ſanctiſſimos Thronos, & oculis plurimis aliſque præditos ordines, Cherubin ſcilicet & Seraphin, Hebræorum voce appellatos, iuxta Deum, nullis medijs inſertis agminibus, eminenti propinquitate locatos ait, Idq; ſanctarum Scripturarum tradere expoſitionem. Hanc igitur Ternariam diſtinctionem, vt vnam & per omnia æqualem, primámque reuera Hierarchiam illuſtris dux noſter ac magiſter eſſe ait, qua non ſit præſtantior altera, primoribúſque Dei ſummi ſplendoribus maiori propinquitate coniuncta. Secundam verò aſſerunt, quæ poteſtatibus, Dominationibus, Virtutibúſque conficitur. Tertiam item, quæ in cœleſtibus functionibus, extremum teneat locum ex Angelis, & Archangelis, Principatibúſque conſtantem.* Atque has diſtinctiones exponit luculentiùs capitibus ſequentibus, & nominis etymon atque rationem declarat: Seraphin quidem interpretari incendentes. Cherubin ſpeculantes, & Thronos, Deum ferentes interpretari, & ſic de alijs quæ copioſiſſimo tractatu dilucidat: & infert cap 10. *Sunt autem & Angeli omnes ita inſtituti, vt inferiores ſuperioribus obaudiant, eorúmque motus enuncient, ac primi illi quidem vt ſummi Dei ſe mouentis conſilia & voces exponant. Reliqui verò proportione debita eorum quæ à Deo mouentur exprimant voces.* Deinde inquirit, cur & Sacerdotes Angeli, & Dij vocantur. Vide dictione, Sacerdos. Porrò ordines cœleſtium ſpirituum clariùs, non copioſiùs diſtinguit Auguſtinus Hipponenſis libro vndecimo in Geneſim, capite viceſimo ſecundo, & libro vndecimo, de Ciuitate Dei. capite 9. libro quoque 3. cap. 22. & libro 15. capite 23. vbi de Angelorum ordine, & natura, & officio diſſerit: quod & facit GREGORIVS I. libro homiliarum 40. homilia 34. & libro ſecundo, Moralium, capite 3. 3. & 4 ac alijs 10 locis. Item & Iohannes Chryſoſtomus homilia 3 de incompræhenſibili Dei naturâ contra Anomæos, vbi exponit illud Ezechielis, *Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini.* Verùm quia prolixus eſt lectorem oro, vt locum adeat Tomo 5. non longè à fine homiliæ. De Angelis etiam tractat pluribus alijs in locis, ſed breuitatis ſtudio, ſilentio prætereo. Plura Iuſtinus Martyr in Dialogo cum Tryphone &c.

Dionyſius Areopagita.
ſcil. Paulus
Epheſ 3.
ad Coloſſen. 1.
Ezechielis 1.
Eſay. 6.
Auguſtinus Hipponenſis.
Gregorius Magnus.
Ioannes Chryſoſtomus.
Iuſtinus Martyr.

Angeli cur humanos vultus præferant, aut alis penniſque ſint præditi.] DIONYSIVS AREOPAGITA libro de Cœleſti Hierarchia capite 2. *Ne nos (ait) vulgi errore ſeducti paſſim, exiſtimemus cœleſtes ac diuina ſpecie præditos ſpiritus, multis pedibus, multiſque eſſe faciebus, & ſiue ad boum ſtoliditatem, ſiue ad feritatem leonum eſſe formatos, ſeu ad aquilarum recuruos roſtris effigiem, ſeu ad piloſam auium plumeſcentiam factos, ſeu rotas quaſdam igneas, & materiales ſedes ad accubitum ſummæ Diuinitatis neceſſarias ſupra cœlum imaginari ſtulide incipiamus, & equos diſcolores aliquos, & ſatellites armatos ac duces, & cætera id genus, quæ nobis euidenti & expreſſa varietate ſignorum ſacratiſſime ficta traduntur. Nempè enim functionibus Poeticis Theologia, vt eos deſcriberet ſpiritus qui formis carent, aſſatim vtitur, humanæ ſcilicet mentis infirmitatem non ignorans, eiq; propriam & cognatam viam, per quam ad altiora feratur benignaiſſime prouidens, ac pro ipſius modo in ſacris literis huiuſmodi aſcenſionis itinera ſternens, &c.* Et ſubdit: *Quod ſi quis abſonas & abſurdas imagines in nos voces, vereríque dicat diuinis illis ſanctiſſimiſque ſpiritibus formas adeò fœdas imponere, illum ita admonuiſſe ſufficiet duplicem in ſacris literis tradi ſignificandi modum: ex his alterum per ſimiles imagines figuráſque procedere, nihilq; a ſua natura deuiare, alterum per diſſimiles formas promouere. Itaque effictā, vt diuerſa prorſus & alia, quàm videatur, inſinuet, &c.* Quod & ex diuina Dei ſubſtātia, quæ verbis & formis effigiatur conſequenter oſtendit, vt diximus in dictione. Deus. Porrò quæ ſunt figuratiuæ Angelicarum virtutum imagines, oſtēdit cap. 15. Cœleſtis Hierarchiæ: *Et primo Seraphin* (inquit) *ignei pinguntur, quia incendendi munus nominis ſui appellatione ſignant: per ignem autem ſignari arbitror cœleſtium ſpirituum faciem Dei maximè ſpeciei inſignem. Nam profectò ſanctiſſimi, qui de Deo locuti ſunt, viri, ſummam illam & nullis obnoxiam figuris formiſque ſubſtantiam variè in igne deſcribunt, quippè qui diuinæ proprietatis, ſi dici liceat, in rebus viſibilibus plurimas ſeruat imagines, &c. Humana quoque illas forma virtutes Angelicas deſcribunt, quòd mente vigeant homines, videndíque vires habeant ad ſuperna tendentes, ſublimiq; ore, & erecto ſint ſtatu & per naturam ad imperandum ac regendum, cùmque ſenſu ac viribus brutorum animalium comparatione minimum valeant, præſtanti tamen virtute animo ac rationabili ſcientia dominata. & quòd animo naturaliter libera ſeruire vinciq; non poſſit, omnia ſuperant. Poſſumus autem & per ſingula pluriſariam diuiſa humani corporis membra, non inconcinnas vt reor imagines, cœleſtium inuenire vir-*

Dionyſius Areopagita.
Ratio cur Angeli ſpecie virginea depingantur cum alis cæteriſque membris ſint præditi.
Ezechiel 4.
Daniel 7.
Zachar. 1.
2. Machab. 3.
Ioſue 5.
Duplex ſignificandi modus in ſacris literis.
Exod 3.
Geneſ 19.
Geneſ 32.

itum. Dicimus enim viſu quidem in ſanctis Angelis clariſſimam ſignari aciem, quæ diuinis hauriendis luminibus emineat, ſimplicémque præterea illam & liquidam nihilque obluctantem, ſed motus celeritate conſtantem, puriámque & patulam ſuſcipiendis abſque perturbatione vlla diuinæ claritatis fulgoribus qualitatem. Porrò naribus, olfaciendi ac diiudicandi vi præditis, capacem eorum perceptionem, quæ ſummam illam ſuauiſſimámque fragrantiam, pro viribus admittentes, cætera quæ huiuſmodi non ſunt, ſcitè diiudicant, ac penitus fugiunt. Auribus verò vim illam participandi diuinamque participationem ſcitè ſuſcipiendi: guſtu autem intelligibilis alimoniæ refectionem & diuinorum nutrientiumque liquorum admiſſionem. At verò tactu conſtantiam illam exprimi putamus, quæ quod vtile, quod noxium ſit peritè diſcernunt. Porrò dentes diuiſionem indultæ ſibi perficientis alimoniæ, alentiſque perfectiones exprimere credimus. Palpebras & ſupercilia ſtatum illum ſignificare arbitramur quòd diuina ſpeculationis ſenſus atque intelligentias cautiſſimè ſeruant. Pubeſcentem verò & iuuenilem ætatem vitalis virtutis conſtantiam ſempiternè vigentis. Humeros autem atque vlnas, & manus faciendi & operandi ſtrenuam ac potentiſſimam vim in diuinis ſpiritibus interpretamur. Cor autem ſignum eſſe dicimus diuinam ſpeciem pro ſe ferentis vitæ, quæ vitalem vim ſummus boni inſtar in inferiora diſſeminat. Porrò pectora virtutem inſpectabilem ſeruandique vim vt eſt à ſubiecti cordis viuifica diſtributione ſignificant. Dorſa verò vim indicant vitales omnes virtutes continentem. Pedes autem mobilitatem, celeritatem atque curſum inſinuant ſempiterni motus ad diuina tendentis. Quocirca & ſanctorum ſpirituum pennatos Teologia pedes effingit. Quippè alis ſignatur celeritas alta conſcendens, & cæleſtis vitæ curſus iter in inferiora ſemper ad celſiora conſternens, & quod ad ſuperiora feratur mortalibus, atque infimis omnibus exceptus: ſed enim alarum leuitas id in ſanctis Angelis indicat, quod terrenis corporis ſarcina liberi toti abſque vlla admixtione vel pondere ad celſa ferantur. Quod autem nudi & diſcalceati deſcribuntur, hoc ſignat, quod liberi & abſoluti, & expediti atque exterioris omnis adiectionis labe ſint puri, & ad diuinæ ſimplicitatis ſimilitudinem pro viribus tendant. Et ſic conſequenter de his proſequitur, cur videlicet zona cingantur, haſta, &c. Habeant formam leonis, bouis & aquilæ. aut habeant cornua, ſed & de his Seraphin, alijs, tractat libro de Eccleſiaſtica Hierarchia parte tertia, capitis quarti. vbi de Chriſmate & vnguento tractat. Hæc autem obiter colligimus ex diffuſo eius tractatu. Item cur Angelis humana forma tribuatur ampliſſimè declarat IOANNES THESSALONICENSIS Epiſcopus, ſermone contra Gentiles, qui lectus eſt & approbatus à ſanctis Patribus Concilij NICENI I [illegible] dicti 7. generale, actione quinta, qui ſermo ſic incipit. *Huc vſque aduerſus Dominum Ieſum Chriſtum tentator præualuit, &c.* vbi Catholicus in morem Dialogi altercatur cum Gentili. Dicit ergo Gentilis, inter cætera: *Etiò, Deum verbum hominem factum icone exprimatis. Quid ad Angelos hoc facit, quos vt homines pingitis & adoratis? Hi tamen homines non ſunt, ſed intellectuales, & incorporei, & ſimpliciter exiſtentes dicuntur. Sanè ea ratione & à nobis Deos venerabiles exiſtima: non enim ſic quicquam abſurdi agimus, quemadmodum neque vos dum Angelos adoratis.* Reſpondet Catholicus. *De Angelis & Archangelis & eorum poteſtatibus, quibus & noſtras animas adiungo, ipſa Catholica Eccleſia ſic ſenſit: eſſe quidem intelligibiles, ſed non omnino corporis experies, & inuiſibiles, vt vos Gentiles dicitis verùm tenui corpore præditos, & aereo ſiue igneo, vt ſcriptum eſt, Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem vrentem. Sic autem multos ſanctorum Patrum ſenſiſſe cognouimus, quorum eſt* BASILIVS *cognomento Magnus, & Beatus* ATHANASIVS. *ſed &* METHODIVS, *& qui ſunt ab illis, Solummodo autem Deus incorporeus & infirmabilis, intelligibiles autem creaturæ nequaquam ex toto ſunt incorporea, & inuiſibiles pictura exiſtunt, quare etiam in loco exiſtunt, & circumferentiam habent. Quanquam autem non ſint, vt nos, corporei, vtpotè ex quatuor elementis & craſſa illa materia, nemo tamen vel Angelos vel dæmones vel animas dixerit incorporeas: multoties enim in corpore viſi ſunt, ſed ab illis quibus Dominus oculos aperuit. Nos igitur eos non vt Deum, ſed vt creaturas intelligibiles, & miniſtros Dei, non tamen vt verè incorporeos pingimus & colimus. Quod autem hominis figura pingantur in cauſa eſt quod in ea viſi ſunt, ſi quando miniſterium Dei apud homines obierunt. Et Patrum fuit ſententia. quia Angelos pingere oportet quando circumſcribi poſſunt, & vt homines apparuerunt, &c.* Vide Imago. conſule & præmemoratos authores.

Pſal 10.
Marc.16.
Daniel 7.

Deutero.33.
Daniel.10.
Ezechiel 7.

Apocal.19.
Daniel.
Geneſ.18.

Ioannes Theſſalonicenſis Epiſcopus, cuius ſermo lectus eſt, actione [illegible] concilij 7. generalis quod fuit 2. Nicenum Concilium Nicenum 2. dictum 7 generale.
Altercatio Gentilis cum catholico, cur Angeli humana [illegible] effigientur.

Hebr.1.

Baſilius Magnus
Athanaſius Alexandrinus.
Methodius Cyri epiſcopus.
Pſalm.103.

ANIMA.

Animæ ſtatus.] PHILO IVDÆVS libro de eo quòd deterius potiori inſidiari ſoleat: *Vis (inquit) illa quæ nobis cum brutis communis eſt eſſentiam accepit ſanguinem, at illa, quæ a rationali fonte demanat, ſpiritus eſt, non aer motus, ſed caracter quidam, & effigies diuinæ potentiæ, quam nomine proprio Moſes vocat imaginem, ſignificans quòd Archetypum rationalis naturæ Deus eſt. Homo verò imago ſeu effigies, non illud gemina natura animal, ſed quod eſt in anima præſtantiſſimum quod vocatur mens & ratio, &c.* Idem & de animæ natura & ſtatu, libro de Somnijs atque alijs locis. Sed & EPIPHANIVS CYPRI libro ſecundo, contra hæreſes ex Methodio: ſed & IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia viceſima nona, in Matthæi, caput octauum, contra eos diſputat qui animas in Dæmones tranſire ſomniabant, dum illud Euangelij pertractat, quod Dæmones Chriſto dixerunt: *Veniſti ante tempus torquere nos. Quæ ratio (ait) induxit nos, vt credamus animam cui illata iniuria eſt. Illi ipſi patrocinari, qui ſibi iniuriam intulerit, aut hominem poſſe facere, vt incorporea virtus in aliam ſubſtantiam tranſmutetur. Nam ſi eſt de corporibus impoſſibile, vt vnquam hominis corpus in aſini corpus tranſmutetur, quantò minus inuiſibilem animam in ſubſtantiam Dæmonis transformare poſſibile erit? Quare vetularum hæc verba, imò diſipientium ducenda ſunt, & puerorũ ludibria. Nec enim poteſt anima è corpore ſeparata in his regionibus errare. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt.* Hinc LEO I. epiſtola in ordine vndecimo ad Iulianũ Coenſem Epiſcopum contra Eurychetem: *Origenes (ait) meritò damnatus eſt, qui animarum, antequam corporibus insererentur, non ſolum vitas, ſed & diuerſas fuiſſe aſſeruit actiones.* Huius hæreſis, & cæterarum Origenis, meminit NICEPHORVS CALLISTVS libro decimo ſeptimo, capite viceſimo ſeptimo, quæ hæreſis ſub Vigilio damnata eſt, in Concilio CONSTANTINOPOLITANO V. Idem autem LEO I. epiſtola, quæ eſt in ordine nonageſimo primo, ad Turibium Epiſcopum Aſturienſem, capite quinto. Arguit Priſcil-

Philo Iudæus
[illegible] de duabus animabus [illegible], refutatur ab Auguſtino lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 1. 4. 5. 6

Epiphanius Cypri

Ioannes Chryſoſtomus.

Animas non in [illegible] tranſire in dæmones.

Leo.1.

Origenes error circa naturam & ſtatũ animarum.
Nicephorus Calliſtus.
Concilio Conſtantinop. 5.
Leo 1.

Animam non eſſe eiuſdem naturæ, quâ & Deus.

haniſtas, qui quorundam Philoſophorum ſequenies errorem, animam hominis diuinæ aſſerebat eſſe ſubſtantiæ, nec à natura creatoris ſui. conditionis noſtræ diſtare naturam, quod ſeu abſurdum damnat. *Quoniam nulla* (inquit) *tam ſublimis, tam præcipua eſt factura, cui Deus ipſe natura ſit. Quod enim de ipſo eſt, hoc eſt, quod ipſe, nec id aliud eſt, quam Filius & Spiritus ſanctus. Præter hanc autem ſummæ Trinitatis vnam conſubſtantialem, & ſempiternam, atque incommutabilem Deitatem, nihil omnium creaturarum eſt quod non in exordio ſui ex nihilo creatum ſit. Nimium igitur ſuperbi nimiúmque ſunt caci, qui cum dicant humanam animam diuinæ eſſe ſubſtantiæ, non intelligunt, nihil ſe aliud dicere, quam Deum eſſe mutabilem, & immutabilẽ, & ipſum perpeti, quidquid poteſt naturæ eius inferri.* Idem capite decimo, eiuſdem epiſtolæ eoſdem conuincit, qui animas quæ humanis corporibus inſeruntur, dicunt fuiſſe ſine corpore, & in cœleſti habitatione peccaſſe, & pro agenda pœnitentia à ſublimioribus ad inferiora delapſas. Hunc eundem errorem damnat ſub ſimilibus verbis Concilium BRACARENSE I. capite quinto, ſexto, & nono, ſed & HIERONYMVS STRIDONENSIS tomo ſecundo epiſtolarum, epiſtola ad Marcellinum & Anapſychiam, quæ ſic incipit: *Tandem ex Africa*, vbi de origine animæ eleganter diſſerit. Eſt & eiuſdem concertatio pro ſimili re tomo eodem, epiſtola ad Pammachium, aduerſus errores Ioannis Hieroſolymitani, quæ non facilè poſſent hic recenſeri. De animæ quoque ſubſtantia & origine, & ſtatu AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro quinto epiſtolarum, epiſtola viceſima prima, ad Horontianum, quæ ſic incipit: *Quæſiſti a me, vtrum anima cæleſtis eſſe videatur ſubſtantiæ: non enim aut ſanguinem, aut ignem, aut neruorum harmoniam animam putas, vt vulgus Philoſophorum interpretatur, aut vt illa patricia quadam eorum proſapia Platonis diſputat, quod ipſum ſe moueat & non moueatur ab alio, ipſa tibi anima videtur, &c.* Idem libro de dignitate conditionis humanæ, capite ſecundo, & ampliùs libro de Iſaac, & anima, capite ſecundo, cuius verba niſi prolixitatem vitandam ducerem annectere eſſet facillimum, & AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro de Spiritu & anima capite decimo tertio, & libro de cognitione veræ vitæ, capite decimo, quid ſit anima abundè declarat, De eius autem origine & creatione libro de Eccleſiaſticis dogmatibus capitibus 13. 14. 15. 16. & 17. *Animas* (inquit) *hominum non eſſe ab initio inter cæteras intellectuales naturas, nec ſimul creatas, ſicut Origenes fingit, neque cum corporibus per coitum ſeminantur, ſicut Luciferiani, Cyrillus, & aliqui latinorum præſumptiores affirmant, quaſi naturæ conſequentiam ſeruantes, ſed dicimus corpus tantùm per coniugij copulam ſeminari, creationem vero animæ ſolum creatorem omnium noſſe, &c.* Vide locum, & libro ſexto ſuper Geneſim, capite ſecundo, atque infinitis alijs in locis. Hæc comprobat & LEO IX in ſua confeſſione Miſſa ad Petrum Epiſcopum Antiochenum epiſtola quarta. Poſſem & teſtimonia plura adferre, ſed creſcerent in immenſum. Et quæ propoſuimus, ſufficiant. Vide Burchardum libro 10. Decretorum, cap. 1. &c.

Concilium Bracarenſe I.
Hieronymus Stridonenſis.
Ambroſius Mediolanenſis.
Auguſtinus Hipponenſis.
Leo 9. Papa.
Burchardus Vormatienſis Epiſcopus.
Clemens I.

Anima vnica & immortalis.] CLEMENS I. libro ſexto Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite vndecimo: *Animam incorpoream & immortalem affirmamus, nec interire eam velut corpora, ſed perpetuo manere vt rationis participem, & libertate præditam.* PHILO IVDAEVS libro de Somnijs, idem confitetur, & IVSTINVS MARTYR in Dialogo cum Tryphone, & IRENAEVS LVGDVNENSIS libro ſecundo contra hæreſes Valentini, & ſimilium, capite 65. & adhuc ampliùs libro 5. cùm illud exponit ad Romanos: *Spiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, &c.* Et abundantiùs TERTVLLIANVS Carthaginenſis libro de reſurrectione Carnis, ex veteri & nouo Teſtamento animæ immortalitatem validis argumentis aſtruit: quod & facit libro De teſtimonio animæ, & libro de Anima, capite primo vbi contra Philoſophos agit de immortalitate animę, & de innata anima, capite ſecundo, & de effigie, capite tertio, tum de reliquis, de ſimplicitate ſubſtantiæ eius & quòd illa ſpiritus ſit, recenſitis & reprobatis Philoſophorum opinionibus. IOANNES Chryſoſtomus homilia triceſima quinta, in Matthæum, capite decimo dum illud interpretatur: *Quicunque me confitebitur coram hominibus, &c.* Et AMBROSIVS Mediolanenſis libro De bono mortis, capite nono, & decimo: *Ergo* (inquit) *anima quæ ibi adhæret inuiſibili bono atque immortali, & ipſa corporea hæc fugit, & terrena, & mortalia derelinquit: itaque illius ſimilis quod deſiderat, & in quo viuit & paſcitur, & ita immortali intendit, non eſt ipſa mortalis. Quæ enim peccat moritur, non vtique aliqua ſui diſſolutione, ſed merito moritur Deo, quia viuit peccato. Ergo quæ non peccat non moritur, quia manet in ſubſtantia ſui, manet in virtute & gloria. Nam quomodo ſubſtantia eius interire poteſt, cum vtique anima ſit quæ vitam infundit? Et enim anima infunditur, vita infunditur: a quo anima diſcedit, vita diſcedit. Anima ergo vita eſt: Quomodo poteſt mortem recipere cùm ſit contraria? Sicut enim nix calorem non recipit, nam ſtatim ſoluitur: & lux non recipit tenebras, nam ſtatim diſcutit: infuſo enim lumine, tenebrarum horror aufertur, ſicut admoto igne, nimium rigor deſinit: ita & anima quæ vitam creat, mortem non recipit, non moritur, &c.* Idem & libro de fide reſurrectionis in initio, & in fine, & libro 2 de Cain, & Abel, cap 10. atque in expoſitione Pſalmi [illegible] & alijs in locis quos minus oneroſum eſſet cēſere. Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro de Eccleſiaſticis dogmatibus allegat Burchardus lib. 10. Decretorum, capite 1. 2. 3 &c. *Neque duas* (inquit) *animas eſſe dicimus in vno homine, ſicut Iacobus & alij [illegible] ſcribunt: vnam animalem, qua animetur corpus & immixta ſit ſanguini, alteram ſpiritualem quæ rationem miniſtret: ſed dicimus vnam eandemque eſſe quæ & corpus ſua ſocietate viuificat, & ſemetipſam ſua ratione diſponit, habens in ſe libertatem arbitrij, vt in ſua ſubeligat cogitatione quod vult.* Scripſit præterea idem author librum de Immortalitate animæ, quem inuenies tomo 1. operum eius. Idem IVSTINVS MARTYR Dialogo cum Tryphone defendit, atque duabus illis quas pro Chriſtianis habuit Apologijs. Idem & SOPHRONIVS HIEROSOLIMITANVS Epiſcopus in confeſſione ſua Catholicæ fidei, quæ lecta eſt coram patribus 6. generalis Synodi Conſtantino IV. & fratribus eius audientibus, actione vndecima: quamquidem ille olim tranſmiſerat Sergio Conſtantinopolitano Epiſcopo: * *Hominum* (inquit) *animæ permanent incorruptæ, ſic Angeli immortales perſiſterant non natiuam reuera incorruptionem propriéue immortalem habentes eſſentiam, ſed gratiam a Deo ſortiti ſunt, quæ immortalitatem largitur, & incorruptionem.*

Philo Iudæus.
Iuſtinus Martyr.
Irenæus Lugdunenſis.
Tertullianus Carthaginen.
Ioannes Chryſoſtomus.
Ambroſius Mediolanenſis.
Auguſtinus Hipponenſis.
Iuſtinus Martyr.
Sophronius Hieroſolymitanus Epiſcopus.
** Nota lectoꝛ, anima hæc non dicit Sophronius [illegible] negans [illegible] hæc impro[illegible] commeta.*

corruptionem eis prouidet. Sed non idcircò quoad hominem animæ gratia Dei incorruptionem receperunt quæ omnibus creaturis naturaliter inſidet, ideo & ante corpora ea fuiſſe ſuſpicabimur, vel ante huius viſibilis mundi prolationem atque compaginem in ſempiterna quadam vita poſitas arbitramur, vitámque habuiſſe cœleſtem aſſeremus, & incarneam ſeu incorpoream vitam viuentes perpetuam in cœlo, aliquando non exiſtenti ſicut Origenes erroneus conſtituit, & huius complices atque conſentanei, Didymus & Euagrius, & reliqua earum fabularum excogitatrix ſtoliditas, quæ quidem non ſolum hoc errando pronunciant, paganorum concreti dogmatibus, & Chriſtianorum nobilitatem ſordidantes, ſed & iſtorum corporum quibus nunc ſumus amicti, impudenter perimunt reſurrectionem, &c. Porrò de vnica anima, & eius immortalitate meminit DIONISIVS AREOPAGITA libro de Diuinis nominibus, capite ſexto, vbi de vita, quæ Deus eſt, loquitur: ſed & illud confirmat Concilium CONSTANTINOPOLITANVM IV. quod dicitur 8. generale ſub Adriano II. capite vndecimo. Apparet quoſdam id temporis inſanium impietatis veniſſe, vt hominem duas animas habere impudenter dogmatizarent. Tales igitur impietatis inuentores, & ſimilia ſapientes, cùm vetus & nouum Teſtamentum omneſq; Eccleſiæ Patres vnam animam rationalem habere hominem aſſererent, ſancta & vniuerſalis Synodus anathematizat. Et LEO X. in Bulla quæ inſeritur ſeſſione octaua Concilij LATERANENSIS ſub eodem celebrati. *Cùm diebus* (ait) *noſtris, quod dolenter referimus, zizaniæ ſeminator, antiquus humani generis hoſtis nonnullos perniciosiſſimos errores, a fidelibus ſemper exploſos, in agro Domini ſuperſeminare & augere ſit auſus de natura præſertim animæ rationalis quod videlicet mortalis ſit, aut vnica in cunctis hominibus, & nonnulli temere philoſophantes, ſecundum ſaltem philoſophiam, verum id eſſe aſſererent, contra huiuſmodi peſtem opportuna remedia adhibere cupientes hoc ſacro approbante concilio, damnamus & reprobamus omnes aſſerentes, Animam intellectiuam mortalem eſſe, aut vnicam in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes, cùm illa non ſolum vere per ſe, & eſſentialiter, humani corporis forma exiſtat: ſicut in canone quem fœlicis recordationis* CLEMENS V. *edidit in generali* CONCILIO VIENNENSI *continetur, verum & immortalis, & pro corporum quibus infunditur multitudine, ſingulariter multiplicabilis, & multiplicata & multiplicanda ſit. Quod manifeſtè conſtat ex Euangelio. Cùm Dominus ait, Animam autem non poſſunt occidere. Et alibi: Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Et cùm æterna præmia, & æterna ſupplicia, pro merito vitæ, iudicandis repromittit: alia incarnatio, & alia Chriſti myſteria nobis minimè profuiſſent, nec reſurrectio expectanda foret, ac ſancti & iuſti miſerabiliores eſſent, iuxta Apoſtolum, cunctis hominibus. Cùmque, vero verum minimè contradicat, omnem aſſertionem veritati illuminatæ fidei contrariam, omnino falſam eſſe diffinimus. Et vt aliter dogmatizare non liceat, diſtrictius inhibemus, omneſque huiuſmodi erroris aſſertionibus inhærentes, veluti damnatiſſimas hæreſes ſeminantes, per omnia vt deteſtabiles & abominabiles hæreticos & infideles, Catholicam fidem labefactantes, vitandos & puniendos fore decernimus, &c.* Vbi & inhibet omnibus rectoribus & publicè legentibus, aliter de anima docere, quàm Catholica Eccleſia confitetur, vt poſuimus dictione Schola. Vide plura etiam dictione. Reſurrectio mortuorum.

Dionyſius Areopagita.

Concilium 4. Conſtantinop. quod dicitur 8. generale ſub Adriano 2. Papa, & Baſilio Imperat. fuit 173. Epiſcop.

Leo 10.

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

Vide quam vere meus mortal ... etiam noſtris temporibus apparent.

Clemens 5. Concilium generale Vienenſe

Matthæi 10. Ioannis 12. 1. Corinth. 15.

Vide & GREGORIVM I. libro quarto Dialogorum, capite 45.

Gregorius 1.

ANIMVS.

Animus laudis auidus.] ENNODIVS DIACONVS poſtea Epiſcopus Ticinenſis libro Apologetico contra calumniatores canonum, qui approbatus eſt à Symmacho Papa, & ab vniuerſo Concilio Romano, & præcipuè à ... ſub eodem in quo lectus eſt. In præfatione ſic ait *Auarus laudis animus eſt, & fauorem deſiderat ſudore mercari, aut per blandimenta gloriæ crucem narrantis ignorat, aut lucri adſtrictus compedibus, linguæ vendit obſequium, vt dum animus habendi cupidine ſubiugatus, præſumptum exiſtimat iam tenere compendium, ſic ingruentia per ſtyli exercitium neſcit timere diſcrimina, aut nec ... ac concluſus, profert eloquium ſine quacunque limæ captiuum, & neſciam pudoris frontem monſtrat in medium, vt dum intentionis famuletur, diligentiam decoris abiuret, quia docendi ornamenta non ſunt intentiones negotij, ſed quietis, nec militia ſunt picta verba ſed ... &c.*

Ennodius Diaconus.

Animi excellentia.] AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro primo Officiorum, capit. 38. *In his duobus illa eſt animi excellentia, vt primum animus tuus bonus exercitatus cognationibus, mundo corde quod verum & honeſtum eſt videat. Beati enim mundo corde, quia ipſi etiam Deum videbunt, atque id quod honeſtum eſt, ſolum bonum iudicet. Deinde nullis perturbetur occupationibus, nullis cupiditatibus fluctuet. Neque vero id quiſquam facile facit. Quid enim tam difficile, quam deſpicere (tanquam ex arce aliqua ſapientiæ) opes, aliáque omnia quæ plériſque videntur magna & præcelſa? Deinde vt iudicium tuum ſtabili ratione confirmes, & quæ iudicaueris leuia, tanquam nihil profutura, contemnas. Deinde vt ſi quid acciderit aduerſi, idque graue & acerbum putetur, ita feras vt nihil præter naturam accidiſſe putes &c.* AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro De ſpiritu & anima, capite primo, & libro De quantitate animæ: *Animus eſt ſubſtantia quædam, rationis particeps, regendo corpori accommodata. Animus ſapientia illuſtratus, & ſuum principium reſpicit, & ſeipſum cognoſcit, & quam ſit indecorum vt extra ſe quærat, quod in ſeipſo poſſit inuenire intelligit. Corporeis vero paſſionibus conſopitus, & per ſenſibiles formas extra ſemetipſum abductus, oblitus eſt quid ſit, & quid fuit. Et quia nihil aliud ſe fuiſſe meminit, nihil præter quod videtur ſe eſſe credit. Solo ſenſu circa corpora, & imaginatione circa corporum ſimilitudines atque locorum verſatur & in eis ſine vigilando, ſine dormiendo diſtrahitur. Cum vero ab hac diſtractione per puram intelligentiam aſcendens in vnum ſe colligit, rationabilis dicitur, &c.* Vide Anima.

Ambroſius Mediolanenſis

Animi excellentia in duobus conſiſtit.

Matthæi 5.

Auguſtinus Hipponenſis.

ANIMAL.

Animalia immunda Chriſtianis] ZACHARIAS I. epiſtola quinta ad S. Bonifacium Moguntinenſem Archiepiſcopum primum Germaniæ Apoſtolum: *Flagitaſti a nobis quæ recipienda, quæ reſpuenda ſunt. In primis de volatilibus, id eſt graculis, & corniculis, atque ciconijs, quæ omnino cauenda ſunt ab eſu Chriſtianorum, etiam & fibri atque lepores, & equi ſyluatici, multo amplius cauendi. Attamen, ſanctiſſime frater de omnibus ſacris ſcripturis bene compertus* ... De his animalibus quæ lege vetantur, lege AMBROSIVM MEDIOLANENSEM libro ſecundo de Cain & Abel

Zacharias Papa ad Bonifacium primum Germaniæ Apoſtolum & Martyrem.

Hæc quæ vetat animalia, non ... hodie ... obſeruantur.

capite

Concilium Vormatienſe.

capite 2. Porrò de animalibus, vel manducandis, vel nnn manducandis, conſtitutiones certæ datæ ſunt in Concilio Vvormatiensi capite 64. & 65. quas hic appoſuiſſem, ſi mihi compertum eſſet fuiſſe. vel eſſe apud Chriſtianos in vſu. Poteris locum adire. vt legas quæ dico.

Annatae.

Annatæ inſtitutione antiquiſsimæ.] Annatas aliqui inter quos Platina & Blondus à Ioanne 22. vel Bonifacio IX. qui annis 1316. & 1389 ſuperarant, inuentas putarunt, & ideò quaſi quoddam Eccleſiarum nuper ortum grauamen & onus reiiciendas: Sed quia Polidorus Virgilius lib. 8. de rerum inuentoribus eos deceptos aſſerit, contemnendi ſunt, ſic enim ait: *Caterùm nullum inuentum maiores Rom. Pont. cumulauit opes, quam Annatarum quas vocant, vſus, qui omnino multo antiquior eſt, quam recentiores quidam ſcriptores ſuſpicantur, &c.* Sed & Henricus de Seguſia, alias Hoſtienſis, qui cùm Alexandro IV. anno 1260. vixit ea de re ſæpe reclamatum fuiſſe teſtatur. Ioannes Andreae in cap. Inter cætera, de off. ord. dicit eas eſſe de antiquiſſima conſuetudine obtentas. Ego autem ita antiquas exiſtimo, vt authorem & inuentorem nemo prodere poſſit, audacterque dixerim cum Polydoro loco citato, hoc vectigal iampridem cum Rom. Pontif. non haberet multas poſſeſſiones, & cum oporteret pro dignitate & officio multos magnóſque facere ſumptus, paulatim impoſitum fuiſſe ſacerdotijs.

Annatæ iuſtè à ſummo Pontifice exiguntur.] Summum Pontificem Annatas exigere poſſe nemo inficiari poteſt, qui iuſtè Aaron ſummum Sacerdotem in veteri lege decimam decimarum, ſecundum quod Numer. cap. 18. præcipitur, accepiſſe concedit, ſic ibi ita legitur: *Præcipe Leuitis, atque denuncia, cùm acceperitis à filijs Iſrael decimas quas dedi vobis, primitias earum offerte Domino, id eſt, decimam partem decimæ, & date eam Aaron Sacerdoti.* Nec obſtare poteſt quod iugum legis veteris excuſſum ſit, quia hoc præceptum inquantum ceremoniale, & in ſignum ſupremi Dominij. & inquantum morale, id eſt, quod aliquid à minoribus, maiori detur, ſicut & decimarum præceptum, omnes Chriſtianos obligat. Nam vt Clemens ait lib. 2. conſt. Apoſt. cano. 29. 38. 39. & libro 8. capite 36. & ſi Chriſtiani liberi ſint à cæremonijs legis veteris, non tamen à decimis & oblationibus: imò magis tenentur ad ea Chriſtiani, cum eorum iuſtitia debeat abundare pluſquam Scribarum, & Phariſeorum. Sic igitur optimè Gerson libro de Simonia de Annatis, loquens: *Sicut ex antiqua conſuetudine decima decimarum debebantur ſummo Sacerdoti à Leuitis, ſic non minus hæc decimatio (annatium ſcilicet) facienda ipſi Papa per inferiores.* Ecchivs in Enchiridio locorum communium, capite viceſimo ſexto, poſt multa de Annatis ait: *Sequitur ſi Sacerdotes & Epiſcopi vellẽt negare Annatas ſummo Pontifici, tunc eadem facilitate negarent Laici decimas Sacerdotibus, &c.* Si eas de iure diuino expreſſo eſſe cõtendũt, quos ſecutus eſt Petrvs Gregorivs in parte prima, Syntagm. Iuris vniuerſi, libro ſecundo, capite vigeſimo primo, & licet inficiari aliquis poſſit, attamen de iure diuino interpretatiuo eſſe concedent omnes. Nam cùm non ſit alligandum os bouis triturantis, & cùm lege naturæ dictante, vt qui pro populo laborat aliquid à populo exigat, ſummus Põtifex qui nõ ſolùm pro ſeculi hominibus, ſed multò plures. & pro clericis omnibus exantlat labores, mercede priuabitur? Gerson loco citato. *Hæc autem recompenſatio videlicet rationabilis, quòd quilibet fructus primi anni, à quolibet beneficiato perſoluuntur, quoniam in hoc Papa ſeruit Eccleſiæ. & ita pro ſuſtentatione decenti ſtatus poteſt operare perſonas, & beneficia.* Et Patres Concilij Basiliensis ſeſſione viceſima prima, Annatas prohibentes, in epiſtola Synodali reſponſiua ad obiecta, in calce vltimæ ſeſſionis, ſibi ipſis contradicentia, concedunt, licere ſummo Pontifici. & alijs Eccleſiæ præſulibus pro vitæ ſuſtentatione, & Eccleſiæ neceſſitatibus charitatiuum ſubſidium reſeruare: Annata autem quid aliud eſt, quàm exactio propter Eccleſiæ neceſſitatem introducta?

Annvnciatio

Annunciatio Beatæ Virginis Mariæ diuerſimodè antiquitus celebrabatur.

Concilium Toletanum 10.

Annunciationis Mariæ virginis feſtiuitas.] Paſſim huius & cæterarum ſolemnitatum meminimus, generali dictione Dies feſti, vel dictione. Maria. veruntamen hic libuit addere quod Concilium Toletanvm X. capite primo, aſtruit. Annunciationis quippè Dominicæ ſolemnitas, antiquitus diuerſis temporibus celebratur, nec certum habebat diem, quod correxerunt præfati Concilij Patres, certum ei diem præſcribentes, ſicut & Natalis Domini habet: *Atque propterea quod (aiunt illi) tempore Quadrageſimæ atque Paſchalis, ſanctorum ſolemnitates frequenter incidentes non celebrantur, & ſæpe dicta feſtiuitas his temporibus euenit, nec hoc conuenias vt his temporibus incarnatio verbi prædicetur, vbi conſtat verbum poſt mortem carnis gloria reſurrectione attolli, & hæc feſtiuitas non poteſt celebrari condignè. Ideò (aiunt) ſpeciali conſtitutione ſancitur, vt ante octauum diem quo natus eſt Dominus, genitricis quoque eius dies habeatur celeberrimus & præclarus, ex pari enim honore conſtat, vt ſicut natiuitatem filij ſequentium dierum inſequitur dignitas, ita feſtiuitatem matris tot dierum ſequatur ſacra ſolemnitas. Nam quid feſtum eſt matris, niſi incarnatio verbi? Cuius feſtum ita debet eſſe ſolemne, ſicut eſt & eiuſdem natiuitatis verbi. Quod tamen nec ſine exemplo decentis moris, qui per diuerſas mundi partes dignoſcitur obſeruari, videtur inſtitui, In multis itaque Eccleſijs à nobis & ſpatio remotis & terris. Hic mos agnoſcitur retineri. Proinde vt de cætero, quidquid eſt dubium ſit remotum. ſolemnitas Dominicæ matris, die decima quinta Calendarum Ianuarij omnimodo celebretur, & natiuitas filij eius Saluatoris noſtri die octauo Calendarum earundem, ſicut mos eſt, ſolemnis in omnibus habeatur.*

Vtro quam ſancto, & Profeſtitatis, Virginis Maria à nato ſeruandum cenſeant & obmutt ſeo calumniſta.

Canone tamen quinquageſimo ſecundo, Concilij Constantinopolitani III. dicti 6. generale, fit mentio annunciationis Beatæ virginis in Quadrageſima, quando præterquam diebus Dominicis Quadrageſimæ & Annunciationis die non permittit (vt eſt Græcis mos, non Latinis) ſacramenta celebrari. Vnde agnoſcamus decretum Toletanum reſpectu quodam pio immutatum. Vide Dies feſti, nam & iiſdem diebus Quadrageſimæ, iuſſit prædictum feſtum 25. Martij Evgenivs IV. decreto quod ad calcem additur Concilij Florentini. Armenenis, qui hoc feſtum ignorabant celebrare, vt & alibi dicetur.

Conſtantinopolitanum 3 quod fuit generale.

ANTICHRISTVS.

Antichriſti aduentus. CLEMENS I. libro 7. Apoſtolicarum conſtitutionum, cap. 33. *In nouiſſimis diebus multiplicabuntur Pſeudoprophetæ, & ſermonis corruptores, & conuertentur oues in lupos, & charitas in odium. Abundante enim iniquitate refrigeſcet multorum charitas. Mutuo enim ſe odio habebunt, & perſequentur ac tradent, tunc exiſtet mundi deceptor, veritatis hoſtis, mendacij patronus, quem Dominus Ieſus interimet ſpiritu oris ſui, qui labijs perdidit impium, multique ſcandalum patientur in eo: qui autem perſeuerauerit vſque in finem, ſalui erunt.* Sæpius faciunt Antichriſti mentionem IGNATIVS & POLICARPVS in epiſtolis, & IRENAEVS LVGDVNENSIS ad calcem libri 5. Beſtiã quã Danielis vaticinio expreſſam, refert ad Antichriſtum, & authoritatem Apoſtoli, atque Domini Saluatoris proponit, vbi ait: *Ego veni in nomine Patris mei, & non recepiſtis me. Cum tamen alius venerit in nomine ſuo, illum recipietis, Alium dicẽs Antichriſtum (ait) quoniam alienus eſt à Domino, & ipſe eſt iniquus Iudex, qui à Domino dictus eſt, quoniam Deum non timebat, neque hominem reuerebatur, ad quem fugit vidua oblita Dei, id eſt, terrena Ieruſalem, ad vleiſcendum de inimico, quod & faciet in tempore regni ſui: transferet regnum in eam, & in templo Dei ſedebit, ſeducens eos qui adorant eum, quaſi ipſe ſit Chriſtus.* Idem poſteà incipit reſiduum Prophetiæ Danielis exponere, cui & annectit Apocalypſis Ioannis teſtimonium, de beſtia quæ ſimilis pardo deſcribitur: *Et pedes eius quaſi vrſi, os eius quaſi leonis, & dedit ei draco virtutem ſuam, & thronum ſuum, & poteſtatem magnam, &c.* Tum ſubdit: *Cum autem vaſtauerit Antichriſtus hic omnia in hoc mundo, regnans annis tribus, & menſibus ſex, & ſederit in templo Hieroſolymis, tunc veniet Dominus de cælis in nubibus in gloria Patris, illum quidem & obedientes ei in ſtagnum ignis mittens, adducens autem iuſtis regni tempora, hoc eſt, requiſitionem, ſeptimam diem ſanctificatam, & reſtituens Abrahæ promiſſionem hæreditatis, in quo regno ait Dominus multos ab Oriente, & Occidente venientes recumbere cum Abraham, Iſaac, & Iacob.* De Antichriſti aduentu etiam TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS initio libri de Præſcriptionibus aduerſus hæreticos, & luculentiùs de regno Antichriſti, & morte eius IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 49 in Matth. capite 24. & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro de benedictionibus Patriarcharum, capite ſeptimo cùm illud interpretatur, Geneſ 49. *Dan iudicabit populum ſuum.* Item & adhuc in Pſalmum 40. & ampliùs, in 2. epiſtolam Pauli ad Theſſalonicenſ. cap. 2. Idem & HIERONYMVS STRIDONENSIS libro De vndecim quæſtionibus, ad Algaſiam, quæſtione vndecima, vbi illud Apoſtoli tractat: *Niſi diſceſſio venerit primum, & reuelatus fuerit homo peccati, &c.* & abundantiùs iterum AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro 18. de Ciuitate Dei, cap. 53 & libro 20, cap. 13. & in quadam homilia quam fecit in illud Euangelij: *Cum videritis abominationes, &c.* Et GREGORIVS I. libro 15 Moralium, in 21. caput Iob, dum illud exponit: *Quis arguet coram eo viam eius, &c.* & libro 32. Moral. in caput 40. Iob, dum illud exponit: *Stringit caudam ſuam quaſi cedrum, &c.* Et libro 33. in idem caput, in illud: *Sternutatio eius, ſplendor ignis, &c.* & alijs locis infinitis, vt etiam eum allegat Burchardus, libro 20. Decretorum, capite 93 & ſequentibus. Hæc & alia Patrum teſtimonia nobis fuiſſet facillimũ hic ſcribere, ſi ad rem pertinuiſſe compertum habuiſſemus, ideò ſedulus Lector tam facilè authores habere poterit, & legere, quàm veraciter eorum locos hic habet annotatos.

Clemens I. Papa. 1. Timothei 3. 2. Theſſal. 2. Matth. 24. — Ignatius Antiochenus. Polycarpus Smyrnenſis. Irenæus Lugdunenſis. — Danielis 7. Ioannes 5. — Apocalypſis 13 — Tertullianus Carthaginenſ. — Ioannes Chryſoſtomus. Ambroſius Mediolanenſ. — Hieronimus Stridonenſis. — 2. Theſſal. 2. — Auguſtinus Hipponenſis. — Gregorius I.

ANTIOCHIA.

Antiochenæ Eccleſiæ ſedes.] De illa ſede ſicut & de Alexandrina, aut Hieroſolymitana, aut Conſtantinopolitana, paſſim tractatur in dictione, Romana ſedes, vel Patriarcha: tamen ne vocabula ſuis videamur priuilegijs fraudare, ſic INNOCENTIVS I. epiſtola 18. quæ eſt ad Alexandrum Antiochenum Epiſcopum, capite 1. *Hoc Antiochia (inquit) Eccleſia nomine attributum quod primi Apoſtoli ſedes eſſe mõſtretur, vbi & nomen accepit religio Chriſtiana, & quæ conuentum Apoſtolorum apud ſe fieri celeberrimum meruit, quæque vrbis Romæ ſedi non cederet, niſi quod illa in tranſitu meruit, iſta ſuſceptum apud ſe conſummatúmque gaudet.* Hanc Innocentij ſententiam repetit NICOLAVS I. epiſtola ad Michaëlem Imperatorem circa medium. Vide Romanæ Eccleſiæ Primatus.

Innocentius I. — Nicolaus I.

Antiochenæ & Hieroſolymitanæ Eccleſiæ conuentio. Conuentiones inter Anthiochenum, & Hieroſolymitanum Patriarcham factæ ſunt in Concilio CHALCEDONENSI quod fuit 4. generale, actione 7. vt ſcilicet, Hieroſolymitanus tres haberet Paleſtinas, ſedes autem Anthiochena haberet duas Phœnicas, & Arabiã. Hócque ab omnibus confirmatum eſt, quatenus de cætero vtrique Eccleſiæ huius rei cauſas nullus contentionis relinqueretur occaſio, ſimul & actione 8. Compoſitio inſeritur, quam vtriuſque Ciuitatis Patriarcha. Maximus quidem Antiochenus, & Iuuenalis Hieroſolymitanus feciſſe leguntur de quibuſdam parochijs. Vide in dictione, Romanæ Eccleſiæ Primatus: qualiter olim Hieroſolyma non erat Patriarchatus, ſed tres tantùm, ſcilicet, Romanus, Alexandrinus, Antiochenus.

Concilium Chalcedonenſe 4. generale dictum. Sors Patriarcharum Hieroſolymitani & Antiochiæ.

APOCALYPSIS.

Apocalypſis authoritas. De Apocalypſi quidem dicemus ſuo loco, cùm de libris Canonicis agemus. Veruntamen quia multos legi hæreticos, qui impiè voluerunt aſtruere, Apocalypſim non eſſe Ioannis, ideò fulcire eam ſolemni patrum authoritate intendimus. Eſſe quippè Ioannis teſtatur IRENAEVS LVGDVNENSIS ad calcem libri 5 cum de Antichriſti regno loquitur. Meminit etiam eius, ſub nomine Ioannis authoris, TERTVLLIANVS CARTAGINENSIS libro de Reſurrectione carnis, circa medium: & libro 4. contra Marcionem, non longè à principio: *Habemus (ait) & Ioannis alumnas Eccleſias nam etſi Apocalypſin eius Marcion reſpuit, ordo tamen Epiſcoporum ad originem recenſus in Ioannem ſtabit authorem, &c.* Iterum Ioannis Apocalypſin memorat libro De corona militis, ad calcem. Item in Scorpiaco aduerſus Gnoſticos, & libro de Pudicitia, ad calcẽ. Sed & CLEMENS ALEXANDRINVS libro ſecundo Pædagogi, capite 12. eiuſdem Ioannis eſſe fatetur, & libri 6 Stromatum. *Scribit (ait) Ioannes in Apocalypſin, &c.* Et CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro 1.

Quod Apocalypſis ſit Ioannis Apoſtoli, innumeris docetur authorũ ſententiis. — Irenæus Lugdunenſis. — Tertullianus Carthaginenſ. — Clemens Alexandrinus. — Cyprianus Carthaginenſis.

epiſtola

A epiſtolarum, epiſtola ſeptima, ad Epictetum, & libro tertio, epiſtola ſexta, quæ incipit: *Quamquam ſciam vos fratres chariſſimi,&c.* Sed & EVSEBIVS CÆSARIENSIS libro ſeptimo Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, capite viceſimo ſecundo, & viceſimo tertio, loquens de quodam Nepote. & ſchiſmate eius, qui Apocalypſin non eſſe Ioannis, ſed Cerinti affirmabat eum erroris arguit, & conuincit argumentis. Lege obſecro caput viceſimum tertium, libri ſeptimi. & videbis quæ dico. Sunt & infiniti authores, qui Apocalypſin Ioannis eſſe confirmant. Hinc & TOLETANVM CONCILIVM IIII. capite decimo ſexto, *Apocalypſis librum multorum conciliorum authoritas,* (vt

Euſebius Cæſarienſis.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 47. Epiſcoporum fuit.

B videre eſt dictione, Libri canonici) *& ſynodica ſanctorum Præſulum Romanorum decreta, Ioannis Euangeliſtæ eſſe præſcribunt, & inter diuinos libros recipiendum conſtituerunt. Et quia plurimi ſunt qui eius authoritatem non recipiunt, eúmque in Eccleſia Dei prædicare contemnunt, ſi quis eum deinceps aut non receperit, aut à Paſcha vſque ad Pentecoſten, Miſſarum tempore in Eccleſia non prædicauerit, excommunicationis ſententiam habebit,&c.* Porrò ne quid de antiquis Patribus prætermittamus, Apocalypſin Ioannis eſſe confirmat & approbat DIONYSIVS AREOPAGITA libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ parte 3. capitis 3. arcanam illam, & omninò myſticam viſionem appellans,

Dionyſius Areopagita.

C diuiuámque Domini Ieſu, & altiſſimam Theologiam. Sed & ille ABDIAS BABYLONIVS lib. 5. certaminis Apoſtolici. *In Pathmos* (ait de Ioãne) *Apocalypſin, quæ ex nomine eius legitur, & vidit, & ſcripſit.* Idem & IVSTINVS MARTYR in Dialogo cum Tryphone. & infiniti alij. Lege EPIPHANIVM CYPRI lib. 2 contra Hæreſes, hæreſi 51 contra hæreſim quæ non ſuſcipit Euangelium Ioannis & Apocalypſim, quam Dementium, & brutorum appellauerunt. Sic habet titulus.

Abdias Babylonius.

Iuſtinus Martyr.

APOCRYPHVS.

D Apocryphi libri reiiciendi.] Decreueram quidem hoc differre vſque ad dictionem, Liber: vbi de canonicis libris differemus: verùm quia ſe offert vocabulum, ſatius eſt illi ſua relinquere, quam in alium locum transferre. Ideò quod hîc deerit, vide vt alio loco ſuppleatur. CANON APOSTOLORVM ordine 69. *Si quis falsò inſcriptos impiorum libros, tanquam ſanctos in Eccleſia publicat ad populi & cleri perniciem, deponatur.* Hunc canonẽ ſic Conciliũ III. CONSTANTINOPOLITANVM dictum 6. generale refert, loquens de libris qui hiſtorias Martyrum continent, ab Hæreticis conſcriptas, vt Dei Martyres ignominia afficerent, & auditores ad infidelitatem

Canon Apoſtolorum.

Concilium Conſtantinopolitanũ 3. dictum 6 generale in Trullo

E adducerent, quos non publicari Canone ſexageſimo quarto, ſed igni tradi percipit, eis anathematizatis qui hos admittunt, & eis credunt. Hinc & CLEMENS I. libro ſexto Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite decimo ſexto, *Noſtro nomine inuulgatos ab impijs libros ne receperitis, non enim nominibus Apoſtolorum attendere debetis, ſed natura rerum, & recta ſententiæ. Nouimus enim a Simone & Cleobio peſtilentes ſub nomine Chriſti, & Apoſtolorum compoſitos libros circumferri, in fraudem veſtri qui Epiſcopum vóſque eius ſeruos diligitis. Priſcis quo-*

Clemens I.

Optimum dogma & cauta admonitio, ne v... pro falſis aut impia pro ſanctis reperiantur.

A *que temporibus quidam libros Apochryphos ſcripſerunt, Moſis, Enoch, & Adæ, Iſaiæ quoque Dauidis, & Heliæ, atque trium Patriarcharum, pernicioſos & veritati infectos. Tales modo libros effecerunt execrandi homines, damnantes rerum originem, nuptias, prouidentias, liberorum procreationem Legem. Prophetas, barbara quædam nomina inſerentes (vt ipſi aiunt) Angelorum, re autem vera dæmonum ipſis loquentium. Quorum doctrinam fugite, ne ſupplicij eorum participes ſitis, illi conſcripſerunt vt deciperent ac perderent fideles, & laudandos Domini Ieſu Diſcipulos.* Idem omninò ſtatuit INNOCENTIVS I. epiſtola 30. ad Clerum Conſtantinopolitanum, vt inſeruit ſuæ hiſtoriæ NICEPHORVS CALLISTVS libro 13. cap 32. hinc & Concilium CAR-

Innocentius I.

Nicephorus Calliſtus

Concilium Carthagin. 3.

B THAGINENSE III. ſub Syricio Papa cap. 47. *Placuit vt præter ſcripturas canonicas nihil in Eccleſia legatur ſub nomine diuinarum ſcripturarum.* Et enumerat libros Canonicos. Vide Libri Canonici. Et Concilium TOLETANVM I ad calcem ſuæ confeſſionis fidei aduerſus Priſcillianiſtas. *Si quis* (ait) *dixerit, vel crediderit alias ſcripturas, præter quas Eccleſia Catholica recipit, in authoritate habendas, vel eſſe venerandas, anathema ſit.* Contra eoſdem Priſcillianiſtas agens LEO I. epiſtola in ordine nona, ad Turibium Epiſcopum Aſturicenſem, capite decimo quinto, *Curandum eſt* (ait) *& ſacerdotali diligentia maximè prouidendum, vt falſati Codices, & à ſincera ve-*

Concilium Toletanum I.

Leo I cuius agebatur dies feſtus cum hæc ſcribebam anno 1570.

C *ritate diſcordes, in nullo vſu lectionis habeantur. Apocrypha autem ſcriptura, quæ ſub nominibus Apoſtolorum, multarum habent ſeminarium falſitatum, non ſolum interdicenda, ſed etiam penitus auferenda ſunt, atque ignibus concremanda. Quamuis enim ſint in illis quædam, quæ videantur ſpeciem habere pietatis, nunquam tamen vacua ſunt venenis: & per fabularũ illecebras hoc latenter operantur, vt mirabilium narratione ſeductos, laqueis cuiuſcunque erroris inuoluant. Vnde ſi quis Epiſcoporum vel Apocrypha haberi per domos non prohibuerit, vel ſub canonicorum nomine eos codices in Eccleſia permiſerit legi, qui Priſcilliani adulterina ſunt emendatione corrupti, hæreticum ſe nouerit iudicandum. Quoniam qui alium ab errore*

D *non reuocat, ſeipſum errare demonſtrat.* Idem capite decimo ſexto, ſequenti, eadem ſtatuit de Dictinij libris, qui Priſcilliani dogma defenderat, licet poſtea ſit Catholicus effectus. *Nemo* (ait) *impunè præſumat, nec inter Catholicos cenſeatur, quiſquis vtitur ſcripturis, non ſolùm ab Eccleſia Catholica, ſed etiam a ſuo authore damnatis.* Idem omninò Concilium BRACARENSE I. capite decimo ſeptimo. eadem verba reſumens Hinc & Itinerarij Apoſtolorum ſpecialiter fit mentio actione quinta, Concilij NICÆNI II. quod dicitur ſeptimum generale, & inter Apocrypha damnatur, teſtimonio etiam allato AMPHILOCHII ICONII Epiſcopi,

Concilium Bracarenſe I.

Concilium Nicænum ... dictũ 7. generale.

E libro De falsò inſcriptis ab hæreticis libris. Quoſdam autem recenſet libros Apocryphos. GELASIVS I Concilio Romæ habito 70 Epiſcoporum, & inſeruit ſuis decretis Gratianus diſtinctione decima quinta, capite Sancta Romana &c. vbi de libris authenticis tractauit, ſic ſubiungit de Apocryphis: *Qui ab hæreticis ſiue ſchiſmaticis libri conſcripti ſunt, nullatenus recipit Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia, è quibus pauca quæ ad memoriam venerunt, & à Catholicis vitanda ſunt, credimus eſſe ſubdenda. Imprimis Ariminenſem Synodum a Conſtantio Cæſare Conſtantini Auguſti filio congregatam, mediante Tauro præfecto*

Amphilochius Iconij Epiſcopus libro de falsò inſcriptis ab Hæreticis libris cuius initium eſt, Iuſtũ quidem arbitramur omnẽ eorum impietatem detegere &c. Vide loco allegato.

Gelaſius I.

Catalogus librorum Apocryphorum.

A ex tunc & nunc, & vſque in æternum confitemur eſſe damnatam. Item itinerarium nomine Petri Apoſtoli, quod appellatur Sancti Clemētis libri decem, Apocryphum, Actus nomine Andreæ Apoſtoli apocryphi. actus nomine Thomæ Apoſtoli apocryphi, actus nomine Philippi apocriphi. Euangelium nomine Thadæi apocryphum. Euangelium nomine Matthiæ apocryphum, Euangelium nomine Petri Apoſtoli apocryphum, Euangelium nomine Iacobi minoris apocryphum, Euangelium nomine Barnabæ apocryphum. Euangelium nomine Thomæ quo vtuntur Manichæi apocryphum, Euangelium nomine Bartholomæi apocryphum, Euangelium nomine Andreæ apocryphum, Euangelia quæ falſauit Lucianus apocrypha. [a] Liber

a Mirum quod non ſit hic mentio de Euangelio Nicodemi.

B de infantia Saluatoris apocryphus. Euangelia quæ falſauit Heſychius apochrypha, liber de Natiuitate Saluatoris, & de Maria, & obſtetrice apocryphus, liber qui appellatur [b] Paſtoris apocryphus, libri omnes quos fecit Lucius diſcipulus Diaboli apocryphi, liber qui appellatur Fūdamentū, apocryphus, liber qui appellatur [c] Theſaurus apocryphus, liber De filiabus Adæ Geneſeos apocryphus, Centimetrum de Chriſto Virgilianis verſibus compaginatum apocryphum, liber qui appellatur actus Teclæ & Pauli Apoſtoli apocryphus, liber qui appellatur Nepotis apocryphus, liber Prouerbiorum qui ab hæreticis conſcriptus, & ſancti Sixti nomine prænotatus eſt, apocryphus, Reuelatio quæ appellatur Pauli Apoſtoli apocryphus. Reuelatio quæ appellatur

b Hic liber à multis recipitur grauibus authoribus, vide Hieronymum de viris illuſtribus, ſiue ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

c Non intelligit de Chriſti ſed alio aliquo non nos admittendo, quem ſiquidem approbatur ab omnibus orthodoxis.

C Thomæ Apoſtoli apocryphus. Reuelatio quæ appellatur Stephani apocryphus. Liber qui appellatur Tranſitus, id eſt, Aſſumptio ſanctæ Mariæ, apocryphus. Liber qui appellatur Pœnitentia Adæ apocryphus. Liber Ogiæ nomine gigantis, qui ab hæreticis cum Dracone poſt diluuium pugnaſſe perhibetur apocryphus. Liber qui appellatur Teſtamentum Iob apocryphus, Liber qui appellatur, Pœnitentia Origenis apocryphus. Liber qui appellatur pœnitentia ſancti Cypriani, apocryphus. Liber qui appellatur, Pœnitētia Ioānis & Mābræ, apocryphus. Liber qui appellatur, Sortes Apoſtolorum, apocryphus. Liber qui appellatur, Laus Apoſtolorum, apocryphus. Liber [d] Canonum Apoſtolorū, apocryphus. Liber Phyſiologus qui ab hæreticis conſcriptus eſt, &

d De Canonibus Apoſtolorū quam in Conciliis generalibus pluribus plurimi recepti ſunt, non ſolo aſſenſione vt inter Apocrypha numerentur. Nam & 6. generalis ſynodus Conſtantinopoli in Trullo celebrato ſpecialiter illos commendat & approbat cap. 2. & 1?. aliiſque locis. Sed & 7. generalis ſynodus quæ fuit 2. Nicæna approbat c. 1. & aliis locis & nouiſſime Tridentinum concilium, ſeſſione 25. cap. 1. allegat Canones Apoſtolorum. & alia aliquorum Conciliorum non poſſunt apocryphos cogitare. vide diſtinctionem Canon. Apoſtolorum.

D Beati Ambroſij nomine ſignatus, apocryphus. Hiſtoria [e] Euſebij Pamphili apocrypha. Opuſcula Tertulliani, apocrypha. Opuſcula Lactantij apocrypha. Opuſcula Africani apocrypha. Opuſcula Poſthumiani apocrypha atque Galli. Opuſcula Montani & Priſcillæ, & Maximillæ apocrypha. Opuſcula omnia Fauſti Manichæi, apocrypha. Opuſcula Commodiani, apocrypha. Opuſcula alterius Clementis Alexandrini apocrypha. Opuſcula Tatij Cypriani apocrypha. Opuſcula Arnobij apocrypha. Opuſcula Tyconij apocrypha. Opuſcula Caſſiani Presbyteri Galliarum apocrypha. Opuſcula Victorini Pictauienſis apocrypha. Opuſcula Fauſti Regienſis Galliarum apocripha. Opuſcula Frumentij cæci apocrypha. Epiſtola Ieſu ad Abagarum Regem apocrypha. Epiſtola Abagari ad Ieſum

E apocrypha. Paſſio Cyrici & Iulitæ apocrypha. Paſſio Georgij apocrypha. Scriptura, quæ appellatur contradictio Salomonis apocrypha. Phylacteria omnia quæ non Angelorum (vt illi confingunt) ſed Dæmonum magis arte conſcripta ſunt, apocrypha. Hæc & omnia his ſimilia. Quæ Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus. Marcion, Baſilides. Ebion. Paulus etiam Samoſatenus, Photinus: & Bonoſus & qui ſimili errore defecerunt: Montanus quoque cum ſuis obſceniſſimis, ſequacibus, Apollinaris, Valentinus, Manichæus, Fauſtus Africanus. Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Cæleſtius, Donatus, Euſtachius, Iouinianus, Pelagius, Iulianus Celanenſis,

e Hæc Hiſtoria certè meliſſima a multis patribus & ſanctis viris recipitur ſicut Gelaſius & de Tertulliani libris atque Origenis, & reliquorum quos hic recenſet, qui tamen vbi per fidem diſſenſerunt ſunt nequaquam laudati ſunt.

Nomina inſignium Hæreticorum, qui contra Eccleſiam ſuam os putidiſſimum aperuerunt.

A Cæleſtinus, Maximinus, Priſcillianus ab Hiſpania, Neſtorius Conſtantinopolitanus, Maximianus, Vnicus, Lampetius, Dioſcorus, Eutyches: Petrus, & alius Petrus, è quibus vnus Alexandriam, alter Antiochiam maculauit. Acatius Conſtantinopolitanus cum conſortibus ſuis: nec non & omnes hæretici eorúmque diſcipuli ſiue Schiſmatici docuerunt, vel conſcripſerunt, quorum nomina minimè retinemus, non ſolum repudiata, verum etiam ab omni Romana Catholica & Apoſtolica Eccleſia eliminata, atque cum ſuis authoribus, authorúmque ſequacibus, ſub anathematis indiſſolubili vinculo in æternum confitemur eſſe damnata. Vide plura Libri Canonici, Authentici, & Hæreticorum. &c.

B

APOSTATA.

Apoſtata à fide.] CLEMENS I. libro quinto Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite quinto: *Qui ſe Chriſti eſſe negat, ne hominibus ſit in odio, & ſuam animam magis diligit, quam Dominum in cuius manu ſpiritus eius eſt poſitus. Is denique miſerabilis atque infœlix eſt nefarius & abominandus, qui hominibus amicus eſſe vult, Deo inimicus, partem habens non amplius cum ſanctis, ſed vna cum execratis: qui in locum regni benedicti, expetit ignem æternum paratum Diabolo & Angelis eius: & qui non amplius ab hominibus odio habetur, ſed a Deo repellitur, & a conſpectu ipſius eiicitur. Nam de hoc locutus eſt Dominus, dicens: Qui negauerit me coram hominibus, & erubuerit nomen meum, negabo & ego ipſum & erubeſcam coram Patre meo, qui in cælis eſt.* Et capite ſeptimo. *Si de confeſſione deceſſerimus, negantes pietatem ob ſententiæ imbecillitatem, metúmque breuiſſimi ſupplicij, non ſolum ipſi nobis vitam æternam eripimus, ſed etiam alijs, interitus authores ſumus, vt qui propter abnegationem, ſuſpicionem dedimus, celebratam à nobis veritatem, doctrinam erroris continere* ANACLETVS I. epiſtola prima ad omnes Epiſcopos: *Tranſgreſſores ſponte legis ſuæ, eiúſque violatores, & recedētes, Apoſtatæ nominantur. Omnis enim Apoſtata refutandus eſt ante reuerſionem ſuam, non in accuſatione rectè agentium, aut teſtimonio ſuſcipiendus, quia vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis.* VICTOR I. epiſtola ſecunda ad Epiſcopos Africæ. *Nulli liceat doctrinam Euangelicam deſerere, & ſacerdotali honore gaudere.* CYPRIANVS CARTHAGINENSIS lib. 4 epiſtolarum, epiſt 2. ad Anthonianū de Cornelio: *Neq; poſſunt Apoſtatæ laudare nos, qui recedūt à nobis, aut expectare debemus vt placeamus illis, qui nobis diſplicentes, & contra Eccleſiam rebelles, ſolicitandis de Eccleſia fratribus violenter inſiſtunt.* Concilium ARELATENSE I. cap. 23. *De his qui apoſtatant, & nunquam ſe ad Eccleſiam repræſentant, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & poſtea infirmitate correpti, petunt communionem. placuit eis nō dandam communionem, niſi reualuerint, & egerint dignos fructus pœnitētiæ.* SYRICIVS I. epiſtola ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum, cap. 3. *Chriſtianos ad Apoſtaſiam (quod dici nefas eſt) tranſeuntes, & idolorum cultu ac ſacrificiorum contaminatione profanatos, à Chriſti corpore & ſanguine. quo dudum redēpti fuerant renaſcendo, iubemus abſcindi. Et ſi reſipiſcentes fortè aliquando fuerint ad lamenta conuerſi, his quandiu viuunt agenda pœnitentia eſt, & in vltimo fine ſuo, reconciliationis gratia tribuenda, quia docente Domino nolumus mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat.* Vide AMBROSIVM MEDIOLA. in Pſalmum 118 ſerm. 15 & in cap. 9 ad Romanos.

Apoſtata conuerſus.] Concilium ELIBERTINVM I. capite 46 *Si quis fidelis Apoſtata*

Clemens 1.
Matth. 10.
Matthæi 10
C
Anacletus 1. Papa.
Iacob. 1.
D
Victor 1. Papa.
Cyprianus Martyr.
Concilium Arelatenſe 1.
E
Syricius 1. Papa.
Ezechiel 18.
Ambroſius Mediolanenſis.
Concilium Elibertinum.

A *per infinita tempora ad Eccleſiam non acceſſerit, ſi tamen aliquando fuerit reuerſus, nec fuerit idololatra, poſt decem annos placuit eum communionem accipere.* Huic ſubiunge quod ex Syricio paulò antè retulimus Vide & dictione. Confeſſor.

Conciliū Arelatenſe 2. ſub Syluestro, anno Dom. 3 6.

Apoſtata à religione.] Concilium II. ARELATENSE capite viceſimo quinto: *Hi qui poſt ſanctam religionis profeſſionem apoſtatant, & ad ſeculum redeunt, & poſtmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, ſine pœnitentia communionem penitus non accipiant. Quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti: & quicunque ille ſit poſt pœnitentiam, ſecularem habitum non præſumat: quòd ſi præſumpſerit, ab Eccleſia alienus habeatur.* Et LEO I. epiſtola quæ eſt in ordine 90. ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum, capite decimo tertio, & allegatur à Gratiano, Cauſa viceſima, quæſtione tertia, capite Propoſitum. *Propoſitum monachi proprio arbitrio aut voluntate ſuſceptum deſeri non poteſt abſque peccato. Quod enim quis vouit, Deo debet & reddere, unde qui relicta ſingularitatis profeſſione, ad militiam, vel ad nuptias deuolutus eſt, publicæ pœnitentiæ ſatisfactione purgandus eſt: quia & ſi innocens militia, honeſtum poteſt eſſe coniugium, electionem tamen meliorem deſeruiſſe, tranſgreſſio eſt.* Hinc Concilium CHALCEDONENSE capite ſeptimo, actione decima quinta, & allegatur à Gratiano Cauſa viceſima quæſtione tertia capite Eos qui ſemel. *Eos qui ſemel in clero deputati fuerunt, ſiue in monaſterijs deputati, decreuimus neque ad militiam, neque ad honores ſeculares venire. Eos autem qui hoc auſi fuerint facere, & non eius rei pœnitere maluerint, vt ad hoc idem reuertantur, quod antè obtentu Dei propoſuerunt ſibi anathematizari.* Et capite viceſimo tertio, eiuſdem actionis, Monachos apoſtatas, & fugitiuos ſtatuit non debere ſuſcipi, ſed volentes ad propria monaſteria reduci, ſimul & clericos: vt etiam allegat Gratianus Cauſa decima ſexta quæſtione prima capite Quidam monachi. Concilium AVRELIANENSE I. capite viceſimo primo, allegatúrque à Gratiano Cauſa decima octaua, quæſtione ſecunda, capite Abbates. *Monachi qui fuerint peruagati, vbi inuenti fuerint, cum auxilio Epiſcopi, tanquam fugaces, ſub cuſtodia reuocentur. Et reum ſe ille Abbas futurum eſſe cognoſcat, qui in huiuſmodi perſonis non regulari animaduerſione diſtrinxerit, vel qui ſuſceperit ...* Idem omninò præcepit CAROLVS MAGNVS in Conſtitutionibus ſuis, capite quarto. & Concilium AQVISGRANENSE II. capite tertio, de ordine rectorum. & Concilium TOLETANVM IV. capite quinquageſimo quarto. *Quicunque ex ſecularibus accipientes pœnitentiam, totonderunt ſe, & rurſus præuaricantes laici eſſe ſi ſunt, comprehenſi ab Epiſcopo ſuo ad pœnitentiam ex qua receſſerunt, reuocentur. Quod ſi aliqui per pœnitentiam irreuocabiles ſunt, nec admoniti reuertuntur, vt veri Apoſtatæ coram Eccleſia anathematis ſententia condemnentur. Non aliter, & hi qui a parentibus detonſi fuerunt, aut ſpontè ſua amiſſis parentibus ſeipſos religioni deuouerunt, & poſtea habitum ſecularem ſumpſerunt: & iidem a ſacerdote comprehenſi ad cultum religionis, acta prius pœnitentia, reuocentur. Quod ſi conuerti non poſſunt, velut Apoſtatæ anathematis ſententiæ ſubijciantur.* Hæc iterum confirmantur in Concilio TOLETANO X. capite ſexto, vt diximus in dictione Monachi ab infantia monaſterijs recluſi, &c. ſed & Concilium TRIBVRIENSE I. capite 26. *quis monachus pro lucro animæ, vel animarum, a ſuo monaſterio exire, & aliud propoſitum intrare conſentientibus, Epiſcopo, Abbate, & fratribus, cenſuimus & concordamus, quia id feciſſe multos ſanctos legimus. Si verò fuga regularis diſciplinæ elapſus, propoſitum ſuum ſanctum calcauerit, omnimodis coercendus, & ab hominibus deteſtandus, atque communicare eſt grauandus, vt ſaltem rubore verecundiæ confuſus, & onere paupertatis afflictus, redeat, quem relicta ſingularitatis profeſſione, inimicus tenebat. Si autem tam irreuerens & pertinax eſt, vt ad monaſterium redire, & propoſitum monachi reluctauerit obſeruare, impleantur ſuper eum conſtituta, quæ de eo ſcripta ſunt in ſancto canone Concilij Chalcedonenſis, Syricij Papæ & Leonis* (habes ſuperiùs cuncta citata) *quatenus retruſus ergaſtulo decoquat poſſit pœnitendinis igne purgatorio.* Idem CAELESTINVS V. ſtatuit obſeruari in monachis ordinis ſui, in priuilegio eis indulto. Præterea de apoſtatis monachis ſtatuit Concilium TREVIRENSE ſub Ioanne eiuſdem vrbis Archiepiſcopo, capite ſeptimo, vt ad propria monaſteria redire compellantur, & qui eos fouere aut retinere præſumpſerint, iubentur ſub graui pœna & cenſura reddere, nec eos præſumant animarū curis præficere, vllave in Eccleſia prouinciam illis committere, ſed illos ad profeſſionis repetitionem, & reditum adhortentur. Et Concilium COLONIENSE IV. capitibus 1. 2. 3. 4. & reliquis, cenſuræ pro abuſuum emendatione circa finem, ait: *Nulla re magis per hanc tempeſtatem fœdata eſt Eccleſiæ Chriſti facies, quam profugorum monachorum & ſanctimonialium perfidia atque flagitijs, quorum vt erat vita inſtitutum arctum prius & ſanctum, ita & eo abiecto abſque omni freno ad quæuis flagitiorum genera prouoluti ſunt. His enim authoribus nata ſunt hæreſes, ſacrilegia, inceſtuoſa connubia, & ſacrorum omnium profanatio. Ideo ſancimus vnanimi totius Concilij conſenſu, iudicio, ac ſententia præcipimus, ne quis, cuiuſcunque ſtatus vel conditionis fuerit, poſthac monachos vel monachas fugitiuos, & extra ſuperiorum ſuorum obedientiam vagantes, quos nouerit veridica aliorum relatione, aut ſuperiorum teſtimonio, vel alio quouis modo, eſſe tales, recipere, fouere, aut ad ſacramenta vel Eccleſiaſtica miniſteria admittere auſit, ſub excommunicationis quam ipſo facto incurrant pœna, quia & ſacri canones ſtatuunt eos, qui huiuſmodi fugitiuis apoſtatis atque excommunicatis communicant. Et cùm tales apoſtatæ ſint iam excommunicati, mandamus & præcipimus, ne confeſſiones eorum audiant, cùm abſoluendi non habeant poteſtatem, aut ſacramenta alia adminiſtrent. Et iubemus ſub anathematis vinculo, vt quis tales regnantes aut prædictorum ſacramentorum adminiſtrationi admoneat. Quos omnibus in locis ſolicitè perquirantur, & ſceleratis ſuis factis abnegantes, relictis falſis coniugibus & concubinis ſi quibus adhærent, poſtpoſitiſque negotijs quibus ſe implicuerunt, habitum religionis ſuæ reſumant, & ad ſuum monaſterium reuertantur: vbi pœnitentiam ſalutarem ad diuinam vltionem auertendam, veniamque erratorum impetrandam humiliter agant. De Apoſtatis autem, qui nequitiam ſuam volunt diſpenſationum apoſtolicarum prætextu velare, quas vel in curia, vel a pœnitentiarijs ſummi Pontificis aut legatis & nuncijs Apoſtolicis ſurreptitiè, vel allegatione cauſarum falſarum impetrant, & Bullarum talium examinatorem, quibuſdam non rectè iudicantibus committunt, qui ſimpliciter eorum libidini patrocinantur, ſtatuimus & ordinamus, vt qui diſpenſationes tales obtinuerint, in habitu & obedientia ſuæ religionis quam profeſſi ſunt, coram Epiſcopis compareant, atq; ita diſpenſationes ſuas exhibeant examinandas, & vocatis eorū ſuperioribus ac*

Leo 1. Papa.

Concilium Chalcedonenſe 4 generale. Hic canon citatur & in Aquiſgranenſi concilio c. 83.

Cōcilium Aurelianēſe 1. ſub Hormiſda, & Clodoueo Frā[illegible] rege Epiſcop. 33.

Carolus Magnus Imperator.

Concilium Aquiſgranēſe c.

Cōcilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

Concilium Toletanum 10.

Cōcilium Triburienſe 1.

Cæleſtinus V. fundator & inſtitutor ordinis Cæleſtinorum quorū nouiſſimus ego ſum & indignus.

Concilium Treuirenſe

Concilium Colonienſe 4.

O verè ſum in tempeſtate!

Attende, oro, quod ex Apoſtatis monachis & ſanctimonialibus acceſſio Chriſto acceſſerit damni.

Apoſtatæ excommunicati ſunt ipſo facto.

De his qui diſpenſationes impetrant, vt ab obſeruantia religionis proposito.

A *quorum intereris, diſcutiendas. Aut ſi iam habitum temerè, & abſque prauia bullarum examinatione depoſuerunt, eum reaſſumant, & eo vſque in monaſterio ac ſub obedientia ſe contineant, donec diſpenſationibus ad examinandum oblatis, inueniantur, non etiam ſummum Pontificem, & eius legatos, vel alios diſpenſatores feſelliſſe, aut ſiniſtrè aliquid impetraſſe. Quod ſi diſpenſationibus obtentis, aliter atque iam ſtatutum eſt, voluerint vti, eos pro notorijs Apoſtatis habendos, vitandos, à magiſtratu capiendos, & ſuperioribus cum rebus omnibus quas habent, expenſis tamen monaſteriorum tradendos. Ad eundem omninò modum, quo de Apoſtatis iam decretum & ſtatutum eſt, totius concilij ſententia decernimus & approbamus.* Item & Concilium Mogvntinense IV. capite ſeptuageſimo octauo: *De monachis vagabundis, qui iugum excuſſerunt, & deſertis monaſterijs, atque ſpreta ſuorum prælatorum obedientia, in ſeculo verſantur, iubemus, vt hi diligenter inquirantur, & ad ſua monaſteria reuocentur, alias, per cenſura Eccleſiaſtica pœnas ad ſuas regulas, & ſub prælatorum ſuorum obedientiam retrudi curabimus.* Vide plura. Monachi. Vide ſequentia, de Apoſtatantibus monialibus.

Cõcilium Moguntinenſe 4.

B

Apoſtata reuerſus benignè ſuſcipiatur.] Concilium Moguntinense IV. capite ſeptuageſimo octauo: *Cùm aliquoties contingat, vt perſonæ aliquæ regulares, aut grauiori exceſſuum conſcientia, aut etiam ex animi leuitate, monaſteria ſua deſerant, deinde pœnitentia ductæ, redire ad ſua monaſteria volentes a ſuperioribus quibuſdam nimis rigidis, aut pœnarum aſperitate abſterreantur: aut prorſus non recipiantur. Nos a quantacumque peruerſitate reſipiſcentis, gremium miſericordiæ non eſſe claudendum conſiderantes, ne huiuſmodi repulſis etiam ampliùs delinquendi occaſio præbeatur, præſenti ſtatuto cauemus & ordinamus, vt monaſteriorum Abbates, & Prælati, Abbatiſſæ, Præpoſiti, Priores, & Magiſtratus cuiuſcumque ordinis, regulares perſonas in Apoſtaſiam ex quacumque cauſa lapſas, & cum humilitate redire volentes, iuxta cuiuſ a que ordinis diſciplinam, ſiue regulam & conſuetudinem obſeruationem benignè recipiant, nec eis pro exceſſibus grauiores pœnas, quàm quæ in ſacris canonibus & regulis ordinum expreſſa ſunt, imponant. Ita tamen, vt propter exceſſus ſuos, nec victus, nec veſtitus neceſſitas eis ſubtrahatur. Prælatos verò & quoſcumque monaſteriorum magiſtratus huic conſtitutioni noſtræ contrauenientes, ſententiæ ſuſpenſionis a diuinis, ſimul etiam ab adminiſtratione tam ſpiritualium quam temporalium (quam in contra facientes præſenti canonica monitione præmiſſa ferimus in his ſcriptis) volumus ſubiacere.* Vide & quod ad calcem diximus dictionis Apoſtata à fide, &c. cum ſuperioribus decretis quæ ſæpius illud idem præcipere colliguntur.

Concilium Moguntinenſe 4.

C

Saluberrimum Decretum, & quod plurimis periclitantibus animabus moderetur, ſi obſeruaretur.

D

E

Apoſtata Clericus, vel Monachus in crimine deprehenſus.] Evgenivs I. epiſtola ad Sarrenſem Epiſcopum allegatur parte viceſima ſexta Concilij Lateranensis ſub Alexandro III capite decimo ſexto: *Clerici vel Monachi, qui relicto ordine ſuo, & habitu, in apoſtaſia tanquam laici verſantur, ſi in criminibus deprehenſi teneantur, per cenſuram Eccleſiaſticam non præcipimus liberari. Tales enim inter Apoſtatas numerandos, ſanctorum Patrum ſtatuta declarant.* Porrò Concilium Ratisponense capite viceſimo quarto huiuſmodi Apoſtatas, Principes omnes & Officiales perſequi & apprehendere, atque tortura & animaduerſione debitè punire,

Eugenius I.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3. *Decretum ſeuerum & iuſtum digniſſimum, vt quiſque ſeruaret.*

Concilium Ratiſponenſe.

A iubentur, ſiue ſint Clerici, ſiue Monachi: vt ex ſuperioribus decretis liquidiùs à nobis probatum eſt. Ideò repete, & vide dictione, Monachi, aut Sanctimonialis.

Apostolvs.

Apoſtoli electi.] Ivstinvs Martyr in Dialogo cum Tryphone. *Duodecim tintinabula è ſtola Pontificis dependentia iuxta præſcriptum, ſignificabant, duodecim Apoſtolos pendentes à potentia Chriſti æterni Sacerdotis, per quorum vocem totus mundus gloria, gratiáque Dei ac Chriſti repletus eſt. Propterea Dauid dicit, In omnem terram, &c.* Innumeras ſimiles figuras digeſſimus, & colligimus in

Iuſtinus Martyr.

B opere noſtro Pandectæ legis Euangelicæ libro ſecundo, capite quarto. Apoſtolos autem, latina appellatione miſſos interpretari docet Tertvllianvs Carthaginensis libro de Præſcriptionibus aduerſus hæreticos, vbi etiam de eorum traditionibus pulcherrimè diſputat. Vide oro dictione, Traditio. Quod confirmat & Epiphanivs Cypri libro tertio, aduerſus hæreticos, cùm cõtra Aërij hæreſim diſputat qui negabat traditiones: *Non enim (inquit) omnia potuerunt Apoſtoli conſtituere, &c.* Vide & Traditio. Et Ioannes Chrysostomvs homilia prima, de Pentecoſte. *Peragrarunt Piſcatores orbem terrarum, & infirmum eum inuenientes ad ſanitatem reduxerunt, & in ruina poſitum ad*

Pandectæ legis Euangelicæ.

Tertullianus Carthaginenſis.

C *ſtabilitatem reuocauerunt, non ſcuta mouentes, non arcus tendentes, non ſagittas mittentes, non pecunias largientes, non eloquentia confidentes: erant nudi quidem ſeculo, ſed induti Chriſtum: pauperes, ſed diuites, pecunia indigentes, ſed regnum Cælorum poſſidentes. Non habentes humana ſolatia, habentes autem Dominum ſuum, &c.* Idem & homilia prima in actus Apoſtolorum. Vide & Ambrosivm Mediolanensem libro tertio de Virginibus non longè à fine. Et Hieronymvm Stridonensem libro primo contra Iouinianum, & Prologo ſuper Geneſin, &c. Et in pluribus locis Apoſtolorum ſingularem facit men-

Ambroſius Mediolanenſis.

Hieronymus Stridonenſis.

D tionem Avgvstinvs Hipponensis, & ſignanter in Pſalmum ſexageſimum quintum: *Ne quælibet (ait) perſona glorietur in carne, infirmos elegit Chriſtus: elegit enim poſtea Oratores, ſed illi ſuperbirent, niſi priùs elegerit Piſcatores. Elegit diuites, ſed dicerent merito diuitiarum ſuarum ſe electos niſi primò elegiſſet pauperes. Elegit Imperatores poſtea, ſed melius eſt, vt Romam cùm venerit Imperator, depoſito diademate ploret ad memoriam piſcatoris, quàm vt piſcator ploret ad memoriam Imperatoris. Infirma enim mundi & contemptibilia elegit Deus, vt glorietur omnis caro in conſpectu eius, &c.*

Auguſtinus Hipponenſis.

Appellara.

E Appellare ad ſedem Apoſtolicam omnibus licet.] Sixtvs I. epiſtola ſecunda ad omnes Epiſcopos allegatur à Gratiano Cauſa ſecunda, quæſtione ſexta, capite Si quis veſtrum, & Cauſa octaua, quæſtione quinta, capite Quilibet fratrum. *Si quis veſtrum pulſatus fuerit in aliqua aduerſitate, licenter hanc ſanctam & Apoſtolicam appelles ſedem, & ad eum quaſi ad caput ſuffugium habeat, ne innocens damnetur, aut Eccleſia ſua detrimentum patiatur. Si autem ei neceſſe fuerit, eámque appellare minime auſus fuerit & vocatus tamen ab hac ſancta ſede fuerit, non renuat venire, ſed confeſtim vt ei nunciatum fuerit, venire feſtinet, & cauſas pro quibus vocatus eſt prudenter diſponat, atque ſi neceſſe*

Sixtus vel Xiſtus I.

A *aliquid corrigere fuerit, cum his quos hic primos inuenerit corrigat, ad Eccleſiam tamen ſuam non prius reuertatur, quàm literis Apoſtolicis vel formatis pleniter inſtructus atque purgatus ſit. Si fuerit, vnde vt poſtquam domum reuerſus fuerit, cognoſcant vicini ſui, qualiter hanc ſua aliorúmque cauſa diſcuſſa fuerit, quatenus eam abſque aliqua ambiguitate nunciare & prædicare omnibus poſſit. Ab hac enim ſancta ſede a ſanctis Apoſtolis tueri, defendi, & liberari Epiſcopi iuſſi ſunt vt ſicut eorum diſpoſitione ordinante Domino primitus ſunt conſtituti, ſic huius ſanctæ ſedis cuius diſpoſitioni eorum cauſas & iudicia ſeruauerunt) protectione futuris temporibus ſint ab omnibus peruerſitatibus ſemper liberi, vnde culpantur hi qui aliter circa fratres egerint quàm huius ſedis rectoribus placere cognouerint.* B Idem omninò ſtatuit

Sixtus 2. SIXTVS II. epiſtola prima, quæ eſt ad Gratum Epiſcopum.

Iulius 1. Et IVLIVS I. epiſtola ad Orientales Epiſcopos pro Athanaſio. Vide dictione Epiſcopus.

Fabianus 1. Idem & FABIANVS I. epiſtola tertia, quæ eſt ad Hilarium Epiſcopum: *Placuit vt ſi Epiſcopus accuſatus appellauerit ad ſedem Apoſtolicam, id ſtatuendum quod eiuſdem ſedis Pontifex cenſuerit. Hæc tamen omninò in ſacerdotum cauſa forma ſeruetur, ne quemquam ſententia non à ſuo iudice dicta conſtringat.*

Fœlix 1. Et FOELIX I. epiſtola prima ad Paternum Epiſcopum, decreto Sixti ſecundi, reſpondens allegato à Gratiano, Cauſa prima, quæſtione ſexta, capite Quoties. C *Quoties Epiſcopi ſe à ſuis Comprouincialibus, vel a Metropolitano putauerint prægrauari, aut eos ſuſpectos habuerint, mox ad Romanam appellent ſedem, ad quam eis liberè ire liceat. Et dum ad prædictam Romanam Eccleſiam appellauerint, aut ab ea ſe audiri popoſcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum ſedes ſurripere, aut res eorum auferre, aut aliquam eis vim inferre præſumat, antequam amborum cauſa Romani Pontificis authoritate terminetur.*

Fœlix 2. Concilium Romanum ſub Fœlice 2. Idem & FOELIX II. & Patrum congregatorum Romæ CONCILIVM epiſtola ad Athanaſium, & Lybiæ Epiſcopos, Alexandriæ congregatos, vt dicemus in dictione, Epiſcopus, qualiter iudicetur aut accuſetur, &c. hinc & Theodoretus Cyrêſis accuſatus in

Concilium Epheſinum 2. Concilio EPHESINO II. D appellauit ſedem Apoſtolicam, & ſuam egit cauſam coram Leone I. vt ex epiſtola eius liquet, quæ ſedet poſt epiſtolam eiuſdem Leonis 60. Vide reliquum, dictione Epiſcopus.

Gelaſius 1. Appellare à ſede Apoſtolica non licet.] GELASIVS I. in Commonitorio ad Fauſtum magiſtrum, legatum Conſtantinopolitanum, & allegatur à Gratiano Cauſa nona. Cauſa tertia, capite, Ipſi ſunt. *Ab Apoſtolica ſede nunquam prorſus appellari debere ſanxerunt Patres, ac per hoc illam de tota Eccleſia iudicare, ipſam ad nullius commeare iudicium, nec de eius vnquam perceperunt iudicio iudicari, ſententiámque illius conſtituerunt non oportere diſſolui, cuius potiùs decreta ſequenda mandarunt.* E *In hac ipſa cauſa Timotheus Alexandrinus, Petrus Antiochenus, Petrus, Paulus, Ioannes, & cæteri, non ſolùm vnus, ſed plures vtique, nomen Sacerdotij præferentes, ſola ſedis Apoſtolicæ ſunt authoritate deiecti.* Idem epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ. *Cuncta per mundum nouit Eccleſia, quoniam quorumlibet ſententijs ligata Pontificum, ſedes Beati Petri Apoſtoli ius habeat reſoluendi, vtpotè quæ de omni Eccleſia fas habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte Canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo ſit appellare permiſſus.* Exemplum

A de Athanaſio ponit, qui à Concilio deiectus, à ſummo Pontifice cognita innocentia abſolutus eſt. Similiter Ioannes Chryſoſtomus, & Flauianus ambo Conſtantinopolitani Epiſcopi, qui abſoluti ſunt, licet à Synodo fuiſſent condemnati.

Nicolaus 1. Et NICOLAVS I. Epiſtola ad Michaelem Imperatorem, & allegatur à Gratiano, Cauſa nona, quæſtione tertia, capite Patet. *Cùm ſecundum Canones, vbi eſt maior authoritas, iudicium inferiorum ſit deferendum, ad diſſoluendum ſcilicet, vel ad roborandum patet profectò ſedis Apoſtolicæ, cuius authoritate maior non eſt, iudicium à nemine fore retractandum, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo ſit appellare* B *permiſſus.* Et Bonifacius atque Gelaſius ſanctiſſimi præſules non ſuis adinuentionibus, ſed Eccleſiæ Romanæ conſuetudinem non ignorantes dicunt.

Bonifacius 1. BONIFACIVS quidem Ruſo & cæteris Epiſcopis, per Theſſaliam & alias prouincias conſtitutis, ſcribens, ait: *Nemo vnquam Apoſtolico culmini, de cuius iudicio non licet retractare, manus obuias audacter intulit. Nemo in hoc rebellis extitit, niſi qui de ſe voluit iudicari.*

Gelaſius 1. GELASIVS autem in commonitorio, Fauſto magiſtro fungenti legatione Conſtantinopoli dato: *Nobis* (inquit) *opponunt Canones, dum neſciunt quid loquantur, contra quos hoc ipſo venire ſe produnt, quod primæ ſedi ſanæ* C *rectáque ſuadenti parere fugiunt. Ipſi ſunt canones qui appellationes totius Eccleſiæ ad huius ſedis examẽ voluere deferri, ab ipſa verò nuſquã appellari debere ſanxerũt.* vide plura dictione, Romana ſedes, vel Papa.

Concilium Mileuitanum. Appellare non poteſt quis à iudice ab omnibus electo.] Concilium MILEVITANVM cano. 24. & allegatur à Gratiano Cauſa 2. quæſt. 6. à iudicibus. *A iudicibus quos communis conſenſus elegerit, non liceat prouocare. Et quiſquis prouocans: ſeu prouocatus repertus fuerit, per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cùm hoc primæ ſedis Epiſcopo fuerit probatum, det literas, vt nullus ei communicet Epiſcoporum donec obtemperet.*

Concilium Africanum, ſub Bonifacio. Idem omninò ſtatuit Concilium AFRICANVM I. ſub Bonifacio I. cano. 89. vt videre plura poteris dictione, D Iudex, vide & ſequentem ex Concilio Carthaginenſi III.

Fabianus 1. Appellare poteſt qui iudicem habet ſuſpectum.] FABIANVS I. epiſtola 3 quæ eſt ad Hilarium Epiſcopum. *Si quis iudicem aduerſum ſibi ſenſerit* (allegatur à Gratiano, Cauſa 1. queſtione 6. cap. Si quis, & Cauſa 3. quæſt. 6. capite Pulſatus) *vocem appellationis exhibeat, appellantem autem non debet afflictio vlla, aut detentionis iniuriare cuſtodia, ſed licet appellatori vitiatam cauſam appellationis remedio ſubleuare, liceat etiam in cauſis criminalibus appellare, nec vox appellandi denegetur ei quem ſupplicio ſententia deſtinarit. Pulſatus ante ſuum iudicem cauſam dicat, & ante non ſuum iudicem pulſatus, ſi* E *voluerit, taceat, & vt pulſatis, quoties appellauerint, induciæ dentur.*

Appellare ei licet liberè quo ſupplicio adiudicatus eſt.

Iulius 1. Idem omninò IVLIVS I. epiſtola 2. ad Epiſcopos Orientales pro Athanaſio cap. 25.

Concilium Carthaginenſe 3. Et Concilium CARTHAGINENSE III. cano. 10. *Placuit vt ſi a quibuſcunque iudicibus Eccleſiaſticis ad alios iudices Eccleſiaſticos, vbi eſt maior authoritas fuerit prouocatum, non eis obſit quorum ſoluta fuerit ſententia, ſi conuinci non potuerint, vel inimico animo iudicaſſe, vel aliqua cupiditate aut gratia deprauati. Sanè ſi ex conſenſu partium, iudices electi fuerint, etiam à pauciore numero quam conſtitutum eſt, non liceat prouocari.* Idem confirmat & Concilium HIPPONENSE can. 12. prædicti quoque

canones

canones renouantur, & allegatur in Concilio VORMATIENSI cap. 6 & Concilium MILEVITANVM canone 22. allegatur à Gratiano cauſa 2. quæſtione 6. capite Placuit. *Placuit, vt Preſbyteri, Diaconi, vel cæteri inferiores Clerici in cauſis quas habuerint, ſi de iudicijs Epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini Epiſcopi eos audiant, & inter eos quidquid eſt finiant, adhibiti ab eis ex conſenſu Epiſcoporum ſuorum, quod etſi ab eis prouocandum putauerint, non prouocent, niſi ad concilia, vel ad primates prouinciarum ſuarum. Ad Transmarina autem non licet appellare, qui voluerit communione priuari.* Huic & Concilium VASENSE I. canone 5. *Si quis Epiſcopi ſui ſententiæ non acquieſcit, recurrat ad Synodum.* His omninò conformis præcipit Concilium AFRICANVM I. ſub Bonifacio Leone 63 & repetitur iterum canone 92. allegatur autem à Gratiano cauſa 11. quæſtione 3. cap. Preſbyter. Item CONCILIVM CALCEDONENSE quod dicitur 4. generale, actione 15. canone 9. *Si Clericus habet cauſam aduerſus Epiſcopum proprium, vel aduerſus alterum, apud ſynodum prouinciæ iudicetur.* Et idem confirmat Concilium AVRELIANENSE III. canone 20. *Si quis Clericorum circa ſe aut diſtrictionem, aut tractationem Epiſcopi ſui putat iniuſtam, iuxta antiquas conſtitutiones recurrat ad ſynodum.* Et hoc approbat adhuc Concilium AQVISGRANENSE I. capite 86. Porrò iterum ſuper huiuſcemodi negotio ſententiam determinauit generalem. CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM IV. quod 8. generale nominatur ſub Adriano II & Baſilio Imperatore, & fuit Epiſcoporum 373. ſic igitur Canone 26. ait: *Placuit ſanctæ Synodo, vt quicumque Preſbyter, aut Diaconus, à proprio Epiſcopo depoſitus fuerit, propter aliquod crimen, vel quamlibet iniuſtitiam ſe pati dixerit, non acquieuerit iudicio proprij Epiſcopi, dicens eum ſuſpectum ſe habere, & vel propter inimicitiam, quam erga ſe tenuerit, vel propter gratiam quã alijs quibuſdam præſtare voluerit: idcircò in ſe fuiſſe tale quid operatum, poteſtatem habeat ad Metropolitam ipſius prouinciæ concurrere, & eam quam putat iniuſtam depoſitionem, vel aliam læſionem, denunciare. Metropolita verò ille libenter ſuſcipiat huiuſmodi & aduocet Epiſcopum, qui depoſuit, vel alio modo Clericum læſit, & apud ſe cum alijs etiam Epiſcopis negotij faciat examen, ad confirmandum, ſcilicet ſine omni ſuſpicione, vel deſtruendum per ampliorem ſynodum multorum ſententia Clerici depoſitionem. Similiter etiam Epiſcopos concurrere ad patriarchale caput decernimus, quia Metropolis ſuæ ſe talia pertuliſſe fatentur, & apud Patriarcham & Metropolitas qui ſub ipſo ſunt, iuſtam & ſine ſuſpicione ſententiã negotium quod mouetur, accipiat. Inſuper etiã nullo modo quiſquam Metropolitanorum vel Epiſcoporum à vicinis Metropolis vel Epiſcopis prouinciæ ſuæ iudicentur, licet quædam incurriſſe crimina perhibeantur, ſed à ſolo Patriarcha proprio iudicetur, cuius ſententiam rationabilem, & iudicium iuſtum ac ſine ſuſpicione fore decernimus. eò quòd apud eum honorabiliores quique colligantur, ac per hoc ratum ac firmum penitus ſit, quod ab ipſo fuerit iudicatum. Si quis autem non acquieuerit his quæ à nobis edita ſunt excommunicatus exiſtat.* Vide plura. Epiſcopus. & Clericus.

Concilium Vormatienſe. Concilium Mileuitanum. Concilium Vaſenſe I. ſub Leone I. Concilium Africanum ſub Bonifac. I. Concilium Chalcedonenſe. Cõcilium Aurelianenſe III. Concilium Aquiſgranenſe I. Concilium Conſtantinop. 4. dictum 8. generale.

Appellare non poteſt quis ad iudicem infidelem.] Concilium CARTAGINENSE IV. cui inter. fuit Auguſtinus, Cano. 87. allegatur à Gratiano cauſa 2. quæſtione 6. capite Catholicus. *Catholicus qui cauſam ſuam, ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam, ad iudicium alterius fidei iudicis prouocat, excommunicetur.* Vide ſequentia.

Concilium Carthaginenſe 4. ſub Syricio vel Anaſtaſio.

APPELLATIO.

Appellatio vt concedatur.] Ex ſuperioribus licet colligere ea quæ inſequentibus decerunt, quia parum vocabula differunt. Itaque vt præpoſitam ſententiam oſtendamus, ſic ſtatuit Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. parte prima, capite ſexto: *Quoniam quidam dum ſuperioris ſententiam & diſciplinam canonicam reformidant, ſine vllo grauamine appellationem obijciunt, & ad defenſionem iniquitatis vſurpant, quod ad ſubſidium innocentium dignoſcitur inſtitutum, quocirca ſtatuimus ne prælati valeant ſine cauſa grauare ſubiectos, vel ſubditi pro ſua voluntate ſub appellationis obtentu, correctionem valeant eludere prælatorum. Si verò quiſquam pro ſua neceſſitate crediderit, appellandum, competens ei ad proſequendam appellationem terminus præfigatur, infra quem ſi fortè perſequi neglexerit, liberè tum Epiſcopus ſua authoritate vtatur. Si autem in quocunque negotio aliquis appellauerit, & eo qui appellatus fuerit veniente, qui appellauerit venire neglexerit, ſi proprium quid habuit, competẽtem recompenſationem faciat expenſarum, vt hoc ſaltem timore perterritus, in grauamen alterius non facilè quis appellet. Præcipuè verò in locis religioſis, hoc volumus obſeruari, ne monachi ſiue quicunque religioſi, cum pro aliquo exceſſu fuerint corrigendi, contra regularem prælati ſui & capituli diſciplinam appellare præſumant, ſed humiliter ac deuotè ſuſcipiant, quod pro ſalute ſua vtiliter fuerit eis iniunctum.* Hinc GREGORIVS VIII. epiſtola ad vniuerſos Epiſcopos allegatur parte quadrageſima nona, prædicti Concilij LATERANENSIS ſub Alexandro III. capite primo. quia facilè appellationes fiebant pro leuibus cauſis, ſtatuit: *Quatenus ſi fortè de modicis rebus, quæ infra ſummam viginti marcarum ſubſiſtunt, in auditorijs veſtris cauſa ventiletur, & alteruter litigantium deluſoriè putauerit appellandum, eius appellatione contempta intra fines veſtrorum Epiſcopatuum eos eligere iudices qui ſuſpicione careant compellatis: ſi tamen idonei ibi fuerint inuenti, in quorum præſentia iurgium ſopiatur, a quibus ſi qua partium crediderit appellandum, ad Archiepiſcopum ſiue Primatem vocem appellationis emittat. Si verò tale negotium ſit quod ſummam contineat aliquatenus ampliorem, intra fines veſtrarum diœceſum, ſi ſpontè noluerint, inuiti non cogantur. Cognitores tamen de vicinis Epiſcopatibus aliquos eligere compellantur, iuxta formam quam præmiſimus negotium tractaturos, in maioribus cauſis & obſcurioribus articulis appellandi ad ſedem Apoſtolicam copia ſeruata. Non enim videtur malitia ſuſpicione carere, quod plerique ſuos aduerſarios ad præſentiam noſtram laborare compellunt.* Porrò ALEXANDER III. Vuitonenſi Epiſcopo, vt allegatur parte quadrageſima nona, eiuſdem concilij, capite quiquageſimo tertio. Appellationem denegat his qui pro leuibus cauſis ſemper appellant, & ſub hoc prætextu non deſinunt grauia & immania ſcelera perpetrare, quos Epiſcopo relinquit, nullo appellationis obſtaculo puniendos & iudicandos, vel iudicio Eccleſiæ ſtare compellere debeat. Verum autem appellatio, quæ ab omni grauamine interponitur teneat. Idem capite quinquageſimo quarto. eiuſdem partis ſcribens Bononienſi Epiſcopo reſpondet. *Quòd ſi fortè generaliter appellationem*

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3 patrum 180. *Appellatio non facile concedenda demonſtratur, quod & oſtẽditur primo verbo apte.* Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. cap. 11. *Pro Monachis decretum.* Gregorius VIII. Alexãder III. *Verum appellatio quæ ab omni grauamine interponitur teneat.*

interponeret aliquis ab omni grauamine quod ſibi contingere poſſet, huiuſmodi appellatio tenere non debet. ſi verò aliquis ab aliquo iudice ſuper omni grauamine quod in vna cauſa ſibi contingere poſſit, appellationis obſtaculum interponeret, quamquam generalis appellatio ſit interpoſita, appellationi tamen huiuſmodi eſt deferendum. De appellationibus plura decreta ſunt præcedentibus conformia in Concilio VIENNENSI ſub Clemente quinto & allegantur in clementinis capitibus 1. 2. 3. 4 Plura quoque decreuit ſuper huiuſcemodi BONIFACIVS VIII. in ſexto decretalium titulo 15. de appellationibus capite. *Cordi nobis eſt lites minuere, a laboribus releuare ſubiectos. Sancimus igitur vt ſi quis in iudicio vel extra, ſuper interlocutoria, vel grauamine aliquo ad nos duxerit appellandum, cauſam appellationis in ſcriptis aſſignare deproperet, petat Apoſtolos quos & præcipimus exhiberi, &c.* Vide nro locos aſſignatos. Porrò Concilium BASILIENSE ſeſſione 20. contra friuolè appellantes decernit quòd vt lites citiùs terminentur, ſuper eodem grauamine, aut ſuper eadem interlocutoria, vim diffinitiuæ non habente nullatenus liceat ſecundò appellare. quodque ante diffinitiuam friuolè vel iniuſtè appellans vltra condemnationem expenſarum, damnorum & intereſſe, in quindecim florenis auri de camera, parti appellatæ, per appellationis iudicem condemnetur. Adbuc idem repetunt ſeſſione 3. vbi & ſtatuunt, vt cauſæ terminentur apud illos iudices, qui de iure aut conſuetudine præſcripta vel priuilegio cognitionem habent, ſi vltra quatuor diætas à Romana curia ille locus diſtat vnde appellatur exceptis maioribus cauſis in iure expreſsè enumeratis, & quæ ad Apoſtolicam ſedem immediatè deuoluuntur. Vide Præcedentia & ſubſequentia.

Concilium Vienneſe generale ſub clemente 5.

Bonifacius 8.

Concilium Baſileenſe.

Mulcta friuole appellantium.

Appellatio monachis pro leuibus cauſis interdicitur. Hoc prohibuit Concilium Lateranenſe ſuperiori annotatione allegatum, ideò repete Sed & Idem Concilium LATERANENSE ſub eodem Alexandro 3 in alio loco, ſcilicet parte 10. capite 4. & eſt ſcriptum eiuſdem ALEXANDRI III. ad Abbatem S. Petri de Dina. *Ad noſtram (ait) audientiam noueris perueniſſe, quòd ſi quando ſubditos tuos vis pro ſuis exceſſibus ſecundum regulam ſancti Benedicti, & inſtitutionem tui ordinis, caſtigare & corrigere. Ipſi vt liberius malitiam ſuam exercere valeant, ad remedium appellationis confugiunt. Quia verò appellationis remedium, non ideo ſuit inuentum, vt alicui à religionis & ordinis obſeruantia exorbitanti debeat in ſua malitia patrocinium exhibere, diſcretioni tua relinquimus, quatenus ſi quando quilibet ſubditorum tuorum, ne ipſum pro ſuis exceſſibus corrigas & caſtiges, ad remedium appellationis conuolauerit, non ideo minus eum iuxta tenorem mandati, quod in ſcripta regula continetur, & inſtitutionem ordinis tui corrigas.* Vide & monachus.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Alexander 3.

Appellatio non ad libitum protelanda.] Concilium LATERANENSE ſub Alexandro tertio parte ſeptima capite decimo nono eſtque ex eiuſdem ALEXANDRI III. ſcripto ad Oxonienſem epiſcopum. *Cum aliquis nimis prolixum terminum ſua appellationi præfigit. Iudex poteſtatem habet competenti modo abbreuiandi. Et ſi in termino de tempore abbreuiando competenter ſtatuto, appellationem non fuerit proſecutus, nec canonicam ex[cuſatio]nem prætenderit, ſententia ſi lata eſt tenet. Quòd ſi lata non eſt, iudex appellantem, appellatione ceſſante, poteſt compellere infra [co]muni ſtatutum appellationem proſequi, vel coram ſe iudicio ſtare.*

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Alexander 3.

A Porrò appellationi quæ iuramento derogat non eſt deferendum, vt conſequenter capite vigeſimo dicitur. De appellationibus ibidem plura dicuntur quæ in dictione Iudex & Epiſcopus, & aliis in locis ponuntur. Idem omnino adhuc reperitur parte decimo capite quinto, vbi Idem Alexander tertius, ſcribit Noruuicenſi Epiſcopo, vbi & appellatione illius teſtimonium reprobatur qui cùm reo morbo conſimili laborauerit & voluerit pro eo teſtimonium ferre. Coniunge & ſequentem.

B Appellatio an pro leuibus cauſis audienda.] Concilium LATERANENSE I. ſub eodem Alexandro tertio, parte decima, capite quinto, vbi ſic ait: *Appellationes quæ in cauſis minimis fiunt, pro qualicunque leui cauſa fiant, recipiendæ ſunt, nec minus illis quam pro maioribus eſt deferendum. Verum ſi appellantes ſuam contempſerint appellationem, cogendi ſunt aut appellationes proſequi, aut iudicio ſtare appellatione remota.* Porrò conſequenter capite ſexto, ſic idem ſtatuit ALEXANDER III. ad Rhemenſem Archiepiſcopum de Appellationibus. *Si (ait) fruſtratoria dilationis cauſa, vel etiam neceſſario, ante ſententiam vel poſtea fuerit appellatum, huiuſmodi appellationibus annus indulgetur, aut ſi ne-*
C *ceſſaria & euidens neceſſitas apparuerit, indulget biennium, niſi fortè iudex a quo appellatum fuerit, ſecundum locorum & prouinciarum diſtantiam, & qualitatem temporis receſſus tempus fuerit moderatus, infra quod ſi is qui appellauerit cauſam appellationis non fuerit proſecutus, ſententia tenebit ſi poſt ſententiam appellauerit, & a cauſa ſua cecidiſſe videtur, nec amplius ſuper eodem negotio audietur appellans. Si verò a grauamine, & ante litem ingreſſum fuerit appellatum, huiuſmodi audietur appellans, quoniam ſacri canones* (Vide annotatione prima) *paſſim appellare permittunt. Si verò ante ſententiam appellauit, cogetur illius ſtare iudicio ad quem noſcitur appellaſſe. Si autem in*
D *agro, vel alias ante cauſa ingreſſum fuerit appellatum, non ſolent dici huiuſmodi appellationes, ſed ad cauſam prouocationes. Præterea ſi raptor ſit vel alias violentus detentor alienæ rei, is qui appellat huiuſmodi appellatione iudicio facta apud Eccleſiaſticas perſonas ſolet audiri niſi manifeſtiſſimus raptor vel fornicator exiſtat, ſicut ille quem abſintem & non requiſitum Apoſtolus excommunicauit.* Et capite duodecimo ſubdit *Leges ſeculares appellationem, niſi in caſu, ante ſententiam non admittunt. Verùm in cauſis Eccleſiaſticis vbi appellationis remedium tollitur, vtrumque remedium denegatur, & ita ſicut appellationi, ita recuſationi non eſt aliquatenus defe-*
E *rendum.* Idem & capite decimo quarto ſequenti ad Archiepiſcopum Toletanum: Dicitur quod in criminibus notoriis non eſt deferendum appellationi, verùm prius diligenter inſpiciendum, ne quod dubium eſt, pro notorio accipiatur. Itaque eorum appellationi non eſt deferendum qui manifeſtè vel vxorem alienam detinent, vel manus violentas iniecerunt in clericum. quod confirmatur & cap. 10. conſequenter de illis qui relictis vxoribus legitimis concubinis adhærent & errorem ſuum per appellationis obſtaculum tueri nituntur, quibus appellatio proficua non eſt ſed cogendi ſunt ad concubinas abiiciendas, & recipiendas vxores, & maritali affectu tractandas.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Alexander 3

.Corinthio.5.

Quorum appellationibus nõ eſt deferendum.

das. Si verò appellationes legitimæ fuerint, tenentur omnes ſub graui cenſura deferre, & ille qui appellauerit eius iudicio apparere debet, ad cuius examen cauſa per appellationem refertur. Hinc eſt quod appellans in eo ſolo tutus eſt de quo appellauit. Si liceat autem clericis ad ſeculares iudices appellare. Vide dictione Clericus. Nam licet non ſit licitum clerico iudicem ſecularem adire tamen propter ſuſpicionem manifeſtam iudicium proprij epiſcopi poteſt deuitare. & ad ſuperiorem iudicem recurrere, cùm nullus à ſuſpecto iudice debeat iudicari, vt ſuperius probatum eſt dictione. Appellare poteſt qui iudicem habet ſuſpectum, &c. Vide ſequentem.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3. Qui ſint, quorū appellatio non auditur.

Appellatio quando non auditur eius qui appellauit.] Concilium Lateranense ſub eodem Alexandro III. parte 10. & alijs locis collectum. *Primo non auditur appellans laicus detinens decimas, intruſor, adhærens concubinæ relicta vxore, quoties ſub prætextu appellationis, adulterium vel aliud crimen dignoſcitur faciendum. Si appellauerit quis, & infrà terminum appellationis præfixum non fuerit appellationem proſecutus, cogetur ſtare iudicio eius a quo appellauit. Si notorium fuerit, aliquem iniecisse manus violentas in clericum. Religioſus caſtigatus aut caſtigandus à prælato ſuo, appellans ne corrigatur, ſecundum regulam ſuam, appellans metu litterarum quas ſcit impetratas ab aduerſario ante citationem. Antè litis ingreſſum appellans, excommunicatus præſtito iuramento abſolutus, ſi ſtatim appellauerit antequam mandatum ſuſceperit, & ſuſceptum ſecundum poſſe ſuum non fuerit proſecutus, non auditur appellans. Inſtitutus in eccleſia dicens ſe velle ibi reſidere & curam eius gerere, poſtmodum abſentans ſe ſine cauſa rationabili, primitiſque beneficiis non auditur appellans. Si tibi habenti alios reditus prima vacans conceſſa fuerit, & cùm vacauerit appelles, ne alius inſtituatur non audieris. Si diſpoſitio alicuius eccleſiæ ſpectet ad capitulum & non diſpoſuerit infra terminum præfinitum, epiſcopus appellatione ceſſante diſponere poterit: ſic & è conuerſo. Si interponit generalem appellationem ab omni grauamine, non auditur appellans à delegato quia delegauit, reſeruata ſibi diffinitiua ſententia, appellare non poteſt.* Denique Concilium Lateranense ſub Innocentio 3. capite 48. ſtatuit, vt appellatio non admittatur, quando commonitus ad appellationem conuolante, ſi eius exceſſus euidentia rei, vel ipſius confeſſione, aut alio modo legitimè fuerit manifeſtatus, cùm appellationis remedium non ſit ad defenſionem iniquitatis, ſed in præſidium innocentiæ inſtitutum, non eſt prouocationi huiuſmodi deferendum. Exceſſu quoque dubio exiſtente, ne friuolæ appellationis diffugio appellans iudicis proceſſum impediat, coram eodem probabilem cauſam appellationis exponat, talem videlicet quæ ſi foret probata, deberet legitima reputari, & tunc ſi habuerit aduerſarium, infra terminum ſecundum locorum diſtantiam & temporis quantitatem & naturam negotij, ab eodem iudice moderandum, appellationis cauſam proſequatur, quam ſi proſequi non curauerit, ex tunc ipſe iudex non obſtante appellatione procedat. Nullo autem aduerſario comparante, cùm ex ſuo iudex procedat officio appellationis cauſa coram ſuperiore probata ſuperior ſuæ iuriſdictionis officium exequatur. Sed ſi appellans in eius probatione defecerit, ad eum à quo ipſum malitioſè appellaſſe conſtiterit, remittatur. Cæterum has conſtitutiones duas præmiſſas nolumus ad regulares extendi, qui ſuas habent obſeruantias ſpeciales. Vide Iudex Clericus, & Epiſcopus.

Conſilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. cui interfuerūt (mirum dictū) Patres 1215.

AQVA.

Clemens 1.

Aqua benedicta.] Aquæ baptiſmalis benedictio fieri iubetur ab Apoſtolis, vt author eſt illorum diſcipulus Clemens I. libro 7. Conſtitutionum Apoſtolicarum capite 43. *Veniens, inquit, ſacerdos ad aquam, benedicit inuocando Deum ad baptiſmum, &c.* Sed de his in dictione Baptiſmus reperies quod iterum libro 8. ſic meminit capite 35. *De aqua & oleo: ego Matthæus diſpono. Benedicat epiſcopus aquam & oleum, ſi abſit, benedicat presbyter aſſiſtente diacono, Quando aderit epiſcopus diaconus aſſiſtat, & presbyter dicat Domine Sabaoth, Deus virtutum, creator aquarum, & dator olei, miſericors & benigne qui dediſti aquam ad potum & mundiciem, & oleum ad exhilarandum faciem in exultationem lætitiæ, ipſe quoque nunc per Chriſtum ſanctifica hanc aquam & hoc oleum in nomine eorum qui attulerunt, & da virtutem ſanitatis effectricem, ægritudinum expultricem, dæmonum fugatricem, omnibus inſidijs aduerſariam. per Chriſtum qui eſt ſpes noſtra, &c.* Hanc eandem formam ſeruaſſe Apoſtolos meminit Dionysius Areopagita libro de Eccleſiaſtica Hierarchia parte 2. capitis 1. vt dicemus in dictione, Baptiſmi ritus & ceremoniæ. &c. ſed & Alexander I. epiſtola 1. ad omnes fideles & allegatur à Gratiano de conſecratione, diſtinctione 2. cap. Aquam, *Aquam ſale conſperſam populis benedicimus, vt ea cuncti aſperſi ſanctificentur ac purificentur: quod & omnibus ſacerdotibus faciendum eſſe mandamus. Nam ſi cinis vitulæ aſperſus ſanguine populum ſignificabat atque mandabat, & ſi ſale aſperſo per Eliſæum prophetam ſterilitas aquæ ſanata eſt, quanto magis diuinis precibus ſacratus ſterilitatem aufert rerum humanarum & coinquinatos ſanctificat, atque mundat, & expurgat & cætera bona multiplicat & inſidias diaboli auertit, & à phantaſmatis verſutijs homines defendit? nam ſi tactu fimbriæ veſtimenti ſaluatoris ſaluatos infirmos eſſe non dubitamus, quantò magis virtute ſacrorum eius verborum diuinitus ſacrantur elementa, quibus ſanitatem corporis & animæ humana percipit fragilitas?* Hinc Ioannes Chrisostomus in Pſalmum 22. interpretans illud: ſuper aquam refectionis educauit me. *Eſt (ait) aqua catholica in qua oſtenditur fons æternus qui reficit, id eſt iterum facit, quemodo generatio & regeneratio reficit animas, quia innouat in fide, abluit ſordes, tollit maculas, rudem facit aptum, expolians veterem hominem cum actibus ſuis, induens nouum eum qui ſecundum Deum creatus eſt. Hæc aqua primatum tenet in elementis. Sed cùm iſtud elementum acceperit Spiritum ſanctum fit ſacramentum: & iam non erit aqua potationis ſed ſanctificationis, non erit aqua communis, ſed refectionis. Per iſtam aquam educit purgatos, facit perfectos, ratione claritatis & gloriæ, illuminans & replens eos, vt ubi abundauerat peccatum, faceret diuites in gratia.* Et abundantiùs de iſta aqua loquitur in Ioannem homilia 24. & 25. dum illud exponit, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c.* Vide obſecto. Et Ambrosius Mediolanensis libro 1. de ſacramentis capite 5. *Vidiſti aquam, ſed non aqua omnis ſanat, ſed aqua ſanat quæ habet gratiam Chriſti. Aliud eſt elementum, aliud conſecratio, aliud opus, aliud operatio. Non ſanat*

Forma benedictionis aquæ antiquis patribus ſeruata.

Dionyſius Areopagita.

Alexander 1.

Hebr. 9. 4. Regum 2. Matth. 14.

Ioannes Chryſoſtomus.

Epheſ. 4.

Ambroſius Mediolanenſis

aqua

aqua, niſi ſpiritus ſanctus deſcenderit, & aquam illam conſecrauerit, &c. Et iterum libro 10. in Lucæ Euangelium, interpretans illud capitis 22. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem occurret vobis homo amphoram aquæ portans, &c. *O aqua* (ait) *quæ humano aſperſum ſanguine, vt præſentium lauacrorum figura præcederet orbem terrarum lauiſti. O aqua, quæ ſacramentum Christi eſſe meruiſti, quæ lauas omnia, nec lauaris. Tu incipis prima, tu complex perfecta myſteria. A te principium in te finis, vel potius in te ſic vt finem neſciamus. Per te fœtor tabida carnis aboletur, & perennia ſitu viſcera aſperſo ſale ut multam ſeruantur ætatem. Per te arentibus aſtu corporibus, dulcis ad gratiam ſalutaris ad vitam, ſuauis ad voluptatem potus infunditur. Tu nomen Prophetis & Apoſtolis, tu nomen ſaluatori dediſti. Ille nubes cœli — fons mundi: ille fons vitæ eſt, &c.* Vſque ad finem capitis. In laude porrò aquæ benedictæ totus immoratur HIERONYMVS STRIDONENSIS epiſtola ad Oceanum de vnius vxoris viro, ſic incipit. *Numquam fili Oceane fore putabam, &c.* Circa medium. Item & aquæ benedictæ meminit inſignis ille monachus toto orbe celebris nomine Varadatus, epiſtola miſſa ad Leonem 1. Imperatorem quæ ſita eſt ad calcem actionis 16. chalcedonenſis ſynodi, ſed repoſuimus in dictione. Baptiſmus, ita vt eo in loco de aquæ benedictione plura colligere poſſis patrum teſtimonia quàm hîc: aquæ etiam benedictæ, ſic vetuſtus author & doctor celeberrimus, ab Auguſtino lib. de hæreſibus ad quod vult Deum, egregiè laudatus. EPIPHANI CYPRI libro 1. contra hæreſes tomo 2. dum contra Ebionæos diſputat, hiſtoriam narrat de Ioſepho quodam, qui freneticum quendam ſic ſanaſſe perhibetur. *Aſſumens* (inquit *ipſum* (ſcilicet freneticum) *intro & præcluſis foribus, acceptaque aqua in manum, eaque crucis ſignaculo* ... *inſanum hominem reſperſit ac dixit: in nomine Ieſu Nazaræi crucifixi egredere dæmonium ab ipſo, & ſanus fiat. Itaque ad ſuum prudentia & modeſtia deuenit, iſque viro ac Deo magnas gratias egit, &c.* Vide Hiſtoriam. Idem de aqua benedicta quæ myſteriis baptiſmatis applicatur, diſſerit libro 1. contra hæreſes tomo 3. hæreſi 42. contra marcioniſtas & hæreſi 46. contra Tatianos Adelocos meminit & aquæ benedictæ in conſecrandis baſilicis VIGILIVS I. epiſtola 1. quæ eſt ad Ilentherium epiſcopum capite 4. vt dicemus in dictione Dedicatio. Sed & aquæ benedictæ meminit Concilium NAVVETENSE capite 4. *Cum ſacerdos* (ait) *audierit aliquem infirmari in ſua plebe, quam citius ad eum pergat, & ingreſſus cubiculum aquam benedictam ſuper eum & omne cubiculum aſpergat, cùm Antiphona, Aſperges me domine, &c. Et verſu: exurgat Deus, &c.* Vide dictione Infirmus. Vide de aqua benedicta plura, dictione Baptiſmus.

Adnotatione quia Ambroſius de aqua illa intelligit quæ ſale immixto benedicitur, & aqua benedicta vocatur licet etiã de aqua baptiſmatis poſſit intelligi. Verum vtraque aqua benedicitur ſacerdotis officio.

Hieronymus Stridonenſis.

Varadatus Monachus.

Epiphanius Cypri.

Miraculum celebre aqua benedicta patratum.

Vigilius 1.

Cõcilium Nauuetenſe.

ARCHIDIACONVS.

Archidiaconus qualis eſſe debet.] EVGENIVS II. decreto 6. *Nullus in decanum vel Archidiaconum, niſi diaconus vel presbyter ordinetur. Qui ſi ordinari contempſerit, honore ſuſcepto priuetur.* & Concilium BITERRENSE cano. 10. de Archidiaconis ſtatuit, vt tales eligantur, qui poſſint clericis & populo verbum Dei communicare & prædicare, & animarum zelum habeant. Item de Archidiaconis ſtatuit MELDENSE Concilium capite 35. *Quiſque epiſcopus talem iuxta ſe pro viribus habere decertet, qui iuxta ſynceriſſimum & puriſſimum ſenſum Catholicorum patrum de fide & obſeruatione mandatorum Dei ſeu prædicationis doctrina presbyteros plebium aſſiduè inſtruat & informet, ne domus Dei viui quæ eſt Eccleſia ſine lucerna verbi diuini remaneat? Sed & idem talis exiſtat quem amor pecuniæ non vexet, aut reprobi mores & conuerſatio reprehenſibilis periculoſe denotet.* Porrò officium eſſe Archidiaconi, Epiſcoporum vice parochias ordinare, de miniſtris Eccleſiæ curam gerere, negligentiam patronorum ſupplere, viſitare, &c. Concilium COLONIENSE III. parte 1. capite 12. decernit. Vide & ſequentem.

Eugenius 2.

Concilium Biterrenſe nouiſſime in lucem Gallico idiomate editũ, opera Arnoldi borbini.

Cõcilium Meldenſe.

Concilium Colonienſe 3.

Archidiaconus viſitator.] ex ſuperiori Concilio colonienſi allegato, oſtẽditur officium eſſe Archidiaconi epiſcopo abſente vel iubente viſitare, ibidemque narratur qualiter ſe gerere debeat, quod & in dictione. Viſitator & Viſitatio dicetur. Sed & antè Concilium CABILONENSE II. ſtatuerat capite 15. quod & allegatur à Gratiano diſtinctione 94. capite dictum eſt. *Dictum eſt quod in pleriſque locis Archidiaconi ſuper presbyteros parochianos quandam exerceant dominationem, & ab eis cenſus exigant, quod magis ad tyrannidem, quàm ad rectitudinis ordinẽ pertinet. Si enim epiſcopi, iuxta Petri Apoſtoli ſententiam, non debent eſſe dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo, multò minus iſti hoc facere debent, ſed contenti ſint regularibus diſciplinis, & teneant propriam menſuram & quod eis ab epiſcopis iniungitur. Hoc per parochias ſuas exercere ſtudeant nihil per cupiditatem ſuam & auaritiam præſumentes.* Eorum vero auaritia taxatur in Concilio AQVISGRANENSE II. capite 4. de ordine rectorum vide Auaritia. De comitatu autem Archidiaconi viſitantis, agitur in Concilio LATERANENSI ſub Alexandro 3. parte 1. capite 4. vt alibi dicemus, vbi & prohibetur, ne aliquas exactiones vel tallias in Presbyteros ſeu clericos exercere præſumant: quæ omnia confirmat OXONIENSE Concilium in Anglia ſub Innocentio 3. canone 4. & addit cap. 16. vt in viſitatione ſua Archidiaconi non ſua, ſed quæ Ieſu Chriſti, quærant & inquirant, ſi canon miſſæ ritè proferatur, & verba baptiſmatis: & ſi forſan idiomate vulgari baptiſma celebretur &c. Eiſdem cap. 18, 19. & 20 iniungitur vt ornamentorum eccleſię cuſtodes ſint, & in ſcriptis ea habeant, & prouideant in ſuis viſitationibus, ne eccleſiæ iure ſuo vel poſſeſſionibus defraudentur, nec præſumant nouas exactiones & tallias in ſubditos exercere. Eiſdem præcipitur in Concilio COLONIENSI II capite 1. partis 14. viſitationi ſedulò incumbere. Nam & oculi Epiſcoporum dicuntur, & in his viſitationibus, vitiis extirpandis, ac virtutibus inſerendis ſtudeant, criminibus publicis magis per pœnitentias publicas, quàm pecuniæ exactione puniendis intenti, & cætera multa quæ ex aliis locis colliguntur: quæ adhuc omnia renouantur in Concilio AVGVSTENSI ſub Othone Cardinal. cap. 7. vbi & dicitur, quòd Archidiaconus idem eſt, quod & Chorepiſcopus antiquitus dictus, quem & admonent patres præfati Concilij, ſui officij, & vt prædicta diligenter implere ſatagat. Vide & Viſitator & Epiſcopus & Diaconus quia in his vocabulis etiam Archidiaconorum mentio ſit.

Concilium Cabilonẽſe 2. ſub Carolo Magno & Leone 3.

1. Petri 5.

Concilium Aquiſgranenſe 2. Non quod noſtro ... ſed ...

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Cõcilium Oxonienſe in Anglia.

... debeant ... in viſitatione ... ſpargare.

Concilium Colonienſe 3.

... Auguſtenſe.

Archidiaconi non precio conſtituendi.] Hoc tam de illis, quàm de aliis Eccleſiaſticis infinitis probatum conſtat teſtimoniis, dictione

ſimonia Beneficium, & Epiſcopatus: vt lector, quod hic deerit ſe in his vocabulis nouerit reperturum. Veruntamen ſic ſpecialiter Cócilium LATARANENSE ſub Alexandro 3. parte 1. c. 15 & parte 2. & allegatur à Gratiano cauſa 21. quæſt. 2. capite Præcipimus. *Præcipimus (ait) tam de Archidiaconis quam de Decanis loquentes, vt qui annuo precio ad agendas vices Archiepiſcoporum & Epiſcoporum, & terminandas cauſas ſtatuuntur ad ſacerdotum grauamen & ad ſubuerſionem iudiciorum: quod qui fecerit de cætero noſtra authoritate remoueatur a clero, & Epiſcopus qui hoc in ſua diœceſi permiſerit, & diſſimulatione ſua iudicet Eccleſiaſtica peruerti, canonica diſtrictione percellatur.* Vide manifeſtiùs dictione decanus. Idem & de ſacerdotiis conſequenter ſtatuunt, vt ſuis locis ſuperius taxatis dicetur.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Archidiaconus nil intentet ſine conſenſu Epiſcopi.] Hoc decernit ALEXANDER III. ad Londouenſem epiſcopum vt allegatur parte 24 capite 1. præfati Lateranenſis Concilij ſub eodem celebrati. *Archidiaconi (ait) nul preſumant vel in Eccleſiis inſtituere, aut deſtituere ſine authoritate & conſenſu epiſcopi. Quod ſi præſumpſerint liberum ſit epiſcopo, inſtitutiones penitus irritare, & taliter inſtitutos remouere ab Eccleſiis contradictione vel appellatione nullius obſtante.* Arguit conſequenter capite 2. eiuſdem partis Archidiaconum Elienſem quod ſine mandato epiſcopi ſui, perſonis animarum curam committeret. Quod contra ſanctorum patrum inſtitutiones aſſerit eſſe præſumptum. Idem omnino prohibet & ſequenti 3. capite ad epiſcopum Exonieuſem, & capite 4. Archidiaconis præcipit conſuetudines conſeruare, quas habere ſolent in Eccleſiis, & illis à presbyteris debentur, qui Archidiaconis debitam reuerentiam exhibeant & honorem, capite verò 5. ne duos Archidiaconatus, habeant omnino inhibet ſcribens ad Burdegalenſem Archiepiſcopum, & iubens vt Archidiaconus quiſque de cætero vno archidiaconatu appellatione remota ſit contentus: vt latiùs videbis (lector) dictione Beneficiorum pluralitas interdicitur.) Quibus autem Archidiaconatus conferendi ſunt, vide in eadem dictione ſcilicet (Beneficia Eccleſiaſtica nó obtineant, niſi qui habent ætatem legitimam) & Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 24. quæ eſt 8. ſub Pio 4. capite 11. reperit hæc decreta Alexandri 3. & ſubdit. *Archidiaconi qui oculi dicuntur Epiſcopi, ſint in omnibus Eccleſiis, vbi fieri poterit, magiſtri in Theologia, ſeu Doctores, aut licentiati in iure canonico.* Vide quæ ſuperius annotauimus.

Alexander 3.

Quam ſanctè hæc fuerint inſtituta, ſatis docet præſentis ſeculi malitia, vbi omnia ita permiſcentur, vt diſciplinæ Eccleſiaſticæ forma nulla penitus appareat, ſed potius ſe ingerat.

Cócilium Tridentinum.

Archidiaconus non poteſt ferre ſententiam. Idem ALEXANDER III. Vnigorinenſi epiſcopo allegatur in præfato Concilio Lateranenſi ſub eodem celebrato parte 36. capite 4. *Archidiaconus (ait) de Eccleſiaſtica inſtitutione non videtur licere, niſi authoritas epiſcoporum & conſenſus acceſſerit, in alios ſententiam promulgare.*

ARCHIEPISCOPVS.

Archiepiſcoporum inſtitutio.] De Archiepiſcopis quidem pauca hic inſerimus, quia plura relinquimus dicenda in vocabulo, Metropolitanus, qui eſt idem atque Archiepiſcopus: ideò quod hic deerit, illic noueris ſupplendum. CLEMENS I. epiſtola 1. ad Iacobum fratrem Domini vbi de origine & inſtitutione Primatûm & Patriarcharum egit, vt videbis in dictione Patriarcha, ſic ſubiungit: *In illis autem ciuitatibus, in quibus dudum apud ethnicos erant Archiflamines, quos tamen minores tenebant quàm memoratos primates, Archiepiſcopos Petrus inſtitui præcepit qui non tamen primatum ſed Archiepiſcoporum fruerentur nomine. Epiſcoporum quoque iudicia, & maiora Eccleſiarum negotia ſi ipſi reclamauerint, aut aliquem timorem, aut iſtos vel alios ſuſpectos habuerint. Ad iam dictos primates vel Patriarchas ne quis innocenter periret, transferre perdocuit.* Vide reliquum epiſcopus Idem omnino receoſet ANACLETVS I. multo diffuſiori ſermone ſed eadem ſententia, epiſtola 2. ad epiſcopos Italiæ. Idem quoque & STEPHANVS I. epiſtola 2. ad omnes epiſcopos: & ea citat etiam LEO IX. epiſtola 3 ad Petrum & Ioannem epiſcopos Africæ & allegat Gratianus diſtinctione 80. capite. In illis. Lege etiam de eorum inſtitutione, dictione Epiſcopus, vel Metropolitanus, vel Patriarcha, quia in omnibus his vocabulis ſæpe mentio fit Archiepiſcoporum: & memento, quia quidquid dicetur in dictione Epiſcopus de officio vel ſtatu & electione epiſcoporum, hoc etiam pertinere ad Archiepiſcopos, quia omnes huiuſmodi ſuperiores prælati ſolent concludi ſub generali nomine. Epiſcopus. Vide ſequentia.

Clemens 1.

Archiepiſcoporum ordinatio.] Hæc luculentiùs exprimuntur in dictione Metropolitanus verùm ſic de Archiepiſcoporum ordinatione ſtatuit ANICETVS I. epiſtola prima ad epiſcopos Galliarum, allegatur à Gratiano diſtinctione 66. cap. Archiepiſcopus. *Si Archiepiſcopus diem obierit, & alter ordinandus Archiepiſcopus electus fuerit, omnes eiuſdem Prouinciæ epiſcopi ad ſedem Metropoleos conueniant vt ab omnibus ipſe ordinetur. Oportet autem vt ipſe qui illis omnibus præeſſe debet, ab omnibus illis eligatur & ordinetur. Reliqui verò comprouinciales epiſcopi, ſi neceſſe fuerit cæteris conſentientibus, à tribus iuſſu Archiepiſcopi conſecrari poſſunt epiſcopi: ſed melius eſt ſi ipſe cum omnibus eum qui dignus eſt elegerit, & cuncti pariter ſacrauerint pontificem. Et licet iſtud neceſſitate cogente ſit conceſſum, illud tamen quod de Archiepiſcopi conſecratione prædictum eſt atque præceptum, id eſt, vt omnes ſuffraganei illum ordinent, nullatenus immutari licet, quia qui illis præeſt ab omnibus epiſcopis quibus præeſt debet conſtitui. Sin aliter præſumptum fuerit, viribus carere non dubium eſt, quia irrita erit eius ſecus acta ordinatio. Ipſe autem Archiepiſcopus* allegat Gratianus cauſa 9. quæſt 3. cap. Archiepiſcopus, *nihil de eorum cauſis aut de aliis communibus, iuxta ſtatuta Apoſtolorum, abſque cunctorum illorum agat conſilio, nec illi niſi quantum ad proprias parochias pertinet ſine ſuo, quoniam tali gaudet concordia altiſſimus, & gloriatur in membris ſuis.* Reliquum vide Epiſcopus & Patriarcha, Metropolitanus.

Anicetus 1.

Si hæc obſeruarentur, ... ſat ... manifeſtum eſt ... ola deſtruunt, quæ ... tare deamus.

Archiepiſcopus ſine pallio non celebret] Vide. oro, dictione Metropolitanus, & Pallium interea ſic ſtatuit atque ordinauit iandudum Concilium MATISCONENSE I. ſub Guntrano rege cano 6. *Archiepiſcopus ſine pallio miſſas dicere non præſumat.* Eiſdem quoque iniungitur, in die cœnæ domini pallio Apoſtolico vti à NICOLAO I. Papa epiſtola ad Rodulphum Archiepiſcopum Bituricenſem, & allegatur à Gratiano de conſecratione diſtinctione 1. capite Porrò Vide locis ſuperius notatis.

Concilium Matiſconenſe ſub Guntrano rege & elagio 2.

Certe cauent celebrare ſine pallio, quia indigna res videntur induti, vt celebrent.

Nicolaus 1

ARMA.

Arma Eccleſiaſticis interdicuntur.] Oportet

ter etiam, vt adeas vocabulum militia. quia eiuſdem eſt generis igitur Eccleſiaſticis arma deferre prohibet Concilium TOLETANVM 4. ſub Honorio 1. canone 44. *Clerici qui in quacunque ſeditione arma volentes ſumpſerint aut ſumpſerunt, reperti amiſſo ordinis ſui gradu, in monaſterium contradantur pœnitentiæ pœnitentiæ.* Item Conc. FRANCICVM celebratum ſub Carolomanno Principe, preſidente legato ſedis Apoſtolicæ Bonifacio Moguntinenſi Archiepiſcopo. *Seruis Dei per omnia omnibus armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum & in hoſtem pergere, omnino prohibemus, niſi illis tantummodo qui propter diuinum miniſterium, miſſarum ſcilicet ſolemnia adimplenda, & ſanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi ſunt, id eſt, vnum vel duos epiſcopos cum capellanis ſuis princeps ſecum habeat.* Idem antè ſtatuerat ſcribens ad eundem Bonifacium ZACHARIAS I. epiſtola octaua & nona. Idem & CAROLVS MAGNVS in conſtitutionibus ſuis. Idem omnino & Concilium MAIO ſI capite 5. ſub Arnulpho & Concilium BITERRENSE canone decimo quarto. Idem quoque Concilium MOGVNTINENSE I. ſub Carolo magno canone 17. vbi arma non Clericis, ſed tantùm laicis licitè conceduntur. Et ampliùs iterum eaſdem confirmat conſtitutiones Concilium MELDENSE capite 37. *Quicunque* (ait) *ex clero eſſe videntur, arma militaria non ſumant, nec armati incedant ſed profeſſionis ſuæ vocabulum religioſis moribus, & religioſo habitu præbeant. Quod ſi contempſerint tanquam ſacrorum canonum contemptores, & Eccleſiaſticæ ſanctitatis profanatores, proprij gradus amiſſione mulctentur, quia non poſſunt ſimul Deo & ſeculo militare.* Hæc iterum renouat Concilium MOGVNTINENSE IV. capite 74. Vide iterum dictione, militia. Nec quiſquam tot decreta impune æſtimet præuaricari.

Conciliũ Toletanum 4.

Conciliũ Francicum, id eſt, in Francia celebratum præſidente in eo Bonifacio primo Archiepiſcopo Moguntino & Martyre, atque legato ſedis Apoſtolicæ, & Apoſtolo Alemannorum.

Mirum quod de Miſſa mentionem facit, & Calumniſta, & de patrociniis ſanctorum deferendis in bellum.

Zacharias.

Carolus Magnus

Cõcilium Metenſe 1.

Conciliũ Biterrenſe.

Cõcilium Moguntinenſe 1.

Conciliũ Meldenſe 1.

Obſecro has conſtitutiones & Patrum Decreta obſeruari, & non tot Eccleſiaſticos prædones atque belligeros noſtra ætas proferat.

Concilium Moguntinum 4.

Concilium Cabilonenſe 1.

Arma in Eccleſia non licet ſumere, aut his vti.] Hoc ſic prohibuiſſe legimus, & certè cùm maturo iudicio & recta deliberatione. Concilium CABILONENSE I. ſub Eugenio 1. Canone 17. *Sancta ſynodus inſtituit vt nullus ſecularium, nec in Eccleſia, nec infra atrium ipſius Eccleſiæ, qualecunque ſcandalum, aut ſimultates penitus excitare præſumat, nec arma trahere aut quacunque, ad vulnerandum vel interficiendum, penitus appetere. Quod ſi quis fortaſſe præſumpſerit ab epiſcopo loci illius vbi factum fuerit, ipſe iuxta ſtatuta canonum communione priuetur.* Idem penitus ſtatuit Concilium TRIBVRIENSE I. ſub Arnulpho imperatore cano. 6. *Si quis* (ait) *temerarius atrium Eccleſiæ euaginato gladio præſumptuose intrauerit, ſacrilegium facit. Et idcirco ſacrilegium in atrio domini factum, ſacrilegij more altari & Domino perſoluatur. Dominus dicit in Euangelio, omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. Id eſt, qui ſeipſos vice talionis per peccatum in præſenti vlciſci deſiderant, gladio ipſius peccati in anima moriuntur. Quanto magis is qui ſanctum atrium quod Dominus ſibi præ cæteris ſegregauit locum, ſiue ſanctæ Eccleſiæ ad honorem, polluit, & temerarius irruperit, gladio peccati & iniquitatis ſuæ mortuus iacuerit? Quapropter opus eſt pœnitentia, vt reſurgat ad vitam, qui guſtauit mortem.* Item Concilium SALEGVNSTADIENSE canone 8. decreuit vt nemo gladium in Eccleſiam portet regali tantum excepto. Vide militia & Eccleſia.

Cõcilium Triburienſe.

Matthæi 26.

Concilium Salegunſtadienſe ſub Henrico Imperatore, & Benedicto 8.

ARREPTICIVS.

Arrepticij non poſſunt contrahere.] Arrepticij, & Euergumeni videntur idem eſſe. Ideò ſi quid hic minus repereris, confer te ad aliud vocabulum. De arrepticiis autem ſiue furioſis ſic FABIANVS I. vt allegat Gratianus cauſa 32 quæſtione 7. capite neque & Iuo Carnotenſis libro 6. decretorum. *Neque furioſus neque furioſa matrimonium contrahere poſſunt, ſed ſi contractum fuerit, non ſeparentur.*

Fabianus.

Arrepticij arceantur à ſacris.] CANO APOSTOLORVM 78. *Si quis demonem habeat, ne fiat clericus, ſed neque cum fidelibus precetur. Purgatus autem recipiatur, & ſi ſit dignus fiat.* De arrepticiis qui non debent miſſæ aſſiſtere, nec participare ſacramentis, agit DIONYSIVS AREOPAGITA libro de Eccleſiaſtica Hierarchia capite 3. part. 2. vt dicemus in dictione, miſſa & communio. Et Concilium ARAVSICANVM I. canone 13. *Amentibus* ait, *quæcunque ſunt pietatis, conferenda ſunt.* Porrò de eiſdem iandudum ſic ſtatuit GELASIVS I. epiſtola 1. ad epiſcopos Lucaniæ Brutiorum & Siciliæ, &c. capite 21. & allegat Gratianus diſtinctione 35. capite vſque adeò. *Vſque adeò ſanè comperimus illicita quæque prorumpere vt dæmoniacis ſimilibuſque paſſionibus irretitis miniſteria ſacroſancta tractare tribuatur, quibus ſi in hoc opere poſitis aliquid propriæ neceſſitatis occurrat quis de ſua fidelium ſalute confidet, vbi miniſtros ipſos curationis humanæ tanta perſpexerit calamitate vexari? Atque adeò neceſſariò remouendi ſunt, ne quibuſlibet, pro quibus Chriſtus eſt mortuus, ſcandalum generetur infirmis. Poſtremo ſi corpore ſauciatum fortaſſis aut debilem nequaquam ſancta contingere lex diuina permittit, quanto magis doni cœleſtis diſpenſatores eſſe non conuenit quod eſt deterius, mente perculſos?* Huic concordat Concilium TOLETANVM II. canone 13. *Bene maiorum* (ait) *regulis definitum eſt vt dæmonis aliiſque ſimilibus paſſionibus irretitis miniſteria ſacra tractare non liceat. Cui præcepto conſenſu rationis adhibito, id communiter diffinimus, vt nullus de his, qui iure in terram arrepti à dæmonibus alliduntur, aut quolibet modo vexationis incurſibus efferuntur, vel ſacris audeant miniſtrare altaribus, vel indiſcuſſi ſe diuinis ingerant ſacramentis, exceptis illis qui variis corporum incommoditatibus dediti, in eiuſmodi paſſionibus in terram approbantur eliſi. Qui tamen & ipſi tandem erunt ab officiis ſuis & ordine & loco ſuſpenſi, quouſque vnius anni ſpatio per diſcretionem epiſcopi inueniantur ab incurſu dæmonum alieni.* Plura de huiuſmodi vide in dictione. Communio quibus non danda ſit & Euergumenus.

Canon Apoſtolicus.

Dionyſius Areopagita.

Concilium Arauſicanum 1.

Gelaſius 1.

Roman. 14.

Concilium Toletanum.

Arrepticij vt tractandi.] Hoc ex ſuperiùs allegato Concilio Arauſicano innuitur verùm & de iiſdem olim ſtatuit. Concilium CONSTANTINOPOLITANVM III. quòd dicitur 6. generale in Trullo canone 60. *Arrepticios ſe ſimulantes, & qui morum improbitate eorum figuram & habitum ſimulate præ ſe ferunt, viſum eſt omnimodo puniri, & eiuſmodi afflictionibus laboribuſque eos ſubiici oportere quibus hi, qui verè à dæmonibus correpti ſunt, vt à dæmonis operatione liberentur, iure ſubiiciuntur.* Vide Euerguenus.

Concilium 3. Conſtantinopolitanum dictum 6 generale in Trullo.

ASTRA.

Aſtra non obſeruanda.] CLEMENS I. libro 5. Conſtitutionum Apoſtolicarum capite 12. *Non ſolùm de idolis prohibitum eſt, ſed etiam de luminaribus lege eſt ſancitum, ne quis per illa iuret, neque*

Clemens 1.

Deuteron. 4. Hieremiæ 10.

ea colat. Ais enim ne aſpiciens ad ſolem, & lunam & aſtra, in errorem inductus & adoret. Et alio in loco ſecundum vias gentium nolite diſcere, & a ſignis cæli nolite timere: aſtra enim & luminaria vt luceant hominibus, non vt colantur, data ſunt. Idem omnino prohibet ſuis Toloſanis Martialis Apoſtolus epiſtola ad eoſdem capite 15. De eadem re etiam diſputat LEO I. epiſtola 91. quæ eſt ad Turibium Aſturienſem epiſcopum contra Priſcillianiſtas, vbi arguit non fatali neceſſitate omnia dirigi, ſed Dei diſpoſitione. Vide fatum. Contra eos etiam, qui aſtra obſeruant, diſſerit IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 2. in Matthæum cap. 2. cum illud interpretatur, *Vidimus ſtellam eius in Oriente:* ſed prolixior eſt eius diſputatio, quàm quæ hîc poſſit inſeri. Contra eoſdem etiam confligit diſſerens ille AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro 4. Hexameron capite 4. dum illud interpretatur *Et ſiat in ſigna, & in tempora & in dies & annos, &c.* Similiter & AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro 2. ſuper Geneſim capite 16. & 17. multa de fatis ſyderum atque Mattheſi diſputat quæ breui non poſſemus chartula complecti. Vide ſequentem & dies feſti gentilium.

Martialis Apoſtolus. — Leo I. — Ioannes Chryſoſtomus. — Ambroſius Mediolanenſis. — Auguſtinus Hipponenſis.

ASTROLOGIA.

Epiphanius Cypri.

Aſtrologia vnde.] EPIPHANIVS CYPRI libro 1. Contra hæreſes tomo. 1. *Nembroth dicunt eſſe Græci Zoroaſtrem, qui vltra progreſſus ad Orientales partes. Bactra inhabitauit. Hinc inquinatates in terra diſtributæ ſunt. Inuentor enim hic fuit malæ doctrinæ, Aſtrologiæ, & Magiæ, velut quidam de hoc Zoroaſtre tradunt. Verùm vt res veritas habet, hoc tempus ipſius Nembroth gigantis erat, non longè autem inter ſe ambo diſtant tempore, Nembroth & Zoroaſtres.* Vide ſequentem.

Epiphanius Cypri.

Aſtrologia inhibetur & damnatur.] EPIPHANIVS CYPRI libro 1. Hæreſi 16. contra Phariſeos vbi planetarum nomina recenſuit apud Hebreos. *Porro hæc (ait) non ad turbandos lectores à me dicta ſunt, neque vt vtilitatem doctrinæ eorum, qui inconſtantem & inſanam aſtronomiæ ſtoliditatem mundo intexerunt, confirmem dictum eſt enim à veritate, quòd hæc inconſtans eſt & erronea.* Porrò contra Aſtrologiam diſputant, locis ſuperius in vocabulo caſtra allegatis, Doctores Chryſoſtomus, Ambroſius, & Auguſtinus: qui tamen Auguſtinus Hipponenſis libro 2. quæſtionum veteris & noui teſtamenti quæſtione 63. *Aſtrologi (ait) inimici ſunt veritatis*, & libro 5. confeſſionum capite 3. *Sunt (ait) qui curioſa peritia numerant ſtellas, & arenam, & dimetiuntur ſydereas plagas, & inueſtigant vias aſtrorum, &c.* AMBROSIVS MEDIOLANEN. in cap. 8. ad Romanos interpretans illud, ſapientia carnis mors eſt. *Sapientia ergo carnis eſt, primo in loco Aſtrorum ab hominibus inuenta diſputatio, deinde viſibilium oblectatio. Hæc inimica Deo ſunt, quia elementorum Dominum & opificem mundi his coæquant quæ fecit, aſtruentes nihil poſſe fieri, præterquam mundi continet ratio, &c.* Hinc Concilium CARTHAGINENSE V. & Concilium TOLETANVM I. poſt expoſitam fidem contra Priſcillianiſtas. *Si quis (ait) Aſtrologiæ & Matheſi exiſtimat eſſe credendum, anathema ſit.* Contra quos etiam agit LEO I. epiſtola 91. ad Turibium epiſcopum Aſturienſem. Vide fatum. *Sed &* CLEMENS ALEXANDRINVS libro 6. Stromatum. *Eſt autem (ait) ſuperuacanea, reſpuenda muſica, quæ frangit animos & variè afficit, vt quæ ſit aliquando quidem lugubris, aliquando verò impudica, & incitans ad libidinem, aliquando autem lymphata & inſana. Eadem ratio eſt etiam de aſtronomia. Ea enim cùm rerum ſublimium cognitione, de figura vniuerſi, & cæli conuerſione, & aſtrorum motione, ad creantem virtuti ea propriùs adducens animam, docet nos facile ſentire tempora anniuerſaria, mutationem aeris, ortuſque & occaſus ſyderum* Vide & Auguria.

Auguſtinus Hipponenſis. — Ambroſius Mediolanenſis. — Concilium Carthag. 5. Concilium Toletanum 1. — Leo I. — Clemens Alexandrinus. — Ioannes Picus Mirandulæ Comes.

AVARITIA.

Clemens I.

Auaritia fugienda.] CLEMENS I. epiſtola 1. ad Iacobum fratrem Domini, vbi recenſet, vltima Petri verba hæc fuiſſe, *Super omnia autem auaritiam fugite, quæ homines occaſione præſentis lucri ab æternis ſeparat bonis. Pondera, menſuras ſtateras, pro locis quibuſque æquiſſima cuſtodite · depoſita fideliter reſtituite, &c.* Et POLYCARPVS SMYRNENSIS epiſtola vnica ad Philippenſes. *Principium omnium malorum eſt Auaritia.* (Et paulò poſt) *longè ab omni auaritia eſtote.* Et Iterum. *Moneo itaque vos, vt abſtineatis ab auaritia, & ſitis caſti, ac veraces. Si quis non abſtinuerit ab auaritia ab Idololatria coinquinabitur, & tanquam inter gentes iudicabitur* Et Martialis Apoſtolus epiſtola ad Toloſanos capite 13. vbi Iudæ ſcelus & auaritiam deſcripſit *Tantam ergo ait iniquitatem auaritiæ execramini filij mei, & nolite vos tradere in mortem æternam* Et CYPRIANVS CARTHAGINENSIS in prologo de cardinalibus Chriſti operibus. *In cæteris omnibus quæ malignè patrata ſunt, huiuſmodi vltio peccatorem ſequitur, & ipſe libidinoſum labe crapulatus ſe continuit. Sed auaritiæ ſolius, & quæſtus ardor nec ſatiat cupidum, nec pœnitet enim cumulaſſe, quod creſcere optat, non minui: & dyſcolus obſtinatus ſemper, quod idolo ſuo immolet, ſedulus coaceruat, &c.* IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 81. in Matthæi cap. 26. cùm illud pertractat. Illi autem ſtatuerunt ei triginta argenteos, &c. *Terribilis certè, terribilis hæc bellua eſt ſi tamen volueris, facillimè illam ſuperabis. Non habet enim à natura originem hæc cupiditas. Nam quæ à natura ſunt, vniuerſis hominibus communia ſunt. Hæc autem cùm omnibus non inſit ex deſidia ſolùm originem trahit, inde naſcitur, inde augetur, inde conſeruatur Cùm aliquos in ſeruitutem ſuam attraxerit, contrà illis præter naturam viuere perſuadet, &c.* Et AMBROSIVS MEDIOLANENSIS in 1. epiſtolam ad Timotheum cap. vltimo cùm hoc exponit. Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueum, &c. *Auaritia omnia mala poteſt admittere, ideò radix omnium malorum eſt: quia vt deſideria ſua expleat, quod impoſſibile eſt & maleficia, & homicidia, & obſcœnitatem, & quidquid ſceleris eſt, perpetrat: nec ad præſens ſecura, quia ſemper cupida & in futuro damnata.* HIERONYMVS STRIDONENSIS epiſtola ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis, ſic incipit, audi filia & vide, &c. *Auaritia quoque tibi vitandum eſt malum, non vt aliena non appetas (hoc enim & publicæ leges puniunt) ſed quò tua, quæ ſunt aliena non ſerues.* Et cætera multa quæ ibi contra auaritiæ vitium differendo proponit. AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro vndecimo in Geneſim cap. 15. *Radix omnium malorum dicitur auaritia. Si auaritiam generalem intelligimus, qua quiſque appetit amplius, quàm oportet, aliquid, propter excellentiam ſuam, & quendam propriæ rei amorem, cui ſapienter Latina lingua nomen indidit, cùm appellauit priuatum: quod potiùs à detrimento, quam ab incremento*

Polycarpus Smyrnenſis. — Martialis Apoſtolus. — Cyprianus Carthaginenſis. — Ioannes Chryſoſtomus. — Origo Auaritiæ & cupiditatis. — Ambroſius Mediolanenſis. — Hieronymus Stridonenſis. — Auguſtinus Hipponenſis.

d ctũ eluxet. Omnis enim priuatio minuit,&c Infinitis in locis contra auaritiã hic doctor diſſerit,& GREGORIVS I. homil. 19 in Ezechielem de auaritiæ malo loquitur lib.2. item & lib.14. Moralium in 19. cap. Iob, cùm illud interpretatur: *Quis mihi det, vt exarentur in libro ſtylo ferreo, & plumbi lamina? &c.* Vide & cupiditas.

Gregorius Magnus.

Auaritia Eccleſiaſticorum deteſtanda.] CYPRIANVS CARTHAOINENSIS libro cõtra Demetrianum circa medium: *Quereris claudi imbribus cœlum, cùm ſic horrea claudantur in terris. Quereris minus naſci, quaſi quæ nata ſunt indigentibus prebeantur. Peſtem & luem criminaris, cùm peſte ipſa & lue, vel detecta ſint, vel aucta crimina ſingulorum dum nec infirmis exhibeatur miſericordia, & defunctis auaritia inhiat ac rapina. Idem, ad pietatis obſequium timidi, ad impia lucra temerarij, fugientes morientium funera, & appetentes ſpolia mortuorũ, vt appareat in ægritudine ſua miſeros, ad hoc forſan derelictos eſſe, ne poſſint, dum curantur, euadere, &c.* Lege oro. IDEM & libro de ſimplicitate prelatorum ad calcem. *Turba autem eorum qui crediderant, anima & mente,* vnà agebant. *Et ideò efficacibus precibus orabant. Ideo impetrare cùm fiducia poterant, quodcunque de Domini miſericordia poſtulabant. In nobis verò ſic vnanimitas diminuta eſt, vt & largitas operationis infracta eſt. Domos tunc & fundos venundabant, & theſauros ſibi in cœlo reponentes, diſtribuenda in vſus indigentium precia Apoſtolis offerebant. At nunc de patrimonio nec decimas damus: & cùm vendere iubeat Dominus, emimus potius & augemus. Sic in nobis emarcuit vigor fidei, ſic credentium robur elanguit.* IOANNES CHRYSOSTOMVS homil. 13. in Euangelium Marci in illud, cum intraſſet in templum cœpit eijcere vendentes &c. *Et menſas nummulariorum euertit, menſas, vbi debebant eſſe panes propoſitionis & gratiarũ Dei, ibi auaritia victima ſunt. Et menſas nummulariorũ: auaritia ſacerdotum, altaria non ſunt altaria, ſed menſæ nummulariorum, &c* & EPIPHANIVS CYPRI lib.3. contra hæreſes hæreſi 76. contra Anomæos de inſigni auaritia Georgij Alexandrini Epiſcopi diſputat, ob quam & à Græcis infinitis ictibus confoſſus interiit. Hinc & CONCILIVM TOLETANVM IV. can.32. *Auaritia radix eſt cunctorum malorum, cuius ſitis etiam ſacerdotum mentes obtinet. multi enim fidelium in honorem Chriſti & martyrum in parochiis Epiſcoporum Baſilicas conſtruunt, oblationes ſanctas tribuunt; ſacerdotes hæc auferunt atque in vſus ſuos conuertunt. Inde eſt quod cultores ſacrorum deficiunt, dum ſtipendia ſua perdunt. Inde Labentium Baſilicarum ruina non reparantur, quia auaritia ſacerdotali omnia auferuntur. Pro qua re conſtitutum eſt à præſenti concilio* (allegatur à Gratiano cauſa 16. quæſt.1. cap. Conſtitutum) *Epiſcopi ita diœceſes ſuas regere, vt nihil ex earum iure præſumant auferre, ſed iuxta priorum authoritatem conciliorum* (lege hic dictione, facultates Eccleſiæ vt diſpenſentur &c.) *tam de oblationibus, quàm de decimis tributis ac frugibus tertiam conſequantur. Quod ſi amplius quippiam ab eis præſumptũ extiterit, per Concilium reſtituretur, appellantibus aut ipſis conditoribus, aut certè propinquis eorum, ſi iam illi à ſeculo diſceſſerint.* Idem & Concilium RHEMENSE, can.58 & Concilium PARISIENSE III. ſub Lothario & Ludouico Auguſtis, lib.1. cap.13. multa de auaritia ſacerdotum tractat, ſacerdotéſque omnes adhortatur non theſaurizare in terra, ſed in cælo, ne dum cupiditatis & auaritiæ ignem, ait, igni ſupernæ dilectionis antepo

Cyprianus Carthaginenſis.

Et reuera tanto graſſatur peſtis auaritiæ in Eccleſiaſticis, vt nõ mirum ſi ãdo[illegible] genereatur & nulla habeant Hæreſes quod obiiciant clero tanta impietate turpes.

Actuum 4.

Ioannes Chryſoſtomus.

Epiphanius Cypri.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1. Epiſcoporum 67.

Obſecro, hoc aduerte, & dolenter [illegible] infœlicitatem.

Niſi ita obſeruet Eccleſia, non eſt pax expectanda ſed gladius.

Conciliũ Rhemenſe ſub Carolo Magno. Concilium Pariſienſe 3.

A nunt, vt filij Aaron igne ſupernæ vltionis abſumantur quorum perpetua damnatio, temporali eſt filiorum Aaron morte figurata, vt ait BEDA VENERABILIS in eum locum Leuitici, in expoſitione tabernaculi. Denique de ſacerdotum auaritia ſic PROSPER AQVITANICVS libro primo de vita contemplatiua, cap 25. *Non poteſt dicere ſacerdos contemptoribus admonitionis ſuæ, futurum cogitate iudicium, quod ipſe fortè non cogitat: amatoribus mundi, nolite diligere mundum, ſi eum mundi amor oblectat: ambitioſis, ambitioni finem imponite, ſi eũ ambitio ruinoſa præcipitat: Ebrioſis, ebrietatem cauete, ſi ſe mero vſque ad alienationem mentis ingurgitat: & ſic de reliquis. Itaque oportet ſacerdotes* B *Domini ab appetitu auaritiæ & cupiditatis ſe cohibentes, ſibi ſubiectis in omnium virtutum profectibus imitabiles exhibeant, quibus pro omnibus diuitiis ſolus Chriſtus abundat.* IDEM Pariſienſe concilium 3. lib. cap.25. Auaritiam ſummopere Epiſcopos vitare adhortatur. & Epiſcopis præcipit, ſuper Archidiaconos vigilare, quoniam, ait, propter eorum auaritiam & morum improbitatem multi ſcandalizantur, & miniſterium ſacerdotale vituperatur. & in Eccleſiis à ſacerdotibus multa propter eos negliguntur. Hoc idem iniungit Concilium AQVISGRANENSE II. cap.4. de ordine Rectorum, vbi præcipiunt eiuſdem concilij patres, Epiſcopis omnibus vigilandum ſuper Archidiaconorum C auaritia, quoniam, inquiunt, propter eorum auaritiam multi ſcandalizantur & miniſterium ſacerdotale vituperatur, &c. & Concilium COLONIENSE III. parte 2. cap.59. *Ex quo* (ait) *in Eccleſia Dei auaritia creuit, perijt lex de ſacerdote, & viſio de Propheta quemadmodum diuus* HIERONYMVS *ad Ruſticum ait, nec mirum, quod nemo poſſit Deo ſeruire & mammonæ. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet. Vbi eſt enim theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, quiſque ſecundum ſuæ vocationis rationem his contenti ſimus, &c.* Vide facultates.

Beda Venerabilis. Leuitic. 10.

Proſper Aquitanicus.

Concilium Aquiſgranẽſe 2.

Concilium Colonienſe 3. Ezechiel 7. Matth. 6. 1. Timoth. 6.

D

AVARVS.

Auari infœlicitas.] CLEMENS I. lib.4. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap.4. *Qui argentum habet, & aliis non impartitur, nec ipſe vtitur, ſerpentis locum obtinet, quem aiunt in theſauris dormire: & de eo vera eſt ſcriptura, quæ ait: Congregauit diuitias ex quibus non comedet, & nihil ei proderunt pereunti a vindicta. Non enim iuuabunt* (ait) *exiſtentes in die iræ. Nam qui talis eſt in Deum non credit, ſed in aurum, exiſtimans illud Deũ, & in illo confidens veritatis hypocrita is eſt, perſonarum acceptor, perfidus, diſſimulator, timidus, debilis, leuis, facilis, moroſus, triſtis, ſibi infeſtus, nemini amicus. Simul pecuniæ* E *peribunt, & vir aduena eas conſumit, vel à viuo ſublatas, vel illo mortuo perceptas. Diuitiæ enim iniuſtè congregatæ euomentur.* IOANNES CHRYSOSTOMVS homil.81. in Matth. cap.26. in illud & quærebat opportunitatem vt illum traderet. &c. *Vbique certo auarus inutilis eſt, nec ad imperandum exercitum, nec vt præſit populo, commodus. Cur dico in rebus publicis, cùm in priuatis etiam inutilis ſit? Si vxor ducenda eſt, non probam, ſed impudentiſſimã omnium pro pecunia eliget. Si domus emenda, non eam quæ homini libero conueniat, emet, ſed qua multis poſſet locari. Si ſerui, & quidquid aliud comparandum eſt, viliſſimum ſemper inquiret. Quid minora percurro? Si regnum orbis innaſceris, cæteris omnibus miſerior tamen*

Clemens 1.

Eccleſiaſtes 6. Prouerb. 11.

Iob 20.

Ioannes Chryſoſtomus.

eſt, atque pauperior, terrarum peſtis, vrbium pernicies, ſingulorum calamitas. Non enim quæ cæterorum ſunt, quaſi ſua tutatur, ſed veluti vnus ex multis omnia rapit pauciora putans cæteris omnibus habere: nam cum cupiditati eorum quæ nondum poſſedit, ea quæ habet, confert, nihil prorſus habere opinatur. Propterea quidam ait, nihil eſſe auaro iniquius. Qui auarus eſt, etiã ſeipſum perdit. auarus communis omnium hominum hoſtis, ana [sic] *non parum dolet, quia terra proſpicue aurum non producit, quia fontes non manant auro, quia montes loco lapidum aurum non habeant. Auarus ſterilitatem temporum moleſte fert, & communi fælicitate contrahitur, omnemq́; faſtidit cauſam, vnde argentum colligere non poteſt: è regione verò cuncta ſuffert, vnde duos ſolummodo capere obolos poſſit. Omnes homines, tam pauperes quam diuites, odio proſequitur: pauperes, ne quid ab eo petant, diuites quia quæ illorum ſunt, non poſſidet. Vniuerſos enim quæ ſua eſſe deberent ſimpliciter occupare putat, & ideo quaſi ab omnibus læſus, omnibus infenſus eſt.* De auaro etiam AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro 5. Hexaëmeron, cap. 5 & ſermo. 5. in Pſal. 118. dum illud exponit, *& ambulabam in latitudine quia mandata tua exquiſiui* & GREGORIVS I. parte tertia, Paſtoralium admonitione 22. ad finem vſque, & libro decimoquarto Moralium, cap 17. in caput 19. Iob, & alibi.

Eccleſiaſt. 10.

Quàm pulchrè moròs depingit auaro.

Ambroſius Mediolanenſis.

Gregorius Magnus.

AVGVRIVM & AVGVR.

Auguria prohibentur. Sicut ſuperius Aſtrologiæ ſtudium, ſic & auguriorum obſeruatio à patribus prohibetur. Hinc CLEMENS I. lib. 7. conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 7. *Noli augur eſſe, quoniã ducit hoc ſtudiũ ad idololatriam. Augurium enim (ait Samuel) peccatum eſt, & non erit augurium in Iacob, neque vaticinium in Iſrael. Non eris incantans, neque luſtrans filium tuum. Noli ariolari, neque augurari, neque diſciplinis prauis ſtudere, hæc enim omnia lex prohibuit.* Et lib. 8. eiuſdem cap. 38. reiiciũtur ab Eccleſiæ atriis huiuſmodi homines, nec recipiuntur niſi pœniteant. Eadẽ vitanda decernit CYPRIANVS CARTHAGINENSIS lib. 3. contra Iudæos ad Quirinum. De huiuſmodi auguriis & eorum obſeruatoribus ſic Concilium ANCYRANVM cano 23. & allegat Gratianus cauſa 26. quæſt. 6. cap qui diuinationes, *Qui auguria, vel auſpicia, ſiue ſomnia, vel diuinationes quaſlibet, ſecundum morem gentilium obſeruant, aut in domos ſuas huiuſmodi homines introducunt, in exquirendis aliquibus arte maleficia, aut vt domos ſuas luſtrent, confeſſi quinquennio pœnitentiam agant, ſecundum regulas antiquitus conſtitutas.* Hunc canonem reperit & citat Concilium PARISIENSE III. lib. 3. cap. 2. & Concilium ELIBERTINVM can. 62. *Si augur, aut Pantomimi credere voluerint, placuit vt prius artibus ſuis renuncient, & tunc demum ſuſcipiantur, ita vt vlterius nõ reuertantur. Quod ſi facere contra interdictum tẽtauerint, proiiciantur ab Eccleſia.* Quod & expreſsè præcipit Concilium CARTHAGINENSE IV. cano. 89 & allegatur à Gratiano cauſa 26. quæſt. 5 cap. augur. vt ſcilicet augures à conuentu Eccleſiæ ſeparentur, & allegat Burchardus lib. 10. conciliorum, cap 7. *Augurijs (inquit) vel incantationibus ſeruientem, à conuentu Eccleſiæ ſeparandum cenſemus. Similiter & Iudaicis ſuperſtitionibus vel feriis inhærentem, &c.* & ROMANVM POENITENTIALE, vt allegat idem Burchardus lib 10. cap 8. *Qui auguriis vel diuinationibus inſeruiunt, vel qui credit, vt aliqui homi-*

Clemens I.

1 Regum 15. Numeri 23. Deutero. 18.

Cyprianus Carthaginenſis.

Concilium Ancyranum.

Concilium Parisienſe 3. Concilium Elibertinum.

Romanum Pœnitentiale.

nes ſint immiſſores tempeſtatum, vel ſi qua mulier diuinationes vel incantationes diabolicas fecerit ſeptem annos pœniteat. Et cap. 9. *Auguria vel ſortes quæ dicuntur falſæ ſanctorum, vel diuinationes, qui eas obſeruauerint, vel quarumcunque ſcripturarum, vel votum voverint, vel perſoluerint ad arborem, vel ad lapidem, vel ad quamlibet rem, excepto ad Eccleſiam: omnes excommunicentur. Si ad pœnitentiam venerint, clerici annos tres, laici annum vnum & dimidium pœniteant, &c.* Contra tales augures & ariolos disertè diſputat IOANNES CHRYSOSTOMVS ad calcem homil. 35. in Matth cap 10. cùm illud interpretatur *Quicunque confitebitur me coram hominibus, &c.* ſed & de his ſtatuit Conſilium AGATHENSE can. 42. & allegatur à Gratiano cauſa 26. quæſt 5. cap. aliquanti. *Ne id fortaſſe videatur omiſſum (ait) quod maxime fidem Catholicæ religionis infeſtat, quod aliquanti clerici ſiue laici ſtudent auguriis, & ſub nomine fictæ religionis per eas quas ſanctorum ſortes vocant, diuinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcunque ſcripturarum inſpectione futura promittunt. hoc quicunque clericus, vel laicus detectus fuerit, vel cõſulere, vel docere, ab Eccleſia habeatur extraneus.* Idẽ conciliũ ne & magiæ ſtudeant, prohibet. Vide dictione, Magia. hoc Concilium VANETICVM ſub Leone I. vel Hilario confirmat can. 16. vt allegat etiam Gratianus vbi ſuprà & Iuo Carnotenſis lib 8. & Concilium AVRELIANENSE I. ſub Hormiſda can. 32. & allegat Gratianus cauſa 26. quæſt. 5 vt ſuprà. *Si quis clericus (ait) monachus, vel ſecularis diuinationem, vel auguria crediderit obſeruãda, vel ſortes quas mentiuntur eſſe ſanctorum, quibuſcunque putauerint intimandas, cum eis qui eis crediderint, ab Eccleſia communione pellantur.* Hæc repetit MARTINVS BRACARENSIS Epiſcop. in collectorio ſuo, cap. 72. 73. 74. & 75. ſed & idem adhuc renouat Concilium AVRELIANENSE IV. ſub Pelagio I. can. 16. *Si quis Chriſtianus (ait) vt eſt gentilium conſuetudo, apud cuiuſcunque feræ vel pecudis exta, inuocatis inſuper nominibus paganorum, fortaſſe iuuanerit, ſi ſe ab hac ſuperſtitione commonitus noluerit cohibere, donec reatum emendet, à conſortio fidelium, vel Eccleſiæ communione pellatur.* Similiter & auguria ſortilegiaque prohibet Concilium ANTISIODORENSE I. can. 4. ſtatuitque nec eſſe ad characteres, nec ad ſortes quas ſanctorum vocant, vel quas de pane aut de ligno faciunt, aſpiciendum. Eiuſdem eſt ſententiæ & Concilium TOLETANVM IV. can. 28. vt & allegatur à Gratiano cauſa 26. quæſt. 5. cap Si quis Epiſcopus, prohibens ne Epiſcopus preſbyter, vel clericus, huiuſmodi Aruſpices, & Ariolos, aut Magos, vel artem magicam exercentem cõſulat, ſub pœna perpetuæ retruſionis in monaſterio ad agendam pœnitentiam, vbi admiſſum ſacrilegij ſcelus ſoluat. Præterea Concilium ROMANVM ſub Gregorio II. can. 12. & allegatur à Gratiano cauſa 26. quæſt 5. cap. Si quis, *Si quis Ariolos, Aruſpices, incantatores obſeruauerit, aut Phylacteriis vſus fuerit, anathema ſit: & reſponderunt omnes patres tertiò anathema ſit.* Hinc & ALEXANDER III. ad Gradenſem Patriarcham allegatur in Concilio Laterano, ſub eodem parte 50. cap. 6. De preſbytero, qui cùm quodam infami ad priuatũ locum, immundos ſpiritus inuocaturus, acceſſit, ſtatuit, vt ab officio & beneficio Eccleſiaſtico iuſtè ſuſpenderetur. Quia tamen ille hoc ſe feciſſe dixit, vt furtum cuiuſdam Eccleſiæ recuperare poſſet, ad proprium remiſit Epiſcopum, vt poſt vnius

Ioannes Chryſoſtomus.

Agatenſe conſilium. Auguria & diuinationes clericis inhibentur & laicis.

Concilium Veneticum.

Concilium Aurelianẽſe 1 ſub Hormiſda Papa, & Clodoueo rege Francorum.

Martinus Bracarenſis.

Concilium Aurelianenſe 4.

Concilium Antiſiodorenſe 1.

Concilium Toletanum 4.

Concilium Romanũ ſub Gregorio 2.

Alexander 3.

Exemplum memorabile.

anni,

anni,vel biennij (vt illi videbitur,) ab officio ſuſpenſus, pœnitentiam accipiat in expiationem delicti, & exinde liberum ſit ei ſacerdotale officium exercere. Plura vide dictione Magia & Magicus,&c. Vide infrà Dies feſti gentilium.

B A

B A L N E V M

Clemens I.

BAlnea interdicuntur Eccleſiaſtici] C L E M E N S I. lib. I. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 10. alloquitur autem mulieres Chriſtianas: & ne putes cum ad eas ſolas loqui, idem præſcribit & viris, lib.I. cap.7. ſub finem dicitur, *Itaque, deuita confuſam vna cum viris in balneo lotionem, multa enim ſunt retia mali, mulier fidelis cum viris ne lauet. Nam ſi contegit faciem vt ab alienorum virorum aſpectu, os ſuum verecundè occultat, quomodo nuda cum viris talis mulier in balneum intrabit? Muliebre ſi ſit balneum, cum pudore ordinatè & modeſtè lauet, neque ſuperfluam lotionem faciat, neque multam, neque frequentem, neque in meridie, ſed ſi fieri poteſt, neque de die. Hora ſit tibi conſtituta balneo decima. Oportet enim te, fidelis cùm ſis, omni occaſione & vndique, ſuperuacaneam oculorum ſedulitatem declinare.* Nota, quòd duo aduerbia, ordinatè & modeſtè, etiam vſurpat I G N A T I V S A N T I O C H E N V S, epiſtola ad Heronem, & C Y P R I A N V S C A R T H A G I N E N S I S libro de habitu virginum, non longè à fine. *Quid verò (ait) quæ promiſcuas balneas adeunt, quæ oculis ad libidinem curioſis pudori ac pudicitia corpora dicata proſtituũt, quæ cùm viros atque à viris nudæ vident turpiter ac videntur: nónne ipſa illecebram vitiis præſtant? nónne ad corruptelam & iniuriam ſuam deſideria præſentium ſollicitant & inuitant? Viderit, inquis, qua illuc mente quis veniat. mihi tantum deficiendi corpuſculi cura eſt lauandi. Non te purgat iſta defenſio. nec laſciuia & petulantia crimen excuſat. Sordidat lauatio iſta, non abluit: nec emundat membra, ſed maculat. Impudicè tu neminem conſpicis, ſed ipſa conſpiceris impudicè: oculos tuos turpi oblectatione non polluis, ſed dum oblectas alios, ipſa pollueris, ſpectaculum de lauacro facis, theatra ſunt fœdiora quò conuenis, verecundia illic omnis exuitur, ſimul cum amictu veſtis honor corporis ac pudor ponitur, denotãda & contrectanda virginitas reuelatur, &c.* Hinc Concilium L A O D I C E N V M can. 30. *Non oportet ſacris officiis deditos, aut clericos, aut continentes, vel omnem laicum Chriſtianum, lauacra cum mulieribus celebrare: quia hæc apud gentes reprehenſio prima eſt.* Hæc allegat Gratianum diſtinct. 81. cap. Non oportet. Porrò idem omnino ſtatuit Concilium A G A T H E N S E cap. 67. & Concilium C O N S T A N T I N O P O L I T A N V M III. quod dicitur 6. generale in Trullo celebratum, can. 77. addens, *vt ſi aliter præſumptum fuerit, clericus quidem deponatur, & laicus ſegregetur.*

Hora antiquitùs obſeruata in bal. non mirandis.

Ignatius Martyr.

Cyprianus Carthaginenſis.

Cõcilium Laodicenũ ſub Liberio & Damaſo quod cõfirmatur in 6. generali ſynodo.

Concilium Agathenſe

Concilium Conſtantinopolitanum 3 dictum 6. generale.

Balſamum] Vide Chriſma.

B A N N V S.

Bannus quid.] De banno ſæpius in dictione decimæ dicetur. Verumtamen ſæpe etiam fit banni mentio in Concilio T R I B V R I E N S I cap. 8. Banni, inquam Epiſcoporum, cùm præcipitur omnibus Chriſtianis, ne tranſgrediãtur bannum ab Epiſcopis ſuperpoſitum, allegátque Clementis I. verba quæ inuenies citata. Paſtores reuerentia & obedientia proſequendi, vbi ſic ait C L E M E N S I. epiſt. I. ad Iacobum. & ſunt verba vltima Petri Apoſtoli loquẽtis ad fideles de Clemente, *Si vobis Epiſcopo non obedierint omnes, tam maiores quàm & inferioris ordinis, atque reliqui populi tribus & linguæ, non ſolùm infames, ſed etiam exterres à regno Dei & conſortio fidelium, à liminibus ſanctæ Eccleſiæ Dei alieni erunt.* Et illud, *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit, &c.* Et ſubdunt patres concilij prædicti, *Quapropter nos Euangelicam & Apoſtolicam conſiderantes authoritatem, non quæſtum pecuniarum, ſed lucrum quærentes animarum, ſtatuimus & confirmamus, vt ſi quis poſt hanc huius ſancti concilij diffinitionem inuentus fuerit corrupiſſe bannum ab Epiſcopis impoſitum 40 dierum caſtigatione corripiatur, tantùm in pane ſale & aqua.* I D E M cap. 9. ſeq. præcipit comitibus & iudicibus, vt ad bannum Epiſcopi viſitantis veniant. Hæc allegat & B V R C H A R D V S V O R M A T I E N S I S lib. 9. Decretorum, cap. 73. Vide Decimæ.

Cõcilium Triburienſe.

Clemens I.

Luc. 10.

Burchardus Vormatienſis.

B A P T I S M V S.

Fabianus I.

Baptiſmus quid.] F A B I A N V S I. epiſt. Decretalis, cap. 5. vt allegat Burchardus lib. 4. Decretorum, cap. I. *Baptiſmus Græcè, Latinè tinctio interpretatur. Quod ideireo tinctio dicitur, quia ibi homo ſpiritus gratia in melius mutatur & longè aliud, quàm erat, efficitur, baptizatus in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Sicut in tribus teſtibus ſtat omne verbum, ita hoc ſacramentum confirmat ternarius numerus nominum diuinorum, id eſt, Patris & Filij & Spiritus ſancti:* vt infrà dicetur.

Baptiſmus ſacramentũ illuminationis.] D I O N Y S I V S A R E O P A G I T A libro de Eccleſiaſtica Hierarchia, parte I. cap. 3. *Sacrum diuinæ regenerationis ſacramentum, quia primò luminis conſortium tradit, omnium diuinarum illuſtrationũ principium eſt. Ex effectu ipſo veriſſimo illud illuminationis cognomine prædicamus. Et ſi enim aliis quoque ſacerdotalibus ſacramentis commune eſt his qui perficiuntur, ſacri luminis conſortium dare, illud tamen inprimis mihi videndi præſtitit munus, ipſiusq. primo fœli maximè lumine ad alia inſpicienda ſacramenta, lucis gratiam cœpi, &c.*

Dionyſius Areopagita.

Baptiſmus ſacramentum eſt? Et huius efficacia.] O R I G E N E S A D A M A N T I V S homil. 4. in Cantica canticorum. *Amputantur & execantur ab hominibus peccata, cùm in baptiſmo donatur remiſſio peccatorum.* T E R T V L L I A N V S C A R T H A G I N E N S I S libro de Reſurrectione carnis. *Caro abluitur, vt anima emaculetur: caro vngitur, vt & anima cõſecretur: caro ſignatur, vt & anima muniatur: caro manuum impoſitione adumbratur, vt & anima ſpiritu illuminetur.* Et libro de Pœnitentia, *Lauacrum illud, obſignatio eſt fidei, quæ fides à pœnitentia fides incipitur & commendatur. Non ideò abluimur, vt delinquere deſinamus, ſed quia deſinimus, quoniam iam corde loti ſumus,* & C Y P R I A N V S C A R T H A G I N E N S I S lib. 4. Epiſtolar. epiſt. 7. *In aqua baptiſmo percipitur peccatorum remiſſio, in baptiſmo ſanguinis corona datur virtutum.* I O A N N E S C H R Y S O S T O M V S homilia 9. in cap. 6. ad Hebræos, *Baptiſmus nihil aliud eſt, quàm interitus eius qui baptizatur, & reſurrectio illius.* Et homil. 40. in I. ad Corinth. *Deus in regenerationis lauacro mentem gratia tangit, hinc radicabile peccatum euellit.* B A S I L I V S M A G N V S in ſermone

Origenes Adamantius.

Tertullianus Carthaginen.

Cyprianus Carthaginen.

Ioannes Chryſoſtomus.

Baſilius Magnus.

exhor

A exhortatorio ad baptiſmum, *Baptiſmus eſt captiuorum ærs alieni remiſſio, peccati mors, animæ regeneratio, amictus ſplendens, character irreprehenſibilis, Eccleſiæ iter, regni cœleſtis conciliatio, adoptionis gratia.* AMBROSIVS MEDIOLANENSIS in 1. ad Corinth. cap. 6. *In baptiſmate omnibus peccatis depoſitis abluitur credens, & iuſtificatur Domini nomine, & per ſpiritum Dei noſtri Deo filius adoptatur.* Idem lib. 1. de Spiritu ſancto, cap. 6. AVGVSTINVS HIPPONENSIS lib. 1. de nuptiis & concupiſcentia cap. 20. *Fides Chriſtiana non dubitat, eos qui lauacro regenerationis abluuntur, redimi de poteſtate diaboli, & eos qui nondum tali regeneratione redempti ſunt, etiam paruulos filios redemptorum ſub eiuſdem diaboli eſſe poteſtate captiuos, niſi & ipſa gratia Chriſti redimantur.* Et paulò pòſt: *In baptiſmo concupiſcentia carnis remittitur, nõ quidem vt non ſit, ſed vt non imputetur in peccatum.* Concilium NICÆNVM vt allegat Cuthebertus Cõſtallus Angliæ Epiſcopus lib. 1. de veritate corporis & ſanguinis Domini in Euchariſtia. *Baptiſma noſtrum non ſenſibilibus oculis, ſed mentalibus conſiderandum eſt. Aquam vides? Conſidera diuinam vim, quæ in aquis latet. Nos enim Spiritu ſancto & igni baptizari, tradunt ſacra eloquia, nam in fide eius qui baptizat, & eius qui baptizatur, per ſanctam inuocationem, plenas ſanctificatione ſpiritus, & diuini ignis, cogita aquas. Ipſe enim (inquit) baptizabit in Spiritu ſancto & igni.* C *Itaque deſcendit quidem ad ea qui baptizatur, peccatis obnoxius, & corruptionis ſeruitute detentus, aſcendit autem ab ea ſeruitute & peccatis liber, filius Dei factus, cohæres autem Chriſti, ipſum induitus Chriſtum, ſicut ſcriptum eſt, quotquot baptizati eſtis Chriſtum induiſtis.* GREGORIVS I. lib. epiſt. 39. ad Theoctiſtam patriciam, *Si qui ſunt qui dicunt, peccata in baptiſmate ſuperficie tenus dimitti, quid eſt hac prædicatione infidelius? in qua ipſum fidei ſacramentum feſtinant ſoluere? In quo principaliter ad cœleſtis munditiæ myſterium anima ligatur, vt abſoluta radicitus a peccatis omnibus, ſoli illi inhæreat, de quo Pſalmiſta ait. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt. Certe enim maris rubri tranſitus figura* D *ſancti baptiſmatis fuit, in quo hoſtes a tergo ſunt mortui, ſed alij contra faciem in eremo ſunt inuenti. Sic quippe omnes qui in ſancto baptiſmate tinguntur, eorum peccata præterita omnia laxantur, quia eis velut Ægyptij hoſtes a tergo moriuntur, ſed in eremo alios hoſtes inuenimus, quia dum in hac vita viuimus, priuſquam ad promiſſionis patriam pertingamus, multa tentationes nos fatigant, & ad terram viuentium tendentibus iter intercludere feſtinant. Quis ergo dicit, peccata in baptiſmate funditus non dimitti, dicat, in mari rubro Ægyptios non veraciter mortuos. Si autem fatetur Ægyptios veraciter mortuos, fateatur neceſſe eſt, peccata in baptiſmate funditus mori, quia nimirum plus valet in abſolutione noſtra veritas, quam vmbra veritatis. In Euangelio Dominus dicit.* E *Qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Si igitur peccata in baptiſmate funditus minimè dimittantur, quomodo is qui lotus eſt mundus eſt totus? Totus enim mundus dici non poteſt cui de peccato aliquid remanſit. Sed nemo reſiſtit voci veritatis quæ ait: Qui lotus eſt, mundus eſt totus. Nihil ergo ei de peccati ſui contagione remanet, quem totum fatetur mundum ipſe qui redemit.* Hinc & Concilium VALENTINVM GALLIÆ III. ſub Lothario Imperatore. can. 5. *Firmiſſime tenendum credimus, quod omnis multitudo fidelium ex aqua & Spiritu ſancto regenerata, ac per hoc veraciter Eccleſiæ incorporata, & iuxta doctrinam Apoſtolicam in morte Chriſti baptizata,*

Ambroſius Mediolanenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Concilium Nicænum generale.

Cuthebertus Conſtallus.

Matth. 3.

Galat. 3.

Gregorius Magnus.

Pſal. 72.

Baptiſmum omnia peccata delere, argumento [illegible] oſtendit.

Ioan. 13.

Concilium Valentinum Galliæ 3. anno 855.

Roman. 6.

A *in eius ſanguine ſit a peccatis ſuis abluta. Quia nec in eis potuit eſſe vera regeneratio, niſi fieret & vera redemptio, cum in Eccleſiæ ſacramentis nihil ſit caſſum, nihil ludificatorium, ſed prorſus totum verum, & ipſa ſui veritate ac ſinceritate ſubnixum. Ex ipſa tamen multitudine fidelium & redemptorum, alios ſaluari æterna ſalute, quia per gratiam Dei in redemptione ſua fideliter permanent, ipſius Domini ſui vocem in corde ferentes, qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Alios quia noluerunt permanere in ſalute fidei, quam initio acceperunt redemptionis gratiam potius irritam facere praua doctrina vel vita, quam ſeruare elegerunt, ad plenitudinem ſalutis, & ad perceptionem æternæ beatitudinis nullo modo peruenire. In* B *vtroque ſiquidem doctrinã pij doctoris habemus. Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu in morte ipſius baptizati ſumus. Et omnes qui in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Et iterum accedamus cum vero corde in plenitudine fidei aſperſi corda a conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus ſpei noſtræ indeclinabilem confeſſionem. Et iterũ. Voluntarie peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia. Et iterum. Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione duobus aut tribus teſtibus moritur. Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit?* C Et Conciliũ LATERANENSE ſub Innocentio III. patrum 1215. can. 1. *Sacramentum baptiſmi quod ad inuocationem indiuiduæ Trinitatis, videlicet Patris & Filij & Spiritus ſancti conſecratur in aqua, tam paruulis quam adultis in forma Eccleſiæ a quocunque rite collatum proficit ad ſalutem.* His decretis annuit & ſubſcribit Conciliũ TRIDENTINVM generale ſeſſio. 7. cap. 1. de ſacramento baptiſmi, vt etiam infrà allegabimus. His concordat & Concilium FLORENTINVM ſub Eugenio 4. qui huic reſidens ad calcem, Armenis & Græcis ritum & formam 7. ſacramentorum tradidit, ita de baptiſmo loquitur, *Primum omnium ſacramentorum locum tenet ſanctum baptiſ-* D *ma, quod vitæ ſpiritualis ianua eſt. Per ipſum enim membra Chriſti, ac de corpore efficimur Eccleſiæ. Et cum per primum hominem mors introierit in vniuerſos, niſi ex aqua & ſpiritu renaſcimur, Non poſſumus (vt ait veritas) in regnum cœlorum introire, materia huius ſacramenti eſt aqua vera & naturalis, nec refert frigida ſit, an calida. Forma autem eſt. Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Non tamen negamus, quin & per illa verba Baptizatur talis ſeruus Chriſti in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, vel baptizatur manibus meis talis in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti verum perficiatur baptiſma, quoniam cum principalis cauſa, ex qua baptiſmus virtutem habet, ſit ſancta Trinitas. Inſtru-* E *mentalis autem ſit miniſter qui tradit exterius ſacramentum, ſi exprimitur actus, qui per ipſum exercetur miniſtrum, cum ſanctæ Trinitatis inuocatione perficitur ſacramentum, miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos, cui ex officio competit baptizare. In cauſa autem neceſſitatis, non ſolùm ſacerdos vel Diaconus, ſed etiam laicus vel mulier, imo etiam paganus & hæreticus, baptizare poteſt, dum modò formam ſeruet Eccleſiæ, & facere intendat, quod facit Eccleſia. Huius ſacramenti effectus eſt remiſſio omnis culpæ originalis & actualis, omnis quoque pœnæ quæ pro ipſa culpa debetur. Præterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis iniungenda eſt ſatisfactio, ſed morientes antequam culpam aliquam committant, ſtatim ad regnum cœlorum, & ad*

Matth. 10.

Roman. 6. Galat. 3. Hebræo. 10.

Concilium Lateranenſe sub Innocentio 3.

Concilium Tridentinum.

Cõcilium Florentinum ſub Eugenio 4. cui interfuit Ioſephus Patriarcha Cõſtantinopolitanus.

Baptiſmum ſacramentorum, & ianua ſacramentorum.

Ioann. 3.

Forma verborũ Baptiſmi.

Cauſa principalis & inſtrumentalis.

Miniſter.

[illegible]

Cõcilium Senonenſe.

Dei viſionem peruenimus. Hoc ſacramentum grauiter cõtra hæreticorum vipereos morſus defendit SENONENSE Concilium decreto decimo, ſacris probans ſcripturis, baptiſmi ſacramentum gratiam conferre 1.Petr.3. *Saluos nos ficit baptiſma,* & Galat.3. atque Rom.6. *Quotquot baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, Chriſtum induimus. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, &c.* Quid agatur item in baptiſmo docet Concilium COLONIENSE III. parte 7 cap.2. & quid ſignificent externa ſigna, quomodo accedendum ad baptiſmum, cuius ſunt admouendi ſuſceptores infantis, & quod baptiſmus in facie Eccleſiæ ſit peragendus. Eadem & Conciliũ AVGVSTENSE ſub Othone Cardinali, cap.16 & Concilium MOGVNTINENSE IV. cap.12. *Vt populus* (ait) *virtutem ac fructum vniuſcuiuſque ſacramenti planè intelligat, concordi doctrina erudiri populos volumus, vt credant, baptiſmi virtute omne prorſus peccatum, tam originale, quam actuale remitti, nec quicquam in rite baptizato relinqui, quod ab ingreſſu regni cœleſtis remorari eum queat. Concupiſcentiam enim quæ poſt baptiſmum in nobis ad agonem, non ad culpam relinquitur, iam non eſſe peccatum vera ratione peccati, ſed peccatum ob id appellari, quòd per peccatum facta, & ex peccato relicta ſit, & ad peccatum amplius inclinet.* Vide ſequentia & dictione, Pœnitentia.

Cõcilium Colonienſe 3.

Concilium Auguſtenſe.

Concilium Moguntinenſe

1.Corinth.6. Act.2.

Quomodo intelligatur, peccatũ remanere poſt Baptiſmum.

B

Baptiſmus trina merſione, & in nomine Trinitatis complendus.] Hoc iam ex ſuperioribus ſatis probatum eſt, verùm vt nil omittamus quod cuique poſſit dictioni conuenire, ſic hoc elicitur ſtatutum à patribus. Primò quidem ſic Apoſtoli ſtatuerũt, vt indicat CANON APOSTOLORVM 49. *Si quis Epiſcopus aut presbyter iuxta præceptum Domini non baptizauerit in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, ſed in tribus ſine initio principijs, aut in tribus filijs, aut in tribus paraclitis, abijciatur.* Et can.50. ſequent. & allegatur à Gratiano de conſecrat. diſt 4. cap. Si quis. Et Iuone Carnotenſi. lib.2. Decretorũ, *Si quis Epiſcopus aut presbyter non trinam merſionem vnius myſterij celebret, ſed ſemel mergat in baptiſmate, quod dari videtur in Domini morte, deponatur. Non enim dixit nobis Dominus, in morte mea baptizate, ſed euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.* Sic Apoſtolos baptizaſſe teſtatur ABDIAS BABYLONIVS. & præcipuè lib.9. certaminis Apoſtolici, vbi Thomam in nomine Trinitatis. Iudeæ populos baptizaſſe comprobat. Hoc oſtendit & DIONYSIVS AREOPAGITA libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ parte 2 cap.2. vt in ſequente annotatione producemus dum de ritu baptiſmi, & cæremonijs agemus ORIGENES ADAMANTIVS libro Periarchon, cap.3. *Didicimus tantæ authoritatis & dignitatis ſubſtantiam Spiritus ſancti eſſe, vt ſalutaris baptiſmus non aliter niſi excellentiſſima omni Trinitatis authoritate* (id eſt, Patris & Filij & Spiritus ſancti cognominatione) *compleatur.* Et de merſione aquæ ſic loquitur TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de Baptiſmo, vbi ſic exorditur, *Fœlix ſacramentum aquæ noſtræ, quia ablutis delictis priſtinæ cæcitatis in vitam æternam liberamur.* Hinc de aquis, quòd ante omnia celebrantur creatæ, diſſerit. *Nam vt firmamentum* (inquit) *cœleſte ſuſpẽderet in medietate diſtinctis aquis, fecit vt terram aridam ſuſpenderet, & ſegregatis aquis expedijt, ordinato dehinc per elementa mundo cùm incola darentur, primis aquis præceptum eſt animas proferre. Primus liquor, quod viueret edidit, ne mirum ſit*

C

Canon Apoſtolorum.

Math. 28.

D

Abdias Babylonius Idẽ docet & libr.5. atque lib.7.

Dionyſius Areopagita.

Origenes Adamantius.

E

Tertullianus Carthaginen.

Quod debeat aqua baptiſmum complere.

A

in baptiſmo, ſi aquæ animare nouerunt. Sed ea ſatis erit præcerpſiſſe, in quibus & ratio baptiſmi recognoſcatur prima illa, quæ iam tunc etiam ipſo habitu prænotabatur, ad baptiſmi figuram Dei ſpiritum qui ab initio ſuperuectabatur ſuper aquas intinctore moraturum. Sanctum autem vtique ſuper ſanctum ferebatur, aut ab eo quod ſuperferebatur, id quod ferebat ſanctitate mutuabatur. Et paulò pòſt, *Semel ergo lauacrum inimus, &c.* Vide baptiſmus non iterandus. Hæc latiùs explicat CYPRIANVS CARTHAGINENSIS lib.1. Epiſtolar. epiſt.3. ad Cæcilium. & ſermone de ablutione pedum, *Hinc* (inquit) *egredientia quatuor Euangelij flumina, per vniuerſum mundum ſecum regenerationis euehunt lauacrum. & de abdito & ſecretiſſimo Spiritus ſancti munere, huius gratiæ liquor emanat, ſic lauans quos parentalis labes effecerat, vt nec actualis, nec originalis macula aliqua ſui poſt ablutionem illam veſtigia derelinquat.* Et ſermone de baptiſmo ſic ait: *Verborum ſolennitas & ſacri inuocatio nominis, & ſigna inſtitutionibus Apoſtolicis, ſacerdotum miniſterijs attributa, viſibile celebrant ſacramentũ, rem verò ipſam Spiritus ſanctus format & efficit, & conſecrationibus viſibilibus inuiſibiliter manuum totius bonitatis author apponit, & plenitudinem gratiæ vnctionis diuinæ, pinguedo ſanctificationibus officialibus infundit, & rem ſacramẽti conſummat & perficit, &c.* & CLEMENS ALEXANDRINVS lib.1 Pædagogi, cap.6. baptiſmũ aqua debere perfici confitetur. & lib.2. Stromatum, abrenunciationis diaboli quę fit in baptiſmo meminit, vt dicemus in ſequentibus. Sed & MELITO SARDENSIS Epiſcopus libro de lauacro, cuncta hæc inſigniter elucidat, vt author eſt Euſebius Cæſarienſis lib.4 Hiſtoriæ Eccleſiaſticę cap.24. & IOANNES CHRYSOSTOMVS exponens Pſalm. 22. de aqua baptiſmi pulchrè loquitur. & homil.1. in actus Apoſtolorum, *In baptiſmo* (ait) *præcipua pars eſt ſpiritus, per quem & aqua fit efficax, &c.* & BASILIVS MAGNVS libro de Spiritu ſancto, cap.12. *Neminem ad errorem impellat illud Apoſtoli, quòd nomen Patris & Spiritus ſancti in baptiſmatis mentione ſæpe omittit, neque ob id putet nominum nomenclaturam non neceſſe eſſe obſeruari. Quicunque, inquit, in Chriſtum baptizati eſtis, in mortem ipſius baptizati eſtis. Nam Chriſti appellatio totius & confeſſio, declarat enim & Deum qui vnxit, & filium qui vnctus eſt, & Spiritum ſanctũ qui eſt vnguentum: velut à Petro in actis didicimus, Ieſum Nazarenum quomodo vnxit ipſum Deus Spiritu ſancto, & in Eſaia, Spiritus Domini ſuper me eò quòd vnxit me, &c. Porrò videtur aliquando ſolius Spiritus in baptiſmate mentionem feciſſe: omnes enim, inquit, in vno corpore in vnum ſpiritum baptizati ſumus. Huic conſonum eſt & illud: vos autem baptizabimini in Spiritu ſancto, & ipſe baptizabit vos in Spiritu ſancto, &c.* AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro de his, qui myſterijs initiãtur, c.4. *Cognoſce quòd aqua non mundat ſine ſpiritu. Ideoq́; legiſti quod tres teſtes in baptiſmate vnum ſunt, Aqua, Sanguis, & Spiritus: quia ſi vnũ horum detraxeris non ſtat baptiſmatis ſacramentum. Quid enim eſt aqua ſine cruce Chriſti? Elementum commune ſine vllo ſacramenti effectu. Nec iterum ſine aqua regenerationis myſterium eſt. Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Idem vide lib.1. de Sacramentis, cap.5. vt citauimus in dictione, Aqua. Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS ſerm.91. de tempore, *Quando in ſalutari lauacro, tertiò Chriſtiani merguntur, tunc Ægyptij, id eſt, originalia peccata, vel actualia cri-*

B

C

D

E

Cyprianus Carthaginen.

Clemens Alexandrinus.

Melito Sardẽſis.

Ioannes Chryſoſtomus

Baſilius Magnus

Cur aliquoties baptizaſſe legatur Apoſtoli, non inuocato nomine Trinitatis per verba expreſſa. Rom.6.

Act.1.

Eſaiæ 6.

Ambroſius Mediolanen.

Auguſtinus Hipponenſis.

mina,

mina,quaſi in rubro mari ſepeliuntur, & filiis Iſraël pertranſeuntibus ad Dei ſcrutinium ſola pariuntur peccata naufragium. Et CYPRIANVS ALEXANDRINVS lib.1. in Ioannem,cap.2. *Manifeſtum eſt,in Trinitatem nos ideo baptizari,quoniam ad certum numerum perſonarum ratio exit,quæ quidem perſonæ quia in identitate naturæ cognoſcuntur,in vnũ Deum credimus,& vnũ Deum pie adoramus.* Itaque Concilium TOLETANVM I. can.19. *Si quis* (ait) *in errore, Priſcilliani ſectam ſequitur vel profitetur, vt aliud in ſalutari baptiſmo contra ſedem ſancti Petri faciat, anathema ſit.* Vnde & monachus ille celebris VARADATVS epiſtola miſſa ad Leonem Imperatorem, quæ ſita eſt in ordine plurium ad calcem Concilij Chalcedonenſis, tractans illud initium vitæ hominis aqua, & panis. De pane quidem habes in Euchariſtia:de aqua verò.*Non enim aqua* (inquit) *quæ ex maliis fontibus eſt, vita eſt hominum:nam ſunt multi aquam non habentes.ſed aqua quæ vita eſt hominum,aqua eſt baptiſmatis quæ eſt ex Deo:ſicut enim virga ferrea fit ignis,& abſque forcipe ferrea non tenetur ſic & verbum quod erat in principio,teneri non poterat,& fieri vita hominum niſi induiſſet carnem, vt in eo corpore ſecundum ſimilitudinem teneretur.* Hinc Concilium TRIDENTINVM ſeſſio.7 cap.de Baptiſmo, *Si quis* (ait) *dixerit, aquam veram & naturalem non eſſe de neceſſitate baptiſmi atque ideò verba illa Niſi quis renatus fuerit ex aqua,&c. ad metaphoram aliquam detorſerit,anathema ſit. Si autem defectus aquæ eſſet & neceſſitas incumberet,quid eſſet agendum?* Itaque narrat NICEPHORVS CALLISTVS lib.3. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ,cap 37 & vltimo.*Marco* (inquit) *Aurelio Antonio Imperium adminiſtrante, quod tum accidit nõ prætereundum eſt ſilentio. Iudæus enim quidam in ſolis aridisq; locis iter faciẽs, communiter cum viatoribus Chriſtianis Pſalmos canebat. Cum vero morbo repentino ita affligeretur, vt crederetur moriturus,atque ibi in locis illis permanſurus eſſe, magna contentione viatoribus ſuis obſecrando inſtitit, ne eum ita præſidio omni deſtitutum relinquerent, ſed vt diuini lauacri participem facerent, ac deinde abirent. Vt autem illi neque qui præſtare hoc poſſet ſacerdote* [illegible] *opus erat) neque aquæ copiam adeſſe, quæ in baptiſmo perficiendo & conſuetudine antiqua, & lege certa & inuiolata requireretur cauſati ſunt, & propterea in tantarum rerum penuria petitioni eius non annuerunt,Iudæus porrò in ſententia ſua permanſit,& inter*[illegible]*do eos, vt ſibi ſatisfacerent adegit. Illi itaque detractis homini veſtibus, arena quæ ibi erat pro aqua vſi, in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, ter eum arena in eum coniecta baptizarunt. Per hanc tam inſolitam & admirandam ſacrorum myſteriorum initiationem,imbecillitate omni tanquam vinculo quodam is ſolutus,longe melius quàm illi, validus iam prorſus iter fecit. Poſtquam autem domum ſuam reuerſi,rem eam ad Dionyſium Alexandriæ Epiſcopum retulerunt. Ille verò admiratione ſtupens, Eccleſiam de ea conſuluit:cui viſum eſt,aqua inſuper, ad eum modum initiatum, iuxta Eccleſiæ traditionem abluendum eſſe,vt id quod ſacro ei deeſſet, ſortiretur.* Plura ſuper huiuſmodi propoſitione etiam Patrum decreta in ſequentibus obſeruabis. Verùm non omittemus quod Concilium ROMANVM ſub Gregorio I. & IDEM GREGORIVS I. libro primo regiſtri epiſtola quarta ad Leandrum Epiſcopum Hiſpalenſem & a legat Gratianus de conſecratione diſtinctione quarta, capite de trina. & allegat etiam Concilium TOLETANVM IV. cano.5. & Concilium VORMATIENSE I. cano.5. *De trina* (ait) *merſione baptiſmatis nil reſponderi verius potest, quàm quod ipſi ſenſiſtis,quia in vna, de nihil officit ſanctæ Eccleſiæ conſuetudo diuerſa. Nos autem quod tertio mergimus, Triduanæ ſepulturæ ſacramenta ſignamus, vt dum tertiò infans ab aquis educitur, reſurrectio triduani temporis exprimatur. Quod ſi quis forte, etiam pro ſumma Trinitatis veneratione exiſtimet fieri, neque ad hoc aliquid obſiſtit, baptizando ſemel in aquis mergere, quia dum in tribus ſubſiſtentiis vna ſubſtantia eſt, reprehenſibile eſſe nullatenus poteſt. infantem in baptiſmate vel ter, vel ſemel immergere,quando & in tribus merſionibus perſonarum trinitas, & in vna poteſt diuinitatis ſingularitas deſignari. Sed quia nunc vſque ab hæreticis infans in baptiſmate tertio mergebatur, fiendum apud vos eſſe non cenſeo, ne dum merſiones numerant, diuinitatem diuidãt: dumque,quod faciebant, faciunt, ſe morem noſtrum viciſſe glorientur.* Vt decretum, vt dixi, Concilium TOLETANVM IV. allegat & approbat. & ſic tenendum cunctis tradit Eccleſiis, adiungens, quod & allegatur à Gratiano de conſecratione. diſtinct.4. Propter vitandum, & ab Iuone Carnotenſ. lib.1. Decretorum. *Quod ſit in ſancto baptiſmo, a tanto viro reddita eſt ratio, quod vtrumque rectum vtrumque irreprehenſibile in ſancta Eccleſia habeatur. Propter vitandum autem ſchiſmatis ſcandalum, vel hæretici dogmatis vſum, ſimplam teneamus baptiſmi merſionem, ne videantur apud nos, qui tertio mergant, hæreticorum approbare aſſertionem,dum ſequantur & morem. Et ne forte cuiquam ſit dubium huius ſimpli myſterium ſacramenti, videat in eo mortem & reſurrectionem Chriſti ſignificari. Nam in aquis merſio,quaſi ad infernum deſcenſio eſt,& rurſum ab aquis emerſio,reſurrectio eſt. Item videat in eo vnitatem diuinitatis, & trinitatem perſonarum oſtendi:vnitatem dum ſemel mergimus,trinitatem dum in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti baptizamus. Sed,vt diximus,ſuus cuique mos eſt, nec beatus Gregorius aſtringere vult quemquam, dummodo non deuiet à Catholica traditione. Baptiſmum verò dicit præfiguratum in mari rubro,vbi & Trinitas apparuit. In igne pater,in columna filius,in nube Spiritus ſanctũ. Et per Iordanem, quia per baptiſmum ad terram promiſſionis cœleſtem tranſimus,&c. Et ſicut per Iordanem filij Iſraël ſemel tranſierunt, ita dicit vnica merſio baptiſma compleri.* Vide oro ſequentia, vt autem hæc conſtitutio videatur firmior,& tamen non aſtringere huic ſubnectimus decretum VIGILII I. epiſto'a 1. quæ eſt ad * Eutherium Epiſcopum,capite ſecundo, *De baptiſmo* (inquit) *ſolenniter adimplendo ſimiliter,quid Apoſtolica vel ſanxerit vel obſeruet authoritas* (hoc habes ex initio huius annotationis, & ABDIAS BABYLONIVS dicet lib.5 & 6. vbi Apoſtolos memorat proteſtationem & commonitionem feciſſe, in cœtu ſacerdotum & cœtu Hieruſalem, quia aliter non poſſent ſaluari,niſi per Sancti ſpiritus gratiam,trinæ inuocationis dum baptiſmate properarent,&c) *in ſubiectis tua charitas euidenter agnoſcet. Illud autem nouelli eſſe indicamus erroris, quod cùm in fine Pſalmorum ab omnibus Catholicis ex more dicatur,Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto,aliqui, ſicut indicas, ſubducta vna ſyllaba coniunctiua, perfectum conantur minuere vocabulum Trinitatis dicendo, Gloria Patri & Filio Spiritui ſancto. Quamuis ergo ipſa nos ratio euidenter edoceat, quia ſubducta vna ſyllaba, perſonam Filij, & Spiritus ſancti vnam quodammodo eſſe deſignent,tamen ad errorem talium conuincendum ſufficit quod Dominus Ieſus Chriſtus deſignans in inuocatione Trinitatis cre-*

Margin notes:

Cyrillus Alexandrinus.

Cõcilium Toletanum 1.

Varadatus Monachus.

Eccleſiaſt.19.

Cõcilium Tridentinum.

Nicephorus Calliſtus. Hiſtoria pulcherrima de Iudæo quodam, qui aquæ penuria arena baptizatus eſt.

Attende.

Concilium Romanũ ſub Gregorio 1. Gregorius 1.

Cõcilium Toletanum 4. Concilium Vormatienſe.

Ratio quare trinam merſione,mergitur baptizandus.

Cõcilium Toletanum 4. ſub Honorio 1. Patrum 67.

Hoc illo quodam temporibus ſerua[illegible] ne quod [illegible] de trina merſione, [illegible] ſancta in vſum [illegible] de.

Vigilius 1. * Eleutherium

Abdias Babylonius lib. 6. Certaminis Apoſtolici,& [illegible], dum & geſtis Matthæi tractat.

Matth.28.

A *dentium debere Baptiſma celebrari dixit: ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Ergo cùm non dixerit, in nomine Patris & Filij Spiritus ſancti, ſed æqualibus diſtinctionibus Patrem & Filium & Spiritum ſanctum iuſſerit nominari, conſtat illos omnino à doctrina dominica deuiare, qui aliquid huic voluerint confeſſioni derogare. Quod ſi in errore permanſerint, ſocij nobis eſſe non poſſunt.* I D E M cap.6. ſubiungit, *Si quis Epiſcopus aut presbyter iuxta præceptum Domini non baptizauerit in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, ſed in vna perſona Trinitatis, aut in duabus, aut in tribus patribus, aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis, projiciatur de Eccleſia Dei.* Vide oro ſequentia.

B Baptiſmi antiquus ritus & cæremoniæ atque forma & vſus.] De baptiſmi ritu forma vſu & cæremoniis diuerſimodè Patres tractant, quorum ſententias hic inſeruiſſe non pigebit, vt cõtra nouos dogmatiſtas Eccleſiaſticam diſciplinam vindicemus. Reſeruantur autem plura ſuis locis inſerenda, vt in dictione Chriſma, Confirmatio & Euchariſtia, atque huiuſmodi. Igitur C L E M E N S I. lib 3. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap.16. *Tu ergo Epiſcopus ... figura* (ſcilicet crucis, *unges caput illorum qui baptizantur, ſiue hi viri ſunt, ſiue mulieres, oleo ſancto in figuram ſpiritualis baptiſmi. Deinde vel tu Epiſcopus, vel tibi ſubiectus presbyter, ſacram ſuper eos dicens, ac nominans inuocationem Patris & Filij & Spiritus ſancti, baptizabis eos in aqua: ac virum ... Diaconus, mulierem Diaconiſſa, vt decorè traditio infrangibilis ſigilli adminiſtretur. poſtea Epiſcopus liniat baptizatos vnguento.* Eadem repetit & lib.7.cap.23. Capite autem 17. eiuſdem lib 3 ſubiungit, *Datur igitur Baptiſmus in mortem Ieſu, aqua pro ſepultura, oleum pro Spiritu ſancto, ſigillum pro cruce. Vnguentum eſt confirmatio profeſſionis: mentio fit patris vt cauſæ & mittentis Spiritus ſancti vti teſtis. Demerſio ſignificat quod commorimur, emerſio quod reſurgimus. Pater qui eſt ſuper omnia Deus, Chriſtus vnigenitus Deus, dilectus filius, gloriæ Dominus Spiritus ſanctus paracletus: quia Chriſtus mittitur, & ab illo docetur, & illum prædicat.* I D E M olei ſacri meminit lib.3. Recognitionum & epiſt.2.& lib.1 Conſtitutionum Apoſtolicarum cap.42 & 43 vt videbis dictione Chriſma, & ſubdit. *Poſt benedictionem aquæ & immerſionem baptizatum in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti vngat ... dicens: Domine Deus, qui es ingenitus, ſummus cunctorum Dominus, qui odorem cognitionis Euangelij in omnibus gentibus ſuauem feciſti, da nunc etiam hoc vnguentum efficax ... in baptizato, vt firma & ... in eo maneat fragrantia odoris Chriſti tui, ... commortuus ipſe ſurgat & viuat vna cum Chriſto &c.* Hinc & D I O N Y S I V S A R E O P A G I T A libro de Eccleſiaſtica Hierarchia, parte 2. cap.2. antiquiſſimum vſum cæremoniarum quæ in baptiſmate exercentur, memorat. Nam & qui baptizandus ad Eccleſiam properabat, debebat habere ſuſceptorem, qui eum de fide & reſponſionibus inſtruebat: tum debebat canere ante altare hymnũ, atque interrogati ab Epiſcopo quid quæreret. Illo autem impietatem, & veri boni ignorantiam accuſante ac diuinæ vitæ opere, tandiu ſe fuiſſe deſtitutum, ingemiſcere. atque orante, vt eius ſacratiſſimo munere, ac prece, Deo diuiniſque myſteriis frui mereretur, conteſtabatur ei Pontifex oportere ex integro totóque corde accedere ad Deum, per cuncta perfectum & immaculatum, *Tum diuinæ quoque conuerſationis ... ac vitæ explicans rationem, an ita velit deinceps viuere ſciſcitatur. Quod vbi ille pollicitus fuerit, imponit eius capiti manum conſignansq; illum, ſacerdotibus mandat vt virum ſuſceptorem deſcribant. Poſtea verò quam ... ſacram effundit precem, quã cùm omnis ſecum Eccleſia terminauerit, diſtinguit quidem ipſum ac ... exuit. Deinde occidentem verſus illum ſtatuens, intendentẽ manusq. impingentem, & eandem regionem conuerſus inſufflare illum ter Sathanam iubet ac propterea abrenunciationem profiteri. Et cùm poſt trinã abrenunciationis conteſtationem, tertiò ſe ille abrenunciare profeſſus fuerit, ad Orientem illum traducit, aſpicientemq; in cœlum, atque intendentem manus, Chriſto ſacriſq; omnibus diuinitus traditis conſentire iubet. Poſtquam verò & hoc ille fecerit, ſurſum ter illum profiteri monet. Trina verò ea confeſſione peracta, rurſus ille orans benedicit, eique manum imponit. Et cùm illum miniſtri perfectè exuerint, deferunt ſacerdotes ſanctum vnctionis oleum. At verò Pontifex trino crucis ſancta ſignaculo vnctionem inchoans vngendum iam ſacerdotibus toto corpore hominem tradit. Ipſe ad adoptionis matrem profiſciſcitur, eamq; aquas ſancta prece & inuocatione ſanctificans, terq; in eas ad crucis effigiem ſanc... infundens vnguenta illasq; hoc ritu perf... terq; ad numerũ ſacra effuſionis carmen quod Propheta Deo plenus diuinitusq; afflatus cecinere pronunciant ſimul. ſcilicet per ſingulos ſancti vnguentis iactus, iubet afferri hominem, & ter illum Pontifex mergit. Hac trina illum merſione, tres beatitudinis diuina perſonas inclamans. C Aſſumentes autem illum ſacerdotes, ſuſceptori ſuique acceſſus duci committunt & vna cum ipſo, illum veſtem, baptizatis mundiſsime congruam, induunt, ſicq; indutum, rurſus ad Pontificem ... Ille diuino ac deifico prorſus vnguento virũ ſignans, ſacratiſſima communionis participem facit &c.* Hæc autẽ quæ præmiſimus idem Dionyſius ſequenti capite ſpiritali intelligentia proſequitur. Sed & cap.4 eiuſdem libri parte 2. dum de Chriſmate loquitur, & eius cõfectione, *Quod præterea* ait *diuinum eſt ad omnis ſacra rei conſecrationem vtitur vnguento diuino, apertè indicant ſanctificant ... qui ſanctificatur iuxta ſcripturæ teſtimonium ... qui ſemper ſibi ipſi ſimilis atque idem: ... omni diuina benignitatis operatione,* D *idcirco & ſacra regenerationis perficiens donum & gratiam, vnguenti ſacratiſſima conſummatione per ... baptiſterio vnguenti ... in crucem ... Pontifex, palam ... oculis indicat, ad ipſam vſque mortem per crucem ... pro diuina generatione noſtra ſiero ipſi... a morte non poſſet, deſcenſu inferna penetrantem, eoſq; qui in morte ipſius iuxta arcanum ... baptizati eſſent, ex antiqua abſorptione corrumpentis mortis benigniſſimè auellentem, atque renouantem ad diuinam perpetuamq; ſubſtantiam.* Vide Chriſma, & infrà ex Conc Arauſic

Cæremoniarũ quoque baptiſmi meminit T E R T V L L I A N V S C ... lib.de Corona militis E cùm de traditionibus non ſcriptis diſputat, vt videbis in diction. Traditio, *Denique, ait, vt a baptiſmate ingrediar ... adituri ibidem, ſed & aliquanto prius in Eccleſia ſub Antiſtitis manu conteſtamur nos renunciare diabolo & pompæ & angelis eius, dehinc ter mergitamur, amplius aliquid reſpondentes quàm Dominus in Euangelio determinauit.* I D E M lib. de Baptiſ vbi myſticè ea explicat quę in baptiſmo obſeruãtur, *Cùm autem* inquit *ſub tribus & teſtatio fidei & ſponſio ſalutis pignerentur, neceſſario adijcitur Eccleſiæ mentio, quoniam ubi tres, id eſt, Pater & Filius & Spiritus ſanctus, ibi Eccleſia quæ trium corpus eſt. Exinde egreſsi de lauacro perungimur benedicta vnctione de pristina diſciplina qua vngi oleo de cornu in ſacerdotio ſolebãt. Dehinc manus imponitur per benedictionẽ aduo-*

Clemens I.

Forma baptizandi ex Apoſtolis ...

Dionyſius Areopagita.

Obſerua abrenunciationi Sathanæ.

Tertullianus C...

cans & inuitans Spiritum ſanctum, &c. Quæ proſequitur ille Tertullianus figuris veteris Teſtamenti, & teſtimoniis confirmans. Meminit & IVSTINVS MARTYR in Dialogo cùm Tryphone Iudæo, & Apologia ſecunda, ad Antoninum pium, *Rationem* (inquit) *baptiſmi, accepimus ab Apoſtolis. Quoniam prima natiuitas nec ſcientibus, nec volentibus nobis obuenit ex complexu parentum, humoréque genitali, & acceſſerunt mali mores ex educatione. Ideò nec permaneamus vel neceſſitatis vel ignorantiæ filij, ſed fiamus potius voluntatis & ſcientiæ, adipiſcamúrque remiſſionem peccatorum per hoc lauacrum. Inuocatur ſuper inuocantes renaſci, & à peccatis reſipiſcentes, nomen Dei Patris omnium Ieſu Chriſti, & Spiritus ſancti, atque ita hoc lauacro merſati luſtrantur.* Denique omnium cæremoniarum & ritus Baptiſmi tempore Athanaſij Alexandrini vſus ſeruabatur, vt liquet ex his quæ ſcribit RVFFINVS PRESBYTER libro decimo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite decimoquarto, & NICEPHORVS CALLISTVS libro tertio Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, capite trigeſimo ſeptimo & vltimo, *Chriſtianorum* (inquit) *pueris Hebræus puer familiaris erat, & cùm eis ad mare coeuntibus natandi inceſſiſſet cupiditas, conſequutus eſt eos Iudæus. Hunc per ludum pueri nudum ad mare ſtantem baptizarunt, principio ſtatim non initium, poſteaquam verò & tertiam diuini numinis appellationem nominarunt, & ſimul tertiam merſionem peregerunt, extrema linea veſtis textura diſciſſa, & qui circa hæc frequentatur, imaginario amictu facto, in capite eius arcanam, myſticamque galeam adumbrarunt, deinde pro cereo dextram ligno tenui armantes, quæ eius ſacri & ritus ſunt, myſteria omnia abſoluerunt. Poſtremo & circum vicinum templum pſallentes obambularunt, vt verò etiam templum ingreſſi ſunt, diuinam receperunt remunerationem. Idem porro ex aquo qui ita baptiſmo initiatus erat, factus, &c.* Et ORIGENES ADAMANTIVS homilia duodecima in numeros ad calcem, *Videamus ergo* (ait) *quando nos iſta promiſimus, quando hæc verba diabolo denunciauimus. Recordetur vnuſquiſque fidelium cùm primum venit ad aquas baptiſmi, cum ſignacula fidei prima ſuſcepit, & ad fontem ſalutaris acceſſit, quibus ibi tunc vſus ſit verbis, & quid denunciauerit diabolo, non ſe vſurum pompis eius, neque operibus eius, neque omnino ſeruitiis eius ac voluptatibus pariturum, &c.* Et CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro primo, Epiſtolarum epiſtola duodecima, ſic incipit: Cùm ſimul in Concilio eſſemus, &c. *Vngi* (inquit) *neceſſe eſt eum, qui baptizatus ſit, vt accepto chriſmate, id eſt, vnctione, eſſe vnctus Dei, & habere in ſe Chriſti gratiam poſſit.* Quod ante illum magiſter eius eximius Doctor TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de Baptiſmo, *Egreſſi* (inquit) *de lauacro perungimur benedicta vnctione de priſtina diſciplina, qua vngi oleo de cornu in ſacerdotio ſolebant.* Eſt & liber vnus excellentiſſimus EVTROPII VALENTINI Epiſcopi qui florebat anno 600. ad Licinianum Epiſcopum, qui tractat cur baptizatis infantibus poſt hæc tribuatur chriſmatis vnctio. Hinc & Concilium ARAVSICANVM I ſub Leone I. canone primo. & allegat Gratianus de conſecratione diſtinctione quarta, ca. nullus, *Nullus miniſtrorum qui baptizandi recepit officium, ſine chriſmate vnquam debet progredi, quia inter nos placuit ſemel in baptiſmate cremari: de eo autem qui in baptiſmate quacunque neceſſitate faciente non chriſmatus fuerit, in confirmatione ſacerdos commonebitur. Nam inter nos chriſmatis ipſius, non niſi vna benedictio eſt. Non vt præiudicans quicquam dico, ſed vt neceſſaria habeatur chriſmatio repetita.* Idem ſtatuit & Concilium LAODICENVM I. capite quadrageſimo octauo, ſed allegabimus in dictione Confirmatio. in tantum autem requiritur chriſma ſeu vnctio vt Concilium MOGVNTINVM IV. capite decimoquinto, iubeat baptizatum à Catholico vnctione ſignari, ſi forſan nondum ſignatus fuerit, vt dicemus infrà dictione, baptiſmus quando reiterandus. Hinc & AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro decimoquinto de Trinitate, capite vigeſimoſexto, *De Chriſto* (ait) *ſcriptum eſt, quoniam vnxit eum Deus Spiritu ſancto. Non vtique oleo viſibili, ſed dono gratiæ, quod viſibili ſignificatur vnguento, quo baptizatos vngit Eccleſia.* Et THEOPHYLACTVS BVLGARIÆ Epiſcopus tractans caput tertium Ioannis, niſi quis renatus fuerit, &c. *Igitur ſicut in corporali ſemine totum eſt gratia diuina, ita & in Baptiſmate aqua ſubdita eſt, & Spiritus omnia operatur, & inuocatio per preces, imo Dei præſentia. Symbola enim ſepulturæ & reſurrectionis in aqua illa perficiuntur. Tres merſiones triduanæ ſepulturæ ſymbola ſunt, deinde regreditur homo ſicut Dominus, fulgidior & clarior, incorruptionis ferens indumenta, qui in aqua corruptionē ſubmerſit.* De vnctione autem olei ſacri meminit in Lucæ, caput decimū, & in Marcum, capite ſexto. & IOANNES DAMASCENVS libro quarto Orthodoxæ fidei, capite decimo, *Oleum* (ait) *in baptiſmate aſſumitur, vnctionem ſignificans, & Chriſtos, id eſt, vnctos, nos efficiens, & miſericordiam Dei nobis annuncians per Spiritum ſanctum. quia & ramum oliuæ his qui ex diluuio ſaluati ſunt, columba tunc attulit, &c.* Meminit & cæremoniarum baptiſmi etiam EPIPHANIVS CYPRI libro tertio contra hæreſes non longè à fine, & AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro ſecundo de Symbolo ad Catechumenos, capite primo, & libro primo de meritis & remiſſionem peccatorum, cap. 34 & libro de Eccleſiaſticis dogmatibus, capite 31. & tractatu 33. in Euangelium Ioannis. Meminit & IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia de Adam & Eua ad calcem tomo 1. *Illud* (inquit) *quod circa baptizandos in vniuerſo mundo ſancta Eccleſia, ſiue ſint paruuli, ſiue iuuenes, vniformiter agit, nō otioſo contempletur intuitu. Quòd cùm ad regenerationis veniunt ſacramentum, non priùs fontem vitæ ingrediuntur, quam exorciſmis & exſufflationibus clericorum, ſpiritus ab eis immundus abigatur, & deinceps vaſa eius diripiantur in poſſeſſionem tranſlata illius victoris, qui captiuam duxit captiuitatem, &c.* Idem etiam cæremoniarum baptiſmi meminit homil. 13. in regreſſu de Aſia Conſtantinopolim tomo 5. & AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro primo de Symbolo ad Catechumenos, cap. 1. *Exufflantur* (ait) *& exorcizantur paruuli, vt pellatur ab eis diaboli poteſtas inimica, quæ decepit hominem vt poſſideret homines, &c.* quam exufflationem etiam tradit eſſe priſcam traditionem. Hinc & COELESTINVS I. epiſt. 1. ad Epiſcopos Galliæ, ſic de Baptiſmi cæremoniis ſtatuit, cap. 12. *Illud quod circa baptizandos in vniuerſo mundo ſancta Eccleſia vniformiter agit, non otioſo contemplamur intuitu, &c.* quod mutuauit ex ſuperiori loco Ioannis Chryſoſtomi allegato, tum ſubdit, *His ergo Eccleſiaſticis regulis, & ex diuina ſumptis authoritate documentis, ita adiuuante Domino confortati ſumus, vt omnium bonorum*

Iuſtinus Martyr.
Ruffinus presbyter.
Nicephorus Calliſtus
Pulcherrima hiſtoria de Iudæo per ludum baptizato
Origenes Adamantius.
Abrenunciatio Diaboli.
Cyprianus Carthaginen.
Chriſmatis vnctionem ſiue baptizatorum.
Tertullianus Carthaginenſ.
Eutropius Valentinæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Concilium Arauſicanum.
Concilium Laodicenum 1.
Concilium Moguntinum 4.
Auguſtinus Hipponenſis
Theophylactus Bulgarienſis.
De Trina merſione.
Ioannes Damaſcenus.
Geneſ. 8.
Epiphanius Cypri.
Auguſtinus Hipponenſis.
Ioannes Chryſoſtomus
De exſufflationibus & exorciſmis &c.
Auguſtinus Hipponenſis.
Cœleſtinus 1.
Ioan. 1.
Matt. 1.
Marc. 1.
Epheſ. 4.
Eſai. 7.

A B C D E

affectuum atque operum, & omnium ſtudiorum om-nium que virtutũ, quibus ab initio fidei ad Deum ten-ditur, Deum fateamur authorem, & non dubitemus ab ipſius gratia anima hominis merita præueniri, per quẽ fit, vt aliquid boni & velle incipiamus, & facere.

Ambroſius Mediolanenſ.

Tum AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro de his qui myſteriis initiantur, capitibus 2. 5. 6. & cæteris, formam exprimit baptizandi, cæremoniarúmque meminit, ſicut & libro primo de Sacramentis, capite primo, vbi cur tangat na res baptizandi ſacerdos, exponit, & capite ſecundo de vnctione & abrenunciatione diſputat, & capite quinto, ſic ad calcem, *Deſcendit* (ait) *Chriſtus, deſcẽdit & Spiritus ſanctus* (loquitur de baptiſmo Chriſti) *quare prior deſcendit Chriſtus*, poſteà Spiritus ſanctus, *cum forma baptiſmatis & vſus hoc habeat, vt ante fons conſecretur, & tunc deſcendat, qui baptizandus eſt? Nam vbi primùm ingreditur ſacerdos, exorciſmum facit, ſecundo ſuper creaturam aquæ inuocationem, poſtea & precem defert, vt ſanctificetur fons, & adſit præſentia Trinitatis æternæ.* IDEM & libro ſecundo, capite ſeptimo, de triplici immerſione, & triplici interrogatione, atque vnctione diſſerit. & libro tertio, capite ſecundo, de luto & ſputo loquitur, cuius verba libenter hic apponerem, ſed prolixitate me deterret. De cæremoniis itẽ Baptiſmi meminit HIERONYMVS STRIDONENSIS in Dialogo aduerſus Luciferianos, & in caput ſextum. Amos Prophetæ. Inſuper idem ſtatuit de cęremoniis & ritu Baptiſmi Concilium TVRONENSE III. capite decimooctauo, *Epiſcoporum* (ait) *magna ſit ſolicitudo preſbyteris ſuis tradere baptiſmi ſacramentum, & quid in eodem renunciandum, quidve credendum ſit. Renunciatur ergo diabolo, & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius. Opera eius intelliguntur & ſunt, homicidia, fornicationes, adulteria, ebrietates, & multa alia ſimilia his, quæ nimirum diabolico inſtinctu prius cogitatione mentis concipiuntur, quàm opere perpetrentur. Pompæ verò eius ſunt, ſuperbia, iactantia, elatio, vana gloria, faſtus, & alia quàm plurima, quæ ex his oriri videntur.* Hoc multò prolixiori dictamine repetit Concilium PARISIENSE III. libro primo, capite decimo: nam & ſacerdotes adhortatur ſollicitè ea populo prædicare, vt pacti quod in Baptiſmate ſpoponderunt, ſint memores. Hæc iterum prolixioribus ſermonibus repetit & Concilium MOGVNTINENSE II. præſidente in eo Rabano Mauro Archiepiſcopo Moguntino, capite tertio, quod in ſequenti annotatione ſatis euadet cognitum. Lege ergo quæ ſequuntur

Hieronymus Stridonenſis.

Concilium Turonenſe 3. ſub Carolo Magno, & Leone 3.

Interpretatio operũ Diaboli & pompæ.

Cõcilium Pariſienſe 3. ſub Lodouico & Lothario Auguſtis.

Baptiſmi pactum impiè ſoluitur.] Concilium PARISIENSE III. libro primo, capite nono, *Pactum quod cum Deo in baptiſmate fit, à multis ex toto, à nonnullis ex parte tranſgreditur. Ex toto quippe tranſgreditur, quando quis poſt acceptam baptiſmi gratiam, aut ad infidelitatem, aut ad hæreſim, aut certè ad ſchiſma prolabitur. Ex parte verò, quando quis, aut ad ſuperbiam, aut ad inuidiam, aut ad cætera vitia ſpiritualia, quæ ex eius radice ſuperbiæ prodeunt, labitur. Vnde Dominus in Euangelio. Qui autem* (inquit) *ſuper petroſa ſeminatus eſt, hic eſt qui verbum audit, & continuo cum gaudio accipit illud. Non habet autem in ſe radicem, facta autem tribulatione, aut perſecutione, propter verbũ continuò ſcandalizatur, &c. Conſtat igitur vnumquemque fidelem Deo in baptiſmate duarum pactionum nexibus ſe obligare, altera quâ abrenunciare diabolo, & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius: altera verò quâ ſe in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum profitetur. Vnde etiam ſub eiuſdem ſanctæ Trinitatis inuocatione baptiſmatis gratiam conſequitur. Cùm ergo poſt huiuſcemodi abrenunciationem quibuſlibet vitiorum illecebris illectus, ad ea quibus renunciauit redit, necnon poſt tantæ fidei perceptionem, in apoſtaſiam, aut infidelitatis aut hæreticæ prauitatis aut fraterni ſchiſmatis, prolabitur, procuıldubio vtriuſque pactionis tranſgreſſor efficitur: quarum altera, quia baptiſmi iteratione nequit, pœnitentiæ lamentis, eleemoſynarum largitionibus, cæteriſque bonorum operum exhibitionibus dilui poteſt. Altera verò quæ prædicta contagionis lepra commaculata fuerit, niſi hæc primùm per Chriſti earnem gratiam, & ad vnitatem Eccleſiæ redierit, mundari & priſtinæ fidei colorem ſanitatiſque vigorem, recuperare non poterit.* Hoc & Concilium TRIDENTINVM ſeſſione ſeptima, capite primo de Baptiſmo anathematizat eum, qui dixerit baptiſmum liberum eſſe, non neceſſarium ad ſalutem: aut quòd doctrina Romanæ Eccleſiæ de baptiſmi ſacramento, non eſt vera: aut Baptiſmum tantùm obligare ad fidem, non autem ad vniuerſam legem Chriſti ſeruandam: aut peccata omnia quæ poſt baptiſmum fiunt, ſola recordatione Baptiſmi, aut fide dimitti, vel venialia fieri: aut Baptizatum non poſſe gratiam, etiam ſi velit amittere, quantumcunque peccet, niſi nolit credere: hæc & alia proponentes anathematizantur. Vide ſequentia.

Matthæi 13.

Homo ſe duobus nexibus pactorum obligat in baptiſmo.

Concilium Tridentinum.

Anathematizantur hæreſes plures circa baptiſmum. vide

Baptiſmus neceſſarius nec differendus.] CLEMENS I. epiſtola quarta, quæ eſt ad Iulium & Iulianum: *Ne putetis* (ait) *quod etiamſi omnem pietatem colatis, omnémque iuſtitiam, Baptiſmum verò non accipiatis, ſpem poſſitis habere apud Deum, imò maiore pœna digni eritis, qui bona opera non benè operati eſtis. Confertur enim meritum homini ex bonis geſtis, ſed ſi ita gerantur ſicut Deus iubet. Deus autem iuſſit omnem colentem ſe baptiſmo conſignari, quod ſi vos renueritis, vt veſtræ voluntati magis quàm Dei obtemperetis, contrarij ſine dubio & inimici eſtis voluntati eius. Sed dicis fortaſſe, quid confert aqua Baptiſmus ad Dei cultum? Primò quidem quia quod Deo placuit, impletur. Secundò quia regenerato ex aquis & Deo renato fragilitas prioris natiuitatis quæ vobis per hominem facta eſt amputatur, & ita demum peruenire poteritis ad ſalutem, aliter enim impoſſibile eſt. Sic enim nobis cum ſacramento verus Propheta teſtatus eſt dicens. Amen amen dico vobis, niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto non introibit in regnum cælorum. Et ideo accelerate, eſt enim in aquis illis miſericordia eius quædam, quæ ex initio ferebatur ſuper eas, & agnoſcit eos qui baptizantur ſub appellatione triplicis ſacramenti, & eripit eos de ſupplicijs futuris, quaſi donum quoddam offerens Deo, animas per baptiſmum conſecratas. Confugite ergo ad aquas iſtas, ſolæ ſunt enim quæ poſſint vim futuri ignis extinguere, ad quas qui moratur accedere, conſtat in eo adhuc infidelitatis idolum permanere & ab ipſo prohiberi ad aquas properare quæ ſalutem conferunt. Siue enim iuſtus, ſiue iniuſtus, baptiſmus ei per omnia neceſſarius eſt. Iuſto quidem vt adimpleatur in eo perfectio, & regeneretur Deo: iniuſto verò, vt peccatorum quæ geſſit remiſſio concedatur.* SIXTVS I. in decreto quod allegatur in codice ſexdecim librorum, libro quarto, capite quinto, *Perpendant* (ait) *presbyteri quanti diſcriminis ſit, animas innocentium per eorum negligentiam à regno Dei excludi. Si enim gaudium eſt in cælo, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quid putas quanta ira & indignatio ſuper illum erit, qui per ſuam negligen-*

Clemens I. Idem iterum Clemẽs habet lib. 6. cap. 15. cõſtitutionũ Apoſtolicarum. Neceſſitas ſuſcipiendi Baptiſmi. Vide opera meritoria, Caluine.

Ioann. 3.

Sixtus I.

Baptiſmus accelerãdus præcipitur.

Lucæ 11.

A *tiam ianuam paradiſi, innocentibus claudit? Et ideo presbyteri ſumma diligentia caueant, ne animæ pro quibus ſanguis Chriſti effuſus eſt per ſuam incuriam a cœleſti beatitudine ſeparentur. Sed ſi, quod abſit, euenerit, graui pœnitentiæ luctui ſe ſubmittat, per cuius neglectum euenerit.* Idem iubet AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro tertio de Sacramentis, capite primo & ſecundo, & IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia prima in actus Apoſtolorũ non longè à fine. *Fortaſſe multos auertimus* (ait) *ne nunc accipiant baptiſma. Verùm non propterea diximus hæc, ſed vt qui iam acceperunt, perſeuerent in multa ſobrietate multáque modeſtia. At dicit aliquis, metuo. ſi metueres, accepiſſes vtique ſeruaſſéſque. Verùm ob hoc ipſum, inquies, non*

Ambroſius Mediolanenſis.

Ioannes Chryſoſtomus.

B *accipio, quòd metuam. At non metuis ſic ex hac vita decedere? humanus, inquies, eſt Deus:* Igitur accipe baptiſmum. *Humanus enim eſt & opitulatur. Tu verò, vbi vigilandum erat, non occupas iſtam humanitatem Dei: vbi verò tibi viſum fuerit differre, tum venit in mentem illius humanitas, &c.* Hinc Concilium CARTHAGINENSE I. vel II. vel III. & allegat Gratianus cauſa prima, quæſtione prima, capite placuit, *Quidam* (ait) *dum differunt, ſi ſine gratia baptiſmi de hac vita receſſerunt neceſſe eſt vt à ſacerdotibus negligentibus eorum perditio requiratur, quorum ſpolia patres pertimeſcentes a baptiſmi gratia ſe ſubtraxerunt, &c.* Idem omnino Concilium BRACARENSE II. capite ſeptimo.

Concilium Carthaginenſe.

C Vide ſequentia: vide Pœnitentia.

Côcilium Bracarenſe 2.

Baptiſmus paruuolrum defenditur.] CLEMENS Libro ſexto Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite decimoquinto, *Baptizate* (inquit) *puerulos veſtros, & educate eos in diſciplina & præceptis Dei. Sinite enim, inquit, paruulos venire ad me, talium eſt enim regnum cælorum.* DIONYSIVS AREOPAGITA libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ parte tertia, capitis ſeptimi, *Illud verò* (ait) *quod pueri quoque qui necdum poſſunt intelligere diuina ſacri baptiſmatis, altiſſimorumque communionis ſacroſanctæ, ſignorum participes fiant, videtur quidem profanis vt dixiſti* (Timotheum alloquitur) *rationabiliter irridendum, ſi auditores minus idoneos Epiſcopi diuina edocent, & non intelligentibus ſanctas traditiones nequicquam tradunt, & quod*

Clemens 1.

Matth. 19.

Dionyſius Areopagita.

Cauſam pro Baptiſmate infantium aſſumit Dionyſius

D *adhuc ridiculoſius eſt, alii pro ipſis abrenunciant, ſanctáque ineunt fœdera. Verùm oportet tuam ſanctam prudentiam errantibus non indignari, ſed religioſa ſimul & inſtructionis aliorum gratia cum charitate rationem reddere, & confutare obiecta, & illud inſuper addere iuxta diuinas leges, quo pacto non anguſtiora omnia noſtra ſcientia circumſcribuntur, & plurima ex his quæ ignoramus, cauſas habent digniſſimas, nobis quidem ignoratas, verùm præſtantioribus ordinibus cognitas. Complura item ſummas illas, altiſſimáſque ſubſtantias latent, ſolique ſapientiſſimæ ac ſapientiæ authori diuinitati nota ſunt. Verumenim de ea re*

E *iſta quoque dicimus quæ ſancti præceptores noſtri ex priſtina traditione edocti, ad nos deriuarunt. Aiunt enim, quod eſt veriſſimum, infantes ſi ſancta lege formentur, ad ſacrum peruehendos habitum omni errore liberos, & vitæ expertes impura. Iſtud cùm piiſſimis ducibus noſtris in mentem veniſſet viſum eſt admittere infantes hoc modo, vt naturales oblati paruuli parentes puerum vni ex fidelibus tradant, præclaro diuinarum rerum magiſtro, ſub quo iam puer ſit quaſi ſub patre diuina ſanctéq; ſalutis alumno. Hinc itaque præſul ſpondentem puerum iuxta ſanctam educationem vitam, requirit, vt abrenunciationem profiteatur, fidémque confiteatur, non (vt illi videntes aiunt) alium*

Patrinorum ſiue ſuſceptorũ inſtitutio antiquiſſima.

A *pro alio imbuit ſacris. Neque enim hoc ille ait, Ego pro puero abrenunciatione facio, aut fides ſacramenta profiteor, ſed ita puer renunciat & profitetur, id eſt, ſpondeo puerum inducturum, cum ad ſacram intelligentiam venerit, ſedulis adhortationibus meis vt abrenunciet contrariis omnino, profiteatúrque & peragat diuina quæ pollicetur. Nihil igitur, vt reor, indignum eſt, ſi ad diuinum inſtitutum puer adducitur, ſanctum habens præceptorem, qui illi diuinarum rerum habitum tradat, malorumque ſeruet immunem.* Teſtem inuoco omnem hominem, ſi non hæc ſit doctrina quæ adhuc hodie in noſtra Eccleſia obſeruatur. Huius etiam doctrinæ aſtipulatur TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro

B de baptiſmo vt iam alibi dictum eſt. Sed & baptiſmi paruulorum meminit IRENÆVS LVGDVNENSIS libro ſecundo contra hæreſes Valentini & ſimilium, capite trigeſimo nono, *Omnes* (ait) *venit Chriſtus per ſemetipſum ſaluare: omnes, inquam, qui per eum renaſcuntur in Deum, infantes, & paruulos & pueros, & iuuenes, &c.* ſed & CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro tertio, Epiſtolarum epiſtola octaua, quæ eſt ad Fidum presbyterum, & intitulatur, de infantibus baptizandis, cuius initium eſt Legimus literas tuas. &c. Scribit autem Cyprianus nomine totius Concilij CARTHAGINENSIS patrum ſeu Epiſcoporum LXVI. ſub eodem celebrati, &

Tertullianus Carthag.

Irenæus Lugdunenſis

Cyprianus Carthaginen.

Concilium Carthag. cel. ſub Cypriano celebratum

C in hac epiſtola ſcribit ei, ita patres diffiniſſe, vt infantes baptizarentur, vnde ſic ait, *Quantum ad cauſam infantium pertinet, quos dixiſti intra ſecundum vel tertium diem, quo nati ſunt conſtitutos, baptizari non oportere, & conſiderandam eſſe legem circunciſionis antiquæ, vt intra octauum diem eum qui natus eſt, baptizandum & ſanctificandum non putares, longe aliud in concilio noſtro omnibus viſum eſt. In hoc enim quod tu putabas eſſe faciendum, nemo conſenſit, ſed vniuerſi potius iudicauimus, nulli hominum nato miſericordiam Dei & gratiam denegandam, &c.* per totam epiſtolam idem pulcherrimis oſtendit argumentis oro lectorem, vt videat. Et ORIGENES ADAMANTIVS in epiſtolam

Origenes Adamantius.

D ad Romanos libro quinto, capite ſexto, *Eccleſia* (ait) *ab Apoſtolis traditionem ſuſcepit etiam paruulis baptiſmum dare ſciebant enim illi quibus myſteriorum ſecreta commiſſa ſunt diuinorum, quia eſſent in omnibus genuinæ ſordes peccatorum, quæ per aquam & ſpiritum ablui deberent.* IDEM homilia decimaquarta in Lucam. *Paruuli baptizantur* (ait) *in remiſſionem peccatorum quorum peccatorum? vel quo tempore peccauerunt, aut quomodo poteſt illa lauacri in paruulis ratio ſubſiſtere, niſi iuxta illum ſenſum, de quo paulo ante diximus, nullus mundus a ſorde? &c.* Idem, & homilia octaua in Leuiticum & IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia de Adam & Eua, tomo primo. *Ergo* (ait) *prædicat Eccleſia Ca-*

Ioannes Chryſoſtomus.

E *tholica vbique diffuſa, debere paruulos baptizari propter originale peccatum, quia filios procreare ex præcepto Dei venit, cupiditas vero quæ facit filios procreare ex pœna peccati venit, &c.* Et HIERONYMVS STRIDONENSIS libro tertio aduerſus Pelagianos ad calcem, præmemoratæ meminit epiſtolæ Cypriani de baptizandis infantibus. Sic autem introducit Critobulum obijcientem Attico. *Dic quæſo, & me omni libera quæſtione, quare infantuli baptizentur? Attic. vt eis peccata in baptiſmate dimittantur.* CRITOB. *Quid enim cõmeruere peccati? Quiſquã ne ſoluitur nõ ligatus?* ATTIC. *Me interrogas? Reſpondebit tibi Euangelica tuba, Doctor gentium, vas aureũ, in toto orbe reſplendens. Regnauit mors ab Ada*

Hieronymus Stridonenſis.

vſque

Rom. 5.

vſque ad Moyſen, etiam in eos,qui non peccauerunt, in ſimilitudinem præuaricationis Adam.qui eſt forma futuri. Quod ſi obieceris dices,eſſe aliquos qui non peccauerunt, intellige eos illud non peccaſſe peccatum, quod peccauit Adam.præuaricando in paradiſo præceptum Dei. Cæterùm omnes homines,aut antiqui præuaricatoris Adam,aut ſuo nomine tenentur obnoxij. Qui paruulus eſt, paretur in baptiſmo vinculo ſoluitur. Qui eius ætatis eſt, quæ poteſt ſapere, & alieno. & ſuo,Chriſti ſanguine liberatur. Ac ne me putes heretico ſenſu hæc intelligere,beatus martyr Cyprianus, cuius te in ſcripturarum teſtimoniis digerendis æmulum gloriaris, in epiſtola quam ſcribit ad Epiſcopum Fidum,de infantibus baptizandis. hæc memorat, &c. Vide reliquum. Hinc AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro decimo, Epiſtolarum epiſtola 84. quæ eſt ad ſactam virginem Demetriadem,

Ambroſius Mediolanenſis.

Hinc Adæ peccatum (ait) exemplo poſteris aſſerebatur nocuiſſe, non tranſitu,& quam illi poſſibile fuerat non violare mandatum. tam liberum eſſe vnicuique declinare delictum. Hinc euacuatio baptiſmatis paruulorum, qui ſola adoptione donari, nullo autem reatu dicerentur abſolui, &c. Et libro ſecundo de vocatione Gentium, capite octauo conqueritur, quare paruuli non baptizati decedentes,à perpetua alienentur ſalute: vt alibi dicemus AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro quarto de baptiſmo cõtra Donatiſtas,capite vigeſimo etiam Cypriani ſuperius allegatam profert authoritatem,& capite vigeſimotertio ſubſequitur, *Nullus Chriſtianorum dixerit, paruulos inaniter baptizari, qui certè nondum poſſunt credere ad iuſtitiam, & ore confiteri ad ſalutem.* Et iterum libro decimo de Geneſi ad literam.capite vigeſimo tertio, *Conſuetudo* (ait) *noſtræ Eccleſiæ in baptizandis paruulis nequaquam ſpernenda eſt, neque vllo modo ſuperflua deputanda, nec omnino credenda,niſi Apoſtolica eſſet traditio* (collige ex ſuperioribus) *Habet enim & illa parua ætas magnum teſtimonij pondus, quæ primo pro Chriſto meruit ſanguinem fundere, &c.* IDEM libro de Spiritu & anima capite quarto, *Neceſſe eſt* (ait) *paruulum dum viuit, Chriſti ſacramento renouari, ne obſit eius animæ ſocietas carnis peccati, quæ grauat etiam corpore exuta,niſi dum in corpore viuit ſalutari fuerit remedio expiata.* Item & libro de Eccleſiaſticis dogmatibus, capite trigeſimoquarto, *Quicunque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remiſſionem quidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur, vnde fit conſequens vt in eis forma baptiſmatis in remiſſionem peccatorum non vera, ſed falſa intelligatur, anathema ſit, &c.* Et epiſt. 105. *Sicut paruulos* (ait) *renaſci per miniſterium baptizantium. ita & eos etiam credere per corda & ora geſtantium confitemur* Idem epiſt. 107. & epiſt 89. & infinitis alijs in locis. Sed hæc ad confirmationem ſufficiant Hinc Concilium CARTHAGINENSE III. cui idem interfuit Auguſtinus, canone 48 *Quicunque negat. paruulos per baptiſmum Chriſti a perditione liberari, & ſalutem percipere ſempiternam, anathema ſit* Et aliud adhuc Concilium CARTHAGINENSE ſub Innocentio I. epiſtola quam miſit ad eundem Innocentium, contra Cœleſtinum & Pelagium diſputat. qui dicebant.non debere infantes baptizari: quia,vt dicebant iſti, *non perierunt, nec eſt quod in eis ſaluetur,vel tanto precio redimatur, quia nihil eſt in eis vitiatum,nil tenetur ſub diaboli poteſtate captiuum,nec pro eis fuſus eſſe ſanguis in remiſſionem legitur peccatorum. promittebantq; & ſi non baptizentur,habituros vitam æternam, nec ad eos pertinere, quibus Dominus ait, venit filius hominis quærere, & ſaluare quod perierat.* Quanquam per baptiſmum Chriſti etiam paruulorum fieri redemptionem libello ſuo Cœleſtius in Carthaginenſi Eccleſia iam confeſſus eſſet. Tales ergo anathematizauit Concilium. Eoſdem & INNOCENTIVS I. confutat epiſtola 26. quæ eſt ad patres Mileuitani Concilij, *Si* (ait) *nihil valuit efficere non renaſci fateantur neceſſe eſt.nec regenerationis ſacra flumina prodeſſe: denique Dominus ait: Sinite paruulos venire ad me,talium eſt enim regnum cælorum, &c.* Cui ſubſcribit & ſuo tempore celebratum Concilium MILEVITANVM canone ſecundo. & allegat Gratianus de conſecratione diſtinctione quinta, capite Placuit, *Placuit,vt quicunque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat aut dicit in remiſſionem quidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur,vnde fit conſequens vt in eis forma baptiſmatis in remiſſionem peccatorum non vere ſed falſè intelligatur, anathema ſit. Quoniam non aliter intelligendum eſt quod ait Apoſtolus: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors,& ita in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. niſi quemadmodum Eccleſia Catholica vbique diffuſa ſemper intellexit, propter hanc enim regulam fidei etiam paruuli, qui nihil peccatorum in ſemetipſis adhuc committere potuerunt: ideo in peccatorum remiſſionem veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt* Idem omnino & Concilium AFRICANVM ſub Bonifacio I. canone 77. ſubſcribens præfato Concilio Mileuitano.nam ſic habet ad calcem prædicti canonis, *Placuit, vt ſi quis dixerit: ideò dixiſſe Dominum in domo patris mei manſiones multæ ſunt,vt intelligatur quia in regno cælorum erit aliquis medius,aut vllus alicubi locus,vbi beate viuant paruuli,qui ſine baptiſmo ex hac vita migrarunt, ſine quo in regno cælorum quod eſt vita æterna intrare non poſſunt,anathema ſit. Nam cum Dominus dicat, niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto non intrabit in regnum cælorum, quis Catholicus dubitet, participem fore diaboli eum, qui cohæres eſſe non meruit Chriſti. Qui enim dextera caret ſiniſtram procul dubio partem incurret.* Hunc canonem vſurpat & allegat AVGVSTINVS HIPPONENSIS in Euangelium Ioannis tractatu 67. hæc & LEO I. epiſtola 84. quæ eſt ad Nicetam Aquileienſem Epiſcopum confirmat. Vbi illam prædictam ſententiam Apoſtoli exponens, per vnum hominem peccatum intrauit in mundum,& per peccatum mors & ita in homines omnes pertranſijt, propter quod & ipſi paruuli baptizantur, *Quamuis* (ait) *in illo vno poſſint intelligi plura peccata, ſi vnum ipſum in ſua quaſi membra, ſingula diuidantur. Nam & ſuperbia eſt illic quia in ſua homo potius eſſe,quam in Dei poteſtate dilexit: & ſacrilegium, quia Deo non credidit: & homicidium, quia ſe præcipitauit in mortem: & fornicatio ſpiritualis, quia integritas mentis humanæ, ſerpentina ſuaſione corrupta eſt: & furtum, quia prohibitus vſurpatus eſt cibus, quia plus quàm ſufficere illi debuit appetiuit: & ſi quid aliud in hoc vno admiſſo diligenti conſideratione poterit inueniri. Parentum quoque peccatis paruulos obligari, nõ ſolum primorum hominum, ſed etiam ſuorũ, de quibus nati ſunt non improbabiliter dicitur. Illa quippe ſententia, Reddam peccata patrum in filios, tenet eos vtique antequam per regenerationem ad teſtamentũ nouum incipiant pertinere, quod teſtamentũ propheta. . . ſur.cum diceretur per*

Auguſtinus Hipponenſis.

Hæc memorantur ab Auguſtino ex cano. . . ſynodi Mileuitani, ſub Innocentio I. vide infra.

Concilium Carthaginenſe.

Concilium Carthaginenſe ſub Innocentio I.

Obiecta Pelagianorum.

Lucæ 19.

Innocentius I. cõtra Pelagianos.

Matth. 19.

Concilium Mileuitanum quod Galicè dicitur. Mileto ſub Innocẽtio I & Honorio atq; Archadio Imperatoribus.

Rom. 5.

Cõcilium Africanum.

Ioan. 4.

Ioan. 3.

Auguſtinus Hipponenſis. Leo I.

Ezechiel 18. Ezechiel 2. Ierem. 3.

Ezechielem non accepturos illus pecc... patrum ſuorum, nec vlterius futuram in Iſrael parabolam illam: Patres mali ducauerunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt. Ideò enim quiſque renaſcitur, vt ſoluatur in eo quicquid peccati eſt, cum quo naſcitur. Nam peccata quæ malè agendo poſtea committuntur, poſſunt & pœnitendo ſanari, ſicut etiam poſt baptiſmũ fieri videmus. At per hoc non eſt inſtituta regeneratio, niſi quia vitioſa eſt generatio, vſque adeò vt etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat. In iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. in vtero me aluit: neque hic dixit, in iniquitate vel in peccato, cum hoc rectè dici poſſet. ſed iniquitates, & peccata dicere maluit: quia & in illo vno, quod in omnes homines pertranſiuit, quódque tam magnum eſt, vt eo mutaretur & conuerteretur in neceſſitatem mortis humana natura, ſicut ſuprà diſſerui. Reperiuntur peccata plura, alia parentum, quæ licet non poſſint mutare naturam, reatu tamen obligant filios, niſi gratuita gratia & miſericordia diuina ſubueniat. A paruulo enim recens nato (allegat hoc Gratianus de conſecrat. diſtin. 4. cap. A paruulo) *vſque ad decrepitum ſenem, quamlibet corporis ætatem gerant, ſicut nullus prohibendus eſt à baptiſmo: ita nullus eſt qui non peccato moriatur in baptiſmo. ſed paruuli originali, maiores autem etiam his omnibus moriuntur peccatis, quæcunque malè viuendo addidere ad illud quod naſcendo traxere.* Idem & epiſt. 46. diſputat contra Pelagianos qui baptiſmum paruulis denegabãt. & Concilium GERVNDENSE cano. 5. *De paruulis qui nuper e materno vtero editi ſunt, placuit conſtitui vt ſi infirmi vt aſſolet fuerint, & lac maternum non appetunt, etiam eadem die qua nati ſunt, ſi oblati fuerint, baptizentur.* GREGORIVS I. lib. 4. Dialogorum, cap. 17. *Petrus. Cùm humanum genus multis atque innumeris vitiis ſit ſubiectũ, Hieruſalem cœleſtis patria maximam partem ex paruulis vel infantibus arbitror poſſe compleri. Gregorius. Et ſi omnes baptizatos infantes atque in eadẽ infantia morientes ingredi regnum cœleſte credendum eſt, omnes tamen paruulos, qui ſcilicet iam loqui poſſunt, regna cœleſtia ingredi credendum non eſt, quia nonnullis paruulis eiuſdem regni cœleſtis aditus à parentibus clauditur, ſi malè nutriantur & exemplum proponit.* Porrò de baptiſmo infantum etiam agit in reſponſionibus ad interrogata Auguſtini Anglorum Epiſcopi, cap. 10. vt dicemus in dictione mulier grauida. Et Concilium TOLETANVM II. ſub Leone II. & Eringio Rege, cano. 2. *Etenim paruulorum infantium vita, originali peccato obnoxia quæ nulli propter ætatem diſcernendi vel expetendi ſenſus aptior iudicetur, niſi ex ſponſione fidelium baptiſmi accipiant ſacramentum, nullo ſenſu, nulla etiam diſcretionis induſtria id appetere poſſunt, vnde ſicut baptiſma quod neſcientibus paruulis ſine vlla contentione in fide tantum proximorum accipitur, ita pœnitentiæ donum quod neſcientibus illabitur, abſque impugnantia violationis, hi qui & illud acceperint, obſeruabunt, &c.* BERNARDVS CLAREVALLENSIS ſerm. 1. in Ramis palmarum, *Ibi certè ne ipſe quidem pullus deerit, quoniam & ſi murmuret hæreticus paruulos nõ ſinent venire, paruulorum baptiſmo detrahens, qui paruulus natus eſt, & primam paruulorum elegit aciem (innocentes loquor) hodie quoque paruulos à gratia nõ excludit, &c.* IDEM ſerm. 66. in Cantica ad calcem. *Itaque & mulier ſaluabitur per filiorum generationem, ſi permanſerit in fide cum leuitate, & infantibus per lauacri regenerationem ſuccurretur, & adulti qui continere non poterunt coniugii triceſimo fructu ſe rediment.* Et ſermone 68. ſuper Cantica,

Pſal. 50.
Cõcilium Gerundenſe.
Gregorius Magnus.
Cõcilium Toletanum 2.
Bernardus Clareuallenſis Abbas.
1. Timoth. 2.

Porrò (ait) infantium renatorum, neminem carere meritis, ſed Christi habere merita certum eſt, &c. Et epiſtola 77. quæ eſt ad magiſtrum Hugonem de ſancto Victore, incipit. Si tibi videor, &c. paulò ante medium. *Sanè infantes quia hanc, prohibente ætate, non poſſunt habere fidem, hoc eſt cordis ad Deũ conuerſionem, conſequenter nec ſalutem, ſi abſque baptiſmi perceptione moriuntur: non quòd vel ipſi quando baptizantur, fide omnino careant, ſine qua impoſſibile eſt, vel ipſos placere Deo, ſed ſaluantur & ipſi per fidem, non tamen ſuam, ſed alienam, &c. Lege.* Idem de baptiſmo infantium ſtatuit Concilium MOGVNTINENSE IV. canone 13. & Concilium TRIDENTINVM ſeſſione quinta, ſub Paulo III. *Propter hanc enim regulam fidei, ex traditione Apoſtolorum etiam paruuli, qui nihil peccatorum in ſemetipſis adhuc committere potuerunt, in remiſſionem peccatorum veraciter baptizantur, vt in eis, regeneratione mundetur quod generatione contraxerunt. Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua, &c.* Vide plura in dictione Peccatũ originale. IDEM & ſeſſione quarta, capite de Baptiſmo, *Si quis dixerit, neminem eſſe baptizandum niſi ea ætate qua Chriſtus baptizatus eſt, vel in ipſo mortis articulo, anathema ſit. Si quis dixerit paruulos, eò quòd actum credendi non habent, ſuſcepto baptiſmo inter fideles computandos non eſſe, ac propterea cùm ad annos diſcretionis peruenerint, eſſe rebaptizandos, aut præſtare omitti eorum baptiſma, quàm eos non actu proprio credentes baptizari in ſola fide Eccleſiæ, anathema ſit. Si quis dixerit huiuſmodi paruulos baptizatos, cùm adoleuerint interrogandos eſſe, an ratum habere velint, quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti ſunt: & vbi ſe nolle reſponderint, ſuo eſſe arbitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad Chriſtianam vitam cogendos, niſi vt ab Euchariſtiæ aliorúmque ſacramentorum perceptione arceantur, donec reſipiſcant, anathema ſit.* Et vt concludamus, & finem imponamus huic propoſitioni, ſic FACVLTAS LOVANIENSIS ſub Carolo V. anno 1544. congregata articulo ſecundo, & PARISIENSIS ſub Franciſco I. anno 1543. articulo primo diffiniuit. *Sacramentum baptiſmi omnibus eſt neceſſarium ad ſalutem, etiam paruulis quo videlicet peccata omnia remittuntur & indulgentur, & baptizati filii Dei efficiuntur & hæredes vitæ æternæ: qui baptiſmus etiam non poteſt iterari.* Vide ſequentia. Vide Catechumenus.

Baptiſmi gratia, priuati infantes quo tendunt.] Hoc ſufficienter ex ſuperioribus annotationibus inſinuatur. Verumtamen ne quippiam omiſiſſe videamur annotatu dignum, ſic reſpondet AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro ſecundo de vocatione gentium, capite octauo, *Neque credi fas eſt (ait) eos qui regenerationis non adepti ſunt ſacramentum ad vllum beatorum peruenire conſortium, &c. Verumtamen, quare tanta multitudo non regeneratorum infantium à perpetua alienetur ſalute, non conturbabitur cor noſtrum, ſi firma & ſtabili fide, omne iudicium Dei iuſtum eſſe credamus, nec appetamus habere cognitum, quod voluit eſſe ſecretum. vt vbi inueſtigari non poteſt quare ita iudicet, ſufficiat ſcire quia iudicet, &c.* Et infrà. *Non autem latet, quantum cordibus fidelium deſidia gigneretur, ſi in baptizandis paruulis nihil de cuiuſquam negligentia, nihil de ipſorum eſſet mortalitate metuendum.* Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro quinto contra Iulianum Pelagianum, capite decimo, *Ego non dicò paruulos ſine Chriſti baptiſmate morientes, tanta pœna eſſe*

Concilium Moguntinenſe 4.
Cõcilium Tridentinum.
In hoc errore fuit Eraſmus Roterodamus.
Facultas Louanienſis, & Pariſienſis.
Ambroſius Mediolanenſis.
Auguſtinus Hipponenſis

pleƈten-

plectendos, vt eis non naſci potius expediret, &c. Et poſt pauca. *Quis dubitauerit paruulos non baptizatos in damnationis omnium leniſſima futuros?* Idem libro de peccato. merit. & remiſſio libro 1. cap. 16. *Poteſt rectè dici paruulos ſine baptiſmo de corpore exeuntes, in damnationem omnium mitiſſimam futuros. Multum autem fallitur, qui eos in damnationem prædicat non futuros, &c.* Et GREGORIVS I. libro 7. Regiſt. epiſtola 51. ad Secundinum incluſum. *Quaris quid eis reſpondendum ſit, qui dilectionem tuam de paruulorum animabus requirunt, qui ſine baptiſmatis gratia moriuntur, dicentes, ſi corpus originali tenetur culpa, vnde anima quæ à Deo datur, rea erit, quæ adhuc in actuali delicto, corpori non conſenſit? Sed hac de re, dulciſſima mihi tua charitas ſciat, quia de origine animæ inter ſanctos patres requiſitio non parua verſata eſt, ſed vtrum ipſa ab Adam deſcenderit, an certè ſingulis detur incertum remanſit, eámque in hac vita inſolubilem faſſi ſunt eſſe quæſtionem. Grauis enim eſt quæſtio nec valet ab homine comprehendi. Quia ſi de Adam ſubſtantia, anima cum carne naſcitur, cur non etiam cum carne moritur? Si verò cum carne non naſcitur, cur in ea carne, quæ de Adam prolata eſt, obligata peccatis tenetur. Sed cum hoc ſit incertum, illud incertum non eſt, quia niſi ſacri baptiſmatis gratia fuerit renatus homo, omnis anima originalis peccati vinculis eſt obſtricta, hinc enim ſcriptum eſt, non eſt mundus in conſpectu eius, nec vnius Diei infans ſuper terram. Hinc Dauid ait, in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Hinc ipſa veritas dicit, niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non introibit in regnum cælorum. Hinc Paulus ait, ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Cur ergo infans qui nihil egit, in conſpectu omnipotentis Dei non valet eſſe mundus? Cur Pſalmiſta ex legitimo coniugio prolatus, in iniquitate conceptus eſt? Cur niſi qui mundatus aqua baptiſmatis fuerit, mundus non eſt? Cur in Adam omnis homo moritur, ſi originalis peccati vinculis non tenetur? Sed quia genus humanum in parente primo velut in radice putruit, & ariditatem traxit in ramis, & inde omnis homo cum peccato naſcitur vnde primus homo permanere noluit ſine peccato.* Eſt & canon. 2. Concilio CONSTANTINOPOLITANO III. (quod eſt 6. generale dicitur) attributus, ſed parùm habet authoritatis. qui præcipit vt pro prædicta cauſa baptiſmus ſine mora infantibus infirmis non negetur. *Alioquin (ait) ſciat ſe de eo ſacerdos rationem redditurum.* Vide præcedentia, & ſequentia. Vide Catechumenus.

Gregorius 1.

De origine animæ quæſtio.

Ioannis 3.

Iob 25.

Pſal. 50.

1. Corinth. 15.

Concilium Conſtantinopolitanum 3.

Baptiſmi miniſter quis:] Hoc ex ſuperioribus & ex ſubſequentibus ſatis euadit perſpicuum: ſed vt ſingula ſuo ordine ponamus CLEMENS I. libro 3. Apoſtolicarum conſtitutionum capite 10. *Sed neque reliquos clericos baptizare permittimus veluti, lectores, cantores, oſtiarios, miniſtros, ſed ſolos epiſcopos, & preſbiteros, miniſtrantibus illis diaconis, qui hoc auſi fuerint, Choritarum ſupplicium patientur.* Idem adhuc epiſtola 3. & libro 6. conſtitutionum apoſtolicarum c. 15. *Contenti ſint (ait) vno ſolo baptiſmo qui in Domini morte traditur non miniſterio abominandorum hæreticorum, ſed probatorum ſacerdotũ, in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti. Neque impiorum baptiſmus recipitur, neque is qui per ſanctos adminiſtratur altero baptiſmo debet irritus effici, &c.* Vide Baptiſmus non iterandus, & in multis locis de miniſtro baptiſmi fit mentio. EVGENIVS IV. Vt iam antea allegauimus in Concil. Florentino, formam baptiſmi tradens Armenis & Græcis, inter cætera. *Miniſter ſacramenti baptiſmi eſt ſacerdos, cui ex officio competit baptizare. In cauſa autem neceſſitatis non ſolum ſacerdos, vel diaconus, ſed etiam laicus, vel mulier, imo etiam paganus & Hereticus, baptizare poteſt, dum modo formam ſeruet Eccleſiæ, & facere intendat, quod facit Eccleſia.* Hoc eſt notiſſimum ex hiſtoria quam ſuperiùs ex Nicephoro attulimus. Hinc dicit AVGVSTINVS HIPPONENSIS cap. 3. Scalæ paradiſi. *Baptizandi officium conceſſit Dominus multis, poteſtatem verò & authoritatem in baptiſmo remittendi peccata, ſibi ſoli retinuit.* Plura afferrem teſtimonia, ſed paſſim in toto diſcurſu de baptiſmo inſeruntur. Vide ſequentia.

Clemens I.

Numeri 16.

Eugenius 4.

Auguſtinus Hipponenſis.

Baptiſmus æquè à malo, ſicut à bono datus, prodeſt.] AVGVSTINVS HIPPONENSIS in Euangelium Ioannis, tractatu vndecimo. *Per bonos boni naſcuntur (ait) cum per ſanctos ſancti baptiſantur: Per malos mali, cum & qui baptizãt inique & impie viuunt, Per malos boni, cum mali ſunt qui baptizant & boni qui baptiſantur. Per bonos mali, cum boni ſunt qui baptizant, & mali qui baptizantur ſcilicet.* Et iterum ibidem *Nemo præſumat quia de bonis naſcitur, nemo præſumat quia per ſanctos baptizatur. Baptiſmus qui datus a Iuda, baptiſmus Chriſti erat, qui autem à Ioanne datus, baptiſmus Ioannis erat non Iudam Ioanni, ſed baptiſmum Chriſti etiam per Iudæ manus datum, baptiſmo Ioannis etiam per manus Ioannis dato, rectè præponimus.* Idem libro 2. contra Creſconium Grammaticum cap. 21. *Baptizant quantum attinet ad viſibile miniſterium & boni & mali, inuiſibiliter autem per eos ille baptizat cuius eſt viſibile baptiſma, & inuiſibilis gratia. Tingere ergo poſſunt & boni & mali: abluere autem conſcientiam non niſi ille qui ſemper eſt bonus.* Et libro 3. contra eumdem cap. 6. *Inter bonos miniſtros cum ſit alius alio melior, nullo modo eſt melior baptiſmus qui per meliorem datur, & nullo modo eſt malus qui etiam per malum datur, quando idem baptiſmus datur, & ideo per miniſtros diſpares, Dei munus æquale eſt, quia non illorum, ſed eius eſt.* Et aliis infinitis locis & ANASTASIVS II epiſtola ad Anaſtaſium Auguſtum cap. 7. allegatur à Gratiano diſtinctione 19. capite Secundum, &c. *Secundum conſuetudinem Eccleſiæ catholicæ ſacratiſſimum ſerenitatis tuæ pectus agnoſcit, quod nullum de his vel baptizauit Acacius hæreticus vel quos ſacerdotes, ſiue leuitas, ſecundum canones ordinauit, vlla eos ex nomine Acacij portio læſionis attingat, quo forſitan per iniquum tradita ſacramenti gratia minus firma videatur. Nam & baptiſma quod procul ſit ab eccleſia, ſiue ab adultero, ſiue a fure fuerit datum, ad percipientem munus peruenit illibatum quia vox illa quæ per columbam ſonuit omnem maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto & igne. Nam viſibilis Solis iſtius radij cum per loca fœtidiſſima tranſeunt, nulla contactus inquinatione maculantur, multo magis illius qui iſtum viſibilem fecit virtus, nulla miniſtri indignitate conſtringitur. Nam & Iudas cum fuerit ſacrilegus atque fur, quidquid egit inter Apoſtolos pro dignitate commiſſa beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta ſenſerunt, declarante hoc ipſum domino manifeſtiſſima voce, ſcribæ, inquit, & Phariſæi ſuper cathedram Moſi ſedent, quæ dicunt facite, quæ autem faciunt nolite facere: dicunt enim & non faciunt. Quidquid ergo ad hominum profectum, quilibet in Eccleſia miniſter in officio ſuo videtur operari hoc tantum contineri implendo diuinitatis effectum. Ita ille, per quem Chriſtus loquitur, Paulus affirmat. Ego*

Anaſtaſius 2. Papa

Matthæi 3. & Lucæ 3.

plantaui, Appollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Ita neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus, à Deo autem non quæritur, quis vel qualis prædicet, ſed quem prædicat vt inuidos etiam bene prædicare Chriſtum confirmet quo malo diabolus ipſe deiectus eſt, & hoc ipſo prædicare non deſinit. Et ſubiungit cap. 8. *Ideo ergo & ipſe Acatius, cuius nomen dicimus eſſe reticendum, male bona miniſtrando ſibi tantum nocuit. Nam inuiolabile ſacramentum quod per illum datum eſt, aliis perfectionem ſuæ virtutis obtinuit, ei autem obfuit.* Plura in ſequenti annotatione colliges. Vide quod ſequitur. Vide & Pœnitentia.

1 Corinth. 3.

Philipp. 1.

Baptiſmus hæreticorum an valeat, & quid [de baptizatis ab eis ſit faciendum.]

Annotationē iſta ſedulo obſerua propter concupiſcentiam plurimorum.

Canō 46 Apoſtolorum.

2. Corinth. 6.

Canon Apoſtolorum XLVI. *Epiſcopum aut presbyterum Hæreticorum ſuſcipientem baptiſma damnari præcipimus. Quæ enim conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli* cum infideli? Idem prohibet & illorum diſcipulus Clemens I libro 3 Conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 15. Vt alibi citauimus. His tamen non reluctatur, licet aliter ſentiat, pio intuitu Innocentius I. epiſtola 2. quæ eſt ad Victricum Rhotomagenſem epiſcopum capite 8. qui Hæreticos venientes à nouatianis & hæreticis aliis per manus impoſitionem iubet ſuſcipi: *Quia* (ait) *quamuis ab hæreticis, tamen in Chriſti nomine ſunt baptizati, præter eos qui a nobis ad illos tranſeuntes rebaptizati ſunt, &c.* Et epiſtola 8. quæ eſt ad Alexandrum Antiochenum Epiſcopum cap. 3. & allegat Gratianus cauſa 1. quæſt. 1. c. Arrianos. *Arrianos cæteraſque huiuſmodi peſtes, quia eorum laicos conuerſos ad Dominum ſub imagine pœnitentiæ ac Sancti ſpiritus ſanctificatione, per manus impoſitionem ſuſcipimus, non videtur clericos eorum, cum ſacerdotij aut miniſterij cuiuſpiam ſuſcipi debere dignitate, quoniam quibus ſolum baptiſma ratum eſſe permittimus, quod vtique in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti perficitur. nec Spiritum ſanctum eos habere ex illo baptiſmate, illiſque myſteriis, arbitramur, quoniam cum a Catholica fide eorum authores deficerent perfectionem ſpiritus quam acceperant amiſerunt. Nec dare eius plenitudinem poſſunt, quæ maximè in ordinationibus operatur, quam per impietatis ſuæ perfidiam potius, quam per fidem dixerim perdiderunt.* Et in Concilio Africano I. capite 14 facta eſt inquiſitio de baptiſmo Donatiſtarum qui ſolis infantibus baptiſma tribuunt, ne parentum errore, cùm conuerſi fuerint, impediantur promoueri & latiùs Idem, cap. 24. allegaturque à Gratiano cauſa 1. quæſt. 4 cap. Quia apud, &c. Explicans eandem ſententiam. *Quoniam ergo* (ait) *vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma, & iterari non liceat, quod ſemel dari oportet, qui ab hæreticis fuerint baptizati, anathematizato nomine erroris recipiãtur per manus impoſitionem, in vnam Eccleſiam, vnam columbam (vt dictum eſt) & vnam matrem omnium Chriſtianorum, vbi omnia illa ſacramenta ſalubriter & æternè & vitaliter accipiuntur, quæ perſeuerantibus in hæreſi magnam damnationis pœnam conquirunt vt quod eis in veritate ad æternam vitam conſequendam eſſet luminoſum hoc in errore ſit tenebroſum atque damnoſum. Quod fugientes nonnulli, & noſtræ Eccleſiæ vbera cognoſcentes, qui illa omnino ſancta myſteria amore veritatis crediderunt atque perceperunt, quibus ſacramentorum rebus cùm vita bona probitas acceſſerit, ſine dubio ad officium clericatus tales eſſe applicandos, & maximè in tanta rerum neceſſitate, nullus eſt qui non concedat quamquam nonnulli eiuſdem ſectæ clerici cum plebibus atque honoribus ſuis, ad nos tranſire deſiderent, quos amore honoris aut perſuadent ad vitam, aut retinent ad ſalutem. Sed hoc maiore fratrum conſiderationi dimittendum eſt. Tantùm de hiis qui infantes baptizarunt ſatagimus, vt noſtra in iiſdem ordinandis conſentiant voluntati.*

Clemens I.

Innocentius I.

Concilium Africanum ſub Bonifacio I.

De clericis qui ab hæreſi reuertuntur ad Eccleſiā ſuam.

Hinc & Auguſtinus Hipponenſis libro de fide ad Petrum, parte 2. cap. 3. *Firmiſſime tene, & nullatenus dubites, ſacramentum baptiſmatis non ſolum intra Eccleſiam Catholicam, ſed etiam apud hæreticos, qui in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti baptizant, eſſe poſſe ſed extra Eccleſiam Catholicam prodeſſe non poſſe, imò ſicut intra Eccleſiam rectè credentibus per ſanctum baptiſmum conferri ſalutem, ſic extra Eccleſiam baptizatis, niſi ad Eccleſiam redierint, eodem baptiſmo accumulari perniciem. Tantum enim valet Eccleſiaſticæ ſocietatis vnitas ad ſalutem, vt baptiſmo non ſaluetur, cui non ibi datur vbi oportet, vt detur. Ineſſe tamen homini baptiſmum etiam extra Eccleſiam baptizato, ſed ad iudicium ineſſe ab Eccleſia ſeparato.* Et iterum Idem libro 2. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 7. *Baptiſmus datus in hæreſi vel ſchiſmate cùm ad vnitatem Eccleſiæ peruenitur, non tamen iteratur.* Et libro 3. capite 11. *Nos non abluimus eum qui apud hæreticos, vel in aliquo ſchiſmate extra communionem Eccleſiæ baptizatus eſt, non tamen ei prodeſſe in quantum hæreticorum vel ſchiſmaticorum peruerſitati conſentit, nec illos qui baptizant quamuis ipſum etiam verum dent baptiſmi ſacramentum, rectè tamen facere extra Eccleſiam colligere, & contra Eccleſiam ſentire. Sed aliud eſt non habere aliquid, aliud non iure habere, vel illicitè vſurpare. Non itaque ideo non ſunt ſacramenta Chriſti & Eccleſiæ, quia eis illicitè vtuntur, non hæretici ſolum, ſed etiam omnes iniqui & impij. Sed tamen illi corrigendi aut puniendi, illa verò agnoſcenda & veneranda ſunt.* Idem & libro 4. cap. 1. & 2. & libro 2 Contra Creſconium Grammaticum cap. 12. & alibi. Sed hæc ſufficiant. Hinc & Leo I. epiſtola 35. quæ eſt ad Leonem Rauenatenſem Epiſcopum capite 2. *Erga baptizatum ab hæreticis*, ait, *nullatenus ſacramentum regenerationis iteretur, ſed hoc tantum quod ibi defuit conferatur, vt per Epiſcopalem manus impoſitionem, virtutem ſancti ſpiritus conſequatur.* Idem hæc iterum renouat epiſtola 77. quæ eſt ad Nicetam Aquileienſem Epiſcopum, capite 7. & allegat Gratianus, cauſa 1. quæſtione 1. capite Hi qui baptiſmum & capite Hanc regulam. *Hanc ergo regulam* ait *ſeruandam in omnibus Eccleſiis prædicamus, vt lauacrum ſemel initum nulla iteratione violetur, &c.* Vide 10 ſequenti propoſitione: Baptiſmus non iteretur & epiſtola 90. quæ eſt ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum cap. 17. allegatúrque à Gratiano de conſecratione diſt. 4. cap. His de quibus & ab Iuone Carnotenſ. libro 1. Decretorum. *Hi autem de quibus ſcripſiſti qui ſe baptizatos ſciunt ſed cuius fidei fuerint qui eos baptizarent ſe neſcire profitentur, quolibet modo formam baptiſmatis acceperint, baptizandi non ſunt, ſed per manus impoſitionem inuocata virtute ſpiritus ſancti, quam ab hæreticis accipere non potuerunt, Catholicis copulandi ſunt.* Sed & Gregorius I. libro 9. Regiſtri epiſtola 61. quæ eſt ad Quirinum Epiſcopum, & epiſcopos Hyberniæ hanc ſententiam approbat, vt etiam allegat Gratianus, de conſecratione diſt. 4. *Ab antiqua* (ait) *patrum inſtitutione didicimus, vt quilibet qui apud hæreſim in Trinitatis nomine baptizantur, cum ad ſanctam Eccleſiam redeunt, aut vnctione chriſmatis, aut impoſitione manus, aut ſola profeſſione fidei, ad*

Auguſtinus Hipponenſis.

Extra Eccleſiā licet baptiſma vere conferatur, non tamen prodeſt baptizato niſi ad [illegible] eſſe [illegible] fuerit.

Leo [illegible] huius nominis cognomēto Magnus.

[illegible]

Gregorius Magnus.

ſinum

A ſinum matris Eccleſiæ reuocentur vnde Arrianos per impoſitionem manus Occidẽs, per vnctionem verò ſancti chriſmatis, ad ingreſſum ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ Oriens reformat, Monophyſitas verò & alios, ex ſola vera confeſſione recipit: quia ſanctum baptiſma quod ſunt apud hæreticos conſecuti, tunc in eis vires emendationis accipit, vel cùm illi per impoſitionem manus Spiritum ſanctum acceperint, vel iſti per profeſſionem veræ fidei, ſanctæ & vniuerſalis Eccleſiæ viſceribus fuerint vniti. Hi verò Hæretici (Hoc allegat etiam Gratianus diſtinct. 4 de conſecrat cap. Hi verò) qui in Trinitatis nomine minime baptizantur, ſicuti ſunt Bonoſiaci & Cataphrygiæ quia & illi Chriſtum Dominum non credunt & iſti Spiritum ſanctum peruerſo ſenſu eſſe quẽdam prauum hominem Montanum

In quibus Hæreticis Baptiſmus debeat iterari.

B credunt quorum ſimiles multi ſunt alij cùm ad ſanctam Eccleſiam veniunt baptizantur, quia baptiſma non fuit, quod in errore poſiti in ſancta Trinitatis nomine minime perceperunt. Nec poteſt hoc ipſum baptiſma dici iteratum, quod ſicut dictum eſt in Trinitatis nomine non erat datum. Idem omninò confirmat Concilium CONSTANTINOPOLITANVM III. quod dicitur 6. generale in Trullo celebratum canone 95. ſuorum decretorum Idem & Concilium RHOTHOMAG canone 5. & allegat Burchardus lib 4. decretorum capite 39. Baptiſma (aiunt patres præfati Concilij) vnum eſt, ſed in Eccleſia Catholica, cuius nos membra effecti ſu-

Concilium Conſtantinopolitanũ 3. dictum 6. generale.

Concilium Rhotomagenſe, hoc concilium ... eſt in 4. voluminibus conciliorum inſertur.

C mus, vbi vna fides eſt, vbi in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti datur, & ideo qui apud illos hæreticos baptizati ſunt, qui in ſancta Trinitatis confeſſione baptizant, & veniunt ad nos, recipiantur quidem quaſi baptizati, ne ſanctæ Trinitatis inuocatio, vel confeſſio annulletur, ſed doceantur integrè & inſtruantur ſenſu ſanctæ Trinitatis, & myſterio quod in ſancta Eccleſia tenetur, & ſi conſentiunt credere, vel acquieſcunt confiteri purgata fidei integritate, firmentur manus impoſitione. Si verò paruuli ſunt habetes, qui doctrinam non capiant, reſpondeant pro illis qui eos offerunt, iuxta morem baptizandi, & ita interrogẽtur, vt ſciant quid reſpondere debeant, & ſic manus impoſitionem accipiant Hinc ad eandem rem Concilium MOGVN

De paruulis qui reducuntur ab hære. ad fidem Eccleſiæ quomodo reconcilientur.

Cõcilium Moguntinenſe 4.

D TINVM IV. capite 15. de Paruulis, qui forſam ab hæreticis baptizati vel aliis, non recepiſſent ſacram vnctionem, iubet vt per Catholicum ſacerdotem poſtea ſuppleatur, in pectore, ſcapulis, & in vertice cùm chriſmate, & ſi conſtat eos non ritè baptizatos ſecundum debitam formam, eis ſecundum ritum Eccleſiæ baptiſma tradatur. Iterum Concilium VORMATIENSE cap. 5. Vt allegat Burchardus lib 4. decretorum cap. 40. Quicunque baptizatus fuerit ab hæreticis in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, nullo modo rebaptizari debet, ſed per ſolam manus impoſitionem purgandus eſt. Et Concilium TRIDENTINVM

Concilium Vormatienſe allegat Burchardus, ſed nõ reperi in canonibus eiuſdem impreſſis.

Concilium Tridentinum.

E ſeſſione 6. capite de Baptiſmo. Si quis dixerit baptiſmum qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti cùm intentione faciendi quod facit Eccleſia, non eſſe verum baptiſmum, anathema ſit Plura collige ex ſuperioribus annotationibus, & ex ſequenti. Vbi adhuc plura teſtimonia deprehendes.

Baptiſmus iterari prohibetur.] Hoc ex ſuperiori de baptiſmo hæreticorum annotatione ſatis euadit cognitum, verumtamen adhuc quædam inſerere libuit. CANON APOSTOLORVM XLVII. allegat Gratianus diſtinctione 34. capite Præter ſententialiter. Epiſcopus aut presbiter, ſi eum qui ſecundum veritatem habuerit baptiſma, denuo baptizauerit, aut pollutum ab impijs

Canon Apoſtolorum.

A non baptizauerit, deponatur, tamquam deridens crucem & mortem Domini, nec ſacerdotes a falſis ſacerdotibus iure diſcernent. CLEMENS I. libro 6. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 15. Neque, ait, impiorum baptiſmus recipitur, neque ij qui per ſanctos adminiſtrantur altero baptiſmo debet irritus effici. Vt enim vnus eſt Deus, & vnus eſt Chriſtus, & Paracletus vnus, ſic vnus eſt baptiſmus qui in eius nomine datur Et paulò poſt. Verumtamen initiatos iterum baptizare tentantes, crucifigunt Dominum, iterum eum interimunt, derident diuina, eludunt ſancta, inſultant ſpiritui, ſanguinem ſanctum veluti communem contemnunt, peccant in mittentem, in paſſum, & in teſtificantem. Eſt epiſtola CYPRIANI

Clemens 1.

Cyprianus Carthaginenſis.

B CARTHAGINENSIS ad Iubaianum de Hæreticis baptizandis, in qua confitetur non licere baptiſma reiterare, cùm illud exponit actuum 8. Cum audiſſent Apoſtoli qui erant Hieroſolymis, quia recepit Samaria verbum Dei, &c. Vbi docet Petrum & Ioannem Samaritanos non ſecundo baptiſmo abluiſſe, quia iam à Philippo Diacono baptizati erant, ſed tantum eis manum impoſuiſſe, vt acciperent Spiritum ſanctum. Et idcirco (ait) quoniam legitimum & Eccleſiaſticum baptiſmum conſecuti fuerant baptizari eos vltra non oportebat, ſed tantummodo quod deerat, id à Petro & Ioanne factum eſt, vt oratione pro eis habita & manu impoſita inuocaretur & infunderetur ſuper eos Spiri-

C tus ſanctus, &c. Hinc præceptor eius & doctor. TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de Baptiſmo Semel ergo (ait) baptiſmum inimus, ſemel delicta diluuntur, quia ea iterari non oportet. Cæterum Iſrael Iudæus quotidie lauat, quia quotidie inquinatur, quod ne in nobis quoque factitaretur, propterea de vno lauacro definitum eſt. Fœlix aqua quæ ſemel abluit, quæ ludibrio peccatoribus non eſt, quæ non aſſiduitate ſordium infecta, rurſus, quos diluit, inquinat, &c. Iterum CYPRIANVS CARTHAGINENSIS epiſtola 3. libri 2. & ſermone de ablutione pedum. Baptiſmum (ait) repeti Eccleſiaſtica prohibent regulæ, & ſemel ſanctificatis nulla deinceps manus iterum conſecrans præſumit accedere.

Tertullianus Carthaginenſ.

Cyprianus Carthaginenſ.

D Nemo ſacros ordines ſemel datos iterum renouat. Nemo ſacro oleo lita, iterum linit aut conſecrat, &c. Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro de fide ad Petrum capite 3. Quiſquis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti baptiſmi ſacramentum acceperit, integrum ſacramentum accipit, ſed ſalutem, quæ virtus eſt ſacramenti, non habebit, ſi extra Catholicam Eccleſiam ipſum ſacramentum habuerit. Ergo ideo debet ad Eccleſiam redire, non vt ſacramentum baptiſmatis iterum accipiat, quod nemo debet in quolibet homine baptizato repetere, ſed vt in ſocietate Catholica vitam æternam accipiat, &c. Et antè Auguſtinum, Concilium CARTHAGINENSE I ſub Syluestro I. vel Marco I. canone 1. Illicitas eſſe ſan-

Auguſtinus Hipponenſis.

Concilium Carthaginen. 1

E cimus rebaptizationes, & ſatis eſſe alienum à ſyncera fide, & Catholica diſciplina diſcuſſus eſt autem titulus rebaptizationis neceſſarius, in quo plus ſchiſmatis rabies delitescebat, & habita moderatione legis vigore & authoritate fides cuſtodita eſt. Idem omnino ſtatuit poſtea Concilium CARTHAGINENSE III. canone 38. Et ante hæc IVSTINVS MARTYR quæſtione 14. ad Orthodoxos, quærentibus, quare hæretici baptizati, dum conuertuntur, non rebaptizantur, cùm eorum baptiſma non ſit verum, & in Eccleſia collatum, reſpondet. Hæretici ad rectam opinionem venientes, delictum corrigunt prauæ quidem opinionis mutatione ſententiæ, baptiſmatis autem vnctione ſancti vnguenti ſuffra-

Concilium Carthag. 3 cui interfuit Auguſtinus.

Iuſtinus Martyr de Hæreticis non baptizandis vide ſuperiorẽ annotationẽ de baptiſmo Hæreticorum.

giorum

giorum autem impoſitione manuum: nec quicquam manet eorum quæ ante fuerunt, quin ſanatur. Verumtamen Cyprianus libro 1. epiſtola 6. ad Magnum. Hæreticorum Baptiſma iterandum cenſet, ſicut & in aliis locis vt pote epiſtola 12. eiuſdem libri ſed ſequenda eſt patrum priùs memoratorum opinio. Præterea narrat EVSEBIVS CAESARIENSIS libro 7. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 8. & refert ſententiam cuiuſdam viri ſanctiſſimi, nomine DIONYSII ALEXANDRINI Epiſcopi, libro 5. de Baptiſmate ad Xiſtum Romanæ vrbis Epiſcopum, *Erat* (inquit ille Dionyſius) *apud nos frater quidam fidelis antiquitus, antequam etiam ego epiſcopus ordinarer, imò & antequam deceſſor meus Heraclas. Hic cum intereſſet his qui baptizantur, & audiret, vel quid interrogentur, vel quid reſpondeant, flens acceſſit ad me, & procidens ad pedes meos confiteri cœpit, ſe Baptiſma ab hæreticis aliter ſuſcepiſſe, quod tamen ſecundum ea quæ nunc videret à nobis miniſtrari, nec Baptiſma duceret, eò quod eſſet repleta blaſphemiis omnis illa confeſſio. Simul & hoc addebat, ſe in tantum pro hoc errore ſtimulari, vt ne oculos quidem ad Deum auderet erigere. Propter quod exorabat ſe mundari & purificari Eccleſiaſtico Baptiſmate, vt & gratiam poſſet conſequi Spiritus ſancti. Quod ego facere auſus non ſui, ſed dixi poſſe ei ſufficere tam multi temporis communionem, quam in Eccleſia conſecutus eſt per hoc, quòd à nobis Euchariſtia ſuſpiciens donum, reſponderet Amen. ex quo & per ſingula potuiſſet ipſa ſacramentorum virtute purgari, &c.* Eandem hiſtoriam prolixiori ſtilo proſequitur NICEPHORVS CALLISTVS libro 6. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ cap. 9. Qui & aliam refert libro 8. cap. 44. loquens qualiter Athanaſius adhuc ephebus per ludum à coæuis pueris in Epiſcopum ſit conſecratus. *Et cum eſſet conſecratus, etiam per ludum Epiſcopalia exercebat officia, & quoſdam pueros baptizauit. Inquiſiuit autem Alexander Alexandrinæ Eccleſiæ tum præſul, vbi rem iſtam reſciuit à pueris cum quid vmbratilis epiſcopus per ludum ritus ſacros peragens dixerit, tum quid reſponderint, qui ſacris ab eo initiati eſſent. Atque vbi rem quamlibet iuxta Eccleſiaſticam traditionem ſeruatam reperit, cum Epiſcopis qui ei tum aderant re deliberata, non denuo baptizandos eſſe cenſuit, qui ſemel per ſimplicitatem diuina gratia digni effecti eſſent. Et tantummodo ea quæ ſacerdotibus facere fas eſt, in myſterio adimplere iuſſit. Pueros autem eo quem in ludo cœperant ordine, ipſum Deum teſtem faciens, in Eccleſiam induxit, & propinquis ſuis tradidit, vt ab eis cuſtodirentur, atque in imitatione ad progreſſus faciendos inſtruerentur, qui ſic abunde inſtitutionem puerilem aſſecuti eſſent, rogauit, &c.* Hinc SYRICIVS I. epiſtola ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum cap. 1. *Prima pagina tua fronte ſignaſti Baptizatos ab impiis Arrianis plurimos ad fidem Catholicam feſtinare, & quoſdam de fratribus noſtris eoſdem denuo Baptizare velle, quod non licet. Cum hoc fieri & Apoſtolus vetet, & canones contradicant, & poſt ceſſatum Ariminenſe Concilium, miſſa ad prouincias à venerandæ memoriæ prædeceſſore meo* LIBERIO I. *Generalia decreta prohibeant, quos nos cum Nouatianis aliiſque hæreticis ſicut eſt in ſynodo conſtitutum, per inuocationem ſolam ſeptiformis Spiritus Epiſcopalis manus impoſitione, Catholicorum conuentui ſociamus. Quod etiam totus Oriens Occidenſque cuſtodit: à quo tramite vos quoque poſthac minime conuenit deuiare, ſi non vultis à noſtro collegio ſynodali ſententia ſeparari.* Idem Concilium AFRICANVM ſub Bonifacio 1. cap 24. vt ſupra retulimus. Ideo etiam de Baptiſmate non reiterando, in his qui lapſi ſunt ſtatuit FOELIX III. epiſtola 1. decretali capite 1. quæ approbata, & lecta eſt in Concilio ROMANO ſub eodem celebrato, vt poſuimus in dictione. Lapſus Idem quoque poſtea & ſtatuit VIGILIVS I. epiſtola ad Eutherium Epiſcopum cap 3. vide ibidem. Hinc etiam de non rebaptizandis Catholicis GREGORIVS III. epiſtola 4. quæ eſt ad Bonifacium Archiepiſcopum Moguntinenſem. *Quoſdam* ait *abſque interrogatione ſymboli, ab adulteris & indignis presbyteris faſſus es baptizatos: in his tua dilectio teneat antiquum morem Eccleſiæ, quia quiſquis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti baptizatus eſt, rebaptizari eum minimè licet. Non enim in nomine baptizantis, ſed in nomine Trinitatis huius gratiæ donum percepit. Et teneatur quod Apoſtolus ait: vnus Deus, vna Fides, vnum Baptiſma.* Ideo epiſtola 5. prohibet ne hi qui in nomine Trinitatis fuerint Baptizati, quamuis gentiles, rebaptizentur, ſed per manus impoſitionem & ſacri chriſmatis vnctionem confirmentur. Et ideò ZACHARIAS I. epiſtola 2. quæ eſt ad eumdem Bonifacium Moguntinenſem Epiſcopum ſic ait. *Vigilius & Sedonius, viri religioſi, apud Baioariorum Prouinciam degentes, ſuis apud nos litteris vſi ſunt, per quas intimauerunt, quod tua reuerenda fraternitas eis iniungeret Chriſtianos denuo Baptizare. Quod audientes nimis ſumus conturbati, & in admirationem quandam incidimus, ſi habetur, vt dictum eſt. Retulerunt quippe quod fuerit in eadem prouincia ſacerdos, qui latinam linguam penitus ignorabat, & dum baptizaret, neſciens latini eloquij infringens linguam, diceret. Baptizo te in nomine Patria, & Filia, & Spiritus ſancta ac per hoc tua fraternitas conſiderauit rebaptizare. Sed ſanctiſſime frater ſi ille qui baptizauit, non errorem introducens, aut hæreſim, ſed pro ſola ignorantia Romanæ locutionis, infringendo linguam, vt ſupra fati ſumus, baptizans dixiſſet, non poſſumus conſentire, vt denuo baptizetur, quia (quod tuæ bene compertum [illegible] fraternitas) quicunque baptizatus fuerit ab hæreticis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti nullo modo rebaptizari debent, ſed per ſolam manus impoſitionem purgari debeat. Nam ſi ita eſt, [illegible] non amplius [illegible] prædicentur huiuſmodi, ſed vt patres ſancti docent & prædicant, tua ſanctitas ſtudeat conſeruare.* Præterea NICOLAVS I. ad conſulta reſpondens Bulgarorum, & allegat Gratianus de conſecratione diſt. 4. A quodam. *A quodam Iudæo neſcitis vtrum Chriſtiano an pagano multos in patria veſtra baptizatos aſſeritis, & quid inde ſit agendum conſulitis: Hi profectò ſi in nomine Trinitatis, vel tantum in nomine Chriſti (ſicut in actibus Apoſtolorum legitur) baptizati ſunt: vnum quippe idemque eſt, vt ſanctus Ambroſius exponit, quia non illorum ſed eius eſt, rebaptizari non debent.* Hinc & Concilium TARRACONENSE canone 6. allegat Burchardus libro 4. decretorum cap. 50. *Dictum nobis eſt, quod quidam de plebibus aut ter ab Epiſcopis ignorantibus tamen eiſdem Epiſcopis, confirmentur. Vnde nobis viſum eſt eandem confirmationem, ſicut nec Baptiſmum iterari minimè debere, quia bis vel amplius baptizatos, aut confirmatos, non ſæculo, ſed ſoli Domino, ſub habitu regulari vel clericali religioſiſſime famulari decretum eſt.* De non rebaptizando etiam pluribus agit verbis Concilium MOGVNTINVM IV. cap. 13. & Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 7. capite de Baptiſmo. *Si quis dixerit verum [illegible] rite collatum Baptiſmum iterandum eſſe [illegible] apud infideles fidem*

Eusebius Cæſarienſis.
Dionyſius Alexandrinus.
Nota Hiſtoriam pulcherrimam.
Attende ceremonias in Baptiſmo obſeruandas.
Nicephorus Calliſtus.
Hiſtoria lectu digniſſima.
Syricius 1.
Epheſ. 4.
Liberius 1.
Fœlix 3.
Côcilium Romanū ſub Fœlice 3.
Vigilius 1.
Gregorius 3.
Epheſ. 4.
Zacharias 1.
De quodam ſacerdote [illegible]
Nicolaus 1.
Actuum 19.
An[illegible] Mediolanenſis
Concilium Tarraconenſe [illegible] in 4. volumine [illegible] conciliorum 1.
Concilium Moguntinum 4.
Concilium Tride[ntinum]

Chriſti negauerit, cum ad pœnitentiam conuertitur, anathema ſit. Hoc dicemus etiam dictione Lapſus. Vide etiam ſuperius, de Baptiſmo paruulorum. Portò idem facultates Theologicæ, Louanienſis & Pariſienſis, coofirmant, vt ſuperiùs allegauimos. Coniunge & ſequentia.

Leo 1.

Baptiſmum iterantium pœna & cenſura.] L E O I. epiſtola 77. ad Nicetam Aquileienſem Epiſcopum capite 6. allegatur à Gratiano cauſa 16 quæſt. 7. cap. Tempora. *Hi verò* (ait) *de quibus dilectio tua nos credidit conſulendos, qui ad iterandum Baptiſmum, vel metu coacti ſunt, vel errore traducti, & nunc ſe contra Catholicæ Fidei ſacramentum egiſſe cognoſcunt, ea eſt cuſtodienda moderatio, qua in ſocietatem noſtram non niſi per pœnitentiæ remedium, & per impoſitionem Epiſcopalis manus, communionis recipiant vnitatem. Tempora pœnitudinis habita ratione tuo conſtituente iudicio, prout conuerſorum animos perſpexeris eſſe deuotos, pariter etiam habens ſenilis ætatis intuitum, & periculorum quorumque aut ægritudinum reſpiciens neceſſitates, in quibus ſi quis ita grauiter vrgeatur, vt dum adhuc pœnitet, de ſalute ipſius deſperetur, oportet ei per ſacerdotalem ſolicitudinem communionis gratia ſubueniri.* Et

Concilium Ilerdenſe.

Concilium I L E R D E N S E cano. 13. *Catholicus qui filios ſuos in hæreſi Baptizandos obtulerit, oblatio illius in Eccleſia nullatenus recipiatur.* Et cano. 14. *Cum rebaptizatis, fideles religioſi nec in cibo participent.* Sed & Concilium T O L E T A N V M III. cano. 2. in confeſſione patrum eiuſdem Concilij *Quicunque rebaptizandi ſacrilegum opus eſſe bonum credit, aut crediderit, agit, aut egerit, anathema ſit.* Item & Concilium L A T E R A N E N S E ſub Innocentio 3. capite 4. & allegatur extra, de Baptiſmo cap. 6. Excommunicant Græcos, ſi de cætero præſumpſerint Latinos rebaptiſare, vt facere pro more habebant. Sed de his etiam lege ſequentia.

Concilium Toletanum 3.

Concilium Lateranēſe ſub Innocentio 3

Concilium Hipponenſe.

Baptiſmus quando licitè iteratur.] Concilium H I P P O N E N S E canone 40. ſtatuit vt hi, qui in nullo teſtimonio ſe Baptizatos nouerunt, baptizentur, & in decreto quo Concilium claudit ſubditur. *Non oportet dubitari, quòd remoto ſcandalo diſſenſiones vniuerſæ plebis, inuitata pacis compenſatione & ſacrificio charitatis aboleantur, quæ maiorum ſuorum authoritatem ſequentes, repetitione Baptiſmi commiſerunt.* Hoc tamen ſub concluſione additur. *Hanc rem placuit non confirmari priùs quam exinde tranſmarina Eccleſia conſulatur.* Et ſic ſignauerunt Epiſcopi, emancipatione ad meliorem tractatum dilata. Idem tamen confirmat Concilium C A R T H A G I N E N S E V. canone ſexto & allegat Gratianus de conſecratione diſtinctione 4. capite Placuit. *Placuit de infantibus, quoties non inueniuntur certiſſimi teſtes qui eos Baptizatos eſſe ſine dubitatione teſtentur. Neque ipſi ſint per ætatem, idonei de traditis ſibi ſacramentis reſpondere, abſque vllo ſcrupulo eos eſſe Baptizandos, ne iſta trepidatio eos faciat ſacramentorum purgatione priuari. Hinc enim legati Maurorum fratres noſtri conſuluerunt, quia multos tales à Barbaris redimunt.* Idem Concilium A F R I C A N V M ſub Bonifacio primo capite 39. Hinc & L E O I. de iiſdem diſſerens epiſtola 35. quæ eſt ad Leonem Rauenatenſem Epiſcopum capite primo. Dicit, ſe quorumdam fratrum ſuggeſtione comperiſſe, aliquos captiuorum ad ſedes ſuas libertatemque redeuntes, qui ſcilicet in captiuitatem illa ætate peruenerint, quæ nullius rei firmam poterat habere notitiam, remedium

Caſus licitè iterandi vel non iterando Baptiſmato.

Concilium Carthagin. 5.

Concilium Africanum.
Leo 1.

A quidem implorare Baptiſmi: ſed verum eiuſdem myſterij antè ſacramenta perceperint, infantiæ inſcientia non poſſe reminiſci. Et ideò ſub latentis recordationis incerto animas ſuas in diſcrimen adduci, dum ſub ſpecie cautionis, negatur his gratia, quæ ideò non impenditur, quia putatur impenſa. *Cum itaque tribuere talibus dominici ſacramenta myſterij non immeritò quorumdam fratrum formido dubitaret in ſynodali cœtu formam huiuſcemodi conſultationis accepimus, quam diligentius diſcuti, & pro vniuſcuiuſque ſenſu ſolicita voluimus ratione tractari, quo ad veritatem adhibita cognitione multorum certius perueniri poſſemus. Eadem ergo quæ in ſenſum noſtrum diuina inſpiratione*

B *venere, frequens etiam fratrum firmauit aſſenſio. In primis itaque prouidere debemus, ne dum ſpeciem quandam cautionis tenemus, damnum regenerandarum incidamus animarum. Quis enim ita ſit ſuſpicationibus ſuis deditus, vt verum eſſe definiat, quod omni manifeſtatione ceſſante ex opinione ambigua ſuſpicatur? Cum itaque Baptizatum ſe* (Hoc allegat Gratianus de conſecratione diſtinctione quarta capite Cum itaque) *Nec ille recordetur qui regenerationis eſt cupidus, nec alter atteſtari de eo poſſit quod neſciat conſecratum, nihil eſt in quo peccatum poſſit obrepere, cum in hac parte conſcientia ſua nec ille reus ſit, qui conſecratur, nec ille qui conſecrat. Scimus quidem inexpiabile eſſe facinus, quoties iuxta hæreticorum*

C *rum damnata, à ſanctis Patribus inſtituta cogitur aliquis lauacrum, quod regenerandis ſemel tributum eſt, bis ſubire, Apoſtolica reclamante doctrina, quæ nobis vnam prædicat in Trinitate Deitatem, vnam in fide confeſſionem, vnum in Baptiſmate ſacramentum. Sed in hoc nihil ſimile formidatur, quoniam non poteſt in iterationis crimen deuenire, quod factum eſſe omnino neſcitur. Atque ideò quoties perſona talis inciderit, ſolicita primum examinatione diſcutite, & longo tempore, niſi fortè finis ſupremus immineat, indagate, vtrum nemo ſit penitus, qui teſtimonio ſuo iuuare poſſit ignorantiam neſcientis. Et cum conſtiterit hunc qui Baptiſmatis indiget ſacramento, ſola inaniter ſuſpicione prohiberi, accedat intrepidus ad conſequen-*

Hæc ſuperioribus annotationibus ſatis elucidata ſunt.
Epheſ 4.

D *dam gratiam, cuius in ſe nullum ſcit eſſe veſtigium, nec vereamur huic ianuam ſalutis aperire, quam nunquam ante docetur ingreſſus.* Idem adhuc & epiſtola 90. quæ eſt ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum capite decimo ſexto & allegat Gratianus de conſecratione diſtinctione quarta capite 8a. nulla &c. Et Ivo Carnotenſis libro primo decretorum. Vbi iubet. *Quòd ſi nulla exiſtant indicia inter propinquos aut familiares, nulla inter clericos aut vicinos, quibus hi de quibus quæritur, baptizati fuiſſe doceantur, agendum eſt vt renaſcantur, ne manifeſtè pereant, in quibus quod non oſtenditur geſtum, ratio non ſinit vt videatur iteratum. Qui autem poſſunt meminiſſe quòd ad Eccleſiam veniebant, cum pa-*

Hæc nunc ſedulò cauentur in Eccleſia, quia Baptizatorum nomina inſeribūtur, & parentū atque patrinorum, & locus atque annus.

E *rentibus ſuis poſſunt recordari, an quod eorum parentibus dabatur, acceperint. Sed ſi hoc etiam ab eorum memoria alienum eſt, conferendum eis videtur, quod collatum eſſe neſcitur, quia non temeritas interuenit præſumptionis, vbi eſt diligentia pietatis.* Et ſubdit capite decimo, ſeptimo, allegaturque à Gratiano de conſecratione diſtinctione quarta capite. His de quibus. Et ab Iuone libro, primo. *His autem de quibus ſcripſiſtis qui ſe baptizatos ſciunt, &c.* Vt ſuperius allegauimus. Hæc præfata Leonis decreta confirmat Concilium C O N S T A N T I N O P O L I T A N V M III. quod dicitur ſextum generale in Trullo celebratum, canone octoageſimo quarto nec eadem verba fas videtur toties

Concilium Conſtantinopolitanū 3. quod . generale dicitur.

repetere.

Gregorius 1.

repetere. Idem GREGORIVS I epiſtola 37. libri 12 ad Fœlicem Siciliæ Epiſcopum cap. 1. vbi etiam idem de non iteranda confirmatione tractat, niſi in caſibus de Baptiſmo præmiſſis. Eiuſdem eſt opinionis etiam GREGORIVS III. epiſtola 4.

Gregorius 3.

ad Bonifacium Archiepiſcopum Moguntinum *Pro paruulis* (inquit) *qui à parentibus ſubtracti ſunt, & an Baptizati ſunt an non, ignorant, hos et Baptizare debes ſecundum patrum traditionem ſi non fuerit qui teſtificetur, rato poſſit.* Porrò prætactum Concilij 5. Carthaginenſis decretum, renouat etiam longè poſt Concilium VVORMATIENSE I. capite 70. & allegat etiam Burchardus libro quarto decretorum cap. 5. addens hoc ex Pœnitentiali THEODORI cap. 14. *Qui bis ignorantes Baptizati ſunt, non indigent pro eo pœnitere, niſi quod ſecundum canones non poſſunt ordinari, niſi magna aliqua neceſſitas cogat. Qui autem non ignari iterum Baptizati ſunt, quaſi iterum Epiſcopum crucifixerint, ſeptem annos pœniteant, quartam & ſextam feriam, & tres quadrageſimas pœniteant. Si pro vitio aliquo fuerit, ſimiliter, ſi pro munditia putauerint, tribus annis ſimiliter pœniteant.* Plura ex ſuperioribus collige. Et vide ſequentia.

Concilium Vormatienſe.

Theodori Pœnitentiale.

Baptiſmus quo tempore conferendus.] VICTOR I. epiſtola ad Theophilum Alexandriæ Epiſcopum, & reliquos Epiſcopos. *Octaua Die Paſchæ Baptiſmus celebrandus eſt Catholicus, ſed tamen ſi neceſſe fuerit aut mortis periculum ingruerit. Gentiles ad fidem venientes quocumque loco vel momento vbicumque euenerit, ſiue in flumine, ſiue in mari, ſiue in fontibus, tantum Chriſtiana confeſſione credulitatis clarificata Baptizentur. Ipſis quoque quod in Baptiſmo polliciti ſunt, ſummopere eſt attendum, ne infideles, ſed fideles inueniantur. Ipſi vero qui infidelitatis nota aſperguntur, infames efficiuntur, atque inter fideles minime reputantur.* Et SYRICIVS I. epiſtola ad Himerium Tarracouenſem Epiſcopum capite ſecundo, & allegat Gratianus de conſecratione diſtinctione quarta capite Non ratione. In hac enim epiſtola arguit quoſdam qui frequenter diebus feſtis Apoſtolorum & Martyrum præſumebant Baptizare. *Nam hoc* (ait) *priuilegium cum Pentecoſte Dominicum Paſcha ſpecialiter defendat, quibus ſolis per annum diebus, ad fidem confluentibus generalia Baptiſmatis tradi conuenit ſacramenta, his dumtaxat electis qui ante 40. vel eo amplius dies, nomen dederint, & exorciſmis, quotidianisque orationibus atque ieiuniis fuerint expiati, quatenus Apoſtolica illa impleatur præceptio, vt expurgato veteri fermento, noua incipiat eſſe conſperſio. Sicut ſacram ergo paſchalem reuerentiam in nullo dicimus eſſe minuendam, ita et infantibus qui necdum loqui poterunt per ætatem, vel his quibus in qualibet neceſſitate opus fuerit, ſacri vnda Baptiſmatis omni volumus celeritate ſuccurri, ne ad noſtrarum perniciem tendat animarum, ſi negato deſiderantibus fonte ſalutari, exiens vnuſquiſque de ſeculo, & regnum perdat & vitam. Quicumque etiam diſcrimen naufragij, hoſtilitatis incurſum, obſidionis ambiguum, vel cuiuſlibet corporalis ægritudinis deſperationem inciderint, & ſibi vnico credulitatis auxilio popoſcerint ſubueniri, eodem quo poſcunt momento temporis expetitæ regenerationis præmia conſequantur. Hactenus erratum in hac parte ſufficiat nunc præfatam regulam omnes teneant ſacerdotes, qui nolunt ab Apoſtolica petra, ſuper quam Chriſtus vniuerſalem conſtruxit Eccleſiam, ſoliditate diuelli.* Hoc decretum citat & confirmat Concilium MOGVNTINVM I. ſub Carolo magno canone quarto & Concilium MOGVNTINVM II. ſub Rabano Mauro cap. Et Concilium TRIBVRIENSE capite 12. hæc tria Concilia non infimæ authoritatis, prædictum Syricij & allegant & approbant decretum, ſicut & ſequens. Siquidem LEO I. epiſtola 4. quæ eſt ad Epiſcopos Siciliæ cap. 1. grauiter eos obiurgat quòd numeroſius in die Epiphaniæ Baptiſmi ſacramentum, quàm in die Paſchæ conferebant, rationemque reddit capite ſecundo, & tertio, *quia* ait *Dei vniuerſos Chriſti innumeris conſecratos fuiſſe virtutibus, & in cunctis eius actionibus ſacramentorum myſteria coruſcaſſe, notum eſt. Sed aliter quæque ſignis denunciari, aliter rebus impleri, nec quæcumque numerantur in operibus ſaluatoris, ad tempus pertinere Baptiſmatis. Verùm Spiritus ſapientiæ & intellectus. Ita Apoſtolos & totius Eccleſiæ erudiuit magiſtros, vt in Chriſtiana obſeruantia nihil inordinatum, nihil pateretur confuſum. Diſcernenda ſunt cauſa ſolemnitatum, & in omnibus inſtitutis Patrum Principumque noſtrorum rationabilis ſeruanda diſtinctio, quia non aliter vnus Grex & vnus paſtor ſumus, niſi quemadmodum Apoſtolus docet, idipſum dicamus omnes: Simus autem perfecti.* In eodem ſenſu, & in eadem ſententia ſubdit capite tertio *Quamuis ergo omnia myſteria in vnam Chriſti coeant perſonam, & ad noſtræ reparationis tendant effectum propria tamen* (hoc allegat Gratianus de conſecratione diſtinctione quarta capite Propriè) *in morte crucifixi, & in reſurrectione ex mortuis potentia Baptiſmatis nouam creaturam condit ex veteri vt in renaſcentibus & mors Chriſti operetur & vita: dicente beato Apoſtolo Paulo. Quicumque Baptizati ſumus in Chriſtum Ieſum, in morte ipſius Baptizati ſumus ex cuius doctrina ſpiritu apparet regenerandis filiis hominum, & in Dei filios adoptandis, illum Diem eſſe & illud tempus electum, in quo per ſimilitudinem formamque myſterij ea quæ geruntur in membris his quæ in ipſo ſunt capite geſta congruerent, dum in Baptiſmatis regula, & mors interuenit interfectione peccati, & ſepulturam triduanam imitatur trina demerſio: & ab aquis eleuatio, reſurgentis inſtar eſt de ſepulchro. Hinc eſt quod Dominus, poſtquam ſurrexit à mortuis, ad inſtitutionem paſtorum formam & poteſtatem tradidit Baptizandi, & non ante, vt oſtenderet, regenerationis gratiam ex ſua reſurrectione cœpiſſe. Additur ſanè huic obſeruantiæ, etiam Pentecoſtes ex aduentu Spiritus ſancti ſacra ſolemnitas quæ de Paſchalis feſti pendet articulo. Et cum ad alios Dies alia feſta pertineant, hæc ſemper ad eum Diem, qui Reſurrectione Domini eſt inſignis, occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratiæ manum, & eos quos à Die Paſchæ aut moleſtia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut nauigationis difficultas intercluſit inuitans vt quibuſlibet neceſſitatibus impediti, deſiderij ſui effectum dono Spiritus ſancti conſequantur.* Et concludit capite quinto vt & allegat Gratianus de conſecratione diſtinctione quarta, capite duo tempora) *Vnde quia manifeſtiſſimè patet, Baptizandis in Eccleſia electis, hæc duo tempora de quibus locuti ſumus eſſe legitima dilectionem veſtram monemus, vt nullos alios dies huic obſeruantiæ miſceatis, niſi in mortis articulo, in obſidionis diſcrimine, in perſecutionis anguſtiis, in timore naufragij, vbi vera ſalutis ſingulare præſidium cuiquam non negamus.* (Hoc etiam allegatur à Gratiano ibidem capite Si quis. *Si quis autem Epiphaniæ feſtiuitatem, quæ in ſuo ordine debito honore veneranda eſt, ob hoc exiſtimat priuilegium habere Baptiſmatis quia hoc quidam putant, quia in eadem Die Dominus ad Baptiſmum Ioannis acceſſerit, ſciat illius Baptiſmi aliam gratiam,*

Nolui hoc prætermittere ... (marginal note, partly illegible)

Syricius 1.

1. Corinth. 5.

Concilium Moguntinum 1.

Concilium Moguntinum 2. Concilium Triburienſe.

Leo 1.

1. Corinth. 1.

Roman. 6

Matthæi . .

Ioannis 8. Matthæi 3. Lucæ 3. Lucæ 2. Galat. 4. Matthæi 5. Roman. 10.

infrà dicemus) *aliam fuiſſe rationem. nec ad eandem pertinuiſſe virtutem, quia per Spiritum ſanctum renaſcuntur, de quibus dicitur: Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Dominus enim nullius indiges remiſſione peccati, nec quærens remedium renaſcendi, ſic voluit baptizari, quomodo voluit circumcidi, hoſtiámque pro ſe emundationis offerri, vt qui factus erat ex muliere, fieret ſub lege, quam non venerat ſoluere, ſed adimplere, & implendo finire, ſicut beatus prædicat Apoſtolus: finis autem legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Baptiſmi ſui in ſe condidit ſacramentum, quia in omnibus primatum tenens, ſe docuit eſſe principium, & tunc regenerationis potentiam ſanxit, quando de latere ipſius profluxerunt, ſanguis redemptionis, & aqua baptiſmatis.* Eadem repetit & epiſtola 78. ad Epiſcopos Campaniæ Samnij & Piceni, capite primo. Idem & ſtatuit GELASIVS I. epiſtola prima, ad Epiſcopos Lucaniæ, Bruttiorum, & Siciliæ, &c. capite 12 allegatúrque à Gratiano de conſecratione diſtinctione quarta, capite Baptizandi. & ab Iuone Carnotenſi libro primo Decretorum.

Gelaſius 1.

Ratio cur Baptiſmus prohibebatur dari in priſca Eccleſia, niſi duobus temporibus.

Porrò hic attende, quia hæc conſtitutio facta eſt antiquitus, quia in Baptizandis electis, qui iam grandæui erant, & de gentibus ad Chriſtianitatem properabant, Apoſtolica regula obſeruabatur, vt priùs Catechumeni, Exorciſmis ſcrutandi, ieiunijs ſanctificandi, & frequentibus prædicationibus inſtruendi erant (vt dicemus aliàs) & poſteà (niſi interceſſiſſet neceſſitas quæ non habebat legem, prout ſuperiùs expreſſum eſt, & alibi dicetur, ſcilicet, Catechumenus, & Pœnitens) duobus his feſtis diebus Paſchæ, & Pentecoſtes baptizabantur, vt idem Leo aſtruit epiſtola quarta, ad Epiſcopos Siciliæ, hinc omnium illorum antiquior TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de Baptiſmo, ad calcem.

Tertullianus Carthagin.

Si qui (ait) *pondus intelligant Baptiſmi, magis timebunt conſecutionem quam dilationem, fides integra ſecura eſt de ſalute, Diem Baptiſmo ſolenniorem Paſcha præſtat, cum & Paſſio Domini in qua tingimur, adimpleta eſt, nec incongruenter ad figuram interpretabitur. Quod cum vltimum Paſcha Dominus eſſet acturus, miſſit Diſcipulis ad præparandum. Conuenietis* (inquit) *hominem aquam baiulantem Paſcha celebrandæ, locum de ſigno aquæ oſtendit. Exinde Pentecoſte ordinandis lauacris latiſſimum ſpacium eſt, quod & Domini Reſurrectio inter Diſcipulos frequentata eſt, & gratia Spiritus ſancti dedicata, & ſpes aduentus Domini ſubostenſa, quòd tunc in cœlo recuperato eo Angeli ad Apoſtolos dixerunt, ſic venturum quemadmodum & in cœlos conſcendit. Cæterum omnis dies Domini eſt, omnis hora, omne tempus habile Baptiſmo, ſi de ſolennitate intereſt, de gratia nihil refert.*

Marci 14.

Actuum 1.

Concilium Laodicenum

Sed & Concilium LAODICENVM I. canone quadrageſimo quinto: *Non oportet ad Baptiſma quemquam poſt duas Quadrageſimæ hebdomadas admitti.* Et canone quadrageſimo ſexto. *Propter eos qui ad Baptiſma veniunt, fidem diſcere, & quinta feria ſeptimanæ maioris Epiſcopo, aut Presbyteris reddere.* Hoc allegat Gratianus de conſecratione, diſtinctione quarta, capite Baptizandos. Hinc & canonem citat & allegat Concilium PARISIENSE III libro primo, capite ſexto. & addit canonem quadrageſimum ſeptimum, & ſic exponunt Patres eiuſdem Concilij.

Concilium Pariſienſe 3. ſub Lothario & Ludouico Auguſtis.

His verbis (inquiunt) *datur intelligi, quòd ad fidem Chriſti venientes, eiuſdem fidei & Baptiſmatis inſtruebantur ſacramentis. Verùm quando pace Chriſti vbique pollet, & paruuli de Chriſtianis pa-*

A *rentibus nati, antequam ad intelligibilem ætatem veniant, Baptiſmatis ſacramenta percipiunt, neceſſe eſt vt quod imbecillis ætas nequiuit, intelligibilis diſcere ſatagat. Quod quia ab vſu Chriſtianæ religionis propter quorundam incuriam, receſſit, quanta eſt negligentia, quantique diſcriminis, ſatis dici non poteſt. Sane à quibuſque quamuis fides Chriſti inhianter expetatur, aliter tamen agitur quam diuina authoritas tribuitur. Præfixa tempora canonum ſuper celebratione Baptiſmatis à multis partim ignorantia, partim præſumptione violantur. Quod ad negligentiam ſacerdotum, nec non & auditorum pertinere dubium non eſt.* Quo itaque Baptiſmus tempore celebrari debeat, etiam poſt Leonis decreta Concilium MATISCONENSE II. canone tertio, ſic ſtatuit:

B Concilium Matiſconenſe 2. 6. Epiſcop.

Relatione quorumdam fratrum noſtrorum comperimus Chriſtianos non obſeruantes legitimum diem Baptiſmi, penè per ſingulos dies ac natales Martyrum filios ſuos baptizare, ita vt vix duo vel tres reperiantur in ſancto Paſcha, qui per aquam & Spiritus ſancti regenerentur. Idcircò cenſemus, vt ex hoc tempore nullus eorum permittatur talia perpetrare, præter illos quos infirmitas nimia, aut dies extremus compellit filios ſuos Baptiſmum percipere. Ideóque præſentibus admonitionibus, à ſuis erroribus vel ignorantia reuocati, omnes omninò à die Quadrageſimæ, cum infantibus ſuis ad Eccleſiam obſeruare præcipimus, vt impoſitionem manus certis diebus adepti, & ſacri olei liquore perunctis, legitimi diei feſtiuitate fruantur, & C *ſacro Baptiſmate regenerante, quo poſſint & honoribus, ſi vita comes fuerit, ſacerdotalibus fungi, & ſingularis celebrationis ſolemnitate frui.* Idem omninò nec diſſimili ſententia Concilium ANTISIODORENSE I. capite decimo octauo.

Concilium Antiſiodorenſe.

Nam & tantùm baptizare permittit in Paſchæ ſolemnitate, ſi non adſit impedimentum mortis. Idem omninò iniunxit GREGORIVS II. epiſtola tertia quam miſit populo Thuringiæ, hoc præcipiens Epiſcopo, quem eidem deſtinabat populo, obſeruandum.

Gregorius 2.

Præterea huiuſmodi decreta renouat Concilium VVORMATIENSE I capite primo, & iterum nouiſſimè Concilium COLONIENSE IV. capite octauo pro abuſibus reformandis.

Concilium Vormatienſe celebratum anno 868.

Concilium Colonienſe 4. ſub Adolpho Epiſcopo & Carolo Imperatore anno 1549

Miror quid hæc conſuetudo ad huc vigeat in Germania.

D *Statuimus,* (aiunt Patres eiuſdem Concilij) *vt Paſtores, & Concionatores adhortentur populum, vt paruulos natos, inſtante feſto Paſchæ, ſeruent baptizandos in vigiliam Paſchæ, & natos feſto Pentecoſtes inſtante ad feſtum Pentecoſtes vſque ſeruent, ſi tamen nullum immineat vitæ periculum.* Vide plura in ſuperioribus & ſequentibus, vide Catechumenus.

Baptiſmus vbi conferendus.] Concilium CONSTANTINOPOLITANVM III. quod dicitur 6. generale in Trullo, canone tertio qui & allegatur à Gratiano de conſecratione diſtinctione prima, capite Clericos.

Conſtantinop. 3 concilium. Hic autem canon eſt in numero eorū, qui attribuuntur huic concilio, ſunt tamen alij canones adhuc qui ſunt legitimi.

Clericos qui in oratorijs quæ ſunt intra domos miniſtrant, vel baptizant hoc illum E *loci Epiſcopi ſententia facere debere decernimus. Quare ſi quis clericus hoc non ſic ſeruauerit, deponatur.* Hoc autem inſtituerunt Patres præfati Concilij, quia canone 59 ſequenti prohibetur, ne in oratorijs domorum, Baptiſmus celebretur, ſed qui ab omnibus ſordibus aliena illuminatione digni habendi ſunt, ad Catholicas Eccleſias accedant, & hoc illic munere perfruantur. Si quis autem aliter attentare præſumpſerit, deponatur, ſi laicus ſegregetur. Hinc & Concilium VERNENSE canone ſeptimo. prohibet, ne publicum baptiſterium ſit in parochia, niſi vbi Epiſcopus certo loco conſtituerit, niſi tantùm ſi neceſſitas euenerit pro infirmitate aut pro aliqua neceſſitate, illi presby-

Concilium Vernenſe. hoc eſt in palatio Vernis ſub Pipino rege Francorum.

teri quos Epiſcopo in ſua parochia conſtituerit. in qualicunque loco euenerit licentiam habeant baptizandi, vt omninò ſine Baptiſmo non moriantur. Hæc tenouat Concilium MELOENSE I. canone 48. & Concilium VIENNENSE ſub Clemente V. & allegatur in Clementinis titulo 14. de Baptiſmo, & effectu eius vbi iubetur ne in priuatis domibus, ſed in fontibus Eccleſiarum Baptiſma celebretur: quod Viennenſe decretum citat & allegat Concilium COLONIENSE IV. capite decimo quinto, Cenſura pro abuſibus reformandis. vbi & prohibet. ad leuitates vitandas, niſi ſit imminens periculum, pomeridiano tempore pueros baptizari, nec inde conuiuia celebrari Ethnicorum more, quod & Concilium MOGVNTINVM IV tenouat capite decimo ſexto *Vt tanto myſterio (ait) debita omnino reuerentia exhibeatur, ſeriò monemus, vt manè intra officia diuina, non autem tempore pomeridiano poſt epulas & prandia, niſi neceſſitas aut periculum infantium accelerare Baptiſmum expoſcat, cum multa ſobrietate & accurata deuotione Baptiſmum adminiſtrent. Comeſſationes verò & parum ſobria conuiuia qua quibuſdam in locis poſt Baptiſmum fiunt per ciuiles magiſtratus volumus inhiberi, aut ſaltem ad moderationem Chriſtianis dignam reduci volumus.* Vide oro ſequentia.

Concilium Meldenſe.

Concilium Viennenſe nõ eſt in 4 voluminibus Conciliorũ inſertum.

Concilium Coloni enſe 4. ſub Carolo 5.

Tempore pomeridiano prohibetur infantes baptizari, & conuiuia celebrari, lege

Concilium Moguntinũ 4.

Baptiſmus non pretio æſtimandus, aut conferendus.] Hoc infinitis quidem conſtabit teſtimonijs probatum in dictione. Sacramentum, & Simonia. Verùm hic quippiam addere non pigebit. Concilium ELIBERTINVM I. canone 48. *Emendari placuit, vt hi qui baptizantur (vt fieri ſolebat) nummos in concham non mittant, ne ſacerdos quod gratis accepit, pretio diſtrahere videatur.* Hunc canonem approbat & citat Concilium BASILIENSE epiſtola ſynodali ad calcem vltimæ ſeſſionis. Præterea de eadem materia eſt longè antè Concilium CARTHAGINENSE I aut II. III. & allegatur à Gratiano cauſa 1 quæſtione 1. Placuit. *Placuit, vt vniſquiſque Epiſcopus per Eccleſiam ſuam hoc faciat, vt hi qui infantes ſuos ad Baptiſmum offerunt, ſi quid voluntarie pro ſuo voto offerunt, ab eis ſuſcipiatur: ſi verò per neceſſitatem paupertatis, aliquid non habeant quod offerant, nullum eis pignus violenter abſtrahatur à clericis. Nam multi pauperes, hoc timentes, filios ſuos à Baptiſmo retrahunt. Quidam vero de misericordia diffidentes, ſi ſine gratia Baptiſmi ae hac vita receſſerunt, nec eſſe eſt vt ab illis eorum perditio requiratur, quorum ſpolia pertimeſcentes a Baptiſmi gratia ſe ſubtraxerunt.* Idem omninò cenſet Concilium BRACARENSE II. capite ſeptimo, vt eitius cogitarint Gratianum in titulo hallucinatum, quia in Carthaginenſi Concilio nec 1 nec 2. nec 3 reperitur præcedens decretum. hinc & de balſamo. Idem Bracarenſe cap. 4 ſtatuit: *Placuit vt modicum balſami, quod benedictum pro Baptiſmi ſacramento per Eccleſias datur, quia a ſingulis tremiſſes pro ipſo exigi ſolent, nihil vlterius exigatur, ne forte quod pro ſalute animarum per inuocationem Sancti ſpiritus cõſecratur, ſicut Simon Magus donum Dei pecunia voluit emere, ita nos venundare damnabiliter videamur, &c.* Idem ſtatuunt, de Chriſmate, Ordinibus, & Conſecrationibus, Patres, vt ſuis locis videbitur. Vide Sacramentum, & Simonia, &c.

Concilium Elibertinum.

Concilium Baſilienſe.

Concilium Carthaginenſe incertum eſt quotum, verò arbitror eſſe decretum Concilij Bracarenſis 2. cap. 7 nã omnino ſimili forma verborum reperiuntur ſtatuiſſe.

Concilium Bracarenſe 2.

Actorum 8.

Baptiſmus, & Confirmatio: qualiter vter vtri præſtat.] MELCHIADES I. epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ, allegat Gratianus De conſecratione diſtinctione quinta, capite Spiritus ſanctus. Et ſuo libro primo Decretorum. *De his ſuper quibus rogaſtis (ait) vos informari, id eſt, vtrum maius eſſet ſacramentum, manus impoſitio Epiſcoporum, aut Baptiſmus, ſcitote vtrumque magnum eſſe ſacramentum, & ſicut vnum à maioribus fit, id eſt, a ſummis Pontificibus, quod à minoribus perfici non poteſt, ita & maiori veneratione venerandum & tenendum eſt, ſed ita coniuncta ſunt hæc duo ſacramenta, vt ab inuicem (niſi morte præueniente) nullatenus poſſint ſegregari, & vnum ſine altero ritè perfici non poteſt. Nam vnum præueniente morte ſaluare ſine altero poteſt, aliud autem non poteſt, vnde ſcriptum eſt In diebus illis dicit Dominus effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Aduertamus ſummas diuitias bonitatis Dei: quod in confirmandis Neophytis manus impoſitio tribuit ſingulis. Hoc tunc Spiritus ſancti deſcenſio in credentium populos, donauit vniuerſis. Sed quia diximus, quod manus impoſitio, & confirmatio ad Baptiſmi perfectionem pertineat, vt qui iam regeneratus in Chriſto eſt, confirmare aliquid poſſit: cogitat ſibi fortè aliquis, Quid mihi prodeſt poſt myſterium Baptiſmatis myſterium confirmationis? Aut quantum video, non totum de fonte ſuſcepimus, ſi poſt fontem adiectione noui generis indigemus. Non ita dilectiſſimi, attendat charitas veſtra. Sicut exigit militaris ordo, vt cum Imperator quemcunque in militum receperit numerum, non ſolum ſignet receptum, ſed etiam armis competentibus inſtruat pugnaturum. Ita in Baptiſmo benedictio illa munitio eſt. Dediſti militem da ei adiumentum militiæ. Nunquid prodeſt, ſi quiſquam parentum magnam pupillo conferat facultatem, niſi prouidere ſtudeat & tutorem? Itaque Paracletus regeneratis in Chriſto, cuſtos & conſolator & tutor eſt. Ideò dicit ſermo diuinus. Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Ergo Spiritus ſanctus, qui ſuper aquas Baptiſmi ſalutifero deſcendit illapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam; in confirmatione augmentum præſtat ad gratiam. Et quia in hoc mundo tota ætate victuris, inter inuiſibiles hoſtes & pericula gradiendum eſt, in Baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt Baptiſmum confirmamur ad pugnam: In Baptiſmo abluimur, poſt Baptiſmum roboramur. At ſi continuò tranſituris ſufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen neceſſaria ſunt Confirmationis auxilia. Regeneratio per ſe ſaluat mox in pace beati ſeculi recipiendos Confirmatio autem armat & inſtruit ad agones mundi huius, & prælia reſeruandos. Qui autem poſt Baptiſmum cum acquiſita innocentia immaculatus peruenerit ad mortem, confirmatur morte, quia non poteſt peccare poſt mortem.* Plura dicenda ſunt dictione Confirmatio, & Manus impoſitio, &c.

Melchiades 1. an Baptiſmus ſit confirmationi præſtantior, an è conuerſo.

Ioel 2.

Confirmatio & manuum impoſitio ad Baptiſmi perfectionem pertinere.

Occupatio.

Pſal. 126.

Baptiſmi forma & ordo omnibus vnus.] Concilium BRACARENSE I. ſtatuit vt eadem forma, & ordo in omnibus Eccleſijs obſeruetur Baptiſmi, canone viceſimo tertio, & iniungit ſpecialiter omnibus viſitatoribus Diœceſin Concilium II. BRACARENSE capite primo, vt de hoc viſitando inquirant. & obſeruare faciant. Sed de huiuſmodi in ſuperioribus multis egimus. Vide etiam dictione, Viſitator, & Officium, &c.

Concilium Bracarenſe 1.

Concilium Bracarenſe 2.

Baptiſmi & Pœnitentiæ differentia.] datur in Concilio TRIDENTINO ſeſſione decima quarta, quæ eſt 4 ſub Iulio III. capite ſecundo. Sed hanc videbis dictione, Pœnitentia. Prætereà de Baptiſmo prægnantibus conferendo. Vide Mulier, & de ſeptem donis Spiritus ſancti. Vide Patronus, &c.

Concilium Tridentinum.

Baptiſmus Chriſti: & cur Chriſtus Ba-

Clemens a.

ptiſmum ſuſceperit.] CLEMENS Libro 7. Apoſtolicarum conſtitutionum, capite 23. *Dominus in ſuam paſſionem non eſt baptiſatus, neque in mortem, neque in reſurrectionem. Nihil enim horum ad hoc venerat, ſed ad aliorum inſtitutionem. Idéoque ex poteſtate poſt Baptiſmum ieiunat, vt dominus Ioannes. Qui verò in eius mortem initiatur, primùm ieiunare debet, & poſtea baptizari. Non eſt enim æquum, commortuum, & ſuſcitatum ſub ipſam reſurrectionem mæſtum eſſe. Homo enim non eſt Dominus inſtitutionis Saluatoris, quoniam is Dominus eſt, ipſe verò ſubiectus.* Et CYPRIANVS CARTHAGINENSIS ſermone De Baptiſmo Chriſti, & manifeſtatione Trinitatis. *Veniebat (ait) Chriſtus ad Baptiſmum non egens lauacro, in quo peccatum non erat, ſed vt ſacramento perennis daretur authoritas, & tanti virtutem operis nulla perſonarum acceptio commendaret, quoniam remiſſio peccatorum ſiue per Baptiſmum, ſiue per alia ſacramenta donetur, propriè Spiritus ſancti eſt, & ipſi ſoli huius efficientiæ priuilegium manet.*

Cyprianus Carthaginenſ.

Origenes Adamantius.

ORIGENES ADAMANTIVS homilia 27 in Lucæ, caput tertium. *Quia verò Dominus Baptizatus eſt, & cæli aperti ſunt, & Spiritus ſanctus deſcendit ſuper eum, vóxque de cælis intonuit, dicens: Hic eſt Filius meus dilectus, &c. Dicendum eſt in Baptiſmo Ieſu cælum eſſe reſeratum, & ad diſpenſationem remiſſionémque peccatorum, non illius qui peccatum non fecerat, neque inuentus eſt dolus in ore eius, ſed totius mundi apertos eſſe cælos, & Spiritum ſanctum deſcendiſſe, vt poſtquam Dominus aſcendiſſet in excelſum, & captiuam duxiſſet captiuitatem, tribueret nobis Spiritum qui ad ſe venerat, &c.* Pulchra de Baptiſmo Chriſti, dicit GREGORIVS NAZIANZENVS Oratione ſecunda, in ſancta Epiphaniorum lumina poſt medium orationis, & Oratione tertia, in ſanctum Lauacrum. Lege obſecro. Et EPIPHANIVS CYPRI libro ſecundo, contra hæreſes, diſputans contra hæreſin, quæ non ſuſcipit Euangelium Ioannis: *Baptizatus eſt ergo Ieſus in menſe Athyr ſecundum Ægyptios, id eſt, Nouembris duodecima ante ſextum Iduum Nouembris, hoc eſt, ante ſexaginta dies plena dies Aduentus, quæ eſt dies Natiuitatis ipſius ſecundum carnem, velut habet teſtimonium Euangelij ſecundum Lucam. Erat autem Ieſus incipiens eſſe annorum trigiata, &c.*

Gregorius Nazianzenus.

Epiphanius Cypri.

Ioannes Chryſoſtomus.

IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 10. in Matthæum, capite tertio. *Propterea igitur omnem hanc Chriſtus expectauit ætatem, per quod omne tempus iuſtitiam legis impleuit, ac tum demùm venit ad Baptiſma, quaſi cumulum illud cunctis obſeruationibus legis imponens, &c.* Et in alio opere in Euangelium Matthæi, homilia 3. *Ergo Chriſti Baptiſmus (ait) non ſolùm Ioannis Baptiſmum, ſed in ſe incluſit. Qui enim baptizatur in nomine Chriſti, vtrúmque Baptiſmum habet, & aqua, & Spiritus; quia Chriſtus Spiritus erat, & corpus ſuſcepit, vt & ſpiritualem, & corporale Baptiſma daret. Ioannis autem Baptiſmus non incluſit in ſe Baptiſmum Chriſti, quia quod maius eſt, minus in ſe includit, quod autem minus eſt, maius in ſe includere non poteſt, &c.*

Ioannis baptiſmatis differentia.

Lactantius Firmianus.

LACTANTIVS FIRMIANVS libro quarto, de vera ſapientia, capite decimo quinto. *Cùm primùm Chriſtus cœpit adoleſcere, tinctus eſt a Ioanne Propheta in Iordane flumine, vt lauacro ſpirituali peccata non ſua, quæ vtique non habebat, ſed carnis quam gerebat, aboleret: quemadmodum Iudæos ſuſcepta circumciſione, ſic etiam gentes Baptiſmo, id eſt, purifici roris perfuſione, ſaluaret, &c.* Vide reliquum. AMBROSIVS MEDIOLANENSIS Præfatione in Pſalmum 37 & in Euangelium Lucæ libro 2. cap. 3 *Baptizatus eſt ergo*

Ambroſius Mediolanenſis.

A *Dominus, non mundari volens, ſed mundare aquas, vt ablutæ per carnem Chriſti, quæ peccatum non cognouit, Baptiſmatis ius haberent. Et ideò qui ad Chriſti lauacrum venerit, peccata deponit, &c.* Lege AVAVGVSTINVS HIPPONENSIS libro quarto contra Donatiſtas, cap. 22. & in Euangelium Ioannis tractatu 5. *Quare oportebat baptizari Chriſtum? Quare oportuit naſci Chriſtum? quare oportuit crucifigi Chriſtum? Sicut enim viam humilitatis demonſtraturus aduenerat, & ſeipſum facturus ipſam humilitatis viam, in omnibus ab eo implenda erat humilitas, Authoritatem dare Baptiſmo ſuo bene dignatus eſt, vt cognoſcerent ſerui, quanta alacritate deberent currere ad Baptiſmum Domini, quando ipſe*
B *dignatus eſt accipere Baptiſmum ſerui, &c.* Vide ſequentia.

Auguſtinus Hipponenſis.

Baptiſmus Ioannis, & eius efficacia.] IVSTINVS MARTYR quæſtione 37. ad Orthodoxos: *Baptiſmus (ait) Ioannis proœmium erat Euangelij gratiæ. Idéoque ſupra legem erat, neque enim poterant qui ſecundum legem peccauerant, in ea veniam aſſequi, per pœnitentiam, fidemque Chriſti.* De Baptiſmo Ioannis multis agit TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de Baptiſmo. & ORIGENES ADAMANTIVS libro 5. in Epiſtolam ad Romanos, capite 6 *Noſtrum (ait) Baptiſma in Chriſto Ieſu eſſe dicit Apoſtolus, ipſe autem Chriſtus a Ioanne baptizatus refertur, non*
C *eo Baptiſmate quod in Chriſto eſt, ſed eo quod in lege eſt. Ita enim ipſe ait ad Ioannem, Sine modo ſic enim decet nos adimplere omnem iuſtitiam. in quo oſtendit quòd Baptiſma Ioannis expletio erat veterum, non inchoatio nouorum.* Hinc & GREGORIVS NAZIANZENVS Oratione 2. in ſancta Epiphaniorum lumina. *Baptizauit Ioannes, verùm non iam Iudaicè, quoniam non in aqua ſolùm, ſed & in pœnitentiam, nō tamen penitus ſpiritualiter. Haud enim addidit in ſpiritu, Baptizabat Ieſus, verùm in ſpiritu. Hoc erat perfectio, & quomodo non Deus?* CYPRIANVS CARTHAGINENSIS ſermone de Baptiſmo Chriſti: *Supponit itaque ceruicem ſanctam manibus hominis, humilitas Redemptoris, & licet plenam non*
D *habeat virtutem, ſuſcipit tamen Chriſtus Baptiſma Ioannis. Præparabat viam Domino Ioannes lauando exterius corpora, vt præcederet exterius lauacrum ſecuturum Baptiſma, in quo conferretur animarum ablutio, & peccatorum remiſſio, præceſſit quod erat ex parte, vt conſummatio ſequeretur.* BASILIVS MAGNVS In exhortatione ad Baptiſmum: *Ioannes, ad quem omnis Iudæa accedebat, pœnitentiæ Baptiſmum prædicauit, Dominus autem adoptionis filiorum Baptiſmum longè præclariùs annunciat.* Et libro primo, de Baptiſmo, capite primo: *Quanto præſtantior eſt Spiritus ſanctus aqua, tanto excedit videlicet, & qui baptizat in Spiritu ſancto eum qui baptizat in aqua, & ipſum adeò Baptiſma, vt ipſe Ioannes tan-*
E *tus & talis, & ſic à Domino prædicatus citra pudorem prædixerit, Non ſum dignus, vt ſoluam corrigiam calciamenti eius* IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 40. in Actus Apoſtolorum cùm exponit illud Factum eſt autem, cùm Apollo eſſet Corinthi, &c *Et cùm impoſuiſſet illis* ſcilicet, qui io. Ioannis Baptiſmate priùs baptizati erant *; venit Spiritus ſanctus ſuper illos, & loquebantur linguis, & prophetabant. Ab ipſo Baptiſmo prophetant. Hoc autem Ioannis Baptiſmus non habebat. Ideò & imperfectus erat, vt autem talibus digni fierent, priùs illos præparauit, atque hoc volebat Ioannes baptizans, vt crederent in eum qui poſt ſe venturus, &c.* Eundem locum Actuum exponit AMBROSIVS ME-

Tertullianus Carthaginenſ. Origines Adamantius.

Iuſtinus Martyr.

Gregorius Nazianzen.

Cyprianus Carthaginenſ.

Baſilius Magnus.

Ioannes Chryſoſtomus.

Ambroſius Mediolanen.

Ambroſius Mediolanenſ.

OIOLANENSIS libro primo, de Spiritu ſancto, capite tertio: *Illi (ait) qui negauerunt ſe ſcire Spiritum ſanctum, quamuis Baptizatos ſe dicerent, in Ioannis Baptiſmo baptizati ſunt poſtea, quia Ioannes in remiſſionem peccatorum, in aduenientis Ieſu non in ſuo baptizauit nomine, &c.* Lege Plura de Ioannis Baptiſmo imperfecto, reſpectu Baptiſmi Chriſti, agit in præfatione in Pſalmum triceſimum ſeptimum, non longè ab initio. *Baptiſmus* (inquit) *Ioannis, oculus ſuppliciorum eſt: Baptiſmus Chriſti, oculus gratiarum, &c.* Et

Cyrillus Hieroſolymitanus

CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Catechiſmo 3. illuminatorum, Hieroſolymis, ait, quòd Ioannis Baptiſmus tantùm ab igne comminationis liberat. Hinc &

Hieronymus Stridonenſis.

HIERONIMVS STRIOONENSIS Dialogo contra Luciferianos, circa medium *Ioannis autem Baptiſma (ait) intantum* B

Actuum 19.

imperfectum fuit, vt conſtet poſtea Chriſti Baptiſmate baptizatos, qui ab eo fuerant Baptizati. Ita enim hiſtoria refert, factum eſt autem, cum Apollo eſſet Corinthi, &c. Idem paulò ante: *Ioannis Baptiſma non tam peccata dimiſit, quam Baptiſma pœnitentiæ fuit in peccatorum remiſſionem, id eſt, in futuram remiſſionem, quæ eſſet poſtea per ſanctificationem Chriſti ſubſecutura, &c.* Vide reliquum. Et

Auguſtinus Hipponenſis.

AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro ſecundo contra Petilianum, capite trigeſimo quarto. *Petilianus dixit, non alium fuiſſe Baptiſmum Ioannis, alium Chriſti, ſed vnum Baptiſmum tribus gradibus conſecratum, quorum trium graduum, aquam Ioannes, Spiritum Chriſtus, ignem Paracletus dedit.* Et trigeſimo ſexto capite: *Sed Baptiſmus Ioannis alius fuit, & Chriſti alius, ſicut alius fuit ille Baptiſmus, in quo Patres noſtros Apoſtolus dicit baptizatos. Lex enim & Prophetæ, vſque ad Ioannem Baptiſtam, ſacramenta habebant prænunciantia rem futuram, noſtri verò temporis ſacramenta veniſſe conteſtantur, quod illa venturum prædicabant, &c.* Lege Oro. Idem ait in Enchiridio, capite quadrageſimo nono, & epiſtola quadrageſima octaua, atque centeſima ſexageſima tertia: *Nunquid (ait) ſuus erat, vt Baptiſmo Ioannis baptizaret ſponſum, id eſt, Baptiſmo amici, vel ſerui? Perfecta mundatio non in Ioannis, ſed in nominis Domini Baptiſmo eſt: qui eo ſe indignum exhibuerit, Sacramenta in eo non ad ſalutem, ſed ad perniciem permanebant, &c.* Vide eundem tractatu quinto, in Euangelium Ioannis. D

Cyrillus Alexandrinus.

CYRILLVS ALEXANORINVS libro ſecundo in Euagelium Ioannis, capite quinquageſimo ſeptimo:

Prænunciat Cabanas tempora illa ſanctus doctor.

Perſpexit Ioannes Euangeliſta, non multo poſt aliquos futuros, qui aut nullam inter Baptiſmum, & Baptiſmum differentiam facerent, ſed pari laude vtrumque coronarent, aut ob imperitiam, aut lapſum hominum, meliorem eſſe Baptiſmum Ioannis putarent. Nullum enim eſt tam turpe facinus, quod imperitia non audeat aggredi, nulla blaſphemia tam magna, vt aduerſus ſacratiſſima Eccleſiæ dogmata non dicantur libenter ab his, qui omnia (vt ſcriptum eſt) recta peruertunt. Ne igitur temerarii homines aquam Ioannis, qua in pœnitentiam baptizabat, ſpirituali Baptiſmo Chriſti anteferre auderent cauſam tam turpis temeritatis euertens, ipſum Baptiſtam exponit, huius quæſtionis fragilem nodum dubitantibus ſuis diſcipulis ſolniſſe.

Theophylactus Bulgariæ Epiſcop.

THEOPHYLACTVS BVLGARIENSIS, in caput primum Ioannis, illud interpretans: Ego baptizo in aqua, ſed medius veſtrum ſtat, &c. *Vide manſuetudinem, & veritatem ſancti: manſuetudinem quidem, eo quòd nihil aſperum ad eos loquitur, quamuis inſolentes eſſent: veritatem autem, quia liberrimus erat teſtis gloriæ* A *Chriſti, neque gloriam Domini occultabat, vt ſibi nobilitatem pareret: ſed confitebatur, Ego quidem baptizo imperfecto Baptiſmo: nam in aqua ſola non habente peccatorum remiſſionem, ſed præparante ad ſuſcipiendum ſpirituale Baptiſma, quod donat remiſſionem peccatorum* Idem & in caput tertium Lucæ, omninò, lege.

Beda Venerabilis.

BEDA VENERABILIS in caput 1. Actuum Apoſtolorum, cùm illud interpretatur: Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu ſancto, &c. *Neque Apoſtoli (ait) neque ſequaces eorum, qui vſque hodie baptizant in Eccleſia aliter quam Ioannes, id eſt, in aqua baptizare præualent, ſed tantùm inuocato Chriſti nomine, adeſt interior virtus Spiritus ſancti, quæ homine aquam tribuente baptizatorum animas* B *ſimul & corpora purificet, quod in Ioannis Baptiſmo non fiebat, &c.* Vide alios Doctores. Concilium TROENTINVM ſeſſione ſeptima, ſub Paulo III. capite primo: *Si quis dixerit Baptiſmum Ioannis habuiſſe eandem vim cum Baptiſmo Chriſti, anathema ſit.*

BAPTIZENOVS.

Baptizandi probentur, & ſe pijs operibus præparent.] Quandoquidem antiquitus, vt ſuperius annotatum eſt, ad Baptiſmum confluebant adulti, ideò opus erat diſcuſſione ſolicita: C nam catecheſi inſtruebantur, & plurimis ieiunijs atque orationibus expiabantur, vt oſtendit

Tertullianus Carthaginenſ.

TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de Baptiſmo, ad calcem: *Ingreſſuros (ait) Baptiſmũ orationibus crebris, & geniculationibus, & peruigilijs, orare oportet, & cum confeſſione omnium retrò delictorum: quod & de Baptiſmo Ioannis priùs agebatur. Tingebãtur enim cõfitentes delicta ſua, &c.* Huiuſce rei meminit &

Cyprianus Carthaginenſ.

CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro quarto epiſtolarum epiſtola 7. ad Magnum & ante hos omnes meminit

Clemens 1.

CLEMENS I. libro ſeptimo, Apoſtolicarum conſtitutionum capite 23. vt ſupra dictione, Baptiſmus Chriſti, citauimus. Hinc

Concilium Carthaginenſ.

Concilium CARTHAGINENSE IV cui interfuit Auguſtinus canone 85. allegatur à Gratiano, de conſe- D cratione diſtinctione 4. capite Baptizandi. *Baptizandi nomen ſuum dent, & diu ſub abſtinentia vini & carnium, ac manus impoſitione crebra examinati, Baptiſmum percipiant.* Et

Auguſtinus Hipponenſis.

AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro de vera Pœnitentia, capite 1. *Neque ad Baptiſmum Chriſti (ait) in quo omnia peccata delebantur, quiſquam bene accedit niſi agendo pœnitentiam de vita priſtina. Nemo enim eligit vitam nouam niſi quem veteris pœnitet.* Vide præcedentia Vide Catechumenus.

BASILICA.

E Baſilicas conſtituere in honore Sanctorum.] Hoc infinitis comprobatur teſtimonijs, quæ ſi proponerem omnia in ordinem redigere, volumen immenſum implerent Nam & ſuis locis ea reſeruata ſunt, & vix poſſes folium ſanctorum Conciliorum reuoluere, quin huiuſce rei inuenias fieri mentionem. Lege itaque Concilium

Concilium Con[illegible] nop. 5. dictum generale. Abdias Babylonius.

CONSTANTINOPOLITANVM II. quod quintum generale dicitur, actione prima, ſecunda, tertia. Quod ſi altiùs velis repetere, lege quod recenſet ABDIAS BABYLONIVS libro quinto certaminis Apoſtolici, vbi de geſtis Ioannis agit. *Multi (ait) viſo miraculo de potione*

veneni,

*ueneni, conuerſi ad fidem baptizati ſunt cum vniuer-
ſis domibus & familijs ſuis, affinitatibúſque, & frege-
runt omnia ſimulachra, & fabricauerunt Baſilicam
in nomine Ioannis ſancti, quia ipſe Ioannes Apoſtolus
aſſumptus eſt.* Quod confirmat SIMEON META-
PHRASTES in eius vita ſic dicens. *Deum itaque
mortis ſentiens aduenisse, ciuitatem egreſſus eſt, diſci-
pulis præcipiens, vt ligonem ac ſarculum ſecum confer-
rent, ac protinus in montem quendam aſcendens, vbi
nunc huius templum extructum eſt, eximia cum pul-
chritudinis, tum magnitudinis, ſtánſque in ipſo, Hic
(inquit) filij mei fodite, &c.* Hoc etiam præfatus
Abdias refert, vt in ore duorum ſtet omne ver-
bum. Idem quoque ABDIAS BABYLONIVS
libro 6. memorat Apoſtolos, Simonem & Iudam
Eccleſias multas conſtituiſſe in Babyloniæ regio-
ne, & per ciuitates Preſbyteros, Diaconos, & Cle-
ricos ordinaſſe. Et ad calcem additur: *Xerxes rex
Baſilicam in honorem Apoſtolorum Simonis & Iudæ,
magnificam ex marmore extruxit, & in medio Sarco-
phagum corpora beatorum Apoſtolorum portantem
poſuit, conſummata eſt autem fabrica ædificatio poſt
tertium annum.* Idem libro 7. *In Æthiopia ad præ-
dicationem Matthæi Baſilicam inſignem fabricatam
refert, quam & Matthæus appellauit Reſurrectionem,
quoniam per reſurrectionem filij Regis mortui, occaſio
ædificationis extiterat. Sed & alias per loca diuerſa
multas Apoſtolus conſtrui curauit Eccleſias.* Et infrà:
*Interea Iphigenia ſacratiſſima virgo Chriſti quicquid
in auro & argento habere potuerat, hoc totum ſacerdo-
tibus contulit, & omni clero, dicens: Poſtquam dignam
Apoſtolo Chriſti fabricaueritis Eccleſiam, quidquid
ſuperfuerit, pauperibus erogabitis.* Et paulò pòſt:
*Omnes quoque prouinciæ Æthiopum Eccleſiis repletæ
ſunt Catholicis, vſque in hodiernum diem per Iphige-
niam.* Præterea Lucam Euangeliſtam narrat SI-
MEON METAPHRASTES in eius vita Ec-
cleſias plurimas, eiectis idolis, erexiſſe. Baſilicas
in honorē Martyrum 8. ædificatas meminit AV-
GVSTINVS HIPPONENSIS in quodam ſer-
mone qui ſpecialiter allegatur à Patribus Conci-
lij AQVISGRANENSIS I. cap. 113. meminit &
libro primo de Ciuitate Dei, capite primo. Sed &
adhuc multò difficiliùs de his tractat Concilium
AQVISGRANENSE III. ſub Pipinio Lodo-
uici Pij filio libro 1. capite 3. vbi ex lectione ve-
teris Teſtamenti haurit authoritatem ædifican-
darum Baſilicarum, etiam differens de facultati-
bus eiuſdem relinquendis: vt totum citabimus
dictione, Facultates Eccleſijs relinquendæ. &c.
Porrò eſt epiſtola ad calcem Concilij Calcedo-
nenſis. EPISCOPORVM PAPHLAGONIÆ
ad Leonem I. Imperatorem, in qua apprimè eum
laudant, quòd ſanctas Eccleſias erexerit: *Vbi
(aiunt) offerretur ſacrificium iuſtum Domino, exem-
plo Marciani diuæ memoriæ, vt eius conſtituta firma
permaneant.* Quot verò Eccleſias & Baſilicas Im-
peratores erexerint, nō poſſem breui compendio
complecti. Oro lectorem, vt ſe conferat ad Hi-
ſtoriographos. & hic leget non eſſe mendacium,
quod propono. Quot verò ſummi Pontifices ere-
xerint, liquido in hiſtorijs ſuis manifeſtant grauiſ-
ſimi Scriptores DAMASVS I. & PLATINA
ROMANVS nec nobis poſſibile eſt vniuerſa re-
cenſere. Præcipuè tamen in Baſilicis, & Monaſte-
rijs conſtruendis ab eo laudatur Hilarius I. & Gre-
gorius II. Similiter & Gregorius III qui infini-
tas conſtruxiſſe reperitur, & eius ſucceſſor Za-
charias I. atque LEO III. Et Nicolaus Papa
I atque alij innumeri. Sed fruſtra in his recen-

Simeon Metaphraſtes.
Abdias Babylonius.
Vide reuerendarū Reliquiarum vſus.
Simeon Metaphraſtes.
Auguſtinus Hipponenſis.
Concilium Aquiſgranenſe I.
Concilium Aquiſgranenſe 3.
Epiſcopi Paphlagoniæ.
Damaſus I. Platina Romanus.

A ſendis immorarunt, quandoquidem oculata fides
teſtatur, quantum priſci laborauerint in con-
ſtruendis Baſilicis. Vide plura dictione, Monaſte-
rium. & Eccleſia. Vide ſequentia.
Baſilica non ædificetur in alterius terri-
torio.] Hoc ARAVSICANVM Concilium I.
canone decimo, ſic prohibuit. *Si quis Epiſcopo-
rum in alienæ ciuitatis territorio Eccleſiam ædificare
diſponit, vel pro fundi ſui negotio, aut Eccleſiaſtica vti-
litate, vel pro quacunque ſua opportunitate, permiſſa li-
centia ædificandi (quia prohibere hoc nefas eſt) non
præſumat dedicationem quæ illi omnimodè reſeruatur,
in cuius territorio Eccleſia aſſurgit, reſeruata verò ædi-
ficatori Epiſcopo hac gratia, vt quos deſiderat clericos
B in re ſua videre, ipſos ordinet is in cuius ciuitatis terri-
torio eſt: vel ſi ordinati iam ſunt, ipſos habere acquieſ-
cat. Et omnis Eccleſiæ ipſius gubernatio, ad eum in
cuius ciuitatis territorio Eccleſia ſurrexerit pertinebit.
Quod ſi etiam ſæcularium quicunque ædificauerit Ec-
cleſiam, & alium magis quam eum, in cuius territorio
ædificat, inuitandum putauerit, tam ipſe cui contra
conſtitutionem ac diſciplinā gratificari vult, quam om-
nes Epiſcopi, qui ad huiuſmodi dedicationem inuitan-
tur, à conuentu abſtinebunt. Si quis exceſſerit, in rea-
tum deuocabitur. Si quis exceſſerit, ordinem recogno-
ſcat canonicum.* Eandem diffinitionem repetit &
allegat Concilium II. COLONIENSE ſub Ca-
rolo III. Craſſo, capite quarto. Vide ſequentia,
C quia huic cohærent ex proximo.
Baſilicæ in eius Epiſcopi ſint dictione,
in cuius territorio ædificantur.] Hoc ex ſu-
periori annotatione euadit cognitum: ſed & idem
in dictione Monaſterium inſeritur. Eſt autem
congruum, vt adhuc quæ hanc concernunt pro-
poſitionem in medium producamus. Concilium
AVRELIANENSE I. capite decimo nono, alle-
gat Gratianus cauſa 6. quæſtione 7. capite Omnes
baſilicæ. *Omnes baſilicæ quæ per diuerſa loca conſtru-
ctæ ſunt, vel quotidie conſtruuntur, placuit ſecundum
priorem canonum regulam, vt in epiſcopi, in cuius
poſita ſunt territorio, poteſtate conſiſtant.* Et Con-
cilium ILERDENSE canone tertio, allegatur
D cauſa decima, quæſtione prima, capite Si ex laicis.
*Si ex laicis quiſpiam a ſe factam Baſilicam conſecrari
deſiderat, nequaquam eam ſub monaſterij ſpecie, vbi
congregatio non colligitur, vel regula ab Epiſcopo non
conſtituitur à Diœceſana lege audeat ſegregare.* Et
Concilium AVRELIANENSE IV. canone ſe-
ptimo, inhibet ne Dominus Baſilicæ, quoſcunque
clericos peregrinos ſuæ Baſilicæ audeat applicare,
niſi approbante Pontifice eiuſdem loci & territo-
rij. Summéque canone viceſimo ſexto. Idem con-
cilium prohibet, ne aliter viuant clerici huiuſmo-
di his Baſilicis ſeruientes, quàm in alijs Eccleſijs
viuitur, ſed ea obſeruare cogantur, quæ cæteri
obſeruant, aliàs corrigantur. Hinc & canone tri-
E geſimo tertio, Statuit: *Si quis in agro ſuo, aut
habet aut poſtulat habere diœceſim, primùm & terras
ei deputet ſufficienter, & clericos qui ibidem, ſua
officia impleant, ſacratis locis reuerentia condigna
tribuatur.* Hinc & Concilium TOLETANVM
II. allegatur cauſa decima, quæſtione prima, à
Gratiano, capite Sic quidam, & ab Iuone Car-
notenſi libro ſecundo Decretorum. *Multi con-
tra canonum conſtituta, Eccleſias quas ædificaue-
rint, poſtulant conſecrari, vt dotem quam eidem Ec-
cleſiæ contulerunt cenſeant ad Epiſcopi ordinationem
non pertinere: quod factum & in præteritum diſplicet,
& in futuro prohibetur, ſed omnia ſecundum conſtitu-
tionem antiquam, ad Epiſcopi ordinationem, &*

Concilium Arauſicanum I.
Concilium Colonienſe 2.
Ad Epiſcopum pertinet, tam de facultatibus quā de monaſterijs prouidere Baſilicarum in ſua diœceſi erectarum.
Concilium Aurelianenſe 1.
Concilium Ilerdenſe 1.
Concilium Aurelianen. 4 ſub Pelagio 1.
Concilium Toletanum 4. ſub Pelagio II.

A

poteſtatem pertineant. Idem confirmat Concilium T o l e t a n v m IV. canone trigeſimo ſecundo, allegatur à Gratiano cauſa decima, quæſtione prima, capite Nouerint. *Licet, ſi Baſilicæ ſuis fundentur redditibus, aut eis miniſtri male vtantur, interſit fundatoribus, vel eorum propinquis appellare. Nouerint tamen conditores Baſilicarum, in rebus quas eiſdem Eccleſijs conferunt nullam ſe poteſtatem habere; ſed iuxta canonum inſtituta, ſicut Eccleſiam, ita & dotem eius, ad ordinationem Epiſcopi pertinere.* Canone autem trigeſimo ſeptimo, & allegat Gratianus cauſa decima ſexta, quæſtione ſeptima, ſtatuit vt parentibus fundatorum de eiſdem facultatibus ſubueniatur, vt infrà dicemus. Porrò hæc decreta præcedentia confirmat Concilium M o g v n t i n e n s e III. capite quarto, & ante Concilium V o r m a t i e n s e capite ſexto. *Multi contra canonum conſtituta, Baſilicas quas ædificauerint, & ab Epiſcopo poſtulauerint conſecrari, dotem quam eidem Eccleſiæ contulerint ad Epiſcopi ordinationem putant non pertinere, quod factum & in præterito diſplicet, & in futuro prohibetur. Ergo omnia (ſecundum conſtitutionem aliquam) iura Eccleſiarum ad Epiſcopi ordinationem & poteſtatem pertineant.* Idem & canone quinquageſimo quinto. & Concilium C a b i l o n e n s e I. canone decimo quarto. *Quandoquidem hi quorum villæ ſunt, vbi erectæ ſunt Baſilicæ, facultates denegent Epiſcopis earundem, & viſitationem interdicunt Archidiaconis, & Clericis, qui ibidem deſeruiunt: idcirco ſtatuimus, vt duntaxat in poteſtate ſint Epiſcopi, & de ordinatione clericorum, & de facultate ibidem collata, qualiter ad ipſa oratoria ſeu baſilicas, & officium diuinum poſſit impleri, & ſacra libamina conſecrari. Quod ſi quis contradixerit, iuxta priſcas canones communione priuetur.* Plura vide dictione, Eccleſia, & Parochia. Vide ſequentia.

Concilium Toletanum 4. ſub Honor. 1.

B

Concilium Moguntin. 3. ſub Arnulpho Imperatore.

Concilium Vormatienſe ſub Ludouico 2. Imperat. anno 868.

Concilium Cabilonenſe 1. ſub Eugenio.

C

Baſilicas non cuiuis, nec in nomine cuiuſlibet licet ædificare, aut conſecrare.] Hoc ex ſuperioribus poteſt colligi: verumtamen ne aliquid intactum relinquamus, ſic G e l a s i v s P r i m v s. epiſtola ad Epiſcopos Lucaniæ Brutiorum, & Siciliæ, capite viceſimo ſeptimo, & allegatur à Gratiano, de conſecratione, diſtinctione prima, capite De locorum. *De locorum conſecratione ſanctorum* (quamuis capite ſexto eiuſdem epiſtolæ prohibuit ne Epiſcopi dedicent Eccleſias & Baſilicas nouiter inſtitutas non petitis ex more præceptionibus) *nobis* (ait) *patefactum eſt, quòd abſque præcepto ſedis Apoſtolicæ, nonnulli factas Eccleſias, vel oratoria ſacrare præſumant. Hoc ſiquidem tamen iudicio deteſtabiliore permoti, quod in quocunque nomine defunctorum. & (quantum dicitur) nec omninò fidelium conſtructiones ædificatas, ſacris proceſſionibus audacter inſtituere memorantur. Quæ quoniam tam acerba, tam dura ſunt, vt eadem vix noſter ferre poſſit auditus, ſi reuera Chriſtianitatis affectus in illis regionibus, certus & fixus eſt, & diſtrictiùs iſta quærantur, & à quibus fuerint geſta prodantur: quoniam ſicut latentibus in hac atrocitate nominibus, non extat in quem ſententia debita proferatur, ita cùm manifeſtis fuerit documentis expoſitus, quem tanti ſceleris immunitas, non effugiet vllatenus vltionem.* Lege & Dedicatio. Porrò C o n c i l i v m N i c a e n v m ſecundum, quod dicitur ſeptimum generale, actione ſeptima, canone decimo ſeptimo: *Quidam monachi ſuis monaſterijs relictis, vt qui imperare deſiderent, & parere recuſent, Oratoria ædificare aggrediuntur, cùm ea non habeant quæ ad perfectionem pertinent. Si quis ergo hoc facere aggreſſus fuerit prohibeatur ab eius loci Epiſcopo. Si quis autem ea habet quæ ad perfectionem ſufficiunt, quæ ab ipſo deliberata ſunt ad finem deducantur. Idem autem ſeruetur in laicis & clericis.* Idem renouat C o n c i l i v m S e n o n e n s e capite decimo tertio, cùm agit de non nouis erigendis baſilicis, ſed de veteribus reſtaurandis. Vide ſequens.

Gelaſius 1.

D

E

Concilium 2. Nicænum, quod fuit generale 7. ſub Adriano 1.

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato legato & Cancellario.

Baſilicæ quæ minantur ruinam, quorum bonis reſtaurandæ.] Concilium A r e l a t e n s e IV. canone viceſimo quinto: *Statuimus, vt ſi quis beneficium de rebus Eccleſiæ habet, ad tecta eiuſdem Eccleſiæ reſtauranda, vel ad ipſas Eccleſias ædificandas omninò adiuuet.* Refert & Burchardus libro ſecundo Decretorum, capite viceſimo primo, decretum H y g i n i I. capite quinto. *Eccleſiæ* (ait) *deſtructæ, vbi aut plures ſunt, quàm neceſſe ſit, aut maioris magnitudinis, quàm ex rebus ad eas pertinentibus reſtaurari poſſint, Epiſcopi prouidentia, modus inueniatur, qualiter conſulere poſſint.* Et Concilium M o g v n t i n v m I. canone 42. idem omninò præcipit, quod præfatum Cõcilium Arelatenſe. Hinc etiam Concilium A q v i s g r a n e n s e II. capite ſexto, de ordine rectorum, Preſbyteris iniungit ſtudium habere in his quæ ad cultum diuinum pertinent, & in reſtauratione ac in luminaribus Eccleſiæ, nec facultates in proprium transferre: vt dicemus dictione, Facultates Eccleſiæ. &c. Hinc Concilium M e l d e n s e capite 62. ſtatuit, vt hi qui ex rebus Eccleſiaſticis nonas & decimas debent perſoluere, & ſarta tecta Eccleſiæ, ſecundum antiquam authoritatem & conſuetudinem, reſtaurare debent, & hoc non ſolùm negligunt, verùm & per contemptum dimittunt, atque clericos fame ac penuria, Eccleſiaſtica quoque ædificia diſſolutione adnullari permittunt, tamdiu ab Eccleſiaſtica communione ſeparentur, vſque dum diligentia emendare ſtudeant quod ſocordia neglexerunt. Quod ſi iterum iterauerint poſt excommunicationis ſatisfactionem, regia poteſtate compulſi iuxta legale, & antiquum editum. *Qui negligit cenſum perdat agrum.* Serui autem Eccleſiarum, ſaltem viginti diebus in anno, eidẽ Eccleſiæ ad reficiẽdas ipſius ruinas abſque moleſtia ſeruire ſinantur. Porrò capite ſeptuageſimo quinto eiuſdem Concilij ſtatuitur, vt qui Baſilicas habent, decimas earum accipientes in reſtaurationem Eccleſiarum & luminaria & hoſpitium, &c impendant. Vide Decimæ. Idem omninò decretum renouat Concilium L a t e r n e n s e ſub Alexandro III. parte viceſima nona, capite ſecundo: *Sic* (ait) *de his qui parochiales tenent Eccleſias, ad reprobationem & inſtitutionem Eccleſiarum cogi debent, cùm opus fuerit, de bonis quæ ipſius ſunt conferre, ſi eis ſuperſunt, vt eorum exẽplo cæteri vtantur.* Idem A l e x a n d e r III. in eodem Concilio partis viceſimæ nonæ, capitis octaui, ad Cænomanenſem Epiſcopum. *Clerici de mobilibus quæ per Eccleſias ſunt adepti, de iure reſtaurari non poſſunt, viuentes tamen & ſui compotes moderatè valent aliqua de bonis ipſis, non ratione teſtamenti, ſed intuitu eleemoſynæ erogare, in ægritudine etiam conſtituti.* Eadem conſtituit C o n c i l i v m R a t i s p o n e n s e ſub Laurentio Cardinali capite vndecimo. Hinc & C o n c i l i v m T r i d e n t i n v m ſeſſione viceſima prima, quod fuit

Concilium Arelatenſe 4. ſub Carolo & Leone 3.

Hyginus 1.

Concilium Moguntinũ 1. ſub Carolo Magno.

Concilium Aquiſgranenſe 2.

Concilium Meldenſe.

Oro attende, & miſerrimum ſtatum noſtri temporis deplora.

Antiquum legiſlatum.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Alexander 3

Concilium Tridentinum

quintum

quintum ſub Pio qvarto, capite ſeptimo decreti reformationis, mandat vt collapſæ Eccleſiæ refici & inſtaurari debeant, ex fructibus & prouentibus quibuſcunque ad eaſdem Eccleſias quomodocumque pertinentibus. Qui ſi non fuerint ſufficientes, omnes patronos & alios qui fructus aliquos ex dictis Eccleſijs prouenientes percipiunt, aut in illorum defectum parochianos omnibus remedijs opportunis ad prædicta cogant Epiſcopi, quacunque appellatione, exemptione, & contradictione remota. Quod ſi nimia egeſtate omnes laborent, ad matrices ſeu viciniores Eccleſias transferantur, cum facultate tam dictas parochias, quàm alias Eccleſias dirutas, in profanos vſus non ſordidos, erecta tamen ibi cruce, conuertendi. Vide & dictione, Eccleſia, aut Parochia, & ſequentia.

Conciliũ 2 Bracarenſe.

Baſilicæ non dedicentur, niſi ſufficienter ſint fundatæ.] Concilium II. Bracarense canone quinto, allegat Gratianus cauſa prima, quæſtione ſecunda, capite Placuit. *Vnuſquiſque Epiſcoporum meminerit, vt non priùs dedicet Eccleſiam, niſi anteà dotem Baſilicæ, & obſequium ipſius per donationem chartulæ confirmatum accipiat: nam non leuis eſt iſta temeritas, ſi ſine luminaribus, vel ſine ſubſtantiali ſuſtentatione eorum, qui ibidem ſeruituri ſunt, tanquam domus priuata, conſecretur Eccleſia.* Lege etiam dictione Dedicatio Eccleſiarum non fiat pretio, &c. Concilium Valentinvm Galliae III. canone nono: *Seculares, & fideles laici, ſi condere voluerint baſilicas in prædijs ſuis dotationem ei conferant, mòxque Epiſcoporum iuri & ſanctæ Matri Eccleſiæ eandem Baſilicam ſubmittant. Aliter verò non earum conſecrationem ſciant non impleturos. Dotes verò à fidelibus deſignatæ Baſilicis, ad hoc quod ſtatutum eſt, ab eis vendicetur: nulla redhibitio cenſus inde à quolibet ſeculari exigatur;* (vide Immunitas) *ſed quod canonicè tantùm ordinatum eſt, ſuppleatur. Illi autem qui dotes Eccleſiarum auferre, dare ſeruitium ab eis exigere inſuper non metuunt, periculum Sacerdotibus intentare ſi actiones non meliorauerint, eorum excommunicationi non addere nouerint deſtructionem penitus talium Baſilicarum, locumque alium ſub pace melioris ſitum, quæſituros, ibique pacificam baſilicam conſecraturos.* Vide Facultatum Eccleſiæ inuaſores, &c. Porrò Concilium Senonense capite decimo tertio, inhibet Baſilicarum de nouo conſtructiones ſine Diœceſani licentia: ſed & iubet, vt fundationes antiquæ compleantur, & obſeruentur, ne diuinus cultus minuatur, fundatorúmve intentio fraudetur.

Concilium Valentinum Galliæ 3. ſub Lothario Imperatore.

Non moleſtandæ Eccleſiæ nec exactionibus opprimendæ. vide Facultas, & Immunitas.

Concilium Senonenſe.

Baſilicarum fundatores an aliquid poteſtatis retineant in bonis ſuis Baſilicis collatis.] Hoc ſuperioribus annotationibus elucidatum eſt, omnia ad Epiſcopi pertinere ordinationem, & poteſtatem, in cuius territorio conſtruuntur. Verumtamen non eſt ſilendum, quod ſuper huiuſcemodi quæſtione ſtatuit Concilium Toletanum IIII. quod ſuperiori pagina citauimus. Ideò relege. Tum huic conforme eſt, quod poſtea ſtatuit Concilium Toletanvm V. capite decimo quinto: *Statuimus, vt quæcunque res Eccleſijs Dei à Principibus iuſtè conceſſæ ſunt, vel fuerint, vel cuiuſcunque alterius perſonæ quolibet titulo illis non iniuſtè collata ſunt, vel extiterint, ita in earum iure perſiſtere firma ſtabilitate iubemus, vt euelli quocunque caſu, vel tempore nullatenus poſſint. Oportunum eſt enim, vt ſicut fidelia hominum ſeruitia non exiſtere cenſuimus ingrata.* (Vide dictione Princeps) *Ita Eccleſijs collata, quæ propriè ſunt pauperum alimenta, earum in iure, pro mercede offerentium maneant inconuulſa.* Hoc iterum confirmat Concilium Toletanvm IX. canone primo: *Ne facultates Eccleſijs relictæ à miniſtris defraudentur, condignis filijs vel nepotibus honeſtioribúſque propinquis eius, qui conſtruxit, vel ditauit Eccleſiam, licitum ſit hanc bona intentionis habere ſolertiam, vt ſi ſacerdotem, ſeu miniſtrum aliquid ex collatis rebus prouiderint defraudare, aut commonitionis honeſta conuentione compeſcant, aut Epiſcopo vel Iudici corrigenda denuncient. Quod ſi talia Epiſcopus agere tentet, Metropolitano eius hæc inſinuare procurent. Si autem Metropolitanus talia gerat, regis hæc auribus intimare ne differat. Ipſis tamen hæredibus in eiſdem rebus non liceat quaſi iuris proprij poteſtatem præferre, non rapinam, non fraudem ingerere, nec violentiam quancunque præſumere: Sed hoc ſolùm in ſalutarem ſolicitudinem adhibere, quod aut in nullam noxam operatio nocens attingat, aut velut in mulctam, aut aliquam partem ſalutaris merces aſſumat. Si quis verò deinceps hæc monita temerare præſumpſerit, & malè rapta cum confuſione reſtituet, & excommunicationis annuæ ſententiam ſuſtinebit.* Et canone ſecundo ſubiungitur: allegatúrque à Gratiano cauſa decima ſexta, quæſtione ſeptima, capite decernimus. *Quia verò fieri plerumque cognoſcitur, vt Eccleſiæ parochiales vel ſacra monaſteria, ita quorundam Epiſcoporum vel inſolentia, vel incuria horrendam decidant in ruinam, vt grauior ex hoc oriatur ædificantibus mœror, quam in ſtruendo gaudij extiterat labor: Ideò pia compaſſione decernimus, vt quandiu earundem fundatores Eccleſiarum in hac vita ſuperſtites extiterint, pro eiſdem locis curam permittantur habere ſolicitam, & ſolicitudinem ferre præcipuam atque rectores idoneos in eiſdem baſilicis ijſdem ipſi offerant Epiſcopis ordinandos. Quod ſi tales forſitan non inueniuntur, ab eis, tunc quos Epiſcopus loci probauerit Deo placitos ſacris cultibus inſtituat, cum eorum conniuentia ſeruituros. Quod ſi ſuperſtitibus eiſdem fundatoribus rectores ibidem præſumpſerint Epiſcopi ordinare, & ordinationem ſuam irritam nouerint eſſe, & ad verecundiam ſuam, alios in eorum loco, quos ijdem ipſi fundatores condignos elegerint ordinari.* Vide ſequentia, ſed & Concilium Lateranense ſub Alexandro tertio, parte prima, capite decimo ſexto, ſtatuit de Baſilicarum fundatoribus, qui poteſtatem habent eiſdem perficiendi miniſtros: vt dicemus dictione, Electio. Vide quæ ſuperius diximus, & ſequentia.

Concilium Toletanum 5. ſub Honorio.

Concilium Toletanum 9.

Concilium Lateranenſe 3. ſub Alexand. 3

Baſilicarum fundatores, ſi egentes fuerint, de facultatibus Eccleſiæ allatur.] Hoc in dictione, Pauper, & Facultates Eccleſiæ, & alijs locis ſæpiſſimè exprimitur. Verùm ſic Concilium Toletanvm IIII. canone trigeſimo ſeptimo. allegatur à Gratiano cauſa decima ſexta, quæſtione ſeptima, Quicunque fidelium. *Prebendum eſt (ait) Sacerdotibus vita ſolatium indigentibus, & maximè his quibus reſtituenda viciſſitudo eſt. Quicunque ergo fidelium de facultatibus ſuis, Eccleſiæ aliquid deuotione propria contulerunt, ſi forte ipſi aut filij eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Eccle-*

Concilium Toletanum 4.

dem Eccleſia ſuffragium vita pro temporis vſu percipiant. Si enim clericus ſeu monachus, vel peregrinus, aut quamlibet neceſſitatem ſuſtinentibus pro ſolo regionis intuitu, in vſum res Eccleſiaſtica largiuntur, quantò magis conſulendum eſt, quibus retributio iuſta debetur? Idem ſtatuit Concilium Ratisponense ſub Lantenrio Cardali capite 33. Vide locis ſuperius allegatis.

Concilium Ratiſponenſe ſub Laurentio Cardinali.

Concilium Bracarenſe 2.

Baſilicæ fundatores quæſtus cauſa.] Concilium Bracarense II. canone ſexto, allegatur à Gratiano de Conſecratione diſtinctione prima, capite Si quis. *Placuit, ſi quis Baſilicam non pro deuotione fidei, ſed pro quæſtu cupiditatis ædificat, vt quidquid ibidem de oblatione populi colligitur, medium cum clericis diuidat, eò quod Baſilicam in terra ſua quæſtus cauſa condiderit, quod in aliquibus locis vſque modo dicitur fieri. Hoc ergo de cætero obſeruari debet, vt nullus Epiſcoporum tam abominabili voto conſentiat, nec Baſilicam, quæ non pro ſanctorum patrocinio, ſed magis ſub tributaria conditione eſt condita, audeat conſecrare.* Vide & ſequentia.

Baſilicæ non diuidantur.] Vide Parochia.

Baſilicæ ambitus, & mansus.] Vide Eccleſia.

Baſilica ſemine, & ſanguine polluta.] Vide Eccleſia.

Baſilica ſub annuo cenſu licitè tenenda.] Alexander III. ad Exonienſem Epiſcopum allegatur parte viceſima octaua Concilij Lateranenſis ſub eodem celebrati, capite primo. Baſilicas quippè, ſeu Eccleſias licitè ad cenſum annuum ad certum terminum teneri poſſe, videtur innuere, vbi conſtringit quendam, qui cùm Eccleſiam ad annuum cenſum per ſeptennium tenendam ſuſcepiſſet, ipſe ſibi eam, antequam per vnius anni ſpatium tenuiſſet, auferre præſumpſerat: quem iubet appellatione remota, poſſeſſori reddere, licet tamen antea ſcribens ad Londinenſem Epiſcopum (& inſertum eſt parte 27. eiuſdem Concilij capite 2. & 3.) clericis & monachis inhibuerit firmas tenere, atque laicis Eccleſias ad firmam tenere (vt latius dicetur dictione, Monachus, & Clericus, & Facultates.) Idem tamen parte viceſima nona, capite quarto. Terras arabiles Eccleſiæ ſub annuo cenſu concedi poſſe decreuit. Vide locis ſuperius allegatis, ſcilicet Facultates Eccleſiæ, Monachi ſecularia, &c. & Clericus, ſecularia, &c.

Alexander 3.

Baſilicarum demolitores.] Hoc inuenies repoſitum dictione, Monaſteria non conuellenda, &c.

Baſilicæ deſtructæ ſi debeant iterum conſecrari.] Vide Dedicatio, ſeu cõſecratio Eccleſiarum an iteranda ſit.

Baſilicæ Hæreticorum ſacris vſibus non applicandæ. Concilium Epaunense cap. trigeſimo tertio. *Baſilicas hæreticorum quas tanta execratione habemus exoſas, et pollutionem earum purgabilem non putemus, ſanctis vſibus applicare deſpicimus. Sanè quas per violentiam noſtras abſtulerant poſſimus reuocare.* Teſtatur tamen Platina Cremonensis in vita Ioannis I Papæ, Quod Iuſtinus Imperator feruore religionis Arrianorum Baſilicas, Catholicas fecerit conſecrare: ſed & ipſe Ioannes I. epiſtola ſecunda quæ eſt ad Epiſcopos Italiæ: *Eccleſias (inquit) Arrianorum vbicunque inueneritis, Catholicas eas diuinis precibus & operibus vſque vlla mora conſecrate. Quia & nos quando fuimus Conſtantinopoli, quaſcunque in illis partibus, eorum Eccleſias reperire potuimus, Ca-*

Concilium Epaunenſe ſub Sigiſmudo rege & Gelaſio 1. huic interfuit Sanct Claudius Biſuntinus, Archiepiſcopus.

Platina Cremonenſis.

Ioannes 1.

tholicas eas Domino opem ferente conſecrauimus. Si quid hic deeſt, ſupplendum æſtima in dictione, Eccleſia, vel Parochia, vel Dedicatio, aut huiuſmodi vocabulis affinitate ſibi coniunctis.

Bellum.

Bellum in hæreticos, & infideles iuſtiſſimum.] Infinitis teſtimonijs ſacræ Scripturæ hoc roboratur. Nam plenæ ſunt ſacræ Literæ hiſtorijs virorum illuſtrium, qui bella Gentibus, & Paganis, & Ethnicis intulerunt pro lege & religione: quod bellum iuſtiſſimum appellat Philo Iudaeus, ad calcem libri primi, de vita Moſeos. Et Origenes Adamantius homilia viceſima ſexta in Ioſue, capite trigeſimo primo. Et Ambrosius Mediolanensis libro Officiorum 1. capite viceſimo nono: Iuſtiſſimum contra infideles, Moſis bellum deſcribit, & Gedeonis, & aliorum cùm & Ioſue fœlicia narrat prælia. Et Augustinus epiſtola 194. quæ eſt ad Bonifacium comitem. *Vide (ait) tibi conſilium dabo, arripe manibus arma: Oratio autem aures pulſet authoris, &c.* Vide ſequenti pagina. Hinc Concilium Lateranense ſub Alexandro III. parte prima, capite viceſimo ſeptimo, ſic loquente Alexandro ſtatuit: *Nos de miſericordia Dei, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli authoritate confiſi, fidelibus Chriſtianis qui contra hæreticos arma ſuſceperint, & ad Epiſcoporum, ſeu aliorum prælatorum conſilium ad eos decertando expugnandos, biennium de pœnitentia iniuncta relaxamus. aut ſi longiorem ibi moram habuerint, Epiſcoporum diſcretioni quibus huius rei cauſa fuerit iniuncta committimus, vt ad eorum arbitrium ſecundum modum laboris, maior eis indulgentia tribuatur. Qui autem in vera pœnitentia ibi deceſſerint, & peccatorum indulgentiam, & fructum mercedis æternæ ſe non dubitent percepturos.* (Hæc allegat Gratianus cauſa decima quarta, quæſtione quarta, capite Ab illo. *Illis autem qui admonitioni Epiſcoporum, in huiuſmodi parte parere contempſerint, à perceptione corporis & ſanguinis Domini iubemus fieri alienos. Interim verò eos qui ardore ad eos expugnandum laborem iuſtum aſſumpſerint, ſicut eos qui ſepulchrum Dominicum viſitant ſub Eccleſiæ defenſione recipimus, & ab vniuerſis inquietationibus, tam in rebus, quàm in perſonis ſtatuimus manere ſecuros. Si verò quiſpiam eos moleſtare præſumpſerit, per Epiſcopum loci excommunicationis ſententia feriatur, & tandiu ſententia ſeruetur ab omnibus, donec & ablata reddantur, & de illatis damnis congruè iterum ſatisfaciat. Epiſcopi verò ſiue preſbyteri qui talibus fortiter non reſtiterint, officij ſui priuatione mulctentur, donec miſericordiam Apoſtolicæ ſedis obtineant.* Porrò quantum laboris inſumpſerit ad Albigenſes hæreticos profligendos, Simon comes Montfortis, & Toloſæ, & quantum inde honoris & gratiæ ab Innocentio III. reportarit indicat Historia Albigensium nouiter in lucem edita, huiuſce belli narrationem complectens. Sed & manifeſtat ampliſſima epiſtola eiuſdem Innocentij III. quæ eſt ad præfatum Simonem, vbi eidem conceſſit omnes terras, & prouincias quas vi armorum occupauerat, vſque ad determinationem generalis Concilij. Hinc & factum generaléque Concilium Lateranense 1215. Patrũ ſub eodem Innocentio canone 3. ſic ſtatuit: *Catholici qui crucis aſſumpto caractere, ad Hæreticorum exterminium ſe accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illóque ſancto*

Philo Iudæus.

Origines Adamantius.

Ambroſius Mediolanenſ.

Auguſtinus Hipponenſis.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Hiſtoria Albigenſium in lucem emiſſa opera Arnaldi Sorbini, prædicatoris Regij.

Innocent. 3.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. patrum (merè) tel 1215.

Priuilegio ſunt muniti, quod accedentibus in terra ſancta ſubſidium conceditur. De bello etiam infidelibus inferendo, ampliſſimè tractat Concilium Claromontense in Aruernia ſub Vrbano II. Nam indulgentiæ ampliſſimæ conceduntur his qui ſalutari Cruce armati in infideles proficiſcuntur. Quæ indulta renouauit etiam exiſtens Mantuæ, Pivs II. & ipſe armatus perrexit contra illos, ſed Anconæ ſubita morte præuentus eſt. Infinitæ ſunt Bullæ Summorum Pontificum, ad hoc fideles inſtigantes. Quin & prædicta omnia, tam in Hæreticos, quàm in Paganos confirmat Senonense Concilium ſub Antonio à Prato in generali Decreto. Sed & cùm iſta ſcriberem, celebrabatur pro re ſimili Iubilæus à Pio V. ſummo Pontifice conceſſus. Plura tamen reſeruãtur dicenda dictione. Hæreticus, & Turca, & ſequenti. vbi plura referuntur.

Concilium Claromontenſe, ſub Vrbano 2. in quo ſe armauit Godefredus de Bullonio, & alij contra infideles.
Pius 2.

Concilium Senonenſe Pariſijs celebratum apud Auguſtinenſes.
Pius 5. anno 1572 menſe Iulio 16. die, celebratum eſt Iubileum indultum.

Bellum licitum eſſe pro iuſta cauſa.] Avgvstinvs Hipponensis libro viceſimo ſecundo, contra Fauſtum Manicheum, capite ſeptuageſimo quarto: *Quid culpatur in bello? An quia moriuntur quandoque morituri, vt dominentur in pace victuri? Hoc reprehendere timidorum eſt, non religioſorum: nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi qua ſunt ſimilia: hæc ſunt quæ in bellis iure culpantur, quæ plerumque vt iure puniantur, aduerſus violentiam reſiſtentium ſiue Deo, ſiue aliquo legitimo imperio iubente, gerenda ipſa bella ſuſcipiuntur a bonis, cùm in eo humanarum ordine inueniuntur, vbi eos vel iubere aliquid tale, vel in talibus obedire iuſtitia ipſe ordo conſtringit. Vnde neque Ioannes ab armis iubet diſcedere milites, cùm ad eum baptizandi venirent. Et Chriſtus tributa Cæſari monet reddi, quia propter bella, neceſſaria militi ſtipendia præbentur.* Et infert cap. 75. *Ordo autem ille naturalis mortalium paci accommodatus hoc poſcit, vt ſuſcipiendi belli authoritas, atque conſilium penes Principes ſit. Exequendi autem iuſſa bella, miniſterium milites debeant paci ſalutique communi. Bellum autem, quod gerendum Deo authore ſuſcipitur, recte ſuſcipi dubitari fas non eſt, vel ad terrendam, vel ad coercendam, vel ad ſubiugandam mortalium ſuperbiam, quando ne illud quidem quod humana cupiditate geritur, non ſolum incorruptibili Deo, ſed nec ſanctis eius obeſſe aliquid poteſt, in quos non habet quiſpiam poteſtatem, niſi deſuper data ſit.* Idem de iuſto bello epiſtola 205. ad Bonifacium: *Noli exiſtimare neminem Deo placere poſſe qui armis bellicis militat, in his erat ſanctus Dauid cui Dominus tam magnum teſtimonium perhibuit. In his etiam plurimi illius temporis iuſti erant: in his erat & ille Centurio qui Domino dixit, Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, &c.* Lege & epiſtolam 193. Bonifacij ad Auguſtinum, & reſponſiuam eiuſdem epiſtolam 194. & 195. & in alijs locis. Et Nicolavs I. epiſtola ad Epiſcopos Galliæ. & allegat Gratianus cauſa decima quinta, quæſtione ſexta, capite Quin etiam. *Præfato (ait) fratri noſtro Blaſique Treuirenſis Eccleſiæ, illiuſque defenſoribus, hæc in mandatis dedimus, vt ſpirituali ſimul & materiali gladio tandiu malignos illos eorúmque fautores inſequantur, quouſque cum integritate poſſeſſiones vel quæcúnque res Eccleſiaſticæ hoc facto, vel quocumque pacto diſtractæ ſeu direptæ ſunt, reuocentur.* Idem epiſtola ad exercitum Francorum, allegat Gratianus cauſa 23 quæſtione 5 Omnium. *Omnium veſtrum noſſe volumus charitatem, quoniam* A *quiſquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit, regna illi cœleſtia minime negabuntur.* Et iterum reſpondens ad conſulta Bulgarorum, allegat Gratianus cauſa 23. quæſtione 8 capite Nulla. *Si nulla vrget neceſſitas non ſolum Quadrageſimali tempore, ſed etiam omni tempore eſt prælijs abſtinendum. Si autem ineuitabilis vrget importunitas, nec Quadrageſimali tempore, pro defenſione tam ſua quam patriæ, ſeu legum paternarum, eſt bellorum præparationi procul dubio parcendum: ne videlicet Deum videatur homo tentare, ſi habet quod faciat, & ſuæ ac aliorum ſaluti conſulere non procurat, & ſanctæ Religionis detrimenta non præcauet.* Vide Poteſtas, & Princeps. Hinc B vt iam diximus in Concilio Mantvano Calixtus III. & Pius II. bellum in Sarracenos incitarunt, magnis ad hoc indulgentijs conceſſis. Hinc Vrbanus II. in Concilio Claromontano, vt ſuperiùs dictum eſt. Per varios quoque ſacrorum Conciliorum tractatus diſcurrens, reperies ſæpe mentionem haberi de inferendo bello hoſtibus fidei: ſicut & ſuadet Concilium Florentinvm ſub Eugenio IIII. & Concilium Lateranense ſub Iulio II & Leone X. ſeſſione potiſſimum 8. vbi de iuſtiſſimo in Sarracenos bello, aut in Turcas agit oratione luculenta Ioannes Baptista Gargias eques Hieroſolymitanus, qui & mala quæ Chriſtianis C Turci inferunt, non ſine lachrymis recenſet, & de auxilio ferendo diſſerit, cuius oratione & verbis permotus ſummus Pontifex Leo X. conſequenter ieiunium, & orationem, ac eleemoſynarum largitionem, morúmque reformationem, omnibus Catholicis indixit, vt Deus victoriam Chriſtianis contra infideles conferre dignaretur. Monétque omnes Magiſtratus, Rectores, & Locumtenentes, Principes, &c vt Chriſtianos populos ad expeditionem contra infideles aſſumendam, qua authoritate & gratia valere putauerint, hortentur & inducant magnis ad hoc indulgentijs conceſſis. vide ſuperiori annotatione, & quære etiam di- D ctione, Pax, Princeps, Imperator, Rex, Militia, &c.

Augustinus Hipponenſis.
Lucæ 3.
Matth. 22.
Nicolaus 1.
Concilium Mantuanũ ſub Calixto 3.
Concilium Florentinum ſub Eugenio 4. Cõcilium Lateranenſe ſub Iulio 2 & Leone 10.
Ioannes Baptiſta Gargias
Leo 1.

Benedictio.

Benedictio fructuum.] De benedictione aquæ Benedictæ, diximus dictione Aqua. Item de Benedictione menſæ. & gratijs. Vide Gratia. Interim tamen ſic placet quædam hic addere Canon Apostolorvm IIII. *Offerre non liceat aliquid ad altare, præter nouas ſpicas, & vuas, & oleum, ad luminaria, & thymiama, id eſt, incenſum tempore quo ſacra celebratur oratio.* Et canone quinto: *Omnis autem alius fructus domum mittatur, primitiæ,* E *Epiſcopo & presbyteris. Hæ ergo ſpecies quas non licet offerri ſuper altaria, iuxta conſtitutionem Apoſtolorum* (ait Evtychianvs I. epiſtola ad Ioannem & Epiſcopos Bœticæ prouinciæ) *eorúmque ſucceſſorum ad domum ſacerdotum deferantur, & a ſacerdotibus benedicantur, & per ſimplicem benedictionem benedicta demum a populis ſumantur: faba tantum & vua, & cætera quæ Apoſtoli conſtituerunt, ſuper altare offerantur.* Et Gregorivs III. Benedictionem eſcarum per Crucis ſignum fieri debere oſtendit epiſtola quarta ad Bonifacium Epiſcopum Moguntinenſem, quãdo de eſu immolaticijs poſt crucis benedictioné, ſi liceret ſumere, interrogaſſet. cui reſpõdet & illud

Canon Apoſtolorum.
Eutychianus.
Gregorius 3.

1.Corinth.8.
Rom.14.

Apoſtoli: *Si quis dixerit, quia hoc immolatitium eſt, nolite edere propter eum qui indicauit, & propter conſcientiam.* Huius autem benedictionis rationem quia hæretici aſcribuot arti magicæ, reddit Concilium MOGVNTINENSE IV.cap.19 *Veterem (ait) morem in Eccleſia ſequimur, dum ſalem, aquas, & cæteras quaſdam res, in vſum fidelium per orationes in verbo Dei præparamus. Quem morem nemo reprehendet, qui ſecum reputauerit Eccleſiam, inter cætera ſalutis & vtilitatis ſuæ, tum augendæ tum conſeruandæ præſidia, etiam exorcizandi poteſtatem, contra inſidias Dæmonum, aliáſque noxias peſtes auertendas accepiſſe: quam poteſtatem dum per res externas ad vtilitatem fidelium exercet Eccleſia, nimirum in eo ſanctorum imitantur exempla, qui ad eliciendos quoſdam effectus, diuino iuſſu res corporales adhibuiſſe leguntur: quem morem in Eccleſijs præcipimus conſeruandum dummodo populum paſtores ſedulo doceant, effectus qui inde petuntur, non ipſarum rerum efficaciæ, ſed diuinæ virtutis operationi, per fortiſſimi nominis Domini inuocationem tribuendos eſſe: & caueant ne rebus talibus ad impias ſuperſtitiones abuti quiſquam præſumat.* Vide plura in ſequentibus & locis aſſignatis.

Concilium Moguntiaceſe 4.

Matthæi 10.
Luce 10.

Benedictio panis.] Vide Panis benedictus.

Benedictio Campanarum.] Vide Campana & ſic de alijs, ſeu veſtibus, ſeu vaſis ſuo loco.

Benedictio ſuper populum ad Epiſcopum, non ad Presbyterum attinet.] Huius Benedictionis meminit AVGVSTINVS HIPPONENSIS ſermone de Oratione intra Eccleſiam: *Benedictioni (ait) humiliari debetis, & corda, & corpora fideliter inclinare, quia benedictio nobis licet per hominem, non tamen ab homine datur. Ne attendatis quia fortè negligens eſt qui exhibet, ſed Dominum reſpicite qui mittit. Benedictio enim quæ vobis datur, ros, & pluuia cœleſtis eſſe cognoſcitur, ſicut Moyſes ait: Expectetur ſicut pluuia eloquium meum.* Hinc Concilium AVRELIANENSE I. canone 28. & allegatur à Gratiano De conſecratione diſtinct.1.capite Cùm ad. *Cum ad celebrandas Miſſas in Dei nomine conuenitur, populus non ante diſcedat, quàm Miſſæ ſolemnitas compleatur, & vbi Epiſcopus non fuerit, benedictionem accipiat ſacerdos.* Hoc decretum iterum renouat Concilium AVRELIANENSE III. canone 28. *De Miſsis nullus laicorum antè diſcedat, quàm Dominica dicatur oratio. Et ſi Epiſcopus præſens fuerit, eius benedictio expectetur, &c.* Hinc etiam conſtituit ante illa Concilium AGATENSE I. canone 44 *Benedictionem ſuper plebem in Eccleſia fundere, aut pœnitentem in Eccleſia benedicere, presbytero penitus non licebit.* Et etiam dictione, Preces, & alibi

Auguſtinus Hipponenſis.

Deuter. 32.

Cõcilium Aurelianenſe 1.

Cõcilium Aurelianenſe 3. ſub Vigilio 1.

BENEFICIVM.

Cõcilium magnum & vniuerſale Chalcedonenſe.
Oro vt hæc diligenter ponderentur, quia hinc noſtro eſt ruina populi, & Eccleſiæ depopulatio

Beneficiorum pluralitas inhibetur. [Cõcilium CHALCEDONENCE quod dicitur 4. generale ſub Leone I. actione 15. canone 10. allegatur à Gratiano, cauſa 21. quæſt.1.cap. Clericum *Non licet clericum conſcribi in duabus ſimul Eccleſijs, ſed & in qua ab initio ordinatus eſt, non ad quam confugit quaſi ad potiorem, ob inanis gloriæ cupiditatem. Hoc autem facientes, reuocari debere ad ſuam Eccleſiam in qua primitus ordinati ſunt, & ibi tantummodo miniſtrare. Si verò iam quis tranſlatus eſt ex alia in aliam Eccleſiam, prioris Eccleſiæ vel martyriorum quæ ſub ea ſunt, aut ptochodochiorum, aut prochiorum, aut xenodochiorum rebus, in nullo communicet. Eos verò qui auſi fuerint poſt definitionem magnæ & vniuerſalis Synodi huius quicquam ex his, quæ ſunt prohibita, perpetrare, decreuit ſancta ſynodus à proprio huiuſcemodi gradu recidere.* Allegatur à Gratiano cauſa 21.quæſt.2. Si quis. &c. Vide & Clericus ſtabilis. &c. Sed & generale Concilium NICAENVM II. quod dicitur ſeptimum, canone 15. & allegat Gratianus cauſa 21. quæſt.1. Clericus. *Clericum ab hoc deinceps tempore in duabus Eccleſijs non collocetur. Hoc enim eſt negociationis, & turpis lucri proprium, & ab Eccleſiaſtica conſuetudine alienum. Ab ipſa enim Domini voce audiuimus, non poſſe quempiam duobus dominis ſeruire. Vnuſquiſque ergo vt eſt vox Apoſtolica in eo in quo vocatus eſt, debet manere, & in vna Eccleſia aſſidere. Quæ enim propter turpe lucrum fiunt in Eccleſiaſticis negotijs, ea à Deo ſunt aliena. Ad huius autem vitæ vſum ſunt*

Concilium Nicænum quod 7 generale dicitur ſub Adriano 1.

Matth.6.

1.Corinth.7.

Actuum 20.

B

diuerſa ſtudia. Ex his ergo ſi quis velit, ea quæ ſunt corpori ad vſum neceſſaria, comparet. Dicit enim Apoſtolus: vſui meo & his qui mecum ſunt, ſubminiſtrauerunt manus meæ. Hæc decreta allegat Concilium AQVISGRANENSE I. canone 50. Et Concilium PARISIENSE III. ſub Lothario, & Ludouico Auguſtis, libro 1.capite 49. *Sicut vnicuique ciuitati conuenit proprium habere Epiſcopum, ita & vnamquamque baſilicam Deo dicatam decet & oportet proprium habere presbyterum. Auaritia ſanè quæ eſt idolorum ſeruitus (quod non ſine magno pudore proſequimur) quoſdam inuaſit presbyteros, ſuíſque retinaculis adeò vinxit, captiuóſque effecit, vt inſtar cæcorum effecti, neſciant quo eant, neſciántque quid eſſe*

Concilium Aquiſgranenſe 1.
Concilium Pariſienſe 3.

Vide lector à quo tempore cœperit iſta lues quæ modo tot flagris & verberibus atteri reſpiſcat.

C

vel quid agere debeant. Hi namque auaritiæ ignibus æſtuantes, ſacerdotaliſque dignitatis immemores, curámque baſilicarum in quibus promoti ſunt poſtponentes datis quibuſdam xenijs aut pollicitis, non ſolùm à clericis, verùm etiam à laicis alias Baſilicas contra ſas, ad Chriſti famulatum peragendum ſuſcipiunt; vtrum conſultis, an inconſultis Epiſcopis id faciant, nec ne, ignoratur. Si conſultis id faciunt, eorum tranſgreſſioni ijdem Epiſcopi proculdubio communicant. Si verò eis inconſultis facere præſumunt, nihilominus Epiſcoporum negligentiæ id aſcribendum eſt. Vix enim quiſpiam presbyterorum in Baſilica, in qua diuinæ ſeruituti mancipatus eſt, dignè ac ſtrenuè militare inuenitur, quanto minus id in duabus aut tribus, aut eo amplius

Galata.
Epheſ.5.

D

baſilicis, dignè exequi valet? In quo facto, & religio Chriſtiana fuſcatur, & ſacerdotalis ordo confunditur, imò auaritia ſacerdotum à ſubditis denotatur, locáque Deo dicata cultu ſibi debito priuantur, & animarum pericula generantur. Quod ne vlterius vnuſquiſque Epiſcoporum in parochia ſua fieri ſinat. Omnes in commune ſtatuimus decernentes, vt ſingula Baſilica, plebes & res, quibus conſiſtere poſſint, habentes, ſingulos habeant presbyteros. Si verò plebes habuerint, & rebus quibus conſiſtere poſſint, caruerint, in arbitrio Epiſcoporum pendent, vtrum ita conſiſtere debeant, an poſſint, nec ne. Hoc tamen ſpecialiter eorum ſolertia prouidendum eſt, vt hac occaſione, nullus presbyter duas aut tres auaritiæ cauſa, quibus ſufficere ſecundum diuinum cul-

Obſeruo aduerta.

E

tum nullatenus poteſt, habere audeat baſilicas. Hinc ſubſcribens Concilium METENSE ſub Arnulpho Imperatore, can.2. *Vnuſquiſque (ait) presbyter vnam tantummodo habeat Eccleſiam, niſi fortè antiquitus habuerit capellam vel membrum aliquod adiacens ſibi, quod non expedit ſeparari. Eſt enim multum laudabile coram Deo, & hominibus, ſi vnus presbyter vnam Eccleſiam ſalubriter prouiderit, & vtiliter rexerit, quando non eſt nobis cura animarum adhibenda, pro temporali commoditate: ſed cunctis ſacerdotibus eſt optandũ, vt cum ſuis omnibus à Chriſto recipiant paſcua vitæ æternæ.* Et Conciliũ REMENSE can.8. vt allegat Bũrchardus lib.3. Decretorum, cap.44. *Vnuſquiſque presbyter Eccleſia vna, ad quam ordinatus eſt*

tus eſt contentus ſit, & nullus in duabus Eccleſijs miniſtrare præſumat. Vide & Parochia. Hinc & Concilium NAVETENSE I. cap. 8. & allegat etiam Burchardus libro 3. Decreto cap. 47. ſub nomine Concilij Nauetenſis. *Sicut Epiſcopus* (ait) *non plus poteſt habere quam vnam ciuitatem, & vir vnam vxorem, ita presbyter vnam tantum Eccleſiam. Itaq; presbyter nullus plures præſumat habere Eccleſias, niſi fortè alios presbyteros ſub ſe in vnaquaque habeat, qui nocturnum atque diurnum officium ſolemniter adimpleant, & Miſſarum celebrationes quotidianis expleant ceremonijs.* Verùm hic attende, dictione, Vicarius, quid dicatur. Prætereà Concilium ROMANVM ſub Nicolao II. contra Berengarium congregatum Patrum 113. *Nullus* (ait) *presbyter duas Eccleſias ſimul obtineat.* Quas nec permittit laicis vt conferant, vt infrà videbimus. Sed & Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. parte 1. cap. 13. allegatur à Gratiano diſtinct. 70. cap. Sanctorum. *Quia nonnulli modum auaritiæ non ponentes, dignitates Eccleſiaſticas, & plures Eccleſias parochiales contra ſacrorum canonum inſtituta, nituntur acquirere, ita vt cum vnum officium vix implere ſufficiant, ſtipendia ſibi vendicent plurimorum, ne id de cætero fiat diſtrictius inhibemus.* Et cap. 14 ſequenti, allegatúrque à Gratiano diſtinctione 8. cap. Quod contra. *Quia in tantum iam quorundam proceſſit ambitio, vt non duas, vel tres, ſed ſex aut plures Eccleſias perhibeantur habere, nec duabus poſſunt debitam prouiſionem impendere, per fratres & coepiſcopos noſtros chariſſimos emendari præcipimus, & de multitudine canonibus inimica, quæ diſſolutionis materiam, & vagationis inducit, & certum continet periculum animarum, eorum qui in Eccleſijs dignè valeant deſeruire, volumus Eccleſiaſticis beneficijs indigentiam ſubleuari.* Eadem repetuntur in eodem Concilio, parte 2. cap. 7. & parte 24 capite 5. vbi ALEXANDER III. ſcribit Burdegalenſi Epiſcopo de quodam qui duos Archidiaconatus habebat, ſtatuitque vt altero quem maluerit Archidiaconatu, appellatione remota, faceret eſſe contentum: quod iterum repetit parte 30 cap. 8. ad Burdegalenſem Archiepiſcopum de eo qui duos Archidiaconatus, & Burdegalæ & Tholoſæ poſſidebat, vt alterum relinquat. Idem & de Diaconatu, & Cantoria ſtatuit, ad Salernitanum Epiſcopum parte 29. capite 6 *Singula enim* (ait) *officia quæ ſunt in Eccleſijs, aſſiduitatem exigunt perſonarum, & propterea Clericus in vna, vel in diuerſis Eccleſijs Decanatum, Archidiaconatum, & Cantoriam obtineat.* Iterum parte 30. vbi de pluralitate, beneficiorum, & de reſidentia eorum, atque de non eis diuidendis loquitur Idem Alexander III. ad Eboracenſem Epiſcopum capite 1. prohibet, ne quis Archidiaconatum in vna Eccleſia, & canonicatum in altera poſſit habere, nec penſum audeat quis accipere, niſi in propria perſona aſſiduè per medietatem voluerit deſeruire. Quod iterum ad Loudiuenſem Epiſcopum repetit cap. 3 ſed & cap. 4. ad Normicenſem Epiſcopum (& allegat Gratianus cauſa decima tertia, quæſtione tertia, cap. Diaconi. ſtrictiſtiſſimè prohibet, ne quis alicuius Eccleſiæ habens perſonatum, id eſt, beneficium adeptus, audeat in alia Eccleſia vicarium agere non obſtantibus literis, *Quia hæc* (ait *Canonum ſunt contraria ſanctioni.* Tum capit. 5. ad Eboracenſem Epiſcopum, Prohibet, ne clerici qui in ſua Eccleſia beneficium habuerint ad aliam valeant Eccleſiam transmigrare: vt dicitur, Clerici ſtabiles &c. Hinc eſt quod parte quadrageſi-

Concilium Nauetenſe.

Sed ſi fortè vi derent illi boni Patres monſtrà noſtri temporis, vt Epiſcopum, tres Epiſcopatus, & Abbatias commendatas habeat, quid eſſent dictu ri?

Concilium Romanum ſub Nicolao 2.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Alexander 3.

Vt notum hoc ſtat, eſſe noſtro ſeculo neglectu, nulli noſtra verba egredo portas

A ma prima eiuſdem Lateranenſis Concilij ſub Alexandro III capite 8. allegatur LVCIVS III. ad Lincolnienſem Epiſcopum, vbi prohibet, ne aliqui qui iam gaudent dignitatibus Eccleſiaſticis, ſuper minoribus beneficijs per interpoſitas perſonas à ſede Apoſtolica audeant impetrare, ſuæ dignitatis nomen ſupprimentes, & ſe ſimplici nomine appellantes, tanquam non habeant aliquem in Eccleſia perſonatum *Non eſt enim noſtra intentionis* (ait) *vt perſona pluribus redditibus abundantes, per literas noſtras pauperes clericos ſuper muneribus beneficijs vexent, & ideò literas in quibus author nomen ſuæ dignitatis ſupprimit, vires vllquas nolumus obtinere.* Sed & iterum ALEXANDER

B III. Cantuarienſi Archiepiſco. vt allegatur parte 50. eiuſdem Concilij capite 60. *Si vnus* (ait *plures Eccleſias quas pater eius tenuerat, poſſidet, quarum vna poſſit ſibi ſufficere, ipſum vna, quam maluerit, appellatione remota, facias eſſe contentum dummodo Eccleſiæ non ſint tales, quarum vna à reliqua pendere videatur.* Prædicta Lateranenſis Concilij Decreta ſub Alexandro III. Confirmat LATERANENSE Concilium ſub Innocentio III. capite viceſimo nono, & allegatur extra libro tertio, titulo quinto, capite viceſimo octauo. *De multa* (ait) *prouidentia fuit in Lateranenſi Concilio prohibitum, vt nullus diuerſas dignitates Eccleſiaſticas, & plures Eccleſias parochiales reciperet, con-*

C *tra ſacrorum Canonum inſtituta, alioquin & recipiens ſic, receptum amitteret, & largiendi poteſtate conferens priuaretur. Quia verò propter præſumptiones & cupiditates quorundam, nullus hactenus fructus, aut rarus de prædicto ſtatuto prouenit, nos euidentiùs, & expreſſius occurrere cupientes, præſenti decreto ſtatuimus, vt quicunque receperit aliquod beneficium, habens curam animarum annexam, ſi prius tale beneficium obtinebat, eo ſit iure ipſo priuatus. Et ſi fortè illud retinere contenderit, alio etiam ſpolietur. Is quoque ad quem prioris ſpectat donatio, illud poſt receptionem ulterius liberè conferat, cui merito viderit conferendum: & ſi vltra tres menſes conferre diſtulerit,*

D *non ſolùm ad alium, ſicut dum ſtatutum Lateranenſis Concilij, eius collatio deuoluatur, verùm etiam tantum de ſuis cogatur prouentibus in vtilitatem Eccleſiæ, cuius illud eſt beneficium, aſſignare, quantum à tempore vacationis ipſius conſtiterit ex eo eſſe perceptum. Hoc idem in perſonatibus decernimus [illegible] addentes, vt in eadem Eccleſia nullus plures dignitates, aut perſonatus habere præſumat, [illegible] curam non habeant animarum. Circa ſublimes tamen & literatas perſonas quæ maioribus ſunt beneficijs honorandæ, cùm ratio poſtulauerit, per ſedem Apoſtolicam [illegible] diſpenſari.* Hæc decreta Lateranenſis Concilij allegat Concilium TRIDENTINVM ſeſs. 7 Vide infrà ſed & eadem decreta de Beneficiorum pluralitatem vitanda, confirmat Concilium BITER-

E RENSE præſidente in eo Epiſcopo Tornatenſi, Apoſtolicæ ſedis legato cap. 13. eadem inhibet ſuis clericis. IOANNES LEODIENSIS Epiſcopus in reformatione, ad calcem Concilij Florentini, appoſita, & approbatione à ſummo Pŏtifice NICOLAO V ſed & Cŏcilium LATERANENSE ſub Leone X. ſeſſione 9. *Diſpenſationes ad plura incompaſſibilia, vltra duo, niſi qualificatis iuxta formam iuris communis, non concedantur, niſi ex magna vrgēte cauſa.* Eadē pretereà renouat Concilium COLONIENSE III. cap. 32 partis 1. *Odioſa ſemper, apud veteres fuit plurium ſacerdotiorū ambitioſa cupiditas, neque ſemel generalibus concilijs damnata. In [illegible] cedonenſi enim* (vide ſuperius allegatum) *inter alia*

Lucius 3.

Aduerte hæc, quia multa ſunt de ſolis hoc viaperi.

Cŏcilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. Patrum (miru dictu) 425.

Iſta perpende.

Nota hoc & vide iterum confirmat infra locum ſacram.

Concilium Tridentinum.

Concilium Biterrenſe nouiter in lucem datum, nec reperitur in tomo 4. Conciliorum.

Ioannes Leodienſis.

Nicolaus 5.

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

Concilium Colonienſe 3. anno [illegible]

catum

cautum eſt, clericum in duobus Eccleſijs conſcribi non opertere, quòd difficile videatur vt vnus vicem duorum ſuſtiaeat, & abſurdum, ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia. Id verò in primis noxium eſt, vbi plures parochia ſeu dignitates vni presbytero committuntur, quod ſolus per omnes Eccleſias nec officium perſoluere, nec rebus earum neceſſariam curam impendere valeat. Quare tam eos qui de Sacerdotijs eiuſmodi diſponendi poteſtatem habent, quam qui ea cæca cupiditate ducti ambiunt, commonitos volumus, vt ſuos effectus canonicis inſtitutis ſubmittant. Qui verò diſpenſatione Apoſtolica aduerſus hæc ſe tueri velint, hi videriat, vt cauſam diſpenſationis obtenta Deo comprobent. Neque enim ſublimes atque admodum literatas perſonas ſuo priuilegio nudamus modò illo rectè & ſecundum Deum vtantur. Et Concilium

Cõcilium Auguſtenſe 1. ſub Othone Cardinali.

AVGVSTENSE I. ſub Othone Cardina. capite vndecimo. *Quicunque vel cupiditate, vel quomodouis etiam honeſto colore impellente, plura beneficia Eccleſiaſtica obtinent, hoc noſtro mandato iubente ſicuti diſtrictè præcipimus, relinquere, vt retento, quod ex illis maluerint, vnico beneficio, cætera intra annum reſignent, aut nobis diſpenſationum ſuarum priuilegia huiuſmodi oſtendant. Quod ſi illuſum ſit ab impetrantibus, ſciant diſpenſationis reuocationem procurandam.* Hæc iterum renouat Concilium COLONIENSE IV. capite nono, medij tertij, vbi etiam de reſidentia iniungit, ne fundatores intentione ſua fraudentur, vbi alibi dicemus. Renouat etiam Concilium MOGVNTINVM IV. capite ſexageſimo quarto. Et nouiſſimè Concilium TRIDENTINVM ſeſſione ſeptima, capite ſecundo, decreti reformationis. *Nemo* (ait) *quacunque etiam dignitate, gradu, aut præeminentia præfulgẽs, plures Metropolitanas, ſeu Cathedrales Eccleſias in titulum ſiue commendam, aut alio quouis nomine, contra ſacrorum canonum inſtituta, recipere & ſimul retinere præſumat: cùm valdè fœlix ſit ille cenſendus, cui vnam Eccleſiam benè ac fructuosè, & cum animarum ſibi commiſſarum ſalute, regere contigerit. Qui autem plures Eccleſias, contra præſentis decreti tenorem nunc detinent, vna quam maluerint retenta, reliquas infra ſex menſes, ſi ad liberam ſedis Apoſtolicæ diſpoſitionem pertineant, alias, infra annum dimittere teneantur, alioquin Eccleſiæ ipſæ (vltimò obtenta duntaxat excepta) eo ipſo vacare cenſeantur.* Et iterum ibidem capite quarto: *Quicunque de cætero plura curata, aut alias incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica ſiue per viam vnionis ad vitam, ſeu commendã perpetuã, aut alio quocunque nomine & titulo, contra formam ſacrorum canonum, & præſertim Conſtitutionis Innocentij tertij (vide ſuperiùs allegatam) recipere ac ſimul retinere præſumpſerit, beneficijs ipſis, iuxta ipſius conſtitutionis definitionem, ipſo iure præſenti, canonis vigore priuatus exiſtat. Ordinarij autem locorum, quoſcunque plura curata, aut alias incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, diſpenſationes ſuas exhibere diſtrictè compellant, aut aliàs procedant iuxta conſtitutionem* GREGORII X. *in generali* LVGDVNENSI CONCILIO *editam, quæ incipit Ordinarij, quam eadem ſancta Synodus innouandam cenſuit & innouat: addens inſuper, quod ipſi Ordinarij etiam per idoneorum vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum, aſſignationem omninò prouideant, vt animarum cura nullatenus negligatur, & beneficia ipſa debitis obſequijs minimè defraudentur, appellationibus, priuilegijs, & exemptionibus quibuſcunque etiam cum iudicum ſpecialium deputatione, & illorum inhibitionibus in præmiſſis nimi-*

Concilium Colonienſe 4.

Concilium Moguntinũ 4.

Concilium Tridentinum.

Hoc eſt pro ſeruanda, ne Eccleſiæ tranquillitate, donec hæc ſalubèrrima decreta ſeruentur.

Gregorius 10. Concilium Lugdunen. ſub Gregorio 10. nec reperitur in 4. voluminibus Conciliorum.

A *ni ſuffragrantibus.* Idem adhuc repetunt Patres prædicti Concilij Tridentini, capite decimo ſeptimo, decreti reformationis, ſeſſionis viceſimæ quartæ, quæ fuit octaua ſub Pio IV. Vide ſequentia.

Beneficiorum permutatio inhibetur.] Concilium VIENNENSE ſub Clemente V. allegatur in Clementinis titulo quinto, de rerum permutatione. poſtquam locuti ſunt Patres de rebus Eccleſiæ non alienandis (vt dicetur dictione, Facultates Eccleſiæ non alienandæ) ſubdunt: *Ne conceſſione* (aiunt) *iuris vtentibus præſertim circa ſpiritualia illudatur, ſi qua beneficia ex cauſa permutationis ab aliquibus reſignata, aliis quam ipſis*

B *permutare volentibus conferantur, nullius hoc eſſe volumus firmitatis.* Et BONIFACIVS VIII Biterrenſi Epiſcopo allegatur titulo decimo, ſexti decretalium, De rerum permutatione. *Illos, qui ſecundum formam iuris ſua beneficia in eadem diœceſi ad tuam collationem ſpectantia, permutare volentes liberè ac ſine fraude in manibus tuis ipſa reſignant, volumus occaſione præmiſſa (æquitatem præferentes in hac parte rigori) circa faciendam permutationem beneficiorum huiuſmodi (quæ alias minimè reſignaſſent) vlla tenus impediri.* Porrò in huiuſmodi permutationibus, & reſignationibus faciendis iubet COLONIENSE III. Concilium capite triceſimo quarto, partis 1. quia in iuramento quod præſtatur,

C fruſtra ſe purgat aliquis labe Simoniæ aut illicitæ corruptelæ, vt huiuſmodi iuramenta peruestigatione præuia recipiantur. Præfatas conſtitutiones renouat Concilium COLONIENSE IV. cap. 7.2. medij. Vide plura, Epiſcoporum, ſeu Epiſcopatuum mutatio, & ſequentia.

Beneficia non vendenda, nec emenda.] Hoc ſufficienter etiam innoteſcet in vocabulo, Symonia & Epiſcopatus, verùm hic, quæ operæpretium eſt, annotanda cenſuimus. vt autem omittamus. quæ de Epiſcopatibus non emendis (quia ſuo loco dicetur Concilium ROMANVM ſub Hilario Papa 1. ſtatuit canone 5. hic Concilium EPAVNENSE canone 7. ſtatuiſſe memoratur.

D *Quidquid parochiarum presbyter de Eccleſiaſtici iuris poſſeſſione diſtraxerit, inane habeatur & vacuum in venditorem comparantis actione vertenda.* (vide amplius Facultates Eccleſiæ non alienandæ ſic tamẽ cano. 12. ſubdit. *Nullus* (inquit) *Epiſcopus de rebus Eccleſiæ ſuæ ſine cõſcientia Metropolitani ſui, vẽdendi aliquid habeat poteſtatem, vtili tamen omnibus commutatione permiſſa.* Prætereà quòd Beneficia nõ debeant pretio, nec præmijs comparari, conſtitutio eſt SYMMACHI I epiſtola ad Cæſarium Epiſcopum cap. 2. vt alibi reponemus. Et Concilium AVRELIANENSE II. can. 4. *Si quis ſacerdotium per pecuniæ nundinum execrabili ambitione quæſierit, abiiciatur vt reprobus, quia Apoſtolica ſententia*

E *donum Dei eſſe præcipit, pecuniæ trutina minimè comparandum* Idem omninò ſtatuit Concilium TOLETANVM IV. capite 18. vt repoſuimus dictione. Ordinandi qui non ſint, nam ibi repudiantur, & repelluntur ab ordine ſacerdotij, qui beneficia venantur, & mercantur, vt videbis. Eſt & edictum contra eos qui beneficia emunt Concilij TOLETANI VIII. cap. 3 ſed inuenies repoſitum dictione, Simonia hoc ſimiliter & prohibuit ſingulariter Concilium NICAENVM II. canone 4. & allegatur à Gratiano cauſa 16. quæſt. 1 cap. Prædicatur, vt & alibi allegabimus. Prætereà ne à laicis propter collationem beneficiorum, ſi quæ conferant, pecunia exigatur, vetat Concilium

Concilium Viennenſe ſub Clemẽti V. nec reperitur in 4. tomis conciliorum.

Bonifacius 8.

Colonienſe 3. concilium.

Concilium Colonienſe 4

Concilium Romanum ſub Hilario 1.

Concilium Epaunenſe ſub Sigiſmundo rege, & Gelaſio

Symmachus 1.

Concilium Aurelianẽſe 2. ſub Vigilio 1. & Childeberto rege. Actuum 8.

Concilium Toletanum 4.

Concilium Toletanum 8.

Concilium Nicenum ſecundum generale.

Concilium Arelatenſe 4. ſub Carolo Magno & Leone 3. Concilium Alemanicum

ARELATENSE IV. vt infrà dicemus & Concilium ALEMANICVM ſub Conrado Epiſcopo Portuenſi & Cardinali c. 9 *Illi qui ius habent patronatus, in beneficiis conferendis, prohibentur precium exigere, vel partem decimarum, vel aliarum obuentionum Eccleſiaſticarum in quibus ius obtinent patronatus, ſibi retinere ex pacto, alias anathemate ferientur. Et illi qui taliter fuerint præſentati beneficio priuentur, & ad actus Eccleſiaſticos non admittantur, niſi fuerit cum eis per ſedem Apoſtolicam diſpenſatum. Epiſcopi verò vel Archidiaconi, qui talibus curam animarum commiſerint, ab inſtitutione & collatione perpetuò ſint ſuſpenſi. Statuimus etiam quòd nullus clericus ad curam animarum ab Epiſcopo vel Archidiacono admittatur, niſi prius iurauerit, quòd nullam in adeptione beneficij, ad cuius curam præſentatur, commiſerit ſimoniam.* Quod iuramentum etiam exigi iubet poſtea Concilium EXONIENSE c. 10. c. verò iubentur Epiſcopi præſentatos ſibi infra terminum duorum menſium, ſi idonei fuerint admittere, & eis beneficia vacantia ſine precio conferre, alioquin fructus quos receperint poſt inſtitutioné ei teneãtur reddere, niſi rationabilem cauſam, cur hoc præſtare non potuerint, aſſignent. Hoc iterũ GREGORIVS IX. in conſtitutiones Benedictinas confirmat, ne ſcilicet beneficia pactionibus conferantur. Hoc iterum renouat COLONIENSE Concilium III. parte 1. c. 4. vbi decernitur humanus affectus & venalitas in beneficiis Eccleſiaſticis execrabilis. V de Simonia, & Epiſcopatus, & ſequentia.

Salubre decretum.

Concilium Exonienſe in Anglia.

Gregorius 9.

Colonienſe 3. Concilium.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Beneficia Iudæi non emant.] Concilium LATERANENSE ſub Alexandro 3. c. 3. partis 10. *Non ſine multa admiratione auditur & creditur quòd Iudæi parochias Eccleſiarum per prouinciam veſtram emptionis ſiue conductionis, aut etiam pignoris titulo, contemptu Dei & fidei Chriſtianæ inſtitutionis detinent occupatas, & cùm reditus eiſdem Eccleſiis non ſoluantur, hæ Eccleſiæ penitus deperiſſe iam noſcuntur. Quod omnino prohibemus fieri, quin diſtrictè iubemus eos compelli ad eas dimittendas, aut ſi receptas detinuerint, aut parochias amodo receperint, ipſi cum omni diſtrictione cogantur, vt Eccleſiis quarum eædem parochiæ ſunt, debitos & collectos reditus cum integritate perſoluant, prohibentes omnibus Dei fidelibus ſub interminatione anathematis, ne quis Iudæis hominia vel fidelitates faciat, quoniam contrarium eſt ſacris canonibus vt Chriſtiani debeant Iudæis aſtringi. Si quis contra inhibitionem noſtram venire præſumpſerit contradictione & appellatione ceſſante in eos excommunicationis ſententia proferatur.* Vide Iudæus.

Symmachus 1.

Beneficia quibus conferri debeant.] SYMMACHVS I. epiſtola ad Cæſarium Epiſcopum, c. 2. *Illud magnopere commonemus, vt qui non Dei gratia, ſed promiſſione rerum Eccleſiaſticarum præmiſſa, ad ſacerdotem conantur accedere, deſideriorum talium reprimantur effectus. Qui autem ab huiuſmodi ſe intentione non cohibent, vindictæ canonum ſciant ſe ſine dubitatione ſubiiciendos, nec facile ad ſacerdotium permittantur accedere, quibus & gradus & tempera conſtituta ſunt, per quæ ad hanc dignitatem debeant aſpirare, quia quicunque ſine ſtatuto promouentur, non facile carent offenſa, & ſine experimento nõ poteſt quis electionis obtinere ſententiam.* Vide Epiſcopatus & Concilium AVRELIANENSE I. canone 9. *Abbatibus, presbyteris, omnique clero, vel in religionis profeſſione viuentibus, ſine diſcuſſione vel commendatione Epiſcoporum, pro petendis beneficiis ad dominos venire non liceat. Quod ſi quiſquam præſumpſerit, tandiu loci honore & communione priuetur, donec per pœnitentiam plenam eius ſatisfactionem ſacerdos accipiat.* Porrò indignos non debere honoribus Eccleſiaſticis

Concilium Aurelianenſe 1.

A

gaudere conſtituit Concilium TOLETANVM III. c. 1. vt repoſitum inuenies in dictione clerici non promoueantur indigni. Sed & de non conferendis beneficiis his, qui non habent ætatem legitimam, dicemus proxima annotatione. Quibus autem conferri & committi debeant, ſic ſtatuit Concilium LATERANENSE ſub Alexandro 3. parte 1. c. 13. *Cùm Eccleſia (ait) vel Eccleſiaſticum miniſterium committi debuerit, talis ad hoc perſona quæratur, quæ reſidere in loco, & curam eius per ſeipſum valeat exercere. Quod ſi aliter fuerit actum, & qui receperit, quod contra ſacros canones accepit, amittat, & qui dederit largiendi poteſtate priuetur.* Et parte 15. eiuſdem Concilij, vbi agitur de iure patronatus ſic ALEXANDER III ſcribit Eboracenſi Epiſcopo, precedens confirmans decretum. *Relatum eſt (ait) nobis ex parte tua, quod cùm in Laterano concilio ſit ſtatutum, vt perſona tali Eccleſia vel Eccleſiaſticum beneficium conferatur quæ reſideat in loco, & curam eius per ſe valeat exercere: Nonnulli autem ad Eccleſias præſentati, ſe poſſe reſidere affirmant, & curam habere Eccleſiæ, & Eccleſiaſtici beneficij profitentur, id tamen efficere contradicunt. Ideo conſulere nos voluiſti, an propter hoc tales poſſis repellere, vel inſtitutos ſine appellatione remouere. Tua itaque prudentia innoteſcat, quòd cùm verba accipienda ſunt cum effectu, tales ſi præſentati fuerint licite poterunt amoueri: niſi fortè de licentia Prælatorum, vel ſtudio litterarum, vel pro aliis honeſtis cauſis contigerit.* Plura vide dictione, Reſidentia.

B

Concilium Toletanum 3.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

O ſalubrem conſtitutionem!

De reſidentia ſtatutũ ſaluberrimum. vide Reſidens.

C

Beneficia obtineant qui ſunt ætatis legitimæ, & bonæ vitæ.] Conc. LATERAN. ſub Alex. 3. p. 1. c. 3. *Inferiora miniſteria* (nam de Epiſcoporum dignitate antea egit) *vt puta decanatus, Archidiaconatus & alia quæ animarum curam habẽt annexã, nullus omnino ſuſcipiat. Sed nec parochialium Eccleſiarum regimen, niſi qui iam viceſimum quintũ ætatis annum attigerit, & qui ſcientia & moribus exiſtat cõmendandus. Cùm autem aſſumptus fuerit, ſi Archidiaconus in diaconum & decani & reliqui admoniti non fuerint præfixo à canonibus tẽpore in presbyteros ordinati, & ab illo remoueantur officio, & alij conferantur qui & velit & poſſit conuenienter illud implere. Nec proſit illis appellationis diffugium, ſi fortè in tranſgreſſionem conſtitutionis ipſius inſtitutis per appellationem voluerint ſe tueri. Hoc ſane non ſolum de promouendis, ſed de his etiam qui iam promoti ſunt, ſi canones nõ obſiſtant, præcipimus obſeruandum.* Vide dictioni. Ordinandorum ætas. *Clerici verò ſi contra formam iſtam quemquæ elegerint, & eligendi poteſtate tunc priuatos & ab Eccleſiaſticis beneficiis triennio ſe nouerint ſuſpẽſos. Dignum eſt enim, vt quos timor Dei a malo non reuocat, Eccleſiaſtica tamen coerceat ſeueritas diſciplinæ. Epiſcopus autem ſi ea fecerit aut fieri conſenſerit contra hoc in conferendis prædictis, poteſtatem ſuã amittat & per capitulum, aut per Metropolitanum, ſi capitulũ cõcordare nequiuerit, ordinetur.* Hęc allegãtur à Gratiano cauſ. 11. q. 3 Priuilegium. & diſt. 63 c. ſi fortè. Hoc iterum repetit ALEX. III. p. 25. huius conc. c. 1. ad Cãtuarienſem Archiepiſc. quẽ iubet corripere Epiſcop. Cõuentrenſem, qui pueris infra decẽniũ conſtitutis Archidiaconatus contulerat, & plures Eccleſias, quæ non per clericos, ſed per laicos diſpẽſantur: iubétq; vt clericis miniſtriſque idoneis, cuſtodia & adminiſtratio prædictarum Eccleſiarum cõmittatur, donec pueri prędicti ad congruã peruenerint ætatem omni appellatione ceſſante, laicis amotis. Idem Epiſcopus acrius moneatur de cætero, Eccleſias non niſi perſonis, quæ ætatem & ſcientiam habeant, regendas concedat. *Quod ſi (ait) ſecus fecerit, ei debitam pœnitentiam in-*

D

E

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3. Patrum 180.

Quid de his, qui vix nati & in matrum vberibus, pontificalia munia obeunt, ſc.

Alexander 3.

ſtigat, & inſtitutionem & conceſſionem ipſius omnino viribus carere decernas. Idem ne pueris infra 14 annum conſtitutis Eccleſiæ committantur ſequenti capite ſecundo, ad eundem Cantuarienſem Archiepiſcopum, & ſuffraganeos eius conſtituit, & præfati Lateranenſis ſynodi decretum rememorans, ita cap. quarto, ſubdit. *A nobis tua diſcretio requiſiuit, vtrum is, cui antè decimum quintū annum ætatis ſuæ, nondum concilio quod nuper Lateranis fecimus celebrato, Eccleſiæ magiſterium conceſſum fuit occaſione decreti quo in concilio eodem clericis minoris ætatis conferri Eccleſias prohibuimus, poſſit Eccleſia ſpoliari, quàm ante concilium obtinuerat, præſertim cum ipſa conceſſio fuerit ab ipſo Diœceſano Epiſcopo poſt concilium approbata. Super quo conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod niſi alia cauſa rationabiliter obſtet, occaſione minoris ætatis, aut decreti quod in concilio promulgauimus, nolumus eum à percepto antè beneficio remoueri.* Et ſubdit capite quinto ad Exonienſem Epiſcopum. *Præterea licet aliquis ad perſonatum Parochialis Eccleſiæ non debeat niſi ſubdiaconus ad minus admitti vel recipi, diſpenſatiuè tamen in minoribus ordinibus conſtituti, conſtituti, conſueuerunt admitti dum modo tales ſint, qui infra tempus ſubdiaconatum vel Diaconatum recipere poſſint.* Idem omnino & ſimili forma verborum Concilium B i t e r r e n s e præſidente in eo Apoſtolicæ ſedis legato, Epiſcopo Tornacenſi, capite duodecimo, & decimo, tertio, hæc omnia etiam repetit & renouat atque confirmat Concilium R a t i s p o n e n s e ſub Laurentio Cardinali capite decimo, & Concilium L a t e r a n e n s e ſub Leone decimo, ſeſſione nona, vbi replicat præfatum decretum Alexandri tertij, in concilio Lateranenſi editum, ſicque infert: *Statuimus & ordinamus, & deinceps perpetuis futuris temporibus, Patriarchalibus Metropolitanis, & Cathedralibus Eccleſiis, & monaſteriis pro tempore vacantibus, de perſonis, iuxta præfati Alexandri conſtitutionem, ætate matura, grauitate morum, literarumque ſcientia præditis, non ad alicuius inſtantiam, per commendam & adminiſtrationem ſeu conſeruationem, aut alio quouis modo prouideatur, niſi ratione vtilitatis Eccleſiarum, prudentia, nobilitatis, probitatis, experientiæ, atque curialitatis antiquæ cum competenti literatura, & in ſedem Apoſtolicam merito, aliter viſum fuerit faciendum. Idemque in electis & poſtulatis, quorum electiones & poſtulationes, per ſedem Apoſtolicam admitti conſueuerunt, volumus obſeruari. Et ſi de minoribus ætate triginta annorum Eccleſiis aut monaſteriis huiuſmodi contigerit prouideri, non diſpenſetur cum eiſdem, vt Eccleſiis, citra 27. ætatis annum, monaſteriis verò citra 22. præeſſe valeant, &c.* Hæc omnia nouiſſimè confirmata & rata ſunt per Concilium T r i d e n t i n v m ſeſſione 24. quæ fuit octaua ſub Pio quarto cap. 12. vbi iniungitur ne aliqui antè 25. annum ad Eccleſiaſtica beneficia animarum curam habentia admittantur, & qui non habent curam, antè annum 22. plura vide. Ordinandi & Epiſcopus & alibi.

Res ſolum digna.

Concilium Biterrenſe nouiſſimè in lucem productum opera Arnoldi Sorbini.

Concilium Ratiſponenſe.

Cōcilium Lateranenſe ſub Leone 10.

Concilium Tridentinum.

Beneficia Eccleſiaſtica non poſsint laici poſsidere, nec gratis aut precio conferre. Cabilonense Concilium 2. canone 5. *Seculares ac laici, qui nec dum ſunt ad clericatum conuerſi, res parochiarum vel ipſas parochias minime ad regendum debeant habere commiſſas.* Idem videbis dictione Oeconomus. Sed & laicos inhibetur, Monaſteria regere. Vide Monaſterium & laicus. Vide & de coniugatis proximè ſequentem annotationem. Idem autem vetuit A l e x a n d e r III. in Concilio Lateranenſi ſub eodem parte 26. capite octauo. *Statuimus, vt ſi quis alicui laico in ſeculo remanenti, Eccleſiam vel decimas conceſſerit, à ſtatu ſuo tamquam arbor, quæ inutiliter terram occupat, ſuccidatur & donec emendet, ruina ſua iaceat dolore proſtratus.* Præterea, quòd ipſi laici non valeant ea conferre, ſic ſtatuit. Concilium A r e l a t e n s e IV. cap. 25. *Statuimus vt ſi quis beneficium de rebus Eccleſiæ habet, &c.* Et cap. primo *Laici omnino a presbyteris non audeant munera exigere, propter commendationem Eccleſiæ, quia propter cupiditatem plerumque à laicis, talibus presbyteris Eccleſiæ dantur, qui ad peragendum ſacerdotale officium ſunt indigni.* Hoc vetuit & C a r o l v s M a g n v s Imperator in conſtitutionibus ſuis cap. 2. circa medium ſicut & prohibuit olim celebratum ſub eodem Principe T v r o n e n s e Concilium III. capite 15. *Interdicimus (ait) ne quis cuilibet presbytero præſumat dare Eccleſiam ſine licentia & conſenſu Epiſcopi ſui.* Hinc etiam ibidem ſtatuitur, ne quis presbyter per precium Eccleſiam adipiſcatur. *Quoniam (ait) & ille contra Eccleſiaſticæ regulæ diſciplinam agere conuincitur, qui alium presbyterum legitimè ad Eccleſiam ordinatum per pecuniam expulerit, eàque ſibi taliter vindicauerit.* Idem Concilium M o g v n t i n v m III. ſub Arnulpho Imperatore cap. 5. & Concilium C a b i l o n e n s e II. capite 41. vt etiam allegatur à Gratiano cauſa 16. quæſtion ſeptima. *Inuentum eſt (ait) quod multi arbitrij ſui temeritate, & quod grauius eſt, ducti cupiditate, presbyteris quibuſlibet, abſque conſenſu Epiſcoporum, Eccleſias dant vel auferunt, vnde oportet, vt canonica regula ſeruata nullus, abſque conſenſu Epiſcopi, cuilibet presbytero Eccleſiam det, quam ſi iuſtè adeptus fuerit, hanc non niſi graui culpa ſua, & coram Epiſcopo canonica ſeueritate amittat.* Idem Concilium M o g v n t i n v m I. ſub Carolo Magno cap. 29. & 30. & Concilium R h e m e n s e ſub eodem Imperatore capite 21. *Quicunque (ait) presbyter per precium, gradum & Eccleſiam acquiſierit deponatur.* Vide ſimonia & ſuperioribus annotationibus Eadem omnino & ſimili forma verborum Concilium M o g v n t i n v m II. ſub Rabano Mauro, cap. 12. & Concilium C a b i l o n e n s e II ſub Carolo 3 dicto Craſſo capite 4. Quibus concordat & ſubſcribit ſolenne illud R o m a n v m Concilium ſub Nicolao 2. contra Berengarium congregatum. *Per laicos (ait) nullo modo quilibet clericus aut presbyter obtineat Eccleſiam nec gratis nec precio.* Huic Henrico 4. Imperatori abſtulit Gregorius 7 poteſtatem conferendi Epiſcopatus & Beneficia. referente P l a t i n a C r e m o n e n s i in eius vita, potiſſimùm ne Simoniaca cupiditate conferret. aliter in eum ſe vſurum cenſuris Eccleſiaſticis profeſſus eſt: quod egrè accipiens Henricus multa ſummo Pontifici mala intulit: vt dicemus ampliori dictamine dictione ſimonia. Hoc quoque prohibuit contra Templarios, & cæteros Concilium L a t e r a n e n s e ſub Alexandro 3. capite 9. partis 1. *Eccleſias (inquit) & decimas de manu laicorum, ſine conſenſu Epiſcoporum, recipere prohibemus, &c.* Et cap. 14. Eiuſdem partis, & allegat Gratianus cauſa 16. quæſt. 7. capite Per laicos. *Quia inolitum (ait) quorumdam laicorum proceſſit audacia, vt Epiſcoporum authoritate neglecta clericos inſtituant in Eccleſiis, & remoueant etiam cum voluerint, poſſeſſiones quoque atque alia bona Eccleſiaſtica, pro ſua plurimum voluntate diſtribuant, & tam Eccleſias ipſas quam earum homines tallis & exactionibus præſumant grauare: eos qui a modo iſta commiſerint, anathemate decernimus feriendos. Presbyter autem, ſiue clericus qui Eccleſiam per laicos ſine proprij*

Concilium Cabilonen. 2. ſub Eugenio 2.

Alexander 3.

Lucæ 13.

Concilium Arelatenſe 4. ſub Carolo Magno & Leone 3.

Carolus Magnus.

Concilium Turonenſe 3.

Dans emendo aut vendendo beneficijs, vnde & ſuperius.

Concilium Moguntinū 3. Concilium Cabilonen. 2.

Concilium Moguntia. 1. Concilium Rhemenſe.

Concilium Moguntin. 2.

Concilium Cabilonenſ. 2.

Concilium Romanum ſub Nicolao 2. Laici ne poſſunt conferre Beneficia, nota 1.

O Deus, vtinam hoc modo obſeruarentur.

Platina Cremonenſis.

Attende bulletiam.

Epiſcopi authoritate receperat tenendam, communione priuetur, & ſi perſtiterit a miniſterio Eccleſiaſtico, & ordine deponatur. Sanè quia laici quidam Eccleſiaſticas perſonas & ipſos etiam Epiſcopos ſuo iudicio ſtare compellunt, eos qui de cætero id præſumpſerint, à communione fidelium decernimus ſegregandos. Vide Iudex. *Prohibemus etiam ne laici decimas, cum animarum ſuarum periculo retinentes, in alios laicos poſſint aliquo modo transferre. Si quis verò receperit, & Eccleſiæ non tradiderit, Chriſtiana ſepultura priuetur.*

Attende hiſtoriam.

Hinc parte 2. eiuſdem Concilij cap. 14. De quodam laico agitur, qui beneficium promiſit cuidam ſacerdoti, ſi negotium quod in curia Romana habebat, expediri faceret, quod damnatum eſt, & vt ſimoniacum reprobatum. Vide etiam dictione: Ius patronatus: vbi laicis quidem præſentatio pro iure conceditur, non tamen collatio: quod & vetat omnino Concilium LATERANENSE ſub Leone decimo, ſeſſione nona, & ſeſſione vndecima vbi & à Regno Franciæ tollit Pragmaticam ſanctionem, quæ electiones & collationes beneficiorum peruertebat, & reditus Eccleſiarum tollebat. Vide dictione. Pragmatica, Electio, & Laicus & ſequentem vide & Decimas laici.

Cōcilium Lateranenſe ſub Leone 10.

Beneficia non valeant coniugati tenere. Concilium LATERANENSE ſub Alexandro 3. parte 18. cap. 3. vbi ſic ad Loodmenſem Epiſcopum ſcribit, Idem ALEXANDER III. *Quod plerique in tuo Epiſcopatu degentes, cùm eſſent in Acolytatus officio, & infra, conſtituti vxores duxerunt, & nihilominus Eccleſias quas priùs habebant, detinere præſumant, vnde quoniam & vxorati diuiſi ſunt, eos cogitare oportet, quomodo vxoribus placere valeant & ſeruire, obſequiis ſolummodo diuinis non poſſunt intendere fraternitati tuæ mandamus, quatenus prædictos viros Eccleſias libere & abſolute dimittere appellatione ceſſante compellas, & aliis eas perſonis idoneis in ſacris ordinibus conſtitutis concedas. Verum ſi qui illorum aliquando in eiſdem Eccleſiis ſimplex prius beneficium habuerint, ipſum eis excepto magiſterio Eccleſiarum ſub diſſimulatione dimittere poteris.* Et capite 5. Idem ad Herefordienſem Epiſcopum, *Si prædictis* (ait) *clericis coniugatis, Eccleſiaſtica beneficia ſine magno diſcrimine, aut ſanguinis effuſione auferri non valent, aut quia ibi natio aut barbara agens, & multitudo eſt in cauſa ſtatus vt ſub diſſimulatione Eccleſiaſtica beneficia permittantur retinere ne tamen deinceps beneficia clericis coniugatis conferantur, prohibet*, Vide ſequentia & cœlibatus. Vbi reſiduum ponitur.

Cōcilium Lateranenſe ſub Alexandro 3. Alexander 3.

Quòd beneficia niſi cœlibes tenere valeant, adſtruitur in vocabulo cœlibatus ex eodē Concilio notio, lege.

Simplex beneficium coniugatis tenendi cum diſſimulatione.

Beneficia Eccle. cui non debent conferri] Hoc ex ſuperioribus annotationibus liquido monſtratum conſtat verumtamen ne quid prætermittamus, quod hoc concernat negotium, ſic ſtatuit, & ordinauit EVGENIVS III. decreto vndecimo. *Præcipimus* (ait) *ne conductitius preſbyteris Eccleſiæ committantur.* Sed & Concilium SALEGVNSTADIENSE capite 13. *Determinus vt nullus laicorum alicui preſbytero ſuam commendet Eccleſiam, præter conſenſum Epiſcopi, ſed eum prius mittat ſuo Epiſcopo, vel eius vicario, vt probetur, ſi ſcientia, ætate, & moribus talis ſit, vt ſibi populus Dei commendetur.* Hinc Concilium LATERANENSE ſub Innocentio 3. patrum 1215. can. 30. *Graue nimis eſt & abſurdum, quod quidam prælati Eccleſiarum cùm poſſint viros idoneos ad Eccleſiaſtica beneficia promouere, aſſumere non verentur indignos, quibus nec morum honeſtas, nec literarum ſcientia ſuffragatur, carnalitatis ſequentes affectum, non iudicium rationis. Vnde quanta Eccleſiis damna proueniant nemo ſanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi, præcipimus, vt prætermiſſis indignis, aſſumant idoneos, qui Deo & Eccleſiis velint & valeant gratum impendere famulatum: fiatque de hoc in prouinciali concilio diligens inquiſitio annuatim, ita quòd qui poſt primam & ſecundam correctionem fuerit repertus culpabilis a conferendis beneficiis, per ipſum concilium ſuſpendatur, inſtituta in eodem concilio perſona prouida & honeſta, quæ ſuppleat ſuſpenſi defectum in beneficiis conferendis, & hoc ipſum circa capitula, quæ in his deliquerint, obſeruentur. Metropolitani verò delictum ſuperioris iudicio relinquatur, ex parte Concilij nunciandum. Vt autem hæc ſalubris prouiſio pleniorem conſequatur effectum, huiuſmodi ſuſpenſionis ſententia præter Romani Pontificis authoritatem aut proprij Patriarchæ minimè relaxetur, vt in hoc quoque quatuor patriarchales ſedes ſpecialiter honorentur.* Et Concilium SENONENSE capite 8. Conſtitutionum dat formam, vt inſtituendi ad curam animarum diligenter examinentur, à Diœceſanis an ſint idonei gerendæ illius prouinciæ. *Quia* (ait) *nihil Eccleſiæ magis officit quam quod indigni præficiantur curæ animarum, & ad aliorum aſſumantur regimen, qui ſeipſos regere non poſſunt. Diœceſani ergo ad Parochiales Eccleſias non inſtituant præſentatos ab Eccleſiaſticis laicisque perſonis, niſi eos priùs diligenter examinauerint, neque indignos præficiant, aut incapaces admittant. Quòd ſi qui ſint inſtituti vel prouiſi etiam per ſedem Apoſtolicam, nihilominus Diœceſani eos examinent: & ſi minus idonei fuerint inuenti, ad adminiſtrationem beneficij non admittantur, ſed loco eorum per Epiſcopos inſtituantur vicarij idonei, quibus congrua portio aſſignetur, & tandiu in beneficio adminiſtrent, donec ſic inſtituti aut prouiſi literaturam ſufficientem aſſecuti fuerint, aut ſint ætatem legitimam adepti.* Et capite 9. ſubdit. *Præcipimus autem omnibus & ſingulis collatoribus, vt prætermiſſis indignis idoneos aſſumant, qui Deo & Eccleſiis gratum valeant impendere famulatum, fiatque iuxta ſacrum Lateranenſe Concilium (ſuperius allegatum) in prouinciali Concilio diligens inquiſitio, vt qui poſt primam & ſecundam correptionem fuerit repertus culpabilis, a beneficiis conferendis per ipſum prouinciale Concilium ſuſpendatur, inſtituta in eodem Concilio perſona prouida & honeſta, quæ ſuſpenſi ſuppleat defectum in beneficiis conferendis.* Huic aſtipulatur Concilium COLONIENSE III. parte prima, capite ſexto, iterum de idoneis eligendis præceptum renouans ad beneficia Eccleſiaſtica, *Qui ſacerdotia Eccleſiaſtica* (ait) *pleno iure* (*vt aiunt*) *poteſtatem conferendi habent, alium factà à ſe manuum impoſitionis diſcuſſorem non expectant, præcipua ergo illis habenda cura eſt, idque maximè in præficiendis parochis, ne illud offendant: Cæcus ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Is autem dignus ſacerdotio creditur, cui actionis merita, non præmiorum copia ſuffragatur.* Ideoque & capita vndecimo, patronos admonent partes eiuſdem Concilij, vt idoneos Archidiaconis præſentent, qui moribus ætate & ſcientia beneficiis Eccleſiaſticis digni exiſtant. Eadem repetit Concilium COLONIENSE IV. capite ſexto, medij ſecundo, vbi de his examinandis, qui ad beneficia Eccleſiaſtica ſunt aſſumendi, tractatur. Sed & Concilium TRIDENTINVM ſeſſione ſeptima capite decimo tertio, decreti reformationis, ſtatuit vt nullus ad ea præſentetur, niſi priùs examinatus idoneus inuentus fuerit, priuilegiis qui-

Eugenius 3.

Concilium Salegunſtadienſ.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3.

Hoc quam bene experimur.

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato Cācellario.

Conſtitutiones ſaluberrimæ, & vtinam obſeruarentur.

Colonienſe 3. Concilium.

Matth. 15.

Colonienſe 4. Concilium.

Concilium Tridentinum.

buſcumque excluſis, exceptis his qui præſentantur, ſeu nominantur ab vniuerſitatibus, ſeu collegiis generalium ſtudiorum: quod & in Aurelianenſi vrbe conſiſtens FRANCISCVS II. Et CAROLVS IX. Reges Franciæ decreto firmauerunt, articulo vigeſimo, ſecundo, Conſtitutionum ſuarum. Vide ſequentia.

Franciſcus II. & Carolus IX. Reges Franciæ.

Beneficia an valeant monachi tenere.] Vide Monacus. Beneficia non diuidenda. Vide Parochia.

Beneficium vacans citò conferatur.] Concilium LATERANENSE ſub Alexandro tertio, parte prima, capite octauo, *Cùm prabenda Ecclesiasticas, ſeu qualibet officia in aliqua Eccleſia vacare contigerit, vel etiam ſi modo vacant, non diu maneant in ſuſpenſo, ſed infra ſex menſes perſonis qua dignè adminiſtrare valeant conferantur. Si autem Epiſcopus vbi ad eum ſpectauerit, conferre diſtulerit, per capitulum ordinetur. Quòd ſi ad capitulum electio pertinuerit, & infra pradictum terminum hoc non fecerit, Epiſcopo hoc ſecundum Deum cùm virorum religioſorum conſilio exequatur: aut ſi omnes forte neglexerint, Metropolitanus de ipſis ſecundum Deum, abſque illorum contradictione diſponat.* Idem ſtatuit IVLIVS III. Vt allegabimus dictione, Ius patronatus, ſed & Concilium LATERANENSE ſub Innocentio tertio capite 33. *Statuimus vt vltra tres menſes Cathedralis vel regularis Eccleſia. Pralato non vacet, infra quos iuſto impedimento ceſſante ſi electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi poteſtate careant ea vice, ac ipſa eligendi poteſtas ad eum, qui proximo praeſſe dignoſcitur, deuoluatur. Is verò ad quem deuoluta fuerit poteſtas, Dominum habens pra oculis, non differat vltra tres menſes, cum capituli ſui conſilio & aliorum virorum prudentium, viduatam Eccleſiam de perſona idonea ipſius quidem Eccleſia vel alterius ſi digna reperiatur in illa canonice ordinare, ſi canonicam voluerit effugere vltionem.* Hinc & Concilium LATERANENSE ſub Leone decimo ſeſſione vndecima, tollens è regno Franciæ pragmaticam ſanctionem, priſtinæ libertati Eccleſiam reddit, & electiones reſtituit. Beneficiorum vacantium collationes ſuo iuri reformat, & decernit ea viris idoneis, ab his qui habent ius patronatus, poſtulari & conferri, vt rectiùs ex prolixiſſima eiuſdem LEONIS X. bulla colligi poteſt. Vide plura dictione, Electio, Epiſcopus, & ſequent.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Iulius 3.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3.

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

Leo 10.

Beneficium Vacans non ambitione petendum.] De his fuſiùs, dictione, Ambitio, tractatum eſt: & tractabitur, dictione Epiſcopatus. Verùm ſic Concilium NANNETENSE canone decimo ſexto, vt, ſi quilibet presbyterorum defunctus fuerit, vicinus presbyter apud ſecularem ſeniorem nulla precatione vel aliquo xenio Eccleſiam illam obtineat, quia titulus per ſe conſtans antea extitit: ſed neque capellam ſine conſultu Epiſcopi. Quod ſi fecerit deffinitam ſententiam ſibi prolatam ſuſcipiat ſicuti de Epiſcopo canonica decreuit authoritas, vt ſi per ambitionem maiorem ciuitatem appetierit, & illam perdat quam tenuit, & illam nequaquam obtineat quam vſurpare tentauit. Et Concilium LATERANENSE ſub Alexandro tertio, Parte vigeſima, octaua, capite decimo quarto, vbi ſic ille Alexander tertius, ſcribit Cantuarienſi Archiepiſcopo, vt eos corrigat qui decedentibus Eccleſiarum perſonis abſque conſcientia & conſenſu Epiſcopi diœceſani ſe in prædictas intrudere non vereotur quas vt relinquant, Eccleſiaſtica cenſura iubet compelli. Idem Alexander tertius omnino capite vndecimo eiuſdem partis vigeſimæ, octauæ, ad eumdem Cantuarienſem Archiepiſcopum, ſtatuit, vbi tam eos qui inuadunt & detinent, quàm qui de cætero hoc præſumpſerint, excommunicationis ſententia ferit. Vide ſequentia. Et Epiſcopatus.

Concilium Nannetenſe.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3. Alexander 3.

Beneficia non promittantur antequam vacent.] Concilium LATERANENSE ſub Alexandro 3. parte 1. capite 8. allegatur à Gratiano diſtinctione 63 cap. Obeuntibus. *Nulla Eccleſiaſtica miniſteria, ſeu etiam beneficia, vel Eccleſia, alicui tribuantur ſeu promittantur, antequam vacent, ne deſiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum & beneficium ſe credit ſucceſſurum. Cùm enim id etiam in ipſis Gentilium legibus inueniatur prohibitum, turpe nimis eſt & diuini plenum animaduerſione iudicij, ſi locum in Dei Eccleſia futura ſucceſſionis expectatio habeat, quam etiam damnare ipſi homines gentiles curauerunt.* Vide etiam. Epiſcopatus non reſignandus. Hoc decretum de non dandis beneficiis, antequam vacent, confirmat & LVCIVS III. vt allegat præfatum Lateranenſe Concilium parte 15. cap. 11. *Si quas* (ait) *conceſſiones Eccleſiarum tui Epiſcopatus*, (alloquitur Noruicenſem Epiſcopum) *Viuentibus perſonis factas eſſe conſtiterit, & ſuper hoc ventum fuerit ad iudicium, authoritate veſtra in irritum reuoces & friuolas & vanas eſſe decernas.* Vide plura. Ius patronatus. Idem tamen adhuc renouat ALEXANDER III. vt ibidem parte 47. capite 7 allegatur ſcribens Eboracenſi Epiſcopo vt dicemus ibidem. Ius patronatus. Idem autem confirmat Concilium COLONIENSE III. allegans præfatum Concilium Lateranenſe, parte 1, capite 5. Quod & facit generale illud Concilium BASILEENSE ſeſſione 3. expreſsè prohibens, ne beneficia promittantur, antequam vacent. *Ex his enim* (ait) *frequentius dati ſunt Eccleſiis miniſtri non probati nec cogniti, vacaturorumque beneficiorum expectatio, ſicut antiqua iura teſtantur, occaſionem deſiderandæ mortis alienæ præſtare ſolet, quod plurimùm præiudicat animarum ſaluti: ſed & inſuper lites innumera & contentiones inter ſeruos Dei excitantur, rancores & odia nutriuntur, pluralitatis beneficiorum fouetur ambitio, facultates ac pecunia regnorum & prouinciarum mirum in modum exhauriuntur, &c.* Et ſubdit, vt Romanus pontifex eas gratias expectatiuas aut nominationes, nullo modo nullàve ex cauſa concedat, eùm ipſe præ cæteris, ne ſit tantorum malorum occaſio, abſtinere debeat. Et Concilium LATERANENSE ſub Leone decimo, ſeſſione nona, Hoſpitalia, Leproſarias, Xenodochia vetat commendari, aut alio quouis titulo conferri, niſi per obitum poſſeſſorum vacauerint. Vide, ius patronatus, &c. & ſequent.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Lucius 3.

Alexander 3.

Concilium Colonienſe 3.

Concilium Baſileenſe.

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

Beneficia nullus per ſucceſsionem obtineat.] ALEXANDER III. Epiſcopo Dimelenſi, vt inſeritur parte viceſima octaua Concilij Lateranenſis c. quarto, ſub eodem. *Accepimus quòd quadam Eccleſia clericis tali tenore ſunt conceſſa, quòd poſt eorum obitum alij nominatim ſuccedant. vnde, quoniam hoc iniquum eſt & ſacris canonibus inimicum, & ideo non debet aliquatenus tolerari, fraternitati tua mandamus, quatenus huiuſmodi ſucceſſiones tam deteſtabiles & iniquas, contradictione & appellatione ceſſante, fieri prohibeas,*

Alexander 3.

Vide de ... ſucceſſione beneficiorum prohibetur

A *& omnino friuolas & vanas eſſe decernas.* Vide, Epiſcopatus non reſignandus. Et Filij ſacerdotum Idem eadem parte cap. 8. ad Cantuarienſem Archiepiſcopum, illos redarguit qui ſuas Eccleſias viris religioſis conſtituunt cenſuales, vt poſt deceſſum eorum illæ Eccleſiæ per præſentationem eorumdem religioſorum virorum, ad filios vel nepotes clericorum ipſorum poſſint transferri. hócque de cætero omnino fieri vetat. Porrò Lvcivs III. allegatur parte 49 eiuſdem Concilij Lateranenſis cap. 14.

Lucius 3.

Conſuluere (ait) decreuiſti, de quibus perſonis intelligendum ſit, vnam alteri in Eccleſiaſticis beneficiis non ſuccedere debere, vtrum ſcilicet de ſacerdotibus & eorum filiis dumtaxat, an de aliis quibuſdam perſonis. Noueritis ergo, quod ad Eccleſiaſtica B *beneficia nullum ſecundum canones admittendum credimus, niſi ex electione canonica vocatum, ſacerdotum vero filios & maxime in ſacerdotio genitos, his temporibus ſuis ſuccedere parentibus. quarumlibet regionum conſuetudo & in domis ciuilibus prohibet, & canones in Eccleſiaſticis multo fortiùs prohibent & execrantur. Perſonatum quoque filios, citra ſacros ordines conſtitutarum plerumque. ſi tamen meritis ſuffragantur, parentibus ſuis ſuccedere conniuentibus oculis toleramus. Exemplo namque perniciosum eſt & graue, talia in Eccleſiis pullulare, per quæ & laicis ſcandalum generetur. Sanè tam has perſonas quàm illas ab aliis non repellimus beneficiis, ſi digni inueniantur.* Et ſequent. Hoc confirmat Concilium* C *Tridentinvm ſeſſione 25. quæ eſt 9. ſub Pio 4. cap 7. decret. reforma.

Beneficia non danda ad firmam.] Concilium Oxoniense in Anglia capite 15 *Vt omnis cupiditas & Auaritia cultus expellatur ab Eccleſia Dei miniſtris, præſentia præteritis duximus annectenda, ſtatuentes vt Archidiaconatus, vel Decanatus, vel aliud officium, quæ in ſpiritualibus merè conſiſtunt, nulli dentur ad firmam. Si verò certus reditus huic officio ſit annexus, nec de ſuperioris licentia dari poterit ad firmam, ſicut de aliis officiis ſtatutum eſt. Si quis autem contra ſtatutum venire præſumpſerit, Archidiaconus vel Decanus, ſi ſuper hoc canonicè* D *fuerit conuictus, per Epiſcopum ſuum à tali officio ſuſpendatur per annum, & alius interim conſtituatur qui diſcretè gerat vices illius.* Et ſubdit cap. 33. Iterum. *Statuimus vt Eccleſiæ certis perſonis deputatæ nullis dentur ad firmam, niſi fortè iuſta fuerit cauſa, à ſuo Epiſcopo approbata, & vt ita de eius conſenſu alicui perſonæ honeſtæ & ordinatæ dentur ad firmam, de quo veriſimiliter præſumi debeat, quod fructus Eccleſiæ in bonos vſus conuertat.* Idem & 49. prohibet, ne Monach. vel Canonici Eccleſiam, vel monaſterium, vel quodlibet prædium Eccleſiæ ſuæ audeant retinere ad firmam, nec Eccleſiam illam ad firmam recipiant, in qua ſibi quid iuris vendicant, ſaltem poſt mortem perſonæ aliàs ſuperioris arbitrio puniantur. Hæc iterum prohibent E Franciscvs II. Et Carolvs IX. Reges Franciæ in conſtitutionibus Aureliæ editis articulo 17. Vide & dictione Monachus Facultates, & Decimæ, & ſequent.

Concilium Oxoniense in Anglia ſub Innocentio 3.

Ne ſpiritualia beneficia concedãtur ad firmam.

Franciſcus II Carolus IX.

Beneficia ſub titulo pacificè poſſidentes, non violenter, vt tractandi.] Baſſianus Epiſcopus Epheſiorũ arguebatur, quòd armis Epiſcopatum vindicauerat, & eiectus fuit à Stephano, qui ſe dicebat electum. Eius igitur cauſa in Concilio Chalcedonensi quod & 4. generale fuit, actione vndecima, quam ad Imperatorem Valentinianum, & Martianum miſerat, relecta eſt: vbi cùm ſufficienter probaſſet, ſe ſteiſſe quatuor

Concilium Chalcedonenſe quod fuit 4. generale ſub Leone 1. & Martiano Imperatore.

A annis ſine querela, & aliquo impedimento miſſus eſt permanere, & de reditibus Eccleſiæ viuere, etiam ſi ad tollendam ſeditionem ordinatum ſit, vt alius regeret Eccleſiam. Lege etiam dictione, Lex, & Epiſcopatus. Porrò Concilium Basileense Huic conforme ſtatuit decretum, ſeſſione 21. *Beneficium (ait) aliquod vel prælaturam atque dignitatem non violenter, ſed ſub titulo colorato poſſidens, non debet triennio expleto moleſtari ab aliquo, ratione iuris nouiter impetrati, excepto hoſtilitatis caſu vel alterius legitimi impedimenti, de quo proteſtari & iuxta Concilium* Viennense *ſub Clemente 5. illud intimare teneatur. Ordinarij autem diligenter inquirant, ne quis ſine titulo beneficium poſſideat. Quod ſi* B *talem quandocunque repererint, declarent ius illi non competere, vel huic (ſi ſibi videatur) niſi ſit intruſus, ſeu violentus, aut alias indignus, vel alteri idoneo prouideant.* Vide Lex 30 annorum, &c. Eadem repetit Idem Baſileenſe Concilium ſeſſione 31. Hinc ſtrictè præcipit Concilium Mogvntinvm IV. capite 69 ne aliquis admittatur ad officium, niſi inueſtituram ſuam litteris ſigillatam oſtenderit. Vide & ordinandi.

Baſileenſe generale concilium.

Concilium Viennenſe ſub Clemente 5.

Concilium Moguntinum 4.

Beneficio renuncians, an poſsit poſtea repetere.] Alexander III ad Normicenſem Epiſcopum, inſeritur, parte 49. Concilij Lateranenſis ſub eodem celebrati cap. 9. *Super eo quod quæſiuiſti, vtrum Eccleſiaſtica beneficia* C *repoſcentibus obiecta ſpontaneæ abiurationis exceptio ſine cauſa cognitione ſit admittenda, & an actoris qui ſponte non renunciauit, an rei de ſpontanea renunciatione teſtes & probationes ſint potius admittẽda, ſic experientiæ tuæ duximus reſpondendum: quod hoc nulla ratio veriſimile reddit, vt quiſquam beneficio multis fortè laboribus & expenſis acquiſito, de quo ſuſtentari debet, ſine magna cauſa renunciare ſua ſponte elegerit. Ideoque ſuperuacaneum eſſe non credimus, cauſam reſignationis ſiue renunciationis diligenter inquirere, quatenus ſi fortè probabilem, hoc eſt, non vi, non metu, non interuentu pecuniæ, non promiſſione extortam, Iudex ordinarius ſiue delegatus inuenerit & maximè ſi iuramentum, quod vix fieri de ſpontanea voluntate credimus, quia iuramentum ferè ſemper à malo eſt, inter-*D *ceſſerit admittere, niſi replicatio canonica fuerit oppoſita non proponat. Porro licet negantis factum, nulla inueniri poſſe probatione dicatur, eius tamen, qui renunciationem ſpontaneam negat, cùm impliciè & quodammodo replicando inficietur, ſuper actione ſua probationes credimus proferendas, habita nihilominus, vt decet ad perſonarum dignitatem & opinionem relatione.* Et Concilium Lateranense ſub Innocentio 3. cap. 28. *Quidam licentiam cedendi cum inſtantia poſtulantes, ea obtenta cedere prætermittunt. Sed cùm in poſtulatione ceſſionis huiuſmodi, aut Eccleſiarum commoda, quibus præſunt aut ſalutem videantur propriam attendiſſe, quorum neutrum ſuaſio-*E *nibus aliquorum, quærentium quæ ſua ſunt, ſeu etiam leuitate qualibet, volumus impediri ad cedendum, eos decernimus compellendos.* De renunciatione autem ſtatuit Concilium Basileense ſeſſione 23. quod oportet teſtes proferre, qui voluerit ius renunciantis auferre. Plura de huiuſmodi renunciationibus Concilium Avgvstense prædicta confirmans ſtatuit capite quarto, & Concilium Mogvntinvm IV. capite 69. iubet, vt is qui vult reſignare, in manus Epiſcopi reſignet, ſi ab eo inueſtituram accepit: alioquin eius reſignatio robur non obtinebit, ſed ad arbitrium ordinarij alteri dabitur, niſi reſignationem ipſe confirmauerit. Vide ſequent.

Alexander 3

Concilium Lateranen. ſub Innocentio 3 Patrum 1215.

Concilium Baſilienſe.

Concilium Auguſtenſe ſub Othone Cardinali.

Concilium Moguntinũ 4.

Beneficiatvs

Beneficiatus tenetur officium diuinum perſoluere.] Hoc probauimus ſufficienter in dictione. Officium diuinum, &c. Ideò ex eo loco repetendum quod hic deerit. Specialiter tamen hoc innuonit Concilium Lateranense

Cõcilium Lateranenſe ſub Leone 10.

ſub Leone 10. ſeſſione 9. *Statuimus & ordinamus, vt quilibet habens beneficium cum cura vel ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit legitimo impedimento ceſſante, beneficiorum ſuorum fructus, ſuos non faciat, pro rata amiſsionis recitationis officij & temporis: ſed eos tamquam iniuſte perceptos in fabricas huiuſmodi beneficiorum, vel pauperum Eleemoſynas erogare teneatur, Si verò vltra dictum tempus in ſimili negligentia contumaciter permanſerit, legitima monitione præcedente, beneficio ipſe priuetur. Cùm propter officium, detur beneficium.*

Regula legis & iuris.

Intelligatur autem officium omittere quoad hoc beneficio priuari poſſit, qui per 15. dies illud bis ſaltem non dixerit, Deo tamen vltra præmiſſa de dicta omiſſione redditurus rationem: quæ pæna in habentibus plura beneficia reiterabilis toties ſit, quoties contra facere conuincantur. Idem omnino Concilium

Concilium Ratiſponenſe. Cõcilium Moguntinum.

Ratisponense capite 27. & Concilium Mogvntinvm IV cap. 72. *Ne beneficia (ait) per Eccleſias debitis obſequiis fraudentur, omnibus beneficiorum poſſeſſoribus ſub amiſsione beneficiorum iniungimus, vt ordines quos eorum beneficia requirunt, ſi nondum habent, proximis temporibus à iure ſtatutis recipiant: ad quod etiam canonicos Eccleſiarum pro ſuo quemque ordine teneri volumus, vt obſequium quod quiſque pro officij ſui exigentia Eccleſiæ debet, cùm res poſtulat, per ſe præſtare queat.* Vide. Officium diuinum.

Bigamvs.

Bigamus, aut viduæ maritus, non poſſit ordinari nec promoueri.] Canon Apostolorvm XVI. Et allegat Gratianus diſtinct. 33. cap. Si quis.

Canon Apoſtolorũ 16 citatus à Patribus 6. ſynodi generalis.

Qui poſt ſanctum Baptiſmum (ait) Duobus coniugiis fuerit implicitus, vel habuerit concubinam, non poteſt eſſe Epiſcopus, vel presbyter, vel Diaconus, vel omnino ex numero ſacerdotali. Idem & canone 17. & allegatur diſtinctione 34. cap. Si quis. ſtatuitur de illo, qui eiectam viduam, vel ancillam, vel meretricem retinuerit de publicis ſpectaculis Vide & Presbyter. Hos duos canones allegat & citat confirmando, generale Concilium Constantinopolitanvm III. quod fuit 6. general. in Trullo celebratum canone 3. ne quis Apoſtolorum canones æſtimet negligendos.

Concilium 3. Conſtantinopolit. dictum 6. generale.

Sed & Bigamiam clericis prohibitam diſcipulus Apoſtolorum Abdias Babylonivs libro 9. certaminis Apoſtolici confirmat, cùm refert, quòd Zuzanes à Thoma Diaconatus ordinem & benedictionem leuiticam ſibi concedi poſtulauit, quoniam ſe Deo ſeruire velle memorauit, & hoc iandudum animo deuouiſſe, ſed à Patre coactum vxorem duxiſſe, quæ cùm eſſet ſterilis nullam aliam nouiſſe, & ſe caſtitati cùm illa ſtudere velle Sed & adhuc Canon Apostolorvm XIX.

Abdias Babylonius.

Canon Apoſtolorum 19.

Qui duas (ait) in coniugium ſorores acceperit, vel filiam fratris, clericus eſſe non poterit, ſpecies eſt inceſtus. Vide inceſtus. Tertvllianvs Carthaginensis quoque libro de exhortatione ad caſtitatem.

Tertullianus Carthaginenſ.

Apud nos (ait) plenius atque ſtrictius præſcribitur, vnius matrimonij eſſe oportere, quos allegi in ordinem

A *ſacerdotalem, vſque ad quoſdam memini Bigamos loco deiectos. Sed dices! Ergo cæteris licet, cùm, quibus non liceat, excipit. Vani erimus, ſi putauerimus quod ſacerdotibus non liceat, laicis licere.* Hic (lector) attende Tertullianum neſcio quo zelo, pio, vt credo, inſenſum eſſe vehementer Bigamiæ, quàm licitam infià oſtendemus. Verùm hæc ad corroborandam ſententiam noſtram protulimus, non ad inſinuandam contrariam doctrinam Catholicæ veritatis. Idem & libro de Monogamia, omnes clericos & Epiſcopos, & cæterum populum vacare ſuadet quod & vetuſtiſſimus author Clemens Alexandrinvs libro 3. Stromatum, non longè à principio, ſic ſuadet.

Occupatio.

Animaduerſio

Clemens Alexandrinus [illegible] diſcipulus

B *Nos quidem, ait, Caſtitatem, & eos, quibus hoc à Deo datum eſt, beatos dicimus. Monogamiam autem, & quæ conſiſtit in vno ſolum matrimonio, honeſtatem admiramur, dicentes tamen oportere aliorum miſereri, & alterum alterius onera portare: ne quis cùm recte ſtare videatur, ipſe quoque cadat. De ſecundis autem nuptiis, Si vraris (ait Apoſtolus) iungere matrimonio, &c.* Sed vt ad rem redeamus. Concilium Arelatense II. cano. 26.

Concilium Arelatenſe ſub Syluestro 1.

De his, quos clericatus ipſa vita gratia ſuggeſſit, ſi forte interrupta & duplicata matrimonia inciderint, non vltra ſubdiaconatum, Eccleſiaſticas capiant dignitates, quod ſi forſan facti ſunt ab Eccleſiaſtico remoueantur officio. Sed & Concilium Valentinvm Galliæ I. canone 1.

Concilium Valentinũ Galliæ 1. ſub Damaſo Papa & Gratiano Imperat.

C *Sedit ergo, neminem poſt hanc ſynodum qua huiuſmodi illicitus vel ſero ſucenrrit; de Bigamis autem internuptarum maritis ordinari clericos poſſe, nec requirendum, vtrum, ne initiati ſacramentis diuinis, an ne Gentiles hac ſe infulicis ſorte neceſſitate macularint, cùm diuini præcepti caſta ſit forma. Sed quia fratrum noſtrorum vel imperitiam vel ſimplicitatem vel etiam præſumptionem damnare non poſſumus, nec per omnes Eccleſias, quæ ſunt iampridem malè geſta, corrigere, placuit etiam de eorum ſtatu qui prius ordinati ſunt nihil reuolui ſi nulla extrinſecus cauſa procedit quia indigni miniſterio comprobentur.* Et Hieronymvs Stridonensis libro 1. contra Iouinianum antè medium.

Hieronimus Stridonenſis / 1. Contra I.

D *Quàm ſancta ſit (ait) Bigamia, hinc oſtenditur quod Bigamus in clerum eligi non poteſt. Et ideò Apoſtolus ad Timotheum, vidua, inquit, eligatur non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor.* Idem epiſtola ad Geruntiam quæ ſic incipit. In vetere via, &c. *Non ſolùm (ait) ab officio ſacerdotij bigamus excluditur, ſed ab Eleemoſyna, dum indigna putatur ſtipe, quæ ad ſecunda coniugia deuoluta eſt, &c.* Idem de Bigamis non ordinandis Concilium Gervndense canone 8. ſtatuit. Et Syricivs I. epiſtola 4. quæ dictata eſt ab eodem 10 Concilio Romano 80. Epiſcoporum, ſub eodem: & miſſa ad Epiſcopos Africanos, quæ lecta & probata eſt in Prouinciali Concilio Telensi Canone itaque 4. ſic iniunxit.

Concilium Gerundenſe ſub Hormiſda. Syricius 1. Concilium Romanum [illegible] Syricio. Concilium Telenſe.

E *Mulierem, id eſt, viduam Clericus non ducat vxorem,* & cap. 3. *Si quis laicus viduam duxerit, non admittatur ad clerum.* Hæc repetit Innocentivs I. epiſtola 2. quæ eſt ad Victricium Rhotomagenſem Epiſcopum cap. 5. & allegat Gratianus diſt. 34. cap. Si quis viduam, &c. Et Concilium Carthaginense IV. cui ſubſcripſit Auguſtinus cap. 69.

Innocentius 1.

Concilium Carthaginenſe 4. cui interfuit & ſubſcripſit Auguſtinus.

Epiſcopus (ait) ab Epiſcopatus ſui (ordinandi dumtaxat) poteſtate priuetur, ſi ſciens ordinauerit clericum eum, qui viduam, aut repudiatam vxorem habuit aut ſecundam. Hoc decretum allegat Martinvs Bracarensis in collectorio ſuo, & Gratianus diſtinctione 50. cap. Si quis viduam. Idem de ſubdiaconis ſtatuit

Martinus Bracarenſis.

Concilium

Concilium Toletanum 1.

Concilium TOLETANVM I can.4.vbi iniungitur eius depoſitio, & vt per pœnitentiam reconciliatus inter laicos communicet, & nec de cætero epiſtolam legat vel Euangelium. Vide dictione Subdiaconus & Cœlibatus. Hinc etiam

Concilium Carthagin.4. Concilium Toletanum 1.

Concilium CARTHAGINENSE I. cano.3. vt videbis dictione Cœlibatus: & Concilium TOLETANVM I. cano. 3. *Conſtituit ſancta Synodus* (ait) *vt lector fidelis. ſi viduam alterius vxorem acceperit, amplius nihil ſit, ſed ſemper lector habeatur, aut forte ſubdiaconus.* Hoc decretum refert

Martinus Bracarenſis.

MARTINVS BRACARENSIS in Collectorio, cap.43.& Gratianus diſtinct.34 cap.Lector. Hinc

Innocentius 1.

& ſtatuit INNOCENTIVS I. epiſt.2. ad Victricium Rhotomagenſem Epiſcopum, cap.6. *Ne is qui ſecundam duxit vxorem, clericus fiat: quia ſcriptum eſt, vnius vxoris virum.* Et iterum: *Sacerdotes mei ſemel nubent.* Et alibi: *Sacerdotes mei non nubant amplius. Et ſi ab aliquibus exiſtimatur, ante baptiſmum ſi fortè quis accepit vxorem, & ea de ſeculo recedente alteram duxerit, in baptiſmo eſſe dimiſſum, ſatis errant à regula, quia in baptiſmo peccata remittuntur, non acceptarũ vxorum numerus abolėtur: cum vtraque vxor ex legis præcepto ducatur, in tantum vt & in Paradiſo cum parentes humani generis cõiungerentur, ab ipſo Domino ſint benedicti. & Salomon dicat, à Deo præparabitur viro vxor. Quam formã etiam ſacerdotes omnes ſeruare, vſus ipſe demonſtrat. Eccleſia, ſatis enim abſurdum eſt aliquem credere, vxorem ante baptiſmum acceptam, poſt baptiſmum non computari, cum benedictio quæ per ſacerdotem ſuper nubentes imponitur, non materiam delinquendi dediſſe, ſed formam tenuiſſe legis à Deo antiquitus inſtituta doceatur. Quòd ſi non putatur vxor eſſe computanda quæ ante baptiſmum ducta eſt, ergo nec filij qui ante baptiſmum geniti ſunt, pro filiis habentur.* IDEM & epiſtola 4.quę eſt ad Mictrianum Epiſcopum, cap.2. vbi addit quòd oportet, vt virginem acceperit, nõ viduam, quicunque fieri clericus appetit: quod probat ex teſtimonio Leuitici.cap.21. *non viduam, nec abiectam habere poteſt ſacerdos vxorem. &c.* Vide Cœlibatus. IDEM & epiſt 22. quæ eſt ad Epiſcopos Macedoniæ, cap.1. & 2. prolixiori verborum dictamine, ſed eadem ſententia. Idem etiam adhuc epiſt.24. cap.6. quæ omnia teſtimonia difficilè hîc poſſemus inſerere. Epiſtola autem ea 24. eſt ad Patres Toletani I. Concilij. vbi de clericis eligendis & ordinãdis diſſerit. Vide Clericus, &c.

1.Timoth.3. Titum 1. Solutio quæſtionis ſi fortè ante Baptiſmum vxorem, & poſt Baptiſmum alteram duxit, an ſit dicẽdus bigamus. Geneſ. 2. Prouerb.19.

Concilium Agathenſe ſub Cœleſtino 1. & Sixto 3.

ſed & Concilium AGATHENSE I. ſub Sixto III. cano.1. *Placuit de bigamis, aut internuptarum maritis, quanquam aliud ſtatuta Patrum decreuerint, vt qui huc vſque ordinati ſunt, habita miſeratione preſbyteri, vel diaconi nomen tantùm obtineant. Officium verò conſecrandi preſbyteri, & miniſtrandi huiuſmodi diaconi non præſumant.* Idem omnino & eiſdem

Concilium Epaunenſe.

verbis Concilium EPAVNENSE, capite ſecundo, vt alibi allegabimus, ſcilicet ordinatio illicita, &c. Eiuſdem eſt ſententiæ & opinionis

Concilium Arauſicanum 1.

Concilium ARAVSICANVM I. canone viceſimoquinto, *De idoneis autem probatiſque viris, quos clericatus alligari ipſa vita gratia ſuggerit, ſi fortè inciderint in duplicata matrimonia, vt non vltra ſubdiaconatum Eccleſiaſticas capiant dignitates, &c.* Hinc & Concilium

Concilium Arelatenſe 3. ſub Leone 1.

ARELATENSE III. cap.3. & allegatur diſtinct.55. à Gratiano, cap Nullus, &c. *Nullus pœnitentem, nullus bigamũ, nullus viduarum maritos audeat ordinare, in honoribus Epiſcopatus, preſbyterij & diaconij. Et licet hoc iam propè omnium canonum inſtituta contineant, tamen, ne cuiquam ſacerdotum ſupplicantium importu*

A *nitas, vel ſuggeſtio iniqua ſubrepat, neceſſe fuit vt nunc ſeueriorẽ regulã ſibi velut Domini ſaluatoris imponere. Et ideò quicunq; ab hac die cõtra ea quæ ſuperius ſunt comprehenſa, clericum ordinare præſumpſerit, ab ea die qua ei potuerit approbari, anno integro miſſas facere non præſumat. Quam rem ſi quis obſeruare noluerit, & contra conſtitutum fratrem faciens, Miſſas celebrare præſumpſerit, ab omnium fratrum communione nouerit ſe alienum, quia dignum eſt vt ſeueritatẽ Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſentiat, qui toties ſalubriter à ſanctis Patribus inſtituta obſeruare contemnit.*

Leo 1.

Idem omnino & his conformia ſtatuit LEO I. epiſt.1. quæ eſt ad Epiſcopos Campaniæ Tuſciæ, &c. cap.1. & Concilium ROMANVM quod ſub

Concilium Romanum ſub Hilario 1.

B Hilario I. celebratum eſt cano.2. & 3. & allegat Gratianus diſtinct 34. cap. Curandum eſt. Idem

Concilium Aurelianenſ. 4 Leo 1.

omnino & Cõcilium AVRELIANENSE IV. cap.10. Porrò LEO I. epiſt.87. quæ eſt ad Epiſcopos Viennẽſes, expreſsè prohibet, ne quis Epiſcopus viduæ maritus ordinetur: quod & obſeruauit in cauſa Celidonij & Hilarij Epiſcoporum.

Epiſcopus viduæ maritus non ordinandus nec bigamus

Et hoc non ſolùm circa ſacerdotes (ait) *ſed etiam circa clericos minoris officij obſeruandum eſt, ne ad ſacram militiam hi permittantur accedere, quibus ſit tale coniugium, vt contra Apoſtolicam diſciplinam, non vnius tantum vxoris viri fuiſſe monſtrentur.* Idem

Hilarius 1.

& HILARIVS I. epiſt 1. ad Aſcanium, & reliquos Tarraconenſis prouinciæ Epiſcopos, cap.3.

Hieronymus Stridonenſis.

C Hoc etiam HIERONYMVS STRIDONENSIS prohibitum memorat, epiſtola ad Oceanum, vt allegant eum patres Concilij AQVISGRANENSIS I. cap.98. hoc & Concilium HISPALENSE II. can 4. ſtatuit, dum nunciarentur viduarum mariti ad Leuitarum ordinem tranſiſſe, quos iuſſit à gradu ſuſcepto in irritum deuocari: nec vltra prouehi ad Diaconij miniſterium, qui contra diuina atque Eccleſiaſtica iura inſtituti reperiuntur. Hæc prædicta iterum renouat

Concilium Aquiſgranenſe 1. Concilium Hiſpalenſe 2.

Gregorius 2.

GREGORIVS II. epiſt 3. quæ eſt ad Epiſcopũ & plebem Thuringiæ: ſed & vbi de laicis ordinandis, decreta ſtatuit Concilium III AVRELIANENSE ſub Vigilio I. prohibet, ne aut duarum vxorum vir, aut renuptæ maritus ſit, &c. Vide de hoc negotio dictione laicus. Plura dicenda ſunt etiam in dictione Epiſcopus ordinandus, &c. & Cœlibatus. Vide & AMBROSIVM epiſt.82. ad Vercellenſem Eccleſiam circa medium.

Concilium Aurelianenſ.3.

D

Alexander 3.

Bigami non iterũ benedicuntur.] ALEXANDER III. ad Vigilienſem Epiſcopum, inſeritur, parte 9.cap 1. Concilij Lateranenſis ſub eodem. *Vir & mulier ad bigamiam tranſiens, non debet à preſbytero benedici, quia cum alia vice benedicti ſint, eorum benedictio non debet iterari.* Vide ſequentia: vide & Bigamus.

BIGAMIA.

E

Bigamia licita probatur.] Hoc improbare multi conati ſunt, inter quos & Tertullianus libris de Monogamia, & exhortatione ad caſtitatẽ, & Hieronymus libris contra Iouinianum, atque epiſtola ad Geruntiam, vt ſuperius citauimus. Verumtamen ante eos HYGINVS I. & allegat

Hyginus.

Gratianus cauſa 36. quæſt.10. cap. Si qua mulier, *Si qua mulier* (ait) *tranſiens ad ſecundas nuptias, & ex eis prolem habuerit, non ipſa proles poteſt ſe copulare cognationi prioris viri, vſque ad quartam generationem.* Vt dicemus dictione, Conſanguineus. Porrò omnia quæ ſuperius protulimus teſtimonia, de bigamis nõ ordinandis, docent bigamiam

A quidem laicis licitam, cùm ſic bigami effecti à ſacris arceantur ordinibus: ſed & Concilium Neocæsariense I. cano. 3. & allegat Gratianus cauſa 3. quæſt. 1. cap. de his. *De his* (ait) *qui in plurimas nuptias inciderunt, tempus quidem præfinitum manifeſtum eſt, ſed conuerſatio eorum & fides tempus abbreuiat.* Ne ordinentur, & ordinati deponantur, conſtituit Leo I. epiſt. 1. quæ eſt ad Epiſcopos Campaniæ, &c. Vide ſuperiùs. Porrò hoc Neocæſarienſe decretum recenſet Martinus Bracarensis in collectorio ſuo, cap. 80. hinc etiam Concilium Laodicenum canone primo, *De his* (ait) *qui ſecundum Eccleſiaſticam regulam liberè ac legitimè ſecundis nuptiis iuncti ſunt, nec occulte nuptiarum copulam fecerunt, oportet*
B *vt paruo tempore tranſacto vacent orationibus & ieiuniis, quibus etiam iuxta indulgentiam, communionem reddi decreuimus*: ſed & Hieronymus Stridonensis licet bigamiam diſſuadeat, quæ & gentilibus deteſtanda eſt, epiſtolis duabus, quarum prior eſt ad Saluinam quæ ſic incipit, Vereor ne officiú, &c. poſterior eſt ad Furiam de viduitate ſeruanda, quæ incipit Obſecras literis, &c. In Apologia tamen pro libris contra Iouinianum ad Pammachium, in multis locis, & præcipuè ſic non longè à fine loquitur. *Ego* (ait) *etiam nunc libera voce proclamo non damnari in Eccleſia bigamiam, imò nec trigamiã, & ita licere quinto*
C *& ſexto & vltra, quomodo & ſecundo marito nubere: ſed quomodo non damnantur iſtæ nuptiæ, ita nec prædicantur. Solatia miſeriæ ſunt, non laudes continentiæ. Vnde & in alio loco dixi, vbi vnus maritus exceditur, nihil refert, ſecundus an tertius ſit, quia deſinit eſſe monogamus. Omnia licent, ſed non omnia expediunt. Non damno bigamos, imò nec trigamos, & ſi dici poteſt octogamos: habeat cuilibet octauum maritum, & eſſe deſinat proſtituta, &c.* De his plura ſuperiùs, & infrà dictione Matrimonium. Nuptiæ &c.

Bigamiam an liceat inducere infrà tempus luctus prioris cõiugis.] Alexander III. Exonienſi Epiſcopo, allegatur cap. 2. part. 9. Concilij Lateranenſis ſub eodem celebrati, *Super*
D *illa quæſtione qua quæſitum eſt, an ſcilicet mulier poſſit ſine infamia nubere infra tempus luctus, ſecundum leges diffinitum, ſolicitudini tuæ reſpondemus* Quòd, cum Apoſtolus dicat, *Mulier mortuo viro, ſoluta eſt à lege viri, & in Domino nubat cui voluerit, per ſententiam & authoritatem Apoſtoli infamia aboletur.* Vide Matrimonium.

Concilium Neocæſarienſe 1. — *Leo 1.* — *Martinus Bracarenſis* — *Concilium Laodicenũ ſub Liberio & Damaſo.* — *Hieronymus Stridonenſis.* — *Alexander 3.* — *Roma. 7.*

Bisextus.

Biſextilis annus.] Alexander III. Epiſcopo Carnotenſi, inſeritur partis 50. cap. 22. Concilij Lateranenſis ſub eodem, *Quæſiuit à nobis tua fraternitas, qua dies feſtus Matthiæ in anno biſextili debeat obſeruari, præſertim cùm quidam inter*
E *vigiliam & feſtum, velint interponere diem. Nos itaque tibi duximus taliter reſpondendum, quod feſtum beati Matthiæ iuxta regulam Eccleſiaſticam vigilia taliter præcedat, vt nec pro biſexto, nec quolibet alio modo, inter ſe & ſolennitatem, admittat alium diem, in qua vtique vigilia niſi eueniat in dominica die, ieiunium celebratur. Ipſum autem feſtum ſiue fiat in præſenti die, ſiue in ſequenti, qui duo quaſi pro vno reputantur, nullus error, ſed Eccleſiæ conſuetudo teneatur.*

Alexander 3. — *Vide quia de vigiliarum ieiunandi præſcribitur.*

Blasphemus & Blasphemia.

Blaſphemus execrandus.] De blaſphemo

A & blaſphemia infrà, cùm de iuramento tractabimus, ſufficienter agemus. Veruntamen Ioannes Chrysostomus Concione III. de Lazaro ex Lucæ, cap. 16. *Sunt* (inquit) *nonnulli qui ſi ioco conuiciòve abs quopiam iacti fuerint, aut in aduerſam valetudinem inciderunt, veluti podagram, aut capitis dolorem aut alium huius generis morbum, illico blaſphemias effundunt, ac moleſtiam quidem morbi ſuſtinent, cæterum fructu priuantur. Quid facis ô homo in beneficum, in prouiſorem, in tui curam agentem, in ſeruatorem conuicia iaciens, nec te ſentis in præcipitiũ abripi, téque ipſum in extremi exitij barathrum deijcere? Num enim, ſi blaſphemiam proferas, leuiorem reddis morbum? exacerbas potiùs illum, ac moleſtio-*
B *rem reddis cruciatum. Propter hoc enim diabolus innumeras impingit moleſtias, vt in illud barathrum te præcipitet. Et ſi quidem viderit te blaſphemias proferentem protinus auget dolorem ac maiorem reddit, quo ſtimulatus rurſus indigne feras: quod ſi viderit te fortiter perferentem, quóque morbus fuerit acrior, hoc magis agentem gratias Deo, illico deſiſtit, vt qui in caſſum fruſtraq́; pergat imminere, &c.* Idem homilia in Pſalmum 95. *Nihil ſceleſtius impietate, nihil ſceleſtius blaſphemia: & tamen tantum malum per eleemoſynam diluitur, ſi quis verè acceſſerit veritati.* Hinc Gregorius Nazianzenus Orat. 23. ad eos qui in claſſe ex Ægypto aduenerant, *Blaſ-*
C *phemia* (ait) *nequaquam eſt Theologia, ſed à diuinitate ſe abalienare, &c.* Et Hieronymus Stridonensis epiſtola ad Cteſiphõtem contra Pelagianos ad calcẽ *Sententias veſtras prodidiſſe ſuperaſſe eſt. Patet prima fronte blaſphemia. Non neceſſe habet conuinci, quod ſua ſtatim profeſſione blaſphemum eſt.* Et Augustinus Hipponensis libro de moribus Manichæorum, cap. 11. *Blaſphemia eſt, cùm aliqua verba non bona dicuntur de bonis.* Et libro contra Mendacium, aduerſus Priſcillaniſtas, cap. 19. *Peius eſt blaſphemare quàm peierare: quoniam peierando falſa rei adhibetur teſtis Deus, Blaſphemando autem de ipſo falſa dicuntur Deo. Tanto eſt autem quiſque inexcuſabilior, ſiue periurus ſiue blaſphemus, quanto magis ea quæ in*
D *peierando vel blaſphemando aſſerit, falſa nouit eſſe vel credit. Quiſquis itaque dicit, pro periclitantis hominis temporali ſalute vel vita, eſſe mentiendum, minùs ipſe ab itinere exorbitat æternæ ſalutis & vitæ, ſi dicit in ea cauſa etiam iurandum per Deum, vel etiam blaſphemandum Deum.* Hinc Meldense Concilium cano. 39. prohibet multiplex iuramentorum & periuriorum confuſionem, per quam multæ fidelium animæ perditæ cognoſcuntur, vt dicemus, in dictione Iurare. Sed etiam generale illud Concilium Lateranense ſub Leone X. ſeſſione 9. ſic ſtatuit, *Ad abolendam execrabilem blaſphemiam, quæ in maximum diuini nominis & ſan-*
E *ctorum contemptum ſupra modum inualuit, ſtatuimus & ordinamus, vt quicunque Deo palàm ſeu publicè maledixerit, contumelioſisq́; atque obſcœnis verbis Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & glorioſam virginem Mariam eius genitricem expreſſè blaſphemauerit, ſi munus publicum iuriſdictionémve geſſerit, perdat emolumenta trium menſium, pro prima & ſecunda vice dicti officij: ſi tertiò deliquerit, illo eo ipſo priuatus exiſtat. Si clericus vel ſacerdos fuerit, eo ipſo quòd de delicto huiuſmodi fuerit conuictus, etiam beneficiorum quæcunque habuerit fructibus applicandis, vt infrà vnius anni ſpatium mulctetur: & hoc, ſi pro prima vice blaſphemus ita deliquerit. Pro ſecunda verò ſi ita deliquerit, & conuictus, vt præfertur, fuerit, ſi vnicum habuerit beneficiũ eo priuetur, ſi autem plura,*

Ioannes Chryſoſtomus. — *Gregorius Nazianzenus.* — *Hieronymus Stridonenſis.* — *Auguſtinus Hipponenſis.* — *Concilium Meldenſe.* — *Concilium Lateranenſe ſub Leone X.* — *Cenſura in blaſphemos utinam hodie obſeruaretur.*

quod

A *quod ordinarius maluerit,id amittere cogatur. Quod ſi tertio eius ſceleris arguatur & conuincatur, dignitatibus ac beneficiis omnibus quæcunque habuerit, eo ipſo priuatus exiſtat, ad eaq; vlterius retinenda, inhabilis reddatur:eaq; liberè impetrari & conferri poſſint. Laicus verò blaſphemans, ſi nobilis fuerit, pœna 25. ducatorum mulctetur, applicandorum Eccleſiæ. Si tertiò addat nobilitatem perdat. Plebeius autem & ignobilis, ſi pluries in hoc ipſum peccatum prolapſus fuerit, ad perpetuos carceres, vel ad triremes damnetur, ad iudicis deputati arbitrium. In foro autem conſcientiæ, nemo blaſphemiæ reus abſque grauiſſima pœnitentia, ſeueri confeſſarii arbitrio iniuncta, poſſit abſolui. Qui verò reliquos ſanctos blaſphemauerit, arbitrio iudicis, rationem perſonarum habituri, mitius aliquando puniri volumus.* B *Statuimus etiam vt ſeculares iudices, qui contra tales blaſphemia conuictos non animaduerterint, eosq; iuſtis pœnis minimè affecerint, quantum in eis fuerit, quaſi eidem ſceleri obnoxii, eiſdem quoque pœnis ſubiiciantur. Qui verò in illis inquirendis puniendisq; diligentes & ſeueri fuerint, pro qualibet vice decem annorum indulgentiam conſequantur, & tertiam partem pecuniariæ mulctæ habeãt.* Idem omnino elargitur ei, qui blaſphemantem audiens, apud iudicem accuſauerit vel corripuerit. Idem quoque renouat & confirmat Concilium RATISPONENSE ſub Laurentio Campegio Cardinali, cap. 29. & in Conſtitutionibus apud Aureliam vrbem editis, FRANCISCVS II. & CAROLVS IX. Reges Franciæ artic. 23. C Plura autem dicenda ſunt, & inſerenda, ſuper licita vel illicita iuratione, dictionibus, Iurare & Iuramentorum. Perge ergo, nec cunctéris, quia ea videbis, quæ te lætificabunt.

Obſeruent hæc qui confeſſiones audiunt.

De Sanctorum Blaſphematoribus.

Cẽſura negligentium iudicum.

Præmium diligentiũ & prouidorum.

Concilium Ratiſponenſe.

Franciſcus II. Carolus IX. reges Franciæ

BONA.

Bona aut facultates alterius diripere aut inuadere non licet.] De bonis quidem Eccleſiaſticis non diripiendis aut tollendis, dicemus in dictione, Facultates Eccleſiæ, & etiam in dictione, Furtum, &c. Quantum autem ſpectat ad bona proximiorum, ſic EVSEBIVS I. epiſto. 2. ad D Epiſcopos Ægyptios allegatur autem à Gratiano, cauſa 12. quæſt. 7. In antiquis, & ab Iuone lib. 4. Decretorum, *In antiquis Eccleſia ſtatutum eſt decretum, vt qui aliena inuadit, non exeat impunitus, ſed cùm multiplicatione, omnia reſtituat: vnde in Euangelio ſcriptum eſt, Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Et in legibus ſeculi cautum habetur. Qui rem ſubripit alienam, illi, cuius res dempta eſt, in decuplum, quæ ſublata ſunt, reſtituat. Et in lege diuina legitur, maledictus omnis qui transfert terminos proximi ſui: & dixit omnis populus, Amen. Talia ergo non præſumantur abſque vltione, nec exerceantur abſque ſua damnatione.* Idem ſtatuit IVLIVS I. epiſt. 2. ad E Epiſcopos Orientales pro Athanaſio, cap. 1. Idem etiam repetit ſummus ille Pontifex SYMMACHVS I. in Concilio ROMANO V. ſub eodem celebrato, Epiſcopor. 218. qui hinc aderant, & IOANNES I. epiſt. 1. ad Zachariam Epiſcopum omnino eadem reſumit: nec fas eſt toties rem eandem repetere. Hinc & Concilium MATISCONENSE II. can. 14. *Ex interpellatione quorundam cognouimus, quòd calcatis canonibus & legibus, hi qui lateri regis adhærent, vel aliqui qui potentia ſeculari inflantur, res alienas competere: & nullos exertis actionibus, aut conuictionibus prærogatis, miſeros non ſolùm de agris, ſed etiam de domibus propriis exulare. Idcirco in remedium conſulentes decer-*

Euſebius I.

Lucæ 19.

Legis regula. Deuter. 28.

Iulius I.

Symmachus I.

Cõcilium Roman. ſub Symmacho. Ioannes I.

Concilium 2. Matiſconenſe 150 Epiſcop.

A *nimus, vt deinceps huius mali licentiam quiſpiam non habeat, ſed ſecundùm canonum atque legum tenorem, cauſarum ſuarum actionem proponant, vt nullus miſerorum rebus ſuis per vim aut argumentationem quamlibet defraudetur. Ille autem qui contra diſpoſitum, non ſolùm noſtrum, ſed etiam antiquorum Patrum & Regum, venire tentauerit, procelloſi anathematis vltione plectatur.* Hoc idem ſtatuit Concilium CABILONENSE I. cap. 6. vt ſcilicet nullus ante audientiam, res quorumlibet inuadere aut auferre præſumat, quod qui fecerit, vt necator pauperum habeatur. Idem omnino iterum ſtatuit & Concilium ARELATENSE IV. cap. 23. & Concilium MOGVNTINENSE III. ſub Arnulpho B Imperatore, cap. 22. & Concilium TVRONENSE III. cap. 44. vbi quæſtio fit de rebus pauperum, iniuſtè poteſtate potentiorum abſtractis ita vt pauperes ad extremam pauperiem redigantur. Vide dictione Pauper, latiùs, & ſequent.

Concilium Cabilonen. 2.

Concilium Arelatenſe 4.

Concilium Moguntin. 3.

Concilium Turonen. 4.

Bona aliena Epiſcopus non inuadat.] Concilium PARISIENSE I. ſub Pelagio I canone tertio, poſtquam de facultatum Eccleſię inuaſoribus locutum eſt, ita ſubdit: *Quia exempla boni operis a Pontificibus debent primum (Chriſto opitulante) procedere, nullus Epiſcopus res competat alienas, aut ſi competitas, aut a ſe, aut ab anteceſſore ſuo, fortè quis poſſedit, Domino proprietatis poſſeſſionem propriam, abſque præiudicio liberalitatis Regiæ, inte-* C *gra reformatione reſtituat: ut quia Deus dona reprobat iniquorum, non ad iudicium ſuum, Eccleſia res exteras derelinquat.* Similiter & cap. 6. prohibet, ne Sacerdotes principes, aut populus, res alienas competere à regis audeat poteſtate. Nec viduam, nec filiam alterius, extra voluntatem parentũ, aut rapere præſumat aut Regis beneficio æſtimet poſtulandam. Quam ſi fecerit ſimiliter ab Eccleſiæ communione remotus, anathematis damnationẽ plectatur. Vide dictione, Raptor. Hinc & PELAGIVS II. epiſt. 2. ad Epiſcopos Italiæ & Campaniæ, Bona etiam Epiſcopi aliquo modo ſub ſpecie inuidiæ aut æmulationis, aut diſcordiæ, prohibet ab inimicis inuadi: ſed ſi rapta fuerint, debent re- D ſtitui, vt allegatur à Gratiano cauſa 3. quæſt. 2. cap. Cùm Eccleſiæ. Idem & monachis inhibetur: vide Monachus. Præterea Concilium TOLETANVM XI. ſub Vitaliano I. can. 5. Delati ſunt ſiquidem patribus prædicti concilij quidem Epiſcopi & Sacerdotes, qui poſtpoſita omni forma iudicij, præſumptuoſè, cæde & rapinis aliena bona diripiebant, & tunc cùm ipſi nil proprij haberent, in facultates Eccleſiæ ab oppreſſis irruebatur. *Cùm nec iuſtum ſit* (aiunt Patres) *vt pro prauis actibus ſacerdotum, Eccleſiæ quibus præminent, ſuſtineant damnum, & pro exceſſibus talium, ſatisfactio ab Eccleſiis exigatur, cùm Eccleſia cultores ſuos, non ad litem, ſed honeſtatem informet. De talibus ergo placuit* E *diffinire, qui nullis habitis rebus propriis, aut in quacunque peruaſione extiterint, aut quibuſlibet perſonis cædes, vel quodcumque præſumptionis intulerint, nulla eos incuruatione ſtatus ſui, ſeruituti hominum debere addici, ſed iuxta quod præſumptuoſus quiſquis ille extiterit, ita & pœnitentiæ legibus ſubiacebit: id eſt, ſi in decem ſolidorum ſummam præſumptor eſſe conuincitur, viginti dierum pœnitentiæ ſatisfactione purgetur, ita vt ſiue minoris, ſiue maioris ſumma exceſſum peregerit, ſimiliter geminata hoc ſemper ſatisfactione pœnitentia recompenſet. Seruos autem Eccleſiarum, qui huiuſmodi exceſſus operati eſſe noſcuntur, ad leges ſeculares audiendas remittimus.* Vide plura, Facultates, &c. & Pauper.

Concilium Pariſienſe 1.

Pelagius 2.

Concilium Toletanum 11. ſub Vitaliano 1. Papa.

Bonvs.

Bonus nemo per ſe, niſi ſolus Deus.] Origenes Adamantivs homilia 8. in Matthæum,cap 19. *Vere quando declinamus à malo,& facimus bonum,quantum ad comparationem cæterorum hominum nolentium declinare à malo, & facere bonum,dicuntur bona quæ agimus. Quantum autem ad veritatem, ſecundum quod dicit in hoc loco, quia vnus eſt bonus. bonum noſtrum non eſt bonum. Et ſicut non iuſtificatur in conſpectu Dei omnis viuens, quoniam quantum ad comparationem iuſtitiæ Dei, omnis iuſtitia hominum inuenitur neque iuſtitia eſſe, ſic nec bonus inuenitur quiſquã in conſpectu Dei, quantum ad comparationem bonitatis illius,quamuis quantum ad comparationem cæterorum hominum, bonus quis appelletur.* Et Coelestinvs I.epiſt. 1. ad Galliarum Epiſcopos, capite 5. Ex epiſt.25. Innocentii I. probat, neminem eſſe per ſemetipſum bonum, niſi participationem ſui, ille donet qui ſolus eſt bonus. Innocentij autem verba hæc ſunt, *Nunquid nos de eorum poſthac mentibus rectum æſtimemus, qui ſibi ſe putant debere quod boni ſunt,nec conſiderant illum cuius quotidie gratiam conſequuntur,qui ſine illo tantum ſe aſſequi poſſe confidunt?* Quæ verba poſtea vſurpauit Avgvstinvs Hipponensis, tractans 15. caput Ioannis. Sine me nihil poteſtis facere. Sed hæc reſerare intẽdimus dictione, Liberum arbitrium. Hinc Clemens Alexandrinvs libro primo Pædagogi, cap. 8. Quærit cur Deus, cùm bonus dicitur,iraſcitur,& punit? reſpondet, reprehenſionem & correctionem, veluti quandam chirurgiam affectionum eſſe animæ,diætam quoque ægrotantis eſſe animæ,atque tunc ſummè demonſtrari pietatem, cùm Deus corrigit. Huic ſententiæ aſtipulatur Ioannes Chrysostomvs in ſermone de Confeſſione, ſuper Pſalmum 106. Confitemini Domino quoniã bonus, tomo primo. *Bonum* (ait) *Dominum hoc loco dicit,non iuſtum,quia qui bonum oſtendis,confiteri perſuadet. Peccatorem enim bonus abſoluit,iuſtus condemnat: Bonus indulgentiã tribuit,iuſtus merita peccatorum expungit apud iudicem bonum, confeſſio mater eſt indulgentiæ,apud iuſtum,pœna debitum Bonus confitenti tribuit veniam, iuſtus competentem infert pœnam,&c.* Sed vt ad rem reuertamur, Ambrosivs Mediolanensis lib. 8. in Lucam, cap.18. & iterum in 1.ad Timothæum,cap.1.illud exponens Regi autem ſeculorum,&c. *Nemo tamen,niſi vnus Deus,bonus eſt, quia ipſe fons bonitatis eſt,ex quo cæteri potantur vt boni ſint. Ipſe eſt & inuiſibilis ſolus Deus, quia nulli vnquam viſus eſt.* Et abundantius Avgvstinvs Hipponensis libro de perfectione iuſtitiæ hominis, cap. 24. *Dictum eſt nemo bonus,niſi vnus Deus, ſiue quia omnia quæ creata ſunt,quamuis ea Deus fecerit bona valde,creatori tamen comparata nec bona ſunt,cui comparata nec ſunt. Altiſſimè quippe, & proprio modo, quemadmodum de ſeipſo dicit,Ego ſum, qui ſum.* Et ſuper Pſalm.134. *Intelligas Deum propriè bonum, à quo ſunt cætera bona. Alia enim bona ipſe fecit, ipſe eſt bonus quem nemo fecit. Ille bono ſuo bonus eſt, non aliunde participato bono. Ille ſeipſo bono bonus eſt,non adhærendo alteri bono, qui non eguit à quo fieret bonus,ſed eguerint illo cætera,vt fierent bona,&c.* Vide Deus.

Origenes Adamantius.
Cœleſtinus 1.
Innocentius 1.
Auguſtinus Hipponenſis.
Clemens Alexandrinus.
Cum Deus ſit bonus, cur iraſcitur & punit?
Ioannes Chryſoſtomus.
Ambroſius Mediolanenſis.
Auguſtinus Hipponenſis.
Marci 10. Luc.18.

CA

Cædere.

CAEdere non licet Eccleſiaſticis.] Canon Apostolorvm 28. allegatur à Gratiano diſtinct.45. cap.Epiſcopũ, *Epiſcopum, aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes. & per huiuſmodi volentem timeri,deiici ab officio ſuo præcipimus, quia nuſquam nos hoc Dominus docuit. E contrario verò ipſe cum percuteretur,non repercutiebat:cum male diceretur,non remaledicebat:cum pateretur,non comminabatur,&c.* Vide diffuſiùs locis in pagina notatis. Hinc Concilium Agathense, vt citat Gratianus diſtinct.86 cap.Non liceat, *Non liceat Epiſcopos manibus ſuis aliquem cædere:hoc enim alienum à ſacerdote debet eſſe.* Sed & Nicænvm Concilium II. action. 3. in cauſa Epiſcoporum, qui ab hæreſi conuerſi, recepti ſunt in communionem, *dummodo* (ait) *verbera non intulerint piis viris, quod in perſecutionem factum fuiſſe, vulgatum eſt. Nam extat canon Apoſtolorum, ſi quis presbyter aut diaconus &c.* Vt ſuperiùs allegatur habes, qui canon ab omni Synodo approbatus eſt. Cenſueruntque communi definitione, quod ſi intulerit qualiſcunque Epiſcopus verbera aut plagas viris Deum timẽtibus, quique perſecutionem patiuntur indignus eſt Epiſcopatu. *Nam flagellatoribus* (ait) *tanquã perſecutor graſſatus eſt.* Sicut & quarta Synodus, ſcilicet Concilium Chalcedonense, confeſtim vbi ſediſſet imprimis, exclamauit, *Dioſcorum foras pelle,interfectorem eiice,quandoquidem in ſynodo latronum manus in viros innocentes iniecit.* Cúmque publicè ſe prædicti Epiſcopi nemini læſionẽ intuliſſe recepti & admiſſi ſunt & in ſuas ſedes aſcenderunt. Porrò reliquum perquire dictione, Clericus non ſit percuſſor, & Epiſcopus percuſſor, & Homicidium. Nam ſua cuique vocabulo reddita ſunt. Lege Clericus,&c.

Canon Apoſtolorum.
Vide plura in dictione Clerici non lædendi ne cædendi & Epiſcopus nõ ſit percuſſor, & Homicidium,&c.
Concilium Agathenſe.
Concilium Nicænum 2.
Vide quantæ ſint authoritatis Canones Apoſtolorũ, qui approbãtur à tanto Cõcilio.
Concilium Chalcedonenſe quod fuit generale 4.

Cærimonias.

Cæremoniæ & conſuetudines approbantur.] De huiuſmodi cæremoniis (amice Lector) hîc tibi multa dicere non poſſum, quandoquidem in ſingulis dictionibus ſacramentorum, etiam illius ſacramenti cæremonias poſuimus. Adde quòd dictione Traditio, & canon, ſæpius cæremoniarum & conſuetudinum fecimus mentionem. Ne tamen locum hic vacuum dimitterem, æquo animo lege quæ hîc duximus apponenda. Primus itaque ad cæremonias loquens, nobis occurrit diſcipulus Pauli Dionysivs Areopagita lib. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, cap. 1. *Ipſi quoque* (ait) *ſanctiſſimi principes noſtri dum ſacra publice agenda inſtituerunt, nõ apertis aut perſpicuis ſenſibus, ſed ſignis anguſtioribus tradiderunt. Eſt enim non omnis ſanctus, neque omnium ſcientia eſt, vt ſacra teſtantur eloquia. Neceſſariò itaque primi illi noſtri ſacerdotalis muneris duces, cùm ex ſumma ſuperſubſtãtialiq; Deitate ipſi ſancti muneris plenitudinem percepiſſent, & idipſum deinceps proferre & propagare à diuina bonitate miſſi eſſent, ipſiq; (vt qui trãſiſſent in Deum) poſteros ad diuina prouehere affatim cuperent, viſibilibus ſignis cœleſtia ſacramenta texerunt, varietateq; ac multitudine quod vnicum eſt col-*

Dionyſius Areopagita.
Hoc nota, Beſtulter.
1.Corinth.8.

lectum

lectum,tradiderunt. Et in humanis imaginibus res diuinas, materialibusq́; figuris ſpiritualem maieſtatem, atque in his quæ nobis ſunt familiaria, illa ſumma & ſuperſubſtantialia, partim ſcriptis partim non ſcriptis inſtitutionibus ſuis (iuxta quod ſacræ diffiniunt leges) nobis tradiderunt: non modo profanæ multitudinis cauſa,cui ne ipſa quidem fas eſt ſigna contingere, verùm ob id quoque, quòd hæc noſtra ſacratiſſima functio ſignificatiua eſt,plenáque,vt dixi,ſi quis, pro modo & ratione captus noſtri,indigetq́; viſibilibus figuris,quibus veluti adminiculis,ad eorum anguſtiorem intelligentiam ſubuehamur. Cæremoniarum & conſuetudinum meminit TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de Corona militis:nam vbi baptiſmi & communionis cæremonias expreſſit,vt ſuis locis dicetur. *Harum* (ait) *& aliarum euiuſmodi diſciplinarum, ſi legem expoſtules ſcripturarum,nulla leges traditio tibi prætendetur,auctrix, conſuetudo confirmatrix,& fides obſeruatrix.* Idem & libro Apologetico,cap.46.& lib.2.ad vxorem,vt dicemus ſuis locis,vbi debent aſſignari. Sed & ORIGENES ADAMANTIVS cæremoniarū meminit multis in locis præcipuè autem homilia quinta in librum Numeri, *In Eccleſiaſticis* (ait) *obſeruationibus ſunt nonnulla huiuſmodi,quæ omnibus quidem facere neceſſe eſt,nec tamen ratio eorum omnibus patet. Nam quòd,verbi gratia genua flectimus orantes,& quod ex omnibus cæli plagis ad ſolā Orientis plagam conuerſi orationem fundimus,nō facilè cuiquam puto ratione compertum. Sed & Euchariſtiæ percipiendæ ſiue eo ritu quo geritur explicanda,vel eorum quæ geruntur in baptiſmo verborum,geſtorumq́; & ordinum atque interrogationum, ac reſponſionum, quis facilè expliceat rationem? &c.* Et BASILIVS MAGNVS epiſt.63, *Conſuetudines obtinentes nūc in omnibus Eccleſiis,concinna ſunt ac conſona:ex nocte enim conſurgit apud nos populus,ad domum orationis & in labore ac tribulatione, & aſſiduis lachrymis confitentes Deo. Poſtremò ſurgentes ab orationibus ad pſalmodiam perueniunt,&c.* Et libro de Spiritu ſancto,cap.17. *Si aggrederemur nō ſcripto proditas conſuetudines,velut non magnam vim habentes, reiicere: imprudentes etiam ipſis principalibus Euangelij partibus damnum inpremus,imò potius Euangelicam prædicationem ad nudum contraheremus. Velut,verbi gratia,vt eius, quod primum, & communiſſimum eſt, primam mentionem faciam,figura crucis ſignare eos, qui in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ſpem habent,quis ſcripto docuit? Ad Orientem conuerſos eſſe nos,dum oramus,quæ ſcriptura nos docuit? Inuocationis verba,dum oſtenditur panis Euchariſtiæ, & poculum benedictionis, quis ſanctorum ſcripto nobis reliquit? &c.* Multa, ſed & EPIPHANIVS CYPRI ad calcem libro tertio contra hæreſes, omnium cæremoniarum & cōſuetudinum Eccleſiæ mentionem facit. Lege obſecro:eſt quippe filius illius libri,tomo 2. nec te pigebit. Præterea IOANNES CHRYSOSTOMVS infinitis in locis,tam Miſſæ vt homil.3. in epiſtolam ad Philippenſes, quàm baptiſmi aliis in locis cæremoniarum meminit, vt ſuis locis ſeruamus HIERONYMVS STRIDONENSIS epiſtola ad Lucinium, *Ego te illud breuiter admonendum puto,traditiones Eccleſiaſticas (præſertim quæ fidei non officiunt) ita obſeruandas,vt a maioribus traditæ ſunt,nec aliorum conſuetudinem aliorum contrario more ſubuerti.* Idem & cæremoniarum baptiſmi meminit Dialogo contra Luciferianos ſicut & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS in 1.epiſt.ad Timotheum.c.3. & lib.2.de Pœnitentia, & libris de Sacramentis,

Attende traditiones non ſcriptas Apoſtolorū. Matth.7.
Tertullianus Carthaginenſ.
Origines Adamantius.
Baſilius Magnus.
Vide ſignum crucis.
Attende diuinationem Euchariſtiæ.
Epiphanius Cypri.
Ioannes Chryſoſtomus.
Hieronymus Stridonenſis.
Ambroſius Mediolanenſ.

vt ſuperius,& infrà annotabimus. Sed & AVGVSTINVS HIPPONENSIS infinitis in locis, & ſignanter lib.2.ad Inquiſitiones Ianuarij,ca.18. *Quæ non ſunt* (ait) *contra fidem,nec contra bonos mores,& habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, vbicunque inſtitui videmus,vel inſtituta cognoſcimus, non ſolùm non improbamus,ſed etiam laudando & imitando ſectemur, ſi aliquorum infirmitas non impedit,&c.* IDEM lib.2.de Baptiſmo contra Donatiſtas,cap.7. *Multa non inueniuntur* (ait) *in Apoſtolorum literis,neque in conciliis poſterorum, & tamen quia cuſtodiuntur per vniuerſam Eccleſiam, non niſi ab ipſis tradita & commendata creduntur, &c.* Cæremoniarum Eccleſiæ meminit etiam & CYRILLVS ALEXANDRINVS in Euangelium Ioannis lib 2.cap 46 & lib.12 cap 50.vbi de ſacræ Miſſæ cæremoniis agit,& catechumenos excludit,&c. Harum etiam meminit GREGORIVS I. ad Leandrū, & THEOPHYLACTVS BVLGARIENSIS in cap.19. Euangelij Lucæ,vt allegabimus dictione.Traditio. Porrò iterum te,lector, exoro, vt ad ſingulas dictiones ſacramentorum te conferas. Nam ibi ſua quæque relicta ſunt. Nec enim decuit,ita omnia confundere, vt quippiam mancum & imperfectum remanens, auditoris & lectoris animum ſuſpenderet. Vide itaque illic diligenter:atque etiam ſcito te plura, & penè infinita teſtimonia inuenturum in dictionibus.Hora.Imago,Crux,Manus impoſitio.Confirmatio.Vnctio, & huiuſmodi:& præcipuè, Canon & Traditio. Nam in his omnibus vt docet etiam COLONIENSE Concilium III.cap 15. part.9. oportet vt quiſque ſignatis potiùs quam ſignis inhæreat ac intendat. Alioquin parùm ad pietatem proficiunt.Nam qui in exterioribus iſtis conſiſtit,ac non potiùs illis admonetur,vt ad Deū reſpiciat,& confugiat,ac totam ſuam fiduciam in illum collocet,hinc citiùs externa iſta in ſubuerſionem, quàm ædificationem eruunt. Sunt autem quædam cæremoniæ abuſibus plenæ, quæ tolli iubentur, vt allegat Gratianus de conſecratione diſtinct.1.cap.Placuit. Hinc etiam ſtatuit Concilium AVGVSTANSE, capite 23. *Cæremonias* (ait) *maioribus noſtris, hominibus religioſiſſimis viſitatas,quod ad varios pietatis vſus valeant,& exercitia quædam,quibus mens externarum, ſcilicet rerum ſenſu & ſignificatione, ad diuinum cultum ipſumque Deum attrahitur,in Eccleſiis noſtræ diœceſis retinendas,& vbi abrogatæ fuerint reuocandas eſſe ſtatuimus, atque mandamus:& volumus per prædicatores populum doceri de cæremoniarum ſignificationibus.* Et cætera multa quæ ſuis locis inſeruntur. Idem omnino nec diſſimili ſententia ſtatuit Concilium MOGVNTINVM IV. cap.40 & Concilium TRIDENTINVM ſeſſione ſeptima, capite de Sacramentis, *Si quis* (ait) *dixerit receptos & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus,in ſolenni adminiſtratione ſacramentorum adhiberi conſuetos,aut contemni,aut ſine peccato a miniſtris pro libito omitti, aut in nouos alios,per quemcunque Eccleſiæ paſtorem,mutari poſſe, anathema ſit.* Oro te,lector, vide locis iam in hac annotatione pluries annotatis,ſingula digeſta. & ſignanter in vocabulo ſequenti Canon & Traditio, &c.

Auguſtinus Hipponenſ.
Cyrillus Alexandrinus.
Gregorius I.
Theophylact. Bulgariæ.
Hoc, lector, conſidera.
Colonienſe Concilium 3.
Quæ attendenda ſunt in cæremoniis.
Concilium Auguſtenſe ſub Othone Cardinale.
Concilium Moguntin. 4. Concilium Tridentinum.

CALENDAS.

De Calendis Ianuarij, vide Dies feſti Gentilium, &c.

CAIPHAS.

CLEMENS I. lib 8. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap.1. *Balaam vates pœnas dedit cum*

Clemens I.

Caiphæ abitus & mors.

Iſraelem in Beelphegor peſſum dederit, & Caiphas poſtea ſibi mortem conſciuit, qui falſo nomine Pontifex erat. Perſpicuum eſt igitur falſo nomine præditos Epiſcopos atque presbyteros, diuinam vltionem non declinaturos.

CALVMNIATOR.

Vid: Detractio & Criminatio, & aliis in locis.

CAMPANA.

Polydorus Vergilius Vrbin.

Campanarum inuentor ignotus.

Ioſephus Iudæus

Martialis.

Campanarum vſus & benedictio.] POLYDORVS VERGILIVS lib.3. De rerum inuentoribus, cap.18. narrat Campanarum inuentorem eſſe incognitum, *Veruntamen quid gratiùs* (inquit) *ipſo tintinabulo, quod alij campanam, nonnulli nolam nuncupant, inueniri potuit? Quod licet recens inuentum non ſit (Moſis enim temporibus, teſte Ioſepho in tertio antiquitatum, eius vſus erat, de quo Martialis ait, Redde pilam ſonat æs thermarum, ludere perges? Virgine vis ſola lotus abire domum?)* Vtriuſque tamen pariter author latet. De vſu & benedictione Campanarum Concilium COLONIENSE III. cap 14. eiuſdem part.9 *Benedicuntur campanæ, vt ſint tubæ Eccleſiæ militantis, quibus vocetur populus ad conueniendum in templum, & audiendum verbum Dei, clerus verò ad annunciandū manè miſericordiam Dei, & veritatem eius per noctem, vt per illarum ſonitum fideles inuitentur ad preces, & vt creſcat in eis deuotio fidei. Quamuis etiam patres alio reſpexerint videlicet vt dæmones tinnitu campanarum, Chriſtianos ad preces concitantium, terreantur, quin potius precibus ipſi territi diſcedant, illiſque ſubmotis, fruges, mentes & corpora credentium ſeruentur, vt procul pellantur, hoſtiles exercitus & omnes inſidiæ inimici, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempeſtatum, & fulgurum temperentur infeſta tonitrua, & ventorum flamina ſuſpendantur, ſpiritus procellarum, & aereæ poteſtates proſternantur. Breuiter vt audientes confugiant ad ſanctæ matris Eccleſiæ gremium, ac ante ſanctæ Crucis vexillum, cui flectitur omne genu, quemadmodum hæc in ſolenni benedictione campanæ reperies.* Hoc repetitur in Officiali libro cuiuſcunque diœceſis. Vide STANISLAVM HOSIVM contra Brentium lib.3 de Catholica Eccleſia &c.

Concilium Colonienſe 3.

Campanarum ſonitus terret dæmones. Hinc cum fulgura & tonitrua impetu & fragore omnia ... anno 1170 ... Maij ... tanta fulgurationes & inundationes aquarum eruperunt ... multas domos in Primana vrbe, & alibi funditus abraſerint ... dæmones ... Non aliud cogitare poſſumus ... vt vaſtiſicamus ... malorum ...

CANES.

CANES alere Epiſcopus non debet. Vide Venatio.

CANONES APOSTOLORVM.

Concilium Conſtantinopolitanū 3 dictum 6. generale

Concilium Nicænum, generale primū.

Concilium Nicenū 2. generale 7. Tharaſius Epiſcop. Conſtantinopolitanus.

Concilium Forojulienſe. Martinus Bracarenſis.

Quando quidem multi reiiciunt Apoſtolorum canones, lubet hic inſerere quædam irrefragabilia teſtimonia quæ eos apprimè auctorizant. Nam in primis à Gratiano in decretis infinitis in locis allegantur, & Conciliū CONSTANTINOPOL. III. quod & VI. ſynodus generalis dicitur in Trullo celebr. cano.3. allegat & approbat 16. & 17. canonem Apoſtolorum, & cano 4. allegat & approbat canonem 25. & cano.10. allegat & approbat canonem 44. quod & facit Concilium NICÆNVM I. cano.5. & 18. ſicque hæc duo generalia concilia infinitis in locis canones Apoſtolorum nominant & allegant, quin Concilium NICÆNVM II. quod 7. generale fuit, cap.5. can.30. Apoſtolorum citat & approbat. Sicut & THARASIVS CONSTANTINOPOLIT. qui huic Concilio præerat eūdem canonem 30. citat, epiſtola ad Ioannem Anachoretam, poſita in limine prædictæ Synodi, canonem Apoſtolicum expreſſe nominans, vt citabimus dictione, Epiſcopatus non emendus. Eundem canonem iterum citat Concilium FOROIVLIENSE ſub Carolo Magno & Adriano I can.1 Eoſdem canones Apoſtolorum ſæpiſſime citat MARTINVS BRACARENSIS in Collectorio ſuo capit. 21. 23. & 83. Sed & meminit eorundem canonum ANACLETVS I. epiſtola 1. Concilium PARISIENSE III. lib.1. cap.25. citat can.39. ſicut & Concilium VORMATIENSE, cap.45. & Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 25. cap.1 decreti reformationis Poſſem & alia innumera afferre teſtimonia, cōfirmantia & roborantia canones Apoſtolorum verè eſſe Apoſtolorū: ſed ſi his non creditur, nec amplioribus fides adhibenda eſt. Ideò ſuperſedeo labori & ad cætera progredior.

Anacletus 1.

Concilium Pariſienſe 3.

Concilium Vormatienſe.

Concilium Tridentinum.

CANON MISSAE.

Polydorus Vergilius Vrbinas.

Gelaſius 1. Syricius 1.

Alexander 1.

Leo 2. Gregorius 1. Leo 1.

Canonis Miſſæ authoritas.] POLYDORVS VERGILIVS lib.5. De rerum inuentoribus, cap 10. Miſſæ officium à plurimis auctum, ſicut ſuo loco dicetur: de canone autem ſacro, ſic ait, *Canonis partem (Te igitur) quæ dein initiū eſſe cœpit, Gelaſius dedit, ſicuti ante eum Syricius (communicantes) quod nunc tertio loco ponitur. Ex quo apparet, ipſum canonem neque ab vno integrum, neque in eam formam digeſtum, qua modo cōſtat cuius rei vel fidem facit, quòd Alexander primus, qui Gelaſium & Syricium longo temporis interuallo præceſſit, ob memoriam paſſionis Chriſti poſuit (qui pridie quam pateretur) vſque ad illa verba (Hoc eſt corpus meū) Quocirca ſatis liquet, aliud tum canonis fuiſſe principium, quando, ſicut diximus, Gelaſius circiter 360. & eo amplius annos poſt Alexandrum ſedit. Leo deinde adiecit (Hanc igitur, oblationem, vſque placatus accipias) Gregorius tres ſubnexit poſtulationes (dieſq; noſtros in tua pace diſponas: atque ab æterna damnatione nos eripi: & in electorum iubeas grege numerari) eiuſdem quoq; primi Leonis eſt (Sanctum ſacrificiū, Immaculatam hoſtiam) Sic alij alia addiderunt.* Hæc Polydorus his præmiſſis, ne videamur ſine locorum atteſtatione progredi, hic nomina volumus inſerere eorum, qui ſpecialem canonis Miſſæ faciunt mentionem. In primis canonis Miſſæ Apoſtolis ſolennis, meminit CLEMENS I. libro 8. Conſtitutionum Apoſtolorum. cap.17. Cùm dicit Apoſtolos pro more habuiſſe, ante ſacrificij completionem in Miſſa ſanctorum nomina recenſere, & fundere preces ſuper ſacroſanctam Euchariſtiam. Huius rei meminit & DIONYSIVS AREOPAGITA libro de Eccleſiaſtica Hierarchia, par.2. cap.3. vt dicemus in dictione, Miſſæ ritus, &c. Canonis Miſſæ meminit & IOANNES CHRYSOSTOMVS in Miſſa ſua, vt patet legentibus: quin & INNOCENTIVS I. epiſtola ad Decentium Engubinum Epiſcopum, cap.2. & allegatur à Gratiano de conſecratione diſtinct.1. cap. De nominibus, *De nominibus (ait) recitandis, antequam precem ſacerdos faciat, atque eorum oblationes quorum nomina recitanda ſunt, ſua oratione commendet quàm ſuperfluum ſit, & ipſe pro tua prudentia cognoſcis, vt cuius hoſtiam necdum Deo offeras, eius ante nomen inſinues, quamuis illi incognitum ſit nihil. Prius ergo oblationes ſunt commendandæ, ac tunc eorum nomina quorum ſunt oblationes, edicenda, vt inter ſacra myſteria nominentur, non inter alia, quæ antè præmittimus, vt ipſis myſteriis, viam futuris precibus aperiamus.* Idem & NICOLAVS I. epiſtola ad Michaëlem, piorum Imperatorum nomina in ſacris myſteriis recitari mandat, quod fit in Canone cùm & Summi Pontificis, & Imperatoris aut Regis atque Epiſcopi mentio fit, vt dicemus dictione, Miſſa & Epiſcopus. Huius rei meminit. Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS

Clemens 1.

Dionyſius Areopagita.

Ioannes Chryſoſtomus.

Innocentius 1.

Nicolaus 1.

Auguſtinus Hipponenſis.

A libro octauo de ciuitate Dei, capite vigeſimoſeptimo, & libro vigeſimoſecundo, capite decimo, meminit & canonis atque cæremoniarum in eo contentarum AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro quarto de Sacramentis, capite quinto, *Vis ſcire, quia verbis cœleſtibus conſecratur* (ait) *accipe quæ ſunt verba. Dicit Sacerdos* (*& hoc continetur in Canone*) *fac nobis hanc oblationem aſcriptam, rationabilem, acceptabilem. Quod eſt figura corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui pridie quàm pateretur, in ſanctis manibus ſuis accepit panem, reſpexit ad cœlum, ad te ſancte Pater, omnipotens, æterne Deus, gratias agens benedixit, fregit, fractúmque Apoſtolis ſuis, & diſcipulis ſuis tradidit, dicens: Accipite & edite ex hoc omnes. Hoc eſt enim, &c.* Quæ B omnia in Canone exprimuntur, tum ſubdit, *Et ſacerdos dicit. Ergo memores glorioſiſſimæ eius paſſionis, & ab inferis reſurrectionis, & in cœlum aſcenſionis, offerimus tibi hanc maculatam hoſtiam, incruentam hoſtiam, hunc panem ſanctum & calicem vitæ æternæ. & petimus & precamur, vt hanc oblationem ſuſcipias in ſublimi altari tuo, per manus Angelorum tuorum, ſicut ſuſcipere dignatus eſt munera pueri tui iuſti Abel, & ſacrificium Patriarchæ noſtri Abrahæ, &c.* Quæ haud dubiè in Canone ſacro exprimuntur. Vide conſtat tempore Ambroſij Canonem fuiſſe in vſu, præterea canonis Miſſæ meminit Concilium VASENSE II. canone quar- C to, *Iuſtum* (ait) *nobis viſum eſt, vt nomen Domini Papæ, quicunque ſedi Apoſtolicæ præfuerit, in noſtris Eccleſiis recitentur.* Hinc etiam pro more veteres habuiſſe, in canone (ſicut nunc ſeruatur) ſuæ vrbis Epiſcopum nominare: vt & demonſtrant EPISCOPI ÆGYPTIORVM epiſtola ad Anatolium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, contra Timothæum Ælurum Alexandrinum Epiſcopum, qui cum eſſet hæreticus, hæc ex canone abraſerat. Vide latiùs Epiſcoporum nomina, &c. Huius & canonis cæremonias ſic complectitur ZACHARIAS I. epiſtola quinta, ad Bonifacium primum Moguntinenſem Epiſcopum & martyrem, *Efflagitaſti a nobis* (ait) *ſanctiſſime* D *frater, in ſacri Canonis prædicatione, quot in locis cruces fieri debeant, tua vt ſignificemus ſanctitati, votis autem tuis clementer inclinati, in rotulo dato Lul religioſi presbytero tuo per loca, ſigna ſanctæ Crucis quot fieri debeant impreſſimus.* Canonis item Miſſæ meminit Concilium PARISIENSE III. ſub Lothario & Ludouico Auguſtis, libro primo, capite quadrageſimo octauo, vt repoſuimus in dictione. Miſſa non ſine ſociis celebranda. Sed & eiuſdem ſic meminit Concilium OXONIENSE in Anglia ſub Innocentio III. capite primo *Statuimus, vt verba Canonis præſertim in conſecratione corporis Chriſti plene & integre proferantur.* Et capite decimoſexto, *Archidiaconus viſitantibus hoc in-* E *quirere, ſi canon Miſſæ à ſacerdotibus rite proferatur.* Hinc etiam & Concilium FLORENTINVM generale ſub Eugenio quarto in concluſione. Idem Pontifex rationem quæſiuit à Græcis, certorum verborum & cæremoniarũ, quibus vtuntur in conficiendo corpore Chriſti in altari, ſolutionémque recepit. Aquam enim calidam non frigidam vino miſcent: & quædam verba canoni addunt, quæ illic inſeruntur. Sed hæc nil ad nos. Porrò in canonem ſatis antiquus Doctor & ſanctus ODO CAMERACENSIS Epiſcopus elucidationem edidit. Sed & Concilium AVGVSTENSE, capite decimo octauo, *Canon* (ait)

Ambroſius Mediolanenſ.

Concilium Vaſenſe 2. ſub Leone.

Epiſcopi Aegyptiorum

Zacharias 1.

Vide quã ſacrum Canone appellat, Calumne.

Concilium Pariſienſe 3.

Concilium Oxonienſe ſub Innocentio 3.

Concilium generale Florentinum, cui Ioſephus Patriarcha Conſtantinopolitanus & cæteri Græci Patres interfuerunt.

Nil addendũ nec detrahendum Canoni.

Odo Cameracenſis Epiſcopus.

Concilium Auguſtenſe.

Canon Miſſæ ſubmiſſa voce proferatur.

A *Miſſa, ſubmiſſa voce, excepta dominica oratione, pacis exoptatione, Agni Dei inuocatione, & poſtrema populi ſalutatione, quemadmodum hactenus à Catholicis factum eſt ſumma religione, vt myſteriis tremendis ſua conſeruetur authoritas, pronuncietur.* Hinc nouiſſimè Concilium TRIDENTINVM ſeſſione vigeſima ſecunda, quæ eſt ſexta, ſub Pio quarto, capite quarto, *Cum* (ait) *ſancta ſanctè adminiſtrari conueniat, ſitq́; hoc omnium ſanctiſſimum ſacrificium, Eccleſia Catholica, vt dignè reuerenterque offeretur ac perciperetur, ſacrum Canonem multis ante ſeculis inſtituit, ita ab omni errore purum, vt nihil in eo contineatur, quod non maximè ſanctitatem & pietatem quandam redoleat, mentéſque* B *offerentium in Deum erigat. Is enim conſtat, cùm ex ipſis Domini verbis, tum ex Apoſtolorum traditionibus, ac ſanctorum quoque Pontificum piis inſtitutionibus.* Hoc improbantes anathemate percellit. Plura collige ex dictionibus, Pax, Præfatio, Hymnus, Oblatio, & Miſſæ ritus & cæremoniæ, &c.

Concilium Tridentinum.

CANONES PATRVM.

Canones & decreta Patrum inuiolabiliter obſeruanda.] De his canonibus multa C etiam inſerũtur in dictione, Traditio, vnde quod hîc minùs reperies, ſcito te illic reperturum. Itaque vt fœliciter ordiamur (plura etiam infrà dictione, Concilium, reponenda reſeruantes) ſic ſacris canonibus Patrum & Pontificum deferens CYPRIANVS CARTHAGINENSIS epiſtolarum libro tertio, epiſtola decimatertia, quæ eſt ad Stephanum Papam, contra Martianum Arelatenſem, *Seruandus eſt* (ait) *anteceſſorum noſtrorum, beatorum martyrum Cornelij & Lucij honor glorioſus, quorum memoriam cum nos honoremus, multo magis, tum frater chariſſime, honorificare & ſeruare grauitate & authoritate tua debes, qui vicarius & ſucceſſor eorum factus es. Illi enim pleni ſpiritu Do-* D *mini, & in glorioſo martyrio conſtituti, dandam eſſe lapſis pacem cenſuerunt, & pœnitentia acta, fructum communicationis & pacis negandum non eſſe, literis ſuis ſignarunt, quam rem omnes omnino vbique cenſuimus.* Vide dictione, Pœnitens, & lapſus. Hinc EVSEBIVS I. epiſtola tertia ad Epiſcopos Campaniæ & Tuſciæ, *Prima ſalus eſt, rectæ fidei regulas cuſtodire, & à conſtitutis Patrum nullatenus deuiare. Nec enim poteſt Domini noſtri Ieſu Chriſti prætermitti ſententia dicentis: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Et Concilium CARTHAGINENSE I. canone decimoquarto, *Quæ facta, vel dicta, vel conſcripta ſunt in Conciliis, quæ ſecundum legem inueniuntur, cuſtodire* E *nos oportet. Si quis verò ſtatuta ſupergreſſus corruperit, vel pro nihilo habenda putauerit, ſi laicus eſt, communione, ſi clericus eſt honore priuetur, vniuerſi dixerunt placet.* De his latiùs infrà, & in dictione, Conciliorum authoritas. Porrò IVLIVS ſecundus, epiſtola ad Orientales Epiſcopos pro Athanaſio, *Inſtituta* (ait) *Apoſtolorum & Apoſtolicorum virorum canonéſque habetis. His fruimini, his circumdamini, his delectamini, his armamini, vt his freti, circumdati, delectati, armati, contra cuncta inimicorum iacula perſiſtere valeatis. Satis enim indignum eſt, quenquam vel Pontificum, vel ordinum ſubſequentium, hanc regulam refutare, quam beati Petri ſedem &*

Cyprianus Carthaginenſis.

Nota.
Et Euſebius 1. Papa.

Matth. 16.

Concilium Carthaginenſe, ſub Syluestro vel Marco 1.

Iulius 1.

A *ſequi videat, & docere. Multum enim conuenit, vt totum corpus Eccleſiæ, in hac ſibimet obſeruatione concordet, quæ inde authoritatem habet, vbi Dominus Eccleſiæ totius poſuit principatum.* Et DAMASVS I. epiſtola quarta, quæ eſt ad Proſperum, & reliquos Epiſcopos Numidiæ, *Omnia (ait) decretalia & cunctorum prædeceſſorum noſtrorum conſtituta quæ de Eccleſiaſticis ordinibus, & Canonum promulgata ſunt diſciplinis ita à vobis, & omnibus Epiſcopis, ac cunctis generaliter ſacerdotibus cuſtodiri debere mandamus, vt ſi quis in illa commiſerit veniam ſibi deinceps nouerit denegari, quoniam occurreret veritas ſi falſitas diſpliceret. Et meritò nos, qui ſumma Eccleſiæ tenere debemus gubernacula, cauſa reſpicit, ſi ſilentio faueamus errori.*

Damaſus Papa

B IDEM vt allegat Gratianus cauſa 25. quæſt. 1. cap. Violatores, & allegat quoque generale illud Concilium BASILEENSE ſeſſione 38. *Violatores (ait) canonum voluntariè, grauiter à ſanctis Patribus iudicantur, & à ſancto Spiritu cuius inſtinctu ac dono dictati ſunt, damnantur: quoniam blaſphemare in Spiritum ſanctum non incongruè videntur, qui contra eoſdem ſacros Canones non neceſſitate compulſi, ſed libenter (vt præmiſſum eſt) aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt. Talis enim præſumptio manifeſtè vnum genus eſt blaſphemantium in Spiritum ſanctum, quia (vt iam prælibatum eſt) contra eum agit, cuius nutu & gratia ſancti Canones editi ſunt, &c.*

Concilium Baſileenſe.

C Hinc etiam SYRICIVS I. epiſtola prima, quæ eſt ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum ſub finem, *Fraternitatis tuæ animum, ad ſeruandos canones & tenenda decretalia conſtituta, magis ac magis incitamus, vt hæc quæ ad tua conſulta reſcripſimus, in omnium coepiſcoporum noſtrorum perferri facias notionem.* Et infrà: *Et quanquam ſtatuta ſedis Apoſtolicæ vel canonum venerabilia definita, nulli ſacerdotum Domini ignorare ſit liberum, vtilius tamen, atque pro antiquitate ſacerdotij tui, dilectioni tuæ eſſe admodum poterit glorioſum, ſi ea quæ ad te ſpeciali nomine generaliter ſcripta ſunt per vnanimitatis tuæ ſollicitudinem in vniuerſorum fratrum noſtrorum notitiam perferantur, quatenus & quæ à nobis non inconſultè, ſed prouidè ſub nimia cautela &*

Syricius I.

D *deliberatione, ſunt ſalubriter conſtituta, intemerata permaneant, & omnibus in poſterum excuſationibus aditus, qui iam nulli apud nos patere poterat, obſtruatur.* Et LEO I. epiſtola prima, quæ eſt ad Epiſcopos Campaniæ, Piceni, & Tuſciæ, capite quinto, allegatur à Gratiano diſtinctio nona, capite, Si Romanus, *Ne quid verò ſit (ait) quod prætermiſſum à nobis fortè credatur, omnia decretalia conſtituta, tam beatæ recordationis Innocentij, quàm omnium deceſſorum noſtrorum, quæ de Eccleſiaſticis ordinibus, & Canonum promulgata ſunt diſciplinis, ita veſtram dilectionem cuſtodire debere mandamus, vt ſi quis illa contempſerit, veniam ſibi deinceps nouerit denegari.*

Leo I.

Hec omnia quæ ſacris etiā Canonibus ... [illegible]

E IDEM epiſtola quinta, quæ eſt ad Dorum Epiſcopum Beneuentanum, ſtatuit, vt nullis violentur exceſſibus ſacri Canones, & Patrum conſtitutiones. Eadémque tenouat epiſtola octaua, ad calcem quæ eſt ad Flauianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum legere poteris, ô lector. IDEM quoque epiſt. 60. quæ eſt ad Maximum Antiochenum Epiſcopū, *Vniuerſa (ait) pacis tranquillitas non aliter poterit cuſtodiri, niſi ſua canonibus reuerentia intemerata ſeruetur. Si quid ſanè ab his fratribus, quos ad ſanctam Synodum Chalcedonenſem vice mea miſi, præter id quod ad cauſam fidei pertinebat, geſtum eſſe perhibetur, nullius erit penitus firmitatis, quia ad hoc tantùm ab Apoſtolica ſede ſunt directi,*

A *vt excuſſis hæreſibus Catholicæ eſſent fidei defenſores. Quidquid enim præter ſpeciales cauſas ſynodalium Conciliorum, ad examen Epiſcopale defertur, poteſt aliquam dijudicandi habere rationem, ſi nihil de eo eſt à ſanctis Patribus apud Nicæam diffinitum. Nam quod ab illorum regulis conſtitutionéque diſcordat, Apoſtolicæ ſedis nunquam obtinebit conſenſum.* IDEM epiſtola quinquageſimatertia, quæ eſt ad Pulcheriá, & alijs locis infinitis cóſtituit, vt & epiſtola quinta, quæ eſt ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, & epiſt. 69 ad eundem, & epiſt. 61. ad Theodoretum Cyri Epiſcopum, & epiſto. 63. quæ eſt ad Leonem I. Imperatorem, *Nihil eſt (ait) conuenientius fidei defendendæ, quàm his, quæ*

Nicæni Concilij ſumma autoritas.

B *per omnia inſtruente Spiritu ſancto irreprehenſibiliter diffinita ſunt, inhærere.* IDEM epiſt. 85. quæ eſt ad Epiſcopos Africanos, per Mauritaniam Cæſareenſem, conſtitutos, capite ſecundo, *Supereſt (ait) vt concordi obedientia ſalubres ſuſcipiatis hortatus, & nihil per contentionem agentes, ſed ad omne ſtudium deuotionis vnanimes, diuinis & Apoſtolicis conſtitutionibus pareatis, & in nullo patiamini pia canonum decreta violari.* Et CYRILLVS ALEXANDRINVS epiſtola ad Ioannem Antiochenum Epiſcopum, de Partu beatæ Virginis, & humanitatis aſſumptione, quæ lecta eſt actione prima, CHALCEDONENSES Concilij generalis quarti, coram Patribus, *Nullo modo patimur*

Cyrillus Alexandrinus.

C *(ait) à quibuſdam concuti definitam fidem, ſiue fidei ſymbolum, à ſanctis Patribus noſtris, qui apud Nicæam conuenerunt. Nec permittimus aut nobis, aut alijs, mutare aliquod verbum ex his, quæ ibidem continentur, aut vnam ſyllabam immutare: memores eius dicentis, Ne transferas terminos æternos, quos poſuerunt patres tui. Non enim erant ipſi loquentes, ſed ſpiritus Dei & Patris.* Concilij CHALCEDONENSIS actione prima recitantur, quæ acta fuerunt actione ſecunda, Concilij CONSTANTINOPOLITANI ſub Flauiano vbi MELIPHTHONGVS IVLIOPOLIS Epiſcopus ſic loquitur, *Qui (ait) innouant aliquid præter expoſitionem Apoſtolorum & ſanctorum Patrum, & conturbantes Dei Eccleſiam, portent iudicium quicunque il-*

Aucena Synodo ... S. Patres ...
Prouerb. 22.
Matthæi 10.
Concilium Chalcedonenſe.
Concilium Conſtantinop. ſub Flauiano.
Meliphtongus Iuliopolis.

D *li fuerint.* Idem ibidem ait SABAS PALTOS ciuitatis Epiſcopus, ſimiliter & TRYPHON CHII inſulæ Epiſcopus. Idem & TIMOTHEVS PRIMOPOLITANVS Epiſcopus. Et EVDOXIVS BOSPHORI Epiſcopus. Porrò Concilium CHALCEDONENSE quod generale eſt quartum, ſub Leone I. actionis decimæquintæ, canone primo & allegatur à Gratiano cauſa vigeſimaquinta, quæſtione prima, capite, A ſanctis Patribus, &c. *Regulas (ait) ſanctorum Patrum per ſingula nunc vſque Concilia conſtitutas, proprium robur obtinere decreuimus.* Quomodo verò ſint Canonum protectores & promulgatores

Sabas Paltos.
Tryphon Chij
Timotheus Primopolitanus.
Eudoxius Boſphori.
Concilium 4. generale Chalcedonenſe.

E Principes, habes in dictione. Princeps & ſatis euidenter omnes hiſtoriæ de ſanctis Imperatoribus, Conſtantino, Theodoſio, Archadio, Honorio, Theodoſio iuniore, Valentiniano, Martiano, Leone, & reliquis tractant: qui ſuis decretis conſtituerunt, ab omnibus teneri & cuſtodiri canones 4. generalium Conciliorum Nicæni, Conſtantinopolitani, Epheſini, & Chalcedonenſis. Sic & EPISCOPI PAPHLAGONIAE regionis, epiſtola ad Leonem Imperatorem ad calcem Chalcedonenſis ſynodi poſita, profitentur ſe velle ſequi fidem ſanctorum Patrum, Apoſtolicam confeſſionem docentium, *Qui tradiderunt (ait) hebræam cum fideli populo fidem.* Et Epiſcopi primæ

Imperatoria edicta pro Canonibus Patr.
Epiſcopi Paphlagoniæ.

GALATIÆ epiſtola ad eundem Principem, *Inſolubilis* (aiunt) *eſt firmitas dogmatum Apoſtolorum patrùmque noſtrorum, augmento non egens, imminutionem nequaquam ſuſcipiens, ſed qualis fuit à Patribus conſcripta, & tunc prædicata, vſque ad finem ſeculi conſeruanda eſt, & ab omni nouitate manebit extranea.* GELASIVS I. epiſtola prima ad Epiſcopos Lucaniæ Brutiorum & Siciliæ, capite quarto, *Quo magis hac opportunitate commoniti, obſeruantiam venerandorum canonum propenſius delegamus, ſingulorum graduum cõſcientias admonentes, ne in illicitos prorumpere moliantur exceſſus, &c.* Sed & SYMMACHVS I. epiſtola ad clerum Dardaniæ, Illyrici & Daciæ, *Quando* (ait) *paternarum regularum deſpiciuntur inuenta, nec eorum quæ bene inſtituta ſunt firmitas vindicatur, huiuſmodi impietatem neceſſe eſt tiæs ſemper defectione venire. Nam vbi facilis diſſolutio eſt rationabilis conſtitutionis, ibi omnis ſanctitatis forma corrumpitur Chriſtus impetitur: & quis hoc fidelium patienter accipiat? Inſtituta Patrum reuerenda calcantur, & quis non vita mortem iuſta electione preponat? Nam nulla maiora documenta ſunt fidei, quàm vbi temporis ratio ſuadet, vitam ſubdere paſſioni.* Ideò FLAVIANVS CONSTANTINOPOLITANVS epiſtola ad Theodoſum Auguſtum, quæ recitatur & inſeritur in Breuiario. LIBERATI CARTHAGINENSIS, de cauſa Neſtoriana contra Eutychetem, cap. 11. ſummopere Patrum conſtitutiones & regulas cuſtodiendas commendat. Hinc & HORMISDA I. epiſtola ad Monachos Palæſtinos & 2. Syriæ lecta in 5. generali Synodo, Conſtantinopoli habita. 2. actione prima, *Omnes* (ait) *ab Apoſtolicis dogmatibus declinantes, fidels abdicatione condemnate. Tenendum eſt vinculum fidei, recuſandáque eſt infidelis communicationis lues.* Et infrà, *Per generale ſalutare mandatum vos moneo, quodcunque aduerſariorum canonibus Patrum, ex quibuſque actus prolatum, nullis vos incommodis, mandatis vel nouis diffinitionibus inuanet, ſiquidem ſeculares ſunt, & non poſſunt Eccleſias retinere, quoniam his conuenit doceri magis, quàm docere.* Et CLERVS APAMEARVM epiſtola ad Patres quintæ Synodi generalis Conſtantinopoli habitæ, contra ſuum Epiſcopum Petrum, ſummopere commendat Patrum decreta & traditiones, *In his ſeruandis omnem ſace dotij curam impoſitam, iuxta exempla ſanctorum, qui has tenentes, purum* (aiunt) *lumen Eccleſiis donauerunt.* Hinc & EVTYCHIVS CONSTANTINOPOLITANVS Epiſcopus epiſtola ad Vigilium Papam, *Suſcipimus* (ait) *& amplectimur epiſtolas Præſulum Romanæ ſedis Apoſtolicæ, tam aliorum quàm Leonis ſanctæ memoriæ, de recta fide ſcriptas, & de quatuor ſanctis Conciliis, vel vno eorum.* Vide & dictione. Libri authentici. & Conciliorum authoritas. Porrò in multis concluſionibus Conciliorum & præcipuè Concilium AVRELIANENSE II. can. 21. qui & vltimus, & Cõcilium AVRELIANENSE III. cano. 32. qui & vltimus, de canonibus Patrum irrefragabiliter ſeruandis ſic ſtatuunt, *Hæc quæ inſpirante Deo, communi conſenſu placuerunt, ſi quis antiſtitum viuentium, vel eorum quos ſpiritus Dei eſſe voluerit ſucceſſores, relicta obſeruatione integritate, cuſtodire & implere neglexerit, ſeum ſe diuinitatis pariter & fraternitatis iracia futurum eſſe cognoſcat, quia canones ſuos nec ignorare quenquam, nec diſſimulare, id eſt, prætermittere permittitur.* Vide infrà latiùs, Canonum tranſgreſſores, &c. Idem omnino & Concilium AVRELIANENSE IV. canone vltimo ſtatuit, & addit, *Quia* (ait) *iuſtum eſt vt per vnitatem antiſtitum & Eccleſiaſtica ſuggeat diſciplina, & inconuulſa maneat conſtitutio ſacerdotum.* Hinc eſt quod & IOANNES III. epiſtola vnica ad Germanos & Gallos, *Omnia decretalia, & cunctorum decceſſorum noſtrorum conſtituta, quæ de Eccleſiaſticis ordinibus, & canonum promulgata ſunt diſciplinis, ita vobis & omnibus Epiſcopis, ac cunctis generaliter ſacerdotibus cuſtodire debere mandamus, vt ſi quis in illa commiſerit, veniam ſibi deinceps nouerit denegari, &c.* Et PELAGIVS II. epiſtola prima, ad Epiſcopos Orientis, qui erant factionis Ioannis Epiſcopi, Conſtantinopolitani Epiſcopi, qui ſe vniuerſalem Patriarcham nominabat, *Neceſſe eſt* (ait) *vt concorditer ſalubris ſuſcipiatis hortatus, & nihil per contentionem agentes, ſed ad omne ſtudium deuotionis vnanimes, diuinis & Apoſtolicis conſtitutionibus pareatis, & in nullo patiamini prouidentiſſima canonum decreta violari, quatenus & Nicænorum Canonum conſtituta, & quæ à nobis, vel à prædeceſſoribus noſtris ſunt prouide & ſalubriter decreta, intemerata permaneant in futuro.* Hinc Concilium TOLETANVM III. ſub eodem Pontifice, capite primo, *Permaneant* (ait) *in ſuo vigere, Conciliorum omnium conſtituta, ſimul & ſynodicæ ſanctorum Præſulum Romanorum epiſtolæ.* Idem omnino nec diſſimili ſententia Concilium CABILONENSE I. canone ſecundo, *Canonum* (ait) *ſtatuta ab omnibus intemerata ſeruentur, &c.* Eadem de canonibus Patrum ſanxit Concilium TOLETANVM VIII. cano. 11. *Plena decernimus vnanimitate connexi, vt quæcunque pro fidei cauſis Eccleſiaſticiſq; negotiis, aut in præteritis geſtis, aut in præſentibus conſtitutis, aut in futuris etiam decretis, vel ſint, vel fuerint definitiones conſcripta vniuerſali authoritate, nullus deinceps contradicere audeat, nullus euertere præſumat, nullus non implere contendat. Nam ſi quis ex religione contra hæc inobediens, aut ſuſurrans, aut certè lacerator, aut inuidus, ac non potiùs eorundem fautor extiterit gratioſus, & honoris ſui, & communionis ſacra lugeat amiſſione mulctatus.* Vide infrà Canonum tranſgreſſio. Idem omnino Concilium ANGLICANVM ad calcem, vt refert BEDA VENERABILIS libro quarto hiſtoriæ, capite quinto, Inſuper & canones Patrum, non immutãdos nec augendos præcipit AGATHO I. epiſtola ad Conſtantinum IV. vt infrà dicemus, Canones non reſcindendi, &c. Vide locum. Plurima quippe ſunt eadem pene confirmantia, quæ ſuis locis reſeruantur inſerenda, ne confundamus ordinem. Porrò Concilium NICÆNVM II. quod dicitur 7. generale cano. 1. actio. 7. *His qui ſacerdotalem dignitatem ſortiti ſunt, teſtimonia & ad rectè ſe gerendum inſtituta ſunt, canonicarum conſtitutionum deſcriptiones. Quocirca diuinos Canones libenter amplectimur, eorumq; conſtitutionem integram & illabefactabilem confirmamus, quæ edita fuerunt à ſanctis Spiritus tubis omni ex parte benedictis Apoſtolis, & ſex ſanctis vniuerſalibus Synodis, hiſque quæ ad huiuſmodi decretorum traditionem localiter, ſeu prouinciatim coacta fuerunt, & noſtris ſanctis Patribus. Ex vno enim omnes eodemq; ſpiritu illuminati, quæ erant vtilia decreuerunt: & quos anathemati quidem trãſmittunt, nos quoque anathematizamus: quos verò depoſitioni, nos quoque deponimus: quos autem ſegregationi, nos itidem ſegregamus: quos autem pœnæ tradunt, nos quoque ſimiliter ſubijcimus.* Idem omnino & Concilium CABILONENSE II. cap. 66. & Concilium MELDENSE, cap decimotertio, *Si quis* (ait) *publicus diuinæ legis præuaricator, vel pro inconfeſſis crimi-*

[Left margin notes:]
Gelaſius 1.
Symmachus 1.
Flauianus Epiſcop. Conſtantinopolitan.
Liberatus Carthaginen. Diaconus.
Hormiſda 1.
Concilium 2. Conſtantinopol. dictum 5. generale.
Clerus Apamearum.
Eutychius Conſtantinop. epiſcop.
Cõcilium Aurelianenſe 2. Concilium Aurelianenſ. 3.
Concilium Aurelianen. 4.

[Right margin notes:]
Ioannes 3.
Pelagius 2.
De hac deffenſione agemus di ctione Romana Eccleſia.
Toletanum Concilium 3.
Concilium Cabilonenſ. 1.
Concilium Toletanum.
Concilium Anglicanum. Beda Venerabilis.
Agatho 1.
Concilium Nicænum 2. quod eſt 7. generale
Vide (lector) quomodo illud generale & vniuerſale concilium, tribuat Canonibus & Decretis Patrum non ſolum qui ſacris & generalibus interfuere Conciliis, verum etiam qui Prouincialibus & Diœceſanis affuerunt, ita vt ea omnia quæ hic inferuntur, quaſi ex vno eodemque deprompta ſunt, vide quanto authoritas ſuſcipienda ſunt.
Concilium Cabilonenſe.
Concilium Meldenſe.

A *nibus, erga Eccleſiaſtica iuſta & rationabilia iudicia, cõtemptor repertus fuerit, vel inflatus ac tumidus monitis Eccleſiaſticis ac ſanctorum Patrum conſtitutionibus contradictor, vel ſubſannator, comprobatus fuerit, ſi monitionibus Epiſcopalibus obtemperare diſtulerit, anathematizetur.* Idem canone trigeſimo quarto, *Canonum* (ait) *ſtatuta ſine præiudicio ab omnibus cuſtodiantur, & nemo in actionibus vel iudicijs Eccleſiaſticis ſuo ſenſu, ſed eorum authoritate ducatur.* De canonibus autem Romanorum Pontificum ſic NICOLAVS I. epiſtola ad Archiepiſcopos & Epiſcopos per Galliam conſtitutos, & allegatur à Gratiano diſtinctione decimanona capite primo, *Si Romanorum* (ait) *Pontificum decreta, cæterorum Opuſcula tractatorum approbantur* B *vel reprobantur, ita vt verè quod ſedes Apoſtolica probauit hodie teneatur acceptum, & quod illa repulit hactenus, inefficax habeatur, quantò potiùs ea quæ ipſa pro Catholica fide, pro ſanis dogmatibus, pro varijs & multiſarijs Eccleſiæ neceſſitatibus, & fidelium moribus, diuerſo tempore ſcripſit, omni honore debent præferri, & ab omnibus prorſus in quibuſlibet neceſſitatibus vel opportunitatibus, diſcretione vel diſpenſatione magiſtra, reuerenter aſſumi?* Eadem cum ſuperioribus omnino ſtatuit Concilũ CONSTANTINOPOLITANVM IV. quod eſt octauũ generale Patrum 878. ſub Adriano II. & Baſilio Imperatore canone primo. Repoſuimus autem in dictione, Traditio. Prætereà, tempus deficeret, C ſi ſingula hîc apponere vellem Patrum teſtimonia, confirmantia prædictam ſententiam. Hic tamen adhuc dicemus, quod Concilium ALEMANICVM ſub Conrado Cardinali Portuenſi, legato Apoſtolico, anno 1225. capite decimoquarto, *In virtute ſanctæ obedientiæ* (ait) *& ſub pœna excommunicationis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Decanis, Abbatibus, & vniuerſis iniungimus, Canones inuiolabiliter obſeruare, & publicè prædicare, aliàs grauiter puniantur.* Vt ibidem exprimitur: vide ſequentem. Idem omnino nec diſſimili authoritate præcipit Concilium SENONENSE ſub Antonio à Prato Legato, & Cancellario, in concluſione Conſtitutionum & Canonum tranſgreſſo- D ribus ſupplicium inferri iubens, vt canonum contemptores eſſe deſiſtant. Inſuper eadem iniungit & præcipit Concilium MOGVNTINVM IV. ſub Sebaſtiano Archiepiſcopo, capite vltimo in concluſione, *His præſentibus* (ait) *noſtris conſtitutionibus, omnes etiam generalium Conciliorum conſtitutiones, & decreta ſimiliter omnia, & ſingula alia ſtatuta prouincialia, in Concilijs prouincialibus in ſuo vigore permanere volumus, & omnibus, pro confirmatis & authenticis, agnoſci haberi & obſeruari, diſtrictè præcipiendo mandamus.* Et nouiſſimè generale illud, & celebre Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 25. quæ eſt 9. ſub Pio IV. capite ſecun- E do, Decreti reformationis, Canones Patrum ab omnibus ſtrictiſſimè obſeruari & publicari præcipit. *Et omnes Principes obſecratur* (ait) *ſancta Synodus, vt præſtent operam, vt quæ ab ea decreta ſunt, ab hæreticis deprauari aut violari non permittant, ſed ab his & omnibus deuotè recipiantur, & fideliter obſeruentur.* Quod poſtea ſuo calculo PIVS IV. confirmauit, vt videbis in dictione, Papa decreta Concilij, &c. Porrò vide dictione, Princeps. Vide etiam, ero te, multo his plura, dictione, Concilium, & Traditio. Vide & ſequentia.

Nicolaus 1.

Concilium 8 generale Conſtantinopolitanum 4.

Concilium Alemanicum.

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato, Archiepiſco & legato.

Concilium Moguntinum 4.

Vide quæ vim tribuant Canonibus Diœceſanorum Conciliorum.

Concilium Tridentinum.

Pius 4.

Canonum contemptores, tranſgreſſores & violatores, qua cenſura plectendi.

Canonum contemptores tráſgreſſores, & violatores execrandi, & qua pœna plectendi.] Hoc ex ſuperiori annotatione, multis A fuit authoritatibus monſtratũ. Verùm vt ſemper diſpoſito ordine progrediamur, etiam omnia ſuis locis reſtituenda cenſuimus. Itaque ex ſuperioribus plura colligens, etiã ſequentia attende CLEMENS I. epiſtola prima ad Iacobum fratrem Domini, *In iudicio Dei, ignis æterni tormenta ſuſtinebit, qui Eccleſiaſtica decreta neglexerit.* Idem DIONYSIVS AREOPAGITA libro Eccleſiaſticæ Hierarchię, capite primo, vt dicemus Deo fauente in dictione Traditio. quò te remittimus (ô Lector) quia hîc pauca, illic ſufficienter ampliora dicturi. Prætereà vt cœpto pergamus itinere, ſic SIXTVS I. epiſtola ſecunda, ad omnes Epiſcopos. *Nullum* (ait) *perdere volumus, ſed* B *ipſe ſe perdit, qui piè conſiderata auertit, & qui Apoſtolorum, & huius ſanctæ ſedis decreta libenter violat.* Et PIVS I. epiſtola prima ad vniuerſos Chriſti fideles. *Si quis a ſuo propoſito retrorſum exorbitauerit, & iuſſum Apoſtolicæ ſedis libenter tranſgreſſus fuerit, infamis efficitur.* Lege & repete ex ſuperiori annotatione decretum DAMASI I. his conforme. Hoc & Concilium CARTHAGINENSE III. allegatur in codice librorum ſexdecim, libro decimoquinto, capite quarto, *Laici contemptores Canonum excommunicentur, clerici honore priuentur.* Et Concilium EPAVNENSE, capite quadrageſimo & vltimo, decreta & canones & Patrum confirmans. *Hæc* (inquit) *ſuperna inſpira-* C *tione communi conſenſu placuerunt. Si quis ſanctorum Antiſtitum qui ſtatuta præſentia ſubſcriptionibus proprijs firmauerunt, nec non ea quos eorum, Deus voluerit eſſe ſucceſſores, velocius integritate obſeruationes exceſſerit, reum ſe diuinitatis pariter & fraternitatis iudicio futurum eſſe, cognoſcat.* Præuaricatores quoque canonum propriæ communionis ſubire iacturam SYMMACHVS I. adſtruit epiſtola ad Cæſarium Epiſcopum, capite vltimo. ad calcem quod etiam ſub eodem congregatum ROMANVM Concilium III. cap. 1. renouauit ſicut & allegat Gratianus diſtinct. 96. cap. Bene quidem, &c. & Cõcilium CONSTANTINOPOLIT. II. quod dicitur quintum generale actione prima D contemptores canonum & tranſgreſſores grauiter damnat. Nam ibidem memoratur, Seuerus Epiſcopus Antiochenus, Petrus Apameatum, & reliqui Epiſcopi hæretici, propter canones Patrũ & ſedis Apoſtolicæ conculcatos damnationis excepiſſe ſententiam, ſicut & feciſſe Nectarium, NICEPHORVS CALLISTVS memorat, lib. 12. cap. 13. lege obſecro. Et Conciliũ TVRONENSE II. cano. 9. eos qui contra ſtatuta Concilij agere præſumpſerint excommunicatos habet, *Quia* (ait) *meritò a charitate noſtra, vel noſtris Eccleſijs, ſegregantur, quia Patrum ſtatuta contemnunt.* Hinc Concilium LAVRIACENSE, cap. 10. vt & allegat Burchardus lib. 15. Decretorum, cap. 7. *Si quis pu-* E *blicus diuinæ legis præuaricator, vel pro manifeſtis criminibus, ſanctorum Canonum contemptor repertus fuerit, ac ſanctorum Patrum conſtitutionibus cõtradictor, & ſi monitionibus Epiſcopalibus obtemperare diſtulerit, anathematizetur.* Concilium ANTISSIODORENSE canone quadrageſimo quinto, ſua decreta ſic inuiolabiliter teneri cenſet, *Quæ ex authoritate canonica* (ait) *communi conſenſu & conuenientia conſcripſimus ac inſtituimus, tam ad clerum, quàm ad populum commonendum, vel ad id quod conſtitutum eſt conſeruandum, negligens inuentus fuerit, & hoc obſeruare diſtulerit, aut eos qui ipſum audire neglexerint, celauerit aut ſuppreſſerit, & in notitiam Epiſcopi non depoſuerit,*

Clemens 1.

Dionyſius Areopagita.

Sixtus 1.

Pius 1.

Damaſus 1.

Concilium Carthaginenſe 3.

Concilium Epaunenſe, cui S. Claudius interfuit.

Symmachus.

Concilium Romanum 3. ſub Symmacho.

Concilium Conſtantinopolitanum 2. quod eſt generale 5.

Nicephorus Calliſtus.

Concilium Turonenſe 2.

Concilium Lauriacenſe.

Concilium Antiſſiodorenſe.

anno a conſortio fratrum, vel ab omnium Chriſtianorum communione habeatur extraneus. Et Concilium BRACARENSE I. canone vltimo, *Placuit, vt præcepta antiquorum canonum nullus audeat præterire. Si quis autem quaſi contumax tranſgreditur illa, neceſſe eſt vt de ſuo decadetur officio.* Idem omnino ſtatuit Cõcilium TOLETANVM VIII. capitib. 11. & 12. vt ſuprà in dictione, Canones inuiolabiliter ſeruandi. &c. reperies. Idem quoque ſtatuit Concilium MATISCONENSE II. cap. 5. grauiſſima cenſura mandans contemptores canonum perſtringi. Idem iterum Concilium MELDENSE, cap. 14. vt ſuperiori annotatione iam prolatum eſt. Ne te pigeat locum viſitare. Iterum ADRIANVS I. epiſt. ad Ingiltannum Mediomatricenſem Epiſcopum, poſita ad calcem Synodi Francfordienſis, recenſens ſtatuta Græcorum. Et ſuperiùs allegati Concilij Carthaginenſis III. decretum laici contemptores, &c. *Prouidendum eſt* (ait) *ne in aliquo Apoſtolica aut canonica decreta violentur. Sic odit Deus eos, qui aduerſus patres armantur, vt patrum inuaſores, qui omni mundo infames notantur: ideo generali decreto conſtituimus vt execrandum anathema ſiat. & velut prauaricator Catholica fides ſemper apud Dominum reus exiſtat, quicunque Regum vel potentum, deinceps canonum cenſuram in quocunque crediderit, vel permiſerit violandam.* Et Concil. TOLETANVM XII. can. 3. *Maiorum inſtitutionibus contraire, & ſanctorum Patrum decreta conuellere, quid aliud eſt quàm vinculum ſocietatis Chriſti abrumpere, & vſurpata præſumptionis licentia ſtatum totius Eccleſiæ diſſipare?* Et ad calcem, poſtquam omnes prædicti Concilij patres ſubſcripſerunt, ſub pœna excommunicationis interdicunt, ne quis Patrum decreta tranſgredi præſumat, inſuper & partem decimam ſuæ facultatis, fiſci partibus ſociandam amittat: ſi nihil habuerit facultatis, cum ignominia & infamia perpetua, iubent 59. ictibus verberari. Et ſubſcripſit huic decreto Eringius, & omnes Patres. Idem præcipit ZACHARIAS I. Bonifacio I. Archiepiſcopo Moguntinenſi epiſt. 4. ad eundem vt dicemus etiam in dictione, Romana ſedes conſulenda, &c. ſed & NICOLAVS I. in decretis, quæ allegat Gratianus cauſa 35. quæſt. 2. cap. Si quis. *Si quis dogmata, mandata, interdicta, ſanctiones, vel decreta pro Catholica fide, vel Eccleſiaſtica diſciplina, pro correctione imminentium vel futurorum malorum, à ſedis Apoſtolicæ præſule ſalubriter promulgata contempſerit, anathema ſit.* Et diſtinct. 11. cap. 2. Michaeli Imperatori: *Quod à ſedis Apoſtolicæ rectoribus plena authoritate ſancitur, nullius conſuetudinis occaſione remoueatur.* Et diſtinct. 20. Scribens clero Conſtantinopolitano, *Si decreta* (ait) *Romanorum Pontif. cum non habetis de neglectu atque incuria eſtis redarguendi ſi vero habetis, & non obſeruatis, de temeritate eſtis corripiendi, ac increpandi.* Et Concilium MELDENSE, can. 15. & 16. *Quicunque ſuperbiæ ſtatibus accenſi, vel proteruia ſtomachati, hæc quæ pro ſancta noſtra Eccleſiæ tranquillitate ſacerdotaliq́; rigore, & Regia dignitate à nobis vnanimiter definita, manibusq́; propriis roborata ſunt, violare, aut quolibet argumento irrumpere tentauerint, placet eos omnes anathematizari, &c.* Hoc iterum renouat & can. 79. Præterea non licere Imperatori, nec Principi, hæc decreta tranſgredi & canonum violare, expreſsè ſtatuit ADRIANVS I. & alij, ſicut Concilium ROMANVM VI. ſub Symmacho I. vt dictione Imperator, dicemus. Multa erant hîc adhuc inſerenda, ſed in dictione, Traditio, & Concilium, opportunius dicentur. Vide ſequentia.

Concilium Bracarenſe I.

Concilium Toletanum

Concilium Matiſconen. 2.

Concilium Meldenſe.

Adrianus I.

Concilium Toletanum 12. ſub Eringio rege.

Vtinam hæc etiam lex ſeruaretur noſtris tempo[ribus]

Zacharias I.

Nicolaus I.

Concilium Meldenſe.

Adrianus I. Concilium Romanum.

Canones patrum non reſcindendi, aut innouandi.] EPHESINVM Concilium canone primo. *[illegible] lucerunt ea, quæ [illegible] in Epheſino [illegible] quocunque modo reſcindere aut [illegible] conſtitui, vt ſi Epiſcopi vel clerici ſunt, de ſuo gradu prorſus excidant ac deturbentur [illegible] laici, vt ſint excommunicati.* Et Cõcilium CHALCEDONENSE quod fuit quartũ generale. Actione prima, vbi patres ſe aſſerunt congregatos, non vt fidem exponant, *quam ſancti* (ait) *patres noſtri expoſuere, ſed vt inquiramus quæ ei referunt, ſi conueniant ſanctorum Patrum de [illegible]* ſubdunt *ſanctorum Patrum [illegible]:* Et dixit ſancta Synodus, *qui [illegible] anathema ſit. ſi quis [illegible], anathema ſit. Sanctorum Patrum [illegible] dem ſeruemus.* Idem & CYRILLVS ALEXANDRINVS, vt iam allegauimus. Et AGATHO I. ad Imperatorem Conſtantinum IV. & fratres eius Heraclium atque Tiberium epiſtola quæ lecta eſt, cum patribus ſextæ generalis Synodi, viſitatem Conciliorum deſcribens, inter cætera ſic ait, *Quæ regulariter à [illegible] atque Apo[ſtolicis] [illegible] de [illegible] oribus, & venerabilibus [illegible] nita ſunt, cum ſimplicitate cordis [illegible] quitate à Patribus tradita [illegible] conſ[illegible] vnum ac præcipuum bonum habe[re] ſemper optantes, atque ſtudentes, vt nihil de eis quæ regulariter definita ſunt minuatur, nihil mutetur, vel augeatur, ſed eadem & verbis & ſenſibus illibata à nobis cuſtodiantur, &c.* vide Conciliorum authoritas, &c. & Traditio & ſequentia ex NICOLAO I. pagina ſequenti.

Epheſinum [Conci]lium quod [...] ſub Cœleſtino I.

Concilium Chalc[edonen]ſe 4. generale.

Cyrillus Alexandrinus.

Agatho I.

Canones Patrum aliquando neceſſitate variantur & immutantur.] Narrat STANISLAVS HOSIVS, modernus ſcriptor, Epiſcopus Varmienſis, contra Brentium libro ſecundo de legitimis iudicibus, rerum Eccleſiaſticarum priora Concilia aliquoties poſterioribus emendari, eò quòd quædam ſuperioribus ſeculis quadrare poterant, quæ poſterioribus minimè conuenire vel ipſa magiſtra rerum experientia compertum eſt: vt latiùs ille Doctor proſequitur oro te lector, adi locum. Nam ſatis prolixus eſt: cæterum vt cœpto more pergamus GELASIVS I. epiſtola prima, quæ eſt ad Epiſcopos Lucaniæ, Brutiorum, & Siciliæ, capite primo allegatur à Gratiano cauſa [illegible] quæſt 7 cap. Neceſſaria. *Neceſſaria rerum diſpoſitione conſtringimur & Apoſtolicæ ſedis moderamine conuenimur, [...] Canonum Paternorum decreta librare, [...] Præſulum deceſſorumque noſtrorum præcepta metiri, vt quæ præſentium neceſſitas temporum reſtaurandis Eccleſiis [re]laxanda depoſcit, adhibita conſideratione diligenti [...] potest fieri temperemus, quo nec in totum formam veterum videamur excedere regularum, & in reparandis miniſtra clericalis officiis, quæ per diuerſas Italiæ partes ita belli [...] ne conſumpſit incurſio, vt in multis Eccleſiis vſquequaque deficiente ſeruitio miniſtrorum, niſi remedia [...] pandi per Eccleſiaſticos promotionibus antiquitus interualla præfixa remaneant ſine quibus adminiſtrari nequeant ſacris ordinibus Eccleſia fundatus [de]ſtituta, atque in plurimis locis per inopiam competentis auxilii ſ[a]l[u]tare ſubſidium redimendarum deſit animarum, nosq́; magno reatu ſi tanta coarctante periculo aliquatenus conſulamus [...] ideamur inuecti.* Et ſubdit capite ſecundo, & allegatur iterum à Gratiano diſtinct. quinquageſima quinta, capite Priſcis, *Priſcis igitur pro ſui reuerentia manentibus*

Staniſlaus Hoſius Cardinalis Laurentij, & [...] Concilio Tridentino, Epiſcopus Varmienſis.

Gelaſius I.

Hic neceſſitate [...] Canones Decreta [...] conceſſione patet [...]

conſtitutis, quæ vbi nulla vel rerum vel temporum perurget anguſtia, regulariter conuenit cuſtodiri eatenus Eccleſiis, quæ vel cunctis ſunt priuata miniſtris, vel ſufficientibus vſqueadeò deſpoliata ſeruitiis, vt plebibus ad ſe pertinentibus diuina munera ſupplere non valeant, tam inſtituendi quam promouendi clericalis officij, ſic ſpatia diſpenſanda concedimus. Eadem repetit & cap. 4. vt alibi videbimus. Porrò Leo I. epiſt. 90. quæ eſt ad Ruſticũ Narboneſem, narrat cur traditiones quandoque varientur. Vide dictione Traditio. Sicut & Gregorius I. reſponſione tertia, ad interrogata Auguſtini Cantuarienſis Archiepiſcopi. Vide Traditio. Et etiam eandem reddit rationem, cur traditiones varientur, Concilium Lateranense ſub Innocentio III. cap. 50. vide Traditio. Vt autem inſtitutum proſequamur. Eiuſdem eſt ſententiæ & Nicolaus I. docens quandoque (vt & ſuperiùs Gelaſius) in neceſſitate poſſe canones Patrum immutari, aut variari. Epiſtola ſcilicet ad Michaëlem Imperatorem, & allegatur à Gratiano cauſa 35. quæſt. 9. cap. Sententiam. vbi inter cætera, ſic ait, *Ergo de iudicio Romani præſulis non retractando, quia nec mos exigit, quod diximus, comprobato, non negamus eiuſdem ſedis ſententiam, poſſe in melius commutari, cùm aut ſibi ſubreptum aliquid fuerit, aut ipſa pro conſideratione ætatum, vel temporum, ſeu grauium neceſſitatum, diſpenſatoriè quiddam ordinare decreuerit, quoniam & egregium Apoſtolum Paulum, quædam feciſſe diſpenſatoriè legimus, quæ poſtea reprobaſſe dignoſcitur, quando tamen illa Romana videlicet Eccleſia diſcretiſſima conſideratione fieri delegerit, non quando ipſa quæ bene ſunt definita retractare voluerit.* Et infrà: *Nulla autem regula, nulla conſuetudo demonſtrat, ſedis Apoſtolicæ ſemel prolatam ſententiam ipſa non annuente vltra poſſe mutari.* Hæc omnia allegat Gratianus cauſa 6 quæſt. 3. cap. Patet, & cauſa 2. quæſt. 6. cap. Arguta, & cauſa 17. quæſt. 4. cap. Nemini eſt de ſedis Apoſtolicæ iudicio iudicare &c. Vide Romana Eccleſia. & Papa. Cauſa quoque 35 quæſt 2 cap Si quis dogmata, &c. Vide ſuperiùs allegata. Hinc & Concilium Tridentinum ſeſſione 25. cap 18. Decreti reformationis, *Sicuti publicè expedit legis vinculum quandoque relaxare pleniùs, euenientibus caſibus & neceſſitatibus pro communi vtilitate ſatisfaciat, ſic frequentius legem ſoluere, exemploq́ potiùs quàm certo perſonarum rerúmque delectu petentibus indulgere, nihil aliud eſt quàm vnicuique ad leges tranſgrediendas aditum aperire. Quapropter ſciant vniuerſi ſacratiſſimos canones exactè ab omnibus, & quoad eius fieri poterit, indiſtinctè obſeruandos. Quòd ſi vrgens iuſtaq́ ratio, & maior quandoque vtilitas poſtulauerit, cùm aliquibus diſpenſandum eſſe, id cauſa cognita ac ſumma maturitate atque gratis à quibuſcunque, ad quos diſpenſatio pertinebit, erit præſtandum, alíterq́ facta diſpenſatio ſubreptitia cenſeatur.* Vide ſuperiùs, & Traditio, & ſequentia.

Ille neceſſitate cogente Gelaſius Canones & decreta patrum ſe pelletur præ... grede.

Leo 1.

Gregorius 1

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3 1215 Patrum.

Nicolaus 1.

Concilium Tridentinum.

Hoc digno ſunt quæ memoria commendentur.

Hoc ero aduertant, qui clericali honore gaudent.

Canones patrum iubentur Eccleſiaſtici perdiſcere.] Hoc ſæpiſſime inculcatur in ſuperioribus annotationibus, & in dictione. Clericus, Epiſcopus, Preſbyter, cùm de eorum officio agitur. Aliquid tamen hic tangendum eſt. Sic quippe mandat & præcipit Coelestinus I. epiſt. 3. quæ eſt ad Epiſcopos Apuliæ & Calabriæ, & allegatur à Gratiano diſtinct. 38. cap. Nulli ſacerdotum, *Nulli ſacerdotũ ſuos liceat canones ignorare, nec quidquam facere, quod patrum poſſit regulis obuiare, quæ cum à nobis res digna ſeruabitur, ſi decretalium norma conſtitutorum, pro aliquorum libitu, licentia populis permiſſa, frangantur?* Et ante illum Siricius I. epiſt. 1. ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum ſub finem, *Et quanquam ſtatuta ſedis Apoſtolicæ, vel canonum venerabilia definita, nulli ſacerdotum diu ignorare ſit liberum, &c.* Quæ ſuperius allegamus. Eadem mandat & Concilium Carpentoractense in epiſt quam direxit ad Agretinum Epiſcopum. Et Concilium Romanum ſub Hilario I. præſidente eodem, cap. 1. & allegatur à Gratiano cauſa 25. quæſt. 1. c. Nulli fas, *Nulli fas ſit, ſine ſtatus ſui periculo, vel diuinas conſtitutiones, vel Apoſtolicæ ſedis decreta temerare: quia nos qui potiſſimum ſacerdotis adminiſtramus officia, talium tranſgreſſionum culpa reſpiciet, ſi in cauſis Dei deſides fuerimus inuenti, quia meminimus quod timere debemus, qualiter comminetur Dominus negligentiæ ſacerdotum: ſiquidem reatu maiore delinquit, qui potiori honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccatorum, ſublimitas dignitatum.* Et in eodem Concilio ad calcem epiſt. 2. Tarraconéſium Epiſcoporum, referente Maximo Tauritano Epiſcopo, & Ingenuo Ebredunenſi Epiſcopo, *Decretum eſt, vt quiſquis ſtatutorum tranſgreſſor extiterit ſciat ſe Eccleſiaſticæ regulæ laqueis innodari, & reatũ Apoſtolicæ ſedis incurrere: & ita omnes Epiſcopi ſentẽtias ſuas confirmarũt.* Hoc & Simplic. I. epiſt. 1. ad Zenonem Spalatenſem Epiſcopum, quẽ ſuum conſtituit Vicarium, ei præcipit, vt Apoſtolicæ inſtitutionis decreta, vel ſanctorũ terminos patrũ, in ſuis regionibus nullo modo trãſgredi permittat. Quæ decreta renouat Concilium Foroiuliense ſub Adriano I. & Carolo Magno, can. 1. *Nullus* (ait) *Domini ſacerdotum, vel quicunque ſub canone cõſtituti, canonicas, quinimo Apoſtolicas ignorantes, aut paruipendentes definitiones, inordinatè vel inhoneſtè in domo Dei, quæ eſt Eccleſia, conuerſetur.* Hoc replicat & Conciliũ Turonense III. cap. 3. Hinc & Concilium Toletanum IV. cap. 24. *Sciant igitur* (ait) *ſacerdotes ſcripturas ſanctas, & canones meditentur, vt omne opus eorũ in prædicatione diuina & doctrina conſiſtat, atque ædificent cunctos tam fidei ſcientia, quàm operum diſciplina.* Vide ſimile quid dictione, Ignorantia ſacerdotum, &c. Hinc etiam & Concilium Cabilonense II. can. 37. *Cùm omnia Concilia canonum quæ recipiuntur ſint à ſacerdotibus legenda & intelligenda, & per ea ſit eis viuendum & prædicandum: neceſſarium duximus, vt ea quæ ad fidem pertinent, & vbi de extirpandis vitiis, & plantandis virtutibus ſcribitur, hoc ab eis crebro legatur, & bene intelligatur, & populo prædicetur.* Vide ſequentia.

Cœleſtinus 1.

Syricius 1.

Concilium Carpentoracte[n]ſe.

Concilium Romanum ſub Hilario 1.

Auſculteut [?] prælati.

Ezechiel 3. & 33.

Maximus Taurinenſis interfuit Concil. Romano ſub Hilario 1. Iſte eſt Maximus famoſiſſimus doctrina & ſanctitate, cuius homiliæ in Eccleſia verſantur.

Simplicius.

Concilium Foroiulienſe ſub Car. Magno

Concilium Turonenſe.

Concilium Toletanum 4.

Concilium Cabilonen. 2.

Canones patrum certis temporibus recitandi.] Ex nouiſſime allegato canone Concilij II. Cabilonenſis hoc conſtat, quod tamen longè antè præceperat Cõcilium Matisconense I. can. 9 *Vt à feria* (ait) *ſancti Martini vſque ad natalem Domini 2. 4 & 6. ſabbati ieiunetur, & ſacrificia quadrageſimali debeãt ordine celebrari, in quibus diebus canones legendos eſſe, ſpeciali diffinitione cenſemus, vt nullus ſe fateatur per ignorãtiam deliquiſſe.* Quod renouat Cõcilium Tolosanum nouiſſimè in lucem emiſſum, cap. vlti. expreſsè iubens quater in anno canones annũciari populo, quod in multis aliis Conciliis renouatur, vt alibi dicemus.

Concilium 1. Matiſconenſe ſub Guntrãno rege & Pelagio 2.

Concilium Toloſanum nouiſſimè in lucem editum, nec inter[?] cetera in 4. voluminibus.

Canones hæretici obijciunt.] Lege dictione hæreticus, vbi de eorundem fraude & deprauatione ſcripturarum agitur. Nam magis opportunè huic loco hæc reſeruamus, cum de hæreticorum moribus & arrogantia, & impietate diſſeritur. Quomodo autem canones obijciant,

Gelaſius 1.

teſtatur GELASIVS I. in commonitorio ad Fauſtum Magiſtrum,&c. Vt loco prænotato dicetur. Mouet etiam me, quòd cùm Caluiniſtæ ſint infenſiſſimi hoſtes canonum & decretorum Pontificum, tamen ad ſuas tegendas nequitias, cùm quidpiam ſibi vident patrocinari, libenter amplectuntur, quod ex conferentia Pariſijs nouiſſimè celebrata anno.1566. menſe Iulio & Auguſto. inter duos Doctore. Sorbonicos.& duos Caluinologos Miniſtros ſatis conſtat. Allegant quippe, vt reprobent Concomitantiam in ſacrificio Euchariſtiæ, illud decretum Iulij Papæ. epiſtola ad Epiſcopos Aegypti, quod & allegat Gratianus de conſecratione diſtinct. 2. capite cùm omne crimen atque peccatum oblatis Deo ſacrificiis deleatur,&c. Quod alibi reponemus & ſic variis in locis Canonum aduerſarij canones obijciunt. Vide Hæreticus, &c. Et Concilium Hæretici auerſantur.

Conferentia Pariſienſis.

CANONICVS.

Canonicorum vita & conuerſatio & officium.] Concilium ARELATENSE III. allegatur in quibuſdam libris decretorum ſub titulo de vita clericorum. &c. *Prouidendum(ait) neceſſe eſt Epiſcopo, qualiter canonici viuere debeant, nec non & Monachi ſecundum ordinem canonicum vel regularem viuere ſtudeant, vt ait Apoſtolus: vnuſquiſque in ea vocatione in qua vocatus eſt permaneat.* Et adhuc iterum in alio titulo. *Prouideant Epiſcopi quem honorem presbyteri pro ſuis Eccleſiis facere debeant, &c.* Hæc legi inſerta in Concilio ARELATENSI IV. cap. 6. ſub Carolo Magno & Leonem 3. ita vt credam citius ex hoc quam ex illo predicta eſſe deprompta ſed & ſub eodem pontifice & principe Concilium TVRONENSE III. capite 23. *Canonici & clerici ciuitatum, qui in Epiſcopiis conuerſantur, conſiderauimus vt in clauſtris habitantes, ſimul omnes in vno dormitorio dormiant, ſimúlque in vno reficiantur refectorio, quò facilius poſſint ad horas canonicas celebrandas occurrere, ac de vita & conuerſatione ſua admoneri & doceri, Dictum & veſtimentum iuxta facultates Epiſcopi accipiant, ne paupertatis occaſione compulſi, per diuerſa vagari, ac turpibus ſe implicare negotiis cogantur dimiſſoque Eccleſiaſtico officio, incipiant indiſciplinatè viuere, & propriis deſeruire voluptatibus.* Idem omnino renouat Concilium MOGVNTINENSE I. ſub eodem Imperatore capite 9. & Concilium RHEMENSE ſub eodem, capite 8. vbi & canonicis lecti ſunt canones, vt vnuſquiſque legem vitamque ſuam minimè ignoraret. Idem omnino & Concilium MELDENSE cap. 53. vbi etiam ordinantur, vt tam ſani quàm infirmi canonici veſtiantur canonicè, atque ſub cuſtodia canonica in clauſtris degant. Poſuiſſem vtique conciliorum ſuprà memoratorum textum, ſed quod primum ſtatuit, cætera tantùm confirmare videntur, verùm ex multis verbis & prolixioribus, quàm hîc poſſent inſeri. Canonicorum vitam officium & conuerſationem colligemus ex illo Concilio AQVISGRANENSI I. capite 114. reliqua deprehendes in dictione Clericus.& Monachus. Præfatum quippe Concilium canonicorum & monachorum vitam perſtringens, ſic ait: *Patres ex veteri & nouo teſtamento collegerunt ſententias, quibus docent quæ præcepta ſpecialiter monachis, quæ generaliter cæteris conueniant Chriſtianis.* Deinde capite 115. ſic infert: *Quia euidenti authoritate liquet, canonicam inſtitutionem præſtare cæteris inſtitutionibus debent(neceſſe eſt)qui huius profeſſionis cenſentur nomine, procurare qualiter in ſemetipſis, eamdem inſtitutionem vita & moribus exornent, potius quam dehoneſtent. Quoniam qui tanta authoritatis inſtitutione pollent, & ſe aliis imitabiles præſtare debent, verendum eſt ne, quod abſit, a propoſito exorbitauerint, regno Dei indigni fiant. Quamquam enim canonicis, quia in ſacris canonibus illis prohibitum non legitur, liceat linum induere, carnibus veſci, dare & accipere proprias res, & Eccleſiæ, cum humilitate & iuſtitia habere, quod monachis qui ſecundum regularem inſtitutionem, arctiorem ducunt vitam, penitus inhibitum eſt: tamen in cauendis vitiis & amplectendis virtutibus eorum & monachorum diſtare non debet vita. Monachi namque qui Euangelicum præceptum ſequentes, diſtractis atque renunciatis patrimoniis, ſua Chriſto dedere, meritò de facultatibus Eccleſiæ ſubſidium ſuſcipiunt temporale, vt quia tanto mentis deſiderio cœleſtia appetunt, ſic in hac peregrinationis via ſumptibus Dominicis ſuſtententur, quatenus ad ea quæ contempſerunt, minime redire qualibet neceſſitatis cauſa compellantur: & quia nihil ſibi proprium reliquerunt, manifeſtum eſt illos copioſius Eccleſiæ ſumptibus, quam canonicos qui ſuis & Eccleſiæ licite vtuntur rebus, indigere.* Vide rogo in dictione, Facultates Eccleſiæ vt diſpenſandæ, & vt eis ſit vtendum, non abutendum, &c. capite autem 117. de muniendis diligenter canonum clauſtris tractat. *Ne lupus(ait)inuiſibilis adueniat quo ouile Domini ingredi & aliquam ouium ſubripere valeat.* Eoſque diſcretè congregandos ſolicitè admonet præpoſitos, ne plures quàm oportet, & poſſibilitas Eccleſiæ ſuppetit in congregationem admittant, nec eos quos rationabiliter gubernare poſſunt, cauſa auaritiæ excludant: quod & aliàs de Monachis videre eſt. vt dicemus ſuo loco. denique Patres præfati Concilij cap. 121. 122. 123. de cibo & potu æqualiter omnibus diuidendo conſtituunt. *Quamquam enim (aiunt)plerique ſubditorum a prælatis, rebus quibuſlibet aliis plus cæteris merito ſoleant honorari, in hac tamen ſocietate ſecluſa, perſonarum acceptione vna debet cibi & potus æqualitas eſſe. Quapropter communi voto communique conſenſu, ſacro conuentu ſtatuere placuit, vt omnibus locis, maioribus ſcilicet & minoribus, accipiant ſinguli canonici per ſingulos dies quatuor libras panis & vbi regio vini ferax fuerit, accipiant per ſingulos dies quinque libras vini, ſi tamen ſterilitas impedimento non fuerit temporis. Nam tunc ſi prapoſiti, quantum debent, dare vinum canonicis nequeunt, id quod dederint, ſic diſcretè & temperatè diſtribuant, vt omnes communiter contententur. Dent etiam eis pulmentum iuxta quod vires ſuppetunt, & loca eis congrua attribuant, in quibus nutrimina fiant, vnde neceſſaria pulmenta habeant, exceptis his quæ de Eccleſiis, villis, vel oblationibus fidelium accipiunt. Habeant etiam iidem canonici hortos olerum, vnde cum cæteris additamentis aliquod pulmentum quotidie in refectorio ſibi viciſſim miniſtrent. Quapropter ſtudeat vnuſquiſque prælatus, vt familiæ Chriſti annonam ſpiritualem carnalemque ſubminiſtret*(vide & Epiſcopi officium)*& ſtudeat vt canonici religioſiſſimè ordinem canonicum ſeruent, & prælatis ſuis ac magiſtris honorem debitum humiliter impendant, vt horis canonicis diuinum officium deuotiſſimè explicent intus foriſque, non ſolùm habitu & actu, ſed etiam ipſo inceſſu irreprehenſibiles exiſtant, vt non otio vacent, non vaniloquio inſeruiant, non detractionibus & cæteris vitiorum illecebris incumbant, ſed potius aut orationi, aut lectioni, aut quibuſlibet Eccleſiæ*

Concilium Arelatenſe 3.

1.Corinth.7. Oro vt hoc conſideratur cum verbo & moribus canonicorum noſtri temporis.

Concilium Arelatenſe.

Concilium Turonenſe 3.

Concilium Moguntinenſe 1.

Concilium Rhemenſe.

Concilium Meldenſe.

Concilium Aquiſgranenſ. 1. ſub Ludouico 1. Imperatore.

Hæc noſtri legãt & perlegant & adimpleant Canonici.

Canonicorum vita debet conformis eſſe vita monachorum: ſed nunc & horum & illorum ſatis ſcandaloſa eſt in pluribus locis.

Tanatio cibi & potus Canonicorum.

De officio Annonæ, qualiter illud debeant implere canonici.

A *aut certè proprius vtilitatibus vacent, aut etiam lectionis ſtudiis, & diuerſarum artium erudiantur diſciplinis, ita videlicet vt nullus in congregatione canonicorum aut otioſus exiſtens, ſtipendia Eccleſiæ inofficio è accipiat, & omnes in dormitorio, niſi quem infirmitas aut ſenectus id facere prohibuerit, dormiant.* Et cap. 124. ſubditur. *Canonicis totis viribus elaborandum eſt vt & indumenta virtutum habeant interius, & per immoderatum cultum caueant dehoneſtare religionis dignitatem exterius* Vt fuſius in dictione Ornatus Clericorum &c inuenies. Denique eis iniungitur, vt horas canonicas religioſè obſeruent, & mox vt datum fuerit ſignum, feſtinatò omnes ad Eccleſiam conueniant, quam non pompaticè, vel inhoneſtè, vel incompoſitè, ſed cùm reuerentia

B & Dei timore ingrediantur. Et ibi omnes ab otioſis ſermocinationibus auditum pariter caſtigent & linguam in Eccleſia cùm timore & veneratione ſtantes, aut orent, aut cantent, aut audiant. Sed hæc latiùs tractantur in dictione Horæ Canonicæ, & in dictione, Officium diuinum vt perſolnendum ex Concilio Basiliensi ſeſſione 21. perge ad locum. Prædicti autem patres ſubiungunt capite 144. eis omnimodo interdicentes fœminarum acceſſus (vide. Clericus fœminarū. &c.) & ieiunium ament, hoſpites colligant, pauperes recreent, nudos veſtiant, infirmos viſitent, mortuos ſepeliant, in tribulatione poſitis opem ferant, dolentem conſolentur, amori Chriſti nihil

C præponant, charitatem non derelinquant. & cætera opera ſancta exequantur: de quibus infrà dictione, Clericus, dicetur. Denique capite 138. 39 & 140 De Præpoſitis, Cellariis, Portariis, & infirmariis Canonicorū tractant. Atque de Hoſpitalibus, quibus eligendis ſummam volunt curam adhiberi. vt ſtrenui ſint & fideles, ac virtutibus ornati, vt tale officium ſibi commiſſum fideliter exequantur. vt dicetur ſuo loco. Porrò hæc ſupradicta iterum renouat & confirmat Concilium Aqvis[illegible]anense I. capite 5. de ordine rectorum. De reformandis porrò canonicorum exceſſibus habes dictione Exceſſus. Ex

D Concilio Lateranensi ſub Innocentio 3. 1115. Patrum, capite 7. vt ſi canonici tenuerint, vel in contemptum Epiſcopi ceſſauerint à diuinis, Epiſcopus Metropolitano negotium deferat, qui legatus à ſynodo ſancta œcumenica eligitur in hac parte, vt taliter eos per cenſuram Eccleſiaſticam cognita veritate caſtiget quod pœnæ metu talia de cætero nō præſumant. Vide dictione, exceſſus. Sed & Concil. Senonense c. 4. pat 3 *Canonicorum[illegible], reſpondeat nomini, ſint re ipſa, vt ſunt nomine, canonici, id eſt regulares. Neque enim clam eſt, primam eorum originem monaſtica diſciplina fuiſſe. Imitentur Apoſtolos, & naſcentis Eccleſiæ miniſtros, quorum erat cor vnum*

E *& anima vna, qui quotidie, vt in actis Apoſtolicis legimus, perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, ſumebant cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis, perſeuerantes in orationibus, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. De tali conuentu pſaltes dicit, ecce quam bonum, & quam iocundum, habitare fratres in vnum. Quis & compellans ac prouocans eiuſcemodi conuentum ait, ecce nunc benedicite Domino, omnes ſerui Domini qui ſtatis in domo Domini in atriis domus Dei noſtri. Porrò Eccleſiæ coll[illegible] quamdam vetuſtatem [illegible] Eccleſiis primitiuæ inſtitutum præ ſe ferunt [illegible], qua canonicos prope templum, in vnum pene habitaculum col-*

Obſerua qui hæc legis. nunc dei & [illegible] Ecquis in [illegible] ſumpſis [illegible]

Concilium Baſilienſe.

Concilium Aquiſgranenſe.

Concilium Lateranen. ſub Innocentio 3.

Concilium Sen[illegible] Antonio à Prato, Archiepiſcopo & Cancellario.

Origo Canonicorum. Actuum 4. Actuum 2. Pſal. 133.

A *loca[illegible], vt proc[illegible] ſparati [illegible]* Quemadmodum autem debeant in choro officium decantare. & de diſciplina poſtlendi, eadem repetunt ſubſequenter Patres prædicti concilij, quæ & ſuperiùs allegata [illegible] Vide etiam dictione, Officium diuinum. Et clericus diuinis interſit, &c Plura præterea de capitulis canonicorum quotidianis de non ex[illegible]nda pecunia ſtatuarta, à canonico recenter admiſſo ob anteceſſorem. Et moderandi e[illegible] pectantis iorer viſitandum. ac pluribus aliis negotiis ad canonicos ſpectantibus agitur capitibus [illegible] 21 & aliis Vide oro, ſi lectione prolixiori animam cupis explere locum. Porrò

B Concilium Av[illegible]ense ſub Othone Cardinali cap. 9. Canonicis iniungit, vt decanis ſuis obediāt, diuinis omnibus interſint, qua decet modeſtia grauitate & pietate vt iam ſuperiùs expreſſum eſt. & locis notatis dicetur Hæc omnia & plura renouat & confirmat Concilium Tridentinum ſeſſione 24 quæ fuit 8 ſub Pio 4. cap 12 & 13 decreti reformationis ſed difficile eſſet [illegible] omnia complecti Perge ad dictionem Clericus. Epiſcopus, &c Et Beneficia. Vbi [illegible] eis iniungitur ordines ſacros aſſumere ſi frui volunt ſtipendiis.

Canonicus an poſsit regis negotiis inſeruire.] Conc Me[illegible]ense Can 88. *Canonico-*

C *rū qui in parochiis [illegible] interdum etiam & ordinantur ſine authoritate, dignitas regalis in ſuum periculum non dignetur recipere, præſertim cùm eos ſalubriter & authoritatiue poſſit habere. Quapropter cum quilibet canonicorum ad regiam venerit maieſtatem, & ſuo ſe voluerit mancipare ſeruitio, conſenſu Epiſcopi ad cuius diœceſim pertinere dignoſcitur, eum recipiat. & ſi in ordine clericali eum promouere voluerit manus ipſius impoſitione ad Eccleſiaſticum ordinem Sancti ſpiritus munere ſi dignus fuerit, conſecretur, quatenus & diuina authoritas vigeat, & regalis dignitas obſequatur & [illegible] & ordinari atque iubentis in omnibus obſeruetur Alioquin hæc ſtatuta tranſgredientes, canonicæ ſubigantur ſen-*

D *tentiæ.* Vide Clericus.

Concilium Auguſtenſe ſub Othone Cardinali.

Concilium Tridentinum.

Meldenſe ſub C[illegible] ſtante anno 845.

Canonizatio

De Canonizatione ſanctorum, quomodo fiat. & qui ſint [illegible] ſeruandi, & quæ ſint [illegible] ſolemnitates, quæ obſeruantur, ampliſſimo tractatu diſſeruerunt Thomas Aqvinas & poſt illum Antoninvs Florentinvs Archiepiſcopus. Thomas quidem quodlibeto [illegible] articulo vltimo. Antonius autem parte 3. ſummæ ſuæ titulo 12. capite 7. & titulo 12 capite 5. Paragrapho 5. & nouiſſimè Ioannes Vignerivs Granatenſis Inſtitutionum Theologicarum de virtu-

E te fidei cap 10. § 1 Veritas De canonizatione ſanctorum: vbi multa quidem & ſalubria & digna ſcitu deſcribit, quæ hic inſerere non licet per otium lector diligens locum viſitabit. Quòd autem ſummi Pontifices hanc ſibi ſoli authoritatem vindicent, teſtis eſt Platina Cremonensis, in geſtis eorumdem & ſignanter meminit in vita Alexandri 3. quod ſcilicet ille auditis legatis qui ex Anglia venerant, cognitiſque beati Thomæ miraculis, eum in numerum ſanctorum retulit Idem Epiſtola ad Ludouicum Regem Franciæ ſanctum Bernardum canonizauit. *Quoniam, ait, ſanctæ recordationis Bernardus quondam Abbas C[illegible], & Deo ſemper charus, & tam*

Thomas Aquinas.

[illegible] Florentinus.

Ioannes Vignerius.

Platina Cremonenſis.

Alexan der 3.

tibi quam vniuerſo regno tuo gratus extitit & acceptus, tum ad gloriam Dei & exaltationem Eccleſiæ, & ratione regni canonizandum decreuimus, & inter beatiſſimos confeſſores feſtiua celebritate colendum, tam de miſericordia Dei, & Beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum eius confiſi meritis, quàm ſuæ conuerſationis & ſanctimoniæ non ignari, &c. Ad hunc modum multas à ſummis pontificibus factas canonizationes legimus ſicut eſt canonizatus à CLEMENTE V. Petrus Cœleſtinus ordinis noſtri fundator: à BONIFACIO VIII. Ludouicus Rex Franciæ: à IOANNE XXII. Thomas de Aquino, ordinis Prædicatorum: & ab EVGENIO IV. Nicolaus Tolentinas ordinis eremitarum S. Auguſtini: à PIO II. Katharina Senenſis ordinis S. Dominici: à LEONE X. S. Franciſcus à Pola, fundator ordinis Minimorum: & cæteræ multæ leguntur canonizationes factæ à ſummis Pontificibus, quas breuitatis ſtudio pertranſeo eſt etiam ad calcem Concilij BASILEENSIS epiſtola ducis Burgundiæ Philippi, qua obſecrat patres eiuſdem Concilij, vt inceptam in Concilio CONSTANTIENSI & tentatam canonizationem S. Petri Locemburgenſis effectui mancipare debeant. Huius glorioſiſſimum corpus, ſtupendis clarens miraculis, in monaſterio Cœleſtinorum Auenionenſium requieſcit. Eius feſtum illic recolitur die 5 Iulij non tamen canonizatus eſt. Vide dictione Sancti & Reliquiæ. Vide infrà dictione Cardinalis, ex Conſilio Baſileenſi ad calcem.

Clemens 5.
Boniſacius 8.
Ioannes 22.
Eugenius 4.
Pius 2.
Leo 10.
Concilium Baſileenſe.
Canonizatio S. Petri Lucemburgẽſis, cuius corpus in monaſterio noſtro Cœleſtinorum Auenionenſiũ requieſcit, procurata per Ducem Burgudiæ in concilio Baſilienſi.

CANTOR.

Cantoris officium.] Concilium LAODICENVM cano. 15. *Non oportet amplius, præter eos qui regulariter cantores exiſtunt qui & de codice canunt, alios in pulpitum conſcendere, & in Eccleſia pſallere.* Et ſubdit canone 17. *In proceſſionibus non connectere, id eſt, ex diuerſis verſibus & ſenſibus libri, vnum canticum minimè coniungere, ſed ſingulorum pſalmorum ordinabiliter in medio debet fieri lectio.* Hinc de ordinatione & officio eiuſdem Concilium CHALCEDONENSE IV. cui interfuit Auguſtinus cap. 10. allegatur à Gratiano diſtinctione 23. cap. Pſalmiſta. *Pſalmiſta, id eſt, cantor non poteſt abſque ſcientia Epiſcopi, ſola iuſſione presbyteri officium ſuſcipere cantandi, dicente ſibi presbytero: vide vt quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis operibus comprobes.* Hinc etiam Concilium ROMANVM ſub Gregorio 1. capite 1. Eo quòd diaconi in ſede Romana ſolebant non officio Euangelizandi, ſed cantui vacare. Hoc Gregorius abrogauit. *Quia* (ait) *ad ſacrum miniſterium blanda vox quæritur, quæri congrua vita negligitur, & cantor miniſter Deum moribus ſtimulat, cum populum vocibus delectat. Ideo præſenti decreto conſtituo, vt in ſede hac ſacri altaris miniſtri cantare non debeant, ſolumque Euangelicæ lectionis officium inter miſſarum ſolemnia exſoluant. Pſalmos verò ac reliquas lectiones, cenſeo per ſubdiaconos, vel ſi neceſſitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentauerit, anathema ſit.* Et Concilium AQVISGRANENSE I. ſub Carolo Magno citat præcedens decretum Laodicenum capite 76. capite autem 133. ſic loquitur. *Tales ad legendum, cantandum & pſallendum in Eccleſia conſtituantur, qui non ſuperbè ſed humiliter debitas Domino laudes perſoluant, & ſuauitate lectionis ac melodiæ & doctos demulceant, & minus doctos erudiant,*

Concilium Laodicenum.
Concilium Chalcedonenſe 4.
Concilium Romanum ſub Gregorio 1.
Concilium Aquiſgranenſe 1.
Qualiter ſit diſtincte & ordinate cãtandum.

A *pluſque velint in lectione vel cantu populi ædificationem, quàm popularem vaniſſimamque adulationem. Qui verò hæc doctè peragere nequeunt, erudiantur prius à magiſtris, & inſtructi hæc adimplere ſtudeant, vt audientes ædificent.* Et cap. 137. *Cantorem autem ſimul, traditum eſt à ſanctis patribus, & voce, & arte præclarum illuſtremque eſſe oportet, ita vt per oblectamenta dulcedinis animos incitet audientium. Cantores itaque non propter donum ſibi collatum ſe cæteris ſuperbiendo præferant, ſed humiliter ſocios exhibeant. Et prouidendum eſt illis quando temperatè, quandóve ſubmiſſe diuinum agitur officium, ſcilicet vt ſecundum numerum clericorum & officij qualitatem, cantum protendant, & voces moderentur cæterorum. Sonum*
B *etiam vocalium literarum bene atque ornatè perſtrepent. His verò qui huius artis minus capaces ſunt, donec erudiantur, meliùs conuenit vt ſileant, quàm cantare volendo quod neſciunt, aliorum voces diſſonare compellant. Pſalmi namque in Eccleſia non curſim & excelſis, atque inordinatis, ſeu intemperatis vocibus, ſed planè ac dilucidè, & cum compunctione cordis recitentur, vt & recitantium mens illorum dulcedine paſcatur, & audientium aures illorum pronunciatione demulceantur, quoniam quamuis cantilena ſonus in aliis officiis excelſa ſoleat edi voce, in recitandis tamen pſalmis, huiuſcemodi vitanda eſt vox. Conſtituantur autem ſeniores, qui in cantorum ſchola ſint, ne hi qui diſcere debent, otio vacent aut inanibus & ſuperuacuis*
C *fabulis inſiſtent. Cantoribus autem ſtudendum eſt, ne donum ſibi diuinitus collatum vitiis fœdent, ſed potiùs illud humilitate, in caſtitate, & Sobrietate, & cæteris ſanctarum virtutum ornamentis exornent, quorum melodia, animos populi circumſtantis, ad memoriam amoremque cœleſtium, non ſolum ſublimitate verborum, ſed etiam ſuauitate ſonorum quæ dicuntur erigat. Si verò ſuperbi extiterint, & artem quam diuinitus adepti didicerint aliis inſinuare renuerint grauiter ac ſeuerè indicentur.* Prætereà CAROLVS MAGNVS in conſtitutionibus ſuis de cantu Eccleſiaſtico, nocturnis & diurnis horis ritè peragendo mandat. Vide ſequentia.

Carolus Magnus Imperator.

D

CANTVS.

Cantus Eccleſiaſticus Aſtruitur.] Quandoquidem derident Catholicorum morem Hæretici, & alternatim verſus in choro decantantes ſubſannant: ab initio naſcentis Eccleſiæ ſic huiuſmodi morem ſumpſiſſe initium, liquidò pandi poteſt. Quandoquidem ille vetuſtiſſimus author PHILO IVDÆVS libro de vita contemplatiua deſcribens Egyptiorum monachorum vitam & conuerſationem, vt etiam meminit NICEPHORVS CALLISTVS libro 2. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 16. *Non ſolum autem* (ait Philo) *contemplationi vacant, ſed alternatim nouos etiam hym-*
E *nos, carmina & laudes, in Deum omni genere grauiorum numerorum atque rhythmorum componunt, ſolitique ſunt apud eos cantari hymni ita vt cùm vnus certis conſeruatis numeris ritè atque decenter præeat, reliqui tacitè illum audientes, hymnorum tandem extremas partes concinant, &c.* Vt videbis latiùs expreſſum in dictione Monachorum origo, &c. Sed & ethnicus ille PLINIVS SECVNDVS, qui proconſul in Aſia ſub Traiano erat libro decimo epiſtolarum, epiſtola ad Traianum quæ ſic incipit, ſolemne eſt mihi, &c. De Chriſtianis ſui temporis refert, Chriſtianos ſolitos eſſe, ſtato die antè lucem conuenire, carmenque Chriſto quaſi Deo dicere ſecum inuicem, ſeque ſacramento non in

Philo Iudæus
Nicephorus Calliſtus.
Plinius ſecundus Nouocomenſis.

ſcelus

ſcelus aliquod obſtringere. &c. Quod etiam recenſet EVSEBIVS CAESARIENSIS libro 3. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ capite 26. quod & ſuo tempore ſolitum factitari memorat TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro Apologetico aduerſus gentes capite 2. CASSIODORVS SENATOR qui Tripartitam digeſſit hiſtoriam libro 10. capite 9. narrat quod Eccleſia antiphonas decantandi, ab Ignatio ſumpſit initium, vidit enim Angelorum viſionem, quomodo per antiphonas ſanctæ Trinitati dicerent hymnos. Iſque modum viſionis antiphonæ tradidiſſe probatur Eccleſiæ, & ex hoc ad cunctas tranſiuiſit Eccleſias. Hinc eſt quod antiquiſſimus & glorioſiſſimus IVSTINVS MARTYR epiſtola ad Serenum & enam fratres. *Hymni* (ait) *pſalmi, odæ, laudeſque canantur, &c.* Et TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS ſtatim in fine libri 2. ad vxorem. *Sonant* (inquit) *inter Duos pſalmi & hymni, & mutuo prouocant, quis melius Deo ſuo canet.* Et ad calcem libri ſui de oratione, de ſono vocis expreſsè loquitur. Præterea cantus Eccleſiaſtici meminit CLEMENS ALEXANDRINVS libro 6 Stromatum, vbi etiam de muſica diſſerit. Sed & huius meminit celebratum Concilium ANTIOCHENVM contra Paulum Samoſatenum, epiſtola quam huius concilij patres miſerunt ad Dionyſium 1. Papam & maximum Epiſcopum Alexandrinum *Quid vobis* (aiunt) *in memoriam reuocemus quemadmodum pſalmos & cantus, qui ad Domini noſtri Ieſu Chriſti honorem decantari ſolent, tamquam recentiores & a viris recentioris memoria editos exploſerunt, & in media Eccleſia, ſolemni Paſchatis die, mulieres quæ innaet cantilenas* (*quas ſi quiſpiam audiret planè exhorreſceret*) *in ipſium laudem funderent, parari, &c.* Lege etiam ea quæ ſuperiori dictione cantor, ex Concilio Laodiceno, &c. poſuimus. Meminit cantus Eccleſiaſtici ad ſimilitudinem cantus Moſaici, & veterum Patrum IOANNES CHRYSOSTOMVS homiliæ in pſalmos, ſuper illud Pſalmi 95. cantate Domino canticum, &c. Et homilia 59. ad populum Antiochenum, de monachorum vita loquens. *Mox* (inquit) *ſtatim ſurgentes ſtant hymnos cantantes propheticos, multa cum vocis conſonantia, cùm aptè compoſitis concentibus. Neque cithara neque fiſtula, nec vllum aliud muſicum inſtrumentum talem emittit vocem, qualem audire licet in profunda quiete & ſolitudine ſanctis cantantibus illis, &c.* Et AMBROSIVS MEDIOLANENSIS huius cantus mentionem facit, in præfatione in pſalmos, atque ſermone 7. in pſalmum 118 ſuper illud, cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. *Quæ enim* (ait) *bene tenemus, cantare conſueuimus. & quæ melius cantantur, melius noſtris adhæreat ſenſibus Non enim perfunctoriè tranſeamus, quæ legimus. &c.* lege. Hinc idem hymnos alternatim cantandos compoſuit, vt alibi dicemus. Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS meminit infinitis in locis cantus Eccleſiaſtici & ſpecialiter libro 10. confeſſionum capite 33. *Cum reminiſcor* (ait) *lachrymas meas, quas fudi ad cantus Eccleſiæ tuæ, in primordiis recuperata fidei mea, & nunc ipſo commoueor, non cantu ſed rebus quæ cantantur, cum liquida voce, & conuenientiſſima modulatione cantantur, magnam inſtituti huius vtilitatem rurſus agnoſco, &c.* Idem in regula ſua. *Non cantetis* (inquit) *niſi quod legitis eſſe cantandum. quod autem non ſcriptum eſt.* Vt cantetur, non cantetur, &c. Vide reliquum dictione hymnus niſi velis videre THOMAM AQVINATEM ſecunda ſecundæ, quæſtione 90. & eundem Auguſtinum libro 2. retractationum. vbi ſcribit contra quendam Hilarium qui cantui Eccleſiaſtico detrahebat. Meminit & cantus Eccleſiaſtici AGATHENSE Concilium cap 30. ſuorum decretorum, ſed repoſuimus in dictione, Preces, Oratio, & Hymnus.

Euſebius Cæſarienſis.
Tertullianus Carthaginenſis.
Caſſiodorus Senator,
Ioannes Chryſoſtomus.
Ambroſius Mediolanenſis
Auguſtinus Hipponenſis.
Thomas Aquinas
Agathenſe Concilium

B C D E

CANTILENA.

Cantilenæ laſciuæ prohibentur.] Superiori dictione ex Concilio Antiocheno patuit, quàm reprehenſibilis fuerit Paulus Samoſatenus, qui in Eccleſiam huiuſmodi cantilenas turpes inuexit, quod antea prohibuit CLEMENS I. libro 5. conſtitutionum Apoſtolicarum c. 10. *Chriſtianus* (inquit) *fidelis nec carmen ethnicum, neque meretriciam cantilenam canere debet, quoniam continget eum in cantione dæmoniacorum idolorum mentionem facere, & in locum Spiritus ſancti inuadet eum Spiritus malus, &c.* Hinc eſt quod, vt in quibuſdam decretis allegatur, cum de funeris cuſtodum diſciplina agit Concilium ARELATENSE III. *Nullus* (inquit) *ibi Diabolica carmina præſumat cantare, nec ioca, nec ſaltationes facere, quæ Pagani docente Diabolo adinuenerunt.* Vt latiùs dicetur dictione Funus, & Exequiæ. Porrò hæc renouat Cócilium ANTISSIODORENSE I. ſub Deus dedit Papa cap. 9. bine & AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro de decem chordis capite 4. *Quid prodeſt* (ait) *delectari canticis ad tempus dulcibus, in poſterum amaris talibus enim turpitudinibus cantionum animi humani illecti eneruantur, & decidunt à virtute defluentes in turpitudinem, & propter ipſas turpitudines poſtea ſentiunt dolores, & cùm magna amaritudine digerunt, quod cum magna dulcedine temporali biberunt. Melius eſt ergo vt nos amara ad tempus cantemus, quæ poſtea dulceſcant in nobis, &c.*

Clemens I.
Concilium Arelatenſe 3.
Concilium Antiſſiodorenſe 1.
Auguſtinus Hipponenſis.

CAPILLVS.

Capillorum ornatus inhibetur.] Concilium CONSTANTINOPOLITANVM III. quod dicitur 6. generale, canone 96. *Qui Chriſtum per Baptiſmum induerunt, eius in carne vita agenda rationem, imitari profeſſi ſunt. Eos ergo qui capillos ad videntium detrimentum ſcitè excogitatis nexibus adornant & componunt, & infirmis animis eſcam, ea ratione obiiciunt, conuenienti ſupplicio paternè curamus ſubdi, ipſos inſtituentes & temperanter viuere docentes, vt relicta fraude & vanitate, quæ ex materia oritur, ad exitio carentem beatamque vitam, mentem aſſiduè traducant, & in timore puram & ſanctam conuerſationem habeant, & Deo quoad eis fieri poteſt, appropinquent per vitæ puritatem, & internum magis quam externum hominem, virtutibus bonis, inculpatiſque moribus exornent, vt nullas in ſe ferant reliquias peruerſitatis vſque adeo repugnantis. Si quis autem præter hunc canonem verſatus ſit, excommunicetur.* Quod autem capillorum comam nutrire non decet docet AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro de opere monachorum cap. 32. vbi ex lectione veteris & noui teſtamenti, crinitos Chriſtianos eſſe non debere, nec comam nutrire docet. vide dictione Ornatus & Tonſura. Vbi plura habentur.

Concilium Conſtantinop. 3 dictum 6. generale in Trullo.
Auguſtinus Hipponenſis.

CAPITVLVM

Capitulum generale indicitur monachis.] Concilium LATERANENSE ſub Innocentio

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. omnium ſolemnius & generalius.

centio

centio 3. generale 1215 patrum cap. 12. allegatur extra de ſtatu monachorum. *In ſingulis regnis ſiue prouinciis fiat de triennio in triennium (ſaluo iure Diœceſanorum Pontificum) commune capitulum Abbatum atque priorum Abbates proprios non habentium, qui non conſueuerunt tale capitulum celebrare, ad quod vniuerſi conueniant, præpeditionem canonicam non habentes apud vnum de monaſteriis ad hoc aptum, hoc adhibito moderamine, vt nullus eorum plus quam ſex euectiones, & octo perſonas adducat: formam autem prædicti patres præſcribunt obſeruandam, quæ ſuo tempore ſeruabatur. Vt illis capitulis quatuor præeſſent, qui authoritatem non aſſumerent prælationis, & poſſint prouida deliberatione mutari, omnia tamen approbarentur ibidem ſtatuta. de obſeruantia regulari & reformatione ordinis, & illis approbantibus, ab omnibus cæteris inuiolabiliter obſeruarentur, omni excuſatione & contradictione & appellatione, remotis In his capitulis etiam ſtatuerunt, ordinari religioſas perſonas & idoneas, quæ vice Apoſtolicæ ſedis, omnes regni abbatias ſtudeant viſitare corrigere & reformare, qui & rectorem loci ſi [illegible] remmiſſum inuenerint, Epiſcopo denunciarent, vt illum amouendum procuret. alias, ſi ille neglexerit, ad Apoſtolicæ ſedis examen referrent, adhortantes Diœceſanos Epiſcopos, ita monaſteria ſibi ſubiecta reformare, vt cum ad ea prædicti viſitatores acceſſerint, plus in illis inueniant quod commendatione, quam quod correctione ſit dignum, attentiſſimè præcauentes, ne per eos dicta monaſteria, indebitis oneribus aggrauentur. Quia ſic volumus ſuperiorum iura ſeruari Vt inferiorum nolumus iniurias ſuſtinere. Præcipiunt nihilominus tum diœceſanis Epiſcopis, quam perſonis quæ præerunt capitulis celebrandis, vt per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota, compeſcant Aduocatos, Patronos, Vicedominos, Rectores, & Conſules, magnates & milites, vel quoſlibet alios, ne monaſteria præſumant offendere in perſonis ac rebus. Et ſi forſitam offenderint, eos ad ſatisfactionem compellere non obmittat, vt liberiùs & quietiùs omnipotenti Deo valeant famulari.* Hoc decretum expoſuit & renouauit BENEDICTVS XII. capite 1. conſtitutionum Benedictinorum vbi de capitulis prouincialibus loquitur. Inſuper & renouauit NICOLAVS IV. in conſtitutionibus de ſtatu Cluniacenſis ordinis. vbi de eligendis capituli diffinitoribus, & viſitatoribus in eodem inſtituendis, qui in perſonam abbatis viſitare debeant. præcepta tradit Et GREGORIVS IX. de hoc eodem capitulo tractat in ſuis conſtitutionibus. De capitulo quoque de triennio in triennium celebrando ex decretis INNOCENTII IV. allegatur & confirmatur in generali Concilio VIENNENSI ſub Clemente 5. vt allegatur in Clementinis, titulo 10. de ſtatu Monachorum capite 1 Huic & pro appendice ſic Concilium BASILEENSE ſeſſione 15. *Iubet hæc ſancta ſynodus omnibus prælatis religionum & ordinum quorumcumque, ad quos celebrare capitula pertinet, quod illa ſtatutis temporibus ſub grauiſſimis pœnis ſeruent, & ſeruari faciant in quibus, ſecundum canonicas ſanctiones & religionum conſtitutiones, cum omni ſtudio & & diligentia ad veram ſingulorum religionum & ordinum reformationem intendant, ita vt deinceps in ſingulis monaſteriis, iuxta proprias regulas & conſtitutiones debitè regularis vigeat obſeruantia, & præcipuè vt tria ſubſtantialia profeſſionis vota omnino obſeruentur.* Vide vota. Monaſterium Et viſitatio.

Benedictus 12. — Nicolaus 4. — Gregorius 9. — Innocentius 4. — Concilium Viennenſe, ſub Clemente 5. — Concilium Baſileenſe.

Capitulum quotidianum.] Hoc ſufficienter vſu diſcitur, quia Regulæ Benedicti, Auguſtini & aliorum illud iniungunt, verum etiam Concilium BITERRENSE capite 8. De quotidiano capitulo in clauſtris regularium celebrando mandat vbi ſuper regulari diſciplina fratres informentur. & delinquentes corrigantur. Huius etiam meminit BENEDICTVS XII. capite 5. conſtitutionum Benedictinorum vbi hoc fieri ſtrictiſſimè præcipit in omnibus conuentibus, in quibus ſunt ſex monachi, vel ſupra, vbi tranſgreſſiones & negligentiæ corrigantur, ac de diſciplina & reformatione regulari agatur in illo, vbi nullus monachus ſeu frater, clamosè aut irreuerenter alterum defendere vel ſuſtinere præſumat. Et quotiens regula pronunciata fuerit à lectore, per præſidentem ipſi capitulo vel alium cui hoc ipſe iniunxerit eiuſdem regulæ ſententia vulgariter exponatur. Vide plura dictione. Monachus, &c.

Concilium Biterrenſe, nec inuenitur cum aliis in ſummis. — Benedictus 12.

CARCER

Carcere detenti, viſitandi.] non eſt fas hoc multis comprobare, aut fulcire teſtimoniis, quandoquidem expreſsè inter opera miſericordiæ a Chriſto aſſignatur. & aliter facientibus dictura ſit. ite maledicti in ignem æternum. Hinc omnibus Chriſtianis ſic iubet. Concilium AVRELIANENSE V. capite 20. *Id miſerationis intuitu æquum duximus cuſtodiri, vt qui pro quibuſcumque culpis in carceribus detinentur, ab Archidiacono ſeu a propoſito Eccleſiæ, diebus Dominicis requirantur, vt neceſſitas vinctorum ſecundum præceptum diuinum miſericorditer ſubleuetur, atque a Pontifice inſtituta fideli & diligenti perſona, quæ neceſſaria prouideat, competens victus de domo Eccleſiæ tribuatur.* Hæc ſufficiant Lege doctores.

Concilium Aurelianenſe, ſub Pelagio 1.

CARDINALIS.

Cardinales qui, & eorum inſtitutio, atque Origo.] Colligit POLYDORVS VERGILIVS libro 4 de Rerum inuentoribus cap. 9. à temporibus Apoſtolorum nomen Cardinalium expreſſum, ſub nomine presbyterorum vel Diaconorum, qui Romæ inſtituti ſunt, tam ab EVARISTO I. qui primus omnium titulos ipſis presbyteris dimiſit ſeptemque Diaconos inſtituit. vt dicemus ſuo loco, quàm à DIONYSIO I. qui presbyteris tam vrbis Romæ, quàm aliarum gentium, templa, cœmeteria & parochias, quas dicunt, dimiſit. Nec ita multò poſt MARCELLVS I. titulos vrbis ab Euariſto primùm presbyteris datos numero limitauit, decreto ſtatuens quinque & viginti, ac quaſi diœceſes eſſe ad baptizandum eos, qui ex gentibus in Chriſtianorum cœtum quotidie venirent, & ſepeliendum mortuos. Hinc ergo Cardinales illi originem ſumpſiſſe doctè comprobat. Quod ego etiam diſcutrendo aliquot poſſum teſtimoniis fulcire. Cardinalium enim appoſito nomine mentionem facit STEPHANVS I. vt allegat Gratianus diſtinctione 79 capite Oportebat. *Oportebat* (ait) *vt hæc ſacroſancta Domina noſtra Romana Eccleſia iuxta quod a beato Petro & eius ſucceſſoribus inſtitutum eſt, rite ordinaretur, vt in Apoſtolatus culmen vnus de Cardinalibus presbyteris aut Diaconibus conſecraretur, &c.* Concilium ROMANVM II. ſub Sylueſtro, cum de Cardinalium accuſatione tractat. *Non damnabitur* (ait) *Presbyter Cardinalis, niſi 44. teſtibus, &c.* Vide, Clerici quot teſtibus conuin-

Polydorus Vergilius. — Euariſtus 1. — Dionyſius 1. — Marcellus 1. — Stephanus 1. — Papa eligatur vnus è Cardinalium numero. — Concilium Romanum ſub Sylueſtro ſecundo fuit 184 [illegible] 167.

cendi

Concilium Romanum 2. ſub Symmacho

cendi. Similiter & Cardinalium mentiooem facit Coucilium ROMANVM II. ſub Symmacho 1. vbi omnes nominantur, & Tituli Eccleſiarum quibus deputantur ad calcem Synodi, cui omoes ſubſcripſiſſe memorantur, tam presbyteri Cardinales quàm Diaconi. Et eorumdem facit mentionem etiam Coocilium ROMANVM III. ſub eodem Symmacho, vbi capite 6.

Concilium Romanū 3. ſub Symmacho.

prohibentur Eccleſiæ ſuæ booa & poſſeſſiooes alienare, ne ordinis ſui amiſſione plectantur. De hoc dicemus in dictione, facultates Eccleſiæ non alieoandæ. Eorumdem facit meotionem, & titulos eorum nominat Concilium ROMANVM ſub Gregorio 1. celebratum. quando huic omnes ſubſcripſerunt. Porrò Cardinalium fit mentio in dictione, Papæ electio, ibi enim leges, quia ab bis electio Papæ celebratur. Prætetea multoties eorum meminit PLATINA CREMONENSIS potiſſimùm io vita Paſchalis 2. & Gregorij 7. Sed noo videtur coosentaneum, vt omittamus eorum dignitatem ab antiquis Eccleſiæ proceribus aporobatam. Sic quippe eorum recenſet originem & authoritatem, dum de Romanæ Eccleſiæ primatu & ſummi Pontificis authoritate diſputat LEO IX. epiſtola contra Michaelem Conſtantioopolitanum, & Leooem Acridanum Epiſcopos cap. 10. *Conceſſit* (inquit inter cætera) *Constantinus Magnus ſummo Pontifici, omnia imperialia ornamenta, coronam, mitram, lorum, ſceptrum, & omnem imperialis poteſtatis gloriam. Et omnibus Cardinalibus reuerendiſſimis, ſacro ſancta Romana Eccleſia ſeruientibus illud culmen ſingularis potentia, ac præcellentia tribuit. Cuius ſenatus videtur gloria adornari, id eſt, patricios atque conſules effici, nec non & cateris dignitatibus imperialibus decorari, quibus vſque in præſens tam ſummus pontifex, quàm Cardinales priuilegiis perfruuntur.* Vt latius io conſequentibus explicat, oro lectorem vt illam Epiſtolam legat ſi curioſus eſt vide ſequentia.

Concilium Romanum, ſub Gregorio 1.

Platina Cremonenſis.

Leo 9.

De dignitate & honore Cardinaliū, & cur purpurati incedant.

Refert Robertus Gaguinus libro 7. compendij de Francorū geſtis in Ludouico 9. Innocentium 4. in Concilio Lugdunēſi rubrum galerum Cardinalibus primum dediſſe, lege ſi vacas.

Cardinalium electio, numerus, [& officium.] Coucilium CONSTANTIENSE ſeſſione 4. prohibet, vt pro bono vnionis noo creentur ooui Cardinales. Et ne fraude vel dolo dicantur facti dudum Cardinales aliqui, declarat ſanctum Concilium noo pro Cardinalibus haberi, qui non erant Cardinales publicè reputati. De Cardinalibus qui in electione Papæ requiruntur. Idem Concilium ſæpius agit. ſeſſione 40. & cæteris, vt alibi repoſuimus. Porrò Concilium BASILEENSE idem diffinit ſeſſione 4. ne ſcilicet de cætero plures creentur Cardioales, & potiſſimum tempore Coocilij ſtatuitur, ne Papa auſit creare Cardinales, nec creatos publicare. Prætetea de Cardioalium officio & numero, ſeſſione 23. luculenter agit, quod tamen multis verbis exponit, paucis comprehendimus in hunc modum. *Cum* (inquit) *ſummo Pontifici ſancta Romana Eccleſia Cardinales, in dirigenda Christiana Republica, collaterales aſſiſtant, neceſſa eſt vt tales instituantur qui ſicut nomine, ita re ipſa, Cardines ſunt, ſuper quos oſtia vniuerſalis verſentur & ſuſtententur Eccleſia. Statuit igitur ſancta ſynodus, vt deinceps eorum numerus, adeo ſit moderatus, quod nec ſit grauis Eccleſia, (qua nunc ob temporum malitiam pleriſque grauibus affligitur incommodis) nec ſuperflua numeroſitate vileſcat. Qui de omnibus Christianitatis regionibus, quantum commodè fieri poterit aſſumantur, vt notitia eorum in Eccleſia emergentium, facilius haberi & ſuper hie maturius deliberari poſſit: ſic tamen quod numerum viginti quatuor inter hos qui nunc ſunt*

Concilium Conſtantienſe generale.

Cardinales non creādi nū ſunt tempore Concilij.

Lege de Officio Cardinalium, & dole quod noſtro æuo rarius hoc impletur.

A *& aſſumendos non excedant: ita quod de vna natione vltra tertiam partem, reſpectu Cardinalium pro tempore exiſtentium, ac de vna ciuitate & Diœceſi vltra vnum inde oriundum, & de ea natione qua nunc vltra 3. partem habet, vſque ad ipſius 3. partis reductionem eſſe nequeant. Sint viri in ſcientia, moribuſque, ac rerum experientia excellentes, non minores triginta annis, magiſtri, Doctores, ſeu licentiati, cum rigore examinis, in iure diuino vel humano. Sit ſaltem 3. vel 4. pars de magiſtris aut licenciatis in ſacra ſcriptura, inter hos autem viginti quatuor eſſe aliqui poterunt, admodum pauci filij fratres aut nepotes regum, ſeu magnorum principum, in quibus cum circumſpectione, & maturitate morum competens literatura ſufficiat.* B *Non fiant Cardinales nepotes, ex fratre vel ſorore Romani pontificis, aut alicuius Cardinalis viuentis, non illegitime nati, non corpore vitiati, nec alicuius criminis aut infamia nota adſperſi. Prædicto autem numero viginti quatuor pro magna Eccleſia neceſſitate, vel vtilitate Duo alij, in quibus vita ſanctitas, vel eximia virtutes refulgeant, quamquam memoratos gradus non habeant, ac de Græcis (cum Romana Eccleſia vniti fuerint) inſignes aliqui viri adijci poterunt.* Quoniam autem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales Pars corporis Romani Pontificis eſſe cenſentur Reipublicæ admodum expediens eſt vt iuxta vetuſtum morem grauia & ardua negotia, de ipſorum Concilio, directione, C cauſa quoque mature cognita, deinceps fiant, præſertim cauſarum fidei deciſiones, ſanctorum Canonizationes Erectiones ſeu ſuppreſſiones, diuiſiones, ſubiectiones, vniooes Eccleſiarum Cathedralium & monaſteriorum, promotiones Cardinalium, confirmationes ac prouiſiones de Eccleſiis Cathedrales ac monaſteriis, priuationeſque & tranſlationes Abbatum Epiſcoporum & ſuperiorum, leges ſeu conſtitutiones legationes de latere ſeu vicariorum ac nuntiorum authoritate legatorum de latere fungentium commiſſiones nouæ regis inſtitutio, exemptiones nouæ, Eccleſiis, monaſteriis ſeu capellis, aut ipſarum iam factarum reuocationes ſaluo decreto D ſacri CONSTANTIENSIS Concilij ſeſſione 39. De Prælatis non transferendis inuitis, de electiooe porrò Cardinalium, & profeſſione quam debent emittere, ſic ſubnectunt Patres præfati Baſileenſes. *Non fiat Cardinalium electio ſolum per auricularia vota, ſed illi ſolùm aſſumi poſſint, in quos facto vero ſcrutinio, ac publicato, maiorem partem Cardinalium, per ſubſcriptionem manus propria, conſtiterit collegialiter conſenſiſſe. Deſuper etiā Apoſtolica littera, cum ſubſcriptione Cardinaliū conficiantur, decreto huius ſacri Concilij in 4. ſeſſione ſolemniter publicato quod incipit. Item cum multiplicatio Cardinalium, &c. in ſuo robore inuiolabiliter permanſuro, Cum recipient Cardinales ſua dignitatis inſignia, quorum ſignificatio eſt, vt pro bono vniuerſalis Eccleſia,* E *ſanguinem proprium, ſi opus ſit non vereantur effundere, Iurabunt in publico conſiſtorio (ſi ſint in Curia, ſi verò abſentes in manibus alicuius Epiſcopi, & publicè cui per literas Apoſtolicas in quibus forma iuramenti inſerta commiſſum fuerit) in hunc modum. Ego N. nuper aſſumptus, in ſancta Romana Eccleſia Cardinalem, ab hac hora in antea ero fidelis beato Petro, vniuerſalique & Romana Eccleſia ac ſummo Pontifici, euiſque ſucceſſoribus canonice intrantibus, laborabo fideliter pro defenſione fidei Catholica, extirpationéque hæreſium, & errorum ac ſchiſmatum, reformatione morum ac pace in populo Christiano. In alienationibus rerum, & bonorum Eccleſia Romana, aut*

Hæc ita ſunt inuolucris contexta, tunc temporis, vt difficile ſit vera à falſis diſcernere. Nā ſunt docti, ſunt & inexperti, & ſunt qui necdū nouerunt prima grāmatices rudimenta.

Canonizatio Sanctorum.

Electio & Profeſſio Cardinalium.

Iuramētum & profeſſio Cardinalium.

aliarum

aliarum Eccleſiarum, & beneficiorum quorumcumque, non conſentiam, niſi in caſibus à iure permiſſis, & pro alienatis ab Eccleſia Romana recuperandis pro poſſe operam dabo. Non conſulam quidquam ſummo Pontifici, nec ſubſcribam me, niſi ſecundum Deum & conſcientiam meam. Quæ mihi per ſedem Apoſtolicam commiſſa fuerint, fideliter exequar. Cultum diuinum in Eccleſia tituli mei, & eius bona conſeruabo, ſic me Deus adiuuet. Pro conſeruandis autem Cardinalium titulis, quorum aliqui tam in diuino cultu, quàm in ædificijs, nimium proh dolor in opprobrium ſedis Apoſtolicæ, & ipſorum Cardinalium prolapſi ſunt. Statuit hæc ſancta Synodus, vt de redditibus ſeu prouentibus terrarum Romanæ Eccleſiæ, quorum medietas iuxta conſtitutionem Nicolai IV. *ad Cardinales pertinet, decima pars eius quod ſpectat ad quemlibet Cardinalium proprio titulo ſingulis annis applicetur. Et nihilominus, vel in vita, vel in morte quilibet Cardinalis tantum in proprio titulo relinquat, vnde communiter vna perſona ſuſtentari poſſit. Quod ſi non fecerit tam pro hoc, quàm pro dicta decima parte, bona omnia ipſius Cardinalis obligata ſint vſque ad debitam ſatisfactionem, & ad executionem huius oneramus primum cardinalem illius ordinis de quo ille defunctus erat. Viſitet per ſe quilibet Cardinalis præſens in curia. Abſens verò per vicarium idoneum ſingulis annis, titulum ſuum, clericóſque, & populum Eccleſiarum ſubiectarum, & cum diligentia inquirat, & ſalubriter prouideat ſuper cultu diuino, boniſque ipſarum Eccleſiarum, ac vita & moribus clericorum, & parochianorum, de quibus cum ſui ſint oues, in diſtricto Dei iudicio rationem redditurus eſt, &c.* Plura de officio Cardinalium inuenies dictione, Epiſcoporum officium, & ſtudium, &c. vide ſuo loco. Iterum autem de numero & officio Cardinalium ſeſſione 27. differunt, cum & Eugenium IV. tranſgreſſorem arguunt decreti, & irritum eius ſtatutum decernunt, quo plures creare præſumpſerat. Porrò de vita, conuerſatione, & officio Cardinalium Concilium Lateranense ſub Leone X. ſeſſione nona, ſic ſtatuit: *Statuimus & ordinamus, vt de cætero quilibet Cardinalium pro tempore exiſtens, iuxta doctrinam Apoſtoli ita ſobriè, caſtè, ac piè viuat, vt non ſolùm à malo, ſed ab omni etiam ſpecie mali abſtinens, coram omnibus luceat. Deínque in primis honorificet operibus. Sint, omnes vigiles, ac diuinis officijs Miſſarúmque celebrationibus intenti, habeántque capellas ſuas in loco honeſto prout facere conſueuerint. Sitque eorum domus, familia, menſa, ſupellèxque non faſtu aut pompa, neque ſuperfluis rebus neque aliquomodo reprehenſibilis, nec peccandi excedendíque modum licentia vnde naſcatur, ſed vt æquum eſt, modeſtiæ, & frugalitatis ſpeculum dici mereantur. Illis itaque ſint contenti quæ ſacerdotalem, præ ſe ferant modeſtiam ac prælatos, & quoſcunque alios inſignes viros Romanam Curiam venientes benignè honorificéque tam publicè, quam priuatim tractent, & apud nos, & ſucceſſores noſtros gratioſe liberalitérque eorum negotia commendata ſuſcipiant. Eorum domus ſit patens hoſpitium, portúſque ac refrigerium proborum, & doctorum maximè virorum, & pauperum nobilium, honeſtarúmque perſonarum. Sint igitur circa modum & numerum tenendi, prudentes, ac de familiarum qualitate imprimis curioſi, ne ex alienis vitijs turpem ſibi contrahant infamiæ notam, vulgóque obloquendi calumniandíque iuſtas præbeant occaſiones.* Porrò de ornatu eorum, vide dictione, Ornatus. Sed & poteritis videre, quid ex ſumma Eccleſiæ Ioannes De Tvrrecremata libro III. capite 8. colligit Ioannes Vigverivs Granatenſis inſtitutione Theologicarum de lege humana, capite 17. §. 1. verita 10. vide etiam quidquid dicemus, Epiſcopus, vel paſtor, aut Metropolitanus, &c. quia hæc cognata ſunt, & quod vnum tangit in officio, & ſolicitudine, hoc & conſequenter alium reſpicit.

Nicolaus 4.

Media pars bonorum Eccleſiæ Romanæ ad Cardinales ſpectat.

Solicitudo & officium Cardinalium.

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

2. Timoth. 4.

1. Timoth. 3.

1. Theſſalon. 5.

Ioannes de Turrecremata. Ioannes Viguerius Granatenſis.

Carnifex.

Carnifex ſeu iuſtitiæ executor.] Innocentius I. epiſtola ad Exuperium Tholoſanum Epiſcopum, capite 3. & allegatur à Gratiano cauſa 23. quæſtione 4. *Quæſitum eſt* (ait) *ſuper his, qui poſt Baptiſmum adminiſtrauerunt, & aut tormenta ſola exercuerunt, aut etiam capitalem protulere ſententiam. De his nihil legimus à maioribus definitum. Meminerunt enim à Deo poteſtates has fuiſſe conceſſas, & propter vindictam noxiorum gladium fuiſſe permiſſum, & Dei eſſe miniſtrum vindicem in huiuſmodi datum. Quomodo ergo reprehenderent factum quod authore Deo viderent eſſe conceſſum? De his ergo ita vt hactenus ſeruatum eſt, ſic habemus ne aut diſciplinam euertere, aut contra authoritatem Domini venire videamur. Ipſis autem in ratione reddenda geſta ſua omnia ſeruabuntur.* Vide dictione, Iuſtitiæ executor, & dictione, Reus.

Innocentius 1.

Castitas, et Castimonia.

De caſtitate clericorum, & Eccleſiaſticorum videbis ampliſſimè in dictione, Cœlibatus, & Fornicatio, & Votum. In his enim locis ſummopere caſtitas commendatur Ne quid tamen prætermiſiſſe videamur, ſic Clemens I. epiſtola 3. ad vniuerſum cœtum fidelium. *Magna contumelia* (ait) *& graue nobis erit peccatum, ſi ita deſipiamus, vt cùm videamus eum, qui idola colit eſſe ſobrium, nos qui Deum colimus ſobrij eſſe recuſemus. Ex quo approbatur, vt caſtimonia quæ aliquatenus etiam ab his, qui in errore ſunt poſiti, cuſtodiatur multò puriùs, & attentiùs per ſingulas quaſque ſpecies, à nobis qui veritatem ſequimur teneatur, eo magis quod apud nos obſeruantiæ eius præmia æterna ſunt poſita.* Idem epiſtola 4. ad Iuliú, & Iulianum. *Caſtimoniæ* (inquit) *cautela, eſt quædam propria noſtræ religionis obſeruantia, quæ non tàm imponitur hominibus, quàm propriè ab vnoquoque Deum colente cauſa puritatis expetitur. Cuius ſpecies multæ ſunt: ſed primò, vt obſeruet vnuſquiſque, ne menſtruatæ mulieri miſceatur. Hoc enim execrabile ducit lex Dei. Quod ſi lex Dei non admonuiſſet nos, vt * catuli, libenter volueremur in ſtercore, deberemus aliquid amplius habere animalibus vt pote rationales homines, & cœleſtium ſenſuum capaces, quibus ſummum ſtudium eſſe debet ab omni inquinamento cordis conſcientiam cuſtodire. Bonum eſt autem & puritati conueniens, etiam corpus aqua diluere Bonum verò dico, non quaſi principale illud in quo mens purificatur, ſed quod ſequela ſit illius boni, hoc in quo caro diluitur, vbi autem iſta quæ deforis eſt purificatio carnis negligitur, certum eſt neque de puritate mentis ac munditia cordis curam geri. Ita ergo fit, vt is qui intrinſecus mundus eſt, mundetur ſine dubio & extrinſecus. Non ſemper autem is qui mundatur extrinſecus, etiam intrinſecus mundus eſt, videlicet cùm agit hæc vt hominibus placeat. Sed & illa ſpecies caſtimoniæ obſeruanda eſt, vt ne paſſim & libidinis ſolius cauſa cum fœminis coeat quis ſed poſteritatis reparandæ gratia, quæ obſeruantia cùm etiam vt nonnullis pecudibus inueniatur, pudoris eſt ſi non ab hominibus rationabilibus, & Deum colentibus obſer-*

Clemens 1.

Caſtimoniæ ſpecies multæ.

Leuitici 18. Cantharides.

Caliſtus 1.

veter, &c. Hinc & CALISTVS I. epiſt. 1. quæ eſt ad Benedictum Epiſcopum. *Multis* (ait) *huius mundi illecebris multis vanitatibus reſiſtendum eſt, vt vera continentia obtineatur integritas, cuius prima eſt labes, ſuperbia, initium tranſgreſſionis, & origo peccati, quoniam mens ſponte auida, nec abſtinere nouit, nec pietati adhibere conſenſus.* Præclara

Præclara certe caſtitatis præconia.

caſtitatis perſtringit encomia CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro de ſingularitate Clericorum, non longè à fine. Nam vbi Parilitatis incommoda recenſuit. *Tot* (inquit) *& tantas ſtrages calamitatis, & ſtrages peſſima conuerſationis nemo proſternit, & nemo calcat, nemo fineſtat, niſi ſingularis caſtitas ſola, quæ munimen inuictum eſt ſanctimonia, & expugnatio fortis, infamia, fortitudinis firmitas, & laſciuia petulantis infirmitas probitatis, præſidium, & improbitatis excidium, animæ victoria, & corporis præda, vbertas gloriarum, & captiuitas criminum, pronuba ſanctitatis, & repudium turpitudinis, ſinceritatis indicium, & abolitio ſcandalorum, exercitium continentiæ, & euacuatio tota luxuriæ.* & cætera multa quæ ibidem recenſet præconia, quæ breuitatis cauſa pertranſeo. Prætereà de caſtitate virginali, & nuptiali multis

Gregorius Nazianzenus.

agit GREGORIVS NAZIANZENVS Oratione octaua, quæ eſt in funere ſororis ſuæ Gorgoniæ, ſed & Oratione 30 vbi Paulum Caſtitatis aſſertorem producit. Niſi prolixitatem abhorrerem, cuncta hîc libenter infererem mula etiam & præclara de laude caſtitatis dicit Doctor ille

Ioannes Chryſoſtomus.

ſanctiſſimus IOANNES CHRYSOSTOMVS, in ſecundo opere in Matthæum, homilia trigeſima ſecunda, in illud Matthæi 12. Non legiſtis quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam creauit eos Et in eodem opere homilia quadrageſima ſecunda, in illud Matthæi viceſimo ſecundo. In reſurrectione neque nubent, neque nubentur, & multis alijs in locis. Et ſacer

Ambroſius Mediolanenſis

AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro 1. De Abraham Patriarcha, capite quarto: *Nemo ſibi* (ait) *blandiatur de legibus hominum. Omne ſtuprum adulterium eſt, nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem à viro quæ ab vxore, debetur caſtimonia, &c.* Et libro de biduis: *Docemur* (inquit) *Triplicem*

Triplex Caſtitatis virtus.

eſſe caſtitatis virtutem, vnam coniugalem, aliam viduitatis, tertiam virginitatis Non enim aliam ſic prædicamus, vt excludamus alias, Idem libro quinto, Epiſtolarum epiſtola trigeſima prima, ad Valentinianum Imperatorem, multa de caſtitate diſputat, ſicut & libro de Ioſeph Patriarcha, & alijs in locis, ædi locos, ſi curioſus fueris prolixioris le-

Hieronymus Stridonenſis.

ctionis auditor, & HIERONIMVS STRIDONENSIS epiſtola ad Celantiam, de inſtitutione Matrisfamilias, ad calcem: atque epiſtola ad Euſtochium de laude virginitatis, quæ incipit Audi filia & vide, &c. & libro contra Iouinianum ſecundo, aliiſque multis in locis: ſed & caſtitatis

Auguſtinus Hipponenſis.

præconium AVGVSTINVS HIPPONENSIS extulit libro ſecundo, de Ciuitate Dei, capite 26. *Tota* (ait) *vis eſt probitatis & caſtitatis, vt omnis, vel pene omnis moueatur eius laude humana natura, nec vſqueadeo ſic eſt turpitudine vitioſa, vt totum amittat ſenſum honeſtatis.* Lege eundem, ſermone 10 ordine 46. tomo 10. vbi de caſtitate coniugali excellenter diſſerit, & libro de honeſtate mulierum, capite 2. tomo 9. Hinc de caſtitate & continentia ſeruanda tempore ieiuniorum ſic legitur

Liberius 1.

ſtatuiſſe LIBARIVS I vt citat Codex 16 librorum, libro 13. cap 9. & 10. *Abſtinendum eſt* (ait) *in his ſacratiſſimis quadraginta diebus à coniugibus, & caſtè & piè viuendum, vt ſanctificato corde & corpore. Iſti dies tranſigantur, donec perueniatur ad diem ſanctum Paſcha, quia pene nihil valet ieiunium, quod coniugali opere polluitur, & quod orationes, vigiliæ, & eleemoſyna non commendant, &c.* Meminit & Concilium ARAVSICANVM I. canone 28. voti

Caſtimonia & continentia ſeu caſtitas ſeruanda tempore ieiunij.

Concilium Arauſicanū 1.

caſtitatis, vt dicemus in dictione, Votum: ſed & de caſtitate promittenda his, qui clericatui mancipantur, vel monaſterio ſi fortè in iuuenili ætate ad monaſterium acceſſerint poſt 18. annum debere caſtitatem, & caſtimoniam liberè profiteri, agit Concilium TOLETANVM II. capite primo. vide Cœlibatus, Clericus, & Monachus. Hinc etiam ſic commendans caſtitatem, ait GREGORIVS I. libro ſeptimo Regiſtri epiſtola 126. ad Renaredum Gotthorum atque Sueuorum Regem, capite quinto. *Cuſtodienda eſt* (ait) *munditia corporis in ſtuaiſi bona actionis, quia iuxta vocem prædicantis Apoſtoli, Templum Dei ſanctum eſt quod eſtis vos. Qui rurſus* (ait) *Hæc eſt enim voluntas Dei ſanctificatio veſtra. Quam ſanctificationem, quid dixerit, oſtendens protinus adiunxit, vt abſtineatis vos à fornicatione.* Vide plura dictione, Matrimonium, Votum, Virginitas, Cœlibatus, Clericus, & Monachus, &c. Nam illic multa reſeruantur, quæ ſuo loco debeant reddi.

Concilium Toletanum 2. ſub Ioanne Papa 2. & Almarico rege

Gregorius 1.

1. Corinth. 3.
1. Theſſalon. 4.

CASVS.

Caſuum reſeruatio.] Paſſim de his habes in dictione. Pœnitentia, Abſolutio, & Confeſſio auricularis, & Secreta. Igitur vide.

CATECHISMVS.

De Catechiſmo qui olim præcedebat Baptiſmum, & qui ſubſequitur, habes in dictione, Baptiſmus paruulorum, &c. atque dictione, Patrinus, igitur vide & ſequentia.

CATECHVMENVS.

Clemens 1.

Catechumenus vt inſtituendus.] CLEMENS I. libro 7. Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite 39. *Qui in ſermone pietatis inſtituendus eſt* (ait) *erudiatur ante Baptiſmum cognitione Dei ingeniti: inſtruatur etiam notitia Ieſu vnigeniti, & fide de Spiritu ſancto. Diſcat varium creaturarum ordinem, prouidentiæ ſeriem, diuerſarum legum iudicia. Erudiatur cur mundus conditus ſit, & quamobrem homo mundi ciuis ſit conſtitutus, agnoſcat naturam ſuam cuiuſmodi ſit: inſtruatur quemadmodum Deus vitioſos puniuit aqua & igne, ſanctos honorauit in qualibet ætate, Seth, Enos, Enoch, Noe, Abraham cum ſuis poſteris, Melchiſedech, Iob, Moſem, Ieſum, & Caleb, & Phinees ſacerdotem, & alios qui in quauis ætate ſanctitate præſtiterunt, quemadmodum ſua prouidentia non auertit ſe Deus ab humano genere, ſed id per diuerſa tempora ab errore & vanitate, ad cognitionem veritatis, reuocauit, transferens à ſeruitute, & impietate ad libertatem, & pietatem, ab iniuſtitia ad iuſtitiam à morte perpetua, ad vitam æternam. Hæc atque huiuſmodi diſcat in Cathecheſi qui ad Baptiſmum accedit: adoret autem qui manum imponit ipſum Deum, cunctorum Dominum, gratias agens pro plaſmate ipſius quod miſit filium ſuum vnigenitum, vt hominem ſaluum faceret deletis iniquitatibus, & vt dimitteret impietates, & delicta, & ab omni macula carnis, ac ſpiritus eum expiaret, ſanctificaret autem hominem ſecundum beneplacitum bonitatis*

Sancta & pia inſtructio catecheſis, omni Chriſtiana ſaluberrima.

ſuæ, &

ſtus, & dirigeret voluntatem, & illuminaret oculos cordis eius. Ad intelligendum mirabilia Ipſius, & manifeſtaret ei iudicia iuſtitiæ, & odio habeat omnem viam iniuſtitiæ & ingrediatur viam veritatis, vt dignus fiat lauacro regenerationis in filiorum adoptionem in Chriſto, atque complantatus ſimilitudini mortis Chriſti, in ſpe glorioſa communionis mortuus reddatur peccato, viuat autem Deo ſecundum autem verbum & opus, & in libro viuentium connumeretur. Poſt hanc gratiarum actionem inſtruat eum, in his quæ pertinent ad incarnationem Domini, ad Paſſionem. Reſurrectionem, Aſcenſionem, &c. Tum ſubdit cap. 40. eiuſdem libri ſeptimi. Deinde cum iam ſe ad baptiſmum parat Catechumenus, diſcat illa quæ dicuntur de abrenunciando diabolo & de aggregando ſe Chriſto. Oportet enim vt primum diſcedat à contrariis, deinde ingrediatur myſteria, deleta priùs à corde omni improbitate, macula & ſordibus, atque hoc modo ſancta percipiat. Subdit capite quadrageſimoprimo, formam abrenunciandi quæ antiquitus obſeruabatur. *Renuncians* (ait) *Diabolo & Symbolum fidei clara voce proferens, introducitur Catechumenus, &c.* Et ſubdit, *Poſt hanc promiſſionem deinceps venit ad olei vnctionem.* Vide Chriſma, & Vnctio, & ſuprà. Baptiſmus, vbi hæc omnia inſeruntur. Porrò de orationibus quæ dicebantur ſuper ſuper Catechumenos, cùm baptizarentur mentionem facit, & illas recitat libro octauo, capite quinto, & ſexto, Ora te lector, vt videas. Eiuſmodi formæ inſtituendi & baptizandi Catechumenos, meminit DIONISIVS AREOPAGITA. libro de eccleſiaſtica Hierarchia parte ſecunda, capitis ſecundi, vide etiam dictionem Patrinus. IDEM autem CLEMENS primo I libro octauo, Conſtitutionum Apoſtolicarum capite trigeſimo octauo, *Qui Catheche ſi erudiendus eſt, per tres annos erudiatur. Quòd ſi virtute præditus ſit, & erga ſcripturam ſtudium oſtendat, recipiatur, quoniam non tempus, ſed animus æſtimatur. quilibet vir fidelis mulierve, ſummo mane excitatus è ſomno, antequam opus aggrediatur, lotus oret. Quòd ſi catecheſi verbi eſt erudiendus, præponat operi verbum pietatis. Hæc ego Paulus minimus Apoſtolorum diſpono.* IDEM Epiſtola prima, ad Iacobum, vbi recenſet vltima Petri verba hæc fuiſſe: *Qui catechizant, id eſt, qui verbo inſtruunt incipientes, primò oportet vt ipſi inſtructi ſint. De anima enim agitur hominum. Et oportet eum qui docet & inſtruit animas rudes, eſſe talem vt pro ingenio diſcentium ſemetipſum poſſit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere, debet ergo ipſe præcipuè, apprimè eſſe eruditus, & doctus irreprehenſibilis, maturus, impauidus, ſicut ipſi probabitis fore Clementem hunc poſt me, &c.* Hinc & CLEMENS ALEXANDRINVS libro ſecundo, Pædagogi circa finem, catecheſin vocat inſtitutionem quæ per auditum ſuſcipitur, & libro 1. capite 6 idem repetit. Catechumenorum autem meminit libro primo Stromatum, & libro ſexto, vide ſequentia, & Baptiſmus.

Forma baptizandi cathecumenos, & quid profiteri debeant.

Dionyſius Areopagita.

Clemens I.

Tribus annis inſtituebantur Catechumeni in fide antequàm Baptiſmum reciperent.

Catechiſtæ officium.

Catechumenus lapſus. Concilium NEOCAESARIENSE, canone quinto, *Catechumenus ſi ingrediatur eccleſiam, & in ordinem eorum qui inſtruuntur, aſſiſtat. hic autem ſi deprehenſus fuerit peccans, ſi quidem genu flectit, audiat vt non delinquat vlterius. ſi verò & audiens peccauerit, expellatur.* Hinc & præfatum renouans decretum Concilium NICENVM I. canone decimoquarto. *Placuit hoc ſancto & magno Concilio, de Catechumenis, qui lapſi ſunt, vt tribus annis inter audientes verbum ſint, tantummodo* · poſthæc verò orent cum catechumenis. Iunge & ſequentem.

Concilium Neocæſarienſe.

Concilium Nicenum.

A

Catechumeni in Eccleſia ſeparatim orent. Concilium LAODICENVM canone decimonono. *Oportet ſeorſum primum, poſt Epiſcoporum ſermones Catechumenorum orationem peragi, & poſtquam exierint Catechumeni, eorum qui pœnitentiam agunt fieri orationem & cùm hi ſub manum acceſſerint fidelium preces, ſic ter fieri, vnam quidem, ſcilicet primam ſilentio, ſecundam verò & tertiam per pronunciationem impleri: Deinde ſic pacem dari, & ſic ſanctam oblationem perfici, & ſolis licere ſacratis ad altare accedere & communicare.* Quod autem & Catechumeni non debeant ſacris intereſſe, ſicut nec energumeni aut Pœnitentes, docent DIONYSIVS AREOPAGITA libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, parte ſecunda, capitis tertij, vt dicemus in dictione, Miſſæ ritus, ſed & IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia ſeptuageſima nona, ad populum Antiochenum de virtute orationis diſputans. *Quid hac igitur* (ait) *eſt oratione potentius, quæ Petrum Eccleſiæ columnam & turrim admit? Et Catechumenis quidem permiſſum hoc nondum eſt, quoniam nondum ad hanc peruenere fiduciam, &c.* Lege ſequentem & iunge.

B

Concilium Laodicenum.

Dionyſius Areopagita.

Ioannes Chryſoſtomus.

Actu um. s a

Catechumenis non danda communio.] Concilium CARTHAGINENSE III. ſub Syricio I. Huic interfuit Auguſtinus canone 5. *Placuit, vt per ſolemniſſimos Paſchales dies ſacramentum Catechumenis non detur, niſi ſolitum ſit, quia ſi fideles per illos dies ſacramentum non mutant, nec Catechumenis oportet mutari.* Idem omninò Concilium HIPPONENSE capite quarto. Et Concilium CONSTATINOPOLITANVM III. quod dicitur generale 6. capite 78. iubet vt Catechumeni fidem diſcant, & 5. ſeptimanæ feria Epiſcopo vel Presbyteris renuncient. Vide ſequentia. Siquidem ex ſequentibus colligitur, illis prohibitum ne vel in Eccleſia pſallant, vide.

C

Concilium Charthaginen. 3. cui Auguſtinus interfuit.

Concilium Hipponenſe.

Concilium Conſtantinopolitanum 3. dictum 6. generale.

Catechumeni quo tempore baptizentur: & vt priùs Symbolum recitent.] Hoc liquidiùs ſuprà in dictione, Baptiſmus quo tempore conferendus expreſſum eſt, verùm ne quippiam arguamur omiſiſſe. ſic GERVNDENSE Concilium I. canone quarto, & allegatur à Gratiano de Conſecratione diſtinctione quarta, De Catechumenis. *De Catechumenis baptizandis id ſtatutum eſt, vt in Paſcha ſolemnitate, vel Pentecoſtes, quanto maioris celebritatis celebritas maior eſt, tantò magis ad baptizandum veniant: cæteris ſolemnitatibus infirmi tantummodo debeant baptizari, quibus quocunque tempore conuenit Baptiſmum non negare,* vt mox dicemus, & Concilium BRACARENSE II. ſub Honorio I. *Epiſcopus viſitans ignaros debet docere, & hoc modis omnibus præcipere, ſicut antiqui Canones iubent, vt ante dies viginti Baptiſmi, ad purgationem exorciſmi concurrant Catechumeni.* (Hoc allegat Gratianus de Conſecratione diſtinctione quarta, capite Ante dies, & Iuo Carnotenſis libro primo Decretorum. *In quibus viginti diebus omnes Catechumeni Symbolum, quod eſt, Credo in Deum* (hoc ſuperiùs ex Clemente I. allegatum eſt) *ſpecialiter doceantur.* Idem citat & confirmat MARTINVS BRACARENSIS Epiſcopus, in collectorio ſuo capite quadrageſimo nono. & allegat Gratianus, de Conſecratione diſtinctione quarta, capite non liceat. Vide ibi & ſequentia.

D

E

Gerundenſe concilium in Hiſpania ſub Hormiſda.

Concilium 2. Bracarenſe.

Martinus Bracarenſis Epiſcopus.

Catechumeni in mortis articulo Baptizandi.] Concilium ELIBERTINVM canone vndecimo. *Intra quinquennij tempora, Catechu-*

Concilium Elibertinum.

mena ſi grauiter fuerit infirmata, dandum ei Baptiſmum placuit, non denegare. Hoc etiam alibi in dictione, Baptiſmus, & Infirmus, aſſeritur, & Concilium ARAVSICANVM I. canone decimo quarto, vt allegat Burchardus lib. 4. Decretorum, capite quinquageſimo quarto. *Energumenis, & Catechumenis* (ait) *in quantum vel neceſſitas exegerit, vel opportunitas permiſerit, de Baptiſmate conſuetudini.* Hinc etiam AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro primo, de Adulterinis coniugijs, capite viceſimo ſexto ita ait: *Catechumenis in huius vitæ vltima conſtitutis, ſi morbo ſeu caſu aliquo, ſic oppreſſi ſint, vt quamuis adhuc viuant, petere tamen ſibi Baptiſmum, vel ad interrogata reſpondere non poſſint, proſit eis, quorum in fide Chriſtiana iam nota voluntas eſt, vt eo modo baptizentur, quomodo baptizantur infantes, quorum voluntas nulla adhuc patuit.* Lege reliquum, & vide ſequentem.

Concilium Arauſicanũ 1.
Auguſtinus Hipponenſis.

Catechumeni ſine Baptiſmo ſi decedunt, quid?] Concilium BRACARENSE I. canone 35. *Placuit, vt Catechumenis ſine redemptione Baptiſmi defunctis neque ſanctæ oblationis commemoratio, neque pſallendi impendatur officium: nam hoc per ignorantiam vſurpatum eſt.* Dicit tamen IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia ſexageſima nona, ad popul. in Antiochenum, Quod peccatores lugendi ſint viuentes & mortui, &c. *Non temerè* (ait) *ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt, vt in tremendis myſterijs defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam. Cum enim totus conſtiterit populus, extenſis manibus Sacerdotalis plenitudo, & tremendum proponatur ſacrificium, quomodo Deum non exorabimus, pro his deprecantes? Sed hoc quidem de his qui cum fide migrarunt, Catechumeni verò nec hac digni conſolatione cenſentur, ſed omni ſunt tali ſuffragio priuati, præter vnum ſolum. Quod autem illud? dare licet pro eis pauperibus, & ex hoc aliquid eis præſtare refrigerationis. Vult namque Deus nos alterum alteri prodeſſe, &c.* Vide & ſequentem.

Concilium Bracarenſe 1.
Non eſt miſſa celebranda, nec exequiæ pro catechumenis defunctis.
Ioannes Chryſoſtomus.
Lege Caluinæ.

Catechumenus ſine Baptiſmo ſaluatur ſi ſit martyr.] CYPRIANVS CARTHAGINENSIS ad calcem libri De Hæreticis baptizandis ad Iubaianum. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, &c. *Quo in loco quidam ſic euacuare poſſunt humana argumentatione, Euangelica veritatem, Catechumenos nobis apponunt, ſi quis ex eis antequam Baptizetur, in confeſſione nominis apprehenſus, fuerit & occiſus, an ſpem ſalutis, & præmium confeſſionis amittat, eò quòd ex aqua prius non ſit renatus. Sciant igitur eiuſmodi homines, ſuffragatores & fautores hæreticorum, Catechumenos illos primò integram fidem Eccleſiæ veritatem tenere, & ad debellandum Diabolum de diuinis caſtris cum plena & ſyncera Dei Patris, & Chriſti, & Spiritus ſancti cognitione procedere, deinde nec priuari Baptiſmatis ſacramento vtpote qui Baptizentur glorioſiſſimo & maximo ſanguinis Baptiſmo, de quo Dominus dicebat, Aliud ſe habere Baptiſma baptizari, & paſſione ſanctificatum conſummari, & diuinæ pollicitationis gratiam conſequi. Declarat hoc in Euangelio idem Dominus, quando ad latronem in ipſa paſſione credentem, & confitentem loquitur, quoad ſecum futurus ſit in paradiſo pollicetur, &c.* Hinc etiam ait AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro de Eccleſiaſticis dogmatibus, capite ſeptuageſimo tertio. *Baptizatis tantum iter ſalutis eſſe credimus. Nullum Catechumenum quamuis in bonis operibus defunctum vitam æternam habere credamus, excepto martyrio vbi tota baptiſmi ſacramenta complentur, &c.* Idem & ſuper Ioannem ſermone vndecimo, tomo nono, vide dictione Baptiſmus, & ſequentia.

Cyprianus Carthaginen.
Ioan. 3.
Lucæ 12.
Lucæ 23.
Auguſtinus Hipponenſis.

Catechumenis plura ſunt, quæ denegantur.] Hoc ex ſuperioribus facilè colligitur, verumtamen hic adhuc quod nouimus exprimendum eſt ARAVSICANVM Concilium I. canone decimo octauo. *Placuit: Catechumenis non legi Euangelium in Eccleſia: vel aliàs, Euangelia placuit deinceps Catechumenis legi apud omnes prouinciarum noſtrarum Eccleſias.* Et canone decimonono, *Catechumeni nonnunquam admittendi ſunt, etiam inter Domeſticas orationes, aliàs. Ad baptiſterium Catechumeni nunquam admittendi.* Et canone vigeſimo, *Segregandi informandique ſunt Catechumeni, vt ſe reuocet & ſignandos, vel benedicendos, ſemotum offerant eos fideles.* Aliàs. *Ad fidelium benedictionem etiam inter domeſticas orationes inquantum caueri poteſt ſegregandi, informandique ſunt vt ſe reuocent, Ad ſignandos vel benedicendos ſe ſemotè offerant.* Vide Baptiſmus, &c.

Concilium Arauſicanũ 1

CATHEDRA.

Cathedra.] Vide Epiſcopatus, vel Beneficium. Ne tamen vacuum locum relinquamus, ſic de Cathedra prælationis ait CLEMENS I. Epiſtola prima, ad Iacobum fratrem Domini, & refert verba Petri Apoſtoli vltima, quæ ſibi moriturus loquutus eſt. *Cathedra,* inquit, *eum qui cupit eam, & audacter expetit, non requirit, ſed ornatum moribus & in verbis eruditum.* Hinc IOHANNES CHRYSOSTOMVS in operè ſecundo ſuper Mattheum, homilia quadrageſima tertia, illud caput vigeſimum tertium pertractans: ſuper Cathedram Moyſi, &c. *Videte* (ait) *quomodo ſedeatis ſuper Cathedram, quia Cathedra non facit ſacerdotem, ſed ſacerdos Cathedram, non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum, non omnis ſacerdos ſanctus eſt, ſed omnis ſanctus ſacerdos, &c.* Hinc etiam & GREGORIVS NAZIANZENVS: Oratione decima ſecunda, quæ eſt ad Amphilochium de pace, ait, Cathedram multa inuidia ce-pletam, & multò certamine quam & Oratione octaua, quæ eſt in laudem Baſilij magni, dicit ſuo tempore ſine vllo labore acquiri, *Cathedra,* inquit, *etiam ſine vllo acquiritur labore, non ſecus ac cum fabula gigantes fingunt, vnius diei ſanctos facimus, ac ſapientes eſſe iubemus eos qui nulla prediti ſunt ſapientia, & qui nil ad gradum, præterquam velle, adferunt, & hic quidem inferiorem amat locum, & humilis conſiſtit cum dignus ſit ſublimi, ac multum in literis exercitatus diuinis, multùmque carnem ad ſpiritus domauerit ſubiectionem: alius verò ſedet arrogans, ſuperciliáque tollit contra meliores, nec tremit ob tronos. Minus horret aſpectum, modeſtè deorſum aſpiciens, &c.* lege, tum idem de laude Cathedræ iuſtè acquiſitæ Oratione vigeſimaquarta quæ eſt ad Arrianos, & de ſeipſo. *Cathedra,* ait, *veneranda, virorúmque venerabilium ſtatio & requies, ac multos pios exhibens ſacerdotes qui in ſupernis diuina peragunt myſteria, &c.* Hinc AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro quintò epiſtolarum. Oratione in Auxentium, de non tradendis Baſilicis: *Non patitur Chriſtus in ſuo templo pecuniæ eſſe vernaculos, non patitur in ſuo templo eſſe eos, qui vendant Cathedras. Quid ſunt Cathedræ, niſi honores? Quid ſunt columbæ, niſi ſimplices mentes, vel animæ fidem candidam & puram ſequentes?* & AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro de Di-

Clemens 1.
Ioannes Chryſoſtomus.
Gregorius Nazianzenus.
Heu quid diceret, ſi noſtra tempora contemplaretur, hic ſanctus doctor? melius noſtra quàm ſua deſleret tempora.
Ambroſius Mediolanenſ.
Auguſtinus Hipponenſis.

ſciplina

ſciplina Chriſtiana capite quinto, *Chriſtus Ieſus eſt qui docet, Cathedram in cœlo habet, ſchola ipſius in terra eſt, & ſchola ipſius eſt corpus ipſius. Caput igitur docet membra ſua, &c.* Vide Epiſcopatus.

Catholicvs.

Auguſtinus Hipponenſis.

Catholici non omnes ſaluantur.] Avgvstinvs Hipponensis libro de fide ad Petrum parte ſecunda capitel quadrageſimo, *Firmiſſimè tene & nullatenus dubites, non omnes, qui intra Catholicã Eccleſiam baptizantur, accepturos eſſe vitam æternam, ſed eos qui percepto baptiſmate rectè viuunt, id eſt, qui ſe abſtinent à vitiis & concupiſcentiis carnis. Regnum enim cœlorum, ſicut infideles, hæretici, atque ſchiſmatici, non habebunt, ſic catholici crimino ſi poſſidere non poterunt.* Vide Chriſtiani, & alibi.

Cavillatio.

Bonifacius 1.

Cauillatio vitanda.] Bonifacivs I. epiſtola ſecuoda, ad omnes Epiſcopos Galliæ contra Maximum Epiſcopum Valentiæ. *Aſtuta (ait) cauillatio eorum, qui verſutis agendum credunt eſſe conſilijs, nunquam innocentiæ nomen accipiet. Confitetur enim de omnibus, quiſquis ſe ſubterfugere iudicium dilationibus putat, &c.* Vide alibi.

Cavsae.

Concilium Romanum ſub Fœlice 2.

Cauſæ Eccleſiaſticæ vt tractandæ.] Egimus de his dictione, Appellatio, & Accuſatio: & dicemus dictione, Iudex. Iudicium, & Epiſcopus accuſandus & iudicandus: & dictione, Clericus, vt ne his immoreris quæ hîc dicturi ſumus, ſed te transferas potiùs ad præmonſtrata loca. Igitur ſic de tractandis cauſis Eccleſiaſticis breuiter dicit Concilium Romanvm ſub Fœlice II. epiſtola ſecunda, quæ ex parte eiuſdem Fœlicis ad Athanaſium, & vniuerſos Ægypti & Libyæ Epiſcopos Alexandriæ congregatos miſſa eſt, capite ſeptimo. *Nullæ cauſæ à iudicibus Eccleſiaſticis audiantur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibita eſſe noſcuntur.* Et canone decimo ſexto. *Nec ita in Eccleſiaſticis agendum eſt negotijs, ſicut in ſecularibus. Nam in ſecularibus, poſtquam legibus vocatus veneris, & in foro decertare cœperis aliquis, non licet ante peractam cauſam recedere. In Eccleſiaſticis verò dicta cauſa recedere licet, ſi neceſſe fuerit: aut ſi ſe prægrauari viderit.* Addit Gratianus cauſa ſecunda quæſtione ſexta: *Qui verò ex contumacia iudicibus obtemperare noluerit, communione priuetur.* Idem Concilium Milevitanvm canone viceſimo quarto. Vide Iudex, & Appellatio, &c. Vide ſequentia.

Concilium Mileuitanũ ſub Innocentio 1. & Arcadio atque Honorio. Concilium Mileuitanum.

Cauſarum Eccleſiaſticarum defenſores.] Idem Milevitanvm canone decimo ſexto. *Placuit vt petatur à glorioſiſſimis Imperatoribus, vt iubeant iudicibus dare petitos ſibi defenſores Scholaſticos, qui in acta ſint vel in officio defenſiorum cauſarum Eccleſiaſticarum more ſacerdotum prouinciæ, vt ijdem ipſi qui defenſionem Eccleſiarum ſuſceperint, habeant facultatem pro negotijs Eccleſiarum quoties neceſſitas flagitauerit, vel ad obſiſtendum callidè decipientibus, vel obrepentibus, vel ad neceſſaria ſuggerenda, ingredi iudicum ſecretaria.* Idem omninò ſtatuit Concilium Africanvm ſub Bonifacio I. canone ſexageſimo quarto. Vide ſequeotia.

Concilium Africanum ſub Bonifacio 1.

Concilium Carthaginenſ. 4.

Cauſæ Eccleſiaſticæ non ante infidelem, nec ſeculari more tractandæ.] Concilium Cartnaginense IIII. cui Auguſtinus ſubſcripſit canone octageſimo ſeptimo, & allegatur à Gratiano cauſa ſecunda quæſtione ſexta. *Catholicus qui cauſam ſuam ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam, ad iudicium alterius fidei iudicis prouocat, excommunicetur.* Et Alexander III. Iudicibus Vellenenſibus, apponitur parte quinquageſima, capite decimo, Concilij Lateranenſis ſub eodem celebrati. *Relatum eſt auribus noſtris, quòd cum ad veſtræ diſcuſſionis examen aliqua ſuper teſtamentis Eccleſiæ cauſa deducitur, vos ſecundum humanam, & non ſecundum diuinam legem, in ea vultis procedere, & niſi ſeptem aut quinque teſtes idonei producti fuerint, omninò non proponitis exinde iudicare, vnde quia huiuſmodi de iudicijs Eccleſia non ſecundum leges, ſed ſecundum canones debent tractari, & in his diuina ſcriptura teſtante. Duo aut tres idonei teſtes ſufficiunt, diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus cum aliqua cauſa ſuper teſtamentis Eccleſiæ relictis ad veſtrum fuerit examen deducta, eam non ſecundum leges, ſed ſecundum Canones iuxta decretorum ſtatuta tractetis, tribus vel duobus legitimis teſtibus requiſitis: Quoniam ſcriptum eſt, in ore duorum vel trium ſtabit omne verbum.* Idem adhuc repetit, capite viceſimo, eiuſdem partis. Huboldo Hoſtienſi Epiſcopo. Vide ſuperius ex Concilio Romano ſub Fœlice II. & dictione, Iudex, Iudicium, Appellatio. Epiſcopus. &c.

Alexander 3.

Deuter. 17.

Matth. 18.

Cauſæ Prouinciarum, & Matrimonij, & Epiſcoporum, & Clericorum, vt terminandæ.] Vide Prouincia, Matrimonium, Epiſcopus, & Clericus, &c. quæ ſua ſibi reſeruata ſunt, cùm matura deliberatione.

Cauſæ contra proprium Epiſcopum ſi iuſtè ſumitur.] Vide in dictione, Epiſcopum vt liceat à quolibet in iudicium prouocare, &c.

Fœlix 3.

Cauſæ Eccleſiaſticæ priùs à Sacerdotibus, quàm à Principibus audiendæ.] Folix III. allegatur à Gratiano diſtinctione decima, capite Certum eſt. *Certum eſt hoc rebus veſtris eſſe ſalutare, vt cum de cauſis Dei agitur, iuxta ipſius conſtitutionem Regiam voluntatem Sacerdotibus Chriſti ſtudeatis ſubdere, non præferre, & ſacroſancta per eorum præſules potiùs diſcere, quàm docere Eccleſiaſticam formam ſequi, non hinc humanitus obſequendo iura præfigere, neque in eius ſanctionibus velle dominari, cum clementia Deus voluit tuæ piæ deuotionis colla ſubmittere, ne dum menſura cœleſtis diſpenſationis exceditur, eatur in contumeliam diſponentis.* Vide Romana Eccleſia conſulenda. &c. & dictione Sacerdotium, & Epiſcopus &c.

Concilium Tarraconenſe ſub Fœlice 3.

Cauſæ Eccleſiaſticæ quibus temporibus audiendæ.] Concilium Tarraconense ſub Fœlice III. canone quarto, allegatur à Gratiano cauſa decima quinta, quæſtione quarta, capite Nullus, &c. *Nullus Epiſcoporum, aut Presbyterorum, vel Clericorum, die Dominico propoſitum cuiuſcunque cauſæ negotium audeat iudicare, niſi hoc tantum, vt Deo ſtatuta ſolemnia peragant. Cæteris verò diebus conuenientibus perſonis, illa quæ iuſta ſunt habeant licentiam iudicandi, exceptis criminalibus negotijs.* Idem omninò renouat Concilium Arelatense VI. ſub Carolo magno,

Concilium Arelatenſe 4.

A

gno, & Leone tertio. Vide dictione Iudicium, vbi etiam. Ieiuniorum tempore & Quadrageſimæ vetatur. Vide & Iudex, & locis ſuperiùs allegatis.

Cavsidicvs.

Eugenius 2.

Cauſidicus Eccleſiaſticus.] Evgenivs ſecundus, Decreto quinto. *Authoritate Apoſtolica prohibemus, vt nullus aduocatus præter ius & beneficium, antiquitus aliquid ſibi arripere vel vſurpare præſumat. Quod ſi quis contra hoc attentauerit Chriſtianorum, careat ſepultura.* Vide & Iudex, lege Avgvstinvm in communibus ſermonibus, ſermone tertio.

B

Cellerarivs.

Concilium Aquiſgranen. 1.

Cellerarius qualis eſſe debeat.] Concilium Aqvisoranense I. capite centeſimo quarto, poſtquam, de Præpoſito, Portario ſeu Ianitore, Cantore, & Hoſpitalario, ſtatuit (vt ſuis dicemus locis) Cellerarij facit mentionem, vt eligatur non violentus, nec vinolentus, non ſuperbus, non tardus, non prodigus: ſed moribus honeſtus, ac Deum timens, qui & ſtipendia fratrum fideliter ſeruet, & diligenti cura adminiſtret, & in adminiſtrando nullatenus fratres contriſtet, ſi aliter ſe rexerit, corripiatur. De eodem etiam Benedictvs Cassinensis capite trigeſimo primo, Regulæ abundanter diſſeruit. *Cellerarius,* (inquit) *monaſterij eligatur de congregatione ſapiens, maturus moribus, ſobrius, non multum edax, non elatus, non turbulentus, non iniurioſus, non tardus, non prodigus, ſed timens Deum, qui omni congregationi ſit ſicut Pater, curam gerat de omnibus, ſine iuſſione Abbatis nihil faciat, quæ iubentur, cuſtodiat, &c.* Lege.

C

Benedictus Caſſinēſis Abbas.

Censvs.

D

Zacharias 1.

Cenſus Eccleſiæ.] Zacharias I. epiſtola quinta ad Bonifacium Moguntinenſem Archiepiſcopum. *De cenſu* (ait) *Eccleſiarum, id eſt, de caſſata ſolidum ſuſcipe, & nullam habeas heſitationem, dum ex eo poteris eleemoſynam tribuere, ac in Chriſto pauperes pertini, & opus perficere ſacrarum Eccleſiarum, iuxta canonum inſtituta.* Et paulò infrà: *De Sclauis* (ait) *Chriſtianorum terram inhabitantibus, ſi oporteat cenſum accipere, interrogaſti. Hoc quidem conſilio non indiget, dum rei cauſa eſt manifeſta. Si enim ſine tributo ſederint, ipſam quandoque propriam ſibi vendicabunt terram: ſi verò tributum dederint, norunt dominatorem ipſam terram habere.* Vide latiùs, Decimæ, Exactio, & alijs in locis, vbi de legitimo cenſu Eccleſiæ debito tractatur & ſequentem.

Hunc eſt, quòd ſummus Pontifex à Iudæis terram Papalē inhabitātibus, tributum recepit & cenſum.

E

¶ Cenſus an Epiſcopo ſoluendus.] Concilium Cabilonense II. ſub Carolo Magno, & Leone tertio, canone decimo ſeptimo, *Inuentum eſt, quòd in quibuſdam locis, Presbyteri duodenos, vel quatuordenos denarios, cenſum Epiſcopis annis ſingulis darent, quod penitus abolendum eſſe decreuimus.* Et Concilivm Lateranense ſub Alexandro tertio, parte prima, capite ſeptimo: *Prohibemus ne noui cenſus ab Epiſcopis vel Abbatibus aliiſue prælatis imponantur Ec-*

Cabilonenſe Concilium 2.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandr. 3.

A

cleſijs, nec veteres augeantur, nec partem redituum ſuis vſibus appropriare præſumant, ſed libertates quas ſibi maiores deſiderant conſeruari minoribus quoque ſuis bona voluntate conſeruent. Vide Immunitas, Facultates, Exactio, & Decimæ, &c.

Censvra.

Cenſuræ Eccleſiæ quæ ſint.] De his abundanter dicetur in dictione Excommunicatio, vel Abſolutio. Verumtamen ne locus vacuus remaneat, ſic de cenſuris Eccleſiaſticis ait Concilium Foroivliense ſub Carolo Magno, & Adriano primo, capite decimo ſecundo: *Canonicæ* (ait) *cenſuræ ſunt, ſcilicet, aut iuxta modum, & qualitatem culpæ excommunicatione mulctetur, aut anathematis vinculo penitus vinciatur, aut certè honoris proprij amiſſione nudatus, reus ab Eccleſiæ gremio euellatur. Hæ enim ſunt canonicæ vltrices vindictæ, à quibus nullus ſacræ legis præuaricator poterit immunis abire, niſi fortè pœnitentiæ interueniente medela, veniam meruerit adipiſci.* Vide, Excommunicatio, &c.

Concilium Foroiulienſe ſub Adriano 1.

B

Caerevs.

C

Cæreorum & candelarum vſus.] Vide non plura, Ignis, & Luminaria. Infinitis in locis, ſiue quando de Miſſæ ſacrificio agemus, ſiue quando de Eccleſiæ facultatibus & oblationibus tractabimus atque alijs in locis Luminarium, & cæreorum mentio fit, vt colligere quiſq; ex conſequenti contextu poterit. Verumtamen ſic antiquum illud Concilium Elibertinvm canone trigeſimo quarto: *Cereos* (ait) *per diem placuit in cœmeterio nō incendi. Inquietādi enim ſanctorum ſpiritus nō ſunt, quoniā hæc non obſeruauerint, arceantur ab Eccleſiæ communione.* Denique quòd antiquitus lampades & cærei in templis accendebant meminit Evsebivs Caesariensis multis in locis, & ſpecialiter libro ſexto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite ſeptimo, de Alexandro & Narciſſo loquens, circa annum Domini 213. *Accidit* (ait) *aliquando in die ſolemni vigiliarum Paſchæ, oleum deeſſe luminaribus, cumque id per miniſtros innotuiſſet mœror plebi maximus fuit. Sed Narciſſus fide fidēs, miniſtris imperat haurire aquam ſibique deferri. Cùmque detuliſſent, orauit, & benedixit aquam, & infundi luminaribus præcepit. Tum repente miro, & ſeculis inaudito genere virtutis, natura aquæ in olei pinguedinem verſa, ſplendorem luminum etiam ſolito reddidit clariorem, &c.* Et Hieronymvs Stridonensis libro contra Vigilantium hæreticum. *Cereos non clara luce accendimus ſicut fruſtra calumniaris, ſed vt noctis tenebras hoc ſolatio temperemus, & vigilemus ad lumen, ne cæci tecum dormiamus in tenebris. Quod ſi aliqui propter imperitiam & ſimplicitatem ſecularium hominum, vel certè religioſarum fœminarum, de quibus verè poſſumus dicere. Confiteor, zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam, hoc pro honore Martyrum faciunt, quid inde perdis? Cauſabantur quondam Apoſtoli, quod periret vnguentum, ſed Domini voce correpti ſunt. Neque enim Chriſtus indigebat vnguento, nec martyres lumine cæreorum, & tamen illa mulier in honore Chriſti hoc fecit, deuotióque mentis eius recipitur. Et quicunque accendunt cæreos ſecundum fidem ſuam, habent mercedem, dicente Apoſtolo,*

Concilium Elibertinum.

Euſebius Cæſarienſis

D

Hieronymus Stridonenſis.

E

Roman. 10.

Matth. 26.

Marc. 14.

Roma. 14.

vnuſquiſ

vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundat. Idololatras appellas huiuſmodi homines? Non diffiteor, omnes nos qui in Chriſto credimus de Idololatria errore veniſſe. Non enim naſcimur, ſed renaſcimur Chriſtiani. Vide Facultates Eccleſiæ, Oblatio, Ceremoniæ, & Traditio, & huiuſmodi. Vide ſequentia.

Gregorius 1. Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1. 57. Patrum.

Cæreus Paſchalis cur benedicitur.] Solemniter in vigilia Paſchæ in omnibus Eccleſijs Chriſtianorum decantatur benedictio cærei Paſchalis à GREGORIO I. edita. Verumtamen ſic Concilium TOLETANVM quartum, capite octauo: *Lucerna & cereus in Peruigilijs apud quaſdam Eccleſias non benedicuntur, & cur à nobis benedicantur inquirunt. Propter glorioſum enim noctis ipſius ſacramentum hæc ſolemniter benedicimus, vt ſacræ Reſurrectionis Chriſti myſterium, quod tempore huius noctis votiuè aduenit, benedictione ſanctificati luminis accipiamus, vtque hoc obſeruetur præcipimus. Nulli autem impunè erit, qui hæc contempſerit, ſed Patrum regulis ſubiacebit.* Vide dictione, Ignis. Porrò per cæreorum vſum vult Concilium AVGVSTENSE capite viceſimo tertio, indicari populo illű, qui lucem inhabitat inacceſſibilem, & omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat. Huius rei ſepius ex veteri lege meminit DIONYSIVS AREOPAGITA libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, & cœleſtis, atque de diuinis nominibus, vt alibi dicemus. Lege hymnum AVRELII PRVDENTII ad incenſum Cærei Paſchalis, ſic autem incipit: *Inuentor Rutili dux bone luminis, &c.*

Concilium Auguſtenſe 1. 1. Timoth. 6. Ioan. 1.

Dionyſius Areopagita.

Aurelius Prudentius. Hic vixit ſub Theodoſio ſeniore, tempore Ambroſij.

CHARACTER.

Character indelebilis.] Baptiſmi, Confirmationis, & Ordinis. Sæpius characteris fit mentio in dictione. Baptiſma. Confirmatio, & Ordo. Ideò ad illa loca lectorem remittimus, plura viſurum, ſi prolixiori dictamine delectetur. Eſt autem character vox Græca, & Latinè ſonat idem, quod ſignum vel figura. & de conſignandis Chriſtianis non ſemel ſancti Patres meminerunt, vt dictum eſt, Baptiſmus, & infrà, Confirmatio, ſed & HIERONYMVS STRIDONENSIS in caput quartum ad Epheſios, illud exponens: Nolite contriſtare Spiritum ſanctum. &c. Characteris & ſignaculi quo anima imprimitur, mentionem facit: vbi & illum Characterem indelebilem profitetur, ſicut & AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro primo, contra Creſconium Grammaticum capite trigeſimo, vt meminimus in dictione, Baptiſmus, non reiterandus, &c. ſic enim ait, *Si ab Hæreticis baptizatus eſt, neque propterea rebaptizandus eſt. Nam non immutandus vel improbandus eſt regius character in homine, ſi erroris ſui veniam, & militandi ordinem à rege impetrauerit, quia eundem characterem, quo ſibi ſatellites congregaret, deſerto infixit, aut propterea ſigna mutanda ſunt ouibus, cùm Dominico gregi ſociantur, quia eis Dominicum ſignum fugitiuus ſeruus impreſſit.* Idem ait libro primo, contra Donatiſtas, capite ſexto, vbi ſæpius characteris meminit. Et INNOCENTIVS I. epiſtola ad Decentium Eugubinum Epiſcopum, capite tertio eiuſdem indelebilis characteris meminit, & conſignationis. Vide Confirmatio. Sic & Concilium TARRACONENSE: *Viſum eſt (ait) nobis Confirmationem, ſicut & Baptiſmum, minimè iterari debere.* Quod & de tribus ſacramentis ſuprà dictis iterum confirmat Concilium TOLETANVM octauum, capite ſeptimo, vbi tractat, quod Epiſcopus conſecratus non poſſit ad nuptias tranſire, vt dicemus dictione Epiſcopus, quod & Concilium FLORENTINVM ſic affirmat, in forma data Armenis, & Græcis. *Inter hæc ſacramenta tria ſunt, Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo, quæ characterem, id eſt, ſpiritale quoddam ſignum à cæteris diſtinctiuum, imprimunt in anima indelebile: vnde in eadem perſona non iterantur. Reliqua verò 4. characterem non imprimunt, reiterationem non admittunt.* Vide Sacramenta, & Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo, vbi omnia ſuo ordine digeruntur.

Character quid

Hieronymus Stridonenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Innocentius 1.

Concilium Tarraconenſe non eſt in ordine cæterorũ.

Concilium Toletanum 8.

Concilium Florentinũ ſub Eugenio 4.

CHARITAS.

Charitas quam excellens virtus.] CLEMENS I. epiſtola prima, ad Iacobum fratrem Domini, vbi vltima Petri Apoſtoli verba recenſet, quæ fuerunt huiuſmodi: *Sanè ſicut adulterij venenum cunctis malis pernicioſius eſt, ita amor fraternus, & charitas totius boni faſtigium tenet. Et ideò diligite omnes fratres veſtros, & cum religione, & miſericordia reſpicite ad omnes, Charitatis recipiendæ, & habendæ maximum erit fomentum ſi frequenter inter voſmetipſos communem cibum veſtrum menſámque faciatis, & inquantum vnuſquiſque præualet, crebrius panes, ac ſales ſuos cum fratribus ſuis ſumat. Per hæc enim præcipuè charitas comparatur, & cauſa totius boni in huiuſmodi communione conſiſtit, vbi autem pax, & bonitas, ibi & ſalus.* Et infrà: *Fides & dilectio totius bonitatis eſt fundamentum.* Plura de charitate agit CLEMENS ALEXANDRINVS libro primo, Pædagogi, capite primo. Et ORIGENES ADAMANTIVS homilia tertia in Cantica Canticorum, dum illum exponit: Ordinate in me charitatem. *Omnes (ait) homines amant ſine dubio aliquid, & nullus eſt qui ad id ætatis venerit, vt amare iam poſſit, & non aliquid amet. Sed hic amor, vel hæc charitas in nonnullis quidem ſuo ordine, & conuenienter aptata procedit. In plurimis verò contra ordinem. Dicitur autem contra ordinem eſſe in aliquo charitas, cùm aut id diligit quod non debet: aut quod debet diligit, ſed plus iuſto diligit, aut minus iuſto. In iſto ergo inordinata eſſe charitas dicitur. In illis verò quos valdè paucos arbitror, qui ſcilicet per viam vitæ incedunt, & non declinant, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram, in ipſis ſolis ordinata eſt charitas, & ordinem ſuum tenet. Eſt autem ordo eius menſura huiuſmodi, verbi gratia: Deum diligere nullus modus, nulla menſura eſt, niſi hæc ſola, vt ei totum exhibeas quantum habes. In Chriſto enim Ieſu diligendus eſt Deus, ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus. In hoc ergo nulla menſura eſt. Diligere verò proximum, eſt menſura aliqua. Proximum (inquit) tuum dilige ſicut teipſum. Si ergo aut in Dei dilectione minus aliquid feceris, quàm potes, & quàm viribus tuis eſt, aut inter te & proximum tuum non ſeruaueris æqualitatem, ſed aliquid differentiæ. non eſt in te charitas ordinata, nec ordinem ſuum tenet.* CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro De Simplicitate Prælatorum, circa medium: *Eſſe martyr non poteſt, qui in Eccleſia non eſt: ad regnum peruenire non poterit, qui eam quæ regnatura eſt derelinquit. Pacem*

Clemens 1.

1. Corinth. 13.

Clemens Alexandrinus.

Origenes Adamantius.

Charitas vt ordinetur.

nobis Chriſtus dedit, concordes atque vnanimes eſſe præcepit, dilectionis, & charitatis fœdera incorrupta atque inuiolata ſeruare mandauit, ncbere ſe non poteſt martyrem, qui fraternam non tenuit charitatem. Docet hoc & conteſtatur Paulus Apoſtolus, dicens: Etſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum, &c. Grrgorivs Nazianzenvs oratione elegantiſſima, quæ io ordioe ſtat decima ſexta, & de Paupertate fouenda, ſeu Pauperum cura tractat: *Proinde (ait) ſi Paulo credendum eſt, imo Chriſto ipſi charitas prima, inter mandata, & maxima, tanquam caput legis & prophetarum eſt cenſenda. At huius partes potiſſimas eſſe inuenio, curam pauperum, & erga cognatos miſericordiam & compaſſionem. Nulla enim ex omnibus re Deus perinde ac miſericordia colitur, quoniam nihil aliud tam peculiare eſt Deo, quàm illa, ante quem miſericordia, & veritas gradiuntur, & apud quem miſericordia iudicio præponderat, &c.* Multa ad locum. Et Cornelivs I. epiſtola prima, De tranſlatiooe corporum Petri & Pauli. & de Nouato: *Quiſquis ſe in radice charitatis inſerit, nec à viriditate deficit, nec à fructibus maneſcit, nec amore fœcunditatis opus efficax amittit. Ipſa enim charitas exercet corda fidelium, ſenſus corroborat, vt nihil graue, nihil difficilè, ſed fiat totum dulce quod agitur, dum eius proprium ſit nutrire concordiam, ſeruare mandata, atque diſſociata coniungere, praua dirigere, & cæteras virtutes perfectionis ſuæ munimine ſolidare, &c.* Tertvllianvs Carthaginensis libro De Patientia, Chatitatem ſummum fidei ſacramentum, & Chriſtiaoi nominis theſaurum ab Apoſtolo totis Saocti ſpiritus viribus commendatam appellat: vt etiam alijs infinitis locis charitatem commendat. Sed & Marcellvs I. epiſtola ſecooda, quæ eſt ad Maxentium tyrannum: *Magiſtra bonorum omnium charitas, nil rapit extraneum, nil agit aſperum, nil confuſum, nil fastoſum nihil quod honori diuino repugnet, animæ propriæ noceat, aut proximi commodo deroget, oblita ſui, non quæ ſua ſunt, ſed quæ Dei, vel proximi quærens, nemini inuidens, omnibus conſulens, non ſæuiens, ſed compatiens, non rapiens, ſed largiens: non murmurans, ſed omnia æquanimiter tolerans. Charitas exercet corda, ſenſus corroborat, vt nihil graue, nihil difficilè, ſed totum fiat dulce quod agitur: dum eius ſit proprium nutrire pacifica, ſeruare compoſita, diſſociata coniungere, praua dirigere, & virtutes reliquas perfectionis ſuæ munimine ſolidare. Charitas nunquam excidit. Quiſquis ergo in eius ſe radice inſerit, nec à viriditate deficit, nec à fructibus maneſcit, quia amore fœcunditatis opus efficax non amittit.* Ioannes Chrysostomvs plurimis io locis, & ſpecialiter homilia decima ſexta, in Matthæum capite quinto, dum illud exponit: Qui iraſcitur fratri ſuo. &c. *Conuiciator (ait) bonum charitatis omninò corrumpit, & mille proximum inuoluit incommodis, ac ingês inimicitias frequenter operatus, & Chriſti membra diſcerpit, ac deſiderabilem Deo pacem ſingulis quibuſque diebus exagitat, ampliſſimam diabolo viam per conuicia parans, eùmque efficiens fortiorem. Propterea etiam Chriſtus, nec nos potentiæ eius excindens, induxit hanc legem. Eſt quippe illi maxima cura charitatis. Omnium enim mater bonorum, hoc certum, an diſcipulus Chriſti ſis, experimentum, & ea quæ in nobis ſint bona, cuncta complectens. Hæc eſt præcipua ex cunctis omninò virtutibus. Igitur conſequenter radices inimicitiarum, ipſoſque fontes per quos charitas necari ſolet, multa cum vehementia Chriſtus intercipit, &c.* Sed & idem homilia prima, contra Anomæos De incomprehenſibili Dei natura, in ioitio: *Noui (ait) illum ſummum amorem, noui charitatis feruorem inſuperabilem, quem penitus radice innixum viuaciſſima animo continet, & ſingulari ſtudio colit. Quippe qui certè ſciat charitatem ipſam caput eſſe bonorum omnium, & radicem, fontem, & parentem, atque ea vna abſente, cætera vobis nullum fructum adferre, nullam præſtare poſſe vtilitatem, &c.* Multa etiam dioerſis in locis de Charitatis officio agit diuinus Ambrosivs Mediolanensis libro Officiorum primo, capite ſeptimo. *Ad incertum (ait) charitatis commune plurimum proficit, ſi quis vicem amantibus reddat, nec minus redamare ſe probet, quàm ipſe amatur, idque amicitia fidelis patet exemplis. Quid enim tam populare quam gratia? quid tam inſitum naturæ, quam vt diligentem diligas, &c.* Idem in Pſalmum trigeſimum octauum. *Plus eſt diligere quam benedicere, quia maior eſt mentis dilectio, quam ſermonis gratia. Iuſtus benefacit ei cuius odijs appetitus eſt. Iuſtus orat pro calumniantibus. Bona charitas, & pietas bona, vtrumque Dei, & vtrumque eſt Deus: quia charitas eſt Deus, vt dicit Ioannes in epiſtola, &c.* Quòd charitas ſolatium ſit in aduerſis aſtruit Hieronym. Stridonensis ad calcem Epitaphij Nepotiaoi, & Avgvstinvs Hipponensis libro 3. de doctrina Chriſtiana: *Charitatem (inquit) voco motum animi ad fruendum Deo propter ſeipſum: & ſe atq; proximo propter Deum.* Et libro octageſimo tertio quæſtionum, quæſtiooe trigeſima ſexta. *Amor quo Deus & animus amatur, charitas propriè dicitur, purgatiſſima & conſummata ſi nihil aliud amatur.* Et io Tractatu de laudibus charitatis tomo oooo. *Charitas eſt vita animarum, prophetiæ, virtus, ſacramenti Salus, ſcientiæ ſolidamentum, fidei fructus, diuitiæ pauperum, vita morientium, quid tam magnanimum, quam pro impijs mori? Quid tam benignum, quam & inimicos diligere? Sola eſt quam fœlicitas aliena non premit, quia non æmulatur. Sola eſt quam fœlicitas ſua non extollit, quia non inflatur. Sola eſt quam conſcientia mala non pungit, quia non agit perperam. Inter opprobria ſecura eſt, inter odia benefica. Inter iras, placida: inter inſidias innocens, inter iniquitates gemens, in veritate reſpirans, &c.* Poſſem hîc plura charitatis ex eodem Auguſtino proferre præconia, ſed ooo patitur anguſta & ab initio repromiſſa breuitas. Ad alios tranſeamus Sixtvs III. epiſtola prima, ad Epiſcopos Orientales: *O quam bona eſt charitas quæ abſentes per imaginem, præſentes ſibimetipſis exhibet per amorem, diuiſa quoque vnit, & confuſa ordinat, inæqualia ſociat, imperfecta confirmat. Quam rectè prædicator egregius, vinculum perfectionis vocat, quoniam virtutes quidem cæteræ perfectionem generant, ſed tamen eas charitas ita ligat, vt ab amantis mente, diſſolui iam nequeant.* Eadem omoioò reperit io exilio ſimiliter exiſtens Sylverivs I. epiſtola quam ab iniuſto exilio miſit ad Amatorem Epiſcopum, qui ei triginta libras & alia munuſcula in ſubſtentationem tranſmiſerat. Concilivm Arausicanvm ſecundum, canone viceſimo quinto, qui & vltimus eſt: *Prorſus donum Dei eſt diligere Deum. Ipſe vt diligeretur dedit, qui non dilectus diligit. Diſplicentes amati ſumus, vt fieret in nobis vnde placeremus. Diffundit enim charitatem in cordibus noſtris, Spiritus Patris & Filij, quem cum Patre amamus & Filio.* Hinc Leo primus, epiſtola quadrageſima nona, quæ ad Pul-

[Margin notes, left: 1. Corinth. 13. — Gregorius Nazianzenus. — Charitatis partes. — 1. Corinth. 13. Matth. 22. Marci 12. — Cornelius 1. — Tertullianus Carthaginenſ. — Marcellus 1. — 1. Corinth. 13. — Ioannes Chryſoſtomus. Right: Ambroſius Mediolanenſis. — 1. Ioan. 4. Hieronymus Stridonenſis. — Auguſtinus Hipponenſis. Charitatis diffinitio. — Sixtus 3. — Coloſſ. 3. — Sylverius 1. — Concilium Arauſicanū 2. ſub Leone 1. — Leo 1.]

cheriam

A chertam Auguſtam: *Tunc operum Diaboli potentia deſtruuntur, cum ad Dei & proximi dilectionem hominum corda reuocantur, &c.* Vide & in dictione, Pax. Sed & multa in laudem charitatis diſſeruit

Gregorius 1.

GREGORIVS I. libro quinto Regiſtri, indictione decima quarta, epiſtola 160. quæ eſt ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum. Et epiſtola centeſima ſeptuageſima ſecunda, ad Dominicum Epiſcopum Carthaginis, atque alijs locis infinitis. Lege etiam libro viceſimo octauo Moralium, capite decimo nono. in illud Iob. 38. *Cum ponerem nubem veſtimentum eius, &c.* Et vt breui compendio concludamus, Concilium MOGVNTINVM I.

Concilium Moguntinum 1. ſub Carolo Magno. Patrũ 41. Ioan. 4. 1. Timoth. 1.

Charitas (ait) Deus eſt, vt ait Ioannes Apoſtolus: B *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Item Paulus Apoſtolus: Finis (ait) præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Charitatem ergo qui habet, omnia bona habet, quam ideò commemorauimus quia volumus, vt firmiter ab omnibus atque Catholicis obſeruetur, & conſeruetur.* Plura etiam agit de charitatis laude Concilium PARISIENSE III. libro ſecundo, capite ſexto.

Concilium Pariſienſe 3.

Perpendas (ait inter cætera) quiſque ſi in charitate manet, Deum manere in ſe, ſi charitatem non habet, non Deum ſed hoſtem animæ ſuæ habitare in ſe: cum charitate quippe cuncta bona, ſine charitate verò nulla haberi poſſunt, neque enim dignè Euangelicum hymnum Charitate carens Domino decantare valet. Si quæris, quare? Attendatur quare C *Quia non eſt bona voluntatis. Definitio quippe charitatis eſt, vt doctores noſtri tradunt bona voluntas. Ergo quicunque bonam voluntatem non habet, charitatem non habere comprobatur. Et ideò pacem qua Chriſtus eſt habere non meretur.* Vide & dictione, Amicitia, &c. & Dilectio.

Lucæ 2.

CHIROGRAPHVM.

Apparet ex actis ſeſſionis 8. generalis Concilij CONSTANTINOPOLITANI IV. quod & dictum eſt generale 8. canone octauo Photium Patriarcham Conſtantinopolitanum ſolitum fuiſſe. cùm eius vigebat hæreſis, extorquere D chirographa tum à quouis ordine clericorum, tum etiam à laicis nobilibus, & ignobilibus, vſque ad cerdones, & pelliones, & reliquam plebis fecem. Cui promittebant ſe illi adhæſuros, pugnaturóſque pro eius opinione. Ipſe propterea Photius ſolebat, alia viciſſim chirographa dare, quibus facultatem dabat, ad docendum, & diſcendum. Ex hoc improbo more arripuere anſam, & Catholici (vt vellent à pijs Sacerdotibus habere ſyngrapha) vt dicerent & docerent, eſſéntque tuti & ſecuri talibus muniti ſcripturis. Ob hoc ſancitum eſt à Patribus prædicti generalis Concilij, canone octauo, vt qui creãtur Epiſcopi, vel E Patriarchæ, Chirographa à Catalogo clericorum non expoſtulent, ſed tantùm fiant ſolemnitates de more, & vt liceat omnibus idoneis diſcere, vel docere, ſine facultata per chirographa.

Concilium Conſtantinopolitanum 4. quod dicitur generale contra Photium.

CHIRVRGIA.

Chirurgiæ ars interdicitur Eccleſiaſticis viris.] Concilium LATERANENSE generale 1215. Patrum. ſub Innocentio III. capite decimo octauo, allegatur extra Ne clerici, &c. *Nullus (ait) clericus ruptarijs, aut baliſtarijs, aut huiuſmodi viris ſanguinum præponatur. Nec illam*

Concilium Lateranẽ. ſub Innocentio 3. cui (mirabile dictum) ab omni orbis plaga interfuerũt 1215. Patres.

A *chirurgiæ artem, Subdiaconus, Diaconus, vel Sacerdos, exerceant, quæ ad vſtionem vel inciſionem inducit: nec quiſpiam purgationis aquæ feruentis, vel frigidæ, ſeu ferri candentis, ritum cuiuſlibet benedictionis, aut conſecrationis impendat, ſaluis nihilominus prohibitionibus, de monomachiis ſiue duellis,* (vide Duellum.) *antea promulgatis.* Vide Medicus, & Clericus, &c.

CHOREPISCOPVS.

Chorepiſcopi qui ſint, & eorum authoritas.] In quibuſdam Conciliorum decretis Chorepiſcopi intelligantur Archidiaconi, vel De- B cani. Ideo in huiuſmodi vocabulis vide quid dicitur (vt tamen rei veritatem serioſiùs indagemus) quid vel vnde Chorepiſcopi, vel quod eorum officium fuerit, libet inquirere. Primùm quippè omnium penè Conciliorum poſt Apoſtolos, quod eſt Concilium ANCYRANVM. canone decimo tertio, ſic de Chorepiſcopis loquitur: *Vicarijs Epiſcoporum, quos Græci * Chorepiſcopos vocant, non licere, vel Diaconos ordinare, ſed nec Preſbyteros ciuitatis, niſi cum literis ab Epiſcopo permiſſum fuerit in aliena parochia.* Idem omninò ſtatuit & Concilium ANTIOCHENVM capite octauo & Concilium NEOCÆSARIENSE capite decimo tertio: *Vicarij autem Preſbyteri non* C *poſſunt in Eccleſia præſentibus Epiſcopis offerre, nec dare panem ſanctificatum, nec calicem porrigere: verò abſentes ſi fuerint, & ad dandam orationem vocentur, ſoli dare debebunt.* Hunc canonem citat MARTINVS BRACARENSIS in collectorio ſuo capite 56. Idem Concilium conſequenter capite 14. *Chorepiſcopi ad exemplum quidem & formam ſeptuaginta videntur eſſe, vt comminiſtri autem, propter ſtudium quod erga pauperes exibent, honorentur.* Hic canon citat Concilium PARISIENSE III. libro primo, capite viceſimo ſeptimo, ſicut & ſequens Concilium ANTIOCHENVM ſub Iulio I. canone decimo. *Qui in villis (ait) & vicis* D *conſtituti ſunt Chorepiſcopi tametſi manus impoſitionem ab Epiſcopis ſuſceperunt, & vt Epiſcopi ſunt conſecrati, tamen placuit ſancta Synodo ſcire eos oportere modum proprium retinere, & gubernare adiacentes Eccleſias ſibi commiſſas, & eſſe contentos propria ſolicitudine, & gubernatione quam ſuſceperunt. Conſtituere autem his permittitur lectores, & ſubdiaconos, atque exorciſtas, quibus ſufficiat illorum tantum gradum licentiam accepiſſe non autem Preſbyterum, non Diaconum audeant ordinare, propter conſcientiam Epiſcopi ciuitatis vel Eccleſia, cui adiacens inuenitur ſeu ipſe, ſeu regio in qua præeſſe dignoſcitur. Quod ſi quis præuaricari auſus fuerit conſtituta, deponi eum, & dignitate qua præditus eſt debere priuari. Chorepiſcopus autem ab Epiſcopo ciuitatis vel loci, cui idem* E *adiacet, ordinandus eſt.* Idem repetit Concilium LAODICENVM canone quinquageſimo ſeptimo, vt dicemus dictione, Epiſcopatus, &c. ſed & Chorepiſcoporum meminit Concilium NICENVM I. ad calcem, canone octauo. quem ſequens canonem ſub Sixto III. Theodoſio, & Valentiniano Auguſtis celebratum Concilium RHEGIENSE capite 3. eadem ſtatuitque & proximè citatum Antiochenum Concilium. Hæc addens, ne vnquam in ciuitatibus niſi ſub Epiſcoporum abſentiâ Chorepiſcopi offerre præſumãt nec ordinare vel vltimum clericum, nec in eadem quidem Eccleſia quę illi cuiuſcunque miſericordia fuerit attributa, nec vlli Epiſcoporum vel ſucce-

Concilium Ancyranum.

* .i. Epiſcopos regionales ſeu rurales.

Concilium Antiochenum.

Concilium Neocæſarienſe.

Martinus Bracarenſis.

Chorepiſcopi vnde.

Concilium Pariſienſe 3.

Concilium Antiochenum ſub Iulio 1.

Concilium Laodicenum.

Concilium Nicenum 1.

Concilium Rhegienſe.

dente ætate aſſumpto aliquo in rudimentis ſuis. Hinc in aliquo quaſi pro ætatis reuerentia cedere liceat, nec vſquam ipſi quicquam de Epiſcopatibus officijs vſurpare præterquam in Eccleſia, quam cuiuſquam miſericordia fuerit adeptus, in qua ei ſolùm neophytos confirmare, & ante Presbyteros offerre conceditur. Et capite quarto, ei concedunt Patres præfati Concilij, per familias, per agros, per priuatas domos, pro deſiderio fidelium habere facultatem, benedictiones aperire, quod nonnullas iam prouincias habere occurrit. Hinc autem etiam in Eccleſiarũ plebibus, per loca magis tamen, quàm per vrbes hoc eidem viſum eſt eſſe tribuendum. In Eccleſia quoque in qua conſecratus fuerit, conſecrandi virginem ſicut confirmandi neophytum ius habebit. Et per omnia vt ſit multæ indulgentiæ teſtimonium ſemper ſe inferiorem Epiſcopo, ſuperiorem Presbytero agat. Mandatis votiſque omnium ſanctorum proſequentibus viuat in Domini timore, & Epiſcopum ſuum colat, Deo ſeruiat. Synodi circa ſe beneuolentiæ gratias agat, ſemperque indignum ſe indultis etiam negatis imparem ſe fateatur. Et licet huiuſmodi Chorepiſcopi abrogati fuerint, vt infrà dicemus, tamen etiam poſt abrogationem inuenitur conſtituiſſe de eiſdem Concilium M e l d e n s e canone quadrageſimo quarto, vbi ſuperioribus decretis ſubſcribens ait: *Chorepiſcopus modum ſuum iuxta canonicam inſtitutionem teneat, & nec ſanctum Chriſma, nec ſanctum Paracletum Spiritum, ſolus Epiſcopus iuxta decreta Innocentij tribuere debitum, tradere tentet, nec Eccleſias conſecret neque ordines Eccleſiaſticos qui per impoſitionem manus tribuuntur, id eſt, non niſi vſque ad ſubdiaconatum, & hoc iubente Epiſcopo, & in locis quibus canones deſignant, agere præſumant. Impoſitioni autem pœnitentiæ, aut pœnitentium reconciliationi, per parochiam ſecundum mandatum Epiſcopi ſui inſeruiat. Si verò ciuitatis Epiſcopus obierit, nihil ex Epiſcopali miniſterio ſpecialiter Epiſcopis debito attentet, quia ex hoc magnum ſcandalum, & diuiſionem rerum Eccleſiaſticarum, atque dilationem in canonicè ordinandis Epiſcopis, Dei Eccleſijs accidiſſe conſpeximus. Nam ſi Epiſcopus ciuitatis propter deſidiam aut ſecularem peruagationem, vel propter infirmitatem, modum ſuum Chorepiſcopis tranſcendere conſenſerit, ſententiam canonicam debet attendere, qua decretum eſt, vt qui contra dicta canonum fecerit, gradus ſui periculo ſine retractatione ſubiaceat.* Idem teuonat & Concilium M e l d e n s e ſub Arnulpho Imperatore capite quinto. Vide etiam dictione Epiſcopus, & Clericus, ſequentia.

Concilium Meldenſe.

Quæ officia Chorepiſcopis inhibeantur.

Concilium Meldẽſe ſub Imperatore Arnulpho.

Chorepiſcoporum abrogatio.] D a m a s v s primus, epiſtola quarta, quæ eſt ad Proſperum, & reliquos Numidiæ Epiſcopos. *De Chorepiſcopis, de quibus nos conſulere voluiſtis, quale ſit eorum miniſterium, aut quid eis agere liceat, aut quam authoritatem habeant, vel ſi liceat eos fieri, an non: quia audiuimus eos iam eſſe prohibitos: aut quid de his qui iam ordinati reperiuntur, agendum ſit: nihil vobis certius reſpondere videtur, quàm olim à prædeceſſoribus noſtris decretum reperimus, vt eis ad veniam nihil prorſus aliud reſeruetur, quam priuatio ſacri miniſterij quod illicitè aſſumpſerunt, quia prohibiti iam ab hac ſacra ſede, quàm à totius orbis fuerant Epiſcopis. Nimis ergo eorum inſtitutio improba, nimis eſt praua: quia vt hi de ſummo Sacerdotij miniſterio aliquid præſumant, omni authoritate caret, & ſacris canonibus inuenitur eſſe contrarium, atque ad totius Eccleſiæ perturbationem ſuperba & ſuperflua tendit elatio, & vacuum eſt, & inane, quidquid in prædicto ſacerdotij ſummo egerunt miniſterio. Quod ipſi idem ſint (vt ſuperius dictum ex Neocæſarienſi Concilio) qui & Presbyteri ſufficienter inueniuntur, quia ad formam & exemplum ſeptuaginta inueniuntur primum inſtituti. Sed quia (Deo gratias) modo neceſſarij, ſicut in primitiua Eccleſia, propter ſtudium quod erga parentes exigebant, non ſunt, & quia illicita præſumebant, & quod agebant, actum non erat. & propterea multi, in ſecuritatem lapſi Eccleſiaſtico fundabantur, & fruſtrabantur miniſterio. Ideò iam ab hac ſancta ſede vt ſuperiùs memorauimus, quàm ab omnibus totius orbis Epiſcopis, à Pontificalibus ſunt remoti officijs. Nam vt nobis relatum eſt, quidam Epiſcoporum propter ſuam quietem, eis plebes ſuas committere non formidant, & vt illicita atque prohibita agant, iidem ea quæ ſolis Pontificibus debentur, ſibi vſurpant, & ipſi in ſua quiete torpent, & curam ſibi à Deo commiſſam negligunt. Pro talibus verò negligitur cura Eccleſiæ, & eius ſtatus perturbatur: & ideò ſunt prohibiti intantum, vt ſi aliqui ex his reperti fuerint, à proprio decidant gradu. Illi námque Epiſcopi, qui talia ſibi præſumunt, videntur mihi eſſe meretricibus ſimiles, quæ ſtatim vt pariunt, infantes ſuos alijs nutricibus tradunt educandos, vt ſuas libidines expleant. Sic & iſti infantes ſuos, id eſt, populos ſibi commiſſos alijs educandos tradunt, vt ſuas libidines expleant, id eſt, vt pro ſuo libitu ſecularibus curis inhient, & quod vnicuique viſum fuerit, liberiùs agant. Pro talibus enim alia negliguntur, oues pereunt, morbi creſcunt, hæreſes, & ſchiſmata prodeunt, Eccleſiæ deſtruuntur, Sacerdotes vitiantur, & reliqua mala proueniunt.* Et poſtquam illorum officium & ordinem nullum eſſe firmauit teſtimonio ſcripturarum, prææallegatos canones præcedentium Conciliorum ſic exponit: *Sicut in lege veteri, ſoli Moſes & Aaron ſummi Sacerdotes, cæteros vngebant, & conſecrabant, & omnia quæ ad Sacerdotium ſpectabant, implebant: ſic & Epiſcopi quorum figuram Moſes & Aaron tenuerunt, ſummi ſunt Sacerdotes, & illi qui ſeptuaginta Diſcipulorum formam geſtant, in quorum typo filij Aaron erant, nihil præſumere debent, ſicut nec illi quicquam de ſummi ſacerdotij miniſterio attingebant. Nam quod Chorepiſcopi antequam præfato prohiberentur tenore, ad formam ſeptuaginta inſtituti erant. Canon ſuprà memoratus Neocæſarienſis Concilij ſufficienter manifeſtat. Nec illud prætereundum nobis videtur, quod in alio Concilio Antiocheno ſupra memorato expreſſum eſt. Qui in vicis & poſſeſſionibus Chorepiſcopi nominantur quamuis manus impoſitionem Epiſcoporum perceperint. Nec ab re dictum perpendo, quamuis manus impoſitionem Epiſcoporum perceperint, cùm Epiſcoporum nomen pluralem in ſe contineat numerum, & apud grammaticos pluralis ſit genitiuus. Videtur enim mihi quod tunc non ab vno, ſed à pluribus ordinabantur, quia nullatenus diceret Epiſcoporum, ſi ab vno fieret talium ordinatio, cùm Epiſcoporum pluraliter dictum ſit. Cùm autem dicis Chorepiſcopum, profectò villanum volui intelligi Epiſcopum. Et ſi villanus, quid agit in ciuitate, cum in vna ciuitate duo omninò prohibeantur eſſe Epiſcopi. Et ſi in villa, & in eo loco, vbi anteà Epiſcopi non fuerunt, cùm & in modica ciuitate, vel in villa, aut caſtello Epiſcopus fieri prohibeatur.* (vide Epiſeopatus.) *& in omnibus omninò locis vbi anteà Epiſcopi non fuerint, ne viloſcat authoritas, & nomen Epiſcopi, fuerint conſtituti, quid rogo erunt?*

Damaſus I.

Quàm pulchrè noſtra depingit tempora!

A *Ecce nec locus cum ordinatione concordat, nec ordinatio cum loco. Quoniam ſi Epiſcoporum manus impoſitionem perceperunt, & vt Epiſcopi ſunt conſecrati, vbi ſunt conſecrati? Ad villam, quia χώρα, villa eſt apud Græcos. Et qualiter ad villam ſi nec in caſtello, aut in modica ciuitate licet fieri, rogo vt promatis. Et ſi promere non poteſtis, quia ſcio per rationem aut plenam authoritatem minimè poteſtis, digitum ori imponite, & eos omni authoritate carere non dubitate, ſcilicet quia tria obſtant quibus eorum caſſatur actio & inſtitutio: Vnum quòd ab vno Epiſcopo ordinari ſolent, in quo eorum ordinatio à canonibus diſcordat, qui per manus Epiſcoporum eos inſtitui iubent. Aliud, ſi à pluribus Epiſcopis ſunt ordinati, & aut in villa,* B *aut in caſtello, ſeu in modica ciuitate, aut omninò non in eo loco præfixi, quo iuſtè Epiſcopi fieri debent, aut dudum non fuerunt, vbi vileſcat authoritas & nomen Epiſcopi, aut ſi in ciuitate cum altero Epiſcopo, cùm (vt prædictum eſt) in vna ciuitate duo non debeant conſiſtere Epiſcopi. Tertium, ſi abſolutè fuerint inſtituti, ſicut de quibuſdam audiuimus, quæ omnia Epiſcopali omninò carent authoritate. Et illud adhuc reſtat, quòd eorum ordo non habet in diuinis literis authoritatē, quia ordines ſunt duo tantùm in Eccleſia primi, id eſt, Apoſtolorum, & ſeptuaginta Diſcipulorum: nullus autem ex ſeptuaginta Diſcipulis, quorum ſpeciem iſti, antequam prohiberentur, in Eccleſia gerebant, nihil de hoc quod Apoſtolis eorúmque* C *ſucceſſoribus ſpecialiter debebatur, legitur aſſumpſiſſe.*

Chorepiſcoporum ordo nō habet in diuinis literis authoritatem.

Et quibuſdam interpoſitis, eiuſmodi non debere, nec dicere, vt Sacerdotes conſecrent, nec Diaconos, nec Eccleſias dedicent, perhibet: nec ſacramentum Confirmationis conferant, nec pœnitentem reconcilient, nec prædicent, aut cætera expleant officia, quæ ſolis Pontificibus debentur. Nihil aliud in tota epiſtola quæ prolixa eſt, agit, quàm inuehere in tales Chorepiſcopos, ſed omnia ad ea referuntur, quæ ſuperius retulimus. Eadem omnia & ſimilia verba repetit & inſerit L E O I. epiſtola octageſima ſexta, quæ eſt ad vniuerſos Germaniæ atque Galliæ Epiſcopos: vbi D etiam aſtruit nihil aliud per Chorepiſcopos ſignari quàm Presbyteros, quibus vltra præcedentia inhibet ſacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti conficere, nec populum docere, præſente Epiſcopo, niſi ipſe iubeat. Eadem etiam confirmat G E L A S I V S I. epiſtola prima, quæ eſt ad Epiſcopos Lucaniæ Brutiorum, & Siciliæ, capite octauo. & allegatur à Gratiano, diſtinctione nonageſima quinta, capite Presbyteros. De Chorepiſcopis etiam facit mentionem I O A N N E S III. epiſtola vnica ad Germanos, & Gallos, & approbat prædictam Damaſi, & Leonis ſententiam, omninóque huiuſmodi officium cenſet abrogandum, eò quòd tunc temporis Chorepiſcopi nimium ſibi authoritatis aſſumerent, in impoſitione manuum, quod ſolùm Pontificibus debe- E tur (vt alibi ſuo dicemus loco) & reliquis myſterijs diuinis tradendis, & fermè eadem verba depromit quæ ſuperiùs Damaſus, ita vt non ſit diuerſus verborum ſenſus. Specialiter autem exemplum adfert (vt oſtendat Chorepiſcopos ad ſimilitudinem ſeptuaginta Diſcipulorum, non æqualis fuiſſe poteſtatis, nec eſſe debere) de Petro: *Qui adiutores ſibi* (ait) *aſciuit Linum & Cletum, non tamen poteſtatem Pontificiam aut ligandi aut ſoluendi eis normam tradidit, ſed ſucceſſori ſuo ſancto Clementi, qui ſedem Apoſtolicam poſt eum, & poteſtatem pontificalem tradente ſibi beato Petro tenere promeruit. Linus verò & Cletus miniſtrabat exteriora. Princeps autem Apoſtolorum Petrus verbo, & orationi inſiſtebat, quæ non incongruè ad traditionem Spiritus ſancti per manus impoſitionem pertinent.* Hæc allegantur à Gratiano, cauſa octaua, quæſtione prima, capite Si autem. Eiſdem etiam Chorepiſcopis, & Presbyteris aufert Concilium H I S P A L E N S E ſecundum, capite ſeptimo, poteſtatem conſecrandi altaria, virgines, Diacones, Presbyteros, & Chriſma conficiendi, & confirmandi, &c. Cætera omnia præficiendi, quæ ſuperiùs memorata ſunt. Vide Epiſcopus, Presbyter, Archidiaconus, Decanus, & eiuſmodi dictiones, quæ affines ſunt B huic.

Leo I.

Gelaſius.

Ioannes 3.

Creditur tamen, quod poſt obitum Petri electione facta primus Linum, deinde Cletum, & poſtea Clemens Pontifex creatus eſt.

Concilium Hiſpalenſe 2.

C H O R V S.

Choriſtæ pueri.] Vide dictione, Lector, & Officium diuinum, atque Cantus, & Cantor, & Hymnus, & Hora, &c.

C H R I S M A.

Chriſmatis conficiendi, & benedicendi antiquus ritus.] Hic non liberè poſſum C præſtare quod opto, quandoquidem in vocabulis Baptiſmus, & Confirmatio, omnia penè inſeruntur quæ poſſent hîc de Chriſmate dici nec licet hinc eruere, vt hîc inſerantur, niſi velimus confuſam remanere ordinis rationem. Itaque paucis hîc recenſitis, plura præallegatis vocabulis relinquimus obſeruanda. Confectionis itaque atque benedictionis Chriſmatis, ſolemniter meminit C L E M E N S I. libro ſeptimo Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite quadrageſimo ſecundo: *Benedicitur* (ait) *hoc oleum à Sacerdote, in remiſſionem peccatorum, & præpa-* D *rationem Baptiſmi. Inuocat enim hoc modo, ingenitum Patrem Chriſti Deum, regem omnis ſenſitiuæ, & intellectualis creaturæ, vt ſanctificet oleum, in nomine Domini Ieſu, & det gratiam ſpiritualem, & remiſſionem peccatorum, & præparationem confeſſionis Baptiſmi, vt qui vngitur liberatus omni impietate, dignus fiat initiatione, ſecundum mandatum vnigeniti, &c.* Meminit item, & Matthæo Apoſtolo diſponente, benedictionis olei, libro octauo, capite trigeſimo quinto, vt habes dictione, Aqua Benedicta. Lege etiam dictione, Vnctio. Meminit & Chriſmatis confectione A B D I A S B A B Y L O N I V S libro quinto, Certaminis Apoſtolici, quando Ioannis Euangeliſtæ geſta deſcribit. Meminit D I O N Y S I V S E A R E O P A G I T A libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ parte ſecunda, capitis ſecundi, dum de Baptiſmo loquitur, vt habes dictione Baptiſmus. Parte autem ſecunda, capitis quarti, ſic Chriſmatis conficiendi ritum perſtringit. *Iuxta eundem ſynaxis modum* (ait) (vide & Miſſa, & Communio) *eorum qui nec dum initiati ſunt abſoluuntur ordines, vbi ſcilicet, præceſſit Pontificis, circum omnis fani ambitum, redolens thure profectio, pſalmorumque modulatio, & lectio ſcripturarum diuinarum. Sumptum deinde vnguentum Pontifex ſacris imponit altaribus, duodecim ſacris alis circumtectum reſonantibus omnibus voce ſanctiſſima melos ſacrū quod diuinitus afflatæ Prophetæ dixerunt.*

Hic confundatur Caluinus, qui ſacrū chriſma vetuſtiſſima traditione probatū, tempus rancidum vocat oleum. Clemens I.

Abdias Babylonius.

Dionyſius Areopagita.

Completáque oratione ſuper eo ſolemni in ſanctiſſimis eorum, quæ ſacrantur conſummationibus, eo vitus ad omnem ferme ſacerdotalis officij functionem. Tum hæc ſequenti capite myſticis ſenſibus exponit: vbi & myſterium conſecrationis vnguenti, ſuos præceptores fatetur, æquali ordine atque officio, ſacto ſyntaxeos coniunxiſſe myſterio: eiſdem imaginibus, vt plurimùm, & diſtinctionibus myſticis, & eloquijs ſubnixum ſacris. Nam ſicut in Miſſæ ritu dicemus, Catechumeni, Pœnitentes, & Euergumeni arcentur, dum hæc celebratur confectio, & omnino mundi, & caſti permittuntur intereſſe.

Compoſitio Chriſmatis.

Conficitur autem hoc vnguentum (ait) *& componitur collectione quadam ſpirantium ſuauiter materiarum, habente in ſe affatim odoratas qualitates, cuius qui participes ſunt, pro quantitate eius* (*quæ in illis ſit*) *fragrantis participationis odoris ſuauitate replentur. Ipſa itaque vnguenti compoſitio myſtica, ipſum nobis pingit Ieſum, participalem, ſcilicet, diuinorum odorum opulentiam, ſacris proportionibus in anguſtiſſima quæque ſpiritualium, diuinos vapores immittentem, in quibus ſpiritus ſuauiter affecti, ſacriſque præceptionibus pleni, ſpirituali vtuntur alimonia, odoratis diſtributionibus ad ipſorum intellectuale diuina participatione ſubeuntibus.* Et paulò pòſt neceſſariam eſſe baptizandis Chriſmatis vnctionem cum impreſſione crucis, ſic oſtendit:

Crucis impreſſio cum Chriſmate, vide lector, quam antiqua traditio.

Et quod præterea diuinum eſt, ad omnis ſacra res conſecrationem vtitur vnguento diuino, apertè indicans ſanctificantem eum, qui ſanctificatur, iuxta ſcripturæ teſtimonium, vt qui ſemper ſibi ipſi ſimilis, atque idem ſit, in omni diuinæ benignitatis operatione, idcircò & ſacra regenerationis perficiens donum & gratia, vnguenti ſacratiſſima conſummatione perficitur. Vnde (*vt reor*) *purganti quoque Baptiſmo vnguentum iactibus in crucem formatis infundens Pontifex, palàm ſpeculationis oculos indicat, ad ipſam vſque mortem per crucem Ieſum, pro diuina generatione noſtra, ſacro ipſo, & qui teneri à morte non poſſet, deſcenſu, inferna penetrantem, eóſque qui in morte ipſius* (*iuxta arcanum eloquium baptizati eſſent*) *ex antiqua abſorptione corrumpentis mortis benigniſſime auellentem atque renouantem, ad diuinam, perpetuámque ſubſtantiam. Sed & ipſi qui ſacratiſſimo regenerationis myſterio conſeratur, aduentum Sancti ſpiritus conſummans inunctio largitur vnguenti, ſubſignificante* (*quantum arbitror*) *ſacra deſcriptione ſignorum ab ipſo, qui propter nos in aſſumpta carne, diuino ſpiritu ſanctificatus eſt, immutabili ſubſtantialis Deitatis habitu Sanctiſſimum ſpiritum dari, &c.*

Iuſtinus Martyr.

Porrò ſacri huius Chriſmatis meminit IVSTINVS MARTYR quæſtione decima quarta, ad Orthodoxos: nam & ſanctum illud vnguentum appellat.

Tertullianus Carthaginenſ.

Eiuſdem meminit & TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de Baptiſmo: *Egreſſi* (inquit) *de lauacro, perungimur benedicta vnctione de priſtina diſciplina, qua vngi oleo de cornu in Sacerdotio ſolebant, &c.* Vide Baptiſmus,

Cyprianus Carthaginenſ.

& CYPRIANVS CARTHAGINENSIS ſermone de vnctione Chriſmatis, & alijs ſacramentis: *Nihil* (ait) *hoc oleum commune habet cum liquoribus, qui ex quorumdam fructuum pinguedine exprimuntur, nec vis eius eſt ex craßitudine penetratiua, quæ ſecundum quaſdam naturales rationes emollit, & temperat ſpiſſamenta humorum, quos ſolet intrinſecus aſtringere ſiccitas aliqua, vel corruptio conglobare. Non hæc medendis corporibus eſt vnctio inſtituta, quia ſanctificatis elementis, iam non propria natura præbet effectum, ſed virtus diuina potentius operatur, ſed adeſt veritas ſigno, & virtus ſacramento, vt & ipſis rerum efficientijs gratia dignitas pateat, & interiori homini quanta ex his detur authoritas, deformi conuerſatione, & cæleſtibus moribus innoteſcat. Hoc oleo antiquitus Sacerdotes ſacrabantur, & reges: & ipſi altarium lapides delibuti, ſpiritualem intelligi volebant ſacris myſterijs ineſſe pinguedinem, &c.*

Cyrillus Hieroſolymitanus.

CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Catecheſi myſtagogica 3. de Chriſmate: *Nobis* (ait) *poſtquam ex aquis ſacri lauacri aſcendimus, datum eſt Chriſma quod imaginem gerit illius: quo vnctus eſt Chriſtus, &c. Ille ſpirituali oleo exultationis vnctus eſt, hoc eſt, Spiritu ſancto, qui idcircò oleum exultationis vocatur, quia eſt author & cauſa exultationis: vos verò vncti eſtis vnguento, facti participes, & conſortes Chriſti. Cæterùm vide, ne illud eſſe putes vnguentum tantùm.*

Lege Caluin.

Quemadmodum enim panis Euchariſtiæ, poſt Sancti ſpiritus inuocationem non amplius eſt panis communis, ſed eſt corpus Chriſti: ſic & ſanctum hoc vnguentum non amplius eſt vnguentum nudum, neque (*ſi quis ita appellare malit*) *commune poſtquam iam conſecratum eſt, ſed eſt Chriſma Chriſti, quod aduentu Spiritus ſancti energiam habet, quo frons, & alij ſenſus corporis tui, ſymbolicè inunguntur, & corpus quidem iſto viſibili vnguento perungitur, anima verò ſancto viuificóque ſanctificatur. Ac primùm quidem frons eliniuntur, vt eum abſtergat à vobis pudorem, quem primus homo tranſgreſſor perpetuo circumferebat, ſimúlque efficeat, vt poſſitis vultu non velato gloriam Domini intueri. Deinde verò aures vnguntur; vt ad audiendum diuina myſteria aures accipiatis, &c.*

Optatus Mileuitanus.

Sacri præterea Chriſmatis inſigne recenſet miraculum OPTATVS MILEVITANVS libro 2. de Schiſmate Donatiſtarum. *Iuſſerunt* (ait) *hæretici Euchariſtiam canibus fundi, non ſine ſigno diuini iudicij. Nam idem canes accenſi rabie, ipſos dominos ſuos quaſi latrones, ſancti corporis reos, dente vindice, tanquam ignotos, & inimicos laniauerunt. Ampullam quoque Chriſmatis per feneſtram, vt frangerent, iactauerunt. Et cùm caſum adiuuaret abiectio, non defuit manus Angelica, quæ ampullam ſpiritali ſubuectione deduceret, proiecta caſum ſentire non potuit, &c.*

Vide inſigne prodigium. Eu ſi nó hodie ſimilia perpetrant Caluiniſtæ?

Ambroſius Mediolanenſis.

Chriſmatis etiam infinitis in locis meminit AMBROSIVS MEDIOLANENSIS, & ſpecialiter libro de his qui initiantur, capite 4. & 5. & libro 1. de ſacramentis, cap. 5. & reliquis: vt in dictione, Baptiſmo, dictum.

Baſilius Magnus.

Et BASILIVS MAGNVS libro de Spiritu ſancto, cap. 27. *Benedicimus* (ait) *aquam baptiſmatis, & oleum vnctionis, inſupérque ipſum qui baptizatur. Ex quibus ſcriptis, nónne a tacita & arcana traditione? Ipſam verò olei illicitationem, quã doctrina ſacra docuit, &c.* Multa vide Baptiſmus. Cæremoniæ, & Traditio.

Hieronymus Stridonenſis.

Meminit & Chriſmatis HIERONIMVS STRIDONENSIS in Dialogo contra Luciferianos. *Sine Chriſmate* (inquit) *& Epiſcopi iuſſione, neque Presbyter, neque Diaconus, ius habet baptizandi, &c.* Vide Baptiſmus.

Auguſtinus Hipponenſis.

Etiam & meminit AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro decimo quinto, de Trinitate, capite decimo ſexto. *Scriptum eſt* (ait) *in Actibus Apoſtolorum: Quoniam vnxit eum Dominus ſpiritu. Non vtique oleo viſibili ſed dono gratiæ, quod viſibili ſignificatur vnguento, quo baptizatos vngit Eccleſia, &c.* Et libro de Eccleſiaſticis dogmatibus capite quinquageſimo primo. *Paruuli iuxta morem Baptizandi, manus impoſitionem, & Chriſmate communiti, Euchariſtiæ myſterijs committantur, &c.* Lege ſuperiùs dictione, Baptiſmus: Et infrà, Confirmatio & vnctio. vide ſequentia.

Fabianus 1.

A Chriſma quo empore conficiatur & debeat à Pontifice peti.] FABIANVS I. epiſtola 2. ad omnes Orientales Epiſcopos, allegatur à Gratiano de conſecratione diſtinct. 3. capite litteris veſtris. *Litteris veſtris inter cætera inſertum inuenimus, quoſdam regionis veſtræ Epiſcopos à veſtro noſtroque ordine diſcrepare, & non per ſingulos annos in cœna Domini chriſma conficere, ſed duos aut tres annos, confectionem ſancti chriſmatis, ſemel actam conſeruare. Dicunt enim, vt in memoratis apicibus reperimus, nec balſamum per ſingulos annos poſſe reperiri: nec neceſſe fore per ſingulos annos chriſma conficere, ſed dum vna confectio chriſmatis abundat, aliam fieri neceſſe non habere. Errant enim qui talia excogitant,*

Chriſma Balſamo conficiendum ſingulis annis.

B *& mente veſana potiùs, quam recta ſentientes, hæc dicunt. In illa enim die, Dominus Ieſus poſtquam cœnauit cum diſcipulis ſuis, & lauit eorum pedes (ſicut à ſanctis Apoſtolis prædeceſſores noſtri acceperunt nobiſque reliquerunt) chriſma conficere docuit. Ipſa enim lauatio pedum, noſtrum ſignificat Baptiſmum, quando ſacri chriſmatis vnctione perficitur atque confirmatur. Nam ſicut ipſius diei ſolennitas per ſingulos annos eſt celebranda, ita ipſius ſancti chriſmatis confectio, per ſingulos annos eſt agenda, & de anno in annum renouanda, & fidelibus tradenda, quia nouum ſacramentum eſt per ſingulos annos & iam dicto die innouandum, & vetus in ſanctis Eccleſiis cremandum. Iſta à ſanctis Apoſtolis & ſucceſſoribus eorum accepimus,*

Quid de veteri Chriſmate expleto anno agendum.

C *vobiſque tenenda mandamus. Hæc ſancta Romana Eccleſia & Antiochena à tempore Apoſtolorum cuſtodit. Hæc Hieroſolymorum & Epheſiorum tenet, in quibus Apoſtoli præſidentes hæc docuerunt, & vetus chriſma incendi & non ampliùs quàm vno anno vti permiſerunt, atque deinceps nouo frui, & non veteri, iubentes docuerunt. Si quis ergo his obuiare tentauerit, ianuam ſibi per vos & per omnes rectè intelligentes indulgentiæ aditum, intelligat obſeratum, quia prauiſſimarum mentium peruerſa doctrina dum indulgentiis frenis vtitur, in præuaricationem præſumptionis delabitur, & nullatenus eruitur, niſi prudentium ſuſtentatione & correctione liberetur.* Et Concilium VALENTINVM GALLIAE I. vt citat Gratianus

Concilium Valentinum 1. Galliæ ſub Damaſo 1.

D de conſecratione diſtinctione 4. capite. Presbyteri qui, Inuenio tamen eſſe decretum Concilij CARTHAGINENSIS IV. cano. 30. vt adhuc ab eodem Gratiano allegatur diſtinctione 95. cap. presbyteri: poteſt tamen fieri, quòd repetitum ſit in vno concilio, quod ab altero fuerat conſtitutum. Sic igitur habet. *Presbyteri qui diœceſanas Eccleſias regunt, non à quibuſlibet Epiſcopis, ſed à ſuo, non per iuniorem, clericum, ſed per ſeipſos aut per illum qui eiuſdem ordinis ſit, antè Paſchæ ſolemnitatem chriſma petant.* Idem omnino Concilium TOLETANVM I. canone 20. vbi ſimiliter præcipitur quod priùs Syluester iuſſit, ne presbyteri

Concilium Carthaginenſe 4. ſub Syricio, cui interfuit Auguſtinus.

Concilium Toletanum 1.

E chriſma conficerent, (vide mox) licet abſente Epiſcopo permittantur ebriſmare, aut eius iuſſu. Diaconi vero numquam, & ſubdit: *Huiuſmodi conſtitutionem meminerit ſemper Archidiaconus, vel præſentibus vel abſentibus Epiſcopis ſuggerendam, vt eam & Epiſcopi cuſtodiant, & presbyteri non relinquant, &c.* His ſubſcribit Concilium VASENSE I. canone 3. ſub Leone 1. *Chriſma* (ait) *in medio quadrageſimæ presbyteri debent petere, & reuerenter cum chriſmario & linteo, ſicut reliquiæ ſanctorum, deportari debet.* Idem Concilium ANTISSIODORENSE I. canone 6. ſub Deuſdedit Papa. Et præallegatum vaſenſem canonem etiam allegat Concilium VORMATIENSE capite 60. Hinc & Coocilium FRANCICVM

Concilium Vaſenſe 1. ſub Leone 1.

Concilium Antiſſiodorenſe 1.
Concilium Vormatienſe 1.
Concilium Francicum, in Francia celebratum.

A ideſt, in Francia celebratum ſub Carolomano Principe, & Bonifacio primo Archiepiſcopo Moguntino & martyre legato Zachariæ Papæ *In cœna* (ait) *Domini ſemper nouum chriſma presbyter ab Epiſcopo quærat, vt Epiſcopus teſtis aſſiſtat caſtitatis, & vitæ, & fidei, & doctrinæ illius.* Idem omnino Concilium SVESSIONENSE apud quintum, Medardum ſub duce Francorum Pipino, & Childerico rege. Eiuſdem eſt ſententiæ & Concilium AQVISGRANENSE II. capite octauo, capituli ſecundi. *Statuimus, vt ſemel in anno, id eſt, in quinta feria, quæ eſt in cœna Domini, vnctio olei ſancti, in quo ſaluatio infirmorum creditur, per omnes ciuitates ab Epiſcopis non negli-*

Concilium Sueſſionenſe, id eſt, apud S. Medardum prope Sueſſionē ſub Pipino Duce.

B *gatur, ſicut nunc vſque neglecta eſt, ſed omni deuotione iuxta traditionem Apoſtolicam, ac ſtatuta decretalium, in quibus de eadem re præcipitur, peragatur.* Sed & Concilium MELDENSE capite 46. prohibet, vt nemo ſacrum chriſma niſi in 5. feria maioris ſeptimanæ. id eſt. in cœna, quæ ſpecialiter appellatur Dominica, conficere præſumant, &c. Vide quòd ſequitur.

Concilium Meldenſe.

Chriſma conficere ad quem ſpectat.] DIONYSIVS AREOPAGITA libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ parte primæ capitis 5. *Lex diuina Pontificalium ordinationum ſanctimoniam, & diuini confectionem vnguenti, ſacramque altaris conſecrationem, reuerendiſſimorum Pontificum*

Dionyſius Areopagita.

C *officiis, atque virtutibus, æterna ſorte diſtribuit, &c.* Hinc & in Concilio ROMANO capite quinto, actionis primæ, conſtituit clara voce Syluester Epiſcopus vrbis Romæ, vt nemo presbyter chriſma conficeret, dicens, quoniam Chriſtus à chriſmate vocabitur. Idem omnino ne diutius in re eadem referenda immoremur, ſtatuit Concilium CARTHAGINENSE II. capite tertio & allegatur à Gratiano cauſa 26. quæſtion. ſexta. capite ſi iubet ſanctitas. Idem & Concilium HIPPONENSE capite 36. & Concilium CARTHAGINENSE III. canone 36. & allegatur à Gratiano cauſa 16. quæſt. 6. capite presbyter. Idem etiam Concilium TOLETANVM I. cano. 20. vt

Concilium Romanum ſub Syluestro.

Concilium Carthagin. 2.

Concilium Carthaginenſe 3.

Concilium Toletanum 1.

D initio huius paginæ allegauimus, quod confirmat poſtea & præcipit Concilium BRACARENSE I. canone 37. *Placuit vt ſi quis presbyter auſus fuerit chriſma benedicere, aut Eccleſiam aut altare conſecrare, à ſuo officio deponatur.* Nam & antiqui hoc canones vetuerunt, vt habes in dictione, chorepiſcopus & presbyter. Hoc allegat & MARTINVS BRACARENSIS in collectorio ſuo cap. 52 & allegatur à Gratiano de conſecratione diſtinct. 4. capite. Omni tempore. Vbi etiam Epiſcopo licere dicit chriſma conficere, & per ſuas diœceſes deſtinare, vt alibi dictum eſt Et in Concilio VORMATIENSI canone 2. *Chriſma* (ait) *conficere nul-*

Concilium Bracarenſe.

Martinus Bracarenſis.

Concilium Vormatienſe.

E *lus præter Epiſcopum præſumat. Nam illi ſoli hæc dignitas conceſſa eſt.* Vide præcedentia & ſequentia.

Chriſma non preci[o] æſtimetur.] Concilium BRACARENSE II. canone 4. *Placuit, vt modicum balſami, quod benedictum pro Baptiſmi ſacramento per Eccleſias datur, quia à ſingulis tremiſſes pro ipſo exigi ſolent, nihil vlterius exigatur, ne fortè quod pro ſalute animarum, per inuocationem ſancti Spiritus conſecratur, ſicut Simon Magus donum Dei pecunia voluit emere, ita nos venundare damnabiliter videamur, &c.* Hinc & Concilium COLONIENSE II. ſub Carolo Magno & Leone 3. canone 16. *Quidam fratres dixerunt conſuetudinis antiquæ fuiſſe in eorum Eccleſiis, vt pro balſamo emendo ad Chriſma faciendum ſatis pro luminaribus Eccleſiæ concinnat-*

Concilium Bracarenſe 2.

Actuum 1.

Concilium Colonienſe 2.

dis, binos vel quaternos denarios preſbyteri darent. Vnde omnes vno conſenſu ſtatuimus, vt ſicut pro dedicandis Baſilicis, & dandis ordinibus, nihil accipiendum eſt, ita etiam pro balſamo, ſiue luminaribus emendis, nihil preſbyteris, chriſma accepturi, dent. Epiſcopi itaque de facultatibus Eccleſiæ balſamum emant, luminaria ſinguli in Eccleſiis ſuis concinnanda prouideant. Hoc decretum allegat Burchardus libro 4. decretorum cap. 93 & Gratianus cauſa 1. quæſtione 4. capite ſtatuimus. Renouauit autem illud & EVGENIVS II. cap. 11. ſuorum decretorum. Idem & Concilium AQVISGRANENSE II. capite quinto, Et Concilium MELDENSE canone 5. præcipit Idem, & addit: *Decet preſbyteros cum voluntarias eulogias, tempore congruo viſitare, & venerari ſuos Epiſcopos. Pro chriſmate autem ſacro prohibemus, ne miniſter Eccleſiaſticus aliquid muneris accipiat, vel denarios, vel qualibet munuſcula, quæ per miniſtros Epiſcoporum à preſbyteris inordinabiliter exiguntur,* Idem omnino Concilium LATERANENSE ſub Alexandro 3. parte 2. capite 10. Vide Simonia. & ſacramenta. &c.

Eugenius 2.
Concilium Aquiſgranenſe 2.
Concilium Meldenſe.
Concilium Lateranen. ſub Alexandro 3.

Chriſmatis aſſeruatio.] Quandoquidem de anno in annum præcipitur chriſma conſeruari rectè eius aſſeruatio colligitur, licet ilia rumpantur Caluino, qui rancidum oleum calumniatur, quod nec ſine authoritate reliquimus probatum. Sic quippe Concilium ARELATENSE IV. ſub Carolo Magno, & Leone 3. canone 18. *Statuimus vt preſbyteri ſub ſigillo cuſtodiant chriſma, & nulli ſub prætextu medicinæ, vel cuiuſlibet rei donare præſumant. Genus enim ſacramenti eſt, & non ab aliis, niſi à ſacerdotibus contingi debet, quod ſi fecerint, honore priuentur.* Et TVRONENSE Concilium 3. ſub eodem principe, canone 10. *Preſbyteris iniungendum eſt, ne ſacrum chriſma foras conclaue dimittant, vbi à quolibet attingi poſſit. Nam criminoſos eoſdem chriſmate vnctos aut potatos, nequaquam vllo examine deprehendi poſſe, à multis putatur.* Idem Concilium MOGVNTINVM I. ſub eodem principe capite 27. Idem Concilium METENSE ſub Arnulpho Imperatore capite 3. Idem & Concilium LATERANENSE celeberrimum ſub Innocentio 3. capite 20. vt infrà videre eſt. Euchariſtiæ aſſeruatio, &c. Plura vide in præcedentibus: & dictione, confirmatio & vnctio, &c.

Concilium Arelatenſe 4 ſub Carolo Magno.
Concilium Turonenſe 3.
Concilium Moguntinum 1.
Concilium Metenſe 1.
Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3.

CHRISTIANVS.

Chriſtiani laus & officium.] CLEMENS I. libro 2. conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 49. *Præclara Chriſtiani laus eſt, cum nullo habere negotium. Quod ſi ex aliqua vexatione lis alicui oriatur, curet vt ea tranſigatur, etiam ſi detrimentum pati debeat.* Et iterum cap. 50. *Opta potius detrimentum pati, & his quæ ad pacem pertinent intende, non ſolum erga fratres, ſed etiam erga infideles. Nam ſi in commodis vitæ iacturam pateris in his quæ ad Deum pertinent damni nihil facis, cum pius ſis, & ſecundum Chriſti mandatum viuas, &c.* De officio Chriſtiani IVSTINVS MARTYR epiſtola ad Zenam & Serenum fratres, & aliis in locis copioſiſſimè tractat. Similiter & TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS locis innumeris. Et CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro de zelo & liuore ad calcem: *Non, inquit, Chriſtiani hominis corona vna eſt, quæ tempore perſecutionis accipitur. Habet & pax coronas ſuas, quibus de varia & multiplici congreſſione victores, proſtrato & ſubacto aduerſario, coronamur. Libidinem ſubegiſſe, continentiæ palma eſt. Contra iram, contra iniuriam repugnaſſe, corona patientiæ eſt. De auaritia triumphus eſt, pecuniam ſpernere. Laus eſt fidei, fiducia futurorum mundi aduerſa tolerare. Et qui ſuperbus in proſperis non eſt gloriam de humilitate conſequitur, &c.* Plura de Chriſtiani officio habes apud CHRYSOSTOMVM atque AMBROSIVM & HIERONYMVM & AVGVSTINVM & reliquos Doctores, quos hic ſuperuacuum citare puto, quia hoc parum inſtituto noſtro conuenit.

Clemens 1.
1. Corinth. 6.
Iuſtinus Martyr.
Tertullianus Carthaginenſ.
Cyprianus Carthaginenſ.
Ioannes Chryſoſtomus.
Ambroſius.
Hieronymus.
Auguſtinus.

CHRISTVS

Chriſtus quid ſit.] Si vellem omnia, quæ à ſanctis patribus de Chriſto proferuntur, teſtimonia hic afferre, non eſſet ſufficiens charta omnia complecti, & deeſſet otium producendi. Tantùm ergo hic proponere decreui, quæ à ſanctis patribus in conciliis decreta ſunt. Igitur quid ſit Chriſtus, CYRILLVS ALEXANDRINVS libro de Incarnatione vnigeniti cap. 1. Producitur autem in Concilio 1. Epheſino quod generale fuit 3. *Chriſti (ait) nomen, nec diffinitionis vim obtinet, nec cuiuſpiam ſubſtantiæ qualis ſit ſignificat, ſicut fortè homo aut equus, aut bos: ſed rei magis, quæ in aliquo agatur, habet ſignificationem. Oleo namque vngebantur quidam ſuperiorum iuxta quod Deo tunc temporis placebat. Et ſignum regni illius erat vnctio. Vngebantur autem & prophetæ ſenſibiliter Spiritu ſancto, vt inde quoque nominarentur Chriſti. In Chriſto autem omnium ſaluatore vnctionem quidem factam eſſe dicimus: Cæterùm neque Symbolicam, quaſi oleo factam, nec quaſi in gratia Prophetica, ſed nec illam quæ intelligitur fieri ad perfectionem alicuius huiuſmodi negotij, quale factum eſſe dicimus, & ſub Cyro Perſarum & Medorum rege, qui cognominatus eſt Chriſtus, quamuis eſſet idolorum cultor, eò quòd quaſi vnctus eſt in regnum cœleſti ſuffragio, & ordinatus eſt à Deo, vt Babylonem expugnaret, quod magis Chriſto conuenit qui peccatum deſtruxit, & vnctus eſt Spiritu ſancto, vt humana natura ad eum reformaretur per ſanctificationem in eius innocentia, &c.* Vide Ieſus, Emanuel, & Maria. &c.

Cyrillus Alexandrinus.
Concilium Epheſinum 1.
Eſaiæ 45.

Chriſtus rectè Pontifex dicitur.] CYRILLVS ALEXANDRINVS Producitur in teſtimonium ab Epheſino prædicto Concilio. Defenſione igitur anathematiſmi ſui 10. ad calcem ita ait, *Quando Chriſtus factus eſt homo, vocatus eſt & Pontifex, non quòd maiori Deo offerret ſacrificium, ſed quòd ſibi ipſi, & Patri fidei noſtræ confeſſionem procuraret. Audiens, quòd dictus eſt ſacerdos propter humanitatem, erubeſcis ne? Deinde quomodo non admiratus es, quòd non ſecundum ſacerdotum morem, alteri fecerit ſacrificij modum, ſed ſibi ipſi potius, & Patri, vt dixi? Quando dicis indignum eſſe Deo vt ſacrificet, aſtipulor & ego: ſcilicet, ſi ſolum ſit, & abſque carne verbum, dixeris rectè. Quia autem factum eſt caro, inde & ſacrificantem propter humanitatem, & in dignitatibus vltra creaturam ſicut Deum. Conſidet enim cum Deo & Patre. Itaque vide ipſum ſacrificantem ſecundum humanitatem, conſidentem autem vt Deum. Quid enim dicit Beatus Paulus? Talem habemus pontificem, qui conſidet in dextera throni magnitudinis in excelſis, &c. Igitur videntes, quòd factus eſt homo, quid ſit Deus (eſt autem vnus & idem filius) illi omnia attribuimus vt vni, & diſpenſationis ſermones non ignorabimus, cogitationis vim ſemper proinde & ſapienter ad obedientiã eius accommodantes.* Eadẽ Idem Cyrillus proſequitur in declaratione anathematiſmi 10. ad petitionẽ concilij Epheſini. vbi culpet & taxat eos, qui duos filios introducunt, negantes filium Dei hominem factum, verè & Põtificem appellari ſed tamquam ſolum hominem & nudum, & pro ſeipſo, non pro nobis hoſtiam obtuliſſe Vide Chryſoſtomum &

Cyrillus Alexandrinus.
Hebr. 8.

Ambroſium. in epiſtolam ad Hebræos, capite 8. & ſequentia.

Clemens 1.

Vt iam dixi ſummoſſimos de ſleres, vt prolixitatem fugerem, non huc adduxi, quod fortè alias poteris. Sed lector adeundus fuadeo.

Chriſti incarnationis myſterium, & diſpenſatio, &c.] CLEMENS I. libro 8. Conſtitutioonum Apoſtolicarum cap. 17. ſic Deo Patri confitetur, & Chriſti incarnationis myſterium & diſpenſationem ſeriatim exponit, vt breui compendio videatur totum fidei noſtræ texere Symbolum. *Chriſtus*, (ait) *qui in omnibus tibi Deo ipſius & Patri miniſtrauit, in vario opificio creaturarum, & in earum conuenienti prouidentia, non permiſit genus humanum perire. Sed poſt naturalem legem, poſt legis ſcripta admonitionem poſt propheticas increpationes, poſt Angelorum tutelas, violantibus naturalem legem hominibus, vna cum ſcripta obliterataque memoria diluuij, incendij, plagarum Aegyptiacarum, cædis Palæſtinorum, imminenteque omnium interitu, decreuit voluntate tua, qui hominem condiderat, fieri homo: qui legiſlator erat, ſubiici legibus: qui pontifex erat, victima fieri: Paſtor, effici ouis, Teque Deum ſuum ac Patrem placauit, & conciliauit mundo, atque inſtanti ira omnes liberauit, natus de Virgine, natus in carne, Deus verbum, filius dilectus, primogenitus omnis creaturæ, ſecundum de eo prædictas Prophetias, ex ſemine Dauid & Abraham, de tribu Iuda, & conceptus eſt in vtero virginis, formator omnium qui naſcuntur, atque incarnatus eſt is qui carnis eſt expers, in tempore natus, qui ab æterno eſt genitus: pie conuerſatus eſt, & ſanctis legibus inſtitutis omnem morbum atque infirmitatem expulit, ſigna & prodigia in populo effecit, cibum potum, ſomnum cœpit is, qui omnes indigentes alit, & replet omne animal benedictione. Manifeſtauit nomen tuum iis qui ignorabant illud, ignorantiam fugauit pietatem excitauit, voluntatem tuam expleuit, opus quod dederas illi conſummauit. Quæ omnia cùm perfeciſſet, impiorum manibus comprehenſus, ſacerdotum atque Pontificum falſi nominis, populique ipſius iniqui & malè*

Ioannis 17.

tia laborantis traditione, multa paſſus eſt ab ipſis, omnemque ſuſtinuit ignominiam tua permiſſione. Traditus eſt Pilato præſidi, ac iudicatus is, qui iudex erat, condemnatus eſt aliorum ſaluator. Crucifixus qui eſt impaſſibilis, mortuus natura immortalis, ſepultus omnium viuificator, vt paſſione & morte liberaret eos propter quos venerat & vincula Diaboli diſrumperet, hominesque ab eius fraudibus eriperet: & reſurrexit à mortuis tertia die, & per quadraginta dies verſatus eſt cum diſcipulis, receptus eſt in cœlum, & ſedet ad dexteram Dei & patris ſui, &c. Hæc quidem coofeſſio ſæpius in ſummis authoribus occurrit vide dictione Symbolum. Hinc & ANACLETVS I. epiſtola 2. ad Epiſcopos Italiæ ſic ait, *In nouiſſimo tempore, Dominus ex cœleſti aula ac Empyreo domicilio, peſſimi dæmonis iam ferre dedignans tyrannidem, in creaturas ſuas crudeliſſimè ſæuientem plaſmatis condolens, ac ſua immenſa charitatis theſaurum reſerare volens, in caſtiſſima virginis puriſſimum vterum abſque viri nexu, ineffabili inenarrabili myſterio, pro redemptione noſtra carnem ſuſcipiens aduenit, vt & illum qui habebat mortis imperium ſua morte deſtrueret & eos quos in tenebris & vmbra mortis captiuos ſubiectos erat, virtutis ſuæ potentia, in ipſo paruo & exigui temporis ſpacio liberaret.*

Actuum 1.

Anacletus 1. Papa

Hyginus 1. Papa.

& HYGINVS I. epiſtola 1. ad omnes Chriſti fideles. *Filius non ſecundum Deitatem ſolam à Patre miſſus eſt, ſed ſecundum carnem quam clementer & pie pro nobis aſſumere non dedignatus eſt. Nam quod ſemetipſum (exinanita maieſtatis ſuæ potentia) idem ſe plenus miſerit, Apoſtolus contestatur, & dicit. Semetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, & humiliauit*

Philipp. 2. Eſaiæ 35. 3. 61. & Hieremiæ 12.

ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis. Et Eſaias, non legatus, neque Angelus, ſed Deus ipſe veniet & ſaluabit nos. Item alibi: Palam apparui non quærentibus me. Et Hieremias, Dereliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam. Vnus & factus ſum illis in opprobrium. Et in Michea. Ecce dominus veniet, & commouebuntur ſub eo montes. Et in Zacharia: Gaude & exulta filia Sion, quia ecce ego venio & commorabor in medio tui, dicit Dominus. Et Apoſtolus ad Timotheum, humanus ſermo & omni acceptione dignus, quoniam Ieſus Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere. Et Malachias. Ecce ſubito veniet in templo ſuo Dominus quem vos quæritis & Angelus teſtamenti quem vos vultis. Et in Euangelio, non veni vocare iuſtos, ſed peccatores in pœnitentiam. Item alibi. Quid nobis & quid tibi Ieſu fili Dei? Veniſti ante tempus perdere nos. Venit filius hominis ſaluare & quærere quod perierat. Item alibi: ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Item alibi nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo filius hominis, qui eſt in cœlo. Nunquid in his tantis ac talibus teſtimoniis, quibus ſe filius Dei à ſemetipſo veniſſe teſtatus eſt, poterit quis dicere, ab alio, & non à ſeipſo veniſſe? Dum manifeſtum eſt, quod qui carnem noſtram dignanter aſſumpſit, voluntariè & non ab alio miſſus venerit. Nam qui in Patre manens, vbique poteſtas ſua conſiſtit, vbi quo à Patre mitteretur omnimodo non habuit, quoniam nulla pars cœlorum ac terræ à conſpectu Patris excipitur, vbi ſecundum vos à Patre filius mitteretur? Et pluribus ex nouo teſtamento, de diuinitate & æqualitate filij cùm Patre, prolatis teſtimoniis ſub infert: *Ioannes Euangeliſta ait, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & verbum caro factum eſt, &c.* Et iterum ipſe ad Parthos. *Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra: Aqua, ſanguis, & caro, Et tres qui teſtimonium dant in cœlo, pater, verbum, & Spiritus ſanctus: & hi tres vnum ſunt. Nos itaque in natura diuinitatis, quia vnum ſunt, Pater & filius & Spiritus ſanctus, nec Patrem aliquo tempore credimus præceſſiſſe, vt maior ſit filio, nec filium poſtea natum eſſe, vt diuinitate Patris minoretur, &c.* Portò Chriſti incarnationis myſterium, poſt expoſitam contra Priſcillianiſtas Trinitatis & fidei noſtræ ſummam, ſumma authoritate defendit Concilium TOLETANVM I. *Si quis (ait) dixerit, vel crediderit, carnem tantum ſine anima à filio Dei fuiſſe ſuſceptam, anathema ſit. Si quis dixerit vel crediderit, Chriſtum innaſcibilem eſſe, anathema ſit. Si quis dixerit vel crediderit Deitatem naſcibilem eſſe, anathema ſit. Si quis dixerit vel crediderit, Deitatem Chriſti conuertibilem fuiſſe, vel paſſibilem anathema ſit. Si quis dixerit vel crediderit Deitatis & carnis vnam in Chriſto eſſe naturam anathema ſit, &c.* Reliqua ſuis reponentur locis. Prætetea totam Chriſti incarnationis diſpenſationem complectitur eleganter LEO I. epiſtola decima, ad Flauianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum capite ſecundo, tertio. 4 & reliquis: quæ epiſtola tantopere comprobatur à ſanctis patribus, vt pro regula fidei irrefragabili vbique allegetur & ſub anathematis pœna inhibetur, contrarium huic epiſtolæ ſentire. Nam lecta eſt coram patribus 4. Chalcedonenſis ſynodi & approbata actione 2. recitante Aetio diacono, & actione tertia, & quarta, iterum roborata eſt. & omnes qui ei ſubſcribere noluerunt, monachi Aegyptij fuerunt, anathemate percuſſi, & communione priuati. Similiter relecta eſt coram patribus quintæ generalis Synodi Conſtantinopolitanæ collatione ſexta, & coram

Hierem. 12.

Michea 1.

Zachar. 2.

1. Timoth. 1.

Malach. 3.

Lucæ 5.

Matth. 8.

Lucæ 19.

Ioan. 10.

Ioan. 3.

Ioan. 1.

1. Ioan. 5.

Concilium Toletanum 1.

Leo 1.

Summa autoritas epiſtolæ 10 Leonis 1. ad Flauianum Conſtantinopolit.

A Patribus ſextæ generalis Synodi in Trullo actione 17. verùm quoniam habetur in manibus epiſtola, & prolixa eſt ſatis, pauca de multis hic inferemus reliqua ſuis locis reſeruantes. *Fidelium vniuerſitas* (ait capite ſecundo,) *credere ſe in Deum Patrem omnipotentem. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum, qui natus eſt ex Maria virgine, profitetur. Quibus tribus ſententiis, omnium ferè hæreticorum machina deſtruuntur. Cum enim Deus & omnipotens & æternus pater creditur, conſempiternus eidem filius demonſtratur, in nullo à Patre differens, quia de Deo Deus, de omnipotente omnipotens, de æterno, natus eſt coæternus non poſterior tempore, non inferior poteſtate, non diſsimilis gloria, non diuiſus eſſentia.*

B *Idem verò ſempiternus genitoris vnigenitus ſempiternus. Natus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine. Quæ natiuitas temporalis, illi natiuitati diuinæ & ſempiternæ nihil minuit, nihil contulit. Sed totam ſe reparando, homini qui erat deceptus, impendit, vt & mortem vinceret, & Diabolum qui mortis habebat imperium, ſua virtute deſtrueret, Non enim ſuperare nos poſſemus peccati & mortis authorem, niſi naturam noſtram ille ſuſciperet & ſuam faceret, quem nec peccatum contaminare nec mors potuit detinere. Conceptus quippe eſt de Spiritu ſancto intra vterum matris virginis, quæ ita illum ſaluæ virginitate edidit, quemadmodum ſalua virginitate concepit. Sed non ita intelligenda eſt illa generatio ſingulariter mirabilis, & mirabiliter ſingularis,*

C *vt per nouitatem creationis, proprietas remota ſit generis. Fœcunditatem quippe virgini Spiritus ſanctus dedit: veritas autem corporis ſumpta de corpore eſt, & ædificante ſibi ſapientia domum, verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, hoc eſt, in ea carne quam ſumpſit ex homine, & quam ſpiritus vitæ rationalis animauit.* Ex capite tertio, ſubdit. *Salua igitur proprietate vtriuſque naturæ, & in vnam coeunte perſonam, ſuſcepta eſt à maieſtate humilitas, à virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas, & ad reſoluendum conditionis noſtræ debitum, natura inuiolabilis naturæ eſt vnita paſſibili, vt quod noſtris remediis congruebat, vnus atque idem mediator Dei*

D *& hominum, homo Chriſtus Ieſus, & mori poſſet ex vno, & mori non poſſet ex altero, &c.* Lege reliquum Nam & in dictione, Maria & Filius, &c. quædam reſeruata ſunt, & adhuc infrà notabuntur. Idem autem repetit & epiſtola 11. quæ eſt ad Iulianum Coenſem Epiſcopum, contra eumdem Euthychem. Similiter & incarnationis Chriſti myſterium luculenter aſtruit epiſtola 95. ad Leonem Imperatorem, in qua in teſtimonium producit HILARIVM libro ſecundo, & nono, de Trinitate aut fide, ſimilia his quæ ſuperiùs enarrauimus intonantem. Profert & AMBROSIVM libro ſecundo, de fide ad Gratianum capite quarto, & libro de incarnatione capite ſexto, &

E libro ſeptimo epiſtolarum epiſtola 47. quæ eſt ad Irenæum. Potuiſſem quidem illos Patres hic allegare, ſed non vacat per otium: tum hoc prolixitatem nimiam induceret. Idem verò adhuc LEO I, epiſtola 22. quæ fuit & vniuerſorum Patrum Concilij ROMANI ſub eodem congregati, ad clerum & Plebem Conſtantinopolitanam. *Impaſſibilis* ait) *Dei filius Deus, cui cum Patre & Spiritu ſancto vna incommutabilis Trinitatis eſſentia, hoc quod eſt eſſe, perpetuum eſt, in ea plenitudine temporis quæ ſempiterno Concilio fuerat præſtituta, ex prophetica dictorum atque geſtorum ſignificatione promiſſa, factus filius hominis non ſuæ conuerſione ſubſtantiæ, ſed noſtræ aſſumptione naturæ, venit*

Summa fidei in incarnatione Chriſti breuis perſtringitur aſſertione verbum.

Hebræ. 2.

Ioannis 1.

Hilarius Pictauienſis.

Ambroſius Mediolanenſ.

Leo 1.

Concilium Romanum ſub Leone 1.

Lucæ 19.

A *quærere & ſaluare quod perierat, venit autem non locali acceſſu, nec motione corporea, tamquam præſens futurus, vnde abfuiſſet aut illinc receſſurus vnde veniſſet. ſed venit per quod erat viſibile, & commune cernentibus, declarandus, humanam ſcilicet carnem atque animam in viſceribus virginis matris accipiens, vt manens in forma Dei, formam ſerui ſibimet, & ſimilitudinem peccati carnis vniret. per quam non diminueret diuina humanis, ſed augeret humana diuinis. Talis enim erat omnium à primis ducta genitoribus cauſa mortalium, vt ori inali peccato tranſeunte per poſteros, nullus pœnam damnationis euaderet, niſi verbum caro fieret, & habitaret in nobis, in ea ſcilicet natura quæ noſtri & ſanguinis eſſet, & generis,*

B *vt ait Apoſtolus: ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, ſic per vnius iuſtitiam in omnes homines ad iuſtificationem vitæ.* Verùm vt altius repetamus, non prætermittenda eſt ſententia DIONYSII AREOPAGITAR libro de diuinis nominibus, & libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ capitis primi, parte ſecunda, vbi poſtquam expoſuit, diuinitatem non poſſe verbis aut intellectu comprehendi, vt dicemus dictione Trinitas, ſubſequitur: *Immò* (ait) *& quod Tocologia totius vel euidentiſſimum eſt, ipſa Ieſu in carne apparitio & ineffabilis eſt ſermone omni. & omni ignota intelligentiæ. Ipſi quoque antiquiſſimorum Angelorum primati non cognita. Et quidem*

C *quòd virilem ſubſtantiam aſſumpſerit, in ſacramentis accepimus. Ignoramus autem, quomodo ex virgineis ſanguinibus, altero quàm naturali iure, formatus eſt, quóve pacto ſiccis pedibus, corporale pondus habentibus, materiaque grauitatem, liquidam perambulat inſtabilemque ſubſtantiam, & alia quæ excellentem Ieſu naturam ſignant. Iſta & nos alibi ſatis tractauimus, & ab inclyto præceptore noſtro (Hierotheo) in ipſius Theologicis elementis, celebrata ſunt ſublimiter penitus, quæ ille ſiue à Theologis ſanctis accepit, ſiue etiam ex ſolerti ſcripturarum indagine comprehendit, longo exercitio ac tempore, ſiue aliqua ſaceatiore inſpiratione perdidicit. Hæc de Ieſu, in collectis ab eo Theologicis elementis, ait* HIEROTHEVS libro Stœ-

D chioſeon. *Omnium eſt cauſa, cunctaque replet Ieſu diuinitas, quæ partes vniuerſitati conſonas ſeruat, & neque pars neque totum eſt. & pars eſt & totum, vt quæ omne & partem, & totum in ſeipſa comprehendat, & excellenter habeat antequam habeat. Perfecta eſt quidem in imperfectis, vtpote perfectionis princeps. Porrò inter perfectos imperfecta eſt, quippe quæ perfectionem excellentia temporeque tranſcendat. Species ſpecifica inter ſpecie carentes, vt ſpeciei author: ſpecie carens inter ſpeciem, vtpote ſpeciem ſuperans ſubſtantia omnes ſubſtantias ſine inquinatione perluſtrans, ac ſuperſubſtantialiter ab omni excepta ſubſtantia, principia omnia ordineſque diſſeparans, & ſupra omne principium ordinemque locata, menſura eſt rerum & ſeculum, &*

E *ſupra ſeculum & ante ſeculum. Plena inter egenos, inter plenos exuberans, ineffabilis, ineloquibilis, ſupra ſenſum, ſupra vitam, ſupra ſubſtantiam excellenter habet excellentiam, ſuper ſubſtantialiterque ſubſtantiam ſuperat. Vnde quoniam & vſque ad noſtram naturam per ſummam clementiam venit, vereque ſubſtantiam noſtræ carnis accepit, & vir ſummus ille Deus appellatus eſt. Propitia ſint igitur, quæ ſenſum omnem & ſermonem ſuperantia laudantur à nobis. In his quoque illius excellens ac ſuperſubſtantiale eminet, non modo qua parte immutabiliter nobis atque inconfuſe communicauit nihil in exuberanti ſua plenitudine ex ineffabili exinanitione perpeſſus. Verùm quia quod eſt nouatum*

Ioannis 1.
Romano. 5.

Dionyſius Areopagita.

Doctrina ſaluteru de incarnatione Chriſti fide, ex [illegible] monumentu Patrum, Eccleſiæ proceruum.

Math. 4.

Hierotheus.

tatum omnium ſupereminens nouitas, in naturalibus noſtris ſupra naturam erat, in his quæ ſunt noſtra ſubſtantia ſuperſubſtantialis, noſtra omnia ex nobis, & ſupra nos, excellenter habens. Idem epiſtola 3. ad Caium. *In ſacramento humanitatis Chriſti hoc arbitror Theologiam ſignificare voluiſſe, quod ex occulto ſuperſubſtantialis ille Deus in conſpectum noſtrum aperte proceſſerit, humana ſubſtantia & carne veſtitus, occultus autem etiam poſt reuelationem illam (ſiue vt diuinius loquar, in ipſa quoque ſui reuelatione) perdurat. Et hoc enim ex parte Ieſu ſecretum occulitur, nulloque vel ſermone, vel animo ipſius myſterium promitur: ſed & cùm profertur, arcanum, & dum intelligitur, manet incognitum:* Et epiſtola quarta, ad eundem Caium. B *Itaque à tanta magnitudinis celſitudine ad noſtra etiam veraciter infirma deſcendens, vltra humanum modum ſubſtantiam noſtræ carnis accepit, ac ſupra hominem quæ ſunt hominis geſſit. Cuius rei euidens indicium eſt, virgo excellentis miraculi nouitate concipiens, & aqua inſtabilis ac fluida, materialium terrenorùmque pedum ſuſtinens pondus, nec cedens, ſed ſuper mundana admirandáque potentia conſtans ad materiæ ſolidioris imaginem.* Et ſubdit. *Et vt breuiter dixerim, neque homo ille erat non quaſi non homo, humanæque conditionis exors, ſed veluti ex hominibus vltra homines, ac ſuper hominem homo veraciter factus. Item quoque, nec ut diuinus vt Deus, neque vt* C *homo humana perficiens, ſed Deo homine facto, nouam quandam ac inuſitatam ex diuinitate atque humanitate permixtam operationem, nobis ſuum quidem conuerſatus oſtendens.* Eandem fidem annunciat epiſtola miſſa ad Apollophanem Philoſophum. Vbi & de obſcuratione ſolis in paſſione Chriſti loquitur. Idem & IGNATIVS MARTYR epiſtola 1. ad Mariam circa finem. *Fuge (ait) eos qui negant paſſionem Chriſti, & natiuitatem eius ſecundum carnem.* Pluraque de fide incarnationis & Paſſionis proſequitur, quæ repoſita inuenies dictione Symbolum, ſiue Confeſſio Ignatij. Idem quoque epiſtola ad Trallianos poſtquam Symbolum fidei contexuit: D *Vere igitur (ait) peperit Maria corpus Deo in eo inhabitante, vereque natus eſt Deus verbum ex virgine, corpus perinde paſſibile ac noſtrum indutus: verè conceptus in vtero, qui omnes homines in vtero conformat, ſibique fecit corpus ex [illegible] ſanguinibus, verum abſque [illegible] conſuetudine. In vtero geſtatus eſt, vt [illegible] nos, & verè lactatus eſt ac nutritus, & communi cibo ac potu ſicut & nos, vſus eſt.* Idem adhuc & epiſtola ad Magneſianos, circa finem & ad Tarſenſes in initio: vbi contra eos hæreticos acriter diſputat, qui Chriſtum opinione tantùm natum eſſe affirmabant, & opinione crucifixum: & ſcripturarum teſtimonio, eos falſa dicere, conſtanter probat. Eadem & epiſtola ad Philippenſes in initio, & circa medium, inuehitur in Dia- E bolum, qui author eſt hæreſum, & hæreticos impiè docuit abnegare redemptionis noſtræ myſteria, quæ conſtanter aſſeuerat, & depromit ex ſcripturis. *Tu (inquit) ignoras, quis ſit qui natus eſt, qui omnia ſcire te ſimulas: multa enim te latent. Virginitas Mariæ, admirabilis partus, quis ille ſit qui eſt in corpore, ſtella hæc præſens quæ ab oriente venerant magi, Archangeli ſalutatio ad virginem, virginis Deſponſatæ admirabilis conceptus: Infantuli præcurſoris prædicatio ac eo qui de virgine naſciturus erat, & in vtero exultatio ex eo quod præuidebat. Angelorum hymni cùm natus eſt, Paſtoribus fauſta annunciatio, Herodis metus de regni ereptione, Infantu-* A *lis trucidandi præceptio, in Ægyptum migratio, illinc eo loci reuerſio, cunabula puerilia, deſcriptio humani generis, lactis nutritio, nomen Patris non ſeminantis, præſepe, quod locus non eſſet, nullus apparatus humanus, incrementi prouentus humana verba, ſames, ſitis, itineris confectio, fatigatio, ſacrificiorum oblatio, quandoquidem & circuncíſio Baptiſma, vox Dei ſuper Baptizato, quidnam & vnde teſtificatio Spiritus & Patris cælitus, vox Ioannis prophetæ paſſionem ſignificans agni appellatione ſignorum diuerſorum operationes, curationes variæ, increpatio Dominica imperans ventis & mari, ſpiritus nequam fugati, teipſum tortum, ex virtute tibi manifeſtata cruciatum, nec habentem quid faceres.* B *Hæc videns, non habes quid facias, niſi tenebroſas vertigines, & cætera multa, quæ indubia ſunt, argumenta veræ humanitatis & incarnationis.* Tentationem enim in deſerto à Diabolo factam proſequitur, qua infirmitas ſatis humana patuit, & virtuoſa diuinitas. Et iterum epiſtola ad Smyrneuſes idem ait ſtatim initio. Et epiſtola ad ſuos Antiochenos, vbi ex ſcripturis fidem incarnationis prodit. Et epiſtola ad Heronem circa medium, partum ſingularem virginis extollit. *Eſt,* inquit, *admirabilis, & præter communem omnium opinionem, partus Domini ex ſola virgine, non quod abominabilis ſit legitima commixtio, ſed vt diuinam decebat natiuitatem. Decebat enim opificem non vſi-* C *tata vti natiuitate, ſed admirabili & noua ac inaudita, vt Creatorem.* Iterum & epiſtola ad Epheſios eadem recenſet circa finem. Et MARTIALIS APOSTOLVS epiſtola ad Burdegalenſes capite decimo, vbi de Trinitatis myſterio loquitur ſimiliter, & Incarnationis pandit myſterium. Et ABDIAS BABYLONIVS libro vigeſimo certaminis Apoſtolici, Bartholomæum Iudeæ populos docuiſſe, ſic commemorat. *Filius Dei dignatus eſt per vterum virginis naſci cum homine, ita vt homo in virginis vulua conceptus, ſecum inter ipſa ſecreta virginis haberet Deum, qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis* D *ſunt. Hic ſimul cum homine natus, partus virginis cœpit habere initium naſcendi cum homine, cuius initium ante ſecula à Deo Patre eſt. Sine initio nunquam non fuit, & omnibus initium dedit ſiue viſibilibus, ſiue inuiſibilibus creaturis.* Chriſti incarnationem contra Tryphonem diſputans IVSTINVS MARTYR apertè Prophetarum oraculis ſimili modo demonſtrat. *Ex genere,* inquit, *Abrahami & tribu Iuda, virgineque Dauidica ſtirpis, natus eſt filius Dei Chriſtus, qui prænunciatus eſt venturus, vt fieret lex æterna, & nouum teſtamentum vniuerſo mundo.* Quod probat oraculis prophetarum innumeris. Iterum & Apologia pro Chriſtianis ad Senatum Romanum: Et illo ſpeciali libro, quem de ſancta & E coeſſentiali Trinitate inſcripſit. *Non ſufficit,* ait ibidem *ad parandam ſalutem, glorificare Patrem & Filium, ſed ſana Trinitatis confeſſio præſtat felicitatem piis repoſitam, &c.* Et poſtquam Trinitatis elucidauit myſterium, ad Chriſti tranſit incarnationem, vt mox dicemus, dum de duabus in Chriſto naturis diſſeremus. Præterea de Chriſti incarnatione, longo diſputationis filo contendit cùm hæreticis IRENAEVS LVGDVNENSIS libro tertio, contra hæreſes Valentini, & ſimilium capite 18. & 20. quod & prophetarum oraculis & teſtimoniis corroborat. Et adhuc amplius capitibus 26. 27. & reliquis. Quin etiam & ſolida & humana carne Chriſti contra Marcionem,

Dionyſius Areopagita.

Singularis profeſſio fidei ſanctiſſimi viri, omni acceptione digniſſima.

Matth 4.

Ignatius Martyr.

Præclara confeſſio Ignatij.

Neſcio, ſi non ſeculo adhuc noſtro tales alat, qui hanc hæreſim amplectantur, alioquin maiorem Chriſto & Virgini matri reuerentiam exhiberent & honorem.

Incarnationē Chriſti diabolus ignorauit.

Omnia myſteria Chriſti pene eleuiſſet & enumerat.

Martialis Apoſtolus.

Abdias Babylonius.

Iuſtinus Martyr.

Irenæus Lugdunenſis.

qui huoc putatiua & Imaginaria fuiſſe veſtitum aſſeruit, nec natum, agit diſſertiſſimo eloquio vetuſtiſſimus ille & eloquentiſſimus TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS, libro quem de carne Chriſti ſpecialiter inſcripſit, vbi mirè perſtringit eum irrefragalibus argumentis. *Ante omnia (ait inter cætera) commendanda eſt ratio quæ præfuit, vt Dei filius de virgine naſceretur. Nouè naſci debebat nouæ natiuitatis dedicator. De qua ſignum daturus Dominus ab Eſaia prædicebatur. Quod eſt illud ſignum? Ecce virgo concipiet & pariet filium, &c. Concepit igitur virgo & concepit Emanuelem, nobiſcum Deum. Hæc eſt natiuitas noua dum homo naſcitur in Deo, in quo homine Deus natus eſt, carne antiqui ſeminis ſuſcepta ſine ſemine antiquo, vt illam nouo ſemine, id eſt, ſpiritualiter reformaret, excluſis antiquitatis ſordibus expiatam.* Et cætera multa, quæ certè poſſunt eſſe lectori iucundiſſima, & multa fruge copioſiſſima, ſi non pigeat legere. Idem ſimilia agit libro contra Iudæos capite 3. vbi in Iudæos inuehitur qui Chriſtum diffitentur veniſſe & capite 6 Ionumeris oraculis prophetarum Emmanuelem Chriſtum, veoiſſe comprobat. Et libro 3. contra Marcionem, nihil aliud agit, quàm veram Chriſti incarnationem probare atque paſſionem. Agens in eos, qui eum phantaſticum, & non verum hominem mentiebantur. Porrò ſcripſit librum egreg um vetuſtus doctor MELITO SARDENSIS Epiſcopus, de Generatione Chriſti & alterum de Deo corpore ioduto, quos libros ſummopere commendat EVSEBIVS CAESARIENSIS libro 4. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ c. 24. Sed vt paucis finiamus, eadem haud dubiè comprobant, & teſtantur, infiniti authores Catholici, Origenes, Chryſoſtomus, Ambroſius, Hieronymus, Epiphanius, Gregorius, Nazianzen. Baſilius, Athanaſius, Auguſtinus, Hilarius, & cæteri infiniti, quorum minimo negotio hic poſſem producere teſtimonia ſi non omnibus eſſent agnita, & præcedentia ſufficerent, & non prolixitas operis impediret. Ideò vt ad finem tendamus, non congruum videtur, prætermittere eorum fidem, qui ignoti cenſentur, & tamen clarum lumen orbi inuehendo profunt Catholicæ doctrinæ. Sed & Conciliorum ſacrorum ſeriem proſequendo, ea huc adducenda optimum fore cenſuimus, quæ fidem corroborando, non minimum poſſunt futuris prodeſſe ſeculis. Itaque quia ſemel de Incarnatione Chriſti loqui incepimus, non prætermittenda eſt excellentis illius Doctoris FLAVIANI CONSTANTINOPOLITANI Epiſcopi confeſſio, quam Theodoſio Imperatori tranſmiſit, quæ & approbatur & allegatur in Generali Concilio CHALCEDONENSI. Sic quippe ſanctus ille vir Incarnationis fidem deſcribit. *Prædicamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ante ſecula quidem ex Deo patre, ſine principio natum, ſecundum diuinitatem: in nouiſſimis autem diebus eumdem propter nos & propter noſtram ſalutem, ex Maria virgine ſecundum humanitatem, Deum perfectum & hominem perfectum, eumdem in aſſumptione animæ rationalis & corporis conſubſtantialem, ſecundum diuinitatem, conſubſtantialem matri eumdem ſecundum humanitatem. Ex duabus vtique naturis confitentes Chriſtum, poſt incarnationem ex ſancta virgine, & inhumanatum in vna ſubſtantia, & in vna perſona, vnum Chriſtum, vnum filium, vnum Dominum confitemur. Et vnam quidem verbi Dei naturam, incarnatam tamen & inhumanatam dicere non negamus, eò quod ex ambobus vnus atque idem ſit, Dominus noſter Ieſus*

Tertullianus Carthaginenſ.

Eſaiæ 9.

Melito Sardenſis Epiſcop.

Euſebius Cæſarienſis.

Origenes Chryſoſtomus Ambroſius Hieronymus, Epiphanius Gregorius Nazianzenus. Baſilius. Athanaſius. Auguſtinus. Hilarius.

Flauianus Conſtantinopolitanus Epiſcopus.

Concilium Chalcedonenſe 4. generale.

A

Chriſtus. Eos verò qui aut Duos filios, aut Duas ſubſiſtentias, aut duas perſonas annunciant, & non vnum eumdemque Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei viui prædicant, anathematizamus, & alienos eſſe ab Eccleſia iudicamus. Eadem ſæpius in dictione, Symbolum, Filius, Maria, &c. Eſt & eiuſdem FLAVIANI alia Epiſtola, in qua prædictam fidem defendit aduerſus duplicem Entychetis impietatem, qui duas in Chriſto diuidens naturas, & ſubſtantias, anathema recepit, actione 1. Concilij CHALCEDONENSIS. Eadem omnino eſt confeſſio CYRILLI ALEXANDRINI, quam miſit ad Ioannem Antiochenum Epiſcopum, de partu beatæ virginis, & humanitatis aſſumptione, quæ lecta eſt coram prioribus eiuſdem Chalcedonenſis ſynodi actione 1. & eam fidem authoritatibus multis roborat, ſed omnino in idem conuenit cùm prætacta Flauiani confeſſione. Et vt pauca proferamus. *Natus eſt (ait) ſecundum carnem de ſancta virgine, & de ſuperioribus aduenit Deus verbum, exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens, appellatus eſt filius hominis, manens quod erat, hoc eſt, Deus (Immutabilis enim & inconuertibilis ſecundum naturam eſt) tamquam vnus iam intellectus cum propria carne de cœlo dicitur deſcendiſſe. Appellatus eſt etiam homo de cœlo perfectus, cùm eſſet etiam in Deitate perfectus. Idem ipſe in eadem humanitate perfectus, & tamquam in vna perſona intelligendus. Vnus enim Dominus Ieſus Chriſtus, & ſi naturarum differentia non ignoretur de quibus inenarrabilem vnitionem factam fuiſſe ſentimus & dicimus. Eos autem qui dicunt quoniam temperamentum, aut confuſio aut conſperſio facta eſt, Dei verbi ad carnem, dignetur tua ſanctitas refrenare.* Cúmque legeretur epiſtola hæc, omnes Patres clamauerunt: *Sic credimus, ſicut & Cyrillus. Anathema, qui ſic non credit.* Et hanc fidem adhuc Patres præfati actione 2. probauerunt. Porrò eſt adhoc celeberrima huius fidei confeſſio, quam ad Iuſtinum Auguſtum HORMISDA I. tranſmiſit epiſtolæ capite 3. *Proprium filij Dei eſt (ait) vt iuxta id quod ſcriptum eſt, in nouiſſimis temporibus verbum caro fieret, & habitaret in nobis, ita intra viſcera ſancta Mariæ virginis genitricis Dei, vnitis vtriſque ſine aliqua confuſione naturis, vt qui ante tempora erat filius Dei, fieret filius hominis, & naſceretur in tempore, hominis more, matris vuluam natus non aperiens, & virginitatem matris, Deitatis virtute non ſoluens: dignum planè Deo naſcente myſterium, vt ſeruaret partum ſine corruptione, qui conceptum fecit eſſe ſine ſemine, ſeruans quod ex Patre erat, & repræſentans quod ex matre ſuſcepit. Nam iacens in præſepio, videbatur in cœlo: inuolutus pannis adorabatur à Magis: inter animalia editus, ab Angelis nunciatur: vix egreſſus infantiam, annunciat myſticam ſine inſtituente doctrinam, inter rudimenta annorum puerilium, edens cœleſtium ſigna virtutum. Idem enim Deus & homo, non (vt ab infidelibus dicitur) ſub quarta introductione perſonæ, ſed ipſe Dei filius Deus & homo, idem virtus & infirmitas, humilitas & maieſtas, redimens & venditus, in cruce poſitus & cæli regna largitus, Ita noſtræ infirmitatis particeps, vt poſſit interimi: ita ingenita potentia Dominus, ne poſſit morte conſumi, ſepultus eſt iuxta id quod voluit homo naſci, & iuxta quod patri erat ſimilis reſurrexit: Patiens vulnerum, & ſaluator ægrorum, vnus defunctorum, & viuificator obeuntium, ad inferna deſcendens, & à Patris gremio non recedens: vnde & animam quam pro communi conditione poſuit, pro ſingulari virtute & admirabili potentia, mox reſumpſit.* Idem eadem repetit epiſtola

B C D E

Flauianus Conſtantinop.

Concilium 4. generale Chalcedonenſe. Cyrillus Alexandrinus.

Hormiſda 1.

1. Petri 1. Ioan. 1.

Sana confeſſio quæ a multis reprobatur impiis.

Lucæ 1. Matthæi 2. Lucæ 2.

6. ad

6. ad Epiphanium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, breuiori quidem compendio, vt videbis in dictione, Trinitas. Idem etiam CLERVS HIEROSOLYMITANVS, ANTIOCHENVS & II. SYRIÆ epiſtola deprecatoria miſſa ad eundem Iuſtinum Imperatorem Auguſtum. Sed & IVSTINIANVS IMPERATOR in profeſſione ſua fidei. ad Ioannem Papam II. vt repoſuimus, dictione Trinitas, Filius, Maria. &c. Vide etiam quod ſequitur.

Clerus Hieroſolymitanus, Antiochenus & 2. Syriæ.

Chriſtus incarnatus duabus conſtat naturis.] Hæc propoſitio ſufficienter ex ſuperiori annotatione colligitur vera, nec opus erat multis authoribus illam iterum comprobare, niſi hæreticorum interceſſiſſet nequitia, qui hanc ab initio improbantes, nobis rurſus materię ſuggerunt copioſam dilatationem, vt ea quæ à ſanctis Concilijs decreta ſunt, huc produceremus, tam & confirmationem præcedentium, quàm ad robur ſequentium. Itaque primo loco nobis occurrat CLEMENS I. lib. 6. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 11. *Chriſtum* (ait) *non confitemur purum hominem, ſed Deum verum & hominem mediatorem Dei & hominum, Pontificem patris.* Hinc & EVTYCHIANVS I. epiſt. 1. quæ eſt ad Ioannem. & omnes Epiſcopos Bœticæ prouinciæ, *Plane vitam ſuam neſcit, qui Chriſtum Ieſum vt verum Deum, ita & verum ignorat hominem. Et eiuſdem periculi res eſt, Ieſum Chriſtum, vel Spiritum ſanctum, Deum non credere, vel carnem noſtri corporis in Chriſto denegare. Hæc, verbum caro factum loquebatur, & homo Ieſus Chriſtus maieſtatis docebat, mediator ipſe in ſe ad ſalutem conſtitutus Eccleſiæ, & ipſo illo inter Deũ & homines mediatoris ſacramẽto vtrinque vnus exiſtens, dum ipſe ex vnitis in idipſum naturis, natura vtriuſque res eadem eſt, ita tamen vt neutro careret in vtroque, ne fortè Deus eſſe homo naſcendo deſineret, & homo rurſum Deus manendo non eſſet. Hæc itaque humanæ beatitudinis fidei vera eſt, Deum & hominem prædicare, verbum & carnem confiteri, neque Deum neſcire quòd homo ſit, neque carnem ignorare quod verbum ſit. Natus igitur vnigenitus Deus ex virgine homo, & ſecundum plenitudinem temporum in ſemetipſo præfuturus in Deum hominem, hunc per omnia Euangelici ſermonis modum tenuit, vt ſe Dei filium credi doceret, & hominis filium prædicaret, & admoneret loquens & gerens homo vniuerſa quæ Dei ſunt. loquens & gerens deinde Deus vniuerſa quæ hominis ſunt, ita tamen vt in ipſo illo vtriuſque generis ſermone, nunquam niſi cum ſignificatione hominis locutus ſit, & Dei.* Et cætera multa, quæ per totam illam epiſtolam, idem diuerſis ſuaſionibus contra hæreticos diſputat. Hinc in Concilio COLONIENSI I. damnatus eſt Euphrata eiuſdem vrbis Epiſcopus, eò quòd Chriſtum Deum eſſe, negaret, ſed nudum hominem profiteretur, & ab Epiſcopatu omnium Epiſcoporum calculo deiectus eſt. Sed vt ad rem redeamus, GAIVS I. epiſtola ad Fœlicem Epiſcopum, ſic diuerſis authoritatibus Chriſti vtramque naturam comprobat: *Quicunque* (ait) *ita obcæcati & à lumine veritatis alieni ſunt, vt verbi Dei a tempore incarnationis denegent veritatem, attendant in quo ſibi Chriſtianum nomen vſurpent, & cùm Euangelio veritatis qua ratione concordent, ſi beata Virginis partu, aut caro ſine Deitate, aut Deitas eſt orta ſine carne. Sicut enim negari non poteſt, Euangeliſta dicente, quod verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, ita negari non poteſt, beato Apoſtolo Paulo prædicante, quòd Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. Quæ autem reconciliatio poſſet eſſe, qua humano generi repropitiaretur Deus, ſi hominis cauſam mediator Dei hominiſque non ſuſciperet? Qua verò ratione veritatem mediatoris impleret, niſi qui in forma Dei æqualis eſt patri, in forma ſerui particeps eſſet & noſtri, vt mortis vinculum vnius præuaricatione contractum, vnius morte (qui ſolus morti nihil debuit) ſolueretur? Effuſio enim iuſti ſanguinis Chriſti, tam fuit diues ad pretium, vt ſi vniuerſitas captiuorum in redemptorem ſuum crederet, nullum diaboli vincula retinerent. Quoniam, ſicut Apoſtolus ait, vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit & gratia. Et cùm ſub peccati præiudicio nati, poteſtatem acceperint ad iuſtitiam renaſcendi, validius factum eſt donum libertatis, quàm debitum ſeruitutis. Quam itaque ſibi in huius ſacramenti præſidio ſpem relinquunt, qui in Saluatore noſtro negant humani corporis Veritatem? Dicant quo ſacrificio reconciliati, dicant quo ſanguine ſunt redempti. Quis eſt, vt ait Apoſtolus, qui tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis? Aut quod vnquam ſacrificium ſacratius fuit, quàm quod verus & æternus Pontifex in altari crucis per immolationem ſuæ carnis impoſuit? Licet in conſpectu Domini mors ſanctorum eius precioſa ſit, nullius tamen inſontis occiſio redemptio fuit mundi. Acceperunt iuſti coronas, non dederunt: de fortitudine fidelium, exempla nata ſunt patientiæ, non dona iuſtitiæ. Singulares quippe in ſingulis mortes fuerunt nec alterius quiſquam debitum ſuo fine perſoluit, cùm filius hominis vnus ſolus Deus noſter Ieſus Chriſtus, qui verè erat agnus immaculatus, extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes ſepulti, omnes etiam ſunt ſuſcitati: de quibus ipſe dicebat, Cùm exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipſum. Fides etenim iuſtificans impios, & creans iuſtos, ad humanitatis retracta participium, in illo acquirit ſalutem, in quo ſolo homo ſe inuenit innocentem, liberum habens per gratiam Dei de eius potentia gloriari, qui contra hoſtem humani generis, in carnis noſtræ humilitate congreſſus, his victoriam ſuam tribuit, in quorum corpore triumphauit. Licet ergo in vno Domino noſtro Ieſu Chriſto, vero Dei atque hominis filio, verbi & carnis vna perſona ſit, quæ inſeparabiliter atque indiuiſè communes habeat actiones, intelligendæ ſunt tamen ipſorum operum qualitates, & ſynceræ fidei contemplatione cernendum eſt, ad quæ prouehatur humilitas carnis, & ad quæ inclinetur altitudo Deitatis. Quid ſit, quod caro ſine verbo nõ agit, & quid ſit quod verbum ſine carne non efficit. Sine verbi enim potentia, nec conciperet virgo, nec pareret: & ſine veritate carnis obuoluta pannis infantia non iaceret. Sine verbi potentia non adorarent Magi puerum, ſtella indice declaratum: ſine veritate carnis, non iuberetur transferri puer in Ægyptum, & ab Herodis perſecutione ſubduci. Sine verbi potentia, non fieret redintegratio debilium, & viuificatio mortuorum: & ſine veritate carnis, nec cibus ieiuno, nec ſomnus eſſet neceſſarius fatigato. Poſtremò ſine verbi potentia, non ſe Deus Patri profiteretur æqualem: & ſine veritate carnis non idem diceret, Patrem ſe eſſe maiorem. cùm Catholica fides vtrumque ſuſcipiat, vtrumque defendat: quæ, ſecundum beatum Petrum Apoſtolum, vnum Chriſtum, Dei filium & hominem credit, & verbum, &c.* Multa, quæ tota epiſtola diſſeruit. Idem omnino poſtea & LEO I. protulit epiſtola ad Leonem Auguſtum. & à multis, eiuſdem eſſe prædicta verba putantur, quæ Gaij ſunt, vt ſupra retulimus. Porrò, quòd Chriſtus incarnatus, duabus conſtet naturis, docet IVSTINVS MARTYR libro vnico de Trinitate, circa medium. vbi poſt multa & alta de Trinitatis myſterio expoſita, ſic

Probatio, quòd diuina ſimul & humana Chriſtus natura conſtat, ex uno ſuppoſito.

Clemens I. — Eutychianus I. — Ioan. 1. — Concilium Colonienſe I. — Gaius I.

Irrefragabilibus rationibus & teſtimonijs, Chriſtum duabus conſtare naturis, diuina & humana, probat. Oro lectorem, vt hoc Patrum ſtatuentis potius intendat, quam Hæreticorum nugis & fallacijs. — Ioan. 1. — 2. Corinth. 5.

Philippenſ. 2. — Rom. 5. — Epheſ. 5. — Pſalmo 115. — Ioann. 12. — Luc. 1. & 2. — Matth. 2. — Matth. 4. — Marci 4. — Ioan. 11. — Ioan. 20. & 14. — Matth. 16. — Leo I. — Iuſtinus Martyr.

A ad incarnationis myſterium tranſiens, in Chriſto
duas eo ioprobat eſſe naturas, *Quando* (ait) *verbum illud animaduertit, creaturam ſummopere habere
reſtaurationem, & luendas eſſe pœnas, quas Adam per
tranſgreſſionem incurrerat, tunc de cœlo ad nos deſcendit, non corporali deſcenſu, ſed diuina voluntatis efficacia, ad eam diſpenſationem vſum ex ſequeſtra virgine ſtirpis Dauidica, ſicut illa regi promiſſum fuerat, &
ingreſſum in eius vterum, quaſi ſemen quoddam diuinum, fingit ſibi templum, perfectum hominem, ſumpta
parte quadam illius naturæ, quæ fieret formandi eius
templi eſſentia, hoc indutus, & huic vnitus filius Dei
prodijt, natura geminata, ex illo enim tempore filius, &
Deus & homo eſt. Ita diſpenſationem ſuam erga nos*
B *abſoluit, quandoquidem Adam peccando poſteros ſuos
morti ſubiecit, & vniuerſam eorum naturam huic debito reddidit obnoxiam. At filius, vt Deus & homo, lapſum Adam in integrum reſtituit, & inquantum homo, vitam agit inculpabilem, mortémque ſpontaneam
ſuſcipit, abſoluta quidem viuendi ratione delictū abolens, mortem vero debitam, indebitam irritam faciens.
Inquantum autem Deus, quod collapſum eſt reſtituit,
& mortem ipſam in totum deſtruit. Idem igitur eſt filius qui & concidit & collapſa reſtituit. Inquantum
homo, concidit, inquantum Deus, reſtituit. Quoties igitur audieris & vno filio, voces contrarias collatas inuicem diuide, iuxta vtramque naturam magnificas diuináſque diuinæ naturæ attribuens, quidquid autem
C exiguum & humanum, humanæ imputans (ſic enim
& vocum earum diſcrepantiam effugies, reddendo ſua
cuique naturæ) & Filium vnicum antiquiorem ſeculis
omnibus, eundem recens natum, iuxta ſacras Scripturas confiteberis, &c.* Et paulò infrà: *Sic Filius vnus
cùm ſit natura geminæ, iuxta alteram patrat miracula, iuxta alteram humilia quæque in ſe recipit.
Quatenus enim ex patre, facit prodigia vt Deus, quatenus è virgine, crucem, paſſionem, & ſimilia vltro perfulit naturaliter, vt homo.* Et cætera multa ille ſanctus martyr proſequitur in hunc modum. Tum
ſubdit, comparatione facta ad Solem, *Sicut autem
vnum lumen, & vnus ſol, naturæ vero duæ, altera luminis, altera corporis ſolaris: ſic & hic vnus filius, &
D Dominus, & Chriſtus, & vnigenitus, naturæ vero duæ,
altera noſtra, altera nobis ſuperior. Nullus ergo poſt
vnionem dixerit, alterum ſeorſim filium verbum Dei,
alterum vero filium hominem, ſed vtraque vnum &
eundem intelligat: & in vno filio Dei vniuerſam vim
nemo ſeparauerit, ab vnica filiatione, naturarum tamen
eius proprietatem ratione quiuis diſcreuerit, &c.* Hæc
omnino eadem, ne diutiùs immoremur IRENÆVS LVGDVNENSIS confirmat libro 3.
contra hæreſes Valentini & ſimilium, capite 18.
quando contra eos diſputat, qui dicunt Chriſtum
putatiuè apparuiſſe, infinitis ſcripturarum teſtimoniis rei veritatem depromens. Quod & facit
TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS,
E libro de Trinitate circa medium. Poſſem & reliquos antiquiores Patres hic proferre, ſed tam ex
præcedentibus, quàm ex conſequentibus manifeſta ſatis veritas eluceſcet. Hinc & DAMASVS
I. epiſt. 1. ad Paulinum * Antiochenum Epiſcopum, cap. 1. & 2. *Confitendus eſt filius Dei humanum
ſuſcepiſſe corpus animam, ſenſum, id eſt, integrum Adam, & vt expreſſius dicam, totum veterem noſtrum,
ſine peccato, hominem. Sicuti enim confitentes, eum
humanum corpus ſuſcepiſſe, non ſtatim ei & humanarum vitiorum adiungimus paſſiones, ita & dicentes, eum
ſuſcepiſſe & hominis animam & ſenſum, non ſtatim
dicimus, & cogitationum eum humanarum ſubiaciſſe
peccato.* Capite ſecundo, *Si quis dixerit autem, ver-*

Summa fidei noſtræ & reſtaurationis noſtræ compendium.

Irenæus Lugdunenſis.

Tertullianus Carthaginenſ.

Damaſus 1.

* Theſſalonicenſe.

A *bum pro humano ſenſu in Domini carne verſatum,
hunc Catholica Eccleſia anathematizat. Nec non &
eos, qui duos in Saluatore filios confitentur, id eſt, alium
ante incarnationem, & alium poſt aſſumptionem carnis ex virgine, & non eundem Dei filium & ante &
poſtea, confitentur.* Idem repetit in ſua profeſſione
fidei, vt alibi dictione, Trinitas inſeretur. Hic
libet adijcere, quod magnus ille CYRILLVS
ALEXANDRINVS aſſerit, epiſtola illa quam
ad Neſtorium Conſtātinopolitanum Epiſcopum
hæreticum tranſmiſit, quæ impenſè laudatur, &
allegatur à Patribus Concilij CHALCEDONENSIS actione ſecunda, & magnificè laudatur à LEONE I. epiſt. 31. quæ eſt ad Theodo-
B ſium, & epiſt. 35. quæ eſt ad Pulcheriam Auguſtam, quæ etiam recitatur coram Patribus Concilij CONSTANTINOPOLITANI II. quod
fuit 5. generale collatione 6. & in magno illo
Concilio EPHESINO generali 3. producitur. Sic itaque ait ille diuus Cyrillus, *Cum conſideramus, Chriſtum incarnatum eſſe & hominem factum Dei verbum non dicimus quod Dei natura conuerſa vel immutata, facta ſit caro, nec quòd in totum
hominem, qui eſt ex anima & corpore, transformata
ſit: ſed illud magis, quod carnem animatam anima rationali ſibi copulauerit verbum * ſubſtantialiter, &
ineffabiliter, & incomprehenſibiliter factus ſit homo, &
nuncupatus ſit etiam filius hominis, non nuda tantum-
C modo voluntate, ſed nec aſſumptione ſola perſona, ſed
quòd diuerſa quidem natura in vnam conuenerint,
vnus tamen ex ambabus Chriſtus & filius, nō euacuata aut ſublata diuerſitate naturarū per coniunctionem,
ſed quia ſimul nobis effecerunt vnum Dominum &
Chriſtum & filium, id eſt, diuinitas & humanitas, per
arcanam illam ineffabilémque copulationem ad vnitatem. Itaque is, qui ante ſecula omnia eſt natus ex
Patre, etiam ex muliere carnaliter dicitur procreatus,
non quia diuina ipſius natura de ſacra Virgine ſumpſit exordium, nec quod propter ſeipſum opus habuit
ſecundo naſci, poſt illam natiuitatem quam habebat
ex patre: (eſt enim ineptum & ſtultum hoc dicere, quòd
is qui ante omnia ſecula eſt conſempiternus Patri, ſe-
D cunda generationis eguerit, vt eſſe inciperet) ſed quia
propter nos & propter noſtram ſalutem, naturam ſibi
copulans humanam, & proceſſit ex muliere, idcirco dicitur natus eſſe carnaliter. Neque enim primo natus
eſt homo communis de ſancta Virgine, & tunc demum
inhabitauit in eo verbum, ſed in hac vulua vteróque
virginali ſe cum carne coniunxit, & ſuſtinuit generationem carnalem, carnis ſuæ natiuitatem ſuam faciens, ſic illum dicimus & paſſum eſſe & reſurrexiſſe:
non quia Deus verbum in ſua natura paſſus ſit aut
plagas, aut clauorum transfixiones, aut alia vulnera:
(Deus namque incorporalis extra paſſionem eſt) ſed
quia corpus illud, quod ipſius proprium factum eſt, paſſum eſt, ideo hæc omnia pro nobis dicitur paſſus. Inerat
E enim in eo corpore quod patiebatur, Deus, qui pati non
poterat. Simili modo & mortem ipſius intelligimus: immortale enim & incorruptibile eſt naturaliter & vita,
& viuificans Dei verbum. Sed quia corpus ipſius proprium gratia Dei, iuxta Pauli vocē, pro omnibus mortem guſtauit, idcirco ipſe dicitur mortem paſſus eſſe pro
nobis, non quòd ipſe mortem eſſet expertus, quantum ad
ipſius naturam pertinet (inſania eſt enim, hoc vel ſentire, vel dicere) ſed quòd, vt ſupra diximus, vera caro
ipſius mortem guſtauit, ita & reſurgente carne ipſius,
reſurrectionem dicimus, non quia in corruptionem ceciderat (quod abſit) ſed quia eius reſurrexit corpus.
Ita Chriſtum vnum & Dominum confitemur, nō tanquam hominem cum verbo adorantes, ne diuiſionis

Cyrillus Alexandrinus.

Summæ authoritatis epiſtola Cyrilli Alexandrini.

Concilium Chalcedonenſe.

Leo 1.

Conſtantinop. Concilium 2.

Concilium Epheſinum 3. generale.

* ſecundū ſubſiſtentiam.

Hebræorum 2.

quadam

Et hoc contra Caluini doctrinam militat, vt alibi dicturi ſumus, dictione Imago & Adoratio.

A

quadam ſpecies inducatur, ſed vnum iam & eundem adorantes, quia non eſt alienum à verbo corpus ſuum, cum quo ipſi etiam aſſidet patri. Nec hoc ita dicimus quaſi duobus filiis aſſidentibus, ſed vno cum carne per vnitatem, quia ſi talem copulationem factam per ſubſtantiam aut quaſi impoſſibilem, aut quaſi parum decoram, voluerimus accipere, in id incidemus, vt duos filios eſſe dicamus. Neceſſe eſt enim diſcernere & dicere hominem ſeparatum, fuiſſe ſola filij appellatione honoratum: & rurſum quod eſt ex Deo, & nomine, & veritate Filium Dei. Sed diſcernere in duos filios non debemus vnum Dominum Ieſum Chriſtum. Neque enim id adiuuat rectam Filij rationem, licet nonnulli copulationem neſcio quam perhibeant perſonarũ. Non dixit

B

Ioan. 1.

enim ſcriptura, verbum Dei, perſonam hominis ſibi aſſumpſiſſe, ſed carnem factum eſſe: id autem eſt oſtendere, Dei verbum ſimiliter ac nos participatum habuiſſe carnis & ſanguinis, & corpus noſtrum propriè ſuum feciſſe, & hominem ex muliere proceſſiſſe, non abiecta nec depoſita Deitate aut generatione illa quã habebat ex patre, ſed manſiſſe etiam in aſſumptione carnis Deũ quod erat. Hoc vbique recta fidei ratio proteſtatur. In tali ſenſu patres fuiſſe comperimus. Ideo illi non dubitarunt ſanctam Virginem dicere, Θεοτόκον, id eſt, Dei genitricem, non quod verbi natura Deitáſque in ſancta Virgine ſumpſit exordium, ſed quod ex ea natum ſit ſacrum illud corpus animatum anima rationali, cui ſubſtantialiter adunatur Dei verbum, carnaliter natum eſſe dicitur.

Maria Theotocos, id eſt, Dei genitrix, videlicet in vocabulo, Maria.

C

Hac igitur pro charitate in Chriſto, ſcribo, quærens te tanquam fratrem, & conteſtans coram Chriſto & electis Angelis, vt hæc nobiſcum & ſentias, & ſimul doceas, vt Eccleſiarum pax ſalua ſeruetur, & concordiæ charitatiſq; vinculum indiſſolubile maneat ſacerdotibus Dei. Eadem agit IDEM Cyrillus in defenſione anathematiſmi 1. Eiſdem etiã argumentis contra Neſtorium agit alia adhuc epiſtola, eidem à ſe & ab vniuerſis Patribus Concilij ALEXANDRINI quod coëgerat, tranſmiſſa, quæ epiſtola recitata eſt etiam in Epheſina & Chalcedonẽſi ſynodis, vt ſuperiùs annotatum eſt, & multùm probata. Conſtat autem præfatum Neſtorium interfuiſſe Concilio ROMANO

Concilium Alexandrinum ſub Cyrillo.

Concilium Romanum ſub Cæleſtino 1.

D

quod Cœleſtinus I. congregauit præſente Cyrillo, & in eo Concilio damnatum, & ad rectam fidem pœnitentiámque reuocatum. Hinc eidem poſtea Cyrillus formulam fidei conſcribit, quam ſequi debeat, quæ (licet diffuſiori ſtylo) omnia tamen cõprehendit quæ ex alia epiſtola ſuperiùs attexuimus. Cuius formulæ partes ſuis locis aſſignabimus. Non enim hîc afferre viſum eſt totã fidei formulam, quæ variis ſeruit vocabulis. Vide igitur, Filius, Maria, Euchariſtia, vnio, Spiritus ſanctus, &c. Ad calcem autẽ epiſtolæ prædictæ Cyrilli & Alexandrini Concilij addũtur anathematiſmi in eos, qui contraria ſuperioribus docere præſumpſerint, ſuntque numero duodecim, quæ eandem ſonant fidei veritatem

E

præcipuè Anathematiſmus 1. 7. 10. & 12. cùm ſuperioribus conuenit, reliquos verò ſuis locis adiungimus. Denique ſatis prolixè idem CYRILLVS, Trinitatis & incarnationis myſteria proſequitur in expoſitione ſymboli Nicæni, vbi circa medium tractans illud, *Verbum caro factum eſt*, ſignanter docet, hoc non debere intelligi ſecundum tranſactionem, vel conuerſionem, vel commutationem, tranſmutatione facta in carnis naturam neque vt habens temperationem vel commixtionem, vel (vt docent aliqui) conſubſtantiationem. Impoſſibile enim eſſet, quoniam ſecundum naturam incommutabiliter, & inconuertibiliter ſe habet, carnem

Cyrillus Alexandrinus.

Ioan. 1.

Oro hæc, Lector, perpende ſedulò.

A

autem ex virgineo & illibato corpore, anima mentali animatam aſſumpſit, & ſuam propriam fecit. Hoc, *Verbum caro factum eſt*, pluribus idem Doctor verbis elucidat, libro de incarnatione vnigeniti, capit. potiſſimùm 24. & 25. His fidei diffinitionibus aſtipulatur, & calculo confirmat, LEO I. epiſt. 10 quæ eſt ad Flauianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum contra Eutychenum, cap. 2. 3 & 4. & epiſt. 95. quæ eſt ad Leonem Auguſtum, ex dictis ſanctorum Patrum, & præcipuè huius Cyrilli locis ſuperiùs allegatis. Eandem fidem etiam tuentur CLERI HIEROSOLYMITANI ANTIOCHENI & II. SYRIÆ, epiſtola deprecatoria directa ad Iuſtinum Imperatorem,

Leo 1.

Clerus Hieroſolymitanus Antiochenus, & ſecundæ Syriæ.

B

cõtra eundem Neſtorium & Eutychen, tempore Hormiſdæ Papæ. Porrò vt cœptũ opus proſequamur fidem, qua prædicamus, Chriſtum duabus in vno ſuppoſito conſtare naturis, ſancti Patres Concilij CHALCEDONENSIS generalis 4. actione 16. exponentes Concilium Nicænum, & ſubinde omnibus amplectendum decernentes, Leonis I. præfati epiſt. 10. quæ eſt ad Flauinianum, plurium ſanctorum authoritatibus roborare ſtuduerunt. *Quas* (inquit) *naturas in Chriſto, & cõſubſtantialem Patri Deum, Verbum etiã nobis ſecundum carnem ex Maria conſubſtantialem factum, ſanctus Doctor* BASILIVS CAESARIENSIS CAPPAD. *Epiſcopus ex his quæ*

Concilium Chalcedonenſe generale 4.

Scito doctores ſequẽtes allegari à præfato cõcilio, eo modo quo reponimus.

Baſilius Cappadociæ Cæſareæ Epiſcopus.

C

contra Eunomium ſcripſit, inſinuat. Ego (ait) & hoc quod eſt in forma Dei exiſtere, ac ſi in eſſentia Dei, æquiualere pronuncio. Sicut enim hoc quod formam ſerui ſuſcepit, in ſubſtantia humana Dominum noſtrũ factum eſſe ſignificat, ita quod dicit quod in forma Dei eſt diuinæ ſubſtantiæ proprietatẽ ſine dubitatione commendat. AMBROSIVS MEDIOLANENSIS *ad Gratianum Imperatorem: ſeruemus differentiam diuinitatis & carnis, vnus in vtroque loquitur filius Dei, quia in eo vtraque natura eſt. Et* GREGORIVS NAZIANZENVS *epiſtola ad Cledonium: naturæ quidem duæ, Deus & homo, quia & anima & corpus: Filij autem non duo, neque duo Dij. Et ſecundo ſermone de Filio, Hoc eſt (ait) quod facit hæreticis ſe-*

Ambroſius Mediolanenſis.

Gregorius Nazianzenus.

D

ductionem, nominum prolata ſeiunctio. Signum eſt autem, vt ſi quando naturæ ſecernuntur, intelligentiis ſimul ſecernantur & nomina. Et ATHANASIVS ALEXANDRINVS *libro aduerſus hæreſes: ſicut non eſſemus liberati a peccato atque maledicto, ſi non caro natura eſſet humana, quã induit verbum (nihil enim nobis commune eſſet ad alienum) ſic nequaquam ille homo Deus fieret, ſi non natura eſſet ex Patre, & verum atque conſempiternum eius eſſet Verbum, quod factum eſt caro. Idcirco namque talis eſt facta connexio, vt ei qui iuxta naturam diuinitatis eſt, illum hominem qui eſt humana natura coniungeret.* AMPHILOCHIVS ICONII *Epiſcopus, in explanatione Euangelij ſecundum Ioannem: diſcerne iam naturas*

Athanaſius Alexandrinus.

Amphilochius Iconij.

E

tam Dei quam hominis. Neque enim per amiſſionem Dei factus eſt homo, neque ſecundum prouectum ex hominibus Deus eſt: Deum enim dico, & hominem, da paſſiones carni, da Deo miracula. Et ANTIOCHVS PTOLEMAIDIS *Epiſcopus: non confundas has naturas, & non obſtupeſcas circa diſpenſationẽ. Et* FLAVIANVS ANTIOCHENVS *Epiſcopus in Theophanieon: quis reuera loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis verbo collati nobis beneficij magnitudinem poſſit exprimere? Humana natura Deitati coniungitur, ita tamen vt in ſe vtraque natura permaneat.* Et IOANNES CHRYSOSTOMVS *in Euangelium ſecundum Ioannem. Quid enim intulit, & habitauit in nobis? Hoc bene-*

Antiochus Ptolemaidis.

Flauianus Antiochenus.

Ioannes Chryſoſtomus.

dicens

A *dicens nihil debet incongruum ſuſpicari, ſed hoc quod factum eſt. Non enim conuerſionem dixi illius, inconuertibilis naturæ, ſed habitationē & commorationem, id autem quod habitat, non ipſum eſt, quod habitaculum, ſed alterum in altero inhabitat. Alioquin iam non erit habitatio, nihil enim in ſeipſo habitat. Alterum autem dixi iuxta ſubſtantiā. Per vnitionem enim & connexionem, vnus eſt Deus, verbum, & caro, nequaquam facta confuſione vel permixtione harum ſubſtantiarum, ſed vnitione ineffabili & inenarrabili.* Idem *in Matthæum. Quemadmodum quis in medistullio pugna poſitus, duobus quibuſdam inuicem diſcordantibus vtraſque manus extēdens, ſumens vtrumque coniungat, ſic etiam Christus ſecit veteri nouo, diuinam naturam humanæ, ſua noſtris clementer adiun-* B *gens. Beatus* Atticvs Constantinopolitanvs *Epiſcopus epiſtola ad Eupſychium: quid igitur oportebat operari ſapientiſſimum, mediationem aſſumpta carnis & vnionem Dei verbi ad hominem qui ex Maria eſt? Nam vtraque facta ſunt, ita vt ex vtroque vnitum Chriſtum quidem fateamur, in propria impaſſibilis naturæ dignitate perſiſtere, mortem guſtare ſimul, vt & ſocia ſibi natura carnis oſtenderet per mortem, mortis ipſius contemptum, pariterq; etiam vt noui Teſtamenti per obitum iura firmentur.* Et Proclvs Constantinopolitanvs *Epiſcopus ex ſermone, puer natus eſt nobis & filius datus eſt nobis, &c. Et naturam (ait) ratione diuide, & vnitatem myſterij diuinis attolle præconiis.* Adducunt C & Cyrillvm, quem nos ſæpiùs ſuperius citauimus, & infrà dictione, Trinitas, Filius, Maria, vnio, &c. *Aduertentes* (ait ille Cyrillus) *modum inhumanationis, videamus quòd duæ naturæ per indiuiduam vnitionem inconfuſe atque inconuertibiliter inuicem ſibi conuenerunt. Caro namque caro eſt, & non Deitas, licet Dei facta ſit caro. Similiter etiam verbum Deus eſt, & non caro licet diſpenſatoriè propriam fecerit carnem.* Hæc allegant Patres Chalcedonenſis Concilij. Porrò hanc aſtruit fidem Hormisda I. epiſtola ad Iuſtinum Auguſtum, vt ſuperiùs allegauimus, cùm Chriſti incarnationem veram probaremus. Sed & Gregorivs I. hanc fidem defendit contra Neſtorium D epiſt. 61. lib. 9. quæ eſt ad Quirinum Epiſcopum, & reliquos Epiſcopos Hyberniæ, Patrum teſtimonia in medium producens, vt iam ſatis producta ſunt. Præterea Chriſtum duabus conſtare naturis, deuotiſſimus Imperator Ivstinianvs Magnvs in profeſſione ſeu confeſſione ſuæ fidei, quam obtulit Ioanni II. Summo Pontifici, apertè teſtatur. Confeſſionem autem eius partim in dictione, Trinitas, & dictione, Filius, & hîc contineri certum eſt. Sic autem Catholicus Princeps loquitur, *Ex vtraque* (ait) *natura, id eſt, Deitate & humanitate vnum Chriſtum compoſitum dicentes, confuſionem vnitioni non introducimus. Et in vtraque natura, id eſt, in diuinitate & humanitate,* E *vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Dei verbum incarnatum & hominem factum cognoſcentes, diuiſionem quidem per partes, vel inciſionem non ferimus vni eius ſubſiſtentiæ. Differentiam autem naturarum ex quibus cōpoſitus eſt, ſignificamus non interemptam propter vnitatem, quoniam vtraque natura in ipſo eſt. Cum enim compoſitionem dicamus, neceſſe eſt confiteri & partes in toto eſſe, & totum in partibus cognoſci. Nec enim diuina natura in humanam tranſmutata eſt, nec humana natura in diuinam conuerſa eſt. Magis autem intelligitur quòd vtraque in proprietate, & ratione ſua natura manente ficta eſt vnitas ſecundum ſubſiſtentiam. Vnitas autem ſecundum ſubſiſtentiam*

Atticus Conſtantinopolit.

Probus Conſtantinopolitanus Epiſcopus.

Cyrillus Alexandrinus.

Hormiſda I.

Gregorius I.

Iuſtinianus Magnus Imperator Auguſtus

Catholica eius confeſſio non hîc tota continetur, ſed partim in dictione Trinitas & dictione Filius, &c.

O verè Catholica fides.

A *ſignificat, quod Deus verbum, id eſt, vna ſubſiſtentia ex tribus Deitatis ſubſiſtentiis, non ante plaſmato homini vnitus eſt, ſed in vtero ſanctæ Virginis creauit ſibi ex ipſa, in ſua ſubſiſtentia, carnem animatam anima rationali & intellectuali, quod eſt humana natura. Hanc autem ſecundum ſubſiſtentiam, vnitatem Dei verbi ad carnem, docens nos & diuinus Apoſtolus dicit: qui cùm in forma Dei eſſet non rapinam arbitratus eſt æqualem ſe eſſe Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. Per hoc enim quod dixit, Qui cùm in forma Dei eſſet: verbi ſubſiſtentiam in natura Dei eſſe oſtendit. Per hoc autem quod dixit, Formam ſerui accepit, naturæ hominis, & non ſubſiſtentiæ ſiue perſonæ, vnitum eſſe Verbum ſignificauit. Nec enim dixit, quod* B *eum qui in forma ſerui erat accepit ne ante plaſmato homini vnitum eſſe Deum verbum oſtenderet, ſicut Theodorus & Neſtorius impij blaſphemauerunt, affectualem docentes vnitatem. Nos autem ſequentes diuinas Scripturas, & ſanctos Patres, confitemur, quod Deus verbum caro factus eſt, quod eſt ſecundum ſubſiſtentiam ſibi vnire naturam humanam. Ideò & vnus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, habens in ſemetipſo perfectionem diuinæ naturæ, & perfectionem naturæ humanæ. Et eſt vnigenitus quidem, & Verbum, vtpote ex Deo Patre natus, & primogenitus autem in multis fratribus idem ipſe cùm ſanctus homo, Filius enim Dei Filius hominis factus eſt, & manens quod erat, non tranſmutauit quod factus eſt: vnde & duas natiuita-* C *tes, eiuſdem ipſius vnigeniti Dei verbi confitemur. Ante ſæcula quidem ex Patre incorporaliter nati. In vltimis autem diebus, eiuſdem ipſius incarnati, & nati de ſancta glorioſa Dei genitrice & ſemper virgine Maria. Qui enim de Patre ſplenduit ſupra intellectum, ex matre ortus eſt ſupra rationem. Et cùm Deus verus eſſet, factus eſt vere homo. Ideò propriè & verè Dei genitricem, ſanctā, glorioſam, & ſemper virginem Mariam confitemur: non quia Deus verbum initium ex ipſa accepit, ſed quod in vltimis diebus vnigenitus Deus verbum, qui ante ſæcula erat, incarnatus ex ipſa immutabiliter homo factus eſt: & cùm inuiſibilis in ſuis eſſet, viſibilis factus eſt in noſtris. & cùm impaſſibilis Deus eſſet, non dedignatus & paſſibilis eſſe homo,* D *& immortalis mortis legibus ſubiacere.* Deinde diſpenſationem humanitatis Chriſti perſtringens, ſubinfert: *Ipſe igitur verus Filius Dei, omnes nos indutus eſt; vt omnes induamur vnum Deum, & eſt poſt incarnationem vnus de ſancta Trinitate vnigenitus, filius Dei, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, compoſitus ex vtraque natura. Compoſitum autem Chriſtum confitemur, ſanctorum Patrum doctrinam ſequentes. In myſterio enim Chriſti vnitas ſecundum compoſitionem, confuſionem & diuiſionem reiicit, & ſeruat quidem vtriuſque naturæ proprietatem. Vnam autem ſubſtantiam ſeu perſonam Dei verbi & cum carne oſtendit, & eſt vnus idemq; perfectus, in Deitate cognoſcendus, vt vnus ſit vtraque perfectus Deus & homo. Idem ipſe* E *Dominus noſter Ieſus Chriſtus, vnus de ſancta Trinitate conglorificandus Patri & ſancto Spiritui. Nec enim quartæ perſonæ adiectionem ſuſcepit ſancta Trinitas, & incarnato vno de ſancta Trinitate Deo verbo. Iſtam igitur bonam traditionem quam a ſanctis Patribus accepimus, cuſtodiamus, in qua viuimus & conuerſamur [illegible] quam ab hac vita proficiſcentes oramus nob[illegible]m habere, quæ eſt in Patrem, & Chriſtum filium Dei viui, & Spiritum ſanctum confeſſio.* Hæc autem bonus Imperator authoritatibus Cyrilli Alexandrini epiſtola ad Succeſſum 1, & 2. & cap. 13. Scholiorum, & in cap. 14. Leuitici. Basilii Magni lib. 4. contra Eunomium. Gregorii Nazianzeni libro ſecundo

Philipp. 2.

Theodorus Mopſueſtiæ Epiſcopus, & Neſtorius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, hæretici.

Chriſti duplex natiuitas.

Maria Theotocos, id eſt, [illegible]

Chriſtus compoſitus [illegible] Alexandrinum

Baſilius Magnus.

Gregorius Nazianzenus.

Gregorius Niſſenus.

de filio & GREGORII NVSSENI libro 4. contra Eunominm, multis verbis confirmat. Intentio tamen eius eſt idem probare quod ſuperiùs. Adde quòd anathema infert omnibus, qui aliud docuerint & crediderint, enumerâtque eos qui in Epheſina & Chalcedonenſi Synodis, pro hac cauſa damnati ſunt, & omnes qui eos non damnauerint & exhorruerint, ferit anathemate.

Iuſtinianus Imperator vt poſt Catholicam confeſſionē in hæreſim lapſus eſt, & reſipuit. Nota hiſtoriam. Paulus Diaconus.

Hæc eſt confeſſio piiſſimi Imperatoris Iuſtiniani. Notandum eſt tamen, quòd non multò pòſt in errorem decidit Eutychetis, & contraria his quæ pridem ſcripſerat ſenſit, deceptus ab Anthimo, vt ſcribit PAVLVS DIACONVS in vita Iuſtiniani. Sed cùm Agapetus Papa miſſus fuiſſet Cōſtantinopolim à Theodato Rege Gothorum, vt iram prædicti Iuſtiniani mitigaret, quam cōceperat contra eundem Thedatum, eò quòd vxorem ſuam Amalaſiuntham, filiā defuncti Theodorici Regis interfecerat, & ab Imperatore rogatus eſſet, vt cùm Anthimo & ſecum ſentiret, aut in exilium deportaretur, conſtanter renuit Agapetus, & vi atque authoritate verborum effecit, vt veritas pateſceret duarum in Chriſto naturarum in vno ſuppoſito, & Anthimus præcepto Imperatoris damnaretur.

Agapeti Papæ conſtantia & zelus, pro fide.

Ipſe autem Imperator priſtinam fidem deuotè recepit, & eundem Agapetum vt ſummum Chriſti Vicarium adorauit, omniáque ei conceſſit quæ poſtulauit, Epiſcopúmque Mennam Anthimo hæretico ſubſtituit.

Attende Imperatoris conuerſionem, & deuotionem, atque humilitatem.

Agapetus.

Hinc eidem Anthimo AGAPETVS I. epiſtolam dirigit de duabus in Chriſto naturis, in qua plura ex Leonis epiſt. 10. ad Flauianum, & ex eiuſdem epiſt. 8. ad Monachos Palæſtinos vſurpat, ſicut ex ſuperioribus colligitur, & in ſequentibus videbitur, Chriſti paſſio, &c. tandémque concludit, *Chriſtus* (ait) *Deus noſter ita inter Deum & hominem mediator apparuit, vt in vnitate perſonæ copulās vtramque naturam, & ſolita ſublimaret inſolitis, & inſolita ſolitis temperaret. Quid igitur? Cùm Chriſtus ſit Deus & homo, loquitur homo, & calumniaris Deo? Ille in ſe naturam commendat humanam, tu in illo audes deformare diuinam? Gemina ergo eſt ſubſtantia Chriſti, diuina ſcilicet qua æqualis eſt Patri humana verò qua minor eſt Patre: vtrumque autem ſimul, non duo, ſed vnus Chriſtus, ne ſit quaternitas, non Trinitas Deus, &c.* quæ ſuperius in confeſſione Iuſtiniani continentur, repetit.

Cyrillus Alexandrinus.

Eandem fidem confirmat CYRILLVS ALEXANDR. vt ſæpius citauimus, præcipuè tamen eius defenſio de duabus in Chriſto naturis, contra Theodorum Mopſueſtiæ Epiſcopum hæreticum, ex libro eius primo, lecta eſt coram Patribus Concilij CONSTANTINOPOLITANI II. dicti generalis 5. collatione 5. eadem cùm ſuperioribus verba continens, quæ libenter quidem hîc appoſuiſſemus, ſed quia ſigillatim verba Theodori prædicti proponit, & nos verba impia cogeremur conſequenter apponere, quæ piis poſſent auribus nocumento eſſe, idcirco fidem eam ſatis probatam relinquimus: qui fuerit curioſus, poterit authorem adire.

Concilium Conſtantinop. 2 dictum 5. generale.

Eiuſdem fidei aſſertor eſt validiſſimus SOPHRONIVS HIEROSOLYMITANVS in confeſſione & profeſſione ſua fidei quam miſit Sergio Conſtantinopolitano Epiſcopo, vt eſt lecta actione 11. generalis Concilij 3. Conſtantinopolitani dicti 6. generalis, vt videbimus dictione Maria, & aliis.

Sophronius Patriarcha Hieroſolymitanus

Concilium Conſtantinop. 3. dictum 6 generale in Trullo

Eandem fidem aſtruit & PAVLVS APAMEARVM II. Syriæ epiſtola ad Iuſtinianum Imperatorem, quæ inſerta eſt actione 1. prædictæ 5. generalis Synodi. ex ſanctorum Patrum dictis

Paulus Apamearum 2. Syriæ Epiſcopus

A contexta & compoſita: cuius tenorem exprimere non cenſui neceſſarium, quia hæc in ſuperioribus continentur omnia quæ in medium produxi in illa epiſt. cui & ſubſcripti feruntur 6. Epiſcopi. Hinc & Concil. II. CONSTANTINOPOLITANVM dictum generale 5. Anathemate 5. quod ad calcem additur vice coronidis. *Si quis* (aiunt) *vnam ſubſiſtentiam Domini noſtri Ieſu Chriſti ſic intelligit, tanquam ſuſcipientem plurimarum ſubſiſtentiarum ſignificationem, & per hoc introducere conatur in myſterio Chriſti duas ſubſiſtentias ſeu duas perſonas, & duarum perſonarum quas introducit, vnam perſonam dicit ſecūdum dignitatem & honorem & adorationem, ſicut Theodorus & Neſtorius inſanientes*

B *conſcripſerunt, & calumniantur ſanctam Chalcedonenſem Synodum. tanquam ſecundum iſtum impium intellectum vnius ſubſiſtentiæ vtentem vocabulo, ſed non confitetur Dei verbum carni ſecundum ſubſiſtentiam vnitum eſſe, & propter hoc vnam eius ſubſiſtentiam ſeu vnam perſonam, & ſic & ſanctum Chalcedonenſe Concilium, vnam ſubſiſtentiam Domini noſtri Ieſu Chriſti confeſſum eſſe, talis anathema ſit. Nec enim adiectionem perſonæ vel ſubſiſtentiæ ſuſcepit ſancta Trinitas, ex incarnato vno de ſancta Trinitate Deo verbo.* Et Anathemate 3. *Si quis dixit alium eſſe Deum verbum, qui miracula fecit, & alium Chriſtum qui paſſus eſt, vel Deum verbum cum Chriſto eſſe naſcente de mu-*

Concilium Conſtantinopolitanum 2. quod generale dicitur 5.

Aduerte quia 3 anathema ſubdidit hoc generale conciliū in concluſione eorū quę ſtatuat, quorum quædam hic allegātur, non per ordinem.

C *liere, vel in ipſo eſſe, vt alterum in altero, & non vnum eundemq́; Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Dei verbum incarnatum & hominem factum. & eiuſdem ipſius miracula & paſſiones quas voluntariè carne ſuſtinuit, talis anathema ſit.* IDEM anathemate 4. *Si quis dicit ſecundum gratiam, vel ſecundum operationem, vel ſecundum dignitatem, vel ſecundum æqualitatem honoris, vel ſecundum authoritatem aut relationem aut affectum, aut virtutem, vnitionem Dei verbi ad hominem factam eſſe, vel ſecundum bonam voluntatem, quaſi quod placuit Deo verbo homo, eo quod bene viſum eſt ei de ipſo; ſicut Theodorus inſaniens dixit, vel ſecundum homonymiam, per quam Neſtoriani Deum verbum Filium & Chriſtum vocantes, & hominem ſeparatim Chriſtum & Filium nominantes, &*

Intellige Theodorum Mopſueſtenſem, et ſæpius iam nominauimus, & infrà amplius.

D *duas perſonas euidenter dicentes, per ſolam nominationem & honorem & dignitatem & adorationem, vnam perſonam, & vnum Filium, & vnum Chriſtum confingunt dicere, ſed non confitentur vnitatem Dei verbi, ad carnem animatam anima rationabili & intellectuali, ſecundum compoſitionem ſiue ſecundum ſubſiſtentiam factam eſſe. ſicut ſancti Patres docuerunt. & ideo vnam eius ſubſiſtentiam compoſitam qui eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, vnus de ſancta Trinitate, talis anathema ſit. Cùm enim multis modis vnitas intelligatur, qui impietatem Apollinarij & Eutychetis ſequuntur, interemptionem eorum quæ conuenerunt, colentes vnitionem ſecundum confuſionem dicunt. Theodori autem & Neſtorij ſequaces, diuiſione gaudentes*

E *affectualem vnitatem introducunt. Sancta Dei Eccleſia vtriuſque perfidiæ impietatem reijciens, vnitionem Dei verbi ad carnem ſecundum compoſitionem confitetur, quod eſt ſecundum ſubſiſtentiam. Vnitio enim per compoſitionem in myſterio Chriſti non ſolum inconfusè, quæ conuenerunt conſeruat, ſed nec diuiſionem ſuſcipit.* Et anathema 7. *Si quis in duabus naturis dicens, non vt in Deitate & humanitate, vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum cognoſci confitetur, & per hoc ſignificet differentiam naturarum, in quibus inconfusè ineffabilis vnitio facta eſt, neque Deo verbo in carnis naturam tranſmutato (manet enim vtrumque hoc quod eſt natura, etiam facta vnitate ſecundum ſubſiſtentiam) ſed pro diuiſione per partem talem excipit vocem in*

Vnio in Chriſto vt facta eſt, de qua etiā dictione, vnio.

myſterio

A *myſterio Chriſti, vel numerum naturarum confitendo in eodem Domino noſtro Ieſu Chriſto. Deo verbo incarnato, non intellectu tantummodo, differentiam excipis earum ex quibus & compoſitus eſt, non interemptam propter vnitatem (vnus enim ex vtroque, & per vnum vtraque) ſed in hoc numero vtitur, vt ſeparatum vnaquaque natura ſuam habente ſubſiſtentiam, talis anathema ſit.* Et anathemate 8. ſubdit, *Si quis ex duabus naturis Deitatis & humanitatis, confitens vnitatem factam eſſe, vel vnam verbi Dei naturam incarnatam dicens, non ſic ea excipit ſicut Patres docuerūt, quòd ex diuina natura & humana vnitionem ſecundum ſubſiſtentiam facta vnus Chriſtus effectus eſt, ſed ex talibus vocibus vnam naturam ſiue ſubſiſtentiam,*

Vide quia ſemper Patrū ſententiam proponit, ſequendam.

B *Deitatis & carnis Chriſti introducere conatur, talis anathema ſit. Secundum ſubſiſtentiam enim dicentes vnigenitum Deum verbum, carni vnitum eſſe, nō confuſionem aliquam naturarum in ſe inuicem factam eſſe dicimus, ſed magis permanente vtraque hoc quod eſt, vnitum eſſe carni Deum verbum intelligimus. Propter quod & vnus eſt Chriſtus Deus & homo. Idem ipſe conſubſtantialis Patri ſecundum Deitatem, & conſubſtantialis nobis idem ſecundum humanitatem. Æqualiter enim & eos qui per partem diuidunt vel incidunt, & eos qui confundunt diuina diſpenſationis myſterium Chriſti, reijcit & anathematizat Dei Eccleſia.* Sic recurre ad dictionem, Symbolum Orientalium Epiſcoporum: quia eadem myſteria ibidem

Quintianus Epiſcopus Eſculanus.

C adhuc refricantur. Idē omnino & beatus QVINTIANVS ESCVLANVS Epiſcopus profitetur multis verbis in confeſſione ſua quam Petro Alexandrino tranſmiſit. Quam potuiſſem hic minimo negotio inſere, ſed nō licuit per otium, tum quia eadem tractat quæ à nobis ex præcedentibus decretis narrata ſunt. Similiter & contra hæreticos pro fide eadem, militat PELAGIVS I. epiſtola vnica ad Vigilium Epiſcopum, quòd ſcilicet Chriſtus idem ſit Deus inuiſibilis, & homo viſibilis, ſecundum proprietatem vtriuſque naturæ, multis authoritatibus in medium deductis. Hinc & venerabiles Patres Concilij HISPALENSIS II. cap. 12. cùm præſentatus eis fuiſſet quidam Syrus hæreſi Acephalorum labefactatus, duarum in Chriſto naturarum proprietatem

Pelagius I.

Concilium Hiſpalenſe 2. ſub Honorio I.

D abnegans, & Deitate paſſibilem aſſerens, tantis eū obruerūt ſacræ Scripturæ teſtimonijs, vt coactus fuerit errorem abiurare, & veritatis lumen amplecti: confeſſúſque eſt coram omnibus duas naturas & vnam perſonam, in vno eodémque Domino noſtro Ieſu Chriſto, credens impaſſibilem naturam Deitatis, atque in ſola humanitate ſuſcepiſſe infirmitates paſſionis & crucis. Et reuera tanta & tam fœcunda eſt illorum Patrum aſſertio, tantis ſunt veteris & noui Teſtamenti, atque ſanctorum Patrum authoritates, laboribus introgreſſi, vt nihil poſſit requiri ad perfectam huiuſce myſterij enodationem. Sed quia mihi eſt impoſ-

E ſibile hic cuncta complecti, superſedeo, contentus his quæ ſuperiùs probata ſunt. Qui curioſus fuerit lector, adeat Concilij præfati decretum, ſeu caput duodecimum. Vide & dictione, Trinitas, filius, ſymbolum. &c. Sed & Concilium BRACARENSE I. cap. 3. & 4. anathema eſſe iubet illum, qui aliter docuerit, quàm prædicta fides declarat. Hanc quoque fidē, ex diffinitione Chalcedonenſis præmemorati Concilij de duabus in Chriſto naturis, Græcis inuiolabiliter ſeruandam tradidit EVGENIVS IV. in Concilio generali FLORENTINO decreto, ad calcem poſito.

Concilium Bracarenſe I. Eugenius 4.

Concilium Florentin. ſub Eugenio 4.

A Chriſti vtriuſque naturæ vnio.] Quia ſæpius illud in hoc opere promiſi, recurre ad vocabulum vnio.

Chriſtus duas habuit voluntates & operationes.] Contra Cyrum Alexandrinum Epiſcopum, Sergium, Pyrrhum & Paulum, Epiſcopos Conſtantinopolitanos, congregatum eſt Concilium LATERANANSE ſub Martino I. Epiſcoporum 105. cui ipſe præſedit, eò quòd præfati Epiſcopi hæretici, ſequentes Acephalos & Apollinarem, vnam in Chriſto operationem & voluntatem mentiebantur, ex hoc quòd (vt aiebant) ſequitur operationem voluntas. Quod quàm malè ſonet, ſatis ex ſuperiori annotatione, ſatis prolixa,

Concilium Lateranenſe [illegible] Epiſcoporum ſub Martino I.

B probauimus. Verùm ne quid dimittamus intactum, ſic præfati Concilij Patres conſultatione I. ex ſylua Doctorum, authoritates innumeras depromentes, oſtendunt, *Affirmant quippe prædicti Patres, quia quorum vna eſt operatio, horum vna eſt & natura, & quia concurrit ſubſtantia voluntas. Ita enim beatus* BASILIVS MAGNVS *contra Eunomium ſcribens, ait: Quorum operatio vna eſt, horum eſſentia vna eſt. Sed & beata memoria Amphilochio ſcribens is ipſ. ait: qui me vidit & Patrem meum vidit. Non figuram neque formam, quia diuina natura ab omni compoſitione munda eſt, ſed bonum voluntatis quod concurrens natura, ſimile párque, magis autem hoc ipſum in Patre filióq; videri certum eſt. Sed*

Dicta & argumenta diſputationis quæ maximè fidem Catholicam ſeruat & comprobat intemeratam.

Baſilius Magnus.

Ioann. 14.

C *& ſapientiſſimus* CYRILLVS ALEXANDRINVS *in libro Theſaurorum, ſic ait: Solent enim ea qua habent eandem operationem einſdem eſſe eſſentia, & differentiam natura in his eſſe impoſſibile eſt. In ſermone autem ad Hermiam facto, ita hic ipſe ſuperfluum eſſe ait, & inceptum contra voluntatem genitorem, non voluntariè ſuſpicari Patrem exiſtere, ſed potiùs naturaliter & ſubſtantialiter. Eſt enim non contra voluntatem, quæ eſt naturaliter concurrentem habens natura voluntatem eſſe qua eſt. Quapropter diuina quidem ſubſtantia & natura diuinam eſſe voluntatem & operationem naturaliter conſueruntt. Humana autem natura vtique humanam, vt ne per vnam voluntatem & operationem, vnam & naturam Deitatis & humani-*

Cyrillus Alexandrinus.

D *tatis Chriſti ſimiliter cùm errantibus & confundentibus hæreticis tradere videamur, ſed piè per vtramque einſdem voluntatem & operationem vtramque nobis einſdem prædicarent naturam. Si enim vbi vnam naturalem operationem, & naturam vnam eſſe docent, vtique vbi diuerſa natura ſunt, diuerſas eſſe eſſentiales operationes docere noſcuntur, quoniam per differētiam natura, differentia naturalium operationum introducitur, ſicuti & per indiſſimilitudinem natura, indiſſimile operationis cognoſcitur, & propter hoc vnam quidem, id eſt, diuinam & inconditam naturam atque operationem, ſicuti & voluntatem in Patre & Filio & Spiritu ſancto ſancta & conſubſtantialis adorāda Trinitatis prædicarunt. Duas autem competenter naturas*

E *& operationes, ſicut & voluntates diuinam dico & humanam in vno eodemq; ſancta Trinitate Dei verbo propter nos incarnato in vnitione inconfuſam & indiuiſam tradidiſſe monſtrantur, id eſt, increatam atque creatam, quoniam vtrumque eandem naturaliter eſſe impoſſibile eſt, & hoc luculenter beata memoria* LEO I. *Apoſtolicæ ſedis Præſul in epiſtola ſecunda ad Leonem Imperatorem directa de volūtatibus einſdem edocuit dicens ſecundum quidem formam Dei ipſe & Pater vnum ſunt, ſecundum autem ſerui formam nō venit facere voluntatem ſuam, ſed voluntatem eius qui miſit eum, apertiſſimè nobis oſtendens ſecundum naturas, duas vnius einſdemq; Chriſti Dei voluntates, per hoc quod dicit voluntatem forma ſerui, qua eſt humana*

Leo. I.

Ioan. 10.

eius voluntas,& per hoc quod dicit voluntatem eius qui miſit eum,quæ eſt ſecundum naturam diuina. Sed & beatæ memoriæ Hamano de operationibus conſulē Saluatoris noſtri prædictus pater ſcribens ait epiſt.10. Operatur enim vtraque forma, cum alterius communione quod proprium eſt,verbo quidem operante quod verbi eſt,carne autem exequente quod carnis eſt, & vnū horum coruſcat miraculis,aliud autem ſuccumbit iniuriis. Sed de his latiùs ſuperiori annotatione ſcripſimus. Porrò hæc de duabus in Chriſto voluntatibus decreta confirmat EVGENIVS IV.in Concilio Florentino decreto ad calcem addito, & hanc fidem Græcis & Armenis tradit inuiolabiliter cuſtodiendam. Porrò in prædicto Lateranenſi Concilio ſub Martino I.multa proponūtur B quæ iam in annotationibus præcedentibus elucidata ſunt. Et multis ſanctorum Patrum teſtimoniis Patres præfati militant contra prænominatos hæreticos,vt aſtruant duarum voluntatū & operationum in Chriſto veritatem:vt DIONYSII AREOPAG. & aliorum,vt infrà videbimus. Eſt autem & confeſſio MAVRI RAVENNATIS Epiſcopi quam Martino & prætacto Concilio per legatos tranſmiſit,*Duas* (inquit) *voluntates duasq́; operationes profiteor.& Deum & hominem Dominum Ieſum Christum, per Spiritum ſanctum in vtero virginis conceptum & natum, in duabus naturis verum Deum & hominē in vna perſona vtraque operantem,* C *quæ Deitatis & humanitatis ſunt,tenere me profiteor, nec aliud quam quod ſanctas quatuor vniuerſales ſynodos vnanimiter prædicaſſe,& quintam ſub piæ memoriæ Iuſtiniano ſuſcipere ,ſed ſolam fidem à Patribus conſtitutam per quam verum Deum verumq́; hominem totum in ſuis totū in noſtris prædicauerunt,omni conſtantia profiteri.* Hanc confeſſionem Martinus ipſe Papa I.vt ſeq.patet,cap.conſultat.1.Concilio approbante,actis inſeruit ſynodalibus.Quam etiam confeſſionem cōmendans MAXIMVS AQVIL. latiùs explicat,conſtanter affirmans ,quod omnis qui differētiam vnius Chriſti, naturalium voluntatum & operationum abnegat & naturarū eiuſdem,ex quibus & in quibus conſiſtit, negat pariter differentiam , *Nec enim poſſibile eſt* (ait) *ipſum* D *eundemq́; Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum conditum & incondiū naturaliter exiſtentem vtriuſque naturæ, ex quibus conſiſtit in voluntate & operatione minime naturalem proprietatem in vnitione ſaluare : quoniam qui ſic ſapere nō vult ſanctum Chalcedonenſem reſpuit ſynodum omnesq́; patres.* Et ſubſcripſit huic confeſſioni DEVSDEDIT SARDINÆ Epiſcopus, & concluſa eſt conſultat.1.ſeu ſecretarius 1.Subſequitur conſult.2. eiuſdem Concilij Lateranenſis in qua introducitur STEPH. DORENSIS Epiſcopus ſtans pro prouincia Hieroſolymorum, eandem etiam afferens cōfeſſionem, mentionem facit celeberrimi illius SOPHRONII HIEROSOLYMIT. Patriarchæ,qui eandē fidem contra E Monothelitas duobus libris. ſexcenta teſtimonia Patrum adferens defendit.Cuius etiam confeſſionem recitans omnino ſuperioribus conformem tandem ſic concludit, *Oportet in perfectione naturarum,quæ in Chriſto Deo in vnitate ſaluantur,& naturalium eius voluntatum & operationū roborare intrāſgreſſibiliter Patrum orthodoxā fidem.Ideoq́; vnius eiuſdemq́; ſicut vnitas duas naturas ita conſequens eſt & naturales confiteri voluntates & operationes,diuinā & humanam ad plenam oſtenſionē vtriuſque eius naturæ vera perfectionis, vtpote in vtraque natura nullā diminutionē habente eſſentialis & naturalis proprietatis,id & voluntatis & operationis, quoniam proprietas naturalis eſt ſine dubio naturæ,naturalis enim voluntas*

A *& operatio,ex quibus firmiter S.Chalcedonenſis Conc. ſtabilita eſt definitio,Chriſti Dei indemnitatē conſeruās myſterium,quā illi deſtruere attētantes aliud malū excogitauerunt,* &c. quæ ſequuntur. Vbi alij errores eorum recitantur, ſed modò nihil ad nos. Hanc autem fidē plurium Epiſcoporū ſignatam chirographis offert Patribus omnibus, ſimulq́; libros hæreticorū quos in ſuis prouinciis collegerat,offert exurēdos & reliquos cupit ſolicitiùs inquiri. Eadem eſt petitio plurium Abbatum. qui ſanctæ prædictæ ſynodo libellū fidei ſuæ contra prædictos errores conſultat.ead.2. obtulerunt. & tanquam paternarum definitionū tranſgreſſores,petunt præfatos hæreticos anathematizari,quorum B laudata fides & approbata deuotio eſt. Poſt hos & recepta eſt profeſſio fidei SERGII CYPR. inſulæ Epiſcopi libello demiſſa. tum ſubſequitur petitio patrū Epiſcopor.Africanorum qui ſanctæ & Apoſtolicæ ſedis implorant manus adiutrices contra exortas hæreſes,vt ſolita eius protectione ſopiantur.exandiuiq́; ſunt pro ſua reuerentia.Eorundem EPISCOPOR. AFRICANOR. pro ſimili implorando auxilio epiſt recitatur miſſa ad Imper.Conſtantinum, ſed & legitur eorum epiſt. ad Paulum Conſtantinop. Epiſcopum hæreticū. Vbi doctiſſimè & eius Veſaniam produnt.& Catholicam fidem tuentur. de duabus voluntatibus & operationibus in Chriſto ,ſimul & ſanctorum C Patrum teſtimonia proferunt. Proferunt primò Doctorem AMBR. MEDIOLAN. illud exponentem.*Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo:* & illud Ioannis.*Nunc anima mea turbata eſt.* Et illud Pſalmi ,*Vt faciam voluntatem tuam Deus meus,&c.* Conſule illum doctorem in his locis. Proferunt & AVGVST. HIPPON. lib.aduerſ. Arrianos,& lib. de Gratia noui teſtamēti ad Honoratū,quibus locis prędicti Doctores duplicem in Chriſto vt naturam,ſic & voluntatem & operationem aſtruunt,quod infinitis ſacræ Scripturę teſtimoniis cōprobant : & ſubſcripſerunt præfati Epiſcopi Africani num.43. & eorū approbata eſt fides & deuotio. Poſtea in ead.2.conſult.præfati D Lateran.Conc. immediatè ſequitur lectus libellus. VICT. CARTH.Epiſc.ſcriptus ad Theodorum Pap.de fide prætacta cōtra Paulū, Sergiū & Cyrum,memoratus hæreticos qui etiā in hoc libello tā acriter fidē Catholicā defendit.vt admirationi ſit prorſus & laudi.Profert inter cętera & Leonis Magni epiſt.ad Flauia.nu.10. & aliis quidē in medium productis authoritatibus palmā victorię victor reportauit,cui ſubſcripſit & Martinus I.& librum talem ſynodicis geſtis & actis copulauit ad arguendā,vt ait, contrariorū proteruiā. Demum eiuſdem ſacri Concil.conſultat. ſeu ſecretario 3. expenſa ſunt impia Theodori quodā Pharanitæ Epiſcopi dogmata & ſcripta,aduerſus prædictam E fidem & aſſertionē duarū voluntatū & operationum in Chriſto,quam rurſus MARTINVS I. ſcripturæ atteſtatione & Patrum irrefragabilibus teſtimoniis defendit.cōtra eum & præcipuè magni illius DIONYS. AREOP. lib.de diuinis nominibus:& epiſt.ad Gaium duplicem in his locis Chriſti confirmātis euidenti ratione naturam, vt iam ſuperiùs dū de Chriſti incarnatione egimus, in mediū protulimus.Adfert præterea toties iam memoratum CYRIL. ALEX. in 12. Anathematiſmos,& GREG. NAZI. ſcribentis ad Cledoniū, vbi hæreticos conuincit, qui Chriſtū per virginē tanquā per fiſtulā tranſiſſe putabāt quod & prædictus Theodor.Pharanitanus impiè opinabatur, BASIL. quoque MAGNI eadem confirmantis,

Eugenius 4.

Dionyſius Areopagita.

Maurus Rauenna Epiſcopus, eiuſdem confeſſio.

Maximus Aquilienſis Epiſc.

Deuſdedit Sardinienſis Epiſc.

Stephanus Dorenſis Epiſc.

Sophronius Hieroſolymitanus Patriarcha.

Vide hæreticorum librorum exterminatio & cuſtio, vide libri, & hæretici.

Sergius Cypri Epiſcop.

Epiſcop. Africani.

Ambroſius Mediolanenſ. Philipp.c.2. Ioan.12. Pſal.39.

Auguſtinus Hipponenſis.

Victor Carthaginenſis Epiſc.

Martinus 1.

Dionyſius Areopagita.

Cyrillus Alexandrinus. Gregorius Nazianzenus.

Baſilius Magnus.

Concilium Chalcedonen 4. generale.

& Concilij CHALCEDONENSIS decretum A
quo prædicat, nunquam ſublatam differentiam
naturarũ propter vnitionem, magis autẽ ſaluam
indiminutè proprietatem vtriuſque naturæ, & in
vnam perſonam atque in vnam ſubſiſtentiã con-
currentem. Expanditur inde eadem conſultatio-
ne 3. & volumen Cyri Alexandrini Epiſcopi hæ-
retici, quo Eccleſiam Chriſti impugnabat, & in
Chriſtum blaſphemias expuebat, muniens ſe di-
uini quoque Dionyſij atque Cyrilli ſcriptis, vt eſt
mos hæreticis: ſed in ſemetipſum reuerſa fraus,
colliſa impiè Patrũ teſtimonia decerpſiſſe & pro-
tuliſſe conuictus eſt. Nam in medio lecta eſt illa
epiſtola ad Gaium, vnde impius ſe hauſiſſe profi- B
tebatur dogma ſacrilegum, & concluſum eſt, quia
nihil minùs quàm illi locus allatus fauebat con-
demnatus eſt quoque cum cæteris, quibus mos
eſt paternis abuti doctrinis. De quibus vide in
vocabulo, hæreticorum fraus & arrogantia, &c.
Poſthæc codex lectus eſt Theueſtij hæretici ea-
dem dogmata continens, quæ & ſuperiùs expreſ-
ſa ſunt aliorum, qui adhuc etiamnum diuini Dio-
nyſij teſtricabat authoritatem epiſtola eadem ad
Gaium qua contra Coleuthum hæreticum diſpo-
tauit, & qua vna videtur intelligi & aſtrui Deiui-
rilis operatio, non vna Deo decibilis, quam Col-
luthus hæreticus recuſabat aſſerere. Sed in hoc
ipſe hæreticus minùs verba ſancti Doctoris tra-
ctare viſus eſt. Nam loco Deiuirilis operationis, C
priores abſolutè: vnam operationem poſuerant.
Deiuirilis enim vox eſt, vt Patres aſſerunt duas ſi-
gnificans operationes diuinam & humanam: & in
hoc lapſus eſt ignorans Themeſtius, qui vnam
tantummodo operationem ſignificare putabat,
Quod ſi (aiunt Patres prædicti LATERANEN-
SIS Concilij) *vnam eſſe Deiuirilem operationem,
propter vnitionem hæretici aſſerunt, ergo ante vnitio-
nem duas habentem operationes Deum verbum intro-
ducunt. Poſt autem vnitionem vnam vtraſque efficien-
tem videlicet pro computatione alterius aut confeſſione
vtriuſque. Si ergo in omnibus aduerſariorum ratio re-
prehenditur, certum quoniam non vnam ſecundum il-
los oſtendere volens operationẽ ſanctus* DIONYSIVS D
AREOPAGITA, *ſed duplicem duplicis naturæ
compoſitiuo ſermone abuſus eſt, duas vnius eiuſdemq;
in vnitione operationes oſtendens. Et ideo prudentiſſi-
me, ait, Neque ſecundum Deum diuina operatus, ne-
que ſecundum hominem humana, ſummam nobis vni-
tionem denuncians, ſicuti naturarum ita eiuſdem na-
turalium operationum, quoniam ſumma vnitionis eſt
proprium, per immutationem ſublimiter operari vtra-
que, id eſt, eundem humanè diuina & diuinè humana.
Nec enim nuda Deitatis diuina neque pura humani-
tatis humana, ſed per carnem quidem intellectualiter
animatam atque vnitam, eidem ſubſtantialiter opera-
batur ſublimiter miracula & verũ per poteſtatem va-
lidiſſimam, viuificarum eius paſſionum ſponſe pro nobis E
experimentum ſuſcipiebat, vt & vnitionem oſtendat
& differentiam innoteſcat. Et vnitionem quidem per
alternam oſtenſionem ſiue conglomerationem operatio-
num ſuarum, differentiam autem ex confirmatione na-
turalis proprietatis. Hoc enim erat, ſecundum quod
ait Doctor omnium nouitatum ſupereminens nouitas,
&c.* Quæ omnia poſtea Patres confirmant & a-
ſtruunt Lecta eſt poſthæc eadem conſultatione 3.
& Ectheſis ab hæreticis ſub Heraclij Imperatoris
nomine ſcripta, quæ cõfeſſionem Catholicæ fidei
prætendit ad modũ Symboli, ſed erroribus variis
eſt permixta, præcipuè vbi in illa abnegãt dupli-
cem operationem. Mirum certè quòd in hac ex-

Sic ſemper hæretici ſanctorum voluminibus ſe protegunt, diſtorto ſenſu.

Authoritas Dionyſij epiſtola ad Gaiũ, malitioſè miſcer ab hæreticis diſtorta.

Concilium Lateranenſe ſub Martino 1.

Dionyſius Areopagita.

Falſa inſcribũt authoribus dogmata hæretica, qui nunquã ea excogitarũt & ea ſub eorũ eulgãt nomine, vt amicè recipiantur.

poſitione Orthodoxæ fidei (vt vocant) ſanctorũ
Patrum & Conciliorum ſe confitentur ſcripta &
dicta amplecti, nihil addentes, nihil ſubtrahentes,
nihil tranſmutantes, inſuper hæreticos omnes no-
minatim damnant, cùm tamẽ & ipſi ſint hæreti-
ci, & Patrum ſcripta de duabus voluntatibus &
operationibus in Chriſto paruipendant. Sicque
& hi à ſacro Concilio hæretici conuicti & dam-
nati ſunt conſultatione 4. In qua etiã recenſetur
epiſtola Pauli Conſtãtinopolitani hæretici, quam
ad Theodorum 1. prædeceſſorem Martini 1. ſcri-
pſerat, in qua fidem ſuam complectens, etiam im-
piæ doctrinæ aſſertos externis, eam muniens vt cæ-
teri verbis & teſtimoniis ſcripturæ & Patrum, &
verbo Dei (ſic enim loquuntur) nam hæc vox fa-
miliaris ſemper fuit omnibus hæreticis. Expandi-
tur eadem conſultatione 4. præfati Concilij LA-
TERANENSIS eiuſdem farinæ exemplar, Typi
cuiuſdam hæretici, qui ſimplicis volũtatis & ope-
rationis aſſertor omnes qui ſuæ doctrinæ aduer-
ſarentur, terribili (ſic enim loquitur) omnipoten-
tis Dei iudicio ſubiecit. Sed ipſe magis cum ſuo
dogmate priorum hæreticorum conſortio adiun-
ctus eſt. Conſequenter eadem conſultatione re-
citantur definitiones & ſymbola generalium 5.
Conciliorum (quæ inſeruimus in vocabulo Sym-
bolum) ſanctique Patres ſic concludunt, *Igitur
intranſgreſſibiliter retinentes pias doctrinas omnes in
condemnatione illorum decernimus, quoniã ſicut verba
& definitiones ſanctorum quinque Conciliorum teſtan-
tur nec vnam voluntatem nec vnam operationem præ-
dicauerunt, nec iterum peremptionem duarum Chriſti
Dei voluntatum & duarum operationum omnimodo
decreuere, ſicut illi calumniati ſunt, vnde magis omnem
hæreſim ſancta Synodus condemnare noſcuntur, & tam
vnam in Chriſto voluntatem & operationem commen-
tantes, Arrium, Eudoxium, Eunomium, Macedoniũ,
Apollinarem, ſed & omnia impia eorum conſcripta,
cum quibus meritò & eos qui in hoc illis conſentiunt, id
eſt, vni volũtati & operationi ſceleroſos hæreticos Theo-
dorum & Neſtorium, qui ſecũdum gratiam & opera-
tionem ac dignitatẽ æqualemq; honorem ſimilemq; vo-
luntatem, & authoritatem, relationem, virtutem, affe-
ctum, complacitum, vnius hominis appellationem, vni-
tionem Dei verbi ad hominem factã fuiſſe delirant, &c.
His itaque à nobis confeſſis, quæ nobis tradita ſunt à
diuina ſcriptura ſanctorumq; Patrum doctrina, & de-
finitis pro vna eademq; fide, a prædeceſſoribus venera-
bilibus Conciliis, ſi quis præſumpſerit cõtraria his, quæ
a nobis piè ſtatuta ſunt, tradere aut docere vel ſcribe-
re, ſiquidem Epiſcopus fuerit aut in clero commemora-
tus, hic vt aliena ſacerdotibus & Eccleſiaſtica diſcipli-
na peragens, denudabitur ab Epiſcopatu vel clericatu:
ſi autem monachus vel laicus, anathematizabitur.*
Deinde conſultatione 5. enumeratio fit omnium
Epiſcoporum & ſanctorũ Patrum qui prędictam
doctrinam & fidẽ prædicarunt. AMBR. AVGV.
BASIL. GREG. NYSSE. epiſt. ad Euſtathium
de S. Trinitate GREG. NAZIANZ. II. ſerm. de
Filio. CYRIL. ALEXANDR. AMPHIL. HIP-
POLYTI Epiſcopi & martyris homil dominicæ
Paſchæ. ATHAN. lib. cõtra Apollinatim. IOAN.
CHRYSOST. THEOPH. ALEXAND. homil.
de muliere, quæ fluxum ſanguinis patiebatur. SE-
VERIANI GABALOR. Epiſcopi in eum Euan
gelij locum, *Pater transfer calicem hunc a me*, & ho-
milia contra Iudæos, Paganos & Apollinariſtas.
LEONIS I. epiſt. 10. ad Flauianum DIONYS.
AREOPAG. c. 2. de diuinis nominibus. EVPHR.
ANTIOCH Epiſc. lib contra Seuerũ hæret. c. 56.

Vide ſi non eadem Caluiniſtæ polliceãtur.

Phraſis loquendi hæreticis

Caluiniſtis familiaris vide ſi quibus illiſ hæ ſeruent. Inſtant enim ſemper miniſtros verbi Dei.

Concluſio ſacri Lateranenſis concilij ſub Martino 1. contra hæreticos.

Sylua doctorũ fidem præfatã aſſerentium.
Ambroſius Mediolanenſis
Auguſtinus Hipponenſis.
Baſilius Magnus.
Gregorius Nyſſenus.
Gregorius Nazianzenus.
Cyrillus Alexandrinus.
Amphilochius Iconij.
Hippolytus Martyr.
Athanaſius Alexander.
Ioannes Chryſoſtomus
Theophilus Alexandria.
Seuerianus Gabalorum Epiſcopus.
Leo 1.
Dionyſius Areopagita
Euphremius Antiochenus.

Ioannes Scythopolitanus. Anaſtaſius Antiochenus.

IOANNIS SCYTHOPOLITANI Epiſcopi ſermo. 8. contra Seuerum prædictum hæreticum, cap. 5. ANASTASII ANTIOCHENI lib. de ſatisfactione, *Quoniam omnes Patres* (vt prædicti Concilij Patres concludunt) *tradunt nobis vnum eundemq́; Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ex duabus & in duabus exiſtentem naturis ſubſtantialiter vnitis inconfusè & indiuisè, & duas vnius eiuſdemq́; ſicuti naturas, ita & naturales veraciter eſſe volũtates, id eſt, diuinam & humanam, & duas eſſentiales operationes diuinam & humanam. Propterea & hos hæreticos, & ea quæ ab eis confecta ſunt dogmata reprobantes (quorum ſubſequitur enumeratio) ſecundum ſtatuta venerabilium Patrum, ſiue præcepta, quæ hoc facere nobis per omnia præcipiunt dogmata, & ſermones ſanctorum Patrum vno corde & ore vnanimiter ac conſonanter omnes firmamus, nihil addentes, nihil ſubtrahentes de his quæ ab ipſis tradita ſunt nobis, ſicq́; credimus ſicuti Patres crediderunt, ita prædicamus quomodo docuerunt. Quæ ſancta & vniuerſales quinque ſynodi tradiderunt intranſgreſſibiliter retinemus, diffinitiones eorũ ſeruamus, decreta eorum integrè confitemur, ita definimus, quemodo illi per proprios ſermones promulgauerunt. Qui eaſdem ſanctas Synodos, & venerabiles Patres minime ſuſcipit condemnatus eſt: quia omnia ab eis prædicata & definita minimè ſuſcipit ſpecialiter, & confitetur, condemnatus eſt: qui qualemcunque hæreticorum, & abominandam vocem comprobat, condemnatus eſt. Horum enim Patrum dogmata* (ait idem MARTINVS I. epiſt. 1. ad omnes Chriſti fideles) *lex Catholicæ Eccleſiæ exiſtit.* Et multa diſputatione prædicti Lateranenſis Concilij patres, adhuc de operationibus & voluntatibus Chriſti diueſſis completa, tandem definitionem ſuam adijciunt, ſecundum morem Epheſini & Chalcedonenſis atque 5. generalis Synodi Conſtantinopolitanæ, viginti anathematiſmos ſubijciẽtes his qui aliá profiteri doctriná vel tueri, vel hæreticos fouere præſumpſerint & ſubſcripſerũt, anathematizãtes omnes hæreticos, vt ſuo loco poſuimus. Cõtra etiã illos eoſdem hæreticos egit CONSTANTINOPOLITANVM Concilium III dictum 6 generale in Trullo celebratum, & eorum error omnino profligatus eſt. Præmiſſa quippe quæſtio de duabus voluntatibus & operationibus in prædicto Concilio mota eſt, & agitata inter legatos Apoſtolicæ ſedis, ſtantes pro fide Romanæ Eccleſiæ, & inter Macarium Antiochenum Epiſcopum, & Georgium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, qui contrarium ſentiebãt, innitentes doctrinæ prædeceſſorum ſuorum, quorum ſuperiùs nomina expreſſimus. Cyri ſcilicet Alexandrini, Sergij, Pauli & Pyrrhi. Conſtantinopolitanorum Epiſcoporum. Mota eſt igitur & tractata actione prima prædictæ 6 generalis Synodi, præſidente in ea legatis Apoſtolicæ ſedis, & deuotiſſimo Principe Imperatore Conſtantino IV. & duobus eius fratribus Heraclio atque Tiberio. Allatúſque eſt liber Synodorum è ſacro Patriarchio, vnde impius Macarius vnam in Chriſto voluntatem oſtendere ſpondebat: cùm que Epheſinæ 1. Synodi acta reuoluiſſent, oſtendit verbũ Cyrili ſcribentis ad Theodoſium, quod ſic habet, *Eſt autem omnipotens Dei voluntas.* Sed à cunctis patribus acclamatum eſt, ſuperfluè hoc teſtimonium à Macario eſſe prolatum, vt vnicam eſſe monſtraret in duabus Chriſti naturis voluntatem: cùm Cyrillus de illa Chriſti voluntate tantùm ſit locutus, quam habet cum Patre & Spiritu ſancto communem. Sicque ad 3. Synodum ventum eſt, & nihil inuentum eſt huiuſmodi fauens errori. Quarta quoque lecta eſt ſcilicet Chalcedonenſis ſynodus, & ex epiſtola Leonis Papæ I. probatũ eſt duas in Chriſto eſſe voluntates & operationes, dum ſic loquitus LEO I. ſcilicet epiſt. 10. quæ eſt ad Flauianum, *Agit enim vtraque forma cum alterius communione, quod proprium habuit verbo quidem operante quod verbi eſt, carne autem exequente quod carnis eſt. Et horum vnum coruſcat miraculis, aliud verò ſuccumbit iniuriis.* Qua ſententia lecta, à cunctis vera fidei profeſſio recepta eſt. Macarius verò ad Deiuirilem recurrit Dionyſij operationem, de qua ſuperiùs diximus, ſicque conuictus eſt. Tum geſta & acta 5. generalis Synodi lecta ſunt, ex actione 3. vbi nec ſuæ quippiam Macarius inuenit conſonũ ſententiæ. Nam liber de vna Chriſti voluntate Mennæ Epiſcopi Conſtantinopolitani ad Vigiliũ Papam, cùm recitaretur, fictitius & falſarius inuentus eſt. Quandoquidem nec Mennas prædictæ ſynodo affuit, quippe iam defunctus, vt eius liber inter acta Concilij poneretur. Sed Eutychius ſúc Conſtantinopolitanam regebat Eccleſiam, quando indicta eſt 5. Synodus anno 26 Iuſtiniani Imperatoris. Mennas verò obijt 21. eiuſdem Principis. Adde quod prædictus liber varijs additionibus ita mutilatus erat, vt non dubitaretur hæreticorum eſſe figmentum: & iubente Conſtantino reiectus eſt. Reiecti ſunt pariter duo libri falſò inſcripti ſub nomine Vigilij Papæ, vnus quidem ad Iuſtinianum Imperatorem, alter ad Theodoram Auguſtam. Tunc actione 4. coram patribus lecta eſt epiſtola AGATHONIS I. ad Conſtantinum Imperatorem IV. & ad duos fratres eius Heraclium & Tiberium, vbi luculenter prædicta hæreſis confutatur, & veritas innoteſcit: & fidei profeſſio, quã tenet Apoſtolica & Catholica Eccleſia, inſeritur, quam hic attexere libuit licet iam multis in locis dictione. Trinitas. Symbolũ, multas diuerſorum Patrum & Conciliorũ fidei profeſſiones poſuerimus. Sic ergo loquitur prædictus Agatho Pontifex. *Vt* (ait) *veſtra diuinitus inſtructa pietas, quid Apoſtolicæ noſtræ fidei vigor contineat, breuiter intimemus, quã percepimus per Apoſtolicam, Apoſtolicorumq́; Pontificum traditionem, & ſanctarum quinque generalium Synodorum, per quas fundamenta Catholicæ Chriſti Eccleſiæ, firmata atque ſtabilita ſunt. Hæc igitur ſtatus eſt Euãgelicæ atque Apoſtolicæ fidei, regularisq́; traditio, vt confitentes ſanctam & inſeparabilem Trinitatem, id eſt, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, vnius eſſe Deitatis, vnius naturæ, & ſubſtantiæ, ſiue eſſentiæ, vnius eſſe prædicemus & naturalis, voluntatis, virtutis, & operationis, dominationis, maieſtatis, poteſtatis & gloriæ. Et quidquid de eadem ſancta Trinitate eſſentialiter dicitur, ſingulari numero, tanquam de vna natura trium cõſubſtantialium perſonarum comprehendamus regulari ratione hoc inſtitus. Cùm vero de vno earundem trium perſonarum, ipſius ſanctæ Trinitatis filio Dei, Deo verbo, & de myſterio admirandæ eius ſecundum carnem diſpenſationis cõponimus, omnia duplicia vnius eiuſdemq́; Domini ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, ſecundum Euangelicam traditionẽ aſſerimus, id eſt, duas eius naturas prædicamus, diuinam ſcilicet & humanã, ex quibus & in quibus etiã poſt admirabilem atque inſeparabilem vnitionem ſubſiſtit: Et vnamquamq́; eius naturam, proprietatem naturalem habere cõfitemur, & habere diuinam omnia quæ diuina ſunt, & humanam omnia quæ humana ſunt, abſque vllo peccato. Et vtraſque vnius eiuſdem Dei verbi incarnati, id eſt humanati inconfusè, inſeparabiliter immutabiliter eſſe cognoſcimus, ſola intel-*

Martinus I.

Concilium Conſtantinopolitanũ 3. dictum 6. generale ſub Agathone I. & Conſtãtino Imperatore 4. Epiſcoporum 150.

Renouatur hæreſis, & iterum reprobatur in generali hoc concilio, dicentium, Chriſtũ non duas habuiſſe voluntates & operationes. Et verè ſatis ſuperiùs fuit hic error conuictus, ſed quia factorum definitiões cõciliorũ hic ponere decreuimus, ideo breui compendio totius generalis Synodi ſeriem complectemur. Æquo animo, ô Lector omnia ſuſcipe.

Leo I.

Hæc iam ſuperiùs reprobata eſt temeraria ſancti Patris obſeruatio.

Vide quantum laborent hæretici, vt ſua tegant dogmata vmbra ſanctorum Patrũ, nec valent, & quo modo praua quæque ſcripta ſanctis doctoribus attribuũt vt ex eis autoritatẽ habeãt. Hæc adhuc hodie obſeruari videmus.

Agatho I.

Summa fidei Catholicæ de Chriſti incarnatione, quam exhibuit Imperatori Conſtantino 4. Agatho I.

Vide quantum tribuat ſynodorum decretis, vide latiùs, Concilio. ſi authoritas.

ligentia quæ vnita ſunt diſcernemus, propter confuſionis dumtaxat errorem. Æqualiter enim & diuiſionis, & commixtionis deteſtamur blaſphemiam. Cum duas autem naturas, duasq; naturales voluntates, & duas naturales operationes confitemur in vno Domino noſtro Ieſu Chriſto, non contrarias eas, nec aduerſas ad alterutrum dicimus (ſicut à via veritatis errantes, Apoſtolicam traditionem accuſant. Abſit hæc impietas à fidelium cordibus) nec tanquam per ſe ſeparatas, in duabus perſonis vel ſubſiſtentiis, ſed duas dicimus, vnū eundemq; Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum ſicut naturas, ita & naturales in ſe voluntates & operationes habere, diuinam ſcilicet & humanã: diuinam quidem voluntatem & operationem haberi ex æterno cum coeſſentiali Patre cōmunem, humanam temporaliter ex nobis cum noſtra natura ſuſceptam. Eſt autem voluntas (vt Avgvstinvs *lib. 5. contra Iulianum Pelagianiſtam aſſerit) animi motus: Hæc eſt Apoſtolica atque Euangelica traditio, quam tenet ſpiritalis veſtri fœliciſſimi Imperij mater Apoſtolica Chriſti Eccleſia. Hæc eſt mera confeſſio pietatis. Hæc eſt Chriſtiana religionis vera atque immaculata profeſſio, quam nō humana adinuenit verſutia, ſed Spiritus ſanctus per Apoſtolorum Principes docuit. Hæc eſt firma & irreprehenſibilis, ſanctorum Apoſtolorum doctrina, cuius ſyncera pietatis integritas quoadusque liberaliter prædicatur in republica Chriſtiana, veſtra tranquillitatis imperium tuebitur ſtabilietur & exultabit, & fœlix, vt perfectè confidimus, demonſtrabit.* Idem Agatho I. alia epiſtola ad eoſdem Principes ſymbolum edidit cum 125. Epiſcopis, quod Patribus prædictæ 6. Synodi miſit tenēdum. Vide Symbolum 6. generalis Synodi, &c. Porrò prædictam fidem quá ex ſuperioribus agnoſcis, ille idem Pontifex infinitis munit ſanctorū Patrum authoritatibus, quæ cum omnes eandem non augeant, ſed cōfirment, ſufficit ſemel poſuiſſe quod à pluribus confirmatur. Locos autem in gratiã lectoris aſſignabimus eo ordine, quo ille poſuit Profert quippe teſtimonium Ambrosii Mediolanansis lib. 2. ad Gratianum de fide. Athanasii Alexand. lib 1. & 3. De Trinitate contra Apollinariſtas Gragorii Nazianzeni lib. 1. de filio, & Gregorii Nysseni lib. 2. & 3. contra Eunomium. Dionysii Areopagita lib. de diuinis nominibus cap. 2 Ioannis Chrysostomi in ſermo. ad eos, qui ad Miſſas non occurrant, & de conſubſtantiali. Sed & profert teſtimonia Avgvstini Hipponansis lib. contra Maximium Arrianum, c. 20. Leonis I. epiſt. 97. & 10. ad Flauianum. Cyrilli Alaxandrini lib. Theſaurorum, c. 21. Hilarii Pictaviensis lib. 9. de fide cōtra Arrianos, profert quoque teſtimonia Concilij Chalcedonensis generalis 4. actio. 5 & 2. Concilij Constantinopolit. quod dicitur 5. generale ſub Iuſtiniano, cap. 7. Quibus omnibus prolatis ſic concludit. *Veraciter ergo creditur, quod idem ipſe, cùm vnus ſit, duas habet naturales operationes, diuinam ſcilicet & humanam, inconditam & conditam, vt verus & perfectus Deus, verus & perfectus homo, vnus idem ipſe mediator hominum Chriſtus Ieſus. Quocirca & ex operum qualitatibus, naturarum quoque quæ in Chriſto per vnitionem, quæ ſecundum ſubſiſtentiam conueniunt, differentia inoffenſè cognoſcitur.* Deinde recēſet, omnia ſcripta hæreticorum qui contrariam ſtabilire peruerſè nitebantur opinionem, Apollinarem primò hæreticum ponit: deinde Seuerū, Epiphanium, Nyſſeum, Theodoſium, Cyrum Alexandrinū, Theo-

Voluntas quid Auguſtinus Hipponenſis.

Agatho 1.

Heu fides inexfragabilibus authoribus roboratur, adſis ſi vacat

Ambroſius Mediolanenſis
Athanaſius Alexandrin.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyſſenus.
Dionyſius Areopagita.
Ioannes Chryſoſtomus.
Auguſtinus Hipponenſis.
Leo 1.
Cyrillus Alexandrinus.
Hilarius Pictauienſis.
Concilium Chalcedonenſe 4. generale.
Concilium Conſtantinop. 2. dictum 5. generale.

1. Timoth. 2.

Hæreticorum ſyluas qui Chriſti incarnationi blaſphemi extitere.

A dorum Pharanitanum, Sergium, Pyrrhum, Paulum & Petrum, Epiſcopos Conſtantinopolitanos: quorum miram inconſtantiam ex verbis ipſorum colligit, dum modò vnam volūtatem, modò duas prædicāt, neſcientes vbi figant pedem, nec diſcretionis oculum: vnde manifeſtè Catholica roboratur fides. Hinc Imperatorē hortatur, ſemper Romanam Apoſtolicamque fidē amplecti, quæ nunquam viſa eſt erroribus labefactari: ſicut probabimus in dictione Romana Eccleſia. Actione porrò 5. & 6. eiuſdem Concilij Constantinopolitani III. generalis 6 Macarius ſuos libr. iubente Imperatore fecit legi, titulum talem præfigens codicibus, *Sequentia teſtimoniorum de volun-*
B *tate*, atque tres codices, quos præſentauit legendos, poſtquam lecti ſunt ſigillati ſunt, tam à iudicibus, quàm à legatis Apoſtolicæ ſedis, qui mutilati & detrūcati poſtea ſunt inuenti, tam in ſenſu, quàm in verbis: quod deprehenderunt ex collatione veriorum codicum actione 7. Actione autem 8. omnes Patres præfatæ confeſſioni Agathonis conſenſerunt, & ita eſſe credendum ſub anathematis pœna cenſuerūt, refragante quidem Macario, qui de ſua fide coram omnibus interrogatus, vnicam voluntatem & operationem profeſſus eſt, licet & Epiſcopi confinitimi eius in verba veritatis conſenſiſſent: longámque contexuit ſuæ fidei confeſſionem, vbi ſe veterum Hæreſiarcha-
C rum ſequi veſtigia profitetur, qui ſuperius damnati ſunt. Eadem verè confitens quæ antea Patres Catholici, ſed in hoc errans, quòd naturas & voluntates in Chriſto confunderet. vt iam oſtenſum eſt. Quam confeſſionem Imperatori obtulit, impiè eius præſidium poſtulans, & mentiens Patres & Synodos à ſe ſtare. vt callidiùs mentem Principis inclinaret. Sed cum Conſtantinus eum interrogaret, ſi omnibus quæ protulerat, teſtimoniis conſentiret: faſſum, interrogauit, ſi confiteretur duas naturales voluntates, & duas operationes in incarnationis diſpenſatione Dei noſtri reſpondit, hoc non ſe credere, *Et ſi* (ait) *membratim incidat, & mittat in mare.* Tunc collatis teſtimoniis
D quæ protulerat cum veris exemplaribus, quæ ex ſacro Patriarchio allata ſunt, omnino quæ ex Athanaſio lib. 2. aduerſus Apollinarem, & aliis authoribus truncatè propoſuerat, inuenta ſunt: tam ſuę minimè conuenientia ſententiæ, quàm ab ipſo peruerſè fuerant detruncata. Vnde & ſancta Synodus dixit ei, *Ecce teſtimonium ſancti Patris peremiſti. Non congruit orthodoxis im circum truncatas ſanctorum Patrum voces deflorare, hæreticorum potiùs proprium hoc eſt.* Reſpondit ille iam confuſæ mentis iudicio condemnatus, *Quærens* (ait) *ſtabilire intentionem meam, hoc modo defloraui.* Tunc vt hæreticum omnes Patres & confeſſum habuerunt, & nono Dioſcoro anathema dixerūt. Atque mox
E Epiſcopatu & pallio denudatus eſt, vna cum Stephano eius diſcipulo. Nec tamen poſtea infidelitatem exuit, ſed conſtanter errorem tutatus eſt. Sanctorum tamen Patrum Avgvstini, Cyrilli, Athanasii, & aliorum teſtimoniis adeo confuſus eſt, vt nil ſupereſſet veritatis indagandæ, ſed deeſſet hæreticæ mentis incorrigibilis inclinatio. Nam voluntatem humanam in Chriſto, nunquam voluit confiteri, diuinam tantùm confitens: etiam abſque carnalibus voluntatibus & cogitationibus humanis, *Voluntas enim* (ait ille hæreticus) *Deitatis tantum.* Cùmque interrogaretur, quomodo intelligeret carnales voluntates & cogitationes humanas, reſpondit;

Hæc fuit ſemper Hæreticorum fraus, ſuis libris titulos pietatē & ſanctitate ſpirantes præfigere, vide etiã quia pro more habent integra quęque & ſana peruertere, & in ſuū ſenſum detorquere.

Heu, hodie multa talibus hæreticis indulgētes ſunt principes & eorū faſcinati ſunt nimis toxico.

Attende hæretici deteſtandã duritiã, & pertinaciã atque peruicaciam.

Conuictus eſt Macarius patrum teſtimonia corrupiſſe, ſua etiam confeſſione.
Hæc ſat cōſtat etiam noſtris tēporibus. Lege hæc, oro.

Macarius Hæreticus Epiſcopatu deturbatur, nec arma in fidei viſcera torſerat, nec in regem conſpirauerat, vt noſtri, qui etiã beneficiis gaudent Eccleſiaſticis à ſcelus

Voluntates carnales, & cogitationes humanæ hominum ſimilium nobis ſunt, Chriſtus verò nihil horum habuit. A

Reſponſio hæretici Macarij.

Reſpondit Synodus. *Si teſtimonium Athanaſij, quod detruncaſti in integro poſuiſſes, inueniebatur quod carnales voluntates & humanas cogitationes culpabiles & voluptuoſas, accepit ſanctus pater Athanaſius, quæ ex ſeminatione diabolica illatæ ſunt humanæ naturæ, ſicut idem ſanctiſſimus Pater ſuperius aſſeruit. Nam & nos dicimus non habuiſſe Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum verbum Deum noſtrum ex ſuperſatione, voluntatem carnalem aut peccabiles cogitationes: abſit. Sed naturalem voluntatem, quam ipſe Deus creans Adam ei indidit, & ideo quærimus an ipſe Adam habuit animam rationalem.* Hæreticus reſpondit etiam. Cui ſubiungitur, *Naturalem habuit ne voluntatem?* B Hæreticus Macarius reſpondit, habuiſſe arbitrale & liberum, *Nam ante præuaricationem* (ait) *diuinam habuit voluntatem & conuoluntarius erat Deo.* Tunc vt blaſphemum reprehendens *Si* (aiunt Patres) *conuoluntarius erat Adam Deo, ergo & concreator: denique ſi Adam ante præuaricationem diuinam habuit voluntatem, ergo & conſubſtantialis fuit Deo, & inconueſibilis, ac viuificatrix fuit voluntas Adæ. Et quomodo mutatus, tranſgreſſus eſt mandatum, & morti ſuccubuit? Qui enim conuoluntarius eſt, vtique & conſubſtantialis eſt, vt ait de filio* C y r i l l v s A l e x a n d r i n v s. *Sicut eſt* (inquit) *conſubſtantialis, ita & conuoluntarius proprio genitori. Vnius enim eſſentiæ vtique vna eſt voluntas.* Cùmque C iterum interrogatus, an Adam habuerit voluntatem naturalem an non, reſpondit iterum, *Arbitrale & liberum*: tunc teſtimonio A t h a n a s i i libro humanationis aduerſus Apollinarium & A v g v s t i n i lib. 5. contra Iulianum Pelagianiſtam, probatum eſt Adam voluntatem habuiſſe naturalem. *Si igitur* (inferunt Patres) *primus Adam naturalem habuit voluntatem, qui per omnia ſimilis illi factus eſt abſque peccato, ſecundum Adam Dominus noſter Ieſus Chriſtus verus Deus noſter, quomodo non habuit in humana eius natura naturalem voluntatem? Si vtique & humanam impeccabilem voluntatem aſſumpſit Dominus noſter & Deus Ieſus Chriſtus humana ſua natura, & diuinam ante ſecula cum Patre* D *& ſancto Spiritu habuit voluntatem, procul dubio duas naturales voluntates in vna perſona, ſiue in vna ſubſiſtentia per incarnationis diſpenſationem vnius de ſancta Trinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei noſtri comprobata ſunt.* Quod rurſus ex D i o n y s i o, A m b r o s i o, & C h r y s o s t o m o locis præallegatis probant, & actione 9. hoc teſtimonio duplicem probant voluntatem, *Si fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte: veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat.* Interpretante A t h a n a s i o A l e x. in ſermone de Trinitate & incarnatione & C y r i l l o A l e x a n d. ſerm. 12. in Matthæum, inſuper infinitis locis ſcripturarum refutantes argutias aduerſariorum, præfatam tuentur E confeſſionem. Et impoſſibile eſſet, hoc libello ea omnia comprehendere, quæ contra illos hæreticos proferuntur pro elucidatione veritatis. In hac quippe generali Synodo reuoluta & detecta ſunt abſcondita, atque propalata omnia quæ pro hoc Chriſti myſterio ex Patrum aluearijs vndecunque potuerunt colligi. Sequentibus autem actionibus 10. & 11. releguntur quædam impia ſcripta, Sergij Epiſcopi Conſtantinop. ad diuerſos ſcripta & ſignanter ad Honorium Papam, quem callidè & fraudulenter ſuis verborum phaleris conatur flectere. Menoæ etiam ſuperiùs memorati faciens mentionem, & epiſtolæ eius ad Vigilium, de qua

Exponitur quomodo Chriſtus cogitationes & voluntates humanas habuerit, contra hæreticos.

Vide Labyrinthum erroris Macarij: de Scylla decidit in charibdin, hoc laborant vitio & noſtri, qui dum vnam hæreſim conantur adducere, infinitas componunt.

Athanaſius Alexandrinus.

Auguſtinus Hipponenſis.

Dionyſius Areopagita.
Ambroſius Mediolanenſis
Ioannes Chryſoſtomus.
Athanaſius Alexandrinus.
Cyrillus Alexandrinus.
Matth. 26.

Pontifices 7. hæreſeos accuſantur, inter quos & ſummus recenſetur Pontifex Honorius 1. quod ne videatur abſurdum de Romano Pontifice, lege ea ſequentia.

iam diximus, non eſſe Mennæ, propter diſtantiam temporum. Inſuper & fraudulenter laudat Leonem I & Chalcedonenſem Synodum, cuius ſe tamen acta mentitur imitari, atque Gregorij Nyſſeni profert teſtimonium, ſed omnes eius conatus, à ſanctis Patribus iudicati ſunt futiles & inanes. Actione autem 12, & 13. hæreſeos condemnantur Pontifices ſeptem. ſcilicet Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus, Conſtantinopolitani Epiſcopi. Honorius Romanus, propter acta eius improbè ſcripta ad præfatum Sergium, vbi eius mentem in omnibus ſequutus eſt & omnia eius dogmata confirmauit Cyrus quoque Alexandrinus, & Theodorus Pharan Epiſcopus: quorum omnium 7. ſcripta palàm coram Patribus recitantur & hæretica condemnantur. Subſequitur actione eadem profeſſio Cyri eiuſdem contra Theodoſianos, ſed hæreticam authoritatem omnino reformidantes penitus ſubijcemus. Et prædictorum 7. Pontificum epiſtolæ impietatem præfatam continentes: quæ cùm omnes compertæ eſſent, in vnam eandemq; impietatem concurrere iuſſæ ſunt tanquam profanæ & animæ (ſic enim Patres loquuntur) perniciofæ, continuò ob perfectum exterminiū igne crematæ & combuſtæ ſunt in momento Porrò ne hoc videatur abſurdum de his 7. magnis Pontificibus. vt inter hos etiam Romanus Pontifex numeretur, iterum hi ſeptem nominatim Pontifices à L e o n e II. epiſt. ad eundem Conſtantinum IV. Imperatorem, quæ actione 18. eiuſdem ſacri Concilij 5. generalis anathematizantur, & ſignanter nominatur Honorius I. *eò quod* (vt ait ille) *Apoſtolicam Eccleſiam non Apoſtolicæ traditionis doctrina, ſed profana proditione immaculatam fidem ſubuertere conatus eſt.* Vide tamen vocabulum ſeu dictionem, Papa à nemine iudicandus &c. Porrò actione 16 præfati Concilij 5. generalis præſentatus eſt Polychronius monachus hæreſis præfatæ Macarij aſſertor pertinaciſſimus, qui tanta temeritate coram Imperatore vſus eſt, vt confeſſionem ſuam ſuper mortuum ponere ſe velle diceret, vt ipſe reſurgeret, & ita ſibi à Deo fuiſſe imperatū, vt nouā fidem Conſtantino offerret, & quia prædictus Conſtantinus IV. vnam voluntatem & operationem non confiteretur, dixit ſibi reuelatum, illum non eſſe Chriſtianum. Accepta igitur eſt & lecta confeſſio prædicta Polychronij & ſuper mortuum poſita, extra palatium in loco publico, & ante populi conſpectum & coram ſactis iudicibus, ac ipſomet Polychronio, qui ibi per plures horas perſeuerans, & inſuſurrans mortuo, nihil horum quæ ab eo ſolidè ac præſumptuoſè promiſſa fuerant, valuit peragere. Idem Polychronius dixit nullatenus ſe poſſe mortuum ſuſcitare, anathemáque ei, vt nouo Simoni, ab omni circūaſtante populo acclamatum eſt. Reductúſque ad Synodum, & interrogatus, num duas in Chriſto voluntates & operationes confiteretur, pertinaciſſimè dixit, ſe nō aliter credere, quam ſua chartula impia côtineret Qui iuſſus vt iterum ſuperponeret mortuo, ille ſe mortuum non poſſe ſuſcitare aſſeruit. *Quomodo namque* (aiunt Patres) *eſſet poſſibile blaſphemantem in Deum virtutes operari? vnde prauidimus hunc tanquam ſeductorem populi & deceptorem, & manifeſtum hæreticum, omni ſacerdotali ordine & officio denudari.* Et denudato ab omnibus anathema acclamatum eſt. Actione eadem 16. ſimili peſte laborans hæreticus quidam nomine Conſtantinus presbyter Apameenſis ab omnibus Patribus blaſphemus iudicatus eſt, & conſequen-

Leo 2. iterum 7 præf. ios pōtifices excommunicat.

Attende Hæretici Polychronij, peruicaciā & audaciam, & recordare Caluini recens intentatum miraculum huic ſimile

Orſ[illegible]ae lege.

Mira in hæreticis pertinacia & obſtinatio & mentis excæcatio.

Condemnatio Polychronij [illegible] hæretici pertinaciſſimi.

Concilij Nicæni 1. Symbolum Concilij 1. Cõſtantinopolitani Symbolũ

ter ſancti Patres Orthodoxæ fidei definitioné facientes, eam muniernnt priſcorum Conciliorum generalium decretis & ſtatutis, NICÆNVM SYMBOLVM allegantes, & CONSTANTINOPOLITANI I. Concilij Symbolum: quæ ſymbola infrà dictione, Symbolum, allegabimus. Subſequitur autem actione 18. Eiuſdem Concilij 6. generalis, poſt ſubſcriptionem omnium Epiſcoporũ & Imperatoris, ſermo acclamatorius, qui & Proſphoneticus dicitur, à ſancto & vniuerſali Concilio editus, quæ ſuperiùs dicta ſunt, repetens, & Patrum iterum teſtimonijs roborans, fidemque lucidiùs interpretans. Alloquuntur autem Patres in hoc ſermone Imperatorem Conſtantinum IV. Eúmque de omnibus fidei articulis diligenter informãt, & hæreticos omnes huic fidei aduerſantes, anathemati ſubijciunt. Subiungitur generale edictũ ipſius CONSTANTINI POGONATI IV. Imperatoris, ea rememorans & confirmans, quæ à Patribus ex Patrum alueariis ante decerpta ſunt, ea inuiolabiliter mãdans obſeruari, *Nos enim* (ait Catholicus Imperator) *ſanctos & probabiles Patres noſtros ſequentes, naturarum voluntates annunciamus, & ſicut duas naturas in Chriſto credimus: ita & duas naturales voluntates, & duas operationes prædicamus. Hæc ſunt vera in Deum confeſſionis dogmata, hæc ſunt Euangelicarum, atque Apoſtolicarum vocum prædicationes. Hæc ſunt ſanctorum Conciliorum & probabilium paternarum linguarum didagmata. Hæc Petrus, qui & petra fidei & princeps Apoſtolorum, intemerata ſeruauit, in hac fide & viuimus & regnamus, & corregnanti nobis Deo, conregnare denuo ſperamus. Hanc commem hinc recedentes habere depoſcimus, & cùm hac ante Chriſti Tribunal aſſiſtere, &c.* Supplicijs etiam additis, in eos qui contrarium docere vel credere præſumpſiſſent: vt diximus dictione, Symbolum Conſtantinopol. 6. Synodi, &c. Hęc autem omnia ſuperiùs fuſiſſimè prolata, adhuc cõfirmat LEO II. epiſtola ad eundem Imperatorem directa. Idem & THARASIVS CONSTANTINOPOLITANVS Epiſcopus in ſua confeſſione Catholica, quam ad Epiſcopos Orientales miſit quæ lecta actione 3. generalis 7. Concilij Nicæni habiti ſecundo. Plura quidem habes dictionibus, Symbolum, Trinitas, Filius, &c. Vide & ſequentia.

Conſtantinus Pogonatus Imperator 4. huius nominis victorioſiſſimus, qui vno conflictu 30. millia Sarracenorum occidit. O Principis fidem!

Leo 2. Tharaſius Epiſcopus Cõſtantinopolis.

Chriſti duplex natiuitas.] Superuacuum cenſeo huic immorari ſententiæ, quandoquidem nihil aliud in ſuperioribus inſinuatur, quàm Chriſti duplex natiuitas, ſiue cùm de eius incarnatione egimus, ſiue cùm de duabus eius naturis, ſiue etiam cùm de duabus eius volũtatibus & operationibus diximus. Lege itaque quæ præmiſimus, & potiſſimè recollige huic fauens ſententiæ, quod ex confeſſione IVSTINIANI IMPERATORIS ſuprà retulimus. De duabus autem natiuitatibus Chriſti abunde differit Apoſtolicus ille Doctor IRENÆVS LVGDVNENSIS per totum ferme librũ, quem aduerſus hæreſes Valentini & ſimilium conſcripſit. Hinc & Concilium CONSTANTINOPOLIT. II. quod dicitur 5. generale ſub Iuſtiniano prædicto. Anathemate 2 ad calcem edito, *Si quis* (ait) *non confitetur Dei verbi duas eſſe natiuitates, vnam quidem ante ſecula ex patre ſine tempore incorporaliter, alteram vero in vltimis diebus, eiuſdem ipſius qui de cælis deſcendit, & incarnatus de ſancta glorioſa Dei genitrice, & ſemper virgine Maria natus eſt ex ipſa, talis anathema ſit.* Dilucidè ſatis has duas natiuitates perſtringit SO-

Iuſtinianus Imperator.

Concilium Conſtantinop. 2. dictum 5 generale.

PHRONIVS HIEROSOLYMITANVS Patriarcha in profeſſione ſuæ fidei, quam miſit Sergio Conſtantinopolitano Epiſcopo, quæ & lecta eſt actione 11. Concilij 6. generalis, Conſtantinopli in Trullo celebrati. Vide locis ſuprà memoratis, & Maria, & ſequentia, & Filius.

Sophronius Hieroſolymitanus Epiſcopus.

Chriſtus eſt aliquid, ſecundum quod homo.] Hæreſis quædam fuit contrarium aſtruere præſumens, quæ quàm blaſphema ſit & reproba, oſtendit ALEXANDER III. cuius temporibus exorta eſt, ſcribens ad Rhemenſem Archiepiſcopum, vt ponitur & allegatur, parte 49. Concilij Lateranenſis ſub eodem celebrati, cap. 20. *Cùm* (ait) *Chriſtus perfectus ſit Deus, & perfectus homo, mirum eſt qua temeritate quiſquam dicere præſumat, quòd Chriſtus non eſt aliquid, ſecundum quod homo. Ne autem tanta in Eccleſia Dei poſſit nequitia ſuboriri, vel error induci, fraternitati tuæ mãdamus, quatenus conuocatis magiſtris ſcholarum Pariſienſium & Rhemenſium & aliarum ciuitatum authoritate noſtra interdicas ſub anathemate, ne quis de cætero audeat dicere, Chriſtum non eſſe aliquid, ſecundum quod homo: quia ſicut Chriſtus eſt verus Deus, ita verus homo ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens.* Contra Chriſtum multas blaſphemias effutiuerat in libris ſuis, quondam Auguſtinus de Roma Archiepiſcopus Nazarenus & circa myſteria Deitatis & incarnationis turpiter errauerat: ſed conuictus eſt Concilio BASILEENSI ſeſſio. 22. Porrò vide omnes huiuſmodi hæreſes ſuperioribus annotationibus refutatas. Vide & ſequentia.

Alexander 3.

Auguſtinus de Roma hæreticus

Concilium Baſileenſe generale.

Chriſti paſsio demonſtratur.] Satis ſuperiùs eſt expreſſa infinitis Patrũ teſtimonijs Chriſti paſſio, verumtamen hic pauca reſeruauimus contra eos dicta, qui vel phantaſticè Chriſtũ paſſum mentiti ſunt, vel paſſionis acerbitatem diuinitate fugaſſe. Itaque Chriſti paſſioné, & tempus & horam paſſionis, memorat DIONYSIVS AREOPAGITA epiſt. ad Polycarpum, circa finem contra Apollophanem, & iterum epiſt. ad eundem Apollophanem, quæ ſtat in ordine epiſtol. vlti. in qua defectũ & eclypſim illam deſcribit, quæ ſub hora paſſionis Chriſti apparuit, *In Helíopoli* (inquit) *in quidem pene mihi coæuus, & ego quinque & viginti fere annorum tempus euoluens, vna morantes conſtiteramus cùm feria quadam 6. ex hora etiã pene ſexta, ſol horribilibus ſubito eſt obſitus tenebris, luna ipſum intercurrente, quia non Deus, ſed creatura Dei, in ipſius vera lucis occubitu, lucere nõ potuit, &c.* Hæc confirmãt duo authores celeberrimi MICHAEL SYNCELLVS & SVIDAS, in vita S. Dionyſij Areopagitæ huiuſmodi deliquij & eclypſeos meminit quoque & TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS lib. Apologetico contra Gentes, cap. 21. & alij authores vt Euſebius Cæſarienſis libro 10. de demonſtratione Euangelica, demonſtratione 6. & 7. Præterea de cruce Chriſti & paſſione ſeriò agit IGNATIVS MARTYR epiſt. ad Philippenſes, vide in vocabulo Crux, &c. Sed & contra Iudæos oraculis Prophetarum acerrimè Chriſti crucifixi gloriam defendit IVSTINVS MARTYR in Dialogo cùm Tryphone, ſimul & aſcenſionem Paſſionis verò Chriſti locum ſingulariter deſignaſſe oſtendit, agnum illum Paſchalem, qui immolari iubebatur in ſolo eo loco, vbi inuocatum erat nomen Domini: & duos hircos emiſſarios, duos Chriſti aduentus præſignaſſe. Porrò, ſicut quidam, vt diximus, phantaſticum corpus Chriſtum aſſumpſiſſe in incarnatione contendunt, ita & non verè paſſum

Dionyſ. Areopagita huius libri impensè laudatur & ſuſcipiatur à duobus concilijs generalibus 6. & 7. vt ſuperius videre eſt. Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23.

Michael Syncellus. Suidas.

Tertullianus Carthaginenſ.

Ignatius Martyr.

Iuſtinus Martyr.

Attende enodata myſteria antiquæ legis.

opinati

Irenæus Lugdunenſis.

opinantur, contra quos IRENAEVS LVGDVNENSIS libro 3. aduerſus hæreſes Valentini & ſimilium capite 20. infinitis ſcripturæ teſtimoniis, & argumentis agit. Idem facit & TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de carne Chriſti contra Marcionem, negantem Chriſtum verè incarnatum. *Sceleſtiſſime (ait) hominum, qui interemptores excuſas Dei. Nihil enim ab eis paſſus eſt Chriſtus, ſi nihil verè eſt paſſus. Parce vnica ſpei totius orbis, qui deſtruis neceſſarium decus Fidei. Quodcunque Deo indignum eſt, mihi expedit.* Idem & capite 5. & 7. libri contra Iudæos. ex vaticiniis & oraculis Prophetarum, Chriſti crucem & paſſionem comprobat. Vide, Crux. Idem quoque probat & libro de Trinitate. Et CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro aduerſus Iudæos omnes profert prophetas, paſſionis Chriſti myſteria prænunciantes, Lege ſi vacat. Idem & libro de montibus Sina & Sion aduerſus Iudæos, aliiſque locis. Poſſem & Originem, Chryſoſtomum, & reliquos, hic proferre, ſed qui hos non recipit nec plures ſi recenſiti fuerint, recipiet. Verumtamen ſic CYRILLVS ALEXANDRINVS libro de incarnatione vnigeniti capite 26. qui liber ſolenniter allegatur coram Patribus concilij Chalcedonenſis actione 1. & ſummopere laudatur ab omnibus, recitante AETIO DIACONO Sic itaque ait. *Cum vnum credamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, id eſt, in humana forma conſpectum, ſiue hominem factum iuxta nos Deum verbum, quinam modo & paſſionem ipſi deputemus, & impaſsibilem ſeruemus vt Deum? Ergo paſſio quidem diſpenſationis erat, ſua quidem: dicente Deo verbo, ea quæ ſunt propria carnis, propter inenarrabilem vnitatem manente vero, extra paſsionem quantum ad ipſius naturam pertineat. Impaſsibilis enim Deus eſt. Neque id mirum, cùm & ipſam animam hominis videamus, ſi quid corpus paſſum, fuerit, extra paſſionem quidem manentem, quantum pertineat ad naturam, attamen non extra paſsionem eſſe intelligi, eò quod proprium ſit corpus ipſius quod patitur. Et licet incontigua ſit & ſimplex tamen id quod patitur non alienum eſt. Sic intelliges etiam de Chriſto omnium ſaluatore.* Vtitur autem veteris teſtamenti exemplis, quaſi per ænigmata. vt poſſit oſtendere quod communicarit quidem paſſioni vnigenitus, quantum pertinet ad familiaritatem corporis ſui, manſerit autem paſſionis expers vt Deus. Et adfert exemplum de aqua fluminum Aegypti conuerſa in ſanguinem, & de leproſo legis, ac de pullis mundis. Ac Deinde ſubdit: *Viuebat ergo verbum, licet ſua caro fuiſſet emortua, & communem paſsionem eſſe ducebat propter adunationem & familiaritatem quam habebat cum carne. Igitur ipſe quidem venit vt Deus, corpus verò tamquam proprium faciebat, & in ſe familiariter accipiebat corporis paſſiones, cum ipſi nihil in natura propria pateretur. Prodeſt igitur & neceſſarium eſt ſi in vno Chriſto id accipiamus, quod ſecundum aliud & aliud de vno eodemque conſtituatur, & quod in vno diuidi non permittat, licet diuerſa inter ſe & minimè conuenientia acta eſſe dicantur. Patitur & non patitur ſecundum aliud & aliud. Pater humana carne, eò quòd homo ſit. Impaſsibilis autem diuinè manet, vt Deus.* Eadem proſequitur latiùs idem author in defenſione anathematiſmi 10 vt dictum eſt ſuperiùs, Chriſtus Pontifex. &c Sed & Idem in declaratione ſui anathematiſmi 12. ad petitionem Concilij Epheſini eadem adhuc inſinuat, arguens interim eos qui in rectam & inculpatam fidem infirmare conantur, communem pro nobis

Tertullianus Carthaginenſ.

Cyprianus Carthaginenſ.

Cyrillus Alexandrinus.

Aetius Diaconus.

Exodi 5. Leuit. 13. & 14

A hominem crucem ſuſtinuiſſe, cùm conſtet gloriæ Dominum, in carne, vt diximus, paſſum eſſe. De paſſione Chriſti contra hæreticos validiſſimè confligit EPIPHANIVS CYPRI libro 1. contra hæreſes tomo 2. dum contra Valentinos qui & Gnoſtici dicuntur, diſputat 31. hæreſi. Ad locum Quin & BASILIVS MAGNVS à prædicto Cyrillo in medium producitur ad calcem Anathematiſmorum, ſic loquens qui & actione 1. Concilij Chalcedonenſis iterum allegatur. *Non tantum (ait) & cœlum ac terra, & marium magnitudines, & quæ in aquis verſantur, & terrena animantia, & planta & ſtella, & aer, & hora, & varius mundi ornatus, roboris eminentiam commendant, quantum poſſe Deum non capacem, impaſsibiliter per* B *carnem cum morte confligere, vt nobis ſua paſsione impaſsibilitatem largiatur.* Et ATHANASIVS ALEXANDRINVS ab eodem Cyrillo ibidem allegatur ſic loquens. *Dicebat* (inquit) *Dominum humanam hanc carnem indutum, cum ſuis paſsionibus ipſam totam induere, vt ſicut proprium ipſius eſſe dicimus corpus, ita & corporis paſsiones, propriæ tantum eius dicantur, etiam ſi non contingant ſecundum diuinitatem eius, ſiquidem alterius eſſet corpus, alterius verò dicerentur paſsiones. Si autem verbum caro (verbum enim caro factum) neceſſarium & carnis dici paſsiones eius, cuius & caro eſt. Cuius enim dicuntur eſſe paſsiones, quales ſunt maximè, condemnari, flagellari,* C *ſitire, & crux, & mors, & alia corporis infirmitates eius, & opera bona ac gratia ſunt. Idcirco rectè non alterius, quam Domini dicuntur eſſe tales paſſiones, vt & gratia ab ipſo ſit, & non ſiamus Idololatra, ſed verè pij. Quia nullam creaturam, nullum communem hominem, ſed ex natura Dei & verum filium hunc & factum hominem, & nihilominus Dominum Ieſum ac Deum & ſaluatorem inuocamus.* Eadem multis ſcripturarum teſtimoniis tractat CYRILLVS prædictus in refutatione reprehenſionis Theodoreti in ſuum 10. anathematiſmum, vbi ſic ait: *Fleuit Chriſtus humanè, vt noſtram conſtringeret lachrymam: permiſit carni pati interdum quæ propria ſunt, vt nos preparatos oſtenderet. Refutauit calicem, vt* D *impietatem Iudæorum crux accuſaret: Infirmari dicitur ſecundum humanitatem, vt tuam repararet infirmitatem. Preces offert ſupplicationis, vt & deprecationibus noſtris, acceſſibilem monſtret Patris aurem: & vt nos diſcamus in tentationibus non dormitare, ſed ad orationem magis aſſurgere. In informationem etenim noſtram quæ ſanctæ conuerſationis ſeipſum pandens profuit vniuerſis, humanitatis infirmitates proprias fecit, vt & ſecundum veritatem homo factus crederetur, licet permanendo quod fuit, hoc eſt Deus.* Aſſert autem Idem Cyrillus refutatione reprehenſionis Theodoreti in ſuum anathematiſmum 11. & authoritatem ATHANASII ALEXANDR. ſermone de ſancta Trinitate circa finem, vbi ſic ait: E *Monſtratur quod non apparenter, ſed verè habueris corpus. Decebat autem Chriſtum induentem humanam carnem, hanc cùm propriis paſſionibus eius indui totam, vt ſicut proprium eius dicimus eſſe corpus, ita & ipſæ paſsiones corporis propriæ ſolùm ei dicantur, quamuis non contingerent ſecundum diuinitatem eius.* Et CYRILLVS infert. *Verumtamen quamuis propriè dicatur verbi corpus, eſt tamen ex muliere, & noſtris cognatum, ſecundum quod caro intelligitur. Nec dicimus corpus de cœlo vnitum detuliſſe verbum, verum deſurſum exiſtens, corpus hoc ſibi proprium fecit, & vnitum tam mire, vt nec edici, nec intelligi valeat.* Vide dictione. Maria & ſuperiùs, Chriſtus duabus conſtans naturis, &c. Eadem etiam pul-

Epiphanius. Cypri.

Baſilius Magnus.

Athanaſius Alexandrinus.

Cyrillus Alexandrinus.

Paſſio Chriſti contra omnes calumniatores nos armat.

Athanaſius Alexandrinus.

Cyrillus Alexandrinus.

chrè docentur tam in reprehenſione Theodoreti in anathematiſmum 12. quam refutatione Cyrilli in eundem, & adducitur in medium authoritas

Gregorius Nyſſenus.

GREGORII NYSSENI in 2. caput ad Philippenſes, vt alibi allegatur & concludit doctiſſimè quidem. Idem

Theodoretus Cyrenſis Epiſcopus.

THEODORITVS CYRENSIS Epiſcopus reprehenſione anathematiſmi 2. *Paſſiones*, inquit, *eius qui eſt paſſibilis propriæ ſunt: Impaſſibilis enim vltra paſſiones eſt. Paſſa eſt itaque ſerui forma, cohærente vtique Dei forma, & permittente quidem pati propter ſalutem, quæ ex paſſionibus naſcebantur, proprias verò faciente propter vnitatem paſſiones. Ergo non Deus paſſus eſt, ſed homo ex nobis ſumptus à Deo.* Idem confirmat

Cyrillus Alexandrinus.

CYRILLVS ALEXANDRINVS in refutatione eiuſdem exponens illud: Chriſto igitur paſſo in carne, &c.

1. Petri 4.

Aliud eſt (ait) *dicere, pati in carne, & aliud ſimpliciter dicere, pati diuinitatis naturam. Quia enim idem Deus ſimul eſt & homo, impaſſibilis quidem quantum ad diuinitatis pertinet naturam, paſſibilis verò ſecundum humanitatem.* Eadem quæ ſuperius dicta ſunt, ſatis confirmat

Leo 1.

LEO I. epiſtola 22. quæ eſt ad clerum & plebem Conſtantinopolitanam, contra Eutycem & ſecundam ſynodum Epheſinam quæ huic fauerat. Eadem quoque copioſius tractauit epiſtola 10. ad Flauianum, & epiſtola 11. ad Iulianum Coenſem Epiſcopum, & iterum epiſtola 70. ad Iuuenalem Hieroſolymitanum Epiſcopum. *Veram*, inquit, *generationem crux vera confirmat, quoniam ipſe in noſtra carne naſcitur qui in noſtra carne crucifigitur, quæ nullo interueniente peccato, niſi fuiſſet noſtri generis, nõ potuiſſet eſſe mortalis.* Et infrà. *Quia nec pietas fidei nec ratio recipit ſacramenti, vt aut in ſua eſſentia paſſibilis fuerit deitas, aut in noſtra naturæ ſuſceptionem mentita ſit veritas.* Hæc contra erroneam

Eutychetis hæreſis.

Eutychetis opinionem dictauit, qui Chriſtum nihil de natura humana ſumpſiſſe, ſed omnia deitate pertuliſſe dicebat. Cui idem Iuuenalis videbatur aſſentiri, vnde & ſupradicta epiſtola à Leone corripitur ſcripturarum teſtimoniis. Hunc Idem Leo epiſtola ad Monachos Paleſtinos, eundem Eutychen anathematizans, *Eutyches* (ait) *percellatur anathemate, qui per impios veterum hæreticorum voluitatus errores, tertium Apollinaris dogma delegit, vt negata humanæ carnis atque animæ veritate, totum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vnius aſſerat eſſe naturæ, tamquam verbi deitas ipſa ſe in carnem animámque conuerteris, & concipi ac naſci, nutriri ac creſcere, crucifixi ac mori, ſepeliri ac reſurgere, & aſcendere in cælum, & in Patris dextera, vnde ad iudicãdos viuos & mortuos veniet, conſidere, eius tãtum eſſentiæ fuerit, quæ nihil horũ in ſe ſine veritate carnis recipit: quoniam natura vnigeniti, natura eſt Patris, natura eſt Spiritus ſancti, ſimulque impaſſibilis, ſimul eſt incommutabilis, ſempiterna Trinitatis indiuiſa vnitas & conſubſtantialis.* Et infrà:

Efficacia paſſionis Chriſti recenſetur.

Effuſus pro iniuſtis ſanguinis iuſti tam potens fuit ad priuilegium, tam diues ad precium: vt ſi vniuerſitas captiuorum in redemptorem ſuum crederet, nullum tyrannica vincula retinerent. Quoniam, ſicut ait Apoſtolus,

Rom. 5.

vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit & gratia. Et cum ſub peccati præiudicio nati poteſtatem acceperint ad iuſtitiam renaſcendi, validius factum eſt donum libertatis, quam debitum ſeruitutis. Quam itaque ſibi in huius ſacramenti præſidio ſpem relinquunt, qui in Saluatoris noſtri corpore negant humanæ ſubſtantiæ veritatem? Dicant quo ſacrificio reconciliati, dicant quo ſanguine ſunt redempti. Quis eſt qui tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem Deo & hoſtiam

Epheſ. 5.

in odorem ſuauitatis? Aut quod vnquam ſacrificium ſacratius fuit, quam quod verus Pontifex altari crucis per immolationem ſuæ carnis impoſuit? Denique per totam illam epiſtolam hoc agit, vt Chriſti vtramque naturam probet in vno ſuppoſito, redemptionis humanæ negotium perſoluiſſe. *Nec intereſt* (ait) *ex qua Chriſtus ſubſtantia nominetur, cùm inſeparabiliter manente vnitate perſonæ, idem ſit, & totus hominis filius propter carnem, & totus Dei Filius propter vnam cum Patre Deitatem.* Eadem iterum dicit & epiſtola 95. quæ eſt ad Leonem

Ambroſius Mediolanenſ.

Auguſtum, in qua & profert AMBROSII MEDIOLANENSIS teſtimonium libro 2. de fide ad Gratianum capite 4. Et eadem iterum idem

Leo 1.

Pontifex LEO I. agit contra patripaſſianos epiſtola 91. quæ eſt ad Turibium Epiſcopum Aſturienſem capite 1. Eadem & probat

Agapetus 1.

AGAPETVS I. epiſtola ad Anthimum Conſtantinopolitan. Epiſcopum, vt ſuprà retulimus. Præterea lectus eſt publicè coram Patribus Concilij

Concilium Conſtantinop. 2. dictum 5. generale.

CONSTANTINOPOLITANI II. quod generale 5. dicitur ſub Iuſtiniano Imperatore, collatione 5. liber, de incarnatione verbi, ſæpius nominati

Cyrillus Alexandrinus contra Theodorũ.

CYRILLI, vbi ſic contra impium Theodorum Mopſueſtienſem hæreticum loquitur. *Paruum tibi eſſe videtur, ô Theodore, affixum eſſe ligno Dominum gloriæ, quem tu quidem neque filium verum, neque Dominum eſſe dicis. Nos autem credimus, quod verè eſt Deus creator & opifex omnium. Nec enim erat homo ſimpliciter, ſed in ſpecie humana, ex Deo patre verbum, non tranſlationem nec mutationem in carnem paſſum, magis verò vnitum ei ſecundum fidem ſacrarum literarum. Ille qui carne paſſus eſt & ſuſpenſus eſt in ligno miracula fecit in Aegypto, per ſapientem Moyſem ſuam gloriam manifeſtans.* Hinc anathemate 10. Concilium præfatum collatione 8. ſic loquitur: *Si quis non confitetur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui crucifixus eſt carne, Deum eſſe verum & Dominum gloriæ & vnum de ſancta Trinitate, talis anathema ſit.* Hinc & Concilium

Concilium Hiſpalenſe 2. ſub Honorio 1.

HISPALENSE II. cap. 13. volens contra Acephalos probare, Chriſti diuinitatem non potuiſſe mori, verè tamen Chriſtum paſſum, poſt infinita vtriuſque teſtamenti allata teſtimonia, producit in medium

Hilarius Pictauienſis.

HILARIVM ſic ſcribentem in explanatione epiſtolæ ad Timotheum *Cum dicit* (ait) *ſcriptura homo Chriſtus, & cùm dicit Chriſtus mortuus eſt, & cùm dicit verbum caro factum eſt non eſt ſpoliandus per fraudulentiam legentis expoſitionibus ſuis ſermo. Nam vbi homo Chriſtus eſt, præcedit mediator Dei atque hominum, vt ex vtroque Deo & homine vnus ſubſiſtat, ſitque inter hominem & Deum medius, confeſſione in ſe vtriuſque natura. Vbi verò Chriſtus mortuus eſt, ſubicitur qui reſurrexit, qui eſt in dextera Dei. In morte eius: carnis noſtra infirmitas eſt: in reſurrectione, virtus eius, in conceſſu dignitas:* Sanctus quoque

Ambroſius Mediolanenſis

AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro 10. ſuper Lucam cap 99. in caput 22. lucæ & 104. in caput 23. ſic ait. *Non ſuam ſed noſtram crucem Chriſtus aſcendit, nec mors illa diuinitatis, ſed quaſi hominis fuit.* Et paulò pòſt: *Etenim Chriſtus omnia, licet in ſingulis Chriſtus operetur, caro tamen moritur vt reſurgat.* Et exponens illud, triſtis eſt anima mea. Et alibi. Nunc anima mea turbata eſt, &c. *Non ergo* (ait) *ſuſcipiens, ſed ſuſcepta turbatur: anima enim obnoxia paſſionibus, diuinitas libera.* Adducunt & præfati Hiſpalenſis Concilij 2. Patres Athanaſium & alios, qui iam ſuperius in medium producti ſunt. Simulque hæreticorum obiectioni reſpondent, quæ ſumitur ex epiſtola 1. ad Corinthios cap. 2. ſi cognouiſſent, numquam Dominum gloriæ

crucifi

Obiectio et mnca hæreticorum & blaſphema expoſitio ſcripturarum quæ tamē ſimpliciter apparet vera retunditur hac veriore.
Ioan 3.

crucifixiſſent. *Non quaſi (aiunt) Dominus gloriæ ſit crucifixus, vt natura Deitatis videatur eſſe paßibilis, ſed quia vnus in vtraque natura eſt Chriſto, ſecundum aſſumpti hominis formam. Dominus gloriæ dicitur paſſus. Sicut è contrario eſt illud. nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo filius hominis. Cùm de cælo non deſcendeat niſi Dei filius, nondum idem factus filius hominis, propter perſonæ ergo vnitatem, & ad hominem referuntur in Chriſto quæ Dei propria ſunt, & diuinitati aſcribuntur quæ hominis ſunt* Multa ſunt alia, quæ iam ſuperius memorata ſunt. Hæc confirmant patres Concilij CONSTANTINOPOLITANI III. quod 6. generale fuit in Trullo celebratum, actione 14. vbi & in medium proferunt ATHANASIVM ALEXANDRINVM ſic loquentem. *Nullus diffidat de paßionibus audiens, exiſtimans verti Deitatem, ſed superueniſſe ei paſſionem ex carnali atque animæ motione coniectet, & superueniſſe, & victam fuiſſe, &c.* Quæ proferunt, vt duplicem potiùs in Chriſto voluntatem aſtruant de quo ſuprà tractatum eſt. Similiter autem & de paſſione Chriſti longiſſima & prolixiſſima epiſtola agit. SOPHRONIVS HIEROSOLYMITANVS, ad Sergium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, quæ lecta eſt & approbata in ſupradicto 6. generali Concilio actione vndecima. Plura lege de paſſione Chriſti, apud famoſiſſimum doctorem DROGONEM HOSTIENSEM ſingulari illo libro, quem compoſuit de ſacramento Dominicæ paſſionis. Plura quidem patrum teſtimonia poſuiſſem, ſed tempus me aliò vocat. Vide ea quæ ſuperiùs dicta ſunt, quia ſufficienter veritatem inſinuat, quam quærimus. Lege & ſequentia.

Concilium Conſtantinop. 3 dictum 6. generale
Athanaſius Alexandr.
Sophronius Ieroſolymitanus.
Drogo Oſtienſis.

Paſsio Chriſti an lugenda.] Vide paraſceue.

Concilium Valentinū Galliæ 3.

Chriſti paſsio ad quos ſe extendat.] Concilium VALENTINVM GALLIAE III. ſub Lothario Imperatore capite 4. contra illos concluſit, qui ſanguinis Chriſti effuſionem etiam impiis qui ab initio mundi in ſuis iniquitatibus mortui ſunt, fuiſſe ſalutarem, impiè profitebantur. *Illudque nobis* (aiunt) *fideliter ſimpliciterque tenendum, atque docendum placet, iuxta Euangelicam & Apoſtolicam veritatem, quòd pro illis hoc datum precium teneamus, de quibus ipſe Dominus noſter dicit, Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipſo non pereat, ſed habeat vitam æternam, &c. Et Apoſtolus. Chriſtus ait. ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata, &c.* De his aliàs. Nec enim nobis licet longiùs hic morari. Vide præcedentia & ſequentia.

Opinio erronea eorum refutatur, qui aſſerunt Chriſtū ſua paſſione omnes, qui ab initio fuerunt, impios redemiſſe.
Ioan. 3.
Hebr. 9.

Chriſti exinanitio, &c.] Hæc ſententia ſuperioribus quidem cohæret, debebatque his iungi: verùm quòd differtur, non aufertur. Nec enim omnia poſſumus liberè ſub vno vocabulo concludere, nec inconcinnam ſententiam & ordinem confuſum pariamus. Itaque de Chriſti exinanitione vltra ea multa, quæ iam in ſuperioribus allata ſunt. CYRILLVS ALEXANDRINVS libro de incarnatione vnigeniti capite 4. vt citatur, & in concilio generali Epheſino 1. & approbatur. *Plenum,* inquit, *ſecundum naturam & ex omni parte perfectum Deum verbum, & diſtribuens ex ſua plenitudine bona ſuæ creaturæ, exinanitum dicimus, nihil in natura propria violatum, nec vt alter ſe haberet commutatum, nec inferius ex vlla parte factum. Inconuertibile enim & incommutabile eſt ipſum quoque ſicut generator ipſius, vt nunquam fiat paſſionis cuiuſquam capax. Factus eſt homo, remanſit Deus, ſerui formam accepit, ſed liber eſt filius, gloriam accepit, gloriæ Dominus, in omnes accepit poteſtatem rex ſimul cum Deo rerum omnium. Et hæc quidem humanitatis menſuræ conueniunt, tamen ea familiaria ducit eſſe cum carne, & implet diſpenſationem, manens quod erat.* Eadem pluribus verbis tractat capite nonum, & vndecimum, ſed tamen omnia in idem referuntur. Elucidat autem capite 12. quomodo Chriſtus vocetur homo factus Dei verbum & Homouſion defendit, ſicque concludit: *Quoniam ergo (ait) noſtri ſimilis factus eſt vnigenitus, quotieſcunque homo nominatur, a diuina ſcriptura inuenies diſpenſationem, ſic Deum ipſum natura quoque confitemur.* Hoc per figuram & typum propitiatorij, virgæ Moſis, & eius manus lepraſæ capitibus 13. & 14. atque 15. declarat, & authoritatibus multis per capita 16. 17. 18. & aliis confirmat. Capite verò 14. 15. & reliquis de illo verbo diſputat, *Et verbum caro factum eſt:* ſed omnia quæ illic dicit, ad eundem ſenſum referuntur. Eadem quoque & LEO I. amplificat epiſtola 97. quæ eſt ad Leonem Auguſtum, vt iam ſuperiùs allegatum eſt Quoniam verò aduerſarij Cyrilli reprehendebāt huiuſmodi exinanitionem deſcriptam, adducit in teſtimonium pro defenſione ſua multos authores in fine defenſionis anathematiſmi ſui 4. In primis ATTICVM CONSTANTINOPOLITANVM Epiſcopum, qui ait: *Humanitatis verbum exinanitur, natura non exinanibile exiſtens. Seipſum enim exinaniuit forma ſerui aſſumpta, qui abſque carne, propter te incarnatur: verbum enim caro factum eſt Qui tactui non ſubiacet, propter incorpoream naturam palpatur. Qui principio caret, ſub principio corporali fit. Qui perfectus creſcit. Qui inconuertibilis proficit. Qui diues, in diuerſorio fit. Qui operit cælum nubibus, pannis inuoluitur. Qui rex in præſepio ponitur.* Eadem & profert idem Cyrillus ex libris GREGORII NYSSENI Sed & de huiuſce rei veritate multis ſermonibus, authoritatibus, & exemplis, viciſſim agunt CYRILLVS & THEODORETVS CYRENSIS in examinatione anathematiſmorum eiuſdem Cyrilli 5. 6. & ſeptimi & reliquis. Plura ex cæteris doctoribus proferre potuiſſem, ſed opus creſceret in immenſum Hæc iunge præcedentibus, & attende ſequentia.

Cyrillus Alexandrinus.
Chriſti exinanitio probatur facta.
Ioan. 1.
Leo. 1.
Cyrillus Alexandrinus.
Atticus Conſtantinopolitanus Epiſcop.
Gregorius Nyſſenus.
Cyrillus Alexandrinus.
Theodoretus Cyrenſis.

Chriſti reſurrectio.] Vide reſurrectio Chriſti, &c.

Chriſtus deſcendit ad inferos, & ſepultus eſt.] Vide dictione Symbolum: vbi innumeris authoritatibus hæc probantur. Hinc & antiquus ille ABDIAS BABYLONIVS libro 9. certaminis Apoſtolici, refert Thomam luculenta oratione Gentibus oſtendiſſe, Chriſtum inferna penetraſſe, & inde Patres eduxiſſe. Et EVSEBIVS EMISSENVS homilia 5. in die Paſchæ, *Dies* (ait) *iſta ampliùs ex ſepulchro radiauit, quam de ſole refulſit. Omnes infernus, quia reſolutus eſt gaudeat, quia viſitatus eſt, exultet, quia ignaram lucem poſt ſecula longa vidit, & in profunda noctis caligine reſpirauit. O pulchra lux quæ de candido cæli faſtigio promicaſti, & inter fluenta purpurea ſedentes in tenebris, & vmbra mortis, ſubita claritate viſitaſti, vel veſtiſti. Confeſtim igitur æterna nox inferorum, Chriſto deſcendente reſplenduit, ſiluit ſtridor ille lugentium, ſoluit confeſtim ſtridorem lugentium, & cathenarum diſrupta ceciderunt vincula damnatorum, attonitæ mentis ſtupuere tortores, omnis ſimul impia officina contremuit, cum Chriſtum repente in ſuis ſedibus vidit, &c.*

Abdias Babylonius.
Euſebius Emiſſenus.

Maximus Taurinenſis Epiſc.

Multa, quæ ſequentibus etiam ſermonibus pādit. Hinc & MAXIMVS TAVRINENSIS homilia 3. de paſſione & ſepultura Domini *Videamus quare Saluator in aliena ſepultura ponatur, ac ſuam non habeat ſepulturam. Ideo in aliena ſepultura ponitur, quia pro aliorum moriebatur ſalute. Mors enim iſta non illi illata eſt, ſed nobis dilata: mors iſta non illi accidit ſed nobis profecit. Vt quid ergo ei propria ſepultura qui in ſe mortem propriam non habebat? &c.* Et homilia 2. in die Paſche: *In hac die per reſurrectionem Chriſti aperitur Tartarus, &c.* Sed vt plura pertranſeamus ſilentio, quæ ſat in ſuperioribus probata ſunt: non tamen prætereundum duximus quòd tempore LEONIS I. quidam dubitabant, an deſcendente ad inferna Chriſto, caro eius requieuerit in ſepulchro: *Quæ ſicut vere & mortua eſt & ſepulta, ita vere eſt die 3. reſuſcitata. Hoc enim & ipſe Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: ſoluite templum hoc, & in triduo ſuſcitabo illud, dicebat autem de templo corporis ſui. Cuius rei veritatem etiam Dauid prædixerat, loquens ſub perſona Domini ſaluatoris: Inſuper & caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam non derelinquens animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Quibus vtique verbis manifeſtum eſt, quòd caro Domini vere ſepulta requieuit, & corruptionem non ſubiit. quia celeriter viuificata reditu animæ reſurrexit. Quod non credere, ſatis impium eſt, & ad Manichæi Priſcillianique doctrinam pertinere non dubium eſt, qui ſacrilego ſenſu ita ſe Chriſtum ſimulant confiteri, vt & incarnationis, & mortis, & reſurrectionis auferant veritatem.*

Quorundam dubitatio reſoluitur, qui dubitabant an Chriſtus deſcēdens ad inferos corpus in ſepulchro reliquiſſet.
Ioan 2.
Pſal 15.

Leo I.

Idem LEO I. epiſtola 95. ad Leonem Auguſtum: Vbi & citat AVGVSTINVM tractatum 78. in Ioannem qui plura vult videre adeat CYPRIANVM CARTHAGINENSEM, libro contra Iudæos & ſermone de paſſione, ſepultura, & reſurrectione Domini: item legat ſanctum IOANNEM CHRYSOSTOMVM libro demonſtrationis aduerſus Gentiles, Quòd Chriſtus ſit Deus: vbi omnia Chriſti myſteria ex ſcripturis probat, tomo 5. Et EVSEBIVM CAESARIENSEM libro decimo demonſtrationis Euangelicæ, demonſtratione 8. *Ille* ait; *pro earum animarum ſalute accedebat, quæ apud inferos ex longiſſimo tempore aduentum eius expectabant, & deſcendebat, fores æreas contriturus, & vectes æreos confracturus, & eos qui antea vincti apud inferos erant, in libertatem vindicaturus, quod ipſum etiam factum eſt, &c.* Lege reſiduum: & alios infinitos.

Auguſtinus Hipponenſis.
Ioannes Chryſoſtomus.
Euſebius Cæſarienſis.

CIBVS.

Ciborum delectus legitimè ab antiquo obſeruandus.] Quandoquidem ab initio hæretici voluptatibus carnalibus deditis, ciborum delectum reiecerunt, & adhuc hodie Caluiniſtæ totis illum viribus impugnant, viſum eſt etiam ab initio naſcentis Eccleſiæ, per conſtitutiones conciliorum & authoritates patrum legitimè obſeruatur demonſtrare. Itaque plura dicenda reſeruantes in dictione Ieiunium, ea pauca hic dicemus, quę magis vocabulo congruere videbuntur. Sic quippe CLEMENS I. Apoſtolorum diſcipulis libro 5 conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 16. dum de ieiuniis quadrageſimæ tractat, ſic ciborum delectum iniungit. *In diebus Paſchæ* (ait cap. 9.) *ieiunate, incipientes à 2. ſabbato vſque ad paraſceuem, & ſabbatum, dies ſex, ſolo pane vtentes, ſale, atque oleribus, & aqua in potum. A vino & carnibus vos abſtinete in his diebus. Sunt enim dies luctuoſi non feſti, &c.* Porrò ieiunium cùm delectu ciborum ſatis commendat IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Heronem Diaconum Antiochiæ. *Ieiuniis* (ait) *& orationibus vacato, verùm non immodice, ne teipſum deiicias, vino & carnibus ne omnino abſtineas* (ſcilicet diebus quibus permittuntur) *non enim ſunt abominabiles. &c.* Delectus ciborum ſatis commendatur in IACOBO APOSTOLO fratre Domini qui teſte ABDIA BABYLONIO libro 6. certaminis Apoſtolici & HEGESIPPO Hiſtoriographo, libro 5. de excidio Hieroſolymitano, & EVSEBIO CAESAR. libro ſecundo Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ capite 23. ex vtero matris vinum & ſiceram non bibit, ſed neque animal manducauit: quod & Danielis 1. de tribus pueris legitur & Lucæ 1 de Ioanne. Præterea de delectu ciborum tempore quadrageſimæ & ieiunii, refert idem ABDIAS libro 7. certaminis Apoſtolici, Matthæum Apoſtolicum, in oratione quam habuit pro virginis Iphigeniæ caſtitate tuenda, ſic locutum. *Diebus certis* (ait) *ſiue quadrageſimæ, ſiue legitimorum ieiuniorum temporibus, tam ab edacitate carnium, quam commixtione corporum, qui non abſtinuerit, non pollutionem ſolum, ſed etiam ſimul crimen incurrit. Neque vero manducare crimen eſt, ſed incongrue manducare peccatum eſt & crimen.* Et idem EVSEBIVS CAESARIENS. libro 5 Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ capite 1. in fine, de delectu ciborum apertè facit mentionem. Nam Blandina Martyr ſic ad iudicem loquitur, & alios aſtantes: *Multum,* inquit, *erratis ô viri, quòd putatis eos infantium viſceribus veſci, qui ne mutorum quidem animalium carnibus vtuntur.* Et capite 3. ad calcem de Alcibiade Martyre narrat, quòd ab æſu carnium abſtinebat, ſed ſolo pane, ſale, & aqua vtebatur. Qui tamen ob indiſcretionem nimiam correptus eſt, vt dicemus proximè ſequenti annotatione. Ieiuniorum & ciborum delectus meminit ille tam laudatus à Hieronymo, libro de Eccleſiaſticis ſcriptoribus, HERMAS Diſcipulus Pauli, libro 1. Paſtoris viſione 3. & libro 2. mandato 8. dum de his à quibus abſtinendum eſt, tractat libro quoque 3. ſimilitudine 8 ſic ait: *In illo die quo ieiunabis, nil omnino guſtabis, niſi panem & aquā, & computata quantitate cibi, quem cæteris diebus comeſturus eras, ſumptum diei illius quem facturus eras, reponas, & dabis viduæ, pupillo & inopi, &c.* Præterea ieiunii & delectus cibi meminit POLICARPVS SMIRNENSIS Ioannis auditor, epiſtola ad Philippenſes. Pulcherrima quoque lectu ſcribit de delectu ciborum, TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de ieiunio aduerſus Pſychicos, qualiter ſcilicet antiqui Patres & primi Chriſtiani vario cruciatu & abſtinentia carnem macerabant. Nec enim vino, aut pomis vtebantur ſed aridis (vt ait) cibis, & ſicco ab omni carne cibo, quem cibum vocat xerophagiam. Sic autem ait inter cætera: *Primo autem, & Apoſtolus in 2. Corinthiorum, inter labores ſuos & pericula & incommoda poſt famem, & ſitim, ieiunia quoque plurima enumerat. Principalis hæc ſpecies in caſtigatione victus, poteſt iam de inferioribus quoque abſtinentiæ operationibus præiudicare, vt & ipſi pro modo vtilibus aut neceſſariis. Nam excepto aduloriorum quorundam portionale ieiunium eſt. Inſpiciamus igitur, & xerophagiarum nouitatem aut vanitatem, ſi non & in hoc tam antiquiſſime, quam efficaciſſima religionis operata eſt. Redeo ad Danielem, & fratres eius, leguminum pabulum, & aquæ potum ferculis & œnophoris regis præferentes, atque exinde formoſiores, ne quis de ſpecie*

Clemens I.
Ignatius Martyr.
Iacobus Apoſtolus.
Abdias Babylonius.
Hegeſippus Hiſtoriographus
Euſebius Cæſarienſis.
Attende Caluiniſta.
Euſebius Cæſarienſis.
Blandina abſtinentem.
Hermas diſcipulus Pauli.
Polycarpus Martyr.
Tertullianus Carthaginenſis.
Hæc nota.
2 Corinth. 11
Quàm doctè reſpondet Caluiniſtis, qui delectum ciborū nouum inuentum, & Papiſtarum commentum eſſe contendunt. Ξηρὸν, aridum igitur xerophagia, id eſt, aridus cibus.

quoque

Daniel. 1.

quoque corpuſculis mutuas: Ceterùm ſpiritu inſuper culios. Dedit enim Deus adoleſcentulis ſcientiam, & intelligentiam in omni literatura, & Danieli in omni verbo, & in ſomniis, & in omni ſophia, qua hos ipſum quoque ſaperet, quibus modis de Deo impetraretur agnitio ſacramentorum. Et Paulò pòſt. *Reuertor ad*

3. Regum 17.

Heliam, cum corui illum pane & carne ſalutare conſueſſent, cur poſtmodum apud Berſabee Iudæ, excitato ei de ſomno quidam Angelus ſine dubio panem ſolum & aquam obtulit? defecerant corui qui eum liberaliùs paſcerent? An difficile Angelo fuerat aliquem alicunde de conuiuio regis miniſtrum, cum inſtructiſſimo ferculo raptum, ad Heliam transferre, ſicut Danielo in

Daniel. 14.

lacum leonum eſurienti prandium metentium exhibitum eſt? Sed conſtitui oportebat exemplum, docens in tempore preſſuræ & perſecutionis & cuiuſcunque circumſtantia xerophagiis eſſe viuendum. Tali victu Dauid exomologeſin ſuam expreſſit, cinerem quidem edens

Pſal. 37.

velut panem ad eſt, panem velut cinerem, aridum & ſordidum. Potum verò fletu miſcens, vtique pro vino. Habet enim & abſtinentia vini ſuos titulos, quæ & Samuelem Deo vouerat, & Aaronem conſecrarat.

Abſtinentiæ vini effectus.

Vide ſi lubet & reliquum loco præfixo, quia pulchrum eſt. Conſequenter autem corripit eoſdem Pſychicos, qui ex arbitrio, & non ex traditionis authoritate, & Epiſcoporum imperio, certis diebus delectu ciborum vtebantur. Hoc nil eis prodeſſe, niſi diuina voluntate & poteſtate, & non propria faciant præſumptione. Idem iterum delectus ciborum obſeruandi meminit, libro de cibis Iudaicis in formam epiſtolæ ad fideles. Et in Apologetico contra Gentiles, & aliis in locis. Delectus etiam ciborum meminit ille CLEMENS ALEXANDRINVS libro 2. Pædagogi cap. 1. *Nec corporibus (inquit) natura inſitum eſt, vt ex multiplici ciborum varietate nutriantur. Contra enim omnino, qui eſcis vtuntur viliſſimis, ſunt robuſtiores, ſaniores, & generoſiores.* Et cætera multa, quæ de vitando ciborum apparatu & temperantia retinenda loquitur. Vnde & ſubdit. *Bonum ergo eſſe, nec carnem comedere, nec vinum bibere, Apoſtolus fatetur, & Pythagorici. Hoc enim eſt potius feræ, & quæ ex eis aſcendit exhalatio, cum ſit craſſior & turbidior, offundit animæ tenebras. Quod ſi quis ea quoque ſumat, non peccat, modò ea moderatè ac temperatè ſumat, non eis nimium deditus, neque ab eis dependens, neque obſonia deuorans ac deglutiens. Et enim vox perſonabit ne cibi gratia diſſolue opus Dei, &c.* Ciborum delectum Originem obſeruaſſe, ſatis teſtatur EVSEBIVS CAESARIENSIS libro 6. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 2. ad calcem: & ipſemet ORIGENES ADAMANTIVS in libris ſuis ciborum delectum ſummopere commendat. Vnde libro 3. in Iob. *Quando (inquit) ò viri ieiunamus, abſtinemus nos, vt non guſtemus carnes neque vinum, neque ſuperfluas eſcas, &c.* Hinc EPIPHANIVS CYPRI libro 3 aduerſus hæreſes tomo 2. ad calcem. *Porrò (ait) Quadrageſimam ante ſeptem Dies ſanctis Paſchatis ſimiliter obſeruare ſolet eadem Eccleſia, in ieiuniis perſeuerans. Dominicis verò omnino non, neque in ipſa quadrageſima. Cæterùm per ſex dies ſancti Paſchatis, omnes populi ſanctorum eſu perſeuerãt, pane, inquam, & ſale, & aqua tunc vtentes ad veſperam, &c.* IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 2. in Geneſim non longè ab initio. *Ieiunium eſt animarum noſtrarum tranquillitas, ſenum decor, adoleſcentum ſchola, & eruditio, continentium magiſter, qui omnem ætatem & ſexum quaſi diademate quodam ornat. Nuſquam hodie* (de quadrageſimæ diebus loquitur) *tumultus, vel clamor, vel carnium conciſiones vel coquorum diſcurſus, ſed omnia illa abierunt. Et imitatur hoc ciuitas* (Conſtantinopolis) *honeſtam quandam, continentem, & ſobriam matrem familias, &c.* Idem homilia 3. ad populum Antiochenum: *Abſurdum enim eſſet (ait) cibis & conceſſa abſtinere eſca per ieiunium, oculorum verò prohibitam tangere. Non comedis carnes? neque laſciuiam per oculos haurias, &c.* Et HIERONYMVS STRIDONENSIS libro 2. contra Iouinianum: *Etiam ex viliſſimis (ait) cibis vitanda eſt ſatietas. Nihil enim ita obruit animum, vt plenus venter & exæſtuans, & huc illucque ſe vertens, & in ructus, vel in crepitus ventorum, efflationes reſerans, &c.* Vide ieiunium Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro de fide ad Petrum parte 1. capite 10. *Serui Dei in eo quòd à carnibus & à vino abſtinent, non tanquam res immundas refugiunt, ſed mundioris vitæ inſtituta ſectantur.* Et iterum parte 2. eiuſdem libri cap. 4. *Firmiſſimè tene, omnem creaturam Dei bonam eſſe, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur: & Dei ſeruos qui à carnibus aut à vino ſe abſtinent, non tanquam immunda quæ à Deo facta ſunt reſpuere, ſed à fortiori cibo & potu, pro ſola caſtigatione corporis abſtinere.* Idem libro de Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 66. *Bonum eſt cibum cum gratiarum actione ſumere. Et quidquid Deus præcipit edendum eſt. Abſtinere autem ab aliquibus, non quaſi à malis, ſed quaſi non neceſſariis, non eſt malum. Moderari verò vſum eorum pro neceſſitate & tempore, propriè Chriſtianorum eſt.* Et iterum capite 68. *Pro amore caſtigandi corporis abſtinentibus à vino vel carnibus, nihil credere meritis accreſcere, non hoc Chriſtianum, ſed Iouiniani eſt.* Idem & ſermone 64. de tempore: *Dum in quadrageſimæ diebus à licitis abſtinemus, magis ac magis admonemur illicita vitare. Quoniam enim abſtinemus nos à carnibus, quibus aliis diebus vti licet? Quia nos abſtinemus à vino, quo moderatè vti licet? Quis ergo iſta vitamus, quæ aliquando licent, in primis peccata fugiamus quæ omnino nunquam licent, &c.* Idem libro de vtilitate ieiunij. *Non quæro (ait) à quo cibo abſtineas, ſed quem cibum deligas, &c.* Vide Ieiunium & Quadrageſima. Lege & EVSEBIVM EMISSENVM homilia 1. & 2. Quadrageſimæ. Porrò delectus ciborum tempore Quadrageſimæ obſeruati, in priſca Eccleſiæ naſcentis religione, meminit CASSIODORVS SENATOR libro 1. Tripartitæ hiſtoriæ cap. 10. de Spiridonis hoſpitalitate loquens, vt aliàs videbimus. Sicut & NICEPHORVS CALLISTVS libro 8. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 42. Et abundantiùs libro 12. cap. 34. lege obſecro. Quin & THEOPHILVS ALEXANDRINVS libro 4. Paſchatis *Nequaquam (ait) Diebus quadrageſimæ, ſicut luxurioſi diuites ſolent, vini poculum ſuſpiremus, neque in procinctu & prælio, vbi labor & ſudor eſt neceſſarius, carnis edulio delectemur. Qui legum præcepta cuſtodiunt, ignorant vinum in ieiuniis, carnium eſum repudiant, & inſatiabilem auaritiam Dei timore compeſcunt, &c.* Vt autem ad decreta Pontificum & conciliorum ordine deſcendamus: Sic carnium eſum & delectum ciborum iniungunt. Concilium ANCYRANVM cano. 14. qui & citatur & allegatur in Concilio AQVISGRANENSI I. capite 63. *De his, inquit, qui in clero ſunt Preſbyteri, vel diacones, & abſtinent à carnibus, hoc placuit ſtatui, vt non eas tanquam immundas contemnant, ſed contingant. A quibus quidem ſi ſe abſtinere volunt, habeant poteſtatem, ita tamen vt ſi quando cum oleribus coquuntur, eadem tanquam carnibus polluta non iudicent, ſed ex his ad cibum ad ſumant, quamuis à carnibus ſe abſtineant.*

Margin notes: 1. Reg. 1. Oro hæc lege, quia nil hæreticis prodeſt abſtinétia quæ non ex regula Eccleſiæ eis traditur. — Clemens Alexandrinus. — Hæc nota lector. — Rom. 14. — Euſebius Cæſarienſis. — Origines Adamantius. — Epiphanius Cypri. — Hebdomadam ſanctam deſignat. — Ioannes Chryſoſtomus. — Hieronymus Stridonenſis. — Auguſtinus Hipponenſis. — 1. Timoth. 4. — Euſebius Emiſſenus. — Caſſiodorus Senator. — Nicephorus Calliſtus. — Theophilus Alexandrinus. — Concilium Ancyranum. — Concilium Aquiſgranenſ.

neant. Quòd ſi eo tantum eos immundas & abominabiles iudicauerint, vt nec olera quæ cum carnibus coquuntur, æſtiment comedenda, tanquam non conſentientes huic regulæ, ceſſare eos oportet à miniſterio ſuo & ordine. Idem omnino & Concilium Bracarense I. cano 52. Et Concilium Gangrense ſub Syluestro 1. Allegatur à Gratiano distinctione 30. capite. Si quis. *Si quis eum, qui carnem, præter ſanguinem, & idolothytum, & ſuffocatum, cum pietate & fide comedit, condemnat tanquam eo quòd ea veſcatur, ſpem non habeat, ſit anathema.* Hunc canonem allegat & Concilium Aquisgranense I. cap. 65. Huic & Concilium Carthaginense IV. dum cano. 85. de Baptizandis loquitur. Et allegatur à Gratiano de conſecratione distinctione 4. *Baptizandi* (ait) *nomen ſuum dent, & diu ſub abſtinentia vini & carnium, ac manus impoſitione crebra examinati, Baptiſmum percipiant.* De eſu carnium vitando tempore Quadrageſimæ expreſsè iubet Concilium Tolatanum VIII. canone 9. vt videbimus in vocabulo. Quadrageſima. Rogo vt ad illum locum te conferas, quia ibi plura exprimuntur, quæ huic ſeruiunt dictioni: ſicut & in dictione Ieiunium. Huic & Concilium Senonense decreto 7. & deſumitur ex Gratiano, de conſecratione distinct. 3. capite Ieiunia, &c. *Cæterùm quod ad ciborum delectum attinet* (ait) *& ſi iam olim exoleuerit vetus illa Moſaicæ legis ſeruitus, quàm vmbram futurorum appellat Apoſtolus, nec iam aliquid commune decernendum ſit aut immundum: nihil tamen ſanctius nihil vtilius potuit inſtitui, quo pruriens carnis laſciuia frenaretur, quàm vt ieiuniorum & ſtatutis ab Eccleſia abſtinentiæ diebus à carnium eſu temperantes, cibis tantùm aridioribus veſceremur. Neque profectò minor eſſe debet apud nos ſacroſanctæ matris Eccleſiæ authoritas, quàm apud filios Rechab moritturi Patris imperium, qui ne Patris edictum violarent, à vino perpetuò abſtinuerunt:* Idem omnino & Concilium Coloniense III. parte 9. cap. 3. & Concilium Moguntinense IV. capite 47. vbi omnibus Christianis præcipit, certis diebus ab Eccleſia indictis ab eſu carnium abſtinere, non vt ab immundo quopiam, ſed edomandi corporis cauſa propter animam poſſe, cùm meminerint primos homines, qui carnem nondum guſtauerant, ob vitæ nequitiam diluuij immiſſione deletus: ſed cùm abſtinentia carnis etiam cæterorum ciborum moderationem, & perpetuam totius vitæ ſobrietatem coniungant. Hæc nouiſſimum Concilium Tridentinum confirmat ſeſſione 25. quæ fuit 9. ſub Pio 4. capite vltimo. *Paſtores omnes obteſtatur ſancta ſynodus, ea quæ in hoc Concilio & aliis Oecumenicis Conciliis ſtatuta ſunt, fidelibus ſedulò commendant, omnique diligentia vtantur vt illis omnibus & his præcipuè ſint obſequentes, quæ ad mortificandum carnem conducunt, vt ciborum delectus & ieiunia, &c.* Et Facultas Lovaniensis anno 1544. articulo 26. atque Parisiensis anno 1543 ſub Franciſco 1. articulo 24. *Conſtitutiones Eccleſiaſticæ, vt de Ieiunio, delectu ciborum, de abſtinentia à carnibus, aliiſque multis verè obligant in foro conſcientiæ, etiam omni ſecluſo ſcandalo, &c.* Reſiduum vide in vocabulis, Ieiunium & Quadrageſima. Lege etiam & necte ſequentia.

Concilium Aquiſgranenſ. 1.
Concilium Carthaginenſe 4. cui interfuit S. Auguſtinus, cuius hodie feſtū agimus ſe. anno 1570.
Concilium Toletanum 8.
Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato Cancellar.
Actuum 10. & 15.
Hebr. 9. 10.
Coloſſen. 2.
Ierem. 35.
Concilium Colonienſe 3
Concilium Moguntin. 4
Concilium generale Tridentinum.
Facultas Louanienſis ſub Carolo 5.
Facultas Pariſienſis ſub Fräciſco 1.

Ciborum delectus more hæreticorum inhibetur.] Quandoquidem quidam fuerunt Hæretici vt Manichæi, & alij, qui cibos quoſdam immundos arbitrabantur, & ideò ab his tanquam à malis abſtinebant, viſum eſt hic ponere, quid de his Patres ſtatuerint. Veruntamen priùs recolligenda ſunt multa quæ ad hoc pertinentia ſuperiori annotatione poſuimus Canon. 50. Apostolorum *Si quis Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel omnino ex ſacerdotali numero, à nuptiis, carnibus, & vino, non propter exercitationem, ſed propter abominationem abſtinet, oblitus quòd omnia valde bona, & quod maſculum & fœminam fecit Deus hominem: ſed blaſphemans calumniatur opificium, vel corrigatur, vel deponatur, & ex Eccleſia eiiciatur. Similiter & laicus.* Idem omnino Ignatius Martyr epiſtola ad Philippenſes. Hunc autem canonem Martinus Bracarenſis allegat in collectorio ſuo cap. 58. & 57. ſequentem adhuc Canonem Apostolorum LII. *Si quis Epiſcopus, Presbyter, vel Diaconus, in feſtis diebus carnem & vinum non ſumit, abhorrens, & non propter exercitationem, deponatur, vt qui habeat inuſtam conſcientiam propriam, & ſit multorum offenſionis cauſa.* His ſubſcribens Clemens I. Conſtitutionum Apoſtolicarum libro 6. capite 11, *Omnem* (ait) *creaturam Dei bonam fatemur, nihilque reſpuendum: omneque quod ad naturæ neceſſitatem pertinens, iuſtè ſumitur, ad optimum ducimus, omnia enim ſecundum ſcripturam erant valde bona.* Idem adhuc ſemel cap. 14. ſequenti. Hic pulcherrimam narrat hiſtoriam Eusebius Caesariensis libro 5. capite tertio, ad calcem, & poſt illum Nicephorus Callistus libro quarto, etiam Eccleſiaſticæ hiſtoriæ capite 18. *Alcibiades* (ait Euſebius) *erat quidam in numero eorum, qui pro Chriſto vincti tenebantur. Hic vitam ſatis arduam gerebat, nihil cibi volens accipere, ſed tantùm ſale, & pane, cùm aqua vtebatur. Cùmque hunc vitæ rigorem vellet etiam in carcere poſitus obtinere, Attalo poſt primam confeſſionem ſuam, quam in amphitheatro confeſſus eſt, reuelatur, quòd non rectè faceret Alcibiades, creaturis Dei & ipſe non vti, & aliis formam ſcandali non derelinquere. Quibus cognitis Alcibiades cœpit omnia cum gratiarum actione percipere, quia quæ reuelabat illi Spiritus vt doceret, & huic, vt ſequeretur, idem ſpiritus perſuadebat.* Aduerte hîc, bone lector, quòd non facit locus hic, contra ciborum delectum, quem tot authoritatibus ſuperiùs roborauimus, modò rectè intelligatur. Nam ſuperiùs ex eodem Euſebij volumine patuit, quòd ſancti martyres tunc etiam abſtinebant ab eſu carnium. Verùm quoniam Alcibiades, cùm cæteris ſanctis incluſus, exemplo erat cæteris Chriſtianis, & ſcandali formam, vt hic dicitur, præbuiſſet, ſi non de omnibus cibis guſtaſſet (crediſſent enim eum cauteriatam habere conſcientiam, ac propterea abſtinere à cibis, quos Deus creauit, vt faciunt Hæretici) ideo diuina reuelatione admonitus, & communibus cibis ſumpſit: hoc idem Basilius Magnus monachos ſuos, qui aliàs erant abſtinentiſſimi, facere docet, quoties in tale tempus inciderent, in quo ſcandali occaſionem præbere poſſent, Lege, eundem in regulis fuſius diſputatis, interrogationem 18. Et hæc eſt doctrina Apoſtolica ad Romanos decimo quarto: & primo Corinthiorum 8. Et hinc eſt quod perſtringit hæreticos Irenaeus Lugdunensis libro 1 contra hæreſes Valentini & ſimilium cap. 1. qui indifferenter Idolothyta manducabant, nihil inquinari ab his putantes. Sed & de legalibus cibis olim Iudæis interdictis, agit Tertullianus Carthaginensis epiſtola ad fideles. De cibis Iudaicis, vbi (cùm tamen ante delectum ciborum, quem Eccleſiæ traditio obſeruat, commendaſſet.) *Conſtat* (inquit)

Canon Apoſtolorum.
Ignatius Martyr
Martinus Bracarenſis.
Canon Apoſtolorum.
Clemens 1.
Euſebius Cæſarienſis.
Nicephorus Calliſtus.
Obſeruatio hiſtoriæ notetur.
Baſilius Magnus.
Irenæus Lugdunenſis.
Tertullianus Carthaginenſ.

quit) *omnia iſta ſuis eſſe benedictionibus reddita, iam lege finita, nec ad ſolemnitates ciborum eſſe redeundum, quas & certa imperauerat cauſa, & iam ſuſtulit libertas Euangelica, manumiſſione remota.* Húcque pertinere dicit, quod ait Apoſtolus 1. Timot. 4. conquerens de his qui venturi erant, vt prohiberent nubere, & abſtinere à cibis quos Deus creauit, &c. Tum ſubdit: *Qui per eſcas Dominum colit, propè eſt, vt dominum habeat ventrem ſuum. Cibus (inquam) verus & ſanctus & mundus eſt, fides recta immaculata conſcientia, & innocens anima. Quiſquis ſic paſcitur, Chriſto conueſcitur, talis epulator, conuiua eſt Dei: iſta ſunt epulæ quæ Angelos paſcunt, iſta ſunt menſa quæ martyres faciunt.* Et infrà: *Sed non ex hoc ſtatim, quia libertas ciborum conceſſa, luxuria permiſſa eſt, nec quia liberalius nobiſcũ Euãgelium geſſit, continentiam ſuſtulit. Non (inquam) ex hoc ventri procuratum eſt, ſed ciborum forma monſtrata eſt, oſtenſum eſt quid iuris eſſet, non quo in gurgitem cupiditatis iretur, ſed quo legis ratio redderetur. Sumẽda enim ſunt ea ſola, quibus animus noſter melior reddatur. Et licet in Euangelio per omnia ciborum redditus nobis vſus ſit, tamen intelligitur redditus, ſed cum lege frugalitatis, & continentiæ. Cauendum eſt, ne quis licentiam iſtam putet intantum profuſam, vt ad immolata ſimulachris poſſit accedere, &c.* Vide infrà. Sed & eadem CLEMENS ALEXANDRINVS libro 2. Pædagogi. capite 1 & libro 2. Stromatum, non longè à fine. Hinc etiam AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro 30. contra Fauſtum Manichæum, capite 5. & libro 31. capite 2. & libro 32. capite 13. multa de delectu ciborum obſeruando, & more hæreticorum vitando diſſerit, lege ſi curioſus es, & inuenies verum eſſe quod dico. Idcirco autem pertranſeo, quia prolixior eſt. Et ELEVTHERIVS I. epiſtola prima ad Galliæ prouincias: *Neceſſarium iudicauimus vos inſtruere, vt eſcas quas vitare audiuimus, irrationabiliter non reſpuatis. Scitis (fratres) Legiſlatorem docuiſſe: Omnia quæ creauit Deus, erant valde bona. Et ipſa per ſe Veritas ait: Non quod intrat in os, coinquinat hominem. ſed quod exit de ore. Vnde conſtat non debere refutari eſcas communes, quas Deus ad cibos tribuit fidelibus ſuis. Et in actis Apoſtolorum de mundis eſcis ita legitur: Quod Deus purificauit tu ne commune dixeris.* Hinc etiam Concilium TOLETANVM I. in expoſitione Symboli contra Priſcillianiſtas: *Si quis dixerit vel crediderit carnes auium, ſeu pecudum, quæ ad eſcam data ſunt non tantùm pro caſtigatione hominum, vel corporum abſtinendas, ſed execrandas eſſe, anathema ſit.* Propterea VIGILIVS I. epiſtola 1. quæ eſt ad Eutherium ſiue Eleutherium Epiſcopum, capite 1. eos execratur, qui ita ſe ſub abſtinentiæ ſimulatæ prætextu ab eſcis carnium videtur ſubmonere, vt hoc execrationis potius animo, quàm deuotionis probentur efficere: *In qua re (ait) quia nefandiſſimis Manichæis eſſe conſimiles approbantur, iuſtè Patrum venerabilium conſtitutis, ab hac ſuperſtitione ſub anathematis ſunt interminatione prohibiti, quando aliquid ciborum, contagione carnium credunt eſſe pollutum, quia de his omnibus quæ ad humanum victum miſericordia Dei contulit, nihil catholicis eſſe iudicatur immundum. Sic enim Titum doctor gentium Paulus admonet: Omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nihil eſt mundum, &c. Similiter ad Timotheum de his cauendis erroribus prædicat. In nouiſſimis (inquit) temporibus diſcedent quidam à fide cauteriatam habentes conſcientiam, abſtinentes à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione, &c. Hoc igitur venerabilium Patrum conſtituta, ſpecialiter eos cenſuerunt eſſe damnandos, qui cum carnibus abſtinerent, ea quoque credebant eſſe vitanda, quæ carnibus fuiſſe videbantur admixta. Nam & ipſe Dominus præmonuit dicens: Non quod intrat in os coinquinat hominem, &c. Quapropter nec abſtinentiam Deo placitam reprobamus, nec eos qui execrantur Domini creaturam recipimus in noſtra ſocietate.* Hinc & Concilium BRACARENSE I. capite 14. *Si quis immundos putat cibos quos Deus in vſum hominum dedit, & non propter afflictionem ſui corporis, ſed quaſi immunditiam putans, ita abſtineat ab eis, vt nec olera cocta cum carnibus prægustet, ſicut Manichæus, & Priſcillianus docuerunt, anathema ſit.* Et capite 32. ſtatuit ſub pœna excommunicationis, vt ad vitandam hanc hæreſim, quicunque in clero cibo carnium non vteretur, Olera cocta cum carnibus prægustare cogerentur, aliàs officio priuandi, tanquam de hæreſi ſuſpecti. Hæc omnia repetit MARTINVS BRACARENSIS Epiſcopus, in collectorio ſuo, capite 58. & allegãtur à Gratiano, diſtinctione 30. capite Si quis, &c. Lege quod ſuperiùs iam expreſſum eſt, & in dictione, Quadrageſima, & Ieiunium, & ſequentia.

Hæc attende.

Clemens Alexandrinus.

Auguſtinus Hipponẽſis, cuius die quo hæc ſcribebã, celebrabatur feſtum, anno 1570.

Eleutherius I.

Geneſ. 1. Matthæi 15. Actuum 10.

Concilium Toletanum I.

Vigilius I.

Titum 1.

1. Timoth. 4.

Matth. 15.

Concilium Bracarenſe I.

Nunc non reformadatur eſt ſera, quia ſine differentia lautioribus omnes epulis expleutur.

Cibis vetitis non vtendum.] Hæc ſufficiẽter ſuperioribus annotationibus inueniuntur expoſita. Verùm ne locus vacuus remaneat, ſic TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS epiſtola ad Fideles de cibis Iudaicis. *Cauendũ eſt, ne quis licentiam Euangelicam* (lege ſuperiori annotatione quod præcedit) *putet intantum profuſam, vt ad immolata ſimulachris poſſit accedere. Quantum enim ad creaturam Dei pertineat, omnis munda eſt: ſed cum dæmonijs immolata fuerit, inquinata eſt tandiu, quandiu ſimulachris offeratur. Quod mox atque factum eſt, non eſt iam Dei, ſed idoli. Quæ dum in cibum ſumitur, ſumentem dæmonio nutrit, non Deo conuiuam illum ſimulachro reddendo, non Chriſto, vt meritò faciant, & Iudæi, quorum ciborum ratione perſpecta, & conſilio legis conſiderato, & Euangelicæ gratiæ beneficio cognito, & temperantiæ rigore ſeruato, & ſimulachris immolatorum inquinamento repulſo, regulam veritatis per omnia cuſtodientes. Deo gratias agere debemus per Ieſum Chriſtum, &c.* Idem CLEMENS ALEXANDRINVS libro 2. Stromatum ad calcem. Et LEO I. epiſtola 77. quæ eſt ad Nicetam Aquileienſem Epiſcopum, capite 5. *De his autem Chriſtianis qui inter eos a quibus fuerant captiuati, immolatitijs cibis aſſeruntur eſſe polluti, conſultationi charitatis tuæ hoc etiam reſpondendum eſſe credimus, vt pœnitentiæ ſatisfactione purgentur, quæ non tam temporis longitudine, quàm cordis compunctione penſanda eſt. Et ſiue hoc terror extorſerit, ſiue fames ſuaſerit, non dubitetur abolendum, cum huiuſmodi cibus pro metu aut indigentia, non pro religionis veneratione ſit ſumptus.* Idem epiſtola 90. ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum capite 18. *Qui conuiuio ſolo Gentilium, & eſcis immolatitijs vſi ſunt, poſſunt ieiunijs, & manus impoſitione purgari, vt deinceps ab Idolothytis abſtinentes, ſacramentorum Chriſti poſſint eſſe participes. Si autem aut idola adorauere, aut homicidijs, vel fornicationibus contaminati ſunt, ad communionem eos (niſi per pœnitentiam publicam) non oportet admitti.* Sed & abundantiùs CANON APOSTOLORVM 62. prohibet, ne aliquis ſacerdotum carnes comedat in ſanguine ipſorum, vel quod à feris captum, vel morticinum: quod confirmat Concilium AV-

Tertullianus Carthaginenſ.

Clemens alexandr. Leo I.

Vt illi expiandi, qui carnes comederint idolis immolatas.

Concilium Aurelianenſ. 4.

relianense II. cap 10 Et Avrelianense IV. capite 11. vide & lapſus. Hinc Bonifacio Moguntinenſi Archiepiſcopo interroganti, an liceret poſt crucis benedictionem de eſcis immolatitijs edere, Gregorivs III.

Gregorius 3.

epiſto a ad eundem 4. reſpondit illud Apoſtoli: *Si quis dixeris, quia hoc immolatitium eſt, nolite edere propter eum qui indicauit, & propter conſcientiam.* Plura de his habes locis ſuperiùs allegatis. Ideò ne differas legere & ſequentia.

Cibus parcè ſumendus.] Hoc ſuperioribus ſat exprimitur annotationibus, nec eſſet hîc quippiam annotandum, niſi pulcherrima occurreret ſententia Ivstini Martyris epiſtola ad Zenam, & Serenum fratres: *Cibus* (inquit) *ſumendus non ad voluptatem, ſed vt viuendo aliquibus ſimus vtiles. Quod ſi quando nos egeſtas apprehenderit, contenti ſimus rebus tenuibus.* Et infrà: *Vinum nec ad ebrietatem bibatur quotidie, nec vt aqua, requiratur. Nam vtrumque Dei creatura eſt: ſed aqua neceſſaria, vinum autem ad curam corporis, &c.* Vide latiùs dictione, Ebrietas. His iunge quod ſuprà ex libro Tertvlliani Carthaginense ad fideles, De cibis Iudaicis expreſſum eſt & alios doctores.

Iuſtinus Martyr.
Verba aurea.

Tertullianus Carthaginenſ.

Circvncisio.

Clemens 1.

Circuncisio prohibetur Chriſtianis, déque ceſſatione eius.] Clemens I. libro ſexto, Conſtitutionum Apoſtolicarum capite 11. *Neque verò vna cum Iudæis circuncidimur, ſcientes veniſſe eum cui repoſitum eſſet, & per quem cuſtodirentur generationes expectationem Gentium, Ieſum Chriſtum ex Iuda ortum de Ieſſe florem, cuius imperium ſuper humerum eius.* Et capite 12. ſubiungit: *Sed quoniam tunc hæc hæreſis magnas ad decipiendum vires videbatur habere, totaque Eccleſia in periculo verſabatur, nos duodecim cum conueniſſemus Hieroſolymis, vna cum Iacobo fratre Domini, deliberabamus quid faciendum eſſet: viſumque eſt ipſi, & Presbyteris, ſermonibus doctrinæ alloqui populum. Etenim quidam à Iudæa Antiochiam profecti, docebant fratres, affirmantes, niſi circunciderentur ſecundum morem Moſis, alióſque ritus quos ille præceperat, ſeruarent, ſalnos fieri non poſſe. Cum ergo ſeditio quæſtióque non parua commota eſſet, & fratres qui erant Antiochiæ, cognouiſſent nos conueniſſe, vt de hac requireremus, miſerunt ad nos viros fideles, & ſacrarum literarum peritos, vt de hac quæſtione cognoſcerent. Qui cum ad nos venerunt, nunciarunt nobis, quæ in Antiochia Eccleſia quærebantur, oportere circuncidi, aliáſque cæremonias ſeruare.* Tum Petrus narrat, quæ ſibi reuelata ſunt è cœlo, in conuerſione Cornelij quæ Actuum decimo habentur. Et ſubinfertur: *Tuncque viſum eſt nobis Apoſtolis, & Epiſcopo Iacobo, atque Presbyteris cum vniuerſa Eccleſia, delectos ex nobis viros mittere, vna cum Barnaba, & Paulo Gentium Apoſtolo Tarſenſi, & Iuda cognomento Barſabbano, ac Sila, viris præcipuis inter fratres, ſcriberéque Epiſtolam eorum manu his verbis: Apoſtoli, & Presbyteri, & fratres, his qui ſunt Antiochiæ, in Sicilia, & Syria, fratribus ex Gētibus ſalutē. Quoniam audiuimus quod quidam ex nobis conturbauerunt vos ſermonibus, peruertentes animas veſtras his quæ non mandauimus, viſum eſt nobis in vnum cōgregatis, delectos viros ad vos mittere, cum dilectis noſtris Barnaba, & Paulo, hominibus qui animas ſuas tradiderunt pro Domino noſtro Ieſu Chriſto, pro his quæ ſignificaſtis. Miſimus etiam cum his Iudam, & Silam, qui verbis eadem vobis referent. Viſum eſt enim Spiritu ſancto, & nobis nihil plus imponi vobis oneris, quam horum neceſſariorum, vt abſtineatis ab idolothytis ſanguine ſuffocato, & fornicatione a quibus ſi continebimini, bene agetis, valete. Atque epiſtolam quidem miſimus, nos verò per aliquot dies manſimus Hieroſolymis, ſimul deliberantes quæ ad commune vtilitatem, & ad corrigendas res pertinebant.* Porrò cur data ſit circuncisio, & cur ceſſauerit Ivstinvs Martyr ſic Tryphonem in Dialogo alloquitur: *Circuncisio carnalis Abrahamo in ſignum data fuit, vt ab alijs Gentibus, & a nobis diſcerneremini, & vt vobis ſolis calamitates incumberent, quas nunc iuſtè patimini, vt agri veſtri fiant deſerti, oppida deleantur incendio, fruges vobis inſpectantibus ab hoſte deuorentur, & nemo veſtrum audeat aſcendere Hieroſolyma. Non eſt enim aliud diſcrimen inter vos, & mortales cæteros, præter carnis circuncisionem. Nemo enim veſtrum (vt opinor) perfricta fronte negabit, Deum præuidiſſe prouideréque futura, & cuique præparare quo dignus eſt. Ergo vobis quoque hæc meritò acciderunt: Occidiſtis iuſtum illum, & Prophetas eius antea. Nunc quoque nos, qui ſperamus in eum, & in omnipotentem rerum factorem Deum, a quo miſſus eſt, vilipenditis, & quantum in vobis eſt, notatis ignominia, execrande in veſtris ſynagogis, quotquot in Chriſtum credunt. Nec enim poteſtis nobis manus cruentas iniicere, cohibiti metu Imperatorum: quoties autem potuiſtis, hoc etiam perpetraſtis, &c.* Et infrà: *Lauamini ergo nunc & repurgamini, eximite ex animis veſtris malitiam. Tale vobis lauacrum, & veram circuncisionem Deus imperat. Veſtra verò carnalis circuncisio, non omnibus eſt neceſſaria, ſed vobis ſolis, vt quod iam dixi calamitates præſentes feratis. Nam neque merſationes illas inutiles, quæ in piſcinis, & aquis putealibus fiunt, recipimus. Nihili enim ſunt, collata ad hoc vitæ lauacrum. Ideò clamat ipſe Deus: Me dereliquiſtis fontem viuum, & fodiſtis vobis ciſternas perfractas, quæ aquam continere nequaquam poterunt. Vos in carne circunciſi, opus habetis noſtra circuncisione. Nos hac contenti, non deſideramus illam alteram, quæ ſi fuiſſet, vt vos exiſtimatis, neceſſaria, Deus Adamum præputiatum non finxiſſet. Nec Abelis dona in præputio carnali offerentis victimas dignatus fuiſſet aſpicere, Nec Enochum æquè præputiatum comprobaſſet, qui nuſquam comparabat, quia Deus eum tranſtulerat. Loth incircunciſus euaſit è Sodomis, deducentibus eum ipſis Angelis, & Domino. Noe humani generis inſtaurator, licet incircunciſus, tamen cum liberis arcam intrauit. Incircunciſus erat Melchiſedech ſacerdos altiſſimi, cui etiam Abrahamus decimas obtulit, primus carnaliter circunciſus, & ab illo benedictionem accepit, ſecūdum cuius ordinem, æternum ſacerdotem Deus ſe velle inſtituere prædixit per Dauidem. Vobis igitur ſolis neceſſaria fuit iſta circuncisio, vt ex populo fieret nō populus, & ex gente nō gens, iuxta Oſeæ vaticiniū.* Et paulò pòſt: *Quapropter, mi Trypho, tibi & his, qui volunt fieri proſelyti, acclamarem ego diuina verba, quæ ex illo viro audiui: videtis quòd elementa non feriantur, nec agunt feſtum Sabbatho? manete vt nati eſtis. Nam ſi ante Abrahamum non erat opus circuncisione, nec ante Moſen Sabbathis, feſtiſque ac victimis, ne nunc quidem opus eſt, poſtquam volente Deo, ſine peccato ex genere Abrahami, de virgine Ieſus Chriſtus natus eſt. Etenim Abraham ipſe nondum circunciſus, propter fidem qua Deo credidit, iuſtificatus eſt, & benedictionem accepit ab eo, vt & Scriptura docet: Circuncisionem verò in ſignum, non ad iuſtificationem, vt Scripturis & rei veritati credendum eſt.*

Geneſ. 49.
Eſaiæ 9.
Hic loquuntur vnanimes Apoſtoli.

Actuum 15.

Epiſtola Apoſtolorū ad Antiochenos.

Iuſtinus Martyr.

Ratio ceſſationis & inſtitutionis circuncisionis.

Exhortatio ad Iudæos vt reſipiſcant.

Geneſ. 3. & reliquis.

Pſal. 109.

Oſeæ 2.

Geneſ.17.

Itaque merito dictum eſt de illo populo: Anima, quæcunque non circuncidetur octauo die, exterminabitur è ſuo genere. Præterea cum non poſſit femininum genus carnalem circuncifionem aſſumere, ſatis apparet in ſignum datam circuncifionem, non tanquam opus iuſtitiæ.

Docet ſacramentū circumciſionis imperfectū, eò quod fœminis non conferretur.

Quicquid enim ad iuſtitiam virtutémque pertinet, etiam fœminis Deus dedit, vt ex æquo ſeruare poſſent. Nunc videmus maſculini corporis formam, differre à fœmineo, tamen quantum ad hæc attinet, neutrum cenſeri iuſtum iniuſtumve, ſed propter pietatem ac iuſtitiam.

Quid per octauum diem circūciſione præſignabatur.

Poſſem & illud manifeſtis argumentis eniacere, quòd per hūc octauam diem Deus myſticè ſignificabat, eam eſſe potiorem ſeptima. Sed ne videar nunc ſermonis diuerticula quærere, clara voce moneo vos, vt intelligatis, ſanguinem illum circuncifionis iam ſuperuacuum, & ſanguini ſalutari nos credere. Aliud nunc teſtamentum, & alia lex è Sion prodiit. Ieſus Chriſtus omnes eos, qui volunt, circuncidit, iuxta priſca præſagia, cultris lapideis, vt exoriatur gens iuſta, populus tenax fidei, cupidus veritatis, & in pace perſeuerans, &c. Et infrà: Sic præceptum circuncifionis, quæ ab omnibus nuper natis exigitur octauo die, figura erat veræ circuncifionis, reſecantis errorem atque malitiam, per eum qui à mortuis reſurrexit vna ſabbathorum die, Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Vna enim ſabbathorum manens, prima omnium vocatur octaua, in orbem recurrente numero, non obſtante, quod prima maneat. Eadem omninò de circuncifione, & eius effectu, ſcribit & IRENÆVS LVGDVNENSIS libro 4. contra hæreſes, cap. 30.

Irenæus Lugdunenſis.

Tertullianus Carthag.

Et TERTVLLIANVS capite 1. libri aduerſus Iudæos, legem naturalem commendans, eadem penè docet quæ & Iuſtinus: plures ſcilicet, in naturali lege abſque circuncifione iuſtificatos, & circuncifionem datam in ſignum, non ad iuſtificationem, quod infinitis, & authoritatibus, & rationibus probat.

Occulta ratio circunciſionis datæ in ſignū.

Dari (inquit) habebat circunciſio, ſed in ſignum: vnde Iſrael in nouiſſimo tempore dignoſci haberet, quando ſecundum ſua merita in ſanctam ciuitatem ingredi prohiberetur, ſecundum verba Prophetarum. Sicut ergo circunciſio carnalis, quæ temporalis erat, inducta eſt in ſignum populo contumaci. Ita ſpiritalis circunciſio eſt in ſalutem populo obaudienti, vt Hieremias aſſeuerat: Circuncidimini Deo, & circūcidite præputium cordis veſtri, &c.

Hieremiæ 4.
Obiectio Iudæorum refutatur.

Quòd autem obiiciunt Iudæi, maximū periculū eſſe, ſi præputiū carnis quis nō circunciderit, cùm ob eā cauſam penè Moyſi filius & Sephora ab Angelo ſuffocatus eſt, eò quòd non eſſet octaua die circunciſus: nouint quòd vnius infantis coacta circunciſio, non poteſt legem vniuerſo populo circunſcribere, & legem præcepti condere in ſalutem. Nam prouidens Deus, quod hanc circunciſionem in ſignum, non in ſalutem eſſet daturus populo Iſrael, Idcircò filium Moyſi ducis futuri inſtigat circuncidi, vt cùm cœpiſſet per eum populo dare præceptum circunciſionis, non aſpernaretur populus, videns exemplum iſtud in filium iam celebratum. Idem & libro 5. contra Marcionem, vbi de epiſtola ad Galatas diſſerit, notam ſeruitutis circunciſionem legalem vocat.

Cyprianus Carthaginenſ. & Patres 66.

Hinc & CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro 3. Epiſtolarum, epiſtola 8. eſt autem & aliorum Epiſcoporum numero 66. ad Fidum Preſbyterum. Quod in Iudaica circunciſione carnali (ait) octauus dies obſeruabatur, ſacramentum eſt in vmbra atque in imagine ante præmiſſum, ſed veniente Chriſto in veritate completum. Nam quia octauus dies, idem poſt ſabbathum primus dies futurus erat, quo Dominus reſurgeret, & nos viuificaret, & circunciſionem nobis ſpiritalem daret, hic dies octauus, id eſt, poſt ſabbathum primus, & Dominicus præceſſit in imagine, quæ

Hæc diligenter obſerua.

A imago ceſſauit ſuperueniente poſtmodum veritate, & data nobis ſpiritali circunciſione. Propter quod neminem putamus, à gratia conſequenda impediendum eſſe, ea lege quæ iam ſtatuta eſt, nec ſpiritalem circunciſionem impediri carnali circunciſione debere, ſed omnem omnino hominem admittendum eſſe ad gratiam Chriſti, cùm & Petrus in Actibus Apoſtolorum loquatur & dicat: Dominus dixit mihi, neminem communem dicendum & immundum. Vide & Baptiſmus.

Actuum 10.

Cæterùm ſi homines impedire aliquid ad conſecutionem gratiæ poſſet, magis adultos & prouectos, & maiores natu poſſent impedire peccata grauiora. Porrò autem, ſi etiam grauiſſimis delictoribus, & in Deum multùm antè peccantibus, cùm poſtea crediderint, re-
B miſſio peccatorum datur, & à Baptiſmo atque gratia nemo prohibetur, quantò magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nil peccauit, niſi quòd ſecundum Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ prima natiuitate contraxit, qui ad remiſſionem peccatorum accipiendam hoc ipſo facilius accedit, quòd illi remittuntur non propria, ſed aliena peccata? Et idcircò (frater chariſſime) hæc fuit in Concilio noſtra ſententia, à Baptiſmo atque à gratia Dei, qui omnibus miſericors, & benignus, & pius eſt, neminem per nos debere prohiberi. Quod cùm circa vniuerſos obſeruandum ſit atque retinendum, tum magis circa infantes ipſos & recens natos obſeruandum putamus, qui hoc ipſo de ope noſtra ac de diuina miſericordia plus me-
C reatur, quòd in primo ſtatim natiuitatis ſuæ ortu plorantes ac flentes, nihil aliud faciunt, quàm deprecantur. Idem omninò ſtatuit Concilium CARTHAGINENSE III. cano. 48. Idem etiam AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro 6. contra Iulianum. Non ob aliud (ait) credendum eſt antiquis Patribus hoc diuinitus fuiſſe præceptum, vt octauo die circunciderent paruulum, niſi ad ſignificādam regenerationem, quæ fit in Chriſto, qui poſt diem ſeptimum ſabbathi, quo die iacuit in ſepulchro, traditus propter delicta noſtra, ſequenti, id eſt, octauo hebdomadis die reſurrexit propter iuſtificationem noſtram, &c. multa.

Concilium Carthagin. 3.

Auguſtinus Hipponenſis.

Potuiſſem & alios doctores hic proferre, ſed hæc ſufficiant. Vide dictione. Baptiſmus, &c. nam & GREGORIVS NAZIANZENVS ora-
D tione in ſanctum Lauacrum apertè denunciant, quòd circunciſio, quæ poſt octauum diem fiebat, deſignabat, Baptiſmum infantium accellerari debere, ſi periculum aliquod imminet. Melius eſt enim (inquit) nondum rationis compotes ſanctificari, quàm non ſignatos & initiatos vita excedere, &c. Diximus in dictione, Baptiſmus paruulis conferendus Adidi locum, ſi plura noſſe cupis.

Gregorius Nazianzenus.

Baptiſmus paruulorum aſtruitur.

CLERICVS.

Clericus vnde denominetur.] Quia plura ſumus in ſequentibus & diuerſa de Clericis dicturi, priùs videndum eſt, quid velit hoc vocabulum, Patres Cōcilij AQVISGRANENSE I. ſub
E Ludouico Imperatore, cap. 99. De diuerſis officijs differentes cum ad Clerici definitionem deueniunt, proferunt ISIDORVM HISPALENSEM lib. 2. De officijs Eccleſiaſticis, ita ſcribentem: Omnes qui in Eccleſiaſtici miniſterij gradibus ſunt ordinati, generaliter clerici nominantur. Clericos autem vel clericos hinc appellatos doctores noſtri dicunt, quia Matthias ſorte electus eſt, quem primùm per Apoſtolos legimus ordinatum: ſic & omnes quos illis temporibus Eccleſiarum Principes ordinabant, ſorte eligebant. Nam Cleros, ſors interpretatur, vnde & hæreditas, græcè cleronomia appellatur, & hæres cleronomos. Proinde ergo clericos vocari aiunt, eo quod in ſorte hæ-

Concilium Aquiſgran. 1.

Iſidorus Hiſpalenſis.

Actuum 1.

A -editatis Domini dentur, vel pro eo quòd ipſe Dominus ſors eorum ſit. ſicut de eis ſcriptum eſt loquente Domino: Ego hæreditas eorum. Vnde oportet, vt qui Deum hæreditate poſſident, abſque vllo impedimento ſeculi Deo ſeruire ſtudeant, & pauperes ſpiritu eſſe contendant, vt congrue illud Pſalmi dicere poſſint: Dominus pars hæreditatis meæ. Hinc & de exercitio & vita Clericorum inferiùs dicemus. Eadem de Clericis & eorum denominatione in medium producunt ex HIERONYMO STRIDONENSI epiſtola ad Nepotianū, Patres Cōcilij COLONIENSIS III. parte 2. cap. 1. & 2. nec eſt opus toties eadem repetere. Adde quòd in ſequentibus hæc omnia lucidiora fient. Nota interim nos ſub hoc vocabulo omnes Eccleſiaſticos viros, ſcilicet, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos Sacerdotes, Diaconos, & Subdiaconos, & omnes reliquos, vſque ad nouiſſimum in Eccleſia gradum (licet ſub ſpeciali vocabulo, Status & Officiū vniuſcuiuſq; gradus contineatur) generaliter ſimul cōplecti, qui clericali munere funguntur. Itaque de Clericis quidem inferioribus, qui Eccleſijs miniſtrant licet ſpecialiùs, tamen ne quis tergiuerſetur, ſciat nos de omnibus Eccleſiaſticis loqui, & ad omnes hoc ſpectare, quod à Patribus decernitur, ſpecialiter vbi de moribus & virtutibus, & conuerſatione agitur. Hæc præmiſſa ſint.

Nume 18. Deuter. 18. Pſal. 15. Hieronymus Stridonenſis. Concilium Colonienſe 3. Admonitio in ſequentem annotationem.

Clericorum ordo diſpoſitus.] De ordinandis clericis nō hic loquimur, ſed reſeruamus vocabulo, Ordinandus, &c. ſed loquimur hîc de ordine quem debent ſinguli clerici ſecundum officia & dignitates in Eccleſia tenere. De quibus ſic ſtatuit Concilium LAODICENVM canone 20 & allegatur à Gratiano diſtinct. 93. cap. Non oportet *Non oportet (ait) Diaconum coram Presbytero ſedere, ſed iuſſione Presbyteri ſedeat. Similiter autem & Diaconis honor habeatur ab obſequentibus, id eſt, à Subdiaconis, & omnibus Clericis.* Idē ſtatuit Concilium AGATHENSE cano. 65. Hic porrò canon allegat Concilium AQVISGRANENSE I. cap. 77. hinc in eodem Concilio Laodiceno canone 56. ſtatuitur vt cuncti ſuum honorem ſecundum gradus & merita recipiant. & allegatur à Gratiano diſtinct. 65. cap. non oportet. *Non oportet (ait) Presbyteros ante ingreſſum Epiſcopi ingredi & ſedere in tribunalibus. ſed cum Epiſcopo ingredi & ſedere in ſubſellijs. niſi forſitam infirmitate detineantur, vel profectus ſit Epiſcopus peregrè.* Plura vide. Epiſcopus. & in dictione, Ordo in Eccleſia. Quia melius eſt, vt huic loco reſeruetur, vide ſequentia.

Concilium Laodicenum. Concilium Agathenſe. Concilium Aquiſgran. 1.

Clerici quales debeant eligi.] CLEMENS I. epiſtola 2. quæ eſt ad fratrem Domini Iacobum, & allegatur à Gratiano diſtinct. 23. cap. Tales. *Tales ad miniſterium eligantur Clerici, qui dignè poſſint Dominica ſacramenta tractare. Melius eſt enim Domini ſacerdoti paucos habere miniſtros, qui poſſunt dignè opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant.* Et infrà: *Nemo Clericorum, ſacramenta diuina negligenter contrectet. Ideóque tam iuuenes, quàm ſenes de omni cōuerſatione ſua, & conuerſione & pœnitentia valde eſſe ſolicitos oportet, ſatiſque agere vt hæc condignè agant, & de reliquo ornent tam Clerici, quam ſeculares animas ſuas ornamentis digniſſimis, dogmatibus ſcilicet veritatis, decore pudicitiæ, ſplendore iuſtitiæ, candore pietatis, aliiſque omnibus, quibus cōptam eſſe decet rationabilē mentem.* Vide latiùs. Ordinādi probērur. &c. Hinc & Cōcilium CONSTANTINOPOLITANVM III. dictum 6. generale canone 33. contra illos qui delati ſint in quibuſdam prouincijs more Iudaico, illos ſolos eligere in clericos qui ex genere erant ſacerdotali. Statūit, vt deinceps non liceat his, qui volunt aliquos ad clerum adducere, ad eius cui manus imponitur genus reſpicere, ſed examinantes an digni ſint ex poſitis in ſacris canonibus decretis, eos in cleri catalogum referre, & Eccleſiaſticè promouere ſiue ſint ex maioribus ſuis ſacerdotibus ſiue non. Idem ſtatuitur de Epiſcopis in generali Concilio 7 Nicææ habito, vt ſuo loco dicemus. Hinc & Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III. cui Patres 1215. affuerunt, cap. 30. ſic loquitur. *Graue nimis eſt & abſurdum, quod quidam prælati Eccleſiarum, cùm poſſint viros Idoneos ad Eccleſiaſtica beneficia promouere, aſſumere non B vereantur indignos, quibus nec morum honeſtas, nec literarum ſcientia ſuffragatur, carnalitatis ſequentes affectum, non iudicium rationes. Unde quanta Eccleſijs damna proueniant, nemo ſanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi præcipimus vt prætermiſſis indignis aſſumant idoneos, qui Deo & Eccleſijs velint, & valeant gratum impendere famulatum. Fiatq; de hoc in prouinciali Concilio diligens inquiſitio annuatim, ita quòd qui poſt primam & ſecundam correctionem fuerit repertus culpabilis, à conferendis beneficijs per ipſum Concilium ſuſpendatur, inſtituta in eodem Concilio perſona prouida & honeſta, quæ ſuppleat ſuſpenſi defectum in beneficijs conferendis. & hoc C ipſum circa capitula quæ in eis deliquerint, obſeruetur. Metropolitani verò delictum ſuperioris iudicio relinquatur, ex parte Concilij nunciandum. Ut autem hæc ſalubris prouiſio, pleniorem conſequatur effectum, huiuſmodi ſuſpenſionis ſententia præter Romani Pontificis authoritatē, aut proprij Patriarchæ, minimè relaxetur, vt in hoc quoque quatuor Patriarchales ſedes honorentur.* Vide plura Ordinandis, & Electio, atque Epiſcopus, &c.

Conſtantinopolitanū 3. concilium dictum 6. generale ſub Conſtātino 4. Poganato. Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. omnium generalium, cui affuerunt patres innumeri ex omnis orbis plaga.

Clericorum præficiendorum ætas.] Vidēdum hîc eſt vocabulum, Ordinandus. Vbi de Ordinandorum ætate tractatur, & Beneficium, &c. verùm ne hîc in vacuum tranſeamus, ſic ſtatuiſſe legitur ſuper huiuſmodi negotio Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. parte 1. cap. 3. vt iam credo in dictione Beneficia, repoſuimus D pro parte Inferiora (inquit) miniſteria. &c.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Clerici ſtabiles in ſuis Eccleſijs permaneāt, nec valeant ſine licentia ad aliū locū tranſmigrare.] CANON APOSTOLORVM XV. *Si quis presbyter, aut Diaconus, aut quilibet de numero Clericorum, relinquens propriam parochiam, pergat ad alienam, & omninò demigrans, præter Epiſcopi ſui conſcientiam, in aliena parochia cōmoretur, hunc vlterius miniſtrare non patimur, præcipuè ſi vocatus ab Epiſcopo, redire contempſerit, in ſua inquietudine perſeuerans. Verumtamen tanquam laicus ibi communicet.* Idem omninò ſtatuit hinc Cōcilium NICAENVM I. cano. 15. *Propter multas perturbationes, & E frequentes tumultus ſeditionum, quæ fieri ſolent placuit omni modo iſtam abſcindi conſuetudinem, ſi contra regulam repertus fuerit in aliquibus partibus de ciuitate ad ciuitatem tranſire, vel Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel Clericus. Si quis verò poſt hæc ſtatuta ſancti huius Concilij tale aliquid agere tentauerit, infringetur omni genere huiuſcemodi conatus, & reſtituetur propria Eccleſiæ, in qua vel Epiſcopus, vel Presbyter, aut Diaconus ordinatus eſt.* Hunc canonem allegat Concilium AQVISGRANENSE I. cap. 43. & Gratianus. cauſa 7. quæſt. 1. capite Non Oportet. Idem omninò ſtatuit & Concilium ANTIOCHENVM ſub Iulio I. canone 3. & al-

Canon Apoſtolicus. Concilium Nicænum 1. generale ſub Conſtantino Magno. Concilium Aquiſgran 1. Concilium Antiochenū. 1.

legar Gratianus cauſa 7. quæſtio 1. capite Si quis Preſbyter,&c. *Si quis Presbyter, vel Diaconus, vel quilibet Clericus, deſerta ſua Eccleſia ad aliam tranſeundum eſſe crediderit, & ibi paulatim tentet, quò migrauit, perpetuò manere, vlterius miniſtrare non debet, præſertim ſi ab Epiſcopo ſuo ad reuertendum fuerit exhortatus. Quod ſi & poſt conuocationem ſui Epiſcopi non obedierit, ſed inobediens perſeuerauerit omnibus modis ab officio ſuo deponi debet, nec aliquando facultatem habeat ad Eccleſiaſticum ordinem reddendi, ſi verò propter hanc culpam depoſitum alius Epiſcopus ſuſceperit, & ipſe a communi Synodo arguatur tanquam Eccleſiaſtica iura diſſoluens.* Hic canon citatur in præfato Concilio Aquiſgranenſi I. capite 71.& à Martino Bracarenſi in Collectorio ſuo cap. 34.

B

Concilium Laodicenum.

Hinc Concilium LAODICANVM cano 4.& allegatur à Gratiano De cõſecratione diſtinctione 5.cap.Non oportet & à præfato Cõcilio Aquiſgranenſi 1.cap.52.*Non oportet Sacerdotem vel Clericum ſine literis proficiſci canonicis.* Et canone 43. additur, *Præter iuſſionem Pontificis.* Canone verò 43.*Non oportet* (ait) *miniſtros* (alia editio Subdiaconos) *vel breui tempore ab oſtijs deeſſe, & orationi vacare, &c.*Hic canon 42.& 43 citatur in præfato Aquiſgranenſi Concilio, cap.81. Eadem & Concilium CHALCEDONENSE IV.generale, can.

Concilium generale Chalcedonenſe 4

3.Clericos in Eccleſia conſtitutos non licere alterius ciuitatis Eccleſiæ deputari, ſed permanere illic in qua miniſtrare ab initio deputati ſunt,

C

extra illos, ſcilicet, qui amiſſis proprijs prouincijs, ex neceſſitate in alienam Eccleſiam tranſierunt. *Si quis verò poſt hanc definitionem, Clericum alij Epiſcopo competentem ſuſceperit, placuit extra communionem fieri, & eum qui ſuſceptus eſt, & qui ſuſcepit, donec Clericus, qui exceſſit ad propriam reuertatur Eccleſiam.* Idem præcipit & canone 20.& canone 25. Prætereà eadem omninò in multis concilijs ſtatuuntur, quæ breuitatis cauſa nõ allegamus, quia vanũ eſt ſępius eadem repetere. Si igitur curioſus eſt Lector poterit legere. Similia iubent Concilium EPAVNENSE I. canone 5.

Concilium Epaunenſe.

Concilium Arelatenſe 1. 2.& 3.

Concilium ARELATENSE I canone 22.& allegatur à Iuone Carnotenſi libro 3.ſuorum decretorum Idem & Concilium ARALATENSE II. canone 13.&

D

ARELATENSE III.cap.4. *Qui in quibuſdam,* (ait) *locis ordinati fuerint miniſtri, in ipſius locis perſeuerent, &c.* Hinc & Concilium CARTHAGINENSE V.canone 12.

Concilium Carthagin 5.

Nulli Clerico ſit liberum diſcedere ab Epiſcopo ſuo, & alteri Epiſcopo cõmunicare, niſi fortè eis quem Epiſcopus alius libenter habeat, de hæreticorum ſchiſmate deſcendentem, & ad fidem Catholicam reuertentem. Si qui autem de Catholicis diſceſſerint, & in communione eorum, vel palàm vel occulte, cum eis qui vel excommunicati ſunt, vel per ſententiam iam notati fuerint inuenti, habeant illorum, ad quos ire voluerint, etiam in damnatione conſortium. Vide & Monachus. Hinc & LEO I epi-

Leo 1.

E

ſtola 84. quæ eſt ad Nicetam Aquileienſem Epiſcopum. *Illam partem Eccleſiaſticæ, quæ olim a ſanctis Patribus & a nobis ſæpe decretum eſt, vt nec in Presbyteratus gradu, nec in Diaconatus ordine, nec in ſequenti officio Clericorum, ab Eccleſia ad Eccleſiam, cuique tranſire ſit liberum, vt in integrum renoues: admonemus. Et vnuſquiſque non ambitione illectus, non cupiditate ſeductus, non perſuaſione hominum deprauatus, ibi, vbi ordinatus eſt, perſeueret. Ita vt ſi quis ſua quærens, non quæ Ieſu Chriſti, ad plebem & Eccleſiam ſuam redire neglexerit, & ab honoris priuilegio, & a communionis vinculo habeatur extraneus.* Idem omninò ſtatuit Concilium HISPALENSE I.cap.

Concilium Hiſpalenſe 1.

A

3.& Concilium VERVENSE ſub Pipinio rege. cap.12 omninò ſuperioribus decretis conformis. vnde ſic ait: *Clericos in Eccleſia militantes, ſicut iam conſtitutum eſt, nõ licere in alterius ciuitatis Eccleſia. vel in poteſtate Laicorum militare, ſed ibidem permanere, in qua principio miniſtrare meruerunt, extra eos qui amiſſa patria ad aliam Eccleſiam pro neceſſitate venerunt. Qui verò Epiſcoporum aut Laicorum, poſt hoc conſtitutum, alterius Eccleſiæ Clericum ſuſceperit, niſi ad excuſandum rationabiliter ſe præparauerit, placuit à communione ſuſpendi, & eum qui ſuſcepit, & qui ſuſceptus eſt quouſque clericum, qui tranſlatus eſt, fecerit ad ſuam reuerti Eccleſiam.* Idem Cõcilium CONSTANTINOPOLITANVM III.

Concilium in palatio Vernis celebratum.

B

Concilium Cõſtantinopolitanũ 3. quod dicitur 6 generale.

quod eſt 6. generale in Trullo ſub Conſtantino IV.celebratum, capite 17. ſtatuit & Concilium CONSTANTINOPOLITANVM IV. quod 8. generale dicitur, cap.10. Idem & de Presbyteris ſpecialiter ſtatuitur in Concilio AQVISGRANENSE II. vide Presbyter. Hinc & adhuc Cõciliũ CHALCEDONENSE IV generale, actio. 5. canone 5 allegatur à Gratiano cauſa 7.quæſt 1.capite Præter eos. *De his* (ait) *qui tranſmigrant de ciuitate in ciuitatem, Epiſcopis aut Clericis placuit, vt canones qui de hac re a ſanctis Patribus ſtatuti ſunt, propriam habeant firmitatem.* Hic canon allegatur in Concilio TRIBVRIENSI capite 28. Idem & ſtatuit Concilium TVRONENSE I.cap vndecimo.

Concilium Conſtantinopolit 4. quod eſt 8 generale.

Concilium Aquiſgran. 2.

Concilium Chalcedonen. generale 4.

C

Si quis (ait) *clericus abſque Epiſcopi ſui permiſſa, derelicta Eccleſia ſua, ad alium ſe transferre voluerit locum, alienus à communione habeatur.* Idem & GELASIVS I.epiſtola 1.ad Epiſcopos Lucaniæ, Brutiorum, & Siciliæ.capite 25. Idem reperies adhuc inferiùs, Clerici vagabundi, &c. Idem & Concilium MALDENSIS I.capite 49. Hinc & memoratum Concilium HISPALENSE II. cap.3. *Conqueſtus eſt Cambra, Italicenſis Epiſcopus, coram Patribus de quodam ſuo clerico Paſſando, qui de Eccleſia ſua cultu, in qua dicatus ab exordijs infantia fuerat, ad Eccleſiam Cordubenſem ſe contulerat De quo ſtatutum eſt, vt ſine dilationis obiectu, proprio reformaretur Epiſcopo. Scribit enim in lege mundiali, de Colonis agrorum C.de Agri.& Cenſ.& Colo. libro 11 & pluribus legibus peculiariter aut I. Cùm ſatis, vt vbi eſſe quiſque iam cœpit, ibi perduret, non aliter & de clericis qui in agro Eccleſiæ operantur, canonum decreto præcipitur, vt ibi permaneant vbi eſſe cœperunt. Ideòque placuit, vt ſi quis Clericus, miniſterijs Eccleſiæ propriæ deſtitutis, ad aliam tranſitum fecerit, compellente ad quem fugerit Sacerdote, ad Eccleſiam quam prius inuoluerat, remittatur. Qui verò eum ſuſceperit, nec ſtatim ſine vllo miſſu exceptionis ad propriam Eccleſiam remittendum elegerit, quandiu eum retinuit, communione ſe priuatum agnoſcat. Deſertorem autem Clericum, cingulo honoris atque ordinis ſui exutum, aliquo tempore monaſterio religari conuenit, ſicq; poſtea in miniſterio Eccleſiaſtici ordinis reuocari. Nam non poterit in talibus peruagationis aboleri licentia, niſi fuerit in eis propter correctionem diſciplinæ ſubſecuta cenſura* Idem Concilium NICÆNVM II. quod eſt 7.generale cap.10.decretorum Hinc iam ſuperius memoratum & allegatur decretum Nicęni I. Concilij allegat Concilium AQVISGRANENSE I.ſub Ludouico Imperatore, cap.45. atque in hunc modum loquitur: *Quicunque temerè ac periculosè neque timorem Dei præ oculis habentes, nec agnoſcentes Eccleſiaſticam regulam, diſcedunt ab Eccleſia ſibi commiſſa, Presbyteri, aut Diaconi, aut quicunque ſub regula prorſus exiſtunt, hi nequaquam debent in aliam Eccleſiam recipi, ſed omnem neceſſita-*

Concilium Tribureſe.

Concilium Turonenſe 1.

Gelaſius 1.

D

Concilium Meldenſe.

Concilium Hiſpalenſe 2.

Hoc attende.

E

Concilium Nicen 2. quod eſt generale 7

Concilium Aquiſgran. 1. cap 45.

tem conuenit, illius imponi, vt ad ſuas parochias reuertantur. Quod ſi non fecerint, oportet eos communione priuari. Si quis autem ad alium pertinentem audacter inuadere, & in ſua Eccleſia ordinare tentauerit, non conſentiente Epiſcopo, à quo diſceſſit is, qui regula mancipatur, ordinatio huiuſmodi irrita comprobetur.

Concilium Sardicenſe.

Idem ſtatuit Concilium Sardicense IV. cap.18. vt allegat prædictum Aquiſgranenſe Concilium cap 55. Idem etiam ſtatuit & Concilium

Concilium Africanum Leo I.

Africanum, vt allegat præfatum Concilium cap.57. Idem & Leo I epiſtola 82. ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Epiſcopum cap.9. vt allegat memoratus Aquiſgranenſe Concilium cap. 58 ſed omnia ſuis locis reſeruata ſunt. Idem prætereà ſtatuit Concilium Parisiense III. lib. lib.3 cap.13. & Concilium Vormatiense cano.19. *Placuit, vt ſive in miniſterio Diaconi, vel Presbyteri officio aliquis conſtitutus exiſtat, ſi Epiſcopi, a quo ordinatus eſt, præceptis non obedierit, vt in delegata ſibi Eccleſia officium dependat, quouſque in vitio permanſerit, & communione & honore priuetur.* Hæc omnia verò renouat Concilium Tribvriense cano.27. & Concilium Lateranense ſub Alexandro III. parte 30. cap.6. vbi ſic idem Alexander ſcribit Eboracenſi Epiſcopo: *Clerici qui beneficium Eccleſiaſticum poſſident, non valeant ad aliam Eccleſiam tranſmigrare: nec recipi.* Vide & Beneficia, &c. Idem cum ſuperioribus Cõcilium Tridentinum nouiſſimum generale. dicit ſeſſione 23. quæſt.7. ſub Pio IV. cap.16. Decreti reformationis. Vide Ordo, & ſequentia.

Concilium Parisienſe III. Concilium Vormatienſe. Concilium Triburienſe. Concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. Concilium Tridentinum generale.

Clericum alienum ſine licentia nullus audeat retinere, nec ordinare.] De hoc ſufficienter dicemus, in dictione, Ordines conferre in alterius Diœceſi non licet. vide ergo Prætereà in ſuperiori annotatione omnia hæc complexi ſumus tamen quod adhuc deeſt, ſic ſupplemus. Canon Apostolorvm XVI. *Epiſcopus, apud quem moratos Clericos de ſua Eccleſia fugientes conſtiterit, ſi contra eos decretam ceſſationem pro nihilo reputans, tanquam clericos fortè ſuſceperit, velut magiſter inquietudinis communione priuetur.* Idem omninò Chalcedonense Concilium IV. generale, cap.23 & 20. & memoratum Aquiſgranenſe I. lege ſupra Hinc Concilium Carthaginense I. ſub Sylueſtro vel Marco I. cano 5. *Statuimus non licere Clericum alienum ab aliquo ſuſcipi, ſine literis Epiſcopi ſui, neque apud ſe retinere, nec Laicum ſibi vſurpare de plebe aliena, vt eum ordinet ſine conſcientia eius Epiſcopi de cuius plebe eſt.* Hoc & ſanctiſſimum Concilium Sardicense cap.16.18, & 19. ſtatuit vt nemo alterius plebis hominem vſurpet. ſed ſi fortè erit neceſſarius, petat à collega ſuo & per conſenſum habeat. Idem ſtatutum eſt de communicantibus. Vide communio, &c. Idem ſtatuit Concilium Antiochenvm I. capite 13. & cap. 20. Idem Concilium Carthaginense III, canone 21. & allegatur à Gratiano diſtinctione 71. cap. Clericũ alienum. & canone 44 eiuſdem, Epiſcopus quidam Epigonius conqueritur. Iulianum quendam Epiſcopum clericum ſuum ita retinuiſſe, ſine ſuo cõſenſu, quapropter ſtatutum eſt, niſi idem Iulianus redderet clericum Epigonio, ſeparatus exciperet iudicium. Atq; idem generaliter de omnibus ſtatutum eſt ad petitionem victoris Epiſcopi. vide plura dictione, Memorata, Ordo. ex Concilio Tavrinensi can.2. Hinc & in Concilio Africano cap.21. ad petitionem eiuſdẽ vt credo Epigonij. qui conqueſtus eſt præfatum Iulianum quẽdam, quem ab adoleſcentia educauerat, baptizauerat, & lectorem ordinauerat, & eũdem in ſua Diœceſi arreptum & detentum Diaconum ordinaſſe, incõſulto & contẽpto Epigonio, quod Patres prædicti Concilij confeſſi ſunt iniquè & indignè factum, & condemnauerunt eum, ſi non reſtitueret prædictum clericum Epiſcopo ſuo & plebi & cum ſatisfactione pœniteret contumaciæ ſuæ, ſeparatus ab Epiſcopis exciperet iudicium. Idem omninò pro ſimili cauſa leguntur ſtatuiſſe Patres Toletani II. Concilij, cap.2. *Durum eſt (inquiunt) vt quem alij rurali ſenſu a ſqualore infantiæ exuit, alius ſuſcipere ac vendicare præſumat.* Hinc & Syricivs I. epiſtola 4. quæ eſt ad Africanos Epiſcopos, eſtq; & Concilij Romani ſub eodem 80. Patrum, quæ & lecta eſt in Concilio Talensi cap. igitur 6 huius epiſtolæ: *Nullus* (ait) *de aliena Eccleſia clericum ordinare vſurpet*, quod & poſtea confirmat Innocentivs I. epiſt. 2. quæ eſt ad Victricium Rhotomagenſem Epiſcopum, cap 7. vt allegat etiã Gratianus diſtinct. 71. cap. De aliena & Martinvs Bracarensis in collectorio ſuo, cap.7. Hinc Leo I. epiſtola 82 quæ eſt ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Epiſcopum, cap.9. & allegatur à Gratiano cauſa 19. quæſt.2. Alienum. *Alienum Clericum inuito Epiſcopo ipſius nemo ſuſcipiat, nemo ſolicitet, niſi fortè ex placito charitatis id inter dãtem accipientémque conueniat. Nam grauis iniuria reus eſt, qui de fratris Eccleſia, id quod eſt vtilius aut pretioſius, audet vel allicere, vel tenere. Itaque ſi intra prouinciam res agatur, transfugam clericum ad ſuam Eccleſiam Metropolitanus redire compellet. Si autem longius proceſſit, tui præcepti authoritate reuocabitur, vt nec cupiditati, nec ambitioni occaſio relinquatur.* Hic canon renouatus in Concilio Tribvriensi cap.28. Idẽ ſtatuit Canon Apostolorvm XXXIII. vt infrà allegabimus, Clericus Schiſmat. &c. & eadem conſtituit poſteà Concilium Avrelianense V ſub Pelagio I. cap 5. ſcilicet vt nullus Clericum ſub qualibet conditione, ſine conceſſione Epiſcopi, ſibi audeat vendicare: aliàs Epiſcopus ille, vel quilibet, ſuſpendatur. Hinc & Concilium Veneticvm ſub Leone I. cap 10. *Clericos quoque ab Epiſcopis ordinatos, ſine permiſſu eorum, a quibus fuerant ordinati, promouere ad ſuperiorem aliquem ordinem non præſumant, ne concordiam fraternam iniuria illata contaminet.* Hinc Concilium Valentinvm Hiſpaniæ I. can 6. *Nullus alienum Clericum ſecundum decreta Canonum, ſine conſenſu Epiſcopi ſui audeat ordinare. Sed nec vllum ſanctorum ſacerdotum quiſpiam ordinet, qui localem ſe futurum primitus non ſpoponderit, vt per hoc nullus a regula vel diſciplina Eccleſiaſtica, deuiare permittatur impunè.* Idem omninò Concilium Avrelianense III, can.15. vt in dictione Epiſcopus recenſebitur. Idem etiam ſtatuiſſe legitur celebratum ſub Vigilio I. Concilium Arvernense cap 10. & hinc eſt quòd Seuerus Antiochenus, & qui ei adhæſerat, Ioannes quidam Tyrius accuſatur apud magnam Synodum V. generalem Conſtantinopoli habitã, vt ex epiſtola Epiphanii Tyrii Epiſcopi, & Coepiſcoporum eius ad eundem Synodum actione 1. directa liquet. Seuerus quidem, quòd præſumpſerit alienos Clericos canonicè ligatos, à proprijs Epiſcopis ad ipſũ cõfluentes excipere & ordinare vt alias dicemus. dictione Excommunicatus, &c. Hin & Conciliũ Bracarense I cano. 26. *Placuit vt nullus Epiſcopus Clericum alterius ordinare præſumat, ſicut &*

Canon Apoſtolorum. Chalcedonenſe Concilium IV. Concilium Carthaginenſe I. ſub Marco I. Concilium Sardicenſe. Concilium Antiochenũ I. Concilium Carthaginenſe III cui Auguſtinus interfuit. Concilium Taurinenſe I. Concilium Africanũ ſub Bonifacio I. Toletanum 2. Concilium. Syricius I. Concilium Romanum ſub Syricio I. Concilium Telenſe. Innocentius I. Martinus Bracarenſis. Leo I. Concilium Triburenſe. Canon Apoſtolorum. Concilium Aurelianenſ. 5. ſub Pelagio I. Concilium Veneticum. Concilium Valentinũ Hiſpaniæ I. Concilium Aurelianenſ. 3. Concilium Aruernenſe. Epiphanius Tyrius. Concilium Bracarenſe I.

antiqui Canones vetuerũ: niſi fortè ſignata ipſius Epiſcopi ſcripta ſuſceperit De his plura in dictione Epiſcopus in alterius Diœceſi nil præſumat.&c. Idẽ omninò etiam prohibuit Concilium CABILONENSE I. cano.13. Idem & Concilium CONSTANTINOPOLITANVM V.quod 8.generale dicitur cano.23 vt dicemus dictione Epiſcopus in alterius Diœceſi.&c Vide Ordo & ſequentia.

Concilium Cabilonenſ. I
Concilium Conſtantinop. I.

Clerici vagabundi refrenentur, nec alicubi recipiantur ſine literis.] Hoc ex ſuperiori dependet. Ideò quod hîc minus deerit ex illa ſupplendum eſt. ſicut quod in præcedenti ex iſta & ſequentibus. Itaque Concilium LAODICENVM ſub Damaſo, cano.41. & allegatur à Gratiano De conſecratione diſtinct 5.cap. Non oportet & in Aquiſgranenſi Concibo I. cap.52. *Non oportet Sacerdotem vel Clericum ſine literis proficiſci canonicis, & præter iuſſionem Pontificis, &c.* Hinc cõcilium MILEVITANVM ſub Innocentio I.can. 20. *Placuit vt quicũque Clericus, propter neceſſitatem ſuam, alicubi ad comitatum ire voluerit, formatam ab Epiſcopo accipiat. Quia ſi ſine formata* (id eſt epiſtola) *voluerit pergere, à communione remoueatur. Quòd ſi alicubi ei repentina neceſſitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud Epiſcopum loci eius ipſam neceſſitatem, & de hoc ſcripta eiuſdem Epiſcopi deferat, formata autem quæ à Primatibus vel à quibuſcunque Epiſcopis, Clericis proprijs dantur, habeant diem Paſchæ. Quod ſi adhuc eiuſdem anni Paſchæ dies incerta eſt, ille procedens adiungatur, quomodo ſolet poſt conſulatum in publicis geſtis aſcribi.* Idem omninò & Concilium AFRICANVM cap.73 Hunc autem canonem Coocilium PARISIENSE III. allegat & colapſum reſtaurat libro 1.cap.36. Idem omninò & Clericis & Monachis indicit Concilium AGATHENSE cano 38. vt infrà dicemus dictione, Monachus, &c Hinc & Cõcilium AGATHENSE cano.52. *Presbytero* (ait) *aut Diacono, vel Clerico ſine Antiſtitis ſui epiſtolis ambulanti, communionem nullus impendat* Idem Concilium CHALCEDONENSE IV generale actionis 15.cano.13. allegatur à Gratiano diſtinct 71.cap. Extraneum. *Extraneum Clericum & Lectorem, extra ciuitatẽ ſuã ſine commendatitijs literis proprij Epiſcopi nuſquã penitus liceat miniſtrare.* Idem omninò Concilium EPAVNENSE can.6. Idem & Concilium TVRONENSE I cap 12 Idem quoq; ne longiùs immoremur Conciliũ AVRELIANENSE III.cap. 15. Idem Concilium MELDENSE cap 50. Idem prætereà Canon citatur in ſuperiùs memorato Concilio Aquiſgranenſi I.cap 51. Porrò idem ſtatuit Concilium ANGLICANVM I. cap 5 vt refert BEDA VENERABILIS lib. 4. Hiſtoriæ Anglicanæ.cap 5 Idem iniungit & LEO I. epiſt. 83. quæ eſt ad Septimium Atticum Epiſcopum. vide infrà. Clericus Hæreticus, &c. Sic autẽ præfatim Concilium MELDENSE cano.50. *Presbyteri vel quilibet Clerici in alterius parochiam ſine formata non recipiatur, neque retineatur, nec etiam miniſtrare ſinantur. Criminantur autem ab omnibus excludantur, & reiiciantur à Parochijs, in quibus cupiunt immorari, vſquequo ad eum, reuertantur Epiſcopum à quo aufugiſſe noſcuntur.* Et can.51. *Qui cum ſenioribus ſuis de alijs prouincijs ad noſtras prouincias veniunt parochias ſine formata, miniſtrare non permittantur. Quam & ſi attulerint, & miniſtrare idonei inuenti fuerint, inſtruantur quam religioſè atque ſtudioſè ſacrum miniſterium peragant & in quibus locis illud agere non debeant, & vt excommunicatis nunquam communicent. Clerici verò ſi ab huiuſcemodi hominibus ad ordinandum offerantur, inſtrui debent, vt ad Epiſcopos ex quorum parochijs ſumpti ſunt, eos remittant, & aut ibi ordinentur, aut literas canonicas ab Epiſcopo, ex cuius Diœceſi ſunt, perferant, ſicut canonica docet authoritas* Idẽ renouat Cõciliũ VORMATIENSE can.8 & Cõciliũ LATERAN. ſub Alexandro 3.par.30 cap.6.& ipſe ALEXANDER 3. ibidem ad Eboracenſe Epiſcopum: *Clericos alterius Diœceſis abſque literis cõmendatitijs Epiſcopi ſui, niſi pro eis preces aut mandata ſedis Apoſtolicæ receperis, non teneris, nec etiam debes recipere.* Idem & Concilium MOGVNTINVM IV.cap 94. Multò plura vide dictione, Ordo, & Ordinandus, Epiſcopus.& Peregrinus.& ſequentia.

Concilium Laodicenũ ſub Felice & Damaſo.
Concilium Mileuitanum ſub Arcadio & Honorio.
Concilium Africanum ſub Bonifac. I.
Concilium Pariſienſe III.
Concilium Agathenſe.
Concilium Chalcedonen. 4.generale.
Concilium Epaunenſe.
Concilium Turonenſe I.
Concilium Aurelian. III.
Concilium Meldenſe.
Concilium Anglicanum I.
Beda Venerabilis
Leo I.
Concilium Meldenſe.
Concilium Vormatienſe.
Concilium Lateranenſe ſub Alexãdro III
Alexander III.
Concilium. Moguntinum. IIII.

Clerici Inſtabiles & vagi refrenentur.] Hoc dependet ex ſuperiori, vt ex lectura quiſpiã colligere poterit, verumtamẽ illud addimus, quod Concilium MOGVNTINVM I. ſub Carolo Magno cano.22. *De clericis vagis ſeu Acephalis, id eſt, de his qui ſunt ſine capite, neque in ſeruitio Domini noſtri, neque ſub Epiſcopo, neque ſub Abbate, ſed ſine canonica vel regulari vita degentes, vt in libro Officiorum 2.cap.3.de eis dicitur, Hos neque inter Laicos ſecularium officiorum ſtudia, neque inter Clericos religio tenet diuina, ſed ſolutos atque oberrãtes ſoluta turpis vita complectitur & vaga, quique dum nullum metuũt, explendæ voluptatis ſuæ licentiam ſectãtur, quaſi animalia bruta, libertate ac deſiderio ſuo feruntur, habentes ſignum religionis, non religionis officium, Hippocentauris ſimiles, nec equi, nec homines Tales omninò vbicunque inuenti fuerint, Præcipimus vt Epiſcopi ſine vlla mora eos ſub cuſtodia conſtringant canonica, & nullatenus eos amplius ita errabundos, & vagos ſecundum deſideria voluptatum ſuarum viuere permittant. Sin autem Epiſcopis ſuis canonicè obedire noluerint, excommunicentur, vſque ad iudicium Archiepiſcopi regionis illius. Si autem nec ille eos corrigere valuerit, tunc omninò ſub vinculis conſtringantur vſque ad Synodum, vt ibi eis iudicetur, vtrum ad iudicium Domini noſtri, aut ad iſtam magnam Synodum adferantur ſub cuſtodia publica, &c.* Lege ea quæ ſuperiùs ſcripta ſunt.& ea quæ ſequuntur.

Concilium Moguntinũ I. ſub Carolo Magno.

Clericorum vagi diſcurſus.] Hoc etiam ex ſuperioribus abundanter colligitur, verumtamen ſic ſpecialiùs de diſcurſionibus illorum ſtatuit Concilium CARTHAGINENSE IV.can. 47. *Clericus* (ait) *per plateas & Andronas, niſi certa & maxima officij ſui neceſſitate non ambulet.* Et canone 48. qui allegatur à Gratiano diſtinct.91. cap. Clericus. *Clericus qui non pro emendo aliquid in nundinis, vel in foro deambulat, ab officio ſuo degradetur.* Hinc & Concilium VALENTINVM Hiſpaniæ ſub Symmacho vel Hormiſda. cano.5 *Hoc placuit, vt vagus atque inſtabilis Clericus, ſiue etiam in Diaconi miniſterio, vel Presbyteri officio conſtitutus, ſi Epiſcopi à quo ordinatus eſt, præceptis non obedierit, vt in delegata ſibi Eccleſia officium dependat aſſiduum, quouſque in vitio permanſerit, & communione & honore priuetur.* Eadem ſtatuit Concilium TOLETANVM II.cap.2.& cætera quæ iam ſuperiùs expreſſa ſunt Lege ſi placet.

Concilium Carthaginenſ. IIII cui Auguſtinus ſubſcripſit.
Concilium Valẽtinum Hiſpaniæ.

Clerici Schiſmatici, id eſt, qui ſe ab Epiſcopis ſegregant.] CANON APOSTOLORVM 32. *Si quis Presbyter contemnens Epiſcopũ ſuũ, ſeorſum collegerit, & altare aliud erexerit, nihil habẽs quo reprehendat Epiſcopũ in cauſa pietatis & iuſtitiæ, deponatur, quaſi principatus amator exiſtens: Eſt enim tyrannus. & cæteri clerici, quicũq; tali conſentiunt, deponatur. Laici verò ſegregentur Hæc autem poſt vnam & 2.& 3. Epiſcopi obſecrationem fieri conueniat.* Et Canon 33. *Si quis Presbyter aut Diaconus ab Epiſcopo ſuo ſegregetur, hunc non licere ab alio recipi*

Canon Apoſtolorum.

Vide quot teſtimonijs canones hi confirmetur.

ſed ab ipſo qui eum ſequeſtrauerat, niſi forſitan obierit Epiſcopus ipſe, qui eum ſegregaſſe cognoſcitur. Hic canon confirmatur in Concilio Nicaeno I. canone 5. & in Concilio Antiocheno I. vt ſuperius allegauimus.

Concilium Magnum Nicaenum.
Concilium Antiochenũ 1.

Clerici ſtabiles &c. Hæc etiam conſtitutio relecta eſt ab Aëtio Diacono coram patribus Chalcedonensis Concilij actione 4. & confirmata eſt propter Monachos Ægyptios, qui refugiebant Synodi prædictæ dogmatibus conſentire.

Concilium Chalcedonenſe 4. general.

Hæc etiam decreta renouauit & confirmauit Concilium Carthaginensis II. capite 8 & Concilium Vormatiense, cap. 66. & allegatur prædicti Carthaginenſis Concilij decretum à Gratiano cauſa 11. quæſtione 3. capite Si quis Presbyter.

Concilium Carthagin. 2.
Concilium Vormatienſe.

Hinc prætactum Concilium Antiochenum I. ſub Iulio 1. cap. 5 ſic habet. *Si quis presbyter vel Diaconus, contempto ſuo Epiſcopo, ſeipſum ab Eccleſia ſegregauerit, & priuatim apud ſe collectis populus, altare erigere auſus fuerit. & nihilominus Epiſcopo ſe adhortante, & ſemel & iterum reuocante, inobediens extiterit, hunc modis omnibus deponendum, nec aliquando conſequi curationem, aut proprium honorem recipere ſperet. Quod ſi etiam perſeuerauerit conturbans & contriſtans Eccleſiam per eam quæ foris eſt poteſtatem, hunc tanquam ſeditioſum corripi oportet.*

Concilium Antiochenũ 1.

A

B

Idem Concilium Hipponense canone 21. vide & Cœtus illicitis, &c.

Concilium Hipponenſe.

Hinc & Concilium Romanum IV. ſub Symmacho celebratum, *De Clericis qui ſe à Symmacho Papa prædicto in ſchiſmate ſegregauerant communione, ſtatuit, vt eos ſatisfacientes quidem Epiſcopo ſuo, miſericordia ſubſequatur, & officijs Eccleſiaſticis ſe gaudeant reſtitui, quia Dominus & Redemptor noſter oues perditas ab errore lætatur inuentas, & ſuper profugum filium paternam liberalitatem cœleſtis Mediator accommodat. Quiſquis verò clericorum poſt hanc formam à nobis prolatam quocunque ſacrato Deo loco in Eccleſia Romana Miſſas celebrare præſumpſerit, præter conſcientiam Papæ Symmachi dum viuit, ſtatutis canonicis velut ſchiſmaticus percellatur.*

C

Concilium Romanũ 4. ſub Symmacho.

Hinc & Concilium Avrelianense III. canone 1. allegatur à Gratiano diſtinctione 11. cap. Si quis. *Si quis Clericorum (vt nuper multis locis Diabolo inſtigante actum fuiſſe perpatuit) rebelli authoritate ſe in vnum coniuratione intercedente collegerint, & aut ſacramenta inter ſe data, aut chartulam conſcriptam fuiſſe patuerit, nullis excuſationibus hæc præſumptio prauelletur, cùm in Synodum ventum fuerit, in præſumptoribus iuxta perſonarum & ordinum qualitatem, a Pontificibus qui tunc in vnum collecti fuerint, vindicetur, quia ſicut charitas ex præceptis Dominicis corde non chartula conſcriptione vel coniurationibus eſt exhibenda, ita quod ſupra ſacras admittitur Scripturas, authoritate & diſtrictione Pontificali eſt reprimendum.* Vide lariùs in ſuperioribus annotationibus, & in ſequentibus.

D

Concilium Aurelianenſ. 3. ſub Vigilio.

E

Clerici peregrini.] Vide dictione Peregrinus.

Clerici nil ſine Epiſcopi permiſſione præſumant.] Canon Apostolorum 40. *Presbyteri & Diaconi præter Epiſcopum nil agere pertentent, nam Domini populus ipſi commiſſus eſt, & pro animabus eorum hic redditurus eſt rationem.* Idem omninò ſtatuit Damasus I. epiſtola 4 ad Proſperum, & reliquos Epiſcopos Numidiæ, vt reperies allegatum dictione Presbyter. Idem & Gelasius I. epiſtola 1. ad Epiſcopos Lucaniæ Brutiorum & Siciliæ cap. 30. & vltimo, & allegat Gratianus cauſa 2. quæſtione 2. cap. Quapropter. Idem & Antiochenum Concilium I. cap. 25. & multa quæ ex ſequentibus magis eluceſcent: vide igitur quod ſequitur.

Canon Apoſtolorum.
Damaſus 1.
Gelaſius 1.
Concilium Antiochenũ 1.

A

Clerici Epiſcopum imitentur in bono.] Concilium Turonense III. ſub Carolo Magno & Leone III. canone 9. *Presbyteri & Diaconi in omnibus ſui Epiſcopi veſtigia ſectentur, & in bonorum morum probitate quæ Epiſcopo ſunt obſeruanda, eadem & ſibi obſeruanda eſſe cognoſcant.* Cõiunge ſequentia.

Concilium Turonenſe 3.

Clerici in omnibus Epiſcopis ſuis obediant.] Vide vocabulum, Obedientia Prælatis exhibenda, & cætera, quia ibi totum reponitur.

Clerici inobedientes.] Vide ibidem.

B

Clerici non ſe à ſuo Epiſcopo ante ſententiam ſeparent.] Hoc dependet ex ſuperiori annotatione, vbi de Schiſmaticis Clericis tractabatur. Sic nempe addit Concilium Constantinopolitanum V. quod dicitur generale 8 can. 10. *Nullus Clericus ante diligentem examinationem, & Synodicam ſententiam, à communione proprij Patriarchæ ſe ſeparet, licet criminalem quamlibet cauſam eius ſe noſſe prætendat, nec recuſet nomen ipſius referre inter diuina myſteria. Idem ſtatuimus de Epiſcopis erga proprios Metropolitas, ſimiliter & de Metropolitis circa Patriarcham ſuum. Qui verò contra fecerit, ab omni ſacerdotali operatione, & honore decidat, &c.* Vide quæ ſuperiùs diximus.

Concilium Conſtãtinopolitanum 8. generale.

C

Clerici fugitiui reuocandi, &c.] Hoc ſuperius etiam ſatis intimatum eſt, dum de Clericis vagabundis tractauimus, verùm etiam Cõcilium Agathense canone 46. & allegatur à Gratiano cauſa 11. quæſt. 2. cap. Fugitiui. *Fugitiuus domos ſuas aut familias deſerentes, qui etiam ſi reuocati fuerint, non poſſunt teneri ſimili ratione ab Epiſcopo ſi voluerit, aut ſi ita illi meruerint, diſtrahãtur.* De Clericis fugitiuis ab alio Epiſcopo non recipiendis, loco præallegato ſcripſimus. Prætereà Concilium Arelatiense IV. ſub Carolo Magno, canone 24. *Statuimus vt vnuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia Presbyteros vel Diaconos diligenter inquirat, & fugitiuos clericos omnes, ad loca ſua redire iubeat, & proprijs Epiſcopis aut rectoribus quibus reſtibus reddantur.* Idẽ omninò Conciliũ Turonense III. cano. 13. & Concilium Moguntinum I. ſub Carolo Magno canone 31. Idem etiam Concilium Parisiense III. libro 3. capite 13. De iiſdem clericis fugitiuis ad hoſtes, vt ſub hac occaſione genti vel patriæ, vel regno poſſint nocere, agit Concilium Toletanum 7. & qui eis adhæſerint conſciiſque fuerint, fugæ eorum. ſtatutum eſt vt omni honoris ſui gradu priuentur, locúmque eorum in quo miniſtrauerant alij continuò perpetim regendum accipiant, de his vide Regnum Princeps, & Reus, & ſuperiora.

Concilium Agathenſe.
Concilium Arelatenſe 4.

D

Concilium Turonenſe 3.
Concilium Moguntinum 1.
Concilium Pariſienſe 3.
Concilium Toletanum 7.

Clerici de Eccleſia non vi extrahandi.] Vide Eccleſiæ limina, &c.

E

Clericorum vacatio & exercituum, ſcilicet vt opere manuum & pijs operibus victum quærant.] Hoc multis quidem teſtimonijs poſſet probari, ſed ſuo cuiq; loco multa. quæ vnumquodque vocabulum concernebat, reſeruata ſunt: quæ autem generaliter mandantur, hîc dicemus. Concilium Carthaginense IV. cui ſubſcripſit Auguſtinus cano. 51. & allegat Gratianus diſtinctione 91. capite Clericus. *Clericus quantumlibet verbo Dei eruditus artificio honeſto victum & veſtitum quærat.* & cano. 52. *Clericus victum & veſtimentum ſibi artificiolo, vel agricultura, abſq; officij ſui detrimento, paret.* Et can. 53. ſequitur. *Omnes Clerici qui ad operãdum validiores ſunt, & artificiola,*

Concilium Carthagin. 4.
Actuum 20.
Epheſ. 4.
1. Corinth. 4.
1. Timoth.

& literas

A

& literas diſcant. Idem iubet Concilium COLONIENSE III. parte ſecunda, capite trigeſimo. [Concilium Colonienſe 1.] *Quibus non ſuppetit ex ſacerdotio, honeſto artificiolo victum quærant, ſicuti Diui Pauli exemplum: Sic tamen, ne ſordidam aliquam artem ſacerdotio ignominioſam exerceant.* Idem priùs Concilium CARTHAGINENSE III. iuſſerat canone 15. [Concilium Carthaginenſe] vt conſequenter videbimus.

Clericorum vita, conuerſatio, & exercitium quale eſſe debeat.] Huic ſuperiori iunge, & præſentem annotationem, quæ ſic ex Patrum decretis colligitur. Concilium TVRONENSE I. cap. 1. [Concilium Turonenſe 1. ſub Leone 1. vel Hilario. Matth. 5. Leuit. 24. Eſai. 1.] *Primo ergo loco, Sacerdotes & Miniſtri Eccleſiæ, de quibus dictum eſt, Vos eſtis lux mundi: ita in omni ſancta conuerſatione ac Dei timore actus ſuos dirigant, vt & diuina poſſint placere clementia, & bonum fidelibus præbeant exemplum, per quos nomen Dei blaſphematur: ita illi immortalitatis gloriam conſequentur, per quorum actum nomen Dei benedicitur. Si enim vniuerſis fidelibus,* [1. Corinth. 7.] *ſecundum Apoſtolicam doctrinam, caſtitas cuſtodienda indicitur, vt qui habent vxores, ita ſint quaſi non habentes, quanto magis Sacerdotes Dei, ac Leuitæ diuino mancipati altario, cuſtodire debent, vt non ſolùm cordis, verùm etiam corporis puritatem ſeruantes, pro plebe ſupplicaturi, preces illorum ad diuinum mereantur introire auditum? Quia ſecundum authoritatem Apoſtoli:* [Romano 8.] *Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt, vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu.* Et iterum.

C

[Tit. 1.] *Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum, ſed polluta eſt eorum & mens & conſcientia. Cùm ergo Laico imperetur, vt poſſit orationi vacans & Deum deprecans exaudiri, quanto magis Sacerdotibus vel Leuitis, qui omni momento parati eſſe debent, in omni munditia & puritate ſecuri, ne aut ſacrificium offerre, aut baptizare, ſi id temporis neceſſitas popoſcerit, cogantur imperati aut immundi? Qui ſi contaminati fuerint carnali concupiſcentia, qua fronte excuſabunt?* Quo pudore vſurpabunt? qua conſcientia, quo meritò exaudiri ſe credent? Eadem in dictione, Cœlibatus. Vide. Eiſdem quoque clericis & ebrietaté interdicunt. Vide Ebrietas. & Epiſcopus. Hinc concilium ARVERNENSE ſub Vigilio I cano. 15.

D

[Concilium Aruernēſe ſub Vigilio 1.] *Epiſcopus Preſbyter atque Diaconus, tam ſancta conſcientia reſplendeant, vt effugiant probitate actuum maledicorum obloquia, & teſtimonium in ſe diuinum implere contendant, quo* [Matth. 5.] *Dominus ait: Sic luceat lumen veſtrum coram hominibus, vt videant veſtra bona opera, & glorificentur Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* Idem omninò & verbis non diſſimilibus iniungit Concilium MATISCONENSE I. ſub Gūtranno rege, & Pelagio II. cap 1. [Concilium Matiſconenſ. 1.] Hinc ſic ad propoſitum loquitur Concilium TOLETANVM IV. cano. 22. [Concilium Toletanum 4. Epiſcopor. 64. ſub Honorio 1.] *Placuit vt quemadmodum antiſtites* (vt dicemus, Epiſcopus vt debeat conuerſari. &c.) *ita Presbyteri atque Leuitæ, quos fortè infirmitas, aut ætatis grauitas in conclaui ſuo manere non ſinit, vt & ijdem in cellulis ſuis teſtes vitæ habeant, vitámque ſuam ſicut nomine, ita & meritis teneant.*

E

Hinc eſt quod ſubſequenti canone 23 ſtatuunt Patres eiuſdem Concilij. & allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſt. 1. capite Omnis ætas. [Geneſ. 6. Prouerb. 30.] *Prona eſt* (inquiunt) *omnis ætas ab adoleſcentia in malum. Nihil enim incertius, quam vita adoleſcentium. Ob hoc conſtituendum oportuit, vt ſi qui in clero puberes aut adoleſcentes exiſtunt, omnes in vno* [Clericis iunioribus ſtricta debetur cuſtodia] *conclaui atrij commorentur, vt lubricæ ætatis annos non in luxuria, ſed in diſciplinis Eccleſiaſticis agant, deputati probatiſſimo ſeniori, quem & magiſtrum diſciplinæ, & teſtem vitæ habeant. Quod ſi aliqui ex his pupilli*

A

exiſtunt, ſacerdotali tutella foueantur, vt & vita eorum à criminibus intacta ſit, & res ab iniuria improborum. Qui autem his præceptis reſultauerint, monaſterijs deputentur, vt vagantes animi & ſuperbi, ſeueriori regula diſtringantur. Vide adhuc infrà. Hinc Concilium MOGVNTINVM I ſub Carolo Magno, Patrum 45. canone 10. [Concilium Moguntia. 1.] *Clerici caſtimoniam inuiolati corporis perpetuò conſeruare ſtudeant, ſenioribus quoque debitam præbeant obedientiam, neque vllo iactantiæ ſtudio ſe attollant. Poſtremò in doctrina, in lectionibus, Pſalmis, Hymnis, & Canticis exercitio iugi incumbant. Tales enim debent eſſe, qui diuinis cultibus ſe mancipandos ſtudēt exhibere. ſed vt dum ſcientiæ operam dent, doctrinæ gratiam populis adminiſtrent.*

B

Portò de vita & honeſtate Clericorum, hîc lege Concilium VIENNENSE ſub Clemente V. [Concilium Vienenſe ſub Clemente 5.] & allegatur in Clementinis, titulo de vita & honeſtate Clericorum, capite 1. ſed & Concilium AQVISGRANENSE I. ſub Ludouico Pio Imperatore, [Concilium Aquiſgran. 1.] capite 94 & reliquis multa tractat de vita & conuerſatione, & exercitio Clericorum, multa Patrum allegans teſtimonia. & potiſſimùm profert HIERONYMVM epiſtola ad Nepotianum. [Hieronymus Stridonenſis.] de vita Clericorum, vbi plura documenta præbentur Clericis, quæ longum eſſet enarrare, ſed quædam ſuis locis reſeruantur. Extat & epiſtola eiuſdem Hieronymi ad Paulinum, quam Patres eiuſdem Concilij allegant, cap. 9. [Inſtructio ſaluberrima omnibus viris Eccleſiaſticis.] vbi ſic loquitur:

C

Obſecro te vt multitudines hominum, & officia, ſalutationes, & conuiuia, veluti quaſdam cathenas fugias voluptatum, ſit vilis tibi & veſpertinus cibus, olera & legumina: interdúmque piſciculos pro maximis ducas delitijs. Qui Chriſtum deſideras & illo pane veſceris, nō quæris magnopere, quā de pretioſis cibis ſtercus conficias. Quicquid poſt Gulā non ſentitur, idē tibi ſit quod panis & legumina. Semper in manu tua ſacra ſit lectio: frequenter orandum flexo corpore, & mens erigenda ad Dominum: crebræ vigiliæ: & ventre vacuo ſæpius dormiendum. Rumuſculos & gloriolas & palpantes adulatores, quaſi hoſtes fuge. Pauperibus & fratribus refrigeria ſumptuum manu propria diſtribue. Humilitatem veſtium tumentis animo non appetas. [O ſententia vere aurea!] *Secularium & maximè potentum conſortium deuita.*

D

Habeto ſimplicitatem columbæ, ne cuiquam machineris dolos: & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplanteris inſidijs. Non multum diſcas in vitio, vel decipere poſſe vel decipi Chriſtianum. Templum verum Chriſti, anima eſt credentis. Illam exorna, illam veſti, illi offer donaria in illa Chriſtum ſuſcipe. Neſcio enim quomodo plus placeat in mundo, qui Chriſto diſplicet. Idem Hieronymus epiſtola ad Ruſticum: *Si Clericatus titillat te deſiderium, diſce quod poſſis docere, & rationabilem hoſtiam offeras Chriſto, ne miles antequam tyro, ne prius magiſter ſis, antequam diſcipulus. Volo ergo vt ſine intermiſſione & vigil tibi ſit ſenſus, nec varijs cogitationibus pateus. Corpus pariter &*

E

animus tendatur ad Dominum. Iram vince patientia. Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis, &c. Denique epiſtola ad Heliodorum, De differentia Clerici & Monachi ſermocinatur: [Differentia Clericorum & Monachorum] *Monachum* (ait) *perfectum eſſe, nolle delinquere, eſt, ſed hoc de gradu pulſus promouebis ad Clericos. Sed alia Monachorum eſt cauſa, alia Clericorum. Clerici paſcunt oues, ego paſtor, &c.* quæ de Sacerdotum & Clericorum authoritate commemorat. Et epiſtola ad Oceanum, Clericos præcipuè de caſtitate admonet. *Quia* (inquit) *prima tentamenta Clericorum, fœminarum frequentes acceſſus.* de his ſtatú dicemus. Portò ISIDORVS HISPALENSIS [Iſidorus Hiſpalenſis.] lib. 2. De officijs Eccl. cap. 2. *Clericis lege Patrum caueretur,*

A

netur, vt à vulgari vita ſecluſi, à mundi voluptatibus ſeſe abſtineant. Non ſpectaculis, non pompis interſint: conuiuia publica fugiant, priuata non tantum pudica, ſed & ſobria colant. Uſuris nequaquam incumbant. Pro beneficijs medicinæ Dei, munera non accipiant: dolos & coniurationes caueant, Odium & æmulationem, obtrectationem, atque inuidiam fugiant. Non vagis oculis, nec infreni lingua aut petulanti tumidóque geſtu incedant: ſed pudorem, ac verecundiam mentis, ſimplici habitu inceſſúque oſtendant, &c. De quibus particulatim mox dicetur. Idem omninò & GREGORIVS I. lib. 5. Paſtoralium. cap 5.

Gregorius 1.

Interim autem Patres prædicti Aquiſgranenſis I. Concilij De exercitio & officio Clericorum adferunt prædictum Hieronymum, ex epiſtola ad Nepotianum diſſerentem, quos imitantur & Patres Concilij COLONIENSIS III. parte 2. cap. 1. 2. & 3. & vt officio intentus ſit Clericus exhortationem inferunt, duplex eius miniſterium deſcribentes. *Clericis* (aiunt) *& primò Eccleſiæ Preſbyteris, duplex miniſterium diuinis & humanis legibus eſt iniunctum. Alterum vt in commiſſum ſibi populum, Deum propitium habere cunctis rationibus nitantur, quod non tantum ſacrificijs ſolemnibus efficitur, ſed etiam precibus quæ à pio corde proficiſcuntur. Alterum vt ſint religionis magiſtri, proindéque vt in lege Domini meditentur die ac nocte.* Inde vt ſemper liber legis in eorum manibus habeatur, præcipiunt ex Hieronymo cap. 5. ſequenti, vt ſuo loco dicetur in ſequentibus. Iterum ijdem Patres, cap. 20 partis 2 diſſerunt de vita & moribus clericorum ex epiſtola Pauli ad Coloſſenſes, cap. 3. vbi de fornicatione vitanda, & mortificatione membrorum diſſeritur: & tres cauſas ponût præcipuas omnis mali clericorum. faſtum, luxum, & auaritiã, à quibus clerici potiſſimùm malè audiunt. Vide igitur ſuo quoq; loco omnia repoſita, ſcilicet, Fornicatio, Auaritia & Ornatus clericorum, Ambitio, Ebrietas, &c. In Concilio MOGVNTINO IV. cap. 74. De honeſtate & decentia clericali tractatur, tam in veſtibus, quàm in alijs ornamentis, & habitibus, vt ſuis locis dicitur. Igitur nota ſequentia. Hæc autem quæ ſuperiùs protulimus, confirmat iterum Concilium TREVERENSE II. cap. 20. Multa alia ſunt quæ hic poſſent afferri, ſed omnia ſuis locis proferentur. Lege itaque quod ſequitur.

Concilium Colonienſe 3.

Duplex Clericorum miniſterium deſcribitur,

Tres cauſæ abuſus clericorum.

Concilium Moguntin. 4.

Treuerenſe 2. Concilium.

Clericis iunioribus ſtricta deputetur cuſtodia.] Hoc ſuperiori pagina præcedente ex Cõcilio Toletano IV, expreſſum: eſt verùm quod adhuc alibi eſt etiam commendatum, hîc inſerere libuit. Igitur ſic ſtatuiſſe memoratur Concilium AQVISGRANENSE I. cap. 135. præcedenti decreto Concilij Toletani IV. cano. 22. ſubſcribens: *Clericis* (ait) *iunioribus deputetur magiſter doctrinis Eccleſiaſticis imbutus, qui eorum curam ſumma gerat induſtria, & eos arctiſſimè conſtringat, vt eruditi doctrina Eccleſiaſtica, & armis ſpiritualibus induti, & Eccleſiæ vtilitatibus decenter parere, & ad gradus Eccleſiaſticos quandoque dignè poſſint promoueri. Ille autem cui hæc cura committitur, ſi eorum curam paruipenderit, & aliud quàm oportet, docuerit, aut eos in aliquo cuiuſlibet læſionis maculã ingeſſerit, ſeueriſſimè correptus ab officio amoueatur, & alteri committatur hæc cura, qui eos & innocētius vitæ exemplis inſtruet, & ad opus bonum peragendum excitet.* Sed & Concilium AVGVSTENSE ſub Othone Cardinali, cap. 9. *Canonici* (ait) *iuniores Theologum, qui in ſingulis collegijs frequentioribus haberi debet, lectionem ſuæ profeſſioni & inſtituto conuenientem, certis horis, quemadmodum & vicarij, aliáque collegiorum membra facere tenentur, prælegentem audiant, atque ita animos diuinis ſtudijs excolant, & ab otio remoueantur.* De his latiùs in dictione, Schola, egimus. Vide ergo, & ſequentia.

Concilium Aquiſgran. 1.

Concilium Auguſtenſe ſub Othone Cardinale.

Clericorum ſcurrilitas, & laſciuia reprimatur.] Superius dum de eorum vagis diſcurſionibus tractabamus, multa immiſimus, quę etiam his reſpondent: verùm omnia congruenter ſuis locis optimum reddere duximus. Itaque Concilium CARTHAGINENSE III. prout allegat Codex ſexdecim librorum. libro 2. cap. 30. *Si quis Clericus aut Monachus verba ſcurrilia iocularia riſúmque mouentia loquitur, acerrimè corripiatur.* Idem

B

Cõcilium CARTHAGINENSE IV. can. 60. & allegat Gratianus diſtinct. 46. cap. Clericus. Idem Concilium cano. 62. & allegatur ab eodem Gratiano cauſa 22. quæſt. 1. cap. Clericus. *Clericus inter epulas cantans corripiendus, ſi non emendauerit excommunicandus.* Vide & in vocabulo, Nuptię. Porrò Concilium AGATHENSE cano. 70. & allegat à Gratiano diſtinct. 46. cap. Clericum. Clericum ſcurrilem ab officio ſummoueri iubet. Prætereà inauditam & deteſtandam clericorum laſciuiam, & ſcurrilitatem in partibus Franciæ, recẽſet BONIFACIVS MOGVNTINENSIS martyr, & primus Germaniæ Apoſtolus, epiſtola ad Zachariam Papam directa: *Sunt inter illos* (ait)

Concilium Carthagin. 3.

Concilium Carthagin. 4.

Concilium Agathenſe.

Hæc quidem per ditè adhuc hodie viget & ac cumulata latè ſe extendit.

Bonifacius Moguntinenſis in Galliam legatus miſſus, ad reformationem cleri, hoc retulit ſummo Pontifici.

C

quos Diaconos nominant, qui a pueritia ſua ſemper in ſtupris, ſemper in adulterijs (& noſtra ætate quid?) *& in omnibus ſemper ſpurcitijs vitam ducentes, ſub tali teſtimonio venerunt ad Diaconatum. Et modo in Diaconatu, concubinas quatuor, vel quinque, vel plures noctu in lecto habentes, Euangelium tamen legere, & Diaconos ſe nominare non erubeſcunt, nec metuunt. Et ſic in talibus inceſtis ad ordinẽ Preſbyteratus peruenientes, iiſdem officio fungentes, dicunt ſe pro populo intercedere, & ſacras oblationes offerre: ac nouiſſimè quod peius eſt, ſub talibus teſtimonijs per gradus ſingulos aſcendentes, ordinantur & nominantur Epiſcopi. Et inueniuntur inter eos Epiſcopi, qui licet dicant ſe fornicarios vel adulteros non eſſe, ſunt tamen ebrioſi, &*

D

incurioſi, vel venatores, & qui pugnant in exercitu armati, & effundant propria manu ſanguinem hominum Paganorum, vel Chriſtianorum. Qui certè Epiſcopi & Presbyteri adulteria exercentes, licentiam officium adminiſtrandi mentiebantur ab Apoſtolica ſede ſe accepiſſe, & cætera multa quæ ibidem narrat. Verùm hoc contra Canonum ſtatuta intentatur præſumptuosè, ſtrictè prohibet ZACHARIAS I. reſcribens eidem Bonifacio epiſtola in ordine 4. vt nullus ſcilicet, homicida, nullus adulter, nullus fornicator, ſacrum miniſterium debeat attrectare, ſed neque pœnitens, aut talis qualem ſacri Canones prohibent eſſe ſacerdotem. Vide Ordinandus. Idem autem epiſtola 9 ad eundem Bonifacium ſic loquitur: *Quomodo ſacerdotio fungi deſiderant, qui talibus ſceleribus inuoluti eſſe monſtrantur? vt neque ſeculares fideles his facinoribus obuolutos optemus? Quomodo non pertimeſcunt diuina myſteria contingere? aut quomodo ad orandum pro peccatis populi accedere præſumunt, dum ſacri Canones, neque parum clericum, cui ſacerdotium non eſt, ſecundis nuptijs copulari præcipiunt?* Vide Bigamus, Cœlibatus, & Fornicatio. &c. vbi Decretum Cõcilij FRANCISCI contra huiuſmodi fornicatores citauimus. Hæc eadem impetrant à Carolo Iuniore Rege Patres Concilij MELDENSIS cap. 12, vt ſcilicet clericorum ſcurrilitas & laſciuia reprimatur, & in integrum priſtinæ diſciplinæ Eccle-

Zacharias 1.

E

Concilium Franci cum ſub Zacharia 1 in Francia à Bonifacio Moguntinenſi indictum & celebratum.

Concilium Meldenſe.

ſiaſtici

ſtaſtici reformentur. Habetur & inſignis reformatio, quam in ſuo Clero tam propter abuſus, quàm propter iniuſtitiæ inſtituit. IOANNES LEODIENSIS Epiſcopus, vbi multa continetur quæ ſuo loco allegatur. Habet autem hæc reformatio ad calcem Concilij Florentini ſub Eugenio IV. Præterea Clericis ludos inhibent, & theatra, Concilium SENONENSE, COLONIENSE IV. AVGVSTENSE & reliqua, vt dictione. Ludus. & Spectacula, inuenies. Sic autem infert prædictum Senonenſe Concilium capite 25. *Clerici, vt ab omni ſpecie mala abſtineant, in inceſſu, & veſtitu honeſtatem exhibeant* (vt videbis in vocabulo, Ornatus clericorum, &c.) *vt grauitate itineris, mentis maturitatem oſtendant. Incompoſitio enim corporis, riſus diſſolutus, indecens oculorum vagatio, inæqualitatem indicant mentis.* Quapropter & eis inhibetur venatio, fornicatio, & alia multa, quæ ſuis locis proferentur. Item Concilium COLONIENSE III. parte 2. cap. 32. ſcurriles, leniculos, ſuperſtitioſos, & curioſos dãnat Clericos: quod & confirmat Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 22. quæ eſt 6 ſub Pio IV. capite 1. Decreti reformationis. *Decet omninò Clericos* (ait) *in ſortem Domini vocatos, vitam moréſque ſuos omnes componere, vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, aliiſque omnibus rebus, nil niſi graue, moderatum ac religione plenum præ ſe ferant: leuia etiam delicta, quæ in ipſis maxima eſſent, effugiant, vt eorum actiones cunctis afferant venerationem. Cùm igitur, quo maiore in Eccleſia Dei & vtilitate, & ornamento hæc ſunt, ita etiam diligentiùs ſint obſeruanda. Statuit ſanctam Synodus, vt quæ aliàs à ſummis Pontificibus, & à ſacris Concilijs* (vide ſuperius) *de Clericorum vita, honeſtate, cultu, doctrinãque retinẽda, ac ſimul de luxu, commeſſationibus, choreis, aleis, luſibus, ac quibuſque criminibus, nec non ſecularibus negotijs fugiendis, copioſè ac ſalubriter ſancita fuerunt, eadem in poſterum iiſdem pœnis, vel maioribus, arbitrio ordinarii imponendis, obſeruentur, nec appellatio executionem hanc quæ ad morum correctionem pertinet, ſuſpendat. Si qua verò ex his in deſuetudinem abiiſſe compererint, ea quàm primùm in vſum reuocari, & ab omnibus accuratè cuſtodiri ſtudeant, nõ obſtantibus conſuetudinibus quibuſcunq; ne ſubditorum neglectæ emendationis ipſi condignas, Deo vindice, pœnas perſoluant* Lege quod ſequitur.

Ioannes Leodienſis Epiſc.

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato Cancellario & Legato. Concilium Colonienſ 4. Concilium Auguſtenſe.

Concilium Colonienſe, 3

Concilium Tridentinũ generale nouiſſimum.

Clericorum cultus, & ornatus.] Vide vocabulum, Ornatus.

Clerici ne interſint nuptijs, aut ludis.] Vide Ludus, Spectacula, Nuptiæ, &c.

Clericis ebrietas interdicitur.] Vide Ebrietas, & Taberna.

Clericis venatio inhibetur.] Vide Venatio.

Clericis Auguria prohibẽtur.] Vide Augur, Ariolus, & Magicus.

Clerici militiam non ſequantur.] Vide Militia, & Arma.

Clerici arma non deferant.] Vide Arma, & Militia.

Clerici non ſint vſurarij.] Vide Vſura.

Clericorum Auaritia.] Vide Auaritia.

Clerici actibus ſeculi renuncient.] Vide Cœlibatus.

Clerici non ingrediantur tabernas.] Vide Taberna, & Ebrietas.

Clerici non habitent cum ſecularibus.] Vide ea quæ ſuperiùs annotauimus. Sic tamen ſpecialiter ſuper his ſtatuit, Concilium AVRELIANENSE II. Vigilio, & Childeberto Rege, cano. 9. *Nullus Clericorum ſine permiſſione Epiſcopi ſui cum ſecularibus habitare præſumat. Quod ſi fecerit, ab officij communione pellatur.* Et Concilium SENONENSE cap 25. *Clerici in conuerſatione cum Laicis ita ſe habeant, vt neque ex nimia familiaritate aut conuerſatione æquali, reddatur contemptus dignitatis, neque ex nimia auſteritate, faſtu, aut pompa, ſuperbi, aut plus æquo elati indicentur.*

Concilium Aurelianenſe ſub Vigilio 1. & Childeberto Principe.

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato Archiepiſc. & Cancellario atque Legato

Clerici ne ſeruiant Laicis.] Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. parte 26. cap. 17. citat & allegat EVGENIVM I. ſcribentem Sarenſi Epiſcopo. *Sacerdotibus* (ait) *& Clericis tuis denuncies publicè, ne miniſtri Laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores exiſtant. Quod ſi poſtmodum præſumpſerint, & occaſionem ipſius adminiſtrationis propter propriam cauſam à Laicis capiantur, indignum eſt eis ab Eccleſia ſubueniri, per quos conſtat in Eccleſia ſcandalum generari.* Et Concilium COLONIENSE III. parte 2. cap. 27. *Magna eorum leuitas eſt, in magnam Cleri ignominiã redundans, qui ſe laicis atque adeò delicatis fœminis, ventris cauſa, in capellanos, vt appellant, atque antebulones venditant. Qui enim debebant eſſe gregis duces, rediguntur in caudam, & ſordidiſſimis quibuſque negotijs alligantur, prò nefas!* Vide ſequentia.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3. Eugenius 1.

Concilium Colonienſe 3.

Nec obſerua noſtro tẽpore (prò pudor!) nimium obſeruatur.

Clerici Laicorum.] Concilium PARISIENSE III. libro 1. capite 22. *De Clericis Laicorum, vnde nonnulli conqueri videntur, eò quòd quidam Epiſcopi ad eorum preces nolint in Eccleſijs ſuis eos, cum vtiles ſint, ordinare, viſum nobis fuit, vt in vtriſque partibus pax & concordia ſeruetur, & cum charitate, & ratione vtiles, & idonei eligantur. Et ſi laicum idoneum, vtilémque Clericum obtulerit, nulla qualibet occaſione ab Epiſcopo ſine certa ratione repellatur. Et ſi reijciendus eſt, diligens examinatio, & euidens ratio, ne ſcandalum generetur, manifeſtum faciat.* Idem ſtatuit Concilium VORMATIENSE cap. 49. Vide in vocabulo, Laicus, & ſequentia.

Concilium Pariſienſe 3.

Concilium Vormatienſe.

Clerici ſeculares delectationes non ſequantur.] Hoc liquidiùs inuenies expreſſum locis ſuprà memoratis. Ludus, Venatio, Militia, & huiuſmodi. Verumtamen ne locum relinquamus vacuum, ſic loquitur Concilium FOROIVLIENSE canone 6. *Placuit, vt eas prorſus mundanas dignitates, quas ſeculares viri vel Principes terræ exercere ſolent, in venationibus ſcilicet, vel in cãticis ſecularibus, aut in reſoluta & immoderata lætitia, in lyris, & tibijs, & his ſimilibus luſibus, nullus ſub Eccleſiaſtico canone conſtitutus, ob inanis lætitiæ fluxum, audeat faſtu ſuperbiæ tumidus, quandoque præſumendo abuti, niſi fortè ſi in hymnis & ſpiritualibus cãticis delectatur, de ſacris videlicet literarum voluminibus dignè honeſtéque compoſitis, vtatur. Ab his igitur non ſolùm non inhibemus abſtinere, verum etiam connuentes licentiæ concedimus votum.* Idem omninò Concilium TVRONENSE III. ſub Carolo Magno, cap. 7. & 8. *Ab omnibus* (inquit) *quæcunque ad aurium & ad oculorum pertinent illecebras, vnde vigor animi emolliri poſſe credatur (quod de aliquibus generibus muſicorum, aliiſq; nõnullis rebus, ſentiri poteſt) Dei ſacerdotes abſtinere debent, quia per aurium oculorumq; illecebras, vitiorum turba ad animam ingredi ſolet. Hiſtrionum quoque turpium, & obſcœnorum inſolentias iocorum, & ipſi animo effugere, cæteriſq; ſacerdotibus effugienda prædicare debent* Idem omninò Concilium CABILONENSE II. canone 9 & Concilium MOGVNTINVM I. ſub Carolo Magno, capite decimo. Præterea. Idem Concilium PARISIENSE III. libro primo, capite 38. *Illis enim* (ait) *magis conuenit lugere, quam*

Concilium Foroiulien. ſub Adriano 1. & Carolo Magno

Turonenſe Cõcilium 3. ſub eodem Principe.

Concilium Cabilonenſ. 2. Concilium Moguntin. 1. Concilium Pariſienſe.

ad ſcur

ad ſcurrilitates, & ſtultiloquia, & hiſtrionum obſcœnas iocationes, & cæteras vanitates, quæ animam Chriſtianam à rigore ſuæ rectitudinis emollire ſolent, in cachinnos ora diſſoluere. Neque enim docet aut fas eſt, oculos Sacerdotum Domini huiuſcemodi ſpectaculis fœdari, aut mentem quibaſlibet ſcurrilitatibus, aut turpiloquiis ad inania rapi. Proinde in commune omnibus viſum fuit, vt ſi qui Sacerdotum hactenus his vanitatibus vſi fuerint, ab his deinceps Domino adiuuante, prorſus ſe cauere debere meminerint. Eadem quæ ſuperiùs recenſita ſunt memora Concilium Moguntinum II. præſidente in eo Rabano Mauro, cap. 13. quæ non ideò ponimus, quia conformia ſunt ante dictis. Idem ſtatuit, & prohibet Concilium Lateranense ſub Innocentio III generale Patrum congregatorum 1215. cap. 16 vide ſequentia.

Concilium Moguntinū 2. ſub Rabano Archiepiſcop.

Concilium generale Lateranenſe ſub Innocentio 3. Patrum 18 5.

Clerici agriculturam non exerceant, aut vilicationem.] Concilium Cabilonense II. cano. 12, & confirmatur in Concilio Pariſienſi III. libro 1. capite 28 prohibet. Clericis ne fiant villici: *Qui ſacris (ait) officiis ob meritorum prærogatiua ſunt applicati, dedecus, & valde periculoſum eſt, terrenis actionibus, turpibúſque lucris eos implicari. Comperimus igitur nonnullos Presbyteros, & Monachos deſertores ordinis ſui (quod non ſine magno animi mœrore proſequimur) adeò villicationes, & negotiationes, diuerſáque turpia lucra ſpectare, vt illud videatur completum quod dicitur: Et erit ſicut populus, ſic & Sacerdos. Quod modis omnibus fieri prohibemus.* Et ſubſequentis Patrum allegat ſtatuta. Hoc iterum præcipit Cōcilium Aquiſgranense II. capite 8. de Ordine rectorum. Et Concilium Meldense canone 49. lege & coniunge ſequentia.

Concilium Cabilonenſ. 2. Concilium Pariſienſe 3.

Eſai. 24, Oſee 4.

Concilium Aquiſgranenſ. 1. Concilium Meldenſe.

Clerici ſecularia negotia non exerceant.] Hoc ſatis ex ſuperioribus probatum eſt, & adhuc in vacabulo Monachus. repetendum eſt: verùm & hic ordine quo cœpimus ſubſequamur. Itaque Canon Apostolorum VII. & allegatur à Gratiano diſtinct. 88. cap Epiſcopus, &c. *Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, nequaquam ſeculares curas aſſumat: ſin aliter, deiiciatur.* Et iterum canone 80. *Diximus non oportere Epiſcopum vel Presbyterum, ſeipſum ad publicas adminiſtrationes demittere, ſed in negotiis Eccleſiaſticis verſari. Ergo ita facere perſuadeatur, vel deponatur.* Idem omninò Dionysius Areopagita libro de Cœleſti hierarchia, capite 3. *Neque enim fas eſt, his qui ſacra myſteria tradunt, ſiue qui illa percipiunt, operari prorſus aliquid, niſi quod officii ſui diuina ſanxit inſtitutio.* Et Concilium Nicaenum I. vt grauis quidem citat author: *Decreuit ſancta Synodus, nullum deinceps Clericum, aut poſſeſſiones conducere, aut negotiis ſecularibus ſe miſcere, niſi propter curam pupillorum, & orphanorum, ac viduarum, aut ſi fortè Epiſcopus ciuitatis Eccleſiaſticarum rerum ſolicitudinem habere præcipiat.* Idem omninò Concilium Chalcedonense IV. generale canone 3. vt allegat Concilium Vernense ſub Pipinio Rege celebratum, canone 16. *Clerici (ait) conductores non ſint, hoc eſt, vt non habeant actiones ſeculares, niſi pro cauſa Eccleſiarum, orphanorum, & viduarum, ordinante Epiſcopo ſuo.* Idem etiam Concilium Carthaginense I. capite 5. & Carthaginense III canone 15. & allegat Gratianus cauſa 21 quæſtione 3. capite Placuit. *Placuit, vt Epiſcopi, & Presbyteri, & Diaconi, vel Clerici, non ſint conductores, vel procuratores, neque vllo turpi, vel inhoneſto negotio victum quærant, quia reſpicere debent ſcriptum eſſe: Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus.* Additur in antiquis Codicibus: *Neque vllo tali negotio victum quærant, quo eos peregrinari, vel ab Eccleſiaſticis officiis auocari neceſſe ſit.* Hunc canonem ſub eiſdem verbis allegat Concilium Vormatiense capite 67. Idem dicit & Concilium Hipponense canone 17. Sed & idem ſtatuit Concilium Milevitanum canone 19. & allegatur à Gratiano, cauſa 11. quæſtione 1. Placuit. *Placuit, vt quicunque ab Imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petierit, honore proprio priuetur. Si autem Epiſcopale iudicium ab Imperatore poſtulauerit, nihil ei obſit.* Idem ſtatuit Concilium Africanum ſub Bonifacio 1. cap. 71. Et Concilium Cabilonense II. capite 11. & 12. ſed in dictione, Epiſcopus, repoſitum eſt. Porrò Prætactum generale Chalcedonense Concilium IV. canone 3. actionis 11. & allegat Gratianus diſtinctione 86. capite Peruenit. Et eſt ex capitulis oblatis Marciano Imperatori ad confirmandum actione 6. eiuſdem Concilij 2. *Quoniam (ait) aliqui Clericorum, & Monachorum pecuniæ amore languentes, curis mundanarum rerum ſemetipſos ſubiiciunt, aut poſſeſſionum conductores, aut procuratores conſtitui, aut in domibus ſecularium obuerſantes tanquam diſpenſatores effecti: Placuit huic ſancto & magno Concilio, nullum Clericum conducere poſſeſſiones, aut curationem ſuſcipere, niſi fortè ei à proprio Epiſcopo iubeatur, Eccleſiaſticarum poſſeſſionum habere ſolicitudinem. Si quis autem poſt hunc terminum, aut ipſe cōducere præſumpſerit, aut per alium quemlibet hanc curam ſuſcipere, hunc Eccleſiaſtico ſubdi ſupplicio. Quod ſi in contentione perſtiterit, dignitate priuetur.* Idem renouat Concilium Foroiuliense ſub Adriano I. & Carolo Magno canone 5. *Nemo (ait) militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, vt ei placeat cui ſe probauit. Intueri quapropter ſubtilius libet, cuius nos eſſe regis milites gratulamur. Et quia in caſtris Dominicis militamus, ſolicite penſare conſtringimur, quibus armis muniti cum tanto aduerſario certaminis bella aggreſſi, pugnare valeamus, vt expediti ab omni præſentis ſeculi impedimento, intrepidi in prima acie perſiſtentes, poſt palmam victoriæ triumphatricis, gloriæ coronam ab eo rege, qui nos de antiquo hoſte triumphauit, ſuſcipere mereamur.* Hoc etiam de Epiſcopis dicitur, & iniungitur in Concilio Cabilonensi II. canone 5. vt ſcilicet turpibus lucris deſeruiant, & non ſolùm hoc, ſed & hoc facere ſubditas plebes doceant. Hoc etiam Concilium Moguntinense I. ſub Carolo Magno, canone 14. iniungitur: *Miniſtri altaris Domini (ait) vel Monachi nobis placuit, vt à negotiis ſecularibus omninò abſtineant. Negotia autem ſecularia, libido, turpe lucrum, munera iniuſta accipere, vel etiam dare contentiones, & rixas amare, in placitis ſecularibus diſputare, excepta defenſione orphanorum, aut viduarum, conductores, aut procuratores eſſe ſecularium, aleas amare, ornamentum inconueniens propoſito ſuo quærere, in deliciis viuere velle, gulam, & ebrietatem ſequi, acquitum iniuſtum exercere, & ſimilia.* Idem præcipit & Monachis, & Epiſcopis. Vide Monachus, & Epiſcopus. Hæc etiam Gelasius primus, epiſtola prima, capite decimo ſeptimo, repetit. vt allegatur in Concilio Aquisgranensi I. capite 93. & in Concilio Parisiensi III. libro 1. capite viceſimo octauo, vt præcedenti pagina allegauimus, non longè ab initio, vbi de Cle-

Dionyſius Areopagita.

Concilium Nicænum 1. generale allegatur à Gratiano diſtinct. 24. ca. Decreuit.

Concilium Chalcedonenſe 4. generale Concilium Vernenſe in Palatio Vernis celebratum.

Concilium Carthaginenſ. Concilium Carthag. 3.

1. Timoth. 2.

Concilium Vormatienſe. Concilium Hipponenſe.

Concilium Mileuitanum.

Concilium Africanum. Concilium Cabilonenſ. 2. Concilium magnum & vniuerſale Chalcedonenſe.

Concilium Foroiulienſe ſub Carolo Magn.

Concilium Cabilonenſ. 2.

Concilium Moguntinum 1. ſub Carolo Magno.

Negotia ſecularia quæ ſint.

Gelaſius 1. Concilium Aquiſgran. 1. Concilium Pariſienſe 3.

Concilium Oxonienſe in Anglia.

ricis,non villicare debentibus, loquebamur. Hoc & Concilium OXONIENSE in Anglia cap. 1. prohibet Clericis, ne villarum procurationes admittant videlicet, vt non ſint Seneſcali aut Balinitalium adminiſtrationum, occaſione quarum laicis in reddendis ratiocinijs obligentur, nec iuriſdictiones exerceant ſeculares, præſertim illas quibus iudicium ſanguinis eſt annexum. Vt in ſequentibus dicemus. Iterum hæc omnia confirmat Concilium SENONENSE capite 26. vbi confirmantur ſuper hac re ſuperiora decreta. Hinc etiam prohibet Concilium COLONIENSE III. parte ſecunda. capite 31. ne clerici fiant mercatores, aut fœneratores lucri cauſa. Vide plura in dictione, Epiſcopus ſeculares curas non aſſumat. &c. Et Monachus ſecularia &c Et attende ſequentia,quia licet diuerſa videantur,tamen in vnum coeunt.

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato.

Concilium Colonienſe 3.

B

Clericis ſi liceat parentum negotia & curam aſſumere.] Hoc ex ſuperiorum lectione ſatis oſtenditur, verumtamen non delucido ſermone. Ideo breuiter intimamus, quod aſtruit Concilium TARRACONENSE ſub Fœlice 3. Canone primo. *De his(ait) quibus cura pro parentela proximitate haberi permittitur, ea cautela earum neceſſitates ſuſtineant, vt pietatis beneficia, quæ eis ſunt neceſſaria, exhibeant. Ipſi verò pro viſendis eis, cum regreſſi fuerint, celeri ſalutatione recurrant, ne ibi faciant manſionem. Qui tamen cum ad earum viſitationem pergunt,teſtem ſolatij ſui, fide & ætate probatum adhibeant ſecum. Si quis hæc à nobis ſtatuta contempſerit,ſi clericus eſt, loci ſui dignitate priuetur. Si verò religioſus, vel monachus in cella monaſterij incluſus,pœnitentiæ lamentis incumbat, vbi ſingulari afflictione,panis & aqua victum ex Abbatis ordinatione percipiat.* Vide ſequentia.

Concilium Tarraconenſe ſub Fœlice 3.

C

Vtinam hæc aſtſeru monachos & clericos noſtros perſtringeret modò.

Clericus ſi poteſt eſſe teſtamenti executor.]Vide teſtamenti executor.

Clerici ſi poſsint condere teſtamentum.] Vide teſtamentum.

Clerici cauſas non agant.] Concilium LATARANANSE ſub Alexandro tertio parte prima capite duodecimo. *Clerici in ſubdiaconatu, & ſuprà, & in minoribus quoque ordinibus, ſtipendiis Eccleſiaſticis ſuſtentantur, coram iudice ſeculari aduocati in negotiis fieri non præſumant, niſi propriam vel Eccleſiæ ſuæ cauſam fuerint proſecuti, aut pro miſerabilibus fortè perſonis quæ proprias cauſas adminiſtrare non poſſunt.* (In criminibus non vt aduocatu,ſed vt interceſſores, pro eo ſupplicant) *Sed nec procurationes villarum aut iuriſdictiones etiam ſeculares ſub aliquibus principibus vel ſecularibus viris vt iuſtitiarij eorum fiant, clericorum quiſquam aſſumere præſumat. Si quis aduerſus hæc venire tentauerit,& ſecularitèr agit,ab Eccleſiaſtico fiat miniſterio alienus, pro eo quod officio clericali neglecto, fluctibus ſeculi, vt potentibus ſeculi placeat,ſe immergit. Diſtrictiùs autem decreuimus puniendum, ſi religioſorum quiſquam aliquid prædictorum, audeat attentare.* Idem omnino & Concilium TREVERANSE II. capite 17. *Diſtricte* (ait) *præcipiendo mandamus, vt nullus Eccleſiaſticam perſonam trahere ad iudicium ſeculare præſumat. Et ſi laicus actor hoc fecerit, à iure ſuo cadat. &c.* Vide quod ſequitur.

Concilium Lateranen ſub Alexandro 3.

D

E

Concilium Treuerenſe 2.

Clerici clericos ad ſecularem iudicem non prouocent.] Concilium ROMANVM ſub Syluestro primo 75. Epiſcoporum præſente Conſtantino Magno capite quarto. *Syluester Epiſcopus dixit, Nulli omnino Clerico licere cauſam*

Concilium Romanū 1. ſub Syluestro.

A

quamlibet in publico examinare, nec vllum clericum ante iudicem laicum ſtare: & dixerunt Epiſcopi placet. Idem omnino ſtatutum eſt in Concilio ROMANO II. ſub eodem Syluestro vbi erant 167. Epiſcopi. Idem etiam vide conſequenter hoc confirmatum in Concilio AVRELIANENSE III. capite 1.Hoc quoque debet adiungi Lege & TOLETANVM III. canone 13. allegatur à gratia cauſa 11.

Concilium Romanū 2. ſub Syluestro.

Concilium Aurelianenſ.3.

Clerici coram ſeculari iudice non ſiſtendi.] Hæc omnia idem ſonant. Ideo quidquid in patrum decretis fuit ſtatutum, hic libet ordine recenſere. Iam verò Concilium AGATHENSE præmiſſis decretis ſe conformans caput octauum ſic ait: (& allegatur à Gratiano cauſa vigeſima prima, quæſtione tertia, capite Placuit) *Placuit, vt ſi clericus relicto officio ſuo propter diſtrictionem ad ſecularem iudicem fortaſſe confugerit, & is ad quem recurrit, ſolatium ei defenſionis impenderit, cum eodem de Eccleſiæ communione pellatur.* Iterum. Idem canone trigeſimo ſecundo .& allegatur à Gratiano cauſa prima, quæſtione prima, Clericum. Et cauſa quinta, quæſtione quinta, capite Si quis. *Clericus nec quemquam præſumat apud ſecularem iudicem, Epiſcopo non permittente, pulſare: ſed ſi pulſatus fuerit, non reſpondeat, nec proponat, nec audeat criminale iudicium in iudicio ſeculari proponere. Si quis verò ſecularium per calumniam. Eccleſiam aut clerum fatigare tentauerit, & conuictus fuerit, ab Eccleſiæ liminibus, & à Catholicorum communione (niſi digne pœnituerit) coerceatur.* Hos canones allegat Concilium VERVANSE ſub Pipino rege capite decimo octauo,dicitque eſſe concilij Carthaginenſis canone octano. credo tamen, quòd hallucinetur,& Carthaginenſe pro Agathenſi poſuerit,vt euidentia probat Hinc LEO I. epiſtola nonageſima quarta quæ eſt ad Epiſcopos & Presbyteros Thraciæ. *Cenſemus* (ait) *vt quicunque prætermiſſo ſacerdote Eccleſiæ ſuæ, ad diſceptationem venerit ſecularium,ſacris liminibus expulſus, à cœleſti arceatur altario. Neque vllus poſt hanc diffinitionem, quæ communi ſedit arbitrio, quicquam ſibi vltra præſcriptum vendicare nitatur. Et ita fiet,vt hi qui antè errauere,congrua emendatione ſe corrigant, & qui ſub obſeruatione clericali, cœleſti probatur ſeruire officio, ex clero abiiciendum ſe norit, ſi prætermiſſo ſacerdotum iudicio, ſecularem adierit poteſtatem. Quod ideo ſingulos vniuerſoſque volumus agnoſcere, vt quod pleno iuſtitiæ & iuris ordine conſtitutum eſt, effectum totius firmitatis in omnibus clericorum negotiis ſortiatur. Sanè ſi clericus laicum pulſet, priùs ſe audiri ab Epiſcopis poſcat, tum ſi petitioni ſuæ laicum viderit obuiare,ex permiſſu Epiſcopi ſui,in ſeculi moderatores diſceptatione confugiat.* Idem ſtatuit Concilium CHALCEDONENSE,vt dicemus in dictione, Epiſcopus criminoſis. Vide etiam dictione. Laicus.& Iudex. Hinc Concilium AVRELIANENSE IV canone 20. *Nullus ſecularium perſonarum prætermiſſo Pontifice ſeu præpoſito Eccleſiæ, quemquam clericorum pro ſua poteſtate conſtringere, diſcutere audeat, vel damnare. Sed & clericus, ſi pro cauſa appetitione cuiuſcunque. fuerit ab Eccleſiaſtico ordinatore commonitus ſe ad audientiam ſpondeat affuturum, & reſpondere nulla calliditate diſſimulet. Sed quæcunque cauſatio, quoties inter clericum & ſecularem vertitur, abſque presbytero, aut Archidiacono,vel ſi quis eſſe præpoſitus dignoſcitur, iudex publicus audire negotium non præſumat. Sanè ſi cauſam habentibus placuerit ire ad iudicium, fortè ex voluntate communi permittente præpoſito Eccleſiæ,cle-*

B

Concilium Agathenſe.

C

Concilium in Palatio Vernis celebratum.

Leo 1.

D

E

Concilium Chalcedonenſe 4. generale

Concilium Aurelianenſ.4. ſub Pelagio 1.

Chalcedonenſe 4. generale ſub Martiano Imperatore

A *rico licentia tribuatur.* Præterea Concil. CHALCEDONENSE IV. generale præfatum actione 15. ca. 9. allegatur à Gratiano cauſa 11. quæſt. 1. Si Clericus. *Si quis clericus aduerſus clericum habet negotium, non deſerat proprium Epiſcopum, & ad ſecularia percurrat iudicia. Sed prius actio ventiletur apud proprium Epiſcopum, vel certè concilio eiuſdem Epiſcopi, apud quos vtraque partes voluerint, iudicium obtinebunt. Si quis autem præter hæc fecerit, Canonicis correptionibus ſubiacebit. Quòd ſi clericus habet cauſam aduerſus Epiſcopum proprium, vel aduerſus alterum, apud ſynodum Prouinciæ iudicetur. Quòd ſi aduerſus eiuſdem prouinciæ Metropolitanum, Epiſcopus vel clericus habet querelam, petat Primatem Diœceſeos, & apud ipſum iudicetur.*

Hæc diligenter attende.

B Hunc Canonem citat, & allegat Concilium AQVISGRANENSE I. cap. 86. Idem autem confirmat Concilium VENETICVM Canone 9. Idem, ne pluribus immoremur, Concilium EPAVNENSE capite vndecimo. Hic quoque Canon allegatur à NICOLAO I. epiſtola illa pulcherrima & diſertiſſima ad Michaelem Imperatorem. vbi per prænominatum Primatem Diœceſeos, ſummum Pontificem vult intelligi. *Quia* (ait) *licet ſit potius Primas omnium Diœceſeon, tamen ſingularem numerum poſuit, vt vnitas pacis & fidei intelligatur, &c.* Hoc confirmat Concilium MATISCONENSE I. ſub Gunttanno Rege, & Pelag. 2. canone 7.

Concilium Aquiſgran. 1.
Concilium Veneticum
Concilium Epaunenſe.
Nicolaus 1.
Concilium 1. Matiſconenſ.

C *Nullus* (ait) *Clericus pro de qualibet cauſa extra diſcuſſionem Epiſcopi ſui, à ſeculari iudice iniuriam patiatur, aut cuſtodiæ deputetur. Quòd ſi quicunque Iudex cuiuſcunque clericum abſque cauſa criminali, id eſt, homicidio furto, aut maleficio, hoc facere fortaſſe præſumpſerit. Quandiu Epiſcopo loci illius viſum fuerit, ab Eccleſiæ liminibus arceatur.* Idem *Nullus clericus ad Iudicem ſecularem quemcunque, alium fratrem de clericis accuſare, aut ad cauſam dicendam trahere, quocunque loco præſumat. Sed omne negotium clericorum, aut in Epiſcopi ſui, aut in Presbyteri, aut Archidiaconi præſentia finiatur. Quòd ſi quicunque clericus hoc implere diſtulerit, ſi iunior fuerit, vno minus de quadraginta ictus accipiat. ſi certè honoratior, triginta dierum incluſione mulctetur.*

D Idem omnino ſtatuit Concilium ANTISIODORENSE I. capite 35. Et Concilium VERNENSE ſub Pipinio rege canone 18. *Nullus clericus ad Iudicia laicorum conueniat, ſine iuſſione Epiſcopi ſui vel Abbatis, iuxta canonis 8. Carthaginenſis concilij præſcriptum* (eſt Agathenſe, vt ſuperiùs diximus) *vbi ſcriptum eſt: Quis relicto Eccleſiaſtico iudicio, publicis iudiciis ſe purgare voluerit, etiamſi pro illo prolata fuerit ſententia, locum ſuum amittat. Hoc in criminali iudicio. In ciuili verò perdat, quod euicit, ſi locum ſuum obtinere voluerit. Cui enim ad eligendos iudices vndique Eccleſiæ patet authoritas, quia ſe indignum fraterno iudicat conſortio, quod de vniuerſa Eccleſia male ſentiendo, de iudicio*

Concilium Antiſiodoren. 1.
Concilium Vernēſe in Palatio Verno anno 751. ſub Pipinio rege celebratum.

E *ſeculari poſcit auxilium, cùm priuatorum Chriſtianorum cauſas, Apoſtolus ad Eccleſiam deferri, atque ibidem determinari præcipiat, & maximè in talibus cauſis inquietudinem Domino regi faciat.* Hoc Concilium LATERANENSE ſub Alexandro 3. parte 10. capite 2. de Iudæis, vbi Iudæis inhibetur clericos ad iudicium ſeculare trahere. *Quia non eſt* (inquit) *licitum Chriſtiano cuilibet, multo minus inimicis crucis Chriſti, vt viros Eccleſiaſticos ad ſecularem iudicem trahant. ſed in qualibet cauſa Chriſtiani & maximè clerici, ad minus duorum vel trium teſtimonium, qui ſint probatæ vitæ & conuerſationis admittatur, nec vnius tantùm, quamuis legitimum ſufficiat, quia nulla cauſa eſt quæ vnius tantum, quamuis legiti-*

Concilium Lateranenſe ſub Alexandr. 3. Iudæi non poſſunt clericos ad ſeculare iudicium prouocare.

A *mo teſtimonio terminetur, licet quædam ſint cauſæ quæ plures quam duos exigant teſtes* Hoc allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſt. 11. cap Religioſa. Idem parte 10. capite 26. *Ille* (ait) *clericus qui ad ſecularem iudicem appellauerit, iubetur omni Eccleſiaſtico beneficio, appellatione remota, & officio ſuſpendi.* Eſtque hoc extractum ex epiſtola ALEXANDRI III. ad Exonienſem Epiſcopum. *Si verò ſuum habet iudicem ſuſpectum, ad maiorem poteris appellare, non ad ſecularem.* Hoc diximus in dictione, Appellatio Et infrà dictione. Iudex, & iudicium, aut teſtis. Idem ille Alexander III. ad Epiſcopos Galliæ inſeritur parte 50. eiuſdem concilij Lateranenſis. *Quoniam quidem laici, Eccleſias terris & aliis poſſeſſionibus ſpo-*

Alexander 3.

B *liant, vt ſic viros Eccleſiaſticos faciant, coram iudice ſeculari litigare. præſentium authoritate vobis iniungimus, vt id publicè ſub Anathematis interminatione curetis prohibere. Si quis autem prohibitionis veſtræ contemptor extiterit eum, ſi manifeſtum fuerit, appellatione ceſſante, excommunicationi ſubdatis, & vſque ad dignam ſatisfactionem, ſicut excommunicatum, faciatis ab omnibus euitari, &c.* Hinc etiam Concilium TREVERENSE II. cap. 17. *Diſtrictè præcipiendo mandamus, vt nullus Eccleſiaſticam perſonam trahere ad iudicium ſeculare præſumat. Et ſi laicus actor hoc fecerit, à iure ſuo cadat, & iudicatum non teneat. & Iudex ex tunc omni poteſtate ſit priuatus. Clericus verò actor alium clericum trahens. Vltra*

Concilium Treuerenſe 2. Magna & mira ſententia.

C *præmiſſa, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat. Clericus verò reus ſub ſimili. Pœna præter alias pœnas, in iudicium laicale non conſentiat. Et quicunque Iudex ſecularis coram ſe litigare, per ſe, vel per alium, directè vel indirectè clericum compulerit, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat, non abſoluendus, niſi omni damno, & intereſſe* (*vt vocamus*) *reſtituto, vt alibi dictum eſt.* Porrò Concilium LATERANENSE ſub Innocentio tertio patrum 125. cap. 42. Interdicit clericis, ne prætextu libertatis Eccleſiaſticæ, ſuam iuriſdictionem extendant in præiudicium iuſtitiæ ſecularis, ſed contenti exiſtant conſtitutionibus ſcriptis, & conſuetudinibus hactenus approbatis.

Concilium Lateranenſe generale ſub Innocentio. Digna ſatis cōſideratio & notāda exceptio.

D Hæc omnia præmiſſa confirmat Concilium BASILEENSE, ad calcem vltimæ ſeſſionis, vbi proponunt decretum quoddam de exactionibus minuendis FREDERICI II. Imperatoris vbi de verbo ad verbum prædicti Treuerenſis ſecundo, concilij decretum allegatur, nec eſt opus repetere. Vide. Exactio. Si plura noſſe cupis, quod hic deeſt, ſcito ſuppleri in vocabulis. laicus, iudex, teſtis, & teſtimonium. &c. Hæc autem ſufficient. Attende quæ ſequuntur.

Baſileenſe Cōcilium generale.
Fredericus 2. Imperator.

Clerici accuſari non poſſunt à laicis.] Vide Laicus Vide & ſequentem.

Clerici accuſati vbi debeant iudicari.] Hoc ſufficienter inſinuatum eſt ex præcedenti annotatione, vbi non antè iudicem ſecularem poſſe

E ſiſti clericos, probauimus. Vbi autem, & ante quos debeant iudicium reportare, ſic conſequenter ELEVTHERIVS I. epiſtola 1. ad Galliæ prouincias. *De accuſationibus clericorum, ſuper quibus conſulti ſumus, quia omnes eorum accuſationes difficile eſt ad ſedem Apoſtolicam deferre, ſummа tantum Epiſcoporum iudicia huc deferantur, vt huius ſanctæ ſedis authoritatē finiantur, ſicut ab Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus, multorum conſenſu Epiſcoporum, iam definitum eſt, nec in eorum Eccleſiis alij aut præponantur, aut ordinentur, antequam hic eorum iuſtè terminentur negotia, quoniam quamuis liceat apud Prouinciales & Metropolitanos atque primates eorum ventilare accu-*

Eleutherius 1.

ſationes,

ſationes, vel criminationes, non tamen licet definire ſe-cus, quam prædictum eſt. Reliquorum verò clericorum cauſas, apud Prouinciales & Metropolitanos ac Primates, & ventilare, & iuſte finire licet. Idem omnino

Lucius 1.

Lvcivs I. epiſtola ad omnes Orientales pro Athanaſio capite 11. & allegat Gratianus cauſa 3. quæſt. 6. cap. Quamuis. Idem verò Eleutherios ſic proſequitur in eadem epiſtola, & allegatur ibidem à Gratiano cap Si quis. *De accuſationibus verò comprouincialibus, ita legitur eſſe ſtatutum: Si quis ſuper quibuſlibet criminibus, quemlibet clericum pulſandum crediderit, in prouincia in qua conſiſtit ille qui pulſatur ſuas exerceat actiones, nec æſtimet eum alibi aut longius ad Iudicium protrahendum. Ille verò qui pulſatus fuerit, ſi iudicem ſuſpectum habuerit, liceat appellare.* Vide appellare. Idem omniuo

Fœlix 2.

Foelix I. epiſtola ad Paternum Epiſcopum. Vide dictione Accuſatio. Simile eſt omnino quod Gratianus caoſa 3. quæſt. 6. cap. Si quis clericus allegat ſub

Sixtus 2.

nómine Sixti II. nam ſunt eadem verba quæ Eleutherius refert: & crediderim in authoris nomine Gratianum, vt ſepiuſcule fit, hallucinatum.

Euſebius 1.

Porrò Evsabivs I. epiſtola 1. ad Epiſcopos Galliarum, & allegatur à Gratiano cauſa 3. quæſt. 5. cap. de accuſationibus. *De accuſationibus clericorum, ait, ſuper quibus mandaſtis, ſciote à tempore Apoſtolorum in hac ſancta vrbe ſeruatum eſſe, accuſatores & accuſationes, quas exterarum conſuetudinum leges non adſciſcunt, à clericorum accuſatione ſubmotas.* Vide reliquum, Laicus clericos non accuſet, &c. Idem determinat & epiſtola 2. ad Epiſcopos

Iulius 2.

Aegyptios & Ivlivs I. epiſtola 2. ad Orientales Epiſcopos pro Athanaſio capite 5. & 35. Hinc

Concilium Carthagin. 3. cui interfuit Auguſtinus.

memoratur ſtatuiſſe Concilium Carthaginensa III. canone 8. & allegatur à Gratiano cauſa 15. quæſt. 7. cap. Si autem. *Si autem presbyteri, vel Diaconi fuerint accuſati, adiuncto ſibi ex vicinis locis legitimo numero collegarum, id eſt, in presbyteri nomine quinque, in Diaconi duobus, Epiſcopi ipſorum cauſas diſcutiant, eadem dierum & dilationum, & à communione remotionum, & diſcenſione perſonarum, inter accuſatores & eos qui accuſantur, forma ſeruata. Reliquorum autem cauſas etiam ſolus Epiſcopus loci agnoſcat & finiat.* Idem canone 9. & allegatur à Gratiano cauſa 11. quæſtione 1. cap. Placuit. *Placuit vt quiſquis Epiſcoporum, presbyterorum, & Diaconorum, ſeu clericorum, cùm in Eccleſia ei crimen fuerit intentatum, vel ciuilis cauſa fuerit commota, ſi relicto Eccleſiaſtico iudicio* (de his ſuperiùs egimus) *publicis iudiciis purgari voluerit, etiam ſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum ſuum amittat, & hoc in criminali iudicio. In ciuili verò perdat quod euicit, ſi locum ſuum obtinere voluerit. Cui enim ad eligendos iudices vndique patet authoritas, ipſe ſe indignum fraterno conſortio iudicat, qui de vniuerſa Eccleſia, malè ſentiendo, de iudicio ſeculari poſcit auxilium, cùm priuatorum Chriſtianorum cauſas Apoſtolus ad Eccleſiam deferri, atque ibi determinari præcipiat.* Idem canone 10. & allegatur à Gratiano

1. Corinth. 6.

cauſa 2. quæſt. 6. Placuit & capite. Sanè ſi vt Iam allegauimus dictione. Appellare, &c. Idem con-

Concilium Hipponenſe.

firmat Concilium Hipponense canone 9.

Concilium Vormatienſe.

10. & 12. Et Concilium Vormatiense canone 61. omnes præfatos canones allegat & confirmat. Præcipit quoque ex decreto ſpeciali

Concilium Forojulienſe.

Concilium Foroivliense canone ſeptimo, ne clerici condemnentur abſque Metropolis Epiſcopi conſenſu. Ad propoſitum ſtatuit Con-

Concilium Carthagin. 4.

cilium Carthaginense IV. canone 23. & allegatur à Gratiano cauſa 15. quæſtione 7. cap. nullius. *Vt Epiſcopus nullius cauſam audiat abſque præſentia clericorum ſuorum, alioquin irrita erit ſententia Epiſcopi, niſi clericorum præſentia confirmetur.* Idem canone 29. allegaturque à Gratiano cauſa ſexta quæſtione 2. cap. Epiſcopus. *Epiſcopus ſi clerico vel laico crimen impegerit, deducatur ad probationem in ſynodum.* Et canone 66 allegato à Gratiano cauſa 11. quæſt. 3. cap. Clericus. *Clericus qui Epiſcopi circa ſe diſtrictionem iniuſtam putat, recurrat ad ſynodum.* Vide quod ſequitur.

Clerici accuſati, ante iudicium fugientes.]

Ennodius Diaconus, poſtea vt opinor, te ſte Nicolao I. Epiſcop. Ticinenſis.

Evnodivs Diaconvs libro Apologetico contra calumniatores canonum, approbato à Symmacho 1 allegatur à Gratiano cauſa 8. quæſtione 4. cap. Nonne, &c. *Nonne directa ſunt verba canonum? Quicunque clericorum ab Epiſcopo ſuo ante ſententiæ tempus, pro dubia ſuſpicione diſceſſerit, manifeſtum eum manere cenſuram.* Hoc iam ſuperius probauimus Vide ſequentia.

Clericus accuſatus, à ſuo iudice appellans.] Diximus in vocabulo, appellatio, & appellare. Ibi reperies.

Clericus à ſuo Epiſcopo iniuriam paſſus.] Hoc ex canonibus ſuprà memorati Carthaginenſis 4. concilij roboratur, nec eſt opus hic iterum inſerere. Verumtamen idem Concilium Vasen-

Concilium Vaſenſe 1. ſub Leone 1.

Concilium Chalcedonenſe 4.

se I. canone 5. *Si quis Epiſcopi ſui ſententiæ non acquieſcit, recurrat ad ſynodum.* Et Concilium Chalcedonense IV. generale actione 15. cano. 9. *Si clericus habet cauſam aduerſus Epiſcopum proprium, vel aduerſus alterum, apud ſynodum prouinciæ iudicetur. Quod ſi aduerſus eiuſdem prouinciæ Metropolitanum, Epiſcopus vel Clericus habet querelam, petat Primatem Diœceſeos* (ſcilicet Papam) *& apud ipſum iudicetur.* Vt iam ſuprà citauimus. Hinc

Concilium Aurelianenſ. 3.

Concilium Avrelianense III. canone 20. *Si quis clericorum, circa ſe aut diſtrictionem, aut tranſlationem Epiſcopi ſui putat iniuſtam, iuxta antiquas conſtitutiones recurrat ad ſynodum.* Vide ſequentia.

Clerici quot teſtibus conuincendi & accuſandi.]

Concilium Roman. 2. ſub Syluestro Epiſcopor. 284.

Concilium Romanvm II. ſub Syluestro capite 3. actionis 1. *Fecit Syluester gradus in medio ſynodi, vt non presbyter aduerſus Epiſcopum, non Diaconus aduerſus presbyterum non ſubdiaconus aduerſus Diaconus, non exorciſta aduerſus Acolytum, non lector aduerſus exorciſtam, non Oſtiarius aduerſus lectorem, det accuſationem aliquam.* Et in eodem. *Non condemnabitur præſul niſi in 72. neque præſul ſummus à quoquam iudicabitur* (Vide Papa) *quoniam, ſicut ſcriptum eſt, non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. Presbyter Cardinalis niſi 44 teſtibus non damnabitur Diaconus Cardinalis conſtitutus vrbis Romæ niſi in 26 non damnabitur. Subdiaconus Acolytus, lector, Oſtiarius non, ſicut ſcriptum eſt, niſi in 7. teſtibus condemnabitur. Teſtes autem ſint ſine aliqua infamia.*

Concilium Moguntin. 4.

Hi canones citantur in Concilio Mogvntino III. ſub Arnulpho Imperatore cap 12. & allegatur à Gratiano cauſa 2 quæſt. 5. capite Præſul. Vide etiam in vocabulo. Purgatio, vbi de clericorum purgatione agitur. Nam illic ea omnia reponemus, quę huic concordant decreto. Vide ſequentia.

Clerici à quot, & à quibus debeant degradari.] Vide Degradatio.

Clericis an liceat accuſare Epiſcopum.] Vide. Epiſcopus non facilè accuſandus

Clerici in Epiſcopos non inſurgant.]

Cyprianus Carthaginenſ.

Hoc vetat Cyprianvs Carthaginensis libro tertio epiſtolarum, epiſtola nona ad Rogatianum, *De Diacono tuo* (ait) *conqueſtus es, quod*

A *immemor ſacerdotalis loci tui, ac miniſterij ſui oblitus, contumeliis & iniuriis ſuis te exacerbauerit. Et in quidem honorificè circa nos, & pro ſolita tua humilitate feciſti, vt malles de eo conqueri, cùm pro Epiſcopatus vigore, & cathedra authoritate, haberes poteſtatem qua poſſes de illo ſtatim vindicari, certus quòd collega tui omnes ratum haberemus, quodcunque circa diaconum tuum contumelioſum ſacerdotali poteſtate feciſſes, habens circa huiuſmodi homines præcepta diuina, cùm Dominus Deus in Deuteronomio dicat:*

Deuterono. 17.

Et homo quicunque fuerit in ſuperbia, vt non exaudiat ſacerdotem, aut iudicem, quicunque fuerit in diebus illis morietur homo ille: & omnis populus cùm audierit timebit, & non agent impiè, &c. Vide & lege totam epiſtolam. Hinc Canon APOSTOLORVM LIV. *Si quis (ait) clericus presbyterum, vel Diaconum iniuria affecerit, ſegregetur. Et ſi quis clericus Epiſcopum contumelia affecerit, deponatur. Principi enim populi non maledices.* Hinc PROCLVS CONSTANTINOPOLITANVS Epiſtola Synodica ad Domnum Epiſcopum Antiochenum pro cauſa Athanaſij Epiſcopi Parenorum, qui iniuriam paſſus fuerat à ſuis, quæ inſeritur actione decima quarta, concilij Chalcedonenſis. *Si quis (ait) conceſſerit vt præſumptoribus, & inconuenienter in tantam procacitatem exilientibus, vt & Dei Pontificibus contumeliam inferre audeant, miſericordia illis ſine iudicio fiat, ex quibus oleum iniquitatis ſupplicationibus aucupantur, nihil eſt reliquum, niſi vt fiant omnium Eccleſiarum præſules in luſum & opprobrium, & per hæc ſtabiliatur diabolicum inſtrumentum.* Hoc confirmat Concilium ARVERNENSE canone 3. *Ne (ait) à potentibus ſeculi clerici contra Epiſcopos ſuos vllo modo erigantur.* Vide quod ſequitur.

B Canon Apoſtolorum. Exod. 22. Actuum 23.

Proclus Conſtantinopolitanus.

C Concilium Aruernenſe.

Clerici maledici, ſuperbi, & audaces corripiantur.] Ex ſuperiori annotatione eorum audacia refrenanda patuit. Verùm etiam quod ſequitur attende, & ſuperioribus necte. Itaque Concilium CARTHAGINENSE I. canone vndecimo, allegatur à Gratiano cauſa decima quinta, quæſtione ſeptima, capite. Si quis. *Clerici qui ſuperbi vel contumaces ſunt, coerceantur, vt qui minores maioribus irrogauerint iniurias, metum habeant. Manifeſtum eſt autem illum non eſſe Dei, qui humilitatem contemnit, ſed Diaboli, qui ſuperbiæ inuentor & princeps eſt. Vnde ſi quis tumidus, vel contumelioſus extiterit in maiorem natu, vel aliquam cauſam habuerit, à tribus vicinis Epiſcopis, ſi Diaconus eſt arguatur: presbyter à ſex: ſi Epiſcopus, à duodecim conſacerdotibus audiatur. Vniuerſi dixerunt Epiſcopo: contemptus debet contumacia & ſuperbia in omnibus frangi. Cauſa verò pro perſonis à ſtatuto numero audiatur.* CARTHAGINENSE IV. canone quinquageſimo ſeptimo allegatur à Gratiano diſtinctione quadrageſima ſexta, capite Clericus. *Clericus maledicus, maximè in ſacerdotibus, cogatur ad poſtulandam veniam. Si noluerit, degradetur, nec vnquam ad officium abſque ſatisfactione reuocetur.* Hinc Concilium AGATHENSE ſub Cæleſtino primo canone ſecunda, allegatur à Gratiano diſtinctione quinquageſima capite Contumaces. *Contumaces clerici (prout dignitatis ordo permiſerit) ab Epiſcopis corripiantur, & corrigantur, & ſi qui prioris gradus elati ſuperbia, communionem fortaſſe contempſerint, aut Eccleſiam frequentare, vel officium ſuum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur, ita vt cùm eos pœnitentia correxerit, reſcripti in matricula gradum ſuum dignitatemque ſuſcipiant.* Idem Concilium AVRELIANENSE V. ſub Pelagio primo capite decimo quarto. *Si quis presbyter aut Diaconus, quolibet cothurno ordinationem Epiſcopi ſui deſpexerit, aut calliditate faciente ipſum iniuriare, aut detrectare præſumpſerit, tribus annis à communione ſuſpenſus, & in monaſterium retruſus, aqua tantummodo & pane duobus ſingulis ſuſtentetur, nec comam nec barbam facere præſumat, nec ad aram Domini penitus accedere permittatur.* Vide ſequentia.

Concilium Carthagin. 1 ſub Syluestro & Marco.

D Iob 41.

Concilium Carthagin. 4.

E Concilium Agathenſe.

Concilium Aurelianenſ. 5.

Clerici criminoſi vt debeant tractari.] De clericis crimine aliquo diffamatis, vt ſe debeant purgare, lege purgatio, lege etiam ea, quæ ſuperiùs dicta, & infrà dicenda ſunt. Itaque Concilium CARTHAGINENSE V. ſub Anaſtaſio Epiſcoporum 73. canone vndecimo allegatur à Gratiano diſtinctione quinquageſima capite Confirmatum eſt. *Confirmatum eſt, vt ſi quando presbyteri vel Diaconi, in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos à miniſterio neceſſe fuerit remouere, non eis manus tanquam pœnitentibus, vel tanquam fidelibus laicis imponatur, nec vnquam permittendum, vt rebaptizati ad clericatus ordinem & gradum promoueantur.* Idem canone duodecimo, allegatur à Gratiano cauſa vndecima quæſtione tertia capite Rurſus. *Conſtitutum eſt, vt quoties clericis conuictis & confeſſis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundia parcitur, vel propter Eccleſiæ opprobrium, aut inſolentem inſultationem hæreticorum atque gentilium, ſi fortè cauſa ſuæ adeſſe voluerint, & innocentiam ſuam aſſerere, intra annum excommunicationis hoc faciant. Si verò intra annum cauſam ſuam purgare contempſerint, nulla eorum vox poſtea penitus audiatur.* Idem conſtituit Concilium AFRICANVM canone 46. & allegantur hi canones, & renouantur in Concilio VORMATIENSI cano. 10. & 71. allegaturque à Gratiano cauſa 2 quæſtione 4. capite. Si Epiſcopo. Vide vocabulum, Lapſus, & Purgatio. Hinc Concilium AGATHENSE can. 50. allegatur à Gratiano diſtinctione 50. cap. Si Epiſcopus. *Si Epiſcopus, presbyter aut Diaconus capitale crimen commiſerit, aut chartam falſauerit, aut teſtimonium falſum dixerit, ab officij ſui honore depoſitus, in monaſterium retrudatur, & ibi quandiu vixerit, laicalem tantummodo communionem accipiat.* Idem omnino & ſub eiſdem verbis Concilium AVRELIANENSE I. canone 11. & allegatur à Gratiano diſtinct. 81. c. Si Diaconus. *Si Diaconus, aut presbyter, crimen capitale commiſerit, ſimul & ab officio, & à communione pellatur.* Idem quoque ZACHARIAS I. epiſtola 4. quæ eſt ad Bonifacium Moguntinenſem Archiepiſcopum, ſtatuit, vt ſcilicet tales ad monaſteria relegantur, nec liceat eis laicam vitam ducere, cùm iam à clericatu fuerint abſoluti. Hinc Concil. EPAVNENSE canon 22. *Si Diaconus aut presbyter crimen capitale commiſerit, ab officij honore depoſitus, in monaſterium retrudatur, ibi tantummodo, quandiu aduixerit, communionem ſumendo.* Et Concil. AVRELIANENSE III. can. 8. *Si quis clericus furtum, aut falſitatem admiſerit, quia capitalia etiam ipſa ſunt crimina, communione conceſſa ab ordine regradetur. De periurio verò id cenſuimus obſeruandum, vt ſi quis clericus in cauſis, quæ ſub iureiurando finiendæ ſunt, præbuerit iuramenta, & poſt rebus euidentibus detegitur peierasse, biennium temporis excommunicatione plectatur.* De his autem clericis, qui ſic deponuntur, & in laicorum ordine detruduntur ſi perfectè pœnituerint, iudicantes ſe indignos clericatu, iubet Concil. CONSTANTINOP. III. generale 6. canone 21. vt tondeantur. Si autem ſua, hoc ſponte ele

Concilium Carthag. 5.

Concilium Africanū ſub Bonifacio 1. Concilium Vormatienſe.

Concilium Agathenſe.

Concilium Aurelianenſ. 1. ſub Clodoneo & Hormiſda.

Zacharias 1.

Concilium Epaunenſe.

Concilium Aurelianenſ. 3. ſub Vigilio 2.

De periurijs clericis. vide Periurium.

te elegerint, maneant in eo ſtatu ad quem deiecti ſunt, vepote qui mundana cœleſtibus antepo-nunt. Idem & Concilium AVRELIANENSE V. cano. 14. *Si Epiſcopo aut preſbytero, cauſa criminalis, hoc eſt, homicidium adulterium, furtum, maleficium, imputatum fuerit, innocentem reddere faciat, quod ſi non fecerit quinquennium à liminibus Eccleſia extraneus habeatur, ſicut in Nicanis canonibus ſancti Patres inſtituerunt.* Hinc GREGORIVS III. Epiſtola quarta, quæ eſt ad Bonifacium Epiſcopum Moguntinum, eundem inſtruit, vt ſi certi non fuerint teſtes, qui crimini illato approbent veritatem, iuſiurandum eius poſcat, vt illum teſtem proferat innocentiæ, cui omnia nuda ſunt & aperta, & ſic maneat in proprio gradu. Nam confirmationis iteratio prohibetur. Denique ALEXANDER III. Parte 26. capite primo Concilij Lateranenſis ſub eodem celebrati, profert cauſam cuiuſdam acolyti bonæ indolis, criminoſi in hoc, quòd ſacerdoti iterum Baptizandi hominem, qui frater ſuus carnalis erat, & ſanitatem à ſortilegis mulieribus hac conditione receperat, & reſpondit quod ille ita plectendus eſt, vt ad ſuperiores ordines nunquam promoueatur, ſi hoc publicum fuerit quod proponitur, niſi ad religionem tranſire voluerit, vt fauore illius religionis circa eum debeat diſpenſari. Si verò occultum eſt, promoueri poterit, & exceſſum ſuum dignis pœnitentiæ fructibus expiare. Idem capite ſecundo, eiuſdem partis de eo qui quinque ſolidos pro ordinatione ſua dedit, & pœnitentia ductus religionem intrauit, de quo decernit vt in ordine quidem ſuſcepto poſſit Domino deſeruire, ad ſuperiores autem promoueri non poſſit (quod adhuc repetit parte 31. capite ſecundo. Capite autem tertio, partis 26. antè dictæ agit de his qui falſauerunt literas Apoſtolicas (de quibus ſtatim dicemus) & capite quarto, ſcribens ad Salernitanum Epiſcopum infert: *Si clerici coram iudice ſæculari conuicti fuerint vel confeßi, de crimine, non propter hoc ab Epiſcopo ſuo aliqua ſententia ſunt condemnandi. Sicut enim ſententia à non ſuo iudice lata, non tenet, ita nec confeßio coram ipſo facta. Si verò coram Epiſcopo de crimine in iure ſunt confeßi, ſeu legitima probatione conuicti, dummodo ſunt talia crimina, propter quæ ſuſpendi debeant vel deponi, non immerito ſunt à ſuis ordinibus deponendi, & ab altaris miniſterio perpetuò remouendi. De adulteriis & aliis criminibus, quæ minora ſunt, poteſt Epiſcopus cum ſuis clericis poſt peractam pœnitentiam diſpenſare, vt in ſuis ordinibus deſeruiant: ſed non debet quemlibet depoſitum pro ſuis exceßibus iudici tradere ſæculari, quia ſuo functus officio, non debet eum duplici contritione conterere.* Vide Duellum. Et infrà Clericus percuſſor. *Nam clericus duellum deponi iubetur, & percutiens puerum intuitu diſciplinæ, vnde infirmitatem vel mortem incurrat.* Vide etiam infrà, Clericus ſuſpenſus. Idem Alexander tertio, ſcribens Albanenſi Epiſcopo parte 50. capite tertio, eiuſdem concilij Lateranenſis. *Clericum* (ait) *criminis reum, ſi occultum fuerit peccatum, pœnitentia peracta ordine ſuſcepto iubet vti, & ad ſuperiores, ordines non promoueri. Veruntamen ſi inſtanter poſtulet, non prohibeatur. Si verò publicum eſt, degradetur ab ordine quem ſuſcepit, & ad ſuperiores nunquam ordines promoueatur.* De clericorum exceſſibus, Vide Exceſſus de clericis criminoſis, vt non pro quæſtu ferantur, ſic ſtatuit Concilium COLONIENSE III. parte 13. capite octauo & 9. *Clerici* (ait) *grauißimis criminibus deprehenſi, iuxta canonicas ſanctiones puniantur. Expedit enim vt publicè delinquentes, & Eccleſiam Dei ſcandalizantes, publicè quoque arguantur & puniantur. Quamobrem tales vel à nobis deprehenſi, vel extra territoria noſtra per magiſtratus capti, ac nobis iuxta ſanctiones canonicas traditi, dignam ſui ſceleris pœnam recipiant. Quod ſi tam graue delictum ſit vt degradatione dignum ſit, faciemus ipſos curiæ tradi ſeculari, ne clericali priuilegio gaudeant, quo ſe per flagitia reddiderunt indignos.* De clericis, qui criminoſi fuerint inuenti ab Epiſcopis, vel viſitatoribus, ſtatuit Concilium TRIDENTINVM ſeſſione decima tertia, quæ eſt tertia, ſub Iulio tertio, capitibus 3.4.5.6. decreti reformationis. *Quòd ſi appellationis vocem dum corriguntur emiſerint, ab Epiſcopo, vel eius vicario generali, coram iudice ad quem appellatur, acta prima, vel etiam omnino producat, & iudex, niſi illis viſis, ad eius abſolutionem minimè procedat. Is autem à quo appellatum fuerit, intra triginta dies acta ipſa poſtulanti gratis exhibeat, alioquin abſque illis cauſa appellationis eiuſmodi, prout iuſtitia ſuaſerit, terminetur.* Vide, Appellatio, Degradatio, Crimen, & cætera ſimilia, vbi de his iterum opportunè tractatur, & quæ ſequuntur.

Concilium Aurelianenſ. 5. ſub Pelagio 1.

Gregorius 3.

Forma communicandi criminis.

Alexander 4.

Negotium auditu mirum.

Hic qui dedit pro ordinatione argentum puniendus dicitur. Vide nunc ne, qui non dederit arceatur.

Clerici non ſeculari iuſtitiæ tradendi.

Concilium Colonienſe 3.

1 Timoth. 4.

Concilium Tridentinum generale nouiſſimum.

Clericus falſarius.] Id eſt, qui falſificat litteras hoc etiam ex ſuperioribus pendet. Sic tamen ſpecialiter tradit Concilium TRIBVRIENSE canone trigeſimo. *Si, quod non decet, quilibet ſiue ſit preſbyter, ſiue ſit Diaconus, aliquam perturbationem machinando, & noſtro miniſterio inſidiando, redarguatur falſam ab Apoſtolico detuliſſe epiſtolam, vel aliud quid quod inde non conuenerit, ſalua fide & integra circa Apoſtolicum humilitate, penes Epiſcopum ſit poteſtas, vtrum eum in carcerem, aut in aliam detrudat cuſtodiam, vſquequo per epiſtolam aut per idoneos ſuæ partis legatos, Apoſtolicam interpellet ſublimitatem, vt potiſſimum ſua ſancta legatione dignetur diſcernere, quid de talibus iuſto ordine lex Romana ſtatuat diffinire, vt & eis corrigatur, & cæteris modus imponatur.* De huiuſmodi clericis qui falſificant literas Apoſtolicas, ALEXANDER III. parte vigeſima ſexta, concilij Lateranenſis ſub eodem celebrati capite tertio, ad Normicenſem Epiſcopum iubet, vt inuenti & beneficio atque officio priuati, in aliquod monaſterium diſtrictæ religionis detrudantur, vt ibi tanti facinoris pœnas luant, & alij per hoc à ſimilibus valeant deterreri. Allegat hæc Gratianus diſtinctione decima nona capite In memoriam & diſtinctione quinquageſima capite. Si quis Epiſcopus. De huiuſmodi falſariis agit Concilium LATERANENSE ſub Innocentio 3. patrum 1215. cap. 37. & 8. vt dicemus congruentiùs in vocabulo, Lis, & Iudicium. Igitur propera, & attende ſequentia.

Concilium Triburienſe.

Alexander 3.

Concilium Lateranenſe omnium generaliſſimum ſub Innocentio 3.

Clerici ſuſpenſi, & eiecti.] Hoc quoque ex ſuperioribus deducitur, vbi de criminoſis clericis & ſuperbis egimus. Igitur vt ordine procedamus, ſic de clericis ſuſpenſis & eiectis ab Epiſcopo, an ſint recipiendi, Concilium SARDICENSE, vt quidam opinantur, œcumenicum, cano. 7. & allegat Gratianus cauſa 11. quæſt. 3 cap. Si fortè, & Iuo Carnotenſis libro 5 Decretorum. *Si fortè* (inquit) *quis Epiſcopo iracundus (quod eſſe non debet) cito aſpere commoueatur aduerſus Presbyterum, ſiue Diaconum ſuum, & exterminare eum de Eccleſia voluerit, prouidendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideò habeat poteſtatem is, qui abiectus eſt, vt Epiſcopos finitimos interpellet, & cauſa eius audiatur, ac diligentius tractetur, quia non oportet*

Concilium Sardicenſe ſub Iulio 1. hoc præſedit Hoſius Cordubenſis.

A *ei negari audientiam roganti. Et ille Epiſcopus, qui aut iuſtè aut iniuſtè eum abiecerit, patienter accipiat, vt negotium diſcutiatur, vt vel probetur ſententia eius à plurimis, vel emendetur. Tamen prius, quam omnia diligenter & fideliter examinentur, eum qui fuerit à communione ſeparatus, ante cognitionem nullus debet præſumere vt eum communioni ſociet. Hi verò, qui conueniunt ad audiendum, ſi viderint clericorum eſſe faſtidium & ſuperbiam, quia iam non decet vt Epiſcopus iniuriam vel contumeliam patiatur, ſeuerioribus verbis eos caſtigent, vt obediant honeſta præcipienti Epiſcopo, quia ſicut ille clericis Syncerum debet exhibere amorem charitatis, ita quoque viciſſim miniſtri, infucata debent Epiſcopo ſuo exhibere obſequia.* Hunc

Concilium Africanũ ſub Bonifacio 1.

B canonem renouat Concilium AFRICANVM ſub Bonifacio 1. epiſtola miſſa ad eundem Bonifacium. Hoc quoque decretum refricat Conci-

Concilium Carthagin 6. cui Auguſtinus interfuit.

lium CARTHAGINENSE VI. vt videre eſt cap. 6. eiuſdem concilij, quod proprio ore Auguſtinus Hipponenſis tunc legatus prouinciæ numidiæ in concilio prædicto ſeruaturos omnes profeſſus eſt. Idem ſtatuit Concilium TAVRI-

Concilium Taurinenſe 1.

NENSE I. cap. 4 & 6. contra Triferium Epiſcopum & Exuperantium Presbyterum. Idem præ-

Concilium Telenſe. Syricius 1.

terea ſtatuit & Concilium TILENSE, vt exprimit SYRICIVS I. epiſtola 4 ad omnes Orthodoxos capite 7. ſcilicet, vt abiectum clericum alia Eccleſia non admittat Hinc Concilium CAR-

Concilium Carthaginenſ. 2. allegatur à Gratiano cauſa 11. quæſt. 3. cap Qui merito.

C THAGINENSE II. ſub eodem Syricio canone 7. *Quod merito facinorum ſuorum ab Eccleſia pulſi ſunt, ſi ab aliquo Epiſcopo, aut presbytero, vel clerico, fuerint in communione recepti, refugientes ſui Epiſcopi regulare iudicium, etiam ipſe cum eis pari crimine teneatur obnoxius ab omnibus dictũ eſt, omnibus placet.*

Concilium Aralatenſ. 3. Concilium Carthagin. 5.

Idem Concil. ARELATENSE III. canon. 4 repetit Concilium CARTHAGINENSE V. ſub Anaſtaſio canone . & allegatur à Gratiano cauſa 21. quæſt. 5. capite Si quis. *Statuimus, vt ſi quis eiuſlibet honoris clericus, iudicio Epiſcoporum pro quocunque crimine fuerit damnatus non liceat eum, ſiue ab Eccleſiis quibus præfuit, ſiue à quolibet homine defenſari, interpoſita pœna damni, pecuniæ atque honoris, quo nec ætatem nec ſexum excuſandum eſſe præcipi-*

Concilium Africanũ ſub Bonifacio 1.

D *mus.* Idem Concilium AFRICANVM cano 29. Lege & ea quæ ſuperiùs de clericis accuſatis poſuimus quia huic conueniunt annotationi. Huic

Alexander 3.

ALEXANDER III. cap. 10. partis 26. concilij Lateranenſis ſub eodem celebrati: *Si qui à ſuis, aut etiam de mandato Romani Pontificis, ab alienis Epiſcopis interdicti, vel excommunicati, ante abſolutionem diuina officia celebrauerint, niſi ad commonitionem noſtram ſine dilatione redierint, perpetuò depoſitionis ſententiam pro auſu tantæ temeritatis incurrant.* Idem omnino repetit Concilium LATE-

Concilium generale Lateranenſe ſub Innocentio 3.

RANENSE ſub Innocentio 3. patrum 1215. cap. 14. & allegatur extra de vita & honeſtate clericorum Et prælatos, qui eos talia permiſerint perpe-

E trare, pati ſubiacere decernunt vltioni Et Conci-

Concilium Tridentinum.

lium TRIDENTINVM ſeſſione 14. quæ eſt 4. ſub Iulio 3 canone 1. decreti reformationis. *Et cui aſcenſus ad ſacros ordines, à ſuo prælato, ex quacunque cauſa, etiam ob occultum crimen, quomodolibet etiam extra iudicialiter fuerit interdictus, aut qui à ſuis ordinibus, ſeu gradibus, vel dignitatibus Eccleſiaſticis fuerit ſuſpenſus nulla contra ipſius prælati voluntatem conceſſa licentia de ſe promoueri faciendo, aut ad priores ordines, gradus, & dignitates, ſiue honores reſtitutio ſuffragetur, &c.* Multa ſunt alia quæ dictione, Excommunicatus inuenies. Coniunge ſequentia.

A Clerici ſine cauſa ſuſpenſi & eiecti.] Hoc ex ſuperiori pendet. Nam & eundem habet ſenſum quod etiam iam ſatis probatum colligitur.

Concilium Toletanum 4. 7. Epiſcoporũ ſub Honorio 1.

Verumtamen ſic Concilium TOLETANVM IV. Canone 27. allegatur à Gratiano cauſa 11. quæſtione tertia, capite Epiſcopus. *Epiſcopus Presbyter, aut Diaconus, ſi à gradu ſuo iniuſtè deiectus, in ſecunda Synodo innocens reperiatur, non poteſt eſſe quod fuerat, niſi gradus amiſſos recipiat coram altario de manu Epiſcoporum. Si Epiſcopus eſt, orarium, anulum, & baculum. ſi presbyter, orarium & planetam: ſi Diaconus, orarium, & albam: ſi Subdiaconus, patenam, & calicem. Sic & reliqui gradus ea in reparationem ſui recipiant, quæ cùm ordinarentur, per-*

Planetã vocat, quam nos vulgariter caſulã nuncupamus, chaſuble. Alexander 3.

B *ceperant,* Sic & ALEXANDER III. Epiſcopo Lincolinenſi parte 42. Concilij Lateranenſis ſub eodem celebrati cap. 3. iubet vt clerici ſpoliati & eiecti violenter, reſtituantur Eccleſiis in qua fuerunt inſtituti. Lege quod ſuperius poſuimus. Et ſequentia.

Clericus excommunicatus.] Vide Epiſcopus excommunicatus, &c. Et excommunicatus.

Clerici perſecuti, & gradu deiecti, ab infidelibus aut hæreticus, recipiantur.] Quandoquidem in ſuperioribus prohibetur, ne quiſpiam alienum clericum ſine literis retineat, aut excipiat, ideò exceptio quædam eſt, quæ continetur in vocabulo. peregrinus: vbi clerici peregrini

Concilium Sardicenſe.

C iubentur ſuſcipi, & præcipuè ſi ab hoſtibus fuerint turbati: ſtatuit Concilium SARDICENSE canone 21. *Si aliquis* (ait) *vim perpeſſus eſt, & iniquè expulſus pro diſciplina & Catholica confeſſione, vel pro defenſione veritatis effugiens pericula, innocens & deuotus ad aliam venerit ciuitatem, non prohibeatur immorari, quandiu aut redire poſſit, aut iniuria eius remedium acceperit, quia durum eſt eum qui perſecutionem patitur, non recipi. Etiam & larga beneuolentia & humanitas ei eſt exhibenda.* Hic canon repe-

Concilium Conſtantinop. 3. generale 7 in Trullo celebratum.

titur in Concilio CONSTANTINOPOLITANO III. generalis ſexto, canone 18. vbi de illis recipiendis, qui à Barbaris effugantur, conſtituit. *Vbi autem* (ait) *ſedata fuerit tempeſtas, cogantur*

D *reuerti.* Vide perſecutio. Vbi ampliùs narrantur.

Concilium Epheſinum 1. generale 3.

Huic Concilium EPHESINVM I. generale tertio, canone tertio. *Si quibus clericis cuiuſcunque vel prouinciæ, vel ciuitatis, ideirco quod rectè ſuperent à neſtorio, vel aliis hæreticis ſacerdotium abrogatum eſt, iuſtum & æquum eſſe cenſuimus, vt his etiam ſuus gradus reſtituatur. Communiter autem & in genere iubemus, vt hi qui cùm Orthodoxo & generali Concilio clerici ſentiunt, nullo modo prorſus his, qui defecerunt vel deficiunt, Epiſcopis obnoxij & ſubditi ſint.* De ſpoliatis Eccleſiis miniſtris reſtituendis, habes ſæpius in dictione, Epiſcopus ſede turbatus & deiectus, &c. quos etiam iubet reſtitui ALE-

Alexander 3.

XANDER III. parte 22. concilij Lateranenſis

E ſub eodem capite primo, ſecundo, tertio, & reliquis. Et ſubiungit canone quinto, Idem Epheſinum Concilium: *Item ſi quos ob inſolentiam ob abſurda facinora a concilio vel ſuis Epiſcopis condemnatos, ſicuti in nulla re de lectum habere ſolet Neſtorius, & qui eius partes ſequuntur, contra canones (ſuperius memoratos) reſtituere in communionem, vel gradum, conati ſint, vel adnixi fuerint, id his nihil prodeſſe, ac nihilominus depoſitos eſſe, æquum iudicauimus.* Idem confirmatur & canone ſeptimo, eiuſdem concilij. Vide hæreticorum animaduerſio. Et ſequentia.

Clerici profeſſionem non negent.] Vide Confeſſor.

Hæc omnia ſuis locis fideliter repoſita, Lege

A

Clericorum profeſsionem, & proprietatis abnegatio.] Vide Profeſſio clericorum, & proprietas.

Clerici ordinandi.] Vide Ordinandus.

Clerici non præſumant docendi officium] Vide Prædicatio.

Clericus delinquens.] Vide ſuperiùs, Criminoſus, & infrà, Correptio, atque Iudex, vel Reus.

Clericis honor & reuerẽtia exhibeatur.] Vide Honor.

Clerici non ordinentur bigami.] Vide ſuperiùs, Bigamus.

Clericus non ſit concubinarius.] Vide Concubina, Fornicatio, & infrà, Cœlibatus.

B

Clericorum continentia & caſtitas.] Vide Cœlibatus.

Obſecro te, lector, hæc omnia diligenter & attentè conſidera. Quia inde nos hodie tot mala obruût, niſi quia hæc vitiorum ſentina in clericis repetitur? Clemens I.

Clericis mulierum contubernium, ſiue familiaritas, & colloquium inhibetur.] Plura quidem in vocabulo Cœlibatus, & Fornicatio, & huiuſmodi dicenda ſuperſunt: verumtamen nolui prætcrire quod viſum eſt maximè huic loco conuenire. Itaque vt ordine more ſolito proſequamur. CLEMENS I. epiſt. 2. ad Iacobum fratrem Domini, *Clericus ſolus (ait) ad fœmina tabernaculum non accedat nec properet ſine maioris natu Principis iuſſione. Nec preſbyter ſolus cum ſola adiungatur, ſed duobus adductis teſtibus viſitet infirmam: nec ſolus cum ſola fœmina fabulas miſceat. Nec Archidiaconus aut Diaconus, ſub prætextu officij humilitatis frequentet domicilia matronarum, aut fortè per clericos ad domeſticos eius matronæ mandent ſecreti aliquid. Si cognitum fuerit & ille deponatur, & illa à liminibus arceatur Eccleſiæ.*

C

Subiungit huic canoni (quem allegat de verbo ad verbum) LVCIVS I. & citatur à Gratiano diſtinct. 81. Sed ſi fortè, &c. *Sed ſi fortè (ait) aliqua interceſſio fuerit, Epiſcopo ſuggeratur. Et ſi talis eſt ad quã ire debent, ipſe per interuentum pergat. Sin autem de latere ſuo dirigat, cum duobus aut tribus teſtibus. Nemo tamen cum extranea habitet fœmina, niſi ſoror, aut proxima fuerit, & magna ſolicitudine fiat: non enim ignoro malitias Sathanæ.*

Lucius I.

D

Et Concilium NICÆNVM I. canone 3. & allegatur à Gratiano diſtinct 32. cap. Interdixit. Et ab Iuone lib 3. decretorum. Citatúrque in Concilio Aquiſgranenſi I. cap. 39. *Interdixit omnino magna Synodus, ne liceat Epiſcopo vel Presbytero nec Diacono, nec vlli penitus eorũ qui ſunt in clero, introductam habere mulierem, præterquam vtique matrem, vel ſororem, vel amitam, vel eas ſolas perſonas quæ omnem ſuſpicionem effugiũt.* Idem omnino ſtatuit Concil. ELIBERTINVM can. 27. & Concilium ARELATENSE II. can. 3 ne toties idem repetere cogamur. Vide etiam, Sanctimonialis.

Concilium generale 1 Nicænum 318. Patrũ ſub Conſtantino Magno.

O vtinam hæc lex obſeruaretur.

Concilium Elibertinum.

Concilium Arelatenſe 2.

E

Hoc etiam Concilium CARTHAGINENSE I. cano. 4. *Propter blaſphemias ſtatuimus, vt à communione ſeparentur, ſi contempſerint commonitionem, qui cum viduis commorãtur, & nulla ſecum germanitate coniuncti ſunt. Vniuerſi dixerunt: iuxta viduos & viduas eadem lex maneat & ſententia.* Vide vidua.

Concilium Carthaginen. 1

Idem & Concilium CARTHAGINENSE III. cap. 17. & 25. allegatur à Gratiano diſtinct. 81. cap. Clerici, *Clerici vel continentes, ad viduas vel virgines niſi iuſſu vel permiſſu Epiſcoporũ aut preſbyterorũ, non accedant. Et hoc non ſoli faciant, ſed cum clericis, vel cum his cum quibus Epiſcopus iuſſerit, vel preſbyter. Nec ipſi Epiſcopi aut preſbyteri ſoli habeant acceſſum ad huiuſmodi fœminas, niſi aut clerici præſentes ſint aut graues aliqui Chriſtiani.* Idẽ omnino Concilium HIPPONENSE cano. 26.

Concilium Carthag. 3.

Concilium Hipponenſe.

& Concilium AFRICANVM ſub Bonifacio I. cap. 5. Idem quoque SYRICIVS I. epiſt 1. quæ eſt ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum, ca. 12. Idem quoque dicit glorioſus martyr CYPRIANVS CARTHAGINENSIS lib. de ſingularitate clericorum non longè à principio, ſuadens clericis mulierũ vitare contubernium, *Aduerſa eſt (ait) confidentia, quæ periculis vitam ſuam pro certo commendat. Et lubrica ſpes eſt quæ inter fomenta peccati ſaluari ſe ſperat. Incerta victoria eſt, inter hoſtilia arma pugnare. Et impoſſibilis liberatio eſt, flammis circundari, nec ardere.* Lege quod ſequitur.

Concilium Africanum. Syricius 1.

Cyprianus Carthaginenſ.

Huic etiam HIERONYMVS STRIDONENSIS epiſtola ad Nepotianum, de vita ſacerdotum & clericorum, *Periculosè (ait) tibi miniſtrat, cuius vultum frequenter attendis. Si propter officium clericatus, aut vidua an te viſitatur aut virgo, nunquam domum ſolus introeas. Tales habeto ſocios, quorum contubernio non infameris. Solus cum ſola ſecretò, & abſque arbitro vel teſte non ſedeas. Hoſpitiolum tuum aut rarò, aut nunquam mulierum pedes terant. Omnes puellas & virgines Chriſti aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Ne ſub eodem tecto manſites, nec in præterita caſtitate confidas, nec ſanctior Dauid, nec Salomone potes eſſe ſapientior, &c.* Lege.

Hieronymus Stridonenſis.

Eadem & AVGVSTINVS HIPPONENSIS ſuis imperat clericis, pluribus in locis. Vide alibi.

Auguſtinus Hipponenſis.

Hinc celebratum ſub eodem, Concilium HIPPONENSE quod abbreuiatum eſt in Concilio Carthaginenſi III ſic ſtatuit, vt clerici cum extraneis fœminis non habitent. Quod exponens præfatũ Concilium CARTHAGINENSE III. cap. 17. & allegatur à Gratiano, diſtinct. 81. cap. Cum omnibus, *Solæ (inquit) matres excipiantur, auiæ, matertera, amita, ſorores, & filiæ fratrum aut ſororum, & quæcunque ex familia domeſtica, neceſſitate etiam antequã ordinarentur, iam cum eis habitabant: vel ſi filij eorum iam ordinatis parentibus vxores acceperunt, aut ſeruis non habentibus in domo quas ducant, aliunde ducere neceſſitas fuerit.*

Concilium Hipponenſe.

Concilium Carthag 3.

Idem omnino ſtatuit Concilium CARTHAGINENSE IV. cano. 46. & Concilium AGATHENSE canone 10. *Id ad cuſtodiendam vitam & famam (ait) ſpeciali ordinatione præcipimus, vt nullus clericorum extraneæ mulieri, qualibet collatione aut familiaritate iungatur. Et non ſolùm in domo illius extranea mulier non accedat, ſed nec ipſe frequentandi extraneam mulierem habeat poteſtatem, ſed cum matre tantùm, ſorore, filia, aut nepte, ſi habuerit, aut voluerit, viuendi liberam habeat poteſtatem. De quibus nominibus nefas eſt aliud, quam natura conſtituit, ſuſpicari.* Idem cano. 11 ſequenti infert, *Ancillas vel libertas à cellario vel à ſecreto miniſterio, & ab eadem manſione, in qua clericus manet, placuit remoueri.*

Concilium Carthag. 4.

Concilium Agathenſe ſub Cœleſtin. 1. vel Sixto 3.

Et Concilium EPAVNENSE, cap. 20. *Epiſcopo, Preſbytero, & Diacono, vel diuerſis clericis, horis indebitis, id eſt, meridianis, vel veſpertinis, ad fœminas prohibemus acceſſum: qui tamen, ſi cauſa fuerit, cum preſbytero aut clericorum teſtimonio videantur.*

Concilium Epaunenſe.

Hinc etiam Concilium TVRONENSE I. can. 3. *Quia nullum (ait) diabolo locum dari oportet, hoc præcipuè cuſtodiendum decreuimus, vt nullam clerici cum extraneis fœminis habeant familiaritatẽ, ne vllam malè loquendi vel ſentiendi auſum, vel aditum tribuant, quia frequenter per hanc indecentem occaſionem contingit, vt diabolus qui inſidiatur, ſicut leo in cubili ſuo, de ruina ſeruorum Dei exultet. Si quis clericus poſt interdictũ Epiſcopi ſui, illicitis familiaritatibus extranearum fœminarum voluerit inhærere, à communione habeatur alienus.* Idem omnino ſtatuit Conc. ILERDENSE cano. 15.

Concilium Turonenſe 1. ſub Leone 1. vel Hilario Ephes 4.

Concilium Ilerdenſe.

cano.15. addens, *Quod huiuſmodi ad cor redeat, & correxerit, ſancto miniſterio reſtituetur.* Idem & Concilium AVRELIANENSE I. cano. 31. aſtruit. prædicta decreta confirmamus. Vt autem etiam cæterorum Patrum decreta promamus, ſic Concilium GERVNDENSE Hiſpaniæ cano.7. *De his (ait) qui ſine vxoribus ordinantur, & familias domus habent habeo ſecum pro vita conuerſatione fratrem in teſtimonium, non per quamcunque fœmineæ ſexus perſonam, eorum ſubſtantia gubernetur, aut per puerum, ſed aut per amicum, domum ſuam debeant ordinare, niſi matrem aut ſororem in domo habuerint, vt ſecundum priorum canonum ſtatuta per eorum perſonas eorum debeat conſultari ſubſtantia.* Huic decreto ſubſcribit & Concilium TOLETANVM II. cano.3. & addit: *Quod ſi forſan propinquos non habuerit, qui ei miniſtrent, alterius domus adhærentis habitaculum requiratur, dummodo nulla occaſio introeundi domum clerici fœmina permittatur, vnde aut laqueum poſſit incurrere, aut noxialis famæ innocenti fortaſſe poſſit * inurere. Sane deinceps, poſt datam hanc admonitionem, quiſquis earum conſortio frui voluerit, moneris ſe non ſolum a clericatus officio retrahi, vel Eccleſiæ foribus expelli, ſed etiam omnium Catholicorum clericorum, vel laicorum communione priuari, nulla prorſus vel colloquij cõſolatione relicta, quatenus mala conſuetudinis abraſa rubigo, in poſteris radices ſua veneno ſerpere non poſſit.* Hoc decretum etiam renouat Concilium HISPALENSE I. cap.3. vbi ſic addit, *Placuit proinde, vt ſi Presbyter, Diaconi, vel clerici, conſortia extranearum fœminarum, vel ancillarum familiaritatem, per ſacerdotis ſui admonitionem, à ſe minus remouerint, ſeculi iudices, eaſdem mulieres cum voluntate & permiſſu Epiſcopi comprehenſas, in ſuis lucris vſurpent, vt vitium hoc dum ſacerdos inhibere non præualet, poteſtas iudicialis coërceat: dato tamen ab eiſdem iudicibus ſacramento Epiſcopo, vt eas clericis nulla arte reſtituant. Quòd ſi reſtituerint, ipſi iudices ſententia excommunicationis feriantur.* ° *Mulieribus verò illis iuxta priores canones à ſacerdote diſtractis, pretium earum indigentibus diſpenſetur.* Huic conforme eſt, quod ſtatuit Concilium TVRONENSE II. ſub Pelagio I. cano.10. *De familiaritatibus (ait) mulierum licet crebrius ſit in canonibus replicatum, attamen neceſſe eſt, vt ſi ſcelus vir & mulier, qui male pullulauerant, videant rurſus, ſides ſtatuè ſuccidantur, & iam radicitus eruantur. Nullus ergo deinceps clericorum pro occaſione neceſſitatis faciendæ veſtis, aut cauſa ordinanda domus, extraneam mulierem in domo ſua habere præſumat. Et cum iubeamur victum & veſtitum artificiolo quærere, & manibus proprijs laborare, quid opus eſt in domo ſerpentem includere pro veſte, quo muliebrem veſtem non propterea deponit, vt videtur, ſed vt ſe dum renouatur oſtendat clariorem?* IDEM cano.11.13. & 14. prohibet in domo clericos extraneos fœminas ſanctimoniales, ancillas aut alias ſub quolibet prætextu retinere: vt iam diximus. Idem Conciliũ AVRELIANENSE V. cano.3. ſtatuit & Concilium MATISCONENSE I. cano.1. & 3. vbi prohibet, ne vlla mulier in cubiculo Epiſcopo, abſque duobus presbyteris, aut diaconis, ingredi permittatur. Hinc etiam GREGORIVS I. lib. 7. Regiſtri, epiſt.110. ad Ætherium Lugdunenſem Epiſcopum, *Cum his (ait) qui in ſacro ſunt ordine conſtituti, habitare mulieres prohibentur: de quibus ne antiquus humani generis inimicus exultet, omnium deſiderandum conſenſu eſt, vt præter eas quas ſacri canones complectuntur, alias mulieres habere ſecum non debeant. Quæ interdictio & ſi fortè ad tempus aliqui-*

Concilium Aurelianenſe 1.

Concilium Gerũdenſe Hiſpaniæ ſub Hormiſda.

Concilium Toletanum 2.

° necis

Concilium Hiſpalenſe 1.

O ſalubre decretum & vtinam efficaciter mandaretur.

Concilium Turonenſe 2.

Concilium Aurelianenſe 5.
Concilium Matiſconenſe 1.

Gregorius Magnus.

A *bus amata eſt, certum eſt quia poſtmodum ex ipſa anima vtilitate dulceſcit, ſi, vnde inimicus ſuperare poterit, ſuperetur.* Idem omnino Concilium TOLETANVM IV. can.41. & TOLETANVM VIII. cap.5. omnibus mandat Epiſcopis vt ſolicitè huic negotio inuigilent, & quoſcunque aliter facientes repererint, clericos quidem monaſterio includant, mulieres verò venundentur. Vide & fornicatio. Porrò Concilium BRACARENSE III. cano.4. & allegatur à Gratiano diſtinct.23. cap. Eccleſiaſtica, *Cum antiqua & Eccleſiaſtica monitorum inſtitutione præfixum, &c.* Et ſubiungit canone eodem. *Licet in ſuperioribus de ſorore & germana licentia data ſit, clericis eas in domo retinere, tamen omnem fornicandi occaſionem cupientes auferre, id omnimoda ſancimus authoritate tenendum, vt nullus ſacerdotum, ſiue quiſque ille de clero, abſque honeſto &* B *competenti teſtimonio, excepta ſola matre cum quibuſlibet fœminis, ſecretè ſe præſumat adiungere. Et non ſolum cum extraneis mulieribus, ſed nec cum ipſis etiam ſororibus vel propinquis, ne licentia ſororum vel propinquarum fœminarum, * quiſque ſolus familiarior habeatur ad perpetrandum ſcelus. Huius ergo perceptionis tranſgreſſor, ſex menſibus ſe nouerit pœnitentiæ legibus ſubiacere.* Hoc decretum confirmat & renouat Concilium CONSTANTINOPOLITAN. III. quod 6. generale dicitur cano.5. vbi etiam Eunuchis idem præcipitur. Hæc conſtitutio etiam C renouatur iterum in Concilio FRANCICO ſub Carlomano, præſidente in eo Bonifacio, Moguntinenſi Legato ad reformationem Gallorum, de quibus ſuperiùs dictum eſt, quàm eſſent laſciui & diſſoluti. Hanc etiam definitionem iterũ confirmat & renouat Concil. SVESSIONENSE apud S. Medardum patrum 23. ſub Childerico. Renouatur etiam poſteà in Concilio FOROIVLIENSI ſub Carolo Magno & Adriano I. can. 4. vbi & hoc additur, *Non vetamus quempiam, ſed potius adhortamur pauperibus perſonis, iure ſibi cognationis coniunctis benefacere, cum ſit omnibus benefaciendum, ſed ab eo ſegregata in ſuis domicilijs degentes pe ſeuerent.* Hoc iterum aſtruit Concilium D RHEMENSE ſub eodem Principe, cano.22. Præterea magnum illud & generale ſub eodem Principe Concilium NICÆNVM II. quod 7. generale nominatur cano.18. ſic loquitur, *Sine offenſione eſſe etiam his, qui extra ſunt, inquit diuinus Apoſtolus: mulieres autem in Epiſcopatibus vel monaſterijs verſari, eſt omnis offenſionis cauſa. Si quis ergo ancillam vel liberam, in Epiſcopatu poſſidere deprehenſus fuerit, vel in monaſterio ad miniſterium aliquod obeundum, puniatur. Sin autem perſeueret, deponatur. Si verò etiam in ſuburbanis mulieres eſſe contigerit, & voluerit Epiſcopo vel monaſterij præfectus illic iter facere, præſente Epiſcopo vel monaſterij præfecto, mulier eo tempore nullo modo miniſterium obeat,* E *ſed alio in loco ſeorſum degat, donec receſſerit Epiſcopus, vt omnis reprehenſionis occaſio vitetur.* Idem prohibet can.22. monachis, vt dicemus dictione Monachus. Idem Concilium MOGVNTINENSE I. ſub Carolo Magno, cap.10. & 49. Hinc Concilium AQVISGRAVENSE I. ſub Ludouico I. Imperatore, can.98. ſummopere laudat illud Hieronymi ex epiſtola ad Oceanum, *Primum quidem teſtamenta clericorum, fœminarum frequenter acceſſus. Iſte ſexus reprehenſibiles exhibet clericos. Quid tibi rerum cum fœminis, qui ad altare cum Domino fabularis? Te in publico cuncti, te in agro ruſtici aratores, ac vinitores quotidie lacerabunt, ſi contra depoſitum fidei cum fœminis habitare contendis. Nunquid*

Concilium Toletanum 4.
Concilium Toletanum 8.

Concilium Bracarenſe 3.
Rigidior lex ſtatuitur, propter ſubintrantes abuſus. Atque vt nam ſaltem modo etiã prior obſeruaretur.

° ille ſolutus

Concilium Conſtantinop. 3. dictum generale. in Trullo.
Concilium Francicum, id eſt in Francia celebratum.

Concilium Sueſſionenſe apud Abbatiam S. Medardi.
Concilium Forojulienſe.

Concilium Rhemenſe.

Concilium Nicænum 2. dictum 7. generale.
1. Corinth. 10.

Concilium Moguntin. 1.
Concilium Aquiſgranenſ. 1.
Hieronymus Stridonenſis.

in choro Apoſtolorum fœminæ affuerunt. Prohibe virgines tecum commorari, etiam quæ de genere tuo ſunt. Dilige eas, exteriùs ordina, frequenter viſita in ſanctus obſequio clericorum, ne dum ſecretaliter ac ſolus ingrederis, macules teſtimonium tuum. Aliter namque coniugatis, aliter virgines & continentes edocentur Eccleſiaſticum ſubire monaſterium & onus, fœminarum cum clericis nullo modo coniuncta præcipitur conuerſatio, ianua diaboli, via iniquitatis, ſcorpionis percuſſio, nociuumq́; genus eſt fœmina: cum proximat, ſtimulat, incendit ignem, flammigero igne percutit fœmina conſcientiam pariter habitantis, exuritq́; fundamenta montium. Ego iudico ſi cum viris fœminæ habitent, viſtrinum non deerit diaboli. Et ISIDORVS HISPALENSIS lib. 2. de Eccleſiaſti officiis, cap. 2. Idem omnino loquitur, quem breuitatis ſtudio ſubticemus. Porrò hæc eadem interdicit clericis Concilium AQVISGRANENSE II. cap. 7. De ordine rectorum, & ſimiliter adhuc, cap. 11. eiuſdem loci. Idem Concilium MOGVNTINVM III. ſub Arnulpho Imperatore, cap. 10. *Vt clericis* (ait) *interdicatur mulieres in domo ſua habere, omnimodis decernimus. Quamuis etiã ſacri canones quaſdam perſonas fœminarum ſimul cum clericis in vna domo habitare permittant, tamen (quod multùm dolendum eſt) ſæpe audiuimus per illam conceſſionem plurima ſcelera eſſe commiſſa: ita vt quidam ſacerdotum cum propriis ſororibus concumbentes, filios ex eis generaſſent. Et idcirco conſtituit hæc ſancta ſynodus, vt nullus presbyter vllam fœminam ſecum in domo propria permittat, quatenus occaſio malæ ſuſpicionis, vel facti iniqui, penitus auferatur.* Idem omnino renouat Concilium NAVVATENSE, cap. 3. eadem ſtatuit & GREGORIVS VII. vt teſtatur MARIANVS SCOTVS in eius vita. Idem & poſteà Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. part. 1. cap. 11. & allegatur à Gratiano diſt. 32. cap. interdiximus, & diſtin. 81. cap. volumus. Idem interdicit clericis Concilium OXONIENSE in Anglia, cap. 27. Ne ſcilicet in hoſpitiis ſuis publicè tenere concubinas præſumãt, nec alibi cum ſcandalo acceſſum habere ad eaſdem: & concubinis denegentur Eccleſiaſtica ſacramenta. ſi fortè ab eis non receſſerint, & clerici beneficiorum & officij priuatione mulctentur. Eadem quæ ſuperiùs commemorata ſunt, ne diutiùs, te lector, protraham, renouat Concilium COLONIENSE III. parte 5. cap. 28. & Concilium TRIDENTINVM generale nouiſſimum ſeſſione 25. quæ fuit 9. ſub Pio IV. cap. 14. decreti reformationis. Poteris ſi licet tibi cordi ſedet, ea omnia percurrere, quæ fideliter annotamus. Vide etiam infrà, Fornicatio, Concubinarius, & Cœlibatus, & ſeq.

Fœminarum inſidiæ, & virus peſtiferũ.

Iſidorus Hiſpalenſis.

Concilium Aquiſgran. 2.

Concilium Moguntin. 4.

Horrendum ſcelus, & piaculum nefandum.

Concilium Nauuatenſe.
Gregorius 7.
Marianus Scotus.

Concilium Lateranen. ſub Alexandro 3.

Concilium Oxonienſe.

Concilium Colonienſe 3.
Concilium Tridentinũ generale vltimũ.

Clericorum vxores.] Vide Vxor.

Clerici nubentes & coniugati.] Quandoquidem in partibus Orientis clerici vxores habent, antequam ad ſacerdotium eligantur, nec eas in ſacerdotio & clericatu relinquunt, licet poſt illarum mortem non poſſint matrimonium iterare (vt diximus vocabulo Bigamus, & infrà, Cœlibatus) dicetur, quæ tam Latinos, quàm Græcos decreta concernant ſuper negotio euiuſmodi. Celeriter expediendũ eſt: quod deerit, prætaxatis vocabulis reperietur inſertum. Itaque Concilium TVRONENSE I. ſub Leone I. cano. 4. *Clericus cui datur nubendi licentia, interruptam non accipiat vxorem. Quod ſi fecerit, vltimum in officio clericali teneat locum.* Hinc Concilium GERVNDENSE in Hiſpania, cano. 6. *De conuerſatione vitæ clericorum* (id ſtatuere placuit à Pontifice, vſque ad ſubdiaconatum, poſt ſuſcepti honoris officium, ſi quis ex coniugatis fuerit ordinatus, vt ſemper alterius fratris vtatur auxilio, cuius teſtimonio vita eius debeat clarior apparere.* Porrò Concilium AVRELIANENSE III. can. 7. ſtatuit, vt clerici excommunicentur, qui nubent poſt ſuſceptum ſacrum ordinem, cùm antea non habuerint vxores. Lege Cœlibatus. Idem & Concilium MATISCONENSE I. cano. 11. Lege Cœlibatus. Hinc etiam Concilium TOLETANVM IV. canu. 43. allegatur à Gratiano, cauſa 23. quæſt. 8. cap. Clerici, *Clerici qui ſine conſultu Epiſcopi ſui, vxores duxerint, aut viduam, aut repudiatam, aut meretricem in coniugium acceperint, ſeparari eos à proprio Epiſcopo oportebit.* Vide etiam in ſingulis vocabulis, Preſbyter, Diaconus, Subdiaconus, Bigamus, Cœlibatus, &c.

Concilium Turonenſe 1.

Concilium Gerundenſe.

Concilium Aurelianenſ. 3

Concilium Matiſconenſ. 1.

Concilium Toletanum 4.

Clericorum immunitas & libertas.] Diximus copioſè de huiuſmodi in vocabulo Immunitas, Exactio, &c. Verumtamen ſic Concilium TOLETANVM IV. cano. 46. *Præcipiente Domino noſtro atque excellentiſſimo Siſenando rege, id conſtituit ſanctum Concilium, vt omnes ingenui clerici, pro officio religionis, ab omni publica indictione atque labore habeantur immunes, vt liberi Deo ſeruiãt, nullaq́; prædicta neceſſitate ab Eccleſiaſticis officiis retrahantur.* Vide locis, Exactio, Decimæ, Immunitas, & reliquis. Sed & coniunge ſequentia.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

Clerici à ſecularibus oneribus, aut exactionibus non grauentur.] Hoc ex ſuperiori dependet & locis aſſignatis correſpondet. Sic ergo Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. parte 1. cap. 19. *Graue nimis eſt* (ait) *quod qui poteſtatem habere videntur, tot Eccleſiis frequenter onera imponunt, & ita grauibus eas crebriſq́; exactionibus premunt, vt deterioris conditionis factum ſub eis ſacerdotium videatur, quàm ſub Pharaone fuerit, qui diuinæ legis notitiam non habebat. Ille quidem omnibus aliis ſeruituti ſubiectis, ſacerdotes ſuos & eorum poſſeſſiones in priſtina libertate dimiſit, & de publico eis alimoniam miniſtrauit: iſti verò vniuerſa ferè onera ſua imponunt Eccleſiis, & tot angariis eas affligunt, vt illud eis, quod Hieremias deplorat, cõpetere videatur: Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. Siue quidem foſſata, ſiue expeditiones, ſiue quælibet alia ſibi arbitrantur agenda, de bonis Eccleſiarum, clericorum, & pauperum Chriſti vſibus deputatis, cuncta volunt ferè compleri. Et ita iuriſdictionem & authoritatem prælatorum euacuant, vt nihil poteſtatis eis in ſuis videatur hominibus remanſiſſe, Dei timorem, & Eccleſiaſtici ordinis abiicientes reuerentiam. Quocirca ſub anathematis diſtrictione ſeueriùs prohibemus, ne de cætero talia præſumãt attentare, niſi Epiſcopus & clerus tantam neceſſitatem vel vtilitatem adſpexerint, vt abſque coactione ad releuãdas communes neceſſitates, vbi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per Eccleſias exiſtiment conferenda. Si autem conſules, aut alij de cætero id præſumpſerint, & commoniti, deſiſtere forte noluerint, tam ipſi, quàm eorum fautores excommunicationi ſe nouerint ſubiacere. Nec communicationi fidelium reddantur, niſi ſatisfactionem fecerint competentem.* Hoc decretum iiſdem replicat, & renouat Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III. Patrum 1215. cann. 46. Quia verò hi qui exactiones imponunt, vt ſuperiùs dictum eſt, excommunicationi ſubduntur, nec tamen videntur emendare quod malè committunt, *Quoniam verò* (ait) *nec ſic quorundam malitia contra Dei Eccleſiam conquieuit, adiicimus vt conſtitutiones & ſententiæ, quæ ab excommu-*

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3. Theano 1.

Heu quàm hoc onere noſtrum deſudat ſeculum.

Concilium generaliſſimum Lateranenſe ſub Innocentio 3. Patrum mirã dictu 1215. ex eorum debis pag. 5.

nicatis

Hæ diligenter conſtitutiones annotandæ.

nicatis eiuſmodi, vel de ipſorum mandato fuerint promulgata, maneat & irrita habeantur, nullo vnquam tempore valitura. Caterùm quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent, nullus vano decipiatur errore, vt infrà tempus regiminis ſuſcipiat anathema, quaſi poſt illud non ſit ad ſatisfactionem debitam compellendus. Nam & ipſum, qui ſatisfacere recuſauerit, & ſucceſſorem ipſius, ſi non ſatisfecerit infra menſem manere decernimus Eccleſiaſtica cenſura concluſum, donec ſatisfecerit competenter cùm ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore. Plura vide, Exactio. Porrò ea omnia confirmat Conciliũ Basileense generale, & allegat præfatum Lateranenſe decretum ſub Alexandro III. in Karolina quam vocát Patres eiuſdem Concilij: & multa alia allegant quæ videbis inſerta dictione, Exactio, Lege & Eccleſiæ immunitas, &c.

Concilium Baſileenſe generale.

Clerici fiſci.] Concilium Toletanvm III. cano. 8. *Iubente atque conſentiente domino Riccardo Rege, ad præcepit ſacerdotale Concilium, vt clericos ex familiis fiſci nullus audeat à Principe, donatos expetere, ſed tradito capitis ſui tributo, Eccleſia Dei cui ſunt allegati, vſque dum viuant regulariter adminiſtrent.* Et canone 15. de ſeruis fiſcalibus fit mentio, qui ſi fortè de ſua paupertate Eccleſias conſtruxerint, & ditauerint, hoc procuret Epiſcopus prece ſua, authoritate glorioſi Principis confirmari. Vide adhuc vocabulum Fiſcus.

Concilium Toletanum 3. ſub Pelagio 2.

Clerici vt beneficia debeant poſsidere.] Vide Beneficia.

Clerici ſi facultates valeant alienare potiſsimum, Eccleſiæ.] Vide Facultates Eccleſiæ non alienandæ, & teſtamentum.

Clerici non cogantur præſtare iuramentum.] Vide Iuramentum.

Clericorum tonſura.] Vide Tonſura.

Clericorum lapſus.] Vide Lapſus.

Clerici ignari.] Vide Ignorantia.

Clerici qui miniſterio ſuo ſunt indigni.] Vide Ordinandi probentur ex cano. 8. Concilij primi Arauſicani. Et Concilium Toletanvm III. cano. 1. Permaneant in ſuo, *Nullus deinceps ad promerendos honores Eccleſiaſticos contra canonum ſtatuta aſpiret indignus. Nihil ex hoc fiat, quod ſancti Patres ſpiritu Dei pleni, ſanxerunt debere non fieri. Et qui præſumpſerit, ſeueritate priorum canonum diſtringatur.* Plura vide vocabulo, Ordinandus.

Concilium Arauſicanum 1. Concilium Toletanum 3. ſub Pelagio 2.

Clericorum ordinatio cui competit.] Lege Ordo & Ordinatio, ex Concilio II. Hiſpalenſi. cap. 5. & aliis.

Concilium Hiſpalenſe 2.

Clerici non ordinentur inuiti.] Sicut de monachis dicetur ſuo loco, ſic clerici nunquam debent inuiti conſecrari. Ideo ſic Simplicivs I. epiſto. 2. quæ eſt ad Ioannem Epiſcopum Rauennatenſem, vbi eum increpat, quòd quendam Gregorium traxerat ad Epiſcopatum, & ordinauerat conſenſum non præbentem, & decretum facit quod allegat Gratianus cauſa 25. quæſt. 2. cap. Denunciamus. *Denunciamus* (ait) *quòd ſi poſthac quicquam tale præſumpſeris, & aliquem ſeu Epiſcopum, ſeu Presbyterum, ſeu Diaconum inuitum facere fortè credideris, ordinationes tibi Rauennatis Eccleſiæ, vel Æmilienſis noueris auferendas.* Hinc Concilium Avrelianense III. cap. 7. *Clericus qui reclamans vel inuitus fuerit ordinatus, & contingat poſt ordinationem crediderit eligendum, ab officio quidem deponatur, ſed non à communione pellatur. Epiſcopus autem, qui inuitum aut reclamantem præſumpſerit ordinare, annali pœnitentia ſubditus, miſſas facere non præſumat.* Idem Concilium Mo-

Simplicius 1.

Non modò vi trahuntur, ſed vltro ſe ingerunt vi & violentia.

Concilium Aurelianenſe ſub Vigilio 1 allegatur à Gratiano diſt. 74. cap. Epiſcop.

A gvntinvm I. ſub Carolo Magno. cap. 23. vbi ſtatuitur, quòd ſi liberi ſunt, ita permaneant, & deinceps nullus tondeatur, ſine legitima ætate, & ſpontanea voluntate, &c. Vide ſequentia.

Concilium Moguntin. 1. ſub Carolo Magno.

Clerici ordinem ſeruent & gradum.] Vide Ordo, & Epiſcopus.

Clericis inferioris ordinis ſacra non contrectent.] Hoc exprimitur in ſingulis dictionibus. Verumtamen quod generaliter de omnibus dicitur, hîc annectere libuit. Concilium Romanvm II. ſub Syluestro 284. Epiſcoporum, cap. 9. action 1. *Nullus lector, vel Oſtiarius, vaſa ſacrata contingat: nullus Acolytus rem ſacratam à presbytero iam alio porrigat, niſi tantùm ſupportet*

Concilium Romanũ 2. ſub Syluestro.

B *quod ei ſacerdos imponat ſuo ore benedictum.* Et Concilium Laodicenvm cano. 21. *Non oportet ſubdiaconos* (eis modo permittitur) *habere locum in Diaconio, & Dominica vaſa contingere.* Hoc allegat Gratianus diſtin. 23. cap. Non oportet. Idem cano. 25. & allegatur à Gratiano diſtinct. 63. cap. Non oportet. *Non oportet miniſtros panem dare, nec calicem benedicere.* In alia editione legitur, *Non oportet ſubdiaconos*, quod confirmat Concilium Aqvisgranense I. cap. 78. Nam hunc citans canonem, legit *Subdiaconos*, quod iam ex ſuperiori canone intimatur. Porrò idẽ refert Concilium Agathense cano. 66. Lege Subdiaconus: ſic autem ait Concilium Agathenſe, &

Concilium Laodicenum.

Concilium Aquiſgranen. 1

Concilium Agathenſe.

C allegatur à Gratiano diſtinct. 32. cap. Non oportet. *Non oportet* (ait) *inſacratos miniſtros licentiam habere in ſecretarium ingredi (quod Græci Diaconion appellant) & contingere vaſa Dominica.* Vide Subdiaconus, & reliqua vocabula, vt Lector, &c.

Clerici ſibi inuicem deferant.] Vide Ordo: ſed hoc Concilium Agathense ſic iubet cano. 65. allegatur à Gratiano diſtinct. 93. cap. Non oportet. *Non oportet, Diaconum ſedere præſente presbytero, ſed ex iuſſione presbyteri ſedeat. Similiter autem honorificetur Diaconus à miniſtris inferioribus, & omnibus clericis.* Idem recenſet Martinvs Bracarensis in Collectorio ſuo, cap. 40. Porrò in initio huius dictionis iam de huiuſmo-

Concilium Agathenſe.

Martinus Bracarenſis.

D di ordine locuti ſumus. Vide Ordo.

Clericorum ſtipendia quæ.] Concilium Agathense cano. 36. allegatur à Gratiano, cauſa 1. quæſt. 2. cap. Clerici, *Clerici omnes qui Eccleſiæ fideliter vigilanterq; deſeruiunt, ſtipendia ſanctis laboribus debita, ſecundum ſeruitij ſui meritum, vel ordinationem canonum à ſacerdotibus cõſequantur.* Hoc pleniùs ex Concilio Carpentoractenas ſub Leo I. cano. 1. colligitur & ex aliis decretis, quæ inſeruimus in dictione, Facultates Eccleſiæ vendendæ, &c. & ex Gelasio I. epiſt. 2. ad Epiſcopos Siculos. cap. 1. Vide ibid. Vide quoque de ſtipendiis decretum Concilij Valentini Hispaniæ in voca-

Concilium Agathenſe.

Concilium Carpẽtoractenſe.

Gelaſius 1.

E bulo, Epiſcopus defunctus, &c. & in dictione, Precariæ, ex Concilio Toletano VI. can. 5. Hinc Concilium Aqvisgranense I. ſub Ludouico I. Imperatore, cap. 107. allegat Prosperum Aqvitanicvm lib. 2. de vita cõtemplatiua, cap. 10. *Si quilibet miniſter Eccleſiæ non habet vnde viuat, non ei reddit hic, ſed neceſſaria præſtat Eccleſia, vt in futuro præmium laboris ſui recipiat, quod in hac vita iam ſpe dominicæ promiſſionis expectat. Illi quoque, qui velut idonei, nihil ſibi quidem dari velut debitum poſcunt, ſed tamen Eccleſiæ ſumptibus viuunt, non eſt meum dicere quali peccato cibos pauperum præſumendo ſuſcipiunt, qui Eccleſiam quam iuuare de propriis facultatibus debuerant, ſuis expenſis*

Valentinum 1. Hiſpaniæ.

Concilium Toletanum 6.

Concilium Aquiſgran. 1. Proſper Aquitanicus.

Hæc talibus plenius eſt ac... bus

inſuper grauant propter hoc fortaſſis in congregatione viuentes, ne aliquos pauperes paſcant, ne aduenientes excipiãt, aut ne ſuum cenſum expenſis quotidianis imminuant. IDEM Proſper lib.2.cap.11. & 12. plura de ſtipendiis clericorum tractat, ſicut prædictum Concilium allegat, cap.220. vide Canonicus. Hinc etiam Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III. cap.32. iuber Patronis ceu Curatis, Presbyteris Eccleſiæ ſoæ portionem aſſignare de reditibus Eccleſiæ, ſufficientem, vt ex ea poſſint congruè ſuſtentari, cùm ſcriptum ſit: non alligabis os boui trituranti: ſed qui altari ſeruit, viuere debet de altari. Porrò Concilium SENONENSE, cap.10. Conſtitutionum ſtipendia & diſtributiones clericis, diuina officia celebrantibus, ſufficientes aſſignari iubet, *Reſidentes* (aiunt) *& diuino officio intereſſentes, ſecundum menſuram laborum plus minuſue capiant emolumenti, ſub obteſtatione diuini iudicij, omnibus præcipientes, vt reſpectu huiuſmodi quotidianarum diſtributionum iuxta antiqua ſacrorum & Patrum decreta obſeruari faciant.* IDEM iterum cap.20. & 21. repetit, iubens vt tollatur abuſus circa quotidianas diſtributiones, quibus potitur ille qui vna dumtaxat hora præſens affuerit, ac ſi cum reliquis quotidie officio intereſſet, ſed diſtributiones cuique ſecundum menſuram donentur. Atque iubent vt canonici, cùm primùm recepti ſunt in conſortium capituli, ſuos fructus integrè recipiant ſine dilatione, aut expectatione per aliquot annos. Hoc iterum ſimili forma verborum confirmat Concilium MOGVNTINVM IV. cap.70. Vide vocabulum, Facultates Eccleſiæ vt diſpenſandæ: & Precariæ, & Canonicus, & quod ſequitur, quia ſuperioribus necti debet.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. Patrum ·215.

Deuteron 25. 1.Corinth.9.

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato Cancellar.

Hæc digna lectione.

Concilium Moguntin. 4.

Clerici diuinis interſint, aliàs ſtipendiis careant.] Vide Canonicus, & aliis locis. Hinc Concilium CARTHAGINENSE IV. can.49. *Clericus qui abſque corpuſculi ſui inæqualitate vigiliis deeſt, ſtipendiis priuetur.* Et CARTHAGINENSE V. cano.5. *Presbyter, vel Diaconus, vel quilibet Eccleſiæ deputatus clericus, ſi intra ciuitatem fuerit, vel in loco in quo Eccleſia eſt, aut caſtella, aut vici ſunt, aut villa, ſi ad Eccleſiam, aut ad ſacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur, ſi caſtigatus, per ſatisfactionem veniam ab Epiſcopo noluit promereri.* Et Concilium AGATHENSE cano.64. allegatur à Gratiano, cauſa 7. quæſt.1. cap. ſi quis, & à MARTINO BRACARENSI in Collectorio, cap. 63. & 64. & iterum à Gratiano Carthaginenſe 5. præfatum allegatur diſt 92. cap. Si quis, *Si quis* (ait Agathenſe Concilium) *in clero conſtitutus, ab Eccleſia ſua diebus ſolennibus defuerit, id eſt, natiuitate Domini, Epiphania, Paſcha, vel Pentecoſte, dum potius * ſingulari lucro ſtudet, quam ſeruitio * ſuo parere, conuenit vt triennio à communione ſuſpendatur. Similiter Diaconus vel presbyter, ſi per tres hebdomadas ab Eccleſia ſua defuerit, huic damnationi ſuccumbat.* Idem & de Parocho ſtatuit ELIBERTINVM Concilium, cap.21. Vide ſuis locis infrà. Hinc Concilium VENETICVM cano.14. *Clericus, quem intra muros ciuitatis ſua manere conſtiterit, & matutinis hymnis, ſine probabili excuſatione ægritudinis, inuentus fuerit defuiſſe, ſeptem diebus à communione habeatur extraneus, quia miniſtrum ſacrorum eo tempore, quo non poteſt eum ab officio vlla honeſta neceſſitas occupare, fas non eſt à ſalubri opere ceſſare.* Hinc Concilium AVRELIANENSE I. cano.30. & allegatur à Gratiano diſtinct 91. cap. Clerici. *Clerici qui ad opus ſanctum adeſſe contempſerint, ſecundum arbitrium Epiſcopi Eccleſiaſticam ſuſcipiant diſciplinam.* Et AVRELIANENSE II. cano.14. *Clerici qui officium ſuum implere deſpiciunt, aut vice ſua ad Eccleſiam venire detrectant, loci ſui è dignitate priuentur.* Et AVRELIANENSE III. cano.11. *Si qui clerici miniſteria ſuſcepta, quacunque occaſione agere, ſicut & reliqui, detrectant, & excuſationem de patrociniis quorumcunque, ne officium impleant, prætendunt, ac ſacerdotes ſuos ſub huiuſmodi cauſa æſtimant per inobedientiam contemnendos, inter reliquos clericos canonicos, ne hac licentia alij vtantur, nullatenus habeantur, neque ex rebus Eccleſiaſticis ſtipendia, aut munera vlla percipiant.* IDEM & cano.19. *Si quis aut ſuperbia elatus officium ſuum indignatione quacunque implere noluerit, laica communione contentus, tandiu ab officio ſuſpendatur, donec Epiſcopo digna pœnitentia ſatisfecerit.* Hinc & Concilium SENONENSE, cap.10. iubet dari ſtipendia & diſtributiones ſufficientes his, qui officiis diuinis interfuerint. Illam conſuetudinem nihilominus Eccleſiis nociuam, & cultui diuino detrahentem, reuocant & caſſant, qua Eccleſiarum canonici, abſentes per intereſſentiam vnius Dei, groſſos fructus totius anni percipiunt. Vnde multa ſcandala oriuntur, & officiũ, propter quod beneficium datur, omittitur quibuſdam clericis admodum ignaris, tenui pretio conductis, quibus cura diuini officij committitur, dum illi ad ſuas voluptates explendas vagando diſcurrunt. Iubentur ergo aut Eccleſiis ſeruire, & intereſſe diuinis, aut dictis fructibus priuentur, & in quotidianas diſtributiones aſſiſtentium conuertantur. Hoc renouat Concilium COLONIENSE III. cap. 12. & 13. & COLONIENSE IV. cap.24. cenſuræ de abuſibus reformandis, *Statuimus* (ait) *vt illi ſoli, qui horis diuinis, aut defunctorum exequiis, ſeu memoriis, à principio ad finem vſque interſunt, idq́; in habitu, qualem temporis & perſonæ conditio requirit, diſtributiones percipiant, niſi iuſta cauſa ſit, quare ante officium finitum diſcedant, aut tardius ipſum accedant, &c. Et hoc contra quoſdam, qui quando ſunt pingues diſtributiones, chorum ad breue tantummodo tempus, quo ſui præſentiam teſtentur, ingrediuntur, nec officium totum perſoluunt, ſed continuo egreſſi chorum aut obambulant in Eccleſia, aut ad aliã, qua ſimul beneficium habent, celeri tranſitu ſe proripiunt vbi ſimiliter ſe fuiſſe præſentes, quo duarum Eccleſiarum diſtributiones, pro eodem officio, integras percipiant, cùm in nulla officium perſoluerint, vnde colligitur illos pecunia, non Chriſto ſeruire. Atque ter peccant. Primùm cupiditate. Deinde diuini cultus negligẽtia. Tertiò exemplo prauo: vt tranſgreſſiones canonum prætereamus, qui pluralitatem præbendarum & beneficiorum* (vide Beneficiorum pluralitas) *interdicunt.* Idem Concilium MOGVNTINVM IV. cap.70. & 71. & 72. agit de his, qui reſidentiam fecerint vt ſuis diſtributionibus gaudeant, qui verò abſentes fuerint, ſi non neceſſitas eos coëgerit, fructibus prouentuum priuentur. Addi locum. Idem renouat & confirmat Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 21. quæ fuit 5. ſub Pio IV. cano 3. decreti reformationis, vbi & ſtatuit quòd, ſi diſtributiones ita tenues fuerint, vt veriſimiliter negligãtur, tertia pars fructuum prouentuum & obuentionum, tam dignitatum quam canonicatuum, perſonatuum portionum, &c. ſeparentur, & in diſtributiones quotidianas conuertantur, & his diuidantur qui diuino officio interfuerint, ſaluis conſuetudinibus Eccleſiarum, in quibus non reſidentes, ſeu non ſeruientes, nihil, vel minus tertia parte

Concilium Carthag.4.

Concilium Carthah.5.

Concilium Agathenſe. Martinus Bracarenſis.

* ſecularibus lucris ſtudet.
* Dei

Concilium Elibertinum.
Concilium Veneticum.

Concilium Aurelianenſ. 1 ſub Hormiſda.

Concil. Aurelianen.

Concilium Aurelianenſ. 3

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato Legato.

O Deus bone, quàm magnè hæc conſtitutio vilipenditur!

Concilium Colonienſe 3
Concilium Colonienſe 4.

O ſanctè ſipiè & integrè obſeruentur.

Ruina deflenda canonicorum & clericorum noſtrorũ.

Concilium Moguntin. 4.

Concilium Tridentinum generale nouiſſimum.

perci

percipiunt, non obſtantibus exemptionibus, conſtitutionibus, & appellationibus quibuſcunque. Vide plura dictione. Officium diuinum, Reſidentia, Canonicus, & ſequentia.

Clerici in ciuitate ſua dies feſtos celebrent præcipuos.] Hoc ex præcedenti pagina ſatis innoteſcit. Hoc idem iniungitur etiam laicis, & Parochis vt dicemus ſuis in locis. Ideò hic, hoc ſolum libet apponere: quod ſtatuit Concilium ARVERNENSE cano. 14 & allegat Burchardus lib. 2. Decretorum, cap. 23. *Si quis (ait) ex presbyteris, aut Diaconis, qui neque in ciuitate, neque in parochiis canonicus eſſe dignoſcitur, ſed in villulis habitans, in oratorio ſancto deſeruiens celebrat diuina myſteria, feſtiuitates præcipuas, Domini natale, Paſcha, Pentecoſten, & ſi quæ ſunt principales feſtiuitates reliquæ, nullatenus alibi niſi cum Epiſcopo ſuo in ciuitate teneat. Quicunque ſunt etiam ciues natu maiores, &c.* Vide dies feſti & locis ſuperiùs ex Agathenſi Concilio annotatis. Vide hinc, Dies feſti.

Concilium Aruernenſe.

Clerici ab Eccleſiis longo tempore non abſententur.] Vide Parochus, Presbyter, & Reſidentia, & quod ſuperiùs protulimus.

Clericorum negligentia corripiatur.] CANON APOSTOLORVM 37. vt citabimus in dictione. Epiſcopi ſocordes &c.

Canon Apoſtolorum 37.

Clerici diſpenſatores pauperum Epiſcopo pareant.] Vide Obedientia & Oeconomos, & Egenus, & Epiſcopus. Verumtamen ſic Concilium CHALCEDONENSE cano. 8. actio. 15. allegatur à Gratiano, cauſa 18. quæſt. 2. cap. Clerici, *Clerici qui præficiuntur Ptochodochiis, qui ordinantur in Baſilicis martyrum, & in monaſteriis, ſub Epiſcoporum qui in vnaquaque ciuitatum ſunt, ſecundum ſanctorum Patrum traditiones, poteſtate permaneant, nec per contumaciam ab Epiſcopo ſuo diſſiliant. Qui verò audent euertere huiuſcemodi formam quocunque modo, nec proprio ſubiiciuntur Epiſcopo, ſiquidem clerici ſunt, canonum correptionibus ſubiacebunt* ſi verò laici, vel monachi, communione priuentur.

Concilium Chalcedonenſe generale.

Clerici tranſmarini an recipiendi.] Dicemus de his in vocabulo. Epiſcopo & Peregrinus, verumtamen vide quid dicemus dictione, Tranſmarinus.

Clerici non facilè expellendi.] Hoc prohibet COELESTINVS I. epiſtola 2. ad Galliæ Viennenſis & Narbonenſis Epiſcopos, cap. 4. vt dicemus in vocabulo Metropolitanus. Hinc Concilium HISPALENSE II. ſub Honorio I. canone 6. Siquidem in hoc Concilio reſtitutus eſt Fragitanus Cordubenſis Eccleſiæ presbyter, eo quod à ſuo iniuſtè eſſet Epiſcopo deiectus, & lex promulgata, ne vlteriùs contra ſynodalia decreta vllus Epiſcoporum ſine Concilij examine deiicere quemlibet presbyterum, vel diaconum audeat, *Nam multi ſunt (ait) qui indiſcuſſos poteſtate tyrannica, non authoritate canonica damnant. Et ſicut nonnullos gratia fauoris ſublimant, ita quoſdam odio inuidiaq; permoti humiliant, & ad leuem opinionis aurem condemnant, quorum crimen non approbant. Epiſcopus enim ſacerdotibus ac miniſtris ſolus honorem dare poteſt, auferre ſolus non poteſt. Si enim hi qui in ſeculo à Dominis ſuis honorē libertatis adepti ſunt, in ſeruitutis nexum non reſoluuntur, niſi publicè apud prætores, tribunali foro fuerint accuſati: quantò magis hi qui diuinis altaribus conſecrati, honore Eccleſiaſtico decorantur? qui profectò nec ab vno damnari, nec vno iudicante poterũt honoris ſui priuilegiis exui, ſed præſentari ſynodali iudicio, quod canon de illis præceperit definiri.* Vide ſuperiùs in dictio. Clerici eiecti, &c.

Cœleſtinus I.

Concilium Hiſpalenſe 2.

Clerici egeni vt fouendi.] Vide vocabulum, Pauper.

Clericis monaſterium ſi intrare liceat.] In dictione Monaſterium, dicetur, quia omnibus licet monaſticam vitam eligere. Verumtamen decreta Patrum, clericos concernentia hîc libet apponere. Concilium CAESARAVGVSTANVM HISPANIÆ cano. 6. *Si quis clericus propter luxum vanitatisq; præſumptum, de officio ſuo ſponte diſceſſerit, ac velut obſeruatorem legis, monachum videri ſe maluerit eſſe, quam clericum, ita de Eccleſia repellendum, vt niſi rogando atque obſecrãdo plurimis temporibus ſatisfecerit, non recipiatur.* Præterea Conciliũ TOLETANVM IV. cano. 49. allegatur à Gratiano cauſa 19. quæſt. 1 Clerici, *Clerici qui monachorum propoſitum appetunt, quia meliorem vitam ſequi cupiunt, liberos eis ab Epiſcopo in monaſteriis largiri oportet ingreſſus, nec interdici propoſitum eorum, qui ad contemplationis deſiderium tranſire nituntur.* Lege & coniunge ſequentia. Et reliquum vide, Monachus.

Concilium Cæſaraguſtanum Hiſpaniæ.

Concilium Toletanum 4.

Clerici monachi effecti, an poſsint ante profeſsionem Eccleſias repetere.] ALEXANDER III. ad Herefordienſem Epiſcopum parte 22. Concilij Lateranenſis ſub eodem celebrati, cap. 8. *Super eo quod quæſitum erat à nobis ex parte tua, vtrum ſacerdotes qui religionis habitum ſuſceperunt, & antequam eſſent vinculo profeſſionis aſtricti, ad priorem ſtatum reuerſi ſunt, permittendi ſint Eccleſias & curam animarum habere: & an clerici, ſi monachicum habitum ante oblatum profeſſionis libellum deferunt, ad ſacros ordines promoueri, & ad gubernationem animarum poſſint aſſumi: ſanctitati tuæ taliter reſpondemus. Quod ſi auſteritatem religionis, ad quam migraſſe noſcuntur, ſeruare noluerint, ad minorem religionem tranſire cogendi ſunt, nec ampliùs in Eccleſiis ſecularibus debent aſſumi, ne contra votum quod Domino fecerunt, in animarum ſuarum periculum probentur venire. Verumtamen ſi ante ſuſceptum habitum, in probatione poſiti, recedere voluerint, ſecundum regulam beati* BENEDICTI *non videntur prohiberi ad priorem ſtatum redire. Sed illa videntur præcipere, vt in eadem veſte redeant, in qua venerunt (nam in laicali veſte probantur) &c.* Vide Monachos.

Alexander 3.

Accipe hoc de his, qui votum religionis non ceperunt.

Benedictus Caſſinenſis.

Clericus pro reatu à communione ſe abſtinens.] Concilium AVRELIANENSE I. cano. 14. allegatur à Gratiano diſtio. 81. *Si Diaconus, vel Presbyter, pro reatu ſuo ſe ab altaris communione ſub pœnitentis profeſſione ſubmouerit, hic quoque, ſi alij defuerint, & cauſa certæ neceſſitatis exoritur, poſcentem baptiſmum liceat baptizare.* Vide Cõmun.

Concilium Aurelianenſe 1.

Clerici in carnis fragilitatem lapſi.] Vide lapſus, & quod ſuperiùs diximus ne mulieres habeant clerici, & infrà Fornicatio. Sic autem Concilium ILERDENSE cano. 5. allegatur à Gratiano diſtinct. 50. cap. hi qui, & cauſa 15. quæſt. 8. Hi qui, *Hi qui altario deſeruiunt Dei, ſi ſubitò in flenda carnis fragilitate corruerint, & Domino reſpiciente dignè pœnituerint, ita vt mortificato corpore, cordis ſacrificium Deo offerant, maneat in poteſtate Pontificis, vel veraciter afflictos non diu ſuſpendere, vel deſidioſos prolixiore tempore ab Eccleſiæ corpore ſegregare, ita tamen vt ſic officiorum ſuorum loca recipiant, ne poſſint ad altiora officia vlteriùs promoueri. Quod ſi iteratò, velut canes ad vomitum, & velut ſues, in volutabris luti iacuerint, non ſolùm dignitate officij careant, ſed etiam ſanctam cõmunionem, niſi in exitu, non percipiant.* Vide locis ſuperiùs aſſignatis.

Concilium Ilerdenſe ſub Theodorico rege & Symmacho Papa.

2. Pet. 2.

Clericis lapſis non imponantur manus,

ut pœnitentibus.] Diximus in dictione, Pœnitens: quia reconciliantur manus impoſitione de clericis aut lapſis, & pœnitentibus. Vide dictione, Lapſus, ſic ſtatuit LEO I. epiſt. 90. ad Narbonenſem Epiſcopum nomine Ruſticum. cap. 2. allegatur à Gratiano diſtinct. 50. cap. Alienum eſt, *Alienum eſt a conſuetudine Eccleſiaſtica, ut qui in preſbyterali honore aut in Diaconij gradu fuerint conſecrati, hi pro crimine aliquo ſuo, per manus impoſitionem remedium accipiant pœnitendi: quod ſine dubio ex Apoſtolica traditione deſcendit, ſecundum quod ſcriptum eſt: Sacerdos ſi peccauerit, quis orabit pro eo? Vnde huiuſmodi lapſis ad promerendam miſericordiam Dei priuata eſt expetenda ſeceſſio, ubi illis ſatisfactio, ſi fuerit digna, ſit etiam fructuoſa.* Idem omnino INNOCENTIVS I. epiſtola ad Decennium Eugubinum Epiſcopum. cap. 7. & allegatur de Obſecratione diſtinct. 3. De pœnitentibus, &c. Vide in vocabulo, Pœnitentia.

Leo I.

1. Reg. 2.

Innocentius I.

Clerici curiam non ſequantur, aut adeant.] Id exprimitur in dictione Epiſcopus caſtra, &c. & in vocabulo Princeps. Ex Concilio ANTIOCHENO I. can. 11. & allegatur à Gratiano, cauſa 23. quæſt. 8. cap. Si quis Epiſcopus, &c. Idem & Concilium PARISIENSE III. lib. 3. cap. 14. *Ad veſtram pietatem ſuppliciter flagitamus* (Imperatores alloquitur) *ut monachi & preſbyteri, nec non & clerici, qui poſtpoſita canonica authoritate, paſſim palatium adeunt, & veſtris ſacris auribus importuniſſimam moleſtiam inferunt, veſtra authoritate & poteſtate deterreantur, ne hoc facere præſumant, quoniam in huiuſmodi facto, & vigor Eccleſiaſticus contemnitur, & religio ſacerdotalis, & profeſſio monaſtica vilior efficitur.* Idem Concilium AQVISGRANENSE II. cap. 23. ſtatuit, præcipuè de Monachis. *quia hoc* (ait) *à propoſito ipſorum procul abſiſtit.* Vide Monachus.

Concilium Antiochenū I. ſub Iulio I.

Concilium Pariſienſe III.

Concilium Aquiſgranenſe II. ſub Rabano.

Clerici non interſint ſententiis criminalibus.] Concilium MATISCONENSE II. canone 19. *Cognouimus quoſdam clericorum, ad ferales reorum ſententias frequenter accedere, propterea prohibitionis eorum acceſſus hunc canonem protulimus, definientes, ut ad locum examinationis reorū, nullus clericorum accedat, neque interſit atrio ſauciolo, ubi pro reatus ſui qualitate quiſpiam interficiendus eſt. Si tamen nunc aliquis eorum definita contemnens, illuc acceſſerit aut interfuerit, defraudatus honeſti honoris ſtola, illis gregibus examinatorum ſocietur, quos diuinus prætulit myſteriis.* Idem omnino Concilium ANTISIODORENSE I. cano. 33 & 34. Præfatum Matiſconenſe decretum ſic confirmat, & allegat Concilium TOLETANVM IV. can. 30. allegaturque à Gratiano, cauſa 23. quæſt. 8. cap. Sæpe, *Sæpe Principes contra quoſlibet maieſtatis obnoxios, ſacerdotibus negotia ſua committunt. Et quia ſacerdotes a Chriſto ad miniſterium ſalutis electi ſunt, ibi conſentiant regibus fieri iudices ubi iureiurando ſupplicij indulgentia promittitur, non ubi diſcriminis ſententia præparatur. Si quis ergo ſacerdotum, contra hoc commune conſultum, diſcuſſor in alienis periculis extiterit, ſit reus effuſi ſanguinis apud Chriſtum, & apud Eccleſiam perdat proprium gradum.* Vide quoque in dictione, Epiſcopus non ſit reorum iudex. Ex Concilio TOLETANO II. cano. 6. & allegatur à Gratiano, cauſa 23. quæſt. 8. cap. His à quibus. Vbi ſic habetur, *His a quibus Domini ſacramenta tractanda ſunt iudicium ſanguinis agitare non licet: & ideo magnopere * talibus exceſſibus prohibendum eſt, ne indiſcretæ præſumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum eſt, ſententia propria iudicare præſumant, aut truncationes quibuſlibet perſonis, aut per ſe inferant, aut inferendas præcipiant. Quod ſi quiſquam horum immemor præceptorum, aut in Eccleſia ſua familiis, aut in quibuſlibet perſonis tale aliquid fecerit, & conceſſi ordinis honore priuatus & loco, ſub perpetuo damnationis teneatur religatus ergaſtulo. Cui tamen communio exeunti ex hac vita non neganda eſt, propter Domini miſericordiam, qui non vult mortem peccatoris, ſed ut conuertatur & viuat.* Hoc allegat etiam & renouat ALEXANDER III ad Cantuarienſem Archiepiſcopum parte 27. cap. 4. Concilij Lateranenſis ſub eodem celebrati, *Clericis* (ait) *qui ſunt in ſacris ordinibus conſtitutis, iudicium ſanguinis agitare non licet. Vnde prohibemus, ne aut per ſe truncationes membrorum faciant, aut iudicent inferendas. Quod ſi quis tale quid fecerit, honore priuetur & loco. Iubemus etiam ſub interminatione anathematis, ne quis ſacerdos officium habeat vicecomitis, aut præpoſiti ſecularis.* Vt ſuperiùs iam diximus. Clerici negotiis ſecularibus non ſe intricent, &c. Hoc prætereà ſic confirmat Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III. cap. 18. allegatur extra. de, Ne Clerici vel Monachi. &c. *Sententiam ſanguinis nullus clericus dictet aut proferat, ſed nec ſanguinis vindictam exerceat, aut ubi exercetur, interſit. Si quis autem occaſione huiuſmodi ſtatuti, Eccleſiis vel perſonis Eccleſiaſticis aliquod præſumpſerit inferre diſpendium, per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcatur: nec quiſquam clericus literas ſcribat aut dictet pro vindicta ſanguinis deſtinandas: unde in curiis principum hæc ſollicitudo non clericis, ſed laicis committatur.* Vide reliquum Chirurgia, &c. Hoc Concilium OXONIENSE in Anglia renouat ſub eodem Innocentio tertio, capite primo, Ne videlicet. Clerici pro pœna ſanguinis infligenda, literas ſcribere vel dictare præſumant, vel ubi iudicium ſanguinis tractatur, aut exercetur, intereſſe. Additque ne in locis ſacris tractetur iudicium ſanguinis, ſcilicet in Eccleſia, vel cœmeterio. Vide Reus, & Iudex.

Hic notatu digniſſimum.

Concilium Matiſconēſe II. Epiſcoporū 80.

Concilium Antiſidorenſe I.

Concilium Toletanum IV.

Concilium Toletanum II. ſub Vitaliano I.

* talium.

Ezechiel 18. & 33.

Alexander III.

Concilium Lateranēſe ſub Innocentio III. patrum 1215.

Concilium Oxonienſe in Anglia.

Clerici pro iudiciis munera non accipiant] Vide Epiſcopus, & Iudex. Ex Concilio I. TARRACONENSI ſub Fœlice III. canone decimo.

Clerici certis diebus conueniant.] Hoc ſufficienter exprimitur in vocabulis Canonicus, & Horæ canonicæ, & Officium.

Clerici non ſint irriſores.] CANON APOSTOLORVM LVI. Si quis clericus claudum, vel ſurdum, vel ei cui vitioſus eſt inceſſus, irriſerit, ſeparetur. Similiter & laicus. Vide alibi.

Canon Apoſtolorum.

Clericus non ſit percuſſor nec humanum effundat ſanguinem.] CANON APOSTOLORVM 64. *Si quis clericus in pugna pulſatum aliquem uno ictu occiderit, deponatur propter ſuam procliuitatem & temeritatem.* Latiùs vide in vocabulo Cædere, Arma, &c. Porrò Cōcilium ILERDENSE I. ſub Theodorico Rege, cano. 1. allegatur à Gratiano diſtinct. 50. cap. De his clericis. *De his clericis qui in obſeſſionis neceſſitate poſiti fuerint, id ſtatutum eſt qui altari miniſtrant, & Chriſti corpus & ſanguinem tradunt, vel vaſa ſacro officio deputata contrectant, ut ab omni humano ſanguine etiam hoſtili ſe abſtineant. Quòd ſi in hoc inciderint, duobus annis tam officio, quàm cōmunione corporis Domini priuentur: ita ut his duobus annis, vigiliis, ieiuniis, & orationibus, & eleemoſynis pro viribus, quas Dominus donauerit, expientur: & ita demum officio vel communioni*

Canon Apoſtolorum.

Concilium Ilerdenſe ſub Theodorico Rege, & Symmacho I.

*redduntur, ea tamen ratione ne vlterius ad officia potiora promoueantur. Quod ſi * in definito tempore, negligentiores circa ſalutem ſuam extiterint, protelanda ipſius pœnitentiæ tempus in poteſtate maneat ſacerdotis.* Vide Cædere: & Presbyter percuſſor, ſuis loci. Hinc & Concilium TRIBVRIENSE, cano. 11. *Si quis clericus, quamuis inuitus coactus homicidium fecerit, ſiue ſit presbyter, ſiue Diaconus, deponatur. Legimus in canonibus Apoſtolorum, quòd Epiſcopus presbyter & Diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus eſt, deponatur. Quantò magis is, qui hoc immane ſcelus fecerit, ab ordine ceſſare debebit. Si quis autem clericorum præſens erit, vbi homicidium factu, & neque conſenſu, neque conſultu, neque in aliquo homicidij reatu pollutus eſſe comminetur, nihil ei obſit, quin conſecratus in gradu permaneat, non conſecratus, ſi alias dignus ſit, promotus accedat.* Et ALEXANDER III. ad Salernitanum Epiſcopum, par. 26. cap. 7 Concilij Lateranenſis ſub eodem, & allegatur à Gratiano cauſa 24. quæſt. 4. *Presbyterum* (inquit) *qui quendam puerum intuitu diſciplinæ percuſſit in capite, & vulnerauit, cum poſt paucos dies expiraſſet, ſicut aſſeris, ab omni altaris miniſterio debes perpetuò remouere, eumq; ab officio ſacerdotali deponere, ſi ex ipſa percuſſione interierit, vel aliâ infirmitatē incurrerit, de qua noſcitur expiraſſe.* Et cap. 11. eiuſdem part. 26. ſubdens iubet vt à miſſarum celebratione arceatur, qui lapides proiecit, quamuis neminem percuſſerit, quem tamē iubet peracta pœnitentia ad executionē officij admitti. Porrò par. 50. eiuſdem Concilij cap. 50. LVCIVS III. Curenſi Epiſcopo iubet, vt ſi quis clericus accuſatur homicidium perpetraſſe, nec ſufficientes aſſint teſtes, ei purgatio canonica iudicetur, quam cum fecerit, iubet vt abſoluatur, & immunis à crimine iudicetur. Vide locum, & Purgatio. IDEM verò Alexander III. par. 35. cap. 1. Eiuſdem Cōcilij, ad Exonienſem Epiſcopum, vbi de percuſſoribus S. Thomæ Cantuarienſis tractat, pari pœna ducit puniendos, & illos qui fieri te præſumpſerunt, & eos qui ei opem non tulerunt. Vide dictione Crimen, & Cædere, & ſequētia, & Homicidium ex Nicolao I. epiſtola ad Oſualdum Epiſcopum.

* Infra præfinitum tempus

Concilium Triburienſe.

Alexander III.

Hæc aduertat hi, qui in caſtigandis pueris nimium effuſi ſunt.

Clerici ſe mutuò cædentes.] Concilium ILERDENSE ſub Symmacho I. & Theodorico Rege, cano. 11. *Si qui clerici in mutuam cædem prorupperint, prout dignitas officiorum in tali exceſſum contumeliam pertulerit, à Pontifice diſtrictius vindicetur.* Hinc ALEXANDER III. ad Exonienſem Epiſcopum, par. 14. Eiuſdem Lateranenſis Concilij, cap. 7. *Super eo quod à nobis conſilium poſtulaſti, vtrum, ſi ſcholares ſeſe inuicem percuſſerint, in plena vel minori ætate, clerici aut religioſi viri in clauſtro, ſecundum canonem illum, quo ſtatutum eſt* (vide infrà) *vt illi qui in clericos manus violentas iniecerint, ad ſedem Apoſtolicam pro ſua abſolutione venire debeant, inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus. Quod ſi clerici infra puberes annos ſeſe ad inuicem, vel vnus alterum percuſſerit, non ſunt ad ſedem Apoſtolicam mittendi, quia eos ætas excuſat, nec etiam clerici ſi ſint plenæ ætatis, ſi non de odio, aut inuidia, vel indignatione, ſed leuitate iocoſa ſe inuicem percuſſerint, nec magiſtri, ſi clericū Scholarem, intuitu diſciplinæ vel correctionis, percuſſerint, quia non poteſt in ipſis violenta manus iniectio notari. Cæterùm ſi ex odio ijdem ſe percuſſerint Scholares, pro ſua abſolutione debent ad ſedem Apoſtolicam venire.* De monachis autem ſic conſequentur adiecit ſequenti, cap. 8. *Monachi verò & canonici * ſeculares, quocūque modo ſeſe in clau-*

Concilium Ilerdenſe.

Alexander III.

Excuſat ætas.

Excuſat iocoſa leuitas.

Intuitus diſciplinæ.

* non regulares

A *ſtro percuſſerint, non ſunt ſuper hoc ad ſedem Apoſtolicam mittendi, ſed ſecundum diſcretionem & prouidentiam Abbatis ſui diſciplinæ ſubdantur. Et ſi Abbatis diſcretio non ſufficit ad eorum correptionem, Diœceſani Epiſcopi prouidentia erit adhibenda.* Porrò IDEM Alexander, par. 18 cap. 12. Eiuſdem Concilij, vbi de Cœlibatu tractat, ſtatuit, *De Diacono, qui alterum Diaconum in ſabbatho ſancto vulnerauit, & mulierem vxoris nomine ſuſcepit, ſi contrito animo & facto doleat, debet ad dimittendam vxorem cogi, & tunc poterit à ſententia excommunicationis abſolui, quam pro violenta manuum iniectione noſcitur meruiſſe, & iniuncta ſibi pœnitentia de vtroque exceſſu,* B *poſt peractam pœnitentiā poterit ei Diaconatus officiū reddi, & etiam diſpenſatione ſi perfecta vita & conuerſionis fuerit, in presbyterum ordinari.* Hoc præcedens decretum iterum repetit parte 26. cap. 21. ad Cœnomanenſem Epiſcopum & parte eadem, cap. 12. *Diaconus qui accinctus gladium furtiuè in cū inſiliens ludi gratia laicum eo ad mortem vulnerauit prohibetur ad ſuperiorem gradum aſcēdere ſine licentia ſummi Pontificis, nec in Diaconi officio miniſtrare, ſed tantum in Subdiacono.* IDEM parte 14. cap. 14. Simile ponit de clerico, qui cum alio clerico ludens contigit, quod ille proiecit illum ad terram, & cultellus, quem ad latus habebat, in alterum incidit, & fortuitò vulneratus occubuit: quem præfatus Ale- C xander, cùm ad Romanā ſedem ſe ille Diaconus contuliſſet, remiſit, non impediens quo minùs ad ſacros ordines promoueatur. Idē de clericis mutuò ſe cædentibus, vel probris, aut maledictis laceſſentibus, ſtatuit Conciliū MOGVNTINVM IV. cap. 110. *Vt ſi clericus clericum iniurius probris & conuiciis inceſſerit, ſub duorum aut trium teſtimonio, ab omni prouentuum Eccleſiaſticorum perceptione per vnum menſem ſuſpendatur. Si manus violentas, citra tamen vulnus attulerit, iam dictam pœnam ſuſtineat duplicem: ſi vulnus inflixerit, vltra pœnam excommunicationis in qua ipſo facto incidit, ad quatuor menſium talis fructuum priuatione mulctetur: ſi membrum aliquod mutilauerit, aut inutile reddiderit, omni beneficio Eccleſiaſtico ſit ipſo facto priuatus. Nihilominus etiam* D *in omnibus his caſibus, iuxta Diœceſani arbitrium læſo ſatisfacere cogatur, & pro delicti grauitate à Diœceſano, ſi videbitur etiam grauius puniatur. Illud ſuperioribus comminationibus duximus addendum, ſi lingua petulantiam aut violētas manus in Prælatum intorſerit, in tribus prioribus caſibus ſupra memoratis, vbique pœna duplicatione grauandum eſſe, ſaluo tamen iure, quod vim vi repellere permittit. Similiter clericos ſi iurgiis, aut armis, contra laicos contenderint, per prælatos ſuos pro exceſſuum grauitate, irremiſſibili pœna decernimus ac mandamus plectendos, &c.* Vide plura, Homicidium, & ſequentia.

Alexander III.

Concilium Moguntinum IV.

Si quis prælatum percuſſerit, vt puniendus

Clerici non cædendi, nec in perſonis, aut rebus lædendi.] Hanc propoſitionem ex E ſuperiori etiam colligere veram oportet, & omnia ſimul annectere, quæ etiam hîc ſeriatim diſpoſuimus enarrare. Itaque vt iam à decretis Patrum incipiamus, canones Apoſtolorum nobis aſtipulantur, qui iam ſuperiùs memorati ſunt vt habes in dictione, Cædere: quibus ſubſcribit Concilium ROMANVM II. Patrum 284. ſub Syluestro I. cap. 17. action. 2. *Nemo* (inquit) *quenquam peccantem clericum cæde attingat: non Presbyter, non Diaconus, non Epiſcopus ſupra clericum vel ſeruitorem Eccleſiæ, ad cædem perueniat. Sed ſi ita cauſa exigit, clerici triduo priuentur honore, vt pœnitentes redeant ad matrem Eccleſiam.* Quòd autem etiam alios clerici non debeant cædere, cōſtitutū eſt ACTIVM.

Concilium Romanum II ſub Syluestro patrum 284

A Concilij. Vide Cædere, & Concilij AVRELIANENSIS IV. cano.13. & 20. vt ſuperiùs allegauimus. Hinc Concilium THEODONIS VILLÆ Patrum 32. ſub Carolo Magno, ita ſtatuit, *Si quis Subdiaconũ calumniatus fuerit, vulnerauerit, vel debilitauerit, & conualuerit, quinque quadrageſimas ſine ſubditis annis pœniteat. Et 300. cum ſua compoſitione & Epiſcopalibus bannis componat. Si autem mortuus fuerit, ſingulas ſuprà dictas quadrageſimas cum ſequentibus annis pœniteat. & 400. ſolidos cum tripla ſua compoſitione & Epiſcopalibus bannis Epiſcopo componat. Si Diaconum calumniatus fuerit & cõualuerit, ſex quadrageſimas, ſine ſubditis annis pœniteat, & quadringentos ſolidos cum compoſitione ſua & Epiſcopalibus bannis componat. Si autem mortuus fuerit ſingulas ſupradictas ſex quadrageſimas cum ſequentibus annis pœniteat, & ſexcentos ſolidos cum tripla ſua compoſitione & Epiſcopalibus bannis Epiſcopo componat. Si quis autem preſbyterum 7. quadrageſimas & 600. ſolidos cum tripla ſua compoſitione, & Epiſcopalibus triplicibus bannis Epiſcopo componat. Si autẽ mortuus fuerit 12. annorum pœnitentia, ſecundum canones ei imponatur, & 900 ſolidos cum triplici cõpoſitione ſua & Epiſcopalibus bannis triplicibus Epiſcopo componat. Si quis verò Epiſcopum calumniatus fuerit, inſidias poſuerit, comprehenderit, vel in aliquo dehoneſtauerit 10. quadrageſimas ſine ſubditis annis pœniteat & preſbyteri nõ occiſi triplicem compoſitionem componat. Si autem caſu, & non ſponte occiditur, cum Prouincialium Epiſcoporum Concilio homicida pœniteat: ſi quis autem ſponte eum occiderit, carnem non comedat, vinum non bibat cunctis diebus vitæ ſuæ, cingulũ militiæ deponat, abſque ſpe coniugij in coniugio maneat.* Hæc autem pro maiori parte poſtea confirmat Concil. CABILON. II. can.24. De preſbyteris quoque, qui degradati pœnitentiam agunt, ſi occidantur ſtatuit Concil. MOGVNT. II. cui Rabanus præſedit cap.25. vt interfectores eorũ omni Eccleſiaſtica cõmunione priuentur, donec dignã agant pœnitentiã pro reatu ſuo ſecundũ Epiſcoporum iudiciũ exoluant. Hinc EVGEN. II. Decreto 8. *Decernimus, vt ſi quis in clericũ, vel in monachum, violentas manus iniecerit anathemati ſubiaceat, & nullus Epiſcopus illum præſumat abſoluere, niſi mortis vrgente periculo donec Apoſtolico præſentetur adſpectui.* Præterea ſpeciale de preſbyteris nõ cædendis, ſuperiora comprobans, decretum edidit NICOLAVS I. epiſt. ad Thadonem Epiſcopum Mediolanenſem, allegatus à Gratiano cauſa 17. q. 4. c. De preſbyterorum, *De preſbyterorum* (ait) *flagellatoribus & occiſoribus, prædonibus, ſcilicet qui ſeculari brachio minimè coercentur, iuxta præceptũ Domini, placet vt fraterno amore conueniantur ſecundo & tertiò, qui requiſiti, ſi te non audierint, conueniente Eccleſia eos ſacra cõmunione priuare. Atque ſi in ſua obſtinatione permanẽtes ſacerdotalia monita forte contempſerint, ab Eccleſiæ cõpage ſub anathematis interdictione reſecare, licentiam tribuimus.* Idem omnino Concil. VORMAT. can.24. & 26. De his, qui ſacerdotem ſponte occiderit, ſic loquitur: *Qui ſacerdotem morti voluntariè tradiderit carnem non comedat, nec vinum bibere præſumat, ieiunet autẽ vſque ad veſperũ, ex ceptis ſ[illegible] diebus atque dominicis: arma non ſumat, & [illegible] volueris nullo vehiculo deducatur, ſed propriis pedibus pro[illegible]atur* idem omnino lege de matricida, parricida vel fratricida, in vocabulo, Homicidium *E[illegible] quoquenũ templum non ingrediatur, ſed cum [illegible] orationum [illegible] aut miſſarum ſole[illegible] celebrantur, [illegible] Baſilica perſeueret orans ac deprecans Deum, a tanto crimine ab[illegible]. Poſt expletum vero anni [illegible] tẽpus*

A *ingrediatur Eccleſiam, nondum verò communicet, ſed inter audientes tantummodo ſtet, vel dum facultas cõceditur, ſedeat. Et cum decimi anni curſus fuerit ſinitus, communicandi ei licentia concedatur, & equitãdi tribuatur medela, maneat autem in reliquis obſeruationibus tres dies per hebdomadã, vt perfectius ad cumulum purificationis peruenire mereatur.* Hæc renouat & confirmat Concil. MOGVNT. III. ſub Arnulpho Imperatore, c.7. & 16. vbi ne vexentur ſacerdotes, ſub excommunicationis cenſura prohibetur. Hinc ibid. cano.8. *Relatu Arnonis Epiſcopi, de quodam preſbytero, didicerũt Patres, quem quidam ſceleſti cũm cõprehendiſſent, eiq; nares abſcidiſſent, & capillos capitis inciſiſſent, ſemis etiã verberibus cruentatum*

B *ſemiuiuum reliquerunt, vnde tanto ſcelere inaudito peracto ſancta Synodus viſceribus miſericordiæ erga eundem commota, ſtatuit communi conſenſu, vt ijdem temerarij Deiq; contemptores qui tantum ſcelus auſi ſunt perpetrare, anathematis vinculo conſtringãtur, quouſque a proprio Epiſcopo poſt dignã pœnitentiam abſoluti, ſanctæ matri Eccleſiæ ſociari mereantur, nullusq; cum eis in aliquo cõmunicet, niſi in hoc vt eos ad dignam ſatisfactionẽ peragere hortetur. Si quis autem poſt hanc ſententiã a nobis prolatam, ſciens cum eis communicauerit, vno eodemq; mucrone cum ipſis ſciat ſe eſſe a nobis percuſſum.* Item Concil. METENSE ſub eodem Principe, cano.7. narrat de quodam preſbytero qui caſtratus eſt ab his, quos

C increpabat de adulterio qui excommunicati ſunt. Hinc etiam memorat ſub eodem Principe Cõcil. TRIBVR. can.2. Preſbyter enim quidam coram eiuſdem Concilij patribus adductus eſt, excæcatus à quodam laico, qui in iudicium ad ſynodum conuocatus traditus eſt Sathanę in interitum carnis, vt eius ſpiritus ſaluus fieret in die Domini: & præceptum eſt cum huiuſmodi nec cibum ſumere, hoc enim nefas eſſe aiunt, excõmunicato communicare: vt dicemus excommunicatus, &c. Et IDEM cano.4. generale ſtatuit pro omnibus decretum, *Si quis* (ait) *preſbyter* (*quod abſit*) *quia ſacerdos altiſſimi Dei eſt, vulneratus vel quibuſlibet iniuriis & contumeliis dehoneſtatus euaſerit & ſuperuixerit, tota compoſitio perſoluatur preſbytero. Si autem*

D *articulo mortis præuentus obierit, Vueregeldi tripartita partiatur diuiſione, id eſt, altari cui ordinatus fuerat pars vna, Epiſcopo in cuius Diœceſi erat, altera, Tertia parentibus de quibus ortus fuerat. Si verò in atrio Eccleſiæ aliquid ex iſtis preſbytero factum fuerit ſupra dicto modo, preſbytero, & pro preſbytero ſoluatur. Sed quia, vt* HILARIVS I. *Papa omnibus Epiſcopis, per diuerſas prouincias in epiſtola ſua ſcribit, iniuria ſacerdotum & Eccleſiarum, ſacrilegium eſt, & ſacrilegium in atrio factum, altari & Domino eiuſdem loci perſoluatur. Sacerdotes enim non ſunt lacerandi, ſed potius coronandi, quia de eis Eccleſiaſticus liber loquitur dicens: In tota anima tua time Dominum, &*

E *ſacerdotes illius ſanctifica, & miniſtros eius non derelinquas & honorifica ſacerdotem, &c.* Hinc ISIDORVS HISPALENSIS. *His enim, ſicut & Epiſcopis, diſpenſatio myſteriorum Dei commiſſa eſt, præſunt enim Eccleſiæ Chriſti, & in conſecratione diuini corporis & ſanguinis conſortes ſunt Epiſcopis. Similiter & in doctrina populorum, & in officio prædicandi, &c.* Lege vocabulum, Preſbyter, & Honor ſacerdotibus exhibend. & Epiſcopus, &c. Præterea IDEM Concil. Triburienſe, cano.5. præfigit, quali pœnæ ſubiacere debeat qui preſbyterum voluntariè morti tradiderit, iiſdem omnino verbis, quæ ſuperiùs ex Vormatienſi Concil. protulimus. Vide reliquum dictione. Initiis. Sunt tamen aliqui caſus, qui abſoluunt à ſententia lata eos, qui clericos

Concilium habitum in vrbe Thionuillæ, vel Theodonis villæ.
Seuera quidẽ cædentiũ clericos correptio, quæ vtinã noſtro tempore etiam in vſu remaneret.

Calumniatus fuerit, id eſt, verberauerit, aut læſerit.

Concilium Cabilonenſe II.
Concilium Moguntinum II præſide Rabano Mauro Archiepiſcopo.
Hæc attende.
Eugenius II.

Nicolaus I.
Preſbyterum cædentium cẽſura.
Heu quid de H[illegible] & calumniſtis, qui ſacerdotis ſanguinem iugiter in poculo crudelitatis abſorbent?

Concilium Vormatienſe ſub Ludouico II. Imperatore, anno 86[illegible].

Concilium Moguntinum III.

Inaudita crudelitas in ſacerdotem.

Concilium Metenſe ſub Arnulpho.
Mira hominũ iniquitas & crudelitas.
Concilium Triburiẽſe ſub Arnulpho.

Hilarius I.

Sacerdotum dignitas, quæ nunc negligitur, quorũ illorum vita flagitioſa cunctis miniſterij cõtemptum, inducit.
Ecclef 7.
Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus.

Caſus excuſſio pro illos qui clericos cæſūt, Alexander 3.

cædunt, & exprimuntur in Concil. Lateran. ſub Alexandro III. par.14.c.1. Vbi idē Alexan. III. Bathonienſi & Exonienſi Epiſcopis ſcribit, *Si aliquis in clericū comam nutrientem, ignorans quod clericus fuerit, manus violentas iniecerit, propter hoc nō debet Apoſtolico conſpectui præſentari, nec etiam excommunicatione notari, dum modo ipſum eſſe clericum ignorarit. Et ſi hoc dubium fuerit, propria manu teneatur præſtare iuramentum ſiue ſacramentum.* Idem & c.11. eiuſdem partis ad Bathonienſem Epiſcopum, *Mulieres vel aliæ perſonæ, quæ ſui iuris non ſunt, poſſunt à Diœceſano Epiſcopo abſolui, ſi manus violentas in clericum iniecerint. De his verò qui magnæ ſunt potentiæ, & ita delicati, quòd magnum laborem ſuſtinere nequiuerint, ſi manus in clericos iniecerint violentas, tale damus petitioni tuæ reſponſum, quòd ſtatus perſonæ prius & veritas negotij Romano Pontifici eſt intimāda, & ſecundum conſilium eius de commiſſo ſcelere erunt puniendi. Illi verò, qui non iniiciunt, ſed eorum authoritate, & mandato manus violenta iniiciuntur in clericos, ad ſedem Apoſtolicam omni excuſatione ceſſante, ſunt mittendi, cùm is verè committat, cuius authoritate delictum committi probatur.* Et cap.9. Idem Alexander III. ad Exonienſem Epiſcopum. *Si verò alicuius potentis oſtiarium, ſub prætextu officii ſui malignatus, clericū læſerit, ab officio ſuo poteſt abſolui, niſi fortè eundem clericum grauiter vulnerauerit.* Et cap.10. ſubditur, *Officialis verò pro iniectione manuū in clericum, non poteſt ſine mandato Rom. Pontif. abſolutionis beneficiū promereri. Quia nulli laico tantum ſuper clericum datur poteſtas, niſi fortè turbam arcendo irruentem, non ex deliberatione, ſed caſu fortuito clericum læſerit. Si fortè clericum vim ſibi inferentem, vi repellat, vel lædat, non debet propter hoc ad ſedem Apoſtolicam tranſmitti, ſed ſi in continenti vim vi repellat, cū vim vi repellere omnes leges & omnia iura permittunt. Nec ille compellendus eſt ad ſedem Apoſtolicam venire qui in clericum cum vxore, matre, vel ſorore, vel filia ſua propria inuentum turpiter manus iniecerit violentas. Cæterùm ſi eū in ſtupro vel adulterio, quando ea cum qua ſtuprum committitur, vel adulterium, ita proximo ipſum cōſanguinitatis linea non contigerit, cœperit, aut aliàs in eum manus violentas iniecerit, à ſententia excommunicationis non erit ille immunis.*

Hoc obſecro aduerte quia ſcitu digniſſima ſunt.

Et cap.5 ad Cantuarienſem Epiſcopū, conquerens de iniuſta cæde clericorum, quæ paſſim tunc temporis fiebat, ita diffinit. *Si qui ſe in tātam veſaniā & præſumptione erexerint, quòd clericos occidāt, vel occidere faciāt, vel aliter violētas manus in eos iniecerint, tam malefactores ipſos, quam illos de quorum mandato id fuerit perpetratū, publicè accenſis cādelis & pulſatis * ſignis, apertè excōmunicatos denuncientur, & ſicut excōmunicati deuitentur, donec Deo & ſanctæ noſtræ Eccleſiæ ſatisfaciant, & ad Apoſtolicam ſedem accedant.* Tum cap.13. eiuſdem par.14 Idem Alexander III. ad Cœnomanenſem Epiſcopum: *Si verò laicus pro violenta manuum iniectione in clericū eſt excommunicationis vinculo aſtrictus, ſi habet capitales inimicitias vel alias iuſtas cauſas quibus ab itinere rationabiliter excuſetur, vt ſine periculo Apoſtolico nequeat conſpectui ſe præſentare, licet Diœceſano Epiſcopo, accepto iuramento ſecūdum morem Eccleſiæ, abſolutionis gratiam impartiri. Sed illi ſub iuramenti debito eſt iniungendū, vt quam citius habuerit opportunitatem, Roman. Pontif. adeat mandatum Apoſtolicum ſuſcepturus. Idem ſtatuitur & de his, qui in monachos, vel cōuerſos, Hoſpitularios, vel Templarios manus violentas iniecerint, ſublato appellationis remedio, ſecundum tenorem generalis decreti excōmunicati denuncientur, & ſicut excōmunicati euitentur, donec eis quos læſerint, congruè ſatisfaciant, & Apoſtolico conſpectui ſe repræſentent. Nec enim ab Abbate, aut ab aliquo, ſine ſpeciali mandato Romani Pontific. abſolui poſſunt.*

* campanis

Clemens 3.

Cap. autem 67. par 50. eiuſdem Concil. Lateranenſis ſub Alexādro III. Clemens III. ſcribit Saguntino Epiſcopo, vbi de iniuſta percuſſione clericorū conqueritur, expreſsè mandās, quòd hi qui in clericos manus violentas iniecerūt, excommunicationi ſubdantur: *Si verò percuſſores negant, ſe facinus cōmiſiſſe, & teſtes timore vel fauore noluerint teſtimonium contra illos ferre, Eccleſiaſtica cenſura compellātur. Si autem deficiunt teſtes, & vnius teſtimonio non ſit ſtandum, tamen iuxta conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ propter reuerentiā clericalis ordinis, ipſorū iuramento fidem volumus adhiberi, & tales ad Apoſtolicam ſedem cōuicti mittantur, niſi in infirmitate detenti, aut ſenes, vel vxores, aut pueri fuerint, ab Epiſcopo condigna iniuncta pœnitentia abſoluantur. De his autem qui clericis non enormem ſed modica vel leuem iniuriam irrogauerunt, Epiſcopi arbitrio diſpenſentur.* Porrò Conc. Later. ſub Innocentio III. c.45. *Quicunque (ait) ſiue ſint aduocati, patroni, vel feudatarij vicedomini, aut alij beneficiati, qui manus violentas iniecerint in clericum, vel occidunt per ſe, vel per alios, & eius beneficiū occupare valeāt, ius patronatus amittere patroni. Aduocati aduocatiam, feudatarij feudum, vicedominus vicedominatū. Beneficiati beneficiū, iubētur. Et ne minus vindicta quàm exceſſus memoria prorogetur, non ſolùm de præmiſſis nihil perueniat ad heredes, ſed etiam vſque ad quartū generationem, poſteritas taliū in clericorum collegiū nullatenus admittatur, nec in regularibus domibus alicuius prælationis aſſequatur honorem, niſi cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum.*

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. [illegible]

Et ad hæc Concil. Baſileenſe in Karolina (ſic enim vocat) allegat Caroli IV. Imperatoris edictum quo decernitur, *Quòd quicunque laicus cuiuſcunque ſtatus, aut conditionis, exiſtat, auſu ſacrilego & propria temeritatis audacia, ſacerdotem, aut clericū ſecularem, vel religioſum diffidarit, proſcripſerit, captiuarit, ſpoliarit, occiderit, mutilarit, aut in carcere detinuerit, vel huiuſmodi maleficia perpetrantes ſcienter receptarit, vel eis fauorē præſtiterit, præter pœnas à ſacris canonibus, & legalibus ſanctionibus in tales inflictas, eo ipſo reddatur infamis, & omni honore priuatus, nec ad placita vel cōſilia nobiliū admittatur quouis modo. Hortās inſuper in Dño & requirēs Eccleſiaſticos prælatos, in illis partibus, in quibus cōmitterentur talia, conſtitutos, vt legem imperialem huiuſmodi per eorum Eccleſias & ſynodos publicarent, ne tranſgreſſores huiuſmodi per ſimulatam ignorantiam, ſuam valerent in hac parte malitiā excuſare.* Idem omnino ſtatuit ſub ſimili pene forma verborum Concil. Lateran. ſub Leonem X. ſeſſ. 9. Vide facultatum Eccleſiæ inuaſores, & exactio. Idem quoque Conc. Ratiſpon. c.22. ſtatuit, vt propter cędem clericorum, perſona interdicto ſubiaceat, nō locus in quo cęſus fuerit. Vide latiùs locis ſup. aſſignatis, & homicid. atque cædere, &c.

Caroli 4. edictum.

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

Concilium Ratiſponenſe.

Clerici hæretici.] Vide in dictione, Hæreticorum proſcriptio, &c. quòd autem degradandi ſint ſtatuit Concilium Senonenſe in generali decreto, & ſumpſit ex Gratiano, cauſa 15. quæſt.7. cap. Si quis. Et ex 6. Decretalium Bonifacii VIII. cap.1. De hæreticis, *Damnati (ait) de hæreſi, ſi eam abiurare noluerint, ſi laici ſunt, ſtatim ſunt iudicio ſeculari relinquendi. Si clerici, præſente poteſtate ſeculari ſunt à ſuis ordinibus degradandi, & pronunciandum eſt, vt eos ſecularis iudex in ſuum forum recipiat. Cæterum quia Epiſcoporum numerus per ſacros canones (vide degradatio) requiſitus, non facile poteſt adunari, concedimus vt cum ſacerdos, aut alius in ſacris ordinibus conſtitutus fuerit, pro crimine*

Clerici hæretici degradandi.

Concilium Senonenſe ſub Antonio Pra[illegible] Bo[illegible]

hære,ſi

hæreſis degradandum poſſit accerſitis Abbatibus aliiſq́; prælatis ſolus Epiſcopus degradare. Vide Degradatio & Hæreticus. Et Epiſcopus hæreticus.& ſequen.

Clericus hæreſis fautor.] Vide etiam Epiſcopus hæreſis fautor. Porrò Concilium EPHESINVM generale 3.cano.4. Sic, *Præterea* (ait) *ſi qui ex clericis defecerint,& auſi fuerint,vel priuatim. vel publice. Neſtorij vel hæreticorum ſequi opiniones, vt hi depoſiti ſint, ſacrum Concilium eſſe æquum iudicauit.* Idem & cano.5. receptatores eorum, & qui eis communionem reſtituere præſumpſerint, excommunicat. Vide Hæreticorum animaduerſio. Hinc LEO I. epiſt.74. quæ eſt ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum,& allegatur à Gratiano,cauſa 24.quæſt.3.cap.Illud ſanè. &c.*Illud ſanè* (inquit) *plurimum mihi diſplicere ſignifico, quod inter dilectionis tuæ clericos,quidam eſſe dicuntur, qui aduerſariorum communicant prauitati, & vaſa iræ,vaſis miſericordiæ miſceantur. Quibus inueſtigandis, & ſeueritate congrua coercendis debet diligentia tua vigilanter inſiſtere,ita vt his quibus non prodeſſe potuerit correctio, non parcat abſciſio. Nam ſuperflue poſitis extra Eccleſiam reſiſtimus, ſi ab his qui intus ſunt,in eis quos decipiunt,vulneramur. Abijcienda prorſus peſtifera hæc a ſacerdotali vigore patientia eſt,quæ ſibimet, peccatis aliorum parcendo,non parcit.* Eadem IDEM repetit epiſt.175. ad eundem Anatolium,qui indignatus fuerat,quod talia ſibi Leo ſcripſiſſet, & Atticum presbyterum hæreſis fautorem, ſpecialiter damnatum, à communionis gratia alienum iudicat,niſi damnato errore diffinitionibus Chalcedonenſis Synodi ſubſcribat. Similiter damnati ſunt à VIGILIO I. & ab officio remoti, quoaduſque publicè & canonicè pœniterent, multis implicitì erroribus, Ruſticus & Sebaſtianus,vt recitatur collatione 7. generalis 5. Synodi. quæ fuit CONSTANTINOPOLITANA II. eadem confirmat, Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III. Patrum 1215. cap.3. Sed repoſuimus in dictione. Hæreticorũ fautores. Vide Rogo,ibid.reſiduum.

Concilium Epheſinum, generale 3.

Leo I.

Vigilius I.

Concilium Conſtantinopolitanũ 2. generale 5.ſub Iuſtiniano Imperatore.

Clerici hæretici conuerſi. Vide hîc in vocabulo, Hæretici conuerſi &c. vbi multò plura narrantur. Et Epiſcopus ab hæreſi conuerſus. Interim ſic de clericis, LEO I. epiſt.83.ad Septimium Altinum Epiſcopum,allegatur à Gratiano, cauſa 1.quæſt.7.ſaluberrimum,& cauſa 1.quæſt.1. cap Omnis,& cap.Si quis, *Saluberrimum eſt ſpiritualis medicinæ vtilitatis pleniſſimum,vt ſiue presbyteri, ſiue diaconi, ſiue alij cuiuslibet ordinis clerici, qui ſe correctos videri volunt,errorem ſuum & ipſos hæreſis authores damnari a ſe ſine antiquitate fateantur,vt ſenſibus prauis & dudum peremptis nulla ſperandi ſuperſit occaſio,ne vllum membrum Eccleſiæ talium poſſit, ſocietate violari,cum per omnia illis profeſſio propria cœperit obuiare. Circa quos etiam illam canonum conſtitutionem præcipimus cuſtodiri,ne ab his Eccleſiis ad quas propriè pertinent, ſinantur abſcedere, & pro ſuo arbitrio ad loca ſibi non deputata tranſire, cum quod recte non permittitur inculpatis* [illegible] *multo magis debeat liceto ſuſpectis.* IDEM prohibet & epiſt.84.quę eſt ad Nicetam Aquileienſem Epiſcopum,& errorem culpamque ſuper præſules imponit,qui diligentiam non ſeruant neceſſariam,ne cuiquam talium euagari in diuerſa liceat. Inſtruitque Nicetam forma, quomodo ab hæreſi conuerſi examinari debeant, & iterum Eccleſiæ corpori ſociari, *Damnent* (inquit) *apertis profeſſionibus ſuis ſuperbi erroris authores, & quidquid in doctrina eorum vniuerſalis Eccleſia exhorruit, deteſten-*

Leo I.

Quomodo ab hæreſi conuerſi examinari debeant.

tur,omniaq́; decreta ſynodalia,quæ ad exciſionẽ huius hæreſeos, Apoſtolicæ ſedis confirmauit authoritas, amplecti ſe,& in omnibus approbare, plenis & apertis,ac propria manu ſcriptis proteſtationibus eloquantur. De reliquis autem clericis, qui hæreſi deprauati non ſint, alibi diximus. Hinc & ad propoſitum Concilium AVRELIANENSE I. ſub Hormiſda I. & Clodoueo Rege,cano 12. *De hæreticis clericis,qui ad fidem Catholicam plena fide & voluntate venerint, vel de Baſilicis,quas in peruerſitate ſua Gothi hactenus habuerunt, id cenſuimus obſeruari, vt ſi clerici fideliter conuertantur,& fidem Catholicam integrè cõfiteantur, vel ita dignam vitam morum & actuum probitate cuſtodiant,officium quo eos Epiſcopus dignos eſſe cenſuerit,cum impoſitæ manus benedictione ſuſcipiãt,& Eccleſias ſimili,quo noſtræ innouari ſolent, placuit ordine conſecrari.* Veruntamen ſic Concilium COLONIENSE IV. c.8.cenſuræ pro abuſibus reformandis ſtatuit, *Caueant ſacerdotes, ſiue religioſi ſiue ſeculares ab hæreticis, vel ſchiſmaticis ad Eccleſiam reuertẽtes, ſe miniſteriis diuinis ſtatim ingerere,& ſacrificare, aut ſacramenta populo adminiſtrare, etiam ſi maximè id,non more hæreticorum,aut ſchiſmaticorum, ſed ſecundum Eccleſiæ Catholicæ ritum facere velint, priuſquam ſint abſoluti,Eccleſiæ reconciliati,& officiis ac miniſteriis ſuis, irregularitate ſublata, reſtituti, ne damnationem grauiorem incurrant, propter irregularitatis impedimentum, quo tenentur per ſacros canones, illaqueati.* Vide plura, Epiſcopus hæreticus conuerſus:& Hæreticus,&c. & Lapſus.

Concilium Aurelianenſ. I ſub Clodoueo rege Francorũ.

Concilium Colonienſe 4.

Clericus non fiat, qui ſeipſum mutilauerit.] Vide Membrum mutilatum,&c.

Clericorum tonſura.] Vide Tonſura.

Clerici teſtimonium, aut iuramentum præſtare non cogantur.] Vide Teſtis, Teſtimonium,& Iuramentũ quæ his locis repoſuimus.

Clerici de minoribus ad maiores gradus aſcendant Concilium CONSTANTINOPOLITANVM IV. quod dicitur 8. generale,cano.13. *Quoniam quidem dicit alicubi diuinum eloquium: Dignus eſt operarius mercede ſua. Huius rei gratia & nos decernimus atque promulgamus,vt magnæ Eccleſiæ clerici,qui in ſubiectis ordinibus morati ſunt,ad maiores gradus aſcendant. Et ſi digni claruerint,melioribus perfrui mereãtur honoribus,cum aliqui eorum qui in ipſis ſunt, aut per incrementum ad maiora miniſteria aduocati fuerint, aut per communem naturæ terminum dormientes defuerint. Sed non ex illis qui foris ſunt,aliqui ſe his inijcientes, debitas eis qui multo tempore laborauerunt, dignitates vel honores accipiant, ac per hoc inueniantur Eccleſiæ clerici nullo modo poſſe proficere,nullatenus autem habeant poteſtatem, qui principum domorum vel ſuburbanarum rerum curam geſſerint,inter clerum magnæ Eccleſiæ colligi vel conſtitui. Nemo quippe militans Deo, ſeculi negotiis implicatur. Si quis vero, præter definitionem quam modo protulimus, promotus fuerit in quocunque magnæ Eccleſiæ gradu,reprobetur ab omni Eccleſiaſtico gradu,tanquam qui contra magnam ſynodum peccator fuerit.* Hinc profert decretum Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. parte 26 cap.22. eſt autem LVCII III. ad Turonenſem Epiſcopum, quo præcipitur, *Ne ſine prælatorum aſſenſu in inferioribus ordinibus conſtituti ad ſuperiores aſcendant: quia non in ſublimitate graduum, ſed in amplitudine meritorum charitatis acquiritur regnum Dei.* Vide ſuperius,& Ordo.

Concilium Cõſtantinopolitanũ 4 quod eſt generale ſub Baſilio Imperatore & Adriano 2. Epiſcopor. 37. Lucæ 10.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3. Lucius 3.

Clerici canones Patrum non ignorent.] Vide Canon Sic tamen,ne hoc vacuum prætereamus, ſpecialiter iniungit Concilium AVRE-

Concilium Aurelianen.4.

LIANENSE IV. cano. 6. *Parochiani clerici a Pontificibus ſuis neceſſaria ſibi ſtatuta canonum legenda percipiant, ne ſi ipſi, vel populi, quæ pro ſalute eorum decreta ſunt, excuſent poſtmodum ignoraſſe* Vide reliquum, vbi ſuprà & hæc de clericis longo tractu dicta ſint. Quæ vtinam tam ſolicitè obſeruerentur, quàm piè ſtatuta ſunt.

CŒLIBATVS.

Cœlibatus ſacerdotum & clericorum aſtruitur.] Iam ſuperiùs multa de huiuſmodi negotio egimus, cùm clericis mulierum vitādum contubernium diximus: & infrà etiam multa reſeruantur dicenda in vocabulo, Votum. & Monachus. Subdiaconus, & huiuſmodi. Ideò, quia non fuit expediens, hoc vocabulo cuncta dicenda cōplecti, ne ordo confuſus appareret, confuge ad prædictas dictiones, ſi quid adhuc quæris noſcendum. Itaque more ſolito ordine de Cœlibatu hic tantùm agemus, plura ſuprà dictis locis adhuc dicturi.

Canon Apoſtolorum.

CANON APOSTOLORVM 27. allegatur ab Iuone Carnotenſi, lib. 3. Decretorum, *Innuptis autem, qui ad clerum prouecti ſunt, præcipimus, vt ſi voluerint, vxores accipiant, ſed lectores cantoresq; tantummodo.* Hic canon allegatur à Patribus 6. SYNODI generalis quæ Conſtantinopoli. 3. dicitur cano. 6. & poſteà incorporatus in decreto à Gratiano diſtinct. 32. cap. Si quis, vbi de cætero præcipitur, omnibus ſuperioribus ordinum miniſtris, vt ab vxorum coniugio omnino abſtineant, aliàs deponātur. Si verò quis velit nubere ante ſacros ordines ſuſceptos, hoc faciant, vt latiùs infrà.

Synodus 6. generalis ſub Cōſtantino Pogonato.

Clemens 1.

Hinc eſt quod ſic CLEMENS I. epiſt. 2. quæ eſt ad Iacobum fratrem Domini, *Ad Dominica myſteria* (ait) *tales eligantur, qui ante ordinationem ſuam coniuges ſuas * nouerint. Quòd ſi poſt ordinationem miniſtro altaris contigerit, proprium inuadere cubile vxoris, ſacrarij non intret limina, nec ſacrificij portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocauſti oblationem ſuſcipiat, nec ad Dominici corporis * portionem accedat, nec aquam ſacerdotibus porrigat ad manus. Oſtia forinſecus claudat, minora gerat officia, vrceum ſiue calicem ad altare non ſufferat.*

Nouerint, quo modo intelligatur lege ſequēter in textu.
Hoc diligentius notentur, & ſanè intelligatur ſicuti ponimus.
* forſan portionem.

Humbertus Cardinalis.

Porrò vocabulum præſignatum (nouerint) ſic interpretatur HVMBERTVS CARDINALIS tempore Leonis IX. libro contra Nicetam, ſcilicet ſi ſemper continere noluerint: vt infrà pleniùs. Quòd autem Cœlibatus, tempore Apoſtolorum viguerit, teſtatur in hiſtoria ſua ABDIAS BABYLONIVS libro 6. dum Diaconum virginem & caſtiſſimum deſcribit, ab Apoſtolis Simone & Iuda, infantis teſtimonio ab accuſatione & infamatione inceſti & adulterij liberatum. Vide latiùs in vocabulo, Bigamia, ſuperiùs.

Abdias Babylonius.

Clemens 1.

Hæc decreta adhuc hodie ſeruat Eccleſia Orientalis.

Quod & confirmat IDEM CLEMENS I. lib. 6. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 17. vbi ſic ſtatuunt Apoſtoli: *Epiſcoporum & Presbyterum, ac Diaconum, dicimus vnius vxoris debere cōſtitui, ſiue viuant eorum vxores, ſiue deceſſerint. Non licere autem his, ſi poſt ordinationem ſine vxore fuerint, ad nuptias tranſire, vel ſi vxores habuerint, cum aliis coniungi, ſed contentos eſſe ea, quam habentes, ad ordinationem venerunt. Miniſtros quoque, cantores, lectores, oſtiarios, vnius vxoris viros eſſe iubemus. Si ante nuptias ad clerum venerunt, concedimus eis vt vxorem ducere poſſint, ſi quidem hoc expetent, ne ſi peccauerint, pœna afficiantur. Statuimus autem nemini licere ex clero, amicam, vel ancillam, vel viduam, vel repudiatam ducere, vt etiam lex vetat.*

Leuit. 21.

Hoc diximus in

A vocabulo Bigamus, &c. Porrò vicinus Apoſtolorum TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS abundè de Cœlibatu tractat, libro 1. & 2. ad vxorem, & libro de Monogamia, vt diximus in dictione, Bigamus. Sed & in libro Apologetico aduerſus gentes, cap. 9. Virgineam continentiam (ſic enim loquitur) priſcorum Chriſtianorum puerorum, & ſenum admiratur. Libro quoque de Pudicitia, ſæpius meminit Cœlibatus.

Tertullianus Carthaginenſ.

Quod & facit CLEMENS ALEXANDRINVS lib. 2. Stromatum ad calicem: & initio libro 3. dum de continentia loquitur contra Baſilidianos, *Nos* (inquit) *caſtitatem, & eos quibus hoc a Deo datum eſt, beatos dicimus, &c.* & lib 5. Stromatum refert.

Clemens Alexandrinus. Pan[illegible] Magni de ſe[illegible].

B IDEM Clemens in aditu templi in Epidauro carmen hoc ſcriptum eſſe. *Eſſe decet caſtum, ſanctis qui limina templi ingreditur, &c.* Vide Virginitas & Virgo.

Superſtitio aditus templi Epidauri Aeſculapij.

Præterea ſic etiam vicinus & ſucceſſor Apoſtolorum, LVCIVS I. de clericorum cœlibatu loquitur eadem omnino quæ ſuperiùs ex Clemente I. protulimus, vt etiam allegat Gratianus diſtinct. 81. cap. Miniſtri, &c. ſicut & SYRICIVS I. epiſtola ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum, capitibus 8. 9. 10. & 11. Poteris legere, ſi vocat.

Lucius 1.

Syricius 1.

Porrò DIONYSIVS AREOPAGITA ſæpius meminit cœlibatus clericorum, libro Eccleſiaſticæ hierarchiæ parte 3. cap. 3. dum de ſacra cōmunione loquitur.

Dionyſius Areopagita.

Stephanus 1.

Et STEPHANVS
C I. vt allegat Gratianus diſtinct. 31. cap. aliter, & Iuo Carnotenſe, lib. 4. decret. *Aliter* (inquit) *ſe Orientalium traditio habet Eccleſiarum, aliter huius ſancta Romana Eccleſia. Nam illarum ſacerdotes, Diaconi, aut Subdiaconi, matrimonio copulantur. Iſtius autem Eccleſiæ nullus ſacerdotum, à ſubdiacono vſque ad Epiſcopum, licentiam habet coniugium ſortiendi.* Hunc canonem allegat, 6. generalis Synodus cano. 13. verumtamen can 30. prohibet, ne de cætero vxoribus iungātur, & conſenſu inito ſe abſtineant vt alibi dicemus.

Concilium Ancyranum vt de & Diaconis.

Hinc Concilium ANCYRANVM cano. 10. allegatur à Gratiano diſtinct. 28. cap. Diaconi, *Diaconi quicunque ordinantur, ſi in ipſa ordinatione proteſtati ſunt, & dixerunt, velle ſe coniugio*
D *copulari, quia ſic manere non poſſunt, hi ſi poſtmodum vxores duxerint, in miniſterio maneāt, propterea quod eis Epiſcopus licentiam dederit. Quicunque ſanè tacuerint, & ſuſceperint manus impoſitionem, profeſſi continentiam, & poſtea nuptiis obligati ſunt, a miniſterio ceſſare debebunt.* Idem de ſubdiacono, vide Subdiaconus. Hunc canonem allegat MARTINVS BRACARENSIS in collecto, cap. 39.

Martinus Bracarenſis Epiſcopus.

Innocentius 1.

Concilium Neocæſarienſe.

Idem quoque INNOCENTIVS I. epiſt. 2. ad Victricium Rhotomagenſem Epiſcopum, cap. 10. Hinc Concilium NEOCÆSARIENSE canone 1. *Presbyter ſi vxorem duxerit, ordine ſuo moueatur. Si autem fornicatus fuerit, vel adulteriū commiſerit, penitus extrudatur, & ad pœnitentiam deducatur.*
E Etiam cano. 7. ſequenti, abominatur digamas. Hunc canonem allegat & citat Concilium MOGVNTINENSE II. ſub Rabano, cano. 19. & Concilium PARISIENSE III. lib. 1. cap. 35.

Concilium Moguntinenſe 2. ſub Rabano.

Concilium Pariſienſe 3.

Concilium Romanū ſub Syluestro 1.

Hinc quoque conſequenter. Concilium ROMANVM II. ſub Syluestro I. cap. 19. action. 2. *Nemo presbyter à die onoris presbyterij, ſumat coniugium, vt ſi quis neglecto exierit, duodecim annis eum dicimus priuari honore.* Idem SYRICIVS I. allegat epiſt. 4. ad omnes orthodoxis, cap. 4. vt mox citabimus.

Syricius 1.

Concilium Elibertinum.

His cōcordat & ſubſcribit Concilium ELIBERTINVM cano. 33. *Placuit in totum prohibere. Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis ac Subdiaconis, poſitis in miniſterio, abſtinere ſe à coniugibus ſuis,*

& non

A *& non generare filios. Quod quicunque feceris, ab honore clericatus exterminetur.* Et canoni huic ſubſcribens

Concilium Taurinenſe I.

Concilium Taurinenſe I. canone 7. & vltimo. *Hi (ait) qui contra interdictum ſunt ordinati, vel in miniſterio genuerunt filios, ne ad maiores gradus ordinum permittantur aſcendere, ſynodi decreuit authoritas.* Idem omnino Concilium

Concilium Toletanum I. Innocentius I.

Toletanum I. cano. 1. & allegatur ab Iuone libro 3. & Innocentius I epiſtola 5. ad maximum & Seuerum Epiſcopos Brutiorum, & allegat Gratianus diſtinctione 81. capite Maximilianus. Hinc

Concilium Carthagineſ. 5. ſub Anaſtaſio Epiſcoporum 73.

Concilium Carthaginense V. canone 3. & allegatur à Gratiano diſtinctione 84. cap. Cùm de, & diſtinctione 32. cap. Placuit. *Cùm de quorundam clericorum, ait, quamuis erga vxores proprias, incontinentia referretur. Placuit Presbyteros,* B *Epiſcopos, & Diaconos, ſecundum vel priora aut priorum propria ſtatuta etiam ab vxoribus continere. Quod niſi fecerint, ab Eccleſiaſtico remoueantur officio. Cæteros autem clericos ad hoc non cogi, ſed ſecundum, vniuſcuiuſque Eccleſiæ conſuetudine obſeruari debere.* Vide & Monachus. Idem omnino ſtatuit Conci-

Concilium Africanum ſub Bonifacio I. Concilium Moguntin. 3.

lium Africanum ſub Bonifacio I. capite 37. Porrò hic canon Carthaginenſis recitatur, & confirmatur, poſtea in Concilio Moguntino III. ſub Arnulpho Imperatore capite 19. Præterea ſic longè ante illa omnia concilia, Concilium

Concilium Arelatenſe 2. anno Domini 320.

Arelatense II. ſub Sylueſtro canone 2. & allegatur à Gratiano diſtinctione 28. cap. Aſſumi. *Aſſumi aliquem ad ſacerdotium non poſſe in vinculo coniugij, conſtitutum, niſi fuerit promiſſa con-* C *uerſio.* Sic

Syricius I.

Syricius I. epiſtola 1. ad Tarraconenſem Epiſcopum cap. 7. & allegatur à Gratiano, diſtinctione 82. capite Plurimos. *Plurimos ſacerdotes Chriſti atque Leuitas poſt longa conſecrationis ſuæ tempora, tam de coniugibus propriis, quàm etiam de turpi coitu ſobolem didicimus procreaſſe, & crimen ſuum hac præſcriptione defendere, quia in veteri teſtamento, ſacerdotibus ac miniſtris generandi facultas legitur attributa.*

Hæc ſunt argumenta Hæreticorum noſtri temporis.

Leuiti 20. Lucæ 1.

Dicat mihi nunc, quiſquis ille eſt, ſectator libidinum præceptorque vitiorum, ſi æſtimat, quòd in lege Moſis paſſim ſacris ordinibus à Domino laxata ſint frena luxuriæ, cur eos quibus committebantur ſancta ſanctorum, præmonet dicens, ſancti eſtote quia ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. D

Leuit. 10. Luc. 1.

Cur etiam procul à ſuis domibus anno vicis ſuæ, in templo habitare iuſſi ſunt ſacerdotes. Hac videlicet ratione, ne vel cum vxoribus poſſent carnale exercere commercium, vt conſcientia integritate fulgentes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus etiam expleto deſeruitionis ſuæ tempore, vxoris vſus ſolius ſucceſſionis cauſa fuerat relaxatus, quia non ex alia, niſi ex tribu Leui, quiſquam ad Dei miniſterium fuerat præceptus admitti.

Matth. 5.

Vnde & Dominus Ieſus, cùm nos ſuo illuſtraret aduentu, in Euangelio proteſtatur, quia legem venerit implere, non ſoluere.

Cantic. 4.

Et ideo Eccleſiam cuius ſponſus eſt, ſpecioſus forma, caſtitatis voluit ſplendore radiare, E *vt in die iudicij cùm rurſus aduenerit, ſine macula & ruga eam poſſit,*

Epheſ. 5.

ſicut per Apoſtolum ſuum inſtituit, reperire. Quarum ſanctionum ſacerdotes omnes atque Leuitas inſolubili lege conſtringimus, vt à die ordinationis noſtræ ſobrietati ac pudicitiæ, & corda noſtra

Roman. 8.

mancipemus & corpora, dum modo per omnia Deo noſtro, in his quæ quotidie offerimus ſacrificiis placeamus.

1. Corinth. 5. & 6.

Qui autem in carne ſunt, dicente electionis vaſe, Deo placere non poſſunt: vos autem iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu: ſi tamen ſpiritus Dei habitat in

Sapien. 1.

vobis. Et vbi poterit, niſi in corporibus, ſicut legimus, ſanctis Dei ſpiritus habitare? Et quia aliquanti de quibus loquimur. (Hoc allegat Gratianus diſtinctione

A 82. capite Quia aliquanti) *ignoratione lapſos ſe eſſe deflent. His hac conditione miſericordiam dicimus non negandam, vt ſine vllo honoris augmento, in hoc quòd detecti ſunt, quandiu vixerint, perſiſterent, ſi tamen poſt hac continentes ſe ſtuduerint exhibere. Hi verò qui illiciti priuilegij excuſatione nituntur, vt ſibi aſſerunt veteri hoc lege conceſſum, nouerint ſe ab omni Eccleſiaſtico honore, quo indignè vſi ſunt, Apoſtolicæ ſedis authoritate deiectos, nec vnquam poſſe veneranda attrectare myſteria, quibus ſe ipſi, dum obſcœnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt, & quia exempla præſentia cauere nos præmonent in futurum.*

Hæc diligẽter attende.

Si quilibet Epiſcopus, presbyter, atque Diaconus (quod non optamus) deinceps fuerit talis inuentus, iam nunc ſibi om- B *nem per nos indulgentiæ aditum intelligat obſeratum, quia ferro neceſſe eſt excidantur vulnera, quæ fomentorum non ſenſerint medecinam.* Idem adhuc epiſtola 4. ad omnes Orthodoxos cap. 7. iubet, vt ſacerdotes & Leuitæ cùm vxoribus ſuis non coeant. *Quia in miniſterio diuino (ait) quotidianis neceſſitatibus occupantur.*

1. Corinth. 7.

Ad Corinthios namque ſic Paulus ſcribit dicens. Abſtinete vos, vt vacetis orationi. Si ergo laicis abſtinentia imperatur, vt poſſint deprecantes, audiri, quanto magis ſacerdos vtique omni momento paratus eſſe debet, munditiæ puritate ſecurus, ne aut ſacrificium offerat, aut Baptizare cogatur? Qui ſi contaminatus & carnali concupiſcentia, quid faciet?

Heu, quot vi no ſepulti, & è ſtupris exurgẽtes ſacra tractant myſteria, & baptiſmi cõferunt ſacramentum.

Excuſabit? Quo pudore, qua mente vſurpabit? qua C *conſcientia, quo merito, hic exaudiri ſe credit? cùm ſcriptum ſit. Omnia munda mundis, coinquinatis autem*

Tit. 1.

& infidelibus nihil mundum? Qua de re hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobrium, quod poteſt iure etiam

Occupatio.

gentilitas accuſare. Fortè licere hoc creditur, quia ſcriptum eſt, vnius vxoris virum.

1. Timoth. 3.

Non permanentem in concupiſcentia generandi dixit, ſed propter continentiam futuram. Neque enim integros non admiſit, qui

Tit. 1. 1 Corinth. 7. Roman. 8.

ait *vellem autem omnes homines ſic eſſe, ſicut & ego: & apertiùs declarat dicens: Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt, &c.* Hæc Syricius ille. Porrò omnia

Concilium Aruernenſe. Concilium Carthag. 2.

prædicta confirmat Concilium Arvernense I. ſub Vigilio cap. 12. & Concilium Carthaginense II. ſub prædicto Syricio ca- D none 2. & allegatur à Gratiano diſtinctione 84. cùm in præterito & diſtinctione 31. capite Epiſcopos. *Aurelius Epiſcopus dixit: Cùm in præterito concilio de continentia & caſtitatis moderamine tractaretur, gradus iſti tres conſcriptione quadam caſtitatis per conſecrationem annexi: ſunt Epiſcopos inquam, Presbyteros & Diaconos, ita placuit vt condecet, ſacroſanctos antiſtites & Dei ſacerdotes, nec non & Leuitas, vel qui ſacramentis diuinis inſeruiunt, continentes eſſe in omnibus, quo poſſint ſimpliciter quod à*

Nota verba hæc, quia Cœlibatum Apoſtoli docuerũt & ipſa ſeruauit antiquitas.

Deo poſtulant impetrare, vt quod Apoſtolici docuerunt, & ipſa ſeruauit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt. Omnibus placet vt Epiſcopi, presbyteri, & Diaconi, vel qui ſacra- E *menta contrectant pudicitiæ cuſtodes etiam ab vxoribus ſe abſtineant. Ab omnibus dictum eſt, placet, vt in omnibus, & ab omnibus pudicitia cuſtodiatur, qui altario deſeruiunt.* Hunc canonem citat Concilium

Concilium Moguntinen. 3. ſub Arnulpho Imperatore. Leo I.

Moguntinense III. ſub Arnulpho cap. 19. Idem omnino & Leo I. epiſtola 90. quæ eſt ad Epiſcopum Narbonenſem Ruſticum, capite 3. & allegatur diſtinctione 31. à Gratiano capite Lex

Innocentius I.

continentiæ, &c. Idem & Innocentius I. epiſtola 2. ad Victricium Rhotomagenſem Epiſcopum capite 9. & allegatur à Gratiano ibidem capite tenere. Similiter Idem Innocentius repetit epiſtola 3. ad Exuperium Tholoſanum Epiſcopum capite 1. ea omnia quæ ſuperius Syricius

Concilium Conſtantinop. 6 dictum generale.

depromit de continentia ſacerdotum. Sicut & Patres Concilij III. CONSTANTINOPOL. quod dicitur 6. generale canone 12. idem repetunt,& proprijs calculis vetant ne Epiſcopi proprias vxores repetant, vt alibi diximus. Præterea hæc omnia confirmans, & approbans Concilium AGATHENSE canone 9. & allegatur à Gratiano diſtinctione 82. capite. Propoſuiſti. *Placuit vt ſi preſbyteri vel Diaconi coniugati, ad torum vxorum ſuarum redire voluerint, Papæ Innocentij ordinatio, vel Syricij Epiſcopi authoritas (habes ſuperius) quæ eſt his canonibus inſerta, ſeruetur. Quod ſi ad aliquos formula illa Eccleſiaſtica vitæ pariter & diſciplinæ, quæ à Syricio Epiſcopo ad prouincias commeauit, non probabitur perueniſſe, eis ignorationis venia remittitur, ita vt de cætero penitus incipiant abſtinere. Et ita gradus ſuos, in quibus inuenti fuerint ſic retineant, vt ad potiores eis non liceat aſcendere. Quibus in beneficio eſſe debet, quòd locum ipſum, quem retinent, non amittunt. Si qui autem ſe ſcit formam viuendi à Syricio ſancto Epiſcopo directam, neque ſtatim cupiditates libidinis abieciſſe, illi ſunt modis omnibus ſubmouendi, eo quod poſt admonitionem cognitam, præponendam arbitrati ſunt voluptatem.* Poſtea ſtatuit Concilium ARAUSICANUM I. ſub Leone I. canone 23. *Si quis poſt acceptam benedictionem leuiticam, cum vxore ſua incontinens inuenitur, ab officio abijciatur.* Et cano 2.

Concilium Arauſicanū, 1 ſub Leone 1.

De his autem, qui prius ſ[illegible] ordinati fuerint, in hoc ipſum inciderint Taurinatis Synodi ſequendam ſententiam (habes ſuperius expreſſam) *qua iubentur non vlterius promoueri.* Et canone 25. *De idoneis autem probatiſque viris, quos clericentus alligari, &c.* Vide dictione, Bigamus. De cœlibatu Subdiaconorum, idem dicit LEO I. epiſtola 82. ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicen. capite 4. vide poſitum in vocabulo. Subdiaconus. Eadem conſtituit quæ ſuperiùs Concilium EPAUNENSE capite 2. vide etiam, ordinationes illicitæ. Porrò omnes hos canones de cœlibatu loquentes confirmat EPIPHANIUS CYPRI hæreſi 59. contra Catharos libro 2. tomo 1. *At dices mihi (ait) omnino in quibuſdam locis adhuc liberos gignere preſbyteros, & Diaconos, & Hypodiaconos. At hoc non eſt iuxta canonem ſed iuxta hominum mentem, quæ per tempus elanguit, & propter multitudinem eum non inueniretur miniſterium. Nam quod decentiſſimum eſt, id ſemper Eccleſia, per ſpiritum ſanctum benè diſpoſita videns, ſtatuit apparare, vt cultum diuinis indiſtracti Deo perſoluerentur, & ſpiritualet neceſſitates cum omni beneuola conſcientia peragerentur. Dico autem, quod decorum eſt propter repentina miniſteria ne neceſſitates, vt preſbyter & Diaconus & Epiſcopus, Deo deditus ſit. Si enim etiam populo præcipit ſanctus Apoſtolus, dicens, vt ad tempus vacent orationi, quanto magis ſacerdoti idem præcipit? Vt indiſtractus ſit, inquam, ad vacandum ſecundum Deum ſacerdotio, quod in ſpiritualibus neceſſitatibus ac vſibus perficitur, &c.* Idem ad calcem lib. 3. contra hæreſes, tomo 2. prope finem operum eius contra Hæreſes. *Sanctum, inquit, ſacerdotium ex virginibus quidem vt plurimum procedens, ſi verò non ex virginibus, at ex ſolitariam vitam degentibus. Si verò non ſuffecerint ad miniſterium, ad ſolitariam vitam degentibus, de his qui continent à proprijs vxoribus, aut ab vnis nuptiis viduitatem ſeruantibus &c.* Lege & ORIGENES ADAMANTIUS Homilia 4. in Leuiticum. *Ante omnia (inquit) ſacerdos qui diuinis aſſiſtit altaribus, caſtitate debet accingi, &c.* Et IOANNES CHRYSOSTOMUS. Homilia 2. de patientia Iob. *Tito dicit Paulus, conſtitue Epiſcopos ſicut ego diſpoſui tibi, ſi quis eſt ſine crimine, & vnius vxoris virum. Non ea ratione, quod ad nunc in Eccleſia obſeruatur. Oportet enim eum ipſo ſua caſtitate ſacerdotium ornatum eſſe.* &c. Idem homilia 7. in Matthæum, capite 2. *Omnia mandata legis nobis ſicut monachiſque communia, abſque ſola profeſſione coniunctionis connubij.* Vide & CYPRIANUM CARTHAGINENSEM per totum librum de ſingularitate clericorum, vbi de vitanda mulierum familiaritate & commercio diſputat. Cœlibatus meminit clericorum, multis in locis HIERONYMUS STRIDONENSIS, potiſſimùm in epiſtola ad Paulinum de Inſtitutione Monachi. & libris contra Iouinianum & libro contra Vigilantium. Meminit & AMBROSIUS MEDIOLANENSIS in epiſtola ad Titum cap. 1. & in 2. ad Corinthios cap. 11. meminit ſpecialiter huius vocabuli cœlibatus. AUGUSTINUS HIPPONENSIS libro 6. confeſſionum cap. 3. & capite 11. vbi & ſe cœlibem confitetur. Porrò extat memorabilis hiſtoria, quam ſcripſit NICEPHORUS CALLISTUS libro 8. capite 19. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & SOCRATES libro 1. capite 11. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Nam in magno illo Concilio NICAENO ſtatutum fuiſſe dicit, vt quicunque ſacrum aliquod ſortiti eſſent miniſterium, præterquam lectores, de cætero cùm vxoribus ſuis non concumberent, quas ante initium ſacrum magiſtratum duxiſſent quod decretum ad preces Paphnutij ſuperiorum thebæorum Epiſcopi mutatum eſt, & decretum antiquum ſeruari iubetur, quod adhuc hodie Græci & Orientales obſeruant, vt ſcilicet qui ſacerdotalem dignitatem ſuſceperint, cœlibes poſtea quoque à coniugio abſtineant qui verò vxore ducta, in ordinem ſacrum cooptati ſunt, vt à coniugibus ſuis non ſeparentur. *Hæc* (inquit) *Paphnutio, qui nunquam vxorem duxerat, ſuadente, Synodus comprobauit, &c.* Hanc poſtea conſtitutionem approbarunt & confirmarunt edictis HONORIUS & THEODOSIUS Imperatores vt habes. A A. lex & ſcript. l. eum qui, C. de Epiſcopis & clericis. &c. Meminit & cœlibatus ſæpius CASSIODORUS SENATOR in hiſtoria Tripartita lib. 7. cap. 14. De Pelagio Laodiceno Epiſcopo, qui cùm vxorem duxiſſet, in ipſo thalamo primo die nuptiarum ſponſæ perſuaſit vt puritatem communi voluptati præponeret. Et libro 9. capite 38. idem narrat quod & EUSEBIUS CAESARIENSIS libro 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ capite 23. confirmat dicens, Dionyſium Areopagitam epiſtola ad Gnoſios, Epiſcopum eorum nomine Pynitum, ad caſtitatem voluntariam non coactam, hortari. Lege & viſita locos aſſignatos. Ne autem longius moram trahamus, reuertamur ad decreta patrum. Sic de cœlibatu ſtatuit Concilium AURELIANENSE II. canone 2. *Nullus clericorum à ſubdiacono & ſupra, & qui vxores in propoſito ſuo accipere inhibetur propriæ ſi forte iam habeat miſceatur vxori quod ſi fecerit laicâ communione contentus, iuxta priorum canonum ſtatuta ab officio deponatur, quem ſi ſciens Epiſcopus ſuus in hac vilitate permixtionis viuentem, ab officium poſtea admiſerit, &c. ipſe Epiſcopus ad agendam pœnitentiam tribus menſibus ſit ab officio ſuo ſequeſtratus.* Et poſtea AURELIANENSE III. ſub eodem Vigilio canone 7. *Clerici qui, cum vxores non haberent, benedictione ſuſcepta coniugia crediderint eligenda, qui volentes abſque vlla reclamatione in ætate fuerint legitima ordinati, cum ipſis mulieribus quas acceperint excommunicatione percellantur.* Et de his qui poſt hæreſim ad Catholicam Eccleſiam

Leo 1.

Concilium Epaunenſe.

Epiphanius Cypri Epiſc.

1. Corinth. 7. Eadē ſuperius ex Syricio petiuimus verum tamen credo quod Syricius hic hauſerit ex Epiphanio.

Origines Adamantius.

Ioannes Chryſoſtomus.

Cyprianus Carthaginenſ.

Hieronymus Stridonenſis.

Ambroſius Mediolanenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Nicephorus Calliſtus Socrates Hiſtoriographus.

Concilium Nicænum.

Honor. Imper. Theod. Imper.

Euſebius Caeſarienſis.

Concilium Aurel. ſub Childeberto & Vigilio.

Concilium Aurelianenſ.

redeuntes,

Hoc notetur pro præſenti, & pro futuro, & vide ſuprà, Clerici ab hæreſi conuerſ.

Concilium Toletanum 3.

A redeuntes, vxores ſuas retinent in domo, ſtatuit Concilium TOLETANVM III. capite 5. *Vt ſi vxorem habuerint, eas faciant a ſe in diuerſorio remoto habitare, ſi ſuffragatur virtus & caſtitas, teſtimonium bonum accipiat vtriuſque. Qui autem obſcœne elegerit cum vxoribus habitare, vt lector habeatur, & canonicè diſtringatur, vxores verò poſſint ab Epiſcopis venundari, & precium pauperibus tribui.* Hinc Concilium MATISCONENSE I. canone 11.

Concilium Matiſconenſ. 1.

Sacro electi miniſterio repudiant carnale conſortium, ac permixtionis priſtina contubernium permutent germanitatis affectu, & quiſquis ille eſt, diuino munere benedictione percepta, vxori prius ſua frater illicò efficiatur ex coniuge. Eos verò quos reperimus ardore libidinis inflammatos, abiecto religionis cingulo ad vomitum priB ſtinum & inlicita rurſus coniugia repetiſſe, atque inceſti quodammodo crimine clarum decus ſacerdotij violaſſe, quod nati etiam filij prodiderunt, quod qui feciſſe cognoſcitur, omni in perpetuum, quam admiſſo iam crimine perdidit, dignitate priuabitur. Idem omnino

Concilium Lugdunenſe 2.

Concilium LVGDVNENSE II. capite 1. vide latiùs ſuprà. Clericis mulierum contubernium inhibetur, &c. Vide & vocabulo ſubdiaconus ex

Concilium Toletanum 8.

Concilium Aurelianenſ. 4.

Concilio TOLETANO VIII. capite 6. Porro ſic Concilium AVRELIANENSE IV. canone 7. *Prohibemus ne ſacerdotes ſiue Diaconi cum coniugibus ſuis habeant communem lectum & cellulam, ne propter ſuſpicionem carnalis conſortij religio maculetur, quod qui fecerint iuxta priſcos canones* C *ab officio degradentur.* Eadem omnino, licet prolixioribus verbis, determinat Concilium TVRONENSE II. capite 20. vbi etiam Nicolaitarum factum & hæreſim damnant, & eos qui tali ordine viuunt.

Concilium Turonenſe 2.

Concilium Aurelianenſ. 5.

Idem etiam Concilium AVRELIANENSE V. ſub Pelagio 1. canone 4. vbi prohibet, ne quis poſt adeptum clericatum, ad coniugalem torum ſibi illicitum redeat, aliàs ab officio deponatur. Vt iam crebrius dictum eſt. Idem

Concilium Vormatienſe.

Gregorius Magnus.

confirmat & Concilium VORMATIENSE canone 9 huic & GREGORIVS I. in reſponſionibus ad interrogata Auguſtini Cantuarienſis 1. Archiepiſcopi reſponſione 2. & allegatur à Gratiano diſtinctione 32. capite Si quis, & cauſa 12. D quæſtione 1 capite Quia tua 5. Si qui verò, &c. *Si qui verò ſunt clerici (ait) extra ſacros ordines conſtituti, qui ſe continere non poſſint ſortiri vxores debent, & ſtipendia ſua exterius accipere, quia de patribus nouimus ſcriptum, quòd diuidebatur ſingulis prout cuique opus erat: de eorum ergo ſtipendio cogitandum atque prouidendum eſt, & ſub Eccleſiaſtica regula ſunt tenendi, vt bonis moribus viuant, & canendis pſalmis inuigilent & ab omnibus illicitis & cor, & linguam, & corpus, Deo authore conſeruent.*

Actuum 4.

Eugenius 2.

Et EVGENIVS II. Decreto 2. *Præcipimus obſeruari, vt qui in ordine ſubdiaconatus aut ſupra, vxorem duxerint, aut concubinas habuerint, officio Eccleſiaſtico & Beneficio ca*E*reant.* Hinc decreto ſubſcribit NICOLAVS I.

Nicolaus 1.

epiſtola ad Odonem Viennenſem Archiepiſcopum allegatur à Gratiano diſtinctione 32. capite De illo. (*Clericus* ait) *qui per ordines Eccleſiaſticos vſque ad ſubdiaconatum caſtè vixit, vxorem ducere non poteſt. Nullis enim datur licentia exceptis illis, quibus Eccleſiaſtica regula vxorem habere permittit.*

Zacharias 1.

Et ZACHARIAS I. epiſtola 9. ad Bonifacium Moguntinenſem Archiepiſcopum & Martyrem. *Loquitur Apoſtolus vnius vxoris virum debere eſſe ſacerdotem, & hoc ante ſuſceptum ſacerdotium vbi licitum eſt. Nam à die ſuſcepti ſacerdotij, etiam ab ipſo proprio coniugio prohibendi ſunt. Quomodo ſacerdotio fungi deſiderant?* loquitur autem de Franciæ ſacerA*dotibus inceſtuoſis) qui talibus ſceleribus inuolutos eſſe monſtrantur, vt neque ſeculares fideles his facinoribus euolutos optemus?* Præterea ALEXANDER

Alexander 3.

III. part. 18. c. 2. Concilij LATERANEN. ſub eodem celebrati ad Cantuarienſem Archiepiſcopum, & eius ſuffraganeos: *Si quis* (ait) *clericorum, infra ſubdiaconatum, accipiant vxores ipſos ad relinquenda beneficia Eccleſiaſtica, ſi quæ habent, & retinendas vxores ſuas Eccleſiaſtica diſtrictione compellatis. Sed ſi forte in ſubdiaconatu & aliis ſuperioribus ordinibus, vxores accepiſſe noſcuntur, eorum vxores dimittere, & pœnitentiam agere de commiſſo, authoritate noſtra per ſuſpenſionis & excommunicationis ſententiam, appellatione poſtpoſita, compellatis.* Lege reB ſiduum ad Londonenſem Epiſcopum, ſuperiùs, Beneficia non valeant coniugati tenere, &c. Capite autem 5. eiuſdem partis ſcribens Herefordienſi Epiſcopo. *Sed nec aliqui* (ait) *ad ſacros ordines, vel Eccleſiarum adminiſtrationes admittantur, niſi caſtitatem forte vouerint, & perpetuò ſeruent, & qui vnicam & virginem habuerint in vxorem.* Idem

Quod niſi cœlibes vlli poſſint beneficia Eccleſiaſtica tenere, vide ſuperius dictum de beneficium.

Concilium Lateranenſe ſub Alaxandro 3.

Alexander 3 capite 4. eiuſdem 18. partis ad Hipponenſem & Salernitanum Epiſcopos. *Super eo quod aſſeris, quoſdam viros tuæ iuriſdictionis in ſacris ordinibus conſtitutos, matrimonium contraxiſſe, hoc tua prudentia reſpondemus: Quod ſi qui in Diaconatu & ſupra, matrimonium contraxerint, cogendi ſunt vxores dimittere, & continenter viuere, ita quòd poſt* C *actam pœnitentiam, ex diſpenſatione poſſint in ſuis ordinibus miniſtrare. Si verò ſubdiaconi contraxerint matrimonium, eos, dummodo antè tales fuerint, quod timendum ſit, ne pro vna pluribus abutantur, diſſimulare poteris cùm ſuis mulieribus remanere: quia tolerandum eſt malum, vt peiora vitentur.* Idem capite

Nota de Subdiaconis vxoratis, vide quod ſequitur infrà.

6. Vuigorenſi Epiſcopo: *Peruenit ad audientiam noſtram, quod quidam in ſua diœceſi commorantur, qui ſe Eccleſiaſtica profeſſionem eſſe fingentes, cùm tamen Eccleſiaſtica beneficia habeant, matrimonium contraxerunt, & adepta beneficia nihilominus obtinere contendunt. Quod quia indignum eſt, & ſanctorum canonum inſtitutionibus noſcitur penitus obuiare, fraternitati tuæ mandamus, quatenus illos qui infra Sub*D*diaconatum matrimonium contraxerint, à ſuis vxoribus nulla ratione permittas diuertere, niſi ex communi conſenſu illi ad religionem tranſire voluerint, & ibi in Dei ſeruitio iugiter commorari. Si autem cùm vxoribus vixerint, Eccleſiaſtica beneficia, quæ ad illos tantùm qui aſſiduè in Dei ſeruitio perſiſtunt, ſpectare noſcuntur, non debent vllatenus obtinere. Illi verò, qui in ſubdiaconatu & ſupra, ad matrimonium conuolauerunt, poſſunt & debent mulieres inuitas & renitentes relinquere, nec huiuſmodi coniunctio matrimonium, ſed contubernium eſt potius nuncupandum.* Hæc allegat Gratianus diſtinctione 34. capite presbyteris, & diſtinctio 17. capite mulieris. Eadem adhuc Idem

Coniugati ſub interminatione anathematis vetatur eccleſiaſtica beneficia poſſidere, & hodie, nô ſolum côiugati ſed & inceſtuoſi hæretici permittuntur poſſidere. O grande & exitiale facinus.

E Alexander 3. capite 2. & 13. eiuſdem 18. partis ad Exonienſem Epiſcopum, Et ſignanter dicit, ab illis vxores remouendas, ſi caſtè victuros crediderit. *Si autem antea diſſoluta vita fuerint, aut illas quas tenent dimiſſis in deteriora lapſuri credantur, & plures pro vna frequentare: Diſſimulandum eſt pro grauiore lapſu vitando, quod inſimul maneant, ita tamen quod ad altaris miniſterium non accedant, nec Eccleſiaſtica beneficia percipiant. Verumtamen ſi tales Eccleſiæ perſonas gerunt, aut Eccleſias, aut vxores prorſus dimittere ſunt cogendi.* Tum capite 12. de Diacono, qui Diaconum verberauit in ſabbato ſancto, & inſuper mulierem vxoris nomine ſuſcepit ait: *Quòd ſi contrito animo de facto doleat, cogendus eſt ab vxore recedere, & pœnitentia de vtroque com-*

miſſo

muſſo ſuſceptu, ut presbyterum poterit mereri interueniente ordinari. Hoc iterum repetitur parte 56. capite 21. eiuſdem concilij Lateranenſis ſub eodem, vbi ſic ſubditur. *Subdiaconum autem ſiue homines interfecit ſiue non, non poſſe matrimonium contrahere, ſacrorum canonum cenſura demonſtrat.* Vide ſuperiùs multis in locis & vocabulo, Subdiaconus: Prædicta iterum confirmantur, ſcilicet quòd clerici qui ad coniugium tranſierint, de minoribus ordinibus non poſſunt beneficia Eccleſiaſtica poſſidere parte 50. capite 7. eiuſdem, vbi idem Alexander 3 Verulano Epiſcopo ſcribit. *Si autem (ait) Eccleſiis quibus attitulati fuerant de poſſeſſionibus aut aliis bonis ſuis aliqua contuliſſe noſcuntur, cùm ab earundem Eccleſiarum miniſterio fuerint, & beneficio ſequeſtrati, ad ipſos recta via Dominium & proprietas illorum debet abſque vlla contradictione redire &c.* De cœlibatu porrò clericorum multis agit Concilium ALEMANICUM ſub Conrado Epiſcopo Cardinali Portuenſi ſanctæ ſedis legato, habitum anno 1135. Sed & agit Concilium SENONENSE ſub Antonio à prato Cancellario & Archiepiſcopo decreto 8. contra Luciferiarios & Lutheranos cœlibatum clericis & ſacerdotibus tenendum, præcedentium authoritate canonum, & ex veteris legis teſtimonio. *Neque enim (ait) potuit quicquam illo ſanctius inſtitui, quo miniſtri puriores ſacris accedant altaribus, & iugi pene ſacramentorum adminiſtrationi reddantur aptiores, quam neminem nec ad ſubdiaconatum quidem admitti, qui non ſeſe voto perpetuæ caſtitatis aſtrinxiſſet. Degrauat quippe animum, & ad terrena deiicit vſus matrimonij, & amor liberorum, auarum & ſollicitum reddit. Quiſquis igitur contra ſacrorum conciliorum & patrum decreta, ſacerdotes, diaconos, aut ſubdiaconos, lege cœlibatus non teneri docuerit, aut liberas illos conceſſerit nuptias, inter hæreticos omni tergiuerſatione relicta numeratur, &c.* Per totum hoc decretum de cœlibatu agit & votis. Quapropter vide plura in vocabulis Bigamia Clericus votum, Virgo & Virginitas, Monachus & cætera eiuſmodi: & coniunge ſequentia.

Concilium Alemanicum ſub Conrado Cardinali S Rufinæ & legato. Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato Legato & Cardinali.

Cœlibatus matrimonio præſtat.] Hoc ex ſuperioribus inumeris authoritatibus confirmatur. Ideo teſtat apponere cenſuram eorum qui hoc conarentur euertere. Sic ergo Concilium TRIDENTINUM nouiſſimum generale ſeſſione 24. quæ eſt 8. ſub Pio 4. *Si quis (ait) dixerit clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, vel regulares, caſtitatem ſolemniter profeſſos, poſſe matrimonium contrahere contractumque validum eſſe, non obſtante lege Eccleſiaſtica vel voto, & oppoſitum nihil aliud eſſe, quàm damnare matrimonium, poſſeque omnes contrahere matrimonium, qui ſentiunt ſe caſtitatis, etiam ſi eam vouerint, habere donum, anathema ſit. Cùm Deus id rectè petentibus non deneget, nec patiatur nos ſupra id quod poſſumus tentari. Si quis dixerit ſtatum coniugalem anteponendum eſſe ſtatui virginitatis vel cœlibatus, & non eſſe melius ac beatius, manere in virginitate aut cœlibatu, quàm iungi matrimonio, anathema ſit.* Qui plura legere voluerit, habet librum excellentiſſimi doctoris ROBERTI CENALIS Epiſcopi Abrincenſis, quem inſcripſit de Cœlibatu, qui nobis quondam fuit familiariſſimus, & noſtri ordinis feruentiſſimus zelator cui & teſtimonium ſolemne in eodem libro præbuit. Habet & alios infinitos doctores, qui in hac acie deſudarunt quos pertranſeo Hæc ſufficiant.

Concilium Tridentinum generale

Robertus Cenalis Epiſcopus, Abrincenſis, [illegible] in æde D. Pauli apud Lutetiam.

COEMETERIUM.

Cœmeteria non polluenda ſed honoranda. ALEXANDER III. in Concilio Lateranenſi ſub eodem celebrato parte 31. capite 6. expreſsè prohibuit, ne excommunicatorum corpora in cœmeterio inhumarentur, vt videbis in dictione, Ex communicatus. Sed & abundantiùs Concilium TURONENSE vt ibidem allegatur, ſtatuit vt qui Eccleſias & cœmeteria contempſerint vel polluerint, anathematis ſententia feriantur. Nec abſolui poſſint, niſi à ſummo Pontifice præterquam in mortis articulo. Prohibet etiam clericis & laicis, ne quis ſcienter prædam Eccleſiæ emat, vel prædam cœmeterij vel cuiuſlibet poſſeſſionis Eccleſiaſticæ: quod qui præſumpſerit, anathematis vinculo feriatur. De Immunitate & reconciliatione pollutorum cœmeteriorum, dicemus in vocabulo Eccleſiæ limina. & Eccleſia ſanguine polluta &c ex CLEMENTE III. & aliis ad locum, nec te pœnitebit, vide etiam dictione, Immunitas, & Baſilica. &c.

Alexander 3. Concilium Turonenſe. Clemens 3.

COENA.

Cœna Domini.] Vide Euchariſtia, & Communio.

Cœnæ Domini feſtum.] memoratur infinitis in locis nec poſſibile eſt hic cuncta complecti. Vide in vocabulo Dies feſti, huius enim ſpecialiter fit mentio in Concilio CHALCEDONENSI generali 4 actione 16 & in NICEPHORO CALLISTO libro 15 capite 16. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, vbi narratur quomodo in Die feſto cœnæ Domini, quod triduo ante Paſcha celebratur, ab Hæreticis occiſus eſt ſanctiſſimus Proterius Alexandrinus Epiſcopus. Sed & mentio fit cœnæ Domini in vocabulo, Gloria in excelſis. Nam eo die iubetur decantari In vocabulo Ablutio, quæ eo die fieri iubetur. In vocabulo, Pallium, nam eo die iubetur Archiepiſcopus illud deferre. in vocabulo. Chriſma: nam eo die iubetur confici. In omnibus his locis, mentio fit Cœnæ Dominicæ. Ideò adi illa vocabula. Præterea Concilium BRACARENSE I. cano 16. *Si quis (ait) 5. feria Paſchali quæ vocatur cœna Domini, hora legitima poſt nonam ieiunus in Eccleſia miſſas non tenet, ſed ſecundum ſectam Priſcilliani feſtiuitatem ipſius Diei ad horam 3. per miſſas defunctorum, ſoluto ieiunio colit, anathema ſit.* Idem priùs ſtatuerat Concilium LAODICENUM canone 49. vt dicemus in vocabulo. Quadrageſima. Idem & allegat MARTINUS BRACARENSIS in collectorio cap. 50. & allegatur à Gratiano de conſecratione diſtinctione 3. vide Quadrageſima. Ieiunium, & cætera quæ ſuperius memorauimus ſed & ſuperioribus mentionem fecimus ex eodem Alexandro 3. cœnæ Domini, quo die Diaconus alterum Diaconum verberauit, quod in crimen illi immenſum verſum eſt, quòd polluiſſet ſanctum Diem.

Concilium generale Chalcedonenſe 4. Nicephorus Calliſtus. Concilium Bracarenſe 1. Concilium Laodicenum. Martinus Bracarenſis.

COENOBIUM.

Cœnobiorum inſtitutio, &c.] Omnia habes in vocabulo, Monaſterium.

COETUS.

Cœtus vt ſint celebrandi.] CLEMENS I. libro 2. conſtitutionum Apoſtolicarum capite 61. vbi Apoſtolici ſic loquuntur: *Cùm verò Eccleſiam [illegible] conuocaueris ô Epiſcope, veluti magna nauis gubernator, iube cum omni ſcientia cœtus celebrari,*

Clemens 1.

Antiquitus fiebat cœtus fidelium, tam ad audiendū verbū Dei, quam ad participandum ſacramētis.

præcipiens Diaconis,tanquam nautis,vt diſponant loca fratribus tanquam epibatis, cum omni diligentia & ſanctitate. Ac primùm ſit longa domus ad orientem conuerſa, ex vtraque parte Paſtophoria habens ad orientem,quæ nauis habeat ſimilitudinem:in eius medio ſit Epiſcopi ſedes,ad cuius vtrumque latus conſideant presbyteri, & Diaconi aſſiſtant ſuccincti & expediti. Hi enim ſunt ad nautarum & muralium præfectorum ſimilitudinem, horum cura laici in altera parte ſedeant,cum omni quiete & ordine. Mulieres quoque ſeparatim ſedeant,ſilentium ſeruantes. Lector e loco ſuperiori ſtans, legat libros Moſis Ieſu naue. Iudicum, Regnorum, &c. Et cap. 61. ſubditur. *Cùm docens, ô Epiſcope, iube & hortare populum Eccleſiam frequentare, manè & veſpere quotidie, nunquam abeſſe omnino,ſed aſſiduè vnumquemque conuenire.* (Et infrà:) *Conueniatis quotidie manè & veſpere pſallentes atque orantes in Dominicis, manè dicentes pſalmum ſexageſimum 2. veſpere centeſimum quadrageſimum. Maximè verò hoc ſeruetis in ſabbato, & in Die reſurrectionis dicato.*

Quæ in cœtibus fiebat communiter.

De vitandis autem conuentibus Idolatrarum, agit cap 66. conſequenter. Hinc idem Clemens libro 8 cap. 40. *Si propter infideles ad Eccleſiam iri non poteſt, domi cœtus congregabis, ô Epiſcope,ne quis ingrediatur in Eccleſiam impiorum, &c.* Vide in dictione.Orationis locus,&c. Porrò cœtuum huiuſmodi meminit TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro Apologetico aduerſus gentes cap. 38. & 39. vbi agit de diſciplina Chriſtianorum *Corpus* (ait) *ſumus,de conſcientia religionis & diſciplina veritate & ſpei fœdere: coimus in cœtum & aggregationem. vt ad Deum quaſi manu facta precationibus ambiamus orantes. Cogimur ad literarum diuinarum commemorationem, ſi quid præſertim temporum qualitas aut præmonere cogit, aut recognoſcere.* Et cætera multa. Vide locum, vide Oratio & Eccleſia.

Tertullianus Carthaginenſis.

Hoc reſpicito Hæreticos,qui clandeſtina cōuenticula celebrant. Sed, heu, & nunc illis indulgetur, vt & publice conuenticula agant in ... & damnum Eccleſiæ.

Concilium Laodicenum.

Concilium Antiochenum.

Concilium Conſtantinopolitanum III. dictum 6. generale.

Cœtus illiciti.] Concilium LAODICENVM canone 35. *Non oportet Eccleſiam Dei relinquere & abire, atque angulos nominare, & congregationes facere,quæ interdicta noſcuntur. Si quis igitur inuentus fuerit huic occultæ Idolatriæ ſeruiens, ſit anathema,quia dereliquit Dominum Deum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium Dei, & ſe Idolatriæ tradidit.* Idem inhibet clericis Concilium ANTIOCHENVM I. ſub Iulio 1. canone 5. & CONSTANTINOPOLITANVM III. quod 6. generale dicitur 76. prohibet ne cauponaria officina fiat in Eccleſia. Diximus de his dictione, Clerici ſchiſmatici.&c ſuperiùs,& infrà. Conuiuia Taberna, & Oratio, atque Eccleſia.

COLLECTA.

Agathenſe cōcilium.

De collectis.] egimus & dicemus, in vocabulo Preces & Oratio,ex concilio Agathenſi canone 30. & ex aliis. Vide locum.

COMES.

Concilium Turonenſe III.

Concilium Ticinenſe credo quod ſit idem quod Papienſe, Galliæ.Pauie ... quippe flumine eſt præterfluens, nomine Teſin

Comes quid.] Sæpius in decretis fit mentio Comitum. & adiunguntur iudicibus, quibus præcipit expreſſe Concilium TVRONENSE III. ſub Carolo Magno & Leone 3 vt Epiſcopis ſubditi ſint & obediant.propter Dei amorem: vide latiùs.in vocabulo, Iudex. Eorumdem celebris fit mentio in pleriſque conciliis. quando vel eos Epiſcopo,ſubditos eſſe,vel non debere pro iudiciis præmia accipere referuntur. In Concilio TICINENSI ſub Ludouico 2. Imperatore capite vnico Comitum ſit mentio fit. *De Comitibus verò,de quorum vita ... actibus a nobis quærere voluit ſublimitas veſtra,quoſdam tales eſſe ſcimus,quales Dei miniſtros, & veſtræ Reipublica prouiſores eſſe decet. Nonnulli autem vt ... ſuoſque miniſtros corrigant, veſtra admonitione indigent,quibus tamen,vt aliquantulum emendandi ſpatium tribuatis expoſcimus. Qui ſi ſe citius corrigere noluerint, regia ſunt authoritate reprimendi* De eorumdem ſeruis etiam reprimendis ſtatuunt.qui propter frequentia placita pauperiorem populum nimis affligere cernebantur. Vide & Iudex. Eorum etiam Concilium PISTENSE canone 4. meminit. *Comites* (ait) *miniſtri Eccleſiæ, Epiſcopis adiutores in omnibus fiant, vt corrigenda & emendanda corrigant, vel ad regias aures deferant,&c. alioquin ſi negligentes extiterint ſententiam ſuſtineant talem,ſicut tempore anteceſſorum noſtrorum conſuetudo fuit.* Hinc etiam Concilium TRIBVRIENSE capite 9. Comitum meminit, quibus iniungit, ne legationem ſeu viſitationem Epiſcoporum impediant, vel conturbare præſumant, nec eo die placitum condicere ſeculare præſumant quo Epiſcopus Eccleſiaſticum indixerit. verùm ſi in ipſa eademque Die vterque placitum eſſe dixerit effectum obtineat qui prior iudicauerat.ſalua tamen dignitate & poteſtate Epiſcopi. Vide loca ſuperius aſſignata.

Concilium Piſtenſe.id eſt, in loco qui ad Sequanæ fluuium eſt, & vocatur Piſtis.

Concilium Triburienſe.

COMPATER VEL COMMATER.

Quod tales.] non poſſunt matrimonio iungi nec copulari. & de multis ad eam rem difficultatibus pertinentibus,agemus in dictione ſpecialiter, Patrinus vbi omnia repoſuimus, quæ non pigriteris reuoluere, & matrimonium, ſeu conſanguineus. In his enim etiam quandoque, vt opportunitas ſe offert,loquimur.

COMMVNITAS.

Clemens I.

Actuum 4.

Aulus Gellius, & Eraſ in Chiliadibus aſſerit eſſe Pythagoram. Sed quidam dicūt Platonem, aut & Philoſophorū Deus dictus eſt.

Pſal. 132.

Actuum 4.

Vrbanus I.

Communitas indicitur.] De hac etiam diximus in vocabulo,charitas. Hinc ait CLEMENS epiſtola 5, ad diſcipulos Hieroſolymorum: *Communis vita omnibus neceſſaria eſt, & maximè his qui Deo irreprehenſibiliter militare cupiunt, & vitam Apoſtolorum imitari volunt. Communis enim vſus omnium, quæ ſunt in hoc mundo, omnibus eſſe hominibus debuit, ſed per iniquitatem alius hoc ſuum eſſe dixit, & alius illud. Et ſic inter mortales facta diuiſio eſt. Denique Græcorum quidam * ſapientiſſimus, & ita ſciens eſſe,ait,communia debere eſſe amicorum omnia. Et ſicut non poteſt* (ait) *diuidi aër, neque ſplendor ſolis, ita nec reliqua quæ communiter in hoc mundo omnibus data ſunt ad habendum, diuidi debere, ſed habenda eſſe communia. Vnde & Dominus per Prophetam loquitur. Ecce quàm bonum & quàm iocundum, habitare fratres in vnum! Iſtius enim conſuetudinis more retento, etiam Apoſtoli eorumque diſcipuli vnà nobiſcum & vobiſcum vitam duxere. Vnde, vt bene noſtis,erat cor vnum & anima vna, nec quiſquam eorum aut noſtrum de his quæ poſſidebat,aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed omnia illis & nobis erant communia, nec quiſquam egens erat inter nos, &c.* Vide ſuprà, Charitas.& infrà multis in locis. Idem ſtatuit VRBANVS I. epiſtola 1. ad omnes fideles vide Facultates Eccleſiæ.&c.

COMMVNIO.

Communio antiquitus omnibus ſumenda iniungitur.] De communione ſacro-

In ſequentibus manet datus e. lucidimo, & amplior è pri ſcorum patrū memoriis. Ideo patienter ſuſtine.

ſancti corporis Chriſti narrationem aggreſſuri, hortamur lectorem, ne putet hic habere omnia, quę de ipſa narrantur in Patrum decretis teſtimonia. Nam quædam oportuit congruentiùs reſeruare ſuis in vocabulis: ſcilicet Euchariſtia, vel Miſſa. Ideò quæ hic deſiderare poſſet ſciat in illis ſuppleri dictionibus. Quòd autem ſacra communio antiquitus omnibus ſumenda proponebatur, teſtatur Canon APOSTOLORVM X qui & allegatur à Gratiano de conſecratione diſtinctione 1. capite. Omnes fideles, allegatur in Concilio COLONIENSI III. parte 7. capite 26. vt poſuimus in dictione Miſſæ qui adſunt, ante communionem non recedant, &c. Sic igitur ait canon: *Omnes fideles qui ingrediuntur Eccleſiam, & ſcripturas audiunt, non autem perſeuerant in oratione, nec ſanctam communionem percipiunt, velut inquietudines Eccleſiæ commouentes, conuenit communione priuari.* Idem omnino Concilium ANTIOCHENVM I. canone 2. & recenſet Martinus Bracarenſis in collectorio capite 83. & allegat Gratianus de conſeratione diſtinctione 2. capite. Si quis intrat &c Item adhuc Canon APOSTOLORVM IX. *Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, vel quilibet ex ſacerdotali catalogo, facta oblatione non communicauerit, aut cauſam dicat: vt ſi rationabilis fuerit, veniam conſequatur, aut ſi non dixerit, communione priuetur, tanquam qui populo cauſa læſionis extiterit, dans ſuſpicionem de eo qui ſacrificauit, quod rectè non obtulerit.* Quòd autem idem de laicis dicatur, oſtendit CLEMENS I. libro 2. Apoſtolicarum conſtitutionum, capite 61. vbi ſic docent Apoſtoli: *His perfectis ſacrificium peragatur, aſtante omni populo, atque ſecretò orante. Ac poſtquam oblatum fuerit, accipiant ſinguli per ſe ordine Dominicum corpus & pretioſum ſanguinem gradatim, cum pudore & timore, tanquam ad Regis corpus accedentes. Mulieres quoque velato capite, quemadmodum eas decet ordine accedant, cuſtodiantur porta, ne quis infidelis, vel nondum initiatus ingrediatur.* Hinc ANACLETVS I epiſtola 1. ad omnes Epiſcopos. *Peracta autem (ait) conſecratione omnes communicent, qui noluerint Eccleſiaſticis carere liminibus. Sic enim & Apoſtoli ſtatuerunt* (vide ſuperius) *& ſancta Romana tenet Eccleſia. Seruite, inquit Dominus per prophetam Dauid, in timore & exultate cum tremore. Adorate purè, ne fortè iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta. Ille enim non perit de via, qui rectè graditur, & præcepta cuſtodit maiorum, &c.* Hinc Concilium TOLETANVM I. canone 13. & allegatur à Gratiano de conſecratione diſtinctione 2. capite. Hi qui intrant. *Qui intrant (ait) in Eccleſiam & deprehenduntur, nunquam communicare admoneantur. Quod ſi non communicant, ad pœnitentiam accedant. Si communicant, non ſemper abſtineantur. Si non fecerint, abſtineantur.* Et canone 14. allegaturque à Gratiano cauſa 11. quæſtione 3. Si quis laicus, &c. *Si quis autem acceptam a ſacerdote Euchariſtiam non ſumpſerit, velut ſacrilegus propellatur.* Hic canon in conſequentibus elucidabitur. Patienter ſuſtine, quia ordine procedimus. Idem concilium cano. 15. *Si quis, (ait) laicus abſtinetur, ad hunc vel ad domum eius, vel clericorum vel religioſorum nullus accedat. Similiter & clericus, ſi abſtinetur a clericis deuitetur. Si quis cum illo colloqui, aut conuiuari fuerit deprehenſus, etiam ipſe abſtineatur, ſed hoc pertineat ad eos clericos qui eius ſunt Epiſcopi, & ad omnes qui commoniti fuerint.* Hinc etiam AGATHENSE Concilium canone 18. & allegat Gratianus de conſecratione diſtinctione 2. capite. Seculares. *Seculares qui in natali Domini, Paſcha, & Pentecoſte, non communicauerint, Catholici non credantur, nec inter Catholicos habeantur.* Vide in vocabulo Paſcha & Dies feſti. Porrò Concilium CÆSARAVGVSTANVM Hiſpaniæ canone 13. *Euchariſtiæ gratiam ſi quis probatur acceptam non conſumpſiſſe in Eccleſia, anathema ſit in perpetuum.* Hoc decretum ſicut & præmiſſum Toletanum 1. Concilium TOLETANVM XI. canone 11. ſic exponit. *Cum nihil in diuino canone debeat eſſe confuſum, nihil dubium, nihil etiam indiſcretum in collatione noſtri cœtus relectum eſt canon concilij 1 Toletani, in quo præceptum eſt, vt ſi quis acceptam a ſacerdote Euchariſtiam non ſumpſerit, velut ſacrilegus propellatur nec adiecta eſt ibi diſcretio voluntatum, cum & inſidelis infideliter hæc talia agat, & fidelis fideliter accipiat, quod naturalis illum neceſſitas deglutire non ſinat. Solet enim natura humana infirmitas, in ipſo mortis exitu prægrauata, tanto ſiccitatis pondere deprimi, vt nullis ciborum illationibus reficiatur, ſed vix tantundem illati delectetur poculi gratia ſuſtentari. Quod etiam in multorum exitu vidimus, qui optatum ſuis votis ſacræ communionis expetentes viaticum, collatam ſibi à ſacerdote Euchariſtiam reiecerunt, non quòd infidelitate hoc agerent, ſed quod præter Dominici calicis hauſtum, tradi⸗tum ſibi nō poſſent Euchariſtiam deglutire. Non ergo huiuſmodi a corpore Eccleſiæ ſeparandi ſunt, qui talia non infidelitate, ſed neceſſitate fecerunt, præſertim hi de quibus nihil fides ſiniſtra ſentitur. Placuit ergo definire, quòd nec fideli officiat, nec infideli mulctam exiſtat. Quicunque ergo fidelis ineuitabili qualibet infirmitate coactus, Euchariſtiam perceptam reiecerit, in nullo Eccleſiaſtica damnationi ſubiaceat. Similiter nec illos cuiuſquam pœnitentiæ cenſura redarguet, qui talia aut tempore infantiæ faciunt, aut in qualibet mentis alienatione poſiti, quod fecerint ignorare videntur. Iam verò quicunque aut de fidelium, aut de infidelium numero corpus Domini abſque ineuitabili, vt dictum eſt, neceſſitate & infirmitate proiecerit, ſi fidelis eſt, perpetua communione priuetur: ſi infidelis, & verberibus ſubdatur, & perpetuo exilio relegetur. Quod ſi horum quilibet huiuſmodi exceſſus, digna pœnitentiæ ſatiſfactione defleuerit per quinquennium, licebit illum communionis priſtinæ reformari.*

Concilium Antiochenum I.

Martinus Bracarenſis.

Sacerdotibus & miniſtris imperatur communio, & laicis. Vide ſequentia.

Clemens I.

Oro, lector, attende & conſidera, quam planè & apertè loquitur, & teſtimonium perhibet veritati.

Anacletus I.

Pſal 2.

Concilium Toletanum I.

Vbi quis ſumit Communionem, & Euchariſtiæ ibidem conſumat. vide & ſequentia.

Concilium Agathenſe.

Concilium Cæſaraguſtanum.

Concilium Toletanum [illegible]

Sacra communio [illegible] debili [illegible] neceſſario [illegible] menda [illegible] nitur. vide & Euchariſtia [illegible] deſcenda, &c.

Communio vbi accipitur, ibidem conſumenda.] hoc eſt quod ſuperius probauimus, & infrà in dictione, Euchariſtia, dicetur. Lege quod ſequitur.

Communio in miſſa à ſacerdotibus ſumenda præcipitur.] Hoc etiam ſuperius probatum. Verumtamen quod adhuc reſtat, exponendum eſt. Sic quippe Concilium AVRELIANENSE I. canone 0. & allegat Burchardus libro 3. decretorum capite 78. *Auditum eſt, aliquos presbyteros miſſam celebrare, & non communicare, quod omnino in canonibus Apoſtolorum* (habes ſuperioribus) *interdictum eſſe legitur. Vel quomodo dicere rectè poteſt, ſi non communicauerit, ſumpſimus Domini ſacramenta? &c.* Hinc etiam Concilium RHOTOMAGENSE canone 2. allegatur ab eodem Burchardo lib. 3. cap. 7 *Dictum eſt nobis, quòd quidam presbyteri celebrata Miſſa, detrectantes ipſi ſumere diuina myſteria quæ conſecrarunt, calicem Domini mulierculis quæ ad miſſas offerunt tradant, vel quibuſdam laicis qui diiudicare corpus Domini neſciunt, id eſt, diſcernere inter cibum ſpiritualem, atque carnalem. Quod quantum ſit omni Eccleſiaſticæ religioni contrarium, pietas fidelium nouit. Vnde omnibus presbyteris interdicimus, vt nullus in poſterum hoc facere præſumat, ſed ipſe cum reuerentia ſumat, & Diacono aut Subdia-*

Concilium Aurelianenſe I.

Concilium Rh[illegible] ſe hoc nomine[illegible] uenitur in q[illegible] Conciliorum, ſi[illegible] & [illegible] oportuit [illegible] que [illegible] tc.

cano

cone, qui miniſtri ſunt altaris, colligenda tradat. Illud etiam attendant, vt illos propria manu communicet. Nulli autem laico aut fœminæ, Euchariſtiam in manibus ponat (hoc ſolitum fieri in antiqua Eccleſia ex Nicephoro ſtatim dicemus) *ſed tantum in os eius cum his verbis ponat. Corpus Domini & ſanguis proſit tibi ad remiſſionem peccatorum, ad vitam æternam. Si quis hæc tranſgreſſus fuerit, quia Deum omnipotentem contemnit, & quantum in ipſo eſt inhonorat, ab altari remoueatur.* Simile quid ſtatuit Concilium TOLETANVM XII cap. 5 & allegatur à Gratiano de conſecratione diſtinct. 2. cap. Relatum. *Relatum eſt nobis, quoſdam de Sacerdotibus non tot vicibus communionis ſanctæ gratiam ſumere, quot ſacrificia in vna die videntur offerre, ſed in vno die ſi plurima per ſe Deo offerant ſacrificia* (hic vide Miſſa) *in omnibus ſe oblationibus a communione ſuſpendant, & in ſola tantum extremi ſacrificii oblatione communionis ſanctæ gratiam ſumant, quaſi non ſit toties illi vero & ſingulari ſacrificio participandum, quoties corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti immolatio facta conſtiterit. Nam ecce Apoſtolus dicit. Mane qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris. Certum eſt, quod hi qui ſacrificantes non edunt, rei ſunt Domini ſacramenti. Quicunque ergo Sacerdotum deinceps diuino altari ſacrificium oblaturus acceſſerit, & ſe à communione ſuſpenderit, ab ipſa, qua ſe indecenter priuauit gratiam communionis anno vno repulſum ſe nouerit. Nam quale erit illud ſacrificium, cui nec ipſe ſacrificans particeps eſſe cognoſcitur? Ergo modis omnibus eſt tenendum, vt quoties ſacrificans, corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti in altario immolat, toties perceptionis corporis & ſanguinis Chriſti ſe participem præbeat.* Idem repetit & CAROLVS MAGNVS in conſtitutionibus in Aquis palatio renouantis. Vide latiùs infrà, Communicare, & Miſſa, & Euchariſtia. Porrò ſpecialiter, ô Lector, hæc quæ ſequuntur attende, ex antiquiſſimis aluearijs Patrũ extracta.

Forma cõmunicandi laicos & verba.

Concilium Toletanum 12 ſub L[...]ne 2. & Eruigio rege.

Ex hoc colligitur, antiquitus Sacerdotes plures Miſſas in vno die celebrare, quod alibi an[...] mus, ſcilicet Miſſa quot vicibus in vna die celebranda.

1. Corinth. 10.

Carolus Magnus.

Communionis ſumendæ forma, & vſus ab antiquo obſeruatus.] Licet in ſuperiori annotatione quædam ex Concilio Rhotom agenſi, & alijs de re huiuſcemodi tradita præcepta ſint, tamen etiam præcedentibus quæ ſequuntur diligenter coniunge & accipe. Quod hic autem deerit, ſuppletur in vocabulo, Miſſę ritus ab antiquo obſeruatus, &c. Sic ergo de forma, quæ antiquitus obſeruabatur in communicando, loquitur CLEMENS I. libro 8. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 17. *Poſt orationes fuſas* (ait) *pro omnibus [...] libus & Eccleſiæ, ſumat corpus Chriſti Epiſcopus, deinde Presbyteri, & Diaconi & Hypodiaconi, & A[...]agnoſtæ, & [...] ac tores, & Aſcetæ & ex mulieribus Diaconiſſæ [...] virgines, [...] viduæ, poſteà pueri, & omnis populus [...] ne cũ pudore & reuerentia, ab[...]que tumultu. [...] Epiſcopus det oblationem dicens, Corpus Chriſti [...] mi[...] dicat. Amen. [...] tiaconus teneat calicem [...] quando tradit dicat Sanguis Chriſti calix vitæ. [...] bibe[...] dicat, Amen. Cum reliqui ſumunt, dicatur Pſalmus 33. Poſtquam omnes ſumpſerint accipiant Diaconi reliquias, [...] portent in* * *Paſtophoria, perfecto Pſalmo Diaconus dicat. Percepto pretioſo corpore & pretioſo ſanguine Chriſti, gratias agamus ei qui dignos nos reddidit percipiendi ſancta eius myſteria: & rogamus vt non in iudicium [...] ſalutem nobis fiant, in vtilitatem animæ [...] corporis, in cuſtodiam pietatis, in remi[...]nem p[...] in [...]tam [...] ſæcula.* Tum capitibus [...], & 13. ſubiungit orationes & gratiarum actiones, quas facilè poterit legere, eadem de communione ſumenda [...] tantum præcepta in libro qui intitulatur, Miſſa IACOBI Apoſtoli, quæ in lucem prodijt opera Claudij de Sainctes Doctoris Theologi, ſed & in Miſſa IOANNIS CHRYSOSTOMI, quem inſeritur ad calcem operum eius, verùm vt ad antiquos Patres redeamus, ſic de ſacræ communionis forma, & vſu ſuo tẽpore obſeruato, agit DIONYSIVS AREOPAGITA libro De Eccleſiaſtica Hierarchia, parte 2 cap. 2. vbi ait, communionem ſacram nouiter Baptizatis dari ſolitam, vt diximus in dictione Baptiſmus. Tum parte 1. cap. 3. ſic ſubiungit: *Primum [...]tem* (ait) *illud pie inſpiciendum, cuius rei gratia, quod alijs quoque venerandis diuiniſque myſterijs cõmune [...] ibulum eſt, huic præ cæteris præcipue & ſpecialiter applicetur, vt ſingulariter communio ſiue ſocietas, [...] ſiue collectio dicatur. Nempe enim & vnaquæque ſacramentalis inſtitutio id agit, vt noſtras vitas in plura diuiſas in vnicum illum ſtatum (quo Deo iungimur) colligat, atque diuiſionum noſtrorum, diuina collectione nobis eius, quod vere vnũ eſt, ſocietatem, vnionemq; indiuiduam largiatur. Dicimus ergò cætera ſacramentorum ſigna [...] nobis ſocietas indulgent, huius diuinis profecto conſummantibuſq; muneribus perfici. Neque enim ferme fas eſt ſacerdotalis muneris myſterium aliquod peragi, niſi diuinum illud Euchariſtiæ augustiſſimumq; ſacramẽtum compleat, quaſi ſingula cum peraguntur, & eius qui percipit collectionem ad vnum, illud diuinum ſacramentum operetur, & diuinitus indulto ſacramentorum cæleſtium munere, ipſius ad Deum conſortium peragat, atque perficiat. [...] igitur vnumquodque ſacerdotale myſterium ex ſe imperfectum noſtram ad illud vnum communionem collectionemq; non perficit, ac per id quod perficiendi vim non habet, ferme etiam nomen amittit. Finis autem ac principalis omnium ratio in eo eſt, vt diuinorum myſteriorum is qui perficitur, particeps fiat merito ſacerdotalis* ſacroſancta prudentia *ex rerum effectu proprium illi verumq; cognomen inuenit.* Tum proſequitur communionis ſumendæ ritum in ſacrificio Miſſæ (vt plenius dicemus Miſſæ ritus, &c. Porrò quomodo his, qui ſacris ordinibus inſtituebantur, communio dabatur. Idem Author parte 3. capitis 6. eiuſdem libri commemorat, vt dicemus in vocabulo, Ordo. Porrò de celebranda communione ſic IGNATIVS Martyr epiſtola ad Epheſios: *Date* (inquit) *operam, vt crebrius conueniatis ad Euchariſtiam & gratias Deo agendas, & ad eum laudandum. Cum enim aſſidue in idem conueatis, deſtruuntur vires Satanæ, & ignita eius reuertuntur ignita ſag[it]ta ad peccatum.* Plura vide dictione, Euchariſtia. Refert & ABDIAS BABYLONIVS libro 3. certaminis Apoſtolici, *Andream ante paſſionem fideles communicaſſe Chriſtianos.* Vide Miſſa, & libro 9. Idem refert, Thomam Benedictum panẽ fidelibus obtuliſſe, vt reponemus in vocabulo, Panis Benedictus, ne hoc forſan videatur ad ſacram communionem non pertinere. Conſequenter tamen verè & realiter. Idem Apoſtolus ibidem legitur, Euchariſtia diuiſa fideles communicaſſe, vt dicemus in dictione, Euchariſtia. Præterea ſic communione meminit IVSTINVS Martyr epiſtola ad Sereum & Zenam fratres, ſolennem eam communionem vocans: quod forſan pro conuentu quiſpiam vel quadam participatione dixerit intelligi, ſed verba præcedentia & ſubſequentia, de communione ſacramentali locutum manifeſtant, dum agit de iis peccatis, qui ſe à communione conſcientia retinente & precibus publicis abſtinebant, quod vt euidens fiat, Ex 2. Apologia eiuſ-

Clemens I.

* Paſtophoria armaria quædã [...] in [...] templi [...] que poſita, in [...]ibus E[...] riſtia, & veſtes, & vaſa condebantur.

Iacobi Apoſtoli Miſſa.

Ioannis Chryſoſtomi Miſſa.

Dionyſius Areopagita.

Ratio cur communio dicatur & de eius forma & vſu.

Ignatius Martyr.

Abdias Babylonius.

Iuſtinus Martyr.

dem vt ſileam quæ de Eucharistia cum Tryphone agit, quæ reſeruantur in vocabulo Euchariſtia ad Antonium Pium: *Qui odio (ait) proſequebantur nos inuicem non abſtinentes a cædibus, & propter moroſitatem non epulabamur, niſi cum tribulibus, nunc poſt aduentum Chriſti menſæ eiuſdem participes, etiam pro inimicis precantes, &c.* Et iterum ad calcem eiuſdem 2. Apologiæ. Idem formam antiquitus obſeruatam communicādi deſcribit: nam vbi formam baptiſmi præſcripſit, ita ſubiungit: *Nos vero ſic ablutum & inſtitutum ad fratres (quos vocant) adducimus, vbi cœtus ſunt, vt tam pro nobis, quàm pro recens illuſtrato precemur, quo inueniamur per veram doctrinam, & vera opera digni obſeruatores mandatorum cuſtodéſque, & vt æternam ſalutem aſſequamur, poſt precationem, nos ſalutamus oſculo mutuo, deinde affertur præcipuo fratri, panis & calix aqua dilutus, quibus acceptis laudem & gratiarum actionem Patri omnium offert, per nomen Filij ſanctique Spiritus, atque ita Euchariſtiam aliquandiu celebrat. Poſt preces & Euchariſtiam totus cœtus accinit Amen. Hæc vox Hebraica lingua ſignificat idem quod fiat. Abſoluta gratiarum actione præſulis & ominatione totius plebis. Diaconi, quos vocamus, dāt ſingulis præſentibus partem panis & calicis diluti, ſuper quos facta eſt gratiarum actio, atque etiam deferre ſinunt abſentibus. Hoc tamen alimentum apud nos vocatur Euchariſtia, ad quod nemo admittitur, niſi qui credit veram eſſe noſtram doctrinam, ablutus regenerationis lauacro in remiſſionem peccatorum, & ſic viuens vt Chriſtus docuit. Non enim vulgarem panem & vulgare poculum hæc ſumimus, ſed quemadmodum per verbum Dei caro factus eſt Ieſus Chriſtus Saluator noſter, carnem & ſanguinem pro ſalute noſtra habuit, ſic etiam per verbum precationis & gratiarum actionis ſacratam ab ipſo alimoniam, quæ mutata nutrit carnes noſtras, & ſanguinē illius incarnati Ieſu, carnē & ſanguinē eſſe didicimus. Nam Apoſtoli in ſuis ſcriptis, quæ vocantur Euāgelia, ſic ſibi mādaſſe Ieſum tradiderunt, ſumpto pane actiſq; gratijs dixiſſe. Hoc facite in mei memoriam Hoc eſt corpus meum: ſimiliter ſumpto poculo, actiſq; gratijs dixiſſe, Hic eſt ſanguis meus, & ſolis ipſis communicaſſe, quod in Mitra myſterijs imitari mali dæmones conati ſunt Panem enim & aqua poculum initiandis eos apponere cum quibuſdam incantationibus, ſi neſcitis, poteſtis diſcere* & cætera multa quæ idem aſtruit pro communione ſacra, & qualiter hæc omnia diebus Dominicis ſolebāt fieri deſcribit. Vide Miſſa diebus Dominicis audienda, &c. Hoc etiam TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de Corona militis, non longè ab initio, quando de traditionibus humanis diſputat. *Euchariſtiæ* (inquit) *ſacramentum, & in tempore victus, & omnibus mandatum a Domino etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu, quam præſidentium ſumimus, &c.* Vbi vide beatum Rhenanum hunc locum de ſacræ communionis forma exponentem. Eiuſdem iterum communionis idem Tertullianus meminit libro 2. ad vxorem, quod ſcilicet ante omnem cibum ſumebatur. Hinc vide Euchariſtia, & Miſſam ieiuni celebrent, &c. Porrò eiuſdem communionis, quomodo baptizatis poſt Baptiſmum ſolēniter dabatur, meminit AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro De his, qui myſterijs initiantur, cap. 8. *Hinc* (inquit) *abluta plebs diues inſignibus ad Chriſti altaria contendit, dicens: Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. Depoſitis autem inueterati erroris exuuijs renouata in aquila iuuentutem cæleſte illud feſtinat adire conuiuium Venit igitur, & videns ſacroſanctum altare compoſitum, exclamans ait: Paraſti in conſpectu meo menſam, &c.* quæ legere poteris. Meminit eiuſdem CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro 4 Epiſtolarum, epiſtola 2. ad Antonianum fratrem, quod ſcilicet, non ſit facile danda, & ſermone illo elegātiſſimo, in Cœna Domini & prima inſtitutione conſummatis omnia ſacramenta, ad calcem. *Hæc in Chriſti commemoratione* (ait) *recitabantur a fidelibus, & deſiccatis animis carnis eius edulium non eſt horrori, ſed honori, potúque ſancti & ſanctificantis ſanguinis ſpiritus delectatur. Hæc quoties agimus, non dentes ad mordendum acuimus, ſed fide ſincera Panem ſanctum frangimus, & partimur, dum quod diuinum & quod humanum eſt diſtinguimus & ſeparamus itaque ſimul ſeparata iungentes, verum Deum & hominem fatemur Sed & nos ipſi corpus eius effecti, ſacramento & re ſacramenti capiti noſtro connectimur & vnimur, ſinguli alter alterius membra, miniſterium dilectionis pro inuicem exhibentes, communicamus caritate, participamus ſolicitudine, eundem cibum manducantes, & eundem potum bibentes, qui de Petra ſpirituali profluit & emanat, qui cibus & potus, eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, &c.* De his in vocab. Miſſa, & Euchariſtia. Quia antè ante diximus quòd Euchariſtia communicaturis in manus dabatur, teſtatur NICEPHORVS CALLISTVS lib. 12. cap 41. vbi Ambroſij exacerbationem contra Theodoſium Imperatorem deſcribit: *Quomodo* (inquit) *manus extollens, quæ cædes iniqua diffluunt? Quomodo etiā diuinum Domini corpus eius excipies? Quomodo ſanguinem pretioſum ad os afferes, per quod ira tranſuerſim actus tantum effudiſti ſanguinis, &c.* Sed huiuſmodi modus prohibitus eſt poſtea in Concilio RHOTOMAGENSI cap. 2. vt ſuperiùs diximus. Poſſemus hic infinita producere Patrum teſtimonia, quæ communionis ſacræ mentionem faciunt, & ritum deſcribunt. ſed pauca prætaxatis vocabulis reſeruantes, hoc quod reſtat proponimus ex LAODICENO Concilio cano 19. vbi cùm agit de precibus fundendis ante ſacram communionem, ſic ſubiungit: *Poſtquam exierint catechumeni, oportet fidelium preces ſic ter fieri. Vnam quidem ſcilicet, primam ſilentio, ſecundam vero & tertiam per pronunciationem impleri, deinde ſic pacem dari, & ſic ſanctam oblationem perfici, & ſolis licere ſacratis ad altare accedere, & communicare, &c.* Hinc & Concilium ANTISIODORENSI I. ſub Deuſdedit, can. 42. ſtatuit, vt vnaquęque mulier, quādo communicat, dominicalem ſuum habeat, quòd ſi qua non habuerit vſque in alium diem Dominicum non communicet. Et Concilium BRACARENSE I. can. 3 ſtatuit, vt nec viri in ſanctuario communicent. Porrò qualiter & cum quanta fide & deuotione ſacra communio ſit ſumenda, multis docet CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Catecheſi Myſtagogica 5. ad calcem: *Audiſti* ait *deinceps diuina quadam melodia pſallentem atque ad ſacrorum myſteriorum communionem vos adhortantem. Guſtate & videte, quod Chriſtus eſt Dominus. Non hoc corporeo palato, vt iſtud adiudicetis, vobis præcipitur: Nequaquam, ſed potius fide certa & omnis dubitationis experti. Guſtantes enim non panem, aut vinum vt guſtent iubentur, ſed quod ſub ſpecie eſt (videlicet panis & vinum) corpus & ſanguinem Chriſti. Accedens autem ad communionem, non expanſis manuum volis accede, neque cum disiunctis digitis, ſed ſiniſtram veluti ſedem quandam ſubijciens dextræ, quæ tantùm regem ſuſceptura eſt & concaua manu ſuſcipito corpus Chriſti, dicens: Amen.*

Margin notes (left): Inſigne teſtimonium Communionis corporis Chriſti. — Attende formam. — Amen, quid Hebraicè ſonet. — Hæc nota quia multū perſtringunt Hæreticos. — Matthæi 26. Marci 14. Lucæ 22. Ioann. 13. — Tertullianus Carthaginen. — Ambroſius Mediolanenſis — Pſal. 42.

Margin notes (right): Cyprianus Carthaginenſis. — Nicephorus Calliſtus. — Concilium Rhotomagenſe. — Concilium Laodicenum. — Concilium Antiſiodorenſ. [illegible] Deuſdedit papa. — Concilium Bracarenſe I. — Cyrillus Hieroſolymitanus

A B C D E

Sanctificatis ergo diligenter oculis, cùm ſancti corporis contactu communica. Caue autem ne quid inde excidat tibi, quod enim amittas, hoc tanquam ex proprio membro amiſeris. Tum verò poſt communionem corporis Chriſti accede, & ad calicem ſanguinis illius, non extendens manus, ſed pronus adorationis in modum & venerationis dicens, Amen: Sanctificeris eo ſanguine Chriſti quem aſſumens, & cum adhuc eſt humidus in labijs tuis, manibus attingens & oculos & frontem & reliqua ſenſuum organa conſecra. Poſtremò expleta oratione, Deo gratias age, qui te tantis myſterijs dignũ reddidit. Retinete has traditiones, & ſine vllius offendiculo voſmet ſeruate, atque à communione vos non præcidatis, neque propter inquinamentum peccati, ſacris hiſce ſpiritalibúſque myſterijs vos ipſos priuetis. Porrò quando & quo tempore Communio ſit ſumenda, Concilium TOLETANVM IV. canone 17. *Nonnulli* (ait) *Sacerdotes poſt dictam orationem Dominicam ſtatim communicant, & poſtea benedictionem in populo dant, quod deinceps interdicimus: ſed poſt orationem Dominicam & coniunctionem panis, & calicis benedictio in populum ſequatur, & tunc demum corporis & ſanguinis ſacramentum ſumatur, eo videlicet ordine, vt Sacerdos & Leuita ante altare communicent, in choro Clerus, extra chorum populus.* Quod iterum ſuperiùs confirmat Concilium Bracharenſe 1. cano 31. hinc etiam, vt finem huic negotio imponamus, Cõcilium TRIDENTINVM generale nouiſſimum ſeſſione 13. quæ fuit 3. ſub Iulio 3. *Quo ad vſum* (ait) *ſacramenti rectè & ſapienter Patres noſtri tres rationes hoc ſanctum Sacramentum accipiendi diſtinxerunt. Quoſdam enim docuerunt ſacramentaliter dumtaxat id ſumere, vt Peccatores. Alios tantùm ſpiritualiter, illos nimirum qui voto propoſitum illum cæleſtem panem edentes, fide viua quæ per dilectionem operatur, fructum eius & vtilitatem ſentiunt. Tertios porrò ſacramentaliter ſimul, & ſpiritualiter. Hi autem ſunt, qui ita ſe prius probant & inſtruunt vt veſtem nuptialem induãt, ad diuinam hanc menſam accedant. In ſacramentali autem ſumptione ſemper in Eccleſia Dei mos fuit, vt Laici à Sacerdotibus communionem acciperent, Sacerdotes autem celebrantes ſeipſos communicarent, qui mos tanquam ex Apoſtolica traditione deſcendens, iure ac meritò retineri debet. Hoc improbantes anathemati ſubijciantur.* Multò plura habes in vocabulis, Miſſa & Euchariſtia, ne pigriteris adire. Vide ſequentia.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

Tridentinum Concilium nouiſſimum generale.

Tres aſſignantur rationes, Sacramenti Euchariſtiæ accipiendi.

Communio non indifferenter omnibus danda, & quibus non eſt danda.] Hoc ex ſuperioribus etiam poteſt colligi, veruntamen plura ſæpe memorantes vocabulis reſeruantes, hic pauca dicamus PIVS I. allegatur autem à Gratiano diſtinctione 33. cap. Communiter. *Communiter definimus, vt nullus de his, qui aut in terra arrepti à dæmonibus elidnntur, aut quolibet modo vexationis incurſionibus efferuntur, vel ſacris audeant miniſtrare altaribus, vel indiſcuſſè ſe ingerant ſacramentis diuinis, exceptis illis, qui corporum incommoditati dediti, ſine huiuſmodi paſſionibus in terra probatur eliſi, qui tamen & ipſi tandem erunt ab officijs ſui ordine & loco ſuſpenſi, quouſque vnius anni ſpatio per diſcretionem Epiſcopi inueniantur ab incurſu dæmonum liberati.* Vide ſuprà, Arreptitius Hinc Cõcilium TVRONENSE III. ſub Carolo Magno, & Leone III. can. 19. *Presbyteri omnino admonendi ſunt, vt cum ſacra Miſſarum ſolemnia peregerint, atque communicauerint pueris, aut alijs quibuſlibet perſonis aſtãtibus, corpus Domini indiſcretè non tribuant. Quod ſi forte maioribus peccatis fuerint irretiti, magis ſibi dã-*

Pius 1.

Concilium Turonenſe 3. ſub Carolo Magno.

A *nationem, quàm remedium acquirant, iuxta ſententiam Apoſtoli dicentis: Quicunque manducauerit panem, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.* Generale ſuper hoc negotio decretum edidit Conciliũ AVGVSTENSE cap. 19. Nam vbi omnibus ex Concilij Lateranenſis edicto. (quod infrà ſubiungemus in dictione, Communicare) quod incipit omnis vtriuſque ſexus communionem præcipit, ſtatim decreuit de his, qui non debent communionem percipere. *Primò* (ait) *quando hoc præſtantiſſimum ſacramentum hominum è religione Chriſtianorum vnio eſt, & coniunctio cum Deo, cuncti infideles*
B *qui ab Eccleſia cõmunione & ſocietate diſiũcti ſunt, vt ſũt Iudæi, Ethnici, Hæretici, & quotquot hæreſes manu tenent, ſequuntur, eiſque opẽ ferũt, ab eius perceptione arcendi ſunt. Arcendi ſunt etiam, qui vel Papalis, vel Epiſcopalis excommunicationis ſententia conſtricti, ac publicè denunciati ſunt: ſiquidem & illi ab Eccleſia communione excluduntur, donec abſolutionis beneficiũ conſequantur. Item vbi cantione, & lectione Eccleſiaſtica communiter interdictum eſt, vt fit tempore interdicti, non licet ſanis hoc percipere ſacramentum, attamen ægrotis ad externa tendentibus id miniſtrare permittitur. Item non licet alterius parochiano, ſine proprij Paſtoris permiſſu communionem dare. Item pueris infra annos diſcretionis, & illis, qui ſunt amentes & inſani, ſiue naturaliter, ſiue ex dæmonum obſeſſione, cõ-*
C *munio denegatur, niſi forte quandoque mentis compotes reddantur. Item non debet dari his qui perpetua ſtomachi cruditate laborãt, nec his qui mala intentione ſe præſentant ad menſam, ſi pro certo ſacerdos reſciuerit. Item dari prohibetur, præſtigiatoribus, incantatoribus, publicè reis, & ſcurris, & qui ludis vacant iure Pontificio prohibitis, lenonibus, ſcortis, & his qui Iudæis ſeruiunt, vel eorum alunt proles, vel illicita cum eis agũt commercia, donec hi omnes vita ſua improba, penitus dicata, irrogatam ſibi pœnitẽtia mulctam perſoluerint. Item dari prohibetur, mulieribus, qui malo animo virilem habitum geſtauerint, donec ſe correxerint. Item*
D *his qui ſe ſegregant, & ad hæreſes deficiunt, & peregrina quædam ſectantur inſtituta, ab Eccleſia non probata, vt ſunt, qui in latebris clandeſtinè conueniunt, & damnatam colunt fidem. Et illis qui eiuſmodi hæreſes palam pro ſe ferunt & exercent, vt qui ad fores templorum conſiſtunt, ferreis ſua ſponte circulis deuincti, aut ſine pœnitentia iniunctione ſeſe flagellis cædunt. Item his qui ſuperſtitioni dediti ſunt, & incantationibus aut libris magicis vacant, niſi huiuſmodi ſtudio renunciauerint, communio non detur: nec his qui abſque contritione & confeſſione in ſuis permanent peccatis, & ſpecialiter, qui ſecundum ſanctæ Eccleſiæ præceptum ſingulis annis non confitentur. Item his qui publicis & notorijs ſceleribus vacant impœnitentes, vt*
E *adulteris publicis, & qui in lupanaribus ſimul victitant, publicis fœneratoribus, & qui alios ad eadẽ inducunt, & alijs, quibus niſi valefecerint criminibus Euchariſtiæ ſacramentum dari prohibetur. Item his qui legitimo iuncti matrimonio, ſine permiſſu ſuperioris diuortium fecerint, qui alearum luſui perpetuò vacant, qui ebrietati & crapulæ, ac comeſſationibus perpetuò dediti ſunt, & maximè dies & noctes feſtis diebus in tabernis tranſigunt. His etiam qui aliena bona detinent inuitis poſſeſſoribus, qui ſacras perfringunt ædes & ſpoliant, & Dei, ac ſanctorum templis damna inferunt: & qui feſtis diebus in agris ruralia opera exercent, & vicinos agros & terminos vſurpant. Omnibus his communio (niſi emendauerint) denegetur. Item ſeruis qui dominis ſuis ob accepta verbera aut caſti-*

Concilium Auguſtẽſe ſub Othone Cardinali.

Hæc omnia diligenter attende ad cautelã.

Vtinam hæc omnia effectui mandarentur, hunc enim Deum vniuerſo orbi iteratum cognoſcimus, quia tam frequenter & ſine conſideratione hoc Sacramẽtum adminiſtratur.

Attende lege.

A *gationem fidem, & obedientiam præſtare nolunt. Qui iniqua menſura & pondere emunt & vendunt, qui iuſtas non ſoluunt decimas, qui teſtamenti executores, illud bona fide implere, & effectui mancipare detractant. Qui ſanctæ Eccleſiæ præceptis obtemperare nolunt, ſeruando ieiunia, feſta, & confeſſiones, atq; adeuntes viſitationes deuotionis gratia, & alias contemnunt conſuetudines ſanctas. Hi omnes donec ad reſipiſcentiam & pœnitentiam redierint, arceantur à communione. Sicut & hi qui ſacerdotem è ſuggeſtu concionantem impediunt, qui feſtis diebus ſacrum Miſſæ auſcultare nolunt, Eccleſiaſtici decreti ſiue præcepti contemptu: qui rebus venalibus & mercimonijs diebus feſtis vacant.*

Heu talem plenus eſt mundus.

B *Qui clanculum ſeſe iungunt matrimonio, qui Symbolum & orationem Dominicam ex deſidia & cõtemptu diſcere nolunt: qui Deum aut Beatã Mariam vel alios ſanctos blaſphemant, aut eis maledicunt, aut per eorum nomina vel membra impiè iurant, qui Sacerdotibus conuiciantur, qui animo deliberato homicidium perpetrant, vel ſe vleiſci de inimicis parant, aut proximi honori & æſtimationi falſo derogant, ſimiliter ſi non egerint pœnitentiam, & reſipuerint, à communione arcendi ſunt. Item Pater & Mater, qui prolem à mortis periculo non cuſtodiunt, ſiue certa ſcientia, ſiue incuria. Hi qui contra libertatem Eccleſiaſticam præcepta aut decreta ſtatuunt, & multi alij criminibus impliciti à communione ſacroſancta, vſquequo dignè pœnituerint, & fructus pœnitentiæ oſtenderint, arcendi ſunt.* C vt ſuis quibuſque locis latiùs continetur. Vide & ſequentia

Communio non danda paruulis.] Hoc ex ſuperiori Cõcilio Auguſtẽſi elicitus. hæc quippè prohibet. licet antiquitus indifferenter & paruis & magnis daretur. Sed abuſus, vel periculum, vel certè quod magis timendum eſt, indiſpoſitio & contemptus, à paruulis hoc abſtulit, quod ſtrictiſſimè obſeruari iubet. Concilium TRIDENTINVM ſeſſ. 21 quæ fuit 5. ſub Pio IV. cap. 4. vbi ſic ait: *Sancta Synodus docet paruulos vſu rationis carentes, nulla obligari neceſſitate ad ſacramentalem Euchariſtiæ communionem. ſiquidem per Baptiſmi lauacrum regenerati & Chriſto incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non* D *poſſunt. Neque ideò tamen damnanda eſt antiquitas, ſi eum morem in quibuſdam locis aliquando ſeruauerunt, vt enim ſanctiſſimi illi Patres, ſui facti probabilem cauſam pro illius temporis ratione habuerunt, ita certè eos nulla ſalutis neceſſitate id feciſſe ſine controuerſia credendum eſt.* Et ſubdit: *Itaque ſi quis dixerit, paruulis antequam ad annos diſcretionis peruenerint neceſſariam eſſe Euchariſtiæ communionem, anathema ſit.* Vide ſequentia & Communicare.

Concilium Tridentinum nouiſſimum generale.

Communio non danda ſub vtraque ſpecie.] Vide Euchariſtia non danda ſub vtraque ſpecie.

E Communionem cæteris porrigere cui competit.] Superiùs infinitis in locis & in dictione Clericus & Presbyter, & Miſſa, & Euchariſtia inſinuatur, quia officiũ eſt Sacerdotis. ideò hic non immoramur verumtamen hoc Diaconorum non eſſe munus expreſsè indicat Concilium NICAENVM I. generale canone 18 & allegatur in alijs Concilijs infinitis in locis. Vide vocabulum, Diaconus. Eis autem ſpecialiter ibidem iniungitur vt non porrigant Euchariſtiam. ſed ſecundum ordinem accipiant poſt Presbyteros ab Epiſcopo vel à Presbytero. Quod ſi non fuerit in præſenti vel Epiſcopus, vel Presbyter, tum ipſi præferant & edant. &c.

Concilium Nicænum generale primum ſub Syluestro

Communio in die Cœnæ omnibus in-

A iungitur.] Iam dictum eſt, de Cœna Domini etiã dicetur infrà in vocabulo, Paſcha. Ne autem quid intactum prætermittamus. ſic SOTHER I & allegatur à Gratiano de Cõſecratione diſtinct. 2. cap. In Cœna Domini *In cœna Domini a quibuſdam perceptio Euchariſtiæ negligitur, quæ quoniã in eadẽ die ab omnibus fidelibus (exceptis his quibus pro grauibus criminibus inhibitum eſt) percipienda ſit Eccleſiaſticus vſus demõſtrat, cum etiã pœnitentes eadem die ad percipienda corporis & ſanguinis Dominici ſacramenta, reconciliantur.* Vide mox, Communicare Idem repetit. CABILONENSE II can. 47. forſam Gratianus hallucinatus eſt vt pro Sothere, Cabilonenſe accipere deberet.

Sother I.

B Communionem ſumpturus, à maritali debet opere abſtinere.] Hoc ſatis perſpicuum eſt etiam ex ipſa ſacræ ſcripturæ authoritate 1. Regum 21. *Non habeo Laicos panes ad manum, ſed tantum panem ſanctum, ſi mundi ſunt pueri maximè a mulieribus, &c.* Vide latiùs & mox in dictione Communicare, vbi de præparatione ad communionem agitur. Interea tamen ſic Conciliũ ELIBERTINVM ſtatuit, vt allegat Gratianus, de Conſecratione diſtinct. 2 cap. Omnis homo. *Omnis homo (ait) ante ſacram communionem a propria vxore abſtinere debet tres aut quatuor aut 7. dies, nec inter Catholicos cõnumerabitur, qui in iſtis temporibus Paſcha, Pentecoſte, Natali Domini non communica-* C *uerit.* Idem omninò vt fiat tempore ieiunij, ſtatuit LIBERIVS I. vt allegatur in codice 16. librorum lib. 13 cap. 10 cap Abſtinendum eſt. &c.

Concilium Elibertinum.

Liberius I.

Communio an ſumenda ſit de manu Presbyteri fornicarij.] Vide Presbyter fornicarius, & Miſſa.

COMMVNICARE.

Communicare quoties per annum liceat.] Superiùs in multis locis ex Elibertino Cõcilio, & ex Sothero I quater in anno die Cœnæ Domini, Paſchæ, Natiuitatis Domini, & Pente- D coſtes, fideles ad Communionem obligari diximus, vt etiam ſuis locis iterum dicetur. Nunc autem, quid ſtatuant cæteri Patres, videamus FABIANVS I. vt allegat Gratianus de Conſecratio. diſtinct. 2 cap. Et ſi non. Et Iuo Carnotenſis lib. 2. *Et ſi non frequentius (ait) ſaltem in anno ter homines communicent, niſi fortè quis maioribus criminibus impediatur, in Paſcha videlicet, & Pentecoſte, & Natali Domini.* Relege & ſuperioribus poſitũ decretum Concilij ELIBERTINI. Hinc & AGATHENSE Concilium, can. 18. vt credo à nobis iam ſuperius allegatum, & citatur à Gratiano de conſecratione diſtinct. 2. cap. Seculares. *Seculares qui in Natali Domini, Paſcha & Pentecoſte, non communicauerint, Catholici non credantur, nec inter Catholi-* E *cos habeantur.* Veteres autem pro more habuiſſe, his diebus communicare, teſtatur EVSEBIVS CAESARIENSIS lib. 6 hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 25. *At Gordiano, cum per ſex annos Romanũ gubernaſſet imperium, Philippus vna cum Philippo filio ſuccedit. De hoc traditum nobis eſt, quod Chriſtianus fuerit, & in die Paſchæ, id eſt, in ipſis vigilijs, cum intereſſe voluiſſet, & communicare myſterijs ab Epiſcopo loci non primò eſſe permiſſum, niſi confiteretur peccata ſua, & inter pœnitentes ſtaret, nec vllo modo copiam ſibi myſteriorum futuram, niſi prius per pœnitentiam culpas, quæ de eo ferebantur plurima diluiſſet. Ferunt igitur libenter eum, quod a Sacerdote imperatum fuerat, ſuſcepiſſe, atque timorem ſibi iuſſe metum, & fidem re-*

Concilium Elibertinum.

Concilium Agathenſe ſub Cœleſtino I. vel Sixto 3.

Euſebius Cæſarienſis.

Vide Principes Scotorum anno 246.

Hiſtoria ſcitu digna.

A ligionis plenisſimum rebus atque operibus comprobando, &c. Eiuſdem rei, quod ſcilicet in die Paſchæ communicandum ſit, meminit LIBERIVS I. vt allegat Codex 16. Librorum lib 13. cap.10. vt habes in dictione Quadrageſima. Meminit quoq; & Concilium TOLETANVM IV. cap.7. vt habes in vocabulo, Paraſceue. & Preces. Meminit etiam eiuſce rei & Concilium TVRONENSE III. ſub Carolo Magno, cano.50. *Si non frequentius (ait) ter laici homines in anno communicent, niſi fortè quis maioribus quibuſlibet criminibus impediatur.* Hoc idem ſuadet Imperatoribus Concilium PARISIENSE III. libro 3. cap.20. & Concilium AQVISGRANENSE II. ſub Ludouico Pio, canone 21 ad calcem.

Liberius 1.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1. Patrum 67.

Concilium Turonenſe 3. ſub Leone 3. & Carolo Magn.

Concilium Pariſienſe 3.

Concilium Aquiſgranenſe 2.

B *Sanè communicatio corporis Domini, omni die Dominico debuit celebrari. Ideóque neceſſe eſt, quantum ratio permittit, vt moderna corrigatur conſuetudo, ne fortè qui longè eſt à ſacramentis, quibus eſt redemptus, longè ſit à ſalute quam fuerit conſecuturus.* Porrò Concilium LATERANENSE generale ſub Innocentio III Patrum, 1215. cap.21. quod caput allegatur extra. De Pœnitentia & remiſſione, cap. Omnis. & iubetur in Auguſtẽſi Cõcilio, cap.19. populo ſingulis diebus Dominicis legi: *Omnis vtriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata confiteatur fideliter, ſaltem ſemel in anno, proprio Sacerdoti, & iniunctam ſibi pœnitentiam ſtudeat pro viribus adimplere, ſuſcipiens reuerenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ ſacramentum, niſi fortè de conſilio proprij Sacerdotis, ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab eius perceptione duxerit abſtinendum, &*

Concilium generaliſſimũ Lateranen. ſub Innocentio 3.

C *viuens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura. Vnde hoc ſalutare ſtatutum frequenter in Eccleſijs publicetur, ne quiſquam ignorantiæ cæcitate, velamen excuſationis aſſumat.* Vide reſiduum in vocabulo, Confeſſio quotannis, &c. Hoc autem confirmatur & renouatur, in Concilio THOLOSANO ſub S. Ludouico Fráciæ rege, qui rex ſanctiſſimus, vt in hiſtorijs legitur, ſæpius in anno communionem ſacroſancti corporis ſumebat cum magna reuerentia. Vide cap.6. eiuſdem Concilij. Idem obſeruari in ſuis partibus, vt ſcilicet in die Paſchæ communicetur.

Concilium Tholoſanũ ſub S. Ludouico.

D PETRVS MARONITARVM Epiſcopus & Patriarcha in monaſterio Camibim in monte Libano ſignificauit, epiſtola miſſa ad Conciliũ LATERANENSE ſub Leone X. ſeſſione 11. Idem etiam iniungit, cõfiteri & communicare in ſolemnitate Paſchæ, ſub pœna priuationis Eccleſiaſticæ ſepulturæ, ſi moriatur homo ille. Concilium RATISPONENSE cap.28 Idem & Concilium SENONENSE cap. 11. & 12. *Parochus (ait) tenetur ſuos hortari, vt frequenter peccata ſua confiteantur, ſacramentum Euchariſtiæ percipiant ſaltem in feſtis ſolemnitatibus, diligenter autem aduertant, ſi Parochiani ad minus ſemel in anno ſanctam Eccleſiæ communionem Euchariſtiámque*

Petrus Maronitarum Patriarcha.

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

Concilium Ratiſponenſe ſub Laurentio Campegio.

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato Cardinali.

E *percipiant, & communicantium nomina ſi commodè fieri poteſt, ſcripto redigantur.* Vide in vocabulo Parochi officium. Hinc etiam Concilium COLONIENSE III. cap.21. partis 7. & accepit ex Concilio VIENNENSI ſub Clemente V. de Pœnitentia & remiſſione, & ex Gratiano, de Cõſecratione diſtinct.2. cap Omnis homo. *Cohortandus eſt (ait) populus, quò ſæpenumero communicet, quemadmodum olim ſingulis diebus Dominicis fieri conſueuit.* (vt in initio vocabuli Communio dictum eſt) *Quod quidem nunc quò minus fiat, per Laicos ſtat, quibus non debet cœleſtis ille cibus inuitis aut nauſeantibus obtrudi. Ita ad minimum po-*

Concilium Colonienſe 3.

Concilium Viennenſe ſub Clemente 5.

Cur ſingulis diebus, vt antiquitus, non communicent laici.

A *pulus ipſe in diſciplina Eccleſiaſtica retinendus eſt, vt ſaltem toto anno ſemel ab omnibus qui ad diſcretionis annos perueniſſent, confeſſis & contritis, Euchariſtia ſumma cum reuerentia ſuſcipiatur. Olim qui non communicaſſent in anno ſaltem ter, in Paſcha videlicet, Pentecoſte, & Natali Domini, inter fideles Catholicos non communerabantur. Sed cum ſenſim omnis pene refrixit charitas, in hoc quoque Eccleſiaſtica diſciplina cœpit eſſe remiſſior, &c.* Hæc iterum repetit Concilium COLONIENSE IV. circa finem capitis 34. & Concilium TRIDENTINVM, Vide latiùs in vocabulo, Confeſſio quotannis, &c. Et Miſſa atque Euchariſtia, & Dies Feſti, & Quadrageſima, & alijs in locis,

B vbi frequenter eiuſce rei fit mentio.

Concilium Colonienſe 4.

Concilium Tridentinũ generale vltimũ.

Communicare ſingulis menſibus monachi iubentur.] Quia iuſtitia religioſorum debet magis abundare, quàm iuſtitia laicorum, idcircò ſtatuit Concilium VIENNENSE, ſub Clemente V. allegatur in clemenonis, titulo de ſtatu Monachorum, capite primo: *Sanè ſingulis menſibus tam in monaſterijs, quam extra (ſublata occaſione quacunque) ad confeſſionem ſaltem ſemel accedant omnes ſinguli monachi, & in prima Dominica menſis cuiuſlibet in monaſterijs ſemper communicent, niſi ex cauſa fortè, quam Abbati, Priori, atque Pœnitentiarijs monaſteriorum non differant intimare, eorúmque iudicio vel abſtineant vel accedant.* Idem

Concilium Viennenſe ſub Clemente 5.

C ſanctimonialibus iniungit Concilium Tridentinum, vt infrà videbitur. Porrò BENEDICTVS XII. in conſtitutionibus Benedictino. capite 27. *Sacerdotibus monachis expreſsè præcipit vbicunque fuerint, vel in ſcholis, vel in prioratibus, vel in clauſtris, bis vel ter, & ſi non frequentiùs, ſaltem ſemel, in ſeptimana (ſalua honeſtate & debita deuotione) Miſſas ſtudeant celebrare. Alij verò non ſacerdotes, & ſi non ſæpius ſaltem in ſingulis ſeptimanis confiteantur, & ſingulis menſibus, iuxta conſtitutionem Clementis prædeceſſoris noſtri editam in Concilio Vienenſi* (habes ſuperius) *ad communionem accedant. Qui verò extra monaſteria fuerint, vbi magis viſum fuerit honeſtum eiſdem: niſi abſtineant ex cauſa rationabili, & de licentia ſuperioris aut confeſſorum ſuo-*

Benedictus 12.

D *rum quod ſi negligenter omiſerint, per eoſdem ſuperiores ſuos grauiter arguantur, & nihilominus debitè puniantur. Per hæc autem ſtatuta vel conſuetudinibus Eccleſiarum, monaſteriorum ſeu locorum prædictorum, in quibus obſeruaretur, vt confiteri vel celebrare ſeu communicare frequentiùs habeant, non intendimus in aliquo derogare.* Idem omninò iniungit Sanctimonialibus fœminis Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 25. quæ fuit 9. ſub Pio IV. capite 10. decreti de regularibus, vt repoſuimus in vocabolo, Sanctimoniales, &c. Vide quoque Monachus. & Euchariſtia, & Miſſa.

Concilium Tridentinum generale.

E **Communicare laicos Monachi prohibentur.**] Concilium MOGVNTINVM IV. cap.27. *Nulli religioſo etiam ſi ad confeſſiones audiendas admiſſus fuerit, licere volumus cuiquam laico ſacroſancta Euchariſtiæ communionem, ſine ſpeciali conſenſu parochi ad cuius curam ille pertinet porrigere, quemadmodum & Parochum alienum parochianum ad communionem ſiue ad confeſſionem admittere extra neceſſitatem, ſine ſui ſuperioris licentia prohibemus.* Vide Parochianus ex Concilio NANNETENSI canone 2. vbi ferme idem præcipitur. Vide & quod ſequitur.

Concilium Moguntinũ 4.

Concilium Nannetenſe.

Communicare in aliena Diœceſi non licet.] Necte ſuperioribus Concilium CARTHAGINENSE I. cano.7. *Vnuſquiſque Clericus*

Concilium Carthagin. 1.

** arbitror poſſim*

A *vel laicus,non communicet in aliena plebe, ſine literis Epiſcopi ſui: Nam niſi hoc obſeruatum fuerit communio fiet * paſſiua. Nam ſi cum literis receptus fuerit,& & cōcordia inter Epiſcopos ſeruatur, & nemo ſubtilus alterius fugiens cōmunionē,ad alterū latenter accedit* Hoc ſæpius dictum eſt in vocabulo. Clericus, & dicetur in dictione, Miſſa. Hinc quoque ſtatuit

Concilium Mileuitanum ſub Innocentio 1.

Concilium MILEVITANVM cano 18. *Placuit, vt quicunque non communicat in prouincia propria, & in aliis prouinciis,vel tranſmarinis partibus ad cōmunicandum obrepſerit, iacturam communionis vel clericatus excipiat.* Idem omninò Conciliū AFRICANVM ſub Bonifacio I.cano.73 vide Clericus, Parochianus,Miſſa.&c.

Concilium Africanū ſub Bonifacio 1.

B Communicare frequenter decet cum magna ſui diſcuſsione,&c.] Quæ hic deerūt, require infrà in vocabulo,Miſſæ ſacrificium cum quanta puritate tractandum. Interea ſic tradit

Dionyſius Areopagita.

DIONYSIVS AREOPAGITA libro Eccleclesiaſticæ Hierarchiæ parte 3 cap 3 vbi rationem reddit cur à ſacris myſteriis arcerentur Energumeni,Catechumeni,& pœnitentes, vt alibi diximus. *Si* (inquit) *diuinorum veneranda illa altiſſimáque celebratio eos quoque, qui in pœnitentia ſunt, quamquam ſui fuerint aliquando participes, eum qui per omnia conſummata virtutis ſanctitatiſque nō fuerit, nequaquam admittens.* Et ita fermè caſtiſſimè pronunciare videtur. *Ego hi etiam qui ad ſupremum diuinæ imitationis culmē imperfectionis ſua gratia non aſſurgunt, neque viſibilis, neque communicabilis ſum.* C *Arcet enim puriſſima illa & ſyncera per omnia vox eos quoque qui diuina dignè ſumentibus munera coniungi connectique non poſſunt, longe profecto magis, profana & impura illorum turba erit, qui paſſibiliter iactandos ſe fœdis voluptatibus præſtant, & ab aſpectu omni & communione ſacramentorum prorſus aliena.* Vide & loco ſuperiùs aſſignato:ſed

Martialis Apoſtolus.

& MARTIALIS APOSTOLVS epiſtola ad Burdegalenſes,cap 4. Poſtquam de Euchariſtiæ veritate tractauit, vt poſui in Euchariſtia,ſubdit: *Sed etiam poſtquam baptizati eſtis, oportet vos caſtos eſſe à malitia, vt menſa diuina digni ſitis. Nolite autem vnum & idem putare,eſcam humanam, & diuinam,quæ vobis viſibilis eſt, ſed tamen in fide perfecta* D *tota cœleſtis. Per vnam enim corpus,per alteram anima viuit. Cauete autem ab homicidiis, ne fortè & vos occidamini. Eſt enim indignus menſæ Domini,qui hominem occiderit. Nam ſi præſumit Euchariſtiam reus eſt mortis,animæ & corporis ſui. Reuiuiſcit enim anima per baptiſmum & moritur per homicidium.* Hinc

Clemens Alexandrinus.

& CLEMENS ALEXANDRINVS lib.1.Stromatum, non longè à principio: *Neceſſe eſt ergo vtroſque eos probare ſeipſos, illum quidem an dignus ſit,qui dicat & monimenta relinquat. Hunc vero an iure poſſit audire & legere. Etiam Euchariſtiam,cum quidam, vt mos eſt,diuiſerint, permittunt vnicuique* E *ex populo eius partem ſumere, ad accuratè enim perfectéque eligendum, optima eſt conſcientia, firmum autem eius fundamentum eſt recta vita,cum ea quæ conuenit doctrina, & ſequi alios iam probatos, & qui ſe rectè geſſerūt, optimum eſt & ad veritatem intelligendam, & ad exequenda mandata: Quamobrem qui comederit panem, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Probet autem ſeipſum homo,&c.* Idē omninò & CYPRIANVS

1. Corinth. 11.

Cyprianus Carthaginenſis.

CARTHAGINENSIS libro 3 epiſtolarum,epiſtola 14 ad Presbyteros & Diaconos, & epiſtola 15.vbi conqueritur quod non præmiſſa peccatorum confeſſione, ad diuina miſteria accedebant. Vide confeſſio,&c Et iterum epiſtola 16.eiuſdem

A libri communionem lapſis non citò dandam cenſet.vt allegamus in dictione Miſſa. Idem facit & epiſtola 18 ad Presbyteros & Diaconos. De his qui ad Euchariſtiam feſtinant Lege obſecro,quia ſi vellem hic inferere,eſſem onerotior forſan.Idē in ſermone de lapſis, circa medium, nihil aliud agit, quàm docere quanta puritate accedendum ſit ad Euchariſtiæ participationem. Hinc etiam

Ioannes Chryſoſtomus.

IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia de proditione Iudæ.tomo.3 *Sed iam nos ad terribilem menſam, cum debita reuerentia cum congrua vigilantia,oportunum tempus inuitat, nullus ibi Iudas reperiatur,nullus malignus accedat,nullus veneno pungatur, nec fucata verba lingua proferantur, nec inſidia* B *mente condantur,ſed quod voluntas poſſidet ſermo declaret,& nunc ille præſto eſt Chriſtus, qui illam ornauit menſam, ipſe illam quoque conſecrat. Non enim homo eſt,qui propoſita de conſecratione menſa Domini corpus Chriſti facit & ſanguinem, ſed ille qui crucifixus pro nobis eſt Chriſtus,Sacerdotis ore verba proferuntur,& Dei virtute conſecrantur & gratia. Hoc eſt* (ait) *corpus meum Hoc verbo propoſita conſecrantur, &c.* Oro te Lector hanc homiliam perlege. Idem in oratione De B Philogonio non longè à fine:

Attende ſancti doctoris verba myſtica.

Nunc (ait) *multi Chriſtianorum in tantam vecordiam tantùmque venere contemptum, vt cum innumeris ſcateant malis, nullam tamen vitæ ſuæ curam habeant, ſed in diebus feſtis negligenter ac temerè, ad* C *menſam hanc accedant, haud intelligentes quòd communionis tempus non eſt feſtum neque celebritas, ſed conſcientia pura vitaque a peccatis repurgata. Quemadmodum enim qui ſibi nullius mali conſcius eſt, hunc oportet ſingulis diebus accedere, ſic qui peccatis occupatus eſt:nec pœnitet,eum ne in feſtis quidem accedere tutum eſt. Neque enim ſemel in anno accedere,liberat nos a peccatis ſi indignè acceſſerimus, quin hoc ipſum potius auget damnationem, quod cum ſemel tantum accedamus,ne tum quidem purè accedimus,&c.* lege. Hæc autem in ſuperioribus paginis tractata ſunt variis in locis. Porrò eſt ad manum illa ſolemnis

Credo quòd noſtra iam prouidebat tempora, & deflebat.

Ambroſius Mediolanenſis.

oratio AMBROSII MEDIOLANENSIS quā in præparationem ad Miſſam compoſuit, quæ incipit: *Summe Sacerdos*, quæ pulcherrima eſt quam, D oro te lector, videas. Eſt & præparatio Miſſæ quæ deſumitur ex Miſſa Iacobi Apoſtoli, quæ ſic incipit: *Domine qui viſitaſti nos miſericordia & commiſeratione,&c.* Porrò quantum ſe præparauerit AVGVSTINVS HIPPONENSIS antequam ad celebrandum Miſſam accederet,colligitur ex libro Meditationum eius. cap. 14. *Gratias tibi ago* (ait) *pro ſacratiſſima illa effuſione pretioſi ſanguinis eius, quo ſumus redempti ſimul,& pro ſacroſancto & viuifico myſterio corporis & ſanguinis eius, quo quotidie in Eccleſia paſcimur, & potamur, abluimur, & ſanctificamur, & vnius ſummæ diuinitatis participes efficimur,&c.* Plura quidem & innumera E hîc poſſem minimo negotio Patrum documenta proferre,quibus ad ſacroſancti corporis ſumptionem anima præparatur.ſed in alium locum reſeruamus.ſcilicet, Miſſa.& Euchariſtia. Quod autē reliquum eſt proſequamur. Qualiter autem præparationes ante Miſſam dicendæ ſint,docet CLEMENS I. lib.8. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap 15.22.&13 Oro te vt legas. Hinc vt ad Patrum decreta tranſeamus.multa reſeruantes in vocabulo.Euchariſtia,& Miſſa dicenda, ſic de Præparatione condigna & debita ad communionem ait Concilium CABILONENSE II. canone 46. *In perceptione corporis & ſanguinis Dominici magna diſcretio adhibenda eſt. Cauendum eſt enim,ne ſi ni-*

Auguſtinus Hipponenſis miſſā celebrāt.

Clemens 1.

Concilium Cabilonenſe 2. ſub Carolo Magno & Leone 3.Papa.

A *minum in longum differatur, ad pernitiem animæ pertineat, dicente Domino: Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Si verò indiſcretè accipiatur, timendum eſt illud, quod ait Apoſtolus: Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Iuxta ergo eiuſdem Apoſtoli documentum, probare ſe debet homo, & ſic de pane illo manducare, & de calice bibere, vt videlicet abſtinens ſe, diebus aliquot ab operibus carnis & purificans corpus animámque ſuam, preparet ſe ad percipiendum tantum ſacramentum, exemplo Dauid, qui niſi ſe ſuiſſet fuiſſet abſtinuiſſe ab opere coniugali ab heri & nudiuſtertius, panes propoſitionis nequaquam à Sacerdote accepiſſet.* Prætereà ſic Concilium COLONIENSE III. capite 8 19. 20 & alijs, partis 7. dat præceptum vt communicatura admoneatur plebs, quomodo Euchariſtia

Ioannis 6.

1. Corinth. 11.

1. Regum 21.

Concilium Colonienſe 3.

B ſumenda ſit. Et in primis quàm graue crimen ſit, ad tanti ſacramenti participationem indignè accedere, ſecundum illud Apoſtoli: *Quicunque manducauerit indignè, &c. Proinde nemo admittendus eſt, niſi eius conſcientia Parocho ſit, aut cui poteſtas ſuper hac re legitimè facta eſt, per Exomologeſin explorata, & qui pœnitenti ac contrito corde corpus Domini diiudicans acceſſerit, quod iubet Apoſtolus cum ait: Probet autem ſeipſum homo, &c. ne cum Iuda qui cœna Dominica ad iudicium interfuit, locum Diabolo præbeat. Mens ergo ab omni affectu peccandi longè abſit. Nam* (vt ait AVGVSTINVS, ſicut allegatur

Saluberrima doctrina pro informanda plebe quæ accedit ad communionem.

C de Conſecratione diſtinct 2. cap Quotidie.) *Si habet adhuc voluntatem peccandi, grauatur magis Euchariſtia perceptione, quàm purificatur. At contra quamuis quis peccato mordeatur, ſi tamen pœniteat, & de cætero peccandi voluntatem nullam habeat, confidens de Domini miſeratione, accedat ad Euchariſtiam intrepidus & ſecurus. Admonendus eſt etiam populus.* (vt ſubiungit præfatum Concilium cap. 22.) *vt recta fide accedat ſermoni Domini firmiter credens, quo nos edocet Chriſtus dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis traditur, hoc facite in meam commemorationem. Quibus verbis & veritatem ſui corporis aſtruit, & credentibus dignéque ſuſcipientibus remiſſionem peccatorum promittit, iubens vt hoc faciamus in ſuam commemorationem. Porrò anima quæ fidem*

Matth. 26.

D *habet, & eiuſmodi Chriſti verbis credit, in memoriam Chriſti ſacramentum edit, cum ſecum recogitat quemadmodum vnigenitus Filius Dei, ob perditum hominem Deo Patri reconciliandum, & delendum quod contra nos ſcriptum erat chirographum decreti, de cœlo deſcenderit, ſemetipſum exinaniuerit, ac humiliauerit factus obediens Patri vſque ad mortem, mortem autem crucis, in quo maxima erga nos Dei charitas commendatur, qui vnico filio ſuo non pepercit, ſed pro omnibus nobis a peccati & ſathanæ vinclis redimendis, tradidit illum. Talem ergo fidem & affectũ Deo ſuggerente preparare debet in animo ſuo is, qui Euchariſtiam percipit.* Eadem autẽ renouat Concilium MAGVNTINENSE. IV. cap. 28. Porrò

Coloſſen. 2.
Philippen. 2.
Epheſo. 2.

Ioann. 3.

E de præparatione quæ adhibẽda eſt vt dignè quis ſacram Euchariſtiam percipiat, Concilium TRIDENTINVM, ſeſſione 13 quæ fuit 3 ſub Iulio 3. cap 7. *Communicare* (ait) *volenti reuocandum eſt in memoriã Apoſtoli preceptũ, probet ſ. ipſum homo.* &c. *Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat, eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius mortalis peccati, quantumuis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa ſacramentali confeſſione ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat. Quod a Chriſtianis omnibus etiam ab his ſacerdotibus, quibus ex officio incumbit celebrare, hæc ſancta ſynodus perpetuo ſeruandum eſſe*

Concilium Moguntinũ 4.

Concilium Tridentinũ nouiſſimum.

1. Corinth 11.

A *decreuit, modo non deſit illis copia confeſſoris. Quod ſi neceſſitate vrgente, ſacerdos abſque præuia confeſſione celebrauerit, quam primùm confiteatur.* Plura de re huiuſmodi etiam nouiſſimè tractat Doctiſſimus. STANISLAVS HOSIVS capite 42. Confeſſionis Catholicæ fidei Chriſtianæ. *Tanta eſt* (inquit) *huius cibi vis, vt ſi quis eum dignè manducauerit, non ſpirituali modo coniunctione, verum etiam naturali quadam, & ea arctiſſima, Chriſto copuletur, particeps effectus verè viuificatricis, quæ verbi propria facta eſt, carnis & precioſi ſanguinis Chriſti, quæ ſumpta faciunt, vt & Chriſtus in nobis ſit, & nos in Chriſto, non animum tantùm reformante, ſed carnem etiam noſtram ad vitam, incorruptionem & immortalitatem preparante, ſicut & ab* HILARIO PICTAVIENSI *libro 8. de Trinitate, &*

Staniſlaus Hoſius Cardinalis

Sacramenti Euchariſtiæ effectus.

Hilarius Pictauienſis.

B CYRILLO ALEXANDRINO *libro 10. in Ioãnem, capite 13. ante mille ducentos annos traditum legimus.* Porrò idem author cap. 43 eiuſdem cõfeſſionis tractat per totum caput, quemadmodum affectos ad hoc ſacramentum accedere oporteat. Rogo, te Lector, ſi vacat per otium, lege & reliquos Patres, qui de huiuſmodi condigna præparatione, & ſui diſcuſſione, ſcripſerunt. Hîc autem ſubſiſtimus, multo plura dicturi in vocabulis, Euchariſtia, & Miſſa, perge ergo ſecurus.

Cyrillus Alexandrinus.

CONCILIA.

C **Conciliorum celebrandorum mos antiquiſsimus.**] Non erat opus principio hos nos exordiri, quandoquidem in conſequentibus manifeſta antiquitatis celebrandorum conciliorum ratio datur. Initium quippe celebrandorum conciliorum Actuum 15. deſcribitur, cùm primò celebratum eſt Concilium Apoſtolorum ſuper circumciſione, quam quidam neceſſariam ita arbitrabantur, vt ſine illa non poſſet quis ſaluus fieri. Secundò celebratum eſt aliud Concilium Actuum 20. quod Paulus indixit Mileti quo loco Epiſcopis indicauit formã vigilandi ſuper gregẽ. &c. Deinde tertiò celebratũ eſt Conciliũ Actuũ 21. quod Iacobus indixit, vbi ſic loquitur: *Oportet conuenire multitudinem, &c.* Concilij quoque for-

D ma fuit, illa Apoſtolorum conuentio, cùm electus eſt Matthias Apoſtolus. Porrò ne pluribus immoremur, ex CANONE APOSTOLORVM II. infrà dicetur quomodo ſpecialiter iniũgũt Apoſtoli bis in anno Concilia celebrari. Meminit & celebrandi Concilij epiſtola ad Policarpum IGNATIVS MARTYR, & ANACLETVS I. epiſtola 1. & TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de Ieiunio aduerſus Pſychicos: *Aguntur* (ait) *per Græcias illas, certis in locis Concilia ex vniuerſis Eccleſijs, per quæ & altiora quæque in commune tractantur, & ipſa repræſentatio totius nominis, Chriſtiani, magna veneratione celebratur. Et hoc quàm dignum fide auſpicantur congre-*

Canon Apoſtolorum.

Ignatius Martyr.
Anacletus 1.
Tertullianus Carthaginenſis.

E *gari vndique ad Chriſtum.* Meminit Conciliorum innumeris penè in locis CYPRIANVS CARTHAGINENSIS, vt in ſequentibus oſtẽdetur. Sed hîc fruſtra delitеſcimus, cùm quæ dicturi, & prolaturi ſumus, omnem antiquitatem ſpirent, & cunctis authoritatem Conciliorum aperiant. Itaque æquis animis quæ ſequuntur, ordine diſpoſito lege.

Cyprianus Carthaginenſis cuius hodie ſolemnitas recolitur ann. 1570

Conciliorum tam vniuerſalium quàm Prouincialium authoritas quanta] Oro, te Lector patienter ſuſtine, & quod hîc minus habes, ſcito te in ſequentibus adhuc reperturum,

quandoquidem diſpoſuimus, ſi fieri poteſt inconfuſo ordine procedere. Diximus autem ſuperius & de canonum authoritate, quę omnia poſſunt & debent ſimul ad confirmationis robur deduci. Conciliorum itaque authoritas omnibus conſtat ex lectione Canon & Traditio. Porrò tot ſunt Patrum decreta, & Imperatorum edicta Cōcilijs authoritatem firmantia quod ſi impræſentiarum cuncta allegare diſponerē volumen iuſtum excederent. Spero autem quòd ſequētibus ſatis annotationibus innoteſcet. Quatuor autem generalia prima Concilia paſſim per omnes epiſtolas

Valētinianus, Theodoſius, Martianus, Leo, Zeno, Imperat.

VALENTINIANI, THEODOSII, MARTIANI, LEONIS, ZENONIS, & aliorum Auguſtorum commēdantur, & per omnium vniuerſi orbis Epiſcoporum atteſtationes, vt facilè lector eorum ſcripta legendo deprehendet. Sunt potiſſimè ad calcem Synodi Chalcedonenſis affixæ plures epiſtolæ diuerſorum Pontificum, numero quingentarum, vt Nicephorus tradit, quæ nihil aliud penè continent, quàm approbationem ſacrorum Conciliorum, vt etiam poteris elicere ex vocabulo Symbolùm, lege prædictum Nicephorum lib. 15. cap. 19. ſed & de Conciliorum authoritate habes in dictione, Libri authentici. Præterea vt aliquos citemus, IVLIANVS Epiſcopus

Nicephorus Calliſtus.

COENSIS, qui legatus fuit Leonis I. Papæ in Concilio Chalcedonenſi, ſcribēs ad Leonem Imperatorem: *Vbi (inquit) congregata fuit tantorum multitudo Pontificum & ſanctorum præſentia Euangeliorum, & frequens ſimul oratio, illic creatura totius opificem, inuiſibili virtute credimus fuiſſe præſentem.* Hinc & EPISCOPI EPIRI epiſtola ad eundem Principem: *Non enim in verbo fides omnium vnanimiter potuit ſententia cōuenire niſi ſanctus Spiritus illic pro cauſa veritatis interfuiſſet.* Denique ille magnus & admirandus SIMEON STILITA (vt author eſt Nicephorus lib. 5 cap. 19.) epiſtola ad Baſilium Antiochenū Epiſcopum. *Si (inquit) in duobus aut tribus in nomine eius conuenientibus, medius inter eos eſſe Saluator promiſit, quando ad tot & tam ſanctos Patres ille aduenisset niſi ab initio cum eis Spiritus ſanctus fuiſſet?* Et Conciliorū authoritas ex LEONIS I. epiſtola 10. ad Flauianum, & ex alijs elicitur vt in vocabulo Canon, & traditio continetur de Conciliorum porrò authoritate ſic ante eos omnes CONSTANTINVS MAGNVS Imperator epiſtola ad Alexandrinos, vt citat Nicephorus lib. 8. cap. 25. *Quidquid (ait) in ſanctis Epiſcoporum agitur conuentibus, id ad diuinam refertur voluntatem, &c.* Hinc etiam COELESTINVS I. epiſtola ad Epheſinam Synodum: *Spiritus ſancti, (ait) teſtatur præſentiam, congregatio Sacerdotum. Certum eſt enim quod legimus, quia nec poteſt veritas noſtra mentiri, cuius in Euangelio ſita ſentētia eſt, vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego ſum in medio eorum. Quod cum ita eſt (nam nec huic tam breui numero ſpiritus deeſt) quanto magis eum nunc intereſſe credamus in vnum conuenientium turba ſanctorum. Sanctum namque Concilium eſt pro debita veneratione collectum, in quo vtique nunc Apoſtolorū frequentiſſima illius quam legimus congregationis aſpicienda reuerentia eſt. Nunquam his defuit, quem receperant prædicandum, affuit ſemper his Dominus & magiſter, nec docentes à ſuo doctore deſeri ſunt. Docebat ille qui miſerat, docebat qui & dixerat quod doceret, docebat qui & in Apoſtolis ſuis ſe confirmat audiri. Hæc ad omnes in commune Domini ſacerdotes mandata prædicationis cura peruenit. Hæreditario namq; in hanc ſolicitudinem iure conſtringimur, quicunque per diuerſa terrarum ſpatia eorum vice nomen Domini prædicamus, dum illis dicitur: Ite docete omnes gentes, &c. Vnde colligitur quia accepimus generale mandatum. Omnes etiam nos agere voluit, quod illis ſic in commune mandauit officium, neceſſe eſt noſtrum ſequamur authorem, ſubeamus omnes eorum laborem, quibus omnes ſucceſſimus in honorem, &c.*

Iulianus Coenſis.

Euangelia in conciliis proponitur, Vide Euangelia.

Epiſcopi Epirotarum.

Simeon Stilita.

Leo 1.

Conſtantinus Magnus.

Cœleſtinus 1.

Matth. 18.

Actuum 1.

De authoritate Conciliorum ſic BASILIVS MAGNVS epiſtola 63. *Reuera (ait) ſuprema beatitudine dignum eſt, adulterinum a probo ſynceróque ac puro diſcernere, Patrum verò fidem citra aliquam detractionem prædicare, quam etiam nos ſuſcepimus & cognouimus ex Apoſtolicis notis efformatam, conſentientes & ipſi, & omnibus in Concilijs ſcriptis regulariter ac legaliter decretis, &c.* Prætereà multum Concilijs authoritatis tribuit AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro ſeptimo contra Donatiſtas, capite 17. & libro 2. contra Creſconium Grammaticum, capite 23. Item libro ſecundo, de Baptiſmo contra Donatiſtas: capite primo. *Quod per vniuerſa (inquit) Eccleſia ſtatuta formatum eſt, vel vnius Epiſcopi, vel vnius prouinciæ Concilio præferendum eſt, &c.* Vide Traditio. Hinc & EPISCOPI DARDANIAE prouinciæ, epiſtola ad Leonem imperatorem. *Quid (inquit) ita præceps eſt, aut ſic impium poterit iudicari, quam credere pietatem fidei terminis Apoſtolicis communitam, innumerabilibus Sacerdotibus, & omnibus ſanctarum ſcripturarum teſtimonijs roboratam, nec non & decretis Nicenis Chalcedonenſiſque Concilij iudicio firmatam, manibus & profanis præſumptionibus poſſe violari, dum ad omnem perfectionem catholica fides. Sapientiſſimi Salomonis doctrina ſufficiat. Sentite (inquit) de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite eum.* Et EPISCOPI CORINTHI ad eundem Principem, *Nihil enim dubium (aiunt) in eadem ſancta ſalutarique fide derelictum eſt, nec conuenit de tali cauſa ſæpius fieri tractatus vniuerſales, quoniam non in verborum nouitate, ſed in fide inconcuſſa rectáque conuerſatione ſalus humani generis conſtituta ſit.* Similiter CLERICI HIEROSOLYMITANI Antiocheni & 2. Syriæ, epiſtola deprecatoria miſſa ad Iuſtinum Auguſtum, Concilia 4. generalia, & eorum decreta ſummopere ſe amplecti profitetur, vt Euangelicis verbis conformia. Sed & HORMISDA I. Conciliorum authorem Spiritum ſanctum profitetur, vt dicemus in vocabulo, Pœnitens. Quod & facit GELASIVS I. in Concilio Romano 70. Patrum, & allegatur à Gratiano diſtinct. 15. cap. Sancta Romana. Vide libri authentici, &c. Concilia etiam 4 generalia. PAVLVS APAMEARVM Epiſcopus epiſtola ad Iuſtinianum Imperatorem quæ inſeritur actione prima, quintæ Synodi generalis quæ eſt Conſtantinopolitana II. cum ſuis ſe amplecti profitetur, & eam fidem, quam Symbolo ſanxerunt comprehendi ipſe reperiens, anathematiſat omnem qui hinc noluerit aſſentire, ſeu Neſtorius ſit, ſeu Euthiches, aut alius. Subſcripſerunt & ſea ſuæ regionis Epiſcopi. Hoc etiam & prænominatum CONSTANTINOPOLITANVM Concilium II. quod 5. generale dicitur, collatione tertia approbat. Vide inſertum in vocabulo, libri authentici. Hinc & VIGILIVS I. epiſtola ad Aurelianū Arelatēſem Epiſcopū, quæ & lecta eſt in ſuprà dicto Cōcilio, collat. 7. *Nihil nos, (inquit) admittimus quod deceſſorū noſtrorū cōſtitutis, vel ſancta, quæ vna eadēq; eſt, fides. 4. Synodorū, i. Nicæna, Cōſtātinopolitana, Epheſina & Chalcedonēſis inuenatur*

Baſilius Cappadociæ Epiſcopus.

Auguſtinus Hipponenſis.

Epiſcopi Dardaniæ prouinciæ.

Sapien. 1.

Epiſcopi Corinthi prouinciæ.

Non in verbis, ſed in fide & moribus ſalus ſita eſt.

Clerici Hieroſolymitani Antiocheni, & 2. Syriæ.

Hormiſda 1.

Gelaſius 1.

Paulus Apamearum 2. Syriæ Epiſcop.

Concilium Conſtantinop. quod 5. generale ſub Iuſtiniano Imperatore [illegible].

Vigilius 1.

(quod

A *(quod abſit) eſſe contrarium, aut quod ad perſonarum iniuriam pertineat, quæ definitioni eiuſdem ſanctæ fidei ſubſcripſerunt, vel ſanctorum prædeceſſorum noſtrorum, Cæleſtini, Sixti, Leonis, aliorumq́; præcedentium atque ſequentium definitio reperiatur aduerſum, ſed à nobis omnibus Synodis prædictis, vnam venerationẽ vnamq́; fidei credulitatem indubitabiliter exhiberi, & eos qui omnes ſuprascriptas quatuor Synodos in rectitudine fidei non ſequuntur, vel vnam ex ipſis, vel omnes in fide deprauant, aut deprauare, aut iniuriare vel repudiare nituntur, abiicimus & anathematizamus* Et

Gregorius 1.

Gregorius I. lib. 1. Regiſtri epiſto. 24. & allegat Gratianus diſtinct. 15. capite, Sicut. *Præterea* (ait) *quia corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, ſicut ſancti Euangelij quatuor libros, ſic*

Rom. 10.
Concilia quatuor generalia ut Euangelia amplectitur. Gregorium vide.

B *quatuor Concilia ſuſcipere & venerari me fateor, Nicænum videlicet, in quo peruerſum Arrij dogma deſtruitur: Conſtantinopolitanum quoque I. in quo Eunomij & Macedonij error conuincitur: Epheſinum etiam I. in quo Neſtorij impietas iudicatur, Chalcedonenſe verò in quo Eutychetis Dioſcoriq́; prauitas reprobatur, tota deuotione cõplector, integerrima approbatione cuſtodio, quia in his, velut in quadrato lapide ſanctæ fidei ſtructura conſurgit. Et cuiuſlibet vitæ atque conditionis exiſtat, quiſquis eorum ſoliditatem non tenet, etiam ſi lapis eſſe cernitur, tamen extra ædificiũ iacet. Quintum quoque Concilium pariter veneror, in quo epiſtola*

Vide & de 5. concilio.

quæ Ibæ dicitur, erroris plena reprobatur, in domino Theodorus perſonam mediatoris Dei & hominum in duabus ſubſtantiis ſeparans ad impietatis perfidiam,

C *cecidiſſe conuincitur, & in quo ſcripta quoque Theodoreti, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, auſu dementiæ prolata refutantur: Cunctas verò, quas præfata veneranda Concilia perſonas reſpuunt, reſpuo, quas venerantur, amplector, quia dum vniuerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe & non illa deſtruit, quiſquis præſumit aut ſoluere quos religant, aut ligare quos ſoluunt. Quiſquis ergo aliud ſapit, anathema ſit. Quiſquis verò prædictarum fidẽ tenet, pax ei ſit à Deo Patre per Ieſum Chriſtum filium eius, qui cum eo viuit & regnat, &c.* Idem lib. 7. Regiſtri epiſt. 53 ad Secundinum incluſum, Chalcedonem Synodum & 5. generalem impenſè laudat & ſuſpicit, ſummopere decernens venerandas. Præterea tantam ſacris Concilijs habuit

D reuerentiam RICCAREDVS GOTHORVM Rex atque Sueuorũ cum Badda regina coniuge, vt publicè præſidens in III. Toletano Concilio, cap. 2. auſus fuerit in hæc verba prorumpere. *Credo beatam ſanctæ Trinitatis diuinitate, huic ſancto intereſſe Concilio, & ideò tanquam ante conſpectum Dei, ita in medio veſtri fidem meam protuli* (habes dictione Trinitas) *conſcius admodum ſententiæ diuinæ. Non celaui miſericordiã tuam & veritatem tuam à congregatione multa.* In eodem Concilio TOLETANO III. Sanctorum Conciliorũ fides & ſtatuta commendantur, & tenenda prædicantur, vt aliàs dicemus. Et Canones atque decreta præſulum Romanorũ cuſtodienda mandãtur, vide Canon, & Tra-

Riccaredus rex Gothorum atque Sueuorum
Concilium Toletanũ 3. ſub Pelagio 2. & de conſeſſione Principis.

Pſalmo 39.

E ditio. Hinc & ISIDORVS HISPALENSIS Præfatione in opus Conciliorum: *Decreta* (ait) *Romanorum Pontif. cum vſque ad ſanctũ Gregorium ſubtecimus, & quaſdam epiſtolas ipſius in quibus pro culmine ſedis Apoſtolicæ non impar Conciliorum extat authoritas.* Tum definitionem Concilij & Synodi tradit. Edidit & PHOTINVS CONSTANTINOPOLITANVS librũ de 7. Oecumenicis Concilijs ad Michaëlem Bulgariæ Principem, in quo amplè de eorum authoritate diſſerit. Sed & Concilium ANGLICANVM II. multa de ſacrorũ authoritate Conciliorum diſſeruit, vt author eſt

Iſidorus Hiſpalenſis.

Photinus Conſtantinopolitanus Epiſcopus.

Concilium Anglicanum 2.

A celeberrimus Doctor BEDA VENERABILIS lib. 4. de rebus & geſtis Anglorum, cap. 17. Hinc quoque ſummopere in ſacris Concilijs ſanctorum Patrum fidem contentã commendat STEPHANVS DORENSIS Epiſcopus vices gerẽs Hieroſolymitanæ prouinciæ in Concilio Lateranenſi ſub Martino I. conſultatione ſecunda, & dicit. *Piã Patrum fides per nullum cum, nullatenus poſſunt maculari, roborari autem in orthodoxis conſueuit Apoſtolicisque dogmatibus, quàm glorioſi Eccleſiæ Patres ſanctiq́; & vniuerſales quinque Synodi, per propria paſſima dogmata in æterna vita firmiſſimam hæreditatem prædicaſſe noſcuntur.* Sed & ABBATES qui libellum fidei ſubſequenter prædicto Lateranenſi Concilio obtulerunt, de his Synodis dicunt, quòd

Beda Venerabilis.

Stephanus Dorenſis Epiſcopus
Concilium Lateranenſe ſub Martino 1.
Aurea verba ſancti Pontificis.

Abbates concilij Lateranenſis.

B earum dogmatibus nõ minùs quàm ſanguinibus ſancta fides ſeruata eſt & ſtabilita. Idem profitentur Patres Concilij CABILONENSIS I. cap. 1. præcipientes vt quod à ſanctis Concilijs profeſſione firmatum eſt, in omnibus & ab omnibus conſeruetur. Hinc idem LATERANENSE Concilium ſub Martino I. conſultatione tertia, vbi de duabus in Chriſto voluntatibus è ſacrorum Conciliorum authoritate diſſeritur: *Quæ ſancta & vniuerſales quinque Synodi tradiderunt, inuiolabiliter retinemus, definitiones eorum ſeruamus, decreta eorum integrè confitemur. Ita definimus, quomodo illi per proprios ſermones promulgauerunt. Qui eaſdem ſanctas Synodos & venerabiles Patres minimè ſuſcipit, condemnatus eſt: qui omnia ab eis prædicata & definita minimè ſuſcipit ſpecialiter, & confitetur, condemnatus eſt.*

Concilium Cabilonenſe 1.

C Idem & conſultatione quinta, repetit vt ponitur in vocabulo, Hæretici anathematizati Eadem & Concilium BITERRENSE Præſide Epiſcopo Tornacenſi legato, cap. 2. Hinc quoque AGATHO I. epiſtola quæ eſt ad Conſtantinum IV. Imperatorem nomine Pogonatum, quæ & lecta eſt corã Patribus Conſtantinopolitani III. Concilij, quod dicitur 6 generale, actione quarta, cùm ad illud Concilium legatos ſuos mitteret, ſic loquitur: *Apud homines* (ait) *in medio gentium poſitos, & de labore corporis quotidianum victum cum ſumma exercitatione conquirentes, quomodo ad plenum poterit inueniri ſcripturarum ſcientia, niſi quæ regula-*

Concilium Biterrenſe, nouiſſimum in lucẽ emiſſum.
Agatho 1.

D *riter à ſanctis atque Apoſtolicis prædeceſſoribus, & venerabilibus quinque Concilijs definita ſunt, cum ſimplicitate cordis & ſine ambiguitate, à Patribus tradita fidei conſeruamus. Vnum ac præcipuum bonum habere ſemper optantes, atque ſtudentes vt nihil de eis quæ regulariter definita ſunt, minuatur, nihil mutetur, vel augeatur, ſed eadem & verbis & ſenſibus illibata à nobis cuſtodiatur.* Denique ſtatim in limine Concilij TOLETANI XIII. ponitur ERVIGII REGIS Chriſtianiſſimi allocutio ad Patres, in qua de Conciliorũ authoritate loquitur: *Luce clarius conſtat, quod aggregatio ſacroſancta Pontificum, quidquid cenſuerit obſeruandum, per ſancti Spiritus*

Concilium Toletanum 13.
Eringius rex Hiſpaniæ.

E *donum omninò eſt ad æternitatem præfixum.* Et Patres Concilij SVESSIONENSIS apud ſanctũ Medardum ſub Childerico Rege, & Pipino duce: *Iudicia* (aiunt) *canonica ſanctorum quæ conſtituerunt in Synodis ſuis, eſt lex Dei qua Eccleſiaſtica regula recuperetur, &c.* Hinc Concilium NICÆNVM II. quod ſeptimum generale dicitur actione tertia, poſtquam ſex enumerauit præcedentes generales Synodos Orientales, de prouincialibus etiam ſic loquitur: *Locales autem Synodos non auerſamur, ſed magis amamus, amplectimur, & recipimus. Earum etiam, diuinitus inſpiratas canonicas conſtitutiones, correctiones, & vides earum le-*

Concilium Sueſſionẽſe apud S. Medardum.

Concilium Nicænum 2. generale 7.

giſlatio

Attēde authoritatem particularium ciliā conſirmā ne videatis illa obtemperare, licet etiam omnino ea authoritatibus confirmata ſint vt videbis, ſi legeris. Ad Caluiniſt.

giſlationes ſumma obſeruantia colimus. Has etiam 6. generales Synodos cõfirmat Adulterinum Concilium, quam ſe nominauit 7. generale Conſtantinopol. contra S. Imagines, quod certè Cõcilium à noſtris Caluiniſtis contra prædictum Nicænum II. defenditur, & vnà vel cum illo ſacra illa Concilia generalia amplectantur. Quod ſi facerent, non in ſacramẽta Eccleſiæ & ſacras imagines inſurgerẽt, quæ in his roborãtur, vt ſuis locis oſtendetur. Porrò tanta eſt Conciliorum præſertim generalium authoritas, vt etiam ſupra Papam eſſe contenderint Patres BASILEENSIS Concilij & CONSTANTIENSIS, ſed malè, vt infra dicetur. Sed vt adhuc de illorum authoritate loquamur, extat epiſtola CAROLI MAGNI (inſerta in actibus Concilij FRANCOFORDIENS. cui Patres interfuerunt 300.) ad Elipandum Epiſcopum Toletanum hæreticum de cuius hæreſi aliàs: *Certiſſimum eſt* (ait) *diuinæ miſerationis auxilium, vbi vna eſt totius Eccleſiæ charitas & vna vera fidei confeſſio. Si enim duorum vel trium, ſanctáque pio conſenſu ſecundum ſuam promiſſionem Dominum eſſe præſentem non dubitamus, quanto magis vbi tot ſanctiſſimi Patres, tot venerabiles fratres, tot filij pij matris Eccleſiæ in nomine illius pacifica conueniunt vnanimitate, eum adeſſe medium non eſt dubitandum, & illorum regere conſilia, qui ſui nominis laudem quærere dignoſcuntur. Cum his ſancta Eccleſia Patribus veram prædico fidem, quos in præſenti tempore, ille nobis dedit luminaria, qui dixit: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi. Hi ſunt propugnatores fidei noſtræ, hi ſunt rectores per diuerſas ſedes cuſtodio Chriſti, cuius antemurale eſt fides Catholica, & charitas firmiſſimus murus, & propugnacula diuinarum teſtimonia ſcripturarum. Et diuitiæ ſalutis in ea ſunt ſapientia & ſcientia, & ſpes portarum cuſtodia, quæ quatuor clauibus, id eſt, Prudentia, Iuſtitia, Fortitudine, & Temperantia, pijs aperiuntur animis.* Prædicta omnia iterum Concilia confirmat & approbat LEO IX epiſt. 4. quæ eſt ad Petrum Antiochenum Epiſcopum, vbi enumerat 7. generalia & vniuerſalia Concilia: *Et quidquid* (ait) *ſenſerunt & collaudauerunt ſentio & collaudo, & quoſcunque anathematizauerint, anathematizo.* Item omnino & Concilium CONSTANTINOPOLIT. IV. quod 8. generale dicitur cui Patres interfuere 373. actione vltima 7. generalia Concilia confirmat. Et Concilium OXONIENSE in Anglia cap. vlti. etiam vltra prædicta confirmat omnia decreta Lateranenſis Synodi ſub Innocentio III. & Patres Concilij BASILEENSIS in Spiritu ſancto ſe ſcribentes legitimè congregatos Conſtantienſem generalem Synodum approbantes, ſic aiunt: *Cum plerumque in rebus dubijs ad vtramque partem rationes plurimæ adducantur ad tollendas lites & contentiones opportuna cernitur veterum authoritas, & quæ ab antiquo facta legitur ſanctorum definitio Patrum. Sic enim ſcriptum eſt, Interroga patrem tuum & annunciabit tibi, &c. In Conciliis præterea generalibus errores aduerſus ſanctam fidem, pro tempore inſurgentes reprobantur, determinantur quæſtiones ad Catholicam fidem pertinentes, &c.* Porrò multa alia ſunt de authoritate Conciliorum decreta. Vide quod ſequitur.

Concilium Baſileẽſe & Cõſtantienſe.

Carolo Magn.

Concilium Francfordienſe ſub eodem Principe.

Matthæi 18.

Eſaiæ 10.

Leo 9.

Concilium Conſtantinopolit. 4. quod 8. dicitur generale.

Concilium Oxonienſe in Anglia.

Concilium Baſileenſe generale.

Deuter. 32.

Concilium an ſit ſupra Papam, vel Papa ſupra eum. Concilij PISANI patres primi fuere qui de hac propoſitione dubitare cœperũt, dum Eccleſiæ turbatæ, propter duorum Pontificum Gregorij XII. & Bened. XIII. diuerſas ſedes pacem reſtituere, volentes ſciſcitati ſunt, an illis Pontificibus inuitis Concilium conuocare liceret & eos deponere. Poſteà etiam hæc controuerſia ſuſcitata eſt in Concilio CONSTANTIENSI cum Ioan. 23. à Concilio clàm diſceſſiſſet & paulò poſt ab inſeria excitata tempore Cõcilij BASILEENSIS, cum EVGENIVS IV. illud Concilium inchoatum diſſoluere vellet. Hæc autem duo Concilia, Concilia generalia ſuprà Papam eſſe definierũt, vt facilè patebit legenti Conſtantienſis ſeſſio. 4. & 5. & Baſileenſis ſeſſio. 2. quæ talem de hac controuerſia decreto titulum præfixerunt: *Decretum quod Concilium generale ſit ſuprà Papam.* quod ſeſſio. 16. 18. adhuc fortius defendũt, & 24. iterum repetunt in hæc verba: *Notum ſit* (inquiunt) *quod ſacra Concilia generalia iuriſdictione ſupra Papam vti poſſunt, cum clamoroſa inſinuatione, vel aliàs ipſe vt ſcandalizator Eccleſiæ ſacro Concilio defertur.* Porrò multis alijs in locis illud conantur allatis multorum authoritatibus probare. Verùm quoniam illud abſque hæreſi defendere nemo poteſt, & quia illa duo Concilia in tali definitione non approbantur, contrariũ veritati conſonum eſſe fatendũ eſt. Hoc autem docet S. Ant. 3. par. tit. 22. cap. 10 §. 4 ſummæ hiſtor. & 2. par. tit. 3. cum ſummæ Theologicæ. Ioãnes de Turrecremata, lib. 2 cap 93. & 104 Summę de Eccleſia Albertus Pighius, lib. 6. de Hierarchia Eccleſiæ, & multi alij. Id autem non ſine ratione & authoritate aſſerunt. Nam cum Papa ſit caput Eccleſiæ vniuerſæ etiam ſimul congregatæ (licet id inficiantur Gerſon, Iacobus Alemanus, Nicolaus Cuſanus & alij) nec Eccleſia ratione ſuæ totalitatis vllam habeat poteſtatem, cum indigeat confirmatione Papæ, neceſſe eſt Papam eſſe ſupra Eccleſiã. Sed quid de hac re dubitamus, cum & Concilia illud fateantur, & abſque ſummi Pontificis authoritate nihil audeant concludere? Concilium SVESSANVM ſub Marcellino in fine. *Prima ſedes* (inquit) *à nemine iudicatur.* Ergo nec à Concilio generali. Concilium ROMANVM ſub Syluestro, canone vltimo, ſic habet: *Primam ſedem nemo iudicabit.* In Concilio Chalcedonenſi actio. 3. Dioſcorus Patriarcha Conſtãtinopolitanus damnatus eſt cum tota Synodo Epheſina II. tum ob alias cauſas, tum præcipuè, quia iudicare & damnare auſus fuerat ſummum Põtificem. Inde optimè NICOLAVS I. epiſtola ad Michaëlem aſſerit non tam ob hæreſim fuiſſe damnatum Dioſcorum, quàm ob præſumptionẽ, qua in Papam ſententiam auſus eſt dictare. Concil. ROMANVM ſub Symmacho approbauit tanquam ſua decreta Ennodij Diaconi, libro in quo ſic legitur: *Aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines terminari, ſedis iſtius præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio, voluit Petri ſucceſſores cælo tantum debere innocentiam.* Concilium ROMANVM ſub Adriano II. cuius verba referuntur in 8 Synodo act. 7. ſic ait: *Romanorum Pontificem de omnium Eccleſiarum præſulibus iudicaſſe legimus, de eo vero quenquam iudicaſſe non legimus.* Concil. LATERANENSE ſub Alexandro III. vt habetur cap. licet extra de electione. *In Romana* (inquit) *Eccleſia aliquid ſpecialiter conſtituitur, quia non poterit ad ſuperiorem haberi recurſus.* Benignè LATERANENSE Concilium vltimum ſub Leone X. ſeſſio. 11. disertè & ex profeſſo docet Pontificem eſſe ſuprà omnia Concilia, reprobans contrarium decretũ in Concilio Baſileenſi editum. *Solum* (inquit) *Romanum Pontificem tanquam ſuper omnia Concilia authoritatem habentem, Conciliorum faciendorum, transferendorum*

Concilium Piſanum.

Greg. 12. & Benedict. 13.

Concilium Conſtantienſ.

Concilium Baſileenſe.

Patres.

Baſileenſis concilij retractio.

Papam eſſe ſupra concilium Ioãnes de Turrecremata Albertus Pighius cur Papa ſit ſupra concilium.

Concilium Sueſſanum.

Concilium Romanum ſub Syluestro.

Nicolaus I.

Cõcilium Romanũ ſub Symmacho.

Concilium Romanũ ſub Adriano 2.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

dorum, ac diſſoluendorum plenum ius & poteſtatem habent, nedum ex ſacra Scriptura teſtimonio, dictis ſanctorum Patrum ac aliorum Romanorum Pontificum. ſed & propria eorundem Conciliorum confeſſione manifeſtè conſtat.

Leo papa.

Porrò Leo epiſtola 84. ad Anaſtaſium: *Magna (inquit) Dei diſpoſitione promiſſum eſt, ne omnes ſibi omnia vindicarent, ſed eſſent in ſingulis prouincijs ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia. & rurſum quidam in maioribus vrbibus conſtituti ſolicitudinem ſuſciperent ampliorem, per quos ad vnam Petri ſedem vniuerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nil vnquam à ſuo capite diſſideret.* Iam ſi cura vniuerſalis Eccleſiæ ad Petrum pertinet, certè etiam Concilij quod vniuerſalis Eccleſiæ vicem gerit.

Gelaſius papa.

Gelaſius Epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ: *Cuncta per mundum nouit Eccleſia, quod ſacroſancta Romana ſedes ſit habeat de omnibus iudicandi, nec cuique liceat de eius iudicare iudicio.*

Nicolaus 1.

Nicolavs I. epiſtola ad Michaëlem idem repetit: *Patet profectò (inquit) ſedis Apoſtolicæ, cuius authoritate maior non eſt, iudicium à nemine fore retractandum.*

Gregorius Papa.

Gregorivs lib 9. cap 39. ad Theotiſtam Patritiam: *Si (inquit) Petrus cum a fidelibus culparetur authoritatem, quam in ſanctam Eccleſiam acceperat, attendiſſet, reſpondere poterat, vt paſtorem oues reprehendere non auderent. Sed ſi in querela fidelium aliquid de ſua poteſtate diceret, doctor manſuetudinis non fuiſſet.*

Paſcalis Papa.

Paſcalis Papa, vt habetur cap. Significaſti, extra de electione: *Aiunt (inquit) in Concilijs ſtatutum non inueniri quaſi Romana Eccleſia legem Concilia vlla præfixerint, cum omnia per Romanæ Eccleſiæ authoritatem & facta ſint, & robur obtineant, & in eorum ſtatutis Romani Pontificis patienter excipiatur authoritas.*

Innocentius 3.

Innocentivs III. ſermone 2. de Conſecratione Pontificis: *Intantum (inquit) mihi fides neceſſaria eſt, vt cùm de cæteris peccatis Deũ iudicẽ habeam, propter ſolum peccatum, quod in fide committitur, poſſem ab Eccleſia iudicari.*

Bonifacius 8.

Bonifacivs VIII. in extrauag. vnam ſanctam, titul. de maior. & obed. *Si deuiat (inquit) terrena poteſtas iudicabitur a poteſtate ſpirituali. ſi deuiat ſpiritualis minor à maiore: ſi verò ſuprema à Deo ſolo, non ab homine, poterit iudicari.*

Bonifacius Epiſcopus Moguntinus.

S. Bonifacivs Epiſcopus Moguntinenſis, vt habetur diſt. 40. cano Si Papa. *Cunctos (inquit) iudicaturus a nemine eſt iudicandus, niſi deprehendatur a fide deuius.*

Hugo à ſancto Victore.

Hvgo à ſancto Victore parte 2. de ſacramentis: *Spiritualis (ait) poteſtas iudicat terrenam. ipſa verò a Deo primùm inſtituta eſt, & cum deuiat a ſolo Deo iudicari poteſt.* Optimè ſanè, quia cùm ad ſummum Pontificem omnes appellare poſſint, neminem ab ipſo appellare poſſe neceſſe eſt: aliâs nullus in Eccleſia ordo & ſtatus appareret ſupremo iudice carente.

A Papa non appellandum.

Gelaſius Papa.

Vnde Gelasivs epiſt. ad Epiſcopos Dardaniæ: *Ad ſedem Apoſtolicam (ait) de qualibet mundi parte appellandum eſt, ab illa autem nemo eſt appellare permiſſus.* Vnde Pivs II. prohibuit appellari à Papa ad futurum Concilium, & ſic appellantem incurrere excommunicationem voluit, à qua nullus poſſet eum abſoluere, excepto mortis articulo. Voluit inſuper talem incurrere cenſuras quibus notatur criminis Maieſtatis læſæ reus. Sed quis iudicabit eum, qui cùm totam Eccleſiam docet nullo modo poteſt errare. Sic Dominus Luc. 22. Petro primo Romanorum & totius orbis ſupremo Pontifice, cæteriſque ſuis ſucceſſoribus promiſit:

Luc. 22.

Simon ecce ſathanas (ait) expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te vt ne deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Ex hac authoritate duo apparent priuilegia Petro impetrata. Vnum vt ipſe non poſſet vnquam veram fidem amittere, quantumuis tentaretur à diabolo.

Auguſtinus.

Vnde Avgvstinvs libro de correptione & gratia, c. 8. *Quando rogauit (inquit) vt non deficeret fides eius, rogauit vt haberet in fide liberrimam, fortiſſimam, inuictiſſimam, perſeuerantiſſimam voluntatem.*

Chryſoſtomus.

Chrysostomvs homil. 83. in Matth. *Non dixit (inquit) non negabis, ſed vt nõ deficiat fides tua. Cura enim ipſius & fauore factum eſt, ne omninò Petri fides euaneſceret.*

Theophylactus.

Theophylactvs in Lucæ, c 22. *Quamuis breui tẽpore concutiendus ſit, habes recondita ſemina fidei, etiam ſi folia abiecerit ſpiritus inuadẽtis, radix tamẽ viuet, & nõ deficiet fides tua.* Eleganti ſimilitudine explicat Petrum negando Chriſtum amiſiſſe confeſſionem fidei, quæ ore fit, folia enim verba ſignificant, fidem tamen, qua corde creditur ad iuſtitiam, non amiſiſſe. Hoc priuilegium primum fortaſſe ad ſucceſſores Petri non manauit

Albertus Pighius.

(tamen Albertvs Pighivs libro 4. cap. 8. Hierarchiæ Eccleſiaſticæ contendit non poſſe Papam eſſe hæreticum, quod probabile eſt & defendi poteſt.) At ſecundum ſine dubio manauit ad poſteros. Hoc autem ſecundum priuilegium eſt, vt ipſe tãquam Pontifex non poſſit vnquam docere aliquid contra fidem, ſiue vt in ſede eius nunquam inueniretur qui doceret contra veram fidem.

Lucius papa.

Inde Lvcivs I. Papa & martyr in epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ, & Galliæ: *Eccleſia (inquit) Romana Apoſtolica eſt, & mater omnium Eccleſiarum, quæ à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam errare probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauata ſuccubuit, ſecundum ipſius Domini pollicitationem dicentis, ego rogaui pro te.*

Fœlix 1.

Foelix I. epiſtola ad Benignum, de Romana Eccleſia loquens: *Vt (inquit) in exordio normam fidei Chriſtianæ percepit ab authoribus ſuis Apoſtolorum Chriſti principibus, illibata manet, iuxta illud: Ego rogaui pro te. &c.*

Leo 1.

Leo I. ſermone 3. de aſſumptione ſua ad Pontificatum: *Specialis (inquit) Petri a Domino cura ſuſcipitur, & pro fide Petri propriè ſupplicatur, tanquam aliorum ſtatus certior ſit futurus ſi mens principis victa non fuerit. In Petro ergò omnium fortitudo munitur, & diuinæ gratiæ ita ordinatur auxilium, vt firmitas, quæ per Chriſtum Petro tribuitur, per Petrum Apoſtolis cæteris tribuatur.*

Agatho papa.

Agatho epiſtola ad Conſtantinum Imperatorem, quę lecta eſt in ſexta Synodo, actio. 4. & poſteà actio. 8. ab omnibus probata: *Hæc eſt (inquit) vera fidei regula, quam & in proſperis & aduerſis viuaciter tenuit Apoſtolica Chriſti Eccleſia, quæ per Dei gratiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticis nouitatibus vnquam deprauata ſuccubuit, quia dictum eſt Petro: Simon Simon, ecce ſathanas, &c. Ego autem rogaui pro te. &c. Hic Dominus fidem Petri non defecturam promiſit, & confirmare eum fratres ſuos admonuit, quod Apoſtolicos Pontifices meæ exiguitatis prædeceſſores confidenter feciſſe ſemper cunctis eſt agnitum.*

Nicolaus 1.

Nicolavs I. epiſtola ad Michaëlem: *Priuilegia (inquit) iſtius ſedis perpetua ſunt diuinitus radicata, atque plantata, impingi non poſſunt, transferri non poſſunt, trahi poſſunt, euelli non poſſunt. Quæ ante imperium veſtrum fuerunt, permanent, Deo gratias, hactenus illibata, manebúntque poſt vos, & quouſque Chriſtianum nomen prædicatum fuerit illa ſubſiſtere non ceſſabunt.* Et infrà: *Nam & inter cætera is, per quem nobis præcipuè iſta ſunt priuilegia collata, Tu aliquando conuerſus audiuit a Domino, confirma fratres tuos.*

Leo 9.

Leo IX. epi-

ſtola

ſtola ad Petrum Antiochenum: *Nimirum* (inquit) *ſolus eſt, pro quo ne deficeret fides eius, Dominus & Saluator noſter ſe rogaſſe dicens, Rogaui pro te, &c. Quæ venerabilis & efficax oratio obtinuit, quod hactenus fides Petri non defecit, nec defectura credatur in throno illius.*

Innocentius 3.

INNOCENTIVS III. epiſtola ad Epiſcopum Arelatenſem, & habetur capite Maiores, extra de Baptiſmo & eius effectu. *Maiores* (inquit) *Eccleſiæ cauſas, præſertim articulos fidei contingentes, ad Petri ſedem referendas intelliges, qui eum pro eo Dominum exoraſſe ne deficiat fides eius.*

Petrus Chryſologus.

PETRVS CHRYSOLOGVS epiſtola ad Eutychetem, quæ habetur primo tomo Conciliorum, ante Concilium Chalcedonenſe. *Hortamur te* (inquit) *frater honorabilis, vt his, quæ a beatiſſimo Papa Romanæ ciuitatis ſcripta ſunt, obedienter attendas, quia beatus Petrus qui in propria ſede viuit & præſidet, præſtat quærentibus fidei veritatem.*

B

Bernardus Clareuallenſis.

BERNARDVS CLAREVALLENSIS Abbas epiſtola 190. ad Innocentium. *Oportet* (inquit) *ad veſtrum referri Apoſtolatum pericula quæque, & ſcandala regni Dei, ea præſertim, quæ de fide contingunt. Dignum namque arbitror ibi potiſſimum reſarciri damna fidei, vbi non poſſit fides ſentire defectum. Cui enim alteri ſedi dictum eſt aliquando, Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.*

Theodoretus.

THEODORETVS epiſtola ad Renatum Presbyterum Romanum: *Tenet* (inquit) *ſancta iſta ſedes gubernacula regendarum cunctis orbis Eccleſiarum, cum propter alia, tum quia ſemper hæretici fœtoris expers permanſit.*

C

Marcellinus Papa.

Porrò ſciendum, quòd quamuis Marcellinus in Concilio Sueſſano accuſatus fuerit, damnatus & depoſitus ab Epiſcopis in illo congregatis, tamen id factum fuiſſe poſteaquam ipſe primus ſeipſum damnauit & abdicauit pontificatu. Antea enim ſæpè illius Concilij Patres acclamauerant: *Prima ſedes a nemine iudicabitur. Tu reus, tu iudex noli a nobis iudicari.* Deinde notandum eſt eum fuiſſe accuſatum de actu infidelitatis, quo in caſu poteſt Concilium cauſam Pontificis diſcutere, & ſi ita inueniat poteſt declarare eum eſſe depoſitum & eſſe extra Eccleſiam. Et nota quòd non eum deponit, ſed declarat depoſitum, quia eo ipſo quòd infidelis vel hæreticus eſt, per ſe deſinit eſſe Papa & caput, ſicut per ſe deſinit eſſe membrum corporis Eccleſiæ. Sic autem loquuntur Ioannes Driedo libro quarto, De ſcripturis & dogmatibus Eccleſiaſticis, capite ſecundo, parte ſecunda, ſententia ſecunda, & Melchior Canus libro quarto, De locis, capite ſecundo, & alij multi.

D

Concilium in caſu hæreſis nō deponit Papā.

Hi dicunt eos eſſe extra Eccleſiam, qui vel eiiciuntur excommunicationis flagello, vel per ſe diſcedunt ab ea, & eam oppugnant dogmati hæretico inhærentes. Sic igitur nec etiam in caſu infidelitatis & hæreſis Concilium eſt ſupra Papam, ita vt eum poſſit deponere, cùm à ſeipſo deponatur, non à Concilio.

E

Obiectio.

Sed dicet aliquis: Si nulli liceat Papam deponere, quid faciendum ſi is rempublicam Chriſtianam perturbet, vel animas malo ſuo exemplo nitatur occidere? Licet ei reſiſtere non faciendo quod iubet, & impediendo ne exequatur voluntatem ſuam: non tamen iudicare, punire, deponere, quod non eſt niſi ſuperioris. Vide latius de hac re Caietanum tractatu de authoritate Papæ & Concilij, capite vigeſimo ſeptimo, & Io. Turrecremata libro ſecundo, capite centeſimo ſexto.

Obiectio alia.

Sed quomodo ergò Conſtantienſis Concilij Patres Ioannem vigeſimum tertium, Gregorium duodecimum, Benedictum tertium decimum, depoſuerunt electo Martino quinto? Noueris tempore ſchiſmatis quando neſcitur quis ſit verus Papa, dubius Papa habetur pro non Papa, & poſſe Concilium & debere in tales exercere poteſtatem: & non tamen propterea ſupra Papam erit, quia hi non ſunt veri ſummi Pontifices. Noueris etiam Ioannem & Gregorium ſponte Papatui renunciaſſe vt facilè patebit intuenti acta Concilij Conſtant. ſeſſ. 12. & 14. Benedictus verò quamuis nō ceſſerit, attamē eo mortuo Clemens VIII. qui ei ſucceſſerat ſe verum Pontificem non agnoſcens libenti animo & motu proprio ceſſit Martino, quem verum Papam vniuerſa Eccleſia fatebatur.

B

Concilium vniuerſale non congregandum, ſine aſſenſu ſummi Pontificis.] Hoc ideò ſubiicimus, vt præcedens poſſit propoſitio elucidari, quæ de authoritate Concilij ſuprà Papam diſſeruit. Oportet etiam hinc legere, quod inuenies in vocabulo, Papa.

Nicephorus Calliſtus. Caſſiodorus Senator.

Sic igitur NICEPHORVS CALLISTVS libro nono, capite nono, & decimo, & CASSIODORVS SENATOR libro quarto Tripartitæ hiſtoriæ, capite decimo nono, authoribus. Egit Euſebius hæreticus, vt in Antiochia Syriæ Synodus fieret, ad quam conuenerunt ex ciuitatibus diuerſis Epiſcopi nonaginta.

C

Concilium Malignantium contra Athanaſium ſanctiſſimum.

Maximus tamen Hieroſolymitanus, Macarij ſucceſſor non affuit, cogitans quòd ipſi poſſet ſubripi, vt in damnationem ſubſcriberet Athanaſij. Sed neque Iulius affuit maximæ Romæ præſul, neque in locum ſuum aliquem deſtinauit, cùm vtique Eccleſiaſtica regula iubeat, non oportere præter ſententiam Romani Pontificis Concilia celebrari.

Iulius 1.

Vnde & IVLIVS primus Papa ad Orientales Epiſcopos pro cauſa Athanaſij ſic ſcribit: *Ipſi primæ ſedi Eccleſiæ conuocandarum generalium Conciliorum iura, & iudicia Epiſcoporum, ſingulari priuilegio, Euangelicis, & Apoſtolicis, atque canonicis conceſſa ſunt inſtitutis. quia ſemper maiores cauſæ ad ſedem Apoſtolicam multis authoritatibus referri præcepta ſunt.*

D

Vt latiùs dicetur in dictione, Epiſcopus. Idem autem alia epiſtola, quam reſcripſit ad ironicam epiſtolam Orientalium Epiſcoporum ſtatim poſt initium eos redarguit, quod inconſulto Pontifice Epiſcopo conuocarint. *Canonibus* (ait) *in Nicæna Synodo* (non extant) *iubentibus* (Cui Synodo ipſe Iulius interfuerat, vt in prima epiſtola teſtatur) *non debere præter ſententiam Romani Pontificis, vllo modo Concilia celebrari, nec Epiſcopos damnari.*

Iulius 1. interfuit Concilio Nicæno 1.

Quod plures ſunt canones Nicænæ Synodi, quàm viginti, qui nunc extant.

Quod etiam capite primo, authoritate propria vult firmari, & in decretum redegit. Aduerte, Lector, quòd (vt diximus) hic canon Nicænæ Synodi non extat.

E

Vnde colligimus, quod plures ſunt, quam hi viginti, qui modò tantùm reperiuntur, quod etiam confirmat Concilium SARDICENSE canone quinto, quo ad articulum de damnatione Epiſcoporum.

Concilium Sardicenſe.

Cuius Sardicenſis plures ſunt canones mutuati ex Nicæna prima Synodo, vt etiam teſtatur Gratianus diſtinctione 16. capite Viginti tantùm. Porrò hæc confirmat Concilium ALEXANDRINVM ſub Athanaſio congregatum, epiſtola miſſa ad Fœlicem Papam II. Præterea quòd Concilium non debeat congregari, ſine aſſenſu ſummi Pontificis, manifeſtè pandit generale IV. CHALCEDONENSE Concilium, actione prima vbi legitur a vi-

Concilium Chalcedonenſe generale 4.

A carus ſedis Apoſtolicæ ibidē conſiſtentibus, Dioſcorus Alexandrinus Antiſtes damnatur, & extra ſynodum fit, *Eo quòd* (ait) *Synodum auſus eſt facere, ſine authoritate ſedis Apoſtolicæ, quod nunquam licuit, nunquam factum*, &c. Hanc conſtitutionem quæ iam perierat & euanuerat renouauit P e l a g i v s II. epiſtola 1. ad Epiſcopos qui Conſtantinopolim conuenerant, de non celebrando concilio ſine ſummi Pontificis aſſenſu: *Relatum eſt* (ait) *ad Apoſtolicam ſedem, Ioannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum, Vniuerſalem ſe ſcribere, voſque ex hac ſua præſumptione ad ſynodum conuocare generalem, cùm generalium Synodorum conuocandi authoritas, Apoſtolicæ ſedi beati Petri ſingulari priuilegio ſit tradita, & nulla vnquam Synodus rata legatur, quæ* B *Apoſtolica authoritate non fuerit fulta. Quapropter quidquid in prædicto veſtro conuenticulo (quia ſynodus taliter præſumpta eſſe non potuit) ſtatuiſtis, ex authoritate ſancti Petri Apoſtolorum Principis, & Domini ſaluatoris voce, qua beato Petro poteſtatem ligandi atque ſoluendi ipſe ſaluator dedit, quæ etiam poteſtas in ſucceſſoribus eius indubitanter tranſiuit, præcipio omnia quæ ibi ſtatuiſtis, & vana & caſſata eſſe ita vt deinceps nunquam appareant, * nec ventilentur. Etenim ipſe ſaluator beato Apoſtolo Petro, tanquam per ſe ipſa veritas loquitur, dicens: Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunque ſolueritis ſoluta ſunt.* Multis C denuò (hoc allegatur à Gratiano diſtinct. 17. cap. multis denuò. *Apoſtolicis & canonicis regulis inſtruimur, non debere abſque ſententia Romani Pontificis Concilia celebrari. Quapropter, vt iam dictum eſt rectè, non Concilium, ſed veſtrum conuenticulum vel conciliabulum quaſſatur, & quidquid in eo actum eſt, irritum habetur & vacuum: vos quoque deinceps, vt nullius hortatu talia præſumatis, ſi Apoſtolicæ ſedis communione carere non vultis. Modo vero ideò ſuſpenditur vltio, vt locum poſſit habere correctio.* Reliquum vide, Papa. Hoc inſtructus exemplo B o n i f a c i v s M o g v n t i n e n s i s Archiepiſcopus & martyr, cùm ire in Franciam rogaretur à Carolomanno rege ad corrigendos exceſſus, & D ibi Concilium celebrare, à ſummo Pontifice Zacharia 1. epiſtola ad eum directa, conſenſum requirit. Porrò Conſtantinopolitana alia quædam Synodus quam 7. generalem vocabant contra S. imagines, per Epiſcopum Epheſinum congregata, ſine ſummi Pontificis conſenſu, ab eodem, ſcilicet ab A d r i a n o I damnata eſt & reprobata, vt inſeritur actione 1. Concilij 2. Nicæni, quod legitimū generale fuit 7. epiſtola ſuper hac re directa ad Imperatorem Conſtantinum & Irenem Matrem. Sed & Concilium non celebrandum ſine Papæ aſſenſu, ſtatim arguūt patres eiuſdem generalis 7. Concilij N i c a e n i I I. actione 6. in confutatione ſuprà dictæ adulterinæ Synodi Conſtantinopolita- E næ. Siquidem Epiſcopi huiuſcemodi conciliabuli, congregatos quidem ſe fatentur, ſed non conſulta Apoſtolica ſede, atque ideò eorum impia ſtatuta eneruantur, ſimulque hoc nomen expunctum eſt, quod prætendebant, vocantes eam 7. generalem ſynodum. *Nam* (vt aiunt ſancti patres Nicæni) *quomodo erit ſeptima Synodus quæ cum ſex prioribus non concordat?* Vide de hac re, Imago. Præterea ſic ſtatuit L e o IX epiſtola 2. quæ eſt ad Thomam Carthaginenſem Epiſcopum, quemadmodum & ſuperiores: vbi & arguit quendam Epiſcopum Gummitanæ Eccleſiæ, qui concilia & iudicia propria authoritate præſumebat indicere. *Hoc* (inquit) *nolo vos lateat, non debere præter ſententiam Romani Pontificis, vniuerſale Concilium celebrari, vel E-*

Dioſcorus damnatur, eò quod conciliū ſine authoritate Papæ celebrauerit.
Pelagius 2.
* ſed ventilentur
Bonifacius Moguntinenſis.
Adrianus I.
Concilium Nicænū 2. ſub Adriano I.
Leo IX.

A *piſcopos damnare & deponi quia & ſi liceat vobis aliquos examinare, diffinitiuam tamen ſententiam abſque conſultu Romani Pontificis non licet dare.* Idem & epiſtola 4. quæ eſt ad Petrum Antiochenum Epiſcopum, & iterum epiſtola alia quæ eſt ad Ioannem & Petrum Africæ Epiſcopos. Prædicta renouat Conc. F e r r a r. alias F l o r e n t. ſub Eugenio 4. ſeſſione 7. in reconciliatione Græcorum cùm Latinis, & P i v s I I. in bulla retractationis ſuę pro Eugenio 4 contra Synodū Baſileenſem, in fine, quam miſit ad vniuerſitatem Colonienſem. Potuiſſem plura addere, ſed hæc ſufficiunt. Vide. Papa. & Romana Eccleſia. & ſequentia.

Concilijs formam ſummus Pontifex præ- B ſcribit.] Hoc dependet ex ſuperioribus, quatenus omnia ſimul ordinata maturo iudicio examinentur. Sic ergo L e o I. epiſt 49. ad Pulcheriam Auguſtā, loquens de Chalcedonenſi generali Synodo: *Binos* (ait) *de Coepiſcopis meis & cōpresbyteris meis ordinaui, qui vicem meam implere ſufficerent, etiam datis ad venerabilem Synodum congruentibus ſcriptis, quibus fraternitas aduocata cognoſceret, quam formam ſeruare in hac iudicatione deberet, ne vlla temeritas, aut fidei regulis, aut canonum ſtatutis, aut benignitatis remedijs obuiaret.* Sic A g a t h o I. epiſt ad Conſtantinum 4. Imperat. & fratres eius Heraclium atque Tiberium, legatos ſuos mittens ad generał. 6. Concil. quod Conſtantinop 3. dicitur in Trullo cele- C bratum, quæ & lecta eſt in eod. Conc. Act. 4. *Quibus* (inquit) *portitoribus & teſtimonia aliquorum ſanctorum patrum, quos hæc Apoſtolica Chriſti Eccleſia ſuſcipit, cum eorum libris tradidimus, vt facultatē ſuggerendi à benigniſſimo veſtræ Chriſtianitatis imperio conſecuti, ex his duntaxat ſatiſfacere ſtudeant, dum imperialis manſuetudo præceperit, quid hæc ſpiritalis mater eorum ac à Deo propagati Imperij Apoſtolica Chriſti Eccleſia credat & prædicet, vt nihil profectò præſumant augere, minuere, vel mutare, ſed traditionem huius Apoſtolicæ ſedis, vt à Prædeceſſoribus Apoſtolicis Pontificibus inſtituta eſt, ſinceriter enarrare, &c.* Præterea act. 1. Conc. VIII. G e n e r a l. quod Conſtantinop. 4. fuit ſub Baſilio Imperat. Epiſcoporū D 373 offerunt legati ſedis Apoſtolicæ epiſt A d r i a n i II. ad Prædictum Baſilium, in qua formā concilio congregato pręſcribit, vt intendat ad ea eneruanda, quæ in priore quodam concilio acta fuerāt, cùm Ignatius eſt eiectus. Et Photius Neophytus ſubrogatus. Præcipiens cuncta decreta igne cremari, nec ſupereſſe apud quemlibet ex his omnibus, ſaltem vnum iota vel vnum apicem debere, niſi quòd totius clericatus, imò potiùs nominis Chriſtiani anathemate percullus carere voluerit. Vide de his latiùs in vocabulo, legatus & Papa, & annecte ſequentia.

Conciliorum decreta & ſtātuta, Papa cō- E firmat, vel damnat.] Hoc quoq; cum ſuperioribus conuenit, & quidem propoſueram hæc reſeruare dictioni, Papæ: Sed quoniam hic opportunè ſe obtulit tractandi de his materia quod legimus, cōſequenter ſubnectemus. Et quidē hic non omnia potuimus inſerere, ſed quædam, quoniā ita res poſtulat; reſeruata ſunt ſuis locis, vt in vocabulo, Legatus, vel Papa, vel Romana Eccleſia verumtamen quæ hic apponere decreuimus, ſufficient, nec opus erit authoritatibus validioribus inuigilare, quando hic omnia ea habeat, quæ longo & diutino ſudore conquirere poſſet. Sic ergo primo loco mihi occurrit L e o I. qui ad petitionem Martiani Imperatoris ſtatuta Synodi Chalcedonenſis approbauit epiſtola 59 miſſa ad Epiſcopos in eadem ſynodo congregatos.

Concilium Ferrarienſe ipſum & Florentinum.
Pius 2. antea Aeneas Syluius.
Leo I.
Concilium Chalcedonenſe 4. generale.
Agatho I.
Concilium Conſtantinopol 3. general. 6.
Adrianus 2.
Leo I.

Item & epiſtola 23. ad Theodoſum Auguſtinum quæ allegatur ibidem. veruntamen, canonē illum reiecit. quo ſtatuitur vt Conſtātinopolitanus Epiſcopus æqualis vel ſecundus ſit ſummo Pontifici vt dicemus in dictione. Romanæ & Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ diſſidium, &c. Præterea eſſe in poteſtate Papæ, Concilij canones & decreta approbare, vel reprobare. probat GELASIVS I. ad calcem epiſtolæ 2. ad Epiſcopos ſiculos. Vbi ait, quod quædam, quæ ſecundum canones regulaſque Eccleſiæ pro fide communi & veritate Catholica & Apoſtolica geſta ſunt, recipit: ea autem quæ forſam per incompetentem præſumptionem prolata ſunt, non ita: quia quę priuilegiis vniuerſalis Eccleſiæ contraria probantur, nulla ratione ſuſtinet. Loquitur autem Gelaſius de prædicta Chalcedonenſi ſynodo, in qua Conſtantinopolitana ſedes (vt diximus) proxima poſt Romanam Eccleſiam, & in ſuis partibus æqualem poteſtatem habere permiſſa erat: quod Leo I. & Gelaſius non admiſerunt, & docent ex textu ſcripturæ, quædam concilia ordinaſſe aliqua, quæ poſtea ad ſummi Pontificis arbitrium eneruata ſunt. Nec omnia paſſim à quocunque dicta vel vbique ſcripta accipienda eſſe indifferenter, ſed retentis bonis, quæ noceant, refutanda. Exemplum proponit de Epheſina 2. ſynodo, eam prædatoriam appellans. Idem verò Gelaſius epiſt. ad Epiſcopos Dardaniæ, & allegatus à Gratiano de conſecratione diſtinct. 4. cap. confidimus. Et cauſa 11. quæſt. 3 cap Cuncta per, &c. allegant quoque Patres Baſileenſis Synodi ſeſſione 27. in cauſa Eugenij 4. & adhuc epiſt. ſynodali, ad calcem vltimæ ſeſſionis. Sic ergo Gelaſius. *Confidimus, quòd nullus iam Chriſtianus veraciter ignoret vniuſcuiuſque Synodi conſtitutum, quod vniuerſalis Eccleſiæ probauit aſſenſus, nullam magis exequi ſedem præ cæteris oportere, quàm primam, quæ & vnamquamque ſynodum & ſua authoritate confirmat, & continuata moderatione cuſtodit. pro ſuo ſcilicet primatu, quem beatus Petrus Apoſtolus Domini voce perceptum, Eccleſia nihilominus ſubſequente, & tenuit ſemper & retinet.* Et paulò infrà: *Cuncta per mundum nouit Eccleſia, quoniam quorumlibet ſententiis ligata, Pontificum ſedes beati Petri Apoſtoli ius habeat reſoluendi, vtpote quæ de omni Eccleſia fas habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio* (vide Papa) *Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo ſit appellare permiſſus* (vt poſuimus, appellare à ſede Apoſtolica, &c. Eadem confirmat ENNODIVS DIACONVS libro Apologetico pro cauſa Symmachi Papæ: vt dicemus in vocabulo, Epiſcopus condemnatus appellans, &c. Hinc LEO II. epiſtola ad Conſtantinum 4. Imperatorem pro 6. generali ſynodo: *Sancta igitur* (ait) *vniuerſalis & magna ſexta ſynodus, quam nuta Dei veſtra Clementia & ſedulò conuocauit, & cui pro Dei miniſterio præfuit, Apoſtolicam in omnibus regulam, & probabilium patrum doctrinam ſecuta eſt. Et quia definitionem rectè fidei, vt dictum eſt, pleniſſime prædicauit, quàm & Apoſtolica ſedes beati Petri Apoſtoli* (cuius licet impares miniſterio fungimur) *veneranter ſuſcipit, idcirco & per nos & per noſtrum officium hæc veneranda ſedes Apoſtolica concorditer & vnanimiter his, quæ definita ſunt ab ea, conſentit, & beati Petri Apoſtoli authoritate confirmat, ſicut ſupra ſolidatam petram, quæ Chriſtus eſt ab ipſo Domino adeptus firmitatem. Proptera ſicut ſuſcepimus atque firmiter prædicamus ſancta quinque Concilia. Nicænum Conſtantinopolitanum 1. Epheſinum 1. Chalcedonenſe, & Conſtantinopolit. 2. quæ & omnis Chriſti Eccleſia approbat & ſequitur, ita & quod in Regia vrbe pro veſtra ſerenitatis aduiſu celebratum eſt ſanctum 6. Concilium, vt eorum pediſſequis interpretes pari veneratione atque cenſura ſuſcipimus, & hoc cùm eis dignè connumerari, tanquam vna & æqualis Dei gratia congregatum decernimus, & qui in eo fideliter conuenerunt Chriſto Eccleſiæ ſacerdotes, inter ſanctos Eccleſiæ patres atque doctores aſcribendos eſſe, cenſemus.* Præterea ſic loquitur ADRIANVS I. epiſt. ad Conſtantinum & Irenem matrem, quæ lecta eſt actione 1. ſecundæ Nicenę ſynodi anathematizans peruerſum conciliabulum Conſtantinopoli habitum contra ſanctas imagines de quo ſuprà latiùs. *Romana* (ait) *Eccleſia, quæ ſemper & tenuit & retinet principatum vnamquamque ſynodum & ſua authoritate confirmat & continua moderatione cuſtodit.* Idem etiam NICOLAVS I. epiſtola ad Michaelem Imperatorem, circa medium. *Romana Eccleſia collecta concilia ſua authoritate firmat, ſua moderatione cuſtodit, vnde quædam eorum quia conſenſum Romani Pontificis non habuerunt, valitudinem perdiderunt. quod probatur ex Epheſina 2. ſynodo à Leone magno damnata. & ex actione 1. Concilij Conſtantinopolitani 4. quod dicitur 8 generale in quo omnia acta etiam Ariminenſis Concilij ſub Conſtantio. Et Epheſini ſub Dioſcoro Alexandrino, & Synodi Conſtantinopolitanæ ſub Michaele quando Photius neophitus in ſedem iniuſte deturbati Ignatij ſubrogatus eſt. Et damnata & præcepta igne comburi, & qui ea reſeruauerint anathemate percuti iubentur.* Item actione 7. eiuſdem Concilij GENERALIS VIII. acta præfati adulterini Concilij contra Ignatium anathemate percelluntur, & conuenticula damnantur. quæ bis aut ter coacta ſunt à Michaele Imperatore & Photio. aduerſus Ignatium. Et actione 8. legitur quomodo Imperatore iubente combuſta ſunt omnia prædictorum conciliorum acta. Porrò in Concilio BASILEENSI licet Concilium eſſe ſupra Papam definierit (vt ſuprà diximus) tamen ſeſſione 14 Papa Concilij caput eſſe prohibetur, ad quem omnes reſpicere & obſequi & complacere tenentur. Præterea Patres Concilij TRIDENTINI confirmationem petierunt à ſummo Pontifice Pio 4. & obtinuerunt vnde ſic ad calcem concilij legitur, ſummi pontificis confirmationis decretum: *Petitioni nomine concilij œcumenici Tridentini ſuper eius confirmatione per legatos nobis facta annuentes. Omnia & ſingula quæ in dicto concilio ſub fœlicis recordationis Paulo 3. & Iulio 3. prædeceſſoribus noſtris, quæ Pontificatus noſtri tempore decreta & definita ſunt authoritate Apoſtolica, etiam de venerabilium fratrum noſtrorum Cardinalium conſilio & aſſenſu, matura cum illis deliberatione præhabita confirmamus, atque ab omnibus Chriſti fidelibus recipi & inuiolabiliter obſeruari mandamus in nomine Patris, & Filij. & Spiritus ſancti, &c.* Vide plura in vocabulis, Papa, Romana Eccleſia. & legatus.

Gelaſius I.

Reprobat Leo & Gelaſius Canonem vnum Chalcedonenſis ſynodi.

Gelaſius I.

Concilium Baſileenſe generale.

Ennodius Diaconus enim Nicolaus I. poſtea Epiſcopum Ticinēſem prædicat.

Leo I.

Approbatio 6. generalis ſynodi à ſummo Pontifice.

Adrianus I.

Reprobatio adulterinæ & falſæ ſynodi.

Nicolaus I.

Reprobatio Ariminēſis Epheſinæ 2. ſynodorum & concilij Conſtantinop. ſub Michaele.

Concilium Cōſtantinopolitanū 4. quod eſt 8. generale.

Concilium Baſileenſe generale.

Concilium Tridentinū generale nouiſſimum.

Concilijs Papa præſidet per legatos.] Vide legatus.

Concilia cur celebrentur, & eorum quæ ſit vtilitas.] ſuperius dum de authoritate Conciliorum egimus, conſequenter & de eorum vtilitate tractauimus, & cur congregentur. Veruntamen quod ſpecialiter in ſanctorum libris inueni, hic ſtudui apponere. Primùm ergo, cur congregentur, & de eorum vtilitate, ſermocinantur Epiſcopi Antiochiæ, Piſidiæ, Seleuciæ, Theodoſiopolis, &c. epiſtola ad Leonem primum Imperatorem, in ordine Plurium ad

Epiſcopi Antiochiæ, Piſidiæ, Seleuciæ, Theodoſiopolis, &c.

calcem

calcem Chalcedonenſis Synodi. *Notum eſt* (aiunt) *ſapientibus vniuerſis, quia niſi diuerſa diuerſiſque temporibus hereſes exorta fuiſſent, nequaquam opus eſſet conſilio ſpiritualium medicorum. Nam vbi infirmitas, illic opus eſt ſine dubio medecina. Et quemadmodum*

Elegans ſimilitudo.

oculis dudum ægrotantibus, & caute atque competenter à medicis qui tunc inuenti fuerint curatis, ſi rurſus contingat aliquem viſceribus forte dolere, quicunque poſtea reperti fuerint non deſinunt adhibere medecinam: ita heretica infirmitate temporibus diuerſis exorta, mirum non eſt ſi à peſſimis temporum quorumque principibus, Deo amantiſſimi Epiſcopi pro imminente cura conuocatio medicinæ vtilia remedia porrexerunt.

Iuſtinianus Imperator cognomine Magnus.

Hinc etiam magnus ille IVSTINIANVS IMPERATOR epiſtola directa Patribus, qui Conſtantinopoli conuenerant ad celebrandum 5. generale Concilium, quæ & lecta eſt collatione 1. B eiuſdem concilij. *Semper* (ait) *ſtudium fuit Orthodoxis & piis Imperatoribus, Patribus noſtris pro tempore exortas hæreſes per congregationem religioſiſſimorum amputare, & recta fide ſyncerè prædicata in pace, ſanctam Dei Eccleſiam cuſtodire. Quapropter & Conſtantinus piæ recordationis Arrio blaſphemante congregauit Nicæa ex diuerſis Diœceſibus 318. ſanctos Patres. Sed & Theodoſius ſenior Macedonio negante Deitatem ſancti Spiritus, congregauit in regia vrbe 150. ſanctos Patres. Item Theodoſius Iunior, contra Neſtorium congregauit Epheſinam. 1. Synodum. Et Martianus Chalcedonenſem, &c.* C Eam ob cauſam ſe congregatos fatentur patres Concilij BRACARENSIS I. vt ex præfatione eiuſdem liquet. Idem & in præfatione BRACARENSIS II. profitentur, & penè eadem verba reſumunt, nam & Concilia generalia contra hæreticos congregata memorant.

Concilium Bracarenſe 1. & 2.

Hinc prænominatum Concil. CONSTANTINOPOLITANVM II. quod dicitur 5. generale ſub Iuſtiniano Prædicto, collatione 8. in concluſione trium capitulorum, præſente Papa Vigilio. *Licet* (ait) *Spiritus ſancti gratia & circa ſingulos Apoſtolos abundaret, & non indigerent alieno conſilio ad ea quæ agenda erant, non tamen aliter voluerunt de eo quod mouebatur, ſi oportet gentes circumcidi, definire priuſquam communiter congregati diuinarum ſcripturarum teſtimoniis, vnuſquiſque ſua dicta* D *confirmaret vnde communiter de eo ſententiam protulerunt, ad gentes ſcribentes: Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil aliud imponere vobis oneris, præterquam neceſſaria vt abſtineatis ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione. Sed & ſancti Patres, qui per tempora in ſanctis 4. conciliis conuenerunt, antiquis exemplis vtentes communiter de exortis hereſibus & quæſtionibus diſpoſuerunt, certo conſtituto quod in communibus diſputationibus cùm proponuntur, quæ ex vtraque parte diſcutienda ſunt, veritatis lumen tenebras expellit mendacij. Nec enim poteſt in communibus de fide diſceptationibus aliter veritas ma-* E *nifeſtari, cùm vnuſquiſque proximi adiutorio indiget, ſicut in Prouerbiis dicit Salomon: frater fratri adiutorium præſtans exaltabitur, ſicut ciuitas munita. Et Dominus: vbicunque fuerint Duo, aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis ſum in medio ipſorum.*

Concilium Conſtantinopolitanum 2. quod generale dicitur ſub Iuſtiniano.

Actuum 15.

Prouerb. 18.

Matth. 18.

Hinc eſt quod ſtatuit Concilium ARVERNENSE I. ſub eodem Vigilio, & allegat Iuo libro 4. decretorum. *Placuit* (inquit) *vt quoties ſecundum ſtatuta patrum ſancta ſynodus congregatur, nullus Epiſcoporum aliquam prius cauſam ſuggerere audeat, quam ea quæ ad emendationem vitæ, ad ſeueritatem regulæ, ad animæ remedium pertinent, finiantur.* Et ſimiliter Concilium TVRONENSE II. ſub Pelagio 1. in præfatione: *Neceſſe eſt* (ait) *vigilantiſſimè prouiA dere repulſo corpore, vt quidquid ab antiquis patribus ſtatutum de tramite canonico, quarumdam perſonarum temeritate cernitur immunitum, reuocandum eſt in ſtatum priſtinum, vt poſſint male admiſſa corrigi, & non admittenda damnari. Magna eſt enim in ipſa ſeueritate pietas, per quam tollitur peccandi facultas. Nam vbi inſana libertas generat vulnera, ſacerdotalis diſtrictio dat medelam.*

Concilium Aurelianenſ. 1. ſub Vigilio 1.

Concilium Turonenſe II. ſub Pelagio 1.

Notanda ſententia.

Idem & TVRONENSE III. ſtatim proponit in limine & GREGORIVS I. epiſtola ad Aetherium Lugdunenſem Epiſcopum ordine 110. libro 7. regiſtri. *Ne qua* (ait) *inter fratres diſſenſio, ne qua inter præpoſitos & ſubiectos ſint fomenta diſcordiæ, in vnum conuenire ſacerdotes neceſſe eſt, vt & de incidentibus cauſis diſceptatio, & ſit ſalu-* B *bris de Eccleſiaſtica obſeruatione collatio, quatenus dum per hoc & præterita corriguntur, & regulam futura ſuſcipiunt, omnipotens vbique Deus fratrum concordia collaudetur, cuius vobis adeſſe præſentiam, ſi hæc obſeruabitis, ſcitote, quia ſcriptum eſt: vbi fuerint congregati duo aut tres in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Si ergo adeſſe dignabitur, vbi duo vel tres fuerint, quantomagis non deerit vbi plures conuenerint ſacerdotes? &c.*

Concilium Turonenſe 3. Gregorius I.

Matthæi 18.

Hinc Concilium TOLETANVM XII. ſub Leone 2. & Eringio rege in præfatione: vbi ſic ad Patres inquitur Chriſtianiſſimus ERINGIVS REX. *Non dubium eſt* (ait) *quod optima conciliorum adiutoria ruenti mundo ſubueniāt, ſi officioſis, quæ corrigenda ſunt, ſtudiis peragantur.* C Tum eos de diſciplina tenenda adhortatur, vt in ſequentibus dicemus. Porrò Concilium FOROIVLIENSE ſub Carolo & Pipino & Adriano 1. ſtatim in initio loquente Paulino eiuſdem vrbis Epiſcopo, dicit. *Nulli dubium Domini ſacerdotum qui ſacras venerandorum Canonum regulas vigilanti non omiſerit ingenio ſagacius explorare, bis in anno concilium per vnamquamque prouinciam fieri debere*, (hoc dicemus in ſequenti annotatione) *in vrbe ſcilicet Metropoli, in quolibet opportuno loco, iuxta Metropolitani eiuſdem regionis arbitrium, & vt temporis commodum dictauerit ordo, propter neceſſariam videlicet Eccleſiaſticæ dignitatis curam. Quinimo propter confluentia gerendarum rerum confuſaque negotia, quæ* D *crebrius litis de radice ſpinoſis cauſarum emergere aculeis conſueuit, ac per hoc pullulantia Dominici ruris triticeæ meſſis virentia ſata adhuc, vt ita dixerim, infra ſtipula thecam ſpiritualium fructuum turgentibus ſpicis, necdum in flauentes culmos aureas erumpentes ariſtas, nec dum ſterilium zizaniorum manipulis in vno faſce ignitis funibus colligatis, vltricibus traditis in pabulum flammis, vmbroſis nihilominus ſuffocare falſiuatum rhamniculis moliuntur. Qua de re talia & huiuſcemodi, peſtifero de virgulto fruteta gliſcentia, plurimorum nimirum venerabilium fratrum, qui agrum curiæ cœleſtis patroni ſumma ſolicitudinis cura excolere ſunt deputati radicitus, neceſſarium forte proſpectum eſt, vt linguarum falcibus detruncata mar-* E *ceſcant, quatenus ſapius cenſura magiſterio, nequitiæ reſciſſis ramuſculis, ipſa quandoque radicum materies, veneni infuſione vitiata funditus euellatur.*

Concilium Toletanum 12.

Eringius rex.

Concilium Foroiulienſe ſub Carolo & Pipino.

Eandem ob cauſam & quatuor Synodos indixerunt præmiſſo ieiunio. Ludouicus & Lotharius Auguſti, cùm fame continua & peſte Francia laboraret, in vrbe ſcilicet Moguntinenſi, Pariſienſi, Lugdunenſi, & Tholoſana: vbi omnes Metropolitanos & eorum ſuffraganeos iuſſerunt adeſſe. *In quibus conuentibus* (aiunt præfati LVDOVICVS ET LOTHARIVS IMPERATORES in epiſtola liminari ante Pariſienſe tertium Concilium) *tractare quærere, & cùm Dei adiutorio inuenire debent, de cauſis ad religionem Chriſtianam & eorum*

Quatuor ſynodi indictæ ab Imperatoribus Ludouico & Lothario. Concilia Moguntinenſe, Pariſienſe 3, Lugdunenſe & Tholoſanum.

Quid in Conciliis agendũ

curam pertinentibus, quid à Principibus & reliquo populo, vel ita vt diuina authoritas docet, aut aliter teneatur, vel quid inde ex parte vel ex toto dimiſſum ſit, vt non teneatur. Deinde quid in ipſorum qui paſtores populi conſtituti ſunt, moribus, conuerſatione, & actibus inueniri poſſit, quod diuinæ regulæ atque authoritati non concordet, ſimulque inueniant quæ occaſiones in vtroque ordine id effecerint vt a recto tramite deuiatum ſit. Et quidquid de his cauſis inuentum fuerit, faciant ſolerti cura cuſtodiri, &c. Quodquidem ſe Patres eiuſdem concilij Pariſienſis 3. profitentur ideo conueniſſe, vt executioni mandarentur. Sic & Patres Concilij MELDENSIS, ob flagella, quæ Deus Prouinciæ per hoſtes Normannos immittebat, ad placandam iram diuinam, ſe concilium ſtatuiſſe profitentur. Idem quoque & patres Concilij MOGVNTINENSIS III. ſub Arnolpho Imperatore in præfatione dicunt. Quod poſtea ſub eodem Principe congregatum Concilium TRIBVRIENSE ſic confirmat. *Congregati ſunt (ait) ad Synodum ſana intentione & diligentia ad reſecandum omnem palmitem inutilem, ad extirpandam cuiuſlibet hæreſeos radicem, ad tollendam ſchiſmatis occaſionem, ad corrigenda clericorum vitia, ad præcauenda populorum ſcandala, breuiter ad reformandos mores & ſtatus non modo clericorum, ſed & laicorum.* Idem dicit Concilium BASILEENSE in commendationem concilij Conſtantienſis: *In conciliis (ait) generalibus errores aduerſus ſanctam fidem pro tempore inſurgentes reprobantur, determinantur quæſtiones ad Catholicam fidem pertinentes. Quæ denique & qualiter intelligenda ſint, diuina mandata declarant. Et quod illis proprium eſt, per ea ſacri canones edantur, qui conſtringentes hominum vitas ſeruari ab omnibus debent, vt præſcripto eorum manifeſtius cognito, vel inhibita declinent, vel permiſſa ſectentur, &c.* Hoc quoque præfati concilij Baſileenſis patres renouant ſeſſione 1. vbi de congregandis, de quinquennio in quinquennium, & de ſepténio in ſeptennium, concilijs tractant, vt dicemus ſubſequenti in annotatione. Et ſimile quid ait Concilium SENONENSE ſtatim in initio decretorum. *Frequens (ait) conciliorum celebratio agri Dominici præcipua eſt cultura, quæ vepres, ſpinas, & tribulos hæreſum extirpat, exceſſus corrigit, deformata reformat, & vineam Domini ad frugem vberrimæ fertilitatis adducit, &c.* lunge ſequentia.

Concilium Meldenſe.

Concilium Moguntinenſe III.

Concilium Triburienſe patrum 2. anno 895.

Concilium Baſileenſe generale.

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato.

Concilia bis aut ſaltem ſemel in anno iubentur celebrari.] Hoc ex ſuperioribus pendet. Nec vult intelligere de conciliis œcumenicis, ſed Prouincialibus, vt iam ſuperius ex concilio Forouilienſi dictum, & ex ſequentibus patebit. Sic ergo Canon APOSTOLORVM III. *Bis in anno Epiſcoporum concilia celebrentur, & inter ſe inuicem dogmata pietatis explorent, & emergentes Eccleſiaſticas contentiones amoueant: ſemel quidem ſeptimana quarta Pentecoſtes, ſecunda verò duodecima die menſis Hyperbeteei.* Quem Octobrem, dicimus. Idem ANACLETVS I. ad calcem epiſtolæ 1. Hinc Concilium NICAENVM I. generale canone 5. *Placuit annis ſingulis per vnamquamque prouinciam bis in anno concilia celebrari, vt communiter ſimul omnibus Epiſcopis congregatis prouinciæ, diſcutiantur huiuſmodi quæſtiones* (loquitur de excommunicatis ab Epiſcopis) *Et ſic qui ſuo peccauerunt Epiſcopo euidenter, excommunicati rationabiliter ab omnibus æſtimentur, vſquequo vel in communi, vel Epiſcopo placeat humaniorem pro talibus ferre ſententiam* (vide excommunicatus) *Concilia vero celebrentur, vnum*

Canon Apoſtolorum.

Determinatur de tempore celebrandorum Conciliorum. Veruntamẽ variatur huiuſmodi tẽporis præfixio, vt ex ſequentibus apparebit.

Concilium Nicænum I. generale.

A *quidem ante quadrageſimam Paſchæ, vt omni diſſenſione ſublata, munus offeratur Deo puriſſimum: ſecundum verò, circa tempus autumni.* Hæc allegat Gratianus cauſa 11. quæſt. 3. cap. Seruetur & diſtinct. 18. cap. habeantur ſemel citatur quoque hic canon Nicænus in Concilio Aquiſgranenſi 1. cap. 42. Idem quoque ſtatuit Concilium ANTIOCHENVM I. ſub Iulio: canone 20. idem & INNOCENTIVS I. epiſtola 2. ad Victricium Rhothomagenſem Epiſcopum cap 3. & Concilium CARTHAGINENSE III. canone 2. *Placuit (ait) vt propter cauſas Eccleſiaſticas quæ ad perniciem plebium ſæpe veteraſcunt, ſingulis quibuſque annis concilium conuocetur, ad quod omnes prouinciæ quæ*
B *primas ſedes habent, de conciliis ſuis ternos legatos mittant, vt & minus inuidioſi, minúſque hoſpitibus ſumptuoſi conuentus, plena eſſe poſſit authoritas.* Idem Concilium HIPPONENSE cap 6. Verum hanc conſtitutionem de celebrando concilio quolibet legimus immutatam, & retractatam, in Concilio MILEVITANO cano. 9 ſic enim ſcribitur. *Placuit vt non ſit vltra fatigandis fratribus anniuerſaria neceſſitas, ſed quoties exegerit cauſa communis, id eſt, totius Africæ, vndecunque ad hanc ſedem pro concilio datæ literæ fuerint, congregandam eſſe ſynodum in ea prouincia, vbi opportunitas perſuaſerit. Cauſæ autem quæ communes non ſunt in ſuis prouinciis iudicentur.* Et canone 27. iterum dicit. *Item placuit, ne diutius vniuerſi Epiſcopi, qui ad concilium congregati*
C *ſunt, tenerentur ab vniuerſo concilio, ternos iudices de ſingulis Prouinciis eligi, qui omnes vniuerſa cognoſcant.* Idem ſtatuit Concilium AFRICANVM cap. 61. & 94. Verumtamen iterum poſt Mileuitanum Concilium renouantur prædicta decreta, de celebrando bis Concilio in Prædicto Africano Concilio canone 4. & in Concilio CARTHAGINENSI V. canone 7. vt allegat Gratianus de conſecratione diſtinctione 3. capite Placuit vt Dies. *Placuit (ait) vt Dies venerabilis Paſchæ formatarum ſubſcriptione omnibus intimetur, Dies verò concilij idem ſeruetur, qui in Hipponenſi Concilio capite 1. conſtitutum eſt, id eſt 10. Calendas Septem-*
D *bris* (aliàs vndecimo Kal. ſeptemb.) *Et ſcribendum ad ſingularum quarumque Prouinciarum primates, vt quando apud ſe concilium congregant, iſtum diem non impediant.* Porrò præcedentes Nicænum ſtatutum etiam Concilium RHEGIENSE capite 7. conformat. *Hæc* (inquit) *quæ communi conſenſu de voluntate Domini ſeruanda ſunt, neque (quod abſit) ſine offenſa Dei ac omnium a quoquam tranſgredienda, vt ſecundum antiquam conſuetudinem (ſi qui ex tempore rueruni) bis in anno conuentus agant, ac certè inter quaſlibet anxietates, neglectis propriis & domeſticis neceſſitatibus gratias ſimul Deo agentes, quidquid in ſpiritu conſiderant, conſurgentes, ſolum*
E *Eccleſiæ remedium remota vltionis prurigine, atque omni animoſitate quærant.* Idem omnino poſtea ſtatuiſſe legitur Concilium AGATHENSE canone 71. idem ſtatuit & LEO I. epiſtola 82. ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Epiſcopum cap 7. & allegatur à Gratiano diſtinct 18. cap. De Conciliis. *De Conciliis (ait) Epiſcopalibus non aliud iudicium, quam ſancti Patres ſalubriter ordinarunt, vt ſcilicet bini conuentus per annos ſingulos habeantur, in quibus de omnibus querelis, quæ inter diuerſos Eccleſiæ ordines naſci aſſolent, iudicetur. At ſi fortè inter ipſos qui præſunt, de maioribus (quod abſit) peccatis, cauſa naſcatur, quæ prouinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotij qualitate Metropolitanus curabit inſtrue-*

Concilium Antiochenum I.

Innocentius I.

Concilium Carthaginenſe III. ſub Syricio I.

Concilium Hipponenſe.

Concilium Mileuitanum ſub Innocentio I.

Concilium Africanum ſub Bonifacio I.

Concilium Carthaginenſe V.

Concilium Rhegienſe.

Concilium Agathenſe.

Leo I

re, &

Concilium Anglicanum I. Beda Venerabilis.

Concilium generale 4. Chalcedonenſe celebratum in ſacra æde diuæ Euphemię martyris, cuius hodie memoriam colimus anno 1170.

re, & ſi cœram poſitis partibus, nec tuo fuerit res ſopita iudicio, ad noſtram cognitionem, quidquid illud eſt, transferatur. Idem omnino Concilium ANGLICANVM I. capite 7 vt recenſet BEDA VENERABILIS libro 4. hiſtoriæ Anglicanæ capite 5. hinc venerandum illud & toto orbe celebrandum Concilium CHALCEDONENSE generale 4. actione 15 canone 19. & allegatur à Gratiano diſtinctione 18. capite Peruenit, præcedentia decreta collapſa (vt nunc ſunt) reſtaurat ita præcipiens. *Peruenit ad aures noſtras, quòd in Prouinciis ſtatuta Epiſcoporum concilia minimè celebrentur, & ex hoc plurima negligantur Eccleſiaſticarum cauſarum, quæ correctionibus indigeant. Decreuit itaque ſancta Synodus, ſecundum canones patrum bis in anno Epiſcopos in id ipſum in vnamquamque prouinciam conuenire, quo Metropolitanus Epiſcopus probauerit, & corrigere ſingula, ſi qua fortaſſis emerſerint. Quicunque verò non aduenerint Epiſcopi, reſident autem in ſuis ciuitatibus, & hoc ſi in ſua incolumitate conſiſtunt, omnique inexcuſabili & neceſſaria occupatione probentur liberi, fraterno corripiantur affectu, &c.* In huiuſmodi autem conciliis licet Papæ præſentia non requirantur, tamen ſi quid diffinitum fuerit, ad Papæ arbitrium vel probatur vel reprobatur, vt conſtat de Epiſcopis condemnatis, qui appellant ſedem Apoſtolicam, vt probat ENNODIVS DIACONVS libro defenſorio pro Symmacho Papa, vt allegauimus in dictione, Epiſcopus condemnatus appellans. Præterea his ſubſcribit decretis HORMISDA I. epiſt. 4. quæ eſt ad Epiſcopos Hiſpaniæ capite 3. Hoc tamen addit. *Si verò* (ait) *temporum neceſſitates, aut emergentes cauſæ hoc non patiantur impleri, ſemel ſaltem, quamuis non licuerit, ſine vlla excuſatione præcipimus conuenire.* Quod poſtea adhuc confirmat Concilium AVRELIANENSE II. ſub Vigilio 1. canone 2. & AVRELIANENSE III. capit 1. vbi grauiſſima cenſura Metropolitanum conſtringit, ſi hoc facere diſtulerit: perſtringit nihilominus & Epiſcopos, qui vocati adeſſe diſtulerint. Vnde ſic ſcribit: *Vnuſquiſque Metropolitanus in prouincia ſua cum comprouincialibus ſuis ſingulis annis, ſynodale debeat opportuno tempore habere concilium. Quod ſi illum neceſſitas, aut infirmitas certa tenuerit, vt ad alium conſtitutum locum adeſſe non poſſit, ad ſuam ciuitatem ſuos euocet fratres. Quod ſi intra biennium diuinitus temporum tranquillitate conceſſa, admonitis comprouincialibus à Metropolitano ſynodus indicta non fuerit, Metropolitanus ipſe pro euocationis tarditate, anno integro miſſas facere non præſumat. Quod ſi euocati non corporali infirmitate detenti, adeſſe ſua abuſione deſpexerint, ſimili ſententiæ ſubiacebunt. Qui tamen & hanc excuſationem ſibi nouerint eſſe ſublatam, ſi abſentiam ſuam diuiſione fortis crediderint excuſandam.* Idem omnino repetit & AVRELIANENSE IV. cap. 37. nec eſt opus repetitione. Idem & Concil. TOLETANVM III. c. 18. vbi ait, quòd ſi propter longitudinem itineris non potuerint bis in anno concilia celebrari, ſaltem ſemel celebrentur. Hoc confirmat Concilium TVRONENSE II. c. 1. vbi omnibus Metropolitanis iniungit, ſi non bis, ſaltem ſemel in anno ſynodum conuocare, Epiſcopis mandans omnibus adeſſe, ſub pœna excommunicationis, ſi non legitima excuſatione impediantur, vt iam diximus. Idem quoque omnino ſtatuit Concil. AVRELIAN. V. cap. 18. & 22. De celebrando concilio intra anni circulum & de Epiſcopis conuocatis qui debent adeſſe vt toties diximus. Hinc etiam ſic ſcribit poſt hæc GREGORIVS I. epiſt. ad Aetherium Lugdunenſem

Hormiſda I.

Ennodius Diaconus poſt, vt autumno, Epiſcopus Ticinenſis.

Concilium Aurelianenſe II. Concilium Aurelianenſe III. ſub Vigilio.

Hæc certè & ſuperiora ſalubria ſunt, & obligant ad executionem, ſed negliguntur impiè ſatis. Vnde nobis tot mala eueniunt.

Aurelianenſe Concilium IV. Toletanum Concilium III.

Concilium Turonenſe II.

Concilium Aurelianenſe V.

Gregorius Magnus.

A Epiſcopum lib. 7. Regiſtri epiſt. 110. *Et quidem quia de habendo bis in anno concilio, patrum ſit regulis ſtatutum, non latet: ſed ne aliqua implere hoc neceſſitas non permittat, ſemel ſaltem ſine excuſatione aliqua, decernimus congregari, vt expectatione concilij nihil prauum, nihil præſumatur illicitum. Nam plerumque & ſi non amore iuſtitiæ, metu examinis abſtinetur ab hoc, quod omnium notum eſt diſplicere iudicio.* Idem adhuc eadem repetit epiſt. 37. libri 12. ad Fœlicem Epiſcopum Siciliæ cap. 4 ad calcem, verùm multò prolixioribus verbis, ſed nõ diſſimili ſententia. Iterum idem ſtatuit Concil. TOLETANVM IV. Patrum 67. cano. 3. vbi & ordo & formula habendæ Synodi in his partibus Hiſpaniæ deſcribitur. Quia verò B Patriæ cuique ſuus mos eſt, non his immoramur, quanquam & alibi diximus. De celebrando quoque ſaltem ſemel in anno concilio, extat adhuc decretum ſuperioribus conforme quod edidit Concil. TOLETANVM XI. cap. 15. & TOLETANVM XII. cano. 12. vbi præcipitur celebrari calendis Nouembris. Hæc omnia confirmat & approbat Concil. GENERALE VI quod Conſtantinopol. eſt 3. cano. 8. huic etiam GREGORIVS III epiſt. 3 ad Epiſcopos & clerum Germaniæ eadẽ obſeruate præcipit, quia erãt nouiter hi ad fidem conuerſi. Idem roboratur in Concil. FOROIVLIENSI ſub Carolo Magno, vt ſuperiori annotatione & vtilitate conciliorum diximus: & hoc renouat Concil. VERNENSE cano. 4. & præfigit quidem tempus vt C primũ celebretur Calendis Martij 2. Calendis Octobris quod non diſſentit à ſuperioribus decretis. *ad quæ* (ait) *omnes Epiſcopi & Abbates venire tenentur.* Hæc refricat & generale Concil. 7. NICAENVM II. ſub Adriano 1. c. 6. vbi allegantur ſupra memorati canones Nicæni primi concilij, & ſubditur: *Hunc canonem nos quoque renouamus, & ſi quis hoc magiſtratus prohibere inuentus fuerit, ſegregetur. Si quis autem Metropolitanus hoc fieri nõ curauerit, præterquam vi vel neceſſitate, & iuſta aliqua de cauſa, canonicis pœnis ſubiciatur, nec illi liceat ex his quæ ſecum adfert Epiſcopus, vel iumentum, vel aliquam aliam rem petere, ſi enim hoc feciſſe deprehenſus fuerit, reddet quadru-* D *plum.* Porrò licet (vt vides) toties hæc canonica decreta renouata ſint, & repetita, patres tamen Concil. PARISIENSIS III. conqueruntur lib. 1. c. 26. quod neglecta fuerint, & hinc infinita mala recenſent exorta. Sic autem loquuntur: *Quia Epiſcoporum concilia bis in anno, ſicut mos canonicus docet, per vnãquamque prouinciam non fiunt, ob id Eccleſiaſticæ vtilitatis magnum diſpendium, & principalibus auribus inſolens impedimentum & malorũ impunitas naſcitur & flagitiorum. Proinde omnibus nobis pernéceſſarium viſum eſt, vt ab Imperiali celſitudine libertas temporis imploretur, quòd hæc ad honorem Dei & vtilitatẽ ſanctæ Dei Eccleſiæ, multorumque correctionem congruenter decenterque fieri poſſint. Et ſi hæc aliqua præpedien-* E *te neceſſitate, bis fieri nequeunt, ſaltem in anno ſemel fiant. Quoniam ſi hæc ſemel, vt dictum eſt, in anno per vnamquamque prouinciam celebrata fuerint, & honor Eccleſiaſticus vires ordinis ſui obtinebit, & impudentia quorumdam ſuperborum clericorum, & impunitas diuerſorum flagitiorum locum non habebit.* Hinc patres præfati concilij ab Imperatoribus libro 3. c. 11. impetrant, vt ſecundum memorati Nicæni ſtatuti præſcriptum, & aliorum conciliorum decreta, concilia bis aut ſemel in anno celebrentur, quod renouat Concilium MELDENSE c. 32. & Concilium GENERALE VIII. quod Conſtantinopolitanum dicitur 4. ſub Adriano 2. & Baſilio Imperatore canone 17. vbi non tantum Metropolitanis

Obſecro hæc aduerte.

Verba aurea.

Concilium Toletanum IV. ſub Honorio I.

Concilium Toletanum XI. Concilium Toletanũ XII. Concilium Conſtantinopolitanum III. generale 6. Gregorius III.

Concilium Foroiulienſe ſub Adriano I. Concilium Vernenſe anno 755. ſub Pipino rege in palatio Vernis celebratum.

Concilium 7. generale Nicænum II.

Concilium Pariſienſe III. Hæc, ô bone lector, legendo quid cogitas?

Concilium Meldenſe. Concilium Conſtantinopolitanum IV. quod eſt generale.

Neſcio quomodo impunè tot generaliũ Conciliorum decreta contēnuntur.

iniungitur bis in anno celebrare Synodum, verùm & iubentur ad Patriarchalia concilia, cùm fuerint euocati, tranſire, *Quia ea potiora ſunt concilia* (ait) *quæ a Patriarchis quam quæ à Metropolitanis congregantur.* Et hoc fuiſſe ſtatutum in Nicæna 1. Synodo capite 6 affirmant vide in vocabulo, Metropolitanus obediat Patriarchæ. Prædicta omnia decreta iterum obſeruari mandat diſtrictè, generale illud & admirabile Concilium LATERANENSE ſub Innocentio 3. capite 6. Et vt hoc valeat efficaciùs adimpleri, ſtatuit, vt duæ honeſtæ perſonæ idoneæ per diœceſes per totum annum mittantur, qui ſolicitè & diligenter inueſtigent, quæ correctione & reformatione digna inuenerint, & referant ad Metropolitanum & ſuffraganeos, & alios in Concilio ſubſequenti, vt ſuper his prouideatur. Quæ autem ſtatuerunt in ſynodo, publicentur & diligenter obſeruentur. *Quiſquis autem* (infert) *hoc ſalutare ſtatutum neglexerit adimplere, a ſuis beneficiis & executione officij ſuſpendatur, donec per ſuperioris arbitrium eius ſuſpenſio relaxetur.* Porrò de Conciliis generalibus etiam ſic ſtatuit Concilium CONSTANTIENSE ſeſſione 39. *Frequens* (ait) *generalium conciliorum celebratio, agri Dominici cultura eſt præcipua, quæ vepres, ſpinas & tribulos hæreſium, & errorum & ſchiſmatum extirpat, exceſſus corrigit, deformata reformat, & vineam Domini ad frugem vberrimæ fertilitatis adducit: illorum verò neglectus, prædicta diſſeminat atque fouet. Hæc præteritorum temporum recordatio, & præſentium conſideratio antè oculos noſtros ponunt. Eapropter hoc edicto perpetuò ſancimus, decernimus, & ordinamus, vt a modo concilia generalia celebrentur, ita quòd primum à fine huius concilij in quinquennium immediatè ſequens, ſecundum verò à fine illius immediatè ſequentis concilij, in ſeptennium, & deinceps, de decennio in decennium, perpetuò celebrentur, in locis quæ ſummus Pontifex per menſem antè finem cuiuſlibet concilij approbante & conſentiente concilio, vel in eius defectum ipſum concilium deputare & aſſignare teneatur. ad quod omnes teneantur conuenire, &c. Eos autem qui ad illud accedentes, vel ab eo recedentes infeſtare, aut moleſtare præſumpſerint anathemate feriantur.* Hoc decretum repetit Concilium BASILEENSE generale ſeſſione 1. vbi Martinus 5. præcedens decretum irrefragabiliter præcipit obſeruari: quod & concilium approbauit, hinc ſeptiennio poſt Cõſtantienſe concilium, Baſileenſem ſynodum congregari, cui non præſedit ſed legatus vice eius, cui & plenariam confert poteſtatem ea diſponendi, quæ ad fidem & mores pertinent, atque Martino 5. defuncto Eugenius 4. eidem legato omnia confirmauit. Hinc & patres eiuſdem concilij ſeſſione 3. ſic loquuntur. *Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis in Spiritu ſancto legitimè cõgregata, vniuerſalem Eccleſiã repræſentans, &c. Olim ſacrum Conſtantienſe Concilium, volens futuris Eccleſiæ neceſſitatibus prouidere, matura deliberatione ſtatuit atque decreuit, vt poſt finem ipſius concilij, in quinquennium, Deinde in ſeptennium, & poſtea perpetuò futuris temporibus, de decennio in decennium, generale concilium celebretur. &c.* Porrò ſeſſione octaua prohibent patres, ne durante concilio generali, aliud celebretur in aliis partibus, quia vnicum debet eſſe concilium ſicut vnica eſt Eccleſia. Et qui hoc attentauerint, ſententiam excommunicationis incurrant & priuationem omnium beneficiorum & officiorum, & inhabilitationem ad ipſa recuperanda. Tum de Prouincialibus etiam ſynodis ſic ſeſſione 15. ſuperioribus decretis annuentes, ſanxerunt: *Pridem hac ſancta ſynodus, quoddam ſaluberrimum promulgauit decretum pro ſtabilitate & robore generalium conciliorum, quorum frequens celebratio præcipua eſt, agri Dominici cultura. Verùm cùm ad eandem culturam, non dubium ſit pertinere Epiſcopales Synodos, & concilia Prouincialia, prout veteres canones decreuerunt frequentari; Ideò eadem ſancta ſynodus, antiquos & laudabiles mores noſtris cupiens temporibus obſeruari, ſtatuit atque præcipit, ſynodum Epiſcopalem in qualibet diœceſi per octauas Dominicæ reſurrectionis, vel alia die ſecundum conſuetudinem diœceſium ad minus ſemel in anno, vbi non eſt conſuetudo, bis annuatim celebrari per diœceſanum propria in perſona, niſi canonico impedimento fuerit præpeditus: & tunc per vicarium, ad hæc idoneum. Quæ ſynodus ſaltem biduo, vel triduo duret, vel prout neceſſarium Epiſcopis viſum fuerit. Prima quidem die ſacrificio miſſæ celebrato, ſtatuta ſynodalia legantur, & inter alia aliquis compendioſus tractatus, docens quomodo ſacramenta miniſtrari debeant, & alia vtilia, pro inſtructione ſacerdotum. Deinde inquiratur de moribus ſubditorum, amputetur Simonia, profligetur vſura, ambitio, fornicatio, & alia quæuis crimina, & exceſſus debita coerceantur, correctione. Alienationes rerum Eccleſiaſticarum, à iure prohibitæ reuocentur. Diuinum officium in priſtinam integritatem reformetur. Inquiratur de reformatione religioſorum, & extirpatione hæreſum, & cætera, quæ iam ſuis locis prohibita eſſe patrum regulis conſtat. Tum de luſtrandis per certos miniſtros diœceſibus, & exceſſibus referendis ad ſynodum diſponunt.* Vt ex concilio Lateranenſi ſuperiùs probatũ eſt. Subiongũt immediatè. *Celebretur quoque in ſingulis Prouinciis, ſaltem infra biennium à fine concilij generalis, & deinde ad minus ſemel de triennio in triennium Prouinciale concilium, in loco tuto, in quo tam Archiepiſcopus quam ſuffraganei omnes, & alij qui in huiuſmodi conciliis intereſſe tenentur, debitè vocati interſint.* Vt mox dicetur. Hæc omnia confirmat LEO X. ſeſſione 10. Concilij LATERANENSIS ſub ipſo celebrati. *Deſiderantes* (ait) *canones obſeruari prædictos, omnibus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, diſtrictè iniungimus, vt de officio eis commiſſo dignam Deo poſſint reddere rationem canones, concilia, & ſynodos huiuſmodi fieri mandantes, quocunque priuilegio non obſtante, inuiolabiliter obſeruent. Præterquam quoad cõcilium Prouinciale, quod de cætero ſingulis trienniis fieri mandamus. Adilláque etiam exemptos accedere debere decernimus, priuilegio ac conſuetudine quacunque contraria non obſtantibus.* Hoc renouat Concilium RATISPONENSE cap. 26. Verumtamen priſcam renouat formam capite vltimo 35. vt ſingulis annis ſynodus diœceſana celebretur à ſingulis Epiſcopis. Hinc quoque renouat ſimile decretum Concilium SENONENSE ſtatim initio. *Quoniam generalia concilia* (ait) *non facilè poſſint nec ſolent adunari, quibus ſuboleſcentes errorum fibræ, animaduerſionis tempeſtiua ſarculo præcidantur, proinde admodum à ſanctis patribus inſtitutum eſt, vt Metropolitani Prouincialia ſubinde concilia conuocarent, quibus vnà cum ſuis ſuffraganeis irrepentibus animorum morbis, & commiſſæ ſibi plebis contagioni digna continuò mederentur.* Idem refricat etiam Concilium COLONIENSE III. capite 17. Partis 14. *Saluberrime* (ait) *ſancitum eſt in antiquiſſimis canonibus, bis per ſingulos annos in ſingulis prouinciis concilium fieri, vt primum antè dies Quadrageſimæ habeatur. Secundum ante tempus Autumni, in quo ſi communi omnium conſenſu rationabiliter comprobato,*

Concilium generaliſſimũ vtpote aæc. pã trum Lateranenſe ſub Innocentio III.

Nota etiam de Conciliis generalibus.

Concilium Conſtantienſe generale.

Concilia generalia frequẽtiùs iubentur celebrari: ſed nec generalia nec particularia celebrantur, vnde tot malis ſuccumbimus, ò damnum, & inæſtimabile præcipitium.

Concilium Baſileenſe generale.
Martinus 5.

De Prouincialibus ſynodis iterum

Quæ fronte hæc neglecta iaceant?

Diſciplina & obſeruatio Cõciliorum particularium.

Leo X.
Concilium Lateranẽſe ſub eodem.

Concilia Prouincialia certis de cauſis trãſmutata ſit, de Triennio in Triennium.
Concilium Ratiſponenſe ſub Laurentio Campegio card.

Concilium Senonenſe ſub Anthonio à ſeto, Cardinali & legato.

Concilium Colonieſe III.

A B C D E

ſecundum

ſecundum Eccleſiaſticam regulam duo vel tres animoſitate ducti, per contentionem contradicant, obtineat plurimorum ſententia ſacerdotum. Idem omnino Concilium AVGVSTANVM, cap.33.

Concilium Auguſtenſe.

Et nouiſſimum Concilium TRIDENTINVM generale ſeſſione 24. quæ fuit 8. ſub Pio IV. cap.1. Decreti reformationis.

Concilium Tridentinū generale nouiſſimum.

Prouincialia (ait) *Concilia ſicubi omiſſa ſunt, pro moderandis moribus, corrigendis exceſſibus, controuerſiis componendis, aliisq́; ex ſacris Canonibus permiſſis renouentur, ſaltē quolibet triennio poſt octauam Paſchæ, à Metropolitano, vel antiquiori Coepiſcopo, ad quem omnes alij conueniant.* Vide quod ſequitur.

Concilio omnes teneantur Epiſcopi intereſſe, & ſecum eius decreta perferre.] Hoc copioſè ex ſuperiori annotatione traditum colligitur. Verumtamen quod deeſt, iterum lectori communicandum cenſui.

Concilium Romanum I. ſub Syluestro, & Conſtantino Magno.

Concilium ROMANVM I. ſub Syluestro Epiſcoporum 75. cui & Conſtantinus Imperator interfuit, cano.3. *Syluester Epiſcopus dixit: Robuſtius duximus conſilium, ſi placet omnis Epiſcopus qui conuenit ad Concilium, fidem ſuam chirographo confirmet, vt deinceps rediens ad parochiam ſuam, compaginem noſtræ ſalutationis plebi ſuæ innoteſcat. vt fide Concilij declarata, intemeratus ordo ſeruetur. Et dixerunt Epiſcopi; placet.*

Concilium Arelatenſe II. ſub Syluestro anno 326.

Concilium ARELATENSE II. ſub eodem Syluestro cano.19. & allegatur à Gratiano diſtin.18. cap. Si quis, *Si quis neglexerit adeſſe, aut cœtum fratrum, antequam diſſoluatur Concilium, crediderit deſerendum, alienum ſe à fratrum cōmunione cognoſcat. Nec enim recipi liceat, niſi in ſequenti ſynodo fuerit abſolutus.*

Concilium Carthaginenſe III.

Hinc etiam Concilium CARTHAGINENSE III. cano.43 ſtatuit, vt rebelles ſuis expellantur ſedibus Epiſcopi vitioſi, qui Concilio intereſſe refugerint.

Concilium Laodicenū ſub Damaſo.

Et Concilium LAODICENVM cano.40. allegat Gratianus diſtinct.18. cap. Non oportet, *Non oportet vocatos Epiſcopos ad ſynodum, contemnere, ſed abire debere, & aut docere, aut doceri, quæ ſunt ad Eccleſiæ cæterorumq́; correctionē. Quòd ſi contempſerit, ſeipſum videbitur accuſaſſe, niſi forte per infirmitatem ire non poſſit.*

Theodoſius Magnus.

Hinc eſt quòd THEODOSIVS SENIOR epiſtola ad Patres Epheſi congregatos, vt narrat Nicephorus lib.14. cap.34. *Qui ad Epiſcopalem* (inquit) *ſacrum conuentum vocatus, nō alacriter occurrit, non bonæ is conſcientiæ eſſe apparet.*

Concilium Carthaginenſe IV. cui interfuit Auguſtinus.

Et Concilium CARTHAGINENSE IV. can.21. allegat Gratianum diſtio.18. cap. Epiſcopos ad: *Epiſcopus ad ſynodum ire ſine ſatis graui neceſſitate inhibeatur, ſi tamē, vt in ſua perſona legatum mittat, ſuſcepturus ſalua fidei veritate, quidquid Synodus ſtatuerit.*

Concilium Antiſſiodorēſe I.

Hinc & Concilium ANTISSIODORENSE ſtatuit capite ſeptimo, vt medio Maio debeant presbyteri venire ad Synodum, & omnes Abbates calendis Nouembris ad Concilium.

Concilium Carthaginenſe V. 73. patrum ſub Anaſtaſio.

Præterea ſic ſtatuit Concilium CARTHAGINENSE V. canone 10. allegatur à Gratiano diſtinct.18. capite, Placuit, *Placuit vt quotienſcunque congregandum eſt Concilium, Epiſcopi qui neque ætate, neque ægritudine, neque alia grauiori neceſſitate, impediuntur, competenter occurrant, primatibuſque ſuarum, quarumcunque prouinciarum, intimetur, vt de vniuerſis Epiſcopis vel duæ vel tres fiant turmæ, ac de ſingulis turmis viciſſim quotquot electi fuerint, ad diem Concilij inſtantiſſimè occurrant, excuſationes ſuas in tractatoria ſubſcribant, vel ſi poſt aduentum tractatoriæ, aliqua neceſſitas repentè forſitan orta fuerint, niſi rationem impedimenti ſui apud Primatem ſuum reddiderint, ab Eccleſiæ ſuæ communione eſſe contentos.*

Concilium Africanum ſub Boniſacio I.

Gratianus autem ſic legit, *Eccleſiæ ſuæ communione debere eſſe contentos.* Idem Concilium AFRICANVM, cap.43. cap 67. eiuſdem, requiruntur Epiſcopi prouinciæ nouæ Germaniciæ qui non aderant, & tanquam contumaces à cæteris partibus iudicati, & in eos eſſe animaduerſum, niſi Eccleſiaſtica eſſet manſuetudo ſeruanda.

Concilium Agathenſe ſub Cæleſtino I.

Hinc & Concilium AGATHENSE, canone 35. & allegatur à Gratiano diſtinct.18. cap. Si Epiſcopus, *Si Epiſcopus Metropolitanus ad comprouinciales Epiſcopos epiſtolas direxerit, in quibus eos ad ordinem ſummi Pontificis aut ad ſynodum inuitet, poſtpoſitis omnibus (excepta graui infirmitate corporis aut præceptione regia) ad conſtitutum diem adeſſe non differant. Quòd ſi defecerint (ſicut priſca canonum ſanxit authoritas) vſque ad proximam ſynodum charitate fratrum & Eccleſiæ communione priuentur.*

Martinus Bracarenſis Epiſcopus.

Hoc allegat MARTINVS BRACARENSIS Epiſcopus in collectorio ſuo, cap 19.

Concilium Carpentoractenſe ſub Leone I.

Hinc & in Concilio CARPENTORACTENSI in epiſt quam Cæſarius, & reliqui Epiſcopi miſerunt ad Agretium Epiſcopum, grauiter idem reprehenditur Agretius, eò quòd ad ſynodum nec per ſe, nec per vicariam perſonam, aduenerit.

Aduerte cenſuram in Epiſcopos abſentes, & retine ſententiam.

Quapropter tam ob hoc delictum, quàm ob aliud præſumptæ alicuius ordinationis, eundē & Protadium ſuſpenſione vinciunt, ne vſque emiſſo anno Miſſas facere præſumat, *Quia æquum eſt* (aiunt) *vt quod apud Antiſtites Deo medio ſtatuitur, inuiolabiliter Deo propitio conſeruetur. Quæ enim obſeruationis reuerentia à poſteris exhibebitur, ſi ab his primum lex, à quibus conſtituta eſt, violatur?* Vide & ſuprà ex Conciliis, Chalcedonenſi & Aurelianenſi eadem decreta.

Concilium Chalcedonenſe generale 4. Valentinus Imperat. Martianus Imperat. Theodoſius Iunior Imper.

Porrò ſic adhuc prædictum Concilium CHALCEDONENSE IV. generale profert actione 1. Vbi duæ ſunt epiſtolæ, quarū prior eſt VALENTINIANI & MARTIANI IMPERATORVM, ad omnes Epiſcop. Poſterior eſt THEODOSII IVNIORIS & VALENTINIANI prædicti, ad Dioſcorum Alexandrinum Epiſcopum. Vbi ſic legitur: *Si quis tam charam ſynodum prætermiſerit, & non omni virtute ſecundū prædictum tempus ad præfinitum locum peruenerit, nullam excuſationem, neque apud Deum, neque apud noſtram inueniet pietatem. Sacerdotalem enim conuentum non, niſi quis mala propria conſcientia ſauciatus, euitat.* Idem omnino ſtatuit præfatum Concilium, canone 19. vt loco præfixo allegauimus.

Concilium Tarraconenſe I. ſub Felice III.

Hinc Concilium TARRACONENSE I. cap.6. allegatur à Gratiano diſtinct.18. cap. Si quis, *Si quis Epiſcoporum commonitus à Metropolitano, ad ſynodum nulla graui intercedente neceſſitate corporali venire contempſerit, ſicut ſtatuta Patrum ſanxerunt, vſque ad futurum Concilium cunctorum Epiſcoporum charitatis communione priuetur.* Idem præcipit & canone 13. vt Epiſcopi aliquos de clericis ſecum adducant.

Concilium Epaunenſe cui S. Claudius interfuit.

Item Concilium EPAVNENSE ſub Sigiſmundo Rege & Gelaſio I. cano.1. *Immutabili conſtitutione decretum eſt, vt cùm Metropolitanus fratres & comprouinciales ſuos, ad Concilium, aut ad ordinationem cuiuſcunque conſacerdotis crediderit euocandos, niſi cauſa euidentis tædij extiterit, nullus excuſet.*

Concilium Aurelianēſe II. Concilium Aurelianenſe III. Concilium Conſtantinopolitanum II. dictum, generale.

Idem poſteà ſtatuit Concilium AVRELIAN. II. cano.1. & AVRELIANENSE III. vbi cenſura plectuntur, & Metropolitanus & Epiſcopi, qui adeſſe diſtulerint, vt ſuprà allegatum eſt. Hinc Concilium GENERALE V. quod Conſtantinopolitanum II. dicitur ſub Iuſtiniano Imperatore, collatione 2. recenſet quod quidam euocati ad Concilium fuere per legatos num.4. Epiſcopi, qui cum nullam legitimam excuſationem dediſ-

A ſent nec voluiſſent adeſſe, à Patribus notati ſunt. Similiter ſub pœna excommunicationis Concilium TVRONENSE II. cap. I. Præcipit omnibus Epiſcopis, ſemel in anno ſaltem, ſynodo à Metropolitano indictæ adeſſe, legitimo ceſſante impedimento. *Ipſe enim* (ait) *ſua diuiſionis preparat instrumenta, quicunque ſuis fratribus in membris Eccleſiæ non concordat.* Idem omnino ſtatuit Concilium AVRELIANENSE I. cap. Iv. & TOLETANVM II. cap. 15. Hinc Concilium MELDENSE ſub Carolo Iuniore, canone 33. *Si quis Epiſcopus ad Synodum vocatus, quacunque occaſione venire diſtulerit, niſi euidens impoſſibilitas præpedierit, ſalua cenſura ex hoc Patrum authoritate decreta*

B *ceſſet ab officio donec ſatiſfaciat fratribus.* Et Concilium VORMATIENSE, cano. 16. *Si quis Epiſcoporum ſynodo neglexerit adeſſe, aut cœtum fratrum, antequam Concilium diſſoluatur, crediderit deſerendum, alienatum ſe à fratrum communione cognoſcat. Nec eum recipi liceat, niſi in ſequenti ſynodo fuerit abſolutus.* Hinc Concilium GENERALE VIII. quod Conſtantinopolitanum 4 dicitur ſub Adriano 2. & Baſilio Imperat. cano. 17. ex cano. 6. Nicæni I. Concilij, iniungit omnibus Metropolitanis, vt ad Concilia Patriarcharum, cùm fuerint euocati, ſe conferant, & aliter facientes cenſura plectendos decernunt. Hoc etiam expreſsè mandat Concilium CONSTANTIENSE, & BA-

C SILEENSE ſeſſione I. vt ſuperiùs allegauimus præcedenti annotatione, vbi & omnes, qui euntes in via moleſtiis afficere tentauerit, aut eis inſidiari præſumpſerint, excommunicant, & ſubſequenter decernũt, vt ſinguli qui ad Concilia conueniunt, ab eo die quo iter arripuerint ad concilium veniendi, & quandiu permãſerint in eodem, & etiam recedentes per tantum tempus quo ad ſuum poſſint domicilium reuerti, fructus omniũ beneficiorum ſuorum cum ea integritate percipiant, cum qua eos perciperent, ſi in ipſis beneficiis reſiderent, non obſtantibus in contrarium quibùſque. Quapropter & ſeſſio. 4. Præfati Baſileenſes patres Bohemis ad conciliũ veniendi hoc

D priuilegio munitis imponũt neceſſitatem, & quicunque ad hoc venire diſtulerint ab officiis ſuſpendi iubentur. Et eadem ſeſſione Cardinalibus ad concilium venire nolentibus, vocem adimunt in electione ſummi Pontificis, & eorum irritant electionem ſi fecerint. Denique omnibus Cardinalibus, Patriarchis, Epiſcopis, Abbatibus, Prælatis, Regibus, Principibus, Ducibus, Marchionib*, Comitibus, Baronibus, qui concilio adeſſe debẽt, mandant, ne vi iuramenti aut promiſſionis alicui factæ aſtrictos ſe putent, vt ad concilium venire non poſſint, nec ſub quacunque verborum forma præſtita ſeu præſtanda, nullatenus obligari & aſtringi ſe autument, quò minùs abſque periurij

E ſeu infamiæ nota, ad ſanctam ſynodum teneantur accedere, qui de iure aut conſuetudine ſunt aſtricti. Cæteri verò qui requiſiti fuerint, & omnium prædictorum procuratores, obedire & adhærere ipſi concilio, & liberè accedere poſſint, & teneantur & eidem licitè intereſſe. Proceſſus verò quoſcunque ſuſpenſionis, & excommunicationis interdicti, nec non priuationis dignitatum, beneficiorum ſeu officiorum quorumcunque, & commendarum reuocationes ac inhabilitationis ſententias, ſeu periurij aliáſve pœnas, mulctas & cenſuras in ſe continentes, in ipſos occaſione præmiſſorum, per quamcunque quamuis etiam Romani Pontificis authoritate fulminatos ſeu ful-

Concilium Turonenſe II.

Concilium Aurelianenſe V.

Concilium Toletanum II.

Concilium Meldenſe I.

Concilium Vormatienſe.

Conciliũ Generale 8. quod eſt Conſtantinopolitanũ V.

Concilium Conſtantienſe generale.

Concilium Baſileenſe generale.

Immunitas & Priuilegia proficiſcẽtium ad Concilia.

A minandos cum omnibus inde ſecutis aut ſecuturis, eadem ſacra Synodus, nullos caſſos & irritos ac nullius roboris ſeu momenti exiſtere pronunciat, declarat & definit & quatenus de facto proceſſerunt, ſeu proceſſerint reuocat, caſſat, irritat & annullat, & pro caſſis, irritis & nullis habendos ſtatuit & decernit. Porrò ſeſſio. 15. iterum mandatur omnibus Epiſcopis, vt ceſſante legitimo impedimento prouincialibus ſynodis debeant intereſſe, per ſe vel per procuratorem, ſi canonico fuerint impedimento detenti, alioquin concilij arbitrio puniantur, aliis iuris pœnis in ſuo robore duraturis. Idem omnino præcipit IVLIVS II. ſeſſio I. Concilij Lateranenſis ſub eodem celebra-

B ti. Vbi cunctis indicit tam Imperatori, quam Regibus ac Patriarchis, vt concilio prædicto ceſſante legitimo impedimento, teneantur adeſſe. Vide Princeps. & Laicus, & ſequentis.

Concilio ſi laici debeant intereſſe.] Superiùs determinatũ eſt, quòd per ſe, vel per alios Reges & Principes tenentur adeſſe. De laicis autem doctis, vel indoctis, dicemus in vocabulo, Laicus.

Conciliorum diſciplina & forma initiandi, &c.] Iam aliqua ſuperiùs recitata ſunt, quæ conciliorum concernerent diſciplinam, vt ſcilicet ab oratione & ieiunio inciperentur, & proſequerentur, in omni timore Domini. Verùm

C adhuc quod reſtat communicamus lectori beneuolo. Itaque Concilium TOLETANVM II. canone prima, allegatur à Gratiano, cauſa 5. quæſt. 4. capite, In loco, *In loco benedictionis conſidentes Domini ſacerdotes, nullis debent aut indiſcretis vocibus perſtrepere, aut quibuſlibet tumultibus perturbari, nullis etiam vanis fabulis, vel riſibus agi, & (quod deterius eſt) obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere. Si quis enim, vt Apoſtolus ait, putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam, huius vana eſt religio. Cultum enim ſuum iuſtitia perdit, quando ſilentia iudicij obſtrepentium turba confundit, dicente Propheta: Erit cultus iuſtitiæ ſilentium. Debet ergo quidquid aut * conſultationibus conſidentium agitur,*

D *aut à conſentium parte proponitur, ſic mitiſſima verborum relatione proferri, vt nec contentioſis vocibus audientiam turbent, nec iudicum vigorem de tumultu eneruent. Quicumque ergo in conuentu Concilij, hæc quæ præmiſſa ſunt, violanda, & contra hæc interdicta, aut tumultu, aut contumeliis, vel riſibus, concilium conturbauerit, iuxta diuina legis edictum, quo præcipitur: eijce deriſorem, & exibit cum eo iurgium, cum omni dedecore & confuſione abſtractus à communi cœtu ſecedat, & trium dierum excommunicationis ſententiam perferat.* Porrò hoc Toletanum decretum in 4. Conciliis generalibus confirmatur, & allegatur: ſcilicet à Concilio CONSTANTIENSI ad calcem ſeſſion. I. BASILEENSI ſeſſio. I. LA-

E TERANENSI ſub Iulio II. ſeſſio. I. & TRIDENTINO ſeſſio. 2. hæc quatuor Concilia de verbo ad verbum præcedens decretum allegant & confirmant Sed & in Concilio TOLETANO XII. ſub Leone II. in præfatione ERINGIVS REX deuotiſſimus ſic Patres alloquitur, *Non dubium eſt, quòd optima Conciliorum adiutoria ruenti mundo ſubueniant, ſi officioſis, quæ corrigenda ſunt, ſtudiis peragantur.* Tum eos adiurat Patres, per diuini nominis atteſtationem & terribilem cunctis futuri iudicij diem, vt ſine perſonarũ acceptione aliqua, vel fauore, ſine aliqua quoque aut malignæ contentionis ſcrupulo, aut ſubuertendæ veritatis ſtudio, *Quæ veſtris* (ait) *ſenſibus audienda ſe*

Iulius II.

Concilium Toletanum I. ſub Vitaliano I.

Iaco. I.

Pſal. 30.
* Collationibus.

Prouerb. 22.

Concilium Conſtantienſe.

Concilium Baſileenſe.

Concilium Lateranẽſe ſub Iulio XII

Concilium Tridentinum generale

Concilium Toletanũ XII. ſub Eringio rege.

ingeſſe

ingeſſerint, ſana verborum examinatione diſcutitur, ſaniorig, iudicio comprobatur, vt collatarum prius habita ratione cauſarum diſcreta veſtri ordinis condatur probitas titulorum, qualiter cùm nos amor æquitatis in negotiorum acceleratione reddiderit feruidos, efficientia quoque iuſtorum, connectat Deo perenniter ſociandos, &c. Idem omnino in præambulo ſuo egit rex. Concilij TOLETANI XIII. initio. Idem & in initio Concilij MOGVNTINENSIS I. ſub Carolo Magno patres proponunt, inuocato ſancto Spiritu, per triduum ieiunantes, & celebrantes Litanias, diſpoſito ordine Concilium celebrantes, ita vt Epiſcopi primò, & poſteà Abbates, ac demum iudices ſeculares in commune negotia propoſuerint: & omnibus ſatisfactum eſt. Sic & patres Concilij RHEMENSIS ſub eodem Principe ante omnia Triduanum ieiunium, & Litanias celebrarunt, quatenus Deo miſerante ad correctionem totius Chriſtianitatis Imperij (ſic enim loquuntur) ea ſtatuantur, & ordinari mereantur, quæ conuenerant illuc ordinaturi. Idē factum eſt in Concilio AQVISGRANENSI I. ſub Ludouico Imperatore I. & in Concilio MOGVNTINO II. Præſide Rabano. Mentio enim fit ibi, quòd triduano ieiunio cum Litaniis celebrato conuentum & ſynodū conſtituerint Chriſtiano populo profuturam. Et in Concilio TRIBVRIENSI ſub Arnolpho Imperatore, ſtatim in initio, & in CONSTANTIENSI generali ſtatim initio, præmittitur celebratio Miſſæ per ſummum Pontificem, ſermo ad populū per Cardinalem, & proceſſio, quæ omnia de cætero mandantur in reliquis Conciliis obſeruari. Vt autem cunctis forma, quam præſcribunt, innoteſcat, optimum duximus hîc inſerere, licet antea quidem, initiandorum Conciliorum diuerſas formas nouerimus. Nam vnam ISIDORVS deſcribit quæ ſuo tempore obſeruabatur, aliam Concilium SALEGVSTADIENSE, depingit, quæ etiam hoc tempore in vſu erat, & in his formis ſemper ſpecialiter diuini numinis imploratio præmittitur, variis precibus, & ſuffragiis, atque ieiuniis, vt non ſit dubium, quin illic Spiritus ſanctus habitet, vbi tot ſanctis Patribus pro ſancta & legitima cauſa congregatis eius gratia imploratur. In his formis primò fit generalis pro pace & tranquillitate Eccleſiæ deprecatio, tum Deum pro Papa & vniuerſis ordinibus Eccleſiæ, pro Imperatore, Regibus, Principibus, pro infirmis, pro defunctis, pro infidelibus, hæreticis & paganis. Verùm, quia has formas initiandorum Conciliorum longum eſſet inſerere, recentiorem tantùm apponemus, quam, vt credimus, adhoc obſeruant, qui ſacra Concilia celebrant vtpote à generali Concilio præfixā. Præſcribitur itaque in prædicto Conſtantienſi Concilio ſeſſio. 1. conciliorum initiandorum forma, vbi Miſſæ ſacrificium (vt diximus) ſermo ad populum, proceſſio fieri, mandatur, aſſiſtentia omnium Prælatorum, quæ ſpeciali decreto ſic continetur: *Primo in loco (ait) vbi tenetur ſeſſio, celebrabitur Miſſa ſolennis de Spiritu ſancto, quocunque tempore per Cardinalem, vel alium Prælatum ad hoc deputatum. Qua Miſſa durante omnes Prælati, ſuis habitibus conſuetis ſunt induti, & ſedent in loco dictæ ſeſſionis ſecundum ſuas dignitates & prærogatiuas. Prædicta autem Miſſa finita, omnes Prælati in eadem ſeſſione exiſtentes, induunt ſe pluuialibus, & habentes mitras abbas, ſolo præſidente vel celebrante in Concilio, excepto qui habet mitram aut * phrygiatam & gemmatam, ac notabiliter ornatam. Qui quidem præſidens vel celebrans, aſſociatis diacono & ſubdiacono, ac aliis multis in habitibus Eccleſiaſticis, ſedet in cathedra in medio chori, habens dorſum ad altare, & vultum ad alios prælatos. Prælatis igitur ſic indutis & ornatis, cantores cantant antiphonam: Exaudi nos Domine, quoniam benigna eſt miſericordia tua: ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, reſpice nos Domine. Verſus, Saluum me fac Domine, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto. Qua antiphona cantata, Diaconus clamat alta voce, Orate. Quo dicto omnes Prælati flectunt genua, & per aliquod internallū orant ſub ſilentio ſecundum deuotiones ſuas, & poſtquam in illa oratione per aliquod competens interuallum ſteterūt. Idem Diaconus iterum clamat alta voce. Erigite vos: Et tunc omnibus Prælatis ſurgentibus & ſtantibus, ipſe præſidens vel celebrans etiam erectus, hanc dicit orationem alta voce. Adſumus Domine ſancte Spiritus, peccati quidem immenſitate detenti, ſed in nomine tuo ſpecialiter congregati: veni ad nos & eſto nobiſcum, & dignare illabi cordibus noſtris, & doce nos quid agamus, quò gradiamur, & oſtēde quid efficere debeamus, vt te auxiliante, tibi in omnibus complacere valeamus. Eſto, ſolus, ſuggeſtor, & effector iudiciorum noſtrorum, qui ſolus cum Deo Patre & eius Filio nomen poſſides glorioſum. Non nos patiaris perturbatores eſſe iuſtitiæ, qui ſummam diligis æquitatem, non in ſiniſtram nos ignorantia trahat, non fauor inflectat, non acceptio muneris vel perſonæ corrumpat: ſed iunge nos efficaciter ſolius tuæ gratiæ dono, vt ſimus in te vnum, & in nullo deuiemus à vero, quatenus in nomine tuo collecti, ſic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iuſtitiam, vt hîc à te non diſſentiat ſententia noſtram, & in futuro pro bene geſtis conſequamur præmia ſempiterna, Amen. Prædicta verò oratione finita, cantores Concilij, incipiunt antiphonam, Exaudi nos Domine, vt ſuprà. Qua antiphona cantata, omnes, vt præmiſſum eſt, flexis genibus orant, & facto paruo interuallo. Diaconus iterum dicit alta voce, Erigite vos. Tunc omnibus erectis, præſidens vel celebrans, dicit iterum hanc orationem: Oremus, Mentibus noſtris quæſumus Domine Spiritum ſanctum benignus infunde, quatenus in nomine tuo collecti, ſic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iuſtitiam: vt hîc à te in nullo diſſentiat voluntas noſtra, ſed ſemper rationabilia meditantes, quæ tibi ſunt placita exequamur in ſanctis per Dominum noſtrum, &c. Quibus ſic peractis omnes flectunt genua, & diaconus & ſubdiaconus, vel alij duo ad hoc deputati, ante altare ſtantes, incipiunt Litaniam, cantoribus & aliis reſpondentibus, & quando venitur ad illum locum: vt domnum Apoſtolicum, &c. Præſidens vel celebrans qui cum aliis ſtabat flexis genibus, ſurgit, & vertens ſe ad congregationem, & dando benedictionem, cantando ter dicit, vt hanc ſanctam Synodum, & omnes gradus Eccleſiaſticos, benedicere, regere, & conſeruare digneris: cantoribus reſpondentibus qualibet vice, Te rogamus audi nos. Complete verò Litania, præſidens vel celebrans dicit, Oremus. Quo dicto Diaconus dicit flectamus genua, & Subdiaconus dicit, Leuate, deinde celebrans dicit hanc orationem. Da quæſumus Eccleſiæ tuæ miſericors Deus vt Spiritu ſancto congregata, hoſtili nullatenus incurſione turbetur. Per Dominum noſtrum, &c. His verò completis Diaconus habens librum, ſuprà pulpitum inter altare & celebrantem diſpoſitum accenſis duobus cereis, circa ipſum pulpitum, incipit Euangelium. Vos eſtis ſal terræ: vel quod ad legendum ſibi eſt ordinatum. Quo Euangelio perlecto, celebrans primò facit collationem, exhortando omnes & ſingulos ad ſolicitam meditationem & curam Dei, & ſuper omnibus cauſis propter*

quas

Concilium Toletanum 13. ſub eodē Principe.

Concilium Moguntinū 1. ſub Carolo Magno.

Concilium Rhemenſe ſub eodem.

Concilium Aquiſgranenſe 1.

Concilium Moguntinū 2. ſub Rabano.

Concilium Triburienſe

Concilium Conſtantienſe generale.

Iſidorus Hiſpalenſis.

Concilium Salegunſtadenſe.

Forma initiandorum Conciliorum recentior, quæ edita eſt in Concilio Conſtantienſi, quam & hodie adhuc obſeruant.

Obſecro, lector, eſto hic intentus, quàm deuota ſunt & ſancta.

* auriferam

Quis dubitet in tam ſanctificato cœtu diuinum numen adeſſe?

Innocentia Sanctorum.

Quid ubi nunc Caluiniſta, qui ſanctis ſynodis detrahendis, cum tot ſint votis & ſanctificationib. initiatæ?

Matthæi 5.

quas ſacroſancta Synodus eſt congregata. Deinde flexis genibus, incipit alta voce hymnum: Veni creator Spiritus: quem hymnum cantant alternatim exiſtentes in ſeſſione cum cantoribus. Quo hymno ſolenniter & deuote decantato, duo clerici induti ſuperpelliceis, & aſtantes præſidenti, dicũt verſiculum: Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & cantores reſpondent, & renouabis faciem terræ. Poſtea celebrans dicit hanc orationem: Deus qui corda fideliũ, &c. Poſtmodum duo prædicti clerici, vel Diaconus, vel Subdiaconus, dicunt: Benedicamus Domino & aſtantes præſidenti, dicunt verſiculum: Emitte Spiritum tuum & creabuntur, & cantores reſpondent, & renouabis faciem terræ. Poſtea celebrans dicit hanc orationem: Deus qui corda fidelium, &c. Poſtmodum duo prædicti clerici, vel Diaconus, vel Subdiaconus, dicunt: Benedicamus Domino & aſtantes reſpondent. Deo gratias. His autem omnibus completis, idem præſidens, vel celebrans, & omnes alij Prælati ſedent, & ponunt mitras in capitibus ſuis, & vnus Prælatorum ad hoc deputatus, legit decreta in illa ſeſſione expedienda, & in eodem ambone cum dicto Prælato legente ipſa decreta erant præſidentes nationũ, tempore Concilij Conſtantienſis, & reſpondebat quilibet præſidens. Placet, pro natione ſua. Præſidens verò generalis in dicta ſeſſione reſpondebat etiam, Placet, etiam pro ſacro Concilio & collegio generali. Decretis verò perlectis, & reſponſo, Placet, & dicto, Te Deum laudamus, cum oratione de Spiritu ſancto, omnes depoſitis pluuialibus & mitris, reſumũt habitus ſuos conſuetos, & recedunt. Aduerte ergo quòd hic modus in omnibus ſequentibus Concilijs obſeruatur. ne diutiùs immoremur in his proferendis, & in omnibus ſeſſionibus vt liquet ex illis quæ inſeruntur ordine in Concilio generali Conſtantienſi prædicto. Quamuis & aliæ quidem orationes ad placitum addantur, tamen forma & proceſſus integra ſolennitate permanet. Præterea de diſciplina, moribus, & officio Patrum in Concilio aſſiſtentium, quædam documenta ad calcem Concilij Basileensis produntur, vt ſcilicet diebus & tempore Concilij ſæpius celebrent, ieiunent, miſericordiæ operibus inuigilent, ac cæteris operibus bonis inſiſtant, veſtibus vtantur ſimplicibus, non ſchiſmatibus inuigilent, ſed ſtudeant pacem & vnitatem ſeruare, caueant contentiones, æmulationes, & omnia illicita, &c. quæ iam ſuperiùs commemorauimus. Eadem omnino diſciplina & forma obſeruari iubetur in Concilio Lateranenſi ſub Iulio II. ſeſſio. 1. atque hæc obſeruantibus ibidem magnæ indulgentiæ largiuntur. Porrò in Concilio Tridentino initio ſeſſionis à omnibus qui ſacro generali adſunt Concilio iniungitur, aſſiduè Dei laudibus incumbere, hoſtias, laudes, & preces offerre, ſacrificium Miſſæ quolibet ſaltem die Dominico peragere, ſingulis ſextis ferijs ieiunare in memoriam paſſionis Domini, & eleemoſynas dare, in Eccleſia verò cathedrali Litaniæ celebrentur, & 5. feria Miſſa de Spiritu ſancto, cum orationibus decantetur, & omnes crimina plangant, &c. quæ pro proſpero ſucceſſu Concilij præmittuntur. Tum omnino Patres præfati Concilij Tridentini ſeſſione tertia, eandem omnino obſeruant formam, quã ſuperiùs præfiximus. Vide ſi vacat.

Orationum obſtiones, pro cõcilij fœlici terminatione & exitu atque ſucceſſu.

Cõcilium Baſileenſe generale.

Concilium Lateranenſe ſub Iulio 2.

Concilium nouiſſimũ Tridentinum generale.

Concilium vt ſoluendum.] Superiùs dum dicebamus omnes Epiſcopos obligari ad Synodum, etiam ibi dictum eſt, quòd non poſſent recedere antequam fuiſſet completum. Verùm etiam quod reſtat videamus Concilium Arauſicanum I. ſub Leone I, canone 19. *Si pro ſalubritate Eccleſiaſtica ac remedijs congregare conuentũs voluerimus, placet conſtituamus, vt nullus conuentus, ſine alterius conuentus denunciatione ſoluatur. Qui ideò tantò priùs ante denunciatur, vt tam excuſationis libertas, quàm inuitationis neceſſitas non ſit. Si poſt omnia occurrerit imbecillitas fragilitatis humanæ, vt ſi quis Epiſcopus per infirmitatem, debilitatémve aliquã aut hebetudinem ſenſus inciderit, aut officiũ oris amiſerit, ea quæ non niſi per Epiſcopos geruntur, non ſub præſentia ſua presbyteros agere permittat, ſed euocet Epiſcopum cui hoc quod agendum in Eccleſia fuerit, imponat.* Hinc & Concil. Toletanum IV. cano. 3. *Nullus Epiſcoporum à cœtu communi ſecedat, antequam hora generalis ſeceſſionis aduenerit. Concilium quoque nullus ſoluere audeat, niſi fuerint cũcta determinata, ita vt quæcunque communi deliberatione finiuntur, Epiſcoporum ſingulorum manibus ſubſcribantur. Tunc enim Deus ſuorum ſacerdotum Concilio intereſſe credendus eſt, ſi tumultu omni abiecto, ſollicitè atque tranquillè Eccleſiaſtica negotia terminentur.* Hoc iterum confirmat Concilium Constantiense ſeſſio. 3 definiens, quòd ſi forſan quis diſcedere iuſta cauſa diſpoſuerit, dimittat poteſtatem ſuam alijs remanentibus, ſub pœnis iuris indicendis, in contrarium facientes. Idem quoque Concilium Basileense ſeſſio. 2. & 3. decreuit, vt omnes Epiſcopi, antequam eſſet finitum Concilium nullatenus præſumerent recedere, etiã ſollicitati à ſummo Pontifice, vt ad aliud transferantur oppidum. Etiam ibidem decernitur diſſolutionem concilij nullatenus fieri poſſe, cùm ſit ſuprà Papam (vt ſuperiùs diximus) niſi hoc Patribus vniuerſis viſum fuerit, vel neceſſitas hoc exigat. Hinc meditantem diſſolutionem Concilij Baſileenſis ſummum Pontificem, Patres Oratoribus & Legatis præuenerunt, ne tantum malum in periculum euerſionis fidei cogitaret, ne Eccleſiæ ſcandalum oriretur, vt in actis prædictarum ſeſſionum liquidiùs conſtat. Quod renouat Concilium Lateranense ſub Iulio II. ſeſſio. 2.

Concilium Arauſicanum ſub Leone 1.

Concilium Toletanum 4. Patrum 67. ſub Honorio 1.

Concilium Conſtantienſe generale.

Concilium Baſileenſe generale.

Concilium Lateranẽſe ſub Iulio 2 & perfecte ſub Leone X.

Cõcilij decretis pauciores pluribus ſubſcribere teneantur.] Hoc eſt, ſi in publicandis Concilij decretis maior Epiſcoporum numerus conſenſerit, non debet reliqua pars minor contraire. quod ſic Concil. Toletanum VIII. iubet cano. 11. *Cùm quælibet ſancta Synodus* (ait) *agitur, aut pacificè inter Pontifices quippiam definitur, ſi pauciores per neſcientiam vel contentionem fortè diſſentiant, aut commonitis plurimorum ſententiæ cedant, aut ab eorum cœtu cum dedecore confuſionis abſcedãt, aut excommunicationis anima ſententiam luant.* Hoc confirmat & approbat Concilium Coloniense III. cap. 17. par. 14. *In Concilio, ſi communi omnium conſenſu rationabiliter comprobato, ſecundum Eccleſiaſticam regulam duo vel tres animoſitate ducti per contentionem contradicant, obtineat plurimorum ſententia ſacerdotum, &c.* Vide & ſequentia.

Concilium Toletanum 8.

Concilium Colonienſe III.

Concilij decretum hoc dici, quod ſæpe ab vno ſancitur.] Hoc colligitur ex actibus generalis & vniuerſalis ſub Martiano Imperatore congregati Concilij Chalcedonensis actio. 1. vbi recitatur, quòd Aëtius Diaconus in Concilio Conſtantinopoli, ſub Flauiano, congregato actio. 7. pronunciauit ita: *In ſanctiſſimis Concilijs contingit frequenter, vnum ex præſentibus Epiſcopis aliquid dicere, & quod ab vno dictum eſt tanquam ab omnibus dicatur ſimul & ſcribitur & intelligatur. Hoc ab exordio ſubſecutum eſt, in tantum vt vno dicente, ſcribamus ſancta Synodus dixit: quoniam videntur omnes ſancti Epiſcopi ſubſcripſiſſe, cùm vox*

Concilium Chalcedonenſe 4 generale.

Concilium Conſtantinopolitanum ſub Flauiano Epiſcopo.

non

non excluditur. Et in cauſa Ibæ Edeſſeni Epiſcopi
tractata collatione 6. generalis Concilij CON-
STANTINOPOLITANI II. quod generale
5. dicitur ſub Iuſtiniano Principe, dicitur quòd in
conciliis non vnius vel duorum interlocutionem
attendere oportet, ſed hæc quæ communiter ab
omnibus, vel amplioribus definiuntur. Hoc ſæ-
pius in lectione conciliorum obſeruabis, vbi in-
uenitur oſius dixit, vel Syluester dixit, & ſic de cę-
teris, quod tamē eſt generale Concilij decretum.

Concilium 5. generale quod dicitur Conſtātinopolitanū 2.

Concilia ſemper ſolēt hæretici auerſari.]
Hoc quidem ab initio facillimum eſſet oſtendere,
tam ab exordio Nicæni I. contra Arrium, quàm
per reliqua quæ antè vel pòſt ſubſecuta ſunt, ſed
reſeruamus hoc vocabulo, Hæreticus. Interea hîc
volumus, paucis agere vtentes teſtimoniis Patrū
more noſtro. Igitur EPISCOPI ANTIOCHIÆ,
PISIDIÆ, SELEVCIÆ, THEODOSIO-
POLIS, &c. epiſtola directa ad Leonem I. Im-
peratorem, quæ & in ordine plurium ſtat ad cal-
cem Concilij Chalcedonenſis, cauſam reddunt,
cur hæretici ſoleant cōcilia reijcere: *Si* (inquiunt)
*fidem ſancti Chalcedonenſis vniuerſalisq́; Concilij Ti-
motheus Ælurus hæreticus, negare præſumit, & qui-
cunque nefandorum eius actuum miniſtri ſociiq́; repe-
riuntur, nihil mirum eſt. Nam quia diuina pace mon-
ſtrantur extranei, ſine dubio & ab Eccleſiaſticis ſan-
ctionibus ſimul & æquitatis, contra Romanum Impe-
rium contenti ſunt inimici: non eſt mirandum, ſi etiam
à ſenſibus propriis exciderunt veſanè blaſphemantes,
& anathematizantes ſaluberrimæ fidei doctores, atque
cuſtodes ſanctiſſimos, & Apoſtolicos patres, & Archi-
epiſcopos, omnesq́; ſimul Deo amantiſſimos Epiſcopos,
ſequentes ſanctiſſimos Epiſcopos, qui per generationes
ſingulas, rectæ fidei lumina fuiſſe noſcuntur. Et Deo
amantiſſimos ſenioris & nouæ Romæ Archiepiſcopos,
qui his concordes exiſtunt. Denique, vt diximus, ſem-
per Conciliis hæreticos auerſatos eſſe, manifeſtant Ar-
riani, qui decreta Synodi Nicænæ totis viribus lania-
runt: Macedoniani qui 2. generale Conſtantinopolita-
num 1. ſuis blaſphemiis conati ſunt extirpare: Neſtoria-
ni, qui generale 3. Epheſinum 1. tentauerunt lacerare:
Eutychiani, qui generale 4. Chalcedonenſe 1. niſibus
totis, dente vipereo diſcerpebant conuitiis & iniuriis.
Sed ſi per ſingula me contulero, nil aliud inueniam,
quàm hoſtes fuiſſe ſemper hæreticos, & Conciliis infen-
ſiſſimos.* Hinc eſt quod generali & diffinitiua ſen-
tentia EPIPHANIVS TYRIVS Epiſcopus e-
piſtola directa ad Patres generalis 5. Synodi act. 1.
Omnes ſic breui ſermone comprehendit, *Omnes*
(ait) *hæreticis dogmatibus contaminati, impiè ſe ha-
bent erga ſynodum. Hoc enim infixum eſt naturaliter
hæreticis, vt pugnent contra eos, qui ipſos redarguunt.*
Taceo de noſtris Caluiniſtarum miniſtris, qui in
deriſum ſacri & œcumenici Concilij Tridentini
nouiſſimi, infinitas blaſphemias ediderunt, dum
cornutos Patres appellant, &c. Verùm Caluini,
Bezæ, & Molini, atque cæterorum eiuſdem fari-
næ, conatus in ventum diſperguntur, quandoqui-
dem firma ſtat Patrum ſentētia: & licet illa rum-
pantur hæreticis, per totum orbem robur ſuum
Concilium obtinebit. Hinc eſt ad iam propoſi-
tam ſententiam, quod ſubdunt & EPISCOPI
HELLESPONTICAE prouinciæ, epiſtola ad
eundem Leonem Imperatorem, in ordine cætera-
rum ad calcem Chalcedonenſis Concilij, *Si* (in-
quiunt) *lucem cæci, & veritatem mendaces accuſant,
illi quidem propter cæcitatem viſus. Illi verò eò quòd
illorum error & malitia pariter arguantur. Nouimus
quia omnes hæretici ſanctas Synodos, eorum malas ſe-
ctas deſtruentes, accuſant. Sic Arriani, & Eunomiani,
& Nicænam, & Macedoniani de Conſtantinopolitana
fecerunt, &c.* Similiter & dicunt EPISCOPI
PAPHLAGONIAE regionis, epiſtola ad eun-
dem Principem in ordine aliarum. *Repugnant* (in-
quiunt) *hæretici, & contumelias inferunt etiam illi
magno ſanctoq́; Concilio trecentorum decem & octo
ſanctorum Patrum.* Nicænum fuit I. Si hinc, certè
faciliori negotio, &c. Non enim ſine periculo
eſſe putauerunt, ſancti Patres, ſi tacerent hære-
ticorum incredulitatem, nitentium ſancti huius
Concilij iura conuertere, & non aperta ratione
ſanctam, Verámque fidem omnibus explanarent.
Quapropter oſtenditur quia iſti qui nunc ſancta
Concilia denegant, non zelo pietatis, ſed incon-
ſtanti contentioſaque ſententia non ſolùm con-
tumelias Patribus ſanctis inferunt, ſed etiam vni-
uerſo ordini ſacerdotum. Lege quod in vocabu-
lo, Romana Eccleſia, & hæreticus, dictum eſt.

Epiſcopi Antiochiæ, Piſidiæ, Seleuciæ, Theodoſiopolis, &c.

Cur, Hæretici concilia reiiciunt.

Sic & Caluinus Auguſtanos, & reliquos anathematizat, ſi doctrinę Veſanæ non conſentiunt.

Hęc diligenter nota.

Epiphanius Tyrius Epiſcopus

Helleſponticæ prouinciæ Epiſcopi.

Epiſcopi Paphlagoniæ regionis.

CONCIO & CONCIONATOR.

De concione & concionatore. Vide Prædi-
catio & Prædicator.

CONCORDIA.

Concordia inter Eccleſiaſticos præcipi-
tur.] CLEMENS I. epiſt. 1. ad Iacobum fra-
trem Domini. Recitat autem Petri vltima verba,
qui ſic ſuis diſcipulis in extremis loquebatur: *Il-
lud eſt quod præ cæteris ab omnibus vobis cupio in cō-
mune ſeruari, vt concordiam teneatis, per quam ſolam
poteſtis portum quietis intrare, & ciuitatem ſummi Re-
gis, quæ pax nominatur, habitare.* Et CYPRIANVS
CARTHAGINENSIS, ſermo. 6. de oratione
Dominica. *Pacificos & concordes atque vnanimes
eſſe in domo ſua Deus præcepit, & quales nos fecit na-
tiuitate ſecunda, tales vult renatos perſeuerare, vt qui
filij Dei eſſe cœpimus, in Dei pace maneamus, & qui-
bus Spiritus vnus eſt, vnus ſit & animus & ſenſus,
&c.* Vide Pax. Hinc & Concilium VALENTI-
NVM GALLIAE III. cano. 13. & 14. *Inter Epi-
ſcopos* (ait) *concordia mutua iniungitur, vt quoties
aliqui in populis, quibus regendis præeſſe dignoſcimur,
aduerſus Eccleſiā & ſacerdotalem authoritatem, con-
temptores & rebelles exiſtunt, tanta inſtantia vnicem
& literis & verbis iuuare ſtudeamus, vt pondere Ec-
cleſiaſtici vigoris retuſi & preſſi, vel ad humilitatem
pœnitentiæ compellantur, aut ſi ab vna Eccleſia fuerint
excommunicati, in nulla alia falsò & furtiuè commu-
nicandi inueniant facultatem.* Vide Excommunica-
tus ab vno & Epiſcopus, &c. Tum ſequenti 14.
capite de concordia inter Epiſcopos & ſubditos
tractant, quæ ſingulatiter ab eis commendatur,
tanquam quæ paſtorem & gregem Deo iungat.
Et recedente Deo, qui in ſciſſura mentium habi-
tare non poteſt, grauiſſima quotidie damna, &
mortes animarum fiunt, ita vt ſi hæc negligantur,
non iam paſtores, ſed interfectores (quod abſit)
Chriſti ouium inueniamur. Vide Lis Epiſcopo-
rum, Epiſcopus, & *Pax*, &c. lege & Nicephorum
lib. 8. cap. 13.

Clemens 1.

Cyprianus Carthaginenſ.

Concilium Valentinū Galliæ 3. ſub Lothario Imperatore.

CONCVBITVS.

Cōcubitus beſtialis & ſodomiticus pro-
hibetur.] CLEMENS I. lib. 6. cap. 11. Conſti-
tutionum Apoſtolicarum. *Omnem inceſtum concu-
bitum, maximè eum qui contra naturam in quibuſdam*

Clemens 1.

exerce

De hoc, Peccato Sodomitico, multa diximus in expoſitione 1 capitis ad Romanos.
Concubitus Sodomitici & Fornicationis differentia.

A *exercetur, reſpuimus vt nefarium & ſceleratum.* Idem repetit & cap. 14. IDEM cap. 28. eiuſdem libri. *Non legitimus eſt, abominabilis concubitus, qui contra naturam fit: neque praua actio, quæ Deo infeſta eſt. Nam contra naturam eſt Sodomorum peccatum, & cum beſtiis commiſtio: praua actio, adulterium & fornicatio: quorum factorum, aliud eſt ſcelus, aliud eſt iniuſtitia, vltimum eſt peccatum, nullum verò impunitum relinquitur, pro ſuo genere. Nam primi quærunt mundum diſſolui, hoc quæ ſecundum naturam ſunt, contra naturam abutentes. Secundi iniuſtè faciunt, qui alienas nuptias corrumpunt, & quod à Deo in vnum commixtum eſt, in duo diuidunt, filiosque ſuſpectos faciunt, & naturalem virum inſidiis exponunt.* Vide Fornicatio, de hoc concubitu, & ſodomitico peccato

Iuſtinus Martyr.

B ſic IVSTINVS MARTYR Apologia 2. pro Chriſtianis ad Antoninum Pium: *Quandoquidem* (ait) *Chriſtiani de lucernæ ſubuerſione & promiſcuo, vulgi fabulis accuſantur. Si hoc di Simonis magi diſcipuli, aut Marcionis Pontici, qui Chriſtiani vocantur, perpetrant, compertum non habemus, hoc ſcimus, à vobis eos nec prehendi, nec interfici, ne propter dogmata quidem. Noſtra verò doctrina non ſinit quenquam eſſe moleſtum, aut iniurium, ac ne infantes quidem ſas putare exponere.*

Vide quàm ſceleratis calumniis Chriſtiani vrgebantur.

Primum quia videmus expoſititios ferme omnes proſtitui, non ſolùm puellas, ſed & maſculos. & ſicut priſci paſcebant greges caprarum, ouium, boum, equarumque, ita nùc & pueros ad tantùm in turpem vſum, ſimiliterque puellas. proſtraréque oppidatim effœminatos atque propudioſos, ex quorum mercedibus colligitis vectigalia, cum deberetis excindere hoc genus ex orbe habitabili, quando qui à talibus non abſtinent, præterquam quod polluuntur nefariis complexibus, in natos ſuos, aut cognatos, aut germanos incidunt, nec deſunt qui filiarum lenones ſint & coniugum, aut caſtrantur vt profiteantur impudicitiam, & matris Deûm ſacris ſe initient.

Horrendum ſcelus.

C De huiuſmodi concubitu ſæpius agit CLEMENS ALEXANDRINVS oratione adhortatoria ad gentes, & in libris Stromatû. Eiuſmodi concubitus abſtulit è medio Conſtantinus Magnus, vt narrat NICEPHORVS CALLISTVS lib 7. cap. 46. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ,

Clemens Alexandrinus.
Conſtantinus Magnus.
Nicephorus Calliſtus.

D *Nam impudicos* (ait) *eliciens, concubitus quos ante eum nemo inhibuerat, ipſe coercuit, ſicuti hoc ex conſtitutionibus eius legibusque latis patet.* &c. Hinc Concilium ANCYRANVM can. 16. *De his* (ait) *qui rationis expertia animalia inierunt vel ineunt, quicunque prius, quam ſedecim quidem annos nati eſſent, peccauerunt, poſtquam quindecim annis ſubſtrati ac ſupplices fuerint, communionem ad preces aſſequantur.* Et cap. 17. ſequitur, *Eos qui rationis expertia animantia inierunt, & eoſdem non ſolum leproſos criminæ huiuſmodi factos, ſed & alios iſto ſuo morbo replentes, præcepit ſancta Synodus inter eos orare, qui ſpiritu periclitantur immundo.* Vide Arrepticius & Energumenus, & Concilium ELIBERTINVM canone 71. *Stupratoribus puerorum nec in fine danda*

Concilium Elibertinum.

E *eſt communio.* Præterea prædicta ſtatuta de concubitu beſtiali & ſodomitico, MARTINVS BRACARENSIS Epiſcopus allegat in ſuo collectorio, cap. 81. hoc modo: *Si quis ante 20. annos in cuiuſlibet animalis commixtione peccauerit, 15. annis in humilitate ſubiaceat ad Eccleſiæ ianuam, & poſt hos, aliis quinque annis in orationis communionem recepius, pœnitentiam agat, & ſic gratiam ſuſcipiat ſacramenti. Interrogentur autem alii de eo, qualem vitam in pœnitentia egerit, & ſic communionis miſericordiam conſequatur. Si quis autem poſt viginti annos habens vxorem, hoc peccato irruerit, viginti quinque annis humilitati ſubiaceat, & quinque annis orationibus tantùm*

Martinus Bracarenſis Epiſcopus.

A *rum communicans, poſtea recipiat ſacramentû. Quod ſi hanc menſuram aliquis tráſgreſſus fuerit, ſacramentum in exitu conſequatur. Oportet autem illos inter dæmonioſos orare,* &c. Hinc Concilium PARISIENSE III. lib. 1. cap. 34. *Cùm miſeria humana multifariis fragilitatis ſuæ exceſſibus, creatoris ſui incomparabilem dulcedinem ſæpiſſimè ad amaritudinê prouocet, tunc grauius ſceleratiusque in eum delinquit, quando contra naturam peccat. Hoc quippe peccatum tribus modis Dominum, vt res humanas curare videretur, terribiliter vindicaſſe legimus. Inter cætera namque peccata, quæ in exordio creationis mundi genus humanum irretractabiliter admiſerat, hoc maxime peccato, vt quidam tradunt doctores, ad iracundiam pro-*

Concilium Pariſieñſe 3. ſub Ludouico & Lothario Imperatoribus.

Hic ſatè, quàm graue ſit malû, concubitus Sodomiticum, aperitur.

B *uocatus, dixiſſe creditur: Pœnitet me hominem feciſſe ſuper terram. Nam & ob id cataclyſmo, exceptis octo animabus, cunctam generis humani funditus deleuerit ſtirpem. Pro quo etiam ſcelere igne cœleſti conflagratæ, inferniſque hiatu quinque abſorptæ ſunt ciuitates. Necnon & quadraginta & eo amplius millia ſtirpis Beniaminæ mucrone fraterno confoſſa ſunt. Hæc porrò iudicia & euidentes vindictæ declarant, quàm deteſtabile & execrabile apud diuinam maieſtatem hoc vitium exiſtat. In lege quoque Dominus auctorem huius ſceleris & impudentiæ, morte puniri iubet, & Apoſtolus dignum morte aſtruit. Quod quia aqua, & ſanguine, & igne, imprœſentiarum ad correctionem mortalium conſtat eſſe vindicatum, & reſtat vt quiſquis tanti ſceleris*

Tribus modis peccatû illud punitum declaratur.
Geneſ. 6.
Geneſ. 19.
Iudicum 20.
1. Corinth. 6.
1. Corinth. 6.

C *patratorem ſe eſſe meminit, dum tempus acceptabile, diesque ſalutis exiſtit, per confeſſionem & pœnitentiæ ſatisfactionem ſibi conſulere non differat, attendens illud Apoſtoli: Si noſmetipſos iudicaremus, à Domino non iudicaremur. Verùm ſi hoc, antequam diem claudat extremum, facere detrectauerit, nouerit quia non iam cataclyſmo, nec igne cœleſti, nec mucrone Iſraelitico, ſed igne perpetuo, in eo idem vitium per infinita ſecula ſeculorum punietur. Et ſacerdotes admoneantur, ſecundum præterita Patrum decreta, illud caſtigari & corrigi debere,* &c. Hinc poſteà Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. par. 1. cap. 11. *Quicunque* (ait) *incontinentia illa quæ contra naturam eſt, propter quam venit ira Dei in filios diffiden-*

1. Corinth. 11.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3. Colloſſen. 3.

D *tiæ, & quinque ciuitates igne conſumpſit, deprehenſi fuerint laborare, ſi clerici fuerint eiiciantur à clero, vel ad pœnitentiam agendam in monaſteriis detrudantur: ſi laici, excommunicationi ſubdantur, & à cœtu fidelium fiant prorſus alieni.* Idem omnino & Concilium LATERANENSE ſub Leone X. ſeſſio. 9. *Si quis* (ait) *tam laicus, quàm clericus, de crimine propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, conuictus fuerit, pœnis per ſacros canones, aut ius ciuile reſpectiuè impoſitis, puniatur.* Vide & Fornicatio.

Concilium Lateranenſe ſub Leone 1.

CONCVBINA.

Concubinæ Eccleſiaſticis interdicũtur.]

E Vide ſuperiùs, Clericis contubernium mulierum interdicitur. Et infrà, Fornicatio clericis, &c.

Concubinæ coniugatis & laicis interdicuntur.] Concilium TOLETANVM I. cano. 17. & allegatur à Gratiano diſtinct 34. cap. Is qui. *Si quis habens vxorem fidelem, & concubinam habeat non communicet. Cæterùm is qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet, à communione non repellatur, tantùm vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ, vt ei placuerit ſit coniunctione contentus, alias viuens abiiciatur donec deſinat & ad pœnitentiam reuertatur.* GRATIANVS diſtinct 34. cap. *Omnibus* (ait) *concubinam hoc loco intelligi, quæ ceſſantibus legalibus inſtrumentis vnita eſt, & coniugali*

Concilium Toletanum 1.

Lege hic Gratianû diſtinct. 34. capite omnibus, cû gloſſa, ne te hic locus decipiat.

affectu

affectu nanciſcitur Hanc coniugem facit affectus,concubinam vero lex nominat ,&c. Vide gloſſam ibidem hinc Concilium Aᴠʀᴇʟɪᴀɴᴇɴꜱᴇ tertium ſub Vigilio , canone nono , *De his qui ex concubinis filios habent , & vxores legitimas habuerunt , aut defunctis vxoribus ſibi concubinas , publicè crediderint ſociandas, id obſeruandum eſſe cenſuimus, ne vlterius ordinentur,&c.* Porrò de arcenda concubina & pellice , ſtatutum propoſuit Iɴɴᴏᴄᴇɴᴛɪᴠꜱ primus , epiſtola ad Fœlicem Epiſcopum Nucerianum , capite quarto , ſed de his multò copioſiùs agemus in vocabulo, Matrimonium, & nuptiæ. Vide quod ſequitur ex Concilio Tridentino.

Concilium Aurelianenſ.3.

Innocentius 1

Concubina non eſt idem atque vxor.] Lᴇᴏ primus, epiſtola ad Ruſticum Epiſcopum Narbonenſem,capite quarto,& allegatur à Gratiano,cauſa vigeſimaſecunda,quæſtione ſecunda, capite , Non omnis, *Non omnis mulier iuncta viro, vxor eſt viri , quia nec omnis filius heres eſt patris. Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos ſunt legitima & inter æquales , multò prius hoc ipſum Domino conſtituente , quam initium Romani iuris exiſteret. Itaque aliud eſt vxor,aliud concubina,ſicut aliud eſt ancilla , aliud libera. Cùm ergo ſocietas* (hoc allegat Gratianus cauſa vigeſimaſeptima, quæſtione ſecunda, cùm ſocietas) *nuptiarum ab initio conſtituta ſit,vt præter ſexuum coniunctionem , haberet in ſe Chriſti & Eccleſiæ ſacramentum,dubium non eſt,eam mulierem non pertinere ad matrimonium , in qua docetur nuptiale non fuiſſe myſterium. Si quis igitur clericus viro habenti concubinam ſuam filiam in matrimonium dederit,non ita accipiendum eſt,quaſi coniugato eam dederit, niſi fortè illa mulier & ingenua facta , & dotata legitimè , & publicis nuptiis honeſtata videatur. Paterno arbitrio viris iuncta carent culpa , ſi mulieres quæ à viris habeantur in matrimonio non fuerunt , quia aliud eſt nupta , aliud concubina.* Item & Nɪᴄᴏʟᴀᴠꜱ primus , epiſtola ad ſuffraganeos Aranſicanæ Eccleſiæ , allegatur à Gratiano , cauſa trig ſimaquinta, quæſtione ſecunda , capite , De conſanguinitate , *Laicus* (ait) *vxorem ſimul & concubinam habens , non communicet Eccleſiæ.* Eadem quæ ſuperiùs ſtatuit Concilium Rᴏᴍᴀɴᴠᴍ ſub Nicolao ſecundo , contra Berengarium , patrum 113. & Concilium Tʀɪᴅᴇɴᴛɪɴᴠᴍ ſeſſione vigeſimaquarta, quæ octaua fuit ſub Pio quarto, capite octauo , decreti reformationis matrimonij: *Graue peccatum eſt , homines ſolutos concubinas habere, grauiſſimum verò & in huius magni ſacramenti ſingularem contemptum admiſſum,vxoratos quoque in hoc damnationis ſtatu viuere,ac audere eas quandoque domi etiam cum vxoribus alere,& retinere. Quare vt huic tanto malo ſancta Synodus opportunis remediis prouideat, ſtatuit,huiuſmodi concubinarios,tam ſolutos quàm vxoratos, cuiuſcunque ſtatus dignitatis & conditionis exiſtant , ſi poſtquam ab ordinario etiam ex officio ter admoniti ea de re fuerint , concubinas non eiecerint , ſeu ab earum conſuetudine ſe non ſeiunxerint , excommunicatione feriendos eſſe, à qua non abſoluantur, donec re ipſa admonitioni factæ paruerint. Quod ſi in concubinatu per annum cenſuris neglectis permanſerint , contra eos ab ordinario ſeuerè pro qualitate criminis procedatur. Mulieres etiam, ſiue coniugatæ, ſiue ſolutæ, quæ cum adulteris ſeu concubinariis publicè viuunt, ſi ter admonitæ non paruerint , ab Ordinariis locorum, nullo etiam requirente, ex officio grauiter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum vel diœceſim, ſi id eiſdem Ordinariis videbitur,inuocato ſi opus fuerit brachio ſeculari, eiciantur , aliis pœnis , contra adulteros & concubinarios inflictis, in ſuo robore permanentibus, &c.* Vide Nuptiæ, Matrimonium, & Fornicatio , &c.

Leo 1.

Geneſ.2. & 12.

Nicolaus 1.

Concilium Romanum ſub Nicolao 2. contra Berengarium.

Concilium Tridentinum generale nouiſſimum.

Concubinariꝗ

Cᴏɴᴄᴠʙɪɴᴀʀɪᴠꜱ.

De concubinariis laicis. Vide præcedenti annotatione & quod ſequitur ad calcem.

Concubinarij clerici.] De concubinariis clericis ſuprà egimus,& infrà in vocabulo,Fornicatio, & Fornicarij,dicemus. Nam ibi inquiritur, ſi fornicarij ſacerdotis miſſa ſit audienda, vel de eius manu communio ſumenda. Item ſtatuitur ibidem,vt Fornicarius & concubinarius deponatur. Verum ne locum vacuum dimittamus, ſic de concubinariis clericis Concilium Bᴀꜱɪʟᴇᴇɴꜱᴇ ſeſſione vigeſimaprima , ſtatuit. Decernitur quippe ibi , *Vt quicunque clericus, cuiuſcunque dignitatis & conditionis exiſtat , qui poſt huius conſtitutionis notitiam, fuerit publicus concubinarius , à perceptione fructuum omnium ſuorum beneficiorum , trium menſium ſpatio ſit ipſo facto ſuſpenſus, quos ſuus ſuperior in fabricam,vel aliam euidentem Eccleſiarum vtilitatem,ex quibus hi fructus percipiuntur,conuertat: nec non & huiuſmodi publicum concubinarium, vt primùm talem eſſe innotuerit , mox ſuus ſuperior monere teneatur, vt infrà breuem terminum concubinam dimittat. Quam ſi non dimiſerit , vel dimiſſam aut aliam publicè reſumpſerit , iubet ſancta Synodus, vt ipſum ſuis omnino beneficiis priuet. Et nihilominus hi publici concubinarij, vſquequo cum ipſis per ſuos ſuperiores poſt ipſarum concubinarum dimiſſionem manifeſtámque vitæ emendationem fuerit diſpenſatum, ad ſuſceptionem quorumcunque honorum, dignitatum , beneficiorum vel officiorum ſint inhabiles. Qui ſi poſt diſpenſationem recidiuo vomitu ad huiuſmodi publicum concubinatum redierint, ſine ſpe alicuius diſpenſationis , ad prædicta prorſus inhabiles exiſtant. Quod ſi hi ad quos talium correctio pertinet, eos vt prædictum eſt, punire neglexerint , eorum ſuperiores tam in ipſos de neglectu , quàm in illos pro concubinatu modis omnibus digna punitione animaduertant. In Conciliis autem ſynodalibus contra tales digna caſtigatione procedatur , hi quorum deſtitutio ad ſummum Pontificem ſpectat, ad eundem cum proceſſu inquiſitionis remiſſis. Quia verò quidam habentes in eos iuriſdictionem , corrigere negligunt , & patiuntur eos in tali fœditate ſordeſcere , pecuniarios quæſtus à prædictis concubinariis recipientes , ſtatuit Synodus ſub pœna maledictionis æternæ , ne deinceps ſub pacto, compoſitione aut ſpe alicuius quæſtus , talia quouis modo tolerent aut diſſimulent: alioquin priuatione beneficiorum, vel alia pœna mulctati , duplum eius quod acceperint reſtituere ad pios vſus omnino teneantur & compellantur. Ipſas autem concubinas ſeu mulieres ſuſpectas. Prælati modis omnibus curent & à ſuis ſubditis, etiam per brachij ſecularis auxilium, ſi opus fuerit, penitus arcere, qui etiam ex tali concubinatu procreatos filios apud Patres ſuos cohabitare non permittant. Iniungit præterea præfatum Concilium omnibus ſecularibus viris, etiam ſi regali præfulgeant dignitate, ne vllum qualecunque inferant impedimentum quocunque quæſito colore. Prælatis qui ratione ſui officij aduerſus ſuos ſubditos pro huiuſmodi concubinatu procedunt. Et cum omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum ſit , & ſub peccati mortalis pœna neceſſario euitandum , monet omnes lai-*

De concubinariis clericis vide conſtitution. Galonis Cardinal tom. 6. Biblioth. fol. 31. Vide conformia decreta, folio 318. pag. 1. ex Nicolao 2. &c.

Concilium Baſileenſe generale.

Hæc diligentius deberent hoc tempore obſeruari, quia nunquam hoc vitiu amplius viguit in Eccleſia quã nũc viget.

cos, tam vxoratos quam ſolutos, vt ſimiliter à concubinatu abſtineant. Nimis enim reprehenſibilis eſt qui vxorem habet, & ad alienam mulierem accedit. Qui verò ſolutus eſt ſi continere non vult, iuxta Apoſtoli conſilium vxorem ducat. Pro huius autem diuini obſeruatione præcepti, hi ad quos pertinet tam ſalutaribus monitis quàm aliis canonicis remediis omni ſtudio laborent. Porrò hæc decreta renouat & confirmat Concilium Moguntinense IV. ſub Sebaſtiano Archiepiſcopo, capite centeſimo ſecundo. Et penè de verbo ad verbum repetit etiam Concilium Lateranense ſub Leone decimo, ſeſſione nona & vndecima. Idem quoque poſtea celebratum in Germania, pro reformatione cleri eiuſdem, Concilium Ratisponense ſub Laurentio Cardinali Quinto Anaſtaſiæ, capite decimo quinto. Idem quoque (ne diutiùs immorer) ſtatuit quod ſuperius Concilium Senonense ſub Antonio à Prato Archiepiſcopo & Legato, capite vigeſimo ſexto. Plura quoque de concubinariis refrenandis & ad pœnitentiam conſtringendis Concilium Treuirense ſtatuit, ſub Ioanne huius vrbis Archiepiſcopo, capite ſecundo. Scilicet, vt concubinarij, ſi noluerint nefarium opus omittere, omnibus bonis ſpolientur, & ſcorta de eorum domibus expellantur. Quòd ſi iterum relabi poſt pœnitentiam præſumpſerint, ab officiis & beneficiis ſuſpendantur, & concubinæ dignis cenſuris extra hæreditatis ædes exterminentur. Idem & Concilium Coloniense Quartum, capite tertio de Concubinariis Monachis & Sacerdotibus. Et prolixiùs multò idem ſtatuit Concilium Tridentinum ſeſſione vigeſima quinta, quæ fuit nona, ſub Pio Quarto, capite decimo quarto, Decreti reformationis. Vbi eadem pœna concubinarij plecti mandantur, quæ iam ſuperiùs expreſſa eſt. Vide Fornicatio, & Fornicarij, &c.

De laicis concubinariis ſecreto. 1. Corinth. 7.

Concilium Moguntinum 4.

Concilium Lateranense ſub Leone 10.

Conciliū Ratiſponenſe ſub Laurētio Campegio Legato.

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato Cancellario & Cardinali.

Conciliū Treuerenſe.

Concilium Colonienſe 4.

Concilium Tridentinum.

Concvpiscentia.

Concupiſcentia inhibetur.] Clemens I. lib. 1. Conſtitutionū Apoſtolicarum, cap. 2. hæc Apoſtolos memorat præcepiſſe: *Abſtinete animum veſtrum ab omni cupiditate. Nam in lege ſcriptum eſt: Non concupiſces vxorem proximi tui, non agrum eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non iumentum eius; neque aliquid quod proximi ſit. Quoniam omnis harum rerum cupiditas, à malo prouenit. Nam qui vxorem concupiſcit, vel ſeruum, vel ancillam proximi, iam adulter aut fur cenſetur. Niſi enim pœniteat eum, iam iudicatus eſt, &c.* Philo Iudæus concupiſcentiam horrendum peccatum nuncupat, ad calcem libri in Decalogum. Sic autem loquitur, *Reprimit lex concupiſcentiam, fontem iniquitatum: vnde manat quidquid contra ius fit priuatim ac publicè, ſiue paruum ſiue magnum, ſacrum profanumve, ad corpus animumve rēſve externas attinens. Nihil enim poteſt euadere vim cōcupiſcentiæ, ſed tanquam flamma ligneam materiā, depaſcitur abſumitque omnia. Eius quoque multæ ſpecies coercentur præceptis & monitis, vt corrigantur emendabiles, contumaces verò puniantur, per totam vitam malo huic obnoxij, &c.* Idem libro de confuſione linguarum non longè à principio: *Cùm anima noſtra tripartita ſit (ait) pars eius mens & ratio, pars ira, pars concupi-*

Clemens 1.

Exod. 20.

Philo Iudæus.

Pulchra deſcriptio concupiſcentiæ.

A *ſcentia eſſe dicitur. Singula ſuis morbis laborant, atque etiam inter ſe communibus vniuerſa, quoties mens quidem imprudentia, timiditate, luxuria, iniuſtitia ſegetes demetit. Ira verò immanes furioſaque rabies, & cætera, quibus grauida eſt, mala parit, &c.* Multa lege. Idem quoque libro de Temulantia de concupiſcentia reſtringenda loquitur hinc Augustinus Hipponensis libro ſecundo, de Peccatorum meritis & remiſſione, & de baptiſmo paruulorum, capite quarto, lethalem deſcribit concupiſcentiam multis quidem ſermonibus. Et libro primo de nuptiis & concupiſcentia, capite vigeſimoquinto & aliis in locis, quos non licet

B hîc citare per otium. Et Ioannes Chrysostomvs in opere ſecūdo ſuper Matthæum homilia quinquageſimaſecunda, *Ne deſperare faciamus (ait) virgines bonas, quia diximus per concupiſcentiam animas fornicari. Sciendum eſt, quòd aliud eſt concupiſcere, aliud velle, concupiſcere paſſionis eſt, velle arbitrij, &c.* Idem in opere primo in Matthæum, homilia ſeptima, concupiſcentiam in luxuriam eſſe peccatum deſcribit, & adulterij matrem nominat. Et homilia duodecima, ſecundi operis in Matthæum, de duabus concupiſcentiis, animæ ſcilicet & corporis agit, exponēs illud, *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, non mœchaberis, &c.* Obſecro lege & alios Doctores, qui multa de concupiſcentia ſcripſerunt. Nobis autem non

C datur per otium huic rei diutiùs immorari, &c. Hinc Carolvs Magnvs, capite duodecimo, Conſtitutionum circa medium voluminis, *Cupiditas (ait) in bonam partem poteſt accipi & in malam: in bonam iuxta Apoſtolum, cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto, & in Pſalmo, concupiuit anima mea in atria Domini. Cupiditas verò in malam partem accipitur, quando quis ſupra modum res quaſlibet iniuſtè appetere vult, iuxta Salomonem. Poſt concupiſcentias tuas non eas, & cætera.* Vide Adulterium, Fornicatio, Luxuria, &c. Eiuſmodi: quia hoc non multum nobis ad propoſitum confert.

Auguſtinus Hipponenſis.

Ioannes Chryſoſtomus.

Aliud eſt concupiſcere, aliud velle.

Matth. 5. Exod. 20. Deuter. 14.

Carolus Magnus.

Philipp. 1.

D

Confessor.

Confeſſor fidei vt debeat eſſe conſtans.] Hoc quidem in dictione, Martyr, iterum narrabitur. Veruntamen quia antiquitus hos confeſſores vocabant, qui multas iniurias & tormenta pro fide toleraſſent, licet non eſſent mortui, ideò de talibus hîc loqui intendimus, vt vnuſquiſque Chriſtianus etiam nunc in confeſſione Domini Eccleſiæ & ſacramentorum perſeueret conſtanter. Canon Apostolorum Sexageſimo primo. *Si quis clericus propter metum humanum, vel Iudæi, vel Græci, vel*

E *hæretici, negauerit nomen Chriſti, eijciatur: ſi autem nomen clerici, deponatur. Pœnitentiam autem agens, vt laicus recipiatur.* Et Clemens Primvs libro Conſtitutionum Apoſtolicarum, octauo, capite vigeſimo nono, *Iacobus Alphei, ego quoque diſpono de confeſſoribus: confeſſor non ordinatur (pertinet enim hoc ad propoſitum fortitudinemque animi) magno autē honore dignus eſt, vt qui confeſſus eſt nomen Dei & Chriſti eius in conſpectu gentium & Regum. Quod ſi illo eſt opus, in Epiſcopum, vel presbyterum, vel diaconum ordinetur, ſi verò confeſſor aliquis non ordinatus, vſurpauerit ſibi aliquam huiuſmodi dignitatem, quaſi confeſſionis occaſione deponatur, & eijciatur. Non enim eſt, quoniā ne-*

Canon Apoſtolorum.

Clemens 1.

Tales debent aſſumi ad honores Eccleſiæ qui pro ſalute militant.

gauit Chriſti diſpoſitionem, & eſt infideli deterior, &c.

Tertullianus Carthaginenſis.

Tertvllianvs Carthaginensis lib. 4. aduerſus Marcionem poſt medium *Præmonet Chriſtus non timendam occaſionem, & ſubiungit ſuſtinendam confeſſionem, & omnis qui negauerit me coram hominibus, denegabitur corã Deo, ab eo vtique qui illum confitentẽ confeſſurus fuiſſet. Si enim confeſſorem confitebitur, ipſe eſt qui & negatorẽ negabit. Porrò ſi confeſſor eſt cui nihil timendum eſt poſt occiſionem, negator erit cui timendum eſt etiam poſt mortem, &c.* Et abundantius de confeſſoribus in agone poſitis ſeu martyribus lib. ad Martyres diſſerit, Et lib. de fuga in perſecutione circa medium, qualiter in confeſſione fidei viriliter ſtandũ ſit, inſinuat, Rutilium ſanctum martyrem in medium proferens, qui toties perſecutionem fugerat, & apprehenſus lætiſſimè cõfeſſus eſt. Idem & lib. Apologetico aduerſus gentes, cap. 2. vbi de Chriſtiano nomine conſtanter ante tyrannos retinendo ſuadet. Hinc & lib. Scorpiaco aduerſus Gnoſticos. *Confeſſio* (ait) *a perſecutione deducitur, & perſecutio in confeſſione finitur. Nec poſſunt non vna ſequi, quæ & aditum & exitum, id eſt, initium fineműq; diſponunt.*

Rutilius Martyr.

De confeſſione fidei viriliter tenenda etiam Clemens Alexandrinvs lib. 4. Stromatum tractat, vbi nihil pene aliud ſuadet.

Clemens Alexandrinus.

Hinc etiã ſcribit Magnus ille Evsebivs Caesariensis libro 4. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 17 dum confeſſionem cuiuſdam Ptolomæi Chriſtiani cõmendat, *Qui* (inquit) *negat quod eſt, ſine dubio culpabile eſſe indicat quod negat.* Idem lib. 6. c. 27. de Helcheſaitis loquens, eos ab Origene conuictos eſſe deſcribit, eò quòd aſſererent, quòd in perſecutionibus, ſi quis negauerit, nihil criminis habeat, pro eo quòd is qui fixus eſt in corde ſuo, etiam ſi ore negauerit pro neceſſitate, corde tamẽ in fide permanet.

Euſebius Cæſarienſis.

Magna & grauis ſententia.

Hæreſis Helcheſaitarum.

De confeſſione non neganda multis in locis Cyprianvs Carthag. egit, & præcipuè lib. 2. Epiſtol. epiſt. 6. ad martyres & confeſſores, in qua eos ad amorem martyrij inuitat. Similiter ſubſequitur & epiſt. 7. eiuſdem libri presbyterorum & diaconorum Romæ conſiſtentium ad eundem Cyprianum. Pro re ſimili lege eundẽ libro de exhortatione Martyrij, & ad calcem libri de ſimplicitate Prælatorum: Hæc omnia pulcherrima ſunt, ſed non eſt nobis otium omnia in ordinem & ſcripta redigere.

Cyprianus Carthaginenſis.

Vt autem abſoluamus Concilium Arelatense II. cano. 10. *De his* (ait) *qui in perſecutione præuaricati ſunt, ſi voluntariè fidẽ negauerint. Hoc de eis* Nicaena *Synodus cap. 11. ſuorum decretorũ ſtatuit, vt quinque annos inter Catechumenos exigant, & duos inter diſcommunicantes, ita vt communionem inter pœnitentes non præſumant. In poteſtate tamen vel arbitrio ſit Epiſcopi, vt ſi eos ex animo errorem deflere & agere pœnitentiam viderit, ad cõmunionem pro Eccleſiaſtica humanitate ſuſcipiat.* Idem can. 11. *Si qui vero dolore victi, & pondere perſecutionis, negare & ſacrificare compulſi ſunt, duobus annis inter catechumenos, triennio inter pœnitentes habeantur, in communione ſuſpenſi, &c.* Vide latiùs, Martyr, Perſecutio, &c. Similia.

Concilium Arelatenſe 2, ſub Sylueſtro 1 anno Domini 326.

Concilium Nicænum.

Confessor, ſeu Confessionvm Avditor.

Confeſſoris, ſeu auditoris cõfeſsionum, electio & officium.] In ſequentibus multa de confeſſione ſacramentali quotannis, vel ſæpius, celebranda dicturi ſumus. Ideóque hæc præmittimus, vt ſit nobis ad ea, quæ videnda ſunt, facilior acceſſus. Sic itaque de his qui à ſecretis confeſſionibus ſunt, ſtatuit Concil. Oxoniense in Anglia ſub Innocentio III. cap. 10. & 11. & iubet, vt ſpeciales confeſſores in ſingulis Eccleſiis ordinentur ab Epiſcopo loci, diſcreti & prudentes, vt confeſſiones audiant, ne fortè, quia nõ omnes volunt ſuo confiteri Prælato, periculum immineat animarum.

Concilium Oxonienſe in Anglia celeberrimum.

Præterea Bonifacivs VIII in ſexto decretalium titu. 10. de Pœnitentiis & remiſſionibus, quædam in hoc facto expreſsè cauenda dicit: *Si* (ait) *Epiſcopus ſuo ſubdito conceſſerit, vt ſibi poſſit idoneum eligere confeſſorem, ille quem is elegerit, in caſibus qui eidem Epiſcopo ſpecialiter reſeruantur, nullam habet penitus poteſtatem, cum in generali conceſſione illa non veniant, quæ non eſſet quis veriſimiliter in ſpecie conceſſurus. Nulla quoque poteſt conſuetudine introduci, quòd aliquis præter ſui ſuperioris ſententiam confeſſorem ſibi eligere valeat, qui eum poſſit ſoluere vel ligare.*

Bonifacius 8.

Poſtea tamen Concilium Ratisponense in Germania ſub Laurentio Cardinali pro reformatione cleri celebratum, cap. 9. ſtatuit, de ſacerdotibus, ne ipſi videantur pecuniæ aucupium magis, quàm ſalutis animarum ſtudium amplecti, dum laicos grauiora delicta confeſſos hinc inde remittunt, non ſine famæ rerúmque diſpendio: *Conſtituimus & ordinamus, vt deinceps, quilibet confeſſor abſoluere poſſit laicos contritos & confeſſos, a quibuſcunque peccatis quantumcunque grauibus & enormibus, quæ ordinarij ſuæ authoritati reſeruauerant, exceptis dumtaxat, homicidis, hæreticis, & excommunicatis, ad Epiſcopum vel eius vicarium mittendis. quò autem ad clericos, nihil quoad hoc ſtatutum, intelligatur innouatum. Pro condonatione autem & remiſſione peccatorum nihil exigant ab inuito, id eſt, pro abſolutione.*

Concilium Ratiſponenſe ſub Laurentio Campegio.

Nihil exigendum pro abſolutione peccatorum.

Idem omnino Concilium Mogvntinvm IV. cap. 30. Porrò confeſſoribus ſeu auditoribus confeſſionũ ſolicitudinem magnam & circumſpectioné iniungit Concilium Coloniense III. par. 7. capitibus 33. 34. 35. & 36. *Primum* (inquit) *magnoperè neceſſarium iudicamus, vt ſacerdos qui à confeſſionibus eſt, ſit integer, eruditus, ac ſilentij tenax, alioquin ſi ad quæſtum intentus ſit, ſi ad malum ſolicitet, ſi curioſior explorator ſit, ſi pertinacibus blandiatur, ſi intricatam conſcientiam extricari neſciat, ſi denique vel ebrioſus, vel iracundus, vel leuis, vel ſecreti minime tenax à diſpandis magis quam paſcendis ouibus, videtur idoneus. In primis autem, qui huic muneri intentus eſt, docebit confitentem, ne ambiguis ac perplexis ſermonibus ſe remoretur, & percontando cogatur velut expiſcari crimina (quod ſæpenumero periculoſum eſt) ſed ſimpliciter tanquam coram Deo aperiat lethalia crimina, & quæ conſcientiam onerant ac lædunt, quòd ea quæ contra conſcientiam aguntur ædificent ad gehennam: atque ibi maxime opus eſt ſacerdote iudice, diſcernente inter lepram & non lepram. Et hoc confeſſoribus maximè conuenit obſeruare, nimirum vt conſolando erigant puſillanimes, per immenſam Dei miſericordiam, præfractos autem obiurgent, tremendumq; Dei iudicium antè oculos ponant, denique vti prudentiſſimi medici, pro morbi qualitate temperabunt medicinam, obfuturi magis quàm profuturi, ſi putauerint vno collyrio omnium mederi morbis. Monendi ergo, qui confitentur, ſinguli ſecundum ordinem, ſtatum, ac ætatem. Qui autem nimiùs anxij ſunt in repetenda confeſſione vel iteranda apud alium ſacerdotem, vel etiam in enumerandis circumſtantiis, quales ſunt quidam qui quantumuis confitendo conſcientiam tamen vix tranquillare poſſunt. Docendi ſunt Deum (cui omnia patent) ſinceritatem tantum cordis*

Concilium Moguntinum 4.

Concilium Colonienſe 3.

Conditiones & vigilantia Confeſſoris.

Quid confitentem docere oporteat.

Rom. 4.

A

à nobis requirere, nec tam ſeuerum eſſe exactorem, qui conſcientiam, ob vnam vel ob aliam delicti circumſtantiam, inter confitendum non dedita opera neglectum, perpetuò turbatam eſſe velit. Nam quis omnes errata ſuos dinumerauerit? quemadmodum Dauid ait: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me Domine.

Pſal. 18.

Peracta confeſſione, ſub abſolutionē ſacerdos monebit confitentem, vt quòd admiſſum eſt deteſtetur, vt ſic deinceps vitam conſtituat, ne in vllum lethale crimen poſthac incidat, quemadmodum Chriſtus ad mulierem dixit: Vade & noli amplius peccare, vtq; eum affectum habens credat, per Dei miſericordiā virtute ſanguinis Chriſti per abſolutionem impertiendam, in verbo eius ſibi remiſſum iri peccata: iniungat etiam illi fructum dignum pœnitentiæ facere, ac tum denique imponat manum, & abſoluat confitentem.

Ioannis 8.

B

Confeſſores Monialium.

De confeſſoribus autem monialium. Vide Sanctimonialium confeſſores. &c. Eadem autem confeſſoribus iniungit quæ ſuperiùs Concil. AVGVSTENSE ſub Orhune Cardinali, capite 19. & Concilium MOGVNTINVM IV ſub Sebaſtiano Archiepiſcopo anno 1549. eadem repetit vt ſcilicet tales ad audiendas confeſſiones admittantur, qui examinati & fide digni innenti fuerint & idonei, per ſuperiores, & poſſint diſcernere inter lepram & lepram, & ſecreti ſint. Vide in ſequētibus, confeſſio non reuelāda, &c. Sed & Concilium TRIDENTINVM generale ſeſſio. 24. quæ eſt 8. ſub Pio IV. cap. 8. Decreti reformationis, *In omnibus* (ait) *cathedralibus Eccleſiis, vbi id commodè fieri poterit, pœnitentiarius aliquis cum vnione præbendæ proxima vacatura ab Epiſcopo inſtituatur, qui magiſter ſit, vel doctor, aut licentiatus in Theologia, vel iure canonico, & annorum 40. ſeu aliàs qui aptior pro loci qualitate reperiatur, qui dum confeſſiones in Eccleſia audiet, interim præſens in choro cenſeatur.* Sed de his in ſubſequentibus adhuc multoties fiet mentio, videlicet, confeſſiones audire quibus conceditur, &c. & confeſſio cui facienda, &c. & confeſſio nō reuelanda, &c. Vide oro, & patienter lege ſequentia, quia omnia, prout congruentiùs oportuit, ordinata ſunt.

Concilium Auguſtenſe.

Concilium Moguntinū 4.

Concilium Tridentinū generale nouiſſimum.

Pœnitentiario rum [illegible] tutio [illegible] antè fuit.

C

CONFESSIO.

Confeſsionis ſacramētalis & auricularis aſſertio, ab origine Catholicæ religionis.] Impoſſibile eſt, optime lector, omnia hîc Patrum recenſere teſtimonia, quæ de confeſſione auricularis reperiūtur, verùm in toto hoc diſcurſu & diſtinctionibus ſufficienter diſpoſita, ſecundum ordinem antiquitatis, cernes, quæ noſtrā fidem confirment. Quod autem hîc deeſt iam, in aliis inuenies inſertum dictionibus, Pœnitentia, Communio, Miſſa, & Abſolutio, & eiuſmodi quæ annotare curauimus. Eſto antè ſedulus obſeruare quodcunque à Patribus dicitur, quia ſemper corroborata creſcit magis ac magis noſtra confeſſionis ſacramentalis fides, & ne malè accipias ſi ſæpius idem repetitur, quia ſequimur decreta Patrum, quæ tractare volumus: confeſſionis ſacramentalis originem ſedulò peruеſtigat modernus author GVILIELMVS LINDANVS lib. 4. Panopliæ Euangelicæ, cap. 65. & eam ab Apoſtolis incepiſſe memorat, & ex lectione actuum 19. deprehendit Epheſios confeſſos fuiſſe Paulo peccata. Sed in ſequētibus huiuſce inſtitutionis ratio clarior reddetur. Itaque modus confitendi ſacramentaliter inſinuatur apud antiquos talis ex epiſtola CLEMENTIS I. prima ad Iacobum fratrem Domini, vbi refert nouiſſima Petri verba. *Quod ſi forte* (ait) *alicuius cor, vel liuor, vel infidelitas, vel aliquod malum ex his quæ ſuperius memorauimus latenter irrepſerint, nō erubeſcat, qui animæ ſuæ curam gerit, hæc confiteri huic qui præeſt, vt ab ipſo per verbum Dei, & conſilium ſalubre curetur, quò poſſit integra fide & operibus bonis, pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuæ vitæ præmia peruenire.*

D

E

Guilielmus Lindanus Epiſcopus Ruremondenſis.

Clemens I.

A

Item ex eadem epiſtola, *Inſtruebat Petrus actus vitæ ſuæ omni hora cuſtodire, & in omni loco Deum reſpicere, firmiter ſcire, cogitationes malas cordi ſuo aduenientes mox ad Chriſtum alidere, & ſacerdotibus Domini manifeſtare, &c.* Confeſſio quoque ſacramentalis elicitur ex epiſtola DIONYSII AREOPAGITÆ ad Demophilum monachum. vbi ſic eum alloquitur: *Tu verò vt tuæ literæ indicant, procidentem ſacerdotem, ſacerdos, impium (vt ais) atque peccatori neſcio quo pacto contra diſciplinæ ordinem aſtans calce abiecisti ac repuliſti. Cum ille quidem verecunde (quod oportuit) fateretur ſe ad peccatorum remedia quærenda veniſſe, neque exhorruiſti inſuper & ſacerdotem optimum lacerare conuiciis, miſerabilem eum dicens, qui pœnitentem atque impium iuſtificaſſet, &c.* Eiuſdem ſacramentalis cōfeſſionis ſub nomine Exomologeſis, quæ apud veteres in vſu fuit, meminit TERTVLLIANVS CARTHAOENANSIS ad calcem libri de Patientia, dum patientiam commendans, ait, eam patientiam expectare exomologeſin aſſignare, &c. Et lib. 2. contra Marcionē non longè à fine, dum illud interpretatur Adam vbi es &c. *Interrogat* (ait) *Deus quaſi incertus, vt & hinc liberi arbitrij probans hominem in cauſa aut negationis aut confeſſionis, vt daret ei locum ſponte confitendi delictum.* Sed quoniam hoc non de confeſſione auriculari dicet quiſpiam non intelligi. IDEM libro de Pœnitentia inter cætera multa, quæ de Exumologeſi tractat, ſic dicit, vbi filij prodigi exemplum propoſuit: *Reuelat* (ait) *confeſſio delictum, & diſſimulatio exaggerat. Confeſſio enim ſatisfactionis conſilium eſt, diſſimulatio contumacia. Huius igitur pœnitentiæ ſecundæ & vnius quāto in arcto negotium eſt, tanto operoſior probatio, vt non ſola conſcientia præferatur, ſed aliquo etiam actu adminiſtretur. Is actus qui magis Græco vocabulo exprimitur & frequentatur exomologeſis eſt, qua delictum Domino noſtrum confitemur, non quidem vt ignaro, ſed quatenus ſatisfactio confeſſione diſponitur, confeſſione pœnitentia naſcitur, pœnitentia Deus mitigatur. Itaque exomologeſis proſternendi & humilificandi hominis diſciplina eſt, conuerſationem iniungens miſericordiæ illicem. De ipſo quoque habitu ac victu mandat, ſacco & cineri incubare corpus, ſordibus obſcurare, animum mœroribus deijcere, illa quæ peccauit triſti mactatione mutare. Cæterùm paſtum & potum pura noſſe, non ventris ſcilicet, ſed animæ cauſa. Plerumq; verò ieiuniis preces alere, ingemiſcere, lachrymari, & mugire dies noctesq; ad Dominum Deum tuum. Preſbyteris aduolui, & aris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis ſuæ iniungere.* Et paulò infrà: *Ergo cum te ad fratrū genua protendis, Chriſtum contrectas, Chriſtū exoras. Æquè illi cum ſuper te lachrymas agunt Chriſtus patitur, Chriſtus patrem deprecatur, facilè impetratur ſemper quod filius poſtulat. Grāde planè eſt emolumētum, verecundiæ omniū occultatio delicti. Videlicet ſi quid humanæ notitiæ ſubduxerimus proinde ad Deū celabimus. Adeòne exiſtimatio hominum & Dei, cōſcientia cōparantur? An melius eſt dānatum latere, quam palàm abſolui? Miſerum eſt ſic ad exomologeſin peruenire. Malo enim ad miſeriā peruenitur: ſed vbi pœnitendū eſt, deſinit miſerū, quia factum eſt ſalutare.* Et ad calcē ſubdit: *Peccator reſtituendæ ſibi inſtitutā à Domino exomologeſin ſciēs præteribis il-*

B

C

D

E

Dionyſius Areopagita

Non eſt dubiū quòd hic contineretur peccata qui fecerat peccator famoſus, lege quod ſequitur.

Tertullianus Carthaginenſ.

Quod de ſacramentali confeſſione & auriculari hæc debent intelligi Beatus Rhenanus, in cōmentariis in hunc locum, declarat.

Hi actus pœnitentis.

Hæc notanda.

lam,

A

lam, qua Babylonium Regem in regna reſtituit, &c. Porrò prætermiſimus adhuc, quod IDEM libro de Baptiſmo ad calcem ait, *Ingreſſuros* (ait) *baptiſmum orationibus, crebris ieiuniis, & geniculationibus, & peruigiliis orare oportet, & cum confeſſione omnium retro delictorum: vt exponat etiam baptiſmum Ioannis. Tingebantur, ait, confitentes delicta ſua.* Hinc & confeſſionis ſacramentalis meminit multis in locis

Marci 1.

Origines Adamantius.

ORIGENES ADAMANTIVS homilia ſecunda in Leuiticum. *Eſt dura* (ait) *& laborioſa via*

Quid manifeſtum?

per pœnitentiam remiſſio peccatorum: cùm lauat peccator in lachrymis ſtratum ſuum, & ſunt ei lachrymæ panes die ac nocte, & cum non erubeſcit ſacerdoti Domini indicare peccatum ſuum, &c. Et homilia 8. in

B

eundem librum, *Omnis purificatio peccatorum etiam hæc, qua per pœnitentiam quæritur, illius ope indiget, de cuius latere aqua proceſſit & ſanguis.* Et infrà: *Cuiuſuis* (inquit) *generis peccata pronũcianda ſunt, & in publicum proferenda, cuncta quæ gerimus, ſi quid in occulto ſi in ſermone, vel etiam inter cogitationum ſecreta commiſimus, cuncta neceſſe eſt publicari, cuncta proferri, &c.* Hinc etiam

Cyprianus Carthaginenſis.

CYPRIANVS CARTHAGINENSIS lib.3. Epiſtolarum, epiſt.14. ad presbyteros & diaconos de his, qui ſine præcedenti confeſſione peccatorum, Euchariſtiam præſumebant ſumere loquitur, & epiſt.15. conſequenter ad martyres & confeſſores ſic loquitur, *Illi* (ait) *contra Euangelij legem veſtram quoque honorificam petitionem, ante actam pœnitentiam ante exomologeſim grauiſſimi atque extremi delicti factam, ante manum ab Epiſcopo & clero in pœnitentiam impoſitam, offerre pro illis & Euchariſtiam dare, id eſt, ſanctum Domini corpus profanare audeant, &c.* Vide

C

eundem & lib.4. epiſt.7. ad Magnum. IDEM & libro de Lapſis, non longè à fine: *Confiteantur* (ait) *ſinguli, quæſo vos fratres, delictum ſuum dum adhuc, qui deliquit, in ſeculo eſt, dum admitti confeſſio eius poteſt, dum ſatisfactio & remiſſio facta per ſacerdotes, apud Dominum grata eſt.* Et

Euſebius Cæſarienſis.

EVSEBIVS CÆSARIENSIS lib.6. cap.25. mentionem facit confeſſionis ſacramentalis, dum refert quod Philippus Imperator non eſt permiſſus in die Paſchæ communicare myſteriis, niſi priùs confiteretur peccata ſua. Simile quid

D

Gratianus Imperator.

GRATIANVM IMPERATOREM Valentiniani filium hiſtorici prodũt, & nouiſſimè recenſet Antonius Gueuarus, Horologij Principum, cap.26. egiſſe. Nam

Acta deuoti Principis.

cùm feroces Galli & Germani ei indicerent bellum, cum ſummo apparatu ſtantes, vt contra eum dimicarent, antequam prælium ingrederetur, cum paruo quidem ſuo exercitu, omnes ſuos monuit peccata confiteri, & percipere ſacroſancta myſteria corporis Chriſti, quo facto victoriam reportauit. Porrò

Baſilius Magnus.

BASILIVS MAGNVS in regula Monachorum cap.21. *Neceſſarium* (inquit) *videtur, his quibus diſpenſatio myſteriorum Dei commiſſa eſt, confitenda eſſe peccata. Sic enim & hi, qui*

E

antiquitus pœnitebant, inueniuntur apud ſanctos confeſſi eſſe peccata ſua. Et cap.98. *Omnino* (ait) *in peccatorum confeſſione eadem ratio eſt, quæ etiam in apertione vitiorum corporis. Vt igitur vitia corporis nequaquam quibuſuis temerè homines aperiant, ſed his tantummodo qui rationem, qua ea curanda ſunt tenent, eodem modo etiam peccatorũ confeſſio fieri debet apud eos videlicet, qui ea poſſint curare, &c.* Et

Ioannes Chryſoſtomus.

IOAN CHRYSOSTOMVS in Geneſio homil.20. cum

Geneſ. 4.

expoſuit illud, ſepties vltio dabitur de Cain, &c. *Iam qui hoc fecit, ſi voluerit, vt decet, vti conſcientiæ adiumento & ad confeſſionem facinorum feſtinare, & medico oſtendere vlcus, qui curet & non exprobret, at-*

A

que ab illo remedia accipere, & ſoli ei loqui nullo alio conſcio, & omnia dicere cum diligẽtia, facile ſua peccata emendabit. Confeſſio enim peccatorum etiam eſt abolitio delictorum. IDEM in opere 2. in Mattheũ

Matth.10.

homil.25 exponens illud qui negauerit me coram hominibus, &c. *Radix* (inquit) *confeſſionis fides eſt cordis. Confeſſio autẽ fructus eſt fidei. Sicut ergo quandiu radix eſt viua, neceſſe eſt vt aut ramos producat, aut folia. Si autem non produxerit, ſine dubio intelligis, quod radix eius in terra ſiccata eſt. Sic quandiu fides cordis integra eſt, ſemper germinat confeſſionem in ore, ſi autem confeſſio non fuerit oris, intellige ſine dubio quia fides cordis eius iam antè ſiccata eſt.* IDEM

B

tomo primo, homilia de cõfeſſione in illud. Confitemini Domini quoniam bonus, *Quid horres fateri quod libenter ac properè commiſiſti? Cur confunderis dicere, quod non confuſus es perpetrare? Peius eſt confiteri nolle, quam legem Dei contemnere. Et quamuis peccandi cauſa grauior videatur: lenior tamen frequenter exiſtit, dum confeſſione abſoluitur, aut contumacia debito mortis expungitur.* IDEM apertiùs

Agnitio peccati delet peccatum.

concione 4. de Lazaro, tomo 2. *Si hucuſque fuerimus negligentes, iniquitatem in opus progreſſam, mox occidamus per confeſſionem, per lachrymas, per propriorum admiſſorum accuſationem. Nihil enim tam exitiale peccato, quam peccati accuſatio cõdemnatioq́; cum pœnitudine lachrymisq́; coniuncta. Condemnaſti*

Pſalm. 41.

C

tuum peccatum? depoſuiſti ſarcinam. Quis hæc dicit? Ipſe iudex Deus. Dic tu peccata tua prior, vt iuſtificeris. Cur igitur, te quæſo, pudeſcis & erubeſcis dicere peccata tua? Caue enim homini dixeris: Ne tibi opprobret. Neque enim conſeruo confiteris, vt in publicum proferat, ſed ei qui Dominus eſt, &c. Lege, confeſſio non reuelanda. Porrò hîc nota, bone lector,

* vide confeſſionem auricularem, & lege quod ſequitur.

quia Chryſoſtomus hoc loco, & adhuc homil.2. in Pſalm. 50. videtur confeſſionem auricularem excludere, quæ haud dubiè ſuo tempore fiebat.

Occupatio contra Caluiniſtas.

Neque enim hoc diceret, niſi fieret. Sed hæc dicuntur à Chryſoſtomo de publica confeſſione, quam presbyter ei imponebat, qui quippiam flagitij etiam in aurem ſacerdotis fuiſſet confeſſus: quam priùs abrogauit Nectarius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, & non auricularem, vt fingunt

D

moderni hæretici. Lege

Sozomenus Salaminius.

SOZOMENVM SALAMINIVM lib.7. Hiſtoriæ eius, cap.16. & Guilielmum Lindanum, lib.4. Panopliæ Euangelicæ, cap.65. & cæteros, de qua etiam confeſſione abolita ſtatim agemus, cum ad tempora Ambroſij deuenerimus. Porrò de confeſſione ſacramentali etiam vetuſtus author & celebris

Cyrillus Alexandrinus

CYRILLVS ALEXANDRINVS lib.12. in Ioannem, cap.56. *Non abſurdum eſt, peccata remitti poſſe ab illis, qui Spiritum ſanctum in ſeipſis habeant (& quod, niſi praua confeſſione didicerint:) nam cum ipſi remittunt, aut detinent, ſpiritus qui habitat in eos, per eos remittit & detinet. Erit autem id per eos duobus, vt arbi-*

E

tror, modis: primùm baptiſmo deinde pœnitentia, &c. Hinc etiam beatus

Hilarius Pictauienſis.

Confeſſio in hac vita, facienda.

HILARIVS PICTAVIENSIS in Pſalm.71. *Non confeſſio peccatorum, niſi in huius ſeculi tempore eſt, dum voluntati ſuæ vnuſquiſque permiſſus eſt, & per vitæ licentiã habet confeſſionis arbitrium. Decidentes namque de vita, ſimul & de iure decidunt voluntatis. Tunc enim ex merito præteritæ voluntatis, lex iam conſtituta, aut quietis, aut pœnæ excidentiũ ex corpore ſuſcepit voluntatem, &c.*

Cyrillus Hieroſolymitanus

CYRIL. HIEROSOLYM. Catech.1. Illuminat. Hieroſol. formã præſcribit faciẽdi confeſſionẽ in tempore quadrageſimæ, & Catech.3. docet quomodo præcederet olim baptiſmũ, vt ex Tertulliano ſuperiùs oſtendimus. De eius autẽ efficacia Catech.2. agit.

Euſebius Emiſſenus.

Hieronymus Stridonenſis.

A Meminit & EVSEBIVS EMISSENVS homilia prima, de initio quadrageſimæ, ſed & glorioſus Eccleſiæ Doctor & lumen HIERONYMVS STRIDONENSIS, exponens illud Eccleſiaſt. cap. 10. Si momorderit ſerpẽs in ſilentio, &c. *Si quem ſerpens diabolus* (ait) *occulte momorderit, & nemine eum conſcio peccati veneno infecerit, ſi tacuerit qui percuſſus eſt, & non egerit pœnitentiam, nec vulnus ſuum fratri & magiſtro voluerit confiteri, magiſter qui linguam habet ad curandum, facilè ei prodeſſe non poterit. Si enim erubeſcat ægrotus, vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina non curat, &c.* IDEM in Pſalm. 37. *Vide quid nos edoceat ſcriptura diuina, quia non oportet peccatum celare intrinſecus.* B *Si autem ipſe ſui accuſator fiat, dum accuſat ſemetipſum & confitetur, ſimul euomuit & delictum, atque omnem morbi digerit cauſam, &c.* AMBROSIVS MEDIOLANENSIS lib. 3. de Pœnitentia, cap. 2. *Nouatiani cum negant ſacerdotes habere poteſtatem ligandi & ſoluendi peccata, aiunt ſe Domino deferre reuerentiam, cui ſoli remittendorum criminum poteſtatem reſeruant. Imo nulli maiorem iniuriam faciunt, quàm qui eius volunt mandata reſcindere, commiſſum munus confundere, &c.* Et lib. 2. cap. 6. *Soluit* (ait) *criminum nexus verecunda confeſſio peccatorum, &c.* IDEM in exhortatione ad pœnitentiam, ad calcem librorum & Pœnitentia. *Non ſolùm* (ait) *poſt pœnitentiam ab illis vitiis homo* C *obſeruare ſe debet, ſed & ante pœnitentiam dum ſanus eſt, quia neſcit ſi poſſit ipſam pœnitentiam accipere, & confiteri Deo & ſacerdoti peccata ſua, &c.* Porrò NICEPHORVS CALLISTVS lib. 12. cap. 28. ex Sozomeno ſuperiùs allegato lib. 7. cap. 16. Narrat hoc tempore, quòd Nectarius Epiſcopus Conſtantinopolitanus primus omnium preſbytero, quia multo tempore in Eccleſiis pœnitentibus præerat, dignitatẽ abrogauit, quem etiã ferè Oriẽtales Epiſcopi omnes ſecuti ſunt. Quid verò id ſit, & vnde initium ſumpſerit, & quam ob cauſam tum eſſe deſierit alij alia memoriæ prodiderunt. Libentiſſimè quidem totum Nicephori caput hic ponerem, quia maximè confirmat an- D tiquam confitendi ſacramentaliter traditionem, vt nihil ſit liquidius: verum prolixum eſt, & habetur in manibus obſecro, te lector, ne pigeat perlegere. IDEM etiam lib. 11. cap. 34. mira narrat de ſanctis monachis, vbi eos dicit ſecretè ſuis præpoſitis confiteri, antequam ad Euchariſtiam accederent: quod confirmat etiam & IOANNES CASSIANVS in collationibus Patrum, collatione 20. de fine Pœnitentiæ & ſatisfactionis iudicio & collatione 2. cap. 11. vbi Serapion peccatum & furtum confeſſus eſt. Lege locum & alibi. Hinc & PACIANVS BARCILONENSIS (floruit ſub Theodoſio, vt ait Hieronymus in Catalogo Eccleſiaſticorum virorum & ſcriptorum) E in Parænesi ad pœnitentiam, ſic ſuos exhortatur: *Vos ergo primum appello fratres* (inquit) *qui criminibus admiſſis pœnitentiam recuſatis. Vos, inquam, poſt impudentiam timidos, poſt peccata verecũdos, qui peccare non erubeſcitis, & erubeſcitis confiteri. Ecce iterum Apoſtolus ad ſacerdotem manus citò nulli impoſueris, nec communices peccatis alienis. Quid facies, tu qui decipis ſacerdotem? Qui aut ignorantem fallis, aut non ad plenum ſcientem, probandi difficultate confundis? Rogo vos fratres etiam pro periculo meo, per illum Dominum quem occulta non fallunt, deſinite vulneratam tegere conſcientiam: prudentes ægri medicos non verentur, ne in occultis quidem corporis partibus etiam ſecaturos, etiam perusturos meminimus quoſ-*

Nouatiani ſunt igitur Caluiniſtæ, quia eadem dicunt.

Nicephorus Calliſtus.

Vide quia erãt olim in Eccleſiis Catholicis Presbite i Pœnitentiarij.

Ioannes Caſſianus.

Paſſianus Barcilonenſis Epiſcopus.

A *dam etiam remota, & verecunda membrorum non erubeſcentes ferro & cauterio, & grauiſſima illa pulueris mordacitate durâſſe, &c.* Porrò de confeſſione ſacramentali AVGVSTINVS HIPPONENSIS infinitis in locis, & ſpecialiter libro de falſa & vera Pœnitentia, cap. 10. & allegatur à Gratiano de pœnitentia diſtinct. 6. cap. Qui vult. *Qui confiteri* (ait) *vult peccata, vt inueniat gratiam, quærat ſacerdotem, ſcientem ligare & ſoluere, ne cum negligens circa ſe exſtiterit, negligatur ab illo qui eum miſericorditer monet, & petit ne ambo in foueam cadant, quam ſtultus euitare noluit.* Et infrà: *Qui confitetur, omnino ſacerdoti meliori quàm poteſt confiteatur, & ſi peccatum occultum eſt, ſufficit referre* B *in notitiam ſacerdotis, vt grata ſit oblatio muneris.* Qualis autem debeat eſſe ſacerdos eodem libro pandit, cap. 20. nec aliud in toto eo libro agit, quàm tractare de confeſſione auriculari. IDEM libro de Viſitatione infirmorum 2. cap. 5. *Heu cur erubeſcis confiteri quod fecĭſti nequaquam erubuiſti? Melius eſt coram vno aliquantulum ruboris tolerare, quàm in die iudicij coram tot millibus hominum grauis repulſa denotatum tabeſcere.* Et cap. 4. eiuſdem lib. 2. *Sunt quidam qui ſufficere ſibi autumant, ſi ſoli Deo cui nihil eſt occultum, & quem nullius conſcientia latet ſua confiteantur crimina. Nolunt enim, aut erubeſcunt, ſiue dedignantur oſtendere ſuis ſacerdotibus, quos tamen inter lepram diſcernere, per legiſlato-* C *rem conſtituit Dominus. Sed nolo vt ipſa decipiaris opinione, quatenus confundaris confiteri coram Dei vicario, tabeſcens præ rubore, vel ceruicoſus præ dedignatione. Nam ipſius humiliter ſubeundum eſt iudicium, quem Deus ſibi non dedignatur eſſe vicarium. Ergo ad te venire roges ſacerdotem, & fac ipſum conſcientiarum tuarũ penitus participem. Non ſeducat illa te ſomniantium quæ in viſitando confirmat, quia ſaluat ſacerdotem inconſultò ad Deum peccatorum confeſſio. Nos autem non abnegamus, quin ſit ad Deum frequenter deferenda peccatorum confeſſio. Beatus enim qui tenebit & allidet paruulos, vel maximos ſuos, ad petram. Petra autem Chriſtus eſt: ſed deteſtamur & deteſtatur illud ſacra doctrina: Vade* (inquit) D *& oſtende te ſacerdotibus. & reſponſum eſt diuinum, Confitemini alterutrum peccata veſtra, &c.* Hinc meminit confeſſionis ſacerdotalis VICTOR VTICENSIS lib. 2. de perſecutione Vandalorum, vbi deuotum populum concurrentem ad ſanctos ſacerdotes & Epiſcopos qui in exilium portabantur ſic alloquentem ſcribit: *Quibus nos miſeros relinquitis, dum pergitis ad coronas, qui hos baptizaturi ſunt paruulos fontibus aquæ perennis? qui nobis pœnitentiæ munus collaturi ſunt, & reconciliationis indulgentia obſtrictos vinculis peccatorum ſoluturi? Quia vobis dictum eſt: Quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis, &c.* Et CASSIODORVS SENATOR lib. 9. Tripartitæ E hiſtoriæ capite trigeſimoquinto: *Quoniam omnino non peccare, diuinum & vltra humanam naturam eſſe cognoſcitur, peccantibus autem, & pœnitentiam agentibus veniam Deus dari præcepit, qui verò confiteri refugiunt, maius peccatorum onus acquirunt. Propterea viſum eſt antiquis Pontificibus, vt velut in theatro ſub teſtimonio Eccleſiaſtici populi delicta pandantur. Et ad hanc rem presbyterum bonæ conuerſationis, ſeruantemque ſecretum, ac ſapientem virum ſtatuerunt, ad quem accedentes hi qui deliquerant, delicta propria fatebantur. At ille ſecundum vniuſcuiuſque culpam indicebat & mulctam, &c.* Hinc quoque de confeſſione auriculari ſic ſcribit LEO I. epiſtola 78. ad Epiſcopos Campaniæ Samnij & Piceni

Auguſtinus Hipponenſis.

Tales ſunt Caluiniſtæ.

Nouatianos intelligit & nos Caluiniſtas.

Luc. 17. Iacob 5.

Victor Vticenſis Epiſcop.

Caſſiodorus Senator.

Leo I.

cap. 2.

cap. 2. & allegatur à Gratiano de Pœnitentia di-
ſtinct. 1. cap. Quamuis & Sufficit. *Illam (ait) contra
Apoſtolicam regulam præſumptionem, quam nuper
agnoui à quibuſdam illicita vſurpatione committi,
modis omnibus conſtituo ſubmoueri (de pœnitentia vi-*

De hac ſuperius ex Nicephoro reliquimus conſulendum.

*delicet quæ ita à fidelibus poſtulatur) ne de ſingulorum
peccatorum genere, libellis ſcripta profeſſio publicè reci-
tetur, cùm reatus conſcientiarum ſufficiat ſolis ſacerdo-
tibus indicari confeſſione ſecreta. Quamuis enim plenitudo
fidei videatur eſſe laudabilis, quæ propter Dei ti-
morem apud homines erubeſcere non veretur, tamen
quia non omnium huiuſmodi ſunt peccata, vt ea quæ
pœnitentiam poſſunt, non timeant publicare, remoueā-
tur tam improbabilis conſuetudinis facta, ne multi à
pœnitentia remediis arceantur, dum aut erubeſcant,
aut metuunt inimicis ſuis facta ſua referant: quibus poſ-
ſunt legum conſtitutione percelli. Sufficit enim illa con-
feſſio quæ primum Deo offertur, tunc etiam ſacerdoti,
qui pro delictis pœnitentiam precator accedit, tunc
enim demum plures ad pœnitentiam poterunt prouo-
cari, ſi populi auribus non publicetur conſcientia confi-
tentes.* Hinc quoque de confeſſione ſacramentali

Theophylactus Bulgariæ.

ſic ante THEOPHILACTVS BVLGARIAE
Epiſcopus in cap. 7. Marci, exponens illud, exiens
Ieſus de finibus Tyri, &c. *Peccatores itaque cum ſi-
mus, canes nominamur immunditia pleni, propter quod
& indigni ſumus, qui accipiamus panem Dei, hoc eſt,
communicemus immaculatis myſteriis. Quod ſi per hu-
militatem noſmetipſos agnouerimus, & confeſſi fueri-
mus nos eſſe canes, enarrauerimuſque peccata noſtra,
tunc ſanabitur filia noſtra, hoc eſt opus diabolicum, &c.*

Gregorius 1.

Hinc etiam GREGORIVS I. libro 11. mora-
lium. cap. 18. & libro 8. cap. 15. in 7. caput Iob dom
illud interpretatur, loquar in tribulatione ſpiritus
mei. *Tribulatio quippe ſpiritus linguam commouet, vt
reatum praui operis vox compunctionis impugnet.
Sciendum quoque eſt, quia ſæpe & reprobi peccata
confitentur, ſed deflere contemnunt: Electi autem culpas
ſuas, quas vocibus confeſſionis aperiunt, diſtrictè ani-
maduerſionis fletibus inſequuntur.* Lege eundem
libro 22 in 31. caput Iob. cap 13 & alibi. Sed &

Beda Venerabilis.

BEDA VENERABILIS exponens illud Iaco-
bi 5. confitemini alterutrum peccata veſtra *In hac
(ait) ſententia illa debet eſſe diſcretio, vt quotidiana le-
uiaque peccata alterutrum coæqualibus confiteamur,*

Iacobi 5.

*eorumque quotidiana credamus oratione ſaluari. Porrò
grauioris lepræ immunditiam, iuxta legem ſacerdoti
pandamus, atque ad eius arbitrium qualiter & quanto
tempore iuſſerit, purificari curemus.* Huius eſt & ſen-

Hugo S. Victoris.

tentiæ HVGO S. VICTORIS lib. . de ſacra-
mentis parte 14. capite 1. *Quid eſt (ait) Confitemini
alterutrum?* Huic quæſtioni mox reſpondet. *Non
ſolùm homo Deo (ait) ſed inter vos alter alteri, homines
hominibus, oues Paſtoribus, ſubiecti prælatis: hi qui pec-
cata habent, his qui peccata dimittere poteſtatem ha-
bent. Et certè communis hoc loquendi mos obtinet, vt
dicatur aliquando ab Epiſcopo, ſiue eius vicario, con-
fitere cui vis. Quæ tamen verba non ita accipiantur,
quaſi non ſacerdotibus etiam confitendi poteſtas per-
miſſa ſit, verum illud concedi verbis his videtur, vt non
proprio ſacerdoti, cui iure tenetur: verùm cuicunque
alij, modò ſacerdoti, confiteri poſſit:* Et BARNAR-

Bernardus Clareuallenſis.

DVS CLAREVALLENSIS multis in locis
confeſſionis ſacramentalis meminit. & ſpecialiter
in libro ad milites templi cap. 12. de Bethphage:
*Quid de Bethphage (inquit) dicam viculo ſacerdo-
tum, quam pene præterieram, vbi &, confeſſionis ſacra-
mentum, & ſacerdotalis miniſterij myſterium conti-
netur? &c.* Lege totum caput Lege etiam eundem
ſermone 16. in cantica, de cordis contritione, & de

A tribus ſpeciebus veræ confeſſionis vbi multa &
pulchra luſtrabis. Verùm huc vſque proceſſimus,
vt ab exordio normam confeſſionis auricularis,
contra blaſphemantes Caluiniſtas, oſtenderemus.
Ideò ad cætera progrediamur ſic Concilium CA-
BILONENSE I. ſub Eugenio 1. meminit con-
feſſionis Sacramentalis. Cano. 8. *De pœnitentia
(ait) peccatorū, quæ eſt medela animæ, vtilem omnibus
hominibus eſſe cenſemus, à ſacerdotibus facta confeſſio-
ne indicatur pœnitentia, vniuerſitas ſacerdotum noſci-
tur conſentire.* Hinc quoque Concilium FRANCI-
CVM ſub Bonifacio Moguntinenſi, tempore Za-
chariæ 1. celebratum. *Vnuſquiſque (inquit) præfectus,
vnum Preſbyterum ſecum habeat, qui hominibus pec-*
B *cata confitentibus, indicare & indicere pœnitentiam
poſſit.* Quomodo autem & cui facienda ſit confeſ-
ſio, oro, lege in conſequentibus diſtinctionibus,
quia huic loco non ita aptè conuenire viſa ſunt
iſta. Multa quippe, & quæ antiquiora ſunt, in ſe-
quentibus poſuimus, vt ſatisfaceremus lectoris
vſui. Itaque multa prætereuntes, quæ infrà ſuis lo-
cis dicentur, tranſimus ad Concilium SENO-
NENSE, plura etiam dictura in vocabulo, pœni-
tentia dum de eius partibus agemus, cuius eſt pars
& confeſſio. Nec te (lector bone) tædeat omnia
perſcrutari. Igitur præfatum concilium omnia
quæ ſuperius iam protulimus, breui compendio
perſtringens. ſic decreto 10. loquitur: *Vt vetuſtiſ-*
C *ſimum illud (ait) ita veriſſimum. Qui abſcondit ſcelera
ſua, non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit & reliquer-
ris ea, miſericordiam conſequetur. Neque ſatis fuerit,
de peccatis conteri, & ea apud ſeſe Deo confiteri, niſi
ſacerdoti quoque ſacramentali confeſſione detegantur.
Ea quippe nec humanum, nec recens inuentum eſſe
poteſt, quæ tot & tantis fuerit ſcripturarum oracu-
lis. Ad hanc enim præter multas Moſaica legis figu-
ras, propius manu duxiſſe videtur, primùm, ille Chriſti
præcurſor, à quo qui baptizabantur, confitebantur pec-
cata ſua. Tum Chriſtus ipſe dum ſuſcitatum Lazarum
ab Apoſtolis ſolui iubet: Et ei, quem à lepra curauerat,
præcipit vt ſeſe ſacerdotibus oſtendat. Ac tum demum
huiuſcemodi confeſſionem inſtituit, & præcepit, cum*
D *poſtquam in Apoſtolos inſufflaſſet. Accipite, inquit,
Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remit-
tuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Nam
quomodo remitteret, quæ ſibi cognita nō fuerint? Aut quo
pacto iudex eorum eſſe poterit, quæ prorſus ignota ſint?
Oportet itaque quem antiquus ille ſerpens* (ſunt verba
Hieronymi ſuprà allegata) *occultè momorderit, ab-
ſtruſiſſimum quodque vulnus medico detegere, omnem
indigeſtum & virulentum humorem (& ſi ſtomacho
mentis altius inſederit) euomere. Pudorem in ſatisfactio
nis partem de ſingulo quouis errato pati, ne dum occul-
tis peccatorum vinculis ſe ſe teneri diſſimulat, horren-
da tandem ſub omnium oculis æterna damnationis la-
queo conſtringatur. Proinde ſtatim ab ipſis naſcentis*
E *Eccleſiæ incunabilis, ſacer iſte confitendi ritus, ne dum
de exterioribus tantùm inoleuit, vt tum ex Iacob 5. tam
ex Diui Dionyſij * Alexandri vrbani & Cypriani*
(vide pœnitentia & ſuprà) *ſcriptis manifeſtum eua-
dit. Rectè igitur hanc exomologeſis legem à Chriſto
inſtitutam per Apoſtolos ad nos vſque deductam, &
ab vniuerſali Eccleſia inuiolabiliter obſeruatam à cun-
ctis Chriſti fidelibus ſectandam eſſe, & contrauenien-
tes authoritate Concilij* CONSTANTIENSIS *&
aliorum complurium* (vide infrà) *damnatos declara-
mus.* Eadem omnino intulit & Concilium MO-
GVNTINVM IV. cap. 22. de confeſſione item
ſacramentali egimus in dictione, pœnitentia, quia
huic loco non omnino congruebant. Verumta-

Concilium Cabilonenſe 1. ſub Eugenio 1. vide & Cabilonenſes & reliqua.

Concilium Francicum in Francia celebratū ſub Carlomanno principe, a Bonifacio Moguntinenſi Archiepiſcopo legato Apoſtolicæ ſedis, & Martyre.

Obſecro, lector, etiam lege diſtinctiones quæ infrà ſequuntur.

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato Cancella io, Cardinali, legato, Archiepiſcopo.

Prouerb 28.

Iterū probatur Cōfeſſionis ſacramētalis authoritas è ſcripturis. Nec te pigeat iterū legere, ſicut nos non tæduit hic aſcribere.

Matth 3.

Ioannis 11.

Matth 8.

Ioan. 20.

Hic Patres in vnū colligunt ea quæ ex antiquis patribus ſuperioribus allata ſunt, vt facile poteſt colligere

De Alexandro & Vrbano lege Cōfeſſio, Publica.

Concilium Conſtantienſe eius decreta vide infrà, & in vocabulo Pœnitentia.

Concilium Moguntinum 4. ſub . . . Archiepiſcop

Concilium Tridentinũ generale nouiſſimum.

men etiam hic anneƈtere libuit, quæ ſelegimus ex generali Concilio TRIDENTINO ſeſſione 14. quę fuit 4. ſub Iulio 3. cap 5. Reſiduum vide, pœnitentia & abſolutio. *Ex inſtitutione* (ait) *ſacramenti pœnitentiæ iam explicata, vniuerſa Eccleſia ſemper intellexit, inſtitutam etiam eſſe à Domino integram peccatorum confeſſionem, & omnibus poſt baptiſmum lapſis iure diuino neceſſariam exiſtere.* (vide & Lapſus, atque iuſtificatio) *Quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus è terris aſcenſurus ad cœlos, ſacerdotes ſui ipſius vicarios reliquit, tanquam præſides & iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Chriſti fideles ceciderint, quò pro poteſtate clauium remiſſionis aut retentionis peccatorum ſententiam pronuncient. Conſtat enim ſacerdotes iudicium hoc incognita cauſa exercere non potuiſſe, neque æquitatem quidem illos in pœnis iniungendis ſeruare potuiſſe, ſi in genere dumtaxat, & non potius in ſpecie, ac ſigillatim ſua ipſi peccata declaraſſent. Ex his colligitur oportere, à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum poſt diligentem ſui diſcuſſionem conſcientiam habent, in confeſſione recenſeri, etiam ſi occultiſſima illa ſint & tantum aduerſus duo vltima decalogi præcepta commiſſa, nonnunquam animum grauius ſauciant, & perículoſiora ſunt his, quæ manifeſtò admittuntur. Nam venialia quibus à gratia Dei non excludimur, & in quæ frequentius labimur, quanquam rectè & vtiliter, citràque omnem præſumptionem in confeſſione dicantur, quod piorum hominum vſus demonſtrat, taceri tamen citra culpam, multiſque aliis remediis expiari poſſunt. Verùm cùm vniuerſa mortalia peccata, etiam cogitationes homines iræ filios & Dei inimicos reddant, neceſſum eſt omnium etiam veniam cum aperta & verecunda confeſſione à Deo quærere. Itaque dum omnia quæ memoriæ occurrunt peccata Chriſti fideles confiteri ſtudent, procul dubio omnia diuinæ miſericordiæ ignoſcenda exponunt. Qui verò ſecus faciunt, & ſcienter aliqua retinent, nihil diuinæ bonitati per ſacerdotem remittendum proponunt. Si enim erubeſcat ægrotus vulnus medico detegere, quod ignorat, medicina non curat. Colligitur præterea etiam eas circunſtantias in confeſſione explicandas eſſe quæ ſpeciem peccati mutant, quod ſine illis peccata ipſa, neque à pœnitentibus integrè exponantur, nec iudicibus innoteſcant, & fieri nequeat, vt de grauitate criminum rectè cenſere poſſint, & pœnam quam oportet pro illis pœnitentibus imponere. Vnde alienum à ratione eſt docere, circunſtantias has ab hominibus otioſis excogitatas fuiſſe, aut vnam tantùm circunſtantiam confitendam eſſe, nempe peccaſſe in fratrem. Sed & impium eſt, confeſſionem quæ hac ratione fieri præcipitur, impoſſibilem dicere, carnificinam illam conſcientiarum appellare. Conſtat enim in Eccleſia nihil à pœnitentibus aliud exigi, quàm vt, poſtquam quiſque diligentius ſe excuſſerit, & conſcientiæ ſuæ ſinus omnes & latebras explorauerit, ea peccata confiteatur, quibus ſe Dominum & Deum ſuum mortaliter offendiſſe meminerit, reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in vniuerſum eadem confeſſione concluſa eſſe, intelliguntur, pro quibus fideliter cum propheta dicimus, ab occultis meis munda me Domine. Ipſa verò huiuſmodi confeſſionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia grauis quidem videri poſſet niſi tot tantiſque commodis & conſolationibus releuaretur, quæ omnibus dignè ad hoc ſacramentum accedentibus per abſolutionem certiſſimè conferuntur. Cæterùm quoad modum confitendi ſecretò apud ſolum ſacerdotem, & ſi Chriſtus non vetuerit, quin aliquid in vindictam ſuorum ſcelerum & ſui humiliationem, cum ob aliorum exemplum, tum ob Eccleſiæ offenſæ ædificationem, delicta ſua publicè confiteri poſſit* (vide pœnitentia, & ſuprà) *non tamen hoc diuino præcepto mandatum, nec ſatis conſultè humana aliqua lege præciperetur, vt delicta præſertim ſecreta publica eſſent confeſſione aperienda, vnde cùm à ſanctiſſimis & antiquiſſimis patribus magno vnanimique conſenſu ſecreta confeſſio ſacramentalis, qua ab initio vt probatum eſt Eccleſia ſancta vſa eſt, & modo etiam vtitur fuerit ſemper commendata, manifeſtè refellitur illorum inanis calumnia, qui eam à diuino mandato alienam, & inuentum humanum eſſe, atque à patribus in Concilio Lateranenſi* (ſub Innocentio 3.) *congregatis initium habuiſſe docere non verentur. Nec enim per Lateranenſe Concilium Eccleſia ſtatuit vt Chriſti fideles confiterentur quod iure diuino neceſſarium & inſtitutum eſſe intellexerat, ſed vt præceptum confeſſionis ſaltem ſemel in anno ab omnibus & ſingulis cùm ad annos diſcretionis perueniſſent impleretur, vnde iam in vniuerſa Eccleſia, cum ingenti animarum fructu fidelium obſeruatur mos iſte ſalutaris confitendi, ſacro illo & maximè acceptabili tempore Quadrageſimæ, quem morem hæc ſancta ſynodus maximè probat & amplectitur, tanquam pium & meritò retinendum aliter credentes & hanc doctrinam improbantes, perpetuò damnat, & anathematizat.* Hanc quoque doctrinam confirmat Facultas LOVANIENSIS ſub Carolo 5. articulo 5. vide vocabulis, Pœnitentia, contritio, ſatisfactio. Abſolutio, Communio, Miſſa, Euchariſtia, &c. ſimilia, vbi de confeſſione tractatur.

Cur etiam venialia vtiliter in confeſſione peccata confiteamur.

Circunſtantiæ aggrauentes in cõfeſſione aperiendæ ſunt neceſſariò.

His blaſphemiis conuincuntur à patribus irretitus Beatus Rhenanus ex ſcholiis in librum Tertulliani de Pœnitentia, & alij quidam.

Pſal. 18.

Confeſſio publica, quæ antiquitùs fiebat. Vide ſuperius, & infrà, Pœnitentia.

Hoc falſiſſimũ eſſe, lector, deprehendes, ex lectura eorum, quę ſuperiùs allegauimus ab initio fidei noſtræ.

Facultas Louanienſis.

Confeſſio ſacramentalis quotannis indicitur Chriſtianis.] Oportet vt huius moris antiquitatem repetas, bone lector, vbi dicitur, communicare quoties per annum liceat, &c. quia ibi de confeſſione nonnulla inſerta ſunt. Sed & vt ex ſuperiùs allegato Concilio Tridentino ſententiam connectamus, ſic ſtatuit quod memorat Concilium LATERANENSE patrum 1215. ſub Innocentio 3. capite 21. & allegatur extra de pœnitentia & remiſſione cap. Omnis. *Omnis* (ait) *vtriuſque ſexus fidelis poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata confiteatur ſaltem ſemel in anno proprio ſacerdoti, & iniunctam ſibi pœnitentiam ſtudeat pro viribus adimplere, ſuſcipiens reuerenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ ſacramentum, niſi fortè de concilio proprij ſacerdotis ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab eius perceptione duxerit abſtinendum, alioquin & viuens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura. Vnde hoc ſalutare ſtatutum frequenter in Eccleſiis publicetur, ne quiſquam ignorantiæ cæcitate, velamen excuſationis aſſumat. Si quis autem alieno ſacerdoti voluerit iuſta de cauſa ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet & obtineat à proprio ſacerdote, cùm aliter ille ipſum non poſſit ſoluere vel ligare. Sacerdos autem ſit diſcretus, vt more periti medici, ſuperinfundat vinum & oleum vulneribus ſauciatis, diligenter inquirens & peccatoris circunſtantias & peccati, per quas prudenter intelligat, quale illi conſilium debeat exhibere, & cuiuſmodi remedium adhibere diuerſis experimentis vtendo ad ſanandum ægrotum.* Hoc decretum, quod etiam hic non totum continetur, ſed ſuis debitis locis inſeritur, allegat & iubet ſingulis Dominicis legi populo, Concilium AVGVSTANSE ſub Othone Cardinali cap. 19. potiſſimùm diebus Dominicis Quadrageſimæ. Renouauit autem illud & Concilium THOLOSANVM temp. S. Ludouici regis cap. 6. & 7. Eadem quoque de ſacra communione & confeſſione auriculari in tempore Paſchæ peragenda, PETRVS MARONITARVM Patriarcha in monaſterio

Satis colliges ex prędicto vocabulo Communicare, &c. quoties in anno confiterentur antiqui qui non communicabant niſi prius confiterentur, vt diximus.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. omnium genetaliſſimum.

Sacerdotis cõfeſſoris officiu.

Concilium Auguſtenſe.

Concilium Toloſanum nouiſſimè in lucem prodiit.

Petrus Maronitarum Patriarcha.

Concilium Ratiſponenſe.

Cambin in monte Libano apud ſuos obſeruari profeſſus in Concilio Lateranenſi ſub Leone 10. ſeſſione 11. ſed & Concilium RATISPONENSE ſub Laurentio Campegio capite 18. idem omnino iniungit confiteri ſcilicet & communicare in ſolemnitate Paſchæ ſub pœna priuationis Eccleſiaſticæ ſepulturæ, ſi moreretur homo ille. Idem & Concilium COLONIENSE III. cap. 20. partis 7. vbi Parochis inhibet aliquem ad Euchariſtiam admittere, quem non ſciuerit ſcelera ſua per confeſſionem ſacramentalem detegiſſe, & abſolutum eſſe. Porrò ſecundum prætactum Lateranenſe decretum COLONIENSE IV. AVGVSTENSE I. MOGVNTINENSE IV. cap. 28. mandant expreſſè, vt quicunque Chriſtiano nomine volunt cenſeri ſemel vt minimum in anno confiteantur & confeſſi ſacram accipiant communionem ſecundum Catholicæ Eccleſiæ ritum, ſub vna tantùm ſpecie. Quod ſi de eorum confeſſione probabilis eſt dubitatio, teſtimonium adferant quòd ibi ſint confeſſi & abſoluti, alioquin viuentes ab ingreſſu Eccleſiæ arceantur, & mortui Eccleſiaſtica careant ſepultura. Idem & Concilium TRIDENTINVM habet, vide Euchariſtia & communio, & communicare, loco ſuperiùs prænotato.

Concilium Ratiſponenſe

Concilium Colonienſe 3.

Concilium Colonienſe 4. Concilium Auguſtenſe. Concilium Moguntinū 4. ſub Sebaſtiano Archiepiſcop.

Concilium Tridentinū generale oecumenicum.

Confeſsio ſacramentalis non reuelanda.] Si te non tædeat (ô lector) quæ ſuperius ex ſanctis patribus pro confeſſione auriculari teſtimonia protulimus viſitare, ſæpius inuenies prohibitum, quod nunc proponimus, ita vt ſuperfluum ſit, ea iterum hic ponere. Præterea in vocabulo, crimen ſecretum non prodendum, etiam alia teſtimonia reperies. Quod autem deeſt hic, libenter communicandum duxi: Concilium CARTHAGINENSE VII. cano. 5. *Placuit, vt ſi quando Epiſcopus dicit, aliquem ſibi ſoli, proprium crimen fuiſſe confeſſum, atque ille neget, non putet ad iniuriam ſuam Epiſcopus pertinere, quod illi ſoli non creditur. Et ſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit neganti nolle communicare, quandiu excommunicato non communicauerit ſuus Epiſcopus, eidem Epiſcopo ab aliis non communicetur Epiſcopis, vt magis caueat Epiſcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis documentis conuincere non poteſt.* Idem Concilium AFRICANVM ſub Bonifacio 1. cano. 99. Idem ſtatuit de accuſatione, quæ faciliter fit, non certo probato crimine. Concilium VASENSE I. capite 7. vide, accuſatio non facilè fiat, &c. vt autem ea omnia teſtimonia patrum ſuperiùs prolatorum omittamus, ſic memoratum iam Concilium LATERANENSE ſub Innocentio 3. cap. 21. ad calcem decreti, quod ſuperioribus poſuimus dicit. *Caueat autem omnino ſacerdos, ne verbo, vel ſigno, vel alio quouis modo prodat aliquatenus peccatorem, ſed ſi prudentiori conſilio indiguerit, illud abſque vlla expreſſione perſonæ cautè requirat, quoniam, qui peccatum in pœnitentiali iudicio ſibi detectum præſumpſerit reuelare, non ſolùm à ſacerdotali officio deponendum decernimus verumetiam ad agendam pepetuam pœnitentiam, in arctum monaſterium detrudendum.* Hinc Concilium MOGVNTINVM IV. ſub Sebaſtiano eiuſdem vrbis Archiepiſcopo capite 29. *Magnam cautionem adhibere debent confeſſarij, de inuſitatis criminibus, præſertim à iunioribus inquirendo inexpertis, nouæ cupiditatis aut criminis ante non tentati occaſionem obiiciant* (vt iam dictum eſt ſuperiùs, confeſſor) *caueant etiam ne confitentis peccatum, ſermone vel ſigno, vel aliqua vlla ratione prodant. Sed ſi conſilio ſuper aliqua re, in confeſſione ſibi manifeſtata indiguerint, rem ipſam ſine vlla authoris mentione, ad peritiorem referant. Quod ſi ſacerdos alienum crimen, per confeſſionem ſibi compertam, vel aperto indicio, aut ſaltem conditionis, aut loci, aut vicinia, aut cuiuſcunque circunſtantiæ ſignificatione reuelauerit à beneficio Eccleſiaſtico remotus, ad arctum monaſterium ad agendam pœnitentiam retrudatur. Nec etiam ſacerdos confeſſarius à quoquam ſibi confitente de peccatis alterius expreſſo nomine vllo modo inquirere præſumat.* Vide crimen, & ſequentia.

Concilium Carthaginenſe.

Concilium Africanum ſub Bonifacio 1.

Concilium Vaſenſe 1.

Concilium generaliſſimū ſub Innocentio 3.

Concilium Moguntinū 4.

Hæc obſerua.

Confeſsio quomodo & cui facienda.] Hoc iam in pluribus locis ſuprà monſtratum eſt, nec erat opus hic aliis inſerere. Verùm nil volentes relinquere mancum, hic ſubiicimus adhuc, quod in Patrum monumentis reperimus, quæ ſuperioribus poterunt ad confirmationem ſuperaddi, non certè minimi momenti. Itaque Concilium CABILONENSE II. cano. 32. *Hoc emendatione egere perſpeximus, quòd quidam, dum confitentur peccata ſua ſacerdotibus, non plenè id faciunt. Quia ergo conſtat hominem ex duabus eſſe ſubſtantiis, anima videlicet & corpore, & interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccatur, ſolerti indagatione debent inquiri ipſa peccata, vt ex vtriſque plena ſit confeſſio, ſcilicet vt & ea confiteantur, quæ per corpus geſta ſunt, & ea quibus in ſola cogitatione delinquitur. Inſtruendus eſt itaque peccatorum ſuorum confeſſor, vt de octo principalibus vitiis, ſine quibus difficilè in hac vita viuitur, confeſſionem faciat, quia aut cogitatione, aut quod eſt grauius opere inſtinctu eorum peccauit. Odium etenim, inuidia, ſuperbia, vel cætera eiuſmodi animæ peſtes, tanto periculoſius lædunt, quantò ſubtilius ſerpunt.* Et canone 33. ſubiungitur. *Quidam ſolummodo Deo confiteri debere dicunt peccata: Quidam verò ſacerdotibus eſſe confitenda percenſent, quod vtrumque non ſine magno fructu, intra ſanctam fit Eccleſiam. Ita videlicet, vt & Deo, qui remiſſor eſt peccatorum, confiteamur peccata noſtra, & cum Dauid dicamus: delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitias meas, dum & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Et ſecundum inſtitutionem Apoſtoli, confiteamur alterutrum peccata noſtra, & oremus pro inuicem, vt ſaluemur. Confeſſio itaque, quæ Deo fit, purgat peccata, ea verò quæ ſacerdoti fit, docet qualiter ipſa purgentur peccata. Deus namque ſalutis & ſanitatis author & largitor, plerumque hanc præbet ſuæ potentiæ inuiſibili adminiſtratione plerumque medicorum operatione.* Quomodo autem ſacerdos ſe debeat gerere in audiendis confeſſionibus. Idem ſequenti 34. canone docet: *Quia Apoſtolo teſte non eſt perſonarum acceptio apud Deum, & in omnibus iudiciis cauenda eſt: Multo magis in hoc pœnitentiæ iudicio præcaueri debet, vt nullus ſacerdotum vnquam aut gratia, aut odio alicuius perſonæ, ſecus iudicet, quàm quod in canonibus ſacris inuenerit, aut quod illi ſecundum ſanctarum ſcripturarum authoritatem & Eccleſiaſticam conſuetudinem rectius viſum fuerit. Si ergo medici qui corporibus medicinam inferre conantur, nequaquam propter perſonæ cuiuſlibet acceptationem, his quos ſanare cupiunt, cauterio, aut ferro, aut duris aliis quibuſlibet rebus parcunt, multò magis idipſum his obſeruandum eſt, qui non corporum ſed animarum medici exiſtunt. Neque enim penſanda eſt pœnitentia quantitate temporis, ſed ardore mentis, & mortificatione corporis, cor autem contritum, & humiliatum Deus non ſpernit.* Qualiter autem debeant pœnitentiam infligere. Vide, pœnitentia. Eadem præcipit quæ ſuperiùs memorauimus, Concilium REMENSE ſub eodem principe capite 12. & 13. & Concil

Concilium Cabilonēſe 2. ſub Carolo Magno & Leone 3.

Salutaris doctrina his qui cōfitentur peccata.

Hoc ſuperius ex Auguſtino improbatū eſt, contra Nouatianos & Caluiniſtas ſed nō eodem ſenſu.

Pſal. 31.

Iacob. 5.

Quomodo ſe debeat gerere ſacerdos in audiendis confeſſionibus.

Roma 2. Epheſ. 6. Coloſſenſ. 3. Actuum 10.

Nota.

Concilium Rhemenſe ſub Carolo Magno.

Concilium Pariſienſe 3. ſub Lothario.
Quibus liceat confiteri.

Pariſiense III. libro 1. capite 46. *Illud nobis non videtur congruum, vt clerici & laici, Epiſcoporum & Presbyterorum & canonicorum iudicia declinantes, Monachorum monaſteria expetant, vt ibi monachis ſacerdotibus, confeſſionem peccatorum ſuorum faciant, præſertim cùm eiſdem ſacerdotibus monachis id facere ius non ſit, exceptis his duntaxat qui ſub monaſtico ordine ſecum in monaſteriis degunt. Illis namque eſt peccatorum confeſſio facienda à quibus ſubinde & modus pœnitentiæ, & Conſilium ſalutis capiatur, vt à quibus poſt tempora pœnitentiæ peracta, ſecundum canonicam inſtitutionem ſi Epiſcopus iuſſerit, reconciliatio mereatur. Pœnitentia porrò non in multitudine annorum ſed potiùs in contritione cordis & corporis eſt æſtimanda.* De monialium confeſſionibus

Concilium Oxonienſe in Anglia.

B ſtatuit Concilium Oxoniense ſub Innocentio 3. cap. 39 vt confiteantur ſacerdotibus ab Epiſcopo deputatis. Aliud autem ſtatutum eſt poſtea vide. Sanctimonialium confeſſores. Idem quoque capite 1. confeſſionibus pauperum audiendis & pœnitentiis iniungendis, debere intereſſe Epiſcopos decernit, & habere etiam confeſſores diſcretos in Parochialibus Eccleſiis, in Eccleſiis reſidentes, qui hoc valeant officium exercere. Vide ſuprà confeſſor. De confeſſionibus quoque audiendis ſæpius meminit Carolvs Magnvs, in ſuis conſtitutionibus. Porrò vide quæ ſuperiùs diximus Et pœnitentia, & ſequentia.

Carolus Magnus.

C **Confeſsiones audire quibus liceat.**] Vltra ea quæ ſuperiùs protulimus, & quæ præcedenti annotatione declarauimus, eſt etiam ſtatutum tale Concilij Tridentini ſeſſione 23 quæ fuit 7. ſub Pio 4. cap 15. *Quamuis* (ait) *Presbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi, poteſtatem accipiant, decernit tamen ſacroſancta Synodus, nullum etiam regularem, poſſe confeſſiones ſecularium etiam ſacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus, iudicetur, & approbationem quæ gratis detur obtineat, Priuilegiis & conſuetudine quacunque etiam immemorabili non obſtantibus.* Vide ſuprà, confeſſor, & aliis annotationibus.

Concilium Tridentinũ nouiſſimum.

D **Confeſsio quæ fit ante initium Miſſæ.**] De hac dicitur in vocabulo, Miſſæ ritus, & cæremoniæ, &c. nec oportuit hic diutius moras trahere, quia in illo loco datur ratio huius rei, & aliarum cæremoniarum. Eius quippe meminit, vt ibidem dicetur, etiam Dionysivs Areopagita, libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ parte 2. capitis 3. Meminit quoque & infinita patrum multitudo, vt ibidem reperies. Sed & Concilium Coloniense III. parte 2. cap. 17. *Confeſſio,* (inquit) *illa, miſſæ præambulum, deuotè cum miniſtris vno aut pluribus vic ſſim confitentibus, ac ſacerdotis abſolutionem in verbo Chriſti, plena pœnitentis cordis erga Dei pietatem fiducia, recipientibus recitanda.*

Dionyſius Areopagita.

Concilium Colonienſe 3.

E *Ad omnes enim ſacro aſtantes, ea abſolutio refertur, vt dignè tantis myſteriis valeant intereſſe. Quapropter dum hæc fiunt, non ſit miniſter accendendis luminaribus, aut aliis, mentem auocantibus (quæ priùs facta oportuit) intentus.* De hac iterum confeſſione tractat Concilium Mogvntinvm IV. capite 56. vbi ſtatuit, ne liceat aliter cuiquam miſſam celebrare, quàm præmiſſa ſacramentali confeſſione & generali in introitu. Idem omnino & ſtatuit Concilium Treverense II. capite 10. vide loco ſuperiùs præfixo, vbi ex Patrum veterum monumentis hæc ſerioſiùs elucidantur.

Auſcultet.

Concilium Moguntinũ 4.

Concilium Treuirenſe 2.

Confeſsio publica.] Quia de ſecreta egi-

A mus, etiam de publica paucis videtur agendum: quæ quidem nunc non obſeruatur vt antiquitus, & rationem reddimus ſuperiùs, ſi non pigeat viſitare. De hac confeſſione publica videtur Alexander I. epiſtola 1. ad omnes fideles concionari, cùm ait. *Confeſſio in hominibus non compulſa, ſed ſpontanea fieri debet, ipſo atteſtante qui ait, ex corde enim procedunt homicidia, adulteria, fornicationes, &c. nec tantum attendenda ſunt quæ fiunt quantum quo animo fiant. Omnis enim confeſſus, quæ fit ex neceſſitate, fides non eſt. Et Apoſtolus ait: Corde enim creditur ad Iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Amplius autem reſpicit Deus ad cogitationes, & ſpontaneas voluntates, quàm ad actus, qui per ſimplicitatem,*

Alexander 1.

Matth. 15.

Rom. 10.

B *aut per neceſſitatem fiunt. Confeſſio ergo in talibus non extorqueri debet, ſed potiùs ſponte profiteri. Peſſimum eſt enim de ſuſpicione, aut extorta confeſſione, quemquam iudicare, cum magis inſpector cordis ſit Dominus, quàm operis, & potius requirit Dominus, cogitationes puras, & voluntates bonas, quàm labia mendacia.* Et Calixtvs I. epiſtola 1. ad Benedictum Epiſcopum. *Melior eſt in malis factis humilis confeſſio, quàm in bonis ſuperba gloriatio.* Ad propoſitum Ioannes Chrysostomvs opere 2. in Matthæum homilia 52. ad calcem cùm exponit illud: Amen dico vobis, neſcio vos. *Nihil prodeſt ex neceſſitate reperta confeſſio eius, qui ex voluntate nec ſemel confeſſus eſt. Nam voluntaria confeſſio & modica ſufficit Deo: ex neceſſitate autem, neque magna.*

Caliſtus 1.

Ioannes Chryſoſtomus.

Matth. 25.

C Hinc & Leo I. epiſtola 47. ad Martianum Auguſtum: *Abſolutionem* (inquit) *peccati non obtinet niſi vera confeſſio.* Et Avgvstinvs Hipponensis libro 50. homiliarum, homilia 12. in initio. *Quomodo nobis peccatorum vulnera nunquam deeſſe poſſunt, ſic & confeſſionis medicamenta deeſſe non debent. Non enim ideo vult Deus vt confiteamur peccata noſtra, quòd ea ipſe ſcire non poſſit: Sed quia Diabolus hoc deſiderat vt inueniat, quod nobis ante tribunal æterni iudicis obiiciat. Ideo vult magis defendere, quàm accuſare peccata volumus. E contra autem Deus noſter, quia pius & miſericors eſt, vult ea confiteamur in hoc ſeculo, ne pro illis confundamur*

Leo 1.

Auguſtinus Hipponenſis.

Hinc de ſacramentali etiam poſſunt confeſſione intelligi.

D *poſtea in futuro. Si enim confitemur nos, ille parcit. Si nos agnoſcimus, ille ignoſcit, &c.* Idem in pſalmum 110. *Non ſemper confeſſio eſt peccatorum, ſed & laus Dei deuotione confeſſionis exprimitur: illa luget, hæc gaudet: Illa medico vulnus oſtendit, hæc de ſanitate gratias agit, &c.*

Confeſſio, peccati, & confeſſio laudis.

Confeſsio fidei.] vide ſuprà, confeſſor & infrà, Symbolum, Trinitas, Fides &c.

Confirmatio.

Confirmatio ſacramentum probatur, & eius inſtitutio & authoritas.] de confirmationis ſacramento multa quidem in ſuperioribus

E vocabulis, Baptiſmus, & Chriſma allata ſunt in teſtimonium, quæ nec fas eſt hic repetere: prudens lector bene cuncta diſponet. Quod verò reſtat elucidandum eſt Sacramenti itaque confirmationis, meminit Lucas actuum 8. cùm Samaritanis confirmationem contuliſſe poſt Baptiſmi ſacramentum Philippus narratur, & Petrus poſtea atque Ioannes. Porro non eſt dubium, quin hoc ſacramentum à Chriſto fuerit inſtitutum, & à tota Eccleſia ab initio practicatum, vt diximus. Baptiſmus, & Chriſma: & infrà, manuum impoſitio. & in ſequentibus ex patrum authoritatibus euadet conſpicuum. Sic ergo confirmationis meminit ille Clemens I. epiſtola 4. quæ eſt ad Iulium

Clemens 1.

& Iulianum, *Omnibus* (inquit) *feſtinandum eſt ſine mora renaſci Deo, & demum conſignari ab Epiſcopo, id eſt, ſeptiformem gratiam ſpiritus ſancti percipere: quia incertus eſt vniuſcuiuſque exitus vitæ. Cùm autem regeneratus fueris per aquam, & poſtmodum ſeptiformi Spiritus gratia, ab Epiſcopo, vt memoratum eſt, confirmatus, quia aliter perfectus eſſe Chriſtianus nequaquam poteris, nec ſedem habere inter perfectos, ſi non neceſſitate, ſed incuria, aut voluntate remanſerit (vt à beato Petro accepimus, & cæteri ſancti Apoſtoli præcipiente Domino docuerunt) & demum ex operibus bonis oſtendant in ſe ſimilitudinem eius, qui genuit, patris.* Eiuſdem confirmationis meminit DIONYSIVS AREOPAGITA libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ parte 2. capitis 4. vt allegauimus in dictione Chriſma. Vide ergo. Hinc & VRBANVS I. epiſtola 1. ad omnes fideles, & allegatur à Gratiano, de conſecratione diſtinctione 5. cap. Omnes. *Omnes fideles per manus impoſitionem Epiſcoporum, Spiritum ſanctum poſt Baptiſmum accipere debent, vt plenè Chriſtiani inueniantur, quia cùm Spiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & Conſtantiam dilatatur. De Spiritu ſancto accipimus, vt efficiamur ſpirituales, quia animalis homo, non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei. De Spiritu ſancto accipimus, vt ſapiamus inter bonum malumque diſcernere, iuſta diligere, iniuſta reſpuere, vt malitiæ ac ſuperbiæ repugnemus, vt luxuriæ ac diuerſis illecebris, & fœdis indignisque cupiditatibus reſiſtamus. De Spiritu ſancto accipimus, vt amore vitæ & gloriæ ardore ſuccenſi, erigere à terrenis mentem ad ſuperna & diuina valeamus, &c.* Meminit confirmationis & Chriſmatis TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de Baptiſmo. *Egreſſi* (inquit) *de lauacro perungimur benedicta vnctione, de priſtina diſciplina, qua vngi oleo de cornu in ſacerdotio ſolebant, &c.* Vide Chriſma. Meminit & FABIANVS I. epiſtola 2. ad omnes Orientis Epiſcopos. Meminit & EVSEBIVS I. epiſtola 3. ad Epiſcopos Campaniæ & Tuſciæ & allegatur à Gratiano de conſecratione diſtinctione 5. capite. Manus quoque. *Manus quoque impoſitionis ſacramentum* (ait) *magna veneratione tenendum, quod ab aliis perfici non poteſt niſi à ſummis ſacerdotibus, nec tempore Apoſtolorum ab aliis, quàm ab ipſis Apoſtolis legitur aut ſcitur peractum eſſe, neque ab aliis, ſicut iam dictum eſt, quam ab illis qui eorum locum tenent, vnquam perfici poteſt aut fieri debet. Nam ſi aliter præſumptum fuerit, irritum habeatur & vacuum, nec inter Eccleſiaſtica vnquam reputabitur ſacramenta.* Eadem omnino ſtatuit INNOCENTIVS I. epiſtola 1. ad Decennium Eugubinum Epiſcopum capite 3. de conſignandis infantibus & allegatur à Gratiano, de conſecratione diſtinctione 4. cap. Presbyteris. Vide Chriſma. Meminit confirmationis & Chriſmatis etiam MELCHIADES I. epiſtola ad Hiſpaniæ Epiſcopos, vbi non ſolùm confirmationem dicit ſacramentum, ſed maiori etiam veneratione venerandum & tenendum. Idem & CYPRIANVS CARTHAGINENSIS vna cùm Epiſcopis Africanis 32. libro 1. epiſtolarum epiſtola 12. *Vngi quoque neceſſe eſt, ait, eum qui Baptizatus ſit, vt accepto chriſmate id eſt, vnctione, eſſe vnctus Dei, & habere in ſe Chriſti gratiam poſſit. Porrò autem Euchariſtia, & vnde Baptizati vnguntur, oleum in altari ſanctificatur.* Et rurſus epiſtola 1. libri 2. *Baptizari oportet eos, qui ſunt foris extra Eccleſiam tincti, eò quòd parum ſit eis manum imponere, ad accipiendum Spiritum ſanctum, niſi & Eccleſia accipiant Baptiſmum, &c.* Idem & CORNELIVS I. epiſtola ad Fabium

Dionyſius Areopagita.
Vrbanus 1.
Ratio cur confirmatio detur.
1. Corinth. 2.
Tertullianus Carthaginenſis.
Fabianus 1.
Euſebius 1.
Confirmatio à ſolis Epiſcopis conferenda.
Innocentius 1.
Melchiades 1.
Cyprianus Carthaginenſis.
Cornelius 1.

Antiochenum. Hinc & Concilium LAODICENVM cano. 48. *Oportet* (ait) *eos qui baptizantur, poſt lauacrum Chriſma Eccleſiæ accipere, & regni Chriſti participes inueniri.* Hoc poſſet etiam referri ad Chriſma quo vngitur baptizandus, poſtquam immerſus eſt: ſed ſequor BVRCHARDVM lib. 4. decretorum cap. 65. Hinc & Concilium AVRELIANENSE I. cano. 3. & allegatur ab eodem lib. 4. cap. 60. *Statuimus vt ieiuni ad confirmationem veniant perfectæ ætatis, & moneantur confeſſiones facere priùs, vt mundi donum ſancti Spiritus valeant accipere, & quia nunquam erit Chriſtianus, niſi confirmatione Epiſcopali fuerit chriſmatus.* Meminit ſacramenti confirmationis AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro 2. contra litteras Petiliani cap. 101. vocatque ſacramentum chriſmatis. *Quodquidem* (ait) *in genere ſignaculorum ſacroſanctum eſt, ſicut ipſe Baptiſmus.* Idem tractatu 118. in Euangelium Ioannis, & concione 2. in pſalmum 30. *Fit ideò* (inquit) *in fronte tanquam in ſede pudoris, ne Chriſti opprobrio Chriſtianus erubeſcat, quin illud potius præ ſe ferat, de illo glorietur, in illo fidat, ex illo animum ſumat viriliter contra hoſtes pugnandi.* Meminit & LEO I. epiſtola 88. ad Epiſcopos Germaniæ & Galliæ. Sed hæc omnia repoſuimus in vocabulo, Chriſma. Ideò quod hic deeſt, ſcito ibi ſuppleri. De confirmatione & manus impoſitione tractat Concilium NICÆNVM II. generale 7. canone 14. vt allegabimus in dictione, Manus impoſitio. Ideò huc te confer. Quo autem tempore conferatur hoc ſacramentum, vide in conſequentibus. Vt autem ad reliquum tranſeamus, plura prædictis vocabulis reſeruantes, Chriſma. Baptiſmus, Manus impoſitio, Chorepiſcopus, &c. Sic de ſacramento confirmationis præcedentia decreta conformans, EVGENIVS IV. in Concilio FLORENTINO, dum Armenis & Græcis formam ſeptem ſacramentorum tribuit, decreto ad calcem addito, ita ait: *Secundum ſacramentum eſt confirmatio, cuius materia eſt chriſma confectum ex oleo, quod nitorem ſignificat conſcientiæ, & balſamo quod odorem ſignificat bonæ famæ. per Epiſcopum benedicto. Forma autem eſt. Signo te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti. Ordinarius miniſter eſt Epiſcopus. Et cum cæteras vnctiones ſimplex ſacerdos valeat exhibere, hanc non niſi Epiſcopus conferre: quia de ſolis Apoſtolis legitur, quorum vicem tenent Epiſcopi, quòd per manus impoſitionem Spiritum ſanctum dabant quemadmodum actuum Apoſtolorum lectio manifeſtat. Cum enim* (ait) *audiſſent Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quia recepit Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem. qui cum veniſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperent Spiritum ſanctum. Nondum enim in quemquam illorum venerat, ſed Baptizati tantùm erant in nomine Domini Ieſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum. Loco autem illius manus impoſitionis, datur in Eccleſia confirmatio. Legitur tamen aliquando per Apoſtolicæ ſedis diſpenſationem ex rationabili & vrgente admodum cauſa, ſimplicem ſacerdotem chriſmate per Epiſcopum confecto, hoc adminiſtraſſe confirmationis ſacramentum. Effectus autem huius ſacramenti eſt, quia in eo datur Spiritus ſanctus ad robur, ſicut datus eſt Apoſtolis in die Pentecoſtes, vt videlicet Chriſtianus audacter Chriſti confiteatur nomen. Ideoque in fronte vbi verecundiæ ſedes eſt, confirmandus inungitur, ne Chriſti nomen confiteri erubeſcat & præcipuè crucem eius, quæ Iudæis eſt ſcandalum, gentibus autem ſtultitia, ſecundum Apoſtolum, propter,*

Concilium Laodicenum. 1
Burchardus Vormatienſis. Concilium Aurelianenſe. Ieiuni ad confirmationē accedant.
Auguſtinus Hipponenſis.
Cur in fronte ſit confirmatio
Leo 1.
Concilium Nicænum 2 generale 7.
Concilium Florentinū ſub Eugenio 4. generale.
Materia ſacramenti confirmationis.
Forma.
Miniſter.
Actuum 8.
Confirmatio ſucceſſit manuum impoſitioni.
Effectus.
1. Corinth. 1.

quod

A *quod ſigno crucis ſignatur,&c.* Eadem omnino repetit Concilium S e n o n e n s e decreto decimo pro defenſione confirmationis ſacramenti contra Lutheranos, & eiſdem ſe argumentis defendit, quæ iam ſuperiùs protulimus, nec repetere videtur opportunum. Idem quoque renouat & Concilium C o l o n i e n s e III. parte 7. cap. 8. vbi & tractat, quid docendum ſit in confirmationis exhibitione, quomodo ad ſacramentum confirmationis accedendum. Cuius ſint admouendi ſuſceptores confirmandi, & qualiter docendus ſit populus de ſignis exterius, & qualiter moderentur donaria, quæ ſuſceptores infantibus donant. Hæc omnia prolixiſſimo tractatu complectitur, ſed non licuit per otium hic omnia hæc inſerere. B Diligens lector locum viſitet. His aſtipulatur & Concilium A v g v s t a n s e ſub Othone Cardinali cap. 17. & Concilium M o g v n t i n v m IV. cap. 17. eandem confirmationem ex veteri traditione Eccleſiæ aſtruit, & omnino de eadem adminiſtranda, ſimilia præcepta relinquit. Hinc & Concilium T r i d e n t i n v m ſeſſione 7. capite de confirmatione *Si quis (ait) dixerit confirmationem Baptizatorum otioſam cæremoniam eſſe, & non potius verum & proprium ſacramentum, aut olim nihil aliud fuiſſe, quam catecheſin quandam, qua adoleſcentiæ proximi, fidei ſuæ rationem coram Eccleſia exponebant, anathema ſit. Si quis dixerit iniurios eſſe Spiritui ſancto, qui ſacro confirmationis chriſmati virtutem aliquam tribuunt, anathema ſit. Si quis dixerit, ſanctæ confirmationis ordinarium miniſtrum, non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemuis ſimplicem ſacerdotem, anathema ſit.* Hic, lector, confer te ad vocabula ſæpiùs memorata, Baptiſmus, Chriſma, Manus impoſitio, &c.

Concilium Senonēſe ſub Antonio à Prato Cancellario & Archiepiſcopo.

Concilium Colonienſe 3.

Concilium Auguſtēſe ſub Othone.

Concilium Tridentinum nouiſſimum.

C Confirmationis & Baptiſmi differentia.] Vide ſuprà Baptiſmus ex Melchiade.

Confirmatio quo tempore conferendi.] Iam pleries diximus verumtamen quod adhuc non fuit dictum, ſubiungimus. Concilium P a r i s i e n s e III. lib. 1. capite 33. *Perlatum eſt ad nos, quod in quibuſdam prouinciis plerique Epiſcopi* D *poſt perceptionem cibi & potus ſolemniter ſoleant per impoſitionem manuum tradere Spiritum ſanctum, quod tam excellenti miniſterio prorſus non conuenire, & ita deinceps fieri non debere, omnibus nobis viſum eſt. Quoniam credibile eſt, & authoritas Eccleſiæ ita ſe habet, vt ſicut Apoſtoli vnanimes exiſtentes Dominumque collaudantes & benedicentes, ita nimirum ieiunantes accipere meruerunt paracletum Spiritum ſanctum, eiſque non niſi ieiunos, ſicut eorum acta docent, aliis eum tradidiſſe manifeſtum eſt. Sicut enim Baptiſmus, excepta infirmorum cauſa, non niſi à ieiunis celebratur ſacerdotibus, ita etiam traditio Spiritus ſancti, excepta præmiſſa cauſa infirmorum, non niſi à ieiunis celebranda eſt Pontificibus.* E *Dignum quippe eſt, vt Pontifices Chriſti, primum ieiunando & orando, in cordibus ſuis domum præparent Spiritui ſancto, & ſic per impoſitionem manuum cæteris fidelibus eum tradant orando. Sicut autem duobus temporibus, Paſcha videlicet & Pentecoſte,* (vide, Baptiſmus quo tempore celebrandus) *Baptiſmus, ita etiam traditio ſancti Spiritus per impoſitionem manuum fidelibus tradatur, exceptis videlicet, vt dictum eſt, infirmis & morte periclitantibus, quibus ſicut Baptiſmatis gratia ſuccurrendum, ita incunctanter donum ſancti ſpiritus eſt tradendum.* Idem omnino Concilio M e l d e n s i cap. 6. profert Burchardus libro 4. cap. 67. ſed credo quod ſit hallucinatus. Nam nec in Meldenſi concilio vnquam legi. Idem etiam profert cap. 68

Concilium Pariſienſe 3. ſub Lothario & Ludouico Imperatoribus.

Salutaris doctrina.

Concilium Meldenſe.

A ſubſequenti authoritatem Concilij*R e n a n e n s i s cap. 10. vbi ait: *Epiſcopo liceat in campo, ſi neceſſe ſit, confirmare.* Sed hoc in concilio Rhemenſi non reperi. Multa ſunt alia quæ pro confirmatione profert. Sed multùm errat in citandis locis & authoribus: ideò ſuperſedeo, quia ſatis ſuperiùs de re huiuſmodi tractauimus, & in locis ſæpius à nobis ante lectoris oculos obiectis, vt quod hic deeſt, ibi requirat inſertum.

Concilium Rhemenſe.

Confirmatio non iteranda.] Vide Sacramentum, & Baptiſmus. vbi ſæpius de hoc loquuti ſumus: verùm hic breuiter tibi damus, quod Concilium T a r r a c o n e n s e I. citatur à Gratiano de conſecratione diſtinctione 5 cap. dictum eſt B & ab Iuone Carnotenſi lib. 1. decretorum & in libro 4. cap. 6. codicis ſexdecim librorum. *Dictum eſt (ait) nobis, quòd quidam de plebibus vel ter eo amplius, Epiſcopis ignorantibus tamen ab eiſdem Epiſcopis confirmentur. Vnde viſum eſt nobis eandem confirmationem ſicut nec Baptiſmum iterari minime debere, quia bis vel ter vel amplius Baptizatos aut confirmatos, non ſeculo, ſed ſoli Deo, ſub habitu regulari, vel clericali, religioſiſſime famulari decretum eſt.* Idem omnino dicit Concilium C a b i l o n e n s e II. ca. 27. vnde credo, quia Gratianus pro Cabilonenſi acceperit ex incuria, Tarraconenſi, verùm nihil ad nos. Porrò Concilium F l o r e n t i n v m ſub Eugenio 4 vt iam allegauimus dictione, Baptiſ- C mus non iterandus, &c. *Inter hæc ſacramenta* (ait) *Tria ſunt, Baptiſmus, confirmatio, & Ordo, quæ characterem, id eſt ſpirituale quoddam ſignum à cæteris diſtinctum non iterant: reliqua verò 4. characterem non imprimunt, reiterationem admittunt.* Vide character, Ordo, Baptiſmus, & Sacramentum, &c.

Concilium Tarraconēſe 1. ſub Felice 3. non reperi in lectura Concilij ſed Gratianus citat vide quod ſequitur.

Concilium Cabilonēſe 2.

Cōcilium Florentinum ſub Eugenio 4 generale.

Confirmatio non detur arrepticiis.] ſeu vexatis à Diabolo vide Arrepititius, &c. Et Energumenus &c. Sic autem ſtatuit I n n o c e n t i v s I. epiſtola 1. ad Decennium Eugubinum Epiſcopum 6. capite, non eſſe conſignandos eos, qui nuper Baptizati vitio aliquo interueniente aut peccato à dæmonio corripiuntur, ſed nec eis manus imponendas, niſi id Epiſcopo videatur. Vide locis D ſuprà memoratis.

Innocentius 1

C o n f r a t e r n i t a s S e v C o n f r a t r i a.

Gallicè *Confrairie*

Confraternitates quædam licitæ, & illicitæ.] Concilium N a n n e t e n s e, canone 15. *De collectis vel confratriis quas conſortia vocant, ſicut verbis monuimus, & nunc ſcriptis expreſſe præcipimus, vt tantum fiat quantum rectum ad authoritatem & vtilitatem atque ad ſalutem animæ pertinet. Vltra autem nemo nec ſacerdos, neque fidelis quiſquam, in Parochia noſtra progredi audeat, id eſt, vt in omni obſequio religionis videlicet in oblatione, in luminaribus, in orationibus mutuis, in exequiis defunctorum, in Eleemo-* E *ſynariis & cæteris pietatis officiis. Paſtus autem & comeſſationes quas diuina authoritas vetat, vbi & grauedines, & indebitæ exactiones, & turpes ac inanes lætitiæ & rixæ, ſæpe etiam ſicut experti ſumus, vſque ad homicidia, & odia & diſſenſiones accidere ſolent, adeò penitus interdicimus, vt qui contra hoc decretum agere præſumpſerint, ſi presbyter fuerit vel quilibet clericus, gradu priuetur: ſi laicus aut fœmina, ab Eccleſia vſque ad ſatisfactionem ſeparetur. Conuentus autem talium confratrum, neceſſe ſi fuerit vt ſimul conueniant, aut forte aliquis contra parem ſuum diſcordiam habuerit, quæ reconciliari neceſſe ſit, & ſine conuentu presbyterorum & cæterorum eſſe non poſſit, poſt peracta illa quæ Dei ſunt & Chriſtianæ religioni conueniunt, &*

Concilium Nannetenſe.
Licitæ confratriæ.
Illicitæ confratriæ.

poſt

*poſt debitas admonitiones,ſi contigerit, vt vera charitatis,& fraterna inuicem conſolationis omnes ad refectionem conueniant, ſic talia fieri permittimus, vt ſeruata modeſtia & temperantia, & ſobrietate paciſque concordia, ſicut debet fratres omnia in ædificationem fraternitatis,& laudem & gloriam Dei,& gratiarum actiones fiant,& omnino caueatur. Quod Saluator ait: Videte ne grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate. Qui voluerint, Eulogias a Preſbytero accipiãt,& panem tantum frangentes,ſingulos accipiant *biberes, & nihil amplius cõtingere præſumãt,& ſic vnuſquiſque ad ſua cum Benedictione Domini redeat.* Idem omnino renouat Concilium SENONENSE cap. 36. Conſtitutionum, vbi antiquæ quædẽ Confratriæ tolerantur,ſed prohibetur in eiſdem ſub pœna excommunicationis crapula, cõmeſſatio, monopolia, maximè diebus feſtis, ſed & nouarum confratriarum inſtitutio ſub eadẽ pœna inhibetur, ſine Epiſcoporũ expreſſo conſenſu & approbatione. Prohibetur inſuper confratribus & alijs, delatio calicum,vaſorum ſacrorum. & capparum Eccleſiaſticarum. Etiam Sacerdotibus inhibẽt eas Patres concomitari,aut illis deſeruire. Caſſant & reprobant iuramẽta quæ ſolẽt præſtari in ingreſſu,& deinceps eadem fieri vetant,iubentes nihilominus procuratoribus dictarum confratriarum, vt ſingulis annis Epiſcopis aut officialibus reddãt de receptis & ſolutis rationem, & pecuniæ quæ ſupererunt applicentur, per eos vel in vſum reparationis Eccleſiæ,aut curam ſeu alimoniã pauperum,aut alios pios vſus,prout Epiſcopus diſpoſuerit,& viderit conuenire. Eadem confirmat & approbat generale nouiſſimum Concilium TRIDENTINVM ſeſs.22. quæ fuit 6. ſub Pio IV. cap. 9. Decreti reformationis. Lege ſi licet per otium.

Lucæ 21.

*bilibres.

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato Legato.

Cõcilium Tridentinum generale nouiſſimum.

CONFVSIO.

Confuſio duplex.] Concilium AQVISGRANANSE III. lib. 3. c. 3. *Cõfuſiones duas eſſe legimus,vnam temporalem per quam omnis peccator pœnitendo Domino peccaſſe confunditur. Alteram æternalem, & ſine fine manſuram,quam hi qui à ſiniſtris erunt,audituri ſunt, quibus dicetur: Ite maledicti in in ignem æternum, qui præparatus eſt Diabolo & angelis eius. Qui hanc maledictionem & confuſionẽ æternam non pertimeſcit, nimium ferrei pectoris exiſtit. Quamobrem ſaluti Eccleſiæ vigilanter ſatagẽdum eſt, vt eãdem benedictionem à Chriſto audire,& ab amicis. id eſt, pauperibus Chriſti, in æterna tabernacula recipi,& æterna beatitudinis fœlicitate valeant ſine fine perfrui,&c.*

Concilium Aquiſgranenſe

Matth. 25.

CONIVGATVS.

Coniugati non promouendi.] Vide in vocabulis, Bigamus, Cœlibatus, Laicus. & ordinandi qui non ſint,&c. & Matrimonium, ſic autẽ ſtatuit inter cætera Concilium AGATHENSE can. 16. *Sanè ſi coniugati conſenſerint ordinari,etiam vxorum voluntas ita requirenda eſt, vt ſequeſtrato manſionis cubiculo,religione promiſſa,poſteaquam pariter conuerſi fuerint,ordinentur.* Sed de his multa dicturi ſumus in vocabulo,Matrimonium vt ſoluatur, &c. monaſterium an valeant intrare coniugati:& alibi quia hìc non immoramur.

Concilium Agathenſe.

Coniugati communem habeant parentelam.] Vide Matrimonio iuncti,&c.

Coniugati beneficia Eccleſiaſtica non poſsint tenere.] Ponimus in vocabulo,Beneficia coniugati non teneant.

Coniugis interemptor.] Vide Homicidium Vxoricidij.

CONIVGIVM.

De Coniugio oportunius.] Vide Matrimonium,Dos,Virginitas,Nuptiæ, & cætera eiuſmodi,quia in illis locis repoſuimus cuncta.

CONNIVENTIA.

Conniuentia quandoque vtendum.] Concilium generale 5. quod eſt CONSTANTINOPOLITANVM II. ſub Iuſtiniano Principe,collatione 5. diſputat, cur Paulus in diſcipulo Timotheo circuncisionem admiſerit, cùm alibi circuncisionem prohibeat, quod ſic ſoluit: *Per iſta Apoſtolus legalem diſpoſitionem, & quaſi corporalia legis recuſans, docet quod interdum diſpenſatio per congruum tempus prodeſt, & interdum efficit læſionem,ad tẽporis qualitatem. Cum enim opus eſt ignorantes vel errantes docere, tunc maxima diſpenſationis eſt vtilitas. Quando verò in doctrina perfectionis tempus eſt,tunc relinquentes patientiam, ad perfectionem dogmatum peruenimus.* Sed de hoc paſſim in hoc opere tractatur,vt ſuperfluum ſit hìc longiùs immorari.

Concilium Conſtantino-politanum 2. generale 5.

CONSANGVINEVS.

Conſanguineorum conuentiones vſq; ad certam generationem & matrimonia prohibentur.] * Vnum te Lector,ſcire velim, quia (vt ex lectura deprehendes) antiquitus ſtrictior erat lex cõſanguineorum,quam nunc,ita vt vſque ad ſeptimam generationem non iungeretur:tunc autem vſque ad quartam non debẽt iungi. Et quamuis lex poſterior præualeat, & prior ceſſauerit,nihil tamẽ volui omittere,quin vtramque ante oculos proponerem. Ideóque ne putes rem ſuperuacuam,ſi abolitam legem hìc inſeruerim,quia omnia ſcire te volui, quæ Patres de hoc negotio reliquerunt in ſcriptis, vt autem incipiamus, ne conſanguinei poſſint iungi matrimonio,ſic cenſet CALIXTVS I. epiſtola 2. ad omnes Epiſcopos Galliæ,& allegatur à Gratiano cauſa 35. quæſt. 2. & 3. cap. coniunctiones. Item & cauſa 3. quæſt. 4. cap Conſanguineorum. & ab Iuone libro 4. Decretorum. *Coniunctiones* (ait Calixtus) *conſanguineorum fieri prohibentur, quando has & diuinæ & ſeculi prohibeant leges. Leges ergo diuinæ hoc agentes,& eos qui ex eis prodeunt, non ſolùm eiiciunt,ſed & maledictos appellant. Leges ergo ſeculi infames tales vocant, & ab hereditate repellunt. Nos verò ſequentes Patres noſtros, & eorum veſtigijs inhærentes, infamia eos notamus & infames eſſe cenſemus,quia infamiæ maculis ſunt aſperſi. Nec eos viros nec accuſationes eorum, quos leges ſeculi reijciunt ſuſcipere debemus. Quis enim dubitat, leges humanas rationi & honeſtati non repugnantes eſſe amplectendas, præſertim, vbi vel publicæ conſulunt vtilitati, vel Eccleſiaſticæ dignitatis authoritatem defendunt, ac pio adminiculo tuentur? Eos autem conſanguineos dicimus,quos diuinæ & Imperatorum ac Romanorum atque Græcorum leges conſanguineos appellant, & in hæreditatem ſuſcipiunt, nec appellare poſſunt. Talium enim coniunctiones nec legitimæ ſunt, nec manere poſſunt, ſed ſunt repellendæ: & ſi quæ auſu temerario tentata ſunt, authoritate Apoſtolica recindenda veniunt. Quiſquis ergo non eſt legitime coniunctus, vel*

Hinc lege Inceſtum,&c.

Calixtus 1. & Martyr glorio ſus Huius caput in Rhemẽ ſi eccleſia conſeruatur.

Qui cõſanguinei dicantur.

(ait) *Neophytos exiſtentes ſæpiſſimè eos priùs illicita docere vitare, & verbis ac exemplis inſtruere, & quæ poſt de talibus egerint, rationalibiliter & fideliter excludere oportet.* Et hoc teſte Deo, ſe bona voluntate feciſſe ait. Aliàs, *Sicut* (inquit) *deſtruerem* (hoc allegatur à Gratiano cauſa 25. quæſtione 2. capite Si ea.) *quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non conſtructor, ſed euerſor eſſe iuſtè comprobarer, quibus ſtatutis oportet vt vnanimes auxiliante Domino pareamus.* Subdit & multa alia vt ſe excuſet, iubens nihilominus, vt præcedentia Patrum decreta, inuiolabiliter obſeruētur, vnde capite 4. eiuſdem epiſtolæ ſic loquitur: *Progeniem vero ſuam, vnumquemq; de his qui fideliter edocti, etiam firma radice plantati ſtant, inconulsè vſque ad ſeptimam generationem obſeruare decernimus: & quandiu ſe affinitate agnoſcunt propinquos, ad huius copula non accedere præſumant ſocietatem. Nec eam quam aliquis, ex propria conſanguinitate coniugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculauit, in coniugium ducere illi profecto licet Chriſtianorum vel licebit, quia inceſtuoſus eſt talis coitus, & abominabilis Deo & cunctis bonis hominibus. Inceſtuoſos vero nullo coniugij nomine deputandos, à ſanctis Patribus dudum ſtatutum eſſe legimus. Ideo nolumus nos in hac re, à vobis ſiue à cæteris fidelibus reprehendi, quia quod in his Anglorum genti indulſimus, non formam dando, ſed conſiderationem, ne Chriſtianitatis bonum, quod cœperant, imperfectum dimitterent, egimus.* Hinc & Bonifacius Moguntinenſis Martyr glorioſus, & primus eiuſdem vrbis Epiſcopus atque Germanorum Apoſtolus, epiſtola miſſa ad Zachariam Papam I. conſulit ſedem Apoſtolicam ſuper quodam ſcandalo, quod ex diſpenſatione ortum fuiſſe videbatur. Nam quidam potens laicus dicebat ſe à Gregorio III. Apoſtolicæ ſedis Pontifice habuiſſe licentiam, vt in matrimonium acciperet viduam auunculi ſui, quæ & ipſa fuit vxor conſobrini, & illa illo viuente diſceſſit ab eo, & iſti viro in tertio gradu propinqua eſſe dignoſcitur, & votum Deo vouit caſtitatis, & velata fuit: & iterum abiecto velamine maritata. *Tale matrimonium ſupradictus homo ab Apoſtolica ſede, ſibi affirmat eſſe conceſſum, quod non verum æſtimamus, quia Synodus & Eccleſia Anglicana, in qua natus ſui, quæ in primis à diſcipulis S. Gregorij, Auguſtino, Laurentio, Iuſto, & Mellito Archiepiſcopis conſtituta & ordinata fuit, talem copulam* (vide ſuperius) *& matrimonium, maximum ſcelus, & inceſtum, & horribile flagitium & damnabile piaculum fieri, ex authoritate ſanctæ Scripturæ indicabant.* Cui prædictus Zacharias I. epiſtola in ordine 9. ſic reſcripſit: *De illo* (inquit) *tali homine abſit hoc vt prædeceſſor noſter ita præciperet. Nec enim ab Apoſtolica ſede illa diriguntur, quæ contraria eſſe Patrum ſiue Canonū inſtitutis perhibentur. Et ideò admonere, hortari & increpare eos frater ne ceſſes, quatenus à tali ſcelere recedant matrimonio, vt non in æternum pereant. Reminiſcantur ſe Chriſti ſanguine eſſe redemptos, & non ſponte ſe contradant* (*niſi ab ipſo receſſerint inceſto matrimonio*) *Diaboli poteſtati.* Hæc decreta renouat Cōcilium Foroiulienſe ſub Adriano I. cap. 8. Atque ne propinqui ſanguinis, affinitatem ſibi in matrimonium ſociare tentauerint, iubet, vt nuptiæ non furtim & clādeſtinæ fiant, ſed per interualla temporis, prolongentur (vt dicemus, Matrimonia clandeſtina, & Nuptiæ, &c.) & ſic ſi poſtea adhuc in conſanguinitate iuncti comprobentur, ſeparentur, & filij quidem legitimi habeantur. Si autem occultè contraxerint, & filij illegitimi,

A & illi cum graui cenſura ſeparentur. Ea autē quæ de affinitate & conſanguinitate dicta ſunt, cōfirmat Concilium Cabilonenſe II. cap. 28. & Conciliū Moguntinum I. ambo ſub Carolo Magno cap. 54. *Contradicimus* (ait) *vt in quarta generatione nullus amplius coniugio copuletur, vbi autem poſt interdictum, factum inuentum fuerit, ſeparetur.* Idem omninò & Moguntinum II. ſub Rabano Archiepiſcopo, cano. 30. & Nicolaus I. epiſtola ad ſuffraganeos Amalſicanæ Eccleſiæ, & allegatur à Gratiano cauſa 35. q. 2. *De conſanguinitate ſua* (ait) *vxorem nullus ducat vſque poſt generationem ſeptimam, vel quouſque parentela cognoſci poterit.* Hinc poſtea, Concilium Confluentiæ habitum, ſub Henrico & Carolo
B Regibus, cap. 1. vt narrat Burchardus cap. vlt. lib. 7. ſtatuit. *Hoc maximè* (ait) *neceſſarium & inſtans proh dolor tempore, per abuſionem, frequentiſſimum cognationis inceſtum, ſumma cautela vitādum. Hoc eſt, ne vllus Chriſtianus infra ſextā generationē nuptias copulare præſumat.* Sed & Concilium Vormatienſe cano. 32. & allegatus à Gratiano cauſa 35. q. 3. *In copulatione* (inquit) *fidelium, generationis numerū non diffinimus, ſed id ſtatuimus, vt nulli Chriſtiano liceat de propria conſanguinitate ſiue cognatione, vxorem accipere, vſque dum generatio recordatur, cognoſcitur, aut memoria retinetur.* Idē can. 78. *Contradicimus vt in quarta generatione nullus amplius*
C *coniugio copuletur: vbi autem poſt interdictum, factum inuentum fuerit, ſeparetur.* Hinc excommunicauit quendam Lantberſtum, Cōcilium Metenſe cap. 7. quia interfecerat conſanguineum ſuum, vt eius vxorem in coniugium acciperet. Hinc quoq; Concilium Romanum ſub Nicolao 2. Epiſcoporum 113. contra Berengarium. *Nullus* (ait) *de conſanguinitate ſua vxorem ducat, vſque ad generationem ſeptimam, vel quouſque parentela cognoſci poterit. Si verò conſtat legitimis teſtibus matrimonia ſic contracta, etiam ſi carnali copula coniuncti fuerint, & longo tempore ſimul vixerint, debent ſeparari: vt etiam aſtruit Conciliū* Lateranenſe *ſub Alexandro III. par. 6. c. 30. & 32. Verùm cauſæ huiuſmodi matrimonij non ſunt tractandæ per quoſlibet, ſed per*
D *iudices diſcretos, qui poteſtatem habeant iudicandi, & ſtatuta canonum ſuper his nequaquam ignorent, ad teſtimonium autem* (*vt iam alias diximus*) *vel ad accuſationem talem nō admittantur, niſi perſonæ idoneæ, & merito ſuſpicionis carētes, qua matrimonium ipſum velint & poſſint legitimè accuſare, nec hæredes perſonæ admitti debēt, ſi per viginti & aut octodecim annos inſimul ſine quæſtione remanſerint.* Porrò Eugenius III. vt parte 8. eiuſdem Concilij inſeritur cap. 17. hoc negotium dirimendi coniugij, iubet tribus teſtibus adhibitis affirmari, qui de eadem conſanguinitate ſuperſint, vel à duobus vel tribus teſtibus ſenioribus, & melioribus eiuſdem loci:
E Probatio autem teſtium debet fieri duplici iuramento. Teſtes enim debent iurare, ſe neque priuato odio vel amicitia, neq; pro auro, neq; pro aliquo commercio quod habuerint, vel habituri ſint, ad hoc iuramentum eſſe inductos: poſtea debent iurare, ſicut ipſi dicunt, ſic ſe rei veritatem accepiſſe à maioribus ſuis, & ita eſſe. Capite verò vltimo, id eſt 22. eiuſdem partis 8. Præfati Concilij Lateranenſis, ſtatuitur non admittendos ad accuſationem matrimonij, qui tempore contracti conſanguinitatem ſcientes ſiluerūt. Tolerabilius eſt enim aliquos contra ſtatuta hominum copulatos, cōiunctos relinquere, quā cōiunctos quoſlibet legitimè, contra ſtatuta Domini ſeparare. Si

Inceſtus Deo abominabilis. Vide & Inceſtus.

Bonifacius Moguntinenſis Epiſcopus primus Germanos conuertit ad fidem, ſicut Auguſtinus Anglos ſub Gregorio I.

Res auditu mira.

Zacharias I.

Concilium Foroiulienſe ſub Carolo Magno

Concilium Cabilonēſe 2. ſub eodē Principe.

Concilium Moguntinum 1. ſub eodem.

Concilium Cōfluentiæ nō inuenitur in numero cæterorum, eſt autē vrbs in Germaniæ finibus.

Exemplum cuiuſdam excommunicati ob inceſtuoſū matrimonium.

Concilium Metēſe ſub Arnulpho Imper.

Concilium Romanum ſub Nicolao 2.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Vt poſſunt conuinci vxorati qui conſanguinitate ſtricti ſunt.

Eugenius I.

Teſtes quales admitt[illegible] ad probationē cōſanguinitatis.

Species ſunt inceſtus vt dicetur in vocabulo inceſtus.

verò matrimonium ipſum, recēter eſt contractū, vt notitiam eius tempore cōtractus, ad accuſatores non perueniſſe cōſtiterit, fama viciniæ & perſonarū ſolicitè perſcrutata, cauſa audiatur, fineq; canonico terminetur. Porrò de his qui conſanguineā vxoris ſuæ, vel ſponſam patris ſui, vel cōſanguineam ſponſæ propriæ carnaliter cognouerunt, ſubinfert in EODEM Concilio Lateranenſi, parte 12. cap. 1. & allegat Gratianus, cauſa. 27. q. 2. cap. Qui dormit. *Si quis (ait) matrem vel ſororem, vel filiā vxoris ſuæ carnaliter cognouerit, & hoc publicum & manifeſtū fuerit, ab ea penitus eſt ſeparandus, & vterq; illorū tam mœchus, quàm mœcha, debet ſine ſpe coniugij perpetuò permanere. Si autem hoc ſecretum & occultū fuerit, pœnitentiā de cōmiſſo debet accipere, & vxori ſuæ infra tēpus pœnitentiæ, vel extra, debitum ſi egerit ſoluere. Sanè ſi aliquā vxoris ſuæ cōſanguineā, quæ illi in tertio gradu vel deinceps contingat, carnali coniunctione cognouerit, nō eſt propterea diuortiū inter eos celebrandū, ſed delinquenti ſecundū qualitatē perſonæ & criminis eſt pœnitētia iniungenda.* capite quoque 2. ſubinfert, non eſſe diuortium celebrādum, ſi quis puellam in cunabulis deſponſauit, & antequam ad annū 7. peruenerit, eius matrē ſibi matrimonio copulauit. Si autem puella 7. annos attigerit, cum matrē ille in cōiugio accepit, diuortiū promulgetur: & nec matrē nec filiam habere permittatur. Capite verò 3. quæſtio diſſoluitur Tullienſis Epiſcopi, quam ſic propoſuerat: *Pater quidam ſibi iuuenculam deſponſauit, ad quam adducendam filium propriū miſit, qui cum vxoratus eſſet, puellam inſtinctu diaboli carnali commixtione corrupit, & interim dum hoc ſcelus latuit, pater vt veram & legitimam vxorē deſponſauit, & eam cognouit. filius poſtmodum ſcelus confitetur, & puella pariter poſt examen & diſcuſſionem ſimiliter rem fatetur. Apoſtolico hoc cauſa conſpectui eſt præſentata, ſtatutumq; eſt quòd ſi pater poſtquam rei cōſcius fuit, vxorem ſuā carnaliter non cognouit, de priore coniunctione leue, aut nullum peccatum incurrat, et tamen viuenti, vel alij ea viuēte non poterit copulari. Cæterum ſi ſciens facinus carnaliter ei adhæſerit, ei ſeptennis pœnitētia indicetur, nec illi, nec alij de rigore carnaliter cōmiſceri valebit. Mulieri quoque perpetuā continentiam et 14 annorum pœnitentiam duximus imponendā, & filius totidem annis pœniteat. Ab vxore tamen legitima quā prius habuerat (niſi de cōmuni conſenſu) nullatenus ſeparetur.* Capite quoq; 4. ſequenti, ſcribitur Pictauienſi Epiſcopo, ſuper facto cuiuſdā qui deſpōſauerat puellam, à coniugio tamen (dum fieret) per menſem abſtinens, fortuito caſu cōtigit, quòd pater vxorem ſuā matrem, ſ. ſponſæ in lecto præfati ſponſi iuberet iacere, quam ſponſus ille diabolo ſuadēte cognouit, menſe expleto, dum matrimoniū ſponſus cum ſponſa ſua conſummare iubetur, delictū & ſcelus confitetur, & Apoſtolico iudicio ſic negotium hoc tractatum eſt, vt ſi ſcelus eſſet occultum, non poſſit matrimonium publicè contractū reſcindere, verū ſi publicū eſſet, quòd matri ſpōſæ carnaliter adhæſit, imponenda eſt pœnitentia paulò maior adulterio, & exacta pœnitentia, ex diſpenſatione poterit cum alia matrimonium cōtrahere, & illa alij nubere. Cæterùm ſi ſponſam cognouerit antequā matrē vel poſt, nunquā poterit eam vel aliam in vxorē accipere. Iterum capite 5. eiuſdem partis 12. Concilij Lateranēſis ſub Alexādro 3 cauſa eius agitatur, qui mulierē quādam carnaliter cognouit, & poſtea eiuſdē mulieris conſobrinā in coniugiū accepit. Quod ſi publicum & notorium eſt eam quam prius cognouit vxoris ſuæ conſobrinā exiſtere, iubetur monaſterio in pœnitentiam tradi. Si autem ad hoc induci non poſſit, condigna accepta pœnitentia, ab vtraq; muliere remoueatur & ſine coniugio perpetuo manere cogatur. Si verò delictum occultum fuerit cū vxore, quā in facie Eccleſiæ deſponſauit, liberè moretur, & ei condigna pœnitētia imponatur. Præterea cap. 5. ad Burdegal. Epiſcopum, abſoluitur puer à iuramento & fide matrimonij promiſſa puellæ nondū nubili, ſi poſtea eius propinquā antequam iungerentur matrimonio carnaliter cognouiſſe probatur. & cap. 6. ſoluitur quæſtio de illo qui matrē vel ſororē vxoris ſuæ prius cognouit, quā illā vxorē, ſi teneatur ei coniugi & debitū reddere, vel ab illa exigere: & definitur, quia monendus eſt, vt continentiā ſeruet, & ad hoc vxorē inducat, quæ ſi noluerit, potiſſimùm ſi hoc ſecretū eſt, debitū quidē ſoluat, & de cōmiſſo pœnitentiā agat. Et idē ſtatuitur, ſi poſt contractum matrimoniū vxoris, eiuſdē matrem vel ſororē cognouerit. Capite 8. diuortium celebrari iubetur inter iuuenē qui conſobrinam duxerat puellæ in infantia, ſ. nondū annorū 7. ſibi deſponſatæ, quam vt iam tentatā iubetur vt coniugē verā accipere. Vide hic Matrimonia impuberum, &c. Et matrimonia promiſſa vel cōtracta per verba de præſenti, vel de futuro, &c. & Inceſtus, &c. vbi locupletiùs de his diſputatur. Porrò, idem ALEXANDER III. parte 45. eiuſdē Concilij, cap. 5. Vintonienſi Epiſcopo. *Non ſunt (ait) vna caro vir & mulier, niſi carnali copula cohæſerint, Idcircò ſponſa defuncta intacta, eius ſoror ſponſo hoc non impediente, liberè ducitur in vxorem.* De conſanguineis matrimonio non iungendis, iterū idem Alexander Bituricenſi Epiſcopo ſcribit, parte 50. c. 2. vbi decernit, quòd ſi qui imperiti de linea cōſanguinitatis, ab Epiſcopo ad ſedē Apoſtolicā appellauerint, ſi nondum iuncti ſunt matrimonio, ſub Anathematis intermiſſione coniungi eos Epiſcopus prohibeat, donec appellationē proſequantur, aut iudicio Epiſcopi ſtare obediāt. Si verò fuerint coniuncti, eis cōueniens terminus proſequendæ appellationis, vel ſtandi iudicio Epiſcopi, præfigatur, infrà quē ſi neutrū adimpleuerint, omni appellatione ceſſante, vinculo excōmunicationis aſtringātur. Preterea idē c. 30 eiuſdē partis Epiſcopo S. Agathes, prohibet fieri matrimoniū, inter virū & vxorē, quæ à conſanguineo viri forſam fuerit cognita. Et c. 49. eiuſdē partis. Panormitano Epiſcopo. *Si acciderit (ait) quod quiſpiam vxorem fratris ſui antequā ei matrimonio iungeretur cognouit, niſi fuerit publicum hoc, & notoriū & teſtibus approbatum, matrimoniū dirimi vetas.* Præcedētia decreta & ſtatuta etiā confirmat & renouat Conciliū LATERANENSE magnū & vniuerſale ſub Innocentio III. Patrū, 1215. c. 50. & allegatur extra. de Conſang & affinit. *Non debet (ait) reprobabile iudicari, ſi ſecundum varietatē tēporum ſtatuta quandoque variētur humana, præſertim cū vrgēs neceſſitas vel euidēs vtilitas id expoſcit. Quoniā ipſe Deus ex his quæ in veteri teſtamēto ſtatuerat, nonnulla mutauit in nouo. Cum igitur prohibitiones de cōiugio, in 2. & 3. affinitatis genere minimè contrahendo, & de ſobole ſuſcepta, ex ſecundis nuptijs cognationis viri nō copulā ſ. prioris, & difficultatē frequenter inducant, & aliquādo periculū pariāt animarū, vt ceſſante prohibitione ceſſet effectus, conſtitutiones ſuper hoc editas ſacri approbatione Concilij reuocantes, præſenti conſtitutione decernimus, vt ſic contrahentes de cætero liberè copulētur. Prohibitio quoque copulæ cōiugalis. 4. conſanguinitatis*

Hæc aduerte, & diligenter commenda.

Res infanda.

Caſus mirabilis auditu.

Alius caſus.

Alius caſus.

Alius caſus.

Alexander 3.

Duæ ſorores, in coniugium poſſūt aſſumi, ſi prior intacta deceſſerit.

Concilium magnū & vniuerſale Lateranenſe ſub Innocentio 3.

Tam hic lex 7. graduum euellitur & ad 4. gradus matrimonium contrahi permittitur. Lege ſedulus

& affi

& affinitatis gradum de cætero non excedat, quoniam in vlterioribus gradibus iam non poteſt abſque graui diſpendio huiuſmodi prohibitio generaliter obſeruari. Quaternarius enim numerus bene congruit prohibitioni coniugij corporalis, de quo dicit Apoſtolus: Quod vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier, neque mulier habet poteſtatẽ ſui corporis, ſed vir, quia quatuor ſunt humores in corpore, quod conſtat ex quatuor elementis. Cùm ergo iam vſque ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulæ ſit reſtricta, eam ita eſſe volumus perpetuam, non obſtantibus ſuper hoc dudum editis, vel ab alijs, vel à nobis, vel ſi qui contra prohibitionem huiuſmodi præſumpſerint copulari, nulla longinquitate defendantur annorum, cùm diuturnitas temporum non minuat peccatum, ſed augeat, tantòque grauiora ſunt crimina, quanto diutius infœlicem animam detinent alligatam. Et propterea idem Concilium capite 52. reſpuit de cætero, in conſanguinitatis & affinitatis gradibus computandis teſtimonium de auditu, quod propter breuem hominum vitam teſtes de viſu diſponere non valentes, vſque ad gradum ſeptimum computando, ſolebant proferre, quia non iam vſque ad gradum ſeptimum, ſed ad quartum reducitur, & ideò niſi perſonæ graues extiterint, quibus fides meritò ſit adhibenda, non recipiatur teſtimonium de auditu, ſed de viſu, debent tamen eſſe teſtes bonæ famæ & idonei (vt diximus in dictione Teſtis) & proprio iuramento debent firmare, ſe vidiſſe perſonas de quibus agitur ſaltem in vno prædictorum graduum conſtitutas. Hoc decretum generalis Lateranenſis Concilij inuiolabiliter ſeruandum, proponit Concilium COLONIENSE III. capite quadrageſimo ſexto, partis ſeptimæ, & ſtatuit: *Quod ſi parochi in dinumeratione graduum addubitauerint, peritiores conſulant. Et vbi Romanus Pontifex diſpenſatorio diplomate matrimonium ſecus contractum, approbandum iuſſerit. Examinentur cauſæ diligentiùs, quæ diſpenſationem extorſerunt, quæ ſi comperiantur aliter, quàm narratum eſt, ſe habere, non dubium eſt diſpenſationem nullius roboris eſſe.* Hæc ſub interminationem anathematis præcipit obſeruari Concilium TRIDENTINVM ſeſſione viceſima quarta, quæ eſt octaua ſub Pio IV. capite quinto; De reformatione matrimonij, & addit: *Si quis intra gradus prohibitos ſcienter matrimonium contrahere præſumpſerit, ſeparetur, & ſpe diſpenſationis conſequendæ careat, idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantùm matrimonium contrahere, ſed etiam conſummare auſus fuerit. Quod ſi ignoranter hoc fecerit, ſiquidem ſolemnitates requiſitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eiſdem ſubijciatur pœnis. Non enim dignus eſt qui Eccleſiæ benignitatem facilè experiatur, cuius ſalubria præcepta temerè contempſit. Si verò ſolemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod poſtea ſubeſſe cognoſcatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo & gratis diſpenſari poterit. In contrahendis matrimonijs, vel nulla omninò detur diſpenſatio, vel rarò: idque ex cauſa & gratis concedatur. In ſecundo gradu nunquam diſpenſetur, niſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſam.* Vide plura, Matrimonium, Inceſtus, & Nuptiæ.

Ratio quaternarij numeri. 1. Corinth. 7.

Teſtimonium de auditu reprobatur.

Concilium Colonienſe 3.

Vtinam hoc obſeruaretur.

Concilium Tridentinũ generale nouiſſimum.

Conſanguinei qualiter ſeparentur.] Vide ſuperius vbi pluries infertur, & in vocabulo, Matrimonium vt diſſoluatur, &c. Hinc & Concilium ILERDENSE quod allegat Iuo Carnotenſis libro ſeptimo, Decretorum, & Codex ſexdecim librorum, libro ſeptimo, numero quinto. *Omnis (ait) controuerſia, quæ de Eccleſiaſticis rebus ſit ſecundum diuinam legem, ſub duobus vel tribus teſtibus terminetur. Teſtis eſt Dominus cum dicit, Non vnus ſtet contra alium, ſed in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum.* Sed ſuperiùs de hac re locuti ſumus. Vide & Matrimonium, &c.

Concilium Ilerdenſe.

Deuter. 17. & 19. Matth. 18. 2. Corinth. 13.

CONSANGVINEI Epiſcoporum.

Conſanguinei Epiſcoporum non facilè ad beneficia & officia Eccleſiæ ſuæ promoueantur.] CANON APOSTOLORVM 39. *Omnium negotiorum Eccleſiaſticorum curam Epiſcopus habeat, & ea velut Deo contemplante diſpenſet, nec ei liceat ex his omninò aliquid contingere, aut parentibus proprijs quæ Dei ſunt condonare. Quod ſi pauperes ſunt, tanquam pauperibus ſubminiſtret, ne eorum occaſione Eccleſiæ negotia deprædentur.* Hic canon citatur in Concilio Pariſienſi III. libro primo, capite decimo quinto. & in Concilio Vormatienſi, capite quadrageſimo quinto, vt alibi dicemus. Et CANON 75. *Non oportet Epiſcopum, fratri, vel filio, vel alij cognato gratificantem humana affectione, ad Epiſcopatus dignitatem, quem vult eligere. Epiſcopatus enim hæredes facere iuſtum non eſt, ea quæ Dei ſunt largientem. Si quis autem hoc fecerit, irrita quidem electio maneat, ipſe autem ſegregatione mulctetur.* Hinc Concilium TOLETANVM X. canone tertio: *Agnouimus quoſdam Pontifices, præcepti principis Apoſtolorum, qui ait, Paſcite qui in vobis eſt gregem, non coactè, ſed ſpontaneè, neque dominantes in clero, ſed forma facti gregis) ita eſſe immemores, vt quibuſdam monaſterijs parochialibúſque Eccleſijs, aut ſuæ conſanguinitatis perſonas, aut ſui fauoris participes, iniquum ſæpe ſtatuant in prælatum, ita illius prouidentes commoda inhoneſta, vt aut eiſdem deferantur, quæ proprio Epiſcopo dari iuſtus ordo depopoſcerit, aut quæ rapere deputati exactoris violentia poterit. Proinde decenter omnibus placet* (allegatur à Gratiano diſtinctione octuageſima nona, capite Decenter.) *Et in præſenti tale reſcindere factum, & non eſſe de cætero faciendum. Nam quiſquis Pontificum deinceps, aut ſanguine propinquis, aut fauoris perſonis quibuſcunque ſibi deiunctis talia commendare lucra tentauerit, ad ſuum nefandæ præſumptionis excidium, & quod iuſſum fuerit deuocetur in irritum, & qui ordinauit anima excommunicationis ſubiaceat. Quæ verò ablata fortaſſe fuerint ab eo, qui tulit, reddantur in duplum.* Et Concilium OXONIENSE capite viceſimo octauo. Omnibus generaliter Prælatis & Clericis inhibet, ne beneficia Eccleſiaſtica vel redditus, conſanguineis & amicis quibuſcunque vendere præſumant, vel impignorare ſeu infeudare, de nouo, aut quolibet modo alienare. Quod ſi fecerit, acriter puniantur, & quod factum eſt viribus careat. Vide hinc vocabulum Facultates Eccleſiæ non alienandæ, &c. Hinc conſanguineis dari beneficia ſic Concilium TRIDENTINVM ſeſſione viceſima quinta, quæ eſt nona, ſub Pio IV. capite primo, decreti reformat. *Omninò (ait) Epiſcopis interdicit ſancta Synodus, ne ex redditibus Eccleſiæ conſanguineos familiarésve ſuos augere ſtudeant, cum & Apoſtolorum Canones* (habes ſuperius allegatos) *prohibeant, ne res Eccleſiaſticas (quæ Dei ſunt) conſanguineis donent. Sed ſi pauperes ſint his vt pauperibus diſtribuant. Eas autem non diſtrahant, nec diſſipent eorum cauſa, imò quàm maximè poteſt, eos ſancta Synodus monet, vt omnem humanum hunc, erga fratres, nepotes, propinquoſque carnis affectum, vnde*

Hæc quidem quæ hic, dicturi ſumus, tanquam nugæ & fabulæ videntur noſtro æuo.

Canon Apoſtolorum.

Concilium Toletanum 10.

1. Petri 5.

Hæc nota.

Concilium Oxonienſe in Anglia.

Concilium Tridentinũ generale nouiſſimum.

multorum malorum in Eccleſia ſeminarium extat, penitus deponant. Vide infrà, Facultates, Epiſcopatus, & ſuprà, Beneficia.

Consangvinei Papæ.

Non quàm ſordidè & iniquè tranſgreditur! hinc quot mala oriuntur, & adhuc ſentiuntur.

Concilium Baſileenſe generale.

Conſanguineos Papa non poſsit promouere ad ſeculares & Eccleſiaſticas dignitates.] Agnoſce generalia quidem eſſe decreta, tam Papæ quàm cæteris Epiſcopis iniuncta, quæ ex Canonibus Apoſtolorum, & cæteris Concilijs ſuperiùs allata ſunt. Ne autem hoc videatur non ad ſummum Pontificem pertinere, ecce iterum prodit Concilium Basileense ſeſſione viceſima tertia: *Ne (ait) ſummus Pontifex carnalitatis trahi videatur affectu, magis quàm iudicio rationis, atque vt ſcandalis obuietur, quæ (experientia teſte) ſæpe ſecuta ſunt, nullum de cætero ſanguineum, vel affinem vſque ad tertium gradum incluſiue, Ducem, Marchionem, Comitem, Feudatarium, Emphyteotam, Vicarium gubernatorem, Officialem, Caſtellanum alicuius Prouinciæ, Comitatus, Oppidi, Caſtri, Fortalitij, aut loci Romanæ Eccleſiæ, nec ſuper his iuriſdictionem ſeu poteſtatem aliquam habere, nec capitaneum ſeu conductorem Gentium * armorum faciat aut eſſe permittat. Ipſi quoque Cardinales ſummo Pontifici ſecus agere volenti nequaquam aſſentiant.* (Et infrà:) *Non fiant Cardinales, nepotes ex fratre vel ſorore Romani Pontificis, aut alicuius Cardinalis viuentis.* Vide Cardinalis. Idem in ſequentibus præcipitur Cardinalibus, ne ſuos affines opum aut Beneficiorum multitudine accumulent.

** armatorum.*

Consangvinitas.

Concilium Salegunſtadenſe ſub Benedict. 8.

Conſanguinitas quomodo computetur.] Concilium Salegvnstadense ſub Benedicto octauo, & Henrico ſecundo Imperatore, canone vndecimo. Quidam generationem conſanguinitatis, ita volunt numerare, vt frater & ſoror ſint primi, hoc autem ſtatuit ſancta Synodus, ſicut etiam ab antiquis patribus decretum eſt, vt ita non eſſet, ſed vt nepos & neptis, id eſt, filius patris & filia ſororis primi habeantur. Lege figuram & arborem conſanguinitatis ab Isidoro Ispalensi digeſtam, quæ habetur ad calcem libri ſeptimi Burchardi, & in decreto Gratiani, & in alijs locis. Vide Matrimonium.

Iſidorus Hiſpalenſis.

Conscientia.

Conſcientia.] Multis in locis reperitur. Vide Perſecutio, & Lingua.

Consecratio.

Conſecratio Eccleſiarum.] Vide Dedicatio, (quia ibi omnia repoſuimus) & Altare, Obſecro, ne fatigeris.

Conspiratio.

Calixtus 1.

Conſpirationes cauendæ.] Calixtvs I. epiſtola ſecunda, ad Epiſcopos Galliæ: *Conſpirationum (ait) crimina veſtris in partibus vigere audiuimus, & plebes contra Epiſcopos ſuos conſpirare nobis manifeſtum eſt, cuius criminis aſtutia non ſolùm inter Chriſtianos abominabilis eſt, ſed etiam inter Ethnicos, & ab exteris legibus prohibita, & idcircò huius criminis reos, non ſolùm Eccleſiaſtica, ſed etiam ſeculi damnant leges, & non ſolùm conſpirantes, ſed etiam conſentientes eis. Anteceſſores verò noſtri * cum plurima turba Epiſcoporum, quicunque eorum in Sacerdotali honore ſunt poſiti, aut exiſtunt clerici, honore quo vtuntur * cadere præceperunt, cæteros verò communione priuari, & ab Eccleſia extorres fieri iuſſerunt, omnéſque ſimul vtriuſque ordinis viros infames eſſe cenſuerunt, & non ſolùm facientes, ſed & eis conſentientes. Iuſtum eſt enim* (allegatur hoc à Gratiano, cauſa 23. quæſtione 2. capite Iuſtum eſt. & cauſa 3 quæſtione 4. capite Conſpiratores.) *vt qui diuina contemnunt mandata, & inobedientes Patrum exiſtunt iuſſionibus, ſeuerioribus corrigantur vindictis, quatenus cæteri talia committere timeant, & omnes gaudeant fraterna concordia, & cuncti ſumant ſeueritatis atque bonitatis exemplum. Nam ſi* (quod abſit) *Eccleſiaſticam conſuetudinem vigorémque negligimus, perdit deſidia diſciplinam, & animabus fidelium profectò nocebitur. Hi verò in nullius accuſationem ſunt recipiendi, nec eorum vel anathematizatorum vllum nocere vel accuſare poteſt.* Hinc Concilium Chalcedonense IV. generale, canone decimo octauo, & allegatur à Gratiano cauſa vndecima, quæſtione prima, capite Coniurationum. *Coniurationum & conſpirationum crimen, quod apud Græcos dicitur Phratria, publicis etiam legibus certum eſt penitus inhiberi, hoc multò magis in ſancta Dei Eccleſia (ne fiat) conuenit abdicari. Si qui verò clerici vel monachi, inuenti fuerint coniurantes, aut phratrias vel factiones componentes aliquas ſiue Epiſcopis, aut alijs clericis, omninò cadant de proprio gradu.* Hic canon lectus eſt, & approbatus in Concilio Generali VI. canone 34. & in Concilio Pistensi ad Sequanam ſub Nicolao I. vbi dicitur, quòd hic canon vel lex non poteſt ſolui, niſi per dignos pœnitentiæ fructus ad hoc conſpiratores redeant, vt ſanctæ Eccleſiæ poſſint readunari. Idem omninò Concilium Vormatiense capite 74. & Concilium Toletanvm canone 16. ſub graui cenſura conſpirationes interdicit. Quod & monachis iterum interdicit Benedictvs XII. in conſtitutionibus Benedictinorum, capite 38. De conſpiratoribus monachis. Porrò reliquum aſſume in vocabulo, Princeps, & Regnum: vbi agitur, quàm nec principi, nec regno inſidiari liceat.

In hac clauſula patet, aliquod concilium aut ſynodum præceſſiſſe hunc Pontificem contra conſpiratores, quibus non modo carent.

** carere.*

Concilium generale, Chalcedonenſe ſub Martiano Imper. & Leone 1.

Concilium Conſtantinop. 3. quod generale eſt 6.

Concilium celebratum in loco qui eſt Piſtis ad Sequanam fluuium.

Concilium Vormatienſe.

Concilium Toletanum ſub S. Ludouico rege.

Benedictus 12.

Constitvtio.

Conſtitutio] Vide Canon, & Traditio.

Constantinopolis.

De altercatione & diſſentione Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ cum Romana.] Vide in vocabulo, Romanæ Eccleſiæ & Conſtantinopolitanæ diſſidium.

Consvetvdo.

Conſuetudo Eccleſiæ ſeruanda, quæ etiam aliquoties pro certa lege habetur.

Conſuetudinem in Eccleſia pro lege haberi.] Sæpius in dictione, Canon, dictum, & & infrà in vocabulo, Traditio, nec videtur dicens hic longiùs immorari, verumtamen quod fortaſſe nec dum diximus hic tranſeundo apponemus Pivs I. Decreto quod allegat Gratianus Diſtinctione vndecima, capite Conſuetudinem, & Iuo

Pius I.

libro 2. Decretorum, & Codex librorum 16. libro tertio, capite decimo nono. *Petiſtis* (ait) *per Hilarium chartularium noſtrum, à beata memoria prædeceſſore noſtro* (hic erat Hyginus) *vt omnes vobis retro temporum conſuetudines ſeruarentur, quæ à Petri Apoſtolorum Principis ordinationum initijs hactenus, vetuſtas longa ſeruauit. Et nos quidem iuxta ſeriem relationis veſtræ, conſuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem Catholicam nihil vſurpare dignoſcitur.*

Auguſtinus Hipponenſis.

Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro de Ieiunio ſabbathi ad Caſulanum, capite quarto. *In his rebus, de quibus nihil certi ſtatuit ſcriptura diuina, mos populi Dei, vel inſtituta maiorum, pro lege tenenda ſunt. De quibus ſi diſputare voluerimus, & ex aliorum conſuetudine alios improbare, orietur interminata luctatio, quæ labore ſermocinationis, cum certa documenta nulla veritatis inſinuet, vtique cauendum eſt, ne tempeſtate contentionis ſerenitas charitatis obnubiletur.* Et infrà: *Sicut præuaricatores legum diuinarum, ita contemptores Eccleſiaſticarum conſuetudinum coercendi ſunt.* Idem & epiſtola 118. ad Ianuarium de Conſuetudinibus, capite primo, multa & præclara de re eadem loquitur. De malis autem conſuetudinibus reſcindendis, ſi non conformes ſint iuſtitiæ & veritati, agit libro tertio, de Baptiſmo contra Donatiſtas, capite quinquageſimo quarto. *Qui contempta* (inquit) *veritate præſumit conſuetudinem ſequi, aut contra fratres inuidus eſt, & malignus, quibus veritas reuelatur, aut contra Deum ingratus eſt, inſpiratione cuius Eccleſia inſtruitur.*

Nicolaus I.

Sed vt ad propoſitum reddeamus, ſic NICOLAVS I. vt citat Gratianus diſtinctione octaua, capite Mala.

Conſuetudines malæ.

Mala (ait) *conſuetudo non minùs, quàm pernicioſa corruptela, abijcienda & vitanda eſt.* Et diſtinctione duodecima, ex epiſtola ad Michaëlem Imperatorem. *Non obſunt ſaluti credentium diuerſæ pro loco & tempore, conſtitutiones vel conſuetudines, ſi illis canonica non obſiſtat authoritas.*

Concilium Conſtantienſe generale.

Hinc Concilium CONSTANTIENSE, cùm de vtraque ſpecie Eucharistia ſumenda ſolis ſacerdotibus loquitur: *Huiuſmodi* (ait) *conſuetudo ab Eccleſia* (ſeſſione decima tertia.) *& ſanctis Patribus rationabiliter introducta, & diutiſſimè obſeruata eſt, & habenda pro lege, quam non licet reprobare, aut ſine Eccleſiæ authoritate pro libito mutare. Quapropter dicere, quòd hanc conſuetudinem aut legem obſeruare ſit ſacrilegium aut illicitum, cenſeri debet erroneum, & pertinaciter aſſerentes oppoſitum præmiſſorum, tanquam hæretici arcendi ſunt. &c.* Vide Canon, & Traditio, quia ibi multò plura inuenies.

CONTEMPLATIO.

Concilium Aquiſgranenſe I. ſub Imperatore Ludouico Pio.
Proſper Aquitanicus.

Contemplatio quid.] Concilium AQVISGRANENSE I. capite decimo nono, ex PROSPERO AQVITANICO libro primo, de Vita contemplatiua, capite decimo tertio, ſic infert: *Contemplatio, ſeu vita contemplatiua, nihil aliud eſt, quam rerum latentium futurorúmque notitia, ſiue vacatio ab omnibus occupationibus mundi, ſiue diuinarum ſtudium literarum; ſiue* (quod his probatur eſſe perfectius) *ipſa viſio Dei, cui vacare etiam ſacerdotes, eiuſque debere fieri ſectatores, adhortatur.* vt idem Proſper inſinuat.

Auguſtinus Hipponenſis.

Hinc AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro primo De Trinitate, capite octauo. *Contemplatio* (ait) *diuinitatis, eſt omnium noſtrarum actionum finis, atque æterna perfectio gaudiorum.* Idem & capite decimo, dicit libro quoque Supputationum, parte quarta, capite tertio. A *Multa ſunt* (ait) *contemplationes quibus anima deuota mirabiliter paſcitur, ſed in nulla earum ita requieſcit & delectatur anima mea, ſicut quando te ſolum cogitat & contemplatur, quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, &c.*

Beda Venerabilis.

Lege & BEDAM VENERABILEM homilia in feſto Ioannis Euangeliſtæ: Dixit Ieſus Petro, Sequere me, &c. Et homilia in Aſſumptionis Marianæ feſto, Intrauit Ieſus quoddam caſtellum: vbi contemplationis diffinitionem aſſignat.

Ioannes Caſſianus.

Lege & IOANNEM CASSIANVM, collatione prima, Abbatis Moyſi, capite octauo, & decimo quinto. vbi ſic loquitur:

Multiplex contemplatio.

Contemplatio Dei (ait) *multifariè concipitur. Nam Deus non ſola incomprehenſibilis illius ſubſtantia ſua admiratione cognoſcitur, quod tamen adhuc in ſpe promiſſionis abſconditum eſt, ſed etiam creaturarum* B *ſuarum magnitudine, vel æquitatis ſuæ conſideratione, vel quotidianæ diſpenſationis auxilio peruidetur, quando ſcilicet quæ cum ſanctis ſuis per ſingulas generationes egerit, mente puriſſima perluſtramus, cum potentiam ipſius quâ vniuerſa gubernat, moderatur, ac regit, cum immenſitatem ſcientiæ eius, & oculum quem ſecreta cordium latere non poſſunt, trementi corde miramur*, & cætera multa lege.

Richardus S. Victoris.

Habes etiam librum RICHARDI VICTORINI quem de Contemplatione edidit, ſub nomine Beniamin minoris. Vide & alios Doctores, qui de hac re ſcripſerunt, qui quotidie verſantur in manibus.

Claudius Rapinas Cæleſtinus.

Scripſit & egregium volumen De vi- C ta Contemplatiua CLAVDIVS RAPINAS Cœleſtinus: perlege.

CONTENTIO.

Cyprianus Carthaginenſ.

Contentiones vitandæ Eccleſiaſticis.] Hoc ſummopere CYPRIANVS CARTHAGINENSIS epiſtola ad Pompeium, contra epiſtolam Stephani inter Epiſcopos obſeruandum prædicat.

Ioannes Chryſoſtomus. Geneſ. 13.

Sed & IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia trigeſima ſexta in Geneſin, vbi illud exponit, Ne ſit rixa inter me & te, &c. *Nihil* (inquit) *pace præſtantius, nihil contentione damnoſius & grauius, &c.* & perſtringens contentionis incommoda.

Ambroſius Mediolanenſis.

D AMBROSIVS MEDIOLANENSIS exponens caput ſextum primæ epiſtolæ ad Timotheum: *Contentio* (inquit) *nunquam eſt ſine lite: & parum eſſet, ſi lis ſola oriretur: ſed blaſphemiæ, & inimicitia, quod à Dei ſeruis alienum eſt. Ab his autem, qui corrupti, mente & veritate priuati ſunt, vtile iudicatur, &c.*

Auguſtinus Hipponenſis.

Contentionem inter abuſionum duodecim gradus ponit AVGVSTINVS capite ſeptimo eiuſdem libri, De duodecim Abuſionibus: velut alij volunt, Cyprianus.

Concilium Agathenſe.

Porrò vt ad propoſitum redeamus, ſic de Contentione ſtatuit Concilium AGATHENSE, vt allegat Codex librorum ſexdecim, libro quinto, E capite viceſimo ſecundo: *Si qui contentiones & rixas amauerint, vel manifeſtum vitium fratri intulerint, iuxta arbitrium rectoris modumque peccati, diuturna expietur pœnitentia.*

Hilarius I.
1. Corinth. 11.

Et HILARIVS I. vt idem Codex allegat capite decimo nono. *Si quis videtur contentioſus eſſe, dicente Apoſtolo, Nos talem conſuetudinem non habemus, ſed neque Eccleſia Dei. Si quis facit, notetur vſquequo ſe corrigat.*

Anaſtaſius 2.

Et ANASTASIVS II. epiſtola ad Anaſtaſium Imperatorem, cap. 4. vitandá ſummopere contentionem probat textu Scripturarum, Prouerbiorum decimo, b. 1. Corinthior. 3. & Philippenſ. 2. a,

Martinus Bracarenſis Epiſcopus.

RENSIS in collectorio ſuo, cap.61 & allegat Gratianus diſtinct.44.cap. Non liceat. *Nõ liceat (ait) ſacerdotes vel clericos, ſed nec religioſos laicos, conuiuia facere de cõſictus, &c.* Et CAROLVS MAGNVS atque Concilium MOGVNTINENSE I. ſub eodem, inhibet clericis, cano.10. conuiuia frequentare. Hinc etiã ſtatuit Concilium TOLETANVM III. ſub Pelagio II. cap.7. & allegatur à Gratiano diſtinct.44.c. Pro reuerentia, &c. *Pro reuerentia Dei & ſacerdotum, id vniuerſa ſancta conſtituit Synodus, vt quia ſoleat crebro menſis otioſa fabulæ interponi, in omni ſacerdotali conuiuio, lectio Scripturarum diuinarum miſceatur. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non neceſſariæ prohibentur.* Et Concilium TVRONENSE III. ſub Carolo Magno, cap.5. *Epiſcopum non oportere (ait) conuiuiis profuſis incumbere conuiuijs, ſed paruo & moderato contentus ſit cibo, ac videatur Domini dicti ſententia: Attendite ne grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate, & quandiu conuiuatur, potius ſacra lectio ante menſam eius recitetur, quam otioſa à ſuſurronibus reſonent verba.* Et cano 6. *Peregrini & pauperes conuiuæ ſint Epiſcoporum, cum quibus nõ ſolum corporali, ſed & ſpirituali reficiantur alimento.* Idem etiam Abbatibus & Epiſcopis præcipit Concilium RHENENSE ſub eodem Principe, cap. 17. & 18. vbi etiam eiſdem iocos, turpes facere nõ permittitur, aut vinolentia effluere. Hæc quæ ſuperiùs inſerta ſunt, repetit & renouat atque confirmat Concilium MELDENSE cap.25. vbi etiã de ordinatione domus Epiſcopi ſtatuitur, vt ſcilicet omnes eam valeant religionis habitaculũ cõputare, non diuerſorum impudicitiæ, aut alicuius irreligioſitatis. Vide in vocabulo, Epiſcopi domicilium, vel Epiſcopium, vt antè in conuiuijs monachorum lectio miſceatur, ſtatuit BENEDICTVS CASSINENSIS cap.38. Regulæ: loquẽs de Hebdomadario lectore, quod poſtea firmiter obſeruandũ ſtatuit Concilium BITERRENSE cap.17. & Concilium TRIDENTINVM ſeſſ. 2. *Hortatur ſancta ſynodus, vt ante omnia quilibet in menſa ſeruet ſobrietatem moderationemque ciborum. Deinde cum in eo loco ſæpe otioſi ſermones oriri ſoleant, vt in ipſorum Epiſcoporum menſis diuinarum ſcripturarum lectio admiſceatur, &c.* Idem repetit & ſeſſione 25. quæ fuit 9. ſub Pio 4. cap.1. De reformatione. Vide quoque quod ſequitur Concilium generale LATERANENSE ſub Innocentio III. patrum 1215. cap. 17. & allegatur extra: De celebratione miſſarum cap. Crapulatores, *Dolentes referimus, quod non ſolum minores clerici quidam, verumetiam aliqui Eccleſiarum Prælati, circa commeſſationes ſuperfluas, & confabulationes illicitas, vt de aliis taceamus, fere medietatem noctis expendunt, & ſomno reſiduum relinquentes, vix ad diurnum concentum auium excitantur, tranſcurrendo vndique continuata ſyncopa matutinum: quod penitus ſub pœna ſuſpenſionis inhibemus.* Vide & Ebrietas clericis inhibetur, &c. Porrò lauta conuiuia atque compotationes ſacerdotibus inhibet Concilium COLONIENSE III. capite 24. partis 2. Vide Ebrietas, & quod ſequitur.

Concilium Moguntinenſe 1. ſub Carolo Magno.

Concilium Toletanum 3.

Nec frequentius, quàm par ſit, cœnitene.

Concilium Turonenſe 3. ſub Leone 3.

Luc.21.

Concilium Rhemenſe ſub Carolo Mag.

Concilium Meldenſe.

Vtinam hodie iſta poſſent inueniri.

Benedictus Abbas.

Concilium Biterrenſe nouiſſimè prodiit in lucem.

Concilium Tridentinum generale.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3.

Si hoc nunquã vidiſti aut legiſti fieri, indubiè experieris.

Concilium Colonienſe 3.

Conuiuiorum diſciplina antiquitus obſeruata fidelibus & qua hora reficiendum.] TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS li. Apologetico aduerſus gẽtes c.39. vbi de diſciplina Chriſtianorum tractat, *De ſolo*, inquit, *Chriſtianorum triclinio retractatur. Cœna noſtra de nomine rationem ſuam oſtendit.* Vocatur, *ἀγάπη*, id quod dilectio penes Græcos eſt. *Quantiſcunque ſumptibus conſtet, lucrum eſt, pietatis nomine facere ſumptum, ſiquidem inopes quoſque refrigerio iſto iuuamus, non quà penes vos paraſiti affectant ad gloriam famulandæ libertatis, ſub auctoramento ventris, inter contumelias ſaginandi: ſed quà penes Deum maior eſt contemplatio mediocrium. Si honeſta cauſa eſt conuiuij, reliquum ordinem diſciplinæ de cauſa æſtimate, quid ſit de religionis officio, nihil vilitatis, nihil immodeſtiæ admittit: non prius diſcumbitur, quàm oratio ad Deum prægustetur, editur quantum eſurientes capiunt, bibitur quantum pudicis eſt vtile. Ita ſaturantur, vt qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum ſibi eſſe, ita fabulantur, vt qui ſciunt Deum audire. Poſt aquam manualem & lumina, vt quiſque de Scripturis ſanctis, vel de proprio ingenio poteſt, prouocatur in medio Deũ canere. Hinc probatur quomodo biberit, æquè oratio cõuiuium dirimit. Inde diſceditur non in catervas cæſionum, neque in claſſes diſcurſationum, nec in eruptiones laſciuiarum, ſed ad eandem curam modeſtiæ & pudicitiæ, vt qui non tam cœnam cœnauerint, quàm diſciplinam.* Hinc & CLEMENS ALEXANDRINVS lib.6. Stromatum. *In conuiuio (ait) nobis inuicem pſallendo propinamus, noſtram incantantes cupiditatem, & Deum glorificantes, propter copioſam donationem eorũ, quibus viuuntur & fruũtur homines, & quod perpetuo ſuppeditata fuerint nutrimẽta ad augmentum corporis & animæ.* Hinc etiam de hora cõuiuij ſtatuit Concilium BRACARENSE II. vt Martinus recenſet Bracharenſis, c.56. collectorij, & allegat Gratianus diſtinct.44. Non licet. *Non oportet (ait) clericos vel laicos religioſos ante ſacram horam Diei tertiam inire conuiuia, neque aliquando clericos, niſi hymnos dicto, edere panem, & poſt cibos gratias auctori Deo referre.* Vide & Gratiæ.

Tertullianus Carthaginenſ.

Oro hæc nota.

Aduerte antiquam recumbẽdi formam.

Clemens Alexandrinus. Panteni Magni diſcipulus.

Concilium Bracarenſe 2. ſub Honorio 1.

Conuiuia fieri diebus feſtis inhibentur.] Concilium AFRICANVM cano.17. *Petendum eſt ab Imperatoribus glorioſiſſimis, vt quæ contra præcepta diuina, conuiuia multis in locis exercentur, quæ ab errore gentili attracta ſunt (ita vt nunc à Paganis Chriſtiani, ad hæc celebranda cogãtur, ex qua re temporibus Imperatorum perſecutio altera fieri occultè videatur) vetari talia iubeant. Et de ciuitatibus & de poſſeſſionibus impoſita pœna prohiberi, maximè cum etiam in natalibus beatiſſimorum Martyrum, per nonnullas ciuitates, & in ipſis locis ſacris talia committere non reformidant. Quibus diebus etiam (quod pudori eſt dicere) ſaltationes ſceleratiſſimas per vicos atque plateas exercent, vt matronalis honor, & innumerabilium fœminarum pudor, deuotè venientium ad ſacratiſſimum Deum, iniurijs laſciuientibus appetatur, vt ipſius etiam ſanctæ religionis penè fugiatur acceſſus.* Vide ſequentia.

Concilium Africanum ſub Bonifacio.

Aduerte quia licet cõſenſus Imperatorum requiratur tamen conſtitutio firma eſt.

Vide ſacra ſolemnia Martyrum, Caluinæ.

Conuiuia in Eccleſijs non celebrentur.] Conciliũ LAODICENVM can.28. *Non oportet in domicilijs diuinis, id eſt in Eccleſijs cõuiuia, quæ vocantur Agapæ, fieri, nec intra domũ Dei comedere, vel accubitus ſternere.* Idem omninò poſteà ſtatuit & Cõcilium HIPPONENSE can.31. & Concilium CARTHAGINENSE III. can.30. & Concilium AFRICAN. can.9. & Concilium CONSTANTINOP. III. quod dicitur generale 6. can. 74. Conciliũ AQVISGRA. I. can. 80. & Cõciliũ ANTISIODO. I. ſub Deuſdedit. c. 9. allegatur antẽ à Gratiano diſt. 42. c. Nõ oportet in Baſili. &c.

Concilium Laodicenum.

Concilium Hipponenſe.

Concilium Carthaginſ. 3.

Concilium Africanum ſub Bonifacio.

Concilium Conſtantinopolitanum 3. dictum generale 6.

Concilium Aquiſgran. 1.

Concilium Antiſiodorenſe ſub Deuſdedit Papa.

CORPORALE.

Corporale conſecretur.] De Corporali ſæpiùs egimus, & agemus in vocabulo, Vaſa ſacra, & Veſtes. verumtamen quod ſpecialiter de illo ſtatuitur, hic ſubnectendum eſt. Itaque de Corporali EVSEBIVS I. vt allegat Gratianus

Euſebius 1.

de Con

Ioannis 19.

de Conſecratione diſtinctio prima, capite Conſulto omnium,&c. *Conſulto omnium ſtatuimus, vt ſacrificiũ altaris nõ in ſerico panno aut tincto, quiſquam celebrare præſumat, ſed in puro lineo vel leniter ab Epiſcopo conſecrato, terreno ſcilicet lino procreato atque contexto, ſicut corpus Domini Ieſu Chriſti in ſyndone linea munda ſepultum fuit.* Idem ſtatuit SYLVESTER I. in Concilio ROMANO II. quod celebrauit 267. Epiſcoporum, vt refert DAMASVS I. in eius vita. Hinc Concilium SALEGVNSTADIENSE canone 6. *Conqueſtum eſt in ſancto Concilio de quibuſdam ſtultiſſimis Presbyteris, qui quando incendium vident corporale Dominico corpori conſecratum, ad extinguendum incendium temeraria præſumptione in ignem proiiciant. Ideóque decretum eſt ſub anathematis interdictione, ne vlterius fiat.* Vide etiam decretum generalis Concilij LATERANENSIS ſub Innocentio III. cap. 19. vt corporalia munda habeantur, in vocabulo, Vaſa,& veſtes ſacræ. Et in dictione, Miſſæ celebrandæ ritus: & Euchariſtia, quibus locis corporalis fit mentio.

Syluester I.
Concilium Romanum 2. ſub eodem.
Damaſus I.
Concilium Salegũſtadienſe ſub Benedicto 8.& Henrico 2.
Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3.

CORPVS.

Corpus Chriſti.] Vide Euchariſtia, & Chriſtus.

Corporis Chriſti ſolemnitas.] Lege Euchariſtiæ ſolemnitas.

Corpus humanum.] Vide Homo, Reſurrectio, & CYRILLVM HIEROSOLYMITANVM Catecheſi 4. Illuminatorum Hieroſolymis. Et GREGORIVM NYSSANVM in libro de Homine, atque alios ſanctos Patres.

Cyrillus Hieroſolymitanus
Gregorius Nyſſenus.

CORRIGERE ET Corripere.

Correctionis & correptionis vtilitas & modus.] IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 7. in Geneſim ſtatim initio. *Heri aſperiora medicamina impoſuimus, non vt quem contriſtare & affligere velimus, ſed vt vehementius vlcus ipſum attingere poſſemus. Etenim & medici, & patres ſic facere conſueuerunt. Medici enim primum apponunt cataplaſmata magis efficacia, & dein rupto vulnere, ea quæ leniunt. Patres quoque cum viderint filios ſuos incompoſitis moribus, primi grauiter verberibus corripiunt, & dein admonent, & ſolantur.* Et homilia 17. dum illud exponit, Vocem tuam audiui, & timui, quia nudus ſum,&c. *Vide* (inquit) *excellentem miſericordiam & patientiam Domini. Nam cum poterat ne reſponſo quidem dignari eum qui peccauerat, ſed ſtatim pœnam infligere, quam prius ſtatuerat præuaricaturo, longanimis tamen eſt & ſuffert, & interrogat & reſponſum accipit, & iterum interrogat, quaſi ad defenſionem eum prouocans, vt arrepta occaſione etiam poſt tantam præuaricationem, ſuam erga illum miſericordiam declaret. Quo etiam nos docet, vt quando & nos reos condemnamus, non tam crudeliter illis loquamur, neque ferina in illos vtamur ſæuitia, ſed longanimiter & miſericorditer agamus, veluti noſtra ipſorum membra condemnantes, & cogitantes illos nobis ſecundum naturam cognatos, ſupplicíumque miſericordia temperemus.* Et AMBROSIVS MEDIOLANENSIS ſermone 9. in Pſalmum 118. in illud. Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me,&c. de vtilitate correptionis agit. *Eſt* (inquit) *diſciplina vel correptio ſeuerior, eſt & moderatior. Moderatior de qua dicit Dominus, Corri-*

Ioannes Chryſoſtomus.
Elegans ſimilitudo.
Pulchra conſideratio.
Ambroſius Mediolanenſis
Duplex correptio

A *piam eos in auditu tribulationis eorum. Eſt ſeuerior, quæ eſt in ira & furore correptio. Omnis ergo diſciplina, & ſi ad tempus habeat amaritudinem, habeat perturbationem, poſtea tamen pacificos fructus generare conſueuit.* Vide eundem libro 8. in Lucam, cap. 17. De venia largienda,&c. AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro de vnico Baptiſmo ad Conſtantem. capite 1. *Debet palam argui, quod in occulto nocet, quia & palam defenditur, cum ſuadetur in occulto vt noceat cum perſequitur.* Et libro 1. de verbis Domini, ſermone 15. *Dicit in Euangelio Dominus: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum. Sed ait Apoſtolus, Peccantes coram omnibus corripe, vt cæteri metum habeant. Si quis diſtinguit tempora, ſoluit quæſtionem.*
B *Si peccatum in ſecreto eſt, corripe in ſecreto. Si peccatum eſt publicum & apertum, publicè corripe, vt ille emendetur, & cæteri timeant.* Hinc ATHANASIVS ALEXANDRINVS & reliqui Epiſcopi in Concilio ALEXANDRINO ſub eodem congregati, epiſtola directa ad Fœlicem II. citat ſingularem ſententiam, cuius non nominant authorem. *Vnde* (inquiunt) *dictum eſt, negligere, dum poſſis deturbare peruerſos, nihil aliud eſt quam fouere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.* Simile quid habes ſuprà, Clerici delinquentes & criminoſi, & infrà, Crimen. Hinc quoque DAMASVS I. epiſtola 4. ad Stephanum, & alios Epiſcopos
C Africæ, cap. vltimo: & allegat Gratianus, cauſa 23. quæſt. 3. *Qui poteſt obuiare & perturbare peruerſos, & non facit, nihil aliud eſt, quam fouere illorum impietati.* Vide & mox, Criminator, & ſuprà Accuſatio. Hinc quoque GVNTRANVS Rex Francorum, epiſtola ad vniuerſos ſui regni Epiſcopos, illos adhortatur delinquentium vitia extirpare, & ſua ſimul edicta adhoc implendum ſtatuens, correptionis modum ſubinfert. *Quicunque* (inquit) *ſacerdotum aut ſecularium in vitiis iſtis mortifera perdurantes admoniti neglexerint iuxta quod conditionis cauſarum aut exceſſus perſonarum exegerint, alios canonica ſeueritas corrigat, alios legalis pœna percellat, quoniam nec innocentes poteſt reddere collata*
D *ſecuritas liberos, niſi culparum probatio punierit criminoſos, nec minor eſt pietas proteruos conterere, quam releuare compreſſos. Conuenit ergo, vt iuſtitiæ & æquitatis in omnibus vigore ſeruato diſtringat legalis vltio iudicum, quos non corrigit canonica prædicatio ſacerdotum, quo fiat vt dum proterua reſecantur ſcelera, nullus audeat perpetrare futura. Et ita vniuerſos excedentes pro diſciplina tenore ſeruando correctionis frena conſtringant, vt in vniuerſa regione noſtra, pacis & cõcordia iura proficiant.* Vide & Index, & Peccatum, & Fur. Porrò ENNODIVS DIACONVS lib. Apologetico pro Symmacho I. & allegatur à Gratiano diſtinct. 8. capite Nemo rectè. *Nemo rectè monitoris perſonam accipit, niſi qui actibus ſuis*
E *errata condemnat, & amorem innocentiæ conuerſatione demonſtrat. Nam adiacet etiam publicanis, amica moribus vitia damnare ſermone, & ſceleratioribus lingua officijs punire quod delinquunt, quaſi non quoddam genus ſit malorum exceſſuum, dare rei affectum labijs, quam mente deſpicias, ingenij virus colloquij melle veſtire.* Hinc Concilium ROMANVM V. 218. Epiſcoporum ſub Symmacho I. & Theodorico Rege, & allegatur à Gratiano cauſa decima ſexta, quæſtione prima. capite Ferro. *Ferro abſcindenda ſunt vulnera quæ fomenta non ſentiunt. Similiter etiam illi exterres fieri debent ab Eccleſia, qui ſacerdotali admonitione,&c.* Et paulò pòſt: *Hoc autem pro certo habet omnis qui*

Auguſtinus Hipponenſis.
Athanaſius Alexandrinus.
Concilium Alexandrinũ ſub Athanaſio.
Damaſus I.
Guntranus rex Galliæ.
Nota hanc legem.
Ennodius Diaconus, poſtea vero Ticinenſis Epiſcopus.
Correptiones leniter & æquanimiter ferendæ.
Concilium Romanũ 5. ſub Symmacho.

rectè

rectè colit Deum, quia vita eius, ſi in probatione fuerit coronabitur, & ſi in tribulatione liberabitur: ſi verò in correctione fuerit, ad miſericordiam perueniet. Hinc GREGORIVS I. libro 12. Regiſtri, epiſtola 37. ad Fœlicem Siciliæ Epiſcopum, capite 4. *Manifeſta peccata non occulta correctione purganda, ſed palam ſunt arguendi qui palam nocent, vt dum aperta obiurgatione ſanantur: hi qui eos imitando deliquerant corrigantur. Dum enim vnus corripitur plurimi emendantur. Et melius eſt, vt pro multorum ſalute vnus condemnetur, quàm per vnius licentiam multi periclitentur. Nec mirum ſi inter homines hæc ratio cuſtoditur, cùm & inter iumenta hæc fieri perſæpe cognouimus, vt ea quæ ſcabiem aut impetiginem habere videntur, ſeparentur à ſanis, ne illorum morbo cætera contaminentur, & pereant.*

Gregorius I.

B De modo quoque corrigendi Concilium TOLETANVM II. cano. 7. *Cum iuxta antiquæ inſtitutionis edictum plus erga corrigendos agere debeat beneuolentia quàm ſeueritas, plus cohortatio quàm commotio, plus charitas quàm poteſtas: relatum eſt nobis quod quidam ex fratribus plus liuore odij, quàm correctionis ſtudio ſubditos inſequentes, dum ſe ſimulant ſpiritualem eis adhibere correctionem, indiſcretam ſubitò afferunt mortem, cùm inauditos à ſe proijciunt, & illicitis eos indicijs ſub pœnitentia ponunt. Non ergo de cætero peruerſis voluptatibus ſit liberum ſimulare quod fingunt, ſed quotieſcunque quilibet ex ſubditis corrigendus eſt, aut publicæ debet à Sacerdote diſciplinæ curari, aut ſi aliter rectoribus placet, duorum vel trium fratrum ſpiritualium teſtimonio peculiariter adhibito, & modus criminis agnoſcatur, & modus pœnitentiæ irrogetur, ita tamen vt ſi exilio vel retruſione dignum eum eſſe, aut quid aliud iudicium peculiare decreuerit, modus pœnitentiæ quam coram tribus fratribus ſacerdos tranſgreſſori indixerit, ſpeciali debeat eius qui ſententiam protulit, manus propriæ ſubſcriptione notari. Sicque fiet vt nec tranſgreſſores ſine teſtimonio, excidia vitæ ſuæ incurrant, nec rectores accuſatos ſe de quorumlibet interemptionibus erubeſcant.* Idem omninò vide, Ancilla & homicidium, & Seruus. Hæc renouat & recitat longè antè LEO I. epiſtola 84. quæ eſt ad Nicetam Aquileenſem Eepiſcopum. Idem & Concilium BRACARENSE III cap. 6. & allegatur à Gratiano diſtinct. 15. *Cum beatus (ait) Apoſtolus arguere, obſecrare, vel increpare in omni patientia præcipiat & doctrina: nouimus quoſdam ex fratribus tantis cædibus in honoratos efferueſcere, quantas poterant latrocinantium promereri perſonæ: & ideò qui gradus iam Eccleſiaſticos meruerant, id eſt, Presbyteri Abbates & Leuitæ, qui exceptis grauioribus & mortalibus culpis, nullis debent verberibus ſubiacere, non eſt dignum vt paſſim vnuſquiſque prælatus honorabilia membra ſua prout voluerit, & ei placuerit, verberibus ſubijciat, & doloris, ne dum incautè ſubdita percutit membra, ipſe quoque debitam ſibi ſubditorum reuerentiam ſubtrahat, iuxta illud quod quidam ſapiens dicit: Leniter caſtigatus reuerentiam exhibet caſtiganti: aſperitatis autem nimia increpatio, nec increpationem recipit nec ſalutem. Et ideò ſi quis aliter, quàm dictum eſt prædictos honorabiles ſubditos licentia percepta poteſtatis elatus, malitia tantum crediderit verberandos, iuxta modum verberum quæ intulerit, excommunicationis pariter & exilij ſententiam ſuſtinebit.* Sed & Concilium AQVISGRANENSE I. ſub Imperatore Ludouico I. cap. 134. præfigit prælatis corrigendi modum, vt priùs delinquẽtes verbis & exhortationibus corripiant, tum demum verberibus ſi infantes, aut

Concilium Toletanum II. ſub Vitaliano I.

Qualiter correctio debeat fieri.

De corrigendis fratrib. ſtatuta.

Leo I.

Concilium Bracarenſe 3.

Præfigitur Prælatis modus corrigendi.

Pulcherrimũ dictum.

Concilium Aquiſgranenſe I. ſub Ludouico Imperat.

A qualitas hoc perſonarum permiſerit emendant: Sin autem, ieiuniorum continua affectione & ſequeſtrationis rubore corripiant: *Quod ſi etiam tot ſaluberrimis admonitionibus, aut caſtigationibus necdum paruerint, fiat eis ab omni cõgregatione communis oratio, vt a Domino ſanentur, poſtremò ſi inemendabiles, & incorrigibiles apparuerint, ne per plures eorum dira ſerpant contagia, neceſſe eſt vt a cæterorum ſocietate (vtpote oues morbidæ) ſegregati ante præſentiam deducantur Epiſcopi, vt ab eo canonica authoritate publicè damnentur. Si verò quis in collegio canonicorum, culpam criminalem admiſerit (vide hoc Clerici criminoſi, &c.) huic nulla eſt danda dilatio, quin aut ſponte pœnitentiam pro admiſſo crimine gerant, aut ſi id agere refidtauerit, coram Epiſcopo deducatur, vt ab eo publica mulctetur pœnitentia.* B *Meminiſſe enim oportet rectores, quia columba eſt in ſcripturis diuinis Eccleſia appellata, quæ non vnguibus lacerat, ſed alis piè percutit. Vnde etiam illis ſummopere obſeruandum eſt, vt ſicut præmiſſum eſt, iuxta modum culparum, & perſonarum, atque ætatum, omninò ipſa temperata ſit correptio, vt nec vitium deſidia inoleſcat, nec correptio manſuetudinis modum excedat, ne (vt ait beatus* MAXIMVS*) aut ſolutior bonitas conniuentiam præbeat peccati, aut immoderata ſeueritas à lapſu non reuocet delinquentem. Sed & hoc, illis nihilominus cauendum eſt: nec errata delinquentium alicuius rei liuore feriant, ſed potius (vt ait beatus* AVGVSTINVS*) ſint criminum perſecutores, &* C *hominum liberatores, oderint vitia, diligant homines: Oderint quod inſtinctu diaboli ingeſtum eſt, diligant quod Dei bonitate creatum eſt, teneant in manu baculum & virgam, baculum videlicet, quo aliorum virium imbecillitates ſpiritualiter ſuſtentent. Virgam verò qua vitia delinquentium zelo rectitudinis feriant. Delinquentibus interea & excommunicatis fratribus, nequaquam debent cæteri fratres fauere, aut eos ſuis adulationibus decipere, aut eorum errata defendere, ſed potiùs opem ferre vt æquitatis cenſura, diſtrictè corrigantur.* Idem Concilium Aquiſgranenſe I. cap. 34 & 35. profert GREGORIVS I. ex libro quinto Moralium, capite 33. *Cum per zelum (ait) animus mouetur, curandum ſummopere eſt, ne hæc eadem quæ inſtrumento virtutis aſſumitur,* D *menti ira dominetur, nec quaſi domina præeat, ſed velut ancilla ad obſequium parata à rationis tergo nunquam recedat. Tunc enim robuſtius contra vitia erigitur, cum ſubdita rationi famulatur. Nam quantumlibet ira ex zelo rectitudinis ſurgat, ſi immoderata mentem vicerit, rationi protinus ſeruire contemnit, & tanto ſe impudentius dilatat, quantò impatientiam vitiorum virtutem putat.* Vide etiam in vocabulo. Ira. Profert etiam & ISIDORVM HISPALENSEM libro tertio, De ſummo bono, cap. 46. *Sacerdotes pro populorum vitijs damnantur, ſi eos aut ignorantes non erudiant, aut peccantes non arguant. Si Heli Sacerdos, pro filiorum iniquitate damnatus eſt, & licet eos delinquentes admonuit, ſed tamen vt oportuit non redarguit.* E *Sacerdotes exquirere debent peccata populorum, & ſagaci ſollicitudine vnumquemque probare, iuxta teſtimonium Domini ad Hieremiam loquentis: Probatorem* (inquit) *dedi te in populo meo robuſtum, & ſcies & probabis vias eorum. Sacerdotes ſtudio corrigendi, facta perſcrutari debent ſubiectorum, vt emendatos lucrifacere poſſint. Sicut autem peccatorem conuenit argui, ita iuſtum non exulcerari. Sacerdotes curam debent habere de his, qui pereunt, vt Sacerdotali redargutione aut corrigantur à peccatis, aut ſi incorrigibiles exiſtunt, ab Eccleſia ſeparentur.*

Incorrigibiles vt tractandi.

Cantic. 5.

Maximus Taurinenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Gregorius I.

Saluberrima documẽta pro exercendis correctionibus.

Iſidorus Hiſpalenſis.

Admoni

Admonitus ſecretò ſi corrigi de peccato negligit, publicè arguendus eſt, vt vulnus quod occultè ſanari neſcit, manifeſtè debeat emendari. Manifeſta peccata non ſunt occulta correctione purganda: palam enim ſunt arguendi, qui palam nocent: vt dum aperta obiurgatione ſanãtur, hi quos eos imitando deliquerunt, corrigantur: dum vnus corripitur, plurimi emendantur. Neceſſe eſt enim, vt pro multorum ſaluatione vnus condemnetur, quàm pro vnius licentia multi periclitentur. Ita erga delinquentem ſermo eſt proferendus, ſicut eius qui corrigitur expoſtulat ſalus. Quod ſi opus eſt aliquam medicamenti ſalutem verbo increpationis aſpergere, lenitatem tamen corde opus eſt retinere.

Pulcherrima dogmata pro correctionis forma.

Doctores nonnunquam duris feriunt increpationibus ſubditos, qui tamen a charitate eorum quos corripiunt non recedunt. Eccleſiæ cenſura arrogantibus ſæpe videtur eſſe ſuperbia, eo quòd à bonis piè fit, crudeliter fieri putatur à prauis, quia non diſcernunt recto oculo, quod à bonis recto fit animo. Notandum ab omni Pontifice, vehemẽter, vt tanto cautius erga commiſſos agat, quanto durius à Chriſto iudicari formidat. Nam ſicut ſcriptum eſt: In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis, &c. De modo verò corrigendi, abuſu & defectu, paſſim ſuis locis dicitur, videlicet in vocabulo Epiſcopus ſit diſcretus, &c. Clerici delinquentes vt puniendi, &c. Monachus & Decanus. &c De correctione autem ſubditorum Cõcilium TRIDENTINVM ſeſſione 13. quæ fuit 3. ſub Iulio 3. cap. 1. decreti reformationis. *Sancta* (ait *Synodus, vt prælati faciliùs & commodiùs ſibi ſubiectos regere, & in vita ac morum honeſtate continere poſſint, illud primùm eos admonendos, cenſet, vt ſi paſtores, non perſecutores eſſe meminerint, atque ita præeſſe ſibi ſubditos oportere, vt non in eis dominentur, ſed illos tanquam filios & fratres diligant, elaborentque vt hortando, & monendo ab illicitis deterreant, ne vbi deliquerint, debitis eos pœnis coercere cogantur. Quos tamen ſi quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apoſtoli eſt ab eis ſeruanda præceptio, vt illos arguant, obſecrent, increpent, & in omni bonitate & patientia, cùm ſæpe plus erga corrigendos agat beneuolentia, quàm auſteritas: plus exhortatio, quàm comminatio: plus charitas, quàm poteſtas: ſin autem ob delicti grauitatem virga opus fuerit, tunc cum manſuetudine rigor, cum miſericordia iudicium, cum bonitate ſeueritas adhibenda eſt, vt ſine aſperitate diſciplina populis ſalutaris & neceſſaria conſeruetur, & qui correcti fuerint emendentur, aut ſi reſipiſcere noluerint, cæteri ſalubri in eos animaduerſionis exemplo à vitijs deterreantur, cùm ſit diligentis & pij ſimul Paſtoris officium, morbis ouium lenia primùm adhibere fomenta, poſt vbi morbi grauitas ita poſtulat, ad acriora & grauiora remedia deſcendere: ſin tamen ne ea quidem proficiant, illas ſubmouendas, cæteras ſaltem oues à contagionis periculo liberare. In cauſis autem viſitationis, & correctionis, nihil valeat appellationis ſubterfugium, niſi in caſibus quos antiqui canones ſtatuunt.* Vide Appellatio & Clerici criminoſi, & Viſitatio, & cætera huiuſmodi, & ſequentem.

Match. 7.

Concilium Tridentinũ noniſſimum generale.
Hæc diligẽter perpẽde ſalubria dogmata.

1. Timoth. 4.

Correctiones aut correptiones non redimantur precio.] Concilium COLONIENSE IV. cap. 4. tertij medij hoc ſtatuit. *Magno* (inquit) *populi Chriſtiani ſcandalo, quidam ad quos pertinet vitiorum correctio, relinquunt peccata, ob pecunias & munera impunita, non perpendentes, pudendum eſſe crimen, crimina non coercere, nec quicquam eſſe quod atrocius Epiſcopos aut Prælatos coram Deo accuſet, quàm huius rei neglectus. Idcirco deliberatione cum conſilio habita, mandamus & ſancimus, ne Epiſcopi, Archidiaconi, vel alij iuriſdictionem habentes, aut eorum officiales ſeu commiſſarij, vitiorum correctiones diſſimulent, permittentes cuiquam pecuniarum, munerum, vel neceſſitudinis cuiuſcunque gratia, in eis hærere: ſed delicta præterita caſtigent pœnitentia ſalutari, pro delicti grauitate impoſita, nec pœnitentiæ loco pecuniam emungant, niſi vbi permittunt iura aut canones, ſeu vbi pro tranſgreſſione mandati vel inhibitionis certa mulcta (cuius habuerit tranſgreſſor cognitionem) decreta ſit. Verùm mulcta ex permiſſione iurium aut canonum proueniens, ſecundum illorum præſcriptum conuertatur. Cæterùm vbi huiuſcemodi caſtigationibus non proficitur, & tanta ſit delicti grauitas, poterit etiam cenſuris & pœnis canonicis caſtigari, nimirum ſuſpenſionis ab officio, excommunicationis & ſuſpenſionis beneficiorum Eccleſiaſticorum.* lege de pœnis c. licet. de Off. Ord. irrefragabili. §. Prouideant. de ſententia excommunicat. lib. 6 cap. Venera. §. Deniq;. Lege etiam ſuperius. Accuſatio & infrà crimen, Viſitatio. &c.

Concilium Colonienſe 4.

Saluberrimũ decretum.

Corripere, ſubditi ſi debeant, Prælatos.] Lege oro nec differas in dictione Epiſcopus, vbi dicitur, Epiſcopus non facilè accuſandus, &c. & poſt, Epiſcopus quatenus accuſari & corrigi ab inferioribus debeat, &c.

CREATIO.

Creatio mundi defenditur] Vide Mũdus.

CRIMEN.

Crimen obiicere ſi liceat.] FABIANVS I epiſtola 3 quæ eſt ad Hilarium Epiſcopum, & allegatur à Gratiano cauſa 3. quæſt 6. Qui crimen. *Si quis iratus, crimen aliquod cuilibet temerè obiecerit, conuicium non eſt pro accuſatione habendum, ſed permiſſo tractandi ſpatio, id quod iratus dixit, per ſcripturam ſe probaturum eſſe fateatur, vt ſi fortaſſe reſipiſcens, quæ præ iracundia dixit, iterare aut ſcribere noluerit, non vt reus criminis teneatur. Omnis ergo qui crimen obiicit, ſcribat ſe probaturum. Reuera ſemper ibi cauſa agatur, vbi crimen admittitur, & qui non probauerit quod obiicit, pœnam quam intulerit, ipſe patiatur.* De crimine Athanaſio falsò ab inimicis impoſito, tractat NICEPHORVS CALLISTVS lib. 8. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. cap. 49. de muliercula quadam, quam muneribus datis inuitam noctu vitiaſſe arguebatur. Multa autẽ alia ei crimina ſunt obiecta, de quibus agetur in vocabulo, Epiſcopus non leuiter accuſandus, vel, quomodo iudicãdus, &c. Hinc quoq; eſt quod SIXTVS 3. cũ ab iniquis iniuſtè peteretur & criminaretur à quodã Baſſo, quod Deo dicatã virginẽ Chryſogunitem ſtupraſſet, & allegatur à Gratiano. cauſa 2. quæſt. 4 vt & ipſe Sixtus epiſtola ſua 1. ad omnes Orientales Epiſcopos teſtatur, ad iuſſionem Valentiniani Auguſti ſua authoritate Synodum iuſſit congregari, vbi & rurſum ſtatuit, quæ ex Fabiano ſuprà retulimus, & allegatur à Gratiano locis, vbi ſuprà, & ab Iuone lib. 3. Decretor. Et poſt ſubditur. *Et facto* (ait) *Concilio cum magna examinatione ſatisfaciens omnibus, licet euadere ſatis aliter potuiſſem, ſuſpicionem tamen fugiẽs, coram omnibus me purgaui, me ſcilicet à ſuſpicione, & æmulatione liberãs, ſed non alijs qui noluerint, aut ſpontè hoc non elegerint, faciendo formam exemplúmque dans, cum ſcriptum ſit: Si quis crimẽ obiicere voluerit, &c.* vide ſuprà. & alibi, Criminationes aduerſus doctorẽ nemo ſuſcipiat. &c. vide accuſatio, & infrà, Epiſcopus nõ facilè accuſandus. allegat & ipſe Sixtus eadem epiſtola, hoc quod ex Synodo Romana ſub eodem congregata allegat Gratianus cauſa 2. q. 7. cap Si

Fabianus 1.

Nicephorus Calliſtus Athanaſius iniuſtè criminatus.

Sixtus 3. iniuſtè criminatus.

quis Epiſcopos. *Si quis Epiſcopus* (ait) *aut preſbyter aut Diaconus, vel quilibet clerici apud Epiſcopum quaslibet perſona, &c.* Vide allegatum ſuprà in dictione, accuſator falſus. Vide & , Epiſcopus condemnatus appellans. Et ſupra. Accuſatio non facilè fiat. Sic poſteà accuſatus eſt SILVERIVS I. quaſi ciuitatem in manus Gothorum tradere voluiſſet, ſed falſi teſtes ſubornati erant à Vigilio Diacono Conſtantinopolitano, eò quòd eidem denegarat Siluerius reſtitutionem Authini Epiſcopi Conſtantinopolitani hæretici ad preces Auguſtæ, ſicque depoſitus Siluerius, & in exilium miſſus, mortuus eſt: Poſtea exiit edictum, quod ſtatuit Concilium ARELATENSE III. quod allegat Gratianus cauſa tertia quæſtione octaua. *Hos* (inquit) *qui fratribus ſuis capitalia crimina obieciſſe conuicti fuerint, placuit vſque ad exitum non communicare, niſi digna ſatisfactione pœnituerint.* Idem ſtatutum protulimus in dictione accuſatio non facilè fiat. Ex Concilio VASENSI cap. 7. Vide ſequentia.

Siluerius 1. falsò accuſatus.
Concilium Arelatenſe 3.
Concilium Vaſenſe 3.

Criminis conſors, & ei fauens pari pœna plectendus.] Hæc lex eſt ciuilis, quam & ſummopere laudat, & amplectitur, atque approbat poſtea GALASIVS I. epiſtola ad Anaſtaſium Imperatorem. *Non poteſt* (inquit) *peruerſitas communicatore ſuſcepto, non pariter peruerſitas approbari, ſic non poteſt refutari peruerſitas complice ſectatore peruerſitatis admiſſo. Legibus enim veſtris criminum ſocij, ſuſceptoreſque latrocinantium, pari iudiciorum pœna conſtringunt, nec expers facinoris æſtimatur, qui licet ipſe non fecerit, facientis tamen familiaritatem fœduſque receperit.* Vide ſimile in vocabulo. excommunicatus. Hæc lex etiam lata eſt à CAROLO REGE IV. in Concilio PISTENSI cap. 4. tempore Nicolai 1. eſtque etiam Patrum eiuſdem concilij ſententia qua feriunt anathemate omnes, qui crimen alterius cælant, aut non corrigunt, cùm habeant in criminoſos poteſtatem: & adferunt dictum Apoſtoli: *Non ſolùm qui faciunt, ſed & qui conſentiunt facientibus, digni ſunt morte, non eſt* (aiunt) *liber à conſenſu, qui quod emendare poteſt, emendare negligit. Quapropter ſine dubio peccati ſe participem facit.* Hinc diuus CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro 2. epiſtolarum, epiſtola 7. eſt autem epiſtola presbyterorum & Diaconorum Romanorum ad eundem. *Non eſt* (aiunt) *immunis à ſcelere, qui vt faceret, imperauit: nec alienus à crimine, cuius conſenſu, licet non à ſe admiſſum crimen, tamen publicè legitur. Et cùm totum fidei ſacramentum, in confeſſione Chriſti nominis intelligatur eſſe digeſtum, qui fallaces in excuſatione præſtigias quæri negauit, & qui vult videri paruiſſe, negaſſe voluit, &c.* Hinc ALEXANDER III. parte 35. Concilij Lateranenſis ſub eodem cap. 1. ſcribens Exonienſi Epiſcopo tractans de percuſſoribus S. Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis, pari pœna dicit puniendos, & illos qui ferire, & qui eis opem ferre auſi ſunt & non ſunt S. Viro opitulati: quia ſicut ſcriptum eſt: *Qui potuit hominem liberare à morte, & non liberauit, ipſum occidit.* Conſtat quoque eos ab homicidij reatu immunes non eſſe, qui occiſoribus contra alios opem ferre venerint, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui cùm poſſit, manifeſto facinori deſinit obuiare. *Illos ergo* (ait) *vel qui regis animum ſuccenderunt ad odium, vnde fuit homicidium ſubſecutum, & illi quos conſtat armatos tanto interfuiſſe facinori, & qui conſilium dederunt, vt vir ſanctus caperetur, ſi clerici ſunt deponi mandamus perpetuò ab altaris officio, ſi laici, pari cum perſecutoribus excommunicationis ſententia innodamus.* Vide ſuprà corrigere & quod ſequitur.

Gelaſius 1.
Carolus 4. rex Franciæ. Concilium Piſtenſe in loco ad Sequanam ſito nomine Piſtis celebratum.
Romano. 1.
Cyprianus Carthaginenſis.
Alexander 3.

Crimen ſecretum non prodendum.] Lege ſuperiùs, confeſſio non reuelanda. Quod autem ſequitur, eſt eiuſdem generis. Sic ergo de crimine ſecreto non prodendo, ſcribit ALEXANDER III. Normicenſi Epiſcopo parte 50. Concilij Lateranenſis ſub eodem cap. 5. *Si ſacerdos* (ait) *ſciat pro certo, aliquem eſſe reum alicuius criminis, vel ſi confeſſus fuerit, & emendare noluerit, niſi ordine iudiciario quis probare poſſit, non debet eum nominatim redarguere, ſed indeterminatè, ſicut dixit Chriſtus, vnus veſtrum me traditurus eſt. Si verò ille, cui damnum illatum eſt, petierit iuſtitiam, poteſt excommunicare authorem damni licet ei confeſſus ſit, ſed tamen non poteſt nominatim eum remouere à communione, licet ſciat eum eſſe reum, quia non vt iudex ſcit, ſed vt Deus. Sed eum debet admonere, ne ſe ingerat, quia nec Chriſtus Iudam à communione remouit.* Vide ſuprà, confeſſio.

Alexander 3.
Hoc valde notandum eſt.
Matth. 10. Marc. 14.

CRIMINOSVS.

Criminoſi clerici vt puniendi.] Lege ſuprà, Clerici criminoſi, hinc quoque de cæteris criminoſis, vide Fur Reus. &c. Porrò Concilium ARELATENSE IV. ſub Carolo Magno & Leone 3. canone 26. *Statuimus, vt qui de publico crimine conuicti ſunt, rei publicè iudicentur, & publicam pœnitentiam agant, ſecundum canones.* Item Concilium TVRONENSE III. canonem 42. *De manifeſtis criminoſis, inceſtuoſis, homicidis, &c. qui in criminibus nulla admonitione perculſi perſeuerent, iniunguntur diſciplinæ ſecularis potentia, tales per publicas pœnas coercere.* Sic & Concilium CABILONENSE II. cano. 18. ſtatuit ne tales criminoſi pro precio liberentur, ſed iuſta punitione pro qualitate delicti puniantur. Et canone 21. *Decreuimus,* (ait) *vt ſiquis publicè peccat, publica mulctetur pœnitentia, & ſecundum ordinem canonum pro merito ſuo excommunicetur, & reconcilietur.* Idem & CAROLVS MAGNVS in ſuis conſtitutionibus. Sed & in omnibus locis, ſtatuitur delinquentibus pœna, vt paſſim reperies: vt, Fornicatio. Adulterium, Homicidium, Fur, Reus, & huiuſmodi.

Concilium Arelatenſe 4. ſub Leone 3.
Concilium Turonenſe 3 ſub Carolo Magno.
Concilium Cabilonenſe 2.
Carolus Magnus.

Criminoſi non habeant defenſores.] BASILIVS MAGNVS vt allegat Burchardus libro vndecimo decretorum. cap. 46. *Qui conſentit peccantibus & defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum & homines, & corripietur increpatione ſeueriſſima. Hinc & quidam Sanctiſſimus Pater ait. Si quis errori alterius conſenſerit, ſciat ſe cum illo ſimili modo culpabilem iudicandum & excommunicandum, &c.* Hinc Concilium SVESSIONENSE apud ſanctum Medardum capite ſeptimo *Illud cunctis volentibus confirmatum eſt, vt qui diſciplina Eccleſiaſtica noxij, ingenui ſiue ſerui coercentur, nulli eos audeant tueri, & vindictam eorum in quoſlibet ad poteſtatem Epiſcoporum pertinentium retorquere. Quod ſi qui deinceps præſumpſerent, & excommunicationem Eccleſiaſticam & motum indignationis regiæ perpeſſuros.* Huic NICOLAVS I. epiſtola ad Michaelem Imperatorem. & allegatur diſtinctione vigeſima prima c. noliте. Quia Ignatium Epiſcopum defendebat qui accuſabatur. *Nolite* (inquit) *æſtimare nos cuiuſ. unque proximorum noſtrorum, quæ ſunt digna reprehenſione, velle defendere, ſed quia volo, vt nulla temeritate ad innocentium vitam reprehendendam proſiliatur.*

Baſilius Magnus.
Concilium Sueſſionenſe apud S. Medardum anno 813.
Nicolaus 1.
*Conſtantinopolit.

Criminator.

Clemens I.

Criminator vt corrigendus.] Vide infrà detractor, hinc & Clemens I. libro 2. conſtitutionum Apoſtolicarum capite 40. *Quos cognoſcitis dementes, contentioſos, alienis malis gaudentes, his nolite fidem adhibere, ſed cauete, ne quid à talibus contra fratrem audiatis, quoniam in oculos eorum nihil inſidet, præterquam cædes: & in quo quis minus ſuſpicatur, confodiunt virum. Tu ergo mentem adhibe accuſatori, ſapienter obſeruans eius vitæ conſuetudinem, qua ac cuiuſmodi fuerit, & ſi comperies eum verum dicere, fac ſecundum præceptionem Domini, apprehenſumque accuſatum remotis arbitris corrige, vt ad pœnitentiam redeat. Quod ſi obſequi noluerit, vocatis duobus aut tribus viris, monſtra ei delictum, admonens eum in manſuetudine & diſciplina: quoniam in corde bono requieſcet ſapientia, & in corde inſipientium non cognoſcitur.* Et capite 42. *Si igitur perſuaſus fuerit in ore trium veſtrum, bene habet: quod ſi obdurauerit, dic Eccleſiæ: ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam ethnicus & publicanus, nec illum amplius velut Chriſtianum in Eccleſiam admiſeris, ſed veluti ethnicum vitaueris.* Idem ſub finem capite 45. Idem capite 47. ſic ſubiungit. *Criminatorem ſeu calumniatorem eiicite extra cœtum veſtrum, velut fratris interfectorem. Deinde interiecto tempore, ſi ſe pœnitere confeſſus fuerit, premite eum ieiuniis, poſtea manûs ei impoſita recipite, prius tamen fide accepta, ſe neminem poſthac turbaturum. Quod ſi reuerſus in Eccleſiam, eodem modo ſeditionem moueat, & ſtudio contentionis comparans crimina, non deſinat fratrem perturbare & vexare, exterminate eum veluti hominem peſtilentem, ne Eccleſiam Dei euertat. Talis enim homo ciuitatem perturbat: Et ſi intra Eccleſiam manet, quod decorum non eſt, illi exiſtit immelius & ſuperfluum, inquinans, quantum in ſe eſt, Chriſti corpus.* Porrò Concilium Oxonienſe ſub Innocentio 3. capite 1. cauillatores & criminatores excommunicat. potiſſimùm ſi gratia lucri, odij, vel fauoris aliquem infamauerint cùm aliàs bonæ famæ habeatur. vide Libelli famoſi, detractor, & detractio, & accuſator. &c.

Matth. 18.

Prouerb. 4.

Crux.

Crucis gloria, adoratio, Impreſsio, & erectio, defenditur. De crucis ſigno ſæpius iam meminimus in dictione. Baptiſmus, confirmatio, & eiuſmodi quia hæc ſacramenta etiam ſigno crucis perficiuntur. Nunc autem ab initio naſcentis Eccleſiæ volumus crucis gloriam, adorationem, impreſſionem, & erectionem probare, quod ſimul fieri oportuit, quia plures authoritates hæc omnia ſimul comprehendunt, nec eas licuit ſeiungere. Adde quòd hæc omnia ad vnum referuntur, & hæc omnia ſimul hæretici calumniantur. Vt igitur contra inimicos crucis Chriſti, vexillum crucis attollamus, ex Patrum doctrina moniti, ſic procedimus. Itaque Dionyſius Areopagita crucis ſignum imprimi in infantibus qui baptizantur, & qui confirmantur, & in his qui ſacros ordines ſuſcipiunt, teſtatur libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ cap. 4 parte 2. vt ſuis in locis dicetur. & parte 2 capitis 5. atque parte 3. rationem reddit cur imprimatur ſignum crucis, quod ſignum vitale nominat. *Signati (ait) ſigni vitalis impreſſio, omnium ſimul carnalium deſideriorum vacationem, vitamque ad Dei imitationem effictam, intuitum in Ieſu ſacratiſſimam vitam, ad crucem vſque ac mortem progreſſi diuina ſemper impeccantia comite, &c.* Hæc Idem iterum repetit parte 3 cap. 6. eiuſdem libri vbi de myſterio monaſticæ conſummationis edisſerit myſtico ſenſu: *At verò (ait) crucis ſancta ſignaculum, vt iam dictum eſt, mortificationem omnium ſimul carnalium cupiditatum ſignat, &c.* Et Ignatius Martyr Epiſtola ad Philipenſes de baptiſmo circa medium. *Princeps mundi (ait) lætatur, quando quis negat crucem, interitum enim ſuum agnoſcit confeſſionem eſſe crucis, hoc enim eſt trophæum contra eius poteſtatem. quod videns expaueſcit & audiens timet, ac priuſquam facta crux eſſet, feſtinabat vt fieret ea, & operabatur in filiis diffidentiæ, operabatur in Iuda, in Phariſæis, in Sadducæis, in ſenibus, in iuuenibus, in ſacerdotibus. Cùm autem pararetur crux tumultuatur, & pœnitentiam proditori inicit & laqueum ei oſtendit & ſuſpendium docet, terret quoque mulierculam in ſomniis eum perturbans, & compeſcere patibulum crucis conatur, qui omnem rudentem mouerat, vt ea conſtrueretur, non quòd pœniteret eum tanti mali, ita enim non omnino malus eſſet: verùm ſuum ſentiebat exitium. Initium enim damnationis ei fuit crux Chriſti, initium mortis, initium perditionis idcirco & in quibuſdam, vt crucem negent, facit vt paſſionem erubeſcant, mortem opinionem vocent, natiuitatem & ortum ex virgine circumcidant, naturam ipſam diffamat quaſi impuram & ſcelaratam, &c.* Idem epiſt. ad Heroné Diaconum Antiochenum. *Si quis neget crucem, & paſſionem erubeſcat, eſto tibi ille tanquam aduerſarius, &c.* Et Polycarpus Smyrnenſis epiſtola ad Philippenſes. *Qui (inquit) non confitetur myſterium crucis, ex Diabolo eſt, &c.* Et vir Apoſtolicus beatus Martialis Apoſtolus, Epiſtola ad Burdegalenſes cap. 8. *Malitiam (ait) Diaboli calcate, quia & iam per trophæum crucis deuictus eſt, & per crucem Domini ligatus eſt. Crucem Domini in quem credidiſtis, Deum verum & Dei filium, ſemper in mente, in ore, in ſigno tenete. Crux enim Domini armatura veſtra inuicta contra Sathanam, galea cuſtodiens caput, lorica protegens pectus, clypeus tela maligni repellens, gladius iniquitatem, & angelicas inſidias peruerſæ poteſtatis, ſibi propinquare nullo modo ſinens. Hoc ſolo ſigno, cœleſtis victoria data eſt nobis, & per crucem baptiſma Dei ſanctificatum eſt.* Idem epiſtola ad Toloſanos cap. 2. *Mors autem Chriſti lignum crucis eius extitit, vnde triumphus crucis vita noſtra eſt in æternum. Per crucem enim vita nobis reſtaurata eſt, & mors mortua eſt.* Porrò vt altius repetamus. Abdias Babylonius lib. 1. certaminis Apoſtolici ad calcem. *Petrus itaque (ait) ductus vt crucifigeretur, rogauit vt cruci inuerſis veſtigiis figeretur, ea reuerentia ac ne ita ſeruus crucifixi videretur, vt Dominus. Quod vbi factum eſt, cœpit de cruce ad populum loqui: O ineffabile ac profundum myſterium crucis! O inſeparabile vinculum charitatis! Illud eſt lignum vitæ, in quo Dominus Ieſus exaltatus, omnia traxit ad ſe. Iſtud eſt lignum vitæ, in quo crucifixum eſt corpus Domini ſaluatoris, ac in eo confixa eſt mors, & mundus totus æternæ mortis eſt vinculis abſolutus. O gratia incomparabilis & amor crucis inaceſſibilis!* Hæc confirmat Nicephorus Calliſtus libro 2. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 35. &c. Idem Abdias lib. 3. certaminis Apoſtolici. Et Presbyteri Achaiæ, de beato Andrea loquuntur, quòd cum duceretur ad crucifigendum, adorabat crucem & in voces tales erumpebat: *Salue crux quæ in corpore Chriſti dedicata es, & ex membrorum eius margaritis ornata. Antequam te aſcenderet Dominus, timorem terrenum habuiſti, modò verò amorem cœleſtem obtinens pro voto ſuſciperis. Scitis enim*

Dionyſius Areopagita.

Cur baptizandis & aliis imprimitur crucis ſignum.

Ignatius Antiochenus.

Attende Caluine.

Rationem reddit Ignatius, cur Diabolus oderit crucem.

Audi Hæretice.

Polycarpus Martyr.

Martialis Lemouicenſis.

Audi Caluiniſta.

Abdias Babylonius Epiſcopus Chriſti diſcipulus.

Petri Apoſtoli ad crucem deuotio.

Presbyteri Achaiæ

à credentibus, quanta intra te gaudia habeas, quanta munera præparata. Securus ergo & gaudens venio ad te, ita vt & tu exultans ſuſcipias me diſcipulum eius, qui pependit in te, quia amator tuus ſemper fui, & deſiderans amplecti te. O bona crux quæ decorem & pulchritudinem de membris Domini ſuſcepiſti, diu deſiderata, ſolicite amata, ſine intermiſſione quæſita, & aliquando iam concupiſcenti animo præparata, accipe me ab hominibus, & redde me magiſtro meo, qui per te redemit me, &c. Hæc confirmat Bernardus Clareuallenſis in ſermonibus feſti S. Andreæ & conſequenter de eodem Apoſtolo narrat idem Abdias, quia cùm in Macedoniam iter ageret, armati ei occurrerunt milites, contra quos ſignum crucis exhibente, omnes proni corruerunt in terram, & ita Apoſtolus cùm ſuis ſine detrimento præteriuit, & qui hoſtes antea fuerant proiectis gladiis adorabant illum. Sed & in ſequentibus memoratur Andreas populum & ſeipſum cruce ſignaſſe. Idem libro 4. certaminis Apoſtolici narrat beatum Iacobum maiorem, Ioſiam decollandum benedixiſſe, poſt Baptiſmum: *Et fecit* (ait) *ſignaculum crucis Chriſti in fronte eius, & haud mora ceruicem ſpeculatori porrexit.* Idem libro 5. teſtatur, quod Ioannes Apoſtolus, vbi ei ab Ariſtodemo oblatus eſſet calix veneno plenus, vt biberet, *Intrepidus* (ait) *& conſtans accepit calicem, & ſignaculum crucis faciens oratione præmiſſa os ſuum & totum ſemetipſum armauit ſigno crucis, & bibit totum quod erat in calice, atque ita conuerſi ſunt ad fidem.* Hæc narrat SIMEON METAPHRASTES in vita eiuſdem & addit. *Itaque præſtigiator ille ac veneficus, & ipſo pharmaci debilitatem damnans, aliud ipſi porrigit quod priore multo efficacius erat vbi autem rurſum conſueto crucis ſignaculo calicem conſignaſſet ac bibiſſet, iterum illæſus permanſit, ipſeque obſtupuit. Sanè cùm cauſam coniectare non poſſet, ac mirum in modum deſperationis ſtimulis iactabatur, nodum enim, intelligere poterat quod crucis efficacia eſſet quæ veneni vires extingueret, &c.* Et ſubſequenter infert, illum herbam in aurum conuertiſſe ſigno crucis. Et poſtquam deſcendit in defoſſum ſepulturæ locum, totum ſe conſignaſſe. Iterum idem Abdias libro 6. certaminis Apoſtolici, vbi de Simone & Iuda loquitur, etiam eos ſigno crucis varia operatos confirmat. Libro quoque 7. de geſtis Matthæi ſcribit, illum aduerſus dracones, ſigno crucis munitum prodiiſſe. Etiam libro 8. mentionem facit Abdias, qualiter Angelus templo in quatuor angulis impreſſerit ſignum crucis, dum dedicaret illud. Poſt factam autem dedicationem, ſic Angelus affatus eſt populum: *Primo oſtendam vobis, vt quale ſignum ego ſculpſi in his ſaxis, tale vos digito veſtro facite in frontibus veſtris, & omnia mala fugient à vobis.* His factis oſtendit eis Angelus Domini, ingentem Ægyptium nigriorem fuligine, &c. & libro 9. narrat Thaddæum Abagarum regem Edeſſæ, impoſito crucis ſignaculo ab omni languore curaſſe. Quod confirmat Euſebius libro 1. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ capite 16 & 17. Idem Abdias paulò infrà, *Thomas* (ait) *cunctos in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, imponens ſignum beatæ crucis, perſanabat.* Et iterum de Migdonia narrat, quòd accedens ad Apoſtoli pedes, de fide inſtructa accepto ſignaculo crucis reuerſa eſt in domum ſuam. Præterea libro decimo, tractat eundem Apoſtolum Scythas à flatu draconis liberaſſe, dum modò loco ſtatuæ Martis crucem Domini affigerent & eum adorarent: quod & factum eſt, & liberati ſunt. IVSTINVS MARTYR in Dialogo cùm Tri-

Simeon Metaphraſtes.

Vide crucis efficaciam.

Crucis impreſſio.

Mira res.

Prediſio crucis Ambroſio [illegible]

Iuſtinus Martyr.

A phone, per lignum, quod in Iordanem iactum extraxit ferrum ſecuris, lignum crucis præfiguratum demonſtrat. Et paulò pòſt crucem figuratam dicit in virga, quæ Iudam patrem eſſe natorum Thamar demonſtrauit & in facto Moſis, dum pugnam committerent filij Iſrael cùm Amalec, manibus expanſis orantis. *Hor autem & Aaron ſuſtentabant manus eius per totum diem, ne remitteretur præ laſſitudine. Si quid enim labaret hæc figura crucem mutans, mox vincebatur populus: quod ſi in eodem ſtatu maneret, Amalec vincebatur, cruce vires addente victoribus, Non enim propter preces Moſis ſuperior euadebat populus, ſed quia nomen eius verſabatur in prima acie, & vates ſignum crucis repræſentabat. Quis enim eſt*

B *veſtrum, qui neſciat, precibus lachrymiſque flecti Deum ad miſerationem, ſi quis demiſſo vultu procumbant in genua? ſed in lapide ſedens nec hic alias precatus eſt, nec alius poſtea. Habet autem lapis figuram, vt Docui Chriſto ſignificantem.* Et conſequenter per cornua Rhinocerotis, crucem dicit præfigurari, vbi Moſes Ioſeph benedicit, tum ſerpentem æneum & ligna impoſita Iſaac, & cætera talia præſignaſſe crucis myſterium, prolixo ſermone deſcribit. Et ad calcem Apologiæ 2. pro Chriſtianis, ad Antoninum, vbi Chriſti Incarnationem & Aſcenſionem atque alia myſteria è prophetarum oraculis demonſtrauit, & gentes ſuis diis ea omnia voluiſſe applicare, quæ vni Chriſto ſeruabantur. Tum infert. *Crucem*

C *tamen in nullo Iouis filio retulerunt. Non enim intelligebant myſterium ſcripturarum figuratè omnia tradentium, nec quòd crux ſit præcipuum inſigne principatus ac roboris, vt oculis cernitur. Conſiderate totum mundum, an in eo quicquam geratur ſine hac figura, aut conſtet vlla ſocietas. Mare non ſulcatur niſi hoc tropheum, quod vocatur velum, in naui maneat incolume. Foſſores non operantur, ſicut nec opifices, niſi inſtrumentis hanc formam habentibus. Hominis figura non aliter à brutis differt, quam quòd erecta eſt & manus expandit: & in facie à fronte protenſum naſum præfert, per quem fit reſpiratio, vt planè forma crucis videatur. quod & propheta ſic indicat; Spiritus ante faciem noſtram Chriſtus Dominus. Veſtra quoque ſigna declarant huius figuræ*

D *potentiam, vt trophæa & quædam quæ prælata vobis turbam ſubmouent, magiſtratus & poteſtatis inſignia, quamuis id non aduertatis agentes aliud. Defunctorum quoque Imperatorum veſtrorum imagines conſecratis hoc ſchemate, quos diuos cognominatis in titulis. Cùm igitur & bonis rationibus, & ex ipſa figura deſumptis, pro viribus portione agamus vobiſcum, extra culpam erimus in poſterum, etiam ſi non perſuaſerimus obſtinatè in incredulitate perdurantibus, quandoquidem quantum in nobis ſitum erat, præſtitimus.* Hæc penè & conformia IRENAEVS LVGDVNENSIS narrat, quæ Iuſtinus circa medium libri 5. prætactas etiam figuras exponens de cruce Domini. Et TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro contra

E Iudæos c. 8. Crucis myſterium multis ſanctorum patrum figuris expreſſum elucidat, crucem affirmans typicè deſignatam in benedictione qua Iacob Ioſeph benedixit: Item per ſerpentem in heremo erectum. *Cur* (ait) *æneum ſerpentem ligno impoſitum, pendentis habitu in ſpectaculum Iſraelis ſalutare propoſuit, eo tempore quo à ſerpentibus poſt Idololatriam exterminabantur, niſi quòd hic Dominicam crucem intentabat, qua ſerpens diabolus deſignabatur, & læſo cuiqui ab huiuſmodi colubris, id eſt, Angelis eius à delictorum peccantia, ad Chriſti crucis ſacramenta intento, ſalus efficiebatur? Nam qui in illam tunc reſpiciebat, à morſu ſerpentum liberabatur. Age nunc, ſi legiſti penes prophetam in pſalmis:*

4. Regum 6.

Geneſ. 38.

Exod. 17.

Crucis gloria.

Geneſ. 49.
Numeri 21.
Geneſ. 22.

Figura crucis vbique imprimitur.

Vide eos.

Threno. 4.

Irenæus Lugdunenſis.

Tertullianus Carthaginenſis.

Geneſ 49.

Numeri 21.

Dominus regnauit à ligno: expecto quod intelligas, ne fortè lignarium aliquem regem ſignificari putetis, & non Chriſtum, qui exinde à paſſione ſua, ſuperata morte regnauit. Proinde & Eſaias, Quoniam puer, inquit, natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: Cuius imperium factum eſt ſuper humerum eius. Quis omnino regum inſigne poteſtatis ſuæ humero præfert, & non aut capite diadema, aut in manu ſceptrum, aut aliqua proprietate vſus nouæ? Sed ſolus nouus rex ſeculorum Chriſtus Ieſus, nouam gloriam & poteſtatem & ſublimitatem ſuam in humero extulit, crucem ſcilicet, vt ſecundum priorem prophetiam, exinde Chriſtus regnaret à ligno. De hoc enim ligno etiam Deus inſinuat per Hieremiam, quod eſſetis (Iudæos alloquitur)

Hieremia 11.

dicturi: Venite mittamus in panem eius lignum, & conteramus eum de terra viuentium, & nomen illius non memorabitur amplius. Vtique in corpus eius lignum miſſum eſt. Sic enim Chriſtus reuelauit, panem corpus ſuum appellans, cuius retro corpus in panem prophetes annunciauit. Si adhuc quæres Dominicæ crucis prædicationes, ſatis iam poterit tibi facere 21. pſalmus, totam Chriſti continens paſſionem. Iterum & cap. 9. ſequenti de ſigno Tau & alijs figuris, quæ crucem præcedebant diſſerit. Idem libro 3. contra Marcionem, penitus eadem repetit: & libro de corona militis paulò pòſt initium: *Ad omnem* (inquit)

Oro lege Calumiſta.

progreſſum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quæcunque nos conuerſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus. Et libro 2. ad vxorem incommoda perſtringens matrimonij mulieris fidelis, contracti cum infideli. *Latebis ne* (ait) *tu, cùm lectulum, cùm corpuſculum tuum ſignas? Cùm aliquid immundum flatu expuis, cùm etiam per noctem exurgis oratum, & non magia aliquid videberis operari?* Et libro Apologetico

Hæc nobis obijciunt Hæretici, longè à mẽte Tertulliani.

aduerſus gentes, capite 16. cùm de capite aſinino diſputat, de informi crucis ligno loquitur, ſimulque dicit vexilla Romanorum, & omnes inſignes ſuggeſtus imaginum monilia eſſe crucium. *Diximus* (ait) *originem Deorum veſtrorum, a plaſtis de cruce induci. Sed & victorias adoratis cùm in Trophæis cruces inteſtina ſint trophæorum. Religio Romanorum tota caſtrenſis, ſigna veneratur, ſigna iurat, omnibus dijs præponit, omnes illi imaginum ſuggeſtus inſignes, monilia crucium ſunt. Sipara illa vexillorum & labarorum, ſtolæ crucium ſunt. Laudo diligentiam, noluiſtis nudas & incultas cruces conſecrare, &c.* Et CLEMENS ALEXANDRINVS libro 6.

Clemen. Alexandrinus.

Stromatum, crucem Dominicum ſignum vocat, eamque per illud Tau præſignatum, &c. Sed & CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro

Cyprianus Carthaginenſis.

3. epiſtolarum, epiſtola 25. *Neque enim* (ait) *ad fuſtes Chriſtianum corpus expauit, cuius eſt ſpes omnis in ligno. Sacramentum ſalutis ſuæ Chriſti ſeruus agnouit, redemptus ligno ad vitam æternam, ligno prouectus & ad coronam.* Idem & in expoſitione Symboli. *Sciendum eſt* (ait) *quod crux iſta, triumphus erat. Triumphi enim inſigne eſt trophæum, trophæum autem deuicti hoſtis indicium eſt, &c.* Lege eundem & ſermone de Reſurrectione Chriſti. De gloria & vir-

Origenes Adamantius.

tute crucis Chriſti, eleganter ORIGENES ADAMANTIVS homilia 8. in Ioſue, vbi exponit illud, quòd rex Hay in ligno crucis fuit ſuſpenſus:

Ioſue 8.

& homilia vnica in Epiphania Domini. parte 3. operum quæ ponitur 8. in diuerſos. *Iſtius crux* (ait) *noſtra victoria eſt, iſtius patibulum noſtri triumphus. Gaudentes leuemus hoc ſignum, in humeris noſtris victoriarum vexilla portemus. Immortale lauacrum portemus in noſtris frontibus, cùm dæmones viderint*

A *contremiſcent, qui auratа capitolia non timent, crucem timent. Qui contemnunt ſceptra regalia & purpuras*

Vide.

Cæſarum & dapes, Chriſtianorum ſordes & ieiunia pertimeſcunt. Denique in Ezechiele propheta, cùm omnes, quos miſſus fuerat Angelus occidiſſet, & interfectio cœpiſſet à ſanctis, illi tantummodo ſoſpites reſeruantur, quos T litera, id eſt, crucis pictura ſignauerat. Exultemus itaque fratres, & ad crucis ſimilitudinem, ſanctas in cœlum leuemus manus. Cùm ſic nos dæmones armatos viderint, opprimentur, &c. EVSEBIVS CAE-

Euſebius Cæſarienſis.

SARIENSIS libro 1. de vita Conſtantini, & NICEPHORVS CALLISTVS libro 8. hiſtoriæ

Nicephorus Calliſtus.

Eccleſiaſticæ cap. 3. CASSIODORVS SENA-

Caſſiodorus Senator

TOR libro 1. Tripartitæ hiſtoriæ cap. 4. hi tres &
B alij plures hiſtoriographi narrant, qualiter Conſtantino Magno crucis ſignum apparuit longiùs diſtentum, orientem verſus, meridiano tempore, ſplendore ſolem ipſum ſuperante, circum quod in orbem, ſtellis itidem, vt in cruce literarum latinarum formam referentibus inſcriptio hiſce verbis

Crucis ſignũ Conſtantino ſupius apparet.

eſt viſa: *In hoc vince.* Quod ſignum confeſtim ex auro & lapillis precioſis ad militaris veſilli inſtar fieri curauit, & ſimul Maxentium fortiſſimè deuicit in ponte ſubmerſum, & Romam in poteſtatem ſuam recepit. Idem Nicephorus libro 7. cap. 47. narrat etiam quomodo ei apparuit contra Bi-

Res digna lectu & valde mirabilis.

zantium pugnanti, cuius etiam virtute victoriam obtinuit, iuſſitque vt crucis ſupplicium, quo rei
C damnabantur aboleretur, & crucem in ſuis nummis imprimi curauit. Tum capite 49. eiuſdem libri 7. narrat quomodo 3. Conſtantino crux apparuit contra Scythas pugnanti, victoriamque ei ſicut & antea conciliauit. Idem quoque Nicephorus libro 7. cap. 37. miraculum narrat inſigne. Cùm enim Conſtantinus, aduerſus Maximum Tyrannum bellum paraſſet. *Iuſſit* (ait) *Conſtantinus magnus crucis ſignum præferri, quod à Romanis*

Lege cuangeſt, vt crux adoraretur, vide.

antea labarum dicebatur, ſignis militaribus alijs longè præſtantius, quod id à militibus præferri & adorari lege cautum fuerit. Quam ob cauſam etiam Conſtantinum puto celeberrimum Romani Imperij vexillum, in Chriſti ſignum mutaſſe, vt frequenti eius ſpectaculo &

Sed Caluinus è cõtra dicit, eſſe ſuperſtitionem cruce venerari.

D *cultu ſubditi in deſuetudinem priſtinæ ſuperſtitionis venirent, eumque ſolum Deum eſſe arbitrarentur, quem Imperator & duces eius colentes, propugnatore aduerſus hoſtes vterentur. Hoc igitur ſignum præferri, & laborantibus periclitantibuſque cohortibus adeſſe, atque a ſatellitibus per vices in humeris geſtari, ordineſque cum eo circuire iuſſerat. Saluтifera hæc armatura, cùm ſic Conſtantinus aciem præiret, Maximianus ſuos*

Attende inſigne miraculũ crucis.

præcipit vt quò cunque collimare, certòque iaculari poſſeat, in ſignum id, tela conijcerent, atque in ipſum conſertim cum impetu ferrentur. Quapropter is qui id ferebat (dicitur autem Græcè ſuperſtitioſus fuiſſe) *metu perculſus, alij portandum tradere feſtinauit. Atque*
E *ibi alter quidam patre martyre prognatus, alacriter admodum proſiliens, thoracem & galeam longe à ſe abiecit, ſolâque tunica tectus, ſignum crucis arripuit. Porrò ille qui ſibi a telorum ictibus cauerat, lethali vulnere accepto concidit. Qui verò ſacratum crucis ſignum ferebat, quamuis denſa nimis inſtar, tela in eum coaceruarentur, à nullo tamen eſt vulneratus. Nam præter opinionem omnem, diuina quadam virtute, tela ab hoſtibus emiſſa, haſta ſigni illæſa atque impacta, ab eo qui id ferebat, in medio armorum diſcrimine verſante, auolabant. Dicitur præterea, atque à Deo amantibus viris creditur, nec alio vnquam tempore qui ſignum id tulerit, in ſiniſtrum aliquem deci-*

Nota hæc.

diſſe caſum, aut vulneratum captiuumve eſſe. Sed enim prælio commiſſo tyrannus, qui deteſtandis magorum

impoſturis fretus fuerat, interiore quoque tunica abſciſſa, militarique habitu ſumpto, cum paucis admodum qui ei bene volebant, euadens quàm celerrimè quò eum pedes ferebant, profugit, & vicum alium alio mutans, vix ſe ex hoſtium manibus ſubduxit, &c. Idem NICEPHORVS libro 8. cap. 37. ea quæ ſuperiùs diximus, repetens, ſcilicet ter crucis ſignum Conſtantino apparuiſſe: *Ad imitationem* (ait) *Triplicis illius viſionis, tres ex ære fieri curauit cruces, eiſque ſacra hæc impoſuit nomina, Ieſus Chriſtus vincit.* Ex lege reſiduum. Tum eodem capite inſigne pandit miraculum, quod ter in anno ſolebat ad huius crucis ſignum erectum, fieri per Angelum: *Quam etiam crucem* (ait) *venerandam longo poſt tempore decimum octauum annum Mauricio imperante, quod immenſo terræ motu corruerat, ferreis quibuſdam operibus Heraclius firmauit, & in baſi eius, huiuſmodi incidit inſcriptionem: Opus Deo acceptum Imperatoris Magni, Heraclius firmauit. Quæ inſcriptio ad mea vſque tempora durauit.* Hæc de tribus crucibus à Conſtantino conſtructis. Vide quod & infrà adhuc narrabitur. De crucis porrò ſigno pluribus in locis BASILIVS MAGNVS meminit, & ſpecialiter libro de Spiritu ſancto contra Eunomium cap. 27. vbi de traditionibus non ſcriptis diſputat: *Vt eius* (ait) *quod primum & communiſſimum eſt, primam mentionem faciam. Figura crucis ſignare eos, qui in nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti ſpem habent, quis ſcripto docuit? &c.* Et qui huius tempore florebat EPHREM DIACONVS Edeſſenus homilia de ſancta & viuifica cruce. *Pingamus* (ait) *in ianuis atque in frontibus noſtris, & in ore, & in pectore, atque in membris omnibus viuificum ſignum: Armemur inſuperabili hac Chriſtianorum armatura. Ea enim victrix eſt mortis, fidelium ſpes, lux orbis terræ, paradiſi reſeratrix, profligatrix hæreſum, dæmonum expultrix, Monachorum adminiculum, firmamentum fidei, magna ſalutariſque cuſtodia, & gloria perpetua orthodoxorum in æternum. Hanc ô Chriſtiane armaturam diebus ſingulis & noctibus, horis atque momentis, in omni loco, circumferre non deſinas, nihilque ſine ipſa perficias, ſed ſiue dormias, ſiue iter agas, ſiue euigiles, ſiue operi inſiſtas, ſiue manduces, ſiue bibas, ſiue maria nauiges, ſiue tranſmittas flumina, hac te lorica circumtege, membráque tua omnia ſalutari ſigno exorna, atque circumcide. neque accedent ad te mala. Hoc enim ſigno conſpecto, aduerſariæ poteſtates conterritæ trementeſque recedunt, &c.* Multa lege. Hinc & contemporaneus eorum GREGORIVS NAZIANZENVS Oratione 2. in Iulianum Imperatorem vbi eius acta & impia facinora recenſet: *Cæterùm* (ait) *vir ille nequaquam talibus inſignitus eſt temporibus, nec tum paſſionis ſanctificatus ſignis. Siquidem & nunc quoque miraculi huius ſpectatores, & myſtica veſtimenta oſtendunt, quæ tum crucis ſignata fuere notis. Simul & hæc quiſpiam: ſeu ex noſtris, ſiue exteris retulit, aut à referentibus audiuit: qui & miraculum apud ſe ipſum aut propinquos factum vidit. Stellata exiſtebat crux, aut illam talem in veſtimentis cernebat, omni textorio opere, & vermiculato indumento varior. Ex hoc autem quid accidit? tantus ob viſibilia hæc ſtupor homines inuaſit, vt ferè omnes, tanquam vno ſigno ac vna voce, Chriſtianorum inuocarent Deum, &c.* Hanc autem hiſtoriam apertiùs CASSIODORVS SENATOR lib. 6. Tripartitæ hiſtoriæ cap. 2. *Ferunt* (inquit ex Sozomeno) *mox in ipſo principio Iulianum adeò apertè & impudenter negaſſe Chriſtianam fidem vt quibuſdam ſacrificiis & inuocationibus, quas Expeditiones pagani vocant, & ſanguine immolatorum noſtrum Baptiſma ſtuderet abluere & abrenuncia-*

Erectio crucis.

Baſilius Magnus.

Ephrem Diaconus.

Crucis impreſſio & erectio.

Laudes crucis.

Amœnè lege.

Gregorius Nazianzenus.

Vide inſigne miraculū crucis.

Idem narrat Nicephorus vt de infrà

Caſſiodorus Senator.

Hiſtoriæ lectu digniſſima, & admiranda

A *re Eccleſiaſtica profeſſioni. Ex illo enim tempore tam ſecretè, quàm publicè & in templis licenter Pagani ſacrificia celebrabant. Fertur verò, quod cum aliquando ſacrificaretur, oſtenſum ſit ei in viſceribus pecoris immolati ſignaculum crucis corona circundatum. Quo viſo alios quidem ſacrificij miniſtros fuiſſe perterritos, reputantes videlicet huiuſmodi religionis virtutem & Chriſtiani dogmatis æternitatem, eò quòd corona quæ circundabat crucem, victoriæ eſſet indicium, & quia ambitus circuli à ſuo principio nunquam terminaretur, ſed magis reuerteretur in ſemetipſum. Cumque cæteri mirarentur, Princeps huius ſcientiæ confortauit eos dicens, proſpera & vtilia ſibi indicia fuiſſe monſtrata,* B *eò quòd magis ſignum dogmatis Chriſtiani coerceretur, nec eò quo vellet, dilatari liceret, termino circuli circūſepto.* Idem libro . cap. 43 narrat, quomodo licentiam Iulianus Iudæis conceſſerit templum ædificandi: quod cùm cœpiſſent ædificare, nocte omnia fundamenta euulſa ſunt, cumque adhuc perſiſterent, plurimos quoque ignis diuinitus egrediens è fundamentis abſorbuit. *Alio verò die* (infert) *in cœlo ſignum ſplendēs crucis ſalutaris apparuit, ſed etiam Iudæorum veſtes crucis ſignaculo ſunt impleta, non tamen ſplendēti, ſed nigro colore ſignata. Hæc itaque Deo rebelles conſiderantes, & diuina flagella expaueſcentes, ad propria ſunt reuerſi, confitentes eſſe Deum, qui ab eorum progenitoribus ligno fuerat affixus. Quod audiens Iulianus, cùm vtique caneretur ab om-* C *nibus, tanquam Pharao, indurato corde non timuit.* Et eodem libro, cap. 30. *Studuit* (ait) *ad priſcum ſchema reformare ſignum illud ſublimius Romanorum, quod Conſtantinus* (*ſicut prædictum eſt*) *in crucis formam mutauerat.* Idem tamen Iulianus priùs, vt refert NICEPHORVS CALLISTVS libro 10. capite 3. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cùm prædictum crucis ſignum in extis pecoris reperiſſet, alio tempore cùm celebre quoddam adytum diuinationis gratia ſubiret, & ſubito ſeſe horrenda quædam ſpectra ingererent, eius rei, propter quam ingreſſus fuerat, oblitus (ætate enim prouectiore ad Idolorum ſacra ſe contulerat) quòd in rebus dubiis & D periculoſis, crucis ſignaculo tanquam præſenti auxilio vti conſueuiſſet, veluti diſcrimine circumuentus, ad conſuetum præſidium confugit. Per timorem enim ſe Chriſti ſigno conſignauit, & confeſtim omnia euanuere. Ita res quæ tentata fuerat, infecta tum permanſit. Sacri verò eius antiſtes, quòd quid ageret neſciret, cauſam autem, cur dæmones diſparuiſſent, non ignoraret. *Aufugerunt illi* (ait) *quod ſignum hoc, perinde atque execrandum piaculum, odere.* Et admonitum illum, vt forti eſſet animo, neque quicquam Chriſtianæ rei exhiberet aut cogitaret, rurſum ad ſacrum adduxit, &c. refert & EPIPHANIVS CYPRI, libro primo aduerſus hæreſes, tomo ſecundo hæreſi, trigeſima, contra Ebioneos, multas ſanationes & mira- E cula per crucis ſignaculum patrata, & potiſſimùm de quodam inſano qui à Ioſepho accepta aqua, crucis ſignaculo ſignata, eum ſanum reſtituit. Et paulò infrà ſic loquitur de altero quodam, qui præſtigiis vſus erat, nec præualuerat. *Idem Ioſephus zelo erga Dominum correptus, extra ciuitatem currit, & vbi aquam in vaſe afferri iuſſiſſet, accepto vaſe aquæ coram omnibus (multitudo enim ingens Iudæorum confluxerat ad ſpectaculum, euentum videre cupidi, & quid Ioſephus facturus eſſet) magna voce crucis ſignaculum proprio ſuo digito vaſi impoſuit, & inuocato nomine Ieſu dixit, in nomine Ieſu Nazareni, quem crucifixerunt patres mei & omnium horum circumſtantium, fiat virtus in hac aqua, ad*

Crucis apparitio mirabilis & impreſſio.

Iulianus cruce è veſtibus aufert.

Iulianus fugat cruce dæmones.

Epiphanius Cypri.

Mira crucis virtus qua & incantationes fugauit.

A *reprobationem omnis incantationis & magiæ, quam hi fecerunt, & ad efficaciam potentiæ ignis ad perficiendam Domum Domini. Et ſic accepit aquam in manum, & de aqua ſingulos fornaces reſperſit, & diſſoluta ſunt omnia incantamenta*, &c. De crucis myſterio multa & miranda tradit IOANNES CHRYSOSTOMVS multis in locis & ſignanter homilia 55. in Matthæum, dum illud exponit, Vade retro Sathana, qui non ſapis ea quæ Dei ſunt. *Paſſio* (ait) *Domini, noſtræ beatitudinis caput eſt atque origo, qua viuimus & per quam ſumus, ſed veluti coronam, ſic læto animo crucem Chriſti circumferamus, omnia enim quæ ad ſalutem noſtram conducunt, per ipſam conſummantur. Nam cum regeneramur, crux Domini adeſt, cum ſacratiſſimo cibo alimur, cum in ordine conſecrandi ſtatuimur, vbique ac ſemper, id victoriæ inſigne nobis aſſiſtit. Quapropter & in penetralibus, & in parietibus, & in feneſtris, & in fronte quoque, ac mente, magno ſtudio crucem inferamus. Id enim ſalutis noſtræ, id communis libertatis, id manſuetudinis atque humilitatis Domini ſignum eſt*, &c. Per totam homiliam in laudes crucis erumpit. Vide homilias eius de cruce & latrone & de laude crucis, tomo operum Refert & NICEPHORVS CALLISTVS libro 13. cap 8. quòd Chryſoſtomus idem iuſſit. vt Chriſtiani Conſtantinopolitani in ſubſannationem Arrianæ perfidiæ, in proceſſionibus & progreſſibus cruces argenteas cereoſque incenſos habentes deferrent. Idem narrat libro eodem cap. 37. quod Chryſoſtomus moriturus, ſe ſigno crucis muniuit, *Sub qua* (ait) *vixerat, & beatam illam ingreſſus eſt profectionem.* Idem Nicephorus lib. 13. c. 37. *eadem tempeſtate cum Magnus* THEODOS. *ſenior bellum contra Eugenium tyrannum ingreſſurus eſſet, & ſuorum ducum importunitate remoraretur, ne certamen iniret, eo quòd pauciores eſſent, & hoſtes fortiores, ſed differret expeditionem: Minimè tantam tribuendam eſſe imbecillitatem dixit omnipotenti crucis armaturæ. quæ ex aduerſo. Herculis imagini oppoſita eſſet. Exercitus enim meo* (inquit) *Crux præit, illorum autem copias Hercules ducit. Hæc verba proloquutus iter ingreſſus eſt, tum victoriam contra tyrannum obtinuit.* Vide reliquum. Eandem recenſet hiſtoriam PAVLVS DIACONVS lib 2. de Geſtis Romanorum. vbi & recenſet, fulgura & tonitrua pro Theodoſio contra Eugenium pugnaſſe, vt & memorat Claudianus qui hãc victoriam ſummis effert laudibus. Idem lib. 8 (quia illum iam in medium produximus) narrat quoddam miraculum, quod ſub Tiberio Conſtantino accidit Nam cùm idem Imperator eſſet in Pauperes liberaliſſimus, & omnia in pauperum neceſſitates expendiſſet nec amplius haberet, quòd poſſet elargiri: *Magnum* (inquit) *ei Dominus copiam ſubminiſtrauit. Nam deambulans per palatium, vidit in pauimento domus tabulam marmoream, in qua erat Crux Dominica ſculpta, & ait: Crucem Domini, qua frontem noſtram & pectora munire debemus, eam ſub pedibus conculcamus? Et dicto citius iuſſit eandem tabulam auferri de foſſa. Qua leuata atque erecta, inueniunt ſubter & aliam, hoc ſignum habentem. qui & ipſam iuſſit auferri. Qua amota repererunt & tertiam, iuſſitque eam cùm hæc fuiſſet ablata inueniunt magnum theſaurum, habentem ſupra mille auri centenaria ſublatumque aurum pauperibus adhuc abundantiùs, quam conſuetus fuerit largitur.* Præterea ſic de crucis adoratione & gloria CYRILLVS ALEXANDRINVS lib. 8. in Ioannem cap. 17. exponens illud *Et ego ſi exaltatus fuero a terra, &c.* Vbi omnes figuras veteris teſtamenti protulit, quæ crucem præſignabant, infert:

Ioannes Chryſoſtomus.

Matth. 16.

Hoc attende Caluine, Nam de ſignaculo crucis loquitur, quo ſignant in baptiſmo, & in conſecratione Euchariſtiæ, &c. & in iucunda omni ſungo.

Crux ſolebat deferri in proceſſionibus.

Hiſtoria memorabilis & Principis in cruce obfidentia.

O Principes fidi

Paulus Diaconus.

Inſigne miraculum crucis hoc ſi Tiberio apparens.

Crux ſculpta erat.

Obſecro attende Principum animis Simile legitur S. Ludouicus rex Franciæ p aſſe. poſſe.

Cyrillus alexandrinus.

Per ipſam denique crucem, reuocata eſt ſalus generi humano. facta eſt redemptio noſtra & reconciliatio. Per ipſam allata eſt noſtro medicina dolori, data eſt fortitudo & robur homini, vt hac lorica obtectus & galea, intrepidus ineas certamen cum hoſte, quem Dominus noſter crucis ſalutiferæ beneficio, foras eiecit, profligauit omnino, & penitus atteruit. Idem lib. 6. contra Iulianum Auguſtum, quid nobis ſignum crucis in memoriam reducat, aperit, & quidem piis rationibus. Nam Iulianus ei obiiciebat, quòd lignum crucis adoraret. *Imagines* (ait) *illius in fronte, & ante domus pingentes.* Cuius calumniam multis Cyrillus authoritatibus & exemplis refutat, cuius verba quia prolixiora ſunt, remitto lectoris voluntati, vt B adeat locum Porrò ad propoſit. Crucis Adorationem & impreſſionem defendit alter, beatus & ſanctiſſimus doctor CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Catecheſi 4 illuminatorum Hieroſolymis. *Beatus* (ait) *hic mons Golgotha, in quo nunc propter eum qui Crucifixus eſt, in illo applaudimus & ligno crucis vniuerſus terrarum orbis, per partes repletus eſt.* Et paulò infrà: *Non pudeat itaque nos crucis Chriſti. Quod ſi aliquis id occultet, tu manifeſtè ſigna te cruce in fronte. vt Dæmones ſignum regis videntes, trementes procul fugiant. Fac autem hoc ſignum, & manducans & bibens, & ſedens & ſtans, & loquens & ambulans: in ſumma, in omni tuo negotio.* Idem Catecheſi 13. *Cum* (ait) *de Domino cruceque contra infideles* C *quæſtio tibi erit, prius ſtatue manu tua ſignum, & obmuteſcet contradicens*, &c. Hinc HIERONYMVS STRIDONENSIS Cuius hodie nos feſta recolimus 1570. in vita Pauli primi eremitæ, de S. Antonio per eremum inquirẽte prędictum Paulum, dicit, *Cum ei obuiaſſet homo equo mixtus, cui opinio Poetarum Hippocen auro vocabulum indidit, eo viſo, ſalutaris impreſſione ſigni armat frontem*, &c. Et in vita Hilarionis, cùm ludibria dæmonum circa cellam audiret, *Intellexit* (inquit) *dæmonum ludibria, & prouolutus genibus, Chriſti crucem ſignauit in fronte, taliqueque armatus caſſide, & lorica fidei circumdatus, iacens fortius præliabatur*, &c. Iterum idem epiſtola ad Euſtochium, *Egredientes* (ait) *Hoſpitium armet* D *oratio. Regredientibus de platea, oratio occurrat antequam ſeſſio, nec prius corpuſculum requieſcat, quam anima verbo Dei paſcatur, ad omnem actum, ad omnem inceſſum manus pingat crucem*, &c. *Vide plura in vocabulo*, Imago, & SEVERVS SVLPITIVS libro 1. vitæ S. Martini, ſic Iuliano Cæſari reſpondiſſe ſcribit: *Craſtina Die ante aciem inermis aſtabo, & in nomine Domini Ieſu ſigno crucis, non clypeo protectus aut galea, hoſtium cuneos penetrabo ſecurus.* Et infrà, cùm ruſtici ſacram arborem inciderent, vt ſuper Martinum caderet, *Cùm* (inquit) *iam fragorem ſui pinus concidens edidiſſet, iam cadenti, iam ſuper ſe ruenti, eleuat obuiam manum, ſignum ſalutis opponit. Tunc verò turbinis modo retractam putares,* E *diuerſam in partem ruit, adeò vt ruſticos, qui tuto in loco ſteterant penè proſtrauerit.* Idem & libro 2. cùm Martinum ſibi apparuiſſe deſcribit, *Ego* (inquit) *ſancta genua eius amplexus, benedictionem pro conſuetudine flagitabam, ſuperpoſita capiti meo manu, tactu blandiſſimo ſentiebam, cum inter benedictionis verba ſolennia familiare illud ori ſuo crucis ſignum iteraret*, &c. Hinc & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS ſermone 55. *Arbor quædam in naui* (ait) *eſt Crux in Eccleſia, quæ inter totius ſeculi blanda & pernicioſa naufragia, incolumis ſola ſeruatur.* Et ſermone 56. *Grande* (ait) *Crucis eſt ſacramentum Et ſi intelligamus, per hoc ſignum etiam mundus ipſe ſaluatur. Nam cum à nautis ſcinditur mare, prius ab ipſis ar-*

Crucis adoratio & impreſſio.

Cyrillus Hieroſolymitanus.

Vide Caluine.

Hieronymus Stridonenſis, cùm hæc ſcriberẽ, eius dies volebatur anno 1570.

Seuerus Sulpitius Rhetor.

Ambroſius Mediolanenſis.

bor erigitur, velum diſcinditur, vt cruce Domini facta, aquarum fluenta rumpantur, & hoc dominico ſecuri ſigno, portum ſalutis petunt, periculum mortis euadunt, &c. Vide etiam infrà, Imago. De crucis gloria, adoratione, impreſſione, multis tractat verbis AVGVSTINVS HIPPONENSIS tract. 118. in Ioannem. *Quid eſt* (ait) *quod omnes nouerunt ſignum Chriſti, niſi crux Chriſti? Quod ſignum adhibeatur, ſiue frontibus credentium, ſiue ipſi aquæ qua regenerantur, ſiue oleo quomodo chriſmate vnguntur, ſiue ſacrificio quo aluntur, nihil eorum rite perficitur.* IDEM tract. 11. in Ioannem: *Si dixerimus catechumeno, Credis in Chriſtum? Reſpondet, credo, & ſignat ſe cruce Chriſti, portat in fronte, & non erubeſcit de cruce Domini ſui,* &c. IDEM conc. 2. in Pſalm. 30. *Non ſine cauſa ſignum ſuum Chriſtus in fronte nobis figi voluit, tanquam in ſede pudoris, ne Chriſti opprobrio, Chriſtianus erubeſcat.* Et in Pſalm. 44. *Attende* (ait) *gloriam crucis Chriſti, iam in fronte Regum crux illa fixa eſt, cui inimici inſultarunt. Effectus probat virtutem, domuit orbem non ferro, ſed ligno.* IDEM ſermone 15. de reſurrectione Chriſti: *Crucifixus eſt* (ait) *Dei filius, non vt crux Chriſtum fœdaret, ſed vt ſacramento Chriſti crux noſtra fieret inſigne victoriæ. Denique nos omnes, qui in Chriſti confeſſione gaudemus, crucis ſignaculo gloriamur. Neque enim Chriſtiana quis poteſt militia cenſeri, niſi fidelis manu, vexillum erexerit crucifixi.* Idem & homil. 18. in Apocalypſin, & alibi. Et IOANNES DAMASCENVS lib. 4. Orthodoxæ fidei, cap. 11. vbi laudes crucis expreſſit, *Verè* (inquit) *lignum precioſum, & venerandum, in quo ſemetipſum in hoſtiam pro nobis Chriſtus obtulit, vt ſanctificatum tactu ſancti corporis & ſanguinis, decenter adorandum, clauiq; & lancea, & indumenta, adoramus etiam figuram precioſæ & viuifica crucis. Tamen ſi ex alia materia facta eſt, non materiam veneramur (abſit enim) ſed figuram tanquam Chriſti ſignum. Dixit enim diſcipulis ſuis conteſtans: tunc apparebit ſignum filij hominis in cœlo, crucem dicens. Et idcirco mulieribus dixit reſurrectionis Angelus, Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum. Et Apoſtolus, nos autem prædicamus Ieſum Chriſtum, & ipſum crucifixum. Multi enim Chriſti & Saluatores, ſed vnus crucifixus. Non dixit lancea perfoſſum, ſed crucifixum. Adorandum igitur eſt ſignum Chriſti. Vbi enim fuerit ſignum eius, illic & ipſe erit. Materia autem ex qua figura crucis exprimitur, ſiue ſit aurum, ſiue lapides precioſi, aut alia quæuis materia, poſt figurationem ſi contingat diſſolui, non adoranda. omnia igitur quæ Deo adiacuerunt adoramus, ipſi venerantiam pietatiq; cultum exhibentes. Hanc precioſam crucem præfigurauit vitæ lignum, quod in Paradiſo plantatum eſt à Deo. Nam poſtquam per lignum mors, oportebat per lignum donari vitam & reſurrectionem,* &c. Idem multa dicit in libris tribus de venerandis imaginibus, quos nuper Gallicos reddidimus, vt & infrà videbitur, & in vocabulo, Imago, & Triſigium. Hinc de cruce Imperij protectrice ſic loquitur THEOTIMVS SCYTHIÆ Epiſcopus epiſtola ad Leonem I. Imperatorem, quæ eſt ad calcem Chalcedonenſis Synodi. *Imperium* (inquit) *veſtrum, Catholicæ fidei robore confortatum, & crucis virtute munitum eſt.* Porrò quanta veneratione æſtimarit dignum lignum ſanctæ crucis HILARIVS I. teſtatur PLATINA CREMENSIS & alij, qui eius vitam conſcripſerunt: *In oratorio* (ait) *ſanctæ Crucis, fecit confeſſionem, vbi lignum poſuit dominicum, & crucem auream cum gemmis,* &c. Sed & GREGORIVS I. Riccaredo Regi Gothorum & Sueuorum mittens reliquias, lib. 7. Regiſtri epiſt. 116. ad eundem. *Crucem* (ait) *dedi latori præſentium, vobis offerendam, in qua lignum Dominicæ crucis ineſt, & capilli beati Ioannis Baptiſtæ,* &c. Vide reliquiæ. Hinc Concilium GENERALE VI. quod eſt Conſtantinopolitanum III, in Trullo celebratū ſub Conſtantino IV, can. 73. *Cum crux nobis viuificam ſalutare oſtenderit, nos omnem diligentiam adhiberi oportet, vt ei per quam ab antiquo lapſu ſaluati ſumus, eum quem par eſt honorem habeamus. Quam obrem & mente, & ſermone, & ſenſu, adorationem̨ ei tribuentes, crucis figuras quæ à nonnullis in ſolo ac pauimento fiunt, omnimodo deleri iubemus, ne incedentium conculcatione, victoria nobis trophæum, iniuria afficiatur* (idem ſuperiùs vide, ex Paulo Diacono) *eos itaque qui deinceps crucis ſignū in ſolo conſtruunt, ſegregari decernimus.* Porrò memorat PLATINA CREMENSIS in vita GREGORII III. multas cruces eundem erexiſſe. Sed & ZACHARIAS I. cruces quæ fiunt in canone Miſſæ approbauit. Vide ſuprà canon Miſſæ. Sed & NILVS Epiſcopus epiſtola ad Olympiodorū Proconſulem, quæ lecta eſt coram Patribus generalis 7. Synodi, quæ Nicæna eſt 2. actione 4. *Debet* (ait) *in ſacro loco ab Oriente ſanctiſſimi Templi effigiari crux. Per ſolam enim ſalutiferam crucem, genus humanum liberatum eſt. Perq; hanc deſperabundis vndique ſpes annunciatur.* Hinc & eadem ſeſſione, lecta eſt authoritas ex vita Anaſtaſij Perſæ martyris, de cruce deferēda ad proceſſionem, vt etiam ſuprà ex Ioanne Chryſoſtomo annotauimus. Inſuper eadem ſeſſione Concilij GENERALIS 7. quod Nicænum II, dicitur ſub Adriano I. lecta eſt ASTERII AMASEÆ Epiſcopi oratio in Euphemiam martyrem, *Virgo autem* (ait) *iterum carcerem petens, in pulla veſte ſola ſedet, manusq; ad cœlum extendens Deum malorum depulſorem alloquitur. Fundente autem hac oratione, apparet ſuprà caput illius ſignum, quod ſcilicet Chriſtianorum conſuetudine adoratur, & paſſim inſcribitur. Erat autem vt arbitror ſymbolum pœnæ, quam illa erat ſubitura.* Hic lector, conſidera quia ſæpius in actis præfatæ Synodi fit mentio de adoranda & venerāda cruce, quod oportuit reponi in dictione, Imago, quia non facilè poterant authoritates Patrum diſcerpi & disiungi, ideóque quod hîc deerit, ibi omnis ſuppleri. Hinc etiam LEONTIVS NEAPOLEOS CYPRI Epiſcopus Apologetico 5. pro Chriſtianis contra Iudæos de imaginibus ſanctorum, *Chriſtianorum* (ait) *filij, typum crucis adorantes, non naturam ligni adoramus, ſed Chriſtum ipſum aſpicientes. Per hoc enim qui in illo crucifixus eſt, ſalutamus & adoramus.* Vide Imago. In eadem Synodo 7. actio. 4. lecta eſt hiſtoria Mariæ Ægyptiacæ, quæ ad adorandam crucem Hieroſolyma petierat. Vide Imago: & ibidem recitatur è vita Procopij Martyris, crucē auro fabricatam à Duce Neaniç, adoratam & erectam. Vide Imago: quo loco etiam miraculum inſigne declaratur, ex vita Theodori Archimandritæ, monaſterij Sicaonm. & ex epiſtola GREGORII I. ad Germanum Conſtantinopolitanum Epiſcopum vbi crucis & imaginum celebrem facit mentionem. Vide Imago. IOAN GENERALE Concilium 7. tomo 3. confutationis profanæ & adulterinæ Synodi, falsò dictæ Conſtantinopolitan. 7. general. *Typus* (inquit) *ſalutifera crucis, ſiue ſacram precatione ſiue dedicatione apud nos honorabilis exiſtit. Satisfacit enim nobis figura, quæ tum ſanctificationem accipit, cùm à nobis fuerit adorata. Nam ſiue in fronte e‑*

Lege eundem Ambroſium de cruce adoranda, in oratione funebri, in obitum Theodoſij.

Auguſtinus Hipponenſis.

Omnia ergo Sacramenta cruce perficiuntur, ô Hæretici.

Cur fronti crux imprimatur.

Ioannes Damaſcenus.

Adoratio crucis.

O Hæretici, vbi es?

Matth. 24.

Marc 16.

1. Corinth. 1.

Geneſ. 2.

Teotimus Epiſcop. Scythiæ.

Hilarius I. Platina Cremonenſis.

Gregorius Magnus.

Concilium Conſtantinop. 3. quod eſt generale 6.

Omnium pro adoranda cruce

Idem S. Ludouicus ſtatuit fieri. Platina Gregorius 3. Zacharias I.

Nilus Epiſcopus.

Crux in proceſſionibus deferenda.

Concilium Nicænum 2 generale 7. Aſterius Amaſeæ Epiſcopus.

Lector monetur.

Leontius Neapoleos Cypri Epiſcopus.

Hæc lege Hæretice.

Gregorius I.

tanquam ſigillum imprimamus, ſiue per vacuum aera, crucis ſignum faciamus, ſperamus & cōfidimus dæmones, crucem poſſe fugare. Eodem modo per imaginem & per nominis ſignificantiā, quam ad primum exemplar referimus, fieri poſſe credendum eſt. Quinetiam ſalutantes eam & honorifice adorantes, ſperamus nos ſanctificationem conſecuturos. THARASIVS CONSTANTINOPOLITANVS Epiſcopus epiſtola ad Imperatorem Conſtantinum VI. & Irenem matrem eius, ſita actio.7. Secundæ Nicænæ Synodi: *Cum crucem* (inquit) *viuificam ſalutamus, conuenienter canimus, crucem tuam adoramus Domine, Lanceam, quæ viuificans, latus ſanctitatis tuæ aperuit, adoramus. Quæ ſanè adoratio, nihil aliud eſt quam ſalutatio, ſiue amplexum malis dicere, quod indicat hoc quod labiis quoque noſtris propriis ea contingimus.* Vide ſuprà Adoratio. ADRIANVS I. libro ad Carolum Magnum miſſo, pro defenſione imaginum cap.24. obiectiones hæreticorum diſſolués, qui librum ediderant ſub nomine Caroli Magni, contra ſacram 7 generalem Synodum Nicænum II. ita AVGVSTINVM in teſtimonium profert in Pſalm.73. *Iam tenent ſceptrum, ſubduntur ligno crucis, iam fit quod prædictum eſt. Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſeruient ei. Iam in frontibus regum precioſius eſt ſignum crucis, quam gemma diadematis.* Illúcque adorationem ænei ſerpentis ſpectare probat, ex eodem Auguſtino tract.13. in Ioannem, cap.3 Sicut Moyſes, &c. & lib.3 de Trinitate, cap.10. Item & S. SEVERIANVS GABALORVM Epiſcopus homilia in laudem crucis, mirè crucem extollit, & adorandam prædicat, hic vixit tempore Chryſoſtomi. Et GREGORIVS I. epiſtola ad Leontium exconſulem: *Oleum* (ait) *ſanctæ Crucis & aloes lignum ſuſcipimus, vnum quod tactum benedicat, aliud quod per incenſum bene redoleatur, &c.* Erectionem autem crucis paſſim fieri in locis publicis, & in Eccleſiis AVGVSTINVS iam memoratus teſtatur in ſermone de filio Abraham ducto ad ſacrificiū, vt præfatus Adrianus I. citat loco memorato: *Crux* (ait) *cornua habet. Sic enim duo ligna compinguntur in ſe, vt ſpeciem crucis reddant. Sicut ergo in imagine crucis, multis locis videmus, vt fiant duo cornua, quibus infigantur manus, cornibus hærentem arietem crucifixum Dominum video.* Plura quidem hic poſſem proferre, vt RABANVM MAVRVM, homilia in laudem crucis. SOPHRONIVM HIEROSOLYMITANVM, homilia in laudem crucis ad eos, qui venerant Hieroſolymā ad adorandam crucem, &c. Sed prædicta ſufficiunt: multò plures habes adhuc authoritates (vt diximus) in vocabulo, Imago. Igitur perge.

Tharaſius Conſtantinopolitanus.
Adrianus I.
Auguſtinus Hipponenſis.
Seuerianus Gabalorū Epiſcopus.
Gregorius I.
Auguſtinus Hipponenſis.
Rabanus Maurus.
Sophronius Hieroſolymitanus.

Crucem hæretici abominantur & euertunt.] Quod noſtris temporibus (heu) propriis oculis intuemur fieri, ante multa ſecula ab iniquis tentatum eſt, vt videbis in vocabulo, Imaginum euerſores: & hæreticus, ſcilicet ſemper Eccleſiam & miniſtros perſecuti ſunt & miſcuerunt ſacra profanis, &c. Vide Orote. Nam ibi narrat EPIPHANIVS TYRIVS. & omnes eiuſdem prouinciæ Epiſcopi, epiſtola Miſſa ad Patres generalis 5. Synodi, actio.1. ab hæreticis crucem deiectā & conculcatā. Sic autem loquitur, *Inter quæ* (ait) *& venerabilis crux lapidata eſt, ab his, qui cum ipſo nidi cant* (ſcilicet ſeuero hæretico) *in prædicto oratorio Dei genitricis, &c.* Vide locis ſuprà memoratis, quia hîc nihil oportuit amplius dici. De cruce, ex ſacris literis plura collegit STEPHANVS Quadratus Cæleſtinus.

Epiphanius Tyrius.
Stephanus Quadratus Cæleſtinus.

Crucis inuentionis feſtum.] Sæpius memoratur in vocabulo, Dies feſti. Vide ibi. Crucis autem inuentio quomodo facta ſit, narrat NICEPHORVS CALLISTVS lib.8. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, c.29 & RVFINVS AQVILEIENSIS lib.10. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap.7. & 8. & SOCRATES lib.1. cap.17. hos omnes conſule, qui etiam multa narrant miracula, quæ in inuentione patrata ſunt Et propterea EVSEBIVS I. Papa, epiſt.3. ad Epiſcopos Campaniæ & Tuſciæ, & allegat Gratianus de conſecratione diſt.3. cap. Crucis Domini: *Crucis* (inquit) *Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ nuper nobis gubernacula ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tenentibus, quinto Nonas Maij inuenta eſt. in prædicto Calendarum die, inuentionis feſtum vobis ſolenniter celebrare mandamus, &c.* Vide Dies feſti. Vide quod ſequitur.

Nicephorus Calliſtus.
Rufinus Aquileienſis.
Socrates.
Euſebius I.

Crucis exaltationis feſtū.] Sunt qui hoc feſtum Exaltationis ad tempora & memoriam Heraclij Imperatoris referant, & rectè, opinor. Verumtamen NICEPHORVS CALLISTVS, dum lib.8. cap 29 Inuentionem crucis deſcribit ab Helena, vt præmiſimus, ſic loquitur ſimiliter: & RVFINVS AQVILEIENSIS lib. 10. cap.7. & 8. *Partem* (ait Nicephorus) *maximam crucis, Helena argentea ciſta incluſam, Epiſcopo ad memoriam poſterorum generationū reliquit, vbi etiam ſacram Exaltationem quotannis peragendam ſanxit.* IDEM lib eodem, cap 50. aſſerit, Marianū quendam ab Imperatore Conſtantino miſſum Hieroſolymam, ad procurandam dedicationem templi quod abſolutum erat, quod & factum eſt & dedicatum. Et mox ſubdit, *Erat is decimuſquartus mēſis Septembris dies, qui ab eo tempore in Eccleſia Hieroſolymitana quotannis publicè ab omnibus feſtus & celebris agitatus eſt, octo ex ordine diebus, conuentibus celebrandis, &c.* IDEM lib 13. cap 37. Exaltationis eiuſdem feſtiuæ meminit, quo die Ioannem Chryſoſtomum aſſerit è viuis migraſſe, vnde ſtupeo, quia eo nos tempore Exaltationem celebramus, quo Helena atque Conſtantinus, prædictum templum dedicare curarunt. Victoriam verò Heraclij, contra Coſroëm Regem Perſarum, & exaltationem crucis, narrat pulcherrimè POMPONIVS LÆTVS, in compendio Romanæ hiſtoriæ, in Heraclio. Lege & Dies feſti.

Nicephorus Calliſtus.
Rufinus Aquileienſis.
Pomponius Lætus.

CVLTVS.

Cultus diuinus.] Vide Officium, & Horæ canonicæ.

Cultus diuinus iubetur reſtaurari collapſus.] Concilium SVESSIONENSE apud ſanctum Medardum, cap.4 *Vt in ciuitatibus, & monaſteriis vtriuſque ſexus & ordinis, Dei cultus quàm proximè fieri poſſit inſtauretur, ſtatuit ſancta Synodus, annuente pio Principe, vt idonei legati dirigantur, qui ſingulorum locorum ſtatum ſolertiſſimè perſcrutentur, & quæ ipſi per ſe non valent corrigere, iudicio futuri Concilij, & poteſtati regiæ reuelent.* Et Concilium AVGVSTENSE, cap.14. ſub Othone Cardinali: *Diuinus* (ait) *cultus obſeruetur his modis & ritibus, qui per manus ſanctorum Patrum nobis traditus, & apud maiores noſtros, in ſacrificio altaris, officiis defunctorum, horis canonicis, cæteriſq; diuinis laudibus atque cæremoniis, obſeruatus fuit.* Igitur recurre ad vocabula, Horæ, Miſſa, Officium diuinum. &c.

Concilium Sueſſionēſe apud Abbatiam S. Medardi, celebratum.
Concilium Auguſtenſe anno 1148.

Cultus diuorū.] Vide Sancti, & dies Feſti.

CVPIDITAS.

Cupiditatis malum.] Vide ſuprà Auaritia.

Sed

Vrbanus.

2.Timoth.6.

Sed & Vrbanvs I. epiſt.1. ad omnes fideles: *Radix* (ait) *omnium malorum eſt cupiditas, quæ in primis hoc malum habet, quod dum ingerit tranſitoria, abſcondit æterna, & dum a foris poſita conſpicit, intra ſe latentia non introſpicit, & dum aliena quærit, ſectatori ſuo ſemetipſum alienũ facit. Ecce quid ſuadet ſeculi ſapientia, nocitura quærere, & amare peritura, negligere ſalutaria, pro nihilo reputare perpetua, viuere in delicijs. Vnde dicitur, vidua quæ in delicijs eſt, viuens mortua eſt. Suadet ergo molliſſimis ſuauitatibus, peccatis, vitijs, & flammis nutrire carnem, cibi & vini intemperantia animam premere, ac vitam ſpiritus intercludere, & contra ſe, hoſti ſuo, de ſe gladium miniſtrare. Ecce quid ſuadet ſeculi ſapientia, vt qui*

1.Timoth.5.

B *boni ſunt, mali eſſe malint, & per errorem mentis fieri etiam ſtudeant peccatores, & non cogitent illam terribilem Dei vocem, cùm exurẽtur peccatores ſicut fœnũ.*

Pſal. 36.

Cyprianus Carthaginenſis.

De cupiditatis malo abundè tractat Cyprianvs Cartnaginensss lib.2. Epiſtolarum epiſt.2. ad Donatum propè finẽ, vbi pulchrè pingit auari mentem, oro te, lege. Et Ioannes Chrysostomvs, homil.13. in Matthæum in illud, Vade Satana, &c. & homilia 21. in illud, *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra.* Vbi auarorum mores depingit. Item homil.82. in eũdem, dum illud exponit. Nunquid ego ſum rabbi? *Talis* (inquit) *res auaritia eſt, amentes, ſtolidos, impudentes, canes pro hominibus: imò verò & canibus peiores, & dæmones à canibus facit, &c.*

Ioannes Chryſoſtomus.
Matth.4.

Matth.6.

Matth.26.

C Hinc & Avgvstinvs Hipponensis lib.83. quæſtionum ſic definit cupiditatẽ, quæſt.36. *Cupiditas eſt amor concupiſcendi aut obtinendi temporalia. Huius minuendi eſt Deum timere.* Ibidem quæſt.34. *Cupiditas eſt amor rerum tranſeuntium.* Et lib.3. de doctrina Chriſtiana, cap 10. *Cupiditatem voco, motum animi ad fruendum ſe, & proximo, & quolibet corpore, non propter Deum.* Quomodo autem ſit punienda, lege eundem in Pſalm.110. & lib. 9. de Trinitate, cap.9. Vide autem ſuprà in vocabulo, Auaritia, & Concupiſcentia, &c.

Auguſtinus Hipponenſis.

Cupiditatis diffinitio.

Cvrialis.

D Curialium mores.] Deſcribit pulcherrimè Ioannes Chrysostomvs, in libello de comparatione Regis & monachi, tomo 5. & verſus eſt à Germano Brixio, obſecro te, lector, lege quia prolixus eſt.

Iohannes Chryſoſtomus.

Curiales non promouendi.] Innocentivs I. epiſt. 2. ad Victricium Rhotomagenſem Epiſcopum, cap.11. allegat Gratianus, diſtinct.51. cap. Præterea: *Præterea frequenter quidam ex fratribus noſtris curiales, vel quibuſlibet publicis functionibus occupatos, clericos facere contendũt, quibus poſtea maior triſtitia, cùm de reuocandis eis ab Imperatore aliquid præcipitur, quàm gratia de adſcitis naſcitur. Conſtat enim eos in ipſis muniis etiam*

Innocentius I.

Si hoc hodie obſeruatur, Deus bone!

E *voluptates exhibere, quas a diabolo inuentas eſſe non dubium eſt: & ludorum aut munerum apparatibus aut præeſſe aut intereſſe. Sit certe in exemplum ſolicitudo & triſtitia fratrum, quàm ſæpe periculimas Imperatore præſente, cùm pro his ſæpius rogaremus. quam ipſe nobiſcum poſitus cognouiſti, quibus non ſolùm inferiores clerici ex curialibus, verùm etiam iam in ſacerdotio cõſtituti, ingens moleſtia, vt redderentur, inſtabat.* Idem adhuc prohibet epiſt.4 quæ eſt ad Fœlicem Nucerianum Epiſcopum, cap.2 vt habes repoſitum, Laici, &c. Idem iniungit & Concilium Generale 8. quod fuit 4. Conſtantinopolitanum, cano.13. Porrò de hac vide materia, dictione, Or-

Concilium Conſtantinopolitanum 4. quod eſt generale 8. Patrum 171.

A dinandi qui non ſint. Et laici ſi ordinandi. Et Epiſcopus non ordinetur ex laicis: atque, Epiſcopus curiam & caſtra non ſequatur, &c.

Cvriositas.

Curioſitas cauenda.] Clemens I. lib.1. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap.5. *Noli quaſi peruolare, diſcurrere & vagari per plateas, intempeſtiuus ſpeculator eorum, qui perdite viuant, ſed arti tuæ & operi tuo incumbens, quære vt facias quæ Deo ſunt accepta, & Chriſti ſermones in memoriam reuocans, aſſidue meditare.* Ivstinvs Martyr, epiſtola ad Zenam & Setenum fratres: *Qui vult* (ait)

Clemens I.

Iuſtinus Martyr.

B *feliciter viuere, nec videre multa nec audire ſtudeat, & quæ videt audítve diſſimulet. Hinc enim originem habet tranquillitas animi. Cæterùm qui multis ſe negotiis ingerit, & ſeipſam lædit & proximum.* Hinc & Ioanness Chrysostomvs, homil.23. in Ioannẽ, dum illud exponit: quomodo poteſt homo naſci cum ſit ſenex. *Hæretici* (ait) *in ſua perſtant opinione, alij quidem quomodo natus eſt Chriſtus, alij quomodo carnem accepit interrogant, & mentis ſuæ imbecillitati, immenſam illam & ineffabilem ſubijciunt ſubſtantiam, quæ importuna curioſitas ſapientibus fugienda eſt. Neque enim, qui quomõ perſcrutantur id ſciunt, & à vera excidunt fide.* Hinc Avgvstinvs Hipponensis, libro de agone

Ioannes Chryſoſtomus.

Ioann.3.

Auguſtinus Hipponenſis.

C Chriſtiano, cap.4. *Omnis anima curioſa indocta eſt.* Et lib.13. Confeſſionum: *Faſtus elationis, delectatio libidinis, & venenum curioſitatis, motus ſunt animæ mortuæ.* De ſtudioſis verò, ne curioſi quibuſdam videantur, ſi ſcrutentur ſcripturas, ſic Iosm libro de vtilitate loquitur: *Curioſus eſt qui ea requirit quæ nihil ad ſe pertinent: ſtudioſus, qui quæ ad ſeſe attinent, requirit, maximè quæ ad animũ nutriendum liberaliter atque erudiendum pertinent, impenſiſſimè requirit.* Hanc curioſitatem laudat Bernardvs Clarevallensts ſerm.1. de Aduentu, ſtatim in initio, qui tamen aliam curioſitatem ſummopere cauendam ſuadet, in tractatu de gradibus humilitatis, cùm primum gradum ſuperbiæ cu-

Studioſus & curioſus.

Bernardus Clareuallenſis.

D rioſitatem ponit. Et iterum epiſtola ad Gulielmum Abbatem. Lege ſi vacat.

D Æ

Dæmon.

Dæmonum inuocatio prohibetur.] Vide ſuprà Auguria, & infrà, Magia, & Magicus, &c.

Dæmonum natura.] Vide infrà, diabolus: quia huic loco cuncta congruentiùs conuenire viſa ſunt, quamuis plures Doctores, dæmonibus

E tanquam familiariori nomini cuncta attribuant. Porrò nos aliam habuimus conſiderationem, nec multùm intereſt, quod hîc deeſſe noſcitur in alio vocabulo quærere.

Decanvs.

Decani vt eligantur.] De decanis ſæpius in vocabulo, Archidiaconus, viſitatio, & Epiſcopus agitur. Igitur pauca quæ reſtant hîc inſeremus. Concilium Rnotomaofnse, cap.9. vt citat Burchardus, lib.2. Decerorum, cap.viii. *Vt populus admoneatur, vt in dominicis & feſtis diebus omnes ad veſperas & nocturnas vigilias, & ad*

Rhotomagenſe non eſt in 4. voluminib. Conciliorum.

miſſam omnimodis occurrant, & vt decani in ciuitatibus, & in vicis publicis, viri veraces & Deum timentes conſtituantur, qui deſides & negligentes commoneant, vt ad Dei ſeruitium abſque occaſione properent, & vt ipſi decani ſacramento aſtringantur, vt nulla interueniente cauſa ſcilicet aut amoris, aut timoris, aut propinquitatis, aut muneris, negligentes & tranſgreſſores reticeant, quin ſacerdotibus proprias eorum culpas manifeſtent. Sacerdotum autem erit ita eorum vitia zelo & amore diuino cum debita diſciplina corrigere, ſicut ipſi nolunt pro aliorum erratibus ſententiā iuſtæ damnationis ſuſcipere. Et vt dies feſti à veſpera vſque ad veſperam, abſque opere ſeruili cum debito honore celebrentur. Et EVGENIVS II. Decreto 6. *Nullus in decanum vel Archidiaconum, niſi diaconus vel preſbyter ordinetur: qui ſi ordinari contempſerint, honore ſuſcepto priuentur.* Vide & in vocabulo, Archidiaconus.

Verùm modo & ipſi deſides, nec diuinis, nec ſacris interſunt, O nefas!

Decanorum officium & authoritas.] Colligitur ex ſuperiori annotatione Addit autem & ſuperiori Rhomagenſi decreto ſe conformās, Concilium COLONIENSE III. par. 3. cap. 2. *Decanus (ait) curæ ſit vt clericos ſuos ad obſeruationem piorum rituū prouocent, ac reducant. vt ad agendam vitam clericis dignam, perpetuo cohortentur ac impellant, vt à negotiis & tumultibus mundanis renocent, ne magis ſeculi quam Chriſti milites videantur, vt comeſſationibus ebrietatibus, ac omni luxu interdicant. Denique vt ſuo officio ſatisfacere compellant.* Et in eodem Concilio parte eadem. cap. 7. Poteſtas & authoritas datur decanis, perſonas Eccleſiaſticas ex aliis collegiatis Eccleſiis, interdum magis curioſitati rerum nouarū, quàm deuotionis cauſa ad templum ſummū ſe recipientes, ac inibi præter omne decorum ſæpe etiam Eccleſiaſtico habitu non amictas, inter laicos ſurſum ac deorſum inambulantes, pœna canonica, nimirum ſuſpenſionis temerariæ, aut maiori etiā pro ratione culpæ, coërcendi. Et cap 15. 16 & 17. Eiuſdem decani officium in rebelles & contentioſos animaduertere decernitur. De officio etiam decanorū Concilium AVGVSTENSE ſub Othone Cardin. c. 9. agit, iubétque vt alios præcedant exemplo vitæ, morúmque honeſtatem in habitu & diſciplina præferentes, debitum in diuinorum officiorum perſolutione & ceremoniis exigant, & errantes corrigant, &c. Idem & decanis Chriſtianitatis mandat Concilium TREVIRENSE, cap. 14. Vide Archidiaconus, & Viſitatio, & Canonicus, & Officium diuinum &c. Vide ſequentia.

Colonienſe 3. concilium.

Cùm hæc ſcribo, erubeſco certè & cōfundor ceterorum præſentis Eccleſiæ ſtatum.

Concilium Auguſtenſe ſub Othone.

Treuirenſe concilium.

Decanorum ruralium conditio & officium.] Concilium OXONIENSE ſub Innocentio III. cap 12. *Decanis ruralibus inhibetur, ne cauſam matrimonialem de cætero audire præſumant, quia in hoc magna diſcretio eſt neceſſaria, ſed diſcretis viris hoc negotium cōmittatur.* Eiſdem Concilium RATISPONENSE, cap 35. præcipit, vt in exercendis correctionibus & criminū denunciationibus canonum non tranſgrediantur tenorem pecunia corrupti, ſed patrum obſeruent ſtatuta, & ſecundum ea procedant. Decanis quoque iſtis COLONIENSE III. Concilium part. 14. cap. 19. & 20. iniungit viſitationes Diœceſeon cum Archidiaconalibus officialibus quos & innocentis inculpatæque vitæ, & nullius criminis labe notabiles eſſe vult. Eiſdem etiam Concilium AVGVSTENSE, cap. 7. iniungit, vt officium viſitationis diligenter exequantur, & inquirendis hæreticorum libris, aut de hæreſi atque ſchiſmate ſuſpectis, nullam diligentiam prætermittant, &

Concilium Oxonienſe in Anglia.

Concilium Ratiſponenſe ſub Laurētio Campegio Card.

Concilium Colonienſe 3.

Concilium Auguſtenſe 1.

A curent ad Epiſcopos deferri. Eiſdem decanis ruralibus Concilium COLONIENSE IV. cap. 26. iubet rurales paſtores obtemperare, in licitis & honeſtis, atque præcipit magiſtratibus & poteſtatibus ſecularibus, ne eos ab executione ſui officij impediant, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. Vide Viſitator & Epiſcopus.

Concilium Colonienſe 4.

Decanorum viſitantium comitatus.] Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. cap. 4. part. 1. eis duos equos conceſſit, prohibens eis ne exactiones, vel tallias in clericos, vel preſbyteros exercere præſumant. Vide Exactio, & Archidiac. & Viſitat.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Decani ne pecunia conſtituantur.] Con-
B cilium LATERANENSE idem ſub Alexandro III. par. 1. cap. 15. *Quoniam quidam (ait) in quibuſdam partibus ſub pretio ſtatuuntur, qui decani vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate, Epiſcopalem iuriſdictionem exercent, præſenti decreto ſtatuimus, vt qui de cætero id præſumpſerit, officio ſuo priuetur, & Epiſcopus conferendi hoc officium poteſtatem amittat.* Idem & parte 2. repetit (& allegat Gratianus cauſæ 21 quæſt 3 cap. Præcipimus) loquens tam de Archidiaconis, quàm de decanis, qui annuo pretio ad agendas vices Archiepiſcoporum & Epiſcoporum, & terminandas cauſas ſtatuuntur, ad ſacerdotum grauamen, & ad ſubuerſionem iudiciorū, *Quod qui fecerit de cætero* (ait ibidem Alexander
C III.) *noſtra authoritate remoueatur à clero, & Epiſcopus qui hoc in ſua diœceſi permiſerit, & diſſimulatione ſua iudicia Eccleſiaſtica peruerti, canonica diſtrictione percellatur.* Idem & cap. 2. ſequenti de ſacerdotio ſtatuit. Vide Epiſcopatus, Benefic &c.

Idem. Hoc principaliter modo attendatur.

Alexander 3.

DECIMAE & PRIMITIAE.

Decimæ & primitiæ dari iubentur ſacerdotibus, & earum antiquus vſus, &c.] PHILO IVDÆVS, libro de congreſſu quærendæ eruditionis gratia, non longè à fine. Et iterum alio libro de præmiis ſacerdotum & honoribus, elegantiſſimè Decimarum & Primitiarum inſti-
D tutionem & vſum deſcribit, quem lector, eruditionis gratia, poterit legere. Noſtri verò ſic de decimis perſoluendis ab initio exorientis Eccleſiæ, locuti ſunt. CLEMENS I. lib. 2. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 29. ſic Apoſtolos præcepiſſe memorat: *Quæ ex decimis & primitiis ſecundum mandatum Dei dantur, vt Dei homo conſumat, voluntaria quæ occaſione pauperum offeruntur, rectè diſpenſet orphanis, viduis, afflictis, & peregrinis egentibus, vt qui habet Deum harum rerum rationem ab eo repoſcentem, qui hanc diſpenſationem illi commiſit. Omnibus egentibus cum iuſtitia tribuentes, ipſíq; his vtentes, ſed non abutentes, commendentes de his, ſed non ſoli vorantes, egenísq; impertientes, Dei offenſam vitabitis.* Idem & cap. 31. tum cap. 38. IDEM in-
E fert. *Epiſcopos & ſacerdotes, principes & reges veſtros putatote, & tributa tanquam regibus penditote. De veſtro enim illos & domeſticos illorū ali oportet, quemadmodum Samuel præcepit populo de rege in 1. Regum & Moyſes de ſacerdotibus in Leuitico, eodem modo nos de Epiſcopis idem præcipimus. Nam ſi tunc, populus proportione tanto regi munera præbebat, quanto magis nunc Epiſcopus decreta ſibi à Deo ſtipendia capere debet, ad ſe alendum & clericos qui apud eum ſunt. Quod ſi aliquid orationis addendum eſt, plura hic capiat, quàm ille olim. Ille enim rem militarem tantùm adminiſtrabat, belli pacíſq; moderator, ad tuenda corpora: hic verò Dei ſacerdotium adminiſtrans, corpus*

Philo Iudæus.

Clemens I.

1. Regum 8. 9. &c. Exod 2. Leuitici 27.

Ratio dandarum decimarū.

& ani

A *& animam periculis liberat. Ideò illi offerte fructus veſtros,& opera manuum veſtrarum in veſtram benedictionem. Primitias veſtras,decimas partes, dona veſtra dantes ei,vt ſacerdoti Dei. Primitias,inquam,frumenti, vini & olei,pomorum,atque omnium quæ Deus præbet vobis. Et erit oblatio tua accepta ,in odorem ſuauitatis Domino Deo tuo,& benedicet Dominus operibus manuum tuarum, & multiplicabit Dominus bona terræ tuæ.*

Prouerb. 11.

Quoniam benedictio in caput tribuentis reuertitur. Idem & ſequenti,cap.39.ſuadetor. Vide etiam,Facultates Eccleſiis dandæ.&c. I O H N lib. 7.capite 30. *Primitias fructuum, torcularis , & areæ, boum quoque,& ouium dabis ſacerdotibus,vt benedicantur horrea tua,& cella tua,& fructus terræ tuæ ſtabilitatisq́; frumento vino & oleo,& augeantur armenta boum tuorum,& greges ouium tuarum.*

Numeri 18.

B *Omnem decimam dabis orphano,ac viduæ, pauperi ac aduenæ. Primitias panum calidorũ,cadorum, vini, olei, atque mellis, nucum quoque,vuæ,& aliarum rerum primitias dabis ſacerdotibus,argenti,veſtis,& omnis poſſeſſionis,orphano & viduæ.* I D E M lib.8.cap.36. *Ego Matthæus præcipio omnes primitias, afferri Epiſcopo & presbyteris,& diaconis ad victum ipſorum, decimas offerre ad victum reliquorum clericorum,virginũ ac viduarum, & his qui ſunt paupertate oppreſſi. Primitiæ enim ſunt ſacerdotum & miniſtrantium ipſis diaconorum. Benedictiones quæ in ipſis ſacris ſuperſunt,de ſententia Epiſcopi vel presbyterorum.diaconi clero diſtribuant,presbytero partes tres,diacono partes duas,cæteris vero Hypodiaconis , ſcilicet lectoribus, cantoribus , diaconiſſis partem vnam. Hoc enim honeſtum & acceptum eſt coram Deo,quilibet pro ſua dignitate honorari. Eccleſia enim non cõfuſionis,ſed ordinis & diſpoſitionis eſt magiſtra.*

Matthæi Apoſtoli decretũ.

C Vt diſtribuenda donatia. Vide & Facultates vt diſtribuendæ.

Deinde cap.46.Benedictio Primitiarum fit ab Epiſcopo,cum oratione & gratiarum actione, &c.vide.

Philo Iudæus.

Rationes prætactas P H I L O I V D A E V S libris ſuperiùs annotatis affert. Sic enim in libro de præmiis & honoribus ſacerdotum exorditor: *Sacerdotibus nullam agri partem lex attribuit , vnde more cæterorum, in vſum vitæ fructus terræ colligant, ſed honoris cauſa Deum ipſum fore ſortem ac poſſeſſionem ipſorum pronunciat, ad res offerri ſolitas Deo reſpiciens,idq́; duabus de cauſis, primò quia ſummus honor eſt, participi fieri eorum quæ Deo ſacrantur à gratis hominibus deinde vt circa ſolum Dei cultum occuparentur, ſeu curam & poſſeſſionem propriam,&c.* lege.

D

Ioannes Chryſoſtomus.

I O A N N E S C H R Y S O S T O M V S, homil.18. in Actus Apoſtolorum,cap.8.illud exponens. Et multis oppidis Samaritanorum euangelizabant, *Parumne eſt (ait) vnũ torcular benedici? parum ne eſt ex omnibus frugibus ac decimis, prius partem ac decimas accipere? Ad pacem agricolarum hoc vide. Venerabilis erit & presbyter poſtea,& ad ſecuritatem agri conducet. Preces illic perpetuò propter te, laudes & ſynaxes propter te, oblatio per ſingulos dies dominicos,&c.*

Vide Miſſæ ſacrificium diebus dominicis offerri ſolitũ.

Vide Eccleſiarum conſtructio , &c. Et

Auguſtinus Hipponenſis.

E A V G V S T I N V S H I P P O N E N S I S decimarum meminit,lib.50. Homiliarum,homil.48. *Decimæ (inquit) tributa ſunt egentium animarũ. Quod ſi dederis decimas, non ſolum abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſalutem corporis & animæ cõſequeris. Non igitur Dominus Deus præmium poſtulat, ſed honorem. Deus enim noſter,qui dignatus eſt totum dare,decimas à nobis dignatus eſt accipere,non ſibi, ſed nobis ſine dubio profuturas. Sed ſi tardiùs dare peccatum eſt, quanto magis peius peccatum eſt,non dediſſe?*

Concilium Matiſconen. 2 .66 .Patrum.

Hinc Concilium M A T I S C O N E N S E II. Patrum 60. ſub Guntrano Rege,cap.5. *Leges (ait) diuinæ conſulentes ſacerdotibus ac miniſtris Eccleſiarum pro hæreditaria portione omni populo præceperunt decimas fructuum ſuorum locis ſacris præſtare,vt nullo labore impediti horis legitimis ſpiritualibus poſſint vacare miniſteriis.*

Attende hæc

Quas leges Chriſtianorum congeries longis temporibus cuſtodiuit intemeratas. Nunc autem paulatim præuaricatores legum,pene Chriſtiani omnes oſtenduntur,dum ea quæ diuinitus ſancita ſunt, adimplere negligunt. Vnde ſtatuimus ac decernimus,vt mos antiquus à fidelibus reparetur,& decimas Eccleſiaſticis famulantibus cæremoniis populus omnis inferat,quas ſacerdotes aut in pauperum vſum,aut captiuorum redemptionem prærogantes,ſuis orationibus pacem populo ac ſalutem impetrent. Si quis autem contumax noſtris ſtatutis ſaluberrimis fuerit,a membris Eccleſiæ omni tempore ſeparetur.

Rhotomagenſe cõcilium nõ reperitur in ordine cæterorũ.

Et Concilium R H O T O M A G E N S E , cap.3.vt allegat Burchardus, lib.3. Decretorum, cap.130. *Omnes (ait) decimæ , ſiue de frugibus , ſiue de pomis arborum Domini ſunt , & illi ſanctificantur. Boues,& oues,& capræ,quæ ſub paſtoris virga tranſeunt,quidquid decimum venerit ſanctificabitur Domino. Non eligetur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur. Si quis mutauerit, & quod mutat, & quod mutatum eſt ſanctificabitur Domino, & non redimetur. Sed quia modo multi inueniuntur, decimas dare nolentes, ſtatuimus vt ſecundum Domini noſtri præceptum,admoneantur ſemel & ſecundo & tertio. Si non emendauerint,anathematis vinculo conſtringantur vſque ad ſatisfactionem,& ad emendationem congruam.*

Et hoc fit noſtra tẽpeſtate.

Concilium Mediomatricẽſe. Nec reperitur in ordine cæterorum

Idem Concilium M E D I O M A T R I C E N S E, cap.3.allegatur à Burchardo,lib.3. Decretorum,cap.134. *De decimis (ait) quas populus dare non vult,niſi quolibet munere ab eo redimantur,ab Epiſcopis prohibendum eſt ne fiat.*

Concilium Forouilien. ſub Carolo Magn.

Et Concilium F O R O I V L I E N S E ſub Adriano I.cap.14. *De decimis vel primitiis, ſaluis ſcilicet allegoricarum rerum myſticis ſacramentis , nihil melius puto docere quàm quod ſtatutum eſt in Malachia Propheta,dicente Domino : Inferte omnem decimam in horreum meũ, & ſit cibus in domo mea , & probate me in hoc, dicit Dominus: Si non aperuero vobis cataractas cœli,& effudero vobis benedictionem vſque ad abundantiam,& increpabo pro vobis deuorãtem,& non corrumpet fructum terræ veſtræ. Nec erit ſterilis vinea in agro,dicit Dominus exercituum,& beatos vos dicent omnes gentes. Sed quia indignatio & ira Dei manet ſuper gentem vel populum,qui hoc Domini præceptum toto corde,& bona voluntate non adimplet, ſuprà præmiſerat dicens. Si affiget (inquit) homo Deum quia vos configitis me? Et dixiſtis.In quo configimus te? In decimis & primitiis veſtris, in penuria vos maledicti eſtis, & me vos configitis gens tota,&c.*

Malachi.3.

Concilium Arelatenſe 4. ſub Carolo Magno.

Item Concil. A R E L A T E N S E IV. ſub eodem Carolo,& Leone III. cap.9. *Vnuſquiſque (ait) de propriis laboribus decimas & primitias Deo offerat, ſicut ſcriptum eſt,decimas & primitias tuas non tardabis offerre Domino Deo tuo.* Et cap.20. *Statuimus vt Eccleſiæ antiquitus conſtitutæ,nec decimis,nec alia vlla poſſeſſione priuentur.*

Exod.22.

Concilium Moguntinen 2. Turonenſe 3. concilium.

Item & Concilium M O G V N T I N E N S E I. cap.23. eadem ſtatuit & Concilium T V R O N E N S E III. ſub eodem Principe, cap.46. excommunicat omnes qui decimas ſoluere detrectant.

Concilium Cabilonenſ 2. ſub Carolo Magno, & Leone 3.

Sed & Concilium C A B I L O N E N S E II. cap.18.& 19. ſub eodem Principe: quod malè Cauallonenſe appellat Burchardus, vt opinor , lib.3. cap.132. ſtatuit vt omnes decimas ſoluant hinc Eccleſiæ, vbi & miſſas audiũt, & baptiſma percipiunt,& corrigantur qui hoc alias neglexerint.

Concilium Moguntinũ 1. ſub eodem.

Hinc & Concilium M O G V N T I N V M I. ſub Carolo eodem, cano 38. *Admonemus (ait) atque præcipimus vt decimæ Deo omnino dari non negligantur,quas Deus ipſe ſibi dari conſtituit, quia timendum*

eſt vt

A

ſi vt quiſquis Deo debitum ſuum abſtrahit, ne fortè Deus per peccatum ſuum auferat ei neceſſaria ſua. IDEM & cap. 41. *Eccleſiæ antiquitus conſtitutæ, nec decimis, nec aliis poſſeſſionibus priuentur ita vt nouis oratoriis tribuantur.* Idem & Concilium RHEMENSE ſub eodem Principe, cap 38. Idem & ipſe CAROLVS MAGNVS ſtatuit in conſtitutionibus ſuis decimas dari. Hinc & Concilium AQVISGRANENSE III. ſub Pipino Ludouici Pij filio, lib 1. cap. 37. decimas ab exordio mundi Deo placuiſſe, confirmat ex textu Scripturæ: *Dedit* (ait) *Abraham Melchiſedech decimas ex omnibus, propter quod ipſius Abrahæ commendantur ingentia præconia. Quem imitantur qui ſacerdotibus Chriſti ob illius amorem & honorem decimas dant, & ab illius merito ſequeſtrantur, qui Deo oblatas decimas auferant, &c.* Vide in vocabulo, Eccleſiæ facultates relinquendæ, &c. Sic & Concil. MELDENSE, cap. 75. ſtatuit, vt decimæ in capellarum ſarta tecta reſtauranda & in luminaria Eccleſiæ diſpenſentur, & non inde canes paſcantur. Quod confirmat Concilium VORMATIENSE, cap. 59. iubens vt decimæ in poteſtate Epiſcopi fiant, docens etiam qualiter debeant presbyteris diſpenſari: quod poſtea confirmat & Concilium MOGVNTINVM II. ſub Rabano, cap 10. & 11. vbi & de diuidendis eis multa præcipit & ordinat. Vide Facultates vt diuidendæ, &c. Et Concilium VALENTINVM GALLIÆ III. ſub Lothario Imperatore, cap 10. ſic ſtatuit, *De fiſcis & villis quas conſtat dominio Eccleſiæ à fidelibus olim fuiſſe contraditas, & nunc poteſtati ſecularium ſubditas, voluntate eorum ordinari placuit, ut edictis Principum iuſſum eſt, nona & decima ipſis Eccleſiis vnde ſubtracta ſunt, fideliter perſoluantur. Hi qui eas retinuerint, vt ſacrilegos nouerint ſe ab Eccleſiæ liminibus pellendos. Sed & decimas ſuas omnes fideles promptiſſimè Deo offerant de omnibus quæ poſſident, nec vllis oppoſitionibus quod ſtatutum eſt, permutare audeant, ne fortè cogamur eos diſtrictione Eccleſiaſtica ferire.* Hinc & Concilium TICINENSE ſub Ludouico II. Imperatore arguens laicos qui ſuas decimas non dabant parochiis, vnde ſacramenta percipiebant, ſed eas dabant quibuſdam Baſilicis proprijs, vel ſuis ad placitū clericis. Hæc omnia renouat Concilium MOGVNTINVM III. ſub Arnulpho Imperatore, cap. 13 & 17. & 22. vbi allegat ſuperiùs memoratos canones Arelatenſis Concilij, & aliorum conciliorum. Sed & Concilium METENSE ſub eodem Principe, eadem repetit, cap. 2. & Concilium ROMANVM ſub Nicolao II. Epiſcoporum 113. *Decimæ* (ait) *primitiæ ſeu oblationes viuorum & mortuorum Eccleſiis Dei fideliter reddantur à laicis, & in diſpoſitione Epiſcoporum ſint, quas qui retinuerint, a ſanctæ Eccleſiæ communione ſeparentur.* Hinc & Concilium TRIBVRIENSE, cano. 13. *De decimis* (ait) *Auguſtinus Doctor mirabilis* (habes ſuperiùs) *ſub breui ratiuncula ſatis videtur dilucidaſſe, cum ait: Decimæ ex debito requiruntur. Quod ſi diceret Deus, nempe, meus es ô homo, mea eſt terra quam colis, mea ſemina quæ ſpargis, mea animalia quæ fatigas, meus eſt ſolis ardor, & cum omnia mea ſint tu qui manus accommodas, ſolam decimam merebaris. Sed ſeruo tibi nouem. Da mihi decimam, ſi non dederis decimam, auferam nouem. Si dederis mihi decimam, multiplicabo nouem. Si ergo quærit aliquis, cur decimæ dentur, ſciat quod ideo dandæ ſunt, vt hac deuotione Deus placatus, largius præſtet quæ neceſſaria ſunt, & vt miniſtri Eccleſiæ exinde releuati, liberiores fiant ad ſpiritalis ſeruitij expletio-*

Concilium Rhemenſe ſub eodem.
Carolus Magnus.
Concilium Aquiſgranen. 3.
Geneſ. 14.
Concilium Meldenſe
In vanos vſus decimæ nō expendantur.
Concilium Moguntinū 2.
Concilium Valentinum Galliæ 3. anno 855.
Concilium Ticinenſe.
Concilium Metenſe
Concilium Romanum ſub Nicolao 2. contra Berengarium.
Concilium Triburienſe.
Pulchra conſideratio.
Ratio cur dentur decimæ. Infra etiam ad hunc locum reſpici debitur.

nem, & vt munus populi ex hoc in quotidiana oblatione Domino munus eis. Nec non ſecundum ſtatuta canonum (vt habes ſuprà) *ad ſuſtentationem pauperum & reſtaurationem Eccleſiarum proficiant. Quatuor enim fiunt partes iuxta canones indicamus de decimis & oblationibus, quarum vna ſit Epiſcoporum, altera clericorum, tertia pauperum, 4. reſtaurationi Eccleſiarum ſeruetur.* Sicut in epiſtola GELASII I. cap. 27. legitur. Vide eam in dictione, Facultates Eccleſiæ vt diuidendæ, &c. De decimis autem antiquis ſemper Eccleſiis conſeruandis IDEM renouat, can. 14 ſcilicet, vt ſi quis in affinitate antiquæ Eccleſiæ noualia rura excoluerit, decima exinde debita antiquæ reddatur Eccleſiæ (quod iam ſuperiùs multi canones præceperunt) ſi verò in qualibet ſylua vel deſerto loco, vltra milliaria 4. aut 5. vel eo amplius aliquod dirutum collaborauerit, & illic conſentiente Epiſcopo, Eccleſiam conſtruxerit, & conſecratam perpetrauerit, proſpiciat presbyterum ad ſeruitiū Dei idoneum & ſtudioſum, & tunc demum nouam decimam, nouæ reddat Eccleſiæ, ſalua tamen poteſtate Epiſcopi. De ea diuidendis decimis etiā ſtatuit Concilium NANNETENSE, can. 10. vt dicemus, Facultates Eccleſiæ vt diuidendæ, &c. Porrò vt inſtitutum proſequamur, iterum de decimis Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. part. 4. cap. 1. loquitur, vbi de quodam agitur qui ſex annis decimas detinuerat, & in commutationem decimæ, reditus quarundam villarum dare volebat, quod omnino prohibetur fieri: *Quia decimæ* (ait) *cum temporalibus non ſunt commutandæ, ſed compellatur debitam decimarum, Eccleſiaſtica diſtrictione perſoluere.* IDEM parte eadem, cap. 2. iubet decimas dari, de molendinis, piſcariis, fœno, & lana, ſub excommunicationis pœna, & cap. 3. ſequenti iubet comitibus, baronibus, & militibus, decimas matricibus Eccleſiis, de diuitiis ſuis vt cum omni integritate perſoluant. iubet & Parochianis, vt de fœno, equitio, pomis, pitis, & apibus, & omni fructu, decimas ſoluant, ſub pœna Eccleſiaſticæ cenſuræ, appellatione ceſſante. Cap. item 4. iubet priùs decimas à Parochianis Eccleſiæ ſolui, quàm ſeruientibus & mercenariis, de frugibus debita totius anni pro ſeruitio ſuo impendant. Et de ſubtractis atque retentis, dignam ſatisfactionem exhibeant, ſub anathematis pœna. Et par 26. eiuſdem Concilij, cap. 21. ALEXANDER III. ad Cœnomanenſem Epiſcopum: *Parochianos* (ait) *tuos ad ſoluendas decimas Eccleſiis quibus eas debent, Eccleſiaſtica debes ſeueritate compellere, quia, cùm decimæ nō ab homine, ſed ab ipſo Deo ſunt inſtitutæ, quaſi debitum exigi poſſunt.* Hinc & Concilium LATERANENSE GENERALE Patrum 1215. ſub Innocentio III. cap. 53. *In aliquibus* (ait) *regionibus quædam permixtæ ſunt gentes, quæ ſecundum ſuos ritus decimas de more non ſoluunt, quamuis cenſeantur nomine Chriſtiano. His nonnulli Domini prædiorum ea tribuunt excolenda, vt decimis defraudantes Eccleſias, maiores inde reditus aſſequantur. Volentes igitur ſuper his Eccleſiarum indemnitatibus prouidere, ſtatuimus vt ipſi dominicalibus perſonis, & taliter ſua prædia excolenda committant, quòd abſque contradictione decimas Eccleſiis cum integritate perſoluant. & ad id, ſi neceſſe fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam compellantur. Illæ quippe decimæ neceſſariò ſunt ſoluendæ, quæ debentur ex lege diuina, vel loci conſuetudine approbata.* IDEM cap. 54. expreſſè prohibet, ne tributa ſoluantur antequam datæ ſint decimæ: *Statuimus* (ait) *vt in prærogatiua Dominij generalis, exactionem*

Vt diuidendæ.
Antiquitus ſemper Eccleſiis decimas perſoluendas, paſſim in lectione ſuperiorū canonū reperitur, vt colligere facile eſt.
Concilium Nannetenſe.
Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.
Nota.
Alexander 3.
Decimæ vt debitum exiguntur.
Exod. 22.
Leuitici 27.
Numeri 18.
Deuter. 12. 14. & 26.
Concilium Lateranenſe generale ſub Innocentio 3.
Attende fraudem, quæ prohibetur de cætero exerceri.
Decimarum priuilegium.

tributo

tributorum & cenſuum, præcedat ſolutio decimarũ, vel ſaltem hi, ad quos cenſus & tributa indecimata peruenerint, quoniam res cum onere ſuo tranſit, & per cenſuram Eccleſiaſticam decimare cogantur Eccleſiis, quibus iure debentur. Sed & cap. 55. de terris acquirẽdis non obſtantibus priuilegiis decimas dari décernit, inferens ſtatutũ Ciſtercienſis ordinis, quo monachis prohibetur de cætero emere poſſeſſiones, de quibus decimæ debẽtur Eccleſiis, niſi fortè pro monaſteriis nouiter fundandis. Quod ſi fortè eis offeruntur, aliis cõmittant excolendas, vt mox dicetur, decimas an monachi debeant perſoluere, &c. Cap. autem 56. (& allegatur extra: de pactis) prohibetur ne propter pactum aliquorũ amittat decimas presbyter parochialis:

Diligẽter hæc notãda ad cautelam.

B *Plerique* (ait) *regulares & clerici ſeculares, interdum cum vel domos locant, vel feuda concedunt, in præiudicium parochialium Eccleſiarum pactum adiiciunt, vt conductores & feudatarij decimas eis ſoluant, & apud eoſdem eligant ſepulturam. Cùm autẽ id de auaritiæ radice procedat, pactum huiuſmodi penitus reprobamus, ſtatuentes vt quidquid fuerit occaſione huiuſmodi pacti perceptum, Eccleſiæ parochiali reddatur.* Hæc & alia plura iterũ renouat BONIFACIVS VIII. ſexto decretalium, tit. 13. de decimis, & Concil. VIENNENSE ſub Clemente V. titu. 7. de decimis. Vide rogo, quia in manu habetur in Clementinis. Renouat quoque hæc omnia decreta MARTINVS V. in Concilio CONATANTIENAI ſeſſio. 43. de decimis. Denique præmiſſum Lateranenſe decretũ de decimis, allegant patres CONSTANTIANS. Concilij ſeſſio 19 atque confirmant, & ad calcem concilij ſic addunt:

Bonifacius 8. Concilium Viennenſe generale ſub Clemente 5.

Martinus 5.

Concilium Cõſtantienſe, generale.

C *Cum paterna pietas filiis hominũ prouidere debeat, licet in caſu neceſſitatis vrgentis valeat vicisſitude laudabilis, declarat ſancta Synodus non licere Romano Pontifici, inductiones ſiue exactiones quaſcunq; ſuper Eccleſiam, vel Eccleſiaſticas perſonas, imponere per modum decimæ vel alio quouis modo. Si verò, cùm neceſſitas acciderit Papæ, qua eſſet eidem debite ſubueniendum, vocato generali Concilio, ſecundum quod expediens videbitur & vtile, ſecũdum decretum Concilij, prouideatur eidem.* Vide Exactio.

O quàm impiè hoc decretum conculcatur.

D Eadem quoque repetunt patres Concilij BASILAAN. ſeſſio. 8. vbi ſtatuunt, Papam non poſſe nouas gabellas imponere, in terras Romanæ Eccleſiæ, & Eugenium reprehendunt qui hoc præſumpſerit facere. De decimis porrò dandis & non dandis, de omnibus terræ fructibus BONIFACSVS VIII. in extrauag. tractat, collectori ſcribens decimarũ, vt de domo leproſarum & monialium, de ſyluis ſeu nemoribus nil decimarũ accipiat, de cæteris autem rebus, & fructibus, & ſtagnis, & piſcariis, &c. vt ſolui, & accipi debeãt, inſinuat. Vide decretum. Inſuper Concilium RATIAPONENAE, cap. 24 Prohibet Epiſcopis decimas exigere de beneficiorum penſionibus atque abſentiis, priuilegiis quibuſcunque excluſis, quia hoc iuri derogat.

Concilium Baſileenſe generale.

Bonifacius 8.

Qui non ſoluant decimas.

Concilium Raciſponenſe.

E Porrò Concilium TRIDENTINVM ſeſſio. 25. quæ eſt 9. ſub Pio IV. cap. 2. decreti reformationis: *Non ſunt* (ait) *ferendi qui variis artibus decimas Eccleſiis obuenientes ſubtrahere moliuntur, aut qui ab aliis ſoluendas temerè occupant, & in rem ſuã vertunt, cùm decimarum ſolutio* (hoc ſuperiùs probatũ eſt) *debita ſit Deo, & qui eas dare noluerint aut dãtes impediunt, res alienas inuadunt. Præcipit igitur ſancta ſynodus omnibus, cuiuſcunque gradus & conditionis ſint, ad quos decimarũ ſolutio ſpectat, vt eas ad quas de iure tenẽtur, in poſterum cathedrali aut quibuſcũque aliis Eccleſiis vel perſonis, quibus legitime debentur, integrè perſoluant. Qui verò eas, aut ſubtrahunt, aut impediũt, excommunicentur, nec ab hoc crimine, niſi plena reſti-*

Concilium Tridentinũ generale.

Vide decretũ.

A *tutione ſecuta, abſoluantur. Hortatur dehinc omnes & ſingulos, pro Chriſtiana charitate debitoq; erga paſtores ſuos munere, vt de bonis ſibi à Deo collatis, Epiſcopis & parochis, qui tenuioribus præſunt Eccleſiis, largè ſubuenire ad Dei laudem, atque ad paſtorum ſuorum, qui pro eis inuigilent, dignitatem tuendã non grauentur.* Hæc confirmant FRANCIA II. & CAROL. IX. Reges Franciæ in cõſtitutionibus editis Aureliæ, artic. 16. Vide Facultates Eccleſiæ.

Franciſcus II & Carolus XI.

Decimas cui ſoluere debet, qui de vna parochia tendit ad aliam, &c.] Hoc quidem in ſuperioribus decretis reperitur ſæpius ordinatum. Verùm non ita expreſsè, vt ALEXAN. III. par. 50. c. 39. concilij ſui Lateranenſis Strigonenſi

Alexander 3.

B Epiſcopo reſpõdet inquirenti, ſi quiſpiam de vno Epiſcopatu aut de vna parochia tendit ad aliam, an Epiſcopo vel parocho, vnde receſſit ſemper debeat decimas perſoluere, an illi in cuius diœceſi tunc moratur: *Noueris* (ait) *quòd ſi de artificio, vel de negotiatione, aut etiam de agricultura, quã intra terminos parochiæ, in qua tunc moratur, exercet, vel huiuſmodi aliis decimæ ſoluantur, æquum eſt, vt Eccleſiæ illi reddantur in qua ille qui reddit per totum anni circulum Miſſam audiuit.* De decimis etiam nouatium, vt infrà dicetur, eadem 50. parte Concilij Lateranenſis ſub eo celebrati, c. 40. Brixienſi Epiſcopo ſcribit, vt terræ illæ quæ arabiles ſunt infrà cuiuſdam parochiæ terminos cõcluduntur, eidem

Decima Monialium.

C Eccleſiæ decimas dare debeant, alioquin alij Eccleſiæ Epiſcopus ſecundum diſcretionem ſuã poſſit deputare, vel ad opus ſuum tenere, ita quòd ſi quis in his contraire præſumpſerit, Eccleſiæ cenſura percellatur. Vide quæ ſup. ſunt poſita, & ſeq.

Decimas laici non valeant tenere.] Hic videndum & etiam in dictione, Beneficia Eccleſiaſtica non valeant laici tenere, & in vocabulo, Laici. Hoc autem prohibuit Concil. ROMAN. ſub Nicolao II. contra Berengarium Epiſcoporũ 113. eſt poſt Concilium LATARANENSE ſub Alexandro III. par. 1. cap. 14. *Prohibemus* (ait) *ne laici decimas cum animarum ſuarum periculo retinentes in alios laicos poſſint aliquo modo transferre. Si quis*

Concilium Romanum ſub Nicolao 2.
Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

D *verò receperit, & Eccleſiæ non tradiderit, Eccleſiaſtica careat ſepultura.* Vide ſuprà, Beneficia. IDEM & par. 8. cap. 26 *Statuimus, vt ſi quis alicui laico in ſeculo remanenti Eccleſiam vel decimas conceſſerit, à ſtatu ſuo tanquam arbor quæ inutiliter terram occupat, ſuccidatur, & donec emẽdet ruina ſua iaceat dolore proſtratus.* Et in eodem Concilio ALEXAN. III. Auibianenſi Epiſcopo, par. 50 c. 29. *Quoniam donationem decimæ* (ait) *quam Abbas S. Salutij & prædeceſſor eius cuidam laico iure hereditario conceſſerunt tenendam, cum ſanctuarium Dei iure poſſideri non debeat, in irritũ penitus reuoces, & viribus carere decernas, & laicũ niſi decimã ipſam Eccleſiæ S. Salutij liberè & abſolutè reſtituat, vinculo excommunicationis*

Luc 13.

Alexander 3.

E *aſtringas.* IDEM Epiſcopi Brixienſi, c. 40. Eiuſdem partis, *Si laicus aliquis à clericis ſiue conuerſis decimas de laboribus ſuis in tua diœceſi requiſierit, tu eum ab exactione huiuſmodi prorſus compellas, & laicos illos qui à colonis, tertiam vel quartam partem laborum ſuorum ante ſolutionem decimarum recipiunt, decimam de portione ſua, ſecundum quod colonus de parte, quæ illum contingit, exoluere conſueuit, abſque diminutione aliqua his quibus debentur, facias exhibere.* Reliqua vide ſuperiùs, & Benefic. & Laicus.

Decimas an teneantur perſoluere monachi.] Hic etiam te confer ad vocabulum, Monachus: vbi dicitur, Monachorum exemptio, &c. Porrò de hac materia præfatum Conc. LATER. ſub Alexandro III. par. 13. c. 3. vbi ALEX. III.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Eboracenſ. Archiepiſcop. — *Monachi non debent ſoluere decimas.*

ſic ſcribit: * *De compellendis (ait) monachis albis & nigris, & canonicis regularibus ad ſoluendas decimas de terris conductis quas habent ad terminum vel ad firmã, a nobis tua diſcretio poſtulauit. Sed te, vel quemlibet aliũ audire & exaudire ſuper hoc nulla ratione poſſumus, niſi manifeſte velemus obuiare iuſtitiæ, & prædeceſſorũ inſtitutis contraire, ne videamur religionem perſequi, quã ſi forte non habemus in nobis, in alijs diligere & fouere tenemur. Cautum ſiquidẽ in ſcriptis prædeceſſorum noſtrorum Roman. Pontif. habetur, quod religioſi viri ab exactione decimarũ de laboribus quod proprijs manibus vel ſumptibus colũt, & de nutrimentis animalium ſuorũ, prorſus erunt immunes. Sed piæ recordationis* ADRIANVS (hic fuit IV.) *Papa prædeceſſor noſter labores in noualia pro ſua voluntate conuertit. Illud etiam debet nos à tua petitionis effectu retrahere, quod in veteri teſtamento non vſquam legiſſe recolimus, vt Leuitæ Leuitis decimas perſoluerant. Imò ſicut tua diſcretio non ignorat, non ambigimus eſſe ſtatutum, vt Eccleſijs illis decimas perſoluant* (habes ſuperiùs) *vbi Eccleſiaſtica ſacramenta percipiunt: vnde Apoſtolus, non eſt magnum ſi metimus temporalia, vbi ſpiritualia ſeminauimus. Itaque quantumcunque te diligimus, petitionem tamen tuam non duximus admittendam. In nullo paterreris repulſam quod ſecundum iuſtitiam a nobis fieri poſtulares.* IDEM Alexand. III. eadem confirmat, par ead. c. 4. 5. 6. 7. & 9. vbi prædeceſſoris ſui GREGOR. vt reor 7. ponit ſtatutũ hoc modo: *Statuimus vt monaſteria ex ſuis prædijs nullo modo decimas ſoluere cogantur, quia ſi legitimè danda ſunt. Orphanis & peregrinis danda ſunt. Indignum eſt enim, vt a clericis exigantur, qui propter eũ, cuius ſunt decimæ, pauperes efficiuntur. Nam ſi pauperum Dominus ſunt, pauperum hæreditas pauperibus eius erogãda eſt, illis videlicet, qui propter amorẽ illius quæ poterant poſſidere, dimiſerunt, eamq́; vnde ſequentes, poteſtati alterius ſe ſubmiſerunt, &c.* IDEM Alexand. III. ibid. c. 15. Producit etiã prædeceſſoris IOAN. (reor) 22. decretũ: *Habemus (ait) certum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionem & rationem, nihil in hoc mundo habentibus decimas & oblationes viuorum & mortuorum cõuenire, qui ſpontaneam eligentes paupertatem in monaſterio ſuo degere volunt, ſub imperio in quibus Chriſtus alitur & veſtitur.* Idem & cap. 16. profert PASCHAL. II. decretum: *Nouum (ait) exactionis genus eſt, vt clerici a clericis, frugũ vel animalium decimas exigant. Nunquam enim hoc in lege Domini præcipi legimus, aut perlatum. Nec enim in Leuitis Leuitæ decimas extorſiſſe leguntur. Illi profectò ſoluere laborum ſuorum decimas debent, qui à clericis ſpiritualium miniſteriorum labores accipiunt.* Prædicta omnia renouat generale Concil. VIENNENSE ſub Clemente V. vt habes inſertum in Clementinis tit. de decimis, c. 1. Lege obſecro. Hæc quoque ſuis Cœleſtinis confirmat COELEST. V. in ſuo indulto ſeu priuilegio illis conceſſo: *Sanè de fructibus (ait) terrarum & poſſeſſionum veſtrarum, ac etiam nonalium quæ proprijs manibus & ſumptibus colitis vel per homines veſtros, aut alios excolis facitis, in proprijs prædijs ſiue etiam alienis, ſiue de hortis & piſcatoribus veſtris vel de nutrimẽtis animalium veſtrorũ, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat, à quarum præſtatione vos totaliter liberamus, & excommunicationum ſuſpenſionum & interdicti ſententias contra vos & in prædicta loca, quauis authoritate in contrarium proferendas ipſo facto decernimus aliquatenus non tenere.* Hæc poſtea priuilegia ſucceſſores confirmarunt. Porrò iunge ſequentia.

Adrianus 4. — *1. Corinth. 9.* — *Gregorius 7.* — *Ioannes 22.* — *Paſcalis 2.* — *Cœleſtinus V. fundator ordinis noſtri.* — *Priuilegia Cœleſtinorum & nõ dandis decimis.*

Decimas vbi & quando tenentur monachi perſoluere.] Vltra prædicta omnia priuilegia, ne monachi his abutantur, non eſt illis licitum cuilibet decimas de terris illis ſubtrahere, quas alijs tradunt ad colendum, vel quæ decimas ſolebant, antequam poſſiderent, perſoluere. Vnde idem ALEXANDER III. cap. 2. eiuſdem part. 13 Concilij Lateranenſis, ad monachos Eboracenſes, *Dilecti filij (ait) Abbas & fratres ſanctæ Crucis, tranſmiſſa nobis conqueſtione demonſtrauerũt, quòd prædia de quibus decimas & in magna parte ſuſtentationem habere conſueuerunt, conduxiſtis ad firmam. Vnde quoniam ijdem fratres ex hoc immoderatè ac enormiter grauantur, nec fuit intentionis anteceſſorum noſtrorum, vt de poſſeſſionibus quas conducitis decimas non deberetis perſoluere, præcipimus quatenus iiſdem fratribus, de prædijs quæcunque conduxiſtis in parochijs ſuis, de quibus conſueuerunt decimas percipere, plenariè perſoluatis, vel cum ipſis tam pacificè, & amicabiliter conueniatis, quòd nulla debeant inter vos ſcandala mala ſuſcitari, & ne vos videamini vltra quam vobis indultum eſt, manus extẽdere.* Idem eiuſdem part. c. 4. 5. 6. 8. & 10. Ex decreto ADRIANI IV. proponit, & cap. 12. Eundem Adrianum citat ex epiſt. ad Thomam Cantuarienſem Archiepiſcopum: *Peruenit ad nos (ait) quòd monachi de Boxle, Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in cuius parochia cõmorantur, decimas ex integro non perſoluant, & eas reddere contradicunt, ideo propter fraternitati tuæ iubemus, quatenus prædictos monachos moneas, vt ipſas decimas & de ipſis cultis in quibus domus olim conſtructæ fuerant præfatæ Eccleſiæ, cum integritate perſoluant, quoniam priuſquam in eadem Eccleſia morarentur, ſolebant perſolui. Si non appellatione ceſſante, authoritate noſtra cum omni diſtrictione, ſicut olim de paſcuis ſoluebantur decimæ, ita nunc de eiſdem ad frugum fertilitatem trãſlatis, decimas volumus abſque diminutione perſolui.* Idem dicit ad fratres de S. Laurentio, c. 13 ſequen. eiuſdem part. 13. & cap. 15. allegat GREGORII VII. decretum: *Vt nullus Abbas decimas & primitias, & reliqua quæ ſecũdum ſtatuta canonum ad Epiſcopos pertinẽt, detineat, ſine authoritate Romani Pontificis, ſeu Epiſcopi, in cuius diœceſi habitat Apoſtolica authoritate firmamus.* Hæc confirmat quoque GENERALE LATERANENSE Concil. ſub Innocent. III. c. 55 vt ſuprà allegauimus, & cap. 61. iterum repetit ſtatutũ ne religioſi recipiant decimas de manu laicali, vide ſuperiùs. Hæc quoque confirmat Concil. BASILEENSE generale in Karolina, quam vocat, vbi allegat edicta & ſtatuta FREDERICI II. & CAROLI IV. Imperatorum. Vide Exactio.

Vide quando tenẽtur Monachi perſoluere decimas. — *Alexander 3.* — *Adrianus 4.* — *Gregorius 7.* — *Concilium generale Lateranenſe ſub Innocentio 3. Pontif. 1215.* — *Concilium Baſileenſe generale.* — *Fredericus 2. Carolus 4. Imperatores.*

DECRETVM.

Decreta Pontificum.] Vide Canon, & Traditio.

DEDICATIO.

Dedicatio ſeu conſecratio Eccleſiarum & eius antiquus vſus defenditur.] De dedicatione & conſecratione altariũ iam in dictione, Altare diximus. Reſtat de Eccleſijs modò pauca, quæ ſe offerunt, in propatulum exhibere. Itaque cõſecrationis Eccleſiarum antiquiſſimus vſus elicitur ex CLEMENTE I. epiſt. 2. ad Iacobum fratrem Domini: *Eccleſias (ait) per loca congrua & vtilia facite, quæ diuinis precibus ſacrare oportet, & in ſingulis ſacerdotes, diuinis orationibus Deo dicatos poni, quos ab omnibus venerari oportet, & non à quoquam grauari.* Hinc ABDIAS BABYL. lib. 8. certaminis Apoſtolici, *Orante (ait) Bartholomæo, & eiectis dæmonibus è templo, cùm reſpondiſſent omnes. Amen. apparuit Angelus Domini ſplendidus, ſicuti ſol habens alas, & per quatuor angulos templi circumuolans di-*

Clemens 1. — *Abdias Babylonius.*

gito

A *giſo ſuo in quadratis ſaxis ſculpſit ſignũ crucis, & dixit: Hæc dicit Dominus qui miſit me, ſicuti omnes vos ab infirmitate veſtra mundamini, ita mundari templũ hoc ab omni ſorde & habitatore eius, quem miſit Apoſtolus Dei tre in locum deſertũ ab hominibus, &c.* Sed & SIMEON METAPHR. (vt etiã confirmat OECVMEN. ad calcem Apocalypſis expoſitæ) in vita S. Lucæ Euang. *Huiuſmodi* (inquit) *fructibus Chriſto magiſtro oblatis, impietate de medio ſublata, decretis templis, altaribus ſtabilitis, & conſecratis, & ſub credentibus preſbyteris & diaconis inter hos creatis, rectaq́; fidei præſtitione ipſis tradita, &c.* Vide reſiduum. Prætetea vicinus Apoſtolorum HYGIN. I. vt citat Gratian de conſecr. diſt. 1. c. Omnes Baſilicæ, & Iuo lib. 2. Decreto. tradidit formam conſecrandi Eccleſias, vt mox videbimus. Et poſteà

Simeon Metaphraſtes.
Oecumenius doctor.
Hyginius 1.

B Concil. I. NICÆNVM generale, decretũ propoſuit de non iteranda conſecratione Eccleſiarũ, vt allegat etiam Gratian de conſecra. diſt. 1. c. Eccleſiis. Vide infrà allegatum: vbi & maiora inuenies teſtimonia in diſcurſu diſtinctionum huius vocabuli. Porrò EVSEB. CAESAR. in vita Cõſtantini & NICEPH. CALLIS. lib. 8. c. 26. vbi Niceni Concilij Acta recenſet, poſt quod completum referunt, Conſtantinũ duxiſſe omnes Patres ad conſecrandã nouam vrbem Conſtantinopolim, & ibi eoſdem conuiuio excepiſſe: *Atque illi* (ait Nicephorus) *quod petierat, faciunt, Conſtantinopolim venius, Encænia & conſecrationis feſtũ diem celebrant, incruento ſacrificio operãtur, precibus votisq́; vrbem abundè proſequuntur & firmãt. Eandemq́; Dei genitrici dedicãt, nouam Romam Imperantemq́; Conſtantinopolin cognominantes, &c.* Sed ne hæreticus perſtrepat, dicatque non Eccleſiã ſed vrbem conſecratam. IDEM lib. 7. c. 49. vbi innumera enarrauit templa, quæ Conſtantinus erexit, ad calcem capitis, *Tria* (inquit) *Conſtantinopoli maxima templa ſeruatori Chriſto cõſtructa dedicauit, ſancta Sophia ſiue ſapientiæ, ſanctæ pacis & ſanctæ virtutis, inſuper celeberrimis Apoſtolis templum quoque ſuũ condidit, &c.* Multa. Vide Eccleſias conſtruere. &c. IDEM quoque Nicephorus lib. eod. ſcilicet 8. c. 50. memorat Conſtantinum celeberrimum templum Hieroſolymis conſtruxiſſe, quod magnum martyrium dicitur, qui eò miſit cum Patribus Marianũ propter ſacri eius templi dedicationem: *Atque illi* (ait) *protinus vt potuere Hieroſolyma contenderunt, diſſidio atque diſcordia omni ſepoſita, templumq́; ipſum dedicarunt, donaria ſimul & ornamenta ab Imperatore Miſſa maximi prorſus precij conſecrantes, &c.* Vide locum. IDEM quoque lib. 8. cap 27. & apertiùs RVFFIN. AQVILEI. lib. 9 hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, c. 10. vbi narrat ſcelerati Maximini mortem: *Ea* (inquit) *loca quæ paulo ante impiis tyrannorum machinis fuerant deſtructa, redeuiua cœperunt conſtructione clariora & celſiora conſurgere, templaq́; excelſa, pro humilibus conuenticulis eleuari. Iuuabat enim Chriſtianorum Principum fauor, & legiſlatione religioſa alacres noſtrorum animos eo amplius animabat, dum & ad perſonã Epiſcoporum frequentiùs ſcriberent, & honorẽ ſacerdotibus cum ſumma veneratione deferrent, ſed & impendiorum ſumptus benigniùs largirentur. Interea ſolemnitates à noſtris frequẽtiſſimè gerebantur, cum omni lætitia & exultatione per vrbes & loca ſingula Eccleſiarũ dedicationibus celebratis, congregabantur in vnum ſacerdotes, &c.* Vide reliquum. Sed & CASSIOD. SENATOR, lib. 3. Tripartitæ hiſtoriæ, ex THEODOR. CYRENSI, lib. 4. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ: *Præceperat* (inquit) *Imperator, vt omne Concilium à Tyro veniret ad Æliam, nec non & alios vndique congregari præceperat, vt*

Concilium Magnũ Nicænum.
Euſebius Cæſarienſis.
Nicephorus Calliſtus.
Hæc nota diligenter.

C

D

Ruffinus Aquileienſis.

E

Caſſiodorus Senator.
Theodoretus Cyrenſis.

A *templa ædificata dedicarentur.* IDEM lib. 4. Tripartitæ hiſtoriæ, c. 9. *Egit ergo* (ait) *vt in Antiochia Syriæ ſynodus fieret, ſub occaſione quidem dedicationis Eccleſiæ, quam pater Auguſtorum fabricari cœperat, &c.* Verùm tempus deficiet, ſi omnes hiſtoriographorum authoritates in mediũ produxero Porrò IOANNES CHRYSOSTOMVS, Eccleſias dedicari & conſecrari ſolitas confitetur, homil. 6. de militia Chriſtiana, tomo 5 & homil. 7. de eruditione diſciplinæ. Sed & AVGVST. HIPPONENSIS ſermones cõpoſuit in dedicatione Eccleſiæ, in quorum 5 de Eccleſiæ libertate diſſerit & immunitate, eam ſanctam & dicatã appellans, Sic & dedicationis meminit AMBR. MEDIOL.

B in c. 10. epiſt ad Hebr. Verùm vide ſequent. Vide BEDAM & BERNAR. in homil. de dedicatione.

Ioannes Chryſoſtomus.
Auguſtinus Hipponenſis.
Ambroſius Mediolanenſis.

Dedicatio quomodo debeat celebrari.] HYGINVS I. vt allegat Gratianus de conſecra. diſt. 1. c. Omnes, & Iuo lib. in Panormia, & lib. 2 Decretor. licet hoc decretum Euariſto attribuat Burchar. lib. 3. Decret. c. 27. *Omnes* (inquit) *Baſilicæ cum Miſſa debent ſemper conſecrari, & Eccleſia deſtructa. Vbi autem plures ſunt, quàm neceſſe ſit aut maioris magnitudinis, quàm ex rebus ad eas pertinẽtibus reſtaurari poſſint, Epiſcopi prouidẽtia modus inueniatur, qualiter conſiſtere poſſint aut reſtaurari* Et iterum ibidem, cap. Si motum: *Si motum fuerit altare, denuò conſecretur Eccleſia* (vide mox, dedicatio an iteranda) *ſi tantum parietes mutantur, & non altare, ſal tantùm exorcizetur. Si homicidio vel adulterio Eccleſia violata fuerit, diligẽtiſſimè expurgetur.* Vide infrà, Eccleſia ſanguine vel ſemine polluta, &c.) & iterum eadem diſtinctio. cap. Si ligna: *Ligna Eccleſiæ dedicata non debent ad aliud opus iungi, niſi ad aliam Eccleſiam, vel igni ſunt comburenda, vel ad profectum in monaſterio fratribus. In laicorum verò opera non debent admitti.* Hinc collige ex NICEPHORO, lib. 8. cap. 26. quomodo patres Conſtantinopolim vrbem & templa eius incruento ſacrificio dedicarunt, hoc ſuprà expreſſum eſt. Porrò Concilium AQVISGRANENSE III. ſub Pipino Ludouici Pij filio, lib. 1. c. 17. & veterum memoria, antiquã conſecrandi Eccleſias conſuetudinẽ, ritus & mores deſcribit, cap. 24. ſic ſubdit: *Vnde hodie* (ait) *Chriſtiana quoque religio exemplum ſumens, ex antiqua Patrũ traditione, domos in honorem Dei ædificat, ac dedicat, & altaria erigit, eiſq́; oleum ſuperfundit, ac ſacroſancto chriſmate perungit ea, & de factis dictiſq́; eiuſdem Iacob, melodiam Chriſto canit, & à fidelibus oblationibus, & vota & precioſarum diuerſarumq́; rerum ad decorem & honorem diuini cultus, ſacerdotũ cæterorumq́; miniſtrorum Chriſti vſus, pauperumq́; receptionem ac recreationem ſuſcipit donaria. Qui autẽ huiuſcemodi donaria ad iniuriam Dei omnipotentis templorumq́; ſanctorum ſuorum dehonorationem & humiliationem ſacerdotumq́; Dei vituperationem auferre præſumit, cuius ſit diſcriminis & damnationis vt perpendat, ſalubriter admonemus quoniam ſicut verbis eiuſdem Patriarchæ Iacob apertè demonſtratur, cuncta Deo dicata templa, & terribilia ſunt & Dei habitacula, & verè domus Dei ſunt & porta cœli, &c.* Vide Facultates Eccleſ. & Eccleſiæ conſtruendæ, &c. Dedicationis quoque ritum elucidat Concilium COLONIENSE III. cap. 12. par. 9. ex veteri teſtamento Exodi 31. & 32. & 2. Paralip 22. & addit: *Vngitur præterea ſecundum Eccleſiaſticam conſuetudinem, cum cõſecratur altare, cùm dedicatur templum, cùm benedicitur calix, idq́; non ſolum ex mãdato veteris legis, verumetiã exemplo beati* SYLVESTRI I. *qui cum conſecrabat altare, illud chriſmate ſe ungebat. Verùm vnctionis ſacramentum aliud quidem ſ.*

Hyginus 1.
Euariſtus.
Vide infrà ſanè Dedicatio an iteranda.

C

Deligni conſecratis Eccleſiæ.
Nicephorus Calliſtus.
Concilium Aquiſgran. 3.

D

Hæc noſtros Caluiniſt. perſtringunt.

E

Geneſ. 28 & 28.
Concilium Colonienſe 3.
Syluester 1.
Cur oleo Te... [illegible]

cis & figuras, tam in nouo quam in veteri teſtamento (vide ſuprà, Chriſma) *vnde non iudaizat Eccleſia, cum vnctionis celebrat ſacramentum, ſicut aliqui mentiūtur, qui neque ſcripturas, neque Dei nouere virtutem.* Quamobrem (ſubiungit cap. 13.) *Populus docendus eſt hic aliud agi, atque aliud ſignificari, cum conſecratur templum.*

Contra Calui niſtas.

Dedicationis ratio.

Funduntur preces Domino, vt hunc ſibi locum peculiariter dedicatum eſſe velit, vt diabolum & eius poteſtatem inde penitus expellat, vt omnes qui huc deprecaturi conueniunt, ex quacunque tribulatione, conſolationis diuina beneficia conſequantur, vt ab omnibus pariter conuenientibus Deo laudes ſoluantur, diuinum verbum audiatur, ac Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrentur.

Altaris conſecratio.

Peculiariter altare conſecratur, vt illic oblatio munda Deo offeratur, hoc eſt, ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, quod in memoriam paſſionis Dominicæ immolamus. Quod verò præter preces, aſperſiones etiam atque vnctiones altarium, & rerum ſolennia adhibentur, myſterij ſecretioris plenum eſt, non quod inanimata iſta, gratia diuina ſuſceptiua ſint, ſed cum hæc viſibiliter fiunt, admonetur Chriſtianus, Deum omnia hæc per inuiſibilem virtutem in anima operari, quæ eſt domus Deo dedicāda, vbi fides fundamentum facit, ſpes erigit, & charitas conſummat.

1. Corinth. 3. & 6.

Signat ergo templi dedicatio tam fidelis animæ quam Eccleſiæ cum Chriſto deſponſationem. Ipſa enim Eccleſia Catholica, ex multis viuis lapidibus adunata, verū Dei templum eſt. Quod ſi Dei templum ſumus, altare intus habemus. Altare quidem noſtrum, cor noſtrū eſt, C in hoc altari fit ſacrificium laudis. Sacrificium enim Deo ſpiritus contribulatus, & cor contritum. In hoc altari fit commemoratio corporis & ſanguinis Chriſti. Hinc preces ad cœlum aſcendunt, ad cor enim reſpicit Deus. Quamobrem niſi omnia quæ in huiuſcemodi conſecratione exterius aguntur, in nobis ſpiritualiter impleantur, parùm hinc fructus nobis acceſſerit. Quid enim exterior ablutio, vel vnctio ſine interiori prodeſt? Vide quod ſuprà poſitum eſt, & attende quæ ſequuntur. Vide etiam plura infrà.

Pſal. 50.

Dedicatio Eccleſiæ non in nomine cuiuſlibet ſancti facienda.] Vide ſuprà in vocabulo, Baſilicam non cuiuis, nec in nomine cuiuſlibet, licet ædificare. Ex GELASIO I. epiſt. 1. D ad Epiſcopos Lucaniæ Brutiorum &c. & allegatur à Gratiano de conſecratione diſtin. 1 cap. de locorum conſecratione ſanctorum, &c. ibidem citauimus. Lege ibidem & dictione Baſilicā ædificare in alieno territorio, &c. ex Concil ARAVSICANO I ſub Leone I. cau. 10. vbi dedicationis meminit. Ibidem quoque inuenies citatū decretum Concilij TOLETANI III ſub Pelagio II. cano. 19 & allegatur à Gratiano cauſa 10. quæſt. 1. cap. Sic quidam, &c. *Multi contra canonum inſtituta* (ait) *Eccleſias quas ædificauerint poſtulant conſecrari, vt dotē, &c.* Vide Baſilica. Porrò oro te, ne prætereas quin ſuperiùs adiungas quod ſequitur.

Gelaſius I.

Concilium Arauſicanum primum.

Concilium Toletanum 3.

Dedicationis ſolennitas quotannis iubetur celebrari.] E Hoc ex ſuperiori conſtat annotatione, vbi ex Nicephoro allegauimus, quomodo patres Nicæni diem dedicationis celebrarint quem & Encænia nominār, feſtúmque diem conſecrationis appellant. Non eſt opus hoc iterū repetere. Tantum memineris, nos nō ſilentio prętermiſſe. Porrò FOELIX IV. epiſt. 1. ad Epiſcopos diuerſarum prouinciarum, c 1. & allegat Gratian de conſecrat diſt. 1. c. Solennitates, &c *Solennitates* (ait) *dedicationum Eccleſiarum & ſacerdotum per ſingulos annos ſolenniter ſunt celebrandæ, ipſo Domino exempla dante, qui ad feſtum dedicationis templi, omnibus id faciendi dans formam, cum reliquis populis eandem feſtiuitatem celebraturus venit, ſicut ſcriptum*

Fœlix 4.

Ioan. 10.

A *eſt: Facta ſunt Encænia Hieroſolymis.* Quòd autem 8. dierum ſint Encænia celebranda, in libro Regum peracta dedicatione templi reperies. Idem ſtatuit Concil. MOGVNTINVM I. ſub Carolo Magno, c. 36. & Concil. COLONIENSE III. par. 9. c. 11. De annua dedicationis ſolennitate celebranda loquitur, & præcipit rationem hac dia annunciari populo, cur templa & Eccleſiæ dedicentur. Lege GRATIANVM de conſecrat. diſt. 1. c. Sicut non alij. & c. Miſſar. ſolen & lege in vocab. Dies feſti.

3. Regum 8.

Concilium Moguntinū 1 ſub Carolo Magno.

Concilium Colonienſe 3.

Dedicatio Eccleſiarū an iteranda.] Concilium NICÆNVM I. ſub Syluestro allegat Gratianus de conſecrat. diſt. 1. c. Eccleſiis, &c. *Eccleſiis ſemel Deo conſecratis non debet iterum conſecratio* B *adhiberi, niſi aut igni exuſta, aut ſanguinis effuſione, aut cuiuſcunque ſemine pollutæ fuerint: quia ſicut infans, à qualicunque ſacerdote in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti baptizatus non debet iterum baptizari, ita nec locus Deo conſecratus iterum conſecrandus eſt, niſi propter eas cauſas, quas ſuprà nominauimus. Si tamen fidem ſanctæ Trinitatis tenuerint qui conſecrauerunt.* Hic lege decretum HYGINI I. ſuprà allegatum. Porrò etiam lege in vocabulo, Eccleſia ſanguine vel ſemine polluta, quomodo reconcilietur, &c. Hinc & IVLIVS I. in decreto quod allegat Gratianus de conſecrat. diſt. 1. c. De fabrica, *De fabrica verò cuiuſlibet Eccleſiæ, ſi diruta fuerit inſtauranda, & ſi in eo loco conſecrationis ſolennitas debeat iterari, in quo ſanctuaria non fuerint nihil iudicamus officere, ſi per eam minimè iactetur aqua exorcizata, quia in conſecratione cuiuſlibet Eccleſiæ, in qua Spiritus ſancti arra non ponitur, celebritatem tantùm ſcimus eſſe Miſſarum. Et ideò ſi qua ſanctorum Baſilica à fundamentis fuerit innouata, ſine altaris motione, ſine aliqua dubitatione, cùm in ea fuerit. Miſſarum ſolennitas celebrata, totius conſecratio ſanctificationis implebitur. Si verò ſanctuaria, quæ habebant, ablata ſunt, rurſus eorū depoſitione & Miſſarum ſolennitate reuerentiam ſanctificationis accipiat.* Hinc Concil. CARTHAGINENSE V. can. 6 & allegatur à Gratiano de cōſecrat. diſt 4 c Placuit: *Placuit de Eccleſiis, ſi non inueniuntur certiſſimi teſtes, qui eas conſecratas eſſe ſine* D *dubitatione teſtentur, ſine vlla trepidatione cōſecrētur.* Idem & de profanatis à Gothis Eccleſiis, vt earū reiteretur conſecratio iuſſit Conc. AVRELIAN. I. c 12. & præmemoratus FOELIX IV. epiſt. ad diuerſarum prouinciarum Epiſcopos, c. 2. *De Eccleſiarum vero conſecratione* (ait) *quoties dubitatur, & nec certa ſcriptura, nec certi teſtes exiſtunt, à quibus conſecratio ſciatur, abſque vlla dubitatione ſcitote eas eſſe conſecrandas, ne talis trepidatio faciat deteriorationem, quoniam non monſtratur eſſe iteratum, quod neſcitur factum.* Eiuſdem eſt ſententiæ GREGOR. I. lib. 11. epiſt. 37 ad Fœlicem Epiſcopum Siciliæ, c. 3. Idem & ante eum ſtatuit & ordinauit VIGIL. I. epiſt. 1. quæ eſt ad Eutherium Epiſcopum, c 4. ſed E omnino eius eadem verba ſunt, quæ & ſuprà Nicæno Cōcilio ex doctrina Gratiani aſſignauimus. Vnde colligo quia aut Vigilius ea mutuauit ex Nicæno Concilio, aut Gratianus pro Vigilio Nicænum Concilium poſuit. Nam omnino eadem ſunt verba, nec in vna ſyllaba diſcordant. Lege ergo. Lege & Burch. lib. 3 c. 10. 11. 12. & vide Eccleſ.

Concilium Nicænum 1. 318 Patrum.

Gratianus cōpilator decreti.

Hyginus 1.

Iulius 1.

Concilium Carthaginenſ. 5.

Concilium Aurelianenſ. 1.

Fœlix 4.

Gregorius 1.

Vigilius 1.

Dedicatio non pro precio celebretur.] Hoc habes multoties in vocabulo, Simonia, Sacramenta, &c. Verumtamen ne locum vacuum dimittamus, Concilium BRACARENSE II. cap. 5 & allegatur à Gratiano, cauſa 1. quæſt. 2. cap. Placuit: *Placuit vt quoties ad conſecrandas Eccleſias Epiſcopi inuitantur, non quaſi ex debito munus aliquod à fundatore requirant. Sed ſi ipſe quidem aliquid ex ſuo*

Concilium Bracarenſe 2.

voto obtulerit,non reſpuatur Si verò aut paupertas illum,aut neceſſitas retinet,nihil exigatur ab illo. Vide reſiduum, Baſilica.

D a f v n c t v s.

Hæc, bene lege, obſecro patienter lege, quia maxime ſalutaria ſunt.

Defunctis fidelibus,exequiæ, miſſarum ſacrificia,& ſuffragia à viuis impendenda.] Hæc tria,optime lector,diligenter recole. Decreueram enim ſigillatim ſine vocabulis omnia telinquere. Verùm mihi magna hinc confuſio oritura viſa eſt,eo quòd ol tem eandem ſæpius repetere oporteret, cùm quædam ſint Partú authoritates, quæ ſimul omnia comprehendút,& illas dettuncare non facilè poſſem. Itaque conſulens lectorú vtilitati,hîc tam exequias.Miſſę ſacrificium,quàm ſuffragia defunctis fidelibus impendenda, probare ſtatui:atque eo quo cæpi ordine, procedá,Deo ita opitulante,repetens ab origine Catholicæ Eccleſiæ ea omnia in vſu fuiſſe. Quod ergo hîc datur, non erit in aliis vocabulis requirendum. Vt autem iam dicere inchoëmus, ſic exordimur à

Iacobus Apoſtolus.

Miſſa I a c o b i A p o s t o l i, qui primus, vt fertur,Miſſam Hieroſolymis celebrauit,vbi datur intelligi, quòd ſuper corpora defunctorum & in eorundem exequiis pro ſalute animarum ſacrificium celebrabatur. Sic autem ait,vt eam in lucem emittere curauit Claudius de Sanctes Doctor Theologus: *Memento Domine Deus noſter ſpirituum & vniuerſæ carnis quorum memoriam egimus,& quorum non egimus,orthodoxorum ac rectè de fide ſentientium,ab Abel iuſto vſque ad hodiernum diem.Fac eos requieſcere in regione viuentium,in regno tuo, in deliciis paradiſi,in ſinu Abrahæ.Iſaac & Iacob ſanctorum Patrum noſtrorum, vnde exulat dolor triſtitia & gemitus,vbi præſidet lumen vultus tui & perpetuò reſulget, &c.*

Precatio S. Iacobi pro defunctis.

Clemens I.

Hinc coëtaneus Apoſtolo C l e m e n s I. lib.6.cap.30. narrat,Apoſtolos ſic ſtatuiſſe: *Sine vlla exceptione* (ait) *conuenite in cœmeteria, ſacros libros in his legentes, & pſallentes pro his,qui dormierunt, martyribus atque omnibus ſanctis, qui a ſeculo fuerunt, próque fratribus noſtris qui in Domino obierunt,& antitypum regalis corporis Chriſti acceptabilémque Euchariſtiam offerte in Eccleſiis & cœmeteriis veſtris, atque in exitu mortuorum pſallentes eos deducite, ſi fideles fuerint in Domino.Precioſa enim in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Et iterum, reuertere anima mea in requiem tuam, quoniam Dominus benefecit tibi. Et in alio loco: memoria iuſtorum cum laude. Et iuſtorum animæ in manu Dei ſunt. Nam qui in Deum crediderint,quanquam obierint,tamen non ſunt mortui.*

Apoſtoli pro defunctis iubent orari, & exequias celebrari, & ſacrificium.

Pſal.115.

Pſal.114.

Prouerb.10.

Sapient.3.

I o e m C l e m e n s lib.8.cap. 48. *Peragatur* (ait) *dies tertius mortuorum in Pſalmis,in lectionibus, atque orationibus,propter eum qui tertia die reſurrexit.Item nonus in commemorationem ſuperſtitum atque defunctorum, etiam quadrageſimus ſecundum veterem formam. Moſes enim hoc modo populus luxit.Nec non anniuerſario eum pro anima ipſius deturq́; de illius facultatibus pauperibus in commemorationem ipſius.* Et cap.49. ſubdit, *Hæc de piis dicimus. Nam de impiis,& ſi omnes mundi facultates dares pauperibus,tamen nihil eis prodeſſes.Nam cui viuo infenſus erat Deus,certè eidem mortuo eſt iratus. Non eſt enim iniuſtitia apud eum.Iuſtus eſt enim Dominus, & iuſtitias dilexit. Et ecce homo, & opus eius, &c.*

Secundum veterem formam (ait) ergo non res eſt noua à Caluino.

Deuter.34.

Pſal.10.

I d e m eodem lib.cap 47. *De his autem qui quieuerunt in Chriſto* (ait) *poſtquam Diaconus abſoluit orationem ſic dicit, pro quieſcentibus in Chriſto fratribus noſtris regemus,vt benignus Deus,qui huius animam ſuſcepit,dimittat ei omne delictum voluntarium & inuoluntarium,& propitius et factus collocet eum in regione piorum & beatorum, in ſinu Abrahe, Iſaac & Iacob,cum omnibus qui a ſeculo placuerunt illi, & fecerunt voluntatem ipſius,vnde abeſt dolor,triſtitia,& ſuſpirium. Et Epiſcopus ſic orationem ſubiungit: qui immortalis natura es, & nullo fine terminatus, à quo omne immortale & caducum prodijt,qui rationale animal hominem mundi ciuem, mortale in ſua conſtitutione feciſti, & promiſiſti ei reſurrectionem. qui Enoch & Heliam mortem experiri nõ permiſiſti,Deus Abraham,Deus Iſaac,Deus Iacob. non mortuorum,ſed viuentium Deus,quoniam omniũ animæ apud te viuunt, & iuſtorum ſpiritus in manu tua ſunt,quos nõ attinget tormentum. Omnes enim ſanctificati, ſub tua manu ſunt. Ipſe quoque nunc reſpice ſuper hunc ſeruum tuũ, quem recepiſti in alteram vitam,& condona ei,ſi quid volens vel inuitus deliquit,& Angelos placidos conſtitue ei,& colloca eum in ſinu Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum. & omnium qui tibi à ſeculo placuerunt,vbi nõ eſt triſtitia,dolor,neque horror, ſed cætus piorum & lætantium, & terra rectorum beata, videntium gloriam Chriſti tui, per quem tibi gloria, &c.*

Preces pro defunctis.

Oratio Epiſcopi ad Deũ pro defunctis pulcherrima.

I o a n C l e m e n s epiſt.1. ad Iacobũ fratrem Domini,vbi S.Petri vltima verba recenſet: *Docebat* (ait) *Petrus omnes,& monebat infirmos,viſitare,ſitientes potare,mortuos ſepelire,& diligenter eorum exequias peragere,pro eis q́; orare,& eleemoſynas dare, &c.* De exequiis & ſuffragiis defunctorum, D i o n y s i v s A r e o p a g i t a Apoſtoli Pauli diſcipulus, cuius opera etiá multùm laudat & approbat Generale 6. Conciliũ, & Concilium Lateranenſe ſub Martioo I. libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ,par.2. cap.7. recenſet quòd, dum quiſpiam defunctus fuerit,ſi ſacerdotalis ordinis fuerit: *Coacto* (ait) *ſancto cœtu venerandus antiſtes ante ſanctum altare inclinans eũ,orationem ad Deum inchoat & gratiarum actionem. Si autem aut honeſtiſſimis monachis,aut ſancta plebi inſertus erat, ad venerandum ſacrarium,ipſum ante ſacerdotum reclinat ingreſſum. Deinde precem cum gratiarum actione peragit præſul. Deinceps verò miniſtri diuinis inſerta ſcilicet eloquiis veriſſima de noſtra reſurrectione promiſſa recitantes, conſentanea tantundem valentia canunt Pſalmorum cantica. Deinde miniſtrorum primus dimittit catechumenos, ſanctosq́; iam defunctos concelebrat,cum quibus & nuper vita functũ pari laudatione proſequitur, hortaturq́; omnes,vt ſibi ipſis identidem poſtulent beatam in Chriſto conſummationem. Poſtea accedens venerabilis præſul, precem ſuper re ſacratiſſimam peragit & poſt orationem ipſe quoque Pontifex defunctum ſalutat, & poſt illum,qui aſtant omnes. Vbi vero cuncti conſalutauerunt, ſuper defuncto fundit oleum Pontifex,& oratione pro omnibus facta honeſto in loco ponit corpus cũ æqualibus aliis corporibus ſanctis.* Poſthæc I o e m cap 7.par.3.omnia hęc myſticis ſenſibus proſequitur,& potiſſimùm replicat hoc quod dixit. Accedens venerandus antiſtes precem ſacram ſuper mortuum peragit: *Precatio* (inquit) *illa,diuinam clementiam orat, vt cuncta dimittat per infirmitatem humanam admiſſa peccata defuncto,eumq́; in luce ſtatuat & regione viuorum,in ſinibus Abrahæ, Iſaac & Iacob,in loco vnde aufugit dolor & triſtitia & gemitus. Iſta vt reor perſpicua ſunt beatiſſima ſanctorum præmia,&c.* Tum paulò pòſt: *At fortaſſe,inquies* (ait) *iſta quidem rectè à nobis dici, verùm ambigere, cuius rei gratia præſul,diuinam precatur clementiam defuncto,peccatorum veniam poſtulans, & æqualem ſanctis, ac lucidiſſimam ſortem. Si enim eorum quæ in vita geſſit bonorum aut malorum, a diuina iuſtitia percipiet præmia, perficit autem actiones ſuas, in vita iſta defunctus. Quænam hunc oratio præſulis ad aliã (præter illam quam meruit vita hic acta reſpondentem)*

Dionyſius Areopagita.

Vide ritum antiquum celebrandi exequias, & ſuffragia,& ſacrificium.

Iob.19.

Pſal.145.

Treno.4.

Ezechiel 37.

Marc. 2.

Luc. 14.

Ioannis 5. 6. & 11.

1.Corinth 5

Hęc conſidera.

Vide quàm hi tres. Iacobus, Clemens, Dionyſius non diſcordãt in cõmemoratione defunctorũ, & quomodo perſtringunt hæreticos

Vide quàm pulchrè ... reſpondet

A transfert requiem? Non ignoro quidem & ego diuinis eloquiis accedens, ſingularem reddendam pro meritis ſortem. Concluſit enim Dominus apud ſe, & referet vnuſquiſque ea quæ per corpus geſſit ſiue bonum, ſiue malum. Quod autem & iuſtorum preces etiam in vita iſta & nedum poſt mortem his ſolis proſint qui digni ſunt, ſcriptura nos edocet ſacroſancta traditio. Quid enim ſancti profuit Samuelis oratio? Quid Hebræorum immi plebem prophetica interpellatio? Nam profectò idem ſit, ac ſi quis ſole ſuos radios, ſanis largiente oculis, ſibi oculos eruens, ſolaris luminis particeps fieri poſtulet. Sic impoſſibilium ſuperſtina ſpe ille ſuſpenſus eſt, qui ſanctorum flagitat preces, naturæ ipſorum conſentaneas ſacras operationes abigit, diuinis nequaquam

B intendendo muneribus, & à ſanctiſſimis beneficiis recedendo mandatis. Itaque ſcriptura ſacra acquieſcens, viuis eſſe in hac vita dixerim ſanctorum preces. Vide dictione, Sanctorum ſuffragia. &c. Tum ſubdit, Quænam de huiuſmodi prece quã ſuper defuncto peragit præſul, ex diuinis ducibus noſtris traditio peruenit ad nos, operæpretium eſt vt dicamus. Venerandus antiſtes, vt ſcriptura ait, interpres eſt iudiciorum diuinorum. Angelus enim Domini omnipotentis eſt. Didicit igitur de ſcripturis diuinitus traditis, vt his qui piè vixerūt, lucidiſſima diuinaq; vita pro merito ab æquiſſimis lancibus redditur, non recordante diuina bonitate, per ſummam clementiam maculas quas illis ex humana infirmitate adhæſerunt. Nullus enim (inquit)

C eſt mundus a labe. Iſta quidem nouit Pontifex promiſſa a ſanctis eloquiis. Petit autem ea fieri donariq; eis qui piè vixerunt præmia ſacra. ſimul quoque ſeipſum ad imitationem Dei benignus formans, & aliorum dona quaſi proprias expetens gratias, neque ignorans veras repromiſſiones futuras præſentibus etiam aperte demonſtrat, quod quæ ab eo ſacro iure poſtulantur omnino illis conſequentur, qui in vita diuina conſummati ſunt. Neque enim vnquam peteret Pontifex diuinæ iuſtificationis prædicator, quæ Deo ſciret non eſſe gratiſſima, & quæ largiturum ſe ille nequaquam promiſiſſet. Quocirca profanis vita functis, non iſta imprecatur Pontifex, non modo quia hoc, proprium deſereret ordinem, & aliqua Pontificalis officij præſumeret a diuino ſpiritu nequaquam agitatus: verum quia & indignè orans non

D exaudiretur, atque ad ipſam non immeritò illud diceretur eloquium iuſtitia plenum petitis & non accipitis, eò quòd malè petatis. Porrò celebrandarum exequiarum meminit vir etiam Apoſtolicorum temporum & eorum diſcipulus Abdias Babylonius, lib. 8. certaminis Apoſtolici, vbi teſtatur quòd fideles S. Bartholomæi corpus abſtulerunt cum hymnis, & cum omni gloria, &c. Sed & hoc fuiſſe Apoſtolis ſolenne, defunctis ſuffragia & exequias impēdere, teſtatur Ioannes Chryſoſtomos, vt infrà ſuo ordine allegabimus. Et vt ad illos deſcendamos, qui non habent cum Chriſtianis in fide conſortium (& hoc per modum parenteſis adhuc hodie ab antiquo tenent mo-

E rem defunctis bene imprecandi Ivdaei infideles. Nam Deo ita diſponente, cùm iſta ſcriberem, quidam amicus meus Aueoionenſis, obtulit mihi formam & ritum exequiarum quem illi obſeruant, dum quis eorū defunctus eſt. Sic enim ibi habetur, & hoc certiſſimum eſt, quia experimentum facit fidem: Requieſcat anima eius ſuper ſtrata ſua in pace, iaceat in pace, dormiat in pace, donec veniat conſolator pacem annuncians. Et ſic inuocans ſanctos: Patres æterni dormientes in Ebron, portas Paradiſi aperite illi, dicentes, in pace veniat, Angeli pacis egredimini in occurſum ſuum, portas Paradiſi aperite illi, dicentes, in pace veniat:

Galat 6.
Geneſ. 2.
Iacob. 5.
1. Malach. 2.
1. Reg 15.

1. Ioan 5.
Iacob 5.

Malach. 2.
Hierem. 25.
Matth. 10.
4. Reg. 18.
Iob. 15.

Non orandum pro impiis.

Iacob. 5.

Abdias Babylonius.

Iudæi exequias & ſuffragia ſuis defunctis impendunt.

A & cætera multa quæ ibidem continentur. Porrò vide in dictione, Iudæi, vbi illis conceditur licentia mortuos ſuos ſepeliendi, &c. Parum eſt hoc, ſed & Gentiles Pagani ſiue Ethnici, defunctorum agunt memoriam, & exequias celebrant, vt locupletiſſimus teſtis eſt Tertullianus, ſtatim in initio libri de reſurrectione carnis: Defunctis (inquit) parentant, & quidem impenſiſſimo officio, &c. Idem & libro quinto, aduerſus Marcionem, vbi de prima epiſtola ad Corinthios agit. libro quoque de ſpectaculis, vbi agis de munere: Quod ergo mortuis litabatur (ait) vt que parentatio depuatabatur. Et Heliodorvs Triccenses (cuius meminit Nicephorus, libro

B duodecimo, capite trigeſimoquarto) libro ſexto, Æthiopicæ hiſtoriæ, idem de gentibus & paganis teſtatur. Vbi refert quandam anum ſuper mortuorum interfectorum cadauera ſtantem, magicis proprium filium incantationibus ſuſcitaſſe, &c. adi locum. Sed & memoriam defunctorum ſuorum maxima veneratione celebrant Tvrcs Sarraceni, & pro eis deuotè orans, vt oculari teſtes nobis referunt, qui propriis oculis obſeruauerunt, Bartholomaevs Georgisnim peregrinus in illa terra annis quatuordecim, libro ſuo quem de Turcarum moribus inſcripſit. Et Petrvs Belonvs, libro tertio, obſeruationum ſuarum, vbi de ritibus eorum

C tractat. Ecce igitur ſoli remanent hæretici defunctis infenſiſſimi, ab Aerio hæretico funem impietatis trahentes, vt infrà dicemus, & hoc mortuis denegans, quod omnis lingua & natio religioſiſſimè ſemper obſeruauit. Sed vt cœpto ordine proſequamur, repetendum nobis eſt iter, quo cœpimus iam progredi, vt ab Apoſtolis vſque ad nos, exequias & miſſarum ſolennia atque ſuffragia defunctis impendenda monſtremus. Sic itaque vicinus Apoſtolorum Tertvllianvs Carthaginensis, libro de corona militis in initio: Oblationes (ait) pro defunctis, pro natalibus annua die facimus. Idem libro de Monogamia, circa medium, vbi de non diſſoluendo

D matrimonio tractat: Ergo (ait) perſeueret in ea cum illo receſſe eſt, quam iam repudiare non poterit, ne ſic quidem nuptura ſi repudiare potuiſſet, & pro anima eius oret, & refrigerium interim adpoſtulet ei, & in prima reſurrectione conſortium, & offerat annuis diebus dormitionis eius, &c. Idem libro de exhortatione caſtitatis, Et iam (ait) repete apud Deum, pro cuius ſpiritu poſtules, pro quo oblationes annuas reddas, &c. Et Origenes Adamantivs, libro tertio, in librum Iob, & in Pſalmum 38. Diem (ait) mortis celebramus, quia non moriuntur hi qui mori videntur. Propterea & memorias ſanctorum facimus, & parentum noſtrorum vel amicorum in fide morientium deuotè memoriam agi-

E mus, tam illorum refrigerio gaudentes, quàm etiam nobis piam conſummationem (hoc ex Dionyſio didicit. Vide ſuperiùs) in fide poſtulantes. Sic itaque non diem natiuitatis celebramus, quia in perpetuum viuēt hi qui moriuntur. Idem homil. 12. in Hieremiam, & lib. 8. in epiſtol ad Romanos, cap. 11. Purgatorij meminit. Vide Purgatorium. Hinc & contemporaneus eius Cyprianvs Carthaginensis lib. 3 Epiſtol epiſt. 6. quæ incipit. Quanquam ſciam vos, &c. Cum voluntati noſtræ (ait) & confeſſioni in carcere & vinculis accedit moriendi terminus, conſummata martyrij gloria eſt. Denique & dies eorum quibus excedunt annotate, vt commemorationem eorum inter memorias martyrum celebrare poſſimus.

Gentiles pro defunctis orant, & exequias celebrant.

Tertullianus.

Heliodorus Triccenſis Epiſcopus.

Turci Sarraceni memoriam defunctorū celebrant.

Bartholomæus Georgienſis.

Petrus Belonus.

Tertullianus Carthaginenſis.

Origenes Adamantius.

Cyprianus Carthaginenſis.

Quamquam Tertullus fideliſſimus ſignificet mihi dies, quibus in carcere beati fratres noſtri ad immortalitatem glorioſæ mortis exitu tranſeunt, celebrentur hic à nobis oblationes & ſacrificia ob commemorationes eorum, quæ citò vobiſcum Domino proſperante celebrabimus, &c. Idem lib. 4. epiſtolarum epiſtola 5. ad Presbyteros & Diaconos, loquens de Celerini martyris progenitoribus, qui & ipſi pro Chriſto occubuerant. *Dum Diabolum* (ait) *Chriſti profeſſione proſternunt, palmas a Domino & coronas illuſtri paſſione meruerunt, ſacrificia pro eis ſemper vt meministis offerimus, quoties martyrum paſſiones & dies anniuerſaria commemoratione celebramus.* Vide in dictione, dies feſti. Et Miſſa celebranda ſuper reliquias martyrum, &c. Idem lib. 1. epiſtola 9. *Victor cùm contra formam nuper in concilio a ſacerdotibus datam Geminiū Fauſtinum preſbyterum auſus ſit actorem conſtituere, non eſt quòd pro dormitione eius apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in Eccleſia frequentetur, &c.* Porrò, EVSEBIVS CAESARIENSIS lib. 4. de vita Conſtantini, teſtatur pro anima eius, præter comprecationes & lachrymas lætias atque myſticas liturgias arcanáque Miſſarum ſacrificia fuiſſe adhibita. Quo loco vbi pompam atque cæremonias depinxit, quibus à filiis in templum eſt adductus ſepulturæ mandandus, tum ſubdit: *Corpus* (inquit) *ter beata anima, Apoſtolorum nomine (quòd in eorum ſepeliebatur templo) fuit glorioſum, populóque pio comitatum diuiniſque cæremoniis & liturgia myſtica, ſine arcano illo ſacrificio dignum habitum, ipſum denique communione precum, quas ſancti fundebant homines, fruebatur.* Hoc latiùs deſcribit NICEPHORVS CALLISTVS lib. 8. cap. 55. vbi & miracula multa ad ſepulchrum eius facta enarrat. Præterea Idem Nicephorus lib. 8. cap. 31. vbi Helenæ matris Conſtantini mortem deſcribit: *Cùm autem* (ait) *finis ei vitæ inſtaret, cùm celeberrima memoria deceſſit undeoctuageſimum agens annum, cùm quidem in extrema illa allocutione & valedictione moritura, de pia Chriſtianaque vita inſtitutio permulta mandata filio dediſſet. Ingentes quoque ei poſt obitum tribuit honores, quales ſcilicet eam decebant, quæ tam piè ſanctéque vixiſſet. Extra vrbem Romanam ſepulta in templo rotundo, marmorea vrna depoſita, atque biennio poſt, vnà cum vrna Conſtantinopolim deportata eſt. Princeps ipſa in Imperialia monumenta ædis ſanctorum Apoſtolorum illata, lætiſque poſthac, atque etiam nocturnis memoriis vt par erat eſt celebrata. Hieroſolymis autem veneranda illa virgines, quibus veluti quædam ancilla inſeruierat, præcipuis eam ſunt memoriis proſecutæ, &c.* ATHANASIVS ALEXANDRINVS oratione habita in * defunctos, poſtquam docuit ſuos ex pietatis officio debere ad mortuorum ſepulchra cùm precibus, Eleemoſinis, cereos & oleum adferre accendenda, cauſam ſic ſubiungit: *Hæc enim* (ait) *Deo grata ſunt, plurimamque ab eo referant retributionem. Oleum enim atque cerei ſunt holocauſtum, hoſtiaque igne abſumenda verùm illa hoſtia incruenta eſt propiciatio.* Deinde oſtendens quànam fidei intentione hæc ſunt pro defunctis Deo offerenda, eadem ſcilicet qua pro filiolo ægrotante Pater Deo cæreos & thymiama offert, atque accendit: cauſam ſubtexuit, qua ſuperioribus ſuis dictis fidem aſtruat: *Vniuerſa enim hæc* (ait) *Apoſtoli illi (ſic dixerim) diuini loqui, atque diſcipuli ſua per ſacrificia Deum placantes, patreſque Spiritu ſancto afflati, diuini illius numinis, quantum datur, participes atque Eccleſiæ aliàs virtutis eximiæ compotes, diuino ore vti Deo gratum eſt, & ſacrificia*

Prohibet, ne aretur pro defunctis ſchiſmatis.

Euſebius Cæſarienſis.

Conſtantinus honorificè ſepultus, & memoria funeris eius.

Nicephorus Calliſtus.

Helenæ matris Conſtantini obitus.

Athanaſius Alexandrinus.

Siue indormientes, atque in Domino quieſcentes. Sic enim inſcribitur.

Vide quàm pulchrè Athanaſius noſtrorum expoſuit.

Vide non eſſe recens inuentū, quando hæc Apoſtoli inſtituerunt.

A *ſiue miſſarum oblationes & preces & pſalmorum cantum, anniuerſariaſque defunctorum memorias, præceperunt obſeruandas.* Mox idem dicet Chryſoſtomus lege oro. Porrò ſic GRAECI in liturgia, ſiue miſſa ſua, ſic orant: *Memento Domine Patrum & fratrum noſtrorum, qui in ſpe reſurrectionis æternæ vitæ dormitionem acceperunt, & omnium qui in fide pietatiſque vita ſancti ſunt, & remitte ipſis quidquid ſcienter, vel ignoranter, opere, ſermone, & mente deliquerunt, & habitare eos facias in locis fulgidis, in locis virentibus, in locis refrigerij, vnde aufugit omnis dolor mœror & gemitus, vbi contemplatio vultus tui lætificat omnes ſanctos tuos a ſeculo, &c.* LATINI in liturgia, ſiue Miſſa ſua ſic orant: *Memento Domine famulorum famularumque tuarum, qui nos præceſſerunt*
B *cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis N. Ipſis Domine & omnibus in Chriſto quieſcentibus locum refrigerij, lucis, & pacis, vt indulgeas deprecamur, per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, &c.* AETHIOPES in liturgia, ſiue Miſſa ſua, ſic orant. *Memento Domine Dormientium, Principum, Pontificum, Regum, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Sacerdotum, Diaconorum, & miniſtrorum tuorum, Parentum noſtrorum, & omnium in recta fide quieſcentium, & imple nos timore nominis tui, & dirige nos facere voluntatem tuam. Sit tibi gloria & honor, quia tu ſolus es dignus es in ſecula ſeculorum. Amen.* BASILIVS MAGNVS in liturgia ſua: *Memento*
C *Domine Dormientium, Principum, Pontificum, regum, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Sacerdotum, Diaconorum, & miniſtrorum tuorum, Parentum noſtrorum, & omnium in recta fide quieſcentium. Colloca animas eorum in ſinu Abrahæ, Iſaac & Iacob, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, cui ac tibi Spiritui ſancto ſit gloria & potentia, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.* Et IOANNES CHRYSOSTOMVS in liturgia ſua ſiue Miſſa, quæ vbique habetur: *Memento Domine, vt bonus, ſeruorum tuorum, & quæcunque in vita deliquerunt ignoſce, nemo enim ſine peccato, niſi tu Domine, qui potes migrantibus dare quietem, &c.* Idem homilia 69 ad populum Antiochenum tomo 5. vbi mortuos
D lugendos impios, non autem pios ſuadet tum ſubdit: *In diuitias defle defunctos, qui nullam ex diuitiis ſibi compararunt conſolationem qui ſua, diluendi peccata poteſtatem acceperunt & neglexere. Hos, inquam, ſeorſum & communiter lugeamus, ſed cum modeſtia, ſed honeſtatis ratione ſeruata, ſed ne nos oſtentemus. Hos defleamus non vno aut altero die, ſed totum vitæ noſtræ tempus. Hæ ſiquidem haud ſunt irrationabilis motus lachrymæ, ſed potius charitatis. Illud igitur eſt irrationabilis motus, & propterea citius extinguitur. Cùm autem ex Dei timore fuerit factum, ſemper manet. Hos lugeamus, poſt hos pro viribus clamemus, excogitemus eis aliquid ſolatij, minimum quidem, clamemus tamen. Qualiter & quonam modo? Orantes &*
E *alios precantes, vt pro eis deprecentur, pro eis pauperibus largientes continue. Habet hæc res aliquam conſolationem. Audi namque Deum dicentem, protegam ciuitatem iſtam, propter me & propter Dauid ſeruum meum. Si iuſti duntaxat memoria tantū potuit, cùm & opera pro ipſo fuerint, quantum non valebit? Non temere ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt, vt in tremendis myſteriis defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam. Cùm enim totus conſtiterit populus, extenſis manibus ſacerdotalis plenitudo, & tremendum proponatur ſacrificium, quomodo Deum non exorabimus pro his deprecantes. Sed hoc quidem de his qui cum fide migrarunt. Catechumenis verò nec hac digni conſola-*

Græci in canone.

Latini in canone.

Aethiopes, in canone.

Baſilius Magnus.

Ioannes Chryſoſtomus.

Oro te, bone lector, hæc omnia diligenter attende, & vide quantum delirant hæretici.

4 Regum 19.

Euge, hæc ſancitum ab Apoſtolis (ait) pro defunctis orare. Vide ergo num non fruſtra ex Apoſtolis ſit probaſſe defunctorum memoriam.

tione cenſentur, &c. Vide Catechumenus, ſuprà. Item & homilia ſeqocnti qoæ eſt 70. nihil aliud probat, quàm pro defunctis eſſe orandum. Lege ſi vacat. Idem Chryſoſtomus homilia 21. in actus Apoſtolotum dum exponit illud actuum 9. manſit Petrus in Ioppe. apud Simonem coriatium, &c. ad calcem homiliæ. *Non fruſtra (ait) oblationes pro defunctis fiunt, non fruſtra preces, non fruſtra eleemoſynæ. Hæc omnia ſpiritus diſpoſuit, volens vt nos mutuum iuuemus*, &c. Idem homilia 41 in epiſtolam 1. ad Corinthios: *Opitulemur (ait) defunctis fratribus, memoriam pro ipſis faciamus. Nam ſi Iob illius liberos patris victima purgauit, quid dubites à nobis quoque ſi pro dormientibus offeramus, ſolatij quiddam illis acceſſurum?* Idem homilia 4. in epiſtolæ ad Hebræos cap. 2. *Dic mihi, quid ſibi volunt in funere lampades iſta feſtiua? Nónne ſicut athletas eos defunctos producimus? Quid etiam hymni? Nónne vt Deum glorificemus, & ei gratias agamus, quòd iam iam coronauit diſcedentem: quòd iam a laboribus liberatum de ſeruitute ducens, apud ſe habet? nónne propter hoc pſalmi & hymni? nónne propter hoc pſalmodia?* Et pòſt. *Quid pſallis illo tempore? Reuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi*, &c. *Et iterum. Tu es refugium meum à tribulatione, qua me continet. Intelligis quid ſibi volunt iſti pſalmi? Pro qua re, dic mihi, presbyteros vocas & pſallentes? nónne vt conſolationem recipias? nónne vt honores diſcedentem?* &c. Idem homilia 32. in Matthæ. 9. cap. *Cur poſt mortem tuorum pauperes conuocas? Cur presbyteros vt pro eo velint orare, obſecras? Non ignoro te reſponſurum, vt defunctus requiem adipiſcatur, vt propitium iudicem inueniat.*

Vide exequias [illegible] noſtris conformes.

B

Gregorius Nazianzenus.

GREGORIVS NAZIANZENVS Oratione 2. in Iulianum Imperatorem, poſtquam Iuliani infœlicem exitum deſcripſit, ſic de Conſtantio narrat: *Conſtantius igitur communibus omnium elatus eſt, laudibus ac pompis hiſque venerandis ac noſtris, nec non cantibus tota nocte reſonantibus, ac luminaribus accenſis, quibus Chriſtiani tranſitum honorare pium cenſemus, panegyriſque poſt interitum dicta eſt, & corporis facta depoſitatio*, &c.

C

Conſtantij funus celeberrimum.

Idem oratione 7. qoæ eſt in Cæſarium fratrem, vbi eum cùm pompa elatum & ſactis parentum manibus elatum pſalmodiis ac luminatibus deſcripſit, ad calcem orationis ſic orat: *Nunc quidem, o domine vitæ & mortis, animarum noſtrarum cuſtos & benefactor. Cæſarium ſuſcipe, peregrinationis noſtræ primitias. ſiue nouiſsimum primum tuis concedimus rationibus quibus omnia feruntur, ſuſcipe & nos poſtea in tempore opportuno, ac in carne noſtra quandiu id nobis conducit, guberna ſuſcipéque per iuum timorem paratos, & nequaquam territos, nec in die nouiſsima deficientes, vique inde diſtractos*, &c Vide totam orationem.

Orat. pro Cæſario.

D

Epiphanius Cypri Epiſcopus.

EPIPHANIVS CYPRI libro 3. contra Hæreſes tomo 1. Hæreſi 75. contra Aerium vel Aetum qui negauit, purgstorium & ſuffragia mortuis prodeſſe, ſic ſcribit. *Deinde qua ratione poſt mortem nominatis* (inqoit Aerius) *nomina mortuorum? Orat enim viuens, aut diſpenſationem facit, quid profuerit mortuo? Si vero omnino preces eorum qui hic ſunt, proſunt illis qui iſthic ſunt, igitur nemo ſit pius, neque boni quicquam faciat, ſed acquirat amicos quoſdam per quem vult modum, aut per pecunias perſuadens, aut amicus id in obitu demandans, & orent pro ipſo, vt ne quid illic patiatur, neque immedicabilia peccata ab ipſo perpetrata requirantur*, &c Quę Aerius obiecit, cui reſpondet Epiphanius. *Aſſumpſit (ait) Eccleſia, & in toto mundo aſſertus factus eſt, antequam eſſet Aerius, & qui ab ipſo appellantur Aeriani, fortaſſis enim & ob hoc iuſtiſsimum nomen accepit. Aerium enim ſpiritum habebat ex immunditia, quod ab aeriis ſpiritibus prauitatis in ipſo contra Eccleſiam habitauit. Poſtea verò de eo quod proferantur nomina defunctorum, quia hoc magis fuerit vtile, quid hoc commodius & magis admiratione dignum, quod credunt præſentes, quod hi qui deceſſerunt, viuunt & non ſunt nulli, ſed ſunt & viuunt apud Dominum, & vt pientiſsimam prædicationem recenſeam, quod ſpes eſt orantibus pro fratribus, veluti qui in peregrinatione ſint. Proſunt autem & preces pro ipſis factæ, etiam ſi totam culpam non abſcindant: Verum animaduerto eo quòd nos ſæpe dum in mundo ſumus fallimur & erramus, tum inuiti, tum voluntariè, quo id quod perfectius eſt ſignificetur, & pro iuſtis & pro peccatoribus memoriam facimus. Pro peccatoribus quidem memoriam implorantes, pro iuſtis verò, & patribus & Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis Euangeliſtis, Martyribus ac confeſſoribus Epiſcopis & Anachoretis, & pro vniuerſo ordine, vt Dominum Ieſum Chriſtum ab ordine ſeparemus hominum, per honorem quem ipſi exhibemus & vt adorationem ipſi præſtemus, illud mente voluentes quòd Dominus non eſt alicui homini adæquatus, etiam ſi millies & vltra, in iuſtitia degat vnuſquiſque homo*, &c.

E

Hic eſt pater Caloniſtard. Nam & tales obiectiones formant.

Vide reſponſum.

A

Aerij etymon

Vide Idem eodem lib 3 ad calcem, vbi compendiariam doctrinam de fide catholica tradit, ſic in fine loquitur: *In hoc (ait) qui vita defuncti ſunt ex nomine memorias faciunt, orationes ad Deum perficientes, ac cultus diuinos & myſteriorum diſpenſationem*, &c. CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Catecheſi Myſtagogica 5. vbi recenſet proquibus ſoleat Miſſæ ſacrificium offerri. *Cum hoc ſacrificium (ait) offerimus poſtea facimus mentionem eorum, qui ante nos obdormierunt. Primùm, Prophetarum, Apoſtolorum, martyrum vt Deus orationibus illorum & deprecationibus ſuſcipiat preces noſtras. Deinde pro defunctis ſanctis Patribus & Epiſcopis, denique pro omnibus oramus, qui inter nos vita functi ſunt, maximum eſſe credentes animarum iuuamen, pro quibus offertur obſecratio ſancti illius & tremendi, quod in altari poſitum eſt, ſacrificij. Quod exemplo vobis demonſtrare volumus. Scio enim multos dicere, Quid iuuat animam in peccatis ex hoc mundo decedentem, etiam ſi in hoc ſacrificio mentio illius fiat? An enim ſi rex aliquis, eos a quibus offenſus eſt, in exilium pepulerit, poſtea verò illorum propinqui, coronam aliquam conficientes, pro his qui ſunt in ſupplicio exulibus eadem offerent, nonne condonationem aliquam ſuppliciorum ipſis dederit? Ad eundem modum & nos pro defunctis precationes adhibentes, quamuis ſint peccatores, non quidem coronam plectimus, ſed Chriſtum pro noſtris peccatis mactatum offerimus. vt & nobis & illis eum qui eſt benigniſsimus, propitium reddamus.*

B

C

Cyrillus Hieroſolymitanus

Vide quomodo omnes Patres conſentiunt [illegible].

Obiectiones quorundam vide quàm doctè diſſoluit.

D

Familiare exemplum.

AMBROSIVS MEDIOLANENSIS oratione in obitu Valentiniani: *Beati (ait) ambo* (ſcilicet Gratianus & Valentinianus) *ſi quid orationes meæ valebunt, nulla dies vos ſilentio præteribit, nulla inhonoratos vos mea tranſibit oratio. Nulla nox non donatos aliqua precum mearum contextione tranſcurret omnibus vos oblationibus frequentabo.* Idem io oratione funebri de exceſſu fratris ſui Satyri ad calcem: *Tibi nunc omnipotens Deus innoxiam commendo animam, tibi hoſtiam meam offero, cape propitius ac ſerenus fraternum munus, ſacrificium ſacerdotis, hæc mei iam liba præmitto. In hoc ad te pignore venio, non pecuniæ ſed vitæ pignore, ne me diutius reſidere facias tanti fœnoris debitorem*, &c. Idem, oratione funebri in obitu Theodoſij Imperat. *Tu Domine cuſtodiens etiam paruulos, in hac humilitate ſaluos facito ſperantes in te, da requiem perfectio ſeruo tuo Theodoſio, requiem quam præparaſti ſanctis tuis. Illo conuertatur anima eius vnde deſcendit, vbi*

Ambroſius Mediolanenſis.

E

mortis aculeum ſentire non poſsit, vbi cognoſcat mortem hanc non hominis finem eſſe, ſed culpæ, &c. Idem ibidem. *Alij tertium diem & trigeſimum obitus diem, alij ſeptimum & quadrageſimum obſeruare conſueuerunt, & vtraque obſeruatio authoritatem habet quæ neceſſarium pietatis impletur officium, &c.* Idem libro de fide reſurrectionis: *Die ſeptimo ad ſepulchrum redimus, qui dies eſt ſymbolum futuræ quietis, &c.*

Vide de exequiarum diebus ſtatutis.

Gregorius Presbyter.

GREGORIVS PRESBYTER, in vita ſancti Gregorij Nazianzeni: *Cùm verò ſanctus Meletius vltimum vitæ diem in vrbe regia clauſiſſet, ita funebri honoratus eſt pompa, vt tota ciuitas regia ad illam effunderetur. Multaſque profunderet lachrymas.* Hinc ATTICVS CONSTANTINOPOLITANVS, vt recenſet NICEPHORVS CALLISTVS lib. 14. cap. 24. B & CASSIODORVS SENATOR, lib. 11. hiſtoriæ tripartitæ cap. 2. *Cùm videret diuiſam Eccleſiam, cùm Ioannitæ ſeorſum apud ſeipſos ſacra ſolennia celebrarent, iuſsit vt in orationibus memoria Ioannis haberetur, ſicut aliorum dormientium Epiſcoporum fieri conſueuit, &c.* Idem NICEPHORVS, lib. 14. cap. 43. THEODOSIVS IVNIOR, (ait) *Ioannem Chryſoſtomum primùm circa Amantium Magni Thomæ templum except. Inde verò in ſanctæ pacis delubrum delatus, poſtea verò imperiali curru tumulus vectus, in ſanctorum Apoſtolorum ſanum illatus eſt. Ibi Imperator ſacro tumulo chlamyde tecto, & fronte atque oculis vrnæ impoſitis, communem ſupplex precationem pro parentibus fecit: dudum enim illi mortui* C *fuerant, in pupillari ætate eum tenerum adhuc, relinquentes. Seorſum quoque pro matre precatus eſt, vt tumuli eius motus atque ſtrepitus conſiſteret, &c.* vide locum. HIERONYMVS STRIDONENSIS, tomo 1. epiſtolarum, epiſtola conſolatoria ad Pammachium, ſuper obitu Paulinæ vxoris, ſic incipit ſanato vulneri. &c. circa medium: *Cæteri mariti ſuper tumulos coniugum ſpargunt violas, roſas, lilia floreſque purpureos, & dolorem pectoris his officiis conſolantur, Pammachius noſter ſanctam fauillam oſſaque veneranda, eleemoſyna balſamis rigat. His pigmentis atque odoribus fouet cineres quieſcentes, ſciens ſcriptum: ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum, &c.* D Idem in epiſtola ad Oceanum, vbi Epitaphium Fabiolæ inſerit ſic incipit, Plures anni ſunt: ſic ad calcem ſubiungit. *Quantum haberet viuentis Fabiola Roma miraculum, in mortua demonſtrauit. Necdum ſpiritum exhalauerat, necdum debitam Chriſto reddiderat animam, & iam fama volans tanti prænuncia luctus, totius orbis populum ad exequias congregabat. Sonabant pſalmi, & aurata templorum reboans in ſublime quatiebat alleluia. Hic iuuenum chorus, ille ſenum, qui carmine laudes fœmineas & facta ferant, &c.* Idem, ad Euſtochium epitaphium Paulæ matris ſcribens, ſic exorditur. Si cuncta corporis mei &c. ad calcem, E *Omnis inopum multitudo matrem & nutritiam ſe perdidiſſe clamabat. Quodque mirum ſit, nihil pallor mutauerat faciem, ſed ita dignitas quædam & grauitas ora compleuerat, vt eam putares non mortuam, ſed dormientem. Hebræo, Græco, Latino, Syroque ſermone, pſalmi in ordine perſonabant, non ſolùm triduo, donec ſubter Eccleſiam & iuxta ſpecum Domini conderetur, ſed per omnem hebdomadam, cunctis qui venerant ſuum funus & proprias credentibus lachrymas.* Idem ad Paulam, in obitu Bleſillæ ſic incipit. *Quis dabit capiti meo, &c.* Idem in vita Pauli eremitæ 1. vbi Antonium dicit reperiſſe Paulum mortuum, tanquam genibus flexis orantem: *Igitur (ait) obuoluto & prolato foras corpore, hymnos quoque & pſalmos de Chriſtiana traditione decantans, contriſtabatur An-*

Atticus Conſtantinopolitanus.

Nicephorus Calliſtus.

Caſſiodorus Senator.

Theodoſius Iunior.

Hieronymus Stridonenſis.

Eccleſiaſt. 3.

Obſerua exequiarũ certum tempus animabus fidelium deputatum.

A *tonius quòd ſarculum, quo terram foderet, non haberet, &c.* Lege reſiduum ſi vacat. Porrò Concilium CARTHAGINENSE IV. His diebus & temporibus celebratum, cui interfuit Auguſtinus, canone 95. pro defunctis oblationes fieri ſuadet, quas & rapientes excommunicat: *Qui oblationes (ait) defunctorum aut negant Eccleſiis, aut cùm difficultate reddunt, tanquam egentium necatores, excommunicentur.* Vide Oblatio. Hinc AVGVSTINVS HIPPONENSIS, infinitis in locis, præcipuè in Enchiridio ad Laurentium capite 110. *Non negandum eſt (ait) defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari, cùm pro illis ſacrificium mediatoris offertur, vel eleemoſynæ in Eccleſia* B *fiunt, ſed eis hæc proſunt, qui cùm viuerent, vt hæc ſibi poſtea prodeſſe poſſent, meruerunt. Eſt enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt non requirat iſta poſt mortem, nec tam malus, vt ei non proſint iſta poſt mortem. Eſt verò talis in bono, vt iſta non requirat: Et eſt rurſus talis in malo, vt nec his valeat, cùm hæc vita tranſierit, adiuuari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo poſſit poſt hanc vitam releuari quiſpiam, vel grauari. Nemo autem ſe ſperet, quod hic neglexit, cùm obierit, apud Deum promereri. Non igitur quæ pro defunctis commendandis frequentat Eccleſia, illi Apoſtolicæ ſunt aduerſa ſententiæ: Omnes enim aſtabimus ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque ſecundum ea quæ per corpus geſſit, ſiue bonum ſiue ma-* C *lum. Quia etiam hoc meritum ſibi quiſque cùm in corpore viueret, comparauit vt ei poſſent iſta prodeſſe. Non enim omnibus proſunt, niſi propter differentiam vitæ, quam quiſque geſſit in corpore. Cùm ergo ſacrificia ſiue altaris ſiue quarumcumque eleemoſynarum, pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones ſunt, pro non valde malis propitiationes ſunt, pro valde malis, & ſi nulla ſint adiumenta mortuorum, qualeſcunque viuorum conſolationes ſunt. Quibus autem proſunt, aut ad hoc proſunt, vt ſit plena remiſſio, aut certè vt tolerabilior fiat ipſa damnatio.* Idẽ libro de cura pro mortuis agenda. * *Non ſunt (ait) prætermittendæ ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus, in Chri-* D *ſtiana ſocietate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumque ſub generali commemoratione ſuſcepit Eccleſia, vt quibus ad iſta deſunt parentes, aut filij, aut quicunque cognati vel amici, ab vna eis exhibeatur pia matre communi, &c.* Per totum librum. Idem lib. 9. confeſſionum cap. 13. *Ego nunc pro peccatis matris meæ deprecor te, exaudi me per medicinam vulnerum noſtrorum, quæ pependit in ligno, & ſedens ad dexteram tuam interpellat pro nobis. Namque illa (* mater mea Monica *) imminente die reſolutionis ſuæ non cogitauit ſuum corpus ſumptuosè contegi, ſed tantummodo memoriam ſui ad altare tuum fieri deſiderauit, cui nullius diei prætermiſſione ſeruierat, vnde ſciret diſpen-* E *ſari victimam ſanctam, qua deletum eſt chirographum quod erat contrarium nobis.* Et cap. vltimo: *Inſpira Domine Deus meus, inſpira ſeruis tuis, fratribus meis, filiis tuis, dominis meis, quibus & voce & corde & litteris ſeruio, vt quoquot hæc legerint, meminerint ad altare tuum Monicæ famulæ tuæ cùm Patricio quondam eius coniuge, per quorum carnem introduxiſti me in hanc vitam, &c.* Idem libro 20. de ciuitate Dei cap. 9. *Neque enim piorum animæ mortuorum ſeparantur ab Eccleſia, quæ etiam nunc eſt regnum Chriſti, alioquin nec ad altare Dei fieret eorum memoria, in communione corporis Chriſti, &c.* Idem ſermone 32. de verbis Apoſtoli, *Orationibus (ait) ſancta Eccleſia & ſacrificio ſalutari & eleemoſynis quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, non eſt dubitandum mor-*

Antonius exequias & memoriam defuncti celebrauit.

Concilium Carthaginenſe 4.

Auguſtinus Hipponenſis.

Oro hæc præcipe.

Reſpõdet Caluiniſtarũ obiectionibus.

* cap. 4. & reliquis.

Orat. pro matre ſua Auguſtinus.

Monicæ matris Auguſtini deuotio & tranſitus.

tuos

Haud dubium, quin in communi Miſſæ tempore.

tuos adiuuari, vt cum eis miſericordiùs agatur à Domino, quàm eorum peccata meruerunt. Hoc enim à patribus traditum vniuerſa obſeruat Eccleſia, vt pro eis qui in corporis & ſanguinis Chriſti communione defuncti ſunt, cùm ad ipſum ſacrificium ſuo loco commemorantur, oretur, ac pro illis quoque id offerre commemoretur. Cùm verò eorum commendatorum cauſa, opera miſericordiæ celebrantur, quis eis dubitet ſuffragari, pro quibus orationes Deo non inaniter allegantur? Non omninò ambigendum eſt, iſta prodeſſe defunctis, ſed talibus qui ita vixerint ante mortem, vt poſſint eis hæc vtilia eſſe poſt mortem, &c. lege. POSSIDONIVS CALAMENSIS Epiſcopus ad calcem vitæ S. Auguſtini. *Verbum* (loquit) *Dei Auguſtinus vſque ad ipſam ſuam extremam ægritudinem imprætermiſſe alacriter & fortiter, ſana mente ſanoque conſilio in Eccleſia prædicauit. Membris omnibus ſuis corporis incolumis, integro aſpectu atque auditu, & vt ſcriptum eſt, nobis aſtantibus & videntibus ac cum eo pariter orantibus, obdormiuit in pace cum patribus ſuis, enutritus in bona ſenectute, & nobis coram poſitis pro eius commendanda corporis depoſitione ſacrificium Deo oblatum eſt, & ſepultus eſt. Teſtamentum autem nullum fecit, quia vnde faceret, pauper Chriſti non habuit, &c.*

Poſſidonius Calamæ Epiſcopus, Auguſtini diſcipulus.

Auguſtini mors & obitus verè memoria dignus.

Et VICTOR VTICENSIS ad calcem 3. libri hiſtoriæ de perſecutione Vandalorum, vbi ſeptem martyres in mari iactatos memorat quos tamen illæſos mare reddidit. *Ad quod* (ait) *miraculi genus & ipſe tyrannus licet impœnitens, vt fertur, expauit. Gaudens autem quæ aderat multitudo, corpora ſanctorum martyrum diligenti tradidit ſepulturæ, præeunte clero Venerabili Carthaginenſis Eccleſiæ, vbi etiam & prædicandi Diacones, tertio iam confeſſores effecti ſalutaris & Muritta geruli Reliquiarum affuerunt, Humata ſunt igitur cùm hymnis ſolemnibus lipſana beata ſanctorum, in monaſterio Biguæ contiguo Baſilicæ, quæ dicitur Celebrina, &c.* It THEOPHILACTVS BVLGARIAE Epiſcopus in cap 12. Lucæ, illud exponens, ne terreamini ab his qui occidunt corpus. &c *Vides* ait, *quod non dixit, metuatis eum, qui poſtquam occiderit, mittit in gehennam, ſed habentem poteſtatem mittendi. Non enim ſemper qui moriuntur peccatores, mittuntur in gehennam, ſed ſunt in poteſtate Dei, vt etiam dimitti poſſint. Hoc autem dico propter oblationes quæ fiunt pro defunctis, quæ non parum conducunt etiam his qui in grauibus peccatis mortui ſunt, &c.* GREGORIVS I. libro 4. Dialogorum cap. 39. purgatorium igneum probat, vide purgatorium, & cap 55. eiuſdem libri, oblationes defunctis prodeſſe, etiam manifeſtis exemplis probat, de quodam qui à Centucellenſi presbytero petiit poſt mortem, in balneis ſeruiens, vt ſacra hoſtia per eum oblata adiuuaretur. Verùm pete locum, quia prolixus eſt. Idem lib. 3. Dialogo cap 31. Ermigildi filij regis VViſigothorum, exequias ſolennes cùm pſalmis & canticis proſequitur. Sed & in vita Benedicti, Equitij, & aliorum, meminit pro defunctis Miſſarum ſolemnia fuiſſe celebrata. Sed fruſtra hic laboramus, quia hic dictor totus in hac fide verſatur. Et IOANNES DAMASCENVS in ſermone de his qui in fide migrarunt *Serpens ille* (ait) *cuius ſtudium eſt bona Deoque accepta opera vitiare, ſingulare hoſtisque dolos aſtruere qui & fraterna charitate percellitur, fide diſrumpitur compaſſione rotatur, vt eſt præuaricator legum, nonnullis inſpirat figmentum adulterinum, alienum, ſacriſque conſtitutionibus aduerſum, nempe bona grataque Deo opera omnia defunctis nihil prodeſſe, &c.* Per totam orationem. Idem in vita Barlaam & Ioſaphat non longè à fine *Tunc filius eius* ait, *Ioſaphat lachrymis*

Victor Vticenſis.

Theophylact. Bulgarienſis.

Gregorius I.

Ioannes Damaſcenus.

Vide vbinam ſtudium Hæreticorum ſubſiſtat.

A *honorans patrem mortuum, & exequias dignas illi exhibens, poſuit corpus eius in monumento inter viros ſanctos, & non tamen operuit veſtimento regali, ſed pœnitentiæ texit cilicio. Stans autem ſuper monumentum, manibus in cœlum eleuatis, & ſumma lachrymarum ex oculis deducens, orauit ad Dominum: Domine Deus inueſtigabilis & immenſæ bonitatis, colloca eum in loco refrigerij, & in loco quietis, vbi lux ſplendet vultus tui, & ne memineris iniquitatum illius antiquarum, & ſecundum magnam miſericordiam tuam dele chirographum peccatorum ſuorum, & chartam illius ſcinde criminum, &c.* Et ſubdit. *Tales orationes & deprecationes obtulit Domino in totis ſeptem diebus, nullo modo à monumento ſurgens immemor penitus*
B *cibi ac potus, nec quietis ſomnique particeps, ſed lachrymis pauimentum rigabat, gemitibusque inenarrabilibus orando Deum pulſabat. Octaua autem Die ad palatium regreſſus, cunctas diuitias & pecunias indigentibus diſtribuit, &c.* OECVMENIVS DOCTOR. in epiſtolam ad Hebræos cap 5. illud exponens, in æternum Pontifex ſecundum ordinem Melchiſedech, &c. *Oſtendit id* (ait) *in Chriſtum vere competere, quod ſacerdotes noui teſtamenti per eum creati, incruentam offerunt hoſtiam, cum ipſe cruentam ſemel obtulerit, tam pro viuis, quàm pro defunctis, &c.* BEDA VENERABILIS in caput 11. Prouerbiorum Salomonis illud exponens: mortuo homine impio nulla erit vltra ſpes. &c. *Notandum*
C (ait) *quod & ſi impius poſt mortem ſpes veniæ non eſt, ſunt tamen qui de leuioribus peccatis, quibus obligati defuncti ſunt, poſt mortem poſſunt abſolui, vel pœnis videlicet caſtigati, vel ſuorum precibus, eleemoſynis, Miſſarum celebrationibus abſoluti ſed hæc quibuſcumque fiunt, & ante iudicium, & de leuioribus fiunt erratis. Qui autem longo ſe poſt iudicium tempore liberandos putant, falluntur, &c.* BERNARDVS CLARAVALLENSIS ſermone 26. ſuper cantica de obitu fratris ſui Gerardi: *Denique* (ait) *plorantibus aliis, ego vt aduertere potuiſtis, ſiccis oculis ſecutus ſum inuiſum funus, ſiccis oculis ſteti ad tumulum, quouſque cuncta peracta ſunt exequiarum ſolemnia, indutus ſacerdotalibus, ſolitas in eum orationes proprio ore com-*
D *plens, terram meis manibus ex more ieci ſuper dilecti corpus terram mox futurum, &c.* Idem in vita Malachiæ Epiſcopi Hyberniæ, orationibus Sorori defunctæ refrigerium præſtitiſſe Malachiam deſcribit, & ad calcem hiſtoriæ ſic refert: *Mortuo Malachia, interim parantur exequiæ, offertur pro eo ſacrificium, conſummantur ex more omnia cum ſumma deuotione. Stabat eminus puer, cuius emortuum pendebat à latere brachium, magis illi impedimento, quam vſui Quo comperto, innuit vt accederet, & apprehenſam aridam manum, applicuit ad manum Epiſcopi, & viuificauit eam, &c.* NICOLAVS CABASILAS libro de diuino altaris ſacrificio cap. 3. 44. & 47. Oſtendit plus ad ſanctificationem prodeſſe ſacri-
E ficium hoc animabus quæ ſunt ſolutæ corporibus, quàm his quæ ſunt ſolutæ corporibus, quòd hæ purgantur & remiſſionem peccatorum accipiunt, per orationes ſacerdotis & donorum interceſſionem nihil minùs quàm eorum qui viuunt. In eo autem ſunt meliore conditione, quòd non peccant ampliùs, nec noua veteribus crimina adiciunt, ſicut faciunt vt plurimùm viuentium animæ, &c Hæc, bone lector, ex aluearijs priſcorum collegimus, ad oſtendendam Eccleſiaſticam diſciplinam ab origine bene diſpoſitam, quod adhuc more ſolito patrum & Conciliorum decretis Deo fauente probabimus Concilium AGATHENSE ſub Cœleſtino I. canone 4. meminit oblationum.

Hæc, bone lector, facta ſunt longè ante tempora Damaſceni, in ipſa etiam prima Eccleſiæ tempora.

Oecumenius doctor.

Beda Venerabilis.

Bernardus Claraualenſis.

Hucuſque obſeruatio in ſepultura fidelium, quod Bernardus à Patribus acceperat.

Nicolaus Cabaſilas.

Vide quia ſacrificium Miſſæ plus prodeſt defunctis, quàm viuis.

Concilium Agathenſe

quæ pro defunctis offerebantur, quas diripi vetat. vide, oblationes defunctorum, &c. ſicut Concilium VASENSE I. ſub Leone I. idem canone 4. prohibet. Vide ibidem. Sed & Concilium ARELATENSE III. ſub eodem Leone I. vt etiam in quibuſdam decretorum libris citatur exequiarum & funeris diſciplinam ſic tradit: *Laici* (inquit) *qui excubias funeris obſeruant, cum timore & terrore & reuerentia hoc faciant. Nullus ibi diabolica carmina præſumat cantare, nec ioca, nec ſaltationes facere, quæ pagani docente diabolo adinuenerunt. Quis enim neſciat diabolicum eſſe, & non ſolum a religione Chriſtiana alienum, ſed etiam humanæ naturæ eſſe contrarium, ibi lætari, cantare, inebriari, & cachinnis ora diſſolui, & omni pietate & affectu charitatis poſtpoſito, quaſi de fraterna morte exultare, vbi luctus & planctus flebilibus vocibus debuerit reſonare, pro amiſſione chari fratris. Patres ſiquidem veteris & noui teſtamenti, mortes ſanctorum virorum legimus multis in locis cum fletu deploraſſe, in nullo autem loco de illis qui à ſeculo deceſſerunt, exultaſſe.* & exemplum afferens de Iacob & Stephano, ſubdit: *Et ideo talis inepta lætitia, & peſtifera cantica ex authoritate, interdicenda ſunt. Si quis autem cantare deſiderat, Kyrie eleyſon cantent: Si autem aliter, omnino taceat. Si autem tacere non vult, in craſtino à preſbytero taliter coerceatur, vt alij timeant.* Huic concordat Concilium TOLETANUM III. ſub Pelagio 2. canone 22. allegatur à Gratiano cauſa 13. quæſt. 2. cap. Qui diuina. &c. *Religioſorum omnium corpora* (ait) *qui diuina vocatione ab hac vita diſcedunt, cum pſalmis tantummodo & pſallentium vocibus debere ad ſepulchra deferri. Nam funebre carmen, quod vulgò defunctis cantari ſolet, vel in pectoribus ſe, aut proximos, aut familias cædere, omnino prohibemus. Sufficiat autem quòd in ſpe reſurrectionis Chriſtianorum corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorum. Prohibet enim nos Apoſtolus noſtrus lugere defunctos, dicens: de dormientibus autem nolo vos contriſtari, ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Et Dominus non fleuit Lazarum mortuum, ſed ad vitæ huius plorauit ærumnas reſuſcitandum. Si enim poteſt hoc Epiſcopus omnes Chriſtianos prohibere, agere non moretur. A religioſis tamen omnino aliter fieri non debere cenſemus. Sic enim Chriſtianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum, &c.* Meminit & ſolemnium exequiarum LIBERATUS CARTHAGINENSIS cap. 20. Breuiarij, de cauſa Neſtoriana, vide in vocabulo, Reliquiæ, vbi hoc repoſuimus. Porrò de defunctorum Epiſcoporum exequijs. vide in dictione, Epiſcopi defuncti exequiæ, &c. Item de exequijs eorum qui ſeipſos interimunt, vide, homicida ſui ipſius, &c. Oro ne pigriteris hæc loca inuiſere, quia ibi fit mentio exequiarum, & miſſæ pro defunctis celebrandæ, cuius meminit & GREGORIUS II. epiſtola 8. ad Bonifacium Archiepiſcopum Moguntinenſem: *Pro obeuntibus* (ait) *conſuluiſſe dignoſceris, ſi liceat oblationes offerre. Sancta ſic tenet Eccleſia, vt quiſque pro ſuis mortuis verè Chriſtianis offerat oblationes, atque preſbyter eorum memoriam faciat, & quamuis omnes peccatis ſubiaceamus, congruit vt ſacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat, & intercedat, non tamen pro impiis, quamuis Chriſtiani fuerint, tale quid agere licebit, &c.* Hinc Concilium CABILONENSE II. ſub Carolo Magno canone 39. allegatur à Gratiano diſtinctione 1. de conſecrat. cap. Viſum. *Viſum præterea nobis eſt, vt in omnibus miſſarum ſolemnitatibus pro defunctorum ſpiritibus loco competenti Dominus deprecentur. Sicut enim nulla dies excipitur, qua non pro quibuſlibet neceſſitatibus Dominus deprecetur, ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces Domino in Miſſarum ſolemnibus fundantur. Antiquitus igitur hunc morem ſancta tenet Eccleſia, vt & in Miſſarum ſolennitatibus & in aliis precibus Domino ſpiritus quieſcentium commendet, dicente beato Auguſtino cap. 4. de cura pro mortuis agenda: non ſunt prætermittendæ ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorum. &c.* Vide ſuprà allegatum. Hinc in Concilio SUESSIONENSI apud S. Medardum cap. 3. memoratur Aldricus Cœnomanicæ vrbis Epiſcopus, Paralyſi diſſolutus, epiſtolam ad patres præfati concilij direxiſſe, cauſam ſuæ abſentiæ inſinuans, petenſque vt maximè ſibi adhuc viuenti, & quandocunque defuncto ſacris precibus opitularentur, quod exuberantes charitate ſe promiſere omnes facturos. Hinc etiam patres TRIBURIENSIS Concilij ſub Arnulpho Imperatore cap. 15. de ſepultura mortuis exhibenda loquentes, dicunt quòd ſi longè ſit qui defunctus eſt, & non poſſit in condicto loco ſepeliri, *expectet eum* (aiunt) *terra ſepulturæ ſuæ, quo canonicorum aut monachorum ſiue ſanctimonialium congregatio ſancta communiter degit, vt eorum orationibus iudici ſuo commendatus occurrat, & remiſſionem delictorum quam meritis non obtinet, illorum interceſſionibus percipiat. Quod ſi & hoc ineptum & difficile æſtimetur, vbi decimam perſoluebat viuus, ſepeliatur mortuus.* Vide in vocabulo, ſepultura vbi debeat fieri. &c. Pro defunctis preces fundunt patres Concilij SALEGUNSTADIENSIS, vbi de forma initiandorum conciliorum tractant, & ſpecialem proferunt orationem, quæ adhuc hodie in agenda mortuorum recitatur, ſcilicet. *Inueniant, quæſumus Domine, animæ famulorum famularumque tuarum lucis æternæ conſortium.* Sed & meminerunt patres OXONIENSIS Concilij capite 1. diei illius primo Calend. Nouembris, quo ab vniuerſali Eccleſia commemoratio fit omnium defunctorum. cuius & antè meminerat BERNARDUS in vita S. Malachiæ Epiſcopi, & poſtea meminit CONSTANTIENSE Concilium ſtatim in initio, vide dies feſti. Prædicti quoque patres Oxonienſis Concil. c. 1. permittunt duas in die Miſſas celebrari, ſi forſam corpus fuerit defuncti tumulandum, quarum prior de die, poſterior de defunctis debet celebrari. vide Miſſa. porrò PETRUS ALLIACENSIS Cameracenſis Epiſcopus libro 2. vitæ S. Patris noſtri Cœleſtini, cap. 17. & 18. & poſt eum venerabilis DIONYSIUS FABRI Cœleſtinorum Pariſienſium prior doctiſſimus, in vitam eiuſdem patris cap. 39 referunt, præfatum patrem, dum detineretur in carcere, cùm ſibi diuinitus nunciatus eſſet obitus Hungariæ Regis amici ſui, nigro & funebri ſchemate in feſto S. Ioannis Baptiſtæ fuiſſe, à duobus Cardinalibus, quos ſucceſſor eius Bonifacius 8. miſerat, inuentum Miſſam à defunctis celebrare, qui cum interrogaretur ab eis, cur hoc ſolenni die, nigris indueretur veſtibus, reſpondit. *Pro mortuis* (ait vir ſanctus) *oblationem quaſi coactus exhibui, quia nocte reuelauit mihi Dominus, intimum & ſingularem amicum meum, Hungariæ regem, ex hac luce migraſſe, quapropter veſtrum præcognoſcens aduentum, ſacrificium ſolito celerius obtuli, in eius animæ redemptionem, a ſuppliciis, quibus captiua detinebatur in carcere purgatorio. Præueni ergo tempus oblationis, timens ne a vobis præpeditus, differrem pro laborante amico in tormentis placationis hoſtiam. Tunc verò beatam eius animam*

Margin notes (left): Concilium Vaſenſe 1. — Concilium Arelatenſe 3. — Obſeruandis funeris & exequiarum diſciplinam. — Geneſ. 50. Actuum 8. — Concilium Toletanum 3. — Abrogātur omnia illicita in exequiis fieri ſolita. — Mortui non lugendi. 1 Theſſalon. 4. — Ioann. 11. — Liberatus Carthaginenſis Archidiaconus hiſtoricus. — Admonitio. — Gregorius 2. — Concilium Cabilonenſe 2. ſub Carolo Magn. & Leone 3.

Margin notes (right): Antiquitus morem exequias & ſacrificia celebrādi pro defunctis tenet Eccleſia. — Concilium Sueſſionen. anno 853. — Concilium Triburienſe. — Concilium Salegunſtadienſe. — Concilium Oxonienſe in Anglia. — Bernardus Claræualenſis. Concilium Conſtantienſe. — Petrus Alliacenſis Cardinalis. — Dionyſius Fabri Cœleſtinus. — Vide ſacrificium Miſſæ, animam de purgatorio liberatam.

Section letters in the inner margin: A, B, C, D, E.

A *ab Angelis lucis in cælos deferri conſpiciebam, & pro eius liberatione Deo victimam ſalutarem obtuli &c.* Meminit & CLAVDIVS FIRMINVS Prior quoque Cœleſtinorum Pariſienſium, eo in libro quem de viris illuſtribus & memorabilibus factis Ordinis Cœleſtinorum fideliter conſcripſit non ſemel & iterum, ſed pluries certis teſtimoniis comprobatum. Miſſæ ſacrificio & precibus per fratres eiuſdẽ ordinis fuſis, animas defunctorum purgatorias pœnas euaſiſſe. Nimium verò eſſem prolixus ſi omnibus his recenſendis immorarer. Bonus lector & ſedulus, librum viſitabit, & magnam inde conſolationem & eruditionem reportabit. Inſuper patres Concilij BASILEENSIS

Claudius Firminus Cœleſtinus.

Concilium Baſileenſe.

B in tractatu pacis inter ducem Burgundiæ & regem Franciæ, ſtatuunt, vt pro anima defuncti & interfecti ducis Burgundiæ, in monaſterio Carthuſianorum Diuioneoſium quod fundauerat & vbi corpus eius requieſcit, annua Miſſæ ſacrificia celebrentur expenſis Regis: ſicut & in monaſterio hoc Pariſienſi, pro anima ducis Aurelianenſis quem ille Burgundus occidi fecerat, propter quod & poſtea occiſus eſt quotidie Miſſa pro redemptione præfati ducis Aurelianenſis, qui ibidem cùm coniuge & filiis requieſcit celebratur & annuatim ſolennis obitus. Porrò ſanctum eſſe & ſalutare pro defunctis ſacrificium Miſſæ offerre poſtquam egit de purgatorio igne, Concilium

Ducis Aurelianenſis obitus.

C SENONENSE decreto 12. vt videbis in vocabulo, purgatorium, ſubiunguot ex Chryſoſtomo ſuperius allegato. *Non abs re ab Apoſtolis traditum, vt in tremendis myſteriis agatur commemoratio defunctorum. Sciebant enim illi inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam. Cum igitur (ait) tam ſanctum Apoſtolorum inſtitutum ab initio naſcentis Eccleſiæ ex ſacro Dionyſio cap. 7. Eccleſiaſtica Hierarchiæ legimus obſeruatum, & in Cabilonenſi ac pluribus ſubinde conciliis (vt habes omnia ſuprà digeſta) promulgatum Quiſquis Catharorum, Armenorum, Vuiclefi, Bohemorum, Lutheri, Valdenſium exemplo hos errores cum ſacro Conſtantienſi Concilio non damnauerit, hæretica prauitatis pœnas incurrat.* Et Concilium

Concilium Senonẽſe ſub Antonio à Prato.

D COLONIENSE III. cap. 28. & 29. partis 7. (vbi etiam prohibetur ne exequiæ die Dominico celebrentur ſi fieri poteſt, & his non interſint laſciui aut indiſciplinati clerici, ſed potiùs in ſuis domibus preces fundant) fit mentio de celebranda Miſſa pro defunctis. Quod etiam Concilium COLONIENSE IV. ſub Adolpho Archiepiſcopo cap. 21. cenſuræ pro abuſibus reformandis. *Cum* (inquit) *mortuus ſit Chriſtus pro viuis & defunctis, offertur etiam in Miſſa non tantum pro viuis, verumetiam pro defunctis. Quod rudes & Sadducæis craſſiores homines ignorantes, neque orant, neque ſacrificium expetunt, aut exequias, aut iuſta pro parentibus, liberis, cognatis, & amicis perſoluunt, non aliter, quam ſi cum*

Concilium Colonienſe 3.

Concilium Colonienſe 4.

E *corporibus ſimul & anima extinguerentur. Mandamus igitur vt verbi diuini concionatores, populum de hac re diligenter ac pie informent ac doceant, ne animæ amicorum in Chriſto defunctorum ſuffragiis orationum & oblationis Chriſti fraudentur, qui modus fuit ſemper retentus in Eccleſia, atque etiam ante Chriſtum apud Iudæos celebris, vt ſuperius oſtenſum eſt.* Hanc doctrinam improbantes, anathemate feriunt patres Concilij TRIDENTINI ſeſſione 22. quæ fuit 6. ſub Pio 4. capite 1. vide lector, ſi non pigeat plura ſcire. Hinc & FACVLTAS LOVANIENSIS articulo 17. & PARISIENSES articulo 6. *Sacrificium* (aiunt) *Miſſa eſt ex Chriſti inſtitutione valens pro viuis & defunctis.* Vide Miſſa, oblatio, &

Concilium Tridentinũ generale nouiſſimum.

Facultas Theologiæ Louanienſis & Pariſienſis definitio.

A præcipuè purgatorium & ſepultura.

Defuncti Epiſcopi exequiæ.] Vide, Epiſcopi defuncti exequiæ.

Defunctorum exequiæ non precio fiant.] Vide, ſepultura non precio æſtimetur. Verumtamen hoc quod legimus, non eſt interea ſilendum. Concilium AVRELIANENSE II. ſub Vigilio 1. & Childeberto rege cano. 5. *Nullus Epiſcopus ad ſepeliendum Epiſcopum venire confictà occaſione diſſimulet, ne cuiuſlibet corpuſculum diutius inhumatum negligentia interueniente ſoluatur. Is vero Epiſcopus qui ad defunctum aduenerit ſepelire, præter expenſam neceſſariam, nihil precij pro fatigatione depoſcat.* Et cap. 6. ſubiungit. *Epiſcopus qui ad ſepeliendum Epiſcopum venerit, euocatis presbyteris in vnum,*

Concilium Aurelianenſe 2.

B *domum Eccleſiæ adeat, deſcriptamque idoneis perſonis cuſtodiendam ſub integra diligentia derelinquat, vt res Eccleſiæ illorum improbitate non pereant.* Vide Simonia & ſepultura.

Defuncti vbi ſepeliendi.] Vide ſepelire.

Defunctus qui debitum non ſoluit, ſuſpendatur à ſepultura.] Vide etiam ſepultura.

Defunctis non danda Euchariſtia.] Vide Euchariſtia.

Defunctos non ſepeliant monachi ſine licentia.] Vide ſepultura.

Defuncti vtrum ſint lugendi.] Defunctos lugendos ex veteris teſtamenti pagina doctrina-

C que probat doctiſſimus & diſertiſſimus PHILO IVDAEVS libro 3. vitæ Moſis circa medium. In lege autem gratiæ deferre defunctos prohibet IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 69. ad populum Antiochenum, cuius titulus talis eſt. *Quod peccatores lugendi ſunt viuentes & mortui, & quod multùm defunctis proſunt eleemoſynæ, & officia pro eis exhibita.* Lege oro totam homiliam quoniam elegantiſſima eſt, & maximè fidem catholicam de purgatorio confirmans, vt ſuprà allegauimus. Præterea etiam docet HIERONYMVS STRIDONENSIS epiſtola ad Paulam ſuper obitu Bleſillæ filiæ, quæ ſic incipit. *Quis dabit capiti meo aquam, &c.* libenter quidem hic textum ap-

Philo Iudæus.

Ioannes Chryſoſtomus.

Hieronymus Stridonenſis.

D ponerem, ſed mihi longiùs immorari operepretium eſſet. Aliò verò me vocat temporis opportunitas. Porrò lege etiam facundiſſimum AMBROSIVM MEDIOLANENSEM libro de bono mortis, vbi mortem quidem nos debere habere in deſiderio probat, vitam verò in patientia, nec lugendos eſſe mortuos. quin potiùs illos fœlices æſtimare, ſi bonis actibus vitam exornarint, recepturos æternitatis brauium, & mortale exuuium expoliatos, ſuperuis gaudiis capaces inſeri. Quin & ANASTASIVS I. epiſtola 2. ad Nerianum, & allegat Gratianus cauſa 13. quæſt. 2. habent forſitan: *Habent forſitan iuſtam longi doloris excuſa-*

Ambroſius Mediolanenſis.

Anaſtaſius 1. Papa.

E *tionem. qui vitam alteram neſciunt, qui de hoc ſeculo ad melius eſſe tranſitum non confidunt. Nos autem qui nouimus, qui credimus, & docemus, contriſtari nimium de obeuntibus non debemus, ne quod apud alios pietatis tenet ſpeciem, hoc nobis magis in culpa ſit. Nam diffidentia quodammodo genus eſt, contra quod quiſque prædicator quæritur, dicente Apoſtolo: Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Hac itaque ratione perſpecta, ſtudendum nobis eſt, ne de mortuis affligamur, quos credendum eſt ad veram moriendo vitam perueniſſe, ſed affectum viuentibus impendamus, quibus & pietas ad vtilitatem, & ſit ad fructum delectio, &c.* Hoc expreſsè prohibet, ne ſcilicet mortuos lugeamus, Concilium TOLETANVM III. can.

1. Theſſal. 4.

Concilium Toletanum 3.

22. vt ſuperiùs allegatum eſt. Vide & alios Doctores.

DEGRADATIO.

Concilium Triburienſe vniuerſale.

Concilium Carthaginenſ.

Degradatio Clericorum à quot & à quibus fiat.] Lege ſuprà in vocabulo Clericus. Porrò ſic ſtatuit Concilium TRIBVRIENSE canone 10. *Statutum eſt in hac ſancta & vniuerſali Synodo, vt nullus Epiſcopus deponatur, niſi à duodecim Epiſcopis, Presbyter à ſex, Diaconus à tribus.* In Concilio CARTHAGINENSI cap. 12. Fœlix Epiſcopus dixit: *Si quis Epiſcopus in reatū aliquem inciderit, & non poteſt plurimos cōgregare Epiſcopos, ne in crimine remaneat, à duodecim Epiſcopis audiatur.* (vide, Epiſcopus accuſatus vt iudicetur, &c.) *& Presbyter à ſex cum proprio ſuo Epiſcopo, & diaconus à tribus Epiſcopis audiatur.* Et in eodem Cōcilio cap. 20. *Vt presbyter à ſex, diaconus à tribus definiatur Epiſcopis. Reliquorum Clericorum cauſas etiam ſolus Epiſcopus loci cognoſcat, & definiat.* Vide ſuprà, Clerici accuſati, & Clerici criminoſi, &c. Hoc Decretum obſeruauit Concilium CONSTANTIENSE ſeſſione 15. vbi Ioannes Hus ab Epiſcopo Bangorenſi degradatus eſt, authoritate Synodi, legitque verba ad hoc expreſſa ex libro Pontificali, quæ incipiunt, O Iuda, &c. amouendo ab eo tāquam ab indigno calicem, & ſubſequenter ſolemnitatibus ad quodlibet exhibitis Exuebant eum caſula, ſtola, tondentes ſibi crines. & ſimiliter amouendo ab eo omnia ſacerdotalia, & clericalia. Quibus factis curia ſecularis recepit eum, & abduxit eum ad locum iuſtitiæ, & publicè exutus eſt. De degradatione Clericorum lege GRATIANVM cauſa 15. quæſt. 7. Deinde hæc decreta Concilium TRIDENTINVM renouat ſeſſione 13. quæ eſt 3. ſub Iulio III. cap. 4. decreti reformationis: *Cum tam grauia (inquit nonnunquam ſint delicta ab Eccleſiaſticis commiſſa perſonis, vt ob eorum atrocitatem è ſacris ordinibus deponenda, & curiæ ſint tradenda ſeculari, in quo ſecundum ſanctos canones certus Epiſcoporum numerus requiritur, quos ſi omnes adhibere difficile eſſet debita iuris executio differretur: ſi quando autem interuenire poſſent eorum reſidentia intermitteretur. Propterea ſtatuit & decreuit ſancta Synodus, Epiſcopum per ſe, ſeu illius vicarium in ſpiritualibus generalem, contra clericum in ſacris etiam Presbyteratus ordinibus conſtitutum, ad illius condemnationem, nec non verbalem depoſitionem, & per ſeipſum etiam ad actualem atq; ſolemnem degradationem, ab ipſis ordinibus & gradibus Eccleſiaſticis, in caſibus in quibus aliorum Epiſcoporum præſentia in numero à canonibus definitio requiritur, etiam abſque illis procedere liceat, adhibitis tamen & in hoc ſibi aſſiſtentibus totidem Abbatibus, vſum mitræ & baculi ex priuilegio Apoſtolico habentibus, ſi in ciuitate aut diœceſi reperiri, & commodè intereſſe poſſint: alioquin alijs perſonis in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, quæ ætate graues ac iuris ſcientia commendabiles exiſtant.* Vide in locis præallegatis. Lege Excommunicatio.

Concilium Cōſtantienſe generale.

Ioannis Hus presbyteri degradatio.

Gratianus.

Concilium Tridentinū generale.

DELATOR.

Concilium Elibertinum.

Delator puniendus.] Vide Calumniator, & detractor, &c. Porrò Concilium ELIBERTINVM can. 73. allegat Gratianus cauſa 5. q. 6. cap. Delator. *Delator ſi quis extiterit fidelis, & per delationem eius aliquis fuerit proſcriptus vel interfectus, Placuit enim nec in fine accipere communionem. Si leuior cauſa fuerit, intra quinquenniū accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, poſt quinquennij tempora admittatur ad Baptiſmum.* Vide etiam infrà, Falſus teſtis, &c.

A

DESPONSATIO.

Deſponſatio clandeſtina prohibetur.] Vide Matrimonia clandeſtina, & Nuptiæ, &c.

DESPERATIO.

Philo Iudæus.

Deſperatio prohibetur.] Non eſſe deſperandum, doctiſſimè demonſtrat PHILO IVDÆVS libro, de eo quod, deterius potiori inſidiari ſoleat, oſtendit deſperationem eſſe rationis expertium, & non eſſe hominem qui deſperat, vbi illud Geneſis interpretatur, Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear: *Scriptum eſt (ait) in Dei libro, ſolum bene ſperantem, eſſe hominem. Itaq; per contrarium, qui deſperat non eſt homo, &c.*

B

Cyprianus Carthaginenſ.

Ioannes Chryſoſtomus.

CYPRIANVS CARTHAGINENSIS ad calcem libri De lapſis, docet nunquam deſperandum, ſed de malis perpetratis pœnitendum. IOANNES CHRYSOSTOMVS homil. 68. in Matth. dum illud exponit: *Publicani & meretrices præcedent vos in regno cælorum.* Innumeram turbam eorum proponit, qui grauiter Deum offenderunt, & ab eo poſtea in familiaritatem acciti ſunt. Sed & homilia contra deſperationem, & ſuperbiam tomo 5. vbi ſic exorditur: *Si quis (ait) natura in mentis valetudinem inciderit, culpa vacabit, qui verò eam vltro incurrit, & venia priuatur, & ſupplicio quodam maiori afficitur: Cuiuſmodi ſunt, qui pro comparata ſapientia elati, plurimùm ſibi prudentia arrogant, & in deſperationem quandam collabuntur extremam. Siquidem nulla re magis, quàm deſperatione ipſa deſipimus, &c.* lege & ſequentem homiliam, quæ ſic incipit: *Nemo deſperet ſi per otium & inertiam plurimum temporis fuerit tranſactum, quando vel paruo tantum cuique compenſare liceat operando, quantum neque omni ſuperiori tempore facultate potuiſſet, ſi is qui Chriſti fidem antea non attigiſſet, principio ſtatim tam clarus euaſit, longè magis & hi qui eam iam ſunt pridem conſecuti. Quare cum quiuis præteriti temporis iacturam, tam breui ſarciri poſſe intelligat, ſeniorem ſe nihil præſtet.* Lege reſiduum.

C

Ambroſius Mediolanenſis

AMBROSIVS MEDIOLANENSIS enarratione in Pſal. 37. *Ergo quia pius eſt Deus, nequaquam eſt deſperandum. Et ſi iraſcitur, ignoſcit: & ſi percutit, ſanat: & ſi tradit in interitum carnem, ſpiritum ſaluat. Noli ergo timere carnis infirmitatem, quia ſanctus cum infirmatur, potentior eſt.*

D

Auguſtinus Hipponenſis.

AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro de vera Innocentia, cap. 200. *Prima ſalus (ait) declinare peccatum, ſecunda non deſperare de venia. Nam ipſe ſe in æternum punit, qui apud miſericordem iudicem ad pœnitētiæ remedia non recurrit.* Idē libro de vera & falſa pœnitentia, cap. 5. *Nullus tantum vnquam poſſet peccare, quod pœnitens velit deſperare. Quid enim aliud eſt deſperare, quàm Deum ſibi comparare? Nam qui de Deo non præſumit veniam, non animaduertit plus peccato ſuo, Dei miſericordiam poſſe. Si enim ſentiret Deum magis bonum, quàm ſe malum, quantum in ſe iuſtitia non inueniret, à Deo magis bono expectaret. Et quidem Deo diffidit, quia ſummi boni bonitatem maiorem ſua nequitia non ſentit. Ille ſolus diffidat, qui tantum peccare poteſt, quantum Deus bonus eſt, &c.*

E

Concilium Epaunenſe ſub Sigiſmūdo rege.

Hinc Concilium EPAVNENSE ſub Gelaſio I. can. 36. *Ne vllus (ait) ſine remedio, aut ſpe veniæ, ab Eccleſia repellatur, néve vlli, ſi aut pœnituerit, aut ſe correxerit, ad veniam redeundi aditus obſtruatur. Sed ſi cui forſitan diſcrimen mortis inueniat, damnationis conſtituta tempora relaxentur. Quod ſi ægrotum accepto viatico, reualeſcere fortaſſe contingit, ſtatuti temporis ſpatia obſeruari conueniet, &c.*

Detractio.

Clemens. Quàm hoc vitiũ in his, qui ſunt ſtrictioris vitæ facilius ſerpat, ſat comperium habemus.

Detractio prohibetur.] Clemens Lib. 1. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 35. Apoſtolos meminit ſtatuiſſe: *Qui Epiſcopo ſermone vel facto detrahit, Deum offendit, non audiens eum qui dixit, Dijs non maledices. Non enim de lapidum aut lignorum piaculis legem ferebat, quo ſuo falſo nomine ſunt abominabilia, ſed de Sacerdotibus & Iudicibus quibus dixit: Dij eſtis & filij excelſi omnes.* Idem & ſequenti cap. 36. de non contumelia inferenda in Epiſcopum, aut Diaconum. Lege. Et Martialis Apoſtolus Epiſtola ad Tholoſanos, cap. 16. Detractiones ſummopere cauendas hortatur, vt peſtes. Sic quoque & Anacletus I. epiſtola 2. ad Epiſcopos Italiæ. *Si detractores (ait) quorumcunque grauiter iudicantur, & in perditionis laqueum cadunt, multo magis laceratores & detractores, atque accuſatores famulorum Dei atque perſecutores damnantur, & in barathrum, niſi ſe correxerint, & per eorum ſatisfactionem condignam egerint pœnitentiam, indubitanter vadunt, & vindicibus flammis exuruntur. Quapropter oportet omnes ab his cauere, & non ſolum non facere, ſed nec facientibus conſentire, quia non ſolum qui faciunt damnantur, ſed qui conſentiunt facientibus.* Idem epiſtola 3. ad omnes Epiſcopos, & allegatur à Gratiano diſt. 6. q. 1. cap. Deteriores. *Deteriores ſunt, qui doctorum vitam moreſque corrumpunt, his qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt. Ipſi enim ea quæ extra nos (licet noſtra ſint,) auferunt, noſtri autem detractores & morum corruptores noſtrorum, ſiue qui aduerſus nos armantur, propriè nos ipſos decerpunt. Et ideò iuſtè infames ſunt, & meritò ab Eccleſia extorres fiunt.* Hinc & Alexander I. epiſtola 3. ad omnes ſacerdotes, & allegatur a Gratiano, cauſa 6. q. 1. Sũma iniquitas. *Summa iniquitas eſt fratres, detrahere & accuſare: vnde ſcriptum eſt, Omnis qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt, & omnis homicida non habet partem aut hæreditatem in regno Dei.* Et Pius I. epiſtola 1. ad vniuerſos Chriſti fideles, allegat Gratianus, de Pœnitentia diſtinct. 3 cap. Nihil prodeſt & de Conſecratione diſt. cap. Nihil enim. *Nihil prodeſt homini ieiunare & orare, & alia religionis bona agere, niſi mens ab iniquitate reuocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur, vnde ait Propheta: Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo & fac bonum. Nemo enim bonum faciens, alteri verbo aut facto nocere vult.* Et Zepherinus I. epiſtola 2. ad Epiſcopos Ægypti. *Non detrahentibus bonum eſt detrahere, aut palo (ſecundum vulgarem fabulam) excutere palum. Abſit. Non ſunt iſta noſtra. Hæc enim auertat diuinitas, iuſto iudicio Dei datur plerunque peccatoribus poteſtas, qua ſanctos ipſius perſequantur, vt qui ſpiritu Dei aguntur & aguntur, fiant per laborum exercitia clariores. Ipſis tamen, qui eos perſecuntur, & exprobrant atque detrahunt, erit proculdubio væ. Væ væ illis, qui detrahunt ſeruis Dei, quia detractio eorum ad eum pertinet, cuius miniſterium agunt & vice funguntur.* Et Fœlix I. epiſtula 1. ad Paternum Epiſcopum, & allegatur à Gratiano, cauſa 3. q. 4. cap. Detractor. *Detractores, qui diuina authoritate eradicandi ſunt, & fautores inimicorum ab Epiſcopali ſubmouemus accuſatione.* Et paulò pòſt: *Quid aliud detrahentes faciunt, niſi in puluerem flant, atque in oculos ſuos terram excitant, & vnde plus detractionis perflant, inde magis nil veritatis vident. Tales tamen portandi ſunt & corrigendi, quia cæci ſunt & duces cæcorum.* Idem Iulius I. epiſtola ad Orientales Epiſcopos pro Athanaſio, cap. 29. Idem & Marcellinus I. epiſtola 2 ad Orientales Epiſcopos vide Lingua. Et Fœlix II. & Concilij Romani ſub eo congregati epiſtola ad Athanaſium, & vniuerſos Ægypti & Libyæ Epiſcopos Alexandriæ congregatos, cano. 10. *Multum (ait) derogatio præualet, quando derogatori creditur. Ideo varijs detractionibus atque accuſationibus non decet labefactari primatem, ſed magis Patrum regulis roborari. Nec facile aut indifferenter ſuſcipere accuſationes præſumas, dicẽte Domino: Non ſuſcipies vocem mendacij, ſed prius probare debes ſuſpicionem & cauſam, aut quo animo hoc faciat, & poſtmodum ſuſcipere: quia veritatis profeſſionẽ, propinquitatis, inimicitiæ, timoris, amoris, odij & cupiditatis intentio, impedire & aduerſa fratribus irrogare ſolet.* Idem paulò pòſt: *Detrahentibus detrahere non eſt bonum, vt ne ad ea quæ ſcripta ſunt, commoti iniuria certamen efficiamus. Nec enim licet palo (ſecundum veterem fabulam) excutere palum.* Damaſus I. epiſtola ad Stephanum Mauritaniæ Archiepiſcopum, cap. 8. *Nullus (ait) proterue aut ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus (vt ſæpe actum cognouimus) detrahere aut accuſare præſumat quemquam ſacerdotum, quia iniuria eorum ad Chriſtum pertinet, cuius vice legatione pro populo Chriſti ſanguine redempto funguntur. Cauſas enim eorum, quia Dei cauſa ſunt, eius eſſe iudicio ſemmus reſeruandas, qui valet corpus occidere, & animam mittere in gehennam.* Vide Sacerdos, & Epiſcopus nõ facilè accuſandus, &c. Et Ioannes Chryſoſtomus quàm Detractio ſit Dei legibus aduerſa, multis verbis oſtẽdit homilia 20. in Matthæum, dum illud exponit: *Et ne nos inducas in tentationem, &c.* & in 2. opere in eundem Matthæum, homil. 37. in illud Matthæi 21. *Ite in caſtellum quod contra vos eſt, &c.* Sed & Ambroſius Mediolanenſis lib. 3. Officiorum, cap. 3. *Si quid dolet membrum vnum (ait) compatiuntur & membra omnia. Vnde quàm graue eſt, vt detrahamus aliquid ei, cui nos compati oportet, & cui debemus conſortium miniſterij, ſi fraudi & noxæ ſimus? Hæc vtique lex naturæ eſt, quæ nos ad omnem ſtringit humanitatem, vt alter alteri tanquam vnius partes corporis, inuicem deferamus, nec detrahendum quicquam putemus, cum contra naturæ legem ſit, non iuuare, &c.* Et Hieronymus Strigonenſis, ad Nepotianum, De vita Clericorum, ad calcem: *Parce (ait) a detractione lingua, cuſtodi ſermones tuos, & ſcito, quia per cuncta quæ de alijs loqueris, tua conſcientia iudicaris, & in his ipſe deprehenderis, quæ in alijs arguebas. Neque verò illa iuſta eſt excuſatio: Referentibus alijs iniuriam facere non poſſum. Nemo inuito auditori libenter refert. Sagitta in lapidẽ nunquã figitur, interdum reſiliens percutit dirigẽtem. Diſcat detractor, dũ te videt, non libẽter audire, non facile detrahere, &c.* Idem omninò & ad Ruſticum Monachum, De viuendi forma, quæ ſic incipit, Nihil Chriſtiano fœlicius, &c. Idem epiſtola ad Celantiam, de ratione piè viuendi, ſic incipit: Vetus ſcripturæ celebrata ſententia, &c. *Nulli vnquam (ait) omninò detrahas, nec aliorum vituperatione te laudabilem videri velis. Magiſque vitam tuam ordinare diſce, quàm alienam carpere. Ac ſemper ſcripturæ memor eſto dicentis: noli diligere detrahere, ne eradiceris. Pauci admodũ ſunt, qui huic vitio renuncient, raròque inuenies qui vitam ſuam ita irreprehenſibilem exhibere velint, vt non libenter reprehendant alienam. Tantáque huius mali libido mentes hominum inuaſit, vt etiam qui procul ab alijs vitijs receſſerunt, in iſtud tamen, quaſi in extremum Diaboli laqueum, incidant. Tu verò hoc malum ita effuge, vt*

Marginal notes: Exod. 22. Pſal. 82. — Martialis Apoſtolus. — Anacletus 1. — Roma. 1. — Alexander 1. — 1. Ioannis 3. — Pius 1. — Pſal. 33. — Zepherinus 1. — Fœlix 1. — Iulius 1. — Marcellinus 1. — Fœlix 2. Concilium Romanũ ſub Fœlice 2. — Exod. 24. — Nota hoc. — Damaſus 1. — Ioannes Chryſoſtomus. — Matth. 6. — Ambroſius Mediolanenſis. — Hieronymus Stridonenſis. — Hæc nota.

non

non modo ipſa non detrahas, ſed ne alij quidem detrahentes aliquando credas. Nec obtrectatoribus authoritatem de conſenſu tribuas, ne eorum vitium nutrias annuendo, &c.

Auguſtinus Hipponenſis.

Avgvstinvs Hipponensis ad fratres in heremo ſermone 53. *Nemo,* (ait) *laceſſeret ſeruos Dei, quia non expedit lacerantibus. Seruis Dei quidem merces falſis detractionibus creſcit, ſed creſcit etiam pœna detrahentibus. Nam non ſine cauſa dictum eſt: Gaudete & exultate, quando detrahunt de vobis dicentes falſa, quia merces veſtra magna eſt in cœlis. Nolumus cum detrimento veſtro magnam habere mercedem. Minus ibi habeamus, & tamen nobiſcum ibi regnetis, &c.* Idem ſermone 1. de Quadrageſima. *Omninò abſurde à lingua vitium detractionis, alienam vitam ne laceres. Detractio enim graue peccatum eſt, & grauis damnatio eſt, &c.* Hinc

Concilium Agathenſe.

Concilium Agathense allegatur in volumine 16 librorum, lib. 5. cap. 22. *Si quis promptus facilisq; eſt ad detrahendum, dicens, quod verum non eſt, ſeptem dies in pane & aqua, ſequeſtratus à fraterno conſortio, pœniteat.*

Gregorius 1.

Gregorivs I. lib. 12. epiſt. 37. ad Fœlicem Siciliæ Epiſcopum, cap. 2. *Cauendum eſt omnibus fidelibus, ne clanculum aut publice*

Non detrahendum prælatis.

Epiſcopum ſuum, id eſt, vnctum Domini detractionibus aut vituperationibus dilaniens, perpendentes illud

Numeri 12.

exemplum Mariæ, quia pro eo quod Moſi famulo Domini propter Æthiopiſſam detraxit, immūditia lepra

Pſal. 104. Exod. 22.

mulctata ſit. Et illud Pſalmiſtæ: Nolite tangere Chriſtos meos, & in in Prophetis meis nolite malignari. Et in lege diuina legitur: Dijs non detrahes, & Principi populi tui non maledices. Vnde valde præuidendum eſt ſubditis, tam Clericis quàm laicis, ne Epiſcoporum vel præpoſitorum vitam temerè reprehendant ſuorum. Si quid fortè eos agere reprehenſibile vident, ne vnde mala redarguunt, inde per elationis impulſum in profundiora mergantur. Admonendi ſunt etiam iidem, ne cum culpas præpoſitorum ſuorum conſiderant, cōtra eos audaciores fiant, ſed ſic eorum praua apud ſemetipſos conſiderent, vt diuino timore conſtricti, ferre ſub eis iugum reuerentiæ non recuſent: quoniam facta ſuorum Epiſcoporum vel præpoſitorum oris gladio non ſunt ferenda, etiam cum rectè reprehendenda videantur, quia prædeceſſoribus noſtris & à multis reliquis Epiſcopis ſtatutum fore cognouimus, vt oues paſtores ſuos facile non reprehendant. (vide, Epiſcopus non facilè corripiendus, aut accuſandus, &c.) *nec eos criminari vel accuſare præſumant. Quia cum in præpoſitos delinquimus, eius ordinationi, qui nobis eos prætulit, obuiamus.*

Exod. 16.

Vnde Moſes, cum contra ſe & Aaron populum conqueri cognouiſſet, ait: Nos enim quid ſumus? Nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Deum.

Matth. 10.

Quapropter admonendi ſunt ſubditi, vtriuſque ordinis viri, vt cum magiſtrorum facta conſpiciunt, ad ſuum cor redeant, & de eorum increpationibus non præſumant, quia non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum, nec ſeruus ſupra dominum ſuum. Vide etiam ſuprà, Correptio, & Correctio. Hinc

Gregorius 3.

Gregorivs III. epiſtola 4. ad Bonifacium Moguntinenſem Archiepiſcopum, & Martyrem eadem, quæ ſuperius loquitur, & eidem præcipit, vt ſic in populo Germaniæ nouiter conuerſo eadem faciat obſeruari, quæ Gregorius Angliæ per Auguſtinum mandauit, &c. Lege & ſequentē, & Lingua.

Detractiones non curandæ.] Hoc ponemus in vocabulo, Lingua. Veruntamen ſic etiam Theoctiſtæ Patriciæ præfatus ſcribit

Gregorius 1.

Gregorivs I. lib. 9. epiſt 39. eam adhortans vt tumultum contra ſe detractionis, leuitate populi exortum, exemplo Iob, & aliorum ſanctorum Patrum æquanimiter ferat. *Si* (inquit) *laudibus lætamur, & detractionibus frangimur, gloriam noſtram non in nobis, ſed in aliorum ore ponimus, cum dicat Apoſtolus: Opus ſuum probet vnuſquiſque, & ſic in ſemetipſo*

Galat. 6.

gloriam habebit, & non in altero, &c. cætera multa, quæ de ſcripturis profert, quibus probat, nil nocere detractiones, ſi bona adſit conſcientia. Lege etiam

Bernardus Clareualenſis.

Bernardvm Clarevalensem, in ſermone De triplici cuſtodia Oris, manus, & linguæ. & ſerm. 24. in Cantica. & lib. 3. de Conſideratione, non longè ab initio.

Devs.

Philo Iudæus.

Deus quid] Philo Ivdaevs diſertiſſimè multis in locis de Dei natura & eſſentia loquitur, ſed eius nolumus doctrinæ immorari, veruntamen eius vnicum teſtimonium in medium producemus, libro de Mūdi opificio, vbi ex Philoſophorum libris etiam, vnicum Deum conatur probare: *Pythagorici* (ait) *numerum quendam aſſimilant vniuerſitatis huius Imperatori. Nam quidquid nec gignit, nec gignitur immotum manet, in motu enim generatio, quandoquidē & id quod gignitur, non caret motu. Mouetur enim alterum vt gignat, alterū vt gignatur. Solus autem nec mouet, nec mouetur antiquus ille princeps & author, cuius imago meritò dici poteſt ſeptenarius. Atteſtatur meis dictis*

Philolaus Philoſophus.

Philolavs Philosophvs, *verbis his: Eſt* (inquit) *author & Princeps rerum omnium Deus, ſemper vnus, ſtabilis, immobilis, ipſe ſui ſimilis, aliorū diſſimilis, &c.* Porrò lege totum illius librum, & alibi. Sed & de Deo præclariſſima teſtimonia prębet

Plato. Ariſtoteles.

Plato Diuinus in Timæo: Aristoteles libro 12. Metaphyſicæ:

Socrates. Cicero.

Socrates, qui propter vnius Dei eſſentiam, occiſus memoratur: Cicero libro de Vniuerſitate, & lib. de natura Deorum, & alij permulti Philoſophi, vt probat doctiſſimus

Lactantius Firmianus. Theodoretus Cyrenſis. Euſebius Cæſarienſis. Secundus.

Lactantivs Firmianvs, & Theodoretvs Cyrensis lib. Græcarum affectionum, cap. De Deo: itiq; Evsebivs Cæsariensis libris de Præparatione Euangelica. Sed & Secvndvs Philosophvs interrogatus, quid eſſet Deus, præclariſſimum Deo præbuit teſtimoniū: verùm his nolumus immorari, quia hæc omnia profana ſunt. Ad Apoſtolicos igitur doctores deſcendamus, qui ſpiritu reuelante, Dei qualēcunq; cognitionem habuere.

Clemens I.

Sic itaq; Clemens I. epiſt. 1. ad Iacobū fratrem Domini. *Deus* (ait) *appellatio eſt ſubſtantiæ, ſempiternæ, ſiue timoris diuini. Igitur Deus ſine principio, ſine fine, ſimplex, incorporeus, incomprehenſibilis. Patrem autem cùm audis, agnoſce quòd habeat filium veraciter genitum, ſicut poſſeſſor dicitur, qui aliquid poſſidet, & Deus qui habet cui dominetur. Deus ergo Pater, ſecreti ſacramenti vocabulum eſt, cuius verè filius eſt verbum, & ſpectaculū, & character, & imago viuens, in omnibus Patri ſimilis, eiuſdem naturæ in diuinitate genitus, & genitori per omnia coæqualis. Nec quæratur quomodo genuit Filium, quod & Angeli neſciunt, & Prophetis incognitū eſt. Vnde illud dictū eſt,*

Eſaie 53.

Generationem eius quis enarrabit? quā ſecretā originē cū proprio Filio, nouit ipſe ſolus qui genuit. Nec Deus à nobis diſcutiendus eſt, ſed credendus, qui in nobiſip ſis

Pſal. 109.

neſcimus, quod ſapimus, quomodo ſapientia, ingeniū, intellectus, aut conſiliū, aut mens noſtra, generat verbum. Sed ſufficit noſſe, quia lux genuit ſplendorem: vt dicit Propheta: In ſplendoribus ſanctorū ex vtero ante Luciferū genui te. Vide Filij generatio, & Trinitas, & Symbolū, &c. Dei verò naturā ſic comprehēdit. Idem lib. 7. c. 35. Conſtitutionū Apoſtolicarum. *Dominus* (ait) *Deus tuus. Deus in cœlo ſurſum, & in terra infra, Deus ſcientiarum, Deus ſanctorū, glorioſus,*

A

exaltatus, inuiſibilis natura, imperſcrutabilis in iudicijs, cuius nullis indiga vita eſt, ſine mutatione & varietate duratio, ſine labore operatio, nullis finibus definita maieſtas, perpetuus decor, inacceſſibile domicilium, intranſmigrabilis habitatio, interminabilis ſcientia, inenarrabilis veritas, ſine medio opus, ſine inſidijs potentia, ſine ſucceſſione imperium, ſine aduerſario vires, Sapientiæ pater, naturæ per mediatorem author vt cauſa, prouidentiæ præbitor, legum dator, inopiæ expletor, impiorum vltor, & iuſtorum retributor. Chriſti Deus ac Pater, & colentium illum Dominus, cuius eſt infallibilis promiſſio, incorruptibile iudicium, inexorabilis ſententia, inexhauſta pietas, æterna benignitas, propter quæ illi digna ac merita adoratio debetur ab omni rationali & ſancta

Ephe. 4.

B

natura, &c. Idem lib. 8. c. 16. ſic Deum alloquitur: Dignum eſt laudare te Deum verum qui es ante res generatas, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur, qui ſolus eſt ingenitus, ſine principio, non agnoſcens alicuius imperium aut dominium, nullius indigens, omnis boni dator, extra omnem cauſam generationemque poſitus, ſemperque eodem ſtatu conſiſtens, ex quo omnia, quaſi ex quodam fonte, in rerum naturam proceſſerunt. Tu enim es notitia carens principio, æterna viſio, ingenitus auditus, ſapientia increata, primus natura, lex eſſendi, extra omnem numerum conſtitutus: omnia de nihilo producens per vnigenitum Filium tuum, ipſum verò ante omnia ſecula genuiſti, voluntate, virtute & bonitate, immediatè Filium vnigenitum, verbum, Deum, ſapientiam viuentem, primogenitum omnis creaturæ, Angelum magni conſilij tui, Pontificem tuum, regem, & Dominum omnis intellectiuæ & ſenſitiuæ naturæ, qui eſt ante omnia, & per quem omnia. Tu enim, æterne Deus, per ipſum cuncta feciſti, & per ipſum conuenienti prouidentia cuncta gubernas, per quem enim conceſſiſti vt res eſſent, per eundem feciſti, vt bene eſſent. Enumerat poſt hæc cuncta mirabilia Clemens, quæ in creatione & gubernatione fecit, quæ ſerie librorum ſacrorum continentur.

De natura Dei ſubtilis conſideratio. Clementis 2.

Idem lib. 6. c. 11. Vnum ſolum Deum (ait) nunciamus, legis & prophetarum Dominum, rerum omnium authorem, Chriſti Patrem, nõ qui ſit ſibi ipſi origo, per ſe genitus, ſed æternum & principij expertem, & lucem inhabitantem inacceſſibilem, non congeminatum vel multiplicem, ſed ſolum in æternitate, nõ ignotum vel ſilentio abditum, ſed per legem ac prophetas proditum, omnipotentem omnium opificem, omnium poteſtatem habentem, Deum & Patrem vnigeniti, & primogeniti omnis creaturæ vnum Deum, vnius

D

Filij Patrem, non multorum, vnius Paracleti, per Chriſtum aliorum ordinum effectorem, vnum conditorem variarum creaturarum per Chriſtum, factorem eundem rectorem ac legiſlatorem, per ipſum Reſurrectionis authorem, Iudicij, retributionis per eundem Chriſti. Hunc ipſum voluit hominem fieri, qui verſatus eſt cum hominibus ſine peccato paſſus eſt, à mortuis reſurrexit, & ad eum qui eum miſerat reuerſus, &c. Idem & c. 14. lege Trinitas, Symbolum. Filius, &c. AVGVSTINVS HIPPONENSIS lib. 8. de Ciuitate Dei, cap. 8. Quicunque

Auguſtinus Hipponenſis.

E

(ait) Philoſophi de ſummo Deo & vero ſenſerint, quòd rerum creatarum ſit effector, & lumen cognoſcendarum & bonum agendarum. quòd ab illo nobis ſit & principium naturæ, & veritas doctrinæ, & fœlicitas vitæ, ſiue Platonici accõmodatius nũcupantur, qui iſta ſenſerunt, ſiue Ionici generis, ſiue Italici, ſiue Pytagorici, Libyci, Ægyptij, Indi, Perſæ, Chaldæi, Scythæ, Galli, Hiſpani, aliique, qui reperiuntur, qui hoc viderunt & docuerunt, cæteris eos omnes ante ponimus, eoſque nobis propinquiores fatemur. Idem quid ſit Deus, ex Philoſophorum libris ſcrutatur, lib. 1. de Conſenſu Euangeliſtarum, c. 23. Secundum Platonicos (ait) non corpus, ſed ſpiritus: ſecundum Stoicos, corpus eſt Deus. Et lib. 19. de Ciuitate Dei, c. 23. PORPHYRIVS (ait)

Opiniones Philoſophorum de Deo recenſetur.

A

Philoſophus Apollinis verba recitans, ait, Deus omnium Pater nullius indiget. ſed nobis eſt bene, cùm eum per iuſtitiam & caſtitatem aliaſque virtutes adoramus, ipſam vitam precem ad eum facientes, per imitationem & inquiſitionem de ipſo. Inquiſitio enim purgat, imitatio deificat, affectionem ad ipſum operando. Et lib. 22. c. 20. Deus, ſicut potuit definire CICERO 1. Tuſculana Mens quædam eſt (inquit) ſoluta & libera, ſecreta ab omni concretione mortali, omnia ſentiens & mouens, ipſaque prædita motu ſempiterno, &c. Sed ſi omnium Philoſophorum ſententias hîc vellem apponere, deficeret tempus. Plurimas ſuæ inſeruit Harmoniæ mundi, FRANCISCVS GEORGIVS Venetus, tom. 1. Cantici 1. c. 2. & 3. & reliquis. Oro te Lector, librum eius reuoluas. Denique doctiſſimè etiã de his ſcripſit vnus ex noſtris, in literis (meo iudicio) ſacris non parùm verſatus FRANCISCVS LARBENVS Cœleſtinus mihi olim familiariſſimus, in eo egregio libro quem inſcripſit, Muſica fidei, cuius alibi mentionem faciemus. Nolo prætetire ſummi illius ac verè ter maximi MERCVRII TRISMEGISTRI de Deo ſententiã, lib. 1. ſeu dialogo, quem ſcripſit de Poteſtate & Sapientia Dei, vbi mundi creationem proſequitur: & lib. 2. quem ſcripſit de voluntate Diuina, vbi ſic exorditur: Deus atque ipſa Diuinitas, dico nunc non quod genitum videlicet, quia ingenitum. Si ergo diuinum ſit æſſentia eſt ſiue Deus, etiã

Porphyrij de Dei ſententia.

Ciceronis de Deo ſententia.

Franciſcus Georgius.

Franciſcus Larbenus.

Mercurius Triſmegiſtus.

B

C

ſuper eſſentiam, &c. Et infrà. Æſculapius interrogat: Deus quid eſt? Triſmegiſtus reſpondet, Quod nullum ex his eſt, horum tamen omnium vt ſit cauſa, præſens quidem cunctis, præſens etiã vnicuique, neque quicquam permittit non eſſe. Omnia ex his quæ ſunt procreantur, de nihilo autem nihil prouenit. Nam quæ minimè ſunt, naturam nullam habent quæ fieri valeant, contrà ea quæ ſunt naturam non habent, per quam aliquando nõ exſtant, &c. Et conſequenter ſerm. 3 Gloria (ait) omnium Deus, diuinum, diuina natura, principium vniuerſorum, Deus, mens, natura, actus, neceſſitas, finis, & renouatio. Idem ſerm. 5. ad Tatium filium ſuũ, differit quod Deus latẽs ſimul, ac patens eſt: Deus (inquit) ò Tati, ſanè totius expers inuidiæ, per ſingulas mundi particulas vbique ſplendet. Et ſerm. 6. ad Æſculapium: Bonum

Mercurij de Deo catholica aſſertiones.

D

(inquit in exordio) in nullo ponitur, niſi in vno Deo: imò ipſum bonum Deus ipſe ſemper. Quamobrem eſſentiam omnis motionis atque cognitionis eſſe Deum oportet. Hac eſſentia orbatum nihil, hæc circa ſe ſtabilem actum, nullius egenum, infinitum, ſuperabundanter porrigentem poſſidet. Vnum id vniuerſorum principium, bonum porrigẽs & effundens bonum, quoties nomino bonum, id quod omnia bona, & quod bonum ſemper, intellige. Hoc vnico Deo adeſt, neque enim cuiquam indigus eſt, vt adeptionem illius appetendo malus fiat, neque iactura cuiuſquam in eum vnquam, vt poſt damnum dolore afficiatur, &c. multa, quæ longum eſſet enarrare. Scripſit & IOANNES CHRYSOSTOMVS homilias 5. de In-

Ioannes Chryſoſtomus.

E

cõprehenſibili Dei natura, contra Anomæos hæreticos, vbi de Deo alta & profunda loquitur. Scripſit & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libros 2. de vocatione Gentium, vbi de Deo mira & ſtupenda narrat. Scripſit quoque librum de fide, ad Gratianum, vbi etiã illud obiectum copiosè pertractat. Scripſit & AVGVSTINVS HIPPONENSIS libros 15. de Trinitate, vbi hoc elegantiſſimè dilucidat. Sed & in libris de Ciuitate Dei, nõ diſſimile facit, vbi lib. 8. c. 5. Verus (ait) Deus eſt rerum author, veritatis illuſtrator, & beatitudinis largitor. Et c. 4. Homo (inquit) ita creatus eſt, vt per id quod in eo præcellit, attingat ad illud quod cuncta præcellit, id eſt, vnum Deum optimum, ſine quo nulla creatura ſubſiſtit,

Ambroſius Mediolanenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

nulla doctrina inſtruit, nullus vſus expedit. Ipſe quæratur, vbi nobis ſecura ſunt omnia: ipſe cernatur, vbi nobis certa ſunt omnia: ipſe diligatur, vbi nobis recta ſunt omnia. Sed nun poſſom hîc cuncta proferre, quæ à ſanctis Patribus de Deo dicuntur. Adde ſequentem.

Deus quid ſit, rectiùs per negationem, quàmper affirmationem cognoſcitur.]

Dionyſius Areopagita.

DIONYSIVS AREOPAGITA lib. de Cœleſti Hierarchia, c. 2. poſtquã de forma & imaginibus Angelorum locutus eſt, de Deo ſic infert: *Deniq; reuerendam illã ſuperſubſtantialis deitatis, ineffabilemq; beatitudinem, diuinorum eloquiorũ myſtica traditiones dum exprimere cupiunt: aliquando, vt verbum & intellectũ & eſſentiã laudant, vt per iſtas appellationes diuinã eius eloquentiã & ſapientiã & ſubſtantiam veriſſimè exiſtentẽ, atq; omniũ, quæ ſunt ſubſiſtentia, veram cauſam ſignificent: interdum, vt lucem ipſam cõcelebrant, & vitã vocant. Enimuerò huiuſmodi ſacra figmenta honeſtiora quidem ſunt, & terrenis ac materialibus formis eminere videntur. Cæterùm ne ſic quidem ad diuinæ ſimilitudinis veritatẽ propè accedunt, excedit enim illa ſubſtantiã omnẽ, vitamq; trãſcendit, Nulla hãc exprimit lux, omniſq; ſermo, omnis mens atq; ratio, abſque vlla cõparatione illius ſimilitudine inferior eſt. Aliquando item ab eiſdem laudatur ſcripturis honeſtiſſimè ac penè diuinè dum in eius laude diſſimilibus vtuntur ſignis, eamq; inuiſibilẽ, & infinitã, incõprehenſibilem prædicant, his eã appellãtes nominibus, quibus non quid ſit, ſed quid non ſit dicitur. Hoc enim verius, vt arbitror, in ipſa eſt, & de illa propriè magis aſſeritur. Nam ſicuti ſecretior illa ſacerdotaliſque traditio docuit, dum illã eſſe aliquid negamus ex his quæ ſunt, verum profectò loquimur, & ſi modum quo illa indiffinita eſt, quippè quæ ſuperſubſtantialis & incõprehenſibilis atq; ineffabilis, proſus ignoramus. Si ergo in diuinis rebus negationes quidẽ veræ ſunt, affirmationes verò nequaquã, tantis arcanorũ latebris cõgruunt, illa ſanè conuenientior, in rebus viſibilibus erit expreſſio, quæ per diſſimilia ſigna monſtratur, &c.* De nominibus autẽ diuinis, cur Deus dicatur ſapiẽs, pulcher, benign⁹ miſericors, potẽs, &c. Idẽ tractat lib. de Diuinis nominibus, c. 1. & c. 7. infert. *Nos ſiriò veraciter dicemus Deum non ex ipſius natura cognoſcere: id nempe ignotum eſt, omnemq; ſuperat rationem & ſenſum: ſed ex creaturarũ omnium ordinatiſſima diſpoſitione, vt ab ipſo producta, & præ ſe ferente imagines quaſdã ac ſimilitudines diuinorũ ipſius exẽplarium. Idcircò & in omnibus Deus agnoſcitur, & ſeorſim ab omnibus, & per ſcientiam, & per ignorantiam noſcitur Deus, &c.* Vide & c. 11. vbi tractat, cur Deus antiquus dierũ, & iuuenis dicatur. Porrò etiam de Deo IVSTINVS MARTYR in Dialogo cum Triphone ſic loquitur, & eum ita exprimit: *Deus eſt* (ait) *quod circa eadẽ eodẽ modo ſemper ſe habet, & omnium rerũ cauſa eſt, non facilè patens agnitioni mortaliũ.* Quin & copioſiùs in libro de Trinitate, de Deo eiúſque incomprehenſibili natura diſputat. Vide, Trinitas. Sed & TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS, multa de Deo viuo & æterno diſputat libro 1. cõtra Marcionem pluralitatẽ Deorum extirpans. *Nos definimus Deũ* (ait inter cætera) *primò natura cognoſcendũ, deinde doctrina recognoſcendũ, natura ex operibus, doctrina ex prædicationibus. Sed cui nulla natura eſt, naturalia inſtrumenta non ſuppetunt.* Idẽ libro 2. agit de Dei membris, qualiter dicatur videre, ambulare, loqui, &c. & libro 5. ſtatim in initio ſic exorditur: *Nihil ſine origine niſi Deus ſolus, qui quantũ præcedit in ſtatu omnium rerum, tantum præcedat neceſſe eſt etiã*

1. Timoth. 6.
Pſal. 144.

Hoc Auguſtinus poſtea reſumpſit, vt infrà videre eſt.

Iuſtini martyris aſſertio de Deo catholica.

Tertullianus Carthaginenſis.

A *in retractatu earum, vt conſtare de ſtatu poſſit, quia nec habeat deſpicere, quid quale ſit, niſi certus an ſit, cum cognouerit vnde ſit.* De viuo verò, & vero Deo idẽ libro Apologetico aduerſus gentes c. 17. tractat. Sed & lib de ſpectaculis docet, quomodo Deũ natura doceat. Prætereà qualiter Deus poſſit agnoſci, CLEMENS ALEXANDRINVS lib. 5. Stromatum diffusè tractat. Philoſophorum & Poëtarum etiam ſentẽtiis vtens, & Sophoclis atq; Agrigentini poëtæ verſus apponens, ſubiungit: *Eſt quidem certè de Deo oratio tractatu difficillima. Quoniã enim cuiuſuis rei principiũ eſt inuentu difficilimũ, eſt certè omnium primum & antiquiſſimũ principium difficillimum ad demonſtrandum: quod quidem eſt alijs etiã omnibus cauſa vt fiant, & facta ſunt. Quemadmodum dici poterit, quod neq; eſt genus, neq; differentia, neq; ſpecies, neq; indiuiduũ, neq; numerus, ſed neq; accidens aliquod, neq; cui aliquid accidit? Neq; verò eũ totũ rectè dixerit quiſpiam. In magnitudine enim totũ ponitur, & eſt Pater vniuerſorum. Sed neque dicendũ eſt, eſſe aliquas eius partes. In vnum enim nõ cadit diuiſio, & ideo eſt etiã infinitũ non quod eiuſmodi mente cogitetur, vt peruadi non poſſit, ſed quatenus nullam diſtantiam ſuſcipit, ac dimenſionem & finem non habet: & ideo eſt figuræ expers, & quod nominari non poteſt. Et ſi aliquando eum nominemus non propriè vocantes, aut vnum, aut bonum, aut mentem, aut ipſum id quod eſt, aut Patrem, aut Deum, aut Creatorẽ, aut* C *Dominum, non id dicimus tanquam nomen eius proferentes, ſed propter eius poteſtatem, pulchris vtimur nominibus, vt in alijs non aberrantes, his inniti poſſit cogitatio. Non enim vnumquodq; ex his Deũ ſignificat, ſed omnia ſimul omnipotentis indicant potentiam.* Et infrà: *Rogatus* (ait THALES MILESIVS) *quid ſit Deus. Id, inquit, quod neque habet principium, neq; finem. Cùm autem rogaſſet alius, an Deum lateat homo aliquid agens. Et quomodo* (inquit) *qui ne cogitans quidem?* Lege LACTANTIVM FIRMIANVM libro de Origine erroris, c. 5. quod titulũ profert talem: *Quod ſolus omnium creator verus Deus eſt, ſoluſq; colendus, &c.* Lege eundem lib de Falſa religione. c. 4. 5. & 6. Sic autẽ ad propoſitum ait AVGVSTINVS HIPPONENSIS, lib de Vera in D nocentia. c. 61. *Excedit ſupereminentia Deitatis, non ſolùm vſitati eloquij noſtri, ſed etiã intelligentiæ facultatem. Veriùs enim cogitatur Deus, quam dicitur, & verius eſt, quàm cogitetur. Nõ parua autẽ notitiæ pars eſt, ſi antequã ſcire poſſimus quid ſit Deus, poſſimus ſcire quid non ſit. Terrã cogitas? non eſt hoc Deus. Mare cogitas? non eſt hoc Deus. Omnia quæ ſunt in terra homines & animalia? non eſt hoc Deus. Omnia quæ ſunt in mari quæ volant per aerem? non eſt hoc Deus. Quidquid lucet in cælo, ſol, ſtella? non eſt hoc Deus. Ipſum cælum? non eſt hoc Deus. Angelos cogitas, Virtutes, poteſtates, Archangelos, Thronos, Dominationes? non eſt hoc Deus. Et quid eſt? hoc ſolum potui dicere, quod non* E *ſit. Quæris quid ſit? Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Quid quæris, vt aſcendat in linguã, qui in cor non aſcendit? Ea re igitur & apud prophetã interrogat Deus, dicens: Cui ergo ſimilem feciſtis Deum, aut quam imaginem ponetis ei? innuens ſe nulli creaturæ ſimilem. Quamobrem prima cognitio Dei eſſe dicitur, ſcire quid nõ ſit, &c.* De Deo plura tradit. Idem Auguſtinus in Pſalmum 85. vnde ſuperiora deſumpſimus. Et in lib. de Præſentia Dei ad Dardanum. Et libro de Contemplatione Chriſti, cap 1. Et lib. de Speculo, cap. 3. & alibi.

Deus ens, quomodo vbique ſit.] Hoc iã ſuperiùs inſinuatur. Verũ DIONYSIVS AREOPAGITA cap. 5. de diuinis nominibus: *Deus ens*

Clemens Alexandrinus, Panteni Magni auditor.

Deus non rectè dicitur totum.

Thales Mileſius de Deo.

Lactantius Firmianus.

Auguſtinus Hipponenſis.

Prima Dei cognitio.

Eſai. 40.

Dionyſius Areopagita.

X 3 *eſſentia*

eſſentia totius, ſuperſubſtantiali virtute, cauſa eſt atq; opifex exiſtentis ſubſiſtentia, ſubſtantia, eſſentia, naturæ principium & menſura ſæculorum atq; temporum entitas, & æternitas entium, & tempus eorũ quæ fiunt. eſſe autem his quæ quomodolibet ſunt, & generatio his quæ quomodocunque gignuntur. Ex eo enim qui eſt, ſeculum eſt, & eſſentia & ens & tẽpus & generatio, & quod gignitur, & ea quæ in exiſtentibus ſunt, & quæ quomodolibet ſubſiſtunt atq; extant. Nam Deus non quoquo pacto eſt ens, ſed ſimpliciter & incircumſcriptè totum in ſe eſſe pariter ambit, & præambit ſuperapprehendẽs. Idcirco etiam Rex ſeculorum dicitur, vt in quo & circa quem totũ eſſe & ens ſubſiſtenſq; verſetur. Et neque erat neque erit, neque fuit neque fit neque fiet, imò verò neque eſt. ſed his quæ ſunt eſſe ipſe eſt, neque ea quæ ſunt ſolum, verum ipſum quoque eorũ eſſe, ex eo eſt, qui eſt ante ſecula, ipſe verò eſt ſeculum ſeculorum, qui ante ſecula eſt. Et Philo Iudæus in eo libro qui inſcribitur: De eo, quis rerũ diuinarum hæres ſit: *Eſt autem* (ait) *ambitus cæli, terminus Deus, idem rector & gubernator. Itaque ſicut ens ipſum eſt incomprehenſibile, ſic quod ab eo terminatur, menſuris nobis ignotis circũſcribitur.* Et Iustinus Martyr, ſermone exhortatorio ad gentes Participiũ, ens ſolùm & vnũ verum Deum à falſis Dijs gentium diſcernere acriter diſſerit, ex lectione etiam veterum Philoſophorum. Vide & alibi.

Philo Iudæus.

Iuſtinus Martyr.

Deus quomodo vbiq; ſit.] Dionysius Areopagita cap. 3. de Diuinis nominibus. *Ipſa quidem* (ait) *diuinitas adeſt omnibus, non autem illi adſunt omnia: vbi verò ipſam caſtiſſimis precibus animoq; purgato & perueio, atq; ad diuinã idoneo coniunctionem inuocamus, tunc nos quoque illi aſſumus. Ipſa namq; neque in loco ſic eſt, vt vſquam abſit, ſeu ex alijs ad alia migret, imò etiã in rebus omnibus eam eſſe, dicere minus eſt, quàm vt colligatur infinitas illa quæ ſuper omnia eſt, & cuncta comprehendat, &c.* Sic & Philo Iudæus libro de Confuſione linguarum cũ illud exponit, Deſcendit Dominus vt videret turrim & ciuitatẽ, &c. *Figuratè* (ait) *iſta accipienda ſunt: nam credere quod Deus accedat aut recedat, aut deſcendat aſcendatq;, vel in totũ ſicut animalia mouentur, ſtet moueaturve, impietatis eſt deportanda in extremas, vt vulgus loquitur, inſulas Oceani. Sed iſta humano more legiſlator de Deo dicit, quamuis hauduaquã humana formæ prædito ad vtilitatem diſcentiũ. Quis enim ignorat, quod deſcedens, alio loco relicto alium occupat? Deus autẽ implet omnia non cõtentus, ſed continens, qui ſolus vbique ſimul & nuſquã eſt, nuſquam, quia ipſe locũ & regionẽ creauit vna cũ corporibus. Nefas eſt authorem intra vllã ſuam creaturam includi. Vbique autẽ, qui potentijs ſuis per terram, aquam, aërem, cælum, extenſis, nullã partem mũdi deſtituit, ſed omnia inter ſe inuicem aſtringit inuiſibilibus vinculis, ne vnquã ſoluantur, pluriumum laudandus hoc nomine. Quod enim celſius eſt omnibus potentijs, intelligitur eas excedere, cùm eas in poteſtate habeat. Virtus autẽ illa omnipotens, quæ condidit & gubernat omnia, verè Deus dicitur, omnia continens in gremio, & omnia penetrans vel minima, &c.* Idem eadem docet libro Legis allegoriarum, dum illud exponit: *Seceſſit igitur Moyſes à facie Pharaonis.* Sic & Iust. Mar. & Tertul. Carthag. & Cypria. Carthag. longè à principio, vbi ſic loquitur: *Deo, qui ſolus eſt, Dei vocabulũ totũ eſt, ergo vnus eſt, & vbique totus diffuſus eſt, &c.* Hinc etiã Avgvstinvs Hippon. *Sic eſt Deus* (ait) *per cuncta diffuſus, vt non ſit qualitas mundi, ſed ſubſtantia creatrix mundi, ſine labore regens, & ſine onere continens mundum, non tamen per ſpatia locorum quaſi mole diffuſa, ita vt in dimidio mundi corpore ſit dimidius, & in alio dimidio dimidius: atque ita per totum totus, ſed in ſolo cælo totus, & in ſola terra totus, & nullo cõtentus loco, ſed in ſeipſo vbique totus. Ita Pater, ita Filius, ita Spiritus ſanctus, ita Trinitas, vnus Deus.* Idem lib. 1. de Ciuitate Dei, c. 28. reſpondens Paganis dicẽtibus: *Vbi eſt Deus tuus? Deus meus vbique præſens eſt, vbiq; totus, nunquã incluſus, qui poſſit adeſſe ſecretus, abeſſe nõ motus. Ille cùm me aduerſis rebus exagitat, aut merita examinat, aut peccata caſtigat, mercedemq; mihi æternam pro toleratis piè malis temporalibus ſeruat.* Idem lib. 1. de Contẽplatione Chriſti, cap. 1. *Vbique Deus eſt, & vbiq; totus, qui ſentiri poteſt, & videri non poteſt, qui nuſqua deeſt, & tamen ab iniquorũ cogitatione longè eſt, quia vbi non eſt per gratiam, adeſt per vindictam, &c.* Lege Conſtl. Hierosolymitanvm Catecheſi 4. de Deo. & Catech. 6. per totum, quia mira loquitur.

Dionyſius Areopagita.

Philo Iudæus. Geneſ. 11.

Iuſtinus Martyr, de hac materia excellanter tractat, ex veterum philoſophorũ & poetarum ſcriptis, libro vnico de Monarchia.

Tertullianus Carthagin. lib. 1 & 2. contra Marcionem

Cyprianus Carthaginenſis lib. de Idolorum vanitate.

Auguſtinus Hipponẽſis, lib. de creatura Dei ad Dar[illegible]

Quomodo Deus eſt vbique totus.

Nota hæc.

De prouidentia cuncta regi.] Iam hoc ex ſuperioribus annotationibus facilè eſt colligere. Verumtamen quod adhuc deeſt, paucis abſoluamus. Dionysius Areopagita lib. de Cœleſti Hierarchia, c. 4. *Omnia quæ ſubſiſtunt, prouidentia Dei reguntur, ex ſumma illa authore Deitate manantis, atq; participant: alioquin eſſent profectò nulla, niſi ſubſtantia rerum, atq; principio communicarent. Itaq; inanimata omnia hoc ipſum quod ſunt, inde ſuſcipiunt, quippe eſſe omnium eſt ipſa diuinitas, quæ modum totius eſſentiæ ſuperat. Porro quæ viuunt, omnia ex hac ipſa, quæ ſupra omnem vitã eſt enictaq; viuificas, vt viuant acceperunt: rationalia verò, atq; intellectualia eiuſdem ſupra mentẽ omnem atq; intellectũ perfecta, & omnia ad perfectum ducentis ſapientiæ, ſunt participatione felicia. Liquet autẽ illas in cõſpectu eius verſari ſubſtantias, quæq; multis modis illi communicant.* De Dei prouidentia latiùs diſputat idem par. 4. eiuſdem libri, vt infrà dicetur. Diabolus. Porrò Philo Iudæus lib. de Mundi opificio, ad calcẽ, *Præeſſe* (inquit) *mundo Dei prouidentiã certum eſt. Semper enim author curã gerit operis ſui, cõmuni neceſſariaque lege naturæ quemadmodũ & parentes curant ſuã progeniem, &c.* Prouidentiam quoq; Dei Clemens Alexandrinvs ex Sophoclis, & cæterorũ gentilium ſcriptis probat, lib. 5. Stromatum, & oratione adhortatoria ad gentes. Et Iustinvs Martyr, ſermo. exortatorio ad gentes, & ſtatim initio Dialogi cũ Tryphone, de Dei prouidentia loqui aggreditur, & illos Philoſophos arguit, qui Deum prouidere quidẽ vniuerſitati huic, eiuſq; ſpeciebus ac generibus, hominibus verò ſingulis non itẽ: nimirũ ſecuritatẽ ſibi quærẽtes, atq; licentiã faciendi quidquid eulibuerit, dũ nec pœna tenetur, nec vllũ à Deo ſperatur cõmodum. Idẽ Apolo. 2. pro Chriſtianis ad Anton. Piũ, Dei defendit prouidentiã, dũ differt ſuũ iudiciũ: *Id* (ait) *facit in gratiã humani generis, Prouidet enim quoſdã ſeruandos per pœnitentiã, & in his fortaſſe nondũ natos nõnullos, qui principio præditũ intellectũ, & ſcientẽ eligere vera, fœlicitatemq; ſectari, cõdidit hominẽ, ne quis apud Deũ excuſationẽ habeat. Mẽtis enim & contẽplationis facti sũt cẽpotes, &c.* Vide, Liberũ arbitriũ. Hinc & Iren. Lvgdv. lib. 3. aduerſus hæreſes Valent. & ſimiliũ, c. 4. *Epicureos ait inuenientes Deũ neq; ſibi, neq; alijs aliquid præſtantẽ, id eſt, nullius prouidentiã habentem. Prouidentiam autẽ habet Deus omniũ, propter hoc & conſiliũ dat. Conſiliũ autẽ dans adeſt his, qui morũ prouidẽtiã habent. Neceſſe eſt igitur ea quæ prouidẽtur, & gubernãtur, cognoſcere ſuũ rectorẽ, quæ quidẽ non ſunt irrationabilia neq; vana, ſed habẽt ſenſibilitatẽ perceptã de prouidẽtia Dei. Et propter hoc quidã, qui inimus ille cebris ac voluptatibus ſeruierũt, & non intamiũ ſuperſtitione*

Dionyſius Areopagita.

Prouidẽtia Dei

Philo Iudæus.

Clemens Alexandrinus.

Iuſtinus Martyr.

Irenæus Lugdunenſis.

ſtitione Idolorũ abducti ſunt, prouidentia eius moti, licet & tenuiter tamẽ, cõuerſi ſunt, vt dicerẽt, fabricatorẽ huius vniuerſitatis, Patrẽ omniũ, prouidentẽ & diſpenentẽ ſecundũ nos mundũ: vt clarè oſtendit & probat etiã LACTAN. FIRM. *lib. 1. de Falſa ſapiẽtia, c. 2. Eos (aut) qui nullã eſſe prouidentiã profitebãtur, Philoſophi maximè Stoici acerrimè retuuderũt, dicentes, Nec fieri mundũ ſine diuina ratione potuiſſe, nec cõſtare, niſi ſũma ratione regeretur. Sed &* M. TVLLIVS, *quãuis Academica diſciplina defenſor eſſet, De prouidẽtia gubernatrice rerũ, & multa ſæpe diſſerit, Stoicorũ argumenta confirmans, & noua ipſe aſſerens plurima, quod facit tñ in omnibus philoſophia ſua libris, tñ maximè in his quæ ſunt de natura Deorũ. Nec difficilè ſanè fuit paucorũ hominum prauè ſentientiũ redarguere mendacia, teſtimonio Philoſophorũ atq; gentiũ in hac vna re non diffidentiũ. Nemo eſt enim tã rudis, tã ferus moribus, qui non oculos ſuos in cælũ tollens, tametſi neſciat cuius Dei prouidentia regatur hoc omne quod cernitur, aliquã tamen eſſe intelligat ex ipſa rerũ magnitudine, motu, diſpoſitione, conſtantia, vtilitate, pulchritudine, cõparatione, &c.* Lege & ſequentia capitula, quæ verè pulcherrima ſunt. Hinc Dei prouidentiam admirans & laudans, AVGVST. HIPPON. lib. 1. de conſenſu Euangeliſta tom. 4. *Deus* (ait) *res humanas iuſtè & miſericorditer curat, ita vt nec præcludat miſericordia iuſtitiam, nec impediat miſericordiã iuſtitia.* Idem lib. 1. Soliloqu. c. 1. *Deus* (inquit) *qui es vera vna & æterna ſubſtantia, vbi nulla diſcrepantia, nulla confuſio, nulla indigentia, nulla mors, vbi ſumma cõcordia, ſumma euidẽtia, ſumma, cõſtantia, ſumma plenitudo, ſumma vita, vbi nihil deeſt, nihil redundat, vbi qui gignit, & quẽ gignit vnum eſt, cui ſeruiunt quæ ſeruiũt omnia, cui obtẽperat omnis bona anima. Cuius legibus rotantur poli, curſus ſuos ſydera peragũt, Sol exercet diẽ, Luna tẽperat noctẽ, omniſq; mundus per dies viciſſitudine lucis & noctis per menſes, crementis decrementiſq; lunaribus per annos, veris, æſtatis, autumni, hyemiſq; ſucceſſionibus, per luſtra, profectione curſus ſolaris: per magnos orbes, recurſu in ortus ſuos ſiderũ, magnã rerũ conſtantiã, quantũ ſenſibilis materia patitur, tẽporum ordinibus replicationibuſq; cuſtodit, &c.* De hac materia lege profundiùs diſputantẽ THOM. AQVIN. li. 1. Sũmæ cõtra gentiles, c. 40. 43. 53. 61. & cęteris Lege & alios doctores qui de hac materia diſſeruerunt. & ſeq.

Lactantius Firmianus.

Ciceronis de Prouidẽtia opuſc.

Auguſtinus Hipponenſis.

Pulchra confeſſio.

Thomas Aquinas.

Deus omnipotens, quomodo quædam non poteſt.] Nolo immorari probationi, quòd Deus ſit omnipotẽs, quãuis & Caluinus atq; Beza omnipotentiæ Dei maximè detrahãt, dũ res agitur de Euchariſtia trãſſubſtãtiatione, vt clariùs explicat nouiſſimè habita Pariſijs CONFER. inter duos Theologos, & duos miniſtros. Quomodo autẽ dicatur Deus quædã nõ poſſe? ſic exponit DION. AREOPA. *Atqui (ait Elymas Magus) ſi eſt omnipotens Deus, quomodo a veſtro Theologo aliquid non poſſe dicitur? beatũ inſimulans Paulũ, qui ait Deũ ſeipſum negare non poſſe. Illud autẽ ſi adoriã, vehementer timeo, ne vt amens rideat, qui puerorũ ludẽtiũ ſtructuras & infirmas euertere moliar, atq; huius rei diuinũ ſenſum, velut arduũ aliquid ac perdifficile intentius aperire aggrediar. Nẽpe enim ſeipſum negare, a veritate decidere eſt. Porrò veritas Deus eſt, & a veritate cadere, à Deo eſt cadere. Si igitur veritas Deus eſt, veritatiſq; negatio eſt à Deo prolapſio, à Deo cadere Deus non poteſt, & nõ eſſe vt ſic dixerim nõ eſt. & non poſſe non poteſt ... nõ valere ſecundũ priuationẽ non nouit. Id ſapiens ille nõ intellexit, imitaturq; athletas imperitos, qui ſæpe imbecilles ſibi aduerſarios eſſe ſuadẽtes, cõtraq; abſentes ipſos fortiter adũbrata pugna dimicantes, & aerẽ caſſis ictibus conſtãter ferientes, aduerſarios ipſos ſuperaſſe arbitrãtur, ſeq; victores buccinãtur, cũ neq; illorũ nouerint vires. At nos diuinum ipſum Paulũ pro viribus aſſequentes, eũ qui ſupra virtutẽ eſt, Deũ vt omnipotentẽ celebramus, vt beatum ſolumq; potentẽ, vt dominantẽ in virtute ſua ſeculo, vt qui in nullo à ſubſtantijs exciderit, imò quæq; ſunt omnia excellenter & ante tẽpora habeat ſuperſubſtãtiali virtute ſua, qui his quæ ſunt, omnib. vt eſſe poſſint, & hoc ſint excellẽtis virtutis copia & exuberãti profuſione largitur.* De omnipotẽtia verò Dei adhuc idẽ pleniùs agit c. 10. eiuſdẽ libri de diuinis nominib. Porrò quædã eſſe quæ Deus nõ poteſt facere, & tamen hoc nõ derogare omnipotẽtiæ, poſt S. Patres explicat S. THO. AQVIN. vbi oſtẽdit, quòd Deus vult aliquid aliud à ſe neceſſitate ſuppoſitionis, & lib. 2. contra Gentiles, c. 25 atq; 1. par. Sũmæ q. 25. artic. 3 docet, qualiter Deus omnipotens dicatur quædã non poſſe: *Sunt autẽ multa quæ Deus nõ poteſt facere quin fuerint ſed hæc impotentia nõ præiudicat eius omnipotentia, quia repugnat rationi entis. Denique vt ibidẽ probat, in Deo eſt potentia actiua, potentia verò paſſiua in Deo non eſt. Secundũ autẽ vtramq; potentiã dicimur poſſe. Illa igitur Deus non poteſt, quæ poſſe potentia paſſiua ſunt. Quæ autẽ huiuſmodi ſunt, inueſtigandũ eſt. Primo quidẽ igitur potẽtia actiua eſt ad agere: potentia autẽ paſſiua ad eſſe. Unde in illis ſolis eſt potentia ad eſſe, quæ materiã habent cõtrarietati ſubiectam. Cum igitur in Deo potentia paſſiua non ſit, quidquid ad ſuũ eſſe nõ pertinet, Deus non poteſt. Non poteſt igitur Deus eſſe corpus, aut huiuſmodi. Adhuc, huiuſmodi potẽtia paſſiua motus actus eſt. Deus igitur cui potentia paſſiua non cõpetit, mutari non poteſt. Poteſt autè vlterius oſtendi & concludi, quod non poteſt mutari ſecundũ ſingulas mutationis ſpecies, vt quod nõ poteſt augeri, vel minui, aut alterari, aut generari, aut corrumpi, &c.* Lege oro ſi vacat reſiduum & reliquos Patres.

Conferentia de Sacramentis Eccleſiæ Pariſijs habita noſtro tempore, inter do minos Simonẽ vigor & Claudium de Sainctes, doctores Theologię, atque duos Caluini miniſtros, De Spina & la Roſiere.

Dionyſius Areopagita cap. 8. de Diuinis nominibus.

Ironia eſt.

Thomas Aquinas lib. 1 contra Gentiles c. 13.

Duplex potentia, Actiua & Paſſiua.

Deus quomodo dicatur mẽbra habere.] Narrat NICEPH. CALLIST. In Ægypto quoſdam Monachos extitiſſe, qui Antropomorphitæ appellati ſunt, qui dicebãt, Deũ mẽbra humana, vt faciẽ, oculos, nares, manus, &c. habere, & adhuc errorẽ vi, & violẽtia, atq; precio, quoſdã Epiſcopos attraxerunt, inter quos numeratur Theophilus Alexandrinus Epiſcopus, & Epiphanius; & Serapion vir ſimplex, & ſanctus, vt narrat ille IOAN. CASSIANVS in Collationibus Patrum, quas miro artificio in breue cõpendium redegit & concluſit, vnus noſtræ religionis PETR. POCQVETI, vtriuſq; iuris doctor celeberrimus atq; famoſiſſimus Ille, inquã, Caſſianus Collatione 10. c. 3. narrat, qualiter Serapion vir innocens, imperitia magis quã malitia, in hunc errorẽ lapſus eſt, à Paſnutio tamen ad verã fidem tandẽ reductus. Quàm autem hæc opinio erronea & craſſa ſit, ſuperfluũ eſt multis verbis oſtendere: quod tamen multi curarunt demonſtrare, ante quos tamen DION. AREOP. & TERTVL. CARTHAG. ORIG. ADAMAN. & reliqui Doct. primæ ætatis Eccleſiæ diligẽter probare ſtuduerunt, mẽbra illa quæ Deo attribuũtur, nõ ei ineſſe naturaliter, ſed ſecundũ quãdã loquẽdi formã. Hinc PHILO IVDÆVS libro. Quòd Deus ſit immutabilis, *Fabulæ* inquit *verbis quidem humanam formam, re autẽ humanos affectus Deo tribuunt. Cur igitur Moſes, pedes, manus, introitus, exitus, prædicat de illo ingenito? Cur ad arcendos hoſtes eum armatũ cur gladio, ſagittis, peſtifero igne, fulminibuſque inſtruit? Poetica iſta videtur, authorem ſummum arma dicet illæ diuerſa ſunt nomina. At hic noſter addit etiam zelum, furorem, iras, & cæteros humanos affectus, mil-*

Nicephorus Calliſtus libr. 11. hiſtoriæ eccleſiaſticę cap. 10.

Petrus Pocqueti Caleſtinus.

Dionyſius Areopagita. Tertullianus Carth. Origines Adamantius.

Philo Iudæus.

Reſpondebis tamen Sciſcitãtibus, Heus vos, oportet le- A
giſlatorem, vnicum habere propoſitum, vt proſit omni-
bus ad quos peruenit. Quotquot igitur fœliciorem natu-
ram ſortiti ſunt, & educationem inculpabilẽ, inuenta
hac vita via publica directaq́; veritate comite facient
iter, cuius veriſſimus de eo, qui eſt, myſterijs initiati, nihil
creatum aſſingunt ei. His diſcipulis maximè conuenit
capitulum illud ſacræ literaturæ. quòd Deus non ſit ſi-
cut homo, nec ſicut cœlũ, nec ſicut mundus: nam hæ ſpe-
cies habẽt qualitates ſuas, & percipiuntur ſenſibus. At
ille ne mente quidẽ comprehenditur, niſi hactenus quod
ſit. Eſt enim eſſentia quod in eo intelligitur, qua quidquid
caret, nihil eſt, &c. Idem libro de Sacrificio Abelis
& Caini. *Itaque* (ait) *ne illa quidẽ quæ inſunt homi-*
nibus, de Deo dicũtur propriè, ſed per quendã abuſum B
nominum, quo infirmitati noſtra ſuccurritur. Quamob-
rem aufer ô anima, quidquid eſt genitum, mortale,
mutabile, profanum, quando de Deo, ingenito, incorru-
ptibili, ſanctóque, ſolo beato cogitas, &c. Idem omninò
Euſebius Cæſarienſis. — demonſtrat gentilibus EVSEBIVS CAESA-
RIENSIS lib. 2. de Præparatione Euãgelica, c. 9.
& ſequentibus. Sed & multis verbis exponit, cur
Ioannes Chryſoſtomus. — Deo membra humana attribuantur, IOANNES
CHRYSOSTOMVS homil. 12. in Geneſin, dum
illud interpretatur: Et fecit hominem ad imagi-
nẽ & ſimilitudinẽ ſuã, &c. *Ne ſubijciamus* (ait) *Deũ*
Geneſ. 2. — *membrorum cõpoſitioni & figurarum delineationi, ſed*
honeſtè de Deo, vt de illo cõuenit, imaginemur. Simplex
enim, & incompoſitus, & infigurabilis eſt Deus. Nã ſi C
Deo membra & lineamenta attributuri ſumus, noſtris
opinionibus impulſi, mox in gentiliũ impietatẽ incide-
mus, & cętera quę reuoluas. Scripſit & librum de
Hieronymus Stridonenſis. — membris Domini HIERONYMVS STRIDO-
NENSIS, quem nuſquã adhuc legerim, & qui
meo iudicio in lucem nondum eſt emiſſus, quem
habeo manu antiquiſſima ſcriptũ, qui ſic orditur:
Omnipotẽs Deus, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus,
vnus eſt atque trinus, &c. Et poſt pauca ſic proſe-
quitur: *Vbicunque* (ait) *ſacra Scriptura ſparſim per*
diuinos libros, in Deo motus animæ, ſeu humana mem-
bra deſcribit, id eſt, caput, oculos, palpebras, aures, os,
labia, linguã, &c. Item motus animæ, iram, furorẽ, obli-
uionem, pœnitentiam, recordationem, &c. non carnali- D
ter iuxta hiſtoriam à rectè intelligentibus accipienda
ſunt, ſicut à Iudæis, pleriſq; hæreticis, carnaliter ſapien-
tibus, qui Deum corporeum atq; localem opinantur.
Sed ſpiritualiter omnia de eo intelligenda ſunt & con-
fitenda. Si quis autẽ ad Deum humana mẽbra ſeu mo-
tus animæ, more humano refert, & in eo eſſe credit, pro-
culdubio in corde ſuo idola fabricat. Et ſequẽter ſin-
gula mẽbra ſpirituali ſenſu proſequitur: quod &
Cyrillus Alexandrinus. — facit CYRILLVS ALEXANDRINVS li. 5. cõ-
tra Iulianum, paulò ante medium. Sed & ante eos
Gregorius Nazianzenus. — omnes GREGORIVS NAZIANZENVS ora-
tione 13. circa medium. Sed & IOANNES DA-
Ioannes Damaſcenus. — MASCENVS lib. 1. Orthodoxę fidei, c. 14. vbi my-
ſticè Deo attributa mẽbra exponit. Vide obſecro E
Concilij Forojulienſis ſub Carolo Magno. — locum. Porrò Patres Concilij FOROIVLIEN-
SIS ſub Adriano I. in Summa fidei, quã contexue-
re ex diuerſis floribus Patrum. *Et ſi legitur* (io-
quiuntur) *oculus Domini, vel brachiũ, vel dextera, &c.*
non membrorum poſitionem vel molem corporis, ſed ef-
fectum ſummæ & inenarrabilis diuinæ potẽtiæ integra
rectæ fidei credulitate debemus intelligere. Nam quia
omnia videt, & omnia penetrat, & cũcta nuda ſunt &
aperta ante eum, oculos habere dicitur. Quia verò nos
ſua virtute creauit, regit & protegit & defendit, bra-
chium, vel dexterã, habere perhibetur. Sed ſingularẽ
Anſelmus Cantuarienſis. — de his ſcripſit librũ ANSELMVS CANTVA-
RIENSIS, quẽ intitulauit de expoſitione mem-

brorum Dei, qui ſic incipit: *Vbicunque ſacra Scri-* A
ptura, &c. Nos quoq; de his multa tractauimus,
dũ exponeremus ex mente ſanctorũ Patrũ 1. ca-
put epiſtulæ ad Romanos, diſt. 5. in illud: *Reuela-*
tur enim ira Dei, &c.

Dij cur homines dicantur vel Angeli.]
Dionyſius Areopagita. — DIONYSIVS AREOPAGITA lib. Cœleſtis
Hierarchiæ, cap 12. vbi locutus eſt de ordine Hie-
rarchico beatorũ ſpirituum, & qualiter non eadẽ
eſt ſciẽtia & claritas inferiorum, ſicut & ſuperio-
rum, vt diximus in vocabulo, Angelus, ſubdit:
Quæri (ait) *ſolet, ſi extrema integrè non communicãt*
ſummis, quam ob cauſam, ſacerdos homo inter homi-
nes, Domini omnipotentis Angelus à ſacra Scriptura
nominatur. Eſt autẽ ea ratio, quia quemadmodũ primæ B
ſanctæ inferiorum proprietates affatim habent, ita &
vltimi priorum proprietates habent, licet modo non ſi-
Dij ſacerdotes appellantur & angeli. — *mili, ſed inferiore. Ita non eſt abſurdum, ſi ſacerdotem*
hominem Theologia Angelum vocat, qui pro viribus
Angelica proprietate docendo participat atq; ad An-
gelorum ſimilitudinem (vt homini poſſibile eſt) per
nunciandi officium nititur. Inuenies autẽ cœleſtes illas
Angelicaſq; ſubſtantias, in ſacris literis Deos quoque
appellari, ſanctos item viros & Dei familiaritate di-
Pſal. 64. & 81. Geneſ. 32. Ioan. 10. Exod. 7. — *gniſſimos, Deos dici, & certè cum diuinũ illud ſecretũ,*
exceptum ab omnibus & ſumma potentia maieſtatis
ſuper omnia locatum ſit, nihilq; in rerum natura ſimile
illi dici propriè & per omnia poſſit, ſic tamen quæcun- C
que ſpiritalis rationaliſq; ſubſtantia (dum id totis vi-
ribus, totaq; intentione) cõtendit, vt ei coniunctα, vnũ
cũ illo fiat, atque diuini eius fulgores hauriendos (quã-
tũ fas eſt) indeſinenti ſtudio ac deſiderio aſpirat, quòd
Deum pro viribus (ſi dici licet) imitari pergat, diui-
no quoque cognomine digna cenſetur.

Deus cur tentationes varias & afflictio
nes immittat.] Vide, Perſecutio, & epiſtolã 94.
Lupi Ferrarienſis, ad Marcuoadum, egregiam.

DIABOLVS.

Diabolus creatus eſt bonus, & malus
Philo Iudæus. — effectus eſt.] PHILO IVDAEVS ad calcem
libri de Confuſione linguarũ: Deum non fuiſſe
authorẽ mali, ſed tantùm boni, teſtatur. & libro D
de profugis, circa mediũ. *Ergo* (ait) *nullũ facinus*
Mali Deus nõ eſt author. — *ſuppuratum, deliſum, & data opera patratũ, meretur*
vt dicatur factũ ex Dei ſentẽtia, ſed ex noſtra propria.
Intra noſipſos enim (vt dixi) theſauri vitiorum ſunt,
apud Deum verò ſolorũ bonorũ. Quiſquis igitur eo cõ-
fugerit, id eſt, quicunque peccati authorẽ, non ſeipſum
ſed Deum incuſat, puniatur: nec proſit ei refugiũ, quòd
ſolis ſupplicibus eſt ſaluiferum, & meritò. Nam altare
plenum eſt immaculatis victimis, animabus, inquam,
purificatis & innocentibus. Eſt autem nauus inſanabi-
lis, authorẽ malorũ Deum dicere, &c. Hinc loquitur
de Dæmonibus ac Diabulis, an mali creati ſint,
D. DIONYSIVS AREOPAGITA libro de Di-
Dionyſius Areopagita. — uinis nominibus, par. 4. c. 4. *At quis dixerit quiſpiã,* E
ſi omnibus & pulchrũ & bonũ amabile eſt, & deſidera
bile ac diligibile, (deſiderat enim ipſum & quod nõ eſt,
vt antea diximus, & in ipſo eſſe fermè cõtendit, ipſũq;
eſt quod ſpeciẽ etiã informibus facit, & in ipſo etiã quod
Quomodo Dæmones in malis perſeuerent, & mali ſint ita creati. — *non eſt, ſuperſubſtantialiter dicitur & eſt) Quomodo*
dæmonũ turba, pulchrum ac bonũ non deſiderat, ſed affi-
xa materia & circa bonũ expetendum, Angelica idẽ-
titate delapſa, malorum omnium cauſa & ſibi ipſi &
alijs (quæque malitia dederunt manus) eſſe dicitur?
Quo item pacto, cum ex bono deducta ſit, dæmonica
cohors, boni ſpeciem nequaquam præfert? aut quo-
modo bona ex bono facta mutata eſt? Et quid eſt
quod ipſam efficit malam, & omninò quid eſt malum?

A

Malum vnde, & in qua ſubſtantiarum ſit.

& ex quo initio ſubſiſtit, & in qua ſubſtantiarum eſt, & qua ratione qui ſumme bonus eſt, ipſum producere voluit, vel, ſi voluit, potuit? Et ſi alia ex cauſa dicitur malum, quænam alia his quæ ſunt, præter ſummum bonum, eſt cauſa? Quomodo verò prouidentia cùm ſit, malum eſt, aut omninò ſit, aut certè non tollitur? Et quo pacto ipſum aliquid ex his quæ ſunt, bono omiſſo deſiderat? Iſta fortè dicturus eſt, quiſpiam, huiuſmodi dubitationibus motus. At nos contra orabimus, vt in rerum aſpiciat veritatem.

Reſponſio ad prædicta.

Ac primùm quidem illud confidenter dicemus, quòd malum ex bono nequaquam eſt, & ſi ex bono ſit, malum profectò non eſt. Neq; enim proprium eſt ignis refrigerare, neque boni nõ bona producere. Et ſi quæ ſubſiſtũt omnia ex bono ſunt. Natura eſt enim bono producere atq; ſeruare: malo autem corrumpere ac perdere.

Subtilis certè veritatis indagatio.

B

Nulla igitur ſubſtãtia ex malo eſt, neque quidem ex malo ipſum erit malũ, ſiquidem ſibi ipſi ſit malum. Quod niſi ita ſit, malum nõ omninò erit malum, ſed boni quandã ſecundũ quam ſubſiſtat habebit portionem, & ſi quæ ſunt, pulchrũ bonumq; deſiderant, & omnia quæcunq; faciũt propter id quod videtur bonum faciunt. Omniſq; ſubſtantia deſtinatio principiũ habet ac finem bonum illud: (neq; enim quicquã mali naturam aſpiciens, ea facit quæ facit.)

Malum an ſit ſubſtantia.

Quomodo ergo erit inter ſubſtantias malum? aut quo pacto ſubſtantia eſt, cùm ſit huiuſmodi bono appetitu deſtitutũ? Et ſi quæ ſunt omnia ex bono ſunt, bonũq; ipſum omnia ſuperat? Eſt quidẽ in bono, & quod non eſt ſubſtantia. Malum verò neque ſubſtãtia eſt (alioquin non omninò malum eſt) neque non ſubſtantia eſt: nam nihil erit quod omninò ſubſtantia non ſit, niſi in ſummo bono per ſubſtãtiæ ſuperexceſſum dicatur.

C

Malum eſt ſimplicitèr ens.

Igitur bonũ quidẽ erit longè prius, & eo quod ſimpliciter eſt, & eo quod non eſt, atq; excellentiùs fixum. Malum verò neq; in his, quæ ſunt, eſt, neq; in his quæ non ſunt, ſed ipſo quoq; quod non eſt à bono alienius eſt malum, multoq; à ſubſtãtia remotiùs. Unde ergo malum eſt? (dicet quiſpiam) niſi enim ſit malum, virtus & vitiũ idem erit. Ipſaq; omnis virtus, ipſum erit quod tota vitioſitas, & quæ particularis eſt virtus, hoc erit quod vitium itidẽ particulare, aut neq; quod virtuti aduerſatur erit malũ. Atqui contraria caſtitati luxuria eſt, iuſtitiæq; iniuſtitia. Neq; profectò dixerim, iuſtum, & iniuſtum, caſtumq; & luxurioſum, idem eſſe. Verùm & antequã foris appareat, virtutis aduerſus improbitatem diſſidentia, in ipſo priùs

D

omnia prorſus diſcant à virtutibus vita, perturbationeſq; contra rationẽ repellant, atq; ex his neceſſe eſt aliquod dare contrarium bono malum. Porrò vbi multa de malo locutus eſt, & probauit, ex Deo, nec in Deo eſſe malum, nec in Angelis eſſe malum. *Sed neque* (ait) *Dæmones natura mali ſunt.*

Diabolus natura non eſt malus.

Nam ſi ſunt per naturã mali, neq; ex bono ſunt, neq; inter ſubſtantias ſunt, neq; item ex bonis per naturam mutati, ſemperq; mali ſunt. Deinde ſibi, an alijs ſunt mali? Siquidem ſibi etiã ſeipſos perdũt. Si autem alijs, quomodo corrumpunt, aut quid corrumpunt? ſubſtantiã, an virtutem, aut operationem? Si ſubſtantiam, primùm quidẽ nõ vltra naturam. Nam quæ per naturã ſunt incorruptibilia, nequaquam corrũpunt, ſed quæ corruptionem

E

admittunt, &c. Et infrà: *Deinde quónam modo dæmones a Deo facti mali ſunt? Bonum enim bona producit & ſtatuit. At mali dicuntur, dixerit quiſpiam, ſed non ſecundum quod ſunt, ex bono enim ſunt, bonamq; ſortiti ſubſtantiam, ſed ex eo quod non ſunt, quod iuxta ſacra eloquia infirmati ſunt ad ſeruandum ſuũ principatum.*

Iudæ 1.

In quo enim obſecro, malos fieri dæmones dicimus, niſi in vacatione diuinorũm bonorũ habitus atq; operationis? Prætereà ſi natura mali ſũt dæmones ſemper ergo mali, atqui malũ inſtabile eſt. Itaq; ſi ſemper eodem modo ſe habẽt, non ſunt mali, ſemper enim idem

A

eſſe, boni proprium eſt. Si autem non ſemper mali, non natura mali ſunt, ſed Angelicorum bonorum indigentia.

Diabolus non omninò exors boni.

Neq; tamẽ omninò exortes boni ſunt, quia & ſunt, & viuunt, intelligunt, eſtq; in eis quidam deſiderij motus. Mali verò eſſe dicũtur, quod circa naturalem operationẽ infirmentur.

Malus quomodo dicatur.

Auerſio itaq; eſt illis malũ, (quòd exciderint potiùſq; ſũt naturalibus bonis) imperfectioq; & imbecillitas, & infirmitas, ac fuga & prolapſio virtutis cõſeruantis eos inditã perfectionem. Ad hæc quidnam eſt in dæmonibus malum? Furor irrationabilis, demens concupiſcentia, imaginatio præceps atq; proterua. Verùm iſta quamquã in dæmonibus ſunt, non prorſus neq; in omnibus, neq; ipſa ſecundũ ſe mala ſunt. Nãq; in alijs animantibus non iſta habere, ſed his carere, potiùs corruptio eſt animantis & malũ: ſicuti contra his niti, ſaluat & eſſe facit iſtis ſubnixam animantis naturam.

B

Non itaq; mala eſt dæmonum gens, qua parte ſecundum naturã eſt, ſed qua parte non eſt, neque immutatum eſt, traditum illis totũ bonum, ſed ipſi dato ſibi bono exciderunt. Neq; indulta illis Angelica munera, immutata dicimus, verùm ſunt & integra & lucidiſſima præſtant, licet ipſi non videant occluſis ſcilicet viribus, quibus bona ſua intueri poſſint, &c. multa lege cõſequenter.

Iuſtinus Martyr.

Homerus poeta.

Porrò Iustinus Martyr ſermone exortatorio ad gentes non longè à fine de præcipitio & caſu diaboli, locutũ fuiſſe Homerum ſub nomine Ates cõfirmat, atq; quomodo defecerit à Deo, & peccauerit, oſtẽdit luculentiùs in Dialogo cũ Trypho. Sed & Tertul. Carth.

Tertullianus Carthaginenſ.

C

li. 2. cõtra Marcionẽ eadẽ penè, quæ ſuprà Dionyſius, recenſet, & exponit quomodo Deus mala condere dicatur. Idẽ libro Apologetico aduerſus gentes. c. 22. De dæmonibus, eorumq; viribus & actionibus diſputat. &, c. 23. de Phantaſmatibus, Magicis, & dæmoniacis. Vide Magia, & Magicus.

Euſebius Cæſarienſis.

Porrò Eusebius Cæsariensis lib. 4. de Præparatione Euangel. c. 5. & 6. de Malitia dæmonũ cõtra Porphyriũ diſputat, omneſq; malos defendit, atq; eorum præcipitiũ deſcribit lib. 10. de Demonſtratione Euangel. demõſtratione 8. vbi & Chriſtũ ad inferos deſcendiſſe, & Patres extraxiſſe deſcribit, &c. quod & Epiphanius Cypri lib 2. contra hæreſes, tom. 2. vbi Cathalogũ ponit dogmatum Manichæi, qui duo

Epiphanius Cypri.

D

principia ponebat, ſ. bonũ & malũ, dicit quidem diabolum non natura malum eſſe, & omnia argumenta confutat eiuſdẽ Manichæi quibus ex ſcripturis probare nitebatur, Deum vel patrem eſſe diaboli. Oro lege, quia prolixior eſt ſermo, quàm hîc poſſit inſeri.

Lactantius Firmianus.

Ambroſius Mediolanenſis.

De dæmonum natura, & quinam æſtimati ſint apud veteres, abunde diſſeruit Lactantius Firmianus libro de Origine erroris, cap 15. & 16. Ambrosius Mediolanensis lib. vnico. de Paradiſo, c. 2. de Gloria diaboli, qualiter fuit in paradiſo, & inde præcipitatus eſt, copioſè tractat. atq; ſermo. 7. in Pſal. 118. vbi illud exponit: *Superbi iniquè agebant vſquequaque.* Nimium autẽ morarer, ſi omniũ Patrum ſuper hoc vellem ſententias producere, vnica ſuf-

E

ficiet pro mille, beatiſſimi Augustini Hipponensis ſententia, qui libro cõtra Iulianum, c. 20. *Diabolus* (ait) *Angelus quidẽ ex opere Dei bonus, ſed ex opere ſuo malus effectus, ſe primũ vulnerãdo proſtrauit, vt eliſus elideret, & per malã præuaricationẽ ſuaſionis vulnus infligeret, vnde genus humanum etiã in his, qui viam Dei ambulant, claudicaret.* Idem lib. 19. de Ciuitate Dei, cap. 13. *Diaboli natura, inquantum natura eſt, mala non eſt, ſed peruerſitas malam eam fecit. Itaque in veritate non ſtetit, ſed veritatis iudicium non euaſit. Inordinis tranquilitate non manſit.*

A

nec ideò tamen poteſtatem ordinatoris effugit. Bonum Dei quod ille eſt in natura, non enim ſubtrahit iuſtitia Dei qua ordinatur in pœna. Nec ibi Deus bonum inſequitur quod creauit, ſed malum quod ille commiſit. Neque enim totum aufert, quod natura dedit, ſed aliquid adimit, aliquid relinquit, vt ſit qui doleat quod ademit. Et ipſe dolor teſtimonium eſt boni adempti, & boni relicti. Niſi enim bonum relictum eſſet, bonũ amiſſum dolere non poſſet. Idem in Dialogo ad Oroſinm,

Cùr Deus Diabolũ creauit, malum futurũ.

tomo 4. *Diabolus* (ait) *ſeipſum fecit, non enim natura, ſed peccando Diabolus factus eſt. Facere autem eum debuit Deus, cùm per ſuam iuſtitiam, & prouidentiam de malitia Diaboli multos corrigat. Vnde Apoſtolus ait: Quos tradidi Sathanæ vt diſcant non blaſphemare.*

B

Non tamen eſt bonus, quia voluit: imo malus eſt inquantum Diabolus eſt. Sed bonus & omnipotens Deus eſt, qui etiam de malitia eius multa iuſta & bona operatur. Non enim Diabolo poteſt imputari, niſi voluntas ſua, quia conatur facere malum, non Dei prouidentia quæ de ipſo bene facit, &c. Cyrillvs

Cyrillus Hieroſolymitanus

Hierosolymitanvs Catecheſi 2. vbi inquirit, quid ſit & vnde ſit peccatum. *Princeps* (ait) *peccati eſt Diabolus & pater malorum. Hoc autem Dominus dixit, non ego, Quòd ab initio Diabolus peccat.*

Quomodo peccauit Diabolus

Peccauit autem ex neceſſitudine naturæ vitium ſuſcipiens, quæ ſic peccati occaſio, rurſum in opificem retorqueatur. Sed bonus creatus, propria voluntate factus eſt Diabolus, ab actione capiens cognomen.

Diabolus vnde.

C

Archangelus enim cùm eſſet bonus, Diabolus poſtea ſeu calumniator à calumniando dictus eſt. Bonus cùm eſſet Dei miniſter, Sathanæ deinceps nomen tulit.

Sathanas vnde

Sathanas autem aduerſarium ſignificat. Tum Ezechielem prophetam citat. *Tu ſignaculum ſimilitudinis, &c.*

Leo I.

Hinc Leo I. epiſtola 91. ad Turibium Aſturienſem Epiſcopum, cap. 6. Arguit Priſcillianiſtas, & illos qui aſſerunt, Diabolum nunquã fuiſſe bonum, & quòd natura eius non ſit Dei opificium,

Diaboli natura eſt Dei opificium.

ſed eũ ex chao & tenebris emerſiſſe, quia ſcilicet nullum ſui habeat autorem, ſed omnis mali ipſe ſit principium atque ſubſtantia, cùm fides vera, quæ eſt Catholica, omnium creaturarũ ſiue ſpiritualium ſiue corporalium, bonam confiteantur ſubſtãtiam, & mali nullam eſſe naturam,

D

quia Deus qui vniuerſitatis eſt conditor, nil non bonum fecit. Vnde & Diabolus bonus eſſet, ſi in eo quod factus eſt, permaneret. Sed quia naturali excellentia malè vſus eſt, & in veritate non ſtetit, non in contrariam tranſit ſubſtantiam, ſed à ſummo bono cui debuit adhærere, deſciuit. Malum enim non eſt ſubſtantia, ſed pœna ſubſtantiæ. Eadem omninò docet Concilium Bracarense I. cap. 7. & 8.

Concilium Bracarenſe 1.

Si quis, (ait) *credit, quòd aliquantas in mundo creaturas Diabolus fecerit, &*

Nota.

tonitrua, & fulgura, & tempeſtates & ſiccitates, ipſe Diabolus ſua authoritate faciat, ſicut Priſcillianus, anathema ſit. Hanc doctrinam ſuperius aſſertam confirmat, & exponit Ioannes Damascenvs lib. 2. cap. 4.

E

Ioannes Damaſcenus.

Non habent, (inquit) *dæmones poteſtatem in aliquo, neque fortitudinem, niſi à Deo diſpenſatoriè permittantur. Permiſſione autem Dei facta, & fortitudinem habent, & transferuntur, & transformantur in quam volunt figuram, ſecundum imaginationem. Et futura quidem, neque Angeli, neque dæmones ſciunt: prædicunt tamen Angeli, Deo illis reuelante, & prædicere præcipiente.*

Dæmones neſciunt futura.

Prædicunt dæmones quandoque ea quæ longe futura ſunt proſpicientes, quandoque verò conijcientes: vnde & pleraque mentiuntur, quibus non præſtanda fides, & ſi ſæpe numero vera profiteantur, &c. De his plura alias dicemus, vt promiſimus. Porrò de his diſſeruit, & quidem

A

ſubtiliſſimè Clavdivs Rapinas Cœleſtinus, in eo libro quem dictauit, De mirabili potentia artis & naturæ, quem & prælo committi curauit Orontius Delphinas Mathematicus regius, & Reuerendo Patri Carolo Dangeſt, Nouiomenſi Epiſcopo, dicauit.

Claudius Rapinas Cœleſtinus.

Diaboli malignitas & inſidiæ in Eccleſiam Dei, & membra eius.] Hæc propoſitio non multis eget probationibus, quandoquidem ab initio ſatis patuit, quantum tam per tyrannos, quàm hæreticos, vſque in præſens tempus graſſatus ſit. Verùm hoc in dictione, Hæreticus, & Eccleſia, atque alijs vocabulis oſtendetur. Tamen ne ſine teſtimonio procedamus, Clemens I.

Clemens I.

B

libro 6. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 5. *Diabolus* (ait) *inuidens ſanctæ Dei Eccleſiæ, excitauit in nos ærumnas & perſecutiones, perturbationes, blaſphemias, Schiſmata, hæreſes. Nam populum illum propter Chriſtum interfectum ſibi ſubegit: nos qui ab eius vnitate receſſimus, varijs modis tentat, vt olim beatum Iob.*

Iob. 1. & 2.

Nam & ſummo Pontifici Ieſu filio Ioſedec reſtitit, & nos ſæpe cribrare voluit, vt deficeret fides noſtra.

Zachar. 3.

Luc. 22.

Sed magiſter noſter illum in iudicium adducens, dicebat: Increpet in te Dominus diabolo, & increpet in te Dominus, qui elegit Iſrael. Idẽ Ignatius Martyr epiſtola ad Smyrnenſes De diaboli inueterato odio & malitia in Chriſtianos, & Eccleſiam, abunde diſſerit.

Ignatius Martyr.

Atque epiſtola ad

Diabolus Hæreſes & ſchiſmata procurat

C

Philippenſes: *Iudæis* (ait) *Diabolus auxiliatur ad negationem crucis, Græcis ad calumniã Magiæ, Hæreticis ad imaginationem, varius eſt enim malorum dux, animi ſeductor, inconſtans ſibi ipſi contrarius, & alia quidem ſuggerens, alia verò oſtentans. Sapiens eſt enim ad malefaciendum, quod autem eſt bonum ignorat. Ignorantia refertus eſt, voluntaria dementia. Quo enim modo eiuſmodi non ſit qui ne rationem quidem, quæ ſeſe palam oſtentat, cernat, &c.* Denique diabolum omnes excitaſſe hæreſes contra Eccleſiam, apertè docet Tertvllianvs Carthaginensis libro de Præſcriptionibus aduerſus hæreticos:

Tertullianus Carthaginenſ.

Quæritur (ait) *à quo intellectus interpretetur eorum quæ ad hæreſes faciant? A diabolo ſcilicet,*

D

cuius ſunt partes interuertendi veritatem, qui ipſas quoque res ſacramentorum diuinorum in idolorum myſterijs æmulatur.

Diabolus etiã ſacramenta Eccleſiæ peragere curat ad deceptiones. Attende Caluine. Hæreſes & Idololatria, idem.

Tingit & ipſe quoſdam vtique credentes, & fideles ſuos expiationem delictorum de lauacro repromittit, & ſic adhuc initiat mitra, ſignat illic in frontibus milites ſuos, celebrat & panis oblationem, & imaginem reſurrectionis inducit, & ſub gladio redimit coronam. Quid? quòd & ſummum Pontificem in vnius nuptijs ſtatuit? Habet & virgines, habet & continentes. Cæterùm ſi Numæ Pompilij ſuperſtitiones reuoluamus, ſi Sacerdotalia officia, inſignia, & priuilegia, ſi ſacrificantium miniſteria, & inſtrumenta, & vaſa ipſorũ ſacrificiorum, ac piaculorum, & votorum curioſitates conſideremus, nonne manifeſtè diabolus moroſitatem

E

illam Iudaicam imitatus eſt? Qui ergo ipſas res de quibus ſacramenta Chriſti adminiſtrantur, tam æmulanter affectauit exprimere in negotijs idololatriæ, vtique & idem & eodem ingenio geſtijt & potuit inſtrumenta quoque diuinarum rerum & ſacramentorum Chriſtianorum, ſenſum de ſenſibus, verba de verbis, parabolas de parabolis profana & æmula fidei attemtare. Et ideò neque à diabolo immiſſa eſſe ſpiritualia nequitiæ, ex quibus etiam hæreſes veniunt, dubitare quis debeat, neque ab Idololatria diſtare hæreſes, cùm & authoris & operis eiuſdem ſint, cuius eſt & Idololatria. Sic & Nouatus inſurrexit in Eccleſiam Chriſti, vt aſſerit Cyprianvs Carthaginensis libro

Cyprianus Carthaginenſ.

1. epiſtolarum, epiſtola 3. ad Cornelium: *Sed &*

Gentiles

A *Gentiles & Iudæi (ait) minantur & Hæretici que-*
furioſa voce teſtãtur venenatam rabiem ſuam, & om-
nes quorum pectora & mentes Diabolus obſidet. Non
tamen idcircò cedendum eſt, quia minantur: aut ideò
aduerſarius & inimicus maior eſt Chriſto, quia tan-
tum ſibi vendicat & aſſumit in ſeculo, &c. Ante-
Anterus 1. rvs 1. epiſtola 1. ad Epiſcopos Prouinciæ Boë-
Ioannis 8. ticæ & Toletanæ: *Diabolus (ait) ab initio men-*
1. Corinth. 15. *dax, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem vt de-*
ciperet ſe antè decepit, pudicitiæ aduerſarius, luxuriæ
magiſter, crudelitatibus paſcitur, abſtinentia punitur,
odit ieiunia, miniſtris ſuis prædicantibus dum dicit
eſſe ſuperflua, ſpem non habens de futuris, Apoſtoli
ſententia repercuſſus, dicentis. Manducemus & biba-
mus, cras enim moriemur. O infelix audatia: ô deſpe-
rata mentis aſtutia! Ipſe enim hortatur odia, & fugat
B *concordiam, & quia facilè ad deteriorem partem mens*
humana trãſducitur, volens magis per ſpatioſam viam
ambulare, quàm arcta via iter cum labore tranſire.
Cyprianus Carthaginenſ. Cyprianvs Carthaginensis lib. 3.
epiſtolarum, epiſtola 1. ad Lucium: *Non enim per-*
ſequitur & impugnat Chriſti aduerſarius, niſi caſtra
Nota. *& milites Chriſti, Hæreticos proſtratos ſemel & ſuos*
factos contemnit & præterit, eos quærit deiicere, quos
videt ſtare. Sixtvs II. epiſtola 1. ad Gratum
Sixtus 2. Epiſcopum: *Antiquus hoſtis, terrarum locis à tenta-*
Geneſ. 3. *tione non excluditur, quia ſi in paradiſo hominem ſtra-*
Sapient. 2. *uit, quis locus extra paradiſum eſſe poteſt, in quo men-*
tes hominum penetrare non valeat. Antiquus enim ho-
C *ſtis (cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum)*
ſunt ſemper oculi vigiles, ad animos hominum illaqueã-
dum, multóſque ſua prauitate ſecum in perditionem
trahere cupit, qui ſuapte malitia à gloria lapſus eſt in
Syricius 1. *miſeriam.* Idem & Syricvs I epiſtola 2. ad Me-
diolanenſes, vbi eadem omninò verba depromit,
quę ſupra ex Antero protulimus. Egregiè quidem
Ambroſius Mediolanenſis de inſidijs diaboli Ambrosivs Medio-
lanensis, & de prælijs eius contra Eccle-
ſiam, agit, in oratione contra Auxentium Arria-
num libro 5. Epiſtolarum, poſt epiſtolam 32. Sed
prolixiùs agit, quàm hîc poſſit allegari. Sed &
Ioannes Chryſoſtomus. Ioannes Chrysostomvs homilia 31.
in Geneſin, de Confuſione turris Babel ſermoci-
nans: *Quemadmodum (ait) Pirata, quando videt*
D Pulchra collatio Geneſ. 11. *nauem multis multis mercibus oneratam, & pluri-*
mas adducentem diuitias, tunc potiſſimum varijs mo-
liuntur inſidijs, vt poſſint mercibus omnibus nauigantes
illos ſpoliare: ita ſanè & Diabolus, cùm viderit ſpiri-
tuales diuitias coaceruatas, alacritatem feruidam,
mentem vigilem, & quotidie diuitias augeri crucia-
tur, & dentibus frendet, & quaſi pirata circuiuit, &
innumeras excogitat artes, vt ſi qua vel paruum inue-
niat aditum, quidquid nobis eſt ſpiritualium diuitia-
rum deprehendetur, &c. Idem homil. 4. in Iob: *Cùm*
tentaret Iob Diabolus, neſciebat quemnam finem cer-
tamen reſpiceret. Non enim tentaſſet, ne maiorem ſe-
cum confuſionem traheret. Sed & quæ in ſanctis paſſus
eſt martyribus, eadem & in Iob. Trucidauit martyres,
E *quò deleret Eccleſiam, neſciens quòd poſt martyres flo-*
Hieronymus Stridonenſis. *reret Eccleſia.* Et Hieronimvs Strido-
nensis epiſtola ad Euſtochium, de Cuſtodia
virginitatis, incipit: Audi filia, &c. *Non quærit Dia-*
bolus homines infideles, non eos qui foris ſunt, & quo-
rum carnes rex Aſſyrius in olla ſuccendit, de Eccleſia
Chriſti rapere feſtinat. Eſca eius ſecundum Abacuc
electa ſunt. Iob ſubuertere cupit, & deuorato Iuda, ad
cribrandos Apoſtolos expetit poteſtatem, &c. Hinc
Avgvstinvs Hipponensis libro pri-
mo quæſtionum veteris & noui Teſtamenti. q. 2
Diabolus (ait) voluntatem ſuam facientibus parcit,

A *à quibuſdam neotericis diſſimulat, ad Dei auxilium*
confugere volentibus offendicula, & impedimenta op-
ponit, ſeruis Dei inſidias tendit, & promptioribus circa
eius obſequia magis infeſtus eſt. Vnde Gentiles non
quærit, Iudæos non quærit, malæ vitæ conuerſationis ho-
mines non quærit, ſed quærit Dei ſeruos, & Chriſti fa-
mulos quos ſibi ſcit inimicos, quia factum & præſum-
ptionem eius condemnant. & cætera multa varijs in
locis. Hinc Flavianvs Constantino- Flauianus Conſtantinopolitanus.
politanvs epiſtola ad Leonem I. cap. 1. De
erroribus Eutychetis. *Nulla res Diaboli venena*
compeſcit, nec continet mortiferas eius ſagittas. Et
Gregorivs I. lib. 7. epiſtola 53. ad Secundium Gregorius 1.
incluſum. *Antiquus (ait) hoſtis, mox vt otioſam men-*
tem inuenerit, ad eam ſub quibuſdam occaſionibus lo-
cuturus accedit, & quædam ei de geſtis præteritis ad
B *memoriam reducit, audita quondam verba indecenter*
cogitationi reſonat, & ſi qua dudum turpiter acta ſunt,
eorum ſpecies oculis cordis apponit, vt quem de præ-
ſentibus non valet inquinare, de malis tranſactis vio-
let, & decepta mens ſæpe inde delectationem reparat,
vnde diu iam ſe per pœnitentiam afflixit, ita vt verè Pſal. 37.
cùm Pſalmiſta dicat, Computruerunt & deteriorata
ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. Cicatrix
quippe figura eſt vulneris iam ſanati. Cicatrix ergo ad
putredinem redit, quando peccati vulnus quod iam
per pœnitentiam ſanatum eſt, in delectationem ſui ani-
mum concutit. Sæpe quod nunquam fecimus, per hoſtis
callidi inſidias cordis oculis videmus. Cùmque inſenſi-
C *biliter in hoc delectatio ſubrepit, quamuis iam plangat*
quæ fecerat, tædet tamen infœlicem animum quædam
non feciſſe quæ plangat. Hæ ſunt cordis noſtri tenebræ,
quas in hac vita volentes nolentéſque ſuſtinemus. Quis
contra hæc quærendus eſt, niſi adiutor in opportunitati-
bus in tribulatione. Idem libro 7. epiſtola 126. ad
Reccaredum regem Gothorum, & Sueuorum,
cap. 4. *Sæpe (ait) malignus ſpiritus, vt bona deſtruat,*
quibus priùs aduerſari non valuit, ad operantis men-
tem poſt peractam operationem venit, eámque tacitis
cogitationibus, in quibuſdam ſuis laudibus excutit, ita
vt decepta mens admiretur, ipſa quam ſint magna quæ
fecit, quæ dum per oculũ timorẽ apud ſemetipſum ex
tollitur, eius qui donũ tribuit, gratia priuatur. Tha-
rasivs Constantinopolitanvs Tharaſius Conſtantinopolitanus Epiſcopus.
D epiſtola ad Adrianum I. quæ eſt incerta, actione
7. Concilij 2. Nicæni generalis 7. *Inueteratus hoſtis*
Diabolus, Eccleſiam ſuper fundamentum Apoſtolo-
rum & Prophetarum, per diuerſa tempora iuxta be-
neplacitum Dei, ædificatam, non ſtuduit non conuellere
& interturbare, ſeipſum ſcilicet vt inferens per quoſ-
dam aſſeclas ſuos, viros improbos per quos etiam ziza-
nia ſeminauit, in hac eleganti terra ab Apoſtolis ex-
culta. Hi ſiquidem accepta à ſuperiis poteſtate, in ſul-
cis diuina efficacia ſeminatum frumentum reliquere,
quorum diuinam doctrinam arripientes Patres noſtri
admirandi, zizania quidem extirparunt, nimirum hæ-
reſes & nuperas vaniloquentias radicitus vſque euel-
lentes, & dimiſere meſſem puram Eccleſiæ.

Diaconvs.

E Diaconi qui ſint, & vnde dicti.] Iam in
multis locis de Diaconis egimus, cùm ſe opportu-
nitas, & locus offerret, veluti in dictione, Baptiſ-
mus, Clerici, & Cœlibatus: vbi pro vario ſenſu, de
Diaconis agendum fuit. Et infrà adhuc in voca-
bulo, Ordo, Presbyter, &c. dicenda quædam
ſunt, quæ non potuere aliter transferri. Hîc
autem quod proponitur, breuiter explican-
dum reſtat, quamuis notum ſit omnibus ſatis,
quòd Diaconi in primitiua Eccleſia fuerint inſti-
tuti, & quod eorum ſit munus & officium. De

quibus

Concilium Aquiſgranenſe. A quibos ſic loquitur Concilium AQVISGRANENSE I. ſub Ludouico I. Imperatore, cano.7. vbi textum & authoritatem profert ISIDORI

Iſidorus Hiſpalenſis. HISPALENSIS lib.7. de Officijs Eccleſiaſticis, cap.8. *Diaconorum* (ait) *ordo a tribu Leui cepit exordiũ. Precepit enim Dominus Moſi, vt per ordinationem Aaron Sacerdotis & filiorum eius, rurſus Leui tribus in diuini cultus miniſterio ordinarentur, & cõſecrarentur Domino, pro omnibus primogenitis, & ſeruirent pro Iſrael, coram Aaron & filijs eius, in tabernaculo Dei excubantes die ac nocte in templo, ipſiq; geſtarent arcam & tabernaculum & omnia vaſa eius, &*

Numeri 8. *in circuitu tabernaculi caſtra ipſi conſtituerent, & in promouendo tabernaculo ipſi deponerent, rurſus ipſi componerent.* B *A viginti quinque annis & ſupra in tabernaculo ſeruire ipſis mandatum eſt.* Quam regulam ſancti Patres, & in nouo Teſtamento conſtituerunt, vt

Cyrillus Hieroſolymitanus. CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS narrat, Catecheſi 17. & infrà oſtendetur. vide ſequentia.

Clemens I. Diaconi vt eligantur.] CLEMENS I. libro 3. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap.15. refert ſic Apoſtolos ſtatuiſſe, poſtquam de eis ordinandis ac reliquis gradibus egerunt: *Ideo ô Epiſcope, coadiutores vitæ tuæ, & iuſtitiæ operarios Diaconos, Deo acceptos gratoſq; elige, quos ex omni populo probatos, iudicas eſſe dignos, & ad vſum miniſterij idoneos.* Et cap.19. ſubditur: *Sint Diaconi nulla ex par-* C *te reprehendendi quemadmodum & Epiſcopo tantùm ſint faciliores, accommodati ad multitudinem Eccleſiæ, vt infirmis miniſtrare valeant velut operarij, qui pudore non deterreantur.* Hinc POLYCARPVS

Polycarpus Smyrnenſis. SMYRNENSIS epiſtola vnica ad Philippenſes, *Diaconi* (ait) *inculpabiles ſint in conſpectu Iuſtitiæ Dei, & Epiſcopi miniſtri, & non hominum: non criminatores, neque detractores, neque auari, ſed omnia tolerantes, in omnibus miſericordes, diligentes in omnibus, ambulantes in veritate Domini, qui factus eſt miniſter omnium.* Et IGNATIVS MARTYR

Ignatius Martyr. plurles Diaconorum meminit in epiſtolis, vt ſuis locis repoſuimus. Meminit & CLEMENS ALE-

Clemens Alexandrinus. XANDRINVS libro 6. Stromatum eorundem, D vide in vocabulo Ordo, & Clerici, & cæteris huiuſmodi vocabulis.

Diaconorum munus & officium.] Ea ſuperioribus hoc ſatis euidenter patuit, atque iam in alijs vocabulis, vt Clericus, Cantor, &c. Ea Concilio Romano ſub Gregorio I. dictum eſt. Verùm etiam, quia res expoſcit, pauca dicenda ſunt. Eorum igitur munus & officium, ex ipſis inſtitutionibus Apoſtolorum, tradit CLEMENS

Clemens I. I. libro 2. cap.30. Conſtitutionum Apoſtolicarum: *Diaconus* (ait) *Epiſcopo aſſiſtat, vt Chriſtus Patri, & miniſtret ei in omnibus ſine reprehenſione, quemadmodum Chriſtus à ſeipſo nihil faciens, quæ grata ſunt Patri, facit omninò.* Idem repetit & libro tertio, E cap.14. Idem libro 2. cap.48. *Omnia quidem Diaconus ad Epiſcopum referat, vt Chriſtus ad Patrem refert, ſed quæ poteſt ipſe per ſe gubernet, accepta ab Epiſcopo poteſtate, vt Dominus a Patre & creandi & prouidendi poteſtatem accepit. Grauiora Epiſcopo iudicet; verùm eſto Diaconus Epiſcopi auditus, oculus,*

Exod.18. *os, cor, anima. Ne ſit in multis ſolicitus Epiſcopus, ſed tantùm in præcipuis, quemadmodum & Ietro Moſem admonuit, & eius conſilium probatum fuit.* Lege etiã

Quæ Diacono non licent. ſuprà, ex lib.3. cap 15. Idem lib.8. cap.34. *Diaconus* (ait) *non benedicit, non dat benedictionem, accipit autem à Presbytero vel Epiſcopo. Non baptizat non offert: offerente Epiſcopo vel Presbytero, ipſe dat populo, non veluti ſacerdos, ſed veluti miniſtrans ſacerdoti.*

A *Ex alijs clericis, Diaconi officium facere liceat nemini. Diaconus excommunicat Hypodiaconum, lectorem, cantorem, diaconiſſam, ſi quid tale contingat abſente presbytero.* Idem epiſtola 1. ad Iacobum fratrem

Vltima Petri verba, de Diaconorum officio. Domini, dum vltima Petri verba recenſet, & allegatur à Gratiano, diſtinct.93. cap. Diaconi Eccleſiæ. *Diaconi* (inquit) *Eccleſiæ tanquam oculi ſint Epiſcopi, oberrantes & circumluſtrantes, cum verecundia actus totius Eccleſiæ, & perſcrutantes diligenter ſiquidem viderint, vicinum cuiuſquam præcipitio & proximum eſſe peccato, vt referant hoc ad Epiſcopum, & commoneri ab eo poſſit is, qui in præcipitium lapſurus eſt, vt commoneatur & non corruat in peccatum. Negligentiores quoque & eos qui rariùs ad audiendum ver-* B *bum Dei accedunt, nec ſolicitè ad Epiſcopi tractatum conueniunt, ipſi commoneant & hortentur. Sed & eos qui ſecundum carnem ægrotant, ſolicitè perquirant, & plebi (ſi fortè plebs ignorat) indicẽt de his, vt ipſi viſitent eos, & quæ neceſſaria ſunt præbeant illis, cum conſcientia eius qui præeſt, quod tamen etiam ſi clam fecerint, non peccabunt. Sed & de peregrinis ſimiliter Epiſcopo ſuggerant reſouendis: & cætera his ſimilia, quæ ad cultum Eccleſiæ & diſciplinam eius pertinent, Diaconis cura ſint.* Idem omninò poſteà ſtatuit

Euariſtus I. EVARISTVS I. epiſtola 1. ad Epiſcopus Africæ. Et Concilium NEOCÆSARIENSE quod

Concilium Neocæſarienſe. primum omnium videtur canone 15. qui & allegatur in Concilio Aquiſgranenſi I. cano.64 ad C literam. *Diaconi* (ait) *ſeptem eſſe debent ex canone,*

Actuum 6. *etiam ſi ſit magna ciuitas: eius autem rei fidem facit liber Actorum.* Hunc canonem citans CONCI-

Concilium Conſtantinopolitanum 3. generale 6. LIVM GENERALE VI. quod 3. Conſtantinopolitanum dicitur, cano.16. ſtatuit vt huiuſmodi Diaconi non de his accipiantur, qui miſterijs ſeruiunt, ſed quibus concedatur diſpenſatio humanitatis & ſtudij in eos qui indigent. Hinc Con-

Concilium Romanũ 2. ſub Syluestro 1. cilium ROMANVM II. ſub Syluestro I. Epiſcoporum 284. actione 2. cap.6 & 7. Statuit, vt Diaconi non eſſent plus vel amplius per Parochiarum examen, niſi duo, & Diaconi Cardinales vrbis Romæ 7. ita tamen vt Dalmaticis vterentur, & pallia linoſtima lenam eorum tegerét. Statuit- D que vt à Subdiacono vſque ad lectorem, omnes ſubditi eſſent Diacono Cardinali vrbis Romæ, in Eccleſia honorem repræſentant tantùm, Pontifici verò Presbyteri, &c. Huiuſcemodi meminit

Hieronymus Stridonenſis. HIERONYMVS STRIDONENSIS in epiſtola illa pulcherrima ad Euagrium, tomo.2. quæ ſic incipit, *Legimus in Eſaia Fatuus &c.* Lege per totum. Breuiſſimum quoque eſt Decretum Cõ-

Concilium Carthaginenſe 4. cui interfuit Auguſtinus. cilij CARTHAGINENSIS IV. cano.37. & allegatur à Gratiano diſtinct.93. cap. Diaconus. *Diaconus ita ſe Presbyteri, vt Epiſcopi, miniſtrum nouerit.* Vide ſequentia.

Diaconorum ordinandorum ætas.] Vide hoc etiam in vocabulo, Ordinandus, vbi gene- E rale Decretum de omnibos ordinibus ſacris ponitur. Quod autem ad Diaconi ordinem ſpecialiter ſpectat, breuiter hic ſubnectemus. Sic igitur ſtatuit Concilium CARTAGINENSE III.

Concilium Carthaginenſe 3. ſub Syricio, cano.4. & allegatur à Gratiano diſtinct.77. c. Placuit. & cauſa 20. quæſt.1. Placuit. *Placuit vt ante viginti quinque annos nec Diaconi ordinentur, nec virgines conſecrentur, & vt lectores populum non ſalutent,* (in antiquis quoque codicibus additur, nec clerici ordinentur.) *niſi primum diuinis ſcripturis inſtructi vel ab infantia eruditi, propter fidei profeſſionem vel aſſertionem.* Idem omninò

Concilium Hipponenſe & Concilium Turonenſe. Concilium HIPPONENSE cap.5. hunc quoque canonẽ allegat Conciliũ TVRONENSI II.

sub

Concilium Vormatienſe. Concilium Agathenſe ſub Sixto 3.

ſub Carolo Magno c. 31. & Concil. V o r m a t. A c.69.& ante hæc omnia Concil. A g a t h. cano. 16.&allegat Gratianus diſt.77.c.Epiſcopus. *Epiſcopus benedictionem Diaconatus minoribus, quàm viginti quinque annorum,penitus non committat.* Vide &c, presbyter. Idem etiam confirmauit poſtea

Concilium Arelatenſe 3.

Concilium A r e l a t. I I I. c.1.Vide, rogo te, vocabulum,ordinandorũ ætas.&c. Vide ſequent.

Clemens 1.

Diaconi qualiter ordinentur.] Vide,ordo. Porrò C l e m e n s I. lib. 8. conſtitutionum Apoſtolicarum c.25.refert,ſic Philippum Apoſtolũ ordinaſſe.*De ordinatione Diaconorum ego Philippus diſpono. O Epiſcope impones ei manus, præſentibus presbyteris,& Diaconis,& orando dices.Oſtende Domine faciem tuam ſuper hunc ſeruum tuum, electum* B *tibi ad Diaconatum, & reple eum Spiritu ſancto & virtute, quemadmodum repleuiſti Stephanum martyrem,& imitatorem paßionum Chriſti tui, vt rite administrato credito ſibi Diaconatu,conſtanter,laudabiliter,innocenter, maioris gradu dignus efficiatur, interuentu vnigeniti filij tui cum quo tibi gloria,&c.* Hinc

Dionyſius Areopagita, cũ hoc ſcriberẽt eius feſtiua dies celebratur.

D i o n y s. A r e o p a g. cuius hodie ſolenne feſtum agitur anno 1570. lib. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ parte 2. cap. 5. tractans de ordinatione graduum Eccleſiaſticorũ (vt ſuis locis dicetur) dum ad Diaconi ordinationem venit,ſic loquitur: *At verò miniſter* (quem & infrà Diaconum appellat) *altero tantùm coram ſanctis altaribus poſito genu, ſacrantis ſe Pontificis dexteram in capite præfert, atque* C *ab eo perficitur, precationibus ad eam rem accommodatis. Sunt quidem iſta præſulibus & ſacerdotibus ac*

Dicant,nunc Caluiniſtæ quid de ceremoniis ſentiãt.

miniſtris in ipſorum conſecratione communia, acceſſus ad altare diuinum,poſitio genuum, manuſque Pontificalis impoſitio,crucis impreſſio,prædicatio conſummãſque ſalutatio. Sed quædam ſunt, quæ ſpecialiter cuique ordini conferuntur, vt ſuis locis inuenies, quæ & myſticis pulchrè ſenſibus proſequitur.

Concilium Carthaginenſ 4.

Porrò Concil. C a r t h a g. IV.cano.4.allegatur à Gratiano diſt.23.c.Diaconus:*Diaconus* (ait) *cùm ordinatur,ſolus Epiſcopus qui eum benedicit, manum ſuper caput illius ponit, quia non ad ſacerdotium, ſed ad miniſterium conſecratur.* Vide plura in dictione,ordo.&c. Et quod ſequitur. D

Diaconi vnica ſtola vtantur.] Hoc debet referri ad præcedentem annotationem Nam licet ibi non ſit facta mentio ſtolę ſeu orarij,quod Diaconis datur in eorum ordinatione,tamen credendũ eſt,quòd eis ab initio dabatur. Vnde quia fortè aliqui incautè aut proteruè abutebantur, hoc edidit decretum Concil. T o l e t. IV c.39.& al-

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

legat Gratianus diſt.25.c.vnum orariũ.*Si* (inquit) *oraria duo nec Epiſcopo induere quidem licet,nec presbytero,vtique multo minùs Diacono, qui miniſter eorum eſt.Vnum ergo orarium oportet Leuitam geſtare in ſiniſtro humero,propter quod orat,id eſt,prædicat.Dex-*

Cur Diaconi in ſiniſtro portent orarium.

teram autem partem oportet habere liberam, vt expeditus ad miniſterium ſacerdotale diſcurrat. Caueant E *ergo à modo leuitæ,geminò vti orario,ſed vno tantùm,&*

Heu periit religioſus ille ornatus.

puro, nec vllis coloribus aut auro ornato. Et Concil.

Concilium Bracarenſe 1.

B r a c a r. I. c.27.*Placuit,quia in aliquantis Eccleſiis Diaconi abſconſis infra tunicam vtuntur orariis, ita vt nihil differre à Subdiacono videantur, vt de cætero ſuperpoſito ſcapulæ,ſicut decet,vtantur orario.*

Diaconi Euangelium annuntient.] Hoc quoque eis in ordinatione iniũgitur licet ſuperius memorati canones non fecerint mentionem Tamen

Concilium Romanum ſub Georgio 1.

ſic meminit Concil. R o m a n. ſub Greg. 1.*Eo quòd* (ait)*Diaconi in ſede Romana ſolebant non officio Euangelizandi,ſed cantus vacare,hoc Gregorius abrogauit, quia* (ait) *ad ſacrum miniſterium blanda vox quæritur,q nã congrua vita negligitur,& cantor* A *miniſter Deum moribus ſtimulat,cùm populum, vocibus delectat.Ideo præſenti decreto conſtituo, vt in ſede hac ſacri altaris miniſtri cantare non debeant,ſolumque Euangelicæ lectionis officium inter Miſſarum ſolemnia exoluant.* Vide quod ſequitur.

Cyprianus Carthaginenſis.

Diaconi inferiores ſunt presbyteris.] Cõqueritur C y p r. C a r t h a g lib.3 epiſtolar. epiſt 9 quæ eſt ad Rogatianum quoſdam Diaconos voluiſſe ſe ſupra Sacerdotes extollere, quorum deprimit arrogantiam pulchrè illos inferiores eſſe demonſtrans Oro lege epiſt Idem facit &

Hieronymus Stridonenſis.

H i e r o n. S t r i d o n. epiſt. ad Euagrium tomo 2.quæ ſic incipit.*In Eſaia legimus. Fatuus, &c.* vbi teſtimoniis ſcripturæ probat, nunquam Dia- B conos fuiſſe presbyteris ſuperiores.Lege obſecro

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

Quod poſtea Concil. T o l e t. IV. confirmauit canone 38. & allegat Gratianus diſt 93,cap.Nonnulli.*Nonnulli* (ait)*Diaconi in tantam erumpunt ſuperbiam,vt ſeſe presbyteris anteponant,atque in primo choro ipſi ſtare præſumant priores,presbyteris in ſecundo choro conſtitutis.Ergo vt ſublimiores ſibi presbyteros agnoſcant,tam hi quàm illi in vtroque choro conſiſtant.* Idem omnino poſt ſtatuit Concil. G e n e r.

Concilium Conſtantinopolitanũ 3 in Trullo celebratum,ſub Conſtantino Pogonato.

VI. quod fuit Conſtantinopoli.3 cano.7. & allegat Gratianus eadem diſt 93.c.Præcip *Præcipimus, vt etiam ſi dignitate aliqua aut officio fungantur Diaconi ne præſumant ante presbyteros ſedere,præterquam ſi proprij Patriarchæ vel Metropolitani vicem gerens* C *adſit in alia ciuitate ſuper aliquo capite, tunc enim vt locum illius implens honorabitur. Qui antè aliter præſumpſerit,proprio gradu deiiciatur.* Vide, Ordo in Eccleſia ſeruandus. vbi ſæpius de hac re ſimili fit mentio,& vocabulo.clerici & presbyter, &c.

Clemens 1.

Diaconi an baptizare poſsint, vel ſacramentum diſpenſare. Suprà ex lib. 8. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 34. allegatum ita: *Diaconus non benedicit,non dat benedictionem,accipit autem à presbytero vel Epiſcopo. Non baptizat, non offert. Offerente Epiſcopo vel presbytero. Ipſe dat populo,non veluti ſacerdos,ſed veluti miniſtrans ſacerdoti,&c.* Vide ſuprà,Baptiſmi miniſter, &c. hinc

Concilium Nicænum 1 generale ſub Sylueſtro 1.

magnum & vniuerſale Concil. N i c a e n v m I. D ſub Conſtantino Magno cano. 18. allegaturque à Gratiano diſt 93.cap peruenit.*Peruenit ad ſanctum Concilium,quod in locis quibuſdã & ciuitatibus presbyteris ſacramenta Diaconi porrigant. Hoc neque regula,neque conſuetudo tradidit,vt hi qui offerendi ſacrificij non habent poteſtatem, his qui offerunt corpus Chriſti porrigant. Sed & illud innotuit, quòd quidam Diaconi etiam ante Epiſcopos ſacramenta ſumũt.Hæc ergo omnia amputentur,& maneãt Diaconi intra propriam menſuram, ſcientes quia Epiſcoporum quidem miniſtri ſunt,presbyteris autẽ inferiores ſunt. Accipiãt*

Hinc colligimus,quod non quis tunc presbyteri ſacrificabant, ſed ſumebant Euchariſtiã à deputatis.

ergo Euchariſtiam ſecundum ordinem poſt presbyteros ab Epiſcopo,vel à presbytero. Quòd ſi non fuerit in præſenti vel Epiſcopus,vel Presbyter,tũc ipſi proferant & E *edant.Sed nec ſedere quidem in medio presbyterorum liceat Diaconis. Extra regulã enim & extra ordinem eſt,vt hoc fiat.Si quis autem non vult ſubiectus eſſe,etiã poſt hanc definitionem,ceſſet eſſe Diaconus.* Hunc canonem allegat Concil. Aquiſgranenſe 1. c 41. Idẽ

Concilium Arelatenſe 1. Concilium Arelatenſe 2 Concilium Carthaginenſe 4.

ſtatuit Concil. A r e l a t. I. cano.15 & A r e l. II ca.15.hinc Concil.C a r t h a g. IV.ca.38 & allegat Grat. diſt.93.Diaconus.*Diaconus præſente presbytero,Euchariſtiam corporis Chriſti,ſi neceßitas cogat, iuſſus eroget.*Et c.39 ſubdit.*Diaconus quolibet loco iubente presbytero ſedeat.*Et c.40.*Diaconus in conuentu presbyterorum interrogatus,loquatur.* Et c 41 (omnia iſta allegãtur à Gratiano ibidem)*Diaconus tempore oblationis tantùm vel lectionis alba vtatur, &c.* Verũ etiam baptizare poſſit Concil.E l i b e r i. ca.77.

Si quis(ait) Diaconus regens plebem, ſine Epiſcopo vel presbytero aliquos baptizauerit Epiſcopus eos per bene dictionem perficere debebit. Quod ſi antè de ſeculo receſſerint, ſub fide qua quis crediderit, poterit eſſe iuſtus. Hinc GELAS. I. epiſt. 1. ad Epiſcopos Lucaniæ, Brutiorum, & Siciliæ c. 9. & allegat Gratianus diſtinct. 93. c. Diaco. *Diaconos propriam conſtituimus ſeruare menſuram, nec vltra tenorem paternis canonibus deputatum quippiam tentare permittimus: nihil eorum penitus ſuo miniſterio applicare, quæ primis ordinibus propriè decreuit antiquitas. Abſque Epiſcopo vel presbytero baptizare non audeant, niſi prædictis fortaſſe officiis longius conſtitutis, neceſſitas extrema compellat: Quod & laicis Chriſtianis facere plerumque conceditur.* Et cap. 10. eiuſdem epiſt. addit. *Non in presbyterio reſidere, cùm diuina celebrantur, vel Eccleſiaſticus habetur quicunque tractatus, ſacri corporis prærogationem ſub conſpectu Pontificis ſeu presbyteri, niſi his abſentibus, ius non habeant exercendi.*

Gelaſius I.

Diaconorum laſciuia & ſcurrilitas.] Vide. Clerici laſciui. &c.

Diaconi continentiam ſeruent.] Poſuimus ſuprà cœlibatus. Ne differas huc te conferre.

Diaconus, coniugatus non ordinandus.] Concilium ARAVSICANVM I. cano. 21. *Sedit præterea, vt deinceps non ordinentur Diacones coniugati, niſi qui prius conuerſionis propoſito, profeſſi fuerint caſtitatem, &c.* Idem Concilium ARELAT. III. vt allegat Gratianus diſt. 28. cap. Præterea. & tamen hunc canonem allegat Concilium GENERALE VI. in trullo cap. 13. vt etiam profert Gratianus diſt. 31. quoniam, & exponit vt Diaconi non euantur ab vxoribus, ſi digni fuerint aſſumi ad ordines exiſtentes in Concilio. Verùm prior conſtitutio à patribus magis probatur. vide clerici coniugati, & cœlibatus clericorum, &c. Ex Concilio ANCYRANO.

Concilium Arauſicanum ſub Leone I.

Concilium Cõſtantinopolitanum 3. dictum generale 6.

Diaconi delinquentes & criminoſi.] Vide ſuprà clerici criminoſi. Verumtamé ſic ſtatuit Concilium ANCYRANVM cano. 2. & allegat Gratianus diſt. 50 Nã Diaconi, qui ſacrificarunt poſtea autem relectati ſunt, etiam ſi ſuo honore non priuentur, non tamen præſumant miniſterium ſacerdotale exercere, & panem & calicem offerre. Hinc Concilium MOGVNT. III. cano. 6. de quodam Diacono, qui de ſacrilegio conuictus, & confeſſus fuit, decrauit vt pro miſericordia in carcere poneretur, interdicto miniſterio. vt pro eo omnes generaliter orarent, etiam ſynodali authoritate decreuit. vide. ſacrilag. & clericus, &c.

Concilium Ancyranum celebratũ anno 308

Concilium Moguntienſe 3 ſub Arnulpho.

Diaconus incontinens.] Concilium AVREL. II ſub Vigilio I. cap. 8. *Si quis Diaconus in captiuitatem redactus, vxori fuerit copulatus, reuerſus, ab officij omnino miniſterio remouendus eſt. Cui ſufficere debet pro actus ſui leuitate impleta pœnitentia, pro ſatisfactione communio.* Plura in dictione, clerici incontinentes, & cœlibatus.

DIACONISSA.

Diaconiſſæ quæ ſint, & eorum electio atque officium.] De Diaconiſſis quidem, quia modo hoc nomen non eſt in vſu, ſilendum videbatur verumtamen quando Eccleſiaſticę diſciplinæ normam promiſimus commonſtrare, nec hoc volumus vocabulum prætermittere, quin quid olim fuerit officij, aperiamus. Diaconiſſæ enim olim dicebantur, quæ modò apud nos viduæ continentes dicuntur, vt ex ſequentibus patet. Nã ſic earum officium EPIPH. CYPRI lib. 3. contra hæreſes tomo 2. hæreſi 79. contra Collyridianos, vbi de mulierum in Eccleſia miniſterio loquitur, ait: *Et miniſtrarum quidem Diaconiſſarum appellatarum ordo eſt in Eccleſia, ſed non ad ſacrificandum, neque vt quicquam aggredi permittantur, verùm reuerentiæ gratia muliebris generis, aut propter horam balnei, aut viſitationis affectionis, aut laboris. Et quando nudatum fuerit corpus mulieris, vt ne à viris ſacrificantibus conſpiciatur, ſed a miniſtrante muliere, cui præcipitur à ſacerdote, vt curam gerat ad tempus indigentis mulieris, in tempore denudationis corporis ipſius, ita vt ordo bona diſciplina, & Eccleſiaſtica bona conſtitutionis, valde ſcientificè munitus ſit in menſura regula. Quapropter neque permittit diuina ſcriptura mulieri, vt in Eccleſia loquatur, neque vt viro dominetur, Et multa poſſunt de hoc dici.* *Obſeruandum eſt autem, quod Diaconiſſis ſolum indiguit Eccleſiaſticus ordo, et duaſque eas nominauit, & ex his adhuc ſeniores anicu las, nuſquam autem presbyteridas, aut ſacrificulas conſtituit.* Idem iterum ad calcem librorum contra hæreſes in compendiaria doctrina de fide catholica, &c. *Diaconiſſa (ait) conſtituuntur in miniſterium mulierum ſolum propter reuerentiam, ſi opus fuerit balnei gratia, aut viſitationis, aut inſpectionis corporum. Et ipſa ſunt etiam quæ in vnis nuptiis continenter ſe habuerunt, aut ab vnis nuptiis viduitatem ſeruarint, aut ſemper virgines ſint, &c.* His præmiſſis ad originem inſtitutionis earomdem redeamus. CLEMENS I. lib. 3. conſtitutionum Apoſtolicarum c. 15. ſic Apoſtolos inſtituiſſe commemorat: *Elige Diaconiſſam fidelem & ſanctam, ad mulierum miniſteria. Nam accidit aliquando, cùm in aliquorum domos Diaconum ad mulieres mittere non potes, propter infideles, mittes igitur mulierem Diaconiſſam propter improborum cogitationes. Nam ad multos vſus, muliere Diaconiſſa indigemus, ac primùm cùm illuminantur mulieres, Diaconus vngit frontem ipſarum oleo ſancto. Deinde Diaconiſſa eas abſtergit. Non enim eſt neceſſe mulieres aſpici à viris, ſed ſolùm in manus impoſitione, caput illarum vnget Epiſcopus quemadmodum ſacerdotes & reges antiquo tempore vngebantur, non quòd qui nunc baptizantur, ſacerdotes ordinantur, ſed quòd a Chriſto Chriſtiani dicuntur.* Idem lib. 6. c. 17. *Diaconiſſa ſit virgo caſta, ſin minus, ſaltem vidua eligatur, quæ vnum virum habuerit, fidelis & honeſta.* De eius autem officio ſic lib. 2. c. 30. *Diaconiſſa in figuram Spiritus ſancti honoretur à nobis, nihil ſine Diacono agens nel loquens, quemadmodum nec paracletus a ſeipſo aliquid loquitur vel facit, ſed glorificans Chriſtum expectat eius voluntatem: & vt nemo in Chriſtum credere poteſt ſine doctrina ſpiritus, ſine Diaconiſſa nulla mulier accedat ad Diaconum, vel Epiſcopum.* Idem lib. 8. cap. 32. *Diaconiſſa (ait) non benedicit. Sed nec aliud ex his quæ faciunt presbyteri exercet ipſa, ſed tantum portas cuſtodit, & miniſtrat presbyteris, quando baptizantur mulieres, propter honeſtatem.* Hinc IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Antiochenſes. Diaconiſſas ſalutat. Vide quod ſequitur.

Epiphanius Cypri.

Quæ fuerint Diaconiſſarũ officia.

Clemens I.

Electio Diaconiſſarum.

Nota ritum vnctionis.

Ignatius Martyr.

Diaconiſſæ qualiter ordinentur.] Idem CLEMENS I. lib. 8. c. 26. conſtit. Apoſtolic. ſic Barthol. conſtituiſſe memorat: *De Diaconiſſa ego Bartholomeus diſpono. O Epiſcope, impones ei manus, præſentibus presbyteris, Diaconis, & Diaconiſſis, & dices, Reſpice ſuper hanc famulam tuam, quæ ad Diaconatum promouetur, & da ei ſpiritum ſanctum, & munda eam ab omni inquinatione carnis & ſpiritus, vt dignè exequatur commiſſum ſibi officium, in laudem tuam, & gloriam Chriſti tui, cum quo tibi gloria, &c.* Verùm vide in ſequentibus, hoc à patribus de imponenda eis manu abraſum, ſed & eorum ordinationes ablatas: vel ſi ordinentur, quotum annum attigant. Vide in ſequentibus.

Clemens I.

Concilium magnum Nicænum I.

Diaconiſsæ non deſcætero ordinandæ.] Concilium NICAENVM I. generale 1. ſub Conſtantino Magno cano. 19. *Commemorauimus* (ait) *Diaconiſſas, quæ in hoc ordine inuenta ſunt, quæ nec manus impoſitionem aliquam habent, ita vt omnimodo inter laicas habeantur. Similiter autem Diaconiſſæ quæ in Catholico canone non habentur, ſimili loco, id eſt laicæ & tanquam non conſecratæ deputentur*, Et

Concilium Arauſicanũ 1. ſub Leone 1.

Concilium ARAVSICANVM I. canone 26. *Diaconiſſa* (ait) *omnimodo non ordinanda. Si quæ iam ſunt, benedictioni quæ populo impenditur, capita ſubmittant.* Et Concilium EPAVNENSE canone

Concilium Epaunenſe ſub Sigiſmũdo rege.

21. *Viduarum conſecrationem quas Diaconas vocant, ab omni regione noſtra penitus abrogamus.* Hoc decretum allegat & confirmat Concilium TVRONENSE II. cap. 21. vide in vocabulo vidua, &

Concilium Turonenſe 2. ſub Carolo Mag. Concilium Aurelianenſ. 2. ſub Childeberto regi.

Concilium AVRELIANENSE II. ſub Vigilio cap. 18. *Placuit, vt nulli poſtmodum fœminæ Diaconalis benedictio, pro conditionis huius fragilitate, credatur.* Vide quod ſequitur.

Concilium Chalcedonenſe generale 4.

Diaconiſſa incontinens.] Concilium CHALCEDONENSE IV. generale, actione 15. canone 15. allegatur à Gratiano cauſa 27. quæſtione 1. cap. Diaconiſſam. *Diaconiſſam non ordinandam ante annum quadrageſimum, & hanc non ſummo libramine. Si verò ſuſcipiens manus impoſitionem, & aliquantum temporis in miniſterio permanens, ſemetipſam tradat nuptiis, gratiæ Dei contumeliam faciens, anathematizetur huiuſmodi cum eo, qui eidem copulatur.* Hic

C canon ſub ſimili forma verborum repetitur in

Concilium Vormatienſe. Aurelianenſe.

Concilio VORMATIENSI cap. 73. hinc & Concilium AVRELIANENSE II. canone 17. *Fœminæ quæ benedictionem Diaconatus, hactenus contra interdicta canonum acceperunt, ſi ad coniugium probantur iterum deuolutæ, à communione pellantur. Quòd ſi huiuſmodi contubernium, admonitæ ab Epiſcopo, cognito errore diſſoluerint, in communionis gratiam acta pœnitentia reuertantur. Huiuſmodi qui ſumpſerit in coniugium, anathematizetur.* Hinc in Concilio ROMANO ſub Gregorio 1. ipſe Gregorius 1. anathe-

Concilium Romanũ ſub Gregorio 1.

mate percutit quendam nomine Adrianum, Ephilarati filium, qui Epiphaniam Diaconam illicito

D auſu in vxorem habebat, & illam ſimiliter, & eos qui ei conſenſum præbuere. vide, vidua, Virgo, &c.

DIES FESTI.

Dierum feſtorum ratio & antiqua obſeruatio.] Quòd dies feſti tam Domini Saluatoris, quàm aliorum ſanctorum, ab initio in vſu fuerint, hic volumus demonſtrare, contra eos qui nullam volunt inter dies feſtos, & non feſtos, haberi rationem. Sic quippe ex inſtitutione Apoſtolorum, do-

Clemens 1.

cet CLEMENS I. libro 5. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 13. *Dies feſtos cuſtodite fratres, in primis diem natalem, qui celebretur à vobis viceſima 5. noni menſis Poſtquam Epiphaniæ dies ſit vobis in ma-*

E *ximo honore, quo die Dominus propriam diuinitatem oſtendit, celebretur is ſexta decimi menſis* Ibidem cap. 20. *Vos quoque ſuſcitato Domino offerte ſacrificium veſtrum quod vobis præcipit per nos, dicens, hoc facite in meam commemorationem. Deinde ieiunium ſoluite læti, & feſtum diem agentes, quoniam pignus reſurrectionis noſtræ, Ieſus Chriſtus à mortuis eſt excitatus.*

Lucæ 22.

Et infrà: *Poſt octo dies iterum veneranda octaua celebritas ſeruetur, in qua me Thomam reſurrectionem cre-*

Paſcha cum octaua.

dere nolentem confirmauit, demonſtratis mihi fixuris clauorum, lateriſque lancea percuſſi vulnere. Ac rur-

Ioan. 20.

ſum à prima Dominica, numeratis quadraginta diebus à Dominica vſque ad quintã, celebrate feſtum aſcenſio-

Dies Aſcenſionis.

nis Domini, in quo perfecta omni diſpenſatione atque diſpoſitione in cœlum ad eius Deum & patrem eſt rece-

A *ptus.* Vide Paſcha. Hinc capite 21. ſubdit: *Poſt decem*

Feſtum Pentecoſtes.

aſſumptionis diei, qui eſt à prima Dominica quinquageſima, ſit vobis magnus dies feſtus Pentecoſtes. In eo die hora 3. miſit nobis Dominus Ieſus donum Spiritus ſancti, repletique ſumus eius operatione, linguiſque nouis loquuti, quemadmodum eius afflatus nobis ſuggerebant, & prædicauimus Iudæis & gentibus, eum eſſe Chriſtum Dei, conſtitutum iudicem viuorum & mortuorum. Idem & lib. 8. c. 39. vt infrà dicemus: *Diebus feſtis non ſeruilia opera exercenda.* Vbi & mentionem facit feſti S. Stephani martyris & aliorum.

Ignatius Martyr.

Hinc IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Magneſianos diei Dominicæ celebrandæ meminit. Vide, Dominicus dies. Et epiſtola ad Philippenſes,

B etiam Dominicæ diei mentionem faciẽs, addit præterea: *Dies* (ait) *feſtos ne inhonoretis, quadrageſimam ne pro nihilo habeatis.* Sed & SIMEON METAPH.

Simeon Metaphraſtes. Dies S. Ioannis.

in vita Ioannis Apoſtoli, feſti eiuſdem meminit, poſt exceſſum eius à fidelibus celebrari, in quo & nocturnas laudes perſoluere ſolebant Dierum feſtorum, & diei Dominicæ, mentionem facit ſæpius

Iuſtinus Martyr. Abdias Babylonius.

vir glorioſus & doctus, IVSTIN. MART. apologia 2. pro Chriſtianis ad calcem. Sed & ABDIAS BABYLONIVS, libro 7. certaminis Apoſtolici, deſcripto martyrio Matthæi Apoſtoli, narrat furentem in Tyrannum populum, clerum, & diſcipulos Apoſtoli vocem compreſſiſſe. *Celebremus om-*

S. Matthæi feſtum.

nes cum gaudio martyrium Apoſtoli, & quod Deus or-

C *dinare voluerit, expectemus.* Idem narrat EVSEBIVS

Euſebius Cæſarienſis.

CAESARIENSIS lib. 4. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ c. 15. de beato Polycarpo, vbi ſic loquitur: *In loco vbi Polycarpi condita ſunt reliquiæ, ſolennes agimus celebreſque conuentus, maxime quidem in die paſſionis eius. Sed & eum eorum memorias celebramus, qui prius paſſi fuerant, vt ſequentium animi, ad præceſſorum viam exemplis inſignibus ſuſcitentur.* Idem Euſebius libro 7. hiſtoriæ cap. 19. & poſt illum NI-

Nicephorus Calliſtus.

CEPHORVS CALLISTVS, libro 6. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ c. 20 narrant & allegant quandam epiſtolam elegantiſſimam. quæ eſt DIONYSII

Dionyſius Alexandrinus.

ALEXANDRINI ad Hieracem Ægyptium Epiſcopum, vbi narrat cædes, calamitates, preſſuras,

D tempeſtates & aeris infectiones, atque diluuij inundationes, & cætera mala quæ ſuis diebus euenerant. Tum ſic ſubdit: *Poſt ſeditionem autem peſtilentia admodum in vrbe ſæuiit. Et cùm Paſchalis dies*

Dierum Feſtorum ratio.

pro foribus eſſet, ad fratres ſcripto verba faciens, contagioſi morbi ærumnas, huiuſmodi ornauit verbis (ſcilicet Dionyſius præfatus) *Aliis equidem hominibus, vt*

Nota lector.

nunc ſe res habent, non videatur eſſe feſti dies celebrandi tempus. Neque adeo illis eſt vel tale, vel aliud quodpiam, non luctuoſum dico, ſed quod & ſit, & videatur maximè lætum. Nunc ſanè lugent omnia, mœrent omnes, & reſonant per vrbem eiulatus, propter tantam mortuorum & quotidie morientium multitudinem. Sicuti

E *enim de primogenitis Ægyptiorum ſcriptum eſt, ſic nunc quoque ingens eſt clamor. Non enim eſt domus, in qua non reperiatur mortuus. Atque vtinam non reperiretur. Nam & iis quæ hæc præceſſerunt temporibus, permultas & graues perpeſſi ſumus calamitates. Et cùm ſoli nos ab omnibus affligeremur, & necaremur, nihilominus tamen tum quoque feſtos egimus dies, & omnis cuiuſlibet cladis locus, conuentus agendi nobis præbuit commoditatem, ager, ſolitudo, nauigium, publicum diuerſorium, carcer. Omnium autem lætiſſimum Paſcha egerunt, perfecti, qui in cœlo commorantur, martyres, &c.* lege. Et CYPRIANVS MARTYR libro 4

Cyprianus Carthaginenſ.

epiſtolarum epiſt. 5. ad presbyteros & Diaconos. vbi de beati Cœlerini martyris fine loquitur: *Sacrificia* (ait) *pro eis ſemper vt meminiſtis offerimus,*

quoties paſſiones & dies martyrum anniuerſaria commemoratione celebramus. Verùm ante illum eius magiſter TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de corona militis, ſtatim in initio meminit dierum feſtorum martyrum. Sed & meminit BASILIVS MAGNVS in 40. martyres:

Baſilius Magnus.

Nobis(ait) hodierna die, non vnum propoſitum eſt celebrare, neque duos, neque decem, ſed viros quadraginta, &c. Idem in Mamantem martyrem: *Ad martyris(ait) memoriam & tota regio mota eſt, & ad illius feſtum diem vrbs vniuerſa immutata geſtit. Neque cognati diuiſim ad maiorum ſuorum ſepulchra declinant, ſed omnes ad pietatis locum tendunt.* Et infrà: *Vide igitur cuius hominis diem feſtum agamus,* B *cuius gratia alacres omnes ſimus, propter quem immutata ſit ratio vitæ noſtræ, &c.* Idem oratione in Gordium martyrem: *Quoniam(inquit) & nos infirmitatis noſtræ oblitos celebritas martyris excitauit, age & ipſi quoque quantam voce contendere licet, velut bombantes apes vernantibus floribus circumfuſæ, præclara ipſius geſta perſonemus.* (Et infrà:) *Verùm quando eius hodie feſtam celebramus, qui in huiuſcemodi die certamen pro Chriſti nomine ſubiit, quantum ex eius hiſtoria notitia deprehendere licebit, enarrabimus.* Idem in pſalmum 114. *Iam inde(ait) ex media nocte, cùm ad hoc decatum martyribus templum fratres dilectiſſimi, veritatis ipſorum martyrum Deum, per hymnos vſque ad horam hanc diei, cùm ferè meridies ſit, placare non deſtitiſtis, &c.* Idem. C *Hac de cauſa fit iſte conuentus(* ait in aliquot ſcripturæ locis) *ac patres noſtri has fidelium congregationes in templis ſtatuerunt, vt quæ ſingulis diebus dicere non valemus, ob eorum penuriam, qui hæc doceant ac memorent, ea in communi ſolennitate ac celebritate conuenientes accipiamus.* EVSEBIVS CAESARIENSIS libro 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 1. *Iam verò(ait) multi ciues conuentum intra Eccleſias populorũ, & præcipuè in diebus feſtis innumeras cateruas per loca ſingula confluentes, quis digne poterit explicare?* Idem libro 2. cap. 17. ad calcem etiam ex PHILONE IVDAEO, probat Dominicæ diei celebritatem, & cæterorum dierum feſtiuitates antiquitus in vſu fuiſſe. vide in vocabulo, Monachus · vbi Philo citatur. Infinitis quidem in locis, Euſebius iſte feſtorum dierum meminit. nec poſſibile eſt omnia hic recenſere. Legentibus eius & Nicephori Calliſti hiſtoriam, patet. Denique CASSIODORVS SENATOR libro primo cap. 9. *Diem(ait) Dominicum Conſtantinus honorabat quia in eo Chriſtus reſurrexit à mortuis, alium verò(ſcilicet veneris) quia in eo fuerat crucifixus. Maximam namque culturam ſacratiſſimæ crucis habebat, &c.* Idem repetit & de obſeruatione feſtorum libro 9. cap. 38. vbi inter cætera ſic loquitur: *Mens namque fuit Apoſtolorum, non de diebus ſancire feſtiuitatem, ſed conuerſationem rectam, & Dei prædicare culturam, &c.* E In multis aliis locis EPHRAIM CHERSONIS Epiſcopus in beatum Clementem, feſtum S. Clementis cùm gaudio celebrari ſolitum memorat. Et eiuſdem S. Ephraim meminit SIMEON METAPHRASTES in vita Euſebiæ hoſpitæ. *Porrò autem(ait) cùm eſſet è vita exceſſura, erat quidem dies feſtus beati Ephraim, &c.* Idem in Gregorium Agrigentinum. *Diuina(ait) quadam commentatus, ad Eccleſiam myſticum ſacrificium celebraturus proficiſcitur. Is enim Petri & Pauli ſummorum Apoſtolorum dies feſtus erat, &c* Idem in ſanctam Chriſti Circunciſionem: *Non caſu,(ait) nec temere, vt inconſideratè exiſtimauerit quiſpiam, inter diuinum Chriſti natalem & baptiſmum, concurrit hodie cum*

Feſtiuitates Martyrum agebantur cum hymnis.

Baſilius à Patribus feſtorũ obſeruationes, tenet.

Euſebius Cæſarienſis.

Philo Iudæus lib. de contemplatione.

Caſſiodorus Senator.

Vide quia Apoſtoli inſtituerunt feſtiuitates.

Ephraim Cherſonis.

Simeon Metaphraſtes.

Ieſu circunciſione Baſilius. Ipſe quippe dignus eſt habitus, qui vnà extolleretur per reſolutionem ad Chriſtum. Et ſtatutum eſt, vt annuis eo die honoraretur commemorationibus & celebritatibus, &c. Idem in Michaelem Archangelum *Archangelum(ait) honorificis verbis & laudibus hodie proſequamur, amoreque & deſiderio ei offeramus, & veneremur, qui ardenter concurrimus ad ſacrum eius feſtum, in venerandum eius templum, quod eſt pij nominis, vt affatim colligamus perennes eius & ſalutares gratias, & defenſiones interceſſiones, &c.* Idem in S. Agatham, *Feſtum(ait) eius S. Agathæ celebrantes, glorificamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.* GERMANVS CONSTANTINOPOLITANVS Epiſcopus in Encomio S. Mariæ virginis, eo die quo oblata eſt in templo: *Ecce(ait) pru...ſus, dies feſtus & celebris, matris Domini ecce progreſſus ſponſæ, in quam non cadit vlla reprehenſio, &c.* Idem in eandem feſtiuitatem dicit GEORGIVS NICOMEDIENSIS Epiſcopus. *Pulchra(inquit) nobis principia argumenti dicendi hic dies feſtus oſtendit, &c.* Hunc igitur diem feſtum & nos celebri deuotione annuatim colimus, & noſtrum monaſterium Metenſe, in honorem eiuſdem feſtiuitatis conſtructum & dedicatum eſt. Sed vt ad alia prodeamus, GREGORIVS NAZIANZENVS oratione 3. præſente Beato Baſilio, narrat quomodo celebrandæ ſint feſtiuitates martyrum, non in commeſſationibus atque impudicitiis, ſed in oratione, & ieiunio, & bonis operibus: *Si ita(ait) conuenimus aut concurremus, ſecundum Chriſtum Panegyris celebrabitur, ſed & martyres honoramus aut honorabimus, nec non epinicia celebrabimus, &c.* Vide oro, quia pulchra ſunt. Idem oratione 20. in ſanctos 7. Machabæos. *Quid autem Machabæi? horum enim præſens eſt feſtiuitas, qui licet minùs honorantur à pleriſque, quod non Chriſti certamina gratia, omni tamen veneratione ſunt digni, quòd ob leges paternas fortiter egerint, &c.* Et infrà: *Cæterùm, quales hi fuere aut vndequáque ſub initium inſtitutione & diſciplina impulſi, ad tantum virtutis & gloriæ faſtigium ſunt progreſſi, vt annuis hi feſtiuitatibus ac panegyribus honorarentur? &c.* D Idem oratione 14. præſente Baſilio in Gregorium patrem: *Laborabat igitur ſanctumque ac celebre tēpus Paſchæ aderat, dies dierum regina, & nox ſplendida, ſoluens tenebras peccati, &c.* Meminit & EPIPH. CYPRI feſtiuitatum ad calcem operis contra hæreſes in compendiaria doctrina catholicæ fidei, vt alibi dicemus, & IOAN. CHRYS. homilia 19. ad populum Antiochenum, ſic incboat: *Gratulati eſtis ſanctis martyribus, his diebus tranſactis, & ſpirituali lætitia repleti exultaſtis, honeſtis exultationibus. Vidiſtis aperta latera & illa conciſa, cruorem vndique defluentem, infinitas tormentorum ſpecies. Humanam vidiſtis naturam ſupernaturalia præſtantem, & coronas ſanguine decoratas, pulchram ſaltâſtis choream, in omnem partem* E *circumſaltatis hoc honeſto duce vos circumagente, ſed nos & inuitos infirmitas domi manere cogebat. Tamen & ſi ſolennitati non interfuimus, de voluptate participamus, & ſi de concione fructum non cepimus vobiſcum, tamen lætitiam communem habuimus. Feſtiuitatem enim maximam eſſe puto præſentem diem, propter fratrum præſentiam noſtrorum, qui vrbem nobis adornauerunt, & Eccleſiam honeſtauerint, &c* lege reliquum. Idē in beatum Philogonium ad calcem tomi 3. *Appetit(ait) feſtum(* ſcilicet natalis Domini *) omnium feſtorum maximè venerandum adorandumque. Quod ſi quis appellet omnium feſtorum Metropolim, haudquaquam aberret. Quod autem hoc eſt? Chriſti iuxta carnem natiuitas. Ab hoc enim illuſtratio Dei feſtum videlicet.*

Germanus Cōſtantinopolitanus.

Georgius Nicomedienſis.

Gregorius Nazianzenus.

Epiphanius Cypri.

Ioannes Chryſoſtomus.

Dolebat Chryſoſtomus, ſe nō aſtitiſſe feſtiuitatis martyrū

Epipha

A *Epiphaniorum, ac ſacrum Paſcha, Aſcenſio & Pentecoſte originem ac fundamentum ducunt*, &c. Verùm ſic in initio orationis loquitur: *Ego quidem & hodie deſtinaram, aduerſus hæreticos luctaturus, veſtes exuere, quodque reſtabat debiti, vobis perſoluere Verùm beati Philogonij dies, cuius hodie memoriam celebramus, ad ipſius benefactorum enarrationem euocauit, & omnino parendum eſt*, &c. & Ambroſius Mediolanenſis libro 1. de fide reſurrectionis non longè à fine, docet quomodo feſtiuitates ſanctorum ſint celebrandæ: *Quid* (inquit) *Dies feſtos, in potu & in epulis æſtimabimus*, &c. Et in Agnem martyrem, *Diem feſtum* (ait) *ſacratiſſimæ virginis celebremus. Hinc pſalmi reſonent, inde concrepent lectiones. Hinc populorum turba lætentur, inde ſuſtententur*

Ambroſius Mediolanenſis

B *pauperes Chriſti. Omnes ergo gratulemur in Domino, & ad ædificationem virginum, qualiter paſſa ſit Agnes beatiſſima, ad memoriam reuocemus*, &c. Et Euſebius Emiſſenus in Geneſiom martyrem. *Hodie* (ait) *natale ſancti Geneſij celebramus & meritum: Beatorum martyrum paſſiones, natales vocamus dies, quando eos martyrij vita & gloria fides, dum ingerit mortis, genuit æternitati, & perpetua gaudia breui dolore parturit*, &c. Idem homilia in ſanctos 7. Machabeos. *Hodie itaque ſacras ſeptem martyrum palmas, per vniuerſam Eccleſiam fides catholica hoſtili gladio roborata concelebrat, quos mater glorioſis luctibus honorabilis, in gremium diuinæ adoptionis, inuidenda morte transfudit*, &c. Idem homilia 1. in

Euſebius Emiſſenus.

Cur natales martyrum dies dicantur.

C S. Ioannem Baptiſtam: *Hodie* (ait) *Ioannis, qui Domini præcurrit aduentum, natalem diem celebramus, quod nulli ſanctorum meminimus attributum. Hodie, inquam eius natalem diem, vnica ac ſingulari celebritate veneramur*, &c. Idem in ſanctam Blandinam Lugdunenſem, martyrem, & in S Romanum martyrem: *Beatus* (ait) *martyr Romanus, cuius admirabilem triumphum, præſentia exultantis Eccleſia feſta concelebrant, dudum famulus, nunc etiam amicus Dei, fide eruditus, conuerſatione perfectus, conſummatione glorioſus. Sub hac die manum ſuam pretioſis laboribus impoſuit*, &c. Idem homilia in S. Martyres Ephipodium & Alexandrum: *Magnum quidem eſt,*

D *publicis atque communibus dare vota ſolennitatibus, ſed excellenter quædam feſtiuitas indicanda eſt, alumnis exultare virtutibus*, &c. Seuerianus Gabalorum Epiſcopus ſanctorum Innocentium feſtiuitatis meminit, in ſermone qui incipit, zelus quo tendat, &c. legiturque in ſolemnitate eorundem. Similiter eorum meminit Fulgentius Ruſpenſis in ſermone de Epiphania, vbi ſic exorditur. *Noſtis, fratres chariſſimi, quia dies iſte, qui nobis in honorem Domini per annos ſingulos celebratur*, &c. Idem & homilia de laudibus Mariæ ex partu ſaluatoris, ſic incipit: *Natiuitas Domini noſtri Ieſu Chriſti, totum mundum noua aduentus ſui luce hodie perfudit*. Idem conſequenter homilia de S. Stephano protomartyre, & conuerſione S.

Seuerianus Gabalorum Epiſcopus.

Fulgentius Ruſpenſis.

E Pauli ſic incipit: *Heri celebrauimus temporalem regis noſtri natalem, hodie celebramus triumphalem militis paſſionem*, &c. Hinc Maximus Taurinenſis homilia 1. in S. Ioannem Baptiſtam. *Solennitatem* (ait) *nobis diuerſorum martyrum, fratres chariſſimi, vita præſentis occaſus, & ſuſcepta ab eis pro Chriſti nomine paſſio, conſecrauit*, &c. *Beatus verò Baptiſta, cuius nunc feſtiuitate lætamur, cæleſtia mundo gaudia, ſterili ab vtero hodie natus, innexit*. &c. Idem in duabus reliquis ſequentibus homilijs. Idem homilia 2 in die Apoſtolorum Petri & Pauli: *Apoſtolica natalis gaudio, Petri & Pauli, quorum hodie beatiſſimis paſſionibus recreamur, latior per vniuerſum mundum*

Maximus Taurinenſis Epiſcopus.

A *Chriſti exultat Eccleſia. Quæ licet omnium ſe ſanctorum martyrio certa ſit adornari, horum tamen victoria glorioſius illuſtratur, quando quidem videt, ac hoc ſeculo ipſos fidei patres, & magiſtros martyrum triumphaſſe*. Idem & homilia 4. *Beatiſſimorum Apoſtolorum paſſio, fratres, quorum hodie natalem ſolenniter celebramus, cunctis eſt honoranda credentibus*. Idem & homilia 1. 2. & 3. in natali S Laurentij. *Beatiſſimi* (ait) *Laurentij, fratres chariſſimi, anima ſemperque noua feſtiuitas, Eccleſiam Dei iugiter in gaudia lætitiæ ſpiritalis accendit*, &c. Idem in natali S. Euſebij Epiſcopi Vercelleuſis homilia 1. *Sanctorum* (ait) *patrum memorias religioſis conuentibus honorantes, & propria eorum merita, & munera in eis diuina miramur*, &c.

B Et homilia 2. *Ad ſancti ac beatiſſimi iſtius patris noſtri, cuius hodie feſta celebramus, laudes addidiſſe, aliquid decerpſiſſe eſt ſiquidem virtutum eius gratia, non ſermonibus exponenda eſt, ſed operibus comprobanda*, &c. Idem in natali S. Cypriani martyris, homilia 1. *Sancti Cypriani feſtiuitatem, ſicut omnibus notum eſt, hodie celebramus, & natali ſicut dicunt imminente vindemia, natalem eius martyrij procuramus*, &c. Idem in ſolennitatibus diuerſis homilias habuit. vide in operum eius diſcurſu, & Cyrillus Alexandrinus libro 9. in Ioannem cap. 18 dum illud exponit. quidam autem putabant, quia loculos habebat Iudas, &c. *Peracile* (ait) *nobis exemplum proponitur. Oportet enim, qui feſtum diem*

Cyrillus Alexandrinus.

C *piè acturi ſunt, non de ipſis tantummodo curare, nec quomodo ipſi ſolum hilare celebraturi ſunt, verum etiam egentium, propter charitatem, rationem habere*. Vide etiam mox ex eodem. dies feſti non in choreis ducendi, &c. Hieronymus Stridonenſis in caput 4 epiſtolæ ad Galatas, in illud, dies obſeruatis, & menſes & annos, &c. *Dicet aliquis, ſi dies obſeruare non licet, & menſes, & tempora, & annos, nos quoque ſimile crimen incurrimus, quartam ſabbati obſeruantes, & paraſceuem, & diem Dominicum, & ieiunium quadrageſimæ, & Paſchæ feſtiuitatem, & Pentecoſtes lætitiam, & pro varietate regionum, diuerſa in honore martyrum tempora conſtituta: Ad quod qui ſimpliciter reſpondebit, dicet, non eoſdem*

Hieronymus Stridonenſis.

Vide quomodo reſpondet Caluiniſtis, obijcientibus omnino nobis eadem.

Duplex reſponſio attendatur.

D *Iudaicæ obſeruationis dies eſſe, quos noſtros, nos enim non azymorum Paſcha celebramus, ſed reſurrectionis & crucis. Nec ſeptem iuxta morem Iſraël numeramus Hebdomadas in Pentecoſte, ſed Spiritus ſancti veneramur aduentum. Et ne inordinata congregatio populi fidem minueret in Chriſto, propterea dies aliqui conſtituti ſunt, vt in vnum omnes pariter veniremus: Non quò celebrior ſit dies illa, qua conuenimus, ſed quò, quacunque die conueniendum ſit, ex conſpectu mutuo lætitia maior oriatur. Qui verò oppoſitæ quæſtioni acutiùs reſpondere conatur, illud affirmat, omnes dies æquales eſſe, nec per Paraſceuem tantum Chriſtum crucifigi, & die Dominica reſurgere, ſed ſemper ſanctum Reſurrectionis eſſe diem, & ſemper eum carne veſci Dominica. Ieiunia*

Ratio dierum feſtorum.

Altera acutior reſponſio.

E *autem & congregationes, inter dies propter eos à viris prudentibus conſtitutos, qui magis ſeculo vacant quam Deo, nec poſſunt, imò nolunt toto in Eccleſia vitæ ſuæ tempore congregari, & ante humanos actus Deo orationum ſuarum offerre ſacrificium. Quotus enim quiſque eſt, qui ſaltem hæc pauca quæ ſtatuta ſunt, vel orandi tempora, vel ieiunandi ſemper exerceat?* &c. Hinc Auguſtinus Hipponenſis multos compoſuit ſermones in ſolennitatibus ſanctorum, vt potes ex operibus eius colligere, hinc. Idem homilia 8. de reſurrectione Domini, *Chriſtus* (ait) *non ſolùm noſtræ redemptionis cauſa, diuerſarum infirmitatum genera ſubiit, verum etiam ſacri cultus ritum per diuerſas feſtiuitatum gratias æternæ beatitudinis cauſa*

Auguſtinus Hipponenſis. Cur feſti dies inſtituti.

nobis efficit, vt multum inertia ſomnum, non tam inuite quàm voluntarij, ſancta religionis dulcedine prouocante, magnarum ſolennitatum aduentu fugere compellamur. Idem ſermone 2. in pſalmum 88. *Tenete omnes vnanimiter, Deum patrem, & matrem Eccleſiam, Natalitia ſanctorum, cùm ſobrietate celebrate, vt imitemini eos qui præceſſerunt, & gaudeant de vobis qui orant pro vobis, vt benedictio Domini in æternum maneat ſuper vos, &c.* Vide etiam infrà. dies feſti non choreis, &c.

Concilium Elibertinum.

Concilium ELIBERTINVM cano. 43. *Prauam inſtitutionem emendari placuit, iuxta authoritatem ſcripturarum, vt cuncti Diem Pentecoſtes celebremus. Quod qui non fecerit, quaſi nouam hæreſim induxiſſe notetur.*

Concilium Agathenſe.

Omnes tenentur ſolennitatibus præcipuis adeſſe.

Et Concilium AGATHENSE ſub Cœleſtino 1. cano. 63. *Ciues qui ſuperiorum ſolennitatem, id eſt, Paſcha, ac natalis Domini, vel Pentecoſtes feſtiuitatibus, cum Epiſcopis intereſſe neglexerint (cum in ciuitatibus, communionis vel benedictionis accipiendæ cauſa, poſitos ſe noſſe debeant) Triennio à communione priuentur Eccleſiæ.*

Concilium Arauſicanum.

Idem Concilium ARVERNENSE cap. 14. vt allegauimus ſuprà. clericus, &c. addit autem. *Quicunque ſunt etiam ciues natu maiores, pari modo in vrbibus ad Pontifices ſuos in prædictis feſtiuitatibus veniant. Quod ſi qui improba temeritate contempſerint, eiſdem feſtiuitatibus, quibus in ciuitatibus adeſſe deſpiciunt, communione pellantur.* Idem omnino etiam de ciuibus ſtatuit Concilium

Concilium Aurelianenſe 4. ſub Pelagio 1.

AVRELIANENSE IV. canone 3. ne ſcilicet extra ciuitatem, Paſcha cæteraſque ſolemnitates præcipuas, abſque licentia Paſtoris, tranſeant, Idem Concilium LVGDVNENSE II. cap. 5. omnibus Epiſcopis præcipit Paſchæ feſtum, & natalis Domini, in Eccleſia ſua, niſi adſit grauis infirmitas celebrare vide, Paſcha, & Parochus. &c. Porrò de feſto ſanctæ crucis in vocabulo, crux poſuimus, vide ſi lubeat. Sic & feſtum dedicationis in vocabulo, dedicationis feſtum, inuenies: cuius & etiam feſtiuitatis hodie memoriam recolimus anno 1570. mentionem etiam facit dierum feſtorum

Leo 1.

LEO I. epiſtola 4. quæ eſt ad Epiſcopos Siciliæ, vt repoſuimus ſuprà in vocabulo, Baptiſmus quo tempore conferendus. Sed & eorumdem mentionem faciunt

Monachi Trecenti.

MONACHI TRECENTI, degentes ſub impio Eutychete epiſtola quam ad ſecundam ſynodum Epheſinam direxerunt, quæ relecta eſt actione 1. Concilij Chalcedonenſis. Dicunt enim, ſe egiſſe in luctu & mœrore diem natalis Domini, & Epiphaniorum, *Quæ (aiunt) omnibus Chriſtianis eſt lætitia, pro orationibus diuini miniſterij lamentationes ex lingua noſtra perfundentes, ſuperueniens & ſalutaris paſſionis dies, & ſacra nox & reſurrectionis feſtiuitas, in qua quidem & plurimis peccatoribus à ſanctis patribus noſtris damnationes ſoluuntur, &c.* Vide quoque feſtum cœnæ Domini ſuprà in vocabulo, cœna. Hinc & Concilium

Concilium Turonenſe 1.

TVRONENSE I. ſub Leone 1. vel Hilario, in præfatione. *Cum ſub die (aiunt patres) 18. calendarum decembrium ad ſacratiſſimam feſtiuitatem, qua Domini Martini receptio celebratur in ciuitate Turonum, &c.*

Concilium Epaunenſe.

Et Concilium EPAVNENSE ſub Sigiſmundo rege cano. 3. noctis Paſchæ, & Natiuitatis facit mentionem, inuitans ciues ad accipiendam in illo tempore benedictionem, &

Vigilius 1.

VIGILIVS I. epiſtola ad Eutherium cap. 1. facit mentionem dierum feſtorum domini & ſanctorum, in quibus iubet, ne ſit officium Eccleſiaſticum diuerſum, vt repoſitum inuenies in vocabulo, officium diuinum, &c. Hinc

Monachi Apameæ.

MONACHI APAMEAE prouinciæ epiſtola ad Epiſcopos eiuſdem regionis, quæ lecta eſt actione 1. Concilij Conſtantinopolitani 2. quod fuit generale 5. teſtantur in illa Prouincia S. Stephani, & aliorum martyrum, celebrem agi diem. &

Concilium Cæſaraugustanum.

Concilium CAESARAVGVSTANVM Hiſpaniæ cano. 4. *Viceſimo (ait) & primo die ad eſt, à decimo ſexto Calend. Ianuarij, vſque in diem Epiphaniæ, qui eſt octauo Idus Ianuarij, continuis diebus nulli liceat, de Eccleſia ſe abſentare, nec latere in domibus, nec ſecedere ad villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, ſed concurrere ad Eccleſiam. Quod qui non obſeruauerit, de ſuſpectis anathema ſit in perpetuum.* Dierum feſtorum meminit

Concilium generale 5. Conſtantinopolitanum 2.

Concilium CONSTANTINOPOLITANVM II. quod fuit Generale 5. dum collatione 5. citat epiſtolam Gregorij Nazianzeni, ad Theodorum Mopſueſtienſem hæreticum, in qua prædictus Gregorius eundem inuitat ad martyrum feſta celebranda & frequentanda:

Gregorius Nazianzenus Theodorum Hæreticum adhortatur, ad celebranda feſta martyrum.

Debes (ait) *quidem nobis, vt infirmis remedium, cùm vnum eſt in mandatis ægrotantium viſitatio. Debes etiam, ſanctis martyribus annualem honorem, quem in tuis Arianzis ſolenniter celebramus, die 22. noſtri menſis Dathuſa, & non pauca Eccleſiaſticorum communis indigent diſceptationis. Propter omnia igitur impigre peruenire digneris. Licet enim nimium ſit labor, ſed æqualis eſt merces.*

Concilium Matiſconenſe 2.

Concilium MATISCONENSE II. cap. 1. & 2. diem Dominicum, & Paſchæ, celebrem vult haberi, & feſtiuiſſimum. vide, Dominicus dies, & Paſcha, & Concilium

Toletanum 3.

TOLETANVM III. canone 3. eoſdem dies vult obſeruari, & prohibet in his omnia illicita, vt mox dicetur, &

Cōcilium Bracarenſe 1.

Concilium BRACARENSE I. cano. 4. *Si quis (ait) natalem Chriſti ſecundum carnem, non verè honorat, ſed honorare ſe ſimulat, ieiunans in eodem die, & in Dominico, quia Chriſtum in hominis natura natum eſſe non credit, ſicut Cerdon, Marcion, & Manichæus, anathema ſit, &c.* Hinc quoque &

Concilium Foroiulienſe ſub Adriano.

Concilium FOROIVLIENSE ſub Carolo Magno canone 13 poſtquam de die Dominica ſolenniter in ſanctis operibus tranſigenda egit, mox addit. *Cætera principales feſtiuitates, & ipſæ ſunt venerantèr honorandæ, vel cuſtodiendæ, & illa feſta quæ ſacerdotes in Eccleſia prædicant, modis omnibus ſunt cuſtodienda.*

Concilium Nicænum 2. generale 7.

Hinc Concilium GENERALE VII, quod Nicænum 2 dicitur, tomo 2. actione 6. contra adulterinam Synodum Conſtantinopolitanam, quam hæretici vocabant generalem 7. martyres venerandos, & eorum ſolennes agi dies debere profitetur, vt in vocabulo imago, paſſim repoſitum inuenies. Sicque in quodam loco ſpecialiter ait: *Non ſolùm paſſiones martyrum nos inſtituunt, ſed & contextus, & ſcriptum de illorum paſſionibus, picturaque idem indicat, ſimili modo & annua illorum memoria, &c.*

Concilium Toletanum 10.

Porrò Concilium TOLETANVM X. cap decretum ponit. pro celebranda Mariæ virginis annunciatione. vide in vocabulo, Maria, vbi de feſtiuitatibus eius agitur.

Gregorius 3. Platina Cremonenſis.

Denique GREGORIVS III. vt refert PLATINA CREMONENSIS in eius vita, inſtituit vt dies feſti martyrum, & ſanctorum, celebrarentur, & vigiliæ eorum, cùm Miſſarum ſolennibus & luminaribus accenſis: licet Hieronymus contra Vigilantium, ante reliquias martyrum cereos accendi ſolitos deſcribat. cæterùm

Concilium Ticinenſe.

Concilium TICINENSE ſub Ludouico 2. Imperat. cap. 1 *Per ſingulas (ait) Parochias, eas feſtiuitates populus obſeruare ſtudeat, quas proprius eorum Epiſcopus venerari prædicauerit, ita vt neque illas negligant, quas ſacerdotes colere monuerint, neque inanis ſuperſtitione eas celebrari præſumant, quæ nequaquam ſunt obſeruandæ.*

A *Aliter facientes diſtrictè corrigantur.* Vide etiam in vocabulo, Reliquiæ. & Miſſa celebranda ſuper reliquias martyrum. Hinc & Concilium MOGVNTINVM I. ſub Carolo Magno canone .36. *Feſtos dies in anno celebrare ſancimus, hoc eſt, diem dominicum Paſchæ, cum omni honore & ſobrietate venerari. Simili modo totam Hebdomadam illam obſeruari decreuimus, diem Aſcenſionis Domini pleniter celebrare. Item Pentecoſten ſimiliter, vt in Paſcha, in natali Apoſtolorum Petri & Pauli diem vnum, natiuitatem ſancti Ioannis Baptiſtæ, Aſſumptionem ſanctæ Mariæ, dedicationem ſancti Michaelis, natalem S. Remigij, S. Martini, S. Andreæ, in Natali Domini dies 4. Octauas Domini, Epiphaniam Domini, Purificationem ſanctæ Mariæ, & illas feſtiuitates Martyrũ,*

B *vel Confeſſorum obſeruare decreuimus, quorum in vnaquaque parochia ſancta corpora requieſcunt: ſimiliter etiam dedicationem templi.* Et Concilium COLONIENSE II. ſub Carolo Craſſo, cap. 2. meminit diei S. Ioannis Baptiſtæ, & aliorũ. Præterea Concilium OXONIENSE ſub Innocentio III. c. 8. enumerat feſta plurima, quæ iniungit celebrare, interdicto ſeruili opere, videlicet feſta omnium Dominicarum, quinque dierum natalis Domini (vbi comprehendunt, vt reor, Thomæ martyris feſtum) feſtum circunciſionis, Epiphaniæ, omnia feſta beatæ Mariæ, & ſigillatim feſtum conceptionis, duo quoque feſta S. Crucis, Ioannis Baptiſtæ,

C Petri & Pauli, Magdalenæ, Laurentij, S. Michaelis, omnium ſanctorum, Catharinæ, Nicolai, dedicationis. Enumerat quoque alia feſta volgaria, in quibus licitè opera ſeruilia exercentur, vt dies animarum Inuentionis S. Crucis, Octauas Epiphaniæ, &c. Omnino eadem renouat Concilium NARBONENSE nuper in lucem emiſſum opera Arnoldi Sorbini, cap. 3. & iniungit, vt eoſdem feſtos dies ſingulis dominicis presbyteri ſuis parochianis annuncient. Præterea dies feſtos celebres haberi Sanctorum 4. Doctorum, BONIFACIVS VIII. inſtituit, vt habes in ſexto decretalium, tit. 22. de reliquiis & veneratione ſanctorũ,

D cap. Glorioſus Deus in ſanctis ſuis. &c. Et Concilium TOLOSANVM opera eiuſdem Arnoldi Sorbini nuper in lucem emiſſum, præcipit omnibus parochianis, diebus feſtis & dominicis, Miſſę intereſſe. Vide cap. 12. eiuſdem concilij & in vocabulo, Miſſa diebus feſtis audienda. Idem renouat Concilium BITERRENSE præſide Epiſcopo Tornacenſi, vt ibidem dicetur. Denique EVGENIVS IV. in Concilio Florentino, decreto ad calcem addito, dies feſtos celebres dedit Armenis, qui hos ignorabant, Annunciationis beatæ Marię virginis, natiuitatis Ioannis Baptiſtæ, natiuitatis & circunciſionis Domini, Epiphanię, Purificationis,

E iubens vt eos dies iiſdem temporibus, quibus & Latini, ceſſante ſeruili opere, debeant celebrare. Deinde Conciliũ RATISPONENSE ſub Laurentio Cardinali cap. 20. determinat feſta, quæ ab omni opere ſeruili ceſſando celebrari debẽt, quæ etiam nos in vſu modo habemus. Nec eſt opus ea recenſere. In cæteris autem feſtiuitatibus Miſſa audita, permittit ad opera ſuas fideliter redire. *Feſtis tamen dedicationum (ait) & patronorum ſpecialium nihil derogamus, quoad eorum celebrationem, in cathedrali ſede ciuitatis, ac loco etiam Epiſcopalis reſidentiæ duntaxat. &c.* De feſtis quoque ſanctorum, ab Eccleſia inſtitutis, feriandis, in quibus ſoli Deo vacandum eſt. Concilium COLONIENSE III. par. 9. cap. 9. & 10. agit ſatis abundè & Concilium AVGVSTANVM ſub Othone Cardi-

A nali, cap. 24. & Concilium TRAVERENSE II. cap. 11. Sed & nouiſſimè Concilium TRIDENTINVM generale ſeſſio. 25. quæ fuit 9. ſub Pio IV. cap. vltimo, Paſtoribus iniungit, ſeduló commendare deuotam & religioſam dierum feſtorum celebrationem. Vide locum. Multa hic, optime lector, teſtimonia & irrefragabilia protulimus, & quidem plura proferre potuiſſem, niſi tædium tibi parare credidiſſem. Adde quòd paſſim etiam in ſuis locis reſeruantur quædam, quæ inuenies commodè in vocabulis, Crux, Dedicatio, Paraſceue, Cœna, Maria, Reliquiæ, Sancti, & Imago, & Paſcha, & in ſequentibus: atque infrà in vocabulo, Dominicus dies, &c. & Euchariſtia. &c.

B **Dies non feſti choreis, aut turpitudinibus ducendi.**] Satis ſupérque in ſuperiori annotatione de hac materia egimus. Verùm promiſimus, quia hic quædam ſpecialiter reſeruaremus ad lectoris animum ſubleuandum. Igitur dies feſtos non tranſigendos in ebrietatibus, & commeſſationibus, atque ludis, ſatis demonſtrat GREGORIVS NAZIANZENVS oratio. 3. coram beato Baſilio: *Sanctificemus (ait) noſmetipſos martyribus, quoniam & illi per ſanguinem & veritatem ſe ſanctificarunt, liberemur ab omnibus inquinamentis tam carnis, quam ſpiritus, lauemur, puri ſimus, offeramus & nos, corpora & animas noſtras, ſacrificium viuens ſanctum & placitum Deo, colloquium noſtrum*

C *ſit rationabile. Nihil enim adeo puro eſt dignũ, quemadmodum puritas & purgatio. Certemus per certamina, vincamus per victorias, teſtimoniũ præbeamus veritatis per martyres, cum talibus eorum gratificemur certaminibus, vt nos quoque coronæ ſiamus participes.* Et cætera, oro lege. Hinc & IOANNES CHRYSOSTOMVS homil. 8. de reſurrectione, tomo 3. *Ita (inquit) nobis ſanctorum dierum feſtiuitas agatur, vt relaxatione corporum, puritas non corrumpatur animorum, ſed potius abſtinentes ab omni luxu, ebrietate, laſciuia, dantes operam ſobriæ remiſſioni, ac ſanctæ ſynceritati, id efficere tentemus, vt quidquid nunc corporali abſtinentia non adipiſcimur, mentium puritate*

D *quæramus, & ſanè hoc non vtilitati tantùm noſtræ & ſaluti, ſed etiam feſtiuitati ipſi ac tempori. &c.* Vide & eundem ad calcem orationis in S. Philogonium. IDEM & homilia ſeu concione 1. de Lazaro, tomo 2. diſertiſſimè monſtrat, qualiter in diebus feſtis ſoleant maiora committi peccata. Sed prolixior eſt, quàm hic poſſit inſeri. Lege authorem. Porrò CYRILLVS ALEXANDRINVS lib. 8. in Ioannem, cap. 5. exponens illud, quid putatis, quia non venit ad diem feſtum. hunc, &c. *O computatum! cùm magis virtuti eſt incumbendum, magis a ſceleribus abſtinendum, tunc innocentem capere conantur. Sed pro dolor quàm plurimi inter Chri-*

E *ſtianos hanc Iudæorum amentiam & improbitatem, qui diebus feſtis, aut ludis illiberalibus, crapula, choreis, aut aliis mundi vanitatibus dediti, cùm Deo obſequiũ diligentius exhibere, cùm templa Dei frequentare, orationibus inſiſtere atque Eccleſiaſtico intereſſe officio deberent, tunc maximè Deum ſuis diſſolutiſſimis moribus irritant. Id ne eſt, ô Chriſtiani, celebrari diem feſtum, indulgere ventri, & inconceſſis voluptatibus habenas laxare? Si prohibetur die feſto opus (vide mox) quod manu exerceatur ad vitæ neceſſitatem, vt integrius diuinis rebus vacare poſſitis, nónne potiori iure prohibita ſunt ea, quæ non niſi cum peccato committi poſſunt, & graui offenſione Dei? Diebus ad exercenda opera ſeruilia conceſſis, vnuſquiſque ſuo intentus eſt operi, & abſtinet à crapula, ludis, & vanitatibus. Diebus autem feſtis paſſim curritur ad crapulam, ad ludos, ſpectacu-*

Concilium Moguntinum. Dies ſpecialiter feriandi. Dedicatio templi à nobis hodie celebratur.

Concilium Colonienſe 2.

Concilium Oxonienſe in Anglia.

Concilium Narbonenſe ſub S. Ludouico.

Bonifacius 8.

Concilium Toloſanum.

Concilium Biterrenſe.

Eugenius 4.

Concilium Ratiſponenſe ſub Laurentio Campegio.

Concilium Colonienſe 3. Concilium Auguſtenſe.

Con. Trev. Concilium Tridentinum generale.

Gregorius Nazianzenus.

Quanta puritate dies feſti celebrandi.

Ioannes Chryſoſtomus.

Cyrillus Alexandrinus.

Aurea verba.

Fvod. [illegible]

la, & choreas, in irriſionem diuini nominis, & diei præuaricationem, cum tamen eo grauius ſit peccatum, quo ſanctiori tempore committitur. &c. Et AVGVST. HIPPONENSIS ſerm. 1. de Aduentu Domini in carne. *Quotieſcunque aut natalem Domini* (ait) *aut reliquas ſolemnitates celebrare diſponitis, ebrietatem ante omnia fugite, iracundiæ quaſi beſtiæ crudeliſſimæ repugnate, odium velut venenum mortiferum de corde veſtro repellite, & tanta in vobis ſit charitas, quæ non ſolum vſque ad amicos, ſed etiã vſque ad ipſos perueniat inimicos, vt ſecurè dicere poſſimus in oratione Dominica, Dimitte nobis debita noſtra. &c.* Et BERNARDVS CLAREVALLENSIS ſerm. 1. in feſto omnium Sanctorum: *Non ignoramus ſecularibus id moris eſſe, vt in diebus feſtis feſtiua ſibi conuiuia parent, & quanto fuerit ſolemnitas clarior, tanto ſplendidius epulentur.* Proinde & Concilium AFRICANVM, can. 18. prohibet diebus feſtis fieri ſpectacula, vt in vocabulo, Spectaculum, repoſitum inuenies. Hinc Concilium TOLETANVM III. ſub Pelagio II. cano 23. & allegat Gratianus de conſecratione diſtinct. 3. cap. Irreligioſa. *Exterminanda eſt omnino* (ait) *irreligioſa conſuetudo, quam vulgus per ſanctorum ſolemnitates agere conſueuit. Populi, qui debent officia diuina attendere, ſaltationibus & turpibus inuigilant canticis, non ſolum ſibi nocentes, ſed & religioſorum officiis. Hoc etenim vt ab omni Hiſpania depellatur, ſacerdotum & iudicum a concilio ſancto curæ committitur.* Hinc & Conciliũ CABILONENSE I. ſub Eugenio I. can. 18. *Multa quidem* (ait) *eueniunt, quæ dum leuiter corriguntur, ſæpius maiora conſurgunt. Valdè enim omnibus noſcitur eſſe indecorum, quod per dedicationes Baſilicarum aut feſtiuitates martyrum ad ipſa ſolennia confluentes, choros fœmineos turpia quidem & obſcœna cantica decantare videntur, dum aut orare debeant aut clericos pſallentes audire. Vnde conuenit, vt ſacerdotes loci talia à ſeptis Baſilicarum & porticibus ipſarum, ac etiam ab ipſis atriis vetare debeant & arcere. Et ſi voluntariè noluerint emendare, aut excommunicationis debeãt aut diſciplinæ aculeum ſuſtinere.* Hoc Concilium GENERALE VI. quod fuit Conſtantinopolitanum III. prohibuit tales ſaltationes, atque myſteria fieri in diebus feſtis, quæ antiquo more fiebant in nomine Bacchi ſtatuitque, vt nullus deinceps vir muliebri veſte vtatur, nec mulier viri. *Alias* (ait) *excommunicationis coerceatur cenſura.* Sed & Concilium GENERALE VII. quod Nicænum II. dicitur iſtud prohibuit. Et Concilium MOGVNTINVM I. ſub Carolo Magno, cap. 48. Et Concilium MOGVNTINVM IV. capite 61. & nouiſſimè Concil. TRIDENT. generale, ſeſſio. 25. quæ fuit 9. ſub Pio IV. cum de ſacris imaginibus agit. *Sanctorum* (ait) *celebratione ac reliquiarum viſitatione, homines ad commeſſationes aut ebrietates non abutantur, quaſi feſti dies in honorem ſanctorum, per luxum & laſciuiam agantur. Poſtremo tanta circa hæc diligentia & cura ab Epiſcopis adhibeatur, vt nihil inordinatum aut præpoſterè, & tumultuariè accommodatũ, nihil profanum, nihilq́; inhoneſtum appareat, cum domum Dei deceat ſanctitudo. &c.* Vide Imago. Omnia hæc FRANCISC. II. & CAROLVS IX. Galliæ Reges in conſtitutionibus Aureliæ editis, iterũ confirmarunt, articulo 24.

Augustinus Hipponenſis.

Bernardus Clarevallenſis.

Concilium Toletanum 3.

Concilium Cabilonenſe.

Concilium Conſtantinopolitanum generale 6.

Concilium Nicænum 2. generale 7. ſub Adriano 1.

Concilium Moguntinũ 1.

Concilium Moguntinũ 4.

Concilium Tridentinũ generale nouiſſimum.

Franciſcus 2. & Carolus 9. Franciæ reges.

Diebus feſtis opera ſeruilia non exercenda.] Iam in ſuperioribus annotationibus, dũ ſe locus offerret, de his egimus. Lege etiam Cyrillum ſuperius allegatum: & infrà in vocabulo, Dominicis diebus ab opere ceſſandũ, &c. atque in dictione, Miſſa diebus feſtis audienda, &c. Porrò Concilium AVRELIANENSE III. illud vetat ſpeciali decreto, cap. 27. *Quia* (ait) *perſuaſum eſt populis, die Dominico agi cum caballis, aut bobus, & vehiculis itinera non debere, neque vllam rem ad victum præparare, vel ad nitorem domus vel hominis pertinentem, nullatenus exercere. Quæ res quia ad Iudaicam magis quàm ad Chriſtianam obſeruantiam pertinere probatur, id ſtatuimus, vt die Dominico, quod ante fieri licuit, liceat. De opere tamen rurali, id eſt, agricultura, vel vinea, vel ſectione, vel meſſione, vel excuſſione, ſepe cenſuimus abſtinendum, quò facilius ad Eccleſiam venientes orationis gratia vacent. Quod ſi inuentus fuerit quis, in operibus ſuprà ſcriptis quæ interdicta ſunt, ſe exercere, qualiter emendare debeat, nõ in laici diſtrictione, ſed in ſacerdotis caſtigatione conſiſtat.* Hæc conſtitutio omnino ſimili forma repetitur in Concilio CABILONENSI I. cap. 18. & omnino etiam in Concilio VERNENSI ſub Pipino Rege, cap. 14. & in Concilio PARISIENSI III. lib. 2. cap. 11. vbi etiam nec ſecularia negotia, aut ſeculares cauſas, volunt haberi, ex teſtimonio Auguſtini, ſicut inuenies in vocabulo, Eccleſia non ſit locus confabulationis, &c. Vide infrà, Dominicus dies, ex Concilio Matiſconenſi II. & in dictione, Paſcha. & in vocabulo, Quadrageſima: Cõcilio Triburienſi, &c. Præterea CLEMENS I. lib. 8. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 39. ſic Apoſtolos memorat ſtatuiſſe: *Quibus diebus oporteat quieſcere ſeruos ego Petrus & ego Paulus diſponimus. Operentur ſerui quinque dies, in ſabbato & dominica die quieſcant in Eccleſia propter doctrinam pietatis. Sabbatum enim diximus creationis habere rationem, Dominicam reſurrectionis. Serui per totam magnam hebdomadam & ſequentem quieſcant, quoniam illa ad paſſionem pertinet, alia ad reſurrectionem. Et eſt opus inſtitui, quis ſit ille, qui paſſus ſit & reſurrexit: & quis hoc permiſerit & ſuſcitauerit. In Aſcenſione quieſcant, quoniam eſt finis Chriſti diſpenſationis. In Pentecoſte quieſcant propter præſentiã Spiritus ſancti donatam his qui in Chriſtum crediderunt. In natali feſto quieſcant, quoniam in eo inexpectata gratia data eſt hominibus, vt naſceretur Dei verbum, Ieſus Chriſtus, ex Maria virgine propter mundi ſalutem. In feſto Epiphaniæ quieſcant, quoniam in ea facta eſt manifeſtatio diuinitatis Chriſti, teſtificante eũ patre in baptiſmo, & paracleto in forma columbæ demonſtrante eum, cui teſtificatio facta eſt. In diebus Apoſtolorum quieſcant, magiſtri enim veſtri fuerunt, & Spiritus vos participes fecerunt. In die Stephani Protomartyris quieſcant, & reliquorum ſanctorũ martyrum, qui Chriſtum propria vita antepoſuerunt.* Hæc omnia confirmat SYRICIVS I. epiſtola ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum, cap. 2. & allegat Gratianus de conſecratione diſtin. 4. cap. Non ratione. Sed plura ex ſuperioribus colligi & infrà in die Dominica.

Aurelianenſ 3. ſub Vigilio 1.

Vide quia centè Iudaicam euerdam ſuperſtitionem demonſtrat.

Locus deprauatus & obiectus.

Concilium Cabilonenſe 1. Concilium in Palatio Vernis celebratum. Concilium Pariſienſe 3.

Clemens I.

Conſtitutio Apoſtolorũ Petri & Pauli.

Magna hebdomada ceſſandũ ab opere ſeruili.

In natali Apoſtolorum quieſcendum.

Syricius.

Dies feſti gentilium abrogantur.] De calendis Ianuarij pulchrè agit in ſermone prolixiſſimo eiuſdem diei, AVGVSTINVS HIPPONENSIS, vbi mirè vanitatem iſtius feſti proſequitur. Agit quoque de Scenicis & aliis ludis in lib. 2. de ciuitate Dei. Vide hinc, ſpectacula, & ludus. De his autem diebus feſtis Gentilium, Concilium TVRONENSE II. cano. 23. (vt etiam allegat MARTINVS BRACARENSIS in collectorio ſuo, cap. 73. & 74.) ſic loquitur: *Damnamus eos qui calendas colunt Ianuarij, tanquam in honore Iani, cum Ianus homo gentilis fuerit, rex quidem, ſed Deus eſſe non potuit. Quiſquis ergo vnum Deum*

Auguſtinus Hipponenſis.

Concilium Turonenſe 2. ſub Pelagio 1. Martinus Bracarenſis.

Patrem,

*Patrem, regnantem cum Filio & Spiritu ſancto credis, certe hoc integer non poteſt Chriſtianus dici, qui aliqua de gentilitate cuſtodit. Sunt etiam qui in feſtiuitate cathedræ Domini Petri Apoſtoli * cibos mortuis offerũt, & poſt Miſſas redeuntes ad domos proprias ad Gentilium reuertuntur errores, & poſt corpus Domini, ſacratas dæmoni eſcas accipiunt. Conteſtamur illam ſolicitudinem tam paſtores quam presbyteros gerere, vt quemcunque in hac fatuitate perſiſtere viderint, vel neſcio ad quas Petras aut arbores, aut ad fontes, deſignata loca Gentilium, perpetrare quæ ad Eccleſiæ rationem non pertinent, eos ab Eccleſia ſancta authoritate repellant, nec participare ſancto altari permittant, qui Gentilium obſeruationes cuſtodiunt. Quid enim dæmonibus cum Chriſto communicare, cum magis ſumendo iudicium, delicta videatur addere, quam purgare?* Idem omnino ſtatuit Concilium ANTISSODORENSE I. ſub Deuſdedit Papa I. c. 1. Et MARTINUS BRACARENSIS in collectorio ſuo, cap. 72. meminit, & allegat Gratianus cauſa 26. quæſt. 5. *Non liceat* (ait) *Chriſtianis tenere traditiones Gentilium, & obſeruare vel colere elementa, aut lunæ, aut ſtellarum curſus, aut inanem ſignorum fallaciam, &c.* Vide ſuprà in vocabulo, Aſtra non obſeruanda, &c. Calendas quoque, quæ ſolent prima die Martij celebrari cum ſaltationibus & ſatyricis cãtibus, ſtrictiſſimè vetat Concilium GENERALE VI quod eſt Conſtantinopolitanum III. in Trullo celebratum ſub Conſtantino IV. Pogonato, cano. 2. & 6. lege diligentius. Item BONIFACIUS MOGUNTINENSIS Archiepiſcopus I. qui poſteà fuit martyr, & primus Catholicam fidem Germanis prædicauit, epiſtola ad Zachariam Papam directa, conqueritur ſuos Germanos & Francos, ad Gentilium feſta celebranda ductos, exemplo Romanorum, quos ſe annis ſingulis vidiſſe dicebant in Romana vrbe iuxta Eccleſiam S. Petri ea fieri, in die vel nocte, quando Calendæ Ianuarij intrant. Paganorum conſuetudine Romanos ducere per plateas choros, & acclamationes ritu Gentilium, & cantationes ſacrilegas celebrare, & menſas illa die vel nocte dapibus onerare, & nullũ de domo ſua ignẽ, vel ferramentum, vel aliquid commodi vicino ſuo præſtare velle, dicebant quoque, ſe vidiſſe ibi mulieres pagano ritu phylacteria, & ligaturas, & in brachiis & in cruribus ligatas habere, & publicè ad vendendum venales, ad comparandum aliis offerre. Quæ omnia prædictus Bonifacius ſuadet extirpanda, & hortatur prædictum Pontificem hoc è medio tollere. *Quia hæc* (ait) *nobis improperium & impedimentum prædicationis & doctrinæ perficiunt. De talibus* (ait) *dicit Apoſtolus, dies obſeruatis & tempora, timeo ne ſine cauſa laborauerim in vobis.* Et S. AUGUSTINUS ſermo. 241. de tempore: *Nam qui prædictis malis, id eſt, caragis, & diuinis, & aruſpicibus, vel phylacteriis, & aliis quibuſlibet auguriis crediderit, & ſi ieiunet, & ſi oret, & ſi iugiter ad Eccleſias currat. Et ſi largas eleemoſynas faciat, & ſi corpus ſuum in omni afflictione cruciauerit, nihil illi proderit, quandiu ſacrilegia illa non reliquerit. Nam ſi iſtas Paganias, paternitas veſtra ibi in Romana vrbe prohibuerit, & ſibi mercedem, & nobis maximum profectum in doctrina Eccleſiaſtica perficiet.* Cui prædictus ZACHARIAS I. epiſto. 9. ad ipſum directa ſatiſfaciens: *Quia* (inquit) *hæc per inſtigationem diaboli pullulabant à die qua nos iuſſit diuina clementia (quanquam immeriti exiſtimus) Apoſtoli vicem gerere, illico omnia hæc amputauimus. Pariq; modo volumus tuam ſanctitatem populis ſibi ſubditis prædicare, atque ad viam æternæ vitæ perducere. Nam hæc omnia conſtitutione prædeceſſoris noſtri* GREGORII III. *ac nutritoris, amputata ſunt.* Hæc omnia etiam in Concilio FRANCICO ſub Carolomano Principe, præſidẽte in eo præfato Bonifacio Moguntinenſi prohibita ſunt: & poſtea in Concilio SUESSIONENSI ſub Childerico Rege, & Pepino duce ad S. Medardum celebrato, vbi intererant Epiſcopi 23. Idem quoque omnino ſtatuit & Concilium NANNETENSE, cap. 20. & vlti. Lege quoque in dictione, Aſtra, & Magia atque Magicus, &c. Auguria.

Obſeruatio Cathedræ Petri.
* aliàs, Victimas.
Concilium Antiſſidorenſ. 1
Martinus Bracarenſis.
Calendæ Martij.
Concilium Conſtantinopolitanum 3. dictum generale 6.
Bonifacius Martyr Mogũtinenſis.
Superſtitiones Romanorum Chriſtianorũ.
Galat. 4.
Auguſtinus Hipponenſis.
Zacharias 1.
Gregorius 3.
Concilium Francicum in Francia celebratum.
Concilium Sueſſionenſe.
Concilium Nannetenſe.

DIFFINITIO.

Diffinitio incauta.] Concilium ELIBERTINUM, vt citat Gratianus cauſa 22. quæſt. 4. cap. Diffinitio: *Diffinitio incauta laudabiliter ſoluenda eſt, nec eſt præuaricatio, ſed temeritatis emendatio.* Idem omnino ſtatuitur in vocabulo, Iuramentum quod retractandum eſt aliquando: & Teſtimonium. Vide ſuis locis.

Concilium Elibertinum.

DIGAMUS.

Digamus non portandus.] Non ſic volumus intelligere digamum vt bigamum, quia de bigamis ſuo loco egimus. Hîc autem volumus inuenire, non licere duabus vxoribus iungi viuentibus. Hinc NICOLAUS I. Lothariũ Regem Franciæ ſeuerè corripuit, & duris perſtrinxit ſentẽtiis, qui duas vxores ſeu pellices, Tebergam & Gualdradam habebat, vt iam diximus in dictione, Adulterium. Cui etiam, epiſtola ad eundem, & ad Hincmarum Epiſcopum Rhemenſem miſſa, ſic loquitur, & allegat Gratianus cauſa 24. quæſt. 3. cap. An non: *An non* (ait) *diſtricta vltione feriendus es, qui in duabus vxoribus adulterium Lamech, & flagitium imitatus eſſe dignoſceris? Quod Dominus non niſi poſt ſeptuaginta ſeptem generationes ſuo ſalutifero aduentu deleuit? Cum Cain fratricidium ſeptima generatione aquis ablutum ſit cataclyſmi, id eſt, diluuij? &c.* IDEM epiſtola ad omnes Epiſcopos Galliæ, & Germaniæ, & allegatur à Gratiano cauſa 11. quæſt. 3. cap. Tengualdum, duos Archiepiſcopos, qui eiuſdem Lotharij fautores & tutores erant, Tengualdum Treuirenſem & primatem Belgicæ prouinciæ, & Gunthariũ Agrippinæ Coloniæ, ab omni ſacerdotij officio, & Epiſcopatus exutos regimine, damnauit. IDEM iterum epiſtola ad Radualdũ Portuenſem, & Ioannem Sicoluenſem Epiſcopos, & alegat Gratianus cauſa 31. quæſt. 2. cap. Gotharius, præfatis Epiſcopis hanc cauſam committit, vt ſi inuenerint Gualdradam eidem Regi legitimè copulatam, ſecundum ſolennitatem quæ in nuptiis fieri ſolet, de altera ſuperinducta corrigatur, & ab eo ſeparetur, *Quia hoc* (ait) *contra diuinum eſt præceptum.* Idem autem Lotharius, qui, vt diximus, repudiata legitima coniuge Teberga, Gualdradã ſibi coniunxerat, conatus eſt poſtea apud Pontificem nouum Adrianum II. Nicolai ſucceſſorem, literis primò, deinde verbis per ſemetipſum, Romæ ſe purgare, vt refert PLATINA CREMONENSIS, & cæteri hiſtoriographi in vita Adriani II. & verbis humilibus Summo Pontifici dignũ honorem impendit. Qui cùm ad ſacram communionem eſſet vocatus, præmonitus tamen à Pontifice, quòd ſi ſe conſcium ſciret, non eam præſu-

Nicolaus 1.
Geneſ. 4.
Epiſcopi condemnantur ſine ſynodo, vide Epiſcopus.
Lotharius ſe purgat humiliter.
Platina Cremonenſis.
Attende Hiſtoriam mirabilem.

meret

metet accipere. Ille eum proceribus, qui eius erant ſceleris complices, licet eſſent conſcij facinoris, intrepidè de manu Pontificis, Chriſti corpus perceperūt. Sed eodem anno paulò pòſt Lotharius 6 Idus Auguſti, Placentiæ moritur, &c. (paucis demptis qui ſe à communione ſubduxerant) intra anni ſpatium vitam cum morte commutarunt Et ingens clades nobilitatem omnem, ac populum regis, horrendum in modum peruaſit. Præterea nota eſt hiſtoria noſtri temporis, quę Henricum VIII. Angliæ Regem fidei defenſorem propter Eccleſiaſticæ religionis tenacitatem appellatum refert impiè cōtra Papam & omnem clerum conſpiraſſe, eò quòd eius ſecundis nuptiis non aſſentirent, & plures martyrio coronauit, vt teſtis eſt SIMON FONTANVS, lib. 9 Hiſtoriæ noſtri temporis, & cæteri hiſtoriographi.

Simon F. ſtanus.

DILECTIO.

Dilectio vnde] Et quænam ſit virtus eius, abundè GREGORIVS I. lib. 10. Moralium, cap. 5 & 6. in vndecimum caput Iob vbi interpretatur illud, *Vt oſtenderet tibi ſecreta ſapientiæ, & quod multiplex ſit lex eius.* Et lib. 40. Homiliarum homil 27. vbi illud Euangelium exponit, *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, &c.* Sed de hac ſuperiùs in vocabulo, Charitas, ſufficienter egimus. Qui autem de effectibus charitatis & dilectionis voluerit ſcire, pulcherrimum ſuper hoc edidit tractatum V. Pater SIMON DV CORROY noſtræ quondam religionis decus & ornamentum, cuius memoria in benedictione ſuauis eſt: verùm mihi mors intolerabilis. Hic nēpe mihi vnicum erat ſolamen, & à die mortis eius, quo receptus eſt in eam, quam virtute & fidei meritis comparauerat ſedem, inuenerunt me multa mala, à quibus vtique liber eſſem, ſi tanti patris præſentia fruerer, cùm ab eo, tanquam à templo Spiritus ſancti, omnē mihi exhaurirem tribulati ſpiritus requiem. Diem clauſit extremum venerabilis iſte Pater, inter ſuorum manus, ſeptima Iunij anno 1569 ætatis ſuæ anno ſexageſimo nono, collachrymantibus cunctis, qui ei bene optarēt imò qui ordini condolebant, cuius ſpecimen erat & vnicum luminare. Non enim ei dolendum erat, qui indubiè (vt exitus approbauit hora) ad cœli ampla calcatis terreſtribus & caducis tendebat, ſed condolendum mihi & cæteris, qui tanto orbati patre eſſent futuri, præda & ſpolium inimicis. Multos hic ſanctus Pater tractatus edidit, omnem doctrinam & dulcedinem ſpirantes, vt ſuis in locis inſeremus, & præcipuè de tribus Theologicis virtutibus, fide, ſpe, & charitate, vltimo ſui prouincialatus triennio, ita luculenter diſſeruit, vt nihil habeam quod eius poſſim addere ſuaui loquentiæ: atque quem verbis expreſſit, dilectionis feruorem expertus ſum in me completum. A quo, ſi quid habeo doctrinæ & religionis, tanquam à lucidiſſimo fonte, me cōfiteor hauſiſſe. Sed de his aliàs.

Simon du Corroy Caleſtinus.

Authoris conqueſtio.

DIOECESIS.

Diœceſis nomen ſæpius inuenies in vocabulo, Epiſcopatus. Illuc recurre.

DIPTYCHA.

Diptycha] Dicuntur certi libri, vel quædam loca, vbi nomina defunctorum Epiſcoporum, inſcribebantur, vt ſæpius meminimus in vocabulo Epiſcopus, dum de recitandis nominibus Epiſcoporum agitur. Ne pigeat huc te conferre, ea quæ ignoras & concupiſcis abundanter cogniturus. Vide itaque & in vocabulo, Miſſa, & Epiſcoporum nomina, &c.

DISCERE.

Diſcere quam bonum.] INNOCENTIVS I. in proœmio epiſt. 3. ad ad Exuperium Tholoſanum Epiſcopum: *Dilectio tua inſtitutum ſecuta prudentium, ad ſedem Apoſtolicam referre maluit, quid de rebus dubiis cuſtodire deberet, potiùs quā vſurpatione præſumpta, quæ ſibi viderentur de ſingulis obtinere. Cur enim magis pudendum putamus, diſcere aliquid, quàm omnino neſcire? Mihi quoque ipſi de collatione docilitas accidit, dum perſcrutatus rationicus ad propoſita reſpondere compellor, eoq; fit vt ſemper aliquid addiſcat, qui poſtulatur vt doceat.*

Innocentius I.

Nota.

DISCIPLINA.

Diſciplina quid.] CYPRIANVS CARTHAGINENSIS initio libri de habitu virginū: *Diſciplina* (ait) *cuſtos ſpei, retinaculum fidei dux itineris ſalutaris, fomes ac nutrimentum bonæ indolis, magiſtra virtutis, facit in Chriſtum manere ſemper, ac iugiter in Deo viuere, ad promiſſa cœleſtia & diuina præmia peruenire. Hanc ſectari ſalubre eſt, & auerſari ac negligere lethale.* Et cætera quæ ad cōmendationem diſciplinæ profert ex ſcripturis. AVGVSTINVS HIPPONENSIS, libro de moribus Eccleſiæ, cap. 18. *Diſciplina* (ait) *quæ animi medicina eſt, quantum in ſcripturis ipſis diuinis colligi licet, in duo diſtribuitur, coercionem & inſtructionem. Coercio timore, inſtructio verò amore perficitur, eius dico cui per diſciplinam ſubuenitur. Nam qui ſubuenit, nihil illorum duorum habet niſi amaro.* Lege eundem ſerm. 1. de bono diſciplinæ, cap. 3. tomo 5. & ibidem, cap. 4. & 5. & 7. Et GREGORIVS I. libro Paſtoralium ſecunda parte, cap. 6. ad calcem, docet quomodo Prælati debeant temperare diſciplinam. Vide locum.

Cyprianus Carthaginenſis.

Auguſtinus Hipponenſis. Diſciplinæ partitio.

Gregorius I.

DISCORDIA.

Diſcordia ſedanda] Vide ſuperiùs, Concordia. & Contentio: & infrà, Lis. Præterea ſic Concilium CARTHAGINENSE IV. ſub Syricio, cui interfuit Auguſtinus, cano. 26. allegatur à Gratiano, diſtinct. 90. cap. Studendum: *Studendum eſt Epiſcopo, vt diſſidentes fratres, ſiue clericos, ſiue laicos, ad pacem magis quam ad iudicium cohortentur.* Et cano. 59. *Diſcordantes clericos Epiſcopus, vel ratione vel poteſtate, ad concordiam trahat: inobedientes Synodus per * audientiam damnet.* Idem ſtatuit INNOCENTIVS I. epiſt. 2. ad Victricium Epiſcopum Rhotomagenſem, cap. 3. & allegatur à Gratiano cauſa 11. quæſt. 1. cap. Si quæ. IDEM Concilium, cano. 93. allegatur à Gratiano diſt. 90. *Oblationes* (ait) *diſſidentium fratrum neque in ſacrario, neque in gazophylacio recipiātur.* Vide etiam. Lis Epiſcoporum, &c. Hinc BONIFACIVS I. vt allegatur in Codice 5. librorum, lib. 4. cap. 21. *Relata ſunt nobis quorundam ſacerdotum perſona, in tantam diſſenſionis efferbuiſſe diſcordiam, vt non ſolùm illos ab ira, occaſio ſola non reuocet, ſed ne annoſa quidem tranſactio temporis, ad bonum charitatis reclinet, quippe in quorum cordibus ſol iuſtitiæ Chriſtus occubuit, vt ad lumen charitatis redire vix poſſint. Horum igitur & ſimilium diſcordantium fratrum oblationes iuxta antiquis canonis* (vide ſuprà) *definitionem nullo*

Concilium Carthaginenſe 4.

* audaciam

Innocentius I.

Bonifacius I.

Attende.

*modo recipiendas eſſe cenſemus. Perſonis tamen diſcor-
dantibus id ſpeciali diffinitione præcipimus, vt eos ante
reconciliatio vera innectat, quàm vllus eorum accedere
ad altare Domini audeat, vel gratiam communionis
ſanctæ percipiat. Sed geminato tempore per pœniten-
tiam compenſabunt, quo diſcordia ſeruierunt. Quod ſi
vnus eorum alio contemnente ad ſatisfactionem cha-
ritatis cucurrerit, ex eo tempore iam pacificus intra
Eccleſiam recipietur, ex quo ad concordiam ſeſtinaſſe
cognoſcitur. Sententia tamen ſuperiori ſeruata, vt tem-
pus quod in ira expendit, geminatum pœnitentia ſatiſ-
factione perſoluat.* Omnino ſimilia verba ponit Cõ-
Concilium Toletanum vndecimum. cilium TOLETANVM XI. cap. 4. Et AVGV-
Auguſtinus Hipponenſis. STINVS HIPPONENSIS, ſerm. 10. in com-
B munibus ſermonibus: *Diſcordiam in corde tuo dia-
bolus ſeminat, ipſe plantauit, ipſe habitauit. Nonne ille
eſt ſemper diſcordiarum ſeminator, diſſentionis author,
& origo rixarum?* Hinc GREGORIVS I. lib.
Gregorius I. Paſtoralis curæ par. 3. admonitione 23. *Admonendi
ſunt diſcordes, vt ſi aures à mandatis cœleſtibus decli-
nant, mentis oculos ad conſideranda ea quæ in infimis
verſantur aperiant, quòd ſæpe aues vnius eiuſdemq́; ge-
neris ſeſe ſocialiter volando non deſerunt, & quòd gre-
Vide. gatim animalia bruta paſcantur. Quæ ſi ſolerter aſpi-
ciamus, cõcordando ſibi irrationalis creatura indicat,
quantum malum per diſcordiam rationalis creatura
committat, quando hæc à rationis intentione perdidit,
quod illa motu naturali cuſtodit.* De ſedanda diſcor-
C dia, vide eundem lib. 4 Dialogorum, cap vltimo.
Concilium Vormatienſe. Hinc Concilium VORMATSENSE, cano. 41.
ſic ſtatuit: *Placuit, vt quicunque odio, aut longa inter
ſe lite diſſenſerint, & ad pacem reuocari diutina in-
tentione nequiuerint, à ciuitatis primitus ſacerdotibus
arguantur. Qui ſi inimicitias deponere pernicioſa in-
tentione noluerint, de Eccleſiæ cœtu iuſtiſſima excom-
municatione pellantur.* Hos & Concilium NAN-
Concilium Nannetenſe. NETENSE arcet à Miſſæ officio, vt inuenies
in vocabulo, Miſſæ qui intereſſe non debent, &c.

DISCRETIO.

Diſcretio in rebus agendis neceſſaria.]
D Soter I. SOTER I. epiſt. 2. ad Epiſcopos Italiæ: *Maltum
nobis neceſſaria eſt vigilantia tanti ſacramenti ſapien-
tiæ diſcretionis, quæ occulta tenebrarum reuelat, ad re-
quiſitionem huiuſmodi rei & ſcrutationem: quoniam
latet quodammodo, & abſconditur, vixq́; comprehen
ditur, doloſa exiſtens malitia, pro eo quòd ſibi pietatem
callide blandiatur, vt valeat ſcrutantium mentem la-
Gregorius I. tere, &c.* Et GREGORIVS I. de virtute diſcre-
tionis lib. 1. Moralium, cap. 35. & lib 3. cap. 8. agit
& alij Patres.

DISPENSATIO.

Diſpenſationes non leuiter dandæ, nec
E obtinendæ.] Suprà de his egimus in vocabulo,
Conſanguineus, & Clericus falſarius, & alibi. Sed
Concilium Colonienſe 3. anno 1536. & Concilium COLONIENSE III. part. 1. cap.
33. ſic ſtatuit: *Quam impudenter plerunque diploma-
tis ac diſpenſationibus apud ſedem Apoſtolicam extor-
tis, præter ſummi Pontificis mentem (qui & vult, vt
debet poteſtate ſibi conceſſa, non ad deſtructionem, ſed
ad conſtructionem vti) abutantur, nullus eſt qui igno-
* eſt Bernardus libr. 3. de conſideratione ad Eugeniũ circa finem. 1. Corinth. 4. ret. Non prohibeo (inquit quidam vir * pius) diſpen-
ſare, ſed diſſipare. Diſpenſatio quidem credita eſt, ſed
iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inue-
niatur. Quanquam apud illos maxima culpæ pars re-
ſideat, qui vel nulla vel minus legitima, vel etiam ficta
cauſa ſupplicatoriis precibus inſertis diſpenſationis te-*

A *ſtorium tandem eliciunt, quos apud Deum, qui renes
& corda ſcrutatur, omnemq́; hypocriſim ac fraudem
execratur, ſecuros quis dixerit? Nemo tibi (ait idem
ille)* Bernardus, *de diſpenſatione Apoſtolica blandia-
tur, cuius conſcientiam diuina ſententia tenet alliga-
tam. Sed quia pauci ſunt, in quorũ conſpectu eſt Deus,
plerique verò qui ſacra authoritate pro ſua libidine
Concilium Lugdunenſe generale. paſſim abutantur, fit vt Concilij LVGDVNENSIS
ſub Gregorio X. celebrati non inſalubre decretum* (al-
legatur in 6. decretalium) *aduerſus inſolentiam
eiuſcemodi hominum in vſum reuocare cogamur, quo
ſubiunxi cunctis, qui talibus diplomatis ſibi blandiun-
tur, neceſſitatem imponemus literas ſuas nobis exhiben-
di, viſuris non ritè impetrauerint, ac rectè impetratis
B vtantur. Et vt quàm maximè robuſtæ ſint diſpenſatio-
nes iſtæ, curabimus tamen vt menti canonis ac ſummi
Pontificis ſatisfaciat, videlicet ne animarum cura in
his Eccleſiis, perſonatibus, ſeu dignitatibus, quas ſub
hoc prætextu occupant, negligatur, nec beneficia ipſa
debitis obſequiis defraudentur.* Vide diſpenſationi-
bus quas obtinent monachi apoſtatæ: vide Apo-
ſtata. Porrò Concilium TRIDENTINVM ſeſ-
Concilium Tridentinũ generale nouiſſimum. ſione 22. quæſt. 6. ſub Pio IV. cap. 5. decreti re-
formationis, iubet omnes diſpenſationes à curia
Romana venientes, loci ordinario cõmitti, priuſ-
quam ſuum ſortiantur effectum. Vide & ſuprà in
vocabulo, Canones quando liceat immutare: vbi
& diſpenſationis fit mentio, ex eodem Concilio.
C Diſpenſatio Epiſcoporum ſuper irregu-
Idem. laritate.] Concilium TRIDENTINVM ſeſſio.
24. quæ fuit 8. ſub Pio IV. cap. 6. decreti reforma-
tionis: *Liceat Epiſcopis* (ait) *in omnibus irregulari
tatibus & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenien-
tibus, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario,
& exceptis aliis deductis ad forum contentioſum di-
ſpenſare: & in quibuſcunque caſibus occultis, etiam
ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, delinquentes quoſcunque ſi-
bi ſubditos in diœceſi ſua per ſeipſos, aut vicarium ad
id ſpecialiter deputandum, in foro conſcientiæ gratis
abſoluere, impoſita pœnitentia ſalutari. Idem & in hæ-
reſis crimine in eodem foro conſcientiæ eis tantùm, non
eorum vicariis, ſit permiſſum, &c.*

D

DISPENSATOR.

Diſpenſator.] Vide Oeconomus, & Clerici
diſpenſatores ſuprà.

DISPVTATIO.

Diſputatio de fide præcipuè cum hære-
ticis cauetur.] Licet in dictione, Hæreticus, di-
cturi ſimus, quia reſiſtendum eſt hæreticis verbo
veritatis, tamẽ frequentes diſputationes aliquan-
do magis officiunt, quam proſint, cùm & inde
paucos videamus hæreticos conuerti, ſed multos
potiùs ſubuerti. Non enim proijciendæ ſunt mar-
E garitæ ante porcos, ne eas pedibus conculcent.
Vnde ſic TERTVLLIANVS CARTHAGI-
Tertulliani Carthaginenſis præclara doctrina, & ſalutaris eruditio omnibus qui ineunt cum hæreticis certamen. Quotidie experiuntur quòd plura damna ex his diſputationibus oriatur, quàm commoda. NENSIS, libro de præſcriptionibus aduerſus hæ-
reticos, vbi regulam fidei ſummariam tradidit,
quam inuenies in dictione, Symbolum Tertullia-
ni, ſic infert: *Hæc regula fidei à Chriſto inſtituta, nul-
las habet apud nos quæſtiones, niſi quas hæreſes inferũt,
& quæ hæreticos faciunt. Cæterùm manente forma eius
in ſuo ordine, quantumlibet quæras & tractes, & om-
nem libidinem curioſitatis effundas, ſi quid tibi vide-
tur vel ambiguitate pẽdere, vel obſcuritate obumbrari,
eſt vtique frater aliquis doctor gratia ſcientiæ donatus,
eſt aliquis inter exercitatos conuerſatus, aliquid tecum
curioſius tamen quærens, nouiſſime ignorare melius eſt,*

ne, quod

Fides multum iuuat.

Pernicioſa curioſitas.

ne, quod non debeas noris, quia quod debeas noſti. Fides, inquit, tua te ſaluum fecit, non exercitatio ſcripturarum, fides in regula poſita eſt, habet legem, & ſalutem de obſeruatione legis, exercitatio autem in curioſitate conſiſtit, habens gloriam ſolam de peritiæ ſtudio, cadat curioſitas fidei, cadat gloria ſalutis. Certè aut non obſtrepant, aut quieſcant aduerſus regulam. Nihil ſcire omnia ſcire eſt, vt non inimici eſſent veritatis hæretici, vt de refugiendis eis non præmoneremur, quale eſt conferre cum hominibus, qui & ipſi adhuc ſe quærere confitentur? Si enim verè adhuc quærunt, nihil adhuc certi deprehenderunt: & ideo quodcunque videntur interdum tenere, dubitationem ſuam oſtendunt, quandiu quærunt. Itaque tu qui proinde quæris ſpectas ad eos qui & ipſi quærunt, dubius ad dubios, incertus ad incertos, cæcus à cæcis in foueam deducaris neceſſe eſt. Et paulò infrà: *Hunc igitur potiſſimum gradum obſtruimus, non admittendi eos ad illam de ſcripturis diſputationem ſi hæ ſunt illæ vires eorum, vti ne eas habere poſſint, diſpici debet cui competat poſſeſſio ſcripturarum, ne is admittatur ad eandem, cui nullo modo competit. Hæc de conſilio diffidentiæ, aut de ſtudio aliter ineundæ conſtitutionis induxerim, niſi ratio conſtiterit in primis illa, quòd fides noſtra obſequium Apoſtolo debeat, prohibenti quæſtiones inire, nouis vocibus aures accommodare. Hæreticum poſt vnam correptionem non conuenire, non poſt diſputationem, adeò interdixit diſputationem, correptionem deſignans cauſa hæretici conueniendi & hoc vnam, ſcilicet quia non eſt Chriſtianus, ne more Chriſtiani ſemel & iterū & ſub duobus aut tribus teſtibus caſtigandus videretur, cùm ob hoc ſit caſtigandus, propter quod non ſit cum illo diſputandum. Deinde quoniam nihil proficiat congreſſio ſcripturarum, niſi planè vt aut ſtomachi quis ineat verſionem aut cerebri. Iſta hæreſis non recipit quaſdam ſcripturas, & ſi quas recipit, adiectionibus & detractionibus ad diſpoſitionem inſtituti ſui interuertit, & ſi recipit non recipit integras, & ſi aliquatenus integras præſtat, nihilominus diuerſas expoſitiones commentata conuertit. Tantum veritati obſtrepit adulter ſenſus, quantum & corruptor ſtylus. Variæ præſumptiones nolunt agnoſcere ea, per quæ reuincuntur, his nituntur quæ ex falſo cōpoſuerunt, & quæ de antiquitate cœperunt. Quid promouebis exercitatiſſime ſcripturarum? cùm ſi quid defenderis, negetur ex diuerſo, ſi quid negaueris, defendatur! Et tu quidem nihil perdes niſi vocem in contentionē, nihil conſequeris niſi vilem blaſphemationis laudem. Ille verò ſi quis eſt cuius cauſa in congreſſum deſcendis ſcripturarum, vt eum dubitantem confirmes ad veritatem, magis ad hæreſes demerget. Hoc ipſo motus quod te videat nihil promouiſſe æquo gradu negandi & defendendi diuerſa parte ſtatutum. Certe & pari altercatione incertior diſcedet, neſciens quam hæreſim iudicet. Hæc vtique & ipſi habent in nos retorquere, neceſſe eſt enim & illos dicere à nobis potius adulteria ſcripturarum & expoſitionum eorum mendacia inferri, qui proinde ſibi defendant veritatem. Ergo non ad ſcripturas prouocandum eſt, nec in his conſtituendum certamen, quibus aut nulla, aut incerta victoria eſt, aut parum certa, &c.* Vide reliquum. Diſputationes iſtas vanas prohibet AMBROSIVS MEDIOLANENSIS ſermo. 11. in Pſalm. 118. illud exponens: *Narrauerunt mihi iniqui confabulationes, &c.* Et ſobrias eſſe iubet epiſt. 82. quæ eſt ad Vercellenſem Eccleſiam libri decimi epiſtolarum, dum contra eos diſputat, qui variis diſputationibus Eccleſiaſtica ſacramenta conantur obfuſcare, & in dubium vertere Eccleſiæ & Euangelij conſilia. Vide locum. Porrò GREGORIVS NAZIANZENVS, libro 1. Theologiæ,

2. Timoth. 2.

Hæc omnino veriſſima ſunt. Sedulo attende.

Ambroſius Mediolanenſis.

Gregorius Nazianzenus.

A quæritur cùm feruerent maximè diſputationes, tum refrixiſſe maximè charitatem, refrixiſſe pietatem quæ in credendo, in ſperando, in amando conſiſtit. Tum autem & hunc fructū adfert contentio, quòd, ſicut ille dixit, nimium altercando veritas amittitur. Neque enim vllum afferri poteſt maius impedimentum ad veritatem inueſtigandam, quàm ſi ſuprà, quàm ſcriptum eſt, vnus pro altero inflatur aduerſus alterum, &c. Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS epiſto. 174. ad Paſcentium comitem: *Hi ſolent latebras malæ defenſionis inquirere, qui contentionis ſunt cupidiores quàm veritatis.* Et infrà: *Homines minus intelligentes, potentes volunt habere ſententias, & ſcripturis non diligenter* B *ſcrutatis, cùm arripiunt defenſionem cuiuſcumque opinionis, ab ea nunquam vel difficile flectuntur, cùm docti atque ſapientes magis putari, quàm eſſe concupiſcunt, &c.* Vide quia in hac epiſtola nihil aliud agit, quàm de diſputationibus loqui. Hinc refert SOCRATES GRÆCVS hiſtoriographus, libro 5. cap. 10. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, quòd, cùm Theodoſius Imperator Nectario Conſtantinopolitano Epiſcopo mandaſſet, diſſidium, quod tunc temporis erat in Eccleſia, diſputatione agitata tolli, æſtimans non poſſe commodiùs fieri, quàm ſi quæſtiones & controuerſiæ, quæ motibus iſtis excitandis cauſam dediſſent, diligentiùs excuſſæ forent. Nectarius primùm cum Agelio, C deinde cum Siſinnio Epiſcopis rem communicat. Erat Siſinnius egregia quadam dicendi facultate, & minimè vulgari ſacrarum literarum cognitione præditus. Huc acceſſerat ingenium ſolers, & rerum vſus, & experientia quam fuerat non mediocrem conſecutus. Itaque facilè perſpiciebat diſputationes nō modò nihil ad ſanandos motus iſtos momenti allaturas, verùm illud effecturas potiùs, vt res in maiorem contentionem exiret. Quapropter hoc Nectario dat conſilium, vt omni ope contendat & elaboret, ne diſputare ſit neceſſe, ſed priſcorū tantùm interpretationes in medium producantur, quibus prolatis, quærat ex Hæreſiarchis Imperator, quo loco, quóve nu- D mero doctores illos habeant, quorum nomina, quàm longè latéque patet Chriſtianus orbis, cum primis celebria ſemper fuerint. Nunquid ad Eccleſiam eos pertinere putent, an tanquam alienos à fide Chriſtiana reijciendos cenſeant: *Quod ſi (ait) magis eos alienos reiecerint, audeant igitur eos anathemate dānare: quod ſi auſi fuerint, ſtatim à multitudine profligabuntur. Sin autem priſcos Doctores minimè ſe reprobare teſtati fuerint, noſtrum erit libros eorum proferre, quorū teſtimonio doctrina noſtra confirmatur.* Hoc Siſinnij Concilium Nectario probatur. Itaque nil cunctatus ad aulam properat. Imperatori rem exponit. Is cupidè rem amplexus, accitis Hæreſiarchis, percunctatur ex illis, an ali- E quam eorum Doctorum Eccleſiæ habeant rationem, qui præceſſerant ipſorum hæreſim? num probandos eos an reiiciendos cenſeant? Illi cùm quorſum iret Imperator, neſcirent, non alio loco, quàm quo ſuos præceptores, eos habere ſe reſpōderunt. Quærit rurſus Imperator, num eos tanquam fide dignos Chriſtiani dogmatis teſtes recipere velint? Tum primùm obſcœruerunt illi, quid ſibi vellet hæc Imperatoris interrogatio, cúmque aliter alij erga veterum libros eſſent animati, ortum eſt inter eos diſſidium, cum alij recipiendos, alij minimè recipiendos eſſe cenſerent. Atque ita quorum hactenus vna tantùm fuerat hæreſis, hi iam non à Catholicis magis à quibus

Diſputationū pernicies.

Auguſtinus Hipponenſis.

Socrates Græcus.

Nota pulcherrimam hiſtoriam, & ſapiēs Epiſcopi Siſinnij reſponſum atque conſiliū.

diſceſſerunt, quàm ipſi à ſeipſis diſſentire cœperunt: *Sic eorum coacors improbitas* (ait Socrates) *haud aliter, quàm veterum olim gigantum lingua diſperſa, ſimul turris eorum improbitatis eſt euerſa, & cætera.*

Leo 1. Hinc LEO MAGNVS epiſtola ſeptuageſima ſexta, ad Leonem Auguſtum, *Sicut ſimpliciores* (ait) *non ſperauimus, ita à rebellibus hæreticis abſtinemus, memores præcepti Dominici dicentis: Nolite dare ſanctum canibus, neque miſeritis margaritas veſtras ante porcos.* (Matth. 7. Pſal. 17. Titum 2.) *Nimis quippe indignum, atmiſque iniuſtum eſt, eos ad libertatem diſceptationis admitti, quos ſignificat Spiritus ſanctus, per Prophetam dicens. Filij alieni mentiti ſunt mihi. Qui etiam ſi Euangelio non reſiſterent, de illis tamen ſe eſſe monſtrant, de quibus ſcriptum eſt: Deum ſe profitentur ſcire, factis autem negant.*

(Valentinianus Imperator. Martianus Imperator.) Hinc VALENTINIANVS & MARTIANVS IMPERATORES ſuper huiuſmodi negotio edictum ſtatuerunt, inſertum & allegatum. L. nemo C. de Summa Trinitate & fide Catholica, & actione tertia, Concilij Chalcedonenſis: *Quiſquis poſt veritatem repertam* (aiunt) *aliquid vlterius diſcutit, mendacium quærit. Nemo itaque vel clericus, vel militaris, vel alterius cuiuſlibet conditionis, de fide Chriſtiana publicè turbis adunatis & audientibus, tractare conetur in poſterum, ex hoc tumultus & perfidia occaſionem requirens. Nam iniuriam facit iudicio religioſiſſimæ Synodi* (Chalcedonenſis ſcilicet) *ſi quis ſemel iudicata ac rectè diſpoſita reuoluere, ac publicè diſputare contendit, cùm ea quæ nunc de Chriſtiana fide ſtatuta ſunt iuxta Apoſtolicas expoſitiones & ſtatuta, trecentorum decem & octo patrum* (*Niceni primi Concilij*) *& centum quinquaginta* (*Conſtantinopolitani primi generalis ſecundi*) *definita eſſe noſcuntur.* (Vide quantum tribuant ſacris conciliis.) *Nam in contempteres huius legis pœna non deerit, quia non ſolùm contra fidem bene compoſitam veniunt, ſed etiam Iudæis & Paganis ex huiuſcemodi certamine profanant veneranda myſteria.* (Attende confuſionem in diſputatione mouentes.) *Igitur ſi clericus erit, qui publicè tractare de religione auſus fuerit, à conſortio clericorum remouebitur. Si verò militia præditus ſit, cingulo ſpoliabitur. Cæteri etiam huius criminis rei de hac ſanctiſſima vrbe pellentur, pro vigore iudiciario etiam competentibus ſuppliciis ſubiugandi. Conſtat enim hinc hæretica inſaniæ exordia fomitémque præberi, dum publicè quidam diſputant atque contendunt. Vniuerſa ergo quæ à ſancta Synodo Chalcedonenſi ſtatuta ſunt, cuſtodire debebunt, nihil poſtea dubitaturi. Hoc itaque noſtræ commoniti ſerenitatis edicto abſtinere à profanis vocibus, & vlterius deſinite de diuinis diſputare quod nefas eſt, quia non ſolùm diuino iudicio peccatum hoc* (*prout credimus*) *punitur, verumetiam legum & iudicum authoritate coërcebitur.*

IDEM confirmat iterum MARTIANVS prædictus, epiſtola miſſa ad Conſtantinopolitanos ciues, de confirmatione Chalcedonenſis Synodi, quæ præfatum edictum immediatè ſequitur. Quod certè edictum iterum à præfato Martiano repetitur ad calcem actionis ſextæ Chalcedonenſis Synodi. Denique iterata ſanctione renouat, epiſtola Miſſa ad Palladium Orientis præfectum, quæ ponitur actione decima ſexta Concilij eiuſdem Chalcedonenſis: & eam nos allegabimus in dictione, Hæreticorum proſcriptiones, &c.

(Gelaſius 1.) Hinc GELASIVS PRIMVS, in Commonitorio ad Fauſtum Magiſtrum legatum Conſtantinopolitanum: *Nulla* (ait) *cum hæreticis hîc non corrigentibus ineunda congreſſio, quemadmodum cum aliarum quoque hæreſum ſectatoribus dimicatio reſumenda, &c.* Sed & patres BASILEENSIS Concilij epiſtola ſynodali, de authoritate Concilij ſuprà Papam, ad calcem vltimæ ſeſſionis, dum de Bohemis ad Concilium vocatis tractant, qui diſputationem requirebant, ad requirendum de veritate aut falſitate ſuorum dogmatum, affirmant eam diſputationem de fide, quæ non ſit cauſa perfidiæ ſeu tumultus, vel vt in dubium reuocet, ſed ad inſtruendum vel clariùs patefaciendum veritatem, vel conuincendum, vel confundendum hæreticos ſeu infideles, vel confirmandum Catholicos, fore licitam. (Concilium Baſileenſe. Vide quando liceat contra hæreticos diſputare.) Imò BEATVS THOMAS ſecunda ſecundæ dicit, quòd quando ſimplices viri ſolicitati ſunt aut pulſati ab infidelibus vel hæreticis, corripere nitentibus in eis fidem, tunc neceſſarium eſt publicè diſputare de fide. (Thomas Aquinas.) Per hoc enim ſimplices firmantur in fide, & infidelibus aufertur decipiendi facultas. Alioquin ipſa taciturnitas eorum, qui reſiſtere deberent peruertentibus fidei veritatem, erroris eſſet confirmatio. Allegant BEATVM GREGORIVM, quòd ſicut incauta locutio in errorem protrahit, ita indiſcretum ſilentium, eos qui erudiri poterant, in errore derelinquit. (Gregorius 1.) Allegant & publicas diſputationes de fide Sylueſtri, Athanaſij, coram Probo iudice cum Arrio, & aliorum: Hieronymi cum Luciferianis, Dominici cum Albigenſibus apud Phanum Iouis, ſub iudicibus deputatis. Vide in dictione, Hæreticis verbo veritatis obuiandum, &c.

DISSOLVTIO.

De diſſolutionibus & ſcurrilitatibus Eccleſiaſticorum egimus ſuprà de diſſolutionibus autem in Eccleſia non faciendis. Vide Eccleſia non ſit confabulationis atque diſſolutionis locus, &c.

DIVINATIO.

De diuinationibus. [Egimus in vocabulo, Augur: & infrà, Magia. Sed & de diuinationibus dæmonum doctiſſimè tractat AVGVSTINVS HIPPONENSIS, de diuerſis quæſtionibus ad Simplicianum, libro ſecundo, quæſtione tertia: (Auguſtinus Hipponenſis. Dæmonum diuinatio.) *Cum vult Deus* (ait) *per infimos infernóſque ſpiritus aliqua vera cognoſcere, temporalia dumtaxat atque ad iſtam mortalitatem pertinentia, facilè eſt & non incongruum, vt omnipotens & iuſtus, ad eorum pœnam quibus iſta prædicuntur, vt malum quod eis impendet, antequam veniat prænoſcendo patiantur, occulto apparatu myſteriorum ſuorum, etiam ſpiritibus talibus aliquid diuinationis impertiat, vt quod audiunt ab Angelis, pronuncient hominibus. Tantum audiunt, quantum omnium Deus atque moderator vel iubet vel ſinit.* De duobus autem diuinationum generibus, de ſuperſtitione, & obſeruatione Sydertum, atque Mathematica, fuſiſſimè agit IDEM libro ſecundo de doctrina Chriſtiana, capite vndecimo, vigeſimo, & vigeſimoprimo, per totum. Obſecro lege & reliqua capita.

DIVES.

Diues oppreſſor.] Vide Pauper. Porrò Concilium TOLETANVM primum, canone vndecimo, allegatur à Gratiano cauſa vigeſimaquarta, quæſtione tertia, capite, Si quis: *Si quis* (ait) *de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem, aut religioſum expoliauerit, & mandauerit eum ad ſe venire Epiſcopus, vt audiatur, & is contempſerit, inuicem mox ſcripta percurrant per omnes prouinciæ Epiſcopos, & quoſcunque adire potuerint, vt excommunicatus habeatur ipſe donec obediat, & bona reddat aliena.* Vide ſuprà in vocabulo, Bona aliena inuadere non licet. Hunc canonem allegat Concilium COLONIENSE ſecundum, ſub Carolo Craſſo, capite tertio. Hinc Concilium TVRONENSE ſecundum, ſub Pelagio primo, canone vigeſimoſeptimo: *Iudices aut potentes, qui pauperes opprimunt, ſi commoniti à pontifice ſuo ſe non emendauerint, excommunicentur.* Hinc & Concilium TOLETANVM quartum, canone trigeſimo primo, mandat Epiſcopis omnibus, contra tales fieri, pauperum & egenorum defenſores. *Epiſcopi* (ait) *in protegendis populis ac defendendis, impoſitam à Deo ſibi curam non ambigant. Ideóque dum conſpiciunt iudices ac potentes, pauperũ oppreſſores exiſtere, priùs eos ſacerdotali admonitione redarguant, & ſi contempſerint emendari, eorum inſolentiam regis auribus intiment, vt quos ſacerdotalis admonitio non flectit ad iuſtitiam, regalis poteſtas ab improbitate coërceat. Si quis autem Epiſcoporum hoc neglexerit, concilio reus erit.* Idem omnino Concilium ARELATENSE quartum, ſub Carolo Magno, capite decimoſeptimo. Et Concilium RATISPONENSE, capite trigeſimotertio. Vide in vocabulis, Pauper, & Epiſcopus pauperum, &c.

Concilium Toletanum 1.
Concilium Coloniense.
Concilium Turonenſe 2. ſub Pelagio 1.
Concilium Toletanum 4.
Concilium Arelatenſe 4. ſub Leone 3.
Concilium Ratiſponenſe ſub Laurentio Cardinali.

DIVITIAE.

Diuitiæ veræ quæ ſint.] Concilium AQVISGRANENSE primum, ſub Ludouico primo Imperatore, capite 110. allegat Et PROSPERVM AQVITANICVM, libro ſecundo de vita contemplatiua, capite decimotertio: *Illæ nobis* (ait) *ſunt diuitiæ ambiendæ, quæ nos ornare poſſint pariter & munire, quas nec acquirere poſſumus inuiti nec perdere. Quæ nos contra impetus hoſtiles armant, à mundo diſterminant, Deo commendant, ditant animas noſtras, atque nobilitant, nobiſcum ſunt, intra nos ſunt. Diuitiæ noſtræ credendæ ſunt, pudicitia, quæ nos facit pudicos, iuſtitia quæ iuſtos, pietas quæ pios, humilitas quæ humiles, manſuetudo quæ manſuetos, innocentia quæ innocentes, puritas quæ puros, prudentia quæ prudentes, temperantia quæ temperantes, & charitas, quæ nos facit Deo & hominibus charos, virtutum potentes, ſeculi contemptores, ac bonorum omnium ſectatores. hæ ſunt non omnium, ſed ſanctorum ſancta virtutes: non diuitum ſuperborum, ſed humilium pauperum facultates. patrimonium cordium, diuitiæ incorruptibiles morum, quibus non abundant, niſi illis carnalibus ex corde renunciant, &c.* Hinc IOANNES CHRYSOSTOMVS, homilia trigeſimaſeptima, in Geneſin ad calcem: *Fugiamus* (ait) *in omnibus habendi cupiditatem & modi tranſgreſſionem. Veræ enim diuitiæ ſunt & inexhauſtæ facultates, deſiderare tantum quantum vſus ſtatis, & ea quæ ad vſum pertinent rectè diſpenſare.* Idem de veris diuitiis egregiè loquitur homilia trigeſimaſecunda, in Ioannem ad calcem. Oro lege. IDEM homilia ſecunda, ad populum Antiochenum: *Hæ* (inquit) *veræ diuitiæ & opulentia, quando & immarceſcibilia ſint bona, & nullam capiant mutationem, &c.*

Concilium Aquiſgranenſe 1.
Proſper Aquitanicus.
Ioannes Chryſoſtomus.

Diuitiarum vſus bonus, ſi in pias effundatur Eccleſiæ & pauperum ſubuctiones.] CYPRIANVS CARTHAGINENSIS, libro de habitu virginum: *Locupletem* (ait) *te eſſe dicis & diuitem, & vtendum putas his, quæ poſſidere te Deus voluit. Vtere, ſed ad res ſalutares: vtere, ſed ad bonas artes: vtere ad illa, quæ Deus præcepit, quæ Dominus oſtendit. Diuitem te ſentiant pauperes, locupletem ſentiant indigentes. Patrimonia tua Deo fœnera, Chriſtum ciba: vt virginitatis præferre gloriam liceat, vt ad Domini præmia venire contingat, multorum precibus exora. Commenda illic theſauros tuos, vbi nullus fur effodiat, quò nullus inſidians graſſator irrumpat, &c.* Hinc IOANNES CHRYSOSTOMVS, homilia ſeptuageſima octaua, in Matthæum in caput vigeſimúmquartũ Matthæi: *Malo ſeruo ſimiles profectò ſunt, qui pecuniam habentes pauperibus non erogant. Diſpenſator enim tu es tuarum pecuniarum, non minùs quam qui Eccleſias gubernant. Quemadmodum igitur illi non habent poteſtatem, ea quæ à nobis collata ſunt pauperibus, temerè diſpergere, quamuis ad alimenta pauperum conſtituta ſunt: pari tu quoque modo non debes temerè tua conſumere. Nam & ſi paternam hereditatem accepiſti, tua quæ habes ſunt, Dei tamen ſunt vniuerſa. Deinde ſi tu diligenter, quæ dediſti, vis diſpenſari, Deum autem non arbitraris maiore acrimonia à nobis rationem diſpenſationis petiturum, ſed laturum, vt perperam cuncta diſperdantur, non eſt ita, non eſt. Ideò enim & apud te pecuniam eſſe paſſus eſt, vt alimenta pauperibus in opportunitate concedas. Quid eſt porrò in opportunitate? Cùm egeant, cum fameſcant. Sicut igitur tu conſeruo ad diſpenſandum dediſti, ſic Dominus tibi, vt opportunè impendas, &c.* Et AMBROSIVS MEDIOLANENSIS, libro Epiſtolarum ſeptimo, epiſtola quadrageſima quarta, de vſu & fructu diuitiarum loquitur: atque libro de Nabuthe Iſraëlita, capite quinto & ſexto, vbi quantum ſit periculum, diuitias poſſidere, niſi in vſus pios expendantur, exponit. Hinc & HIERONYMVS STRIDONENSIS, in epitaphio Paulæ, ad Euſtochium virginem: *Scimus* (ait) *non laudis eſſe, poſſidere diuitias, ſed pro Chriſto eas contemnere, non tumere ad honores, ſed pro Dei fide eos paruipendere, &c.* IDEM epiſtola ad Saluiam, de ſeruanda viduitate: *Non diuiti obſunt opes, ſi eis bene vtatur, nec pauperem egeſtas commendabiliorem facit, ſi inter ſordes & inopiam peccata non caueat.* Et infrà: *Nihil prodeſt vile palliolum, furua tunica, corporis illuuies, & ſimulata paupertas, ſi nominis dignitatem operibus deſtruant. Legimus in Euangelio de Centurione Domini teſtimonium: Nec in Iſraël fidem tantam inueni. Et vt ad ſuperiora redeamus, Ioſeph, qui in egeſtate & diuitiis dedit experimenta virtutum, qui & ſeruus & Dominus docuit animæ libertatem? &c.* Vide reliquum. Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS, epiſtola octuageſima nona, ad Hilarium: *Diuites Chriſtiani, licet iſta teneant, non tamen ab eis ita tenentur, vt hoc Chriſto anteponant, quia veraci corde ſeculo renunciauerunt, vt nullam ſpem in talibus ponant. Hi vxores & filios familiáſque vniuerſas, ad Chriſtianam religionem tenendam ſana erudiunt diſciplina. Horum domus hoſpitalitate frequentes, recipiunt iuſtum in nomine iuſti, vt mercedem iuſti accipiant: frangunt eſurienti panem ſuum, nudum veſtiunt,*

Cyprianus Carthaginenſis.
Ioannes Chryſoſtomus.
Hoc omnia hoc delitia reputantur, ò bone doctor.
Ambroſius Mediolanenſis.
Hieronymus Stridonenſis.
Matth. 8.
Auguſtinus Hipponenſis.

captiuum

A *captiuum redimunt, theſaurizant ſibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Et ſi forte pro fide Chriſti pecuniaria damna perpetienda ſunt, oderunt diuitias ſuas: ſi ſuorum orbitates vel ſeparationes pro Chriſto minatur hic mundus, oderunt parentes, filios, & vxores. Poſtremò ſi de ipſa huius corporis vita cum aduerſario paciſcendum eſt, ne deſertus deſerat Chriſtus, oderunt inſuper animam ſuam, &c.* Porrò de diuitiarum contemptu, & qualiter in pauperes ſint diſpenſandæ, inſignem habuit orationem, Ioannes Apoſtolus cum Cratone Philoſopho, vt refert ABDIAS BABYLONIVS & SIMEON METAPHRASTES: ille quidem libro quinto, certaminis Apoſtolici, hic autem in vita eiuſdem Ioannis: & cum duobus illis iuuenibus, qui ſpretis diuitiis ſecuti Apoſtolum, iterum diabolo inſtigante ad vomitum reuerſi ſunt. Quibus ſic locutus eſt Ioannes: *Ite & redimite vobis terras, quas vendidiſtis* (reſtitutis ſcilicet illis geminis, quas pauperibus erogauerant amore Dei) *quia cœlorum prædia perdidiſtis. Emite vobis ſericas veſtes, & pro tempore fulgeatis ſicut roſa, quæ odorem & ruborem oſtendens, repentè marceſcit. Suſpiraſtis enim in veſtrorum aſpectu, & vos effectos pauperes gemuiſtis. Eſtote ergo floridi, vt marceſcatis: eſtote diuites temporaliter, vt in perpetuum mendicetis. Nunquid non valet manus Domini, vt faciat diuitias affluentes, & incomparabiliter ſplendentes? ſed certamen ſtatuit animorum, vt credant ſe æternas habituros diuitias, qui pro eius nomine temporales opes habere noluerunt.* Tum refert eis parabolam Christi, de diuite & Lazaro, & de incertis diuitiis, *Quæ nec vnius* (ait) *horæ ſpatio quietos aut ſecuros eſſe patiuntur.* Longam porrò de eiſdem habet orationem: *Nam dum cuſtodiuntur* (ait) *fures inſidiantur, dum poſſeſſio colitur, dum aratris intendunt, dum ſoluunt fiſcalia, dum ædificant promptuaria, dum lucris ſtudent, dum potentiorum impetus mitigare nituntur, dum minus potentes nudare contendunt, dum iras ſuas, quibus poſſunt, inferunt, illatas in ſe tolerare vix poſſunt, dum blandimentis carnis aſſentiunt, dum ludere tabulis & ſpectaculis non perhorreſcunt, dum pollucre & pollui non metuunt, ſubitò exeunt de iſto ſeculo nudi, ſola ſecum peccata portantes, pro quibus ſunt pœnas paſſuri perpetuas, &c.* Et IVSTINVS MARTYR, epiſtola ad Zenam & Serenum, fratres: *Nec diuitiæ* (ait) *laudandæ ſunt, nec paupertas vituperanda. Nam illæ conflantur de damnata materia, quæ tandem peris conſumitur, à vermibus, incendiis, iniuſtis tyrannis atque prædonibus. At hæc, relictis rebus ſecularibus, veritatem ſolam inquirit, nec ab vllis temporaneis diſtrahitur.* De his etiam vide plura apud TERTVLLIANVM CARTHAGINENSEM, libro quarto contra Marcionem circa medium. Porrò qualiter diſpenſandæ ſint diuitiæ, pulchrè ASTERIVS AMASIÆ Epiſcopus ſermone in Lazarum & diuitem epulonem, qui inſeritur actione ſexta Concilij generalis ſeptimi Nicæni II. tomo quarto: *Ne pingas* (ait) *Chriſtum in veſtibus, ſed magis ſumptu illo & impenſis pauperibus ſubueni.* Deinde adimere cupiens diuitiarum appetitum, infert: *Sufficit enim illi vna incarnationis humilitas, hoc eſt, non placitum eſt Chriſto Domino Deo noſtro, vt per mundanam affectionem & auaritiam, illius œconomia myſteria demonſtrentur. Non enim pium eſt, aut coram illo acceptum. Euangelica recordationis gratia materiam diuitiarum theſaurizare, & cauſari occaſiones peccati. Pauperes autem, qui pane & veſtitu indigent, negligere, non pietatis, ſed auaritiæ opus eſt. Quemadmodum enim nulla* A *cõmunio eſt luminis & tenebrarum, neque participatio iuſtitiæ cum iniuſtitia: ita neque diuitiarum cupiditas, & mollium veſtium indumenta, cum Euangelica hiſtoria & figura conueniunt. Hæc enim nobis diſpenſationis narrationem verè ad ſalutem ducentem explicat, illa verò ad miſeriam ducit, cum ſit ſubiecta pœnis, quemadmodum Iacobus ait: Lugete diuites, & lamentamini eiulantes, ſuper miſeriis veſtris. Diuitiæ veſtræ computruerunt, & veſtes veſtræ à vermibus roduntur. Aurum & argentum veſtrum rubigine exeſum eſt & rubigo in teſtimonium contra vos manet. Quam ob cauſam, vt dictum eſt, quæcunque per auaritiam fiunt, cum mundo ſimul pereunt. Poſſumus enim nos cum perexiguis ſumptibus, cibos, veſtes, tectum, quæ* B *nobis ſufficiant, comparare. Omne enim quod non ad vſum, ſed ad ſpecioſitatem comparatur, laſciuiæ habet accuſationem, ait diuinus* BASILIVS. *Sufficiant igitur nobis, quæ ad vſum tantum habemus, & ex his pauperibus largiamur, manumque porrigamus, vt & nos aliquando Dei vocem audiamus, dicentis: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur: &, Quodcunque vni horum fratrum meorum feciſtis, mihi feciſtis.* Pulchrè certè & doctè ex ſcripturis, diuitiarum vſum tam figuris, quàm teſtimoniis, hauſit vnus noſtrum, STEPHANVS QVADRATVS Cæleſtinus, miro artificio: & in concordantiarum morem Alphabetico ordine digeſſit, quidquid hîc ex mente Priſcorum pa- C trum ad fidei robur & ſtabilimentum proferimus. Vnde quod in hoc toto opere ex ſcripturæ ſacræ atteſtatione defuerit (ſiquidem non fuit nobis inſtitutum illud aſſequi totum) illic lector digeſtum reperiet, & à prima litera A, ad vltimam vſque, cuncta ordine congruo probata figuris & authoritatibus inueniet. Vocatur autem liber, & ſic titulo inſignitur, *Concordantiarum de authoritatibus in ſacro canone ſcripturarum, ſiue in Bibliis, contentis, quæ à ſanctis Doctoribus ad morum reformationem humanorum, perſæpius in eorum collationibus aſſumuntur, &c.*

Iacob 5.

Nota hæc.

Baſilius Magn.

Matth. 5. & 25.

Stephanus Quadratus Cæleſtinus.

Ioannes Apoſtolus de Diuitiarum cõtemptu cum Cratone philoſopho diſputauit.

Abdias Babylonius.

Simeon Metaphraſtes.

Incertæ & ærumnoſæ diuitiæ.

Iuſtinus Martyr.

Tertullianus Carthaginenſ.

Aſterius Amaſiæ Epiſcopus.

D

DIVORTIVM.

Diuortium quando debeat celebrari vel non.] Habes in vocabulo, Matrimonij lex indiſſolubilis, & matrimonium vt ſoluendum, &c. atque in dictione, Conſanguineus, & nuptiæ, &c. Lege, & ne pigeat.

DOCTOR.

Doctores quatuor Eccleſiæ.] Apprimè E commendantur in Concilio MEDIOLANENSI in epiſtola quam ad Conſtantinum quartum Imperatorem miſit pro ſexta Synodo Conſtantinopolitana generali in Trullo. Sed & alij Doctores Eccleſiæ cum maxima laude ibidem recenſentur, vt habes in dictione, Traditio: ſed & in vocabulo, Iuramentum, & in vocabulo, Libri authentici. Porrò eorundem feſtum celebrari inſtituit Bonifacius octauus, vt ſuprà in dictione, Dies feſti, ad calcem allegauimus. Vide igitur in omnibus præſignatis locis.

Concilium Mediolanenſe.

Doctoris nomen & officium non quiuis temerè vſurpet.] Vide Prædicator, & Prædicatio, & Prælatus, & Paſtor, & Epiſcopus, &c. Porrò CLEMENS I. epiſtola prima, ad Iacobum fratrem Domini, vbi vltima Petri verba te-

cenſet: *Si indoctus (ait) & inſcius officium doctoris accipiat, ſine dubio diſcipuli & auditores ignorantiæ tenebris obuoluti, in interitum demergentur.* Hinc Concilium CÆSARAVGVSTANVM, canone ſeptimo: *Ne quis doctoris nomen ſibi imponat, præter has perſonas, quibus conceſſum eſt, ſecundum quod ſcriptum eſt.* Vide quod ſequitur.

Concilium Cæſarauguſtanum Hiſpanum

Doctoris eminentia & officium.] CLEMENS I. epiſt. 3 ad vniuerſum cœtum fidelium, & repetuntur in libro recognitionum Petri: *Princeps Apoſtolorum (ait) manifeſte cunctos audientes inſtruebat, dicens: Videntur mihi qui loquuntur verba veritatis, & qui illuminant animas hominum, ſimiles eſſe radiis ſolis, qui vt proceſſerint & apparuerint, mũdo celari vltra aut occultari nullatenus poſſunt, dum non tam videntur ab omnibus quàm videre omnibus præſtãt. Vnde bene per ſe ipſa veritas, ad veritatis præcones ait, Vos eſtis lux mundi.* Porrò Doctoris mentionem facit ANACLETVS I. epiſt. 2. ad Epiſcopos Italiæ, cùm eos officij ſui admonet Sed illud allegauimus in vocabulo, Paſtor, Paſtoris officium, &c. & paſtor non aſſentetur malis, &c. Vide ibidem, & Epiſcopus. Præterea ſic Concilium AQVISGRANENSE I. cap. 20. ex ISIDORO, lib. 3 de Summo bono, cap. 36. ſic loquitur: *Tam doctrina, quàm vita clarere debet Eccleſiaſticus doctor. Nam doctrina ſine vita arrogantem reddit, vita ſine doctrina inutilem facit. Sacerdotis prædicatio operibus confirmanda eſt, ita vt quod docet verbo, inſtruat exemplo. Vera eſt enim illa doctrina, quã viuẽdi ſequitur forma. Nam nil turpius eſt, quàm ſi bonũ quod ſermone quiſque prædicat, explere opere negligit. Tunc enim prædicatio vtiliter profertur, quando efficaciter adimpletur.* Et PROSPER AQVITANICVS, lib. 1. de vita contemplatiua: *Ad hoc enim (ait) niſi me fallit opinio, ſanctè viuendum eſt ſacerdoti, ne dicta ſua repugnantibus factis euacuet, ſi quod prædicat fieri debere, non faciat, aut ſi quod non facit, prædicare præſumpſerit, nihil apud eos quis eius vitam monere, proficiat. Quia ad hoc eſt Eccleſiæ Dei præpoſitus, vt nõ ſolùm bene viuendo, alios exemplo ſuæ conuerſationis inſtituat, ſed etiam fiducialiter prædicãdo, ſingulis ante oculos ſuos peccata ſua conſtituat. Quæ pœna maneat duris, quæ gloria obedientibus oſtendat, nullus ſalutem deſperando contemnat, animas emendari nolentium plangat. Sanctè ergo debet viuere propter exemplum, & pie docere propter adminiſtrationis ſuæ officium, certus quòd ei ſua iuſtitia nihil ſuffragetur, de cuius manu anima pereuntis exigitur.* Porrò multa de his Doctoribus GREGORIVS I. lib. 1. Paſtoralium, cap. 2. Et IOANNES CHRYSOSTOMVS, homil. 10. in Matthæum in opere 2. exponẽs illud, Vos eſtis ſal terræ, &c. *Doctor* (inquit) *omnibus virtutibus debet eſſe ornatus. Debet eſſe pauper, vt auaritiam libera voce caſtiget. Debet eſſe ſemper ſuſpirans & lugens, ſiue ſua, ſiue aliena delicta, vt confundat eos qui nec peccare dubitant, priuſquam peccent, nec poſtquam peccauerũt, triſtantur quia peccauerunt. Ideo ſuſpiret & plãgat, vt per hoc oſtendat, quia grauis & periculoſus eſt mundus iſte fidelibus. Debet eſuriens & ſitiens eſſe iuſtitiam, vt pigros circa bona opera vel ad lectionem, fideliter verbo Dei, aut increpationis flagello valeat excitare, magis exemplo ſuo quàm voce. Debet eſſe manſuetus, vt magis indulgendo quàm vindicando regat Eccleſiam, & magis ametur quàm timeatur. Debet eſſe miſericors aliis, ſibi autem auſterus, vt ſibi quidem graue pondus iuſtitiæ ponat, aliis autem leue. Debet eſſe mundo corde, vt non ſolùm non ſe immiſceat circa negotia ſecularia, ſed nec cogitet de mundo, &c.* Vide reliquum. IDEM homil. 40. in Matthæum opere 2. in cap. 21. *Qui doctor (ait) populi conſtituitur, ſine dubio profitetur ſe talem fore, qualem eſſe oportet doctorem. Sicut enim qui ſutoriam, verbi cauſa, aut quamcunque alteram profitetur artem, & ſi ſpecialiter non ſpondeat, tamen per hoc ipſum, quòd ſutoriam profeſſus eſt artem, & opificium vel magiſterium eius artis aperuit, videtur tacitè omnibus ſpopondiſſe, vt ſine reprehenſione impleat, quam profeſſus eſt artem. Sic ſacerdos & omnis clericus, & ſi ſpecialiter nõ promittat, tamen per hoc ipſum quòd doctor conſtituitur aliorum, tacitè promittere Deo videtur, in omnibus obauditurum ſe Deo, &c.* Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS, lib. 4. de doctrina Chriſtiana, cap. 27. *Habet autem (ait) vt obedienter audiatur, quantacunque granditate dictionis, maius pondus vita dicentis. Nam qui ſapienter & eloquenter dicit, viuit autem nequiter, erudit quidem multos diſcendi ſtudioſos, quamuis animæ ſuæ ſit inutilis, &c.* Sed & Concilium PARISIENSE III. libro 1. cap. 5. ex Proſpero, lib. 1. de vita contemplatiua, cap. 20. & 21. de officio prædicatoris & doctoris diſſerit. Porrò vide Paſtor, Epiſcopus, Prædicator, &c.

Clemens 1.

Matth. 5.

Anacletus I.

Concilium Aquiſgranenſe 1. ſub Ludouico 1. Imper.
Iſidorus Hiſpalenſis.

Hæc attende.

Proſper Aquitanicus.

Officium prædicatoris & paſtoris.

Gregorius 1.
Ioannes Chryſoſtomus.
Matth. 5.

Quæ requiruntur in doctore.

Similitudo elegans.

Auguſtinus Hipponenſis.

Concilium Pariſienſe 3.

Doctor vt corrigẽdus & redarguendus.] Vide Paſtor, & Epiſcopus. Verùm in actis Concilij NICÆNI I. quæ lecta ſunt coram Patribus Chalcedonenſis generalis IV. Synodi act. 1. legitur, quòd quidam Chariſius presbyter Oeconomus Eccleſiæ Philadelphiæ hæreticis volentibus ad fidem conuerti, expoſitionem de humanatione vnigeniti filij Dei compoſuit plenam impietate & perfidia, quæ & lecta eſt coram patribus. Hic autem dicitur, quòd oratio quidem eſt omnium, qui bene ſapiunt, honorem ſemper & decentem reuerentiam, ſpiritualibus maximè patribus & doctoribus exhibere. Si verò alicubi contigerit eos qui docere debent talia ſubiectos, de fide inſonare, quæ omnium auribus nocent & cordibus, neceſſarium eſt ordinem commutari, & eos qui malè docere conantur, à minoribus redargui. Hæc contra Neſtorium & Chariſium. Porrò cætera lege, Epiſcopus vt accipiendus, & Paſtor, &c.

Concilium 1. Nicænum generale.

Doctor inutilis.] ANACLETVS I. epiſt. 2 ad Epiſcopos Italiæ, allegatur à Gratiano diſtin. 45. cap. Sanè: *Sanè percuſſor ille doctor dicitur, qui ſermone inutili conſcientiam percutit infirmorum. Ideo tenere vos & omnes fideles oportet eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt potens ſit conſolari in doctrina ſana, & contradicentes redarguere, & rectè viuentes atque rectam fidem tenentes, conſolidare, &c.* Hinc de doctoribus qui malè viuunt, ait ISIDORVS HISPALENSIS, lib. 3. de Summo bono, cap. 38. *Deteriores ſunt, qui ſine doctrinis ſine exemplis, vitam moresq; bonorum corrumpunt, his qui ſubſtantias aliorum prædiaq; diripiunt. Nam multùm diſtant damna morum, à damnis temporalium rerum, dum iſta extra nos ſint, mores verò in nobis.* Vide Paſtor, Epiſcopus, & Prædicator, &c.

Anacletus 1.

Iſidorus Hiſpalenſis.

DOMINVS.

Dominorum erga ſeruos amor.] CLEMENS I. ex inſtitutione Apoſtolorum, libro 4. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 12. *Dominus (ait) diligat ſeruum, ac quamuis illo præſtet, tamen ſe æqualem iudicet quatenus homo exiſtit. Eodem modo fidelem habens ſeruum, ſalua ſibi ſeruitute, diligat vt filium, vel vt fratrem, propter fidei ſocietatem.* †

Clemens 1.

Ioannes Chryſoſtomus.

Hinc IOANNES CHRYSOSTOMVS, homilia vigeſimaſecunda, in Matthæum, in cap. 8. illud tractans Centurionis, Puer meus iacet in domo paralyticus, &c. *Puto* (ait) *quòd ille Centurio inter ſeruum & Dominum nullam differentiam æſtimabat, ſciens, quoniam & ſi dignitas in hoc ſeculo diuerſa eſt inter illos, una eſt tamen natura illis. Ideò magis Dei imaginem honorabat in homine, quàm opus captiuitatis contemnebat in ſeruo, quod Deus non ſecundum ſuam iuſtitiam creando diſpoſuit, ſed propter peccata hominum permittendo ſuſcepit. Si tu enim Dominus precium dediſti pro ſeruo, Deus ſpiritum ſuum plantauit in eo. Quanto ergo maior eſt Spiritus Dei, quàm precium hominis, tanto maius eſt quod ametur, quàm contemnetur in ſeruo. Vide ergo ne fortè, ſi tu propter precium tuum abuſus fueris illo, ſine timore Dei, Deus propter ſpiritum ſuum rationem à te exigat ſine miſericordia.*

Vnde cœpit dominiũ in homines.

Auguſtinus Hipponenſis.

Hinc AVGVSTINVS HIPPONENSIS, libro decimonono, de ciuitate Dei, capite decimoquinto, *Deus rationalem hominem, factum ad imaginem ſuam, noluit niſi irrationalibus dominari, non hominem homini, ſed hominem pecori. Inde primi iuſti paſtores, pecorum magis, quam Reges hominum conſtituti ſunt, vt etiam ſic inſinuaret Deus, quòd poſtularet ordo creaturarum, & quid exigat meritum peccatorum. Conditio quippe ſeruitutis iure intelligitur impoſita peccatori: nomen iſtud culpa meruit, non natura.*

Concilium Turonen. 3. ſub Carolo Magno & Leone 3.

Hinc Concilium TVRONENSE III. canone 49. *Admonendi ſunt Domini ſubditorum, vt circa ſuos piè & miſericorditer agant, nec eos qualibet iniuſta occaſione condemnent, non vt opprimant, non illorum ſubſtantias iniuſtè tollant, nec ipſa debita quæ ſubditis reddenda ſunt, impiè ac crudeliter exigant.* Vide Seruus.

DOMVS.

Domus Eccleſiæ non alienandæ.] Vide Facultates Eccleſiæ non alienandæ, ex Concilio Romano, ſub Symmacho celebrato, &c. & reliquis.

DOMINICVS DIES.

Dominicus dies ſumma obſeruatione colendus, & eiuſdem dignitas ac priuilegia.] Suprà quidem in vocabulo, Dies feſti, multis in locis de Dominico die egimus, ſic ſe offerente materia. Ideò quod hîc deerit, ibi ſuppletur. Nec videtur neceſſarium repetere. Quod autem necdum diximus, hîc quàm breuiſſimè fieri poterit, ſubiungemus.

Clemens 1.

CLEMENS I. libro ſecundo Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite 63. ſic memorat Apoſtolos conſtituiſſe: *Dominico die diligentius conuenite, laudem Deo laturi, qui per Ieſum cuncta condidit, & illum ad nos miſit, atque mori permiſit, & a mortuis excitauit. Nam quam excuſationem afferre poteſt Deo, qui in hoc die non conuenit, ad audiendum ſalutarem de reſurrectione ſermonem, in quo etiam orationes ſtantes concipimus, in memoriam illius qui tertio die reſurrexit, in quo Prophetarum lectio habetur & Euangelij prædicatio, & ſacrificij oblatio, atque ſacri cibi diſpenſatio.* IDEM libro quinto, capite decimo: *In Dominicis diebus, qui ſunt hilaritatis & lætitiæ, non concedimus vobis præter ſanctitatem aliquid dicere vel facere. Ait enim quodam in loco ſcriptura: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Vide &, Sabbatum. IDEM libro, eodem cap. 20. *Feſtum diem agite, quo Ieſus Chriſtus a mortuis eſt excitatus, idq; ſit vobis legitimum ſolenneq; in perpetuum, vſque ad conſummationem ſeculi, quoad venerit Dominus. Iudæis enim Dominus etiam nunc mortuus, Chriſtianis iam reſurrexit: illis propter perfidiam, his propter fidei certitudinem. Quoniam ſpes in eo ſita, immortalis æternaq; vita habenda eſt.* Idem fatetur in oratione, lib. 7. cap. 36.

Singulis igitur diebus Dominicis ... habebatur ad populum, ſicut & in reliquis feſtis fieri ſolitũ ſuprà in dictione, Dies feſti, manifeſtũ eſt. Vide & Prædicatio.

Pſal. 2.

IDEM lib. 7. cap. 24. *Sabbatum, & Dominicum diem feſtum agite, quoniam illud naturæ conditæ eſt monumentum, hic reſurrectionis. Vnum autem ſabbatum ſeruandum vobis eſt in toto anno, quod pertinet ad ſepulturam Domini, in quo ieiunare oportet, non feſtum agere, &c.* Vide in vocabulo, Ieiunium dominicæ, &c. nam eſt canon Apoſtolorum 65. Porrò IDEM eodem libro, cap. 31. *Die reſurrectionis Domini dicato* (Dominicum dicimus) *conuenite aſſiduè gratias agentes Deo & confitentes, de beneficiis quæ in nos contulit Deus, per Chriſtum liberans nos ab ignorantia, errore, vinculis, vt careat reprehenſione ſacrificium noſtrum, & facilè aſcendat ad Deum, qui de Oecumenica ſua Eccleſia dicit: In omni loco offeretur mihi incenſum & ſacrificium mũdum, quoniam Rex magnus ego ſum, &c.* IDEM eodem libro, cap. 36. *Reſurrectionis feſtum celebrantes in Dominica lætamur, propter eum qui vicit mortem, donauit vitam & immortalitatem, per quẽ acceſſerunt gentes ad ipſum in populum magnum verum Iſraelem, Deo charum, videntem Deum. Omnibus ideo ſingularitatibus Dei ſabbati præſtat. Dominicus dies, cùm demonſtret nobis ipſum mediatorem, moderatorem, legiſlatorem, reſurrectionis authorem, primogenitum omnis creaturæ, Deum, verbum, & hominem natum de Maria ſine congreſſu viri, conuerſatum ſanctè, crucifixum pro nobis ſub Pontio Pilato, & mortuum ac ſuſcitatum a mortuis, meritò vt Dominicus præcipitur.*

Sabbatum Paſchæ ieiunandum.

Malach. 1.

Ignatius Martyr.

Idem & IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Magneſios, & epiſtola ad Smyrnenſes.

Philo Iudæus.

Et PHILO IVDÆVS libro de vita contemplatiua, cùm Ægyptiorum monachorum inſtitutum proſequitur, vt videbis in vocabulo, Monachus: ſicut &

Euſebius Cæſarienſis.

EVSEBIVS CÆSARIENSIS lib. 2. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 17. & poſt eum Nicephorus Calliſtus teſtatur, Dominicæ diei meminit, ita loquens: *Vix* (inquit) *ſexto die deguſtant cibum neceſſarium, aſſueti ſicut cicadæ rore viuere, canticis opinor ſolantes inediam. Septimum verò diem, vt feſtum ſacratumq;, honore dignantur eximio, quo poſt curam animi, corpus quoque reficiunt, &c.*

Iuſtinus Martyr.

Hinc IVSTINVS MARTYR apologia II. pro Chriſtianis ad calcem, meminit diei Dominicæ, quo fiebat lectio Prophetarum & Apoſtolorum, & Miſſa celebrabatur, vt dicemus in dictione, Miſſa.

Melito Sardenſis Epiſcopus.

Sed etiam librum ſcripſit MELITO SARDENSIS Epiſcopus vetuſtiſſimus author, de dominicæ diei ſolennitate, vt refert locupletiſſimus teſtis

Euſebius Cæſarienſis.

EVSEBIVS CÆSARIENSIS libro 4. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 24 meminit ſolennitatis diei dominicæ etiam

Ephrem Diaconus.

EPHREM DIACONVS ſermo. 1. vbi monachorum ſui temporis celebrat ſanctitatem. Sed & multi antiquiores Patres, vt in vocabulo, Dies feſti, dictum eſt.

Ambroſius Mediolanenſis.

Hinc & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS ſermo. 61. in die Pentecoſtes: *Dominica nobis* (ait) *ideo venerabilis eſt atque ſolennis, quia in ea ſaluator velut ſol Oriens diſcuſſis infernorum tenebris luce reſurrectionis emicuit, ac propterea ipſa dies ab hominibus ſeculi, dies Solis vocatur, quòd ortus eam ſol iuſtitiæ Chriſtus illuminet. Iſtur ergo dominicæ tota quinquaginta dierum curricula celebrãtur, & omnes iſti dies velut Dominici reputãtur. Reſurrectio enim Dominica eſt. Nam in Dominica reſurgens ſaluator, reuerſus ad homines eſt, & poſt reſurrectionẽ tota quinquageſima cum hominibus commoratus eſt, &c.* IDEM enarratione in Pſal. 47. in initio: *Quid eſt ſecũda ſabbati, niſi Dominica dies, quæ ſabbatũ ſequebatur? Dies autẽ ſabbati erat dierũ ordine poſterior, ſanctificatione legis anterior. Sed vbi*

Roman. 10.

finis legis aduenit, qui eſt Chriſtus (finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti) & reſurrectione ſua octauam ſanctificauit, cœpit eadem prima eſſe, quæ octaua eſt, & octaua quæ prima, habens ex numeri ordine prærogatiuam, & ex reſurrectione Domini ſanctimoniam, &c. Hinc etiam AVGVSTINVS HIPPONENSIS lib. 2. quæſtionum veteris & noui Teſtamenti, quæſt. 95. *Nunquam* (ait) *alio die, quàm Dominico, Pentecoſte eſt, vt totum quod ad ſalutem humanam pertinet, Dominico die & inchoatum & adimpletum noſcatur. Dominico enim die factus eſt mundus, & poſt lapſum rurſus Dominico die reformatus. Cuius reformationis figura data eſt primùm in circunciſione, in qua futuræ fidei ſignum fuit. Poſt hebdomadam enim qui octauus dictus eſt, primus eſt in myſterio. Hæc eſt enim dies, quam fecit Dominus. Vnum enim diem fecit ex quo cæteri curricula ſortirentur, ac per hoc ipſa die reſurrexit quam fecit.* IDEM ſerm. 1. de tempore 136. & de reſurrectione 1. *Vniuerſa enim* (ait) *Sabbati gratia, & antiqua illa feſtiuitas populi Iudæorum, in dies iſtius ſolennitatē, mutata eſt. Illi in Sabbato non faciebant opus ſeruile, & nos in die Dominico opus ſeruile non facimus. Qui enim facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Illi de domibus ſuis non egrediebantur, & nos de domo Chriſti non egredimur. Sumus enim in Eccleſia, &c.* Hinc LEO MAGNVS epiſt. 79. ad Dioſcorum Epiſcopum Alexandrinum, cap. 1. *Tantis* (ait) *Dominica dies diuinarum diſpoſitionum myſteriis eſt conſecrata, vt quidquid eſt à Domino inſignius inſtitutum, in huius diei dignitate ſit geſtum. In hac mundus ſumpſit exordium, in hac per reſurrectionem Chriſti, & mors interitum, & vita accepit initium. In hac Apoſtoli à Domino prædicandi omnibus gentibus Euangelij tubā ſumunt, & inferendum vniuerſo mundo ſacramentum regenerationis accipiunt. In hac, ſicut beatus Ioannes Euangeliſta teſtatur, congregatis in vnum diſcipulis, ianuis clauſis cùm ad eos Dominus intraſſet, inſufflauit, & dixit, Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. In hac denique promiſſus à Domino Apoſtoli Spiritus ſanctus aduenit, vt cœleſti quadam regula inſinuatum & traditum nouerimus, in illa die celebranda nobis eſſe myſteria ſacerdotalium benedictionum, in quo collata ſunt omnia dona gratiarum.* Hinc IDEM LEO inſtituit, vt eo die ſacri ordines conferrentur, vt dicemus in dictione, Ordines quibus conferantur temporibus. Eadem omnino inſeruntur in cano. 7. & 8. qui falsò aſcribuntur Concilio 6. GENERALI, vbi etiam præcipitur, vt ſeruilia opera ceſſent, & Miſſa officiúmque diuinum celebretur. Porrò GREGORIVS I. lib. 11. indictione 6. cap. 3. epiſtola ad Romanos ciues, & allegatur à Gratiano de conſecratione, diſtinct. 3. cap Peruenit, grauiter obiurgat quoſdam, qui die Sabbati aliquid operari prohiberent, vt infrà etiā memorabimus. Hinc & Concilium FOROIVLIENSE ſub Adriano I. cap. 13. *Diem Dominicum* (ait) *inchoante noctis initio, id eſt, veſpere ſabbati, quæ in prima luceſcit ſabbati, quando ſignum inſonuerit, vel hora eſt ad veſpertinum celebrandum officium, non propter honorem ſabbati vltimi, ſed propter ſanctam illam noctem, primi ſabbati, hoc eſt Dominici diei, cum omni reuerentia & honorifica religione venerari omnibus mandamus Chriſtianis. Abſtinere primum omnium ab omni peccato, & ab omni opere terreno, & nihil aliud vacare niſi ad orationem, concurrere ad Eccleſiam cum ſumma mentis deuotione, ceſſante omni cauſarum ſtrepitu, cum charitate & dilectione benedicere Deum Patrem, & laudare totis medullis cordis vnigenitum Dei filium, qui iſtam diem per glorioſam ſuam ſanctificauit reſurrectionem, & hymnum dicere ſancto Spiritui, qui eam benedixit per admirabilem ſuum aduentum, quando in igneis ſuper beatos deſcendit Apoſtolos. Sed & omnium penè dona chariſmatum in eadem ſacratiſſima die creduntur in mundo collata* (vt ſuprà dictum eſt.) Sed & MARTINVS BRACARENSIS in collectorio, cap. 57. refert ſacerdotibus iniunctum, vt diebus Dominicis cum humilitate proſtrati orent. Vide Preces. Porrò Concilium COMPENDIENSE, ſiue apud Compendium ciuitatem, cap. 2. vt refert Burchardus lib. 2. Decretorum, cap. 81. *Omnes dies Dominicos a veſpera in veſperam, cum omni veneratione obſeruare decreuimus, & ab illicito opere abſtinere, & vt mercatus in eis minimè ſit, nec placitum, vbi aliquis ad mortem, vel ad pœnam iudicetur, nec ſacramenta iurentur, niſi pro pace facienda.* Idem omnino Concilium SVASSIONENSE apud ſanctum Medardum, cap 8. vt idem refert eodem libro, cap. 85. Idem lege & in Concilio II. CABILONENSI, cap. 5. & in Concilio MOGVNTINO I. ſub Carolo Magno, cap. 37. & ſub eodem in Concilio RHEMENSI, cap. 35. Idem quoque Concilium PARISIENSE III. lib. 1. cap 50. vt citabimus ſtatim, cum dicemus, in Dominicis diebus ab omni opere ceſſandum. Porrò lege ea quæ ſequuntur.

Auguſtinus Hipponenſis.

Leo 1.

Dominicę diei ſumma priuilegia.

Ioan. 20.

Statuit, vt ſacri ordines dominico die conferentur.
Leo 1.

Concilium Conſtantinopolitanū 3. generale.
Gregorius I.

Concilium Foroiulienſe 1.
Dominicus dies vt colendus.

Martinus Bracarenſis Epiſcopus.

Concilium apud compendium.

Concilium Sueſſionēſe apud S Medardum.
Concilium Cabilonenſe 2.
Concilium Moguntinum 1.
Concilium Rhemenſe.
Concilium Pariſienſe 3.

Dominicis diebus ab opere ſeruili ceſſandum.] Suprà ex CLEMENTE I. & aliis pluribus in vocabulo, Dies feſti, luculenter iſtud probauimus: nec te pigeat viſitare locum, ſi fortè dubitas de rei veritate. Allegauimus quoque ſuperiùs Concilij III. AVRELIANENSIS decretum ex cano 27. nec eſt opus repetere. Sed & ſatis ex ſuperioribus authoritatibus innuitur, Dominicis diebus quieſcendum. Verùm quia hoc polliciti ſumus, paucis quod reſtat indicabimus Concilium MATISCONENSE II. Epiſcoporum 60. ſub Guntrano Rege & Pelagio II. capite primo: *Videmus* (ait) *populum Chriſtianum temerario more diem Dominicam contemptui tradere, & ſicut in priuatis diebus, operibus continuis indulgere. Propterea ſtatuimus, vt dies Dominica cuſtodiatur, quæ nos denuò peperit, & à peccatis omnibus liberauit. Nullus litium fomitibus vacet, nullus cauſarum actiones exerceat, nemo ſibi talem neceſſitatem exhibeat, quæ iugum ceruicibus iumentorum imponere cogat. Eſtote ô Chriſtiani in hymnis & laudibus Dei animo corporéque intenti. Si quis veſtrum proximam habet Eccleſiam, properet ad eandem, & ibi Dominico die ſemetipſum precibus lachrymiſque afficiat. Sint oculi manuſque veſtræ toto illo die ad Deum expenſæ. Ipſe eſt enim dies requietionis perpetuus. ipſe nobis, per ſeptima diei vmbram inſinuatus noſcitur in lege & Prophetis. Iuſtum igitur eſt, vt hanc diem vnanimiter celebremus, per quam facti ſumus quod non fuimus. Fuimus enim antè ſerui peccati, ſed per eam facti ſumus filij iuſtitiæ. Exhibeamus Domino liberam ſeruitutem, cuius nos nouimus pietate de ergaſtulis liberatos erroris, non quia hoc Dominus noſter à nobis expetit, vt corporali abſtinentia diem Dominicum celebremus* (vide Ieiunium diei Dominicæ) *ſed quærit obedientiam, per quam nos calcatis terrenis actibus, ad cœlum vſque miſericorditer prouehat. Si quis itaque hanc ſalubrem exhortationem parui penderit, aut contemptui habuerit, ſciat ſe à Deo pro qualitatis merito puniendum, & iræ ſacerdotali implacabiliter ſubijciendum. Si cauſidicus fuerit, cauſam amittet, ſi ruſticus aut*

Clemens 1.

Concilium Aurelianenſ. 3.

Concilium Matiſconenſ. 2. ſub Pelagio 2.

Non eſſe litigandum in die dominico, nec cauſas audiendas, etiam ſuprà probatum eſt.

Geneſ. 1.

A *ſeruus,verberabitur ictibus fuſtium,ſi clericus aut monachus,menſibus ſex à conſortio ſuſpendetur fratrum,* Idem conſequenter noctem diei Dominicæ Paſchæ vult in hymnis & vegilijs tranſigi. Vide,Paſchæ vigilia, &c. Porrò hoc decretum confirmat GVNTRANVS REX edicto, quod eſt ad calcem præfati Concilij appenſum & . miſſum ad vniuerſos ſui regni Epiſcopos.

Guntrannus rex Franciæ.

Porrò Concilium TARRACONENSE ſub Fœlice 3. canone 4. prohibuit, ne Dominicis & feſtis diebus cauſæ agerentur,vt poſuimus in dictione ,cauſa.

Concilium Tarraconenſ. 1.

Sed & Concilium ARELATENSE IV. ſub Carolo Magno cap. 16. & Concilium TVRONENSE III. ſub eodem cap. 40. prohibent,ne mercatus fiant die Dominica. *Quia*(aiunt)*oportet omnes Chriſtianos a ſeruili opere ceſſare, & in laude Dei & gratiarum actione vſque ad veſperam perſeuerare.*

Concilium Arelatenſe 4. Concilium Turonenſe 3.

B Idem omnino CAROLVS MAGNVS in ſuis Conſtitutionibus ſtatuit.hinc GREGORIVS I. lib. 11 regiſtri epiſtola 3. *Dominico*(ait)*die à labore terreno ceſſandum eſt,atque omnimodo orationibus inſiſtendum.vt ſi quid negligentia per ſex dies agitur, per diem reſurrectionis Dominica precibus expietur*, &c.

Carolus Magnus. Gregorius 1.

Hinc quoque Concilium ANTISIODORENSE I. ſub Deuſdedit Papa canone 16. *Non licet* (ait)*Die Dominico boues iungere,& alia opera exercere*,&c.

Concilium Antiſiodorenſe.

Et Concilium SVESSIONENSE apud S.Medardum,præſente Carolo Imperatore cap.5. vt allegat Burchardus lib.2.decreto. cap.82.Nam nec illud reperi inſertum in canonibus huius Concilij. *Statuimus ,ſecundum quod in lege Dominus mandauit,vt opera ſeruilia,diebus Dominicis non agantur,ſicut genitor meus in ſuis ſynodalibus edictis mandauit , quòd nec viri ruralia exerceant , nec in vinea colenda,nec in campis arando vel metendo , vel fœnum ſecando,vel ſepem ponendo , nec in ſyluis ſtirpando,vel arbores cadere,vel in petris laborare,nec domos ſtruere, nec in horto laborare, nec ad placita conueniant, nec mercatus fiat, nec venationes exerceantur*,&c.

Concilium Sueſſionenſ. apud S. Medardum.

Hinc Concilium PARISIENSE III. libro 1. cap. 50. increpat huius diei ſolennitatis deſertores. ſtatuitque vt cuncto tempore curent ſummopere omnes, vt tanti diei debita obſeruatio religioſaque deuotio , nunc vſque magna ex parte neglecta , ab hinc ob inſigne Chriſtianitatis deuotiùs exhibeatur. *Nam ſi*(ait)*Iudæi ſabbatum ſuum carnaliter cuſtodientes eo die , nulla poteſtate terrena compellere ab operibus ruralibus ſe abſtinent, quantò magis Chriſti gratia redempti conuenit,vt eo die quo author vitæ reſurrexit, eiſque ſpem reſurgendi conceſſit. ab his operibus ſe abſtineant , & ſolummodo ſpiritalibus gaudiis repleri , canticiſque hymnigeris & laudibus cœleſtibus toto cordis annisu vacare ſatagant multi namque noſtrum viſu , multi etiam quorundam relata didicimus , quoſdam in hac die ruralia opera exercentes,fulmine interemptos*,quoſdam artuum contractione mulctatos. *Quoſdam etiam,viſibili igne corporibus oſſibuſque ſimul ſub momento abſumptos,in cineremve ſubito reſolutis,pœnaliter occubuiſſe. Et multa alia terribilia iudicia extiterunt,& hactenus exiſtunt. Decet igitur vt eo die Chriſtianus diuinis laudibus,non ruralibus vacet operibus.*

Concilium Pariſienſe 3. ſub Ludouico & Lothario Auguſtis.

Res mira & horribilis.

Hoc iterum renouat idem Concilium Pariſienſe libro 3. cap. 5. & Concilium TRIBVRIENSE cap 35.vbi interdicit iudicibus ſecularibus, & Eccleſiaſticis , in diebus Dominicis,& feſtis alijs, & Quadrageſima , placita & iudicia ſecularia exercere.

Concilium Triburienſe.

Sed & Concilium NARBONENSE cap. 2.inhibet Iudæis,diebus Dominicis & feſtis, ſecularia opera agere,ne Chriſtiani illorum facto ſcandalizentur. Vide Iudæus. Iterum & Concilium MOGVNTINENSE IV. cap. 98. prohibet mercatus diebus Dominicis & feſtiuis agi , niſi fortè earum rerum . quæ ad vſum quotidiani victus neceſſariæ ſunt. Secularia quoque opera prohibet exerceri,vt ſuprà ſatis probatum eſt. Porrò vide in vocabulo , preces , & ieiunium, & Quadrageſima &c.

Concilium Narbonēſe nouiſſimè in lucē datum.

Concilium Moguntinenſe 4.

Dominicus dies non ita obſeruandus,vt ſabbatum.] Hoc ſpecialiter commendat IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Magneſianos: *Sed poſthac*(ait)*ſabbatizemus Iudaicè,ac feriis gaudentes. Sed quiſque noſtrum ſabbatizet ſpiritualiter, meditatione legis gaudens,non corporis remiſſione,opificium Dei admirans , non in craſtinum crapulam colligens & tepida bibens,moderate incedens,ſaltatione & plauſibus variis & inſanis gaudens. Ac poſt ſabbatizationem,dominicum diem,omnis amans Chriſti, feſtum celebret, diem reſurrectionis regalem , omnium dierum ſupremum, quem expectans propheta dicebat: In finem pro octaua,in qua & vita noſtra exorta eſt, & mortis in Chriſto victoria facta eſt, quem filij perditionis negant*,&c. Porrò hic repete canonem 27. Concilij III. AVRELIANENSIS quem reperies ſuprà,dies feſti.

Ignatius Martyr.

Pſalmo 5 & 12.

Concilium Aurelianenſe 3.

Dominiics diebus Miſſa audienda.] Suprà ex Clemente 1. & inſtino martyre patet. quia ſingulis Dominicis miſſa celebrabatur. Verùm hæc reſeruauimus in vocabulo,Miſſa diebus feſtis audienda,dicenda Vide ergo.

Dominici diei ieiunium interdicitur.] Vide infrà , ieiunium Dominicæ diei, & feriæ quintæ ,&c.Nam Sic opportunius reperietur.

DONVM.

Donum Eccleſiaſticis collatum.] Concilium LVGDVNENSE I. cano. 2. ſtatuit , vt quaſcunque munificentias clericis aut ſeruientibus, ſiue de rebus Eccleſiæ in vſum , aut de proprijs in proprietatem , præcedentes dederint ſacerdotes , ſubſequentes Pontifices nullatenus auferre præſumant. Si quid tamen culpæ extiterit,pro qualitate perſonarum , vel regulæ canonum præcedentium,in perſona habeatur , non in facultate diſtrictio. Hinc & de Sacerdotum munificentiis Concilium AVRELIANENSE III. cap.17. *De munificentiis*(ait)*ſacerdotum id obſeruandum,vt ſi quid præſenti tempore à clericis , decedentium munificentiis, habetur vel poſſidetur , deinceps à ſucceſſoribus nullatenus auferatur , ita vt qui deceſſorum largitatibus gaudent,officia Eccleſiæ,obedientiam & affectum ſacerdotibus præbeant. De quibus tamen munificentiis,quæ præſenti tempore ab his*(ſicut dictum eſt)*poſſidentur,ſi pro opportunitate Epiſcopo placuerit, quod voluerit,commutare,ſine accipientis diſpendio in locis aliis commutetur. De munificentiis verò præſentibus , quas vnuſquiſque clericus pro ſua gratia eorum obſequiis exiſtimat conferendas , ſicut in arbitrio dantis eſt,vt tribuere quibus voluerint debeat,ita ſi inobedientia vel contumacia in aliquo accipientis extiterit,culpa agnita in arbitrio ſit præſidentis , vtrum vel qualiter debeat reuocari.* Vide in dictione, Facultates clericorum,&c.& munus.

Concilium Lugdunenſe 1.ſub Guntranno rege & Pelagio 2

Concilium Aurelianēſe 3.ſub Vigilio.

DOS.

Dos debet aſsignari nupturis.] Hæc quidem abunde tractantur in vocabulo , matrimonium, & nuptiæ. verumtamen libet hic breuiſſi-

Concilium Arelatenſe 3.

mum allegare decretum Concilij III. Arelatenſis ſub Leone 1. & allegat Gratianus cauſa 30. quæſt. 5. cap nullum ſine, &c. *Nullum ſine dote fiat coniugium, iuxta poſſibilitatem fiat Dos, nec ſine publicis nuptiis quiſquam nubere vel vxorem ducere præſumat.* Hoc renouat Concilium Vernenſe. canone 15. vt dicemus, matrimonia clandeſtina, &c.

Dvellvm, Sive Monomachia.

Concilium Valentinũ Galliæ 3.

Duellum ſiue monomachia prohibetur.] Vide Torneamentum, & Nundinæ. & ſpectacula, & Ludi, &c. porrò de ſingulari certamine, ſiue duello, Concil. Valentinvm Galliae III. ſub Lothario Imperatore cano. 11. vbi de iuramento egit, ſic ſubdit, *Quia ex iuramento ab vtraque parte in litigio præſtito, vſque ad armorum certamina ſolet prorumpi, & crudeliſſimo ſpectaculo effunditur cruor belli in pace, ſtatuimus iuxta antiquum Eccleſiaſticæ obſeruationis morem, vt quicunque iam iniqua & Chriſtianæ paci inimica pugna alterũ occiderit, ſeu vulneribus debilem reddiderit, velut homicida nequiſſimus & latro cruentus, ab Eccleſia & omnium fidelium cœtu ſeparatus, ad agendam legitimam pœnitentiam modis omnibus compellatur. Ille verò qui occiſus fuerit, tanquam ſui homicida, & propriæ mortis ſpontaneus appetitor, à Dominicæ oblationis commemoratione habeatur alienus, nec cadauer eius iuxta ſanctorum canonum decretum* (vide, homicida ſuipſius, & torneamentum) *cum pſalmis vel orationibus ad ſepulturam deducatur. Super quibus duobus titulis, propter tam funeſta & horrenda animarum, vel etiam corporum exitia, patres præfati Concilij Imperatorem exquirunt, vt etiam hoc tam vtile Eccleſiaſticum decretum, propria authoritate confirmet.* Huiuſmodi Duellum ſeu monomachiam prohibet Nicolavs I. allegaturque à Gratiano cauſa 2. quæſtione 4. cap. monomachi. vide in vocabulo, bellum. *Monomachiam* (ait) *in lege non aſſumimus, quam præceptam fuiſſe non reperimus, quàm licet quoſdam iniiſſe legamus, ſicut David & Goliam ſacra prodit hiſtoria, nuſquam tamen, vt pro lege teneatur, alicubi diuina ſanxit authoritas, cùm hæc & huiuſmodi ſectantes Deum tentare videantur, &c.* Sed & Concilium Lateranense Generale ſub Innocentio 1. cap. 18. idem omnino prohibet. vt diximus in dictione, clericus non interſit ſententiis criminalibus, &c. Porrò Alexander III. parte 16. Concilij Lateranenſis ſub eodem celebrati, cap. 5. & 6. inhibet huiuſmodi duellum clericis. Quod ſi vel obtulerint, vel oblatum ſuſceperint, ſiue victi, ſiue victores, de rigore iuris decernit, vt deponantur, potiſſimè ſi in illo duello, homicidium vel diminutio membrorum ſubſecuta fuerit: aliàs poterit miſericorditer ſuper hoc Epiſcopus diſpenſare, niſi etiam partem digiti amiſerit, quò minùs valeat ſolennia ſine ſcandalo celebrare. Et nouiſſimè de his duellis ſtatuit Concilium Tridentinvm ſeſſione 25. quæ fuit 9. ſub Pio 4. cap. 19. *Deteſtabilis* (ait) *Duellorum vſus fabricante diabolo introductus, vt cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex Chriſtiano orbe penitus exterminetur. Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, comites, & quocunque alio nomine Domini temporales, qui locum ad Monomachiam in terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint, eo ipſo ſint excommunicati, ac iuriſdictione & Dominio ciuitatis, caſtri vel loci, in quo vel apud quem Duellum permiſerint, quod ab Eccleſia obtinent priuati intelligantur. Et ſi feudalia ſint, directis Dominis ſtatim acquirantur. Qui verò pugnam commiſerint, & qui eorum patrini vocantur, excommunicationis ac omnium bonorum ſuorum proſcriptionis ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant, & vt homicidæ iuxta ſacros canones* (vide ſuprà) *puniri debeant, & ſi in ipſo conflictu deceſſerint, perpetuò careant Eccleſiaſtica ſepultura. Illi etiam qui conſilium in cauſa duelli, tam iure quàm facto dederint, aut alia quacunque ratione ad id quemquam ſuaſerint, nec non ſpectatores, excommunicati, omnis ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur, non obſtante quocunque priuilegio, ſub praua conſuetudine, etiam immemorabili.* Vide torneamentum.

Concilium Lateranenſe generale Epiſcoporũ 125. ſub Innocentio 3.

Alexander 3.

Concilium Tridentinũ generale nouiſſimum.

Nec veinam obſeruentur.

E B R

Ebrietas.

Ebrietatis vitiũ quàm damnabile.] De hac ebrietate diſertiſſimè loquitur, & de malis quæ ſolet inducere, Philo Ivdaevs libro de plantatione Nne Nec nobis eſt poſſibile, cuncta hic enarrare, quæ ille tam ſapienter, quàm doctè deſcribit. Idem quoque libro de temulentia, deteſtandam ebrietatem multis argumentis & rationibus probat. Hinc & Ivstinvs Martyr epiſt. ad Zenam & Serenum fratres: *Vinum nec ad ebrietatem bibatur quotidie, nec vt aqua requiratur. Nam vtrumque Dei creatura eſt, ſed aqua neceſſaria, vinum autem ad curam corporis. Qui verò lingua impedita micat, velut igneis oculis, & pedibus vacillat, impos ſenſuum, venenũ recepit lethiferum, quaſi è ferro non falcem faceret aliudve inſtrumentum ruſticum, ſed gladium aut lanceam in alium vſum refingens, quod Deus parauerat. Nam vini potor cùm debeat hyeme bibere ad frigoris remedium, æſtate verò ad tuendam ſanitatem viſcerum, abutitur hoc ad inſaniam, & immodicè ingeſto feruens, more porcorum caninumque gerit ſe turpiter. Nos autem oportet ſecus, quàm luxurioſos, rectè vti Dei donis, nec ebrietate ſitim accerſere, ſed ne ſitiamus, potum capere. Nam qui vinum ſorbillando, velut ſebrientes, bibunt, propediem peribunt per intemperantiam, &c.* Plura de ebrietate Clemens Alexandrinvs libro 2. Pædagogi cap. 2. per totum caput diſſerit, eamque ſummopere vitandam aſſerit. Hinc Evthycnianvs Papa I. vt allegatur in codice librorum 16. lib. 14. cap. 1. *Magnum* (inquit) *malum ebrietatis, vnde omnia vitia pullulant Chriſtianis, modis omnibus cauere præcipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum eſſe decreuimus, vſque ad congruam emendationem, &c.* Hinc Origenes Aoamantivs homilia 6. in Geneſin, exponens Loth cùm filiabus concubitum, *Ille* (inquit) *in tantum ſopitus eſt vino, vt neſciret dormiſſe ſe cum filia priore, neque cum iuniore. Audite, ebrietas quid agat: audite, quantum facinoris concilíet temulentia. Audite & cauete, vos, ò quibus iſtud malum non in crimine, ſed in vſu eſt. Ebrietas decipit, quem ſodoma non decepit. Vritur ille flammis mulierum, quem ſulphurea flamma non vſſit.* Et infrà homilia 7. in Leuiticum, *Sobrietas omnium virtutum mater eſt ſicut è contrario ebrietas omnium vitiorum. Eſt ebrietas vini pernicioſa in omnibus. Sola namque eſt, quæ ſimul cùm corpore & animam debilem reddat.* Verùm lege quod ſequitur, quia pulchrum eſt. Et Ioan. Chrysost.

Philo Iudæus.

Iuſtinus Martyr.

Vtilitas Vini, tam hyemali quàm æſtiuali tempore.

Pulchra adhortatio.

Clemens Alexandrinus.

Origines Adamantius.

Ebrietatis mala.

homilia 29. in Geneſin in cap 9. Geneſis de ine-
briato Noe. *Grauiſſimum quiddam* (ait) *eſt ebrietas
delicti, & quod poteſt excæcare ſenſus, & ſubmergere
mentem, & hominem rationale animal, qui ſuper om-
nia dominium ſuſcepit, inuictis vinculis inſolubilibus,
quaſi mortuum, & operatione carentem iacere facit,
imò deterius habentem quàm mortuum. Nam mor-
tuus neque bona neque mala operari poteſt. Ebrius au-
tem nihil boni valet operari, ad malum tamen facien-
dum non omnino impotens eſt, &c.* Vide reliquum.
Idem homilia 71. ad populum Antiochenum ad
calcem, Ebrios brutis animalibus deteriores
Ambroſius Mediolanenſis — aſtruit. Sed cuncta hic inſerere oneroſum eſſet.
Lege locum. Hinc & AMBROSIVS MEDIO-
LANENSIS libro de Helia & ieiunio cap. 12. ex-
ponens illud, ſedit populus manducare & bibe-
Exod. 32. — re, &c. *Videmus ſacrilegium Ebrietatis fuiſſe coniun-
ctum. Nam ſicut mater fidei continentia, ita perfidia
mater ebrietas eſt. In quod facinus non iſta præcipi-
tat? Sedentes in foribus tabernarum homines, tunicam
non habentes, nec ſumptum ſequentis diei, & impera-
Vide Ebrietatis deſeſtus. — toribus & poteſtatibus iudicant, imò regnare ſibi vi-
dentur, & exercitibus imperare ſunt ebrietate diui-
tes, qui ſunt in veritate inopes. Aurum donant, diſpen-
ſant pecunias, populis ciuitates ædificant! qui non ha-
bent, vnde cauponi potus ſui precium ſoluant. Feruet
enim vinum in his, & neſciunt quid loquantur. Diui-
tes ſunt dum inebriantur, mox vbi vinum digeſſerint,
Quàm ſcitè depingit ebrioſorum mores! — cernunt ſe eſſe mendicos. Vno die bibunt multorum la-
bores, de ebrietate ad arma conſurgunt, calicibus tela
ſuccedunt, pro vino ſanguis effunditur, & ipſum ſan-
guinem vina fuderunt. Quàm fortes ſibi homines vi-
dentur in vino, quàm ſapientes, quàm diſerti, quàm
etiam pulchri ac decori, cùm ſtare non poſſint! Mens
titubat, lingua balbutit, pallor & ſãguis ora ſuffundit.
Fateor, ebrietatis horror ſit, barbari in ferrum ruunt,
vulgus in rixas. Si quis eorum pugno fuerit percuſſus,
videas ora ſauciorum vini lachrymas fundere, miſera-
biles epilogos decantare. Habet enim hoc temulentia,
vt & molliat & reſoluat corda temulentorum. Sicut
enim ignis probat ferrum durum, ita & vini incendio
etiam ſuperborum hominum cor liqueſcit. Omnes ſibi
æquales in vino videntur, nullus inferior, &c.* Vide re-
liquum Lege & eodem libro cap. 16. vbi de ebrie-
tate deteſtanda loquitur, & alibi. Denique egre-
Epiphanius Cypri. — giè EPIPHANIVS CYPRI ebrietatem hæreſi
coniungit, quia inter eas maxima eſt affinitas lib.
1. contra hæreſes hæreſi 26. contra Gnoſticos, &
Hieronymus Stridonenſis. — HIERONIMVS STRIDONENSIS lib 3. com-
mentariorum in 5. cap. ad Galatas dum illud ex-
ponit, manifeſta autem ſunt opera carnis, &c. *Vi-
no* (ait) *hominis ſenſus euertitur, pedes corruunt, mens
Epheſ. 5. — vacillat, libido ſuccenditur. Vnde Apoſtolus clamitat,
& vinum, in quo eſt luxuria. Habet vnuſquiſque ſuæ
ſententiæ poteſtatem: Ego Apoſtolum ſequor, in vino
eſſe luxuriam, in vino ebrietatem. Ebrietatem autem
& luxuriam inter carnis opera numerari, nec ille po-
Nota hæc. — teſt negare, qui eiſdem paſſionibus vincitur. Et licet
me quidam in eo libro, quem de ſeruanda virginitate
ſcripſi, reprehendendum putent, quòd dixerim, adoleſ-
centulas ita vinum debere fugere vt venenum, non me
ſententiæ pœnitebit. Opus quippe ibi magis viri, quàm
Dei à nobis creatura damnata eſt. Et licentiam tulit-
mus virgini proprio ætatis calore ferventi, ne ſub occa-
Caluine nota de 1. Timoth. 5. — ſione parum bibendi, plus biberet & periret. Alioquin
ſciebamus & in Chriſti ſanguinem vinum conſecrari,
& Timotheo, vinum vt biberet, imperatum, &c.* Hinc
Auguſtinus Hipponenſis. — AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro de ſa-
lutaribus documentis cap 37. *Fugiamus ebrietatem,
ne etiam in luxuria incurramus. Quia Apoſtolus præci-*

A *pit dicens, nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.
Vinum enim Deus nobis ad lætitiam cordis, non ad
ebrietatem donauit. Bibamus ergo, non quantum gula
exigit, ſed quantum naturæ imbecillitas poſtulat, ne id
quod ad medelam corporis noſtri tributum eſt, ad per-
niciem deponemus, &c.* & Idem libro de ſobrietate — Ebrietas ſocê. noxia.
& virginitate cap 1. tomo 9. *Ebrietas ab animæ in-
iuria incipit, & flagitiorum omnium mater eſt, culpa-
rum materia, radix criminum, origo omnium vitio-
rum, turbatio capitis, ſubuerſio ſenſus, tempeſtas lin-
guæ, procella corporis, naufragium ſanctitatis. Ebrietas
temporis amiſſio eſt, inſania voluntaria, ignominioſus
languor, mentis ſana debilitatio, turpitudo morum, de-
decus vitæ, honeſtatis infamia: animæ corruptela, &c.*
B Vide ſequẽtia.

Ebrietas Eccleſiaſticis interdicitur. Si,
vt ſuperius docuimus, omnibus Chriſtianis ebrie-
tas eſt fugienda, vitia Eccleſiaſticis magis abomi-
nanda eſt vnde CANON APOSTOLORVM — Canon Apoſtolorum.
XLII. & allegatur à Gratiano diſtinct. 35. cap.
Epiſcopus. *Epiſcopus, aut presbyter, aut Diaconus,
aleæ atque ebrietati deſeruiens, aut deſinat, aut certè
damnetur.* Et cano. 43. *Subdiaconus, aut lector, aut
cantor, ſimilia faciens, aut deſinat, aut communione
priuetur. Similiter etiam laicus.* Hic canon citatur
& renouatur in Concilio VI. GENERALI — Concilium Conſtantinop. 3. generale 6
Conſtantinopolitano 3. cap. 50. & CLEMENS — Clemens I.
I. libro 8. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap.
C 50. *Dicit ſcriptura Dynaſtæ ſunt iracundi, vinum ve-
rò non bibant, ne cùm biberint, obliuiſcantur ſapientiæ,
& rectè iudicare non poſſint. Quare presbyteri & Dia-
coni, poſt Deum omnipotentem, & dilectum filium eius, — Prouerb. 31.
ſunt Eccleſiæ dynaſtæ. Quod non ideo dicimus, ne bi-
bant: nam contumelia afficerent id quod à Deo crea-
tum eſt in lætitiam: ſed ne violentia ſtudeant. Non
enim dixit ſcriptura, ne bibas vinum. Sed dixit, nolite — Prouerb. 23.
bibere vinum ad ebrietatem, & iterum. Spina naſcun- — Eccleſiaſt. 31.
tur in manu Ebrij. Quod non ſolùm de clericis præci-
pimus, ſed etiam de omnibus laicis, ſuper quos inuoca-
tum eſt nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti. Nam ipſis — Prouerb. 28.
quoque dictũ eſt, cui væ? cui tumultus? cui triſtitiæ? & — Prouerb. 23.
iurga? cui liuidi oculi? cui contritiones ſupervacuæ?
D nónne commorantium in vino & inueſtigantium vbi
potationes fiunt? &c.* Hinc PHILO IVDAEVS li- — Philo Iudæus.
bro de Temulantia circa medium, vbi plura de
vitanda ebrietate diſceptauit, potiſſimè vitandam
eſſe eam ſacerdotibus diſſeruit. *Solorum* (inquit)
*propemodum ſacerdotum & Dei cultorum eſt officium,
ſine vino ſacra facere, quod vinum & quidquid creat
delirationem ſanitati mentis ſit contrarium. Locutus
eſt Dominus ad Aaron, dicens, vinum & ſiceram non
bibetis tu & filij tui tecum, quando ingrediemini in ta-
bernaculum teſtimonij, aut accedetis ad altare, & non
moriemini, &c. Aaron autem eſt ſacerdos quod nomen — Aaronis Etymon.
interpretatur Montanus, ſublimia celsáque ſapiens
E ratio, non per iactantiæ molem inani faſtu turgidam,
ſed per magnitudinem virtutis, quæ mentem vltra cœ-
lum attollens, non ſinit cogitare quicquam humile. Qui
autem ſic affectus eſt, merum & omne venenum, inſa-
niam afferens nunquam vltrò ſibi admouebit. Incum-
bit enim ei neceſſitas, vt aut ſacroſancta tabernaculi
penetralia ingreſſus, ſecretis ſacris operetur, aut ad al-
tare accedens, victimas pro ſua populique ſalute immo-
let, quæ negotia ſobrietate opus habent atque ſolertia,
&c.* Vide reliquum, quia pulchrum eſt, & lectu
iucundum. Hinc EVTYCHIANVS I. vt alle-
gatur in codice 16. librorum libro 14. cap. 3 *Epi- — Eutychianus I.
ſcopi & Dei miniſtri non debent commeſſationibus
& vinolentiis nimiis incumbere. ſed conſiderent ſen-
tentiam Domini dicentis, attendite ne grauentur corda* — Luc 21.

vestra

veſtra crapula & ebrietate. Moderatè enim cibum & neceſſarium ſumptum ſumant, vt iuxta Apoſtolum ſobrij ſint, & parati ad ſeruitium Dei. Ad eoſdem ſacerdotes exhortatio ex eodem libro cap. 10.

1. Theſſalo. 5.
1. Petri. 7 & 5.

Obſeruandum eſt nobis, vt & vos ab ebrietate abſtineatis, & vt plebes ſubditæ abſtineant, prædicetis. Et neque per tabernas catim bibendo aut comedendo, neque domos aut vicos curioſitate qualibet peragretis, neque cum feminis aut cum quibuſlibet perſonis impuris conuiuia exerceatis, niſi forte paterfamilias quilibet vos inuitauerit ad domum ſuam, & cum coniuge ſua, & cum plebe velit vobiſcum ſpirituali gaudio lætari, & verborum veſtrorum refectionem accipere, & vobis refectionem carnalem charitatis officio exhibere. Oportet enim, vt ſi quando quilibet fidelium, carnalibus vos reficit epulis, a vobis reficiatur ſpiritualibus epulis, &c. Et Concilium AGATHENSE cano. 41. allegatur à Gratiano diſtinct. 35. cap. Ante.

Concilium Agathenſe.
Vtinam hæc obſeruarētur

Ante omnia clericis vetetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac nutrix eſt. Itaque eum quem ebrium fuiſſe conſtiterit (vt ordo patitur) aut triginta dierum ſpatio communione ſtatuimus ſubmouendum, aut corporali ſubdendum ſupplicio. Hunc canonem de verbo ad verbum pene repetit Concilium VENETICVM ſub Leone 1. vel Hilario. Sic quippe ait,

Concilium Veneticum.

Ante omnia a clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac nutrix eſt. Nec quis poteſt liberum corporis ſui ac mentis habere iudicium, cum captus vino, a ſenſu probetur alienus, & procliuis ad vitium, mente labefactata, ducatur, ac plerumque poſſit peccatum aut crimen, dum neſcit, incurrere. Sed ignorantia talis non poteſt non ſubiacere pœnæ, quam ex voluntaria amentia manaſſe conſtiterit. Itaque eum quem ebrium eſſe conſtiterit, &c Vt ſuprà. Hinc Concilium TVRONENSE I. cap. 2. Poſtquam clericos prohibuit fornicari, vt diximus, clerici ne fornicentur, & fornicatio, ſubiungit.

Concilium Turonenſe 1.

Sed vt valeant obſeruare, fomitem omnium vitiorum oportet abſcindi, Apoſtolo præcipiente, nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Et quam grauì ebrietas ſupplicio expietur, eadem Apoſtolica manifeſtat doctrina, inter cætera dicens, neque fornicatores, neque Idolis ſeruientes, neque ebrioſos regnum Dei poſſeſſuros. Si quis verò in omni officio clericali Deo militans, ab ebrietate ſe non abſtinet, ſecundum ſtatus ſui ordinem, competens in eum vindicta exerceatur. Hæc etiam renouat Concilium FOROIVLIENSE ſub Carolo Magno cap. 3. vbi ſe patres præfatæ cenſuræ aſſertores & defenſores eſſe teſtantur. Item Concilium TVRONENSE III. ſub eodem principe cap. 48.

Epheſ. 5.
1. Corinth. 6.
Concilium Forojulienſe ſub Adriano 1.
Concilium Turonenſe 3. ſub eodem.

Quia (ait) *de crapula & ebrietate generãtur quique noxiores corporum morbi, vt Phyſici teſtantur, ad ſtatum quoque mentis euertendum, quantum noceat ebrietas, non facilè deprehendi poterit, quippe cum omnium pene malorum, quæ ab hominibus raptum perpetrantur, cauſa fit & origo ebrietas, &c.* Idem Concilium CABILONENSE II. ſub eodem capite 10. vbi & clerici ſobrietatem amplecti adhortantur, & allegat Burchardus lib. 14. decretorum cap. 4. Qui & cap. 8. ſequenti, citat decretum ex POENITENTIALI THEODORI, vbi ſic legitur.

Concilium Cabilonenſe 2.
Pœnitentiale Theodori.

Sacerdos quilibet ſi inebrietur per ignorantiam, ſeptem dies pœniteat in pane & aqua. Si per negligentiam, quindecim dies: ſi per contemptum 40. dies. Diaconus vel Monachus ſecundum ordinem, vt ſcriptum eſt, ſeu & reliqui clerici & miniſtri, iuxta ordinem iudicio ſacerdotis pœniteant. Laici verò votu non habentes, ſi inebriantur, arguantur a ſacerdote, quòd ebrioſi regnum Dei non poſſidebunt, & interitus ſit ebrietas. Et compellat eos pœnitere. Qui cogit hominem vt inebrietur humanitatis gratia, acerrimè corripiatur, & 7 Dies pœniteat: ſi per contemptum 30. dies. Nullus Chriſtianus alium Chriſtianum plus bibere cogat, quam natura ſufficiat. Quod ſi fecerit, iuxta id quod in pœnitentiali habetur, pœniteat. Ibidem cap. 9. affert & decretum FRVCTVOSI EPISCOPI

A

Fructuoſus Epiſcop.

Si quis (ait) *Eccleſiaſtica præditus ordinatione, aut monachus, repertus fuerit ebrioſus, in pane & aqua tribus pœniteat menſibus.* Hinc Concilium MOGVNTINENSE I. ſub Carolo Magno cano. 46. & videtur eſſe Eutychiani papæ, vt ſuprà poſuimus decretum.

Concilium Moguntinenſe 1.

Magnum malum ebrietatis, vnde omnia vitia pullulant, modis omnibus præcipimus cauere, & qui hoc vitare noluerit, excommunicandum eum eſſe decreuimus, vſque ad emendationem congruam. Eandem ebrietatem clericis interdicit

B

Concilium AQVISGRANENSE II. cap. 6. *Quicunque* (ait) *hoc noxio vitio infirmatus deprehenſus fuerit, cenſuimus vt ſecundum ſtatutum canonicum, &c.* Canon eſt Apoſtolorum (vide ſuprà) *Quicunque ebrietati deſeruit, aut deſinat aut deponatur,* Et Concilium LATERANENSE GENERALE ſub Innocentio 3. patrum 1215. capite 15.

Concilium Aquiſgranenſe 2.
Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3.

A crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abſtineant. Vnde vinum ſibi temperent, & ſe vino. Nec ad bibendum quiſpiam incitetur, cùm ebrietas & mentis inducat exitium, & libidinis prouocet incentiuum. Vnde illum abuſum decernimus penitus abolendum, quo in quibuſdam partibus, ad potus æquales ſuo modo ſe obligant potatores, & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhauſerit.

O ſcelus!

C

Si quis autem ſuper his culpabilem ſe exhibuerit, niſi, à ſuperiore commonitus, ſatisfecerit competenter, à beneficio vel officio ſuſpendatur. Idem & Concil. OXONIENSE in Anglia cap. 26. Item & Concilium COLONIENSE III. partis 2. cap. 24. omnem luxum & crapulam & ebrietatem interdicit *Ne* (ait) *ſecundum* HIERONYMVM, *de deliciis & epulis in tenebras exteriores detrudatur. Et licet licitum ſit clero de altari viuere, luxuriari tamen & compotationibus inſiſtere non conceditur. Vnde & in Leuitico vinum & ſicera templi miniſtris prohibebatur. Et Apoſtolus prohibet: Nolite* (ait) *inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed impleamini Spiritu ſancto.*

Concilium Oxonienſe in Anglia ſub Innocentio 3.
Concilium Colonienſe 3.
Hieronymus in cap. 2. Michee.
Leuit. 10.
Epheſ. 15.

D

Hinc etiam Concilium TREVIRENSE I. cap. 1. *Mandat omnibus Viſitatoribus, vt Clericorum temulentiam & ebrietatem acriter corripiant.* Vide iterum in vocabulo taberna.

Concilium Treuirenſe 1.

ECCLESIA.

Eccleſia quid, & cur ſic vocata.] Obſecro, te lector, ne putes nos hic cuncta potuiſſe de Eccleſia teſtimonia ponere. Nam in vocabulo, Romana Eccleſia, quædam non pauca reſeruata ſunt, quæ hic non potuere apponi. Porrò de Eccle-

E

ſia, quid ſit, & cur ſic dicta, breuiter dicemus, vt ad ſequentium faciliùs procedamus narrationem. Igitur IVLIVS I. cap. 5. decretorum, vt allegat Burchardus libro 3. decretorum cap. 1. & Iuo Carnotenſis libro 1. *Eccleſia Græcum nomen eſt, quod in Latinum vertitur, conuocatio: propterea quòd omnes ad ſe vocet. Catholica, id eſt, vniuerſalis, ideo dicitur, quia per vniuerſum mundum eſt conſtituta, vel quoniam catholica, hoc eſt, generalis in eadem doctrina eſt ad inſtructionem.* Hinc CLEMENS I. libro 8. cap. 36. *Eccleſia* (ait) *non confuſionis ſed ordinis & diſpoſitionis eſt magiſtra.* Hinc IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 1. in primam epiſtolam ad Theſſalonicenſes. *Nomen* (ait) *Eccleſiæ, nomen*

Iulius 1.
Clemens 1.
Ioannes Chryſoſtomus.

Cyrillus Hieroſolymitanus

Cur Catholica & cur Eccleſia. Extra Eccleſiã Catholicã nõ eſt ſalus.

A *eſt multitudinis, & iuſta iam ac abſoluta congregationis.* Sed & CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Catecheſi 18. illuminatorum Hieroſolymis: *Catholica* (ait) *vocatur Eccleſia, quia per vniuerſum ſit orbem terrarum diffuſa, à finibus terræ vſque ad extrema. Et quia docet Catholicè, hoc eſt, vniuerſaliter, & ſine vllo defectu, vel differentia, omnia dogmata quæ deberent venire in cognitionem, de rebus viſibilibus & inuiſibilibus, cæleſtibus & terreſtribus, & quòd omne genus hominum piè ſubiugat, principes & priuatos, & quia in vniuerſum curat omne genus peccatorum, & quæ per animam, & quæ per corpus patrantur. Habeturque in illa omne genus* (*quocunque nomine vocetur*) *virtutis, in factis & dictis, & ſpiritualibus chariſmatibus omnigenis. Aptè autem Eccleſia vocatur, quaſi dicas conuocatio, propter omnium conuocationem & congregationem, ſicut in Leuitico dicit Dominus, & omnem congregationem conuoca ante oſtium tabernaculi teſtimonij.* Nota hic in ſcripturis, quod ſit Eccleſiæ, ſeu conuocationis nomen, &c. Vide reliquum in ſequentibus. Præterea multa ſunt alia de nomine Catholicæ Eccleſiæ teſtimonia, quæ rectius ſequenti diſtinctione colliges.

Eccleſiæ Catholicæ origo, vnitas, atque ſplendor.] Vbi igitur cœperit Eccleſia, & qualiter ſit vnica atque immaculata, à primordiis illius Eccleſiæ, ſanctorum Patrum teſtimoniis congruo ordine tentabimus approbare, vt Eccleſia malignantium hæreticorum non vera, nec catholica, ſed nec immaculata monſtretur, quin potiùs illegitima, diabolica, & fictitia. Igitur Eccleſiam vnam eſſe Catholicam IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Epheſios, atque extra etiam, ſalutem non eſſe demonſtrat, dicens: *Nemo oberret: Niſi quis intra altare ſit, fraudatur pane Dei. Nam ſi vnius atque alterius oratio tantùm vim habet, vt Chriſtus inter eos conſiſtat, quanto magis & Epiſcopi, & totius Eccleſiæ oratio conſonans? Quis igitur ab his ſeiunctus eſt, nec conuenit in cœtu ſacrificiorum & Eccleſiæ, primogenitis deſcriptis in cœlo, lupus eſt ſub ouis pelle, mitem præ ſe ferẽs formam.*

Ignatius Martyr.

Et TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de præſcriptionibus aduerſus hæreticos. *Apoſtoli* (ait) *apud vnamquamque ciuitatem condiderunt, à quibus traducem fidei & ſemina doctrinæ cæteræ exinde Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur vt Eccleſiæ fiant, ac per hoc & ipſæ Apoſtolicæ deputantur, vt ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum, omne genus ad originem ſuam cenſeatur neceſſe eſt. Ita quæ tot ac tantæ Eccleſiæ vnam eſſe illam ab Apoſtolis primam ex qua omnes, ſic omnes primæ, omnes Apoſtolicæ dum vnam omnes probant vnitatem, &c.*

Tertullianus Carthaginenſ.

Et IRENÆVS LVGDVNENSIS libro 3. contra hæreſes Valentini & ſimilium cap. 40. *In Eccleſia poſuit Deus Apoſtolos, prophetas, doctores, & vniuerſam reliquam operationem ſpiritus, cuius non ſunt participes omnes, qui non concurrunt ad Eccleſiam, ſed ſemetipſos fraudant à vita per ſententiam malam & operationem peſſimam. Vbi enim Eccleſia, ibi & ſpiritus Dei, illic Eccleſia & omnis gratia: ſpiritus autem veritas.*

Irenæus Martyr.

Et CYPRIANVS CARTHAGINENSIS lib. 1. epiſtolarum epiſtola 6. ad Magnum: *Eccleſia* (ait) *vna eſt, vt Canticorum 4. & 6. demonſtratur, quæ vna & intus eſſe & foris nõ poteſt. Si enim apud Nouatianum eſt, apud Cornelium non fuit. Si verò apud Cornelium fuit, & qui Epiſcopo Fabiano legitima ordinatione ſucceſſit, & quem præter ſacerdotij honorem, martyrio quoque Dominus glorificauit, Nouatianus in Eccleſia non eſt, nec Epiſcopus computari poteſt, qui Euangelica & Apoſtolica traditione contempta, nemini ſuccedens à ſeipſo ordinatus eſt. Habere namque aut tenere Eccleſiam nullo modo poteſt, qui ordinatus in Eccleſia non eſt. Foris enim non eſſe Eccleſiam, nec ſcindi aduerſum aut diuidi poſſe, ſed inſeparabilis atque indiuiduæ domus vnitatem tenere, manifeſtat ſcriptura diuina fides, cùm de ſacramento Paſchæ & agni, qui Agnus Epiſcopum deſignabat ſcriptum ſit: In domo vna comedetur. Non eiicietis de domo carnem foras. Quod item circa Raab quæ ipſa quoque typum portabat Eccleſiæ expreſſum videmus, cui mandatur & dicitur: Patrem tuum & matrem tuam, & fratres tuos, & totam domum patris tui colliges ad teipſam in domum tuam, & omnis qui exierit oſtium domus tuæ foras reus ſibi erit. Quo ſacramento declaratur, in vnam domum ſolam, id eſt, in Eccleſiam, victuros & ab interitu mundi euaſuros, colligi oportere.*

Cyprianus Carthaginenſis.

Vnitas Eccleſiæ.

Attende Caluine.

Exod. 12.

Ioſue 2.

B Et cætera lege Idem libro 2. epiſtola 10. ad Cornelium, ad calcem: *Hoc vel maximè, frater, & laboramus, & laborare debemus, vt vnitatem à Domino & per Apoſtolos nobis ſucceſſoribus traditam, quantum poſſumus, obtinere curemus, & quod in nobis eſt, palabundas & errantes oues, quas quorundam pertinax factio & hæretica tentatio à matre ſecernit, in Eccleſiam colligamus, illis ſolis foris remanentibus, qui in obſtinatione ſua vel furore perſeuerarunt, & ad nos redire noluerunt, diſcretionis & ſeparationis à ſe factæ, & Eccleſiæ derelictæ, ipſi rationem dum reddituri, &c.*

Vnitas à Deo & Apoſtolis data, ſucceſſoribus retinenda.

Idem eodem libro epiſtola 12. ad Cornelium. *Gratias agimus, quòd*
C *ſic Eccleſia diuinitus protegatur, vt vnitas eius & ſanctitas non iugiter, nec in totum perfidiæ & hæreticæ prauitatis obſtinatione viſietur.* Idem libro 3. epiſt. 2. ad Maximum & Nicoſtratum, &c. & ſequenti epiſtola 3. ad Maximum presbyterum, Vrbanum, & Sidonium, &c. *Hæc fides & laudis veſtræ* (ait) *alia confeſſio eſt, vnam eſſe Eccleſiam confiteri, nec alieni erroris vel potius prauitatis participem fieri repetere eadem caſtra vnde prodiiſtis, &c.* lege ſi vacat Idem libro 4. epiſtola 2. quæ eſt ad Antonianum prolixiſſima, non longè à fine. *Quod ad Nouatiani perſonam attinet, frater chariſſime, de quo deſideraſti tibi ſcribi quam hæreſim introduxiſſet, ſcias nos primo in loco, nec curioſos eſſe debere quid ille doceat, cùm*
D *foris doceat. Quiſquis ille eſt & qualiſcunque eſt, Chriſtianus non eſt, qui in Chriſti Eccleſia non eſt. Iactet ſe, & Philoſophiam ſuam vel eloquentiam ſuperbis vocibus prædicet, qui nec fraternam charitatem, nec Eccleſiaſticam vnitatem tenuit, etiam quod prius fuerat amiſit, niſi ſi Epiſcopus tibi videtur, qui Epiſcopo in Eccleſia, à ſedecim Epiſcopis facto, adulter atque extraneus Epiſcopus fieri à deſertoribus per ambitum nititur. Et cùm ſit à Chriſto vna Eccleſia, per totum mundum in multa membra diuiſa. Item Epiſcopatus vnus Epiſcoporum multorum concordi numeroſitate diffuſus, &c.*

Attende.

Vna Eccleſia. Epiſcopatus vnus. Vide etiam Romana Eccleſia.

Dixerat autem paulò antè de ordinatione Cornelij loquens: *Vltra enim* (ait) *quiſquis iam Epiſcopus fuerit, vel fieri voluerit, foris fiat neceſſe*
E *eſt, nec habeat Eccleſiæ ordinationem, qui Eccleſiæ non tenet vnitatem. Quiſquis ille fuerit, multum licet de ſe iactans & ſibi plurimum vindicans, profanus eſt, alienus eſt, foris eſt. Et cùm poſt primum ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt vnum, qui ſolus eſſe debeat, factus eſt, iam non ſecundus ille, ſed nullus eſt.* Vide Papa. Idem libro de ſimplicitate prælatorum nil aliud tractat, quàm de vna Eccleſia, vno baptiſmo, &c. Vnde inter cætera ſic loquitur: *Eccleſia vna eſt, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur, quomodo ſolis multi radij, ſed lumen vnum, & rami arboris multi, ſed robur vnum tenaci radice fundatum, &c.* Et poſt pauca. *Illius fœtu naſcimur, illius lacte nutrimur, ſpiritu eius animamur.*

Adulterari

Anacletus 1.

Origenes Adamantius.

Nota hæc Catechiſta & vide vbi ſis.

Vide.

Eccleſiæ origo

Ephe. 1.

Pſal. 73.

Fundamenta Eccleſiæ, quæ.

Adam propheta.

Hilarius Pictauienſis.

Heu quid de noſtro ſeculo diceret.

Euſebius Cæſarienſis.

Pſal. 83.

Adulterari non poteſt ſponſa Chriſti, incorrupta eſt & pudica: vnam domũ nouit, vnius cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodit. Hæc nos Deo ſeruat, hæc filios regno quos generauit aſſignat. Quiſquis ab Eccleſia ſegregatus adulteræ iungitur, a promiſſis Eccleſiæ ſeparatur, nec pertinet ad Chriſti præmia, qui relinquit Eccleſiam Chriſti. Alienus eſt, profanus eſt, hoſtis eſt. Habere iam non poteſt Dominum Patrem, qui Eccleſiam non habet matrem, &c. Et Anacletvs I. epiſt. 1. *Pater noſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creauit. Mater verò Eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritualiter regenerauit.* Hinc Origenes Adamantivs homilia 3. in Ioſue ad calcem, per domum Raab Eccleſiam vult intelligi, extra quam qui fuerit inuentus, damnatur. *Si quis ergo* (ait) *ſaluari vult, veniat in hanc domum, huius quæ quondam meretrix fuit, etiam ſi de illo populo vult aliquis ſaluari, ad hanc domum veniat, vt ſalutem conſequi poſſit. Ad hanc veniat domum, in qua Chriſti ſanguis in ſigno redemptionis eſt. Nam apud illos qui dixerunt, ſanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros, Chriſti ſanguis in condemnatione eſt. Poſitus enim fuerat Ieſus in ruina & reſurrectione multorum. Et ideo contradicentibus ſigno eius, efficitur ſanguis eius ad pœnam, credentibus ad ſalutem. Nemo ergo ſibi perſuadeat, nemo ſemetipſum decipiat, extra hãc domum, id eſt, extra Eccleſiam nemo ſaluatur. Nam ſi quis foras exierit, mortis ſuæ ipſe fit reus*, &c. Idem homilia 2 in cantica canticorum: *Non* (inquit) *tu mihi ex aduentu ſaluatoris in carne, ſponſam dici, aut Eccleſiam putes, ſed ab initio humani generis & ab ipſa conſtitutione mundi, Imò vt Paulo duce altius myſterij huius originem repetam, ante etiam conſtitutionem mundi: ſic enim dicit ipſe, ſicut elegit in Chriſto ante conſtitutionem mundi, vt eſſemus ſancti & immaculati coram ipſo, in charitate prædeſtinans nos in adoptionem filiorum. Sed & in pſalmis ſcribitur, memento congregationis tuæ quam congregaſti ab initio, Prima enim fundamenta congregationis Eccleſiæ, ſtatim ab initio ſunt poſita, vnde & Apoſtolus dicit ædificari Eccleſiam, non ſolùm ſuper Apoſtolorum fundamenta, ſed etiam prophetarum. Inter prophetas autem numeratur & Adam, qui magnum myſterium prophetauit in Chriſto, & in Eccleſia, dicens, propter hoc relinquet homo patrem ſuum, & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Euidenter enim de his dictis eius dicit Apoſtolus, quia myſterium hoc magnum ſit: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*, &c. Hilarivs Pictaviensis libro ad Conſtantium Auguſtum: *Periculoſum nobis admodum* (ait) *atque etiam miſerabile eſt, tot nunc fides exiſtere quot voluntates, & tot nobis doctrinas eſſe, quot mores, & tot cauſas blaſphemiarum pullulare quot vitia ſunt, dum aut ita fides ſcribuntur vt volumus, aut ita vt volumus intelliguntur. Et cùm ſecundum vnum Deum & vnum Dominum & vnum baptiſma, etiam fides vna ſit, excedimus ab ea fide quæ ſola eſt, & dum plures fiunt, ad id cœperunt eſſe, ne vlla ſit.* Idem libro 7. de Trinitate. *Hoc Eccleſiæ proprium eſt, vt tum vincat cùm læditur, tum intelligat cùm arguitur, tunc obtineat cùm deſeritur*, &c. Evsebivs Caesariensis libro 4. demonſtrationis Euangelicæ cap. 19. *Hic autem* (ait) *ſolus & vnus Dominicus reſurrectionis ſaluatoris dies, non in omni loco lucere, ſed in ſolis atriis domini dictus eſt. Hæc verò atria erunt per totum orbem terrarum Chriſti Eccleſiæ, quæ vnius domus Dei locum optinent, in quibus optat atque eligit ſe potius abiectum eſſe, qui talia nouit, longéque meliorem in his habitationem enunciat, quàm in peccatorum tabernaculis, niſi fortè* A *Iudæorum qui Chriſtum Dei negant, aut aliorum diuerſa opinantium nullumque Deum colentium, reliquarumque à fide abhorrentium nationum conuentus multò meliores eſſe, quàm Chriſti Eccleſias, quicunque haſce eligit, profitetur.* Idem & cap. 26. de vna Eccleſia copioſè diſſerit atque de Eccleſiæ veritate, quæ in ſanctis permanſit libro 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 4. loquitur. Porrò Constantinvs Magnvs Imperator epiſtola ad Quaſcunque Eccleſias, quam & idem Euſebius libro 3. vitæ Conſtantini & Nicephorus libro 8. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 25. memorant, dum de celebritate Paſchæ diſſerit, quæ tunc temporis apud omnes diœceſes diuerſo tempore celebrabatur. B *Illud* (ait Imperator) *conſiderandum venit, vt re tanta, & tam ſolennibus religionis noſtræ feriis, diſſenſionem extare taliquam longè eſſe impoſſimam. Vnum namque nobis libertatis atque redemptionis noſtræ diem ſanctiſſimæ ſcilicet paſſionis ſuæ, ſaluator noſter dedit. Vnam eſſe Catholicam ſuam Eccleſiam voluit, cuius tametſi partes in multis variiſque ſunt diſperſæ locis, vno tamen ſpiritu, hoc eſt, diuino arbitrio fouetur*, &c. Basilivs Magnvs oratione in Mamantem martyrem, *Iudæorum eſt* (ait) *in partes ſcindi. Eccleſia verò Dei, tunicam inconſutilem deſuper contextam adepta, quæ à militibus ne ſcinderetur conſeruata eſt Chriſtumque induta, veſtimentum illius ne ſcindat.* Et Gregorivs Nazianzenvs C oratione 1. in Iulianum Imperatorem, qui Dei Eccleſiam volebat diſcindere. *Tu ne* (inquit) *contra magnam Chriſti hæreditatem (quæ enim erat, quantus & vnde?) magnam, inquam, & haud ceſſaturam, neque ſi quidam plus etiam, quàm tu inſanierint, ſed ſemper plus vltra progreſſuram & altius excrecturam, (diuinis enim credo prædictionibus, & viſionibus) quam Chriſtus vt Deus condidit, & vt homo hæreditate acquiſiuit, quam lex figurauit, ac gratia impleuit, quam prophetæ compaginarunt, & Apoſtoli colligarunt, nec non Euangeliſtæ coaptarunt. Tu ne contra Chriſti ſacrificium, tuis ſpurcitiis? Tu ne contra ſanguinem per quem expiatus eſt mundus. Tuis ſanguinis effuſionibus? Tu ne bellum contra pacem? Tu ne* D *contra manum, quæ propter te, & per te, clauis eſt confixa?* &c. Porrò Epiphanivs Cypri lib. 1. aduerſus hæreſes non longe ab initio, Eccleſiæ originem ab Adam deducit: *Illis* (ait) *temporibus erat ſolùm impietas & pietas, lex naturæ & vniuſcuiuſque voluntatis propoſitum, ſecundum naturam, & neque à doctrina, neque ex libris ſcriptorum error & ſeductio: non Iudaiſmus, non hæreſis alia aliqua, ſed ſicut nunc eſt fides quæ iam in ſancta Catholica Eccleſia verſatur, quæ ab initio fuit & poſtea rurſus reuelata eſt. Si quis enim pro veritatis ſtudio expendere velit, ſancta & Catholica Eccleſia principium omnium eſt ex hoc nimirum ſcopo. Adam protoplaſtus formatus eſt, non circumciſus, ſed carne præputium habens.* E *Non autem erat Idololatra, & nouit Patrem Deum & filium & Spiritum ſanctum. Propheta enim erat. Itaque cùm non haberet circumciſionem, non erat Iudæus, & cùm ſimulachra non adoraret, aut aliud quid, non erat Idololatra. Propheta enim fuit, & nouit, quod pater dicit filio, faciamus hominem*, &c. Idem libro 1. contra hæreſes tomo 2. hæreſi 31. contra Valentinianos qui & Gnoſtici appellantur. *Eccleſia* (ait) *per vniuerſum orbem terrarum vſque ad fines terræ diſperſa, ab Apoſtolis & ipſorum diſcipulis fidem accepit, quæ eſt in vnum Deum omnipotentem & Ieſum Chriſtum filium eius & Spiritum ſanctum*, &c. (exponit enim totum ſymbolum) Tum ſubdit. *Hanc prædicationem, & hanc fidem Eccleſia adepta, per*

Conſtantius Magnus Imperator.

Vna in toto orbe catholica Eccleſia.

Baſilius Magnus.

Gregorius Nazianzenus.

Epiphanius Cypri.

Eccleſiæ origo.

Adam Propheta.

Eccleſia Valent.

totum mundum diſperſa diligenter conſeruat quaſi vnam domum inhabitans: & ſimiliter his credit velut vnam animam, & idem cor habens, & conſonè hæc prædicat & docet ac tradit, velut vno ore prædita: nam linguæ in mundo diſſimiles ſunt, verùm virtus traditionis vna & eadem eſt. Et neque in Germanijs fundatæ Eccleſiæ, aliter credunt aut aliter tradunt, neque in Hiſpanijs, neque in Celtis, neque in Oriente, neque in Ægypto, neque in Libya, neque hæ quæ in medio mundo conſtitutæ ſunt. Sed quemadmodum Sol creatura Dei in toto mundo vnus & idem eſt, ſic etiam prædicatio veritatis vbique lucet & illuminat omnes homines, ad cognitionem veritatis venire volentes. Et neque qui valde potens eſt in dicendo ex Eccleſiæ præfectis, alia ab his dicet, &c. Vide eundem de Eccleſia Catholica, libro 2. Hæreſi 68. de Meletij ſecta.

Neu Caluine diligenter attende, quae nõ ſic ſe habet de Eccleſia tua.

A ſimili.

Ambroſius Mediolanenſis

AMBROSIVS MEDIOLANENSIS in cap. 5. ad Epheſios: Sicut caput Eccleſiæ Chriſtus eſt, ita & vir mulieris. A Chriſto enim Eccleſia ſumpſit initium, vnde ſubiecta eſt illi: ita & à viro mulier vt ſit ſubdita. In eo tamen diſcat, quia mulier conſubſtantia viro eſt, Eccleſia autem in nomine poteſt, non in natura participari Chriſto. Idem oratione in obitu Sathyri fratris: Aduocauit (inquit) ad ſe Epiſcopum nec vllam veram putauit, niſi veræ fidei gratiam. Percontatuſq; ex eo eſt, vtrumnam cum Epiſcopis Catholicis, hoc eſt, cum Romana Eccleſia conueniret. Et fortè & ad id locorum in ſchiſmate regionis illius Eccleſia erat. Luciferi namque ſe à noſtra tunc temporis communione diuiſerat, & quamquam pro fide exulaſſet, & fidei ſuæ reliquiſſet heredes, nõ putauit tamen fidẽ eſſe in ſchiſmate. Nam & ſi fidem erga Dominum tenerent, tamen erga Dei Eccleſiam non tenerent, cuius patiebantur velut quoſdam artus diuidi & membra lacerari. Etenim cum propter Eccleſiam Chriſtus paſſus ſit, & Chriſti corpus Eccleſia ſit, non videtur ab his exhiberi Chriſto fides, à quibus euacuatur eius paſſio corpuſque diſtrahitur. Lege eundem libro de Paradiſo, cap. 14. ad calcem. Et IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 4. de verbis Eccleſiæ. Vide Dominum. &c. Eccleſia (ait) radices in cœlo fixas habet potiùs quàm in terra. Verùm fortaſſis ethnicus meam deſpiciet arrogationem, ſed maneat donec harum rerum probationem attulero, diſcâtque vim veritatis, quomodo faciliùs eſt Solem extingui, quàm Eccleſiam obſcurari. Quis (inquit) iſta prædicat? Is qui eam fundauit: Cœlum & terra tranſibunt, ſed verba mea non tranſibunt. Hæc non modo dixit, ſed & compleuit, Siquidem latius illam fundauit, quàm cœlum. Eſt enim cœlo honoratior Eccleſia. Quare conditum eſt cœlum? Propter Eccleſiam, Eccleſia non eſt condita propter cœlum: cœlum conditum eſt propter hominem, non homo propter cœlum. Id perſpicuum eſt ex his quæ fecit Chriſtus. Non enim cœli corpus aſſumpſit, ſed hominis. Idem homilia octaua, de Turture, tomo 5. myſteria Eccleſiæ excellenter exponit, & id Eccleſiæ vigore atque indiſciſſione & immobilitate tractat homilia 11. cum de ſua expulſione ageretur: Chriſti Eccleſia nihil fortius (ait) ſi quis eam impugnare proponit, vires alterat neceſſe eſt. Tale eſt enim, velut ſi cœlo bellum meditetur inferre, &c. Vide in ſequentibus. Idem tomo 2. homilia de eo qui incidit in latrones: Eſt (inquit) ſtabulum Eccleſia, quæ itinere mundi laſſatos, & peccatorum ſarcinis defeſſos ſuſcipit venientes, vbi poſt æſtuantis animi perniciaſet ardores & ſqualentis vitæ deſperata ſolatia refrigeria blanda & auræ delectabiles ſentiuntur, vbi depoſito onere peccatorum, viator laſſus reficitur, &c. Idem homilia 33. in Matthæum: Communis certè domus Eccleſia omnium eſt, quam vos priores, nos ad

Vide Eccleſiæ Romanæ fidẽ.

Ioannes Chryſoſtomus.

Eccleſiæ radix in cœlo.

Matth. 24.

Oro attende

Eccleſia indiſciſſa.

Eccleſia ſtabulum.

Eccleſia communis domus.

illorum figuram poſteriores intramus, atque ideò communiter omnibus conſiſtim cum intrauerimus, pacem ſecundum illam legem offerimus. Nemo ergo deſidia vemendi ſtudio ſuperſedeat, nemo ſecularibus ſuſpenſum animum rebus habeat, cùm iam ad prædicandum ſacerdotes intrauerint. Non enim parua imminet punitio. Vide in ſequentibus plura. THEODORETVS CYRENSIS expoſitione in Pſalmum 47. dum illud exponit, Deus in Domibus eius cognoſcetur; Vna quidem (ait) per totum orbem atque mare. Propterea orantes dicimus: Pro ſancta & vnica Catholica, & Apoſtolica Eccleſia, à finibus, vſque ad fines terræ. Rurſus diuiſa eſt ipſa per ciuitates, & oppida & agros, quas diuinum oraculum domos nuncupauit, quemadmodum qualibet ciuitas iuxta, habet domos a ſe inuicem diuiſas, & vna tamen ciuitas nominatur, ſic infinitæ & innumerabiles ſunt Eccleſiæ in inſulis & in continentis, communiter autem omnes in vnam rediguntur, ob conſonantiam veterum dogmatum, &c Idem in Cantica, dum illud exponit, Dilectus meus deſcendit in ortum ſuum, &c. Et libro 1. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite 10. ad calcem. Et CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Catecheſi 18 illuminatorum Hieroſolymis. Propriè & verè (ait) aliquis dixerit, Eccleſiam eſſe malignantium conuenticula hæreticorum, Marcioniſtarum dico & Manichæorum & reliquorum. Propterea nunc confirmans fides tradidit, vt dicatur: Et in vnam ſanctam Catholicam Eccleſiam: vt illorum quidem fœda conuenticula fugias, perſeueres autem in Catholica Eccleſia, in qua & renatus es. Quod ſi fortè veneris in ciuitates, non ſimpliciter interroga, vbi ſit Dominicum, ſeu Dominus Domini. Nam & reliqua impiorum hæreſes, dominicos, quamuis pollutos, appellare non dubitant, neque id tantum quæras ſimpliciter vbi ſit Eccleſia, ſed vbi Catholica Eccleſia. Hoc enim proprium nomẽ eſt ſanctæ huius & matris omnium noſtrum, &c. Hinc HIERONYMVS STRIDONENSIS ad calcem Dialogi aduerſus Luciferianos: Poteram (ait) Diem iſtiuſmodi eloquio ducere, & omnes propoſitionum riuulos vno Eccleſiæ fonte ſiccare. Verùm quia iam multùm ſermocinati ſumus, & prolixitas concertationis audientium ſtudia laſſauit, breuem tibi apertamque animi mei ſententiam proferam, in illa eſſe Eccleſia permanendum, quæ ab Apoſtolis fundata, vſque ad diem hanc durat. Sicubi audieris eos, qui dicuntur Chriſti, non à Domino Ieſu Chriſto, ſed à quoquam alio nuncupari, vt puta Marcioniſtas, Valentinianos, Montenſes ſiue Campates, ſcito non Eccleſiam Chriſti, ſed AntiChriſti eſſe ſynagogam. Ex hoc enim ipſo quòd poſteà inſtituti ſunt, eos ſe eſſe indicant, quos futuros Apoſtolus prænunciauit, &c. Idem epiſtola ad Pammachum & Oceanum de erroribus Origenis, ſic incipit, Schedulæ quos miſiſtis, &c. Quiſquis es aſſertor nouorum dogmatum, quæſo te parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ Apoſtoli voce laudata eſt. Cur poſt quadringentos annos docere nos niteris, quod ante neſciuimus? Cur profers in medium quod Petrus & Paulus edere noluerunt? vſq; ad hunc diem ſine iſta doctrina mundus Chriſtianus fuit. Illam ſenex tenebo fidem, in qua puer natus ſum, &c. Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS contra epiſtolam fundamenti, cap. 4. Vt omittam (ait) cõtra Manichæos ſapiẽtiam quam in Eccleſia eſſe Catholica non creditis, multa ſunt alia quæ in eius gremio me iuſtiſſimè tenent. Tenet conſenſio populorum atque gentium. Tenet authoritas, miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata. Tenet ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oues poſt reſurrectionem Dominus commendauit, vſq; ad præſentem Epiſcopatum

Theodoretus Cyrenſis.

Cyrillus Hieroſolymitanus

Iam hoc ſatis ſuperque probabile eſt.

Hieronymus Stridonenſis.

Vide cuius generis ſit Caluini Eccleſia

Hæc ſunt reſpondenda petentibus Caluiniſtis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Si hoc poſſit Caluin. ſe tuo [illegible] probare, paratus ſum credere.

ſucceſſio ſacerdotum. Tenet poſtremo ipſum Catholicæ nomen, quod non ſine cauſa inter tam multas hæreſes ſic iſta Eccleſia ſola obtinuit, vt cum omnes Hæretici ſe Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, vbi ad Catholicam conueniatur, nullus hæreticorum vel baſilicam ſuam, vel domum, audeat demonſtrare, &c. Idem libro de vtilitate credendi, capite ſeptimo. *Vna eſt Catholica Eccleſia, cui hæreſes aliæ diuerſa nomina imponunt, cum ipſæ ſingulæ propriis vocabulis, quæ negare non audeant, appellentur.* Idem libro de vera religione, primo, capite quinto, *Religio, neque in confuſione Paganorum, neque in purgamentis Hæreticorum, neque in languore Schiſmaticorum, neque in cæcitate Iudæorum quærenda eſt, ſed apud eos ſolos, qui Chriſtiani Catholici, & Orthodoxi nominantur, id eſt, integritatis cuſtodes & recta ſectantes, &c.* Idem epiſtula 152. *Quiſquis ab Eccleſia Catholica abfuerit, quantumlibet laudabiliter ſe viuere exiſtimet, hoc ſolo ſcelere, quod à Chriſti vnitate diſiunctus eſt, non habebit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.* Idem libro primo, de Symbolo ad Catechumenos, capite quinto: *Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos* (ait Apoſtolus) *Ipſa eſt Eccleſia ſancta, Eccleſia vna, Eccleſia vera, Eccleſia Catholica, contra omnes hæreſes pugnans. Pugnare poteſt, expugnari tamen non poteſt. Hæreſes omnes de illa exierunt, tanquam inutilia ſarmenta de vite præciſa; ipſa autem manet in radice ſua, in caritate ſua: portæ inferorum non vincent eam.* Idem libro contra Petilianum Epiſcopum Donatiſtarum, capite ſecundo: *Quæſtio certè inter nos verſatur, vbi ſit Eccleſia, Vtrum apud nos, an apud Donatiſtas. Quæ vtique vna eſt, quam maiores noſtri Catholicam nominarunt, vt ex ipſo nomine oſtenderent, quià per totum eſt. Secundum totum enim* χαθόλον*, Græce dicitur. Hæc autem Eccleſia corpus Chriſti eſt, ſicut dicit Apoſtolus, pro corpore eius quæ eſt Eccleſia. Vnde vtique manifeſtum eſt, eum qui non eſt in membris Chriſti, Chriſtianam ſalutem habere non poſſe. Membra verò Chriſti per vnitatis charitatem ſibi copulantur, & per eandem capiti ſuo cohærent, quod eſt Chriſtus Ieſus, &c.* Lege & tertium atque quartum caput. Idem libro de Agone Chriſtiano, capite vigeſimonono, *Nec eos* (ait) *audiamus, qui ſanctam Eccleſiam, quæ vnica Catholica eſt, negant per orbem eſſe diffuſum, ſed in illa ſola Africa, hoc eſt, in parte Donati pollere arbitrantur. Ita ſurdi ſunt aduerſum Prophetam dicentem, Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ, &c.* Idem libro de Vera religione, capite ſeptimo: *Tenenda eſt nobis Chriſtiana religio & eius Eccleſiæ communicatio, quæ Catholica eſt, & Catholica nominatur, ſed ſolum a ſuis, verum etiam ab omnibus inimicis. Velint enim nolintve ipſi quoque hæretici & ſchiſmatum alumni, quando non cum ſuis, ſed cum extraneis loquuntur, Catholicam nihil aliud quam Catholicã vocant, Non enim poſſunt intelligi, niſi hoc nomine eã Catholicã diſcernã, quo ab vniuerſo orbe nuncupantur, &c.* Idem libro de vnitate Eccleſiæ, capite tertio. *Totum Chriſtus caput & corpus eſt, caput vnigenitus Dei filius, & corpus eius Eccleſia, ſponſus & ſponſa duo in carne vna, Quicunque de ipſo capite à Scripturis ſanctis diſſentiunt, etiam ſi in omnibus locis inueniantur, in quibus Eccleſia deſignata eſt, non ſunt in Eccleſia. Et rurſus, Quicunque de ipſo capite ſcripturis ſanctis conſentiunt, & vnitati Eccleſiæ non communicant, non ſunt in Eccleſia, quia de Chriſti corpore, quod eſt Eccleſia, ab ipſius Chriſti teſtificatione diſſentiunt, &c.* Lege infrà adhuc alia eiuſdem teſtimonia. Leo Magnus epiſtola ad

Clamat Caluinus, Totus noſter eſt Auguſtinus. Sed in his at horrationibus multum illius Eccleſiæ obeſt.

Nos non exiuimus de Eccleſia Caluini, ſed ille exiuit de noſtra. Ergo catholica noſtra eſt, non illius.

Oro hæc lege.

Igitur, nec catholica eſt Eccleſia Caluini, quæ necdũ annunciata eſt in partibus orientis, ſed in angulo occidentis.

Leo I.

A Clerum & Plebem Conſtantinopolitanam, quæ eſt in ordine, viceſima ſecunda. *Eccleſia* (ait) *de ſponſi carne prodiit, quando ex latere Crucifixi manante ſanguine & aqua, ſacramentum redemptionis & regenerationis accepit.* Idem epiſtolo trigeſima octaua ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, capite primo. *Illa eſt* (ait) *virgo Eccleſia ſponſa vnius viri Chriſti, quæ nullo ſe patitur errore vitiari, vt per totum mundum vna nobis ſit vnius caſta communionis integritas.* Vide Romana Eccleſia. Euthimius Zigabonus monachus expoſitione in Pſalmum octuageſimum tertium, dum illud exponit: Beati qui habitant in domo tua, &c. *Per domum Dei* (ait) *has ipſas aulas Chriſti, nimirum Eccleſias intelligere debemus.* B *Indifferenter autem ſingulari numero & plurali vſus eſt, quoniam ſi loca reſpicias, Eccleſiæ numero plures ſunt, ſi religionem & fidei communicationem, omnia quæ vbique locorum ſunt templa, vnam conſtituunt fidelium Ecleſiam.* Idem & in Pſalmum nonageſimum quintum, dum illud exponit, Adorate Dominum in aula ſancta eius: *Illud autem* (ait) *animaduertendum ducimus, quod cùm ſuperius plurali numero aulas dixerit, nunc ſingulari ſermone rurſum aulam nominauit, docens nimirum quod multæ quidem numero Eccleſiæ ſunt, fide verè vna eſt omnium mater Eccleſia. Diuiſæ ſiquidem ſunt locis quæ coniunctæ ſunt vnitate opinionis.* Idem in Pſalmum C 101. illud exponens, Dum conuenirent populi in vnum, &c. *Eccleſia* (ait) *congregationem & cœtum ſignificat, &c.* Idem & Theophylactus Bulgarienſis in duodecimum caput Marci, in illud: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, &c. *Ille lapis* (ait) *caput Eccleſiæ factus eſt. Angulus enim Eccleſia quæ in vnum coniungit, Iudæos & Gentiles, quemadmodum & angulus duos parietes inter ſe committit. Igitur iſte angulus, hoc eſt, Eccleſia, à Domino factus, & eſt mirabilis in noſtris fidelium oculis, ab infidelibus etiam miracula calumniam patiuntur. Mirabilis igitur eſt Eccleſia, quaſi ex miraculis conſtituta Domino cooperante Apoſtolis, & ſermonem confirmante, per ſequentia ſigna.* Hinc Gregorius I. libro ſeptimo, epiſtola quinquageſima tertia, ad Secundinum incluſum: *Eſt* D *locus penes me,* (ait Dominus ad Moyſem) *& ſtabis ſuper petram, &c. Quis eſt locus qui non ſit in Deo, cum cuncta ab ipſo, quæ creata ſunt, contineantur? Sed tamen eſt locus apud eum videlicet ſancta Eccleſiæ vnitas, in qua ſuper petram ſtatur, dum confeſſionis eius ſoliditas humiliter tenetur. Tunc videbis poſteriora mea. In petra enim, id eſt, in ſancta Eccleſia ſtantes, Dei poſteriora videmus, quando iam ea quæ in fine promiſſa ſunt, cœleſtis patriæ gaudia contemplamur.* Idem libro 14 Moralium, capite 1. in 18. caput Iob, vbi illud exponit, Nunquid propter te derelinquetur terra. *Sancta autem* (ait) *vniuerſalis Eccleſia prædicat, ſaluari veraciter niſi intra ſe non poſſe, aſſerens quod omnes qui extra ipſam ſunt, minime ſal-* E *uabuntur. At contra hæretici, qui etiam extra ipſam ſaluari ſe poſſe confidunt, in quolibet loco ſibi diuinum adiutorium adeſſe promittuntur. Vnde dicunt, Nunquid propter te derelinquetur terra, id eſt, vt quiſquis extra te fuerit, minimè ſaluetur? &c.* Beda Venerabilis libro 6. Commẽtariorum in Lucam, capite 92. ad calcem. *Certi myſterij cauſa factum eſt, vt duobus diſcipulis in illo alia oſtenderetur effigies, & ſic eum non, niſi in fractione panis agnoſcerent: nequaquam ſe Chriſtum agnoviſſe arbitretur, ſi eius corporis particeps non eſt, id eſt, Eccleſiæ, cuius vnitatem in ſacramento panis commendat Apoſtolus, dicens:*

Ioannis 19.

Euthymius Zigabenus Monachus.

Theophylactus Bulgariæ Epiſcopus.

Eccleſia mirabilis

Gregorius I.

Attendat Hæreticus.

Beda Venerabilis.

Vnus

Vnus panis, vnum corpus multi ſumus, vt cùm eis benedictum panem porrigeret, aperirentur oculi eorum, & agnoſcerent eum. Idem eodem libro, capite 93. cum illud exponit, Et prædicari in nomine eius pœnitentiam, &c. *Non latret* (ait) *rabies hæreticorum de angulo, toto terrarum orbe Eccleſia diffuſa eſt, Omnes gentes habent Eccleſiã, nemo vos fallat, ipſa eſt vera, ipſa eſt Catholica, cœpit ab Hieruſalẽ, peruenit ad nos, & ibi eſt, & hic. Nõ enim, vt huc veniret, inde diſceſſit. Creuit, non migrauit, &c.* Idem & libro tertio 10 Cantica Canticorum, cùm illud exponit. *Surge amica mea, ſponſa mea, &c.* Hinc Concilium LATERANENSE generale ſub Innocentio III. capite primo: *Vna vero eſt* (ait) *fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus omninò ſaluatur.* Idem omninò affirmat RECTOR, & VNIVERSITAS PARISIENSIS epiſt. directa ad Ioannem 12. pro ceſſione Papatus facienda, vt allegatur, ſeſſione ſexta, Concilij Conſtantienſis. Idem & PIVS II. in Bulla retractationis pro Eugenio IV. Idem & Concilium SENONENSE decreto primo: *Eadem quoque* (ait) *vnica eſt Domus Raab, qua conciuſi euadunt exterminium vrbis Hierico, neque ancipitem ſentiunt gladium, in exitum hoſtium fidei, & Eccleſia exeritum. Vna igitur ſancta & infallibilis Eccleſia, quæ nec à charitate decidere poteſt, nec ab orthodoxa fide deuiare.* Verùm de his mox plura dicemus, Eccleſiæ, Iudicium, & authoritas, &c. Vide quod ſequitur.

Concilium Lateranenſe generale ſub Innocentio 3 pontif. 1215

Pariſienſis vniuerſitas.

Pius 2.

Concilium Senonẽſe ſub Antonio à Prato.

Eccleſiæ Catholicæ iudicium & authoritas.] Iam de hoc diximus copiosè in vocabulo, Conciliorum authoritas. Ideò quod hic deerit, ſuppleri ſcito. Porrò infrà in dictione, Romanæ ſedis authoritas, adhuc multa reſeruantur, quæ non potuerunt hic iuſtè proponi. Ne differas hæc omnia viſitare vocabula. Sic autem de Eccleſiæ vniuerſalis iudicio & authoritate IRENÆVS LVGDVNENSIS libro quarto, aduerſus Hæreſes Valentini & ſimilium, capite 43. diſſerit: *Quapropter eis qui in Eccleſia ſunt* (ait) *Presbyteris obaudire oportet, his qui ſucceſſionem habent ab Apoſtolis, qui cum Epiſcopatus ſucceſſione chariſma veritatis certum ſecundum placitum Patris acceperunt. Reliquos verò qui abſiſtunt à principali ſucceſſione, & quocunque loco colliguntur, ſuſpectos habere vel quaſi hæreticos & malæ ſententiæ, vel quaſi ſcindentes, & elatos, & ſibi placentes, aut rurſus vt hypocritas, quæſtus gratia & vanæ gloriæ hoc operantes. Omnes autem hi decidunt à veritate. Et Hæretici quidem alienum ignem afferentes ad altare Dei, id eſt, alienas doctrinas, à cœleſti igne comburentur, quemadmodum Nadab & Abiu. Qui verò exurgunt contra veritatem, & alteros adhortantur aduerſus Eccleſiam Dei, remanent apud inferos voragine terræ abſorpti, quemadmodum qui circa Chore Dathan & Abyron. Qui autem ſcindunt & ſeparant vnitatem Eccleſiæ, eandem quam Ieroboam pœnam percipiunt à Deo.* Idem eodem libro, capite 63. *Agnitio vera eſt, Apoſtolorum doctrina, & antiquus Eccleſiæ ſtatus in vniuerſo mundo & character corporis Chriſti, ſecundum ſucceſſiones Epiſcoporum quibus illi eam quæ in vno quoque loco eſt Eccleſiam tradiderunt, quæ peruenit vſque ad nos cuſtodita ſine fictione ſcripturarum, tractatione pleniſſima, neque ablationem recipiens lectio ſine falſatione, & ſecundum ſcripturas expoſitio legitima & diligens, & ſine periculo, & ſine blaſphemia, & præcipuum dilectionis munus quod eſt pretioſius quàm agnitio, glorioſius autem quàm prophetia: Omnibus autem reliquis chariſmatibus ſupereminens, &c.* Idem libro quinto, poſt medium: *Vbique Eccleſia*

Vide & Canon. & infrà, Traditio.

Eccleſiæ iudicio & authoritati ſtandum. Irenæus Lugdunenſis.

Vide quãta ſit Hæreticorum pœna, & quale eos manet ſupplicium.

A *prædicat veritatem, & hæc eſt lucerna Chriſti baiulans lumen. Qui ergo relinquunt præconium Eccleſiæ, imperitiam ſanctorum presbyterorum arguunt, non contemplantes quantò pluris ſit. Idiota religioſus, à blaſphemo & impudente Sophiſta. Tales ſunt hæretici, & qui ſe plus aliquid propter veritatem inuenire putant, ſequentes ea quæ prædicta ſunt varie & multiformiter, & imbecille facientes iter, de eiſdem non ſemper eaſdem ſententias habentes, velut cæci à cæcis circunducuntur, iuſte cadent in ſubiacentem ignorantiæ foueam, ſemper quærentes & nunquam verum inuenientes. Fugere oportet igitur ſententias ipſorum, & intentius obſeruare ne conturgemur, ab ipſis confugere autem ad Eccleſiam, & eius ſinu educari, &*
B *Dominicis ſcripturis enutriri. Plantata eſt enim Eccleſia paradiſus in hoc mundo. Ab omni ergo ligno paradiſi eſcas manducabis, ait Spiritus Dei, id eſt, ab omni ſcriptura Dominica manducante, ſuper autem elato ſenſu ne manducaueritis, neque tetigeritis vniuerſam hæreticam diſſentionem. Ipſi enim confitentur ſemetipſos agnitionem habere boni & mali, & ſuper Deum qui fecit eos, iaculantur ſenſus ſuos impios. Supra igitur ſentiunt quàm eſt menſura ſenſationis. Quapropter & Apoſtolus ait, non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, vt non illorum, manducantes eam quæ plus quàm oportet ſapit, proiiciamur de paradiſo vitæ.* Vide Traditio, & Canon. ORIGENES ADAMANTIVS in proœmio li-
C bri primi, Periarchon: *Sicut multis apud Græcos & Barbaros pollicentibus veritatem, deſiuimus apud omnes eam quærere, qui eam falſis opinionibus aſſerebant. Poſteaquam credidimus Filium Dei eſſe Chriſtum, & ab ipſo nobis hanc diſcendam eſſe perſuaſimus, ita cùm multi ſint, qui ſe putent ſentire quæ Chriſti ſunt, & nonnulli eorum diuerſa à prioribus ſentiant. Semper verò Eccleſiaſtica prædicatio, per ſucceſſionis ordinem ab Apoſtolis tradita, & vſque ad præſens in Eccleſiis permanens. Illa ſola credenda eſt veritas, quæ in nullo ab Eccleſiaſtica diſcordat traditione, &c.* EVSEBIVS CAESARIENSIS libro ſeptimo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite viceſimo ſecundo: *Laudare oportet* (ait) *& abſque inuidia amplecti, ſi quid rectè dictum eſt, diſcutere verò*
D *& diſcernere, ſi quid minus ſanè ſcriptum eſt, &c.* Vide & infrà. CYPRIANVS CARTHAGINENSIS locis qui ſuperiori annotatione prolati ſunt, Eccleſiæ authoritatem & iudicium ſummum fatetur, ſicut & aliæ authoritates Patrum, quas pro confirmatione huius non eſt opus repetere. Denique BASILIVS MAGNVS libro de Spiritu ſancto capite viceſimo ſeptimo, & epiſtola 63. Eccleſiæ authoritatem comprobat, vide ſuprà, Conciliorum authoritas. CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Catecheſi 18. Illuminatorum Hieroſolymis, *Eccleſia* (inquit) *Catholica per vniuerſum orbem indefinita eſt potentia, de qua ſi omnia dicere vellemus, pluribus ſanè nobis opus fuiſſet*
E *horis ad enarrationem. In eadem ſancta Catholica Eccleſia edocti & conuerſantes bene, regnum cœlorum & vitam æternam poſſidebimus, propter quam omnes laboramus, vt eam à Domino conſequamur, &c.* HIERONYMVS STRIDONENSIS epiſtola ad Minerium. *Meum propoſitum eſt, antiquos legere, probare ſingula, retinere quæ bona ſunt, & à fide Catholica Eccleſiæ non recedere.* Idem in Dialogo contra Luciferianos: *Non in legendo, ſed in intelligendo ſcripturæ conſiſtunt.* Idem in caput primum epiſtolæ ad Galatas: *Quamobrem æquum non eſt, quod priuato ſuo iudicio rectum ſentit aliquis, id totius vt Eccleſiæ ſenſui & conſenſui anteponat, & quæ ſunt in*

Eccleſia Paradiſus.

Vitandi Hæretici.

Origines Adamantius.

Euſebius Cæſarienſis.

Cyprianus Carthag.

Baſilius Magnus.

Cyrillus Hieroſolymitanus.

Hieronymus Stridonenſis.

1.Corinth.3.

Oecumenicis Conciliis rectè conſtituta, & in dubium reuocare velit. Quin ea nos mente potius eſſe prædıti debemus, vt in his quæ didicimus, permanendum nobis eſſe putemus. Didicimus enim ab ea, quæ firmamentum eſt, & columna veritatis Eccleſia in illius interpretatione definitionéque nos acquieſcere, neque ſtinctuare atque omni doctrina vento circumferri oportet. Et Avgvstinvs Hipponensis contra Manicheum, capite quinto, contra epiſtolam quæ vocatur & incipit: Fundamenti, &c. *Ego vero* (ait) *Euangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoueret authoritas. Quibus ergo obtemperaui dicentibus, Credite Euangelio: cur eis non obtemperem dicentibus, Nolite credere Manichæo.* Idem libro ſecundo, contra Creſconium Grammaticum, capite trigeſimo tertio: *Hoc facimus, quod vniuerſæ iam placuit Eccleſiæ quam ipſarum ſcripturarum commendat authoritas. Et quoniam ſancta ſcriptura fallere non poteſt, quiſquis falli metuit huius obſcuritate quæſtionis, eandem Eccleſiam de illa conſulat, quam ſine vlla ambiguitate ſancta Scriptura demonſtrat.* Idem libro ſeptimo contra Donatiſtas, capite primo, de Cypriano loquens: *Nos longè impares meritis ſuis, Eccleſiæ tamen Catholicæ authoritatem, cuius ipſe egregium & clariſſimum membrum eſt, &c.* Hinc Tertvllianvs Carthaginensis libro de Præſcriptionibus aduerſus Hæreticos, & libro quarto, aduerſus Marcionem, multa de authoritate Eccleſiæ diſſerit, quæ repoſita inuenies in vocabulo, Traditio, quia huic loco congruebant. Porrò de Eccleſiæ Catholicæ iudicio & authoritate illud tenendum eſt, quod in dictione Romana Eccleſia, infinitis authoritatibus probatum eſt. De qua etiam Eccleſia Patres Basiliensis Concilij generalis in epiſtola ſynodali, ad calcem Concilij poſita. De authoritate generalis Concilij ſupra Papam: *Meminiſſe decet* (aiunt) *Catholicam Eccleſiam illam eſſe, cuius confeſſio in ſymbolo continetur, Sanctam Eccleſiam Catholicam. Huius Catholica Eccleſiæ tanta authoritas eſt, vt ſola Christi Euangelia illa dicantur, quæ Eccleſia recipit. Plures enim de Apoſtolis etiam ſcripſiſſe dicuntur Euangelia, ſed quia tantum quatuor approbauit Eccleſia, illa ſola & non alia venerantur. Ideo beatus Auguſtinus in pleriſque locis aſſerit: Euãgelio non crederem, niſi me Eccleſiæ authoritas commoueret.* vide ſuprà) *Illa enim ſacra Scriptura dicitur, quam ſacram declarat Eccleſia. Huius Eccleſiæ determinationi Catholici omnes ſuas meritò ſententias ſubmittunt, & niſi ab ipſa approbantur Eccleſia, Catholicæ eſſe non poſſunt. Hæc ſancta Eccleſia tanto priuilegio à Christo ſaluatore noſtro, qui eam ſanguine ſuo fundauit, dotata eſt, vt eam errare non poſſe firmiter credamus. hoc ſolum competit Deo natura, Eccleſiæ verò priuilegio. Præter autem Eccleſiam meminit vnquam tale munus communi lege datum eſſe legimus: Non Angelis hi enim à Principio errare potuerunt, & multi ex eis errarunt. Non primis Parentibus, nam à Diabolo decepti ſunt. Non hominem: nam omnis homo mendax: Non ſummis Pontificibus, quorum nonnulli in hæreſes & errores lapſi eſſe dicuntur & leguntur. Eccleſia ſola ſine ruga, & ſine macula, illa eſt quæ errare non poteſt in his quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt. Vtique Christus qui mentiri non poteſt, ſe cum ea permanſurum vſque ad conſummationem ſeculi, & eam per Spiritum ſanctum docendam eſſe pollicitus eſt. In illa roboramur, regeneramur, nutrimur, & viuificamur: extra iſtam nec ſalui eſſe, nec Deo placere poſſumus. Ianua cœli eſt, per quam ſolum ad cœlum iter eſt. Sponſa Christi dicitur, & vnica, & pulchra, & ſine macula ſoror, amica formoſa, columba ſpecioſa, perfecta, hortus concluſus, fons ſignatus, puteus aquarum viuentium, ſuauis, mitis, decora, & quæ meritò beatiſſima prædicatur, pro cuiuſque fortitudine & firmitate terribilis dicitur, vt caſtrorum acies ordinata. Hæc enim mater & magiſtra omnium fidelium, ac etiam corpus Christi myſticum nuncupatur, cuius caput ipſe Dominus Ieſus Chriſtus. Nec mirum ſi errare non poteſt quæ caput habet Christum, Doctorem Spiritum ſanctum. Huius tanta eſt authoritas, vt qui contumaciter eius doctrinæ contradicere præſumpſerit, hæreticus eſſe cenſeatur. Quæ Domus etiam claues ſoluendi atque ligandi accepit à Domino. Hanc domum ſi quis corripientem corrigentémque contempſerit, ſit tibi* (ait Dominus) *tanquam Ethnicus & publicanus. Dedit quidem tantam Eccleſiæ conferri poteſtatem, vt cum omnis homo obliquabilis ſit & peccabilis, ipſa eſſet in terris cuius iudicio, quòd errare non poteſt, quilibet ſubiiceretur. Nec ſolum Eccleſiæ decreta & ſententiæ authenticæ ſunt, & quibus irrefragabiliter ſtari oportet, ſed etiam eius facta & conſuetudines inſtar habent ſanctarum Scripturarum. Sacra enim Scriptura, & conſuetudini Eccleſiæ par ritus, & idem vtriſque pietatis debetur affectus.* Vide ſuprà, Conſuetudo, & Traditio infrà, atque Romana Eccleſia, Papa, &c. Hinc Bellissarion Nicaenvs Archiepiſcopus, exiſtens in Concilio generali Florentino oratione ad confratres ſuos Orientales habita pro concordia & vnitate fidei. *Quoties* (inquit) *neceſſitas ingruit, & ſi aliqua oritur hæreſis, quod imbecillitate humani ingenij ſæpenumero inter mortales euenit, debet Eccleſia Dei vno in loco congregata de rebus dubijs iudicare, ac ſecundum præcepta diuinæ legis & ſanctorum Patrum, quos iam vt ſacrarum Literarum doctores approbauit, communi omnium conſenſu ſententiam ferre, & per hunc modum fidem Chriſtianam augere, obuiam eundo hæreſibus, procul ab Eccleſia Dei eas fugando.* De iudicio & authoritate Eccleſiæ eadem refert Leo X. in Bulla Apoſtolica ad calcem Concilij Lateranenſis, ſub eodem celebrati, poſita contra errores Martini Lutheri, quibus Eccleſiam & miniſtros eius impiè deprimebat, & omnia eius ſcripta ſub excommunicationis cenſura omnibus Chriſtianis interdicit. Sed & Concilium Senonense ſub Antonio à Prato Archiepiſcopo & Cancellario Franciæ, decreto primo, de vnitate, ſanctitate, authoritate, infallibilitate, & iudicio Eccleſiæ agit, & ſuperiora repetit atque addit: *Extra Eccleſiam, non ſecus, ac quondam extra arcam Noe, nemo ſaluus eſſe poteſt, quin inſurgentibus hæreſium procellis obruatur. Ea ipſa vna eſt domus in qua agnus Paſchalis, manducari eſt iuſſus, & extra quam participatio menſæ Domini nequaquam poteſt haberi* (vt ſupra diximus *Vna igitur ſancta & infallibilis Eccleſia, quæ nec à charitate decidere poteſt, nec ab Orthodoxa fide deuiare, cuius authoritatem qui in fide & moribus ſecutus non fuerit, quaſi Deum abnegauerit* (cui gloria in Eccleſia & Chriſto Ieſu in omnes generationes) *infideli deterior habeatur.* Præterea idem decreto 4. De iudicio Eccleſiæ in Scripturis approbandis vel interpretandis ſic ſtatuit, *Magna profectò fuit ſempérque futura eſt, Scripturæ ſacræ authoritas, in qua nihil falſum, nihil otioſum eſſe poſſit. Quoniam verò omnes tam Hæretici, quàm impij Schiſmatici ſolent de Scriptura ſuos errores proferre. Nullus enim tam deploratus quondam ſurrexit hæreticus, qui non ſuum errorem Scripturæ tueri conaretur. Nulla tam abſurda, tam impudens hæreſis quæ non ſacris vicin-*

Marginal notes: Auguſtinus Hipponenſis. — Tertullianus Carthaginenſ. — Concilium Baſileenſe generale. — Summa Eccleſiæ authoritas. — Eccleſia errare non poteſt. vide & Romanæ Eccleſiæ fides, &c. — Geneſ 3. Pſal. 115. — Matthæ. 18. Ioannis 14. — Cantic. 2. 3. 4. — Matth. 16 18. Ioann. 20. — Eccleſiæ iudicium. — Belliſſarion Archiepiſcopus Nicenus Conc. Florent. ad Eugenium 4. — Leo 10. contra Lutherũ de Eccleſiæ iudicio & authoritate, eiuſque ſcripta anathemati ſubdit. Concilium Senonẽſe ſub Antonio à Prato legato & cardinali. — 1. Petr. 3. — Exod. 12. — Hæretici & ſcripturis ſuos errores tuentur.

quæ ſideliatur eloquijs, ſed corrupta & à germano ſenſu deprauatis. Imo verò ſi quis literæ corticem tantùm ſuo fretus ingenio percurrat, ſi penitiſſimos ſenſus cùm Eccleſiaſticis interpretibus non penetret, vix vnquam confutabitur hæreticorum verſutia, vt ait TERTVLLIANVS *libro de Præſcriptionibus aduerſus hæreticos.*

Tertullianus Carthaginenſ.

Obortis igitur de fide diſſidijs, fruſtra ſæpe Scriptura conſulitur, niſi Eccleſia certa & infallibilis litem dirimat authoritas, quæ canonicum librum ab apocrypho, catholicum ſenſum ab hæretico, germanum ab adulterino diſcernat. Hæc nempe velut internuncia Patrum & ſacrorum Conciliorum organis Spiritus ſanctus docet nos omnia, & ſuggerit nobis omnia, ſine quorum auſpicijs qui Scripturæ ſacræ ſenſum habere ſe iactant, non intelligunt quæ loquuntur, neque de quibus affirment, ſed videntes non vident, & audientes non audiunt.

Ioan. 14.
1. Timoth. 1.
Matth. 13.
Luc. 8.

In annumerandis itaque canonicæ Scripturæ libris, qui præſcriptum Eccleſiæ vſum & authoritatem non ſequitur ſacrum CARTHAGINENSE *Concilium III.* INNOCENTII & GELASII *decreta, & denique definitum à ſanctis Patribus librorum catalogum* (Vide in vocabulo, Apocryphum, & libri Canonici) *ve ſpuis, aut in exponendis Scripturis non paſcit hædos ſuos iuxta tabernacula paſtorum, ſed ſuas ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valẽt aquas, & ſpretis orthodoxorum Patrum veſtigijs, proprij ſpiritus iudicium ſequitur, is velut ſchiſmaticus & hæreſum omnium inceſtor & fautor, ſtulta temeritate reprimatur.*

Conc. Cartha.
Innocentius 1.
Gelaſius 1.

Huic doctrinæ ſubſcribit FACVLTAS LOVANIENSI articulo viceſimo primo, & viceſimo ſecundo, & PARISIENSIS articulo decimo octauo, & decimo nono: *Tenetur* (aiunt) *quilibet Chriſtianus firmiter credere, vnam eſſe in terris vniuerſalem Eccleſiam viſibilem, in fide & moribus errare non valentem, cui omnes fideles in his quæ ſunt fidei & morum, obedire aſtringuntur, quod ſi quid in Scripturis ſacris controuerſiæ aut dubij oriatur, ad perfectam Eccleſiam definire ſpectat, & determinare.* Lege infrà, Romana ſedes conſulenda: Et STANISLAVM HOSIVM libro ſecundo, confutationis Prolegomenon Brentij, vbi de Eccleſiæ legitimis iudicibus tractat, & libro tertio eiuſdem, vbi tractat de authoritate ſacræ Scripturæ. Porrò multa alia hîc protuliſſem, ſed ſparſim in ſuis locis inſeruntur, videlicet in vocabulo, Canon, Concilium, Conſuetudo, Papa, Romana Eccleſia, Hæreticus, &c. Ideò quod hîc defuerit, Lector ſedulus non cunctabitur ſuis locis requirere.

Facultas Louanienſis.
Facultas Pariſienſis.
Stanislaus Hoſius legatus.

Eccleſia eſt viſibilis.] Iactant ſe Caluiniſtæ, quòd Eccleſia eorum fuerit inuiſibilis & nec viſibilis eſſe poſſit, quod quàm ſit abſurdum, iam ex ſuperioribus liquidò manifeſtum eſt, & cum de ſingulis ſacramentis Eccleſiæ agetur, paſſim ſuo loco probabitur: Eccleſia enim conſtat ſacramentis viſibilibus, vt res euidens probat, nec puto neceſſarium eſſe huic immorari diutiùs, cùm iam ſatis in præcedentibus oſtenſum ſit, & vnicum poſſit ſatisfacere teſtimonium AMBROSII MEDIOLANENSIS in caput nonum Lucæ: *Continet* (ait) *virtute ſua molem Eccleſiæ Chriſtus, ac inuiſibiliter eam gubernat, ſed quemadmodum in ſacramentis, cùm ipſe ſolus inuiſibiliter operetur omnia, miniſterio tamen vtitur viſibilium ſacerdotum, ſic viſibilem in terris elegit miniſtrum, per quem Eccleſiæ molem hanc ſuſtineret, per quem gregem ſuum viſibilem inuiſibilis ipſe gubernaret.* Idem oſtẽdit BASILIVS MAGNVS libro primo contra Eunomium, & BERNARDVS CLAREVALLENSIS ſermone ſexageſimo ſexto, in Cantica contra Hæreticos ſui temporis, qui Eccleſiam ſuis incluſam antris profitebantur. Porrò quod non ſit inuiſibilis, Concilium SENONENSE iam ſuperiùs allegatum decreto ſecundo, ſic demonſtrat: *Cum adeo* (ait) *explorata ſit ex Scripturis tum vnitas Eccleſiæ, tum ſanctitas, vt qui ſecus auſit affirmare, manifeſtè ſtatim impietatis conuincatur. Apertiſſimum autem in hæreticos argumentum & quo minore negotio confundi queant, ſit eius authoritas, cuius definitiones & decreta propter ſui claritatem non facile ſint cauillis & tergiuerſationibus obnoxia, operæpretium ſe facturos eſſe putauerunt, ſi quam infitiari non poſſunt, dolo tamen & verſutijs eludant. Id quod tum demum aſſecuti fuerint, ſi pro ſententia Lutheranorum inuiſibilis & tota ſpiritualis ac proinde nobis incognita credatur Eccleſia. Nam quis futurus contentionis modus, vbi prouocatur ad iudicem qui nec inueniri, nec inuentus internoſci poſſit. Atqui* (inquit Chriſtus) *ſi te corripientem frater tuus non audierit, dic Eccleſiæ. Quid autem craſſius, aut quid inuiſibilius fingi poſſit, ſi prorſus occulta ſit & imperuestigabilis Eccleſia? Cuius maiores natu admonet Apoſtolus, vniuerſo gregi non quidem viſibili attendere, in quo eos Spiritus ſanctus poſuerat Epiſcopos ad regendam Eccleſiam Dei. Nunquid inuiſibilis illa à qua pro Petro cum carcere teneretur aſſidua fiebat oratio? aut in qua Timotheum docet conuerſari Apoſtolus. Non igitur fide tantum & internis chariſmatibus, ſed confeſſione fidei & externa ac viſibili ſacramentorum participatione conſtat ſempérque conſiſtit Eccleſia, quæ ab ipſis incunabulis, communi & præſcripta vnius & eiuſdem fidei proteſtatione non caruit. Vnum corpus* (inquit Paulus) *vnus ſpiritus, vnus Dominus, vna fides. Sed ne ab his inuiſibilibus tantum pendere videretur Eccleſia, vnum adiecit baptiſma. Etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus. Siue Iudæi, ſiue gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi, omnes in vno ſpiritu potati ſumus. Quiſquis igitur tergiuerſandi ſtudio inuiſibilem, & incertis ſedibus errãtem dixerit Eccleſiam, non hæreſim tantum dixiſſe, ſed hæreſum omnium puteum fodiſſe iudicetur.* Itaque impiè nouiſſimè Caluinus, in Antidoto contra Tridentinam Synodum inuiſibilem conſtituit Eccleſiam, contra cuius rationes doctiſſimè pugnauit NICOLAVS VILLAGAGNO eques Melitenſis, libro Vernacula lingua edito: *Reſponce aux remonſtrances faictes a la Royne,* & cæteri.

Ambroſius Mediolanenſis.
Baſilius Magnus.
Bernardus Clareualenſis.
Concilium Senonẽſe ſub Antonio à Prato.
Matth. 18.
Actuum 20.
Actuum 12.
1. Timoth. 3.
Ephes. 4.
1. Corinth. 12.
Caluinus in ſ. ſynodum Tridentinum.
Nicolaus Villagagno eques Melitenſis.

Eccleſiæ poteſtas duplex, & gladius.] Excellentem librum ROBERTVS CENALIS Epiſcopus Abrincenſis nobis familiariſſimus edidit, de vtroque gladio, verùm paſſim de illo agitur in vocabulis, Hæreticus, Excommunicatio, Papa, Epiſcopus, & Poteſtas, ac ſimilibus. Igitur illuc te conferas potiſſimùm ad vocab. Poteſtas.

Robertus Cenalis.

Eccleſia nauis eſt, in qua ab initio Tyranni & Hæretici atque alij perperam pugnarunt.] CLEMENS I. epiſtola 1. ad Iacobum fratrem Domini, vbi vltima S. Petri verba recenſet, quæ hæc fuerunt: *Similis eſt ſtatus omnis Eccleſiæ, quæ per undoſum pelagus diuerſis è locis & regionibus viros portat ad vnam potentis regni vrbem properare cupientes. Sit ergo nauis huius Dominus ipſe omnipotens Deus, gubernator verò ſit Chriſtus, tum deinde proretæ officium Epiſcopus impleat, Preſbyteri nautarum, Diaconi diſpenſatorum locum teneant, & qui catechizant nauologis conferantur, Epibatis autẽ totius fraternitatis multitudo ſimilis ſit, Ipſum quoq; mare hic mundus habeatur, ventorum verò varietati & turbinum diuerſis tentationibus conferantur, perſecutiones, tribulationes, & pericula fluctibus exæquen-*

Clemens 1.
Petri Apoſtoli de eccleſia vltima verba.
Egregia planè comparatio & aſſimilatio eccleſiæ cum naui.

deo quomo- … meremur … udire.

tur. Terreni verò ſpiritus qui vel de torrentibus vel de cõualibus ſpirat, pſeudoprophetarũ & ſeductorum, ſeu praua doctrina verba ducantur. Promontoria verò & loca confragoſa, hi qui in poteſtatibus ſeculi ſunt iudices & pericula minantur & mortes. Bithalaſſa verò loca, quæ duplicibus vnda fallacis æſtibus verberantur dubijs mente, vt de promiſſionum veritate nutantibus conferantur. Atque his qui irrationabili fidem noſtram ratione diſcutiunt. Hypocritæ autem & doloſi, Piratis ſimiles habeantur. Iam verò rapidus vortex & tartarea charybdis, & ſaxis, illiſa naufragia, ac mortifera ſubuerſiones, quid aliud æſtimãda ſunt, quàm peccata? Reſtat igitur, vt hoc nauis curſu proſpero tuta poſſit portum deſiderata vrbis intrare, ita Deo precem fundere nauigantes vt mereantur audiri. Audiri autem à Deo ita dominum merebitur quis, ſi orationes ipſius bonis moribus & operibus iuuentur. Sed ante omnia, cum quiete & ſilentio epibatæ (id eſt laici) in ſuis vnuſquiſque reſideant locis, ne fortè per inquietudinem & inconditos inutileſque diſcurſus ſi paſſim vagari cœperint, vel ab officio ſuo nautas impediant, vel in alterum latus per inquietudinem eorũ nauis preſſa demergatur. Nautologi de mercedibus commoneant, & nihil omnino quod ad diligentiam vel ad diſciplinam pertinet, Diaconi negligant. Presbyteri velut nautæ aptent ſingula ad deſtructionem nauis diligenter, & inſtruãt quæ in ſuo tempore requirẽda ſunt. Epiſcopus tanquam proreta vigilanter, & ſolicitè gubernatoris verba cuſtodiat Chriſti. Saluator Dominus gubernator Eccleſiæ ſuæ diligatur ab omnibus & ipſius ſolius præceptis ac iuſſis credat & obediat omnis Eccleſia. Deo quoq; indeſinenter ſupplicetur à cunctis de proſperitate ventorum vt nauigantes omnẽ tribulationem & omne periculum ſuperent, tanquam mare profundum mundi iſtius, & vitæ humanæ pelagus nauigantes, in quo eſuriendum ſit & ſitiendum, nuditatem quoque ferendam, morbos corporis, & egritudines tolerandas. Inſuper & hominum inſidijs ac dolo ſæpe laborandum, quippe qui diſpergendos ſe nonnunquam nouerint, ſed aliquando etiam Congregandos, vomitus quoque & ſugillationes ferendas, cùm ex confuſione peccatorum & retectione criminum velut male congregatis in viſceribus felles iactura facienda eſt & abijcienda prorſus è corde omnis intrinſecus quæ latet amaritudo peccati, ſi qua fortè ex deſiderijs iniquis vel vt ex cibis noxijs congregata eſt, quam vtiq; cùm euomerit quis & abiecerit, ingentis ægritudinis liberabitur morbo, ſi tamen poſt vomitum quæ ad ſanitatẽ pertinent ſumat. Eadẽ repetit A N A-
Anacletus I. C L E T V S I. epiſtola 1. ad omnes Epiſcopos. Hinc de nauicula Chriſti, in quã omnes inimici Chriſtianitatis inſurgũt, iam loquebatur. I G N A T I V S
Ignatius Martyr. M A R T Y R initio ſalutationis epiſtolæ ad Philippenſes: Chriſtus (ait) propria voluntate ſuam fundans Eccleſiam, firmiter ſupra petram ædificium per ſpiritũ non manu factum, in quam ſimul irruentes vẽti & flumina non potuerunt eam ſubuertere, ſed nec vnquam ſpiritus nequitiæ potuere, ſed debilitati ſunt virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et M A R T I A L I S
Martialis Apoſtolus. Apoſtolus epiſtola ad Burdegalẽſes, c. 11. Inimicus
Eccleſia Dei inuincibilis. (ait) qui nunc à cordibus veſtris proiectus eſt, venturus eſt vt ſuperſeminet populo Dei grana errorum, ſed firma Eccleſia Dei & Chriſti, nec cadere, nec diſrumpi poterit vnquam, &c. Et T E R T V L L I A N V S
Tertullianus Carthaginenſ. C A R T H A G I N E N S I S lib. de Baptiſmo: Nauicula (inquit) illa figuram Eccleſiæ præferebat, quod in mari, id eſt, ſeculo fluctibus, id eſt perſecutionibus & tentationibus inquietabatur, Domino per patientiam dormiẽte, donec orationibus ſanctorũ in vltimis ſuſcitatus compeſcat ſeculum, & trãquillitatẽ ſuis reddat,
Origenes Adamantius. &c. O R I G E N E S A D A M A N T I V S lib. 1. in librum Iob, dum illud interpretatur: Caldæi fecerunt tres turmas (vel cornua, ſic enim Origenes legit) Tria (ait) cornua ad dimicandũ atq; congrediendum aduerſum Iob nequiſſimi dæmones fecerunt. Ad dimicandum verò aduerſus Eccleſiã, non tria tantum cornua, ſed innumera atque inæſtimabilia omnes ſectæ atq; hæreſes faciunt, per quas vniuerſas aduerſus Eccleſiæ vnitatem inceſſanter dimicant. Sed quemadmodum tunc tribus cornibus aduerſus Iob congreſſus, cum confuſione eſt ſuperatus, nihil præualens aduerſus Iob, ſic & nunc multis modis aduerſus Eccleſiam congreſſus eſt, & innumeras hæreſes aduerſus eam dimicãs reuocatur confuſus, nihil præualens vere credentibus animabus. Firmum enim firmamentum Dei ſtabit, & portæ inferorũ non præualebunt aduerſus eam, ſicut dicit Dominus: portas inferni memorando diuerſas ſectas atq; hæreſes infidelium, quæ vſq; ad portas inferorũ deducunt omnes, qui eos ſectantur, &c. E P I P H A N I V S
Epiphanius Cypri. C Y P R I lib. 2. contra hæreſes, hæreſi 61. contra Apoſtolicos: Vides vnam cõcordiam, & vnam ſpem, & vnam fidem in Eccleſia vnicuiq; gratificantem, iuxta proprium facultatem, & iuxta proprium laboris
Eccleſia adhuc naui aſſimilata. certamen. Similis eſt autem ſancta Dei Eccleſia naui, nauis autem non ex vno ligno cõſtat, ſed ex diuerſis, & carinam quidem ex vno ligno habet, ſed non vno modo,
Attende hæc. Anchoras autem ex alia materia, mali autem & tabulata, & puppis partes, parietumq; ac tranſtrorum, velorum item ac temonum gubernaculorumq; ac aliorum
Hæreſis. omnium ex diuerſis lignis compactionem habent. Vnaquæq; verò hæreſis velut ex vno ligno conſtat & Eccleſiæ formam non oſtendit, &c. I O A N N E S C H R Y-
Ioannes Chryſoſtomus. S O S T O M V S In demonſtratione aduerſus Gentiles, quod Chriſtus ſit Deus, indiſciſſam probat ex Scripturis Eccleſiam. Idem & homi. 1. in Symbolum, cùm illum locum interpretatur, Credo in Spiritum ſanctum: Ille (ait) Spiritus conſecrat, ſanctificat, benedicit, honorificat, gubernat, protegit, cõſolatur, perducit ad ſanctã Eccleſiam. Quia velut nauis eſt in medio poſita hæc Eccleſia, portat epibatas, portat credentes in vna charitate, in vna modulatione, in vno remigio ſanctitatis, in funibus charitatis, in velo orationis, in arbore crucis, in pice pœnitentia, in ſtupa caſtitatis, in tabulis pacis, in anchora fidei. Iſta ergo Eccleſia in vna modulatione cantans peruenit ad portum æternitatis ad ciuitatem pacis. Ipſa eſt quæ dimittit peccata, exonerat omnia pondera, eliquata corda perducit ad palmã promiſſam ſupremæ vocationis, &c. Idem homil. 11. cum de expulſione eius ageretur: Chriſti (ait) Eccleſia nihil fortius, ſi quis eam impugnare proponit, vires alterat neceſſe eſt. Tale eſt enim, velut ſi cœlo bellum mediteur inferre, homini ſi bellum inferas, fortaſſe vinces, aut fortaſſe vinceris. Eccleſiam vincere nulla vis poterit. Deus eſt Eccleſia, qui eſt omnibus fortior. Aut æmulamur Dominum, Nunquid fortiores illo ſumus? Deus fundauit hoc quod labefactare conaris. Aut experiri vis potentiam Domini? Ipſe eſt qui reſpicit ſuper terram & facit eam tremere, & iterũ qui iubet & tremor eius ſolidatur. Aut non vidiſti trementem ciuitatem tuam quoties ſtare fecit? Multo magis Eccleſiam ſuam trementem poterit confirmare. Fortior enim Eccleſia multo quã terra, imò & fortior cœlo.
Cœlũ & terra tranſibunt, verba autẽ mea nõ trãſibunt. Matth. 24.
Quæ verba? Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt Matth. 16.
aduerſus eam. Quod ſi non credis verbo, & rebus ipſis, operibus crede. Quãti tyranni aggreſſi ſunt impugnare Eccleſiam Dei, quanta tormenta, quantas cruces adhibuerunt? ignes, fornaces, feras beſtias, gladios intendentes, & nihil agere potuerunt. Vbi nunc ſunt illi qui hæc fecerunt, & vbi illi qui hæc fortiter pertulerunt? Nunc

hi æternis pœnis premuntur, & iſti æternis gaudijs eriguntur, fulget enim Eccleſia ſuper ſplendorem Solis & perſecutores eius perpetuis tenebris conteguntur, &c.

Ambroſius Mediolanenſis.

AMBROSIVS MEDIOLANENSIS expoſitione in Pſalm. 43. dum illud exponit: Manus tua gentes diſperdidit, &c. *Confirmat (ait) fidem Eccleſiæ antequam nuncies, & victorias pietatis eius enumerat, quia non in brachio, neq; in gladio ſuo feras expulit gentes, & non certamine bellico turmas fugauit hoſtiles, ſed manſuetudine ac fide terras inimicorum ſine ullo cruore poſſedit. Fides enim ſola pugnauit, & ideò triumphos meruit, quos non reuocaret perfidia, ſed augeret, quia perſecutionibus ſuis non vincitur Eccleſia Domini, ſed probatur, &c.*

Non ſic Caluiniſtæ plantant nouellam Eccleſiam vnde timore et cæde labarum.

HIERONYMVS STRIDONENSIS libro ſecundo Commentariorum in Hieremiam, capite tertio, dum illud exponit, Factus ſum in deriſum, &c. *His verbis (ait) illud tempus ſanctæ Eccleſiæ exprimitur, quo publicè reprobis irridetur, quando iniquis creſcentibus in opprobrium fides & veritas erit in crimine. Tanto quippe vnuſquiſque deſpectior erit, quanto mitior eſſe potuerit, tanto abominabilis quanto laudabilis. Sancta quippè electorum Eccleſia afflictionis tempore prouerbium prauis efficitur, quia cum bonos mori per tormenta proſpiciunt, ab eis ſimilitudinem maledictionis ſumunt. Quod enim tranſitoriam mortem vidẽt ſed permanentem vitam non vident, tanto magis deridendo mala præſentia fugiunt, quanto per intellectum intrinſecus ad bona permanentia non pertingunt. Sed ſancta Eccleſia ſcit in paſsionibus creſcere atque inter opprobria honorabilem vitam tenere, &c.*

Hæc attende.

Matth. 5.

Idem libro vndecimo Commentariorum in Ezechielem, capite trigeſimo ſexto, *Non poteſt (ait) ciuitas abſcondi ſuper montem poſita & collibus atq; torrentibus, quorũ hyeme perſecutionum & tempeſtate preſſura augetur fides: vallibus quoq; his qui in humilitate depreſſi ſunt, & deſertis Eccleſijs & parietinis atq; in toto orbe Eccleſiarum cõciliabulis derelictis, qualis ſub Diocletiano & Maximiano in toto orbe perſecutio fuit, per quam proſcripta ſunt Eccleſiæ atq; vaſtata, quãdo ſubſannauerunt Eccleſiam omnes Gentilium & Hæreticorum gentes per circuitum, quòd in igne zeli furoris ſui locutus ſit, & propriè aduerſus Idumeã quæ terrenis operibus volebat omnes depoſita imagine cœleſtis, portare imaginem terreni. Illi enim dederunt terrã Dei ſibi in hæreditatem, & ex toto corde atq; ex animo Eccleſiam Domini perſecuti ſunt, & eiecerunt eam de ſedibus ſuis & vaſtauerũt. Sed quid profuit nationibus? quid iuuit hæreticorum gentes, inſultaſſe terræ Domini, cùm Dominus loquatur ad eam? & montibus illius collibuſq; ac iugis ſiue nemoroſis locis quæ amœnitate videbant paradiſi? & collibus de quibus ſuprà diximus, in zelo & in furore ſuo locutus ſit, & pro opprobrio gẽtium leuet manum ſuam contra aduerſarios qui Eccleſiam perſecuti ſunt, vt portent confuſionem & ignominiam ſuam, &c.* lege.

1. Corinth. 15.

Auguſtinus Hipponenſis.

A quo tempore Eccleſia ſuſtinet perſecutiones.

AVGVSTINVS HIPPONENSIS lib. 18. de Ciuit. Dei c. 51. *Non ſolùm à tempore corporalis Eccleſiæ Chriſti, & Apoſtolorũ eius, ſed ab ipſo Abel quem primum iuſtum impius frater occidit, & deinceps vſq; in huius ſeculi finẽ, inter perſecutiones mundi, & conſolationes Dei peregrinando procurrit Eccleſia. Nec mihi videtur eſſe definiendus numerus perſecutionum, quo exerceri oportet Eccleſiã, &c.* Quaſdam tamen declarat idem ſuper Pſalm. 128 *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, &c.* Et in Pſalmum 9. ſic diſtinguit: *Prima (ait) perſecutio Eccleſiæ violenta fuit, cùm proſcriptionibus, tormentis, cædibus, Chriſtiani ad ſacrificandum cogerentur. Altera perſecutio fraudulenta eſt, quæ nunc per hæreticos & falſos fratres agitur. Tertia ſupereſt*

Diſtinctio perſecutionum Eccleſiæ.

A *per Antichriſtum ventura, qua nihil eſt periculoſius, quoniam violenta & fraudulenta erit, vim habebit ex imperio, dolum ex miraculis, &c.* THEOPHYLACTVS BVLGARIENSIS in cap. 16. Matthæi, *Portæ inferi temporales ſunt perſecutores, qui ad infernum conantur mittere Chriſtianos. Et hæretici quoque portæ ſunt ad infernum ducentes. Multis igitur perſecutoribus, & multis hæreticis præualuit Eccleſia. Et ſi autem & vnuſquiſque noſtrum Eccleſia, quæ ſit domus Dei. Si igitur in confeſſione Chriſti confirmati fuerimus, Portæ inferi, hoc eſt, peccata non præualebunt nobis &c.*

Theophilactus Bulgarus.

Gregorius 1.

GREGORIVS MAGNVS libro trigeſimo Moralium, capite trigeſimo tertio, in 39. caput Iob, de inani perſecutorum Eccleſiæ expectatione diſſerit. Item libro

B 13 capite 9 in caput 16. Iob & ſuper omnia libro 20. capite 23. in 30. caput Iob, dum illud exponit: *In multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum, & quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me, &c. Tunicæ (inquit) capitium collum circumdat induentis, collum verò ſi ſtringitur vocis vſus, & vitalis flatus necatur. Sanctam ergo Eccleſiam reprobi quaſi capitio tunicæ conſtringunt, quia in ea perſecutionibus ſuis vitam fidei, & prædicationis vocem extinguere conantur. Sed electi perſecutionis ſuæ tempore paratiores ſunt mori quàm tacere, qui dum in morte temporaliter corruunt, à ſtultis quibuſque & carnalibus deſpecti ac viles æſtimantur, quia cum videre reprobi nequeunt*

C *quæ electi bona ſpiritualiter teneant, quos carnaliter extingui conſpiciunt infœlices arbitrantur.* Lege reliquum, &c. BEDA VENERABILIS libro tertio, in Eſdræ librum 2. cap 32 ad calcem, *Sæpe (ait) ab Hæreticis Eccleſia vaſtata poſtquam inſtantia Catholicorum doctorum lucem veritatis recepit, plures ad cognoſcendam tuendámque rationem recuperantes eiuſdem veritatis filios procreauit. Neque enim vnquam beati Patres, Athanaſius, Ambroſius, Hilarius, Auguſtinus, & cæteri tales, tot & tam magnificos in ſanctam Scripturam tractatus conderent, ſi non contra fidem rectam, tam multifarius hæreticorum fuiſſet error ortus, ſed dum Hæretici mendacium ſuum teſtimonijs Scripturarum aſtruere nitebantur, coacti ſunt Patres è contrario earundem Scripturarum illos authoritate refellere. Et harum di-*

Venerabilis Beda.

Multú profuiſſe Eccleſiæ perſecutores habuiſſe.

D *cta quomodo rectè ſunt intelligenda differere, &c.* Et infrà: *Poteſt etiam de perſecutione Gentilium quà Eccleſia ſancta creberrimè concuſſa eſt, myſticè accipi quia occaſione quidem martyrum videbatur funditus eſſe delenda, ſed eis in occulto coronatis melius conſtruebatur, &c.* Plura reperies inſerta in vocabulo, Romana Eccleſia, & in vocabulo, Hæretici ſemper Eccleſiam perſecuti ſunt. Vnum adhuc teſtimonium libet hîc adiungere, quod eſt PAVLINI Aquileienſis Epiſcopi, & PETRI Mediolanenſis in libello, Patribus CONCILII FRANCFORDIENSIS oblato: *Cùm ſit, (aiunt) ſancta & vniuerſalis Eccleſia ſuper fir-*

Paulinus Aquileienſis.

Petrus Mediolanenſis.

Concilium Francfurdienſe, ſub Adriano 1.

E *mam nihilominus inuiolabiliter fundata petram, & portæ inferi nequeant præualere aduerſus eam, verumtamen quia in mari huius ſeculi conſtituta perſiſtit, aduerſis hæreticorum flatibus, violentis Perfidorum procellis, ſpumantibuſque maledicorum vndis illiſa concutitur, licet quaſſari poſſit, & mergi nequeat. Chriſti firmata dextera, & Apoſtolico gubernaculo moderata, neceſſarium eſt tamen, omnibus Chriſtianis cunctiſque fidelibus maximéque Apoſtolicis viris, contra hoſtes eius fidei armis dimicare. Non enim Chriſti miles impetum irruentis belli debet eneruiter expaueſcere, nec effugij latibula inermis palando appetere, ſed armis militiæ*

Hæreticis obuiandum inſurgentibus in Eccleſiam.

ſua peracnctus, irrumpentium hoſtium pectora, ſpiritalibus iaculis ex arcu intorquens Scripturarum, intrepide perforare, quatenus & ſemetipſum fidei clypeo munitus illæſum cuſtodias, & inimicorum latera ſpiculis cruentes acutis. Nam ante certaminis trophæum tyronis non plectitur circa verticem corona triumphalis cuius rei ratio Apoſtolicis euidentius approbatur documentis. Oportet (inquit egregius prædicator, & de caſtris Dominicis probatiſſimus miles) hæreſes eſſe, vt hi qui probati ſunt, manifeſti fiant. Alia enim nonnunquam diſpenſatione agitur, vt vnde cadere ad ruinam timetur vacillantibus plantis, inde valentius roborata, firmiter inconcuſſa perſiſtas, & antiquus hoſtis vnde ſe viciſſe ſuperbe gloriatur, inde diuina ſuperatus potentia ſe ſuccubuiſſe doleat proſtratum. Nam quia ſuper fidei fundamentum omnium virtutum fabricam perſiſtere non ignorat, ipſam fidei malitia ſua manu eradicare ſ[illegible]dſtatem feſtinat, quemadmodum de eius ſatellitibus, id eſt, malignis ſpiritibus per Pſalmiſtam dicitur: Qui dicunt Exinanite, exinanite vſque ad fundamentum in ea vſque ad fundamentum quippe maligni ſpiritus animam ſe exinaniſſe gloriantur, ſi ab ipſo fundo mentis fidei firmitatem, tentationum iacula exaggerando eradicare valebunt, ſicut vtique nihil eſſe boni, omne quod videtur bonum, niſi ſuper fidei fundamentum firmiter radicatum. Sine fide enim impoſſibile eſt Deo placere. Firmum autem fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc: Nouit Dominus qui ſunt eius, licet ille ſæuiat ac mille modis fraudę calliditatis ſerpendo extra ſepta ſancta Eccleſiæ, huc inde ſquamas nequitia ſua Syrtis ſcopulis illiſas expoliet, ac per hoc circunquaque diſcurrens, modo in orbe circulato latenter ſe iuxta viam obiiciens vt pedem ſimpliciter calcantis mordeat modo in ſumma ſeſe ſuſpendens falſitatis cauda, hæreticorum pectora veneno perfidiæ inficiendo tumenda reddat, vt ſauciata ea vitalia faſtidiendo ſpiritalia alimenta euomant. Sed quia ſuper firmiam petram fundata eſt, portæ Inferi non præualebunt aduerſus eam, &c. Porrò CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro primo epiſtolarum, epiſtola tertia, ſic nouar hæreticum in Eccleſiæ viſcera arma iniquitatis vibrantem deſcribit, vt alibi dicemus. Sed & NICOLAVS I. epiſtola ad Michaëlem Imperatorem, in Romanam Eccleſiam ab initio Hæreticos ſæuiſſe teſtator, vt in vocabulo, Romana Eccleſia, & Hæreticus latiùs exponetur.

1. Corinth. 11.
Pſal. 136.
Hebræo. 1.
2. Timoth. 2.
Techna inimici curioſius expenduntur
Cyprianus Carthag.
Nicolaus 1.

Eccleſiarum ædificatio, conſtructio, & doratio defenditur.] Hoc iam ſuperiùs in dictione, Baſilicas conſtruere, &c. ab exordio monſtratum eſt. Quod certè clariùs probare, eſt ſuperuacuum, cùm hoc antiqua & ſtupenda ædificia luce clariùs demonſtrent. Verumtamen quia iam cœpimus ab antiquis Patribus omnia fidei noſtræ myſteria deducere, etiam de antiquis Eccleſiarum & Templorum conſtructione paucis agendum eſt. Et primo quidem loco in medium proferemos illud CONSTANTINI MAGNI ſtudium in conſtruendis baſilicis, de quo mira narrant Hiſtoriographi: licet ante eum iam cæteris Imperatoribus & pijs viris viſum fuerit optimum, Templa in honorem Martyrum & ſanctorum condere, ſicut & iubet CLEMENS I. epiſtola ſecunda ad Iacobum fratrem Domini, vt poſuimus etiam in vocabolo, Baſilica. Narrat quippe NICEPHORVS CALLISTVS libro ſeptimo, capite quadrageſimo nono, de Conſtantino ita: *Templa* inquit *quæ vbique terrarum ædificauit, quid attinet enumerare.*

Conſtantinus Magnus.
Clemens 1.
Nicephorus Calliſtus.

Primum quidem manibus ipſe ſuis, quemadmodum diximus, Romæ in Lateranenſi palatio deſcribendo conformauit, quod ſane Palatium ipſe quoque ingentibus impenſis magnifice conſtruxit, & Chriſto ſacrauit. In vrbe Nicomedienſi, loco illuſtri, cui Brachia nomen fuit Templum viginti millium martyrum ſplendidum excitauit. Sicut etiam Antiochiæ [illegible], ſeu Dominicum octogonum. Depranis item vbi genitus eſt, in honorem Luciani martyris delubrum aliud extruxit, eamque vrbem, matri honorem deferens, Helenopolim cognominauit. Tria quoque Conſtantinopoli maxima templa Seruatori Chriſto conſtructa dedicauit. Sancta Sophia, ſiue Sapientia, ſancta pacis, & ſanctæ virtutis. Inſuper celeberrimis Apoſtolis templum quoque ſuum condidit atque omnia deinceps etiam à ſucceſſoribus magnificè ſunt conſtructa atque ornata. Diuo itidem Mocio & Acacio & Agathonico & Menæ martyribus, ſplendida martyria ſeu delubra ædificauit. Et capite quinquageſimo, ſubinfert: *In eo loco qui Soſthenium vocatur, Eccleſias duas Archangelo Michaeli extruxit, in quibus ſplendide exornandis, ad Imperialem magnificentiam nil omiſit.* De duobus hiſce ſancti Michaëlis templis ſic refert PROCOPIVS CAESARIENSIS (*Iſtius* ait) *vtrumque ad Conſtantinopolim ſingulari pulchritudine exornauit Iuſtinianus. Templa duo Archangelo Michaeli, alterum ex aduerſo alteri ad fretum conſtructa fuere. Alterum in regione quæ dicitur ἀνάπλους, hoc eſt, tranſitus, ſiue traiectus, in parte dextra Euxinum pontum nauigare incipienti. Alterum autem in littore huic oppoſito, quem locum veteres προχθονα, hoc eſt, promuntorium, propterea opinor quod longius à littore in fretum procurrit appellarunt. Hæc ipſa templa Imperator Iuſtinianus vi temporis deformata denuò ex ipſis fundamentis reſtituit ſtructura admiranda, &c.* Narrat idem NICEPHORVS & de Theodoſio Iuniore libro decimo quarto, capite quadrageſimo quarto: *Reliquias (ait) Ignatij martyris receptas cum magnifico apparatu poſt tempus longum Antiochiam reduxit, & in eo loco quod cœmeterium vocatur veneratione magna repoſuit, & delubrum ingens dæmonibus olim dicatum, quod ab incolis τυχαῖον, quaſi fortunæ templum Dicas vocabatur, in ſacroſanctum ſanum mutatum diuino martyri conſecrauit, in quo etiam reliquiarum tumulus repoſitus eſt, curru imperiali cum ſacro apparatu & ſatellitio in vrbem eam illatus. vbi quoque anno quolibet publice & magnificè feſtum dies eſt actus, Deo diligentium ſe memoriam ſanctè à funere etiam ipſo glorificante, ſicuti antea quoque in Babyla accidit, cuius templum ante vrbem & magnitudine amplum & forma pulchrum extructum eſt, in quod etiam eius vrna illata eſt.* Idem libro decimo tertio, capite decimo ſeptimo: *Super ſanctum Nilamonis ſepulchrum ciues (ait) precatoriam domum condidere, obitusque eius diem ad hoc vſque tempus ſi[illegible] lati peragunt.* Hoc & teſtatur SOZOMENVS libro octauo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite nono. Idem Nicephorus libro decimo tertio, capite trigeſimo octauo: *Precatoria (ait) domus extructa eſt prope locum Martyrij Acatij martyris, ad quam ſpectandam Imperator Arcadius venit precibuſque in ea peractis inde receſſit.* Verùm alia ſunt innumera teſtimonia in eiuſdem hiſtorijs expreſſa, quæ breuitatis cauſa pertranſeo, & ne ſolus videator teſtis eſſe, etiam RVFFINVS AQVILEIENSIS libro nono Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite decimo: *Vbi autem Maximinus Tyrannus occubuit, loca quæ paulo*

Diuerſa templa quæ Conſtantinus extruxit.
Procopius Cæſarienſis.
Templa à Iuſtiniano ſtructa.
Theodoſius iunior templa creauit.
[illegible] templum [illegible] tructum
Sozomenus.
Arcadius.
Ruffinus Aquileienſis.

A *ante impijs tyrannorum machinis fuerant deſtructa rediuiua conſtructione clariora & celſiora conſurgere templaque excelſa pro humilibus conuenticulis eleuari,&c.* Idem libro decimo,capite oono: *Frumentius* (inquit) *Epiſcopus cùm perrexiſſet ad Indiam, tāta ei data eſſe à Deo virtutum gratia dicitur, vt ſigna per eum Apoſtolica fierent, & infinitus numerus Barbarorum cõuerteretur ad fidē,ex quo in India partibus & populis Chriſtianorum & Eccleſia facta ſunt, & ſacerdotium cœpit,quæ nos ita geſta & non opinione vulgi,ſed ipſo Ædeſio Tyri presbytero poſtmodum facto, qui Frumentij comes priùs fuerat, referente cognouimus.* Idem eodem libro capite decimo, vbi mulieris captiuæ meminit, quæ Iberorum gentem conuertit ad fidem. *Adeſt* (inquit) *captiua* B *edocet Deum Chriſtum, ſupplicandi ritum venerandique modum, inquantum de his aperire fœmina fas erat pandit, fabricari tamen Eccleſiam monet, formamque deſcribit, cunctiſque idem volentibus Eccleſia extruitur inſtanter,&c.* Sed hæc ſuffi:ient,meminit & CASSIODORVS libro ſeptimo hiſtoriæ Tripartitæ,capite trigeſimo ſecundo,Templi in honorem Thomæ Apoſtoli ædificati.

Caſſiodorus Senator.

Et libro tertio,capite primo,&libro ſexto,capite viceſimo ſeptimo,& libro vndecimo,capite octauo. Non eſt autem nobis otium omnia hæc per ordinem enarrare. Lector diligens locos adeat prætaxatos, vt autem ad ſanctorum etiam Patrum teſti- C monium deſcendamus GREGORIVS NAZIANZENVS oratione decima quarta, coram ſancto Baſilio,de ſuo patre Gregorio agens: *Cæterùm* (ait) *poſtquam neceſſe erat,vt memoria de eius relinqueretur magnanimitate, quod magis oportebat, quàm templum hoc Deo & nobis erigere! In cuius ædificatione pauca quidem populo iniunxit,plura verò ex facultatibus proprijs ſubminiſtrauit, opus nequaquam ſilentio dignum, magnitudine quidem multa, pulchritudine autem ferè ſuper omnia. Octo namque lateribus rectis in ſeipſum concurrit, columnis verò & porticuum pulchritudine in altum ſurgit, ita vt ſtructura eius nequaquam cedat natura.&c.*

Gregorius Nazianzenus.

Deſcriptio templi Nazianzeni.

MARTIALIS Apoſtolus epiſtolæ ad Tholoſanos, capite octauo: *Nec Stephanus* (ait) *ſolùm Deo cui credidit, Eccleſias per ſuum regnum ſecundum quod Spi-* D *ritui ſancto & nobis viſum eſt diſponere & fabricare audeat, ſed antiqua templa dæmoniorum, ſpurciſſima fana Idolorum deſtruere perfectus in fide videatur.* GREGORIVS NYCENVS oratione in Gregorium Neocæſarienſem: *Is* (ait) *qui ſe de ſuis iactabat diuitijs,conuenienter admonebatur vt eorum quæ habebat eſſet œconomus non Dominus,mulieribus conducibilia,pueris conuenientia, & patribus ea quæ decebat diſtribuens, & factus omnia omnibus tantum repente populum induxit auxilio ſancti Spiritus,vt ad templum ædificandum fuerit incitatus,pecunijs & corporibus omnibus, ad id ſuum ſtudium conferentibus. Hoc eſt templum cuius conſtructionis ille iecit fundamenta, & id cœpit ædificare. Exornauit autem qui-* E *dam ex ſucceſſoribus, pro illius dignitate, quod etiam in hodiernum vſque diem oſtenditur.* Idem oratione in Theodorum martyrem: *At ſi in locum* (ait) *ſimilem huic ad quem vos hodie conueniſtis, ſibi iuſti memoria ſanctæque reliquiæ ſint accedat,primum quidem operum quæ cernit, magnificentia recreatur. Videt enim ædem vt Dei templum ſtructura tum amplitudine, tum pulchritudine ſplendide exædificatum & exornatum, vbi & faber lignum ad animalium effigiem conformauit, & lapicida marmor ad argenti lenitatem expoliuit, & pictor artis ſuæ flores in imaginibus exprimens,res martyris præclarè geſtas,labores,*

Vide in tēplis imagines, de quibus ſuo loco.

A *cruciatus,immanes tyrannorum aſpectus,&c.* Hinc & IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 51. in Matthæum,cùm illud exponit: Quicunque tetigerūt ſalui facti ſunt: *Vermiculato emblemate pauimenta ornas, magnificos muros conſtruis, columnarum capita erigis, lychnos ab aureis laquearibus dependere facis, pauperem verò,nec viſitare curas in carceribus vinctum. Non prohibeo magnifica templa condere, ſed priùs illa facere moneo, cum vero illa, nunquam facere moneo. Nemo enim quia magnifica templa non condiderit, vnquam accuſatus eſt, at verò gehennæ ignis inextinguibilis,ſupplicia dæmonum imminent,niſi quis diligenter illa peragere velis.*

Matth.14. Ioannes Chryſoſtomus.

Idem homilia decima octaua, in actus Apoſtolorum cùm illud exponit: Et multis oppidis Samaritanorum B Euangelizabant: *Non opus eſt* (ait) *vt vnuſquiſque fidelium ædificet Eccleſiam? & vt credat ſimul etiam cum doctor ſit? Nunquid ante omnia hoc conſiderandum,vt omnes ſint Chriſtiani? Quomodo,dic mihi,Chriſtianus erit agricola, videns te ſic ſuam negligere ſalutem? non potes facere ſigna,& perſuadere his quibus illi perſuaſerint: miſericordia vtere, cura, manſuetudine, affabilitate, alijſq. omnibus. Ac fora quidem ac balnea faciunt multi. Eccleſias autem non item,& omnia magis quàm has: Ideo oro ac ſupplico, & gratiam peto,imò & legem pono, vt nullus qui habet villam appareat carere Eccleſia,&c.* Et infrà: *Quid magis mirandum, quod alij extruunt clara ſe-* C *pulchra, vt poſteri audiant, quod ille conſtruxit, an quod in Eccleſias excitas? Cogita quod vſque ad Chriſti aduentum mercedem habiturus ſis, qui altare Dei excitaturus es. Dic enim orò, ſi rex tibi præcipiſſet domum extruere vt illic habitet, nonne omnia feciſtis? Nunc igitur regia eſt Eccleſia Chriſti conſtructio, ne ſumptum ſpecie,ſed fructum computa,&c.*

Actuum 8.

Reliquum poſitum inuenies in dictione Decimæ.

AMBROSIVS MEDIOLANENSIS ſermone octageſimo nono,de Dedicatione Baſilicæ, in initio: *Si Centurio* (ait) *commendatur Domino qui ædificauit Synagogam, quanto eſt commendatior qui ædificauit Eccleſiam? Et ſi is meretur gratiam,qui impietatis receptaculum præſtitit, quanto maiorem meretur gratiam, qui religionis domicilium præparauit. Et ſi ille cæleſti miſericordia viſitatur,qui conſtruxit locum,vbi Chriſtus ſemper negatur, quanto magis viſitandus eſt,* D *qui fabricari fecit tabernaculum,vbi Chriſtus quotidie prædicatur?&c.* lege Idem libro Officiorum ſecundo,capite viceſimo primo, *Maximè ſacerdotis hoc conuenit* (ait) *ornare Dei templum decore congruo, vt etiam hoc cultu aula Domini reſplendeat,impenſas miſericordiæ conuenientes frequentare, quantum oporteat largiri peregrinis, non ſuperflua ſed competentia.&c.*

Ambroſius Mediolanenſis.

Luc 7.

CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Catecheſi decima quarta Illuminatorum Hieroſolymis. *Excitatus eſt reſurgens, & dederunt argentum,corruperunt milites,ſed non corruperunt eos qui nunc ſunt reges. Nam illi quidem milites propter argentum prodiderunt veritatem. Iſti autem qui nunc ſunt reges,pietatis ergò argento induentes & auro,ſan-* E *ctam hanc Eccleſiam reſurrectionis ſaluatoris in qua nunc ſumus extruxerunt, & argenteis monumentis ſplendidam effecerunt, &cæt.*

Cyrillus Hieroſolymitanus.

HIERONYMVS STRIDONENSIS ad Paulum & Euſtochium, de Aſſumptione B. Virginis: *Monſtratur autem ſepulchrum eius cernentibus nobis vſque ad præſens in vallis Ioſaphat medio,quæ vallis eſt inter montem Sion & montem Oliueti poſita,quam & tu ô Paula, oculis aſpexiſti,vbi in eius honore fabricata eſt Eccleſia miro lapide tabulata, in qua ſepulta fuiſſe (vt ſcire poteſtis) ab omnibus ibidem prædicatur,&c.* Idem epiſtola ad Riparium,quæ incipit: Acceptis primò literis

Hieronymus Stridonenſis.

tuis,

Contra Vigil. Cap. 3.

tnis, vbi contra Vigilantium diſſerit: *Honoramus (ait) ſeruos, vt honor ſeruorum redundet ad Dominum, qui ait: Qui vos ſuſcipit, me ſuſcipit. Ergo Petri & Pauli immunda ſunt reliquiæ? Ergo Moyſi corpuſculum immundum erit, quod iuxta Hebraicam veritatem ab ipſo ſepultum eſt Domino? Et quotieſcunque Apoſtolorum & Prophetarum & omnium martyrum baſilicas ingredimur, toties idolorum templa veneramur? Accenſiq; ante tumulos eorum cerei Idololatriæ inſignia ſunt! O præſcindendam linguam a medicis! imo inſanum curandum caput! &c.*

Theodoritus Cyrenſis.

Theodoritvs Cyrenſis in Philotheo, de Iuliano Suba. *In eo (inquit) ſaxo quo occultus Moſes Deum videre, prout videri poterat, dignus habitus eſt, conſtructo templo, locóque ad ſacrificandum apto (quod hac etiam tempeſtate durat) in propriam & conſuetam palæſtram ſe recepit.* Idem in eodem libro, de Publio monacho: *Memor autem (ait) ille diuini præcepti, quod Dominus ſacris Apoſtolis dixerat, vt euntes omnes gentes doceant, eorum petitionibus locum dedit. Itaque penes illud habitaculum altero ædificato, ibi eos habitare iuſſit, mox conſtructo templo, in id & hos & illos mane & veſperè conuenire præcepit, vt matutinas veſpertináſque preces vna offerrent Domino, &c.*

Palladius Helenopolitanus Epiſcopus.

Palladivs Helenopolitanvs in Dialogo, de Geſtis & & vita S. Ioannis oris aurei: *Hæc autem dixerim (ait) non vt eos denotem qui probabiliter & neceſſariò Eccleſias aut condunt aut reparant, ſed illorum cauſa qui pauperum opes in hortos penſiles in aquæductus aereos in communia virorum ac mulierum lauacra parum pudica conſumunt, ſiue vt maiores conquirant opes, ſiue vt ab indignis quibuſque diligantur, qui in hoc ipſo huiuſce ſtudij gratiam reddunt, quòd omnia ad voluptatem peccantium faciant gnathones aſſentatores nocentiſſimi, &c.*

Hęc noſtro tēpore plus ſatis vigent.

Auguſtinus Hipponenſis.

Avgvstinvs Hipponenſis ſermone 7. de Dedicatione Eccleſiæ: *Retribuet Dominus fidelibus ſuis tam piè, tam hilariter, tam deuotè iſta operantibus, vt eos quoque ipſos in ſua fabrica conſtitutione componat, quo currunt lapides viui, fide formati, ſpe ſolidati, charitate compacti. Itaque ſicut hoc ædificium viſibile factum eſt, nobis corporaliter congregandis, ita illud ædificium quod nos ipſi ſumus, Deo ſpiritualiter inhabitatori conſtruitur, &c.* Vide ſoſtà ex eodem, de Libertate Eccleſiæ.

Paulinus Nicolaus.

Pavlinvs Nolanvs epiſtola 11. ad Seuerum: *Teſtis eſt autem Dominus, quòd ſi vel ſcrupulum ſacri cineris habuiſſemus, ſuper quam nobis ad Baſilicam, quæ proxime in nomine Domini conſummabitur dedicandam neceſſarium erat, miſiſſemus vnanimitati tuæ, ſed quia nos non habuimus huius muneris copiam, & ille ſe ſpem eiuſdem gratiæ copioſam habere dixit à Sancta Syluia, quæ illi de multorum ex Oriente martyrum reliquijs ſpopondiſſet, inuenimus quod digne & ad Baſilicæ ſanctificationem vobis & ad ſanctorum cinerum cumulandam benedictionem mitteremus partem particulæ de ligno diuinæ crucis, &c.* Idem natali 10. in S. Fœlicem martyrem, narrat excellentem ædem diuino Fœlici Martyri erectam, vt poteſt quiuis legere, ſicut

Aurelius Prudentius.

Avrelivs Prvdentivs Clemens in Periſtephanon, vbi Petri & Pauli paſſionem deſcribit, duas baſilicas in nomine eorundem Apoſtolorum miris ſumptibus fabricatas recenſet. ſed

Eutropius Hiſtoricus.

& Evtropivs Historicvs lib. 10. Hiſtoriæ Romanæ, narrat Helenam Cōſtantini matrem in Paleſtina vndique congregaſſe artifices, & maximas illic ornatáſque ædificaſſe. Porrò

Seuerus Sulpitius Rhetor.

Severvs Svlpitivs libro 1. in Vitam diui Martini: *Et verè ante Martinum, (ait) pauci admodum imò penè nulli in illas regionibus Chriſti nomen receperant, quod adeò virtutibus illius exemploq; conualuit, vt iam ibi nullus locus ſit qui non aut Eccleſijs frequentiſſimis, aut monaſterijs ſit repletus. Nam vbi fana deſtruxerat, ſtatim ibi aut Eccleſias, aut monaſterijs ſit repletus. Nam vbi fana deſtruxerat, ſtatim ibi aut Eccleſias, aut monaſteria conſtruebat, &c.*

Simeon Metaphraſtes.

Simeon Metaphrastes in vita S. Nicolai Epiſcopi, de Conſtantio narrat, quòd reſipiſcens ab errore iuſſit dirui templa Simulachrorum, & ſolui è carceribus eos qui fuerant incluſi propter nomen Chriſti, & ædificari templa Chriſtianorum, & Eccleſias ſuum ornatum ſuſcipere.

Bernardus Iuſtinianus.

Idem teſtatur Bernardvs Ivstinianvs in vitam eiuſdem S. Nicolai. Porrò idem Metaphraſtes in vitam Danielis Stylitæ, Simeoni de Columna viro ſancto, & Danieli prædicto memorat, Gezericum Vandalorum regem templa extruxiſſe. Sed tempus deficeret ſi immorari vellem diutiùs in his recenſendis. Lege & Gregorivm I. libro nono regiſtri, epiſtola 71. ad Mellitum Abbatem, vbi mandat ædificari Eccleſias & dedicari, vbi priùs erant delubra gentilium. Sed vide etiam infrà in vocabulo, Monaſterium.

Gregorius 1.

Eccleſiæ bona & facultates.] Vide infrà, Facultates eccleſiæ.

Eccleſiarum immunitas & libertas, vt ſi quis ad illas etiam cōfugerit ſaluetur, &c.] Suprà iam in vocabulo, Clericus, poſuimus nonnihil de libertate & immunitate Eccleſiarum. Verùm reliqua nobis proſequē da ſunt. Igitur Constantinvs Magnvs, vt refert Nicephorvs Callistvs libro ſeptimo capite 46. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & allegatur. L. 1. & 2. Cod. de his qui in Eccleſi. manum. &c. *Quæ obſeruantia erga profeſſionem fidei noſtræ fuerit, abunde quoque illud teſtatur, quod clericos omnes conſtitutione lata immunes liberóſque eſſe permiſit, iudiciumque & iuriſdictionem in eos Epiſcopis, ſiquidem ciuilium iudicum cognitionem declinare vellent mandauit.* (Vide ſuprà Clerici coram ſeculari iudice non ſiſtendi, &c.) *& quod Chriſti iudicaſſent, id robur & authoritatem ſententiæ omnem habere debere decreuit. Firma quoque & immutabilia eſſe voluit, quæ in Synodis conſtituta eſſent: & quæ ab Epiſcopis iudicata forent, vt ea à magiſtratibus rempublicam adminiſtrantibus, militarique quæ ſub eis eſſet manu executioni mandarentur, atque ad rem collata perficerentur conſtituit. Libertatem quoque Eccleſiæ lege lata conceſſit, & vt libertate ſacerdotibus teſtibus donati ciuium Romanorum numero aſcriberentur. Quæ omnia tempus quoque ipſum ad hunc vſque diem conſuetudine probata plurimorum annorum præualente confirmat. Atque ille quidem magno ſtudio leges eiuſmodi condidit, robur autem ipſis cultum diuinum ſedulo propagauit.* Idem Nicephorus libro nono, capite viceſimo quinto, profert eiuſdem Conſtantini Imperatoris epiſtolam ad Alexandrinos. *Si quando* inquit *antehac cum ignominia & detrimento eorum qui cum Athanaſio Epiſcopo communicarent quicquam actum reperitur, abolitum id nunc volumus. Immunitatem namque quam Clerici priùs habuerunt, eandem nos recipere ſtatuimus, & conſtitutionem hanc noſtram ſeruari præcipimus, vt reddito Eccleſiæ Athanaſio Epiſcopo participes quoque eius quam antea habuere immunitatem retineant, eam ſcilicet, quam reliqui habent clerici, vt & ipſi ea vientes gaudeant.* Porrò quod Eccleſiæ reos tueantur, ſic Concilivm Africanvm canone quinto, & allegat Gratia-

Constantinus Magnus.

Nicephorus Calliſtus.

Eccleſia reos tuetur & protegat. Africanum Concil.

nus diſt

nus diſtinctione octuageſima ſeptima, capite eos. *Eos qui ad Eccleſiam confugerint, tradi non oportere ſed loci ſancti reuerentia & interceſſione defendi.* Et canone ſexto: *Si quis autem mancipia clericorum pro ſuis mancipiis ad Eccleſiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes Eccleſias diſcretiſſima damnatione feriatur, &c.* Hinc & quod narrat AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro primo de Ciuitate Dei, capite 1. & poſt illum PAVLVS OROSIVS lib. 7. aduerſus paganos, cap. 3. & poſtea NICEPHORVS CALLISTVS libro 13. capite 35. quod dum Alaricus Romanam vrbem occupaſſet, Romanis Barbari propter Chriſtum pepercerunt. *Teſtantur* (ait Auguſtinus) *hoc loca martyrum, & Baſilicæ Apoſtolorum, quæ in illa vaſtatione vrbis ad ſe confugientes ſuos alienóſque receperunt. Huc vſque cruentus ſæuiebat inimicus, ibi accipiebat limitem trucidatoris furor. Illo ducebantur à miſerantibus hoſtibus, quibus etiam extra ipſa loca pepercerant, ne in eos incurrerent, qui ſimilem miſericordiam non habebant. Qui tamen etiam ibi alibi truces atque hoſtili more ſæuientes, poſtquam ad loca illa veniebant, vbi fuerat interdictum, quod alibi iure belli licuiſſet, tota feriendi refrenabatur immanitas, & captiuandi cupiditas frangebatur.* De hac Eccleſiæ libertate etiam recordatur & loquitur AMBROSIVS MEDIOLANENSIS oratione in Auxentium Arrianum de Baſilicis non tradendis, quæ ponitur libro quinto Epiſtolarum, poſt epiſtolam 32. lege. Sed & præfatus AVGVSTINVS ſermone quinto, de Dedicatione Eccleſiæ. *Si reuerentiam* (ait) *matris Eccleſiæ agnoſcimus, ſciendum eſt cuiuſlibet criminis reum, a ſacris liminibus non abſtrahendum. Grandis enim iniuria religionis, ac diuinitatis offenſa eſt, qualemcunque fugientem ad domum Dei, id eſt, de ſinu matris euellere, & arcem communis expugnare profugii, ac ſacra humano generi veneranda abſque vlla ſui conſideratione calcari. Qui enim hominis Eccleſiæ ianuam clauſit, crudelem in ſeipſum ſententiam dedit. Quis in huius mundi & vitæ huius fluctibus conſtitutus, portu miſericordiæ non indigeat? Quis dum remedium alienis neceſſitatibus negat, præiudicium ſuum non facit? Inter gentes ſæpiſſime contigit, ad profanam arborem, vel etiam ad delubrum abominabile confugientem, quemlibet reum tute ſaluari. Si igitur in delubro eſt ſalus, in loco perditionis, locus impietatis, arx quæ generat mortem, dat ſalutem, quanto magis ad Chriſti Eccleſiam confugiens, debet reus defendi? Sed forte aliquis dicit, locus ſanctus crimino ſo patere non debet. Non ita eſt. Hæc enim intractabilis animi argumenta non recipit Chriſtus, qui pro impiis mortuus, confugientibus ad ſe, claudi aditum miſericordiæ non permittit. Qui latroni fidem confitenti, Paradiſi clauſtra patefecit, reum a ſacramenti aditu non vult excludi.* Idem epiſtola 229. ad Creſconium Tribunum, tomo 2. ſic ſcribit, propter quendam de Eccleſia raptum, *Si ab iſta cauſa diſſimulauero* (ait) *de qua tuæ religioni ecce iterum ſcribo, non ſolum eximietati tuæ, ſed etiam ipſe quiſquis ille eſt, in cuius cauſa Faucatius ſic raptus eſt, merito me culpabit, & recte me reprehendet, iudicans vtique, ſi etiam ipſe ad auxilium Eccleſiæ confugiſſet, ſi ei ſimile aliquid accidiſſet, ita me fuiſſe ab eius neceſſitate & tribulatione diſſimulaturum. Deinde ſi hominum exiſtimatio contemnenda eſt, ipſi Domino Deo noſtro quid dicam, & quam rationem reddam, ſi quantum poſſum non egero pro eius ſalute, qui in Eccleſia eius ſeruo, tuendum adiuuandumque commiſit?* Hinc Concilium CARTHAGINENSE IV. cui Auguſtinus idem interfuit, canone octageſimo quar-

Auguſtinus Hipponenſis.

Paulus Oroſius Nicephorus Calliſtus.

Ambroſius Mediolanenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Hæc diligenter aduerte porro hæc etiam in aliquibus locis adhuc obſeruantur.

Obiectioni reſpondetur.

Concilium Carthaginenſe 4.

A to, & allegat Gratianus de Conſecratione diſtinctione prima, capite Epiſcopus nullum. *Epiſcopus nullum prohibeat ingredi Eccleſiam & audire verbum Dei, ſiue gentilem, ſiue hæreticum, ſiue Iudæum vſque ad Miſſam catechumenorum, &c.* Hinc etiam GREGORIVS MAGNVS libro decimo ſexto Moralium, capite ſecundo, in viceſimum ſecundum caput Iob, vbi illud exponit, Abſtuliſti pignus fratrum tuorum, &c. *Quia* (ait) *ſancta Eccleſia quoſlibet ab hæreticis ad veritatem fidei reuertentes recipit, prius vt confiteri erroris ſui culpam debeant, perſuadet, &c.* Vide Hæreticus conuerſus, &c. Præterea vt propoſitum proſequamur, de reis qui poſſunt in Eccleſia ſeruari, ſic ſtatuit B Concilium EPAVNENSE ſub Gelaſio I. canone trigeſimo nono, *Seruus reatu atrociore culpabilis, ſi ad Eccleſiam confugerit a corporalibus tantum ſuppliciis excuſetur.* Et huic conſentiens Concilium ILERDENSE canone 10. *Nullus Clericorum ſeruum aut diſcipulum ſuum ad Eccleſiam confugientem extrahere audeat, vel flagellare præſumat. Quod ſi fecerit, donec dignè pœniteat, a loco, cui honorem non dedit, ſegregetur, &c.* Hinc & Concilium AVRELIANENSE I. ſub Hormiſda I. & Clodoueo Rege, canone tertio allegatur à Gratiano cauſa decima ſeptima, quæſtione quarta, capite Id conſtituimus, &c. *De homicidis, adulteris, furibus, ſi ad Eccleſiam confugerint, id ſtatuimus* C *obſeruandum, quod Eccleſiaſtici canones decreuerunt, & lex humana conſtituit, vt ab Eccleſiæ atriis vel domo Epiſcopi, reos abſtrahere omnino non liceat, ſed nec alteri conſignare, niſi ad Euangelia datis ſacramentis, de morte, & debilitate, & omnium pœnarum genere ſint ſecuri, ita vt ei cui reus fuerit criminoſus de ſatiſfactione conueniat. Quod ſi quis ſua ſacramenta fuerit conuictus violaſſe, reus periurii non ſolum a communione Eccleſiæ vel omnium Clericorum, verum etiam à Catholicorum conuiuio ſeparetur. Quòd ſi is cuius reus eſt, noluerit intentione faciente componi, & ipſe reus de Eccleſia actus timore diſceſſerit, ab Eccleſia Clericis non quæratur, &c.* Vide de Adultera muliere, ſuprà, Adultera. Porrò idem canone quarto, allegatur à Gratiano cauſa trigeſima ſexta, D quæſtione prima, de Raptoribus, De Raptoribus autem. *De Raptoribus autem id conſtituendum eſſe cenſuimus, vt ſi ad Eccleſiam raptor cum rapta confugerint, & fœminam ipſam violentiam pertuliſſe conſtiterit, ſtatim liberetur de poteſtate raptoris, & raptor mortis vel pœnarum impunitate conceſſa, aut ſeruiendi conditioni ſubiectus ſit, aut redimendi ſe liberam habeat facultatem. Si verò quæ rapitur, patrem habere conſtiterit, & puella raptori conſenſerit, poteſtati patris excuſata reddatur, & raptor patri ſuperioris conditionis ſatisfactione teneatur obnoxius.* Idem canone quinto, & allegat Gratianus cauſa decima ſeptima, quæſtione quarta, capite Id conſtituimus. E *Seruus qui ad Eccleſiam confugerit, pro qualibet culpa, ſi à Domino pro admiſſa culpa ſacramentum ſuſceperit, ſtatim ad ſeruitium domini ſui redire cogatur, & poſteaquam dato ſacramento domino ſuo fuerit conſignatus, ſi aliquid pœnæ pro eadem culpa qua excuſatur probatus fuerit pertuliſſe, pro contemptu Eccleſiæ, & præuaricatione fidei a communione & conuiuio Catholicorum extraneus habeatur. Si verò ſeruus pro culpa ſua ab Eccleſiæ defenſatus ſacramenta Domini clericis exigentibus de impunitate perceperit, exire nolentem a domino liceat occupari.* Hæc omnia confirmat ſingulari edicto CLODOVEVS REX, vt epiſtola eius proteſtatur, quæ capite in præfati Concilii ponitur. Lege ſi vacat.

Ab Eccleſiæ limine nullus repellendus.

Gregorius 1.

Eccleſia Hæreticos ſuſcipit.

Concilium Epaunenſe ſub Sigiſmundo.

Concilium Ilerdenſe.

Concilium Aurelianenſe 1. Epiſcoporū 33.

Fur, adulter & raptor ad Eccleſiam fugientes.

Seruus ad Eccleſiam fugiens, Lege & ſuperius.

Clodoueus rex Francorū.

Carolus Magnus.

A Idem quoq; confirmat CAROLVS MAGNVS capite 8. Conſtitutionum, *Ubi tamen* (ait) *Homicidas, &c. voluntarios reos, qui legibus debeat mori, Eccleſia aditum non poſſe excuſare.* quod innuit & renouat etiã Concilium AVRELIANENSE V. verbis tamen prolatioribus, cap. 23. Nec eſt opus toties rem eandem repetere. Hinc quoque prius Conciliũ AVRELIA. IV. can. 21. ſic ſtatuit: *Si quis neceſſitatis impulſu ad Eccleſia ſepta confugerit, & ſacerdote vel Præpoſito Eccleſiæ prætermiſſo atque contempto, eum quis de locis ſacris, vel altaris, ſeu vi ſeu dolo abſtrahere, aut ſolicitare forte præſumpſerit, ut inimicus Eccleſiæ ab eius liminibus arceatur, quouſq; Pontificis diſtrictionem digna pro indicta pœnitentia emendatio ſubſequatur, ut tamen quis abſtractus eſt, prius Eccleſiæ reſtituto.* Huic decreto ſubſcribit

Nota. Concilium Aurelianenſe 5.

Concilium Aurelianenſe 4. ſub Pelagio.

B Concilium MOGVNTINENSE II. cap. 8. & addit, *Cenſemus, ut quicunque culpa compellente, aut potentum importuna non ſuſtinens, ſua gremium matris Eccleſiæ petierit, uſq; in præſentiam ſacerdotis in eodẽ loco incontenſe permaneat, nulli permittẽtes quolibet dignitatis gradu functo, fugitiuo etiam in locis ſacris violentiam inferre. Sic enim mundani Principes ſuis legibus conſueuerunt, ut quicunque ad eorum ſtatuas fugerit, illæſus habeatur; quanto magis hi permanere debẽt indemnati, qui patrocinia immortalis regni & cœleſtis adepti ſunt? Si tamen aliquo facto tenentur obnoxij, qui ad Eccleſiam ſunt a fuga verſi, coram ſacerdote culpa eorum innoteſcant, & ipſe conſultum fiat, qualiter Dei habitaculum per ſubtractionem non violetur illorum.* Idem can. 9 & 10 ſimiliter ſtatuit: *Ut nullus ſecularium de atrijs venerabilium Eccleſiarum Epiſcopum violenter abſtractum, ergaſtulis publicis addicat, ſed ſi aliquid habet contra eum ad metropolitanum pergat.* (vide infrà Epiſcopus vt accuſandus, &c.) *ut ibi accuſationes exerceat & accuſatus reſpondeat. Quod ſi tanta fuerit cauſa immunitas, ut Metropolitanus ſolus eam definire non valeat, aduocet ſecum unum vel duos Epiſcopos. Quod ſi nec hi ſufficiunt ſtatutum præfigant idem, quo congregatis fratribus Coepiſcopi cauſas diſcutiãt. Nefas eſt enim ut de Eccleſia trahatur illius manibus, pro quo ſemper Deũ exorat, & cui inuocato nomine Domini ad ſaluationem corporis animæq; Euchariſtiam ſæpe porrexit. Quod de Epiſcopis cenſuimus, obtineat & in Clero ut Clerici iniuſſu Epiſcopo, de Eccleſijs non trahantur, aut iniuriam aliquam patiãtur, ſed quidquid quis aduerſus eos habuerit, in notitiam proprij Epiſcopi perducant, & ipſe cauſam iuſtitia præeunte diſcutiat, & animo clericos accuſantes ſatisfaciat, &c.* Hinc Concilium TOLETANVM XII. ſub Leone II. can. 10. & allegat Gratianus cauſa 17. quæſt. 4. cap. definiuit: *Definimus ſanctum Concilium, ut nullus audeat confugientes ad Eccleſiam vel reſidentes inde abſtrahere, aut quodcunque nocibilitatis vel damni ſeu ſpolij reſidentibus in loco ſancto inferre, ſed eſſe potius his ipſis qui Eccleſiam petunt, per omnia licitum in triginta paſſus ab Eccleſia ianuis progredi, in quibus triginta paſſibus uniuſcuiuſque Eccleſiæ in toto circuitu reuerentia defendatur, ſic tamen ut hi qui ad eam confugiunt, in extraneis vel longè ſeparatis ab Eccleſia domibus nullo modo abſcedant, ſed in hoc triginta paſſuum numero: abſque domorum extranearum receptaculo progredientes, auditum obtinebunt, qualiter requiſita naturæ uſum debitis expleant locis. Et nullo teneãtur cuĩtus neceſſitudinis, qui domeſticis ſe defendendos commiſerint locis. Si quis autem hoc decretum tentauerit violare, & Eccleſiaſtica excommunicationis ſubiaceat, & ſeueritatis regiæ feriatur ſententia. Ipſos tamen qui ad Eccleſiam confugium fecerunt, ſi iuxta priſcorum canonum inſtituta his quos rei repetunt ſacramenta reddiderint, & ſacerdos Eccleſiæ ipſum ab Eccleſia non abſtraxerit foribus, aut fuga ſaltem ſi euenerit ſacerdotis quærenda eſt, aut damnorum ſententia ſecundum electionẽ Principis, huiuſmodi ſacerdotibus irrogãda, &c.*

Concilium Mogontiacenſe 2. ſo. Epiſcop.

C

Nullus de Eccleſia extrahẽdus, nec Epiſcopus, nec alius quiſpiam.

D

Concilium Toletanum 12. ſub Eringio rege.

Nota ambitum Eccleſiæ in quo poſſint liberè rei ſpatiari.

E

Idem omniò Concilium MOGVNTINVM I. can. 31. eadem quoque quæ ſuperiùs repetit NICOLAVS I. epiſtola ad Michaelem Imperat. & allegat Gratianus cauſa 37 quæſt. 4. cap. Sicut antiquitus Lege ſi vacat, vide quoq; mox, Eccleſiarum ambitus. Porrò de eadem quoque Eccleſiæ immunitate, & libertate. Itetũ Concilium VERNENSE ſub Pipino rege, cano. 19. *Omnes* (ait) *immunitates in uniuerſis Eccleſijs conſeruata ſunt.* Quæ autem ſint illæ immunitates & libertates, vltra illud quod iam ſuperiùs protulimus, & infrà in vocabulo, Facultates Eccleſiæ, &c. dicetur, ſic ſtatuit Concilium MOGVNTINVM II. cui Rabanus Præſul Moguntinus præſedit, can. 6. *Quiſquis ſuis in ſuperbia elatus domum Dei ducit contemptibilem, & poſſeſſiones Deo conſecratas atque ad honorẽ Dei ſub regia immunitatis defenſione cõſtitutas inhoneſte tractauerit.* (Vide & infrà, Facultatum Eccleſiæ inuaſores, &c.) *vel infringere præſumpſerit, quaſi inuaſor & inuiolator domus Dei, excommunicetur. Decet etiam ut indignationem ipſius Domini regis ſentiat, cuius beneuolentiæ contemptor & conſtitutionis præuaricator extitit. Nihilominus tamen rex ſua conceſſionis immunitatem ab omnibus ditioni ſuæ ſubiectis illæſam conſeruari præcipiat. Aſſenſum verò non præbeat improuidè affirmantibus non debere eſſe res dominicas, id eſt, Domino dominantium deditas, ita ſub defenſione regis ſicut propria ſua ſunt hæreditates, magiſque aduertat, quia quanto Deus excellentior eſt homine, tanto præſtantior eſt diuina cauſa mortalium poſſeſſione. Quocirca decipitur, quiſquis plus in proprijs quam in dominicis rebus gloriatur, quarum diuinarum rerum defenſor & cuſtos dominicus ſtatutus, diligenti cura nõ ſolum eas ſeruare, ſed etiam multiplicare debet, magiſque illa quæ diximus præſtantiora, quàm ſua defendere illum oportet & augmentare. Si quis igitur inſanus importunitate improbitatis ſuæ regem a recto propoſito auertere tentauerit, nulliſq; remedijs mitigari poſſe viſus fuerit, licet obſequijs aliquibus tranſitorijs ſit neceſſarius abijciendus ab eo proijciendusque eſt, iuxta illud Euangelicum: Si pes, manus, oculuſve tuus ſcandalizet te, erue eum, & proijce abs te.* Vide infrà, Facultatum Eccleſiæ inuaſores, &c. Monachorum immunitas Immunitatẽ porrò Eccleſiarũ ſic cõfirmat CAROLVS IVNIOR in Concilio Meldenſi, c. 1. *De honore* (ait) *& cultu Dei atque ſanctarum Eccleſiarum, decreuimus, ut ſicut tempore Prædeceſſorum noſtrorum exculta & honorata atque rebus ampliata fuerunt, ita permaneant. Et quæ à noſtra liberalitate honorantur atq; ditantur, de cætero ſub integritate ſui ſeruentur, & ſacerdotes ac ſerui Dei, vigorem Eccleſiaſticum, & debita priuilegia, iuxta venerandam authoritatem obtineant. Eiſdem verò regalis poteſtas & illuſtrium virorum ſtrenuitas ſeu Reipublicæ adminiſtratores, ut ſuum miniſterium competenter exequi valeant, in omnibus rationabiliter & iuſtè concurrant.* Hinc Principi Patres præfati Concilij Meldenſis cap. 19. ſupplicant, & petunt vt ab Eccleſijs, indebitæ conſuetudines, & iniuſtæ exactiones, ſicut ordo docet canonicus, tollantur. Et cap. 81. eadem immunitas, & ius à rege impetratur, atque cap. 83. & reliquis confirmatur. Eandem immunitatem adhuc conceſſit, exiſtens in SVESSIONENSI Concilio apud ſanctum Medardum PIPINVS Rex ad ſup-

Vide qualiter vnum conciliũ aliud cõfirmet.

Concilium Moguntinũ 1 Nicolaus 1.

Concilium in Palatio Vernis celebratum.

Concilium Moguntinum 2 ſub Ludouico Pio. Immunitates Eccleſiæ & libertates violari prohibentur. Ludouicus Pius Imperator ſcil.

Carol. Iunior rex Francorum anno 845.

Concilium Sueſſionenſe apud S. Medardum anno 853.

plicationem patrum ibidem exiſtentium. Sed &

Ludouicus 2. Imperator. Concilium Ticinenſe.

LVDOVICVS II. IMPERATOR in Auguſtali aula ſedens in Concilio TICINENSI ad preces patrum ita ſtatuit. *Statuimus, vt Eccleſia Dei per totius regni noſtri fundata terminos ſub noſtra immunitatis tuitione, ſicuti cum rebus & familiis permaneant, ceu prædeceſſorum noſtrorum piiſſimorum Auguſtorum temporibus fuiſſe probantur, earumque rectores propriis vtantur priuilegiis, & Monachi per ſua cœnobia regularem teneant ordinem. Similiter & clerus omnis proprio fungatur miniſterio, nemine moleſtante noſtri terroris formidine.* Idem & in Concilio

Concilium Narbonenſe ſub S. Ludouico.

NARBONENSI cap. 8. ſub S. LVDOVICO REGE de immunitate Eccleſiarum, & libertate clericorum eadem quæ ſuperius ſtatuunt, & decernitur, vt nullis pædagiis aut exactionibus grauentur, vt ſuprà in dictione, clericus & infrà, exactio, dicetur. Hinc etiam BENEDICTVS

Benedictus papa vndecimus.

II. in extrauaganti quæ incipit. *Quod olim per felicis recordationis Bonifacium Papam prædeceſſorem noſtrum contra laicos exigentes ſiue recipientes à clericis & Eccleſiaſticis perſonis tallias, decimam, & aliam quotam, &c.* Omnino prohibet fieri ſuper Eccleſiam, & cætera, quæ immunitati eius contraria ſunt, vt ſuis locis, exactio, pædagium, &c. rel. dicetur. Sed &

Fredericus 2. Carolus 4 Imperatores.

FREDERICVS II. & CAROLVS IV. Imperatores immunitatem & libertatem Eccleſiis conceſſerunt, grauiſſimis illos pœnis & multis ſubucientes, qui Eccleſiæ bona vel miniſtrorum contingere, rapere, vel exactionibus opprimere præſumerent, vt dicetur in vocabulo exactio. Eorum autem decreta & edicta

Concilium Baſileenſe generale. Concilium Coloníenſe 3.

allegant patres Concilij BASILEENSIS in Karolina. Porrò Concilium COLONIENSE III. partis 9. capite 20. ſic docet: *Immunitas Eccleſiaſtica vetuſtiſſima res eſt, iure pariter diuino ac humano introducta, quæ in duobus potiſſimum ſita eſt. Primum vt clerici illorumque poſſeſſiones & bona à vectigalibus & tributis aliiſque muneribus laicis libera*

Immunitas in duobus conſiſtit.

ſint. Nam (vt de libertate leuitarum ſileamus) non temere refert ſcriptura, Pharaonem totam terram Egypti ſibi tributariam feciſſe, præter terram ſacerdotum

Gen. 47.

& poſſeſſiones quæ à rege traditæ fuerant eis, quas vendere non ſunt compulſi. quin potius ipſis etiam ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. Deinde ne rei criminis ad Eccleſias fugientes inde violenter ex-

Qui ab Eccleſia nō tueatur & ad eius gemitum conuolarunt.

trahantur, exceptis publicis latronibus qui per induſtriam proximum occiderint, ac nocturnis depopulatoribus agrorum, qui itinera obſident aggreſſionum inſidiis. Denique his qui ſub immunitatis ſpe in Eccleſiis ac cœmeteriis delinquunt. Quod ſi a confugientibus ad Eccleſias paria his commiſſa ſint crimina, quæ Reipublicæ referat puniri, tantiſper ſaltem debet ſecularis poteſtas à manuum iniectione abſtinere, donec Eccleſiæ conſulat officiales, ne deuenire neceſſe ſit ad ceſ-

Interdictū cur Eccleſia ſit.

ſiones à diuinis & interdicta, quæ viſum eſt anteceſſoribus noſtris ob violationem huiuſcemodi immunitatis, editis conſtitutionibus promulgare. Vide infrà

Concilium Treuirenſe 1.

Porrò Concilium TARVISIENSE I. capite vltimo, grauem iubet inferri vltionem his qui ſeculari potentia freti, libertatem & immunitatem

Violatoribus immunitatis eccleſiæ quæ cenſura infligatur. Concilium Auguſtenſe.

Eccleſiaſticam violare præſumpſerint. Quibus etiam & Concilium AVGVSTENSE I. cano. 19. ſacroſanctam communionem denegari iubet, niſi emendauerint, quod confirmat etiam poſtea

Concilium Moguntinum 4. Concilium Treuirenſe 2.

Concilium MOGVNTINVM IV. capite 76 & Concilium TREVIRENSE II. capite 18. omnino eadem decernit. ſed & irrita ea vult ſtatuta eſſe, quæ contra libertatem Eccleſiæ Potentatus & magiſtratus facere præſumpſerint. & ſta-

A tuentes decernit inhabiles ad omnem actum legitimum in Eccleſia ſaluis pœnis contra tales in generali Concilio promulgatis. Eſt autem ſic

Conſtitutiones & edicta Principum & Magiſtratuum contra immunitatem Eccleſiæ, irrita decernūtur & eorundē pœnæ qui ſtatuerint. Concilium generale Lateranenſe patrum 1214.

generalis Concilij LATERANENSIS ſub Innocentio tertio, decretum tale capite 44. *Cum laicis quamuis religioſis, diſponendi de rebus Eccleſiaſticis nulla ſit attributa poteſtas, quos ſubſequendi manet neceſſitas, non authoritas imperandi. Dolemus ſic in quibuſdam ex illis refrigeſcere charitatem, quòd immunitatem Eccleſiaſticæ libertatis, quam nedum ſancti patres, ſed etiam principes ſeculares multis priuilegiis munierunt, non formidant ſuis conſtitutionibus, vel potiùs confictionibus impugnare, non ſolùm de feudorum alienatione, ac aliarum poſſeſſionum*

B *Eccleſiaſticarum, & vſurpatione iuriſdictionum, ſed etiam, de mortuariis, nec non & aliis, quæ ſpirituali iuri videntur annexa, illicitè præſumendo. Volentes igitur ſuper his Eccleſiarum indemnitati conſulere, ac tantis grauaminibus prouidere, conſtitutiones huiuſmodi, & vendicationes feudorum ſeu aliorum bonorum Eccleſiaſticorum, ſine legitimo Eccleſiaſticarum perſonarum aſſenſu præſumptas, occaſione conſtitutionis laicæ poteſtatis (cum non conſtitutio, ſed deſtitutio vel deſtructio dici poſſit, nec non vſurpatio iuriſdictionum) ſacri approbatione Concilij decernimus, non tenere, præſumptoribus per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendis:* Tum de immunitate Eccleſiæ proſequitur, vt clerici talliis, aut exactionibus non ve-

C xentur, &c. vide exactio Porrò hanc conſtitutionem de immunitate Eccleſiarum, renouat

Bonifacius 8.

BONIFACIVS VIII. vt habes in ſexto decretalium, titulo 23. vbi initio allegat ALEXAN-

Alexander 4.

DRVM IV. ſic conſtituentem: *Quia nonnulli habentes temporale dominium, vel poteſtatis gerentes officium ſecularis, libertatem & immunitatem Eccleſiaſticam lædere ac minuere, tanquam honoris & priuilegij Eccleſiarum inuidi, moliuntur, &c.* lege loco prænotato. Poſt hoc decretum allegat & conſequenter decretum

Gregorius 10.

GREGORII X. in generali Concilio LVGDVNENSI, quod ſic incipit.:

Concilium Lugdunenſe. Pſal. 71.

Decet domum Domini ſanctitudo, decet vt cuius in pace factus eſt locus ſit cum debita venera-

D *tione pacificus, &c.* lege quod ſequitur, nam niſi prolixitatem euitarem, hic inſeruiſſem facillimè. Poſt illa duo decreta, tum prædictus Bonifacius ſuum adiungit, & ſic exorditur eodem titulo. *Clericis laicos infeſtos oppidò tradit antiquitas, quod & præſentium experimenta temporum manifeſtè declarant, dum ſuis finibus non contenti, nituntur in vetitum, ad illicita frena relaxant, &c.* lege per totum, Cuius decretum poſtea

Clemens 5.

CLEMENS V. in generali Concilio VIENNENSI titulo 17.

Concilium Viennenſe.

Clementinarum capite. *Quoniam ex conſtitutione Bonifacij, &c.* Confirmat. Et poſtea CON-

Concilium Cōſtantienſe.

STANTIENSE Concilium ſeſſione decima no-

E na quæ ad calcem Concilij ponitur, præmiſſum Lateranenſe decretum allegat & confirmat. Sed & nouiſſimum Concilium TRIDENTINVM

Concilium Tridentinum.

ſeſſione vigeſima quinta. quæ fuit nona ſub Pio quarto, capite vigeſimo, decreti reformationis, inuitat omnes Principes ad libertatem & immunitatem Eccleſiaſticam tuendam: *Tum (ait) decernit ſancta ſynodus, & præcipit ſacros canones & Concilia generalia omnia, nec non alias Apoſtolicas ſanctiones in fauorem Eccleſiaſticarum perſonarum, libertatis Eccleſiaſticæ, & contra eius violatores editas, quæ omnia præſenti etiam decreto innouat, exactè ab omnibus obſeruari debere. Prætereàque admonet. Imperatorem, Reges, Reſpublicas, Principes, & omnes & ſingulos cuiuſcunque ſtatus & dignitatis*

Exhortatio ad omnes Principes.

exſtiterunt, ut quo largius, bonis temporalibus atque in alios poteſtate ſunt ornati, eò ſanctius quæ Eccleſiaſticæ iuris ſunt, tanquam Dei præcipua eiuſque patrocinio tecta venerentur, nec ab ullis Baronibus, Domicellis, rectoribus, aliiſve Dominis temporalibus ſeu magiſtratibus, maximéque miniſtris ipſorum Principum, lædi patiantur, ſed ſeuerè in eos, qui illius libertatem, immunitatem atque iuriſdictionem impediunt animaduertant. Quibus etiam ipſimet exemplo, ad pietatem, religionem, Eccleſiarumque protectionem exiſtant, imitantes anteriores optimos religioſiſſimóſque Principes, qui res Eccleſiæ, ſua imprimis authoritate ac munificentia auxerunt, ne dum ab aliorum iniuria vindicarunt. Adeoque ea in re quiſque officium ſuum ſedulo præſtet, quo cultus diuinus deuotè exerceri, & prælati cæterique clerici in reſidentiis & officiis ſuis, quieti & ſine impedimentis, cum fructu & ædificatione populi permanere valeant, &c. Vide infrà. exactiu & ſuprà clericus, & Epiſcopus, &c. & Baſilica

Nicolaus 1.

Eccleſiarum manſus & ambitus.] Iam ſuperiùs ex Concilio Toletano 12. aſſignatus eſt, triginta eſſe paſſuum. Verùm Nicolaus I. decreto, quod allegat Gratianus cauſa 12. quæſt. 1. capit. nulla ſic ſtatuit. *Nulla ædificia in atrio Eccleſiæ ponantur niſi tantùm clericorum.* Et altero decreto quod Idem Gratianus allegat cauſa 37. quæſt 4. capite. Sicut ſic ſtatuit. *Sicut antiquitus à ſanctis patribus ſtatutum eſt* (vide ſuprà) *Statuimus, ut maior Eccleſia per circuitum 40. paſſus habeat, capella verò vel minores Eccleſiæ 30. Qui autem confinia eorum confringere tentauerit, aut perſonam hominis, aut bona eius inde ſubtraxerit, niſi publicus latro erit, quouſque emendet, & niſi quod rapuerit, reddat, excommunicetur.* Vide Sacrilegium.

* Concilium Salegenſtadienſe.

Porrò Concilium Salegunſtadienſe cap. 1. ſtatuit, ut ædificia laicorum quæ Eccleſiis adiuncta ſunt auferantur, & nulla in atrio Eccleſiæ ponantur, niſi tantùm presbyterorum. Hinc etiam eſt, quod ſtatuiſſe legitur Concilium Vormatienſe canone 50. & allegat Gratianus cauſa 23. quæſt 8. cap. Sancitum eſt. *Sancitum eſt, ut unicuique Eccleſiæ unus * manſus integer abſque alio ſeruitio attribuatur, & presbyteri in eis conſtituti non de decimis neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de atriis vel hortis iuxta Eccleſiam poſitis, neque de præſcripto manſo, aliquod ſeruitium faciant præter Eccleſiaſticum, & ſi amplius aliquid habuerint, inde ſenioribus ſuis debitum ſeruitium impendant.*

Concilium Vormatienſe.

* Manſus eſt ager iugerum duodecim.

Eccleſia interdicta.] ſuperiori pagina ex Concilio Colonienſi 3. dictum eſt, quia Eccleſia interdicitur propter violationem immunitatis & & libertatis. Alias autem cauſas interdicti ponunt patres Baſileenſis Concilij ſeſſione 20. ut dictione. interdictum, videbis. Tempore autem huiuſmodi interdicti, non licet in eis Eccleſiis diuinum officium perſoluere. ut etiam innuit parte 44. Concilij Lateranenſis Alexander III. capite 9. legato ſuo ſcribens, qui in Eccleſiis interdictis diuina officia celebrabat & eas aperiebat, priuilegio abutens ab Apoſtolica ſede ſibi indulto, mandat ut non niſi ſemel in anno in Eccleſiis interdictis diuina præſumat officia celebrare, aliàs ob præſumptionem arctiùs compeſcendus vide interdictum.

Concilium Baſileenſe.

Alexander 3.

Eccleſiarum demolitores & incenſores.] De talibus dicemus in vocabulo, hæretici ſemper Eccleſiam, & eius miniſtros perſecuti ſunt, &c. Sed in vocabulo incendiarius de talibus agetur. Verumtamen Iulius I. ut allegat ſuo libro 2. decretorum, ſic ſtatuit. *Si quis Eccleſiam combuſſerit, quindecim annos pœniteat, & eam ſtudiosè reſtituat, & pretium pauperibus diſtribuat.* Vide, *Hæreticus & incendiarius, ubi de eiſdem latiùs agetur.*

Iulius 1.

Eccleſia ob ius patronatus obſeſſa.] Vide ius Patronatus.

Eccleſiæ inter Barbaros poſitæ.] Concilium Generale II. quod fuit Conſtantinopolitanum 1. canone 5. *Eccleſias autem Dei quæ ſunt in Barbaricis gentibus conſtitutæ, regere atque adminiſtrare oportet ſecundum conſuetudinem quam à patribus obtinuiſſe dignoſcitur, &c.*

Concilium Conſtantinopolitanum 1. generale 2.

Eccleſiam iuſſus egredi obtemperet.] Concilium Ilerdenſe can. 10. allegatur à Gratiano cauſa 11. quæſt. 3. cap. Qui iubente. *Qui iubente ſacerdote pro quacunque culpa Eccleſiam exire contempſerit, * pro noxa contumaciæ tardiùs recipiatur ad veniam, &c.*

Concilium Ilerdenſe.

* Pro contumacia noxa.

Eccleſiarum Pax] Vide, Pax.

Eccleſiæ atriis non licet arma ſumere.] Vide ſuprà. Arma, &c. & militia, &c.

Eccleſia eſt orationis locus, non confabulationis aut diſſolutionis, quæ in ea prohibentur fieri, ſicut & alia ſecularia negotia, &c.] Hæc omnia breuibus comprehendemus verbis, ſi fieri poteſt. Nec enim licuit in partes ea diſiungere, quæ ſibi quadam cognatione glutinata inhærent. Quantum verò honorem ſemper Eccleſiis antiqui detulerint, in eorum geſtis latius exprimitur, ſed & ipſe Chriſtus ſæpius inculcat, domum Dei, id eſt, Eccleſiam, domum eſſe orationis: & Petrus atque Ioannes orationis cauſa templum aſcendiſſe memorantur. Quod & Philo Iudæus libro de contemplatione ſatis iudicat, cùm Ægyptiacos monachos ſibi conſtruxiſſe templa teſtatur, quibus certis horis Domino laudes perſoluturi conueniebant. Et in vocabulo, officium, Horæ canonicæ, cantus & ſatis hoc exponitur, & in vocabulo, cœtus. Hinc Concilium Arelatenſe I. quod celebratum eſt poſt Nicænum primum ſub Syluestro 1. canone 5. & allegat Gratianus diſtinct. 30. cap. Si quis docet. Et ſi quis extra, &c. *Si quis docet domum Dei (ait) contemptibilem eſſe, & conuentus, qui in ea celebrantur anathema ſit.* Et canone 6. *Si quis extra Eccleſiam ſeorſum conuentus celebrat, & deſpiciens Eccleſiam, ea quæ ſunt Eccleſiæ voluerit uſurpare, non conueniente presbytero iuxta decretum Epiſcopi, anathema ſit.* Idem canone 21. *Domos Dei honoramus & conuentus qui in his fiunt tanquam ſanctos & utiles recipimus, pietatem in priuatis domibus non concludentes, omnem locum in nomine Dei ædificatum honoramus, & congregationem in Eccleſia factam ad utilitatem communem recipimus.* Hinc Euſeb. Cæſar. lib. 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, Eccleſias conſtructas infinitas memorat ad orationis ſtudio vacandum & libro 8. cap. 17. ubi Maximiani tyranni mortem deſcribit, cùm in extremis eſſet, conceſſit ut reædificarentur Eccleſiæ, & Chriſtiani ibidem ſolitis cultibus & obſecrationibus vacantes, etiam pro ipſius ſalute excelſo ſupplicarent Deo. Hinc & Gregorius Nazianzenus oratione nona in obitu Gorgoniæ ſororis ſuæ, illam continuè in templo orationi vacantem deſcribit, & cùm infirmitate detineretur. Eam ſuper altare caput reclinaſſe, atque inde ſanitatem conſecutam, teſtatur. Lege illam orationem, quæ verè pulcherrima eſt. Hinc Ioannes Chryſoſto-

Philo Iudæus

Concilium Arelatenſe 1.

Euſebius Cæſarienſis.

Maximianus Domus orationum reſtaurari permittit.

Gregorius Nazianzenus.

Ioannes Chryſoſtomus.
Neſciw ſi iſta legens Hæreticus, non confunditur, niſi ſit alienatus mente
Cur in templis limine languidi iaceant.

MVS homilia 28. ad populum Antiochenum *Non paruam* (ait) *vigilans habet diſciplinam, & aſſeruiſſe volens etiam ex oratoriis ædibus. Propterea enim & ante Eccleſias & martyrum monumenta pro foribus pauperes ſedent, vt nos ex huiuſmodi ſpectaculo multam capiamus vtilitatem. Conſidera namque quod nobis terrenas ingredientibus regias, nihil huiuſmodi cernere licet, ſed viri & honeſti & ſplendidi, & diuites & prudentes paſſim diſcurrunt. Ad veras autem regias, Eccleſiam dico, & oratorias ædes, & martyrum templa, dæmonibus preſſi, truncati, pauperes, ſenes, cæci, membra præferentes obtorta. Quid hoc tandem? Vt tu docearis ex horum ſpectaculo primum vt ſi quem faſtum extrinſecus trahens ingreſſus es, in illos deſpiciens tumore depoſito & contrito corde, ſic ingrediaris & quæ dicuntur audias. Non enim poteſt*
B
cum ſuperbia orans audiri, vt cùm ſenem videris, non in iuuenta altum ſapias, cùm & hi nunc ſenes, iam fuerint iuuenes, &c. legas. Idem homilia 38. ad populum Antiochenum, ſummum ſilentium iubet in Eccleſia ſeruari, & libro 2. & de conpunctione cordis, qualiter in Eccleſia ſit conueniendum, & cùm quanta alacritate ſtandum. docet ibique omnia vana fugienda & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS ſermone decimo nono, in pſalmum 118. dum illud exponit: *Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, &c.* docet cùm quanta reuerentia in Eccleſia ſit ſtandum: *Noctibus ac diebus* (ait) *ſine vlla ceſſatione recenſete ſcripturas diuinas, quia & ſi quid aliud ſeniorem interrogaueris, neſcit niſi ſcripturæ diuinæ ſeriem reſultare,*

Ambroſius Mediolanenſis.

C
vacat illic ſermo de ſeculo, ſola illic ſcriptura contexitur, ſingulorum ſibi per vices ora ſuccedunt, ne quando ſileat ille ſonus mandatorum cæleſtium ſerietur. Et tu Chriſtiane dormis, cui magiſter eſt Chriſtus, & non vereris, de te dicatur: Populus iſte nec labiis me honorat: Iudæus vel labiis, tu verò nec labiis. Si illius, qui vel labiis honorat, cor longè eſt a Deo, quomodo poteſt cor tuum prope eſſe, qui etiam labiis non honoras? Quandiu te ſomnus, quandiu te ſecularia tenent, quandiu ſolitudo iſtius vitæ, quandiu terrena? &c. Hinc HIERONYMVS STRIDONENSIS libro tertio in epiſtolam ad Epheſios capite quinto, cum illud exponit loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, &c.

Hieronymus Stridonenſis.

D
Audiant hæc adoleſcentuli, audiant hi quibus pſallendi in Eccleſia officium eſt, Deo non voce, ſed corde cantandum: nec in Tragœdorum modum guttur & fauces dulci medicamine colliniendas, vt in Eccleſia theatrales moduli audiantur & cantica, ſed in timore, in opere, in ſcientia ſcripturarum, quamuis ſit aliquis, vt ſolent illi appellare, κακόφωνος, ſi bona opera habuerit, dulcis apud Deum cantor eſt. Sic cantet ſeruus Chriſti, vt non vox canentis, ſed verba placeant quæ leguntur, vt ſpiritus malus qui erat in Saule, eiciatur ab his qui ſimiliter ab eo poſſidentur, & non introducatur in eos, qui de Dei domo ſcenam fecere populorum, &c. Idem

1. Reg. 16.

E
ad Principiam virginem, de vita & obitu Marcellæ epiſtola quæ incipit, ſæpe & multum flagitas. *(Rarò* (ait) *procedebat ad publicum, & maximè nobilium matronarum vitabat domos, ne cogeretur videre quod contempſerat. Apoſtolorum & martyrum Baſilicas ſecretis celebrans orationibus, & quæ populorum frequentiam declinarent.* AVGVSTINVS HIPPONENSIS ſermone de oratione. *Qui in Eccleſia* (ait) *ineptiis & incongruis fabulis occupatur, quaſi venenum & gladium reliquis ingerere vel præbere cognoſcitur, dum verbum Dei nec ipſe audit, nec alios audire permittit. Qui enim talis eſt, & pro ſua, & pro aliorum deſtructione in Die iudicij redditurus eſt*

Auguſtinus Hipponenſis.

A
rationem. Sicut enim fideliter pſallentes, & humiliter ſupplicantes, & pro ſe, & pro aliis quibus exemplum vitæ præbuerunt, accepturi ſunt gloriam: Ita illi qui è contrario non ædificationis, ſed deſtructionis exempla præbuerunt, & pro ſe, & pro aliis paſſuri ſunt pœnam. Lege per totum, quia pulcher eſt ſermo. Hinc Concilium AVRELIANENSE II. ſub Vigilio 1. canone 12. *Ne quis* (ait) *Eccleſiæ votum ſuum cantando, bibendo, vel laſciuiendo diſſoluat, quia Deus talibus votis irritatur potiùs, quam placetur.* Et de ſecularibus negotiis in Eccleſia non tractandis Concilium TVRONENSE III. ſub Carolo Magno & Leone tertio canone 22. & 39. *Placita quidem ſecularia in Eccleſiis, vel in atriis Eccleſiarum, & comitibus vicariiſque vſque modo multis in locis habita, ne vltra fiant, interdi-*

Concilium Aurelianenſe 2. ſub [illegible] deberi [illegible] rege.

Concilium Turonenſe 3.

Secularia negotia in templis exerceri prohibentur.

B
cendum eſt cum authoritate Domini, qui expulſis de templo negociatoribus, aſſeruit debere domum Dei, domum eſſe orationis. Et ſubdit canone 40. *Item interdicatur, ne mercata & placita, vſquam fiant die Dominica, qua oportet omnes Chriſtianos a ſeruili opere in laude Dei & gratiarum actione, vſque ad veſperam perſeuerare.* Vide ſuprà. Dominico die à ſeruili opere ceſſandum. Eadem renouantur in Concilio MOGVNTINO I. ſub eodem principe 37. & 40. & MOGVNTINVM III. ſub Arnulpho Imperatore capite vigeſimo & Concilium LATERANENSE generale ſub Innocentio tertio. capite decimo nono. *Relinqui* (ait) *nolumus incorrectum, quod quidam clerici ſic expo-*

Concilium Moguntinum 1.
Concilium Moguntinum 3.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3.

C
nunt Eccleſias ſupellectilibus propriis & etiam alienis, vt potius domus laica, quam Dei Baſilica videantur, non conſiderantes, quòd Dominus non ſinebat, vt vas transferretur per templum. Portò ne Eccleſia ſit locus confabulationis, Concilium TVRONENSE III. canone 38. & allegatur in præfato MOGVNTINO III. capite vigeſimo primo. *Sacerdotes* (ait) *debent fideles admonere vt quando ad Eccleſiam conueniunt, ſine ſtrepitu ac tumultu eam ingrediantur, in qua etiam quandiu cauſa orationis morantur, nequaquam inanes inter ſe proferant confabulationes, ſed & tempore quo Miſſarum ſolennia celebrantur, non ſolùm ab otioſis & inutilibus verbis, verumetiam à pernicioſis cogitationibus*

Eccleſia nè ſit locus confabulationis.

Hæc ſedulò attende.

D
funditus abſtinendum eſt. Hinc Concilium PARISIENSE III. libro 2. capite 12. prolixo capitulo hæc omnia conprehendit, & allegat ſententiam. BEDAE VENERABILIS homil. 17. de tempore. *Sunt* (inquit) *qui intrantes Eccleſiam multis pſalmodiæ vel orationum ſermonibus prolongant, ſed alibi corde intendendo, nec ipſi quid dicant, recolunt, ore quidem orantes, ſed mentem foris vagantem omni orationis fructu priuantes, putantes à Deo precem exaudiri, quam nec ipſi qui fundunt audiunt. Quod antiqui hoſtis inſtinctu fieri, nemo eſt qui animaduertere nequeat. Sciens enim vtilitatem orandi, & inuidens hominibus*

Concilium Pariſienſe 3.

Beda Venerabilis.

Nec quidem hoc frequentius impletur & parum aduertitur.

E
gratiam impetrandi, immittit hominibus orantibus multimoda cogitationum leuium & aliquando turpium nocentiumque phantaſmata, quibus orationem impediat à Deo vt nonnunquam tales tantoſque diſcurrentium cogitationum fluctus proſtrati in oratione toleremus. Sunt itaque plerique, quibus potius cordi eſt vanis & obſcœnis confabulationibus vacare, quam lectionibus diuinis aurem accommodare, quibus etiam nuſquam tam delectabile videtur eſſe, ſuſurrationes aliorum auribus ingere, cachinnis ora diſſoluere, quàm in Eccleſia Dei. Vbi eum humiliter deuoteque debuerant inuocare, & peccata ſua deflere. Sed & hoc eiuſdem hoſtis antiqui inſtantia fieri, dubium non eſt. Quod autem domus Dei non

Matth. 21. Origenes Adamantius.

ſit huiuſmodi illicitarum actionum, ſed potius orationum locus, Dominus docet in Euangelio dicens: domus mea, domus orationis eſt. Vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Quod & confirmat ORIGENES vbi de velamine Moſis ſcribit (vide dictione oratio) & AVGVSTINVS in homiliis ad populum, vbi reprehendit tales, qui in Eccleſia rixantur (vide etiam ſuprà in dictione canonicus) & diuerſis ſe calumniis aliquoties impugnant, & turpiter ſibi conuicia & crimina dicunt, & calcibus & pugnis inuicem colliduntur, vel etiam ſeculares tractant negociationes, dum diuinas lectiones intentis auribus debent tota pietate ſuſcipere: *Melius* (inquit) *fuerat talibus ad Eccleſiam non venire, quam ibi contra ſe diuinam iram prouocare.* Et ſubiungit præfatum Concilium. *Quapropter ſummopere omnibus fidelibus procurandum eſt, vt nihil in Eccleſia inhoneſtum, aut cogitatione, aut dicto, aut facto gerant, ne fortè peccatis, pro quibus abſoluendis confluxerant, peccata accumulantes, non abſolutionem peccatorum acquirant, ſed magis funes, quibus quodammodo ligentur, ſibi accumulent, &c.*

Augustinus Hipponenſis.

A

B

Concilium Conſtantinopolitanum 3. quod eſt generale 6. in Trullo.

Hinc etiam Concilium GENERALE VI. quod Conſtantinopolitanum eſt 3. canone 88. tantùm honorem vult ſacris ædibus deferri, vt vetet etiam, ne iumenta in ſacram ædem introducantur, niſi immineat grandis neceſſitas, vt ſi forſam inſequeretur aſcenſor, & vt iumentum ſeque ſaluum faciat, licitè in Eccleſiam intrabit, aliàs non. Idem canone 76. ſtatuit, ne intra ſanctos ambitus cauponatoriam officinam ſtatuant, vel aromatum ſpecies proponant, vel alias venditiones faciant, ſuam venerationem Eccleſiis ſeruantes, exemplo Chriſti, qui è templo nummulariorum æs effudit, &c. Sed & canone 97. prohibet, ne viri cùm vxoribus in templis cohabitum, & contemptum in eis afficiantur, ſed extrudantur & grauiter puniantur, &c. Hæc & alia, quæ ſuperius dicta ſunt, confirmat Concilium SALEGVSTADIENSE ſub Benedicto 8. & Henrico 2. capite nono hinc & allegatur in ſexto decretalium compilato à Bonifacio 8. decretum Concilij LVGDVNENSIS III. generalis ſub Gregorio decimo, titulo 23. de immunitate Eccleſiarum: *Ceſſent* (inquit) *in locis illis vniuerſitatum & Societatum quarumlibet Concilia, Conciones, & publica Parlamenta. Ceſſent vana & multò fortius fœda & profana colloquia. Ceſſent confabulationes qualibet. Sint poſtremò quæcunque alia, quæ diuinum poſſunt perturbare officium, aut oculos diuinæ maieſtatis offendere, ab ipſis prorſus extranea, ne vbi peccatorum eſt venia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio, aut deprehendatur peccata committi. Ceſſent in Eccleſiis earumque cœmeteriis, negotiationes, & præcipuè nundinarum ac fori quinſcunque tumultus, omnis in eis ſecularium iudiciorum ſtrepitus conquieſcat. Nulla ibi cauſa per laicos criminalis maximè agitetur: ſint loca eadem à laicorum cognitionibus aliena.* Hinc etiam Concilium BASILEENSE generale ſeſſione 21. prohibet cantilenas ſeculares cantari in Eccleſia, *& illum abuſum tolli in quibuſdam Eccleſiis frequentatum quo certis annis celebritatibus nonnulli cùm mitra baculo ac veſtibus Pontificalibus, more Epiſcoporum benedicunt, alij vt Reges ac duces induti, quod feſtum fatuorum vel innocentium ſeu puerorum, in quibuſdam regionibus nuncupantur, alij laruales & theatrales iocos, alij choreas & tripudia marium ac mulierum facientes, homines ad ſpectacula & cachinnationes mouent. Alij commeſſationes & conuiuia ibidem præ-*

Concilium Salegustadienſe.

Concilium Lugdunenſe generale ſub Gregorio 10.

C

D

E

Concilium Baſileenſe generale.

Vide etiam infrà in vocabulo Epiſcop. hiſtrionico more non fingendus.

parant. hæc ſancta ſynodus deteſtans, ſtatuit & iubet tam ordinariis, quàm Eccleſiarum decanis & rectoribus ſub pœna ſuſpenſionis omnium prouentuum Eccleſiaſticorum trium menſium ſpatio, ne hæc aut ſimilia ludibria, neque etiam mercantias ſeu negociationes nundinarum in Eccleſia, quæ domus orationis eſſe debet, ac etiam cœmeterio exerceri amplius permittant, transgreſſoreſque per cenſuram Eccleſiaſticam, aliaque iuris remedia punire non negligant. Omnes autem conſuetudines, ſtatuta ac priuilegia quæ his non concordant decretis, niſi fortè maiores adiicerent pœnas, irrita eſſe hæc ſancta Synodus decernit. Eadem omnino renouat, allegans & præfatum Lugdunenſis Concilij decretum ſub Gregorio decimo Concilium SENONENSE ſub Antonio à prato capite decimo ſexto ſuarum conſtitutionum, vbi & inhibet, ne confabulationum ſtrepitu diuinum impediatur officium, aut oculi diuinæ maieſtatis offendantur, ne vbi peccatorum eſt venia poſtulanda ibi peccandi detur occaſio, aut deprehendantur peccata committi. Inhibet etiam ne hiſtriones aut mimi intrent Eccleſiam, ad pulſandam tympano, cithara aut alio inſtrumento muſicali, neque in Eccleſia aut iuxta Eccleſiam ſuis pulſent inſtrumentis. Prohibet etiam ne deinceps fiat feſtum fatuorum, aut innocentium, neque erigatur decauatus patellæ. Vide, officium diuinum. Eadem quoque renouat Concilium COLONIENSE III. parte tertia, capite 24. 25. & 26. vbi & tribunalia in Eccleſiis fieri prohibentur, & deambulationes in Eccleſiis interdicuntur, atque præcipitur, ne Theatrales ludi Eccleſiis inferantur. Iterum & Concilium MOGVNTINVM IV. capite 73. prohibet ne fiant otioſæ deambulationes & confabulationes in Eccleſiis inter diuina. Vide plura in vocabulis, officium, oratio Pſallere, &c.

Nundinas ſeperi illa conſuetudo apud nos.

Matth. 21. Marc. Luc. 19.

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato Cardinali.

Concilium Colonienſe 3.

Concilium Moguntinū 4.

Eccleſiæ conſecrandæ in nomine martyrum. Vide Baſilica

Eccleſia ſanguine vel ſemine polluta.] Diximus de hac materia ſuperius in vocabulo, dedicatio an iteranda, &c. Verumtamen quia ibidem polliciti ſumus nonnihil de Eccleſiis pollutis ſanguine vel ſemine dicturos, idcirco breuiter Patrum decreta recenſebimus, Sic quippe HYGINVS I. vt allegat Gratianus de conſecratione diſtinctione 1. cap. omnes Baſilicæ, &c. dum de iteranda conſecratione loquitur, vt ſuperiori loco notauimus, etiam hoc adiungit: *Si homicidio, vel adulterio Eccleſia violata fuerit diligentiſſimè expurgetur.* Alibi additur, *Et iterum conſecretur.* Hinc decreto ſubſcribit ALEXANDER III. ſcribens Carnotenſi Epiſcopo, & ponitur parte 50. Concilij Lateranenſis ſub eodem celebrati cap. 21. *Significaſti nobis, quendam presbyterum cum altera ſua coniuge diabolico inſtinctu in Eccleſia frequenter, ſicut aſſeris, dormiuiſſe. Hoc ſi verum probatur, iuxta ſanctorum Patrum decreta volumus, vt condignam pœnitentiam adulteræ præfata impones, Eccleſiam prælibatam per aſperſionem aquæ ſanctificandæ reconcilies. Sacerdos autem purgatione indicta canonica, ſi ſe purgare non potuerit, ab officio ſuſpendatur, &c.* Hinc & CLEMENS III. Saguntino Epiſcopo allegatur parte 50. prædicti Concilij Lateranenſis cap. 67. *Eccleſias* (ait) *quæ ſanguinis vel ſeminis ſunt effuſione pollutæ, conuocatis clericis conuocatis, cum proceſſione & aqua benedicta aſperſione prout in ordinario habetur aſcriptum, poteris emundare.* Et BONIFACIVS VIII. 6 decretalium ti-

Eccleſia polluta reconcilianda.

Hyginus

Alexander 3.

Clemens 3.

Cœmeteria polluuntur cũ Eccleſia, ſi contigua ſunt eidem aliàs non, & non è conuerſo, vt Eccleſia polluatur ſi cœmeteriũ eſt pollutum.

mlo 21. de conſecratione Eccleſiarum cap. vnico: *Si Eccleſiam (ait) pollui ſanguinis aut ſeminis effuſione contingat, ipſum cœmeterium, ſi contiguum ſit eidem, cenſetur eſſe pollutum. Vnde antequam reconciliatum fuerit, non debet in eo aliquis ſepeliri. Secus, ſi remotum fuerit ab eadem. Non ſic quoque in caſu conuerſo ſentimus, vt videlicet polluto cœmeterio (quamuis Eccleſiæ contiguo) debeat Eccleſia reputari polluta, ne minus dignum maius, aut acceſſorium principale ad ſe trahere videatur. Non vnum ſed plura cœmeteria eſſe noſcuntur, quæ quamuis ſibi cohærentia, pariete tamen medio ſeiunguntur. Ideoque violato eorum altero, alterum (licet de vno ad alium per portam intermediam habeatur acceſſus) non propter hoc reputabitur violatum.* Porrò eadem renouat Concilium Coloniense II. parte 9. cap. 17. de reconciliando templo aut cœmeterio ob ſeminis emiſſionem & enormem ſanguinis effuſionem: *qui mos (ait) ex leuitico ſuam originem trahit*, non tamen omnis pollutio vel ſeminis emiſſio hanc reconciliationẽ requirit, ſed tantùm publica, vel per rei euidentiam, vel ſaltem per famam. Quòd ſi occulta ſit contaminatio, quæ etiam baptiſmi ac pœnitentiæ ſacramentis nõ remoratur, ſolennitas non exigitur quòd ratio reconciliationis in occultis non habeat locum. *Fit autem hæc reconciliatio, non quòd templum reuera polluatur. Eccleſia enim cum ſancta ſit, coinquinari non poteſt, imò ipſius loci ſanctitas infamiam loci abolet. Sed cùm templum locus ſit, vbi delictorum venia poſtulatur, vbi ſalutaris hoſtia pro peccatis immolatur, vbi Deo laudes exoluuntur, vbi tutela refugij eſſe debet, fit vt ſcandalum, horror atque abominatio turpitudinis & peccati ibi commiſſi propoſitum quoque & voluntas lethaliter delinquentis in cauſa ſint, vt ſacer locus reconcilietur, idque ad exemplum & terrorem, vt videntes locum ſacrum ſeu inanimatum templum nullo peccato obnoxium lauari & purificari, delicti horrore concutiantur, & recogitent quantum pro expiatione delictorum viuo Dei templo ſit elaborandum. Sic Chriſtus & ementes & vendentes è templo eiecit, flagello facto de funiculis, ipſos acerrimè corripiens, ac dicens, domus mea, domus orationis vocabitur. Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum, aliud quidem agens, aliud verò innuens.* Vide dedicatio. &c.

Concilium Colonienſe 3.

Leuiticl 14. & 15.

Nota exceptionem.

Cur ſit reconciliatio.

Matth. 21. Ioan. 2.

EGENVS.

Egeni vt curandi & fouendi.] Vide. Pauper, &c.

ELECTIO.

De electionibus] Epiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum, Diaconorum, & Sacerdotum, & Diaconiſſarum, & ſimilium, in ſuis quibuſque vocabulis reponitur patrum ſententia, vt opportunius cuique occurrant cuncta. Quantum autem ad vocabulum generale ſpectat, hic oportuit ſic patrum decreta colligere.

Electio à quibus debeat fieri.] Concilium LAODICENVM canone 13. & allegat Gratianus diſtinctione 63. cap. Non eſt: *Non eſt permittendum turbis electiones eorum facere, qui ſunt ad ſacerdotium prouehendi.* Hoc decretum ſtatim in initio ſui collectorij ponit MARTINVS BRACARENSIS Epiſcopus. verùm vide in vocabulo, Epiſcopus à quibus & qualiter eligatur, & Laicus, &c. & ſequentem.

Concilium Laodicenum.

Martinus Bracarenſis.

Electio qualiter fiat per ſcrutinium.] Concilium LATERANENSE generale ſub Innocentio 3. patrum 1215. cap. 24. *Quia propter electionum formas diuerſas, quas quidam inuenire conantur, & multa impedimenta proueniunt, & magna pericula imminent Eccleſiis viduatis ſtatuimus vt cum electio fuerit celebranda præſentibus omnibus, qui debent, & volunt, & poſſunt commodè intereſſe, aſſumantur tres de collegio fide digni, qui ſecretò & ſigillatim voces cunctorum diligenter exquirant, & in ſcriptis redacta mox publicent in communi, nullo prorſus appellationis obſtaculo interiecto, vt is collatione adhibita eligatur, in quem omnes, vel maior, vel ſanior pars capituli conſentit, vel ſaltem eligendi poteſtas, aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium Eccleſiæ viduatæ prouideant de paſtore. Aliter electio facta non valeat, niſi fortè communiter eſſet ab omnibus quaſi per inſpirationem diuinam, abſque vitio celebrata. Qui verò contra prædictas formas eligere attentauerint, eligendi ea vice poteſtate priuentur. Illud penitus interdicimus, ne quis in electionis negotio procuratorem conſtituat, niſi ſit abſens in eo loco, de quo debeat aduocari iuſtoque impedimento detentus, venire non poſſit, ſuper quo, ſi fuerit opus, fidem faciat iuramento, & tunc ſi voluerit vni committat de ipſo collegio, vicem ſuam. Electiones quoque clandeſtinas reprobamus. ſtatuentes vt quàm citò electio fuerit celebrata, ſolenniter publicetur.* De electione iſta plura lege decreta à BONIFACIO VIII. in ſexto decretalium titulo ſexto poteris viſitare. Præterea de electionibus & confirmationibus Epiſcoporum & prælatorum, patres Concilij CONSTANTIENSIS ſtatuunt ſeſſione 12. *Vt non obſtantibus priuilegiis quibuſcunque electio fiat ab Eccleſia & collegio, nec ſummus Pontifex licet ius habeat confirmandi, electiuarum dignitatum reſeruationem ſibi prætendat quin imò cedat electioni & in ſua aſſumptione profiteatur, decretum hoc inuiolabiliter obſeruare. Et quoniam tales oportet eſſe prælatos, qui tanquam columna & baſes ipſam Eccleſiam doctrina & meritorum viribus firmiter ſuſtentant, hi ad quos ius pertinet eligendi, omnem curam adhibeant, vt dignam coram Deo & hominibus electionem faciant, exactamque prorſus apponant ſolicitudinem, vt tales eligant qui tanto officio valeant ſatisfacere: ſcientes quòd ſi vel doloſè, vel negligenter, ac timore Domini poſtpoſito, in re tam graui ſe geſſerint, ſicut authores erunt, & cauſa malorum paſtorum, ita participes fient pœnarum, quas ipſi mali paſtores in diſtricto Dei iudicio patientur. Et cùm humanæ fragilitatis conatus nihil ſine omnipotentis Dei ſuffragio queat efficere, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum deſcendit, adueniente die electionis. Hi ad quos Pontificis vel abbatis ſpectat electio, in Eccleſia conueniant magna cùm deuotione. Miſſam de Spiritus ſancto audituri, quem humiliter exorabunt vt eos ad dignum eligendum paſtorem inſpirare dignetur. Et vt eo facilius hanc gratiam obtinere mereantur, quo deuotius ad actum electionis accedant, contriti & confeſſi ſacramentum Euchariſtiæ reuerenter ſuſcipient. Ad locum verò electionis ingreſſi, pro quocunque prælato qui per electionem aſſumitur, iurabunt in manibus eius qui capitulo præſidebit, & ipſe præſidens in manibus eum immediatè ſequentis. Ego N. iuro & promitto omnipotenti Deo, & tali ſancto vel ſanctæ, ſub cuius vocabulo dedicata eſt Eccleſia, eum eligere, quem credam futurum Eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus vtiliorem, nec illi vocem dare, quem veriſimiliter ſciuero promiſſione, aut datione alicuius rei temporalis, ſeu precè per ſe, aut aliud interpoſita, aut aliàs qualitercunque directè vel indirectè pro ſe electionem procurare. Idem iuramen-*

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3.

Cùm hæc ſcriberem in noſtro monaſterio Pariſienſi obiit 20 die Octobris, ſub horam nonam matutinam, Reuerendus P. F. Stephanus Tâponet Prouincialis electus & confirmatus die 9. Aprilis eodẽ anno ſc. 157[illegible], cuius anima in pace requieſcat.

Bonifacius 8.

Concilium Conſtantienſe

Iacob. 1.

Hæc eligendi forma non ſolùm Epiſcopus reſpicit, ſed & paſtores & Abbates.

Proteſtatio eligentium.

tum praſtet confiteaturque & communicet, qui conſti-
tuit procuratorem ad eligendum certam perſonam.
Nec non & procurator generaliter ad eligendum con-
ſtitutus in caſibus in quibus ſecundum iuris communis
diſpoſitionem in huiuſmodi electionis negotio procu-
rator conſtitui poteſt. Quod etiam iuramentum pra-
ſtetur ab his in quos continget ſuper electione futuri
pralati fieri compromiſſum, qui etiam confiteri & com-
municare teneantur. Quod ſi pradicta non fecerint, pro
illa vice eligendi ſint ipſo iure poteſtate priuati, dein-
de eligant in prafatum pralatum virum atatis legiti-
ma, moribus grauem, literarum ſcientia praditum, in
ſacris ordinibus conſtitutum, & alias idoneum ſecun-
dum canonicas ſanctiones. Quod ſi aliter & de alia

Qualis eſſe debeat, qui eligendus eſt.

perſona, quàm vt pradictum eſt, aut per Simoniacam
prauitatem electionem fieri contigerit, electio ſit ipſo
iure irrita & inanis. Et ſic Simoniacè eligentes prater
alias pœnas perpetuò ſint ipſo facto iure eligendi priua-
ti. Alij vero canonicis pœnis ſubiaceant. Simoniacè
autem electi & qui eiuſmodi Simoniace electionis par-

Simoniacè eligentes, & electi excommunicantur.

ticipes fuerint, taliterque eligentes & confirmati, in
horrorem tanti criminis pœnam excommunicationis
incurrant, a qua niſi per Romanum Pontificem pra-
terquam in mortis articulo abſolutionis beneficium
obtinere non poſſint, nec adhuc à tali reatu & excom-
municatione electi & confirmati abſolui poſſint, niſi
Eccleſias & dignitates ad quas turpiter aſſumpti ſunt,
liberè reſignauerint, & ad eas obtinendas quas nefario
ingreſſu adepti ſunt, perpetuò reddantur inhabiles.
Idem Concilium iterum ſeſſione 23 eadem reno-
uat, de electione decreta, vbi & reſeruationes quę
fiunt per ſummos Pontifices & quibuſcunque
Eccleſiis, quibus tam per electionem quàm colla-
tionem aut aliam diſpoſitionem prouideri ſolet,
omnino abolent vide ſuprà, annata. Eadem quo-

Leo 10. Concilium Lateranenſe ſub eodem.

que decreta confirmat Leo Decimvs in
Concilio Lateranenſi, quod celebrauit ſeſſione
11, vbi & Pragmaticam ſanctionem in regno Frā-
ciæ exterminat. vide Pragmatica ſanctio Inſuper

Concilium Colonienſe 3.

Concilium Coloniense II. parte 1. cap. 7.
Præcedentia decreta confirmat, & cap. 8. electo-
res admonet. *Vt talem praficiant qui officio credito*
ſatisfacere poſſit, virum atatis legitima, moribus gra-
uem, literarum ſcientia praditum atque in ſacris ordi-
nibus conſtitutum, ſcientes ipſis in re tam graui, vel
dolo vel negligenter agentibus, non minorem quàm
malis illos paſtoribus ac pralatis, quos ipſi prafecerint,
in diſtricto Dei iudicio imminere pœnam. Neque enim
impune peccatur in Spiritum ſanctum, qui in omni
electione vt author inuocatur, neque multum permit-
tet Deus, ſi quis iureiurando quod ſub electionem pra-
ſtatur fruſtra nomen Domini vſurpauerit: vt omitta-

Deus 5. Concilium Auguſtenſe.

mus pœnas canonicas, qua perperam eligentes manent.
Eadem confirmat Concilium Avgvstense
ſub Othone Cardinali. Quin & Concilium Tri-

Concilium Tridentinū nouiſſimum.

dentinvm generale nouiſſimum ſeſſione 25.
quæ fuit 9. ſub Pio 4. cap. 6. decreti de regulari-
bus agit de electione abbatum, abbatiſſarum, &
Generalium, quæ debet fieri per ſecreta vota, vt
habes in dictione. abbas, ſuprà & abbatiſſa, &c.
denique hęc Epiſcoporum & abbatum atque ge-
neralium electio fieri iubetur. cùm primum va-
cauerint ſedes, in conſtitutionibus Francisci
II. & Caroli IX. Regum Franciæ Aureliæ editis.
Oro te (lector) vide hinc in dictione. Epiſcopus à
quibus & qualiter eligatur, &c. & ſequentem.

Credo quòd hi qui fauore & extorſione vocum, prece aut pretio procedunt, non minori ſubdendi ſint pœnæ.

Electio non Simoniacè aut muneribus procuranda.] Parum o lector reflecte oculum
ad præcedentem locum vbi ex Concilij Conſtan
tienſis decreto tales excommunicantur qui Si-

A moniacè eliguntur, & electi fuerint. Lege & in vo-
cabulo, Simonia, & hinc eſt, quòd Alexan-

Alexander 3.

dri III. in Concilio Lateranenſi quod cele-
brauit parte 2. cap. 15 narrat de quodam, qui E-
pantum ambiens Ceronienſem, muneribus cor-
rupit, & pecunia & promiſſionibus. Clericum &
Archidiaconum, prioratus promittens antequam
eſſet electus, vt eius electioni conſentirent. Vnde

Concilium Lateranenſe ſub Alexand. 3.

in eodem Concilio Lateranensi ſtatutum
eſt. *Vt ſi hoc eſſet notorium, Archidiaconum illum &*
clericum ob illam cauſam tam iniquam & deteſtabi-
lem, promiſſam rem accepiſſe, aut ſi exinde confeſſi fue-
rint, ut iure vel legitime poſſint ab aliquibus conuinci,
ab altaris miniſterio deponantur. Si verò id manife-
ſtum non eſt, nec inde conuicti vel confeſſi fuerint, &
tamen poſtea laborant infamia, eis canonica purgatio
B *debet indici, ut quaſi defecerint, tanquam tanti ſceleris*
authores ſint puniendi, & qua ab Epiſcopo receperunt
vt electioni praſtarent aſſenſum, debent Eccleſia ſine
diminutione reſtituere, nec ea ſine graui ſalutis ſua pe-
riculo retinere poſſint. Hinc parte 40. eiuſdem con-

Lucius 3.

cilij. capite 4. citatur Lvcivs III. ſcribens Tu-
ronenſi Archiepiſcopo, vbi præfato Archiepiſco-
po ſuadet, adminiſtrationem Epiſcopalem celeri-
ter & ſponte dimittere. eò quòd dum electio eius

Mirum negotium, & noſtro tempore piè factum.

fieret & pauci contradicerent, quidam amicus de
conſcientia & voluntate ipſius certæ quantitatis
munus exoluit ei, qui magiſter diſcordiæ videba-
tur. Et ideo tanquam Simoniacè electus memor
fieri iubetur Euangelici verbi. *Nil prodeſt homini*

Matth 16. Marc 8.

C *ſi vniuerſum mundum lucretur, anima verò ſua detri-*
mentum patiatur. De electione verò ſummi Ponti-
ficis quæ Simoniaca prauitate procurata fuerat,

Iulius 2. Concilium Moguntinū 4.

ſtatuit multa Ivlivs II. ſeſſione 5. Concilij La-
teranenſis quod celebrauit. vt dicemus in voca-
bulo Papa, &c. Prætereà Concilium Mogvn-
tinvm IV. canone 91. prædicta omnia reno-
uando, ſtatuit vt electio quæ fuerit per Simoniam
practicata, irrita habeatur, & electus beneficio
priuetur. Lege in ſexto Decretalium, titulo ſexto,
de electionibus, & infrà dictione, Epiſcopus, &
Papa, & ſequentem.

Electio ſanioris partis præferatur.] Hoc
iam priori diſtinctione innotuit ex generali La-
D teranenſi Concilio ſub Innocentio III. & infrà
in dictione, Papæ electio, repetetur. verumtamen
quod reſtat, paucis abſoluendum eſt. Itaque Con-

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

cilium Lateranensa ſub Alexandro III.
cap. 16. part 1 & allegatur io ſenſu à Gratiano, di-
ſtinct. 19. & 65. *Cum cunctis* (ait) *Eccleſiis, quod*
pluribus & ſenioribus fratribus viſum fuerit, incun-
ctanter debeat obſeruari, graue nimis eſt & repreben-
ſione eſt dignum, quòd quarundam Eccleſiarum pauci
quandoque non tam de ratione, quam de propria vo-
luntate ordinationem multoties impediunt & ordina-
tionem Eccleſiaſticam procedere non permittunt. Quo-
E *circa praſenti decreto ſtatuimus, vt niſi a paucioribus*
& inferioribus aliquid rationabile fuerit oſtenſum, ap-
pellatione remota ſemper praualeat, & ſuum conſe-
quatur effectum, quod à maiore vel ſanioris parte con-
cilij fuerit conſtitutum, nec noſtram conſtitutionem im-
pediat, ſi fortè aliquis ad conſeruandam Eccleſia ſua
conſuetudinem iuramento ſe dicat aſtrictum. Non
dicenda ſunt iuramenta, ſed potius periuria, qua con-
tra vtilitatem Eccleſiaſticam & ſanctorum Patrum
veniunt inſtituta. Si aliquis huiuſmodi conſuetudines
qua ratione iuuantur, & ſacris conueniunt inſtitutis,
irritare praſumpſerit, donec congruam egerit pœniten-
tiam, à Dominici corporis perceptione fiat alienus
Idem ſtatuit, cap. 17 ſequenti, de electione paro-

Electio Parochi.

Ius patronatus

chi, *Vt ſi plures ſint fundatores, qui in plures vota diffuderint, ille præficiatur Eccleſiæ, qui maioribus iuuatur meritis, & plurium eligitur & probatur aſſenſu. Si autem ſine ſcandalo fieri nequiuerit, ordinet antiſtes Eccleſiam, ſicut melius ſecundum Deum viderit ordinandum. Idem faciat de iure patronatus, ſi de eo quæſtio inter aliquos emerſerit, & cui competat infra treſ menſes non fuerit diffinitum.* Allegatur hoc diſtinct:63.cap Si fortè. Vide Ius patronatus, &c. Hæc quoque confirmat Concilium TRIDENTINVM ſeſſio.25.quæ fuit 9 ſub Pio IV.cap.6. decreti reformat. Vide ſequentia.

Concilium Tridentinū generale nouiſſimum.

Electio ſit libera, non coacta, vi aut metu principum.] Hoc quoque dependet ex ſuperioribus, & latiùs de hac re agitur in dictione, Epiſcopus, Papa, & in 6. Decretalium, titu 6. de electionibus. Veruntamen pauca hîc annectenda cenſuimus. Itaque Cōcilium PARISIENSE II. ſub Pelagio I. cano.8. *Quia in aliquibus rebus conſuetudo priſca negligitur, ac decreta canonum violantur, placuit vt iuxta antiquam conſuetudinem canonum decreta ſeruentur* (vide Epiſcopus) *nullus ciuibus inuitis ordinetur Epiſcopus, niſi quem populi & clericorum electio pleniſſima quæſierit voluntate, non Principis imperio, neque per quamlibet conditionem contra Metropolis voluntatem vel Epiſcoporum comprouincialium ingeratur. Quod ſi per ordinationē regiam, honoris iſtius culmen peruadere aliquis nimia temeritate præſumpſerit, à comprouincialibus loci illius Epiſcopus recipi nullatenus mereatur, quem indebitè ordinatum cognoſcunt. Si quis de comprouincialibus recipere contra interdicta præſumpſerit, ſit à fratribus omnibus ſegregatus, & ab ipſorum omnium charitate remotus. Nam de alijs ordinationibus Pontificum, ita conuenit, vt coniuncti Metropolitanus cum ſuis comprouincialibus Epiſcopis, vel quos vicinos Epiſcopos eligere voluerit, in loco vbi conuenerit, iuxta antiqua canonum ſtatuta, omnia communi conſilio & ſententia decernantur.* Idem omnino poſtea ſtatuit Concilium AVRELIANENSE V. cap.11 vbi dicit, *Quòd ſi Epiſcopus magis per violentiam quàm per decretum legitimum ordinatur, ab adepto pontificatus honore in perpetuum deponatur.* Vide infrà in vocabulo, Epiſcopus non detur inuitis, vel Epiſcopi electio, &c. Hinc & Concilium GENERALE VII. quod dicitur Nicænum II. can.3. *Omnem electionem* (ait) *quæ fit a magiſtratibus Epiſcopi vel presbyteri vel diaconi, irritam manere decernimus, ex canone* (Apoſtolorum ſcilicet 30. Vide Epiſcopatus nō ambitioſè inuadendus, &c.) *dicente, ſi quis ſecularibus magiſtratibus vſus per eos Eccleſiam obtinuerit, deponatur & ſegregetur, & omnes qui cum eo communicant. Oportet enim eum, qui eſt promouendus ad Epiſcopatum, ab Epiſcopis eligi, quemadmodum à ſanctis Patribus Nicæa decretū eſt in canone quarto, qui dicit, Epiſcopum oportet maximè quidem in omnibus qui ſunt in prouincia conſtituti, &c.* Vide Epiſcopus à quibus & qualiter eligatur, &c. Hinc patres Concilij III. PARISIENSIS, libro 3. cap.22. Imperatores admonent, vt in eligendis & conſtituendis Epiſcopis magnum ſtudium & curam adhibeant, ne religio Chriſtiana detrimenti ſui iacturam patiatur. Idem & de cæteris abbatibus & abbatiſſis definiunt. Idem Concilium VALENTINVM GALLIÆ III. cap 6. repetit, vt infrà dictione, Epiſcopus dicetur. Eadem quoque confirmat & renouat Concilium TICINENSE cap.1. Probibens, ne ob propinquitatem vel familiaritatis gratiam, nec propter pecuniarum acceptionem cuilibet ordinetur, iniungens quoque

Pariſienſe concilium 2.

Epiſcopus non detur inuitis, nec eligatur vi, aut metu, ſed liberè.

Concilium Aurelianenſe 5.

Concilium Nicænum 2. generale 7.

Concilium Pariſienſe 3. ſub Ludouico & Lothario Auguſtis.

Concilium Valentinum Galliæ 3.

Concilium Ticinenſe.

A vt primùm quidem ipſius loci presbyteri vel cæteri clerici idoneum ſibi rectorem eligāt, deinde populi qui ad eandem plebem aſpicit, ſequatur aſſenſus. Vide Epiſcopus qualiter eligatur. Præterea NICOLAVS I. vt allegat Gratianus diſtinct 63. grauiter Lotharium Regem increpat: *Relatum eſt* (ait) *nobis quod quicunque ad Epiſcopatum in regno tuo prouehendus eſt, non niſi fauentem tibi permittas eligi. Idcirco Apoſtolica authoritate ſub diuini iudicij obteſtatione iniungimus tibi, vt in Treuirenſi vrbe & Agrippina Colonia nullum eligi patiaris, antequam relatum ſuper hoc noſtro Apoſtolatui fiat.* Hinc Concilium GENERALE VIII. quod dicitur quartum Conſtantinopolitanum,
B can.22. & allegat Gratianus diſtinct 63 cap Nullus, & Adrianus: *Promotiones & conſecrationes Epiſcoporum concordans prioribus concilijs, electione ac decreto Epiſcoporum collegij fieri ſancta hæc & vniuerſalis Synodus definit ac ſtatuit, atque iure promulgat, neminem laicorum Principum vel potentum ſemet inſerere, electioni vel promotioni. Patriarchæ vel Metropolitæ, aut cuiuſlibet Epiſcopi, ne videlicet inordinata hinc & incongrua fiat confuſio vel contentio, præſertim cum nullam in talibus poteſtatem quenquam poteſtatiuorum vel cæterorum laicorum habere conueniat, ſed potius ſilere & attendere ſibi, vſquequo regulariter à collegio Eccleſiæ ſuſcipiat finem electio Pontificis. Si vero quis laicorum ad concertādum vel cooperandum*
C *ab Eccleſia inuitatur, liceat huiuſmodi cum reuerentia, ſi fortè voluerit obtemperare.* Et infrà: *Quiſquis autem ſecularium principum & potentum, vel alterius dignitatis laicus, aduerſus communem & conſonantem atque canonicam electionem Eccleſiaſtici ordinis agere tentauerit, anathema ſit, donec obediat & conſentiat in hoc quod Eccleſia de electione & ordinatione proprij præſulis ſe velle monſtrauerit.* Porrò IOANNES LAZIARDVS Cæleſtinus, lib.3. Epitomæ vniuerſalis hiſtoriæ, cap.122. & eodem tempore etiam PLATINA CREMONENSIS in vita Adriani III. referunt, eundem Adrianū
D anno Domini 885. ad Senatum retuliſſe, ne in creando Pontifice Imperatoris authoritas expectaretur, ſed vt libera eſſent & cleri & populi ſuffragia. Quod quidem inſtitutum à NICOLAO I. priùs tentatum potiùs, quàm inchoatum fuerat. Hinc præfati hiſtoriographi, in vita Leonis IX. teſtantur, quòd cùm ille eſſet Epiſcopus Tullenſis, & miſſus eſſet ab Imperatore Romam, indutus pontificalibus indumentis, vt crearetur ſummus Pontifex, conſilio Abbatis Cluniacenſis, & Ildebrandi, depoſito pontificio apparatu Romam ingreſſus eſt, voce ad id ſuperna concitatus, qui omnium voce eò libentiùs electus eſt, quòd omnem authoritatem eligendorum pontificum, ab
E Imperatore, vt par erat, ad clerum tranſtuliſſet. Sic poſtea Gregorius VII. electus eſt, cuius electionis tenorem Platina præfatus recenſet, atque aſſerit, eundem Pontificem Henrico IV Imperatori abſtuliſſe collationem Epiſcopatuum & beneficiorum. Vide authores memoratos. Porrò vt ad rem reuertamur, Concilium LATERANENSE GENERALE ſub Innocentio III. cap.25. *Quiſquis* (ait) *electioni de eo factæ per ſecularis poteſtatis abuſum conſentire præſumpſerit contra canonicam libertatem, & electionis commodo careat, & ineligibilis fiat, nec abſque diſpēſatione poſſit ad aliquam eligi dignitatem. Qui vero electionem huiuſmodi, quā ipſo iure irritam eſſe cenſemus, præſumpſerint celebrare, ab officiis & beneficiis per triennium ſuſpendantur, eligendi tunc poteſtate priuati.* Hoc iterum renoua

Nicolaus I.

Vide authoritatem Pontificis, & vtinā hodie tales multos haberemus

Concilium Cōſtantinopolitanum 4 generale 8. ſub Baſilio Imperat.

Laici non habent vocem in electione.

Ioānes Laziardus ordinis Cæleſtinorum in Senonenſi monaſterio obiit. Platina Cremonenſis.

Decretum ne Imperator vocem in electione ſummi pontificis habeat.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. Patrum 1215

Concilium Coloníenſe 3.

tur in Concilio COLONIENSI III. par.1.c.9. *Abſit in electione (ait) omnis ſimonia prauitas, omnis perſonarum reſpectus. Ceſſent potentiorum preces, quæ minis æquiparantur, omnisq́; impreſſio. Ceſſet ambitio ac dominandi libido. Sed qui præſtantior eſt omnibus qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, hic eligatur.* Vide & lege multò plura in vocabulis, Epiſcopatus, Epiſcopus, Princeps, Laicus, Papa, &c. & ſequentem.

Electionem indignè confirmans, qua feriendus pœna.] Hæc omnia quæ de electione poſuimus, habent maximam inter ſe concordiam, ita vt prima ab inferioribus, & inferiora à primis dependeant. Iam enim in ſuperioribus taxata eſt pœna bis, qui eliguntur indignè, & qui eligunt. Ideóque oportet, vt ea repetas, & adiungas hoc decretum Concilij LATERANENSIS GENERALIS ſub Innocentio III. cap 26.

Concilium Lateranenſe 3. generale ſub Innocentio 3.

Nihil eſt (ait) *quod Eccleſiæ Dei magis officiat, quàm quod indigni aſſumantur prælati ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo neceſſariam adhibere medelam irrefragabili conſtitutione ſancimus, quatenus cùm quiſquam fuerit ad regimen animarum aſſumptus, is ad quem pertinet ipſius confirmatio, diligenter examinet & electionis proceſſum & perſonam electi, vt cùm omnia ritè concurrerint, munus ei confirmationis impendat, quia ſi ſecus fuerit incautè præſumptum, non ſolùm deijciendus eſt indignè promotus, verumetiam indignè cõfirmans & promouens puniendus. Ipſum quoque decernimus, hac animaduerſione puniri, vt cùm de ipſius conſtiterit negligentia, maximè ſi hominem inſufficientis ſcientiæ, vel inhoneſtæ vitæ, aut ætatis illegitimæ approbauerit, non ſolùm confirmandi primum ſucceſſorem illius careat poteſtate, verumetiam ne aliquo caſu pœnam effugiat, à perceptione proprij beneficij ſuſpendatur, quo vſque ſi æquum fuerit indulgentiam valeat promereri. Si conuictus fuerit in hoc per malitiam exceſſiſſe, grauiori ſubiaceat vltioni. Qui autem ad Romanum immediatè pertinent Pontificem, per ſe, vel per perſonas idoneas ſuper electionis proceſſu & confirmatione eius conſpectui ſe præſentent, munus verò conſecrationis ſiu benedictionis recipiant, ſicut hactenus recipere conſueuerant.* Vnde & Concilium COLONIENSE III. par.1.ca.10. iubet confirmaturis electionem, vt priùs expendant electi merita, vt ſuprà dictum eſt. Vide Epiſcopus, Papa, & lege ſuperiora, & ſequentem.

Heu quo recidimus & quales nobis hodie præficiuntur!

Concilium Coloníenſe 3.

☞ Electio conuerſi hæretici an valea.] In dictione Ordinandi qui non ſint, &c. & in vocabulo, Epiſcopus, atque hæreticus, ſæpius dicitur, quia hæretici non poſſint aſſumi ad dignitates Eccleſiaſticas. Verùm ſi conuerſi fuerint, vtrum poſſint eligi, ſic loquitur ALEXANDER III. Ioanni Cardinali Baſilicæ 12. Apoſtolorum, Apoſtolicæ ſedis legato, vt inſertum eſt par.40.cap.5. Concilij Lateranẽſis ſub eodem: *Quod dilectio tua requiſiuit, an electio electi, qui nuper abiurato ſchiſmate ad vnitatem Eccleſiæ & noſtram deuotionem redijt confirmari debeat, id tibi duximus reſpondendum, quod ſi ab ſchiſmatico nullum ordinem ſuſcepit, & eius electio vnanimiter & concorditer ſecundum ordinem canonum facta fuerit, dum modo alia ratio non impediat, confirmationem tuam ratam habemus, mandantes vt eum facias à Catholicis Epiſcopis ſuffraganeis in Epiſcopum ordinari.* Porrò hoc accidiſſe dicitur in nouiſſima electione ſummi Pontificis, vt quidam è numero Cardinalium hæreticus conuictus eligeretur. Verùm electio eius inanis & irrita habita eſt, quia inquiſitores fidei eius, errores protulerunt, & nullam inde conuerſionem, aut retractationem electus prætendere potuit. Sicque iterata electione, inquiſitor fidei Pius V. electus eſt, qui ante Cardinalis erat Alexandrinus, Michaël Giſlerius antea vocatus, ordinis prædicatorum. Verùm vide, Epiſcopus hæreticus conuerſus, & ordinandi, & hæreticus, &c.

Alexander 3.

Electio pij V. Pontificis maximi.

Electio Epiſcoporum non differenda.] Vide Epiſcopatus, & Epiſcopus. Nam ibi omnia quæ hic deſunt repoſita diligenter inuenies. Nec pigriteris pauca folia reuoluere, quia ſic tunc oportuit fieri.

ELECTVS.

Electus & poſtulatus teneatur obedire.] Decreueram hoc relinquere inſerendum in vocabulo, Epiſcopus. Verùm quia ſpectat etiam ad cæteros prælatos, qui eliguntur hic rectiùs apponetur. Itaque CANON APOSTOLORVM 37. *Si quis Epiſcopus non ſuſceperit officium, & curam populi ſibi commiſſam, hic communione priuetur, quouſque conſentiat, obedientiam commodans. ſimiliter autem presbyter & diaconus. Si verò perrexerit nec receptus fuerit, non pro ſua ſententia, ſed pro malitia populi, ipſe quidem maneat Epiſcopus, clerici verò ciuitatis communione priuentur, eo quòd eruditores inobedientis populi non fuerunt.* Hinc Concilium ANTIOCHENVM I. ſub Iulio I. can.17. *Si quis Epiſcopus, ait,* (& allegat Gratianus diſtinct. 92. cap. Si quis) *ſuſcepta manus impoſitione & deputatus populo præeſſe, non ſuſcipiat miniſterium ſacerdotij, nec conſentiat abire in Eccleſiam cui fuerat ordinatus, is ſit excommunicatus, donec coactus ſuſcipiat, vel perfecta ſynodus Epiſcoporum prouincialium de ipſo aliquid decernat.* Item & cano.18. *Si quis Epiſcopus non iuit in parochiam ad quam eſt ordinatus, non ſua quidem culpa, ſed propter populi recuſationem vel aliquam aliam cauſam, quæ à ſe non oritur, is ſit & honoris & muneris particeps, dum modo nullam rebus Eccleſiæ in qua conuenit moleſtiam afferat. Is autem id ſuſcipiat, quod perfecta prouinciæ ſynodus, eo quòd ad ſe allatum eſt, iudicato ſtatuerit.* Hæc decreta confirmat & repetit Concilium CHALCEDONENSE IV. generale actio.11.in cauſa Baſſiani Epiſcopi Epheſij. Allegat quoque hæc decreta MARTINVS BRACARENSIS, cap.10.11. & 12 Collectorij. Porrò omnino idem ſtatuit Concilium SARDICENSE, cap.19. de clericis, & allegatur à PELAGIO II. epiſto.2. ad Benignum Archiepiſcopum, vt dicemus in dictione, Epiſcoporum tranſlationes, &c. Hinc & Conciliũ CARTHAGINENSE III. can.45. ſtatuit, *Vt ſi neceſſarium quis Epiſcopatui habuerit presbyterum, & vnum habuerit, etiam ipſum ad promotionem dare debebit, ſi plures, multò faciliùs.* Idem omnino Concilium AFRICANVM ſub Bonifacio I. can.25. De his autem qui inuiti fiunt Epiſcopi, & eligunt ad priſtina coniugia redire, officium ſpernentes, & tam nequiter cœleſtia iura ſoluentes, quàm propter ſeculi extant illecebris inhiantes admonentur officij ſui, & nihil tale ſub graui cenſura peragere, in Concilio TOLETANO VIII. cap.7. vt dicemus, Epiſcopus inuitè electus, &c. Hinc Concilium AQVISGRANENSE I ſub Ludouico Imperatore, c.17. Ex GREGORIO I. lib 1. Paſtoralium, cap.5. & 6. *Sunt nonnulli* (ait) *qui magnis muneribus ditati, dum ſolius contemplationis ſtudijs inardeſcunt, parere vtilitati proximorũ in prædicatione refugiunt, ſecretum quietis diligunt, ſeceſſum ſpeculationis appetunt, de quo ſi diſtrictè iudicentur, ex tantis proculdubio rei ſunt, quantis ve-*

A diuerte quandam petitionis, patrum decretis Epiſcoporum fit mentio, ſub hoc nomine etiam alij intelliguntur prælati. Canon Apoſtolorum.

Nec his decretis noſtro nunc refragatur.

Concilium Antiochenũ 1.

Concilium Chalcedonenſe generale 4.

Martinus Bracarenſis.

Concilium Sardicenſe generale. Pelagius 2.

Concilium Carthaginenſ. 3.

Concilium Africanu ſub Bonifacio 1.

Concilium Toletanum 8.

Concilium Aquiſgranenſe. Gregorius 1.

nientes

nientes ad publicum prodeſſe potuerunt. Sunt nonnulli qui ex ſola humilitate refugiunt, ne his quibus ſe impares æſtimant præferantur. Quorum profectò humilitas ſi cæteris quoque virtutibus cingitur, tunc ante oculos Dei vera eſt, cùm ad reſpuendum hoc quod vtiliter ſubire præcipitur, pertinax non eſt. Neque enim humilis eſt, qui ſuperni nutu arbitrij, vt debeat præeſſe, intelligit, & tamen contemnit, diuinis diſpoſitionibus ſubditus, atque à vitio obſtinationis alienus, cùm ſibi regiminis culmen imponitur, ſi iam donis præuentus eſt, quibus & alijs proſit, & ex corde debet fugere, & inuitus obedire: & vt ait Isidorvs Hispalensis, *lib. 3. de Summo bono, cap. 33. intrat ad cor, & ibi conſulit, quid velit occulta voluntas Dei, ſeſeq; Dei ſubditum debere eſſe ſummis ordinationibus cognoſcens, humiliat ceruicem cordis, iugo diuinæ diſpoſitionis.* Porrò de his etiam in dictione, Epiſcop.

Pauci ſunt modo qui hæc reſugiunt, ſed multi qui venantur.

Iſidorus Hiſpalenſis.

Electus non c[illegible]nfirmatus, an poſsit conferre beneficia.] Alexander III. Exonienſi Epiſcopo inſeritur parte 40 Concilij Lateranenſis ſub eodem cap. 1. *Noſti quomodo dilectus filius noſter. Lincolnienſis electus, committendi honores vel præbendam, & alias diſponendi de rebus Eccleſiæ, cum ſua nondum ſit electio confirmata, nullam habeat facultatem. Inde eſt quòd fraternitati tuæ mandamus, quatenus eidem dicto electo ex noſtra parte non differas arctius inhibere, ne Archidiaconatum alicui conferre præſumat, vel ſi iam conceſſit, ei authoritate noſtra præcipias, vt conceſſionem ſuam omni contradictione & appellatione ceſſante ſtudeat reuocare. Quod ſi diſtulerit tu eandem conceſſionem appellationis remoto remedio authoritate noſtra non differas reuocare, &c.*

Alexander 3.

Eleemosyna.

Eleemoſyna Eccleſiis & pauperibus conferenda.] Clemens I. libro 7. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. *Si habueris quod manibus tuis tibi paraueris, præbeto vt labores tui conſumantur in redemptionem peccatorum tuorum. Eleemoſynis enim & fide purgantur peccata. Noli dubitare in erogando in pauperes nec cum das, murmurato. Cognoſces enim quiſnam is ſit ille, qui præmia tribuit. Nam qui miſeretur, inquit, pauperis, fœneratur Domino. Communica omnia cum fratre tuo, neque dicito propria eſſe. Communis enim perceptio v[ſ]ſuſque à Deo omnibus hominibus paratus eſt.* Et Ignativs Martyr epiſtola ad Heronem Diaconum Antiochenum. *Pauperes (ait) ne negligas, vbi tibi copia fuerit. Eleemoſyna enim, & fide, expiantur peccata.* Idem omnino & Pontianvs I. epiſt. 1. ad Fœlicem Succi bonum ſub finem. Et Cyprianvs Carthaginensis ſermonem elegantiſſimum & ornatiſſimum compoſuit de eleemoſyna, vbi mirè illius laudes complectitur, vbi de fructu eius eximio abundè diſſerit, & ad calcem ſermonis ſic concludit: *Præclara & diuina res, fratres chariſſimi, ſalutaris operatio, ſolatium grande credentium, ſecuritatis noſtræ ſalubre præſidium, munimentum ſpei, tutela fidei, medela peccati, & res poſita in poteſtate facientis, res grandis, & facilis, ſine periculo perſecutionis, corona pacis, verum Dei munus & maximum, infirmis neceſſarium, fortibus glorioſum, quo Chriſtianus adiutus, præ ſe effert gratiam ſpiritualem, promeretur Chriſtum iudicem, Deum computat debitorem, &c.* Origenes Adamantivs, lib. 1. in Iob, vbi illud tractat: & erant ei ſeptem millia ouium, &c. *Vere (ait) inæſtimabilis atque æterna beatitudo eſt, vt cum quis diues effectus fuerit, non confidat in auro, neque intendat in argenti repoſitione, ſed recondat hæc in mandato altiſſimi, & det ea in eleemoſyna pauperibus, ſed ſeminet atque ſpargat ea late per animas miſerorum, per ora eſurientium, vel per ora debilium, per deſtitutos atque miſeros, iuxta hoc quod dictum eſt: Seminate vobis ad iuſtitiam, vt metatis fructum vitæ, & diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Eiuſmodi vero metet multiplicitèr in die reſurrectionis: eiuſmodi recipiet inæſtimabilem beatitudinem in die viſitationis: eiuſmodi eleemoſynarum iuſtificationibus, tanquam lux effulget coram Angelis Dei, &c.* De eleemoſynis largiendis abundè diſſerunt Gregorivs Nazianzenvs orat 6. circa medium & orat. 16. *Cum (ait) audis, pauper & diues obuiauerunt ſibi, ambos autem fecit Dominus. Non hunc pauperem, illum verò diuitem factum eſſe intelligas, vt magis etiam contra inopem inſurgas. Nondum enim liquet vtrum diuiſio illa ſit à Deo. Sed creatura (inquit Scriptura) pariter Dei ſunt ambo, licet externa ſint inæqualia. Hoc te ad compaſſionem & fraternum flectet amorem, vt cum ab illo inflaris, ab hoc tamen deprimaris, ſiſque te ipſo moderatior. Et quid plus Scriptura eſt? Qui miſeretur pauperis, fœneratur Deo. Quis debitorem talem non ſuſciperet, redditurum in tempore ſortem cum vſura. Eleemoſynis & fide purgantur peccata. Miſereſcendo igitur purgemur, pulchra hac herba, animæ abſtergamus ſordes & inquinamentum, dealbemurq;. Hi quidem velut lana, alij autem tanquam nix, quiſque iuxta miſericordiæ ſuæ modum, &c.* Vide reliquum. Porrò in primitiua Eccleſia eleemoſynæ fiebãt pauperibus Eccleſijs, vt docet Pinytvs Gnosivs Epiſcopus, epiſtola ad Soterem Romanum Pontificem, *Iam inde (ait) ab initio hæc vobis eſt conſuetudo, vt fratres omnes vario beneficiorum genere afficiatis, & Eccleſiis multis quæ paſſim ſunt in vrbibus, ſubſidium mittatis, per quod iamdudum & egenorum penuriam recreatis, & fratres in metallis opus facientes alleuatis, moremq; Romanum à maioribus acceptum Romani retinetis. Quem non modo conſeruauit, ſed adauxit etiam beatus Epiſcopus veſter Soter, cum liberaliter munera ſanctis ſummittendo, tum fratres ad nos redeuntes, vt filios ſuos pater amantiſſimus, ſermonibus beatis cohortando, &c.* Huiuſmodi eleemoſynarum meminit Epiphanivs Cypri ad calcem operis ſui contra hæreſes: *Cæterum (ait) de hoſpitalitate & benignitate erga homines, eleemoſynaq; in omnes, huius ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ fructus omnibus prædicatus eſt, &c.* De laudibus eleemoſynæ multis quidem & infinitis in locis agit Ioannes Chrysostomvs, ſed vnum eius tantum teſtimonium breuitatis ſtudio apponemus. Sic quippe homil. 32 in epiſtolam ad Hebræos: *Eleemoſyna eſt amica Dei, ſemper & propinqua, pro quibaſcunque voluerit facile gratia munus impetrat, tantum ſi à nobis non lædatur, ſi nullam à nobis patiatur iniuriam: iniuriam autem patitur, cùm ex rapinis eam volumus operari. Si verò fuerit munda, magnam præſtat confidentiam tribuentibus eam. Tanta eſt virtus eius, tantáque potentia. Sed etiam vincula peccatorum ipſa ſoluit, fugat tenebras, extinguit ignem, mortificat vermem, expellit ſtridorem dentium. Huic portæ cœli aperiuntur, & velati regina intrante, nullus ianitorum, nullus cuſtodum qui portis aſſiſtunt, audet dicere. Quæ nam es? Vnde? ſed omnes eam è regione ſuſcipiunt. Sic etiam miſericordia: regina namque eſt, & verè regina, ſimiles faciens homines Deo, &c.* Lege reſiduum. Ambrosivs Mediolanensis, libro ad virginem deuotam, cap. 3. ſuadet eleemoſynam

Clemens 1.

Eleemoſynis delentur peccata.

Prouerb. 19.

Ignatius Martyr.

Pontianus 1.

Cyprianus Carthaginenſis.

Eleemoſynæ laudes.

Origines Adamantius.

Gregorius Nazianzenus.

Prouerb. 22.

Prouerb. 19.

Eleemoſynæ fiebant Eccleſiis in primitiua Eccleſia.

Nicephorus Calliſtus libro 4. cap. 1.

Pinytus Gnoſius Epiſcopus circa tempora Apoſtolorum.

Epiphanius Cypri.

Ioannes Chryſoſtomus.

Ingens laus eleemoſynæ.

Nota.

Ambroſius Mediolanenſis.

largien

largiendam. & ſermo.30 qui eſt de eleemoſyna, ſic exorditur: *Dicit ſcriptura diuina ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum. Magna planè & cunctis ambienda ſententia, qua hominibus penè iam mortuis & peccatorum ſuorum incendiis areſactis, redituum quoddam bene ciuum pollicetur: ut interueniente eleemoſyna ſicut aqua, intermortuis ſiccum refrigerium areſcentibus infundatur: hoc eſt, ut miſeri homines qui in mortem peccatis aruerant, ad vitam eleemoſynis reuiuiſcant, ſitque illis miſericordia fons ſalutis, quibus auaritia fuerat mortis incendium: ut flammas quas ſibi peccando incenderant, largiendo reſtinguant, atque vtiliore commercio, qui pecuniam quondam dederat ut adulterium perpetraret, nunc pecuniam eroget, ut adulter eſſe iam deſinat, & emat ſibi quodammodo innocentiam, qui ſibi emerat aliquando peccatum.* Lege eundem lib. Officior. 1. cap. 11. Et in exhortatione ad pœnitentiam agendam, cap 9. vbi docet, qua intentione eleemoſyna fieri debeat.

Eccleſ. 3. (margin)

Auguſtinus Hipponenſis. (margin)

AVGVSTINVS HIPPONENSIS, lib 50 Homiliarum, homil. 49. *Felix* (ait) *operarius cultor eleemoſynarum, eo quòd ex ære ſuo comparauerit cœlum, & dans panem eſurientibus, delictorum ſuorum preſſit incendium. In tali cauſa operarius iam felix viuit, & ſecurus iam moritur, cum quo ambulat patrimonium, immortale horreum, in quo debitorem fecit Deum, dum paſcit alterum, &c.* IDEM autem lib. 21. de ciuitate Dei, cap. 27 ſolerter illud curat aduertẽdum, quod dicitur: Peccata tua eleemoſynis redime: *Qui dicunt* (ait) *qualeſcunque eleemoſynas pro peccatis quotidianis & magnis, & quantacunque ſcelerum conſuetudine, miſericordiam poſſe impetrare diuinam, ut ea quotidiana remiſſio ſequeretur, videant ſe rem dicere abſurdam atque ridiculam. Sic enim cogerentur fateri, fieri poſſe, ut opulentiſſimus homo decem nummulis diurnis in eleemoſynas impenſis, homicidia, adulteria & nefaria quæque facta redimeret. Quod ſi abſurdum & inſaniſſimum eſt dicere, profectò ſi quæratur quæ digne ſint eleemoſynæ pro peccatis de quibus etiam Chriſti præcurſor ille dicebat: Facite fructus dignos pœnitentiæ, procul dubio non inuenientur eas dignas facere, qui vitam ſuam vſque ad mortem quotidianorum criminum perpetratione conſodiunt: Primum quia in auferendis rebus alienis longè plura diripiunt, ex quibus perexigua pauperibus largiendo, Chriſtum ſe ad hoc paſcere exiſtimant, ut licentiam maleſactorum ſe ab illo emiſſe, vel quotidie potius emere credentes, ſecuri damnabilia tanta committant. Qui ſi pro vno ſcelere omnia ſua diſtribuerent indigentibus membris Chriſti, niſi deſiſterent à talibus factis habendo charitatem, quæ non agit perperã, aliquid eis prodeſſe non poſſet. Qui ergo dignas pro ſuis peccatis eleemoſynas facit, prius eas incipiat facere à ſeipſo. Indignum eſt enim, ut in ſe non faciat, qui facit in proximum, &c.*

Quomodo ſit intelligendũ, Eleemoſynam peccata redimere. (margin)

Eleemoſynæ quæ ſint dignæ, ut deleant peccata. (margin)

Euſebius Emiſſenus. (margin)

In hũc ſenſum loquitur EVSEBIVS EMISSEN. homilia de pœnitentia Niniuitarum & homilia de vidua, quæ duo æra miſit in Gazophylacium. Sed & GREGORIVS I. lib 12. Moralium, cap. 24. in illud Iob 15. Non credit fruſtra errore deceptus, &c. *Quoniam* (ait) *poſt culpam eleemoſynas facimus, quaſi pro prauis actibus precium damus. Vnde & per Prophetam de eo qui hæc non agit, dicitur: Non dabit Deo propitiationem ſuã, nec precium redemptionis animæ ſuæ. Nonnunquam vero diuites elati, inferiores opprimunt & aliena capiunt, & tamen quaſi quædam aliis largiuntur. Et cum multos deprimunt, aliquando quibuſdam opem defenſionis ferunt, & pro iniquitatibus quas nunquam deſerunt, dare precium videntur. Sed tunc eleemoſyna precium nos à culpis liberat, cum perpetrata plangimus & abdicamus. Nam qui & ſemper peccare vult, & quaſi ſemper eleemoſynam largiri, fruſtra precium tribuit, quia non redimit animam quam à vitiis non compeſcit. Vnde nunc dicitur: Non credas fruſtra errore deceptus, quod aliquo precio redimendus ſit. Quia eleemoſyna ſuperbi diuitis eum redimere non valet, quam perpetratum ſimul rapina pauperis, ante Dei oculos aſcendere non permittit.* Hinc & eiuſdem eſt ſententiæ CLEMENS ALEXANDRINVS, lib. 2. Stromatum. Et Concilium CABILONENSE II. cano. 36. *Quidam ex induſtria* (ait) *peccantes, propter eleemoſynarum largitionem, quandam ſibi promittunt impunitatem. Eleemoſyna enim extinguit peccata, iuxta illud: Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna extinguit peccata: ſed ea quæ aut neceſſitate, aut caſu, aut qualibet fiunt fragilitate: ea verò quæ ex induſtria, aut cuiuſlibet libidinis explendæ cauſa, ideirco fiunt, ut eleemoſynis redimantur, nequaquam eis redimi poſſunt, quia qui hoc perpetrarunt, videntur Deum mercede conducere, ut eis impunè peccare liceat. Non ergo quis idcirco peccare debet, ut eleemoſynam faciat, ſed ideo eleemoſynã facere debet quia peccauit. Mentem enim & corpus quæ libido traxit ad culpam, afflictio & contritio debet reducere ad veniam &c.* Vide & Pauper.

Gregorius Magnus. (margin)

Pſalmo 48. (margin)

Clemens Alexandrinus. (margin)

Concilium Cabilonẽſe 2. ſub Carolo Magno (margin)

Eccleſ. 3 (margin)

Quæ peccata deleat eleemoſyna. (margin)

Eleemoſyna ex ſimonia proueniẽs non prodeſt.] Hoc in ſuperioribus reperies inſertum. Verumtamen vide Simonia.

ELEEMOSYNARIVS.

Eleemoſynarium iubetur Epiſcopus habere.] Vide infrà in vocabulo, Pauperum curam gerat Epiſcopus, &c. Vbi cuncta ritè ſunt diſpoſita.

EMERE.

Emere beneficia & Epiſcopatus nullus præſumat.] Vide cuncta latiùs digeſta in ſingulis vocabulis, Beneficia, Epiſcopatus, & Simonia.

Emere & vendere an ſit liberum pauperibus.] Vide in vocabulo Menſura, & Pauper & Bona, & Diues, &c.

EMMANVEL.

Emmanuel quid ſit.] Sæpius de Emmanuele dictum eſt in vocabulo, Chriſtus, eò quòd hæc omnia nomina, vnum Chriſtum ſignificent. Verumtamen quia promiſimus nonnihil nos dicturos pauca quæ legimus inſeremus. TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS, libro de carne Chriſti, & libro contra Iudæos, capite ſexto, ex Iſaiæ vaticinio cõtra eoſdem de Emmanuele diſſerit: *Iſaias* (ait) *prædicat, eum Emmanuelem vocari oportere, dehinc virtutem ſumpturum Damaſci, & ſpolia Samariæ aduerſus Regem Aſſyriorum. Sed* (inquiunt Iudæi) *iſte qui venit, neque ſub eiuſmodi nomine eſt dictus, neque re bellica functus. At nos è contrario admonendos eos exiſtimauimus, ut cohærentia quoque huius capituli recognoſcant. Subiuncta eſt enim & interpretatio, Emmanuel, nobiſcum Deus, ut non ſolùm ſonum nominis expectes, ſed & ſenſum. Sonus enim Hebraicus, quod eſt Emmanuel, id eſt, nobiſcum Deus, ſuæ gentis eſt. Senſus autem eius, quod eſt Deus nobiſcum, ex interpretatione communis eſt. Quære ergo an iſta vox, nobiſcum Deus, quod eſt Emmanuel, ex quo Chriſtus illuxit agitetur in Chriſto, & puto ex toto non negabis. Nam qui ex Iudaiſmo credunt Chriſto, ex quo in eum credunt, Emmanuel cum volent dicere, nobiſcum Deum eſſe, ſignificant: atque ita conſtat*

Tertullianus Carthaginenſis. (margin)

Eſaie (margin)

Cõtra Iudæos & eorum obiectio. (margin)

iam veniſſe illum, qui prædicabatur Emmanuel: quia quod ſignificat Emmanuel, venit, id eſt, nobiſcum Deus. IDEM & lib.3. contra Marcionem ante medium recenſet eadem.

Euſebius Cæſarienſis.

Sed & EVSEBIVS CÆSARIENSIS, libro 7. de demonſtratione Euangelica, cap.1. hunc locum Iſaiæ Prophetæ doctiſſimè interpretatur contra Iudæos, qui in Hebræo nõ virginem parituram mentiti ſunt, ſed adoleſcentulam: libenter textum apponerem, ſed prolixior eſt.

Cyrillus Alexandrinus.

Concilium Alexandrinum ſub eodem.

Deſcendam ad diuinum illum & verè admirabilem doctorem, CYRILLVM ALEXANDRINVM qui congregato Concilio ALEXANDRIÆ, quaſdam propoſitiones edidit, quas tenendas impio Neſtorio tranſmiſit, inter quas prima eſt hæc: *Si quis non confitetur, Deum eſſe veraciter Emmanuel, & propterea Dei genitricem ſanctam Mariam virginem (peperit enim ſecundum carnem, carnem factum Dei verbum, ſecundum quod ſcriptum eſt: verbum caro factum eſt) anathema ſit.*

Ioan.1.

IDEM quoque lib.2 de incarnatione vnigeniti. *Emmanuel* (inquit) *nominatur Deus verbum, quod Abrahæ ſemen apprehendit, & ſimiliter ac nos participauit carni & ſanguini. Interpretatur autem Emmanuel, nobiſcum Deus. Confitemur autem nobiſcum fuiſſe Dei verbum, non localiter (in quo enim loco non eſt Deus, qui implet omnia?) nec quod adeſſe nobis conſpicitur auxilij ratione, ſed quòd factus eſt in nobis, id eſt, in humanitate non derelicta natura ſua. Inconuertibile eſt enim natura Dei verbum.* Et quod vnus ſit Emmanuel, cap.6. eiuſdem libri declarat: *Vnus eſt Emmanuel* (ait) *ſemel enim factus eſt homo vnigenitus, tunc cùm per ſanctam virginem generationem carnis perpeſſus eſt. Et licet dictum ſit ad Ioſue.*

Ioſue 1.

Ero tecum: tamen nõ erat Emmanuel, nec Emmanuel nominatus eſt. Vnde colligitur, quòd quotiens audimus nomen filio datum Emmanuel, nobiſcum Deus, ſapienter intelligere debemus: non ita fuiſſe nobiſcum nouiſſimis temporibus, ſicut aliquando dicitur fuiſſe cum ſanctis. Illis enim erat tantùm adiutor: nobiſcum autem fuit, quod factus eſt ſimilis noſtri, cùm ſuam non amiſiſſet naturam. Eſt enim inconuertibilis vt Deus.

Non ita Chriſtum nobiſcũ, ſicut antiquitus cũ ſanctis.

Vide Ieſus & Chriſtus.

Iuſtinus Martyr.

Irenæus Lugdunenſis.

Hanc doctrinam priùs tradidit IVSTINVS MARTYR in Dialogo excellentiſſimo cum Tryphone. Et IRENAEVS LVGDVNENSIS, lib 3. contra hæreſes Valentini, & ſimilium, cap.22. & 23. Textum quidem facillimè apponerem, ſed nil diuerſum à prædicta doctrina demonſtrat.

Sophronius Hieroſolymitanus.

Hæc quoque lucidiſſimè probat SOPHRONIVS HIEROSOLYMITANVS in ſua profeſſione fidei, quam miſit ad Sergium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, quæ ſita & lecta eſt actio. 11. Concilij generalis 6. quod dicitur Conſtantinopolitanum III. Porrò proſequitur IDEM CYRILLVS de Emmanuele eandem expoſitionem, declaratione 1. Anathematiſmi ad petitionem Concilij Epheſini: ſed nil prodeſt eadem toties referre.

Theodoretus Cyrenſis.

Quin & THEODORETVS CYRENSIS, qui cum eodem Cyrillo altercabatur, in prima reprehenſione anathematiſmi 1. præfati Cyrilli, ſic ait: *Natus* (ait) *infans, Emmanuel appellatur, neque Deus humana natura ſeparatus, neque homo diuinitate nudus. Emmanuel enim, nobiſcum interpretatur eſſe Deum, ſecundum Euangelicam vocem.*

Matth.1.

Nobiſcum autem Deus, ex nobis pro nobis aſſumptum ſignificat, & adſumentem Deum prædicat verbum. Ergo infans Emmanuel, propter adſumentem Deum, & Dei genitrix virgo, propter vnitatem Dei formæ ad conceptum ſerui formam. Non enim in carnem Deus conuerſus eſt, ſed Dei forma aſſumpſit ſerui formam, &c. Hæc verba prædictus Cyrillus interpretatur, ſi rerum ipſarum ſiue ſubſiſtentiarum conuentus eſt factus, vt & inhumanationis ratio verè facta credatur.

Hieronymus Stridonenſis.

Ambroſius Mediolanenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Theophilus Alexandrinus.

Leo Magnus.

Lege HIERONYMVM STRIDONENSEM, lib.3. commentariorum in Iſaiam, cap.7. Et AMBROSIVM MEDIOLANENSEM præfatione in Pſalm.35. & enarratione in Pſalm 47. & præcipuè libro de Incarnationis ſacramento, cap.3. Et AVGVSTINVM HIPPONENSEM tractatu 78. in Euangelium Ioannis. Et THEOPHILVM ALEXANDRINVM epiſtola Paſchali per Ægyptum miſſa. Hos quippe omnes Patres citat, & profert in teſtimonium, LEO MAGNVS epiſtola 95. ad Leonem Auguſtum, dum de Emmanuele tractat.

Richardus S. Victoris.

Sed & ſingularem edidit tractatum RICHARDVS S. VICTORIS de Emmanuele. Verùm vide in vocabulis, Chriſtus, Ieſus, Maria, &c. quia hîc plura ſacramenta ſunt poſita.

EMPHYTEVSIS.

Emphyteuſis quid ſit.

De emphyteuſi.] Quæ ſermone vulgari dicitur ad liuellum, & eſt contractus medius inter locationem & venditionem, per quem transfertur dominium in emphyteutam retento dominio directo apud dominum. Dominium verò vtile remanet apud emphyteutam, & habet poſſeſſionem eius ciuilem. Emphyteuta verò naturalem, &c. Nihil hic agemus, quia quantum ſpectat ad res Eccleſiaſticas, omnia paſſim habes repoſita, infrà in vocabulis, Facultates Eccleſiæ non alienandæ vel commutandæ, &c. & præcariæ. Igitur adi locum.

ENERGVMENVS.

Energumenus quis ſit.] Energumeni hi ſunt, qui à ſpiritu agitantur, de quibus iam diximus in vocabulo, Arreptitius. Pro talibus energumenis, hoc eſt, vexatis à ſpiritibus immundis fiunt preces & orationes ex inſtitutione Apoſtolorum, quę habentur lib.8. Conſtitutionum Apoſtolicarum CLEMENTIS I. cap.7. & 8. Poteris, ſi vacat, legere.

Clemens 1.

Dionyſius Areopagita.

Sed & horum DIONYSIVS AREOPAGITA meminit, libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, cap.3. part.2. Vbi eos extra Miſſæ ſacrificium eſſe tradit, vt dicemus in vocabulo, Miſſa.

Concilium Elibertinum.

Hinc de eiſdem Cõcilium ELIBERTINVM cano.29. ſtatuit, *Energumenum* (ait) *qui ab erratico ſpiritu exagitatur, huius nomen neque ad altare cum oblatione eſſe recitandum, neque permittendum vt ſua manu in Eccleſia miniſtret.* Et cano.37. *Eos qui à ſpiritibus immundis vexantur, ſi in fine mortis fuerint conſtituti, baptizari placet. Si verò fideles fuerint, dandam eis eſſe communionem. Prohibendum etiam ne lucernas publicè accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abſtineant à communione.* Vide idem ſtatutum infrà ex Arauſicano Concilio, & ſuprà Arreptitius. Porrò hoc præcedens decretum reſumitur in Concilio Toletano vndecimo. Vide quod ſequitur, & infrà. Exorciſta.

Energumeni an non participent ſacris.] Iam hoc inſinuauit præfatum Concilium Elibertinum: ideo relege. Sed & in dictione, Arreptitius iam dictum eſt, & in vocabulo, Communio quibus non eſt danda, vbi ſæpius de furioſis, arreptitiis, & energumenis dictum eſt.

Concilium Arauſicanũ 1. ſub Leone 1.

Quod tamen reſtat addendũ eſt Concilium ARAVSICANVM I. cano.14. *Energumeni iam baptizati, ſi de purgatione ſua curent, & ſe ſollicitudini clericorum tradant, monitisq́; obtemperent, omnimodè communicent ſacra-*

menti ipſius virtute vel muniendi ab incurſu dæmonum quo infeſtantur, vel purgandi, quorum iam oſtendatur vita purgatior. Et cano.15. *Energumenis catechumenis, in quantum vel neceſſitas exegerit, vel opportunitas permiſerit, de baptiſmate conſulendũ.* Et can. 16. *Energumeni non ſolum non aſſumendi ſunt ad vllum ordinem clericatus, ſed & illi qui ordinati iam ſunt, ab impoſito officio ſunt repellendi.* Idem omnino præcipit Concilium ARELATENSE III. capite tertio, ſed ſuo allegat. Non autem potui reperire inter canones huius Concilij. Vide Arreptitius.

Concilium Arelatenſe 3.

Energumenorum officium.] Concilium CARTHAGINENSE IV. cano.91. *Pauimenta domorum Dei energumeni verrant.* Et canone 62. *Energumenis in domo Dei aſſidentibus, victus quotidianus per exorciſtas opportuno tempore miniſtretur.*

Concilium Carthaginenſe 4. cui interfuit Auguſtinus.

EPISCOPVS.

Epiſcopus vnde, & inſtitutio, & nominis Etymon.] CLEMENS I. epiſt.1. ad Iacobum fratrem Domini, vbi vltima Petri verba recenſet, de ſingulis Eccleſiaſticis dignitatibus, vt ſuis locis ſolicitus, tandem ad Epiſcopos deueniens: *In ſingulis* (ait) *ciuitatibus ſingulos, & non binos, vel ternos, aut plures Epiſcopos, conſtitui præcepit, qui non Primatum, aut Archiepiſcoporũ, aut Metropolitanorum nomine, quia matrem ciuitatum non tenent, ſed Epiſcoporum tantùm vocabulo potirẽtur, quoniam nec inter ipſos Apoſtolos, par inſtitutio fuit, ſed vnus omnibus præfuit. Hoc tamen præuidendum inſtituit, ne in villis, aut caſtellis, vel modicis ciuitatibus inſtituerentur Epiſcopi, vile nomen eorum fieret. Epiſcopos ergo vicem Apoſtolorum gerere, Dominum docuiſſe, & reliquorum diſcipulorum vicem tenere, inſinuabat Petrus, &c.* Idem omnino docet ANACLETVS I. epiſt. 2. circa medium ad Epiſcopos Italiæ Item & epiſt.3. EPIPHANIVS CYPRI, lib 3. contra hæreſes hæreſi 75. contra Aërium circa finem. Poteris legere, ſi non credis. Denique AMBROSIVS MEDIOLANENSIS, libro de dignitate Sacerdotali, cap.6. *Quid aliud* (ait) *interpretatur Epiſcopus niſi ſuperinſpector? Maxime cum ſolus in Eccleſia editiore reſideat, & ita cunctos reſpiciat, vt & cunctorũ oculi in ipſum reſpiciant.* Et HIERONYMVS STRIDONENSIS, tomo 2. Epiſtolar. epiſt ad Euagrium, ſic incipit: Legimus in Iſaia, *Ne quis* (ait) *contentioſe in vna Eccleſia plures Epiſcopos fuiſſe contendat, &c. Et Epiſcopi nomen ſignificantiùs Græcè dicitur. Nam ἐπισκοποῦντες, id eſt, ſuperintendentes, vnde & Epiſcopi nomen tractum eſt, &c.* Hinc AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro quæſtionum veteris & noui teſtamenti 2. quæſt 97. *Nemo ignoret* (ait) *Epiſcopos ſaluatorem Eccleſiis inſtituiſſe. Ipſe enim priuſquam cœlos aſcenderet, imponens manum Apoſtolis, inſtituit eos Epiſcopos, & ordinauit. Hoc Apoſtolus Spiritui ſancto deputat, cum dicit: Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c.* IDEM lib. 19. de ciuitate Dei, cap.19. & allegat Gratianus cauſa 8 quæſt.1 *Nomen* (ait) *Epiſcopatus eſt operis, non honoris. Græcum eſt enim, atque inde deductum vocabulum, quòd ille qui præficitur, eis, quibus præficitur, ſuperintendit, curam ſcilicet eorum gerens. ἐπὶ quippe ſuper, σκοπός verò intentio eſt. Ergo ἐπισκοπεῖν, ſi velimus Latine, ſuperintendere poſſumus dicere, vt intelligat, non ſe eſſe Epiſcopum, qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe, &c.* Hinc Concilium AQVISGRANENSE I. cap.9. allegat ISIDORVM HISPALENSEM, lib.7. de officiis Eccleſiaſticis, cap.6. ſic loquentem, *Initium ſacerdotij Aaron fuit, quanquam & Melchiſedech prior obtulerit ſacrificium, & poſt hunc Abraham, Iſaac, & Iacob, ſed ibi ſpontanea voluntate, non ſacerdotali authoritate iſta fecerunt. Cæterùm Aaron primus in lege ſacerdotale nomen accepit, primusq; Pontificali ſtola indutus, victimas obtulit, iubente Domino ac loquente ad Moyſen: Accipe Aaron & filios eius, & applicabis ad oſtium tabernaculi teſtimonij, cùmque laueris patrem cum filiis aqua, indues Aaron veſtimentis ſuis, id eſt linea & tunica, & ſuperhumerali & rationali, quod conſtringes balteo. & pones tiaram in capite eius, & laminam ſanctam ſuper tiaram, & oleum vnctionis fundes ſuper caput eius, atque hoc ritu conſecrabitur. Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis cingesq; balteo: Aaron ſcilicet & liberos eius, & impones eis mitras, eruntq; ſacerdotes mei religione perpetua. Quo in loco contemplari oportet Aaron ſummum ſacerdotem, id eſt, Chriſtum fuiſſe, & filios eius. Epiſcoporum & preſbyterorum figuram demonſtraſſe.* Vide Preſbyter. Porrò attende quæ ſequuntur. Sed etiam FORLIS STELLIAE Epiſcopus, epiſtola ad Gregorium I. miſſa, Epiſcopum, oculum interpretari aſtruit, propter contemplationem & ſpeculationem. Vide infrà, Epiſcoporum officium & ſtudium, &c.

Clemens 1.

Hæc allegat ſuo libr. 1. decretorum.

Anacletus 1.

Epiphanius Cypri.

Ambroſius Mediolanenſis.

Hieronymus Stridonenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Actorum 20.

Aquiſgranenſe 1. ſub Ludouico Imperat.

Sacerdotij initium & origo & proinde omnium Epiſcopatus.

Exod. 29.

Epiſcopus eligatur: & qualis atque qualiter debeat eligi.] Hic, bone lector, cum legerem ea, quę propoſiturus ſum Patrum teſtimonia, totus ſtupui, cùm nil eorum noſtro ſeculo obſeruetur, quæ illi mandarunt. Veruntamen non diſtuli ea ante oculos ingerere, vt vultus rubor & confuſio eſſet illorum, qui iniquè & impiè, nec ſine graui Dei offenſa parui pendunt Patrum decreta. Incipiemus autem per ordinem à temporibus Apoſtolorum vſque ad noſtra tempora. Interim ſi quid hîc deerit, cura vt repetas ea dictione, Electio, ſuprà. Plura quoque in ſequentibus diſtinctionibus adhuc reperies, quæ non oportuit ſuo loco mouere. Sed ſi cuncta legeris, poteris minimo negotio concordare. Itaque ſic leguntur Apoſtoli conſtituiſſe, lib.2. Conſtitutionum Apoſtolicarum CLEMENS I. cap.1. *De Epiſcopis audiuimus a Domino noſtro: Paſtorem, qui conſtituitur Epiſcopus per Eccleſias in omni parœcia, oportere eſſe ſine crimine, in quem non cadat reprehenſio, expertem omnis iniquitatis hominum, non minorem annis quinquaginta, quodammodo in hac ætate iuueniles perturbationes & externas calumnias ſuperauit aduerſus blaſphemias, quæ multis à quibuſdam falſis fratribus inſtiguntur, qui non norunt verbum Dei, quod eſt in Euangelio: Qui locutus fuerit verbum otioſum, reddet de eo rationem Domino in die iudicij. Et rurſus: Ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Sit igitur, ſi fieri poteſt, eruditus & peritus in ſcientia verbi conuenienter ætati. Quod ſi in parua parœcia grandior natu aliquis non reperitur, qui teſtimonio probatus & ſapiens in Epiſcopum conſtitui poſſit. Iuuenis verò ibi eſt teſtimonium habens eorum qui cum eo vixerunt, Epiſcopatus munere illum dignũ eſſe, in manſuetudine & modeſtia ſenectutem præ ſe ferens, & probatus talium teſtimonio commendetur, is conſtituatur in pace.* Tum IDEM capite ſecundo eiuſdem libri, pergit demonſtrare & oſtendere, ex epiſtola Pauli ad Timotheum, qualis debeat eſſe Epiſcopus, & infert capite tertio: *Probetur igitur, an vacet omni culpa in his quæ ad communis vitæ vſum pertinent. Scriptum eſt enim: Exquirite diligenter aſſumendum in ſacerdotium. Sit*

Apoſtolorum conſtitutio.

Titi 1.

Qualis in Epiſcopum debeat eligi vide, lector, & cōſidera.

Aetas eligendi Epiſcop & nūc nō ex natrum vitra proceſſerunt, cum illis de Epiſcopatu prouidetur ô ſeculus! Matth. 12.

Iuuentus non reprobatur in electione Epiſcopali

1. Timoth. 3.

igitur

Ioan.13.

igitur expers ira, quoniã inquit Sapientia: Ira ſapientes perdit. Sit miſericors, non illiberalis, charitate præditus, quoniam dicit Dominus: In hoc cognoſcent omnes, quod mei diſcipuli eſtis, ſi dilegitis inuicẽ. Sit facilis ad cõmunicandum, ſtudioſus viduarum. Hoſpitalis, prõptus ad ſuppeditandum, ad miniſtrandum paratum ſe exhibens, ſine pudore inſeruiens, noſcens quiſnam dignior ſit vt accipiat. Et cap.5. Ne ſit autem Epiſcopus acceptor perſonarũ, neque diuitem reuereatur vel aſſentetur illi præterquam quod decet, neque pauperem contemnat vel opprimat. In cibo & potu frugalem, & parcum ſe præbeat. Epiſcopus, vt poſſit ſobrius eſſe dum corripit homines carentes diſciplina, nec ſit ſumptuoſus, nec delicatus, nec voluptuoſus, neque bonorũ ciborũ vorator. Sit autem patiens, longanimis in admonitionibus, copioſus in docendo, meditatione ac ſtudio inuigilans in dominicis libris, nimius in lectionibus, vt ſcripturas diligenter exponat, Euangeliũ interpretetur conuenienter prophetis & legi. Interpretationes ex lege & prophetis procedant ad conuenientiã & ſimilitudinem Euangelij. Ait enim Dominus: ſcrutamini ſcripturas, &c. Et c.6. ſobdit: Ne quærat Epiſcopus turpe lucrum, maxime in gentibus detrimentum patiatur potius quam inferat. Ne ſit iniurioſus, nec rapax, nec expilator, nec diuitiarum cupidus, ne inopes odio habeat, ne ſit loquax, ne falſum teſtimonium dicat, ne ſit iracũdus, ne contentioſus, ne vita negotiis impediatur, ne fideiubeat pro vllo, ne ſit aduocatus in pecuniariũ litibus, ne ſit ambitioſus nec duplicis mentis, neque bilinguis, neque ad calumniam, neque ad detrahẽdum præbeat aures, ne ſit hypocrita, ad feſta gentiũ ne accedat, vanis deceptionibus nõ vtens, ne ſit cupidus nec auarus, quoniam hæc omnia inſeſta Deo ſunt, & dæmonibus amica, &c. Itẽ c.9. & 10. eiuſd. lib. repetuntur ad inſtructionẽ Epiſc. quædã, quæ iam ſuperiùs memorata ſunt, & ſuis locis inſerentur.

Bonæ Epiſcopi qualitates & virtutes, quas habere debet.

Ioan. 5.

Idem lib.8.c.2. Primus igitur ego petrus dico, Epiſc. ordinari debere (vt ſuprà ſimul omnes cõſtituimus) ex omni parte reprehenſionẽ carentẽ, ab omni populo delectũ, quo nominato & approbato conueniens populus cũ collegio presbyterorũ & Epiſcopis qui adſunt, in die dominico præcipimus ex omnibus interroges presbyteros & plebẽ, an is ſit quẽ petũt in rectorẽ, quibus annuentibus iterum interroges, num omnes teſtificentur eũm dignũ eſſe hac magna & illuſtri gubernatione. Deinde an pietatem erga Deũ coluerit, erga homines iuſta ſeruauerit, domum ſuam rectè adminiſtrauerit, ſine reprehenſione vitam inſtituerit, atque omnibus ſimul ex veritate, non ex coniectura teſtificantibus, talem eum eſſe veluti corã iudice Deo & Chriſto præſente, nimirum etiam Spiritu ſancto, atque omnibus ſanctis & adminiſtratoriis ſpiritibus. Tertio iterum interrogentur, an verè dignus ſit ſacerdotio, vt in ore duorũ vel trium teſtium ſtet omne verbum, hisq; tertiò aſſentientibus, illum dignũ eſſe ab omnibus aſſenſus petatur, quã prõpto animo præſtantes audiãtur, ſilentioq; imperato vnus ex primis Epiſcopis, &c. Vide mox, Epiſc. qualiter & à quibus ordinetur. Hinc Anacl. I. epiſt.2. ad Epiſc. Italię, & allegatur à Grat. 80. diſt. c. Electionem: Electionem ſummorũ ſacerdotũ ſibi Dñs reſeruauit, licet electionẽ eorũ bonis ſacerdotibus & ſpiritualibus populis conceſſiſſet. Electionẽ enim illorũ taliter Apoſtolus fieri iubet. Si quis ſine crimine eſt vnius vxoris vir, filios habẽs fideles, nõ in accuſatione luxuriæ, &c. Vide reſiduum in vocab. Sacerdos, & Sacerdot. & inf. Hinc Cypr. Carth. cum multis aliis Epiſc. lib 1 Epiſt. ep.4. ad Fœlicem Epiſc. & Aſturicã plebẽ, &c. Plebs (inquit) obſequens præceptis diuinis & Deum metuens, a peccatore præpoſito ſeparare ſe debet, nec ſe ad ſacrilegi ſacerdotis ſacrificia miſcere, cũ ipſa maximè habeat poteſtatẽ vel eligendi dignos ſacerdotes, vel indignos recuſandi. Quod & ipſum videmus, de diuina authoritate deſcẽ-

Forma antiquitas obſeruata in eligendo Epiſcopo.

Florebat tunc temporis Ecclesia. Sed nunc eſceute flore, deperit nunc & eiuſmodi religio.

Anacletus 1.

Titi 1.

Cyprianus Carthagin.

Vide quantum electionẽ cõmendet Cyprianus.

A dere, vt ſacerdos plebe præſente ſub omniũ oculis deligatur, & dignus atq; idoneus publico iudicio ac teſtimonio cõprobetur, ſicut in numeris Moyſi præcepit Dñs &c. Tũ poſt paululũ: Propter quod diligẽter de traditione diuina & Apoſtolica obſeruatione tenendũ eſt & ſeruandũ, quod apud nos quoque & ferè per prouincias vniuerſas tenetur, vt ad ordinationes rite celebrandas, ad eam plebem cui præpoſitus ordinatur, Epiſcopi eiuſdem prouinciæ proximi quique conueniant, & Epiſcopus deligatur plebe præſente, quæ ſingulorum vitã pleniſſimè nouit, & vniuſcuiuſque actum de eius conuerſatione perſpexit, quod & apud nos factum videmus in Sabini collega noſtri ordinatione, vt de vniuerſa fraternitatis ſuffragio, & de Epiſcoporũ qui in præſentia conuenerant, quique de eo ad vos literas fecerant, iudicio,

B Epiſcopatus ei deferretur, & manus ei in locum Baſilidis imponeretur, &c. Idem eod. lib epiſt.6. quæ eſt ad Magnum, docet quòd Epiſcopus ſeipſum ordinare non poteſt, ſicut conuincit Nouatum effeciſſe. Præterea Euseb. Cæsar. lib.6.c.29. Hiſtor. Eccleſ. Niceph. Callist. lib.5.c.26. meminerunt, quomodo etiam ante Cyprianum canonica electio obſeruabatur. Nam cũ poſt Anterum Romani de Epiſcopo, & ſummo Pontifice ſolicitarentur: Cùm (ait Nicephorus) Romæ Epiſcopi & fratres omnes in Eccleſia ad Epiſcopũ creandum conueniſſent, atque ſuffragiis deligentiũ, de multis præclaris & illuſtribus viris, quibus eam dignitatẽ collatum iri hominum opinio erat, varia: eſſet, affuit etiam

C Fabianus, & quanus de eo nulli Epiſcoporum in mentem veniret, de repente tamen aduolans columba ac capiti eius inſidens eum deſignauit, &c Hinc & Concilium Nicaenum I. can.6. & allegat Gratia. diſt.65.c. Illud generaliter: Per omnia autem (ait) manifeſtum eſt, quod, ſi quis præter voluntatem & conſcientiam Metropolitani Epiſcopi fuerit ordinatus hũc ſtatuit hæc ſancta & magna Synodus non debere eſſe Epiſcopum. Sanè ſi communi omnium conſenſu rationabiliter probato & ſecundum Eccleſiaſticam regulam facto decreto duo vel tres per contradictionem contradicant, obtineat plurimorum ſententia ſacerdotum.

D Hoc confirmat eiſdem temporibus celebratum Concil. Arelat. I. can.6. Et Conc. Antioch. I. ſub Iulio I. can.19. licet verbis paulùm prolixioribus. Sed & vide infrà, Epiſcopus non neophytus ordinetur, &c. Porrò Niceph. præfatus lib 8. Eccleſ. hiſtor c.14. Narrat in locum Philogonij Epiſcopi Antiocheni Euſtathium inuitum admodum & reluctantem à prouincialibus Epiſcopis, ſacerdotibus, & communi populo Domini fuiſſe electum, & ad thronum pertractum. Idem lib.11.c.30. atque Theodor. Cyren. lib 4. Eccleſ hiſtor. c.8. referunt epiſt. quam maximi & ſemper Auguſti Valent. & Gratia. Imperatores miſeruot ad Epiſcopos diœceſis Aſianæ Phrygię,

E Pacatianæ, &c. Vbi ad calcem ſic legitur: Hac de re cum ad vos haſce literas ſcriberemus, cõmonefacere etiam vos voluimus de creandis vel etiã creatis Epiſcopis, eorumq; adminiſtris, vt ſcilicet eligãtur ex ſana mente & doctrina, qui magiſtratũ Epiſcopalem geſſerint, præfectis, ſiquidem extenti ſint minus, ex ipſis preſbyteris. Conſimiliter preſbyteri & diaconi ex ipſo ſacro clericorũ ordine, vt omni ex parte irreprehẽſibiles ſint, qui non ex curia, vel ex militari magiſtratu ſunt lecti. Vide infrà. Epiſcopus nõ neophytus, &c. Idem Niceph. lib.12.c.16. profert epiſtlã Concilij Constantin. (vt credo) ſub Flauiano, ad Damaſũ, & reliquos Epiſcopos Romæ cõgregatos, in qua ad calcẽ ſic legitur: In vetuſtiſſima prouinciæq; Apoſtolica Eccleſia Antiochia apud Syros, in qua prima venerandum Chriſtianorũ nomen extitit Prouincialibus

Euſebius Cæſarienſis. Nicephorus Calliſtus.

Miraculoſa electio Fabiani Papæ.

Concilium generale 1. Nicæno celebratũ.

Conciliũ Arelatenſe 1.

Conciliũ Antiochenum 1.

Nicephorus Calliſtus.

Theodoretus Cyrenſis.

Epiſtolum Valẽtiniani & Gratiani de electione Epiſcoporum.

Conſtantinopolitanum cõcilium ſub Flauiano, vt opinor, vel verius ſub Theodoſio ſenior:

Orientalis diœceſis Epiſcopo conuentu acto, canonicè & legitimè, reuerendiſſimum & Deo amantiſſimum Flauianum Antiſtitem crearunt. Eccleſia tota conſentiente, & quaſi voce vna virū cum cohoneſtante. Quam electionem et ordinationem legitimam Synodi etiam communitas comprobauit. In ea vero Eccleſia quæ aliarum omnium mater eſt, Hieroſolymis reuerendiſſimum & Deo amantiſſimum Cyrillum Epiſcopum eſſe ſcimus, ritè iam ſudum à prouincialibus Epiſcopis electum, qui ſane diuerſis in locis aduerſus Arrianos decertauit, &c. Idem libro 13. cap. 2. de electione Ioannis Chryſoſtomi in Epiſcopatum Conſtantinopolitanum diſſerens: *Vbi* (inquit) *Conſtantinopolim peruenere, atque ibi quicunque euocati fuerant Epiſcopi præſto fuere, omnes quidem alij ſuffragio ferendo conſenſere. Vnus tantum Theophilus Alexandrinus conſecrationi obſtitit, gloria illius detrahens, &c.* Sed & Simeon Metaphraſtes atque Bernardus Iuſtinianus in vitam ſancti Nicolai Epiſcopi Myrææ ciuitatis, docent quomodo ex inſperato omnium ſuffragio, diuino oraculo electus eſt. Sed tempus deficeret, ſi vellem hiſtoriis immorari, quoniam quidem nullo pacto antiquitus Epiſcopi inſtituebantur, qui non prius communi eſſent electi ſuffragio. Quod & innuit Gregorius Nazianzenus oratione 18. quæ eſt in diuum Athanaſium dum contra ſacerdotes impios diſputat, & de perſecutione Athanaſij diſſerit, atque de eius ſæpius repetita electione & receptione in Epiſcopum Alexandrinum. Porrò Ioannes Chryſoſtomus, lib. 4. de ſacerdotio, dum illud exponit, manus citò ne impoſueris, &c. *Intelligiſne* (ait) *quanto non crimine modo, ſed & ſupplicio (quod quidem in nobis ſuit) eos liberauerimus, qui nos eo honoris perducturi fuerant? Nam ſicut his, qui ad id dignitatis electi ab alijs fuerint, non ſatis eſt defenſionem hanc afferre: voluntarium ipſe ad huiuſmodi munus adminiſtrandum non acceſſi: atque ideo ſanè non aufugi, quod non præſciſſem fore vt eligere, ſic neque eos qui elegerint ſublenare quicquam poterit, ſi dixerint ignoraſſe ſe eum, quem elegere.* Et cætera, per totum vbi de electione Baſilij & ſua multa diſſeruit. Porrò qualis debeat Epiſcopus eligi etiam Ambroſius Mediolanenſis, lib. 10. Epiſtolar. epiſt. 82. ad Vercellenſem Eccleſiam demonſtrat: *Itaque* (inquit) *cum in actu tum maximè in Epiſcopi petitione abeſſe debet malignitas, in quo vita formatur omnium, vt placido & pacifico iudicio præferatur vir omnibus, qui eligatur ex omnibus & qui medeatur omnibus. Supplicaturus enim pro populo, eligi à Domino, probari debet à ſacerdotibus, ne quid ſit quod in ipſo grauiter offendat, cuius officium eſt pro aliorum offenſis interuenire. Neque enim mediocris virtus ſacerdotalis eſt, cui cauendum non ſolum, ne grauioribus flagitiis ſit affinis, ſed ne minimis quidem, vt ſit promptus ad miſericordiam, promiſſum non remordeat, lapſum reuocet, compatiatur dolori, manſuetudinem teneat, pietatem diligat, iram repellat vel decoquat, ſit quidem lituus plebis excitandæ ad deuotionem, mitificandæ ad tranquillitatem, &c.* Multa, quæ certè pulchra ſunt. Tum de electione & ordinatione ſua dicit. *Quam reſiſtebam ne ordinarer, poſtremo cum cogerer, vt ſaltem ordinatio protelaretur, ſed non valuit præſcriptio, præualuit impreſſio, tamen ordinationem meam Occidentales Epiſcopi iudicio, Orientales exemplo probarunt.* Vide infrà, Epiſcopus neophytus: quia cùm electus eſt Ambroſius, dicitur adhuc fuiſſe catechumenus. Lege eundem in 1 ad Timoth. cap 3 & ad Titum 1. Seuerus Sulpitius, lib. 1 in vitam S. Martini: *Vna omnium voluntas, eadem vota, eademque ſententia, Martinum Epiſcopatu eſſe digniſſimum, fœlicem fore tali Eccleſiam ſacerdote. Pauci tamen & nonnulli ex Epiſcopis, qui ad conſtituendum antiſtitem fuerant euocati, impiè repugnabant, &c.* Vide reliquum. De electione Epiſcoporum agit Hieronymus Stridonenſis, lib 10. Commentariorum in Ezechielem, in cap. 33. cum illud exponit: *Terra, cum induxero ſuper eam gladium, & tulerit populus terræ virum vnum de nouiſſimis ſuis, et conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem, &c.* Item & in epiſt. 1 ad Titum. Idem in Dialogo contra Luciferianos, & lib. 1. aduerſus Pelagianos. Sed & de electione eorundem Auguſtinus Hipponenſis, lib 65. quæſtio. ad Oroſium, quæſt. vltima. *Illum* (ait) *cognoſcimus miſſum à Deo, quem non paucorum hominum laudatio, vel potius adulatio eligit, ſed illum quem & vita optima, & Catholicorum examen commendat ſacerdotum, vel etiā qui vniuerſorum populorum iudicio comprobatur, qui non appetit præeſſe, qui nec pecuniam dat, vt Epiſcopatus honorem acquirat. Nam qui præeſſe feſtinat, quidā Patrum eleganter expreſſit, dicens: Sciat ſe non eſſe Epiſcopum qui præeſſe deſiderat, non prodeſſe, &c.* Hinc longè ante illos Concilium Romanum I. ſub Syluestro I. de Conſtantino Magno, cano 5. *Si fuerit omnium votiua gratia* (ait) *non præmio, non inuaſione cupiditatis, nulli præripiens gradum, ſic ab omni Eccleſia eligatur conſecrandus Epiſcopus, nullo de membris Eccleſiæ intercidēte, & omni Eccleſia conueniente. Et dixerunt Epiſcopi, licet. Item vt nulli Epiſcopo liceat ſine cuncta Eccleſia à nouiſſimo gradu vſque ad primum ordinare neophytum* (vide Neophytus) *& dixerunt Epiſcopi, placet.* Concilium Arelatenſe II. ſub eodem Sylueſtro, canone 35. *Placuit in ordinatione Epiſcopi hunc ordinem cuſtodiri, vt primo loco venalitate vel ambitione ſubmota, ab Epiſcopis tres nominentur, de quibus clerici vel laici ciues, vnum eligendi habuerint poteſtatem.* Hinc & Concilium Laodicenum ſub Liberio, can. 12. & allegat Gratianus diſtio. 61. cap. Epiſcopum non. *Epiſcopos* (ait) *non oportet præter iudicium Metropolitanorum & finitimorum Epiſcoporum conſtitui ad Eccleſiæ principatum, nec eligantur niſi hi quos multo antè nota probabilisque vita commendat, & nihilominus ſi in ſermone fidei & rectæ operatione, per ſuam conuerſationem fuerint probati.* Vide & electio. Porrò Siricius I. epiſtola 3 ad vniuerſos orthodoxos, cap. 1. *Loquitur Apoſtolus* (ait) *ad Timotheum, Manus cito nemini impoſueris, neque cōmunicaueris peccatis alienis. Quod propterea memoratur, vt examine habito & probatis moribus, & Eccleſiaſtico labore, ſit commendatior qui vocatur in medium, vt ſummum ſacerdotium poſſit accipere probatus iudicio, non fauore, ſuſceptus veritate, nō gratia, Aſſenſu ſtatim ordine & fundo, non præcipiti voluntate, &c.* Vide Epiſcopatus non inuadendus, &c. Et Concil. Carthag. III. ſub eodem Syricio, can 40 & allegat Gratian. diſt. 23. c Illud. &c. *Illud eſt ſtatuendum, vt quando ad eligendum Epiſcopū conuenitur (ſi qua contradictio fuerit oborta, quia talia tractata ſunt apud nos) non præſumant ad purgandum eum, qui ordinandus eſt, tres tantum, ſed poſtulentur ad numerum prædictorum vnus vel duo, et in eadem plebe cui ordinandus eſt, diſcutiantur primo perſonæ contradicentium, poſtremò illa etiam quæ obiiciuntur pertractentur, & cum purgatus fuerit ſub conſpectu publico, ita demum ordinetur.* Idem Concil Hipponen. cap. 39. Et Concil Carthag. IV. cui interfuit beatus Auguſtinus can. 1. & allegat Gratia diſt. 23

capite.

Simeon Metaphraſtes. Bernardus Iuſtinianus.

Gregorius Nazianzenus.

Ioannes Chryſoſtomus.

1. Timoth. 5.

Teſtimonium Chryſoſtomi de ſeipſo.

Ambroſius Mediolanenſis.

Quali eſſe debet, qui eligendus eſt.

Ambroſius reſiſtebat, ne ordinaretur.

Seuerus Sulpitius.

Hieronymus Stridonenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Concilium Romanum I. ſub Sylueſtro I.

Concilium Arelatenſe 2. anno 326.

Concil. 6 Laodicenum.

Siricius I.

1 Timoth. 5.

Fretus.

Concil. Carthag. 3 ſub Syricio.

Concil. [illegible]

[illegible] Auguſtinus c. [illegible]

Quæ requirantur in Epiſcopo eligendo, vide lector & conſidera, ſi hęc etiam obſeruemus.
* fortè vacans

A capite, Qui Epiſcopus: *Qui Epiſcopus ordinandus eſt antea examinetur, ſi natura ſit prudens, ſi docibilis, ſi moribus temperatus, ſi vita caſtus, ſi ſobrius, ſi ſemper ſuis negotiis * cauens, ſi humilibus affabilis, ſi miſericors, ſi literatus, ſi in lege Domini inſtructus, ſi in ſcripturarum ſenſibus cautus, & ante omnia ſi fidei documenta verbis ſimplicibus aſſeras, id eſt, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum vnum Deum eſſe confirmans, totamq; Trinitatis coeſſentialem ac conſubſtantialem & coæternalem & coomnipotentem prædicans, ſi ſingulam quamque in Trinitate perſonam plenum Deum, & totas tres perſonas vnum Deum, ſi incarnationem diuinam non in Patre, neque in Spiritu ſancto factum, ſed in filio tantùm credat, vt qui erat* B *in diuinitate Dei patris filius, ipſe fieret in homine, hominis matris filius, Deus verus ex Patre, homo verus ex matre, carnem ex matris viſceribus habens, & animam humanam rationalem, ſimul in eo ambæ natura, id eſt, Deus & homo, vna perſona, vnus filius, vnus Chriſtus, vnus Dominus, creator omnium quæ ſunt, & author & Dominus & rector, cum Patre & Spiritu ſancto omnium creaturarum, qui paſſus ſit vera carnis paſſione, mortuus vera corporis ſui morte, reſurrexit vera carnis ſuæ reſurrectione, & vera animæ reſumptione, in qua veniet iudicare viuos & mortuos. Quærendum etiam ab eo, ſi noui & veteris teſtamenti, id eſt, legis & Prophetarum & Apoſtolorum vnum eundemq; credat authorem & Deum. Si diabolus non per conditionem, ſed per arbitrium factus ſit malus. Quærendum* C *etiam ab eo, ſi credat huius quam geſtamus & non alterius carnis reſurrectionem, ſi credat iudicium futurum, & recepturos ſingulos pro his quæ geſſerunt, vel pœnas vel gloriam. Si nuptias non improbat, ſi ſecunda matrimonia non damnet, ſi carnium perceptionem non culpet, ſi pœnitentibus reconciliatis communicet. Si in baptiſmo omnia peccata, id eſt, tam illud originale contractum, quàm illa quæ voluntariè admiſſa ſunt, dimittantur. Si extra Eccleſiam Catholicam nullus ſaluetur. Cùm in his omnibus examinatus, inuentus fuerit plenè inſtructus. Tunc enim conſenſu clericorum & laicorum, & conuentu totius prouinciæ* D *Epiſcoporum, maximeq; Metropolitani, vel authoritate vel præſentia, ordinetur Epiſcopus. Suſcepto in nomine Chriſti Epiſcopatu, non ſua delectationi nec ſuis motibus, ſed his Patrum definitionibus acquieſcat. In cuius ordinatione etiam ætas requiratur, quam ſancti Patres in præ eligendis Epiſcopis conſtituerunt.* Vide etiam infrà, Omnino eadem inquirenda in eligendo & ordinando Epiſcopo, ſtatuerunt Patres

Breuis noſtræ fidei Epilogus, Epiſcop. ordinando tenendus traditur

Concilium Aquiſgranen. 2. Cœleſtinus 1.

Concilij Aqvisgranensis II. cap. 1. & 2. capit. 2. Vide ſuprà. Hinc Coelestinvs I. epiſt. 2 ad Epiſcopos Viennenſes & Narbonēſes, cap. 5. & allegat Gratianus diſtinct. 61 cap. Nullus: *Nullus inuitis* (ait) *detur Epiſcopus* (vide & ſuprà, Electio) *Clerici, plebis, & ordinis conſenſus, ac deſi-* E *derium requiratur. Tunc alter de altera eligatur Eccleſia, ſi de ciuitatis ipſius clericis, cui eſt Epiſcopus ordinandus, nullus dignus (quod euenire non credimus) poterit reperiri. Primùm enim illi reprobandi ſunt, vt aliqui de alienis Eccleſiis meritò præferantur, habeat vnuſquiſque clericorum, ſuæ fructum militiæ in Eccleſia, in qua ſuam per omnia officia tranſegit ætatem* (vide ſuprà, Clericorum ſtipendia) *in aliena ſtipendia minimè alter obrepat, nec alij debitam alter ſibi audeat vendicare mercedem. Sit facultas clericis renitendi, ſi ſe viderint prægrauari, & quos ſibi ingredi ex tranſuerſo agnouerint, non timeant refutare. Qui & ſi non debitum præmium vel liberum de eo qui eos recturus eſt debent habere iudicium.* Et cap. 6. proſequitur: *Abſtineatur etiam ab illicitis ordinationibus.*

Epiſcopus non detur inuitis, ab omnibus.

Clericis nō fruſtrandi ſtipendiis.

A *Nullus ex laicis, nullus bigamus, nullus qui ſit viduæ maritus aut fuerit, ordinetur* (vide ſuprà, Bigamus) *ſed irreprehenſibiles, & quales elegit Apoſtolus pat. Per Moyſen Dominus præcepit: virginem accipiat ſacerdos vxorem. Subſequitur & ſupplet Apoſtolus eodem ſpiritu locutus, vnius vxoris virum habere Epiſcopum conſecrari. Ad hanc ergo eligantur formulam ſacerdotes. Et ſi quæ facta ſunt ordinationes illicitæ, remoueantur, quoniam ſtare non poſſunt, nec diſcuſſionem noſtram ſubterfugere poterunt, quamuis latere ſe exiſtiment, qui taliter peruenerunt, vt nulla religionis reuerentia obſcuritate fuſcetur. Non ſit vana gloriatio palliatis, Epiſcopalem morem, qui Epiſcopi ſubſequantur.* Idem poſtea conſequenter Danielem quendam B taxat, qui Pontificali gaudens infula, omnia ſibi licita putabat, varijs vitijs & ſceleribus maculans Pontificatus honorem, quem ab Epiſcopali cœtu ſegregat. Vtinam tales inueniremus Pontifices hoc tempore, qui zelo optimo Epiſcoporū Galliæ noſtræ horrenda piacula & ſcelera, & infinita ſcandala, corripiendo profligarent: & eos aut ſubmouerent, aut emendatos ſeueritate congrua, redderent ſuæ plebi pacatos. Porrò his ſubſcripſit Leo Magnvs, epiſt. 82. quæ eſt ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Epiſcopum, cap 5. & allegat Gratianus diſtinct 63. cap Si fortè: *Cùm de ſummi* (ait) *ſacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur quem cleri plebiſq; conſenſus concorditer* C *poſtulauit, ita vt ſi in aliam fortè perſonam partium ſe vota diuiſerint, Metropolitani iudicio is alteri præferatur, qui maioribus & ſtudijs iuuatur & meritis. Tantùm vt nullus inuitis & non petentibus ordinetur, ne ciuitas Epiſcopum non optatum, aut contemnat, aut oderit, & fiat minùs religioſa quàm conuenit, cui non licuerit habere quem voluit, &c.* Idem epiſt 87. quæ eſt ad Epiſcopos Viennenſes, increpat factū temerararium Hilarij cuiuſdam Epiſcopi, qui Patroclum in locum viuentis Epiſcopi proiecti ſubrogare præſumpſerit ſine euiuſquam aſſenſu, & dicit oportuiſſe ad minùs vt expectarentur vota ciuium, teſtimonium populorum, quæreretur ho- D noratorum arbitrium, electio clericorum. *Quæ in ſacerdotum* (ait) *ſolent ordinationibus, ab his, qui nouerunt patrum regulas, cuſtodiri, vt Apoſtolicæ authoritatis norma in omnibus ſeruaretur, qua præcipitur, vt ſacerdos Eccleſiæ præfuturus, non ſolùm atteſtatione fidelium, ſed etiam eorum qui foris ſunt, teſtimonio muniatur, neque vllius ſcandali relinquatur occaſio, cùm per pacem & Deo placitam concordiam, conſonis omnium ſtudiis qui doctor pacis futurus ordinatur* (& poſt pauca ſubdit) *qui præfuturus eſt omnibus, ab omnibus eligatur, & Metropolitani expectetur iudicium, &c.* Vide Metropolitanus. Si autem contigerit aliter Epiſcopos ordinari & eligi, eorum ordina- E tio nulla eſt, vt ait Idem epiſt 90. quæ eſt ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum, cap 1. & allegat Gratianus diſtinct. 62. cap Nulla ratio. Simulque à talibus ordinatos, decernit legitima ordinatione carere. Vide Ordinatus, &c. Hinc Hormisda I. epiſt. 4. quæ eſt ad Epiſcopos Hiſpaniæ, cap. 2 & allegat Gratianus diſtinct. 61. cap. In ſacerdotibus: *In ſacerdotibus ordinandis, quæ ſunt à Patribus præſcripta & definita, cogitetis, quia ſicut caput eſt Eccleſiæ Chriſtus, Chriſti autem vicarij ſacerdotis, ſic & in eligendis his curam oportet eſſe perſpicuam. Irreprehenſibiles enim eſſe conuenit, quos præeſſe neceſſe eſt corrigendis, nec quicquam illi deeſſe perſona, penes quam eſt religionis ſumma, & ſubſtantia diſciplinæ. * æſtimet quis precium dominici gregis, vt ſciat quod meritum conſtituendi deceat eſſe paſtoris.*

Ordinationes illicitæ remouendæ
1. Timoth. 3.
Leuitici 21.
1. Timoth. 3.

Votum authoris.

Hormiſda 1.

Epheſ. 5.

1. Timoth. 3. Hæc ſi diligenter aduerteretur, non tam facilè de inuitis hodie Epiſcop. Chriſti napi... [illegible]

Vide infrà, Epiſcopus non neophytus aut laicus, &c. Vide reliquum. Idem & in Concilio TVRONENSI II. cap. 8. ſed repoſuimus ſuprà, Electio. Idem etiam vide infrà, Epiſcopus conuerſetur dignè Deo, &c. Porrò Concilium GENERALE VII. quod eſt Nicænum II. cano. 2.

Concilium Turonenſe 2.

Concilium Nicænum 2. generale 7.

Decernimus (ait) *quemlibet quidem qui ad Epiſcopalem gradum eſt prouehendus, pſalterium omnino noſſe, vt ex eo omnem quoque ſuum clerum ita imitari moneat. A metropolitano autem bene examinari, an ad ſacros canones diligenter ac cum perſcrutatione, non autem obiter curſimq́; legendos promptio paratoq́; ſit animo, & ſacrum etiam Euangelium, & librum diuini Apoſtoli, omnem diuinam Scripturam: & in diuinis præceptis verſari, & populum docere. Noſtra enim Hierarchia ſubſtantia ſunt eloquia diuinitus tradita, diuinarum ſcilicet ſcripturarum vera ſcientia, ſicut & magnus ait* DIONYSIVS I. *Si quis autem dubium animi fuerit, & non libenter hæc facere & docere voluerit, non ordinetur. Prophetice enim dicit Deus: Tu repuliſti ſcientiã, & ego te repellã, ne ſis mihi ſacerdos.* Idem renouat Conciliũ VALENTIN. GALLIÆ III. ſub Lothario Imperatore, cap. 6. vbi de examinando Epiſcopo, vndecunque venerit, tractat. *Primum enim vita ſit, deinde cum ſcientia, & vigore Eccleſiaſtico ſub oculis omnipotentis Dei agat Metropolitanus in hac parte. Epiſcopus ſicut Dei miniſtris adinuicem ferentibus, ne maculata vita & pompis ſeculi turgidus, & ſimoniaca hæreſi pollutus, humilibus & mũdis membris Chriſti Eccleſiaq́; ipſius ſupponatur Epiſcopus. Nec præſumat illiteratum & cupiditate nimia cæcatum, reddituruſ factis ſui rationem, populo Dei præficere. Si autem hoc negligenter egerit, iudicio Dei & fratrum ſententia ſe nouerit eſſe culpandum.* Et Concilium AQVISGRANENSE I. ſub Ludouico Imperatore I. cap. 13. & allegat Gregorium lib. 1. Paſtoralium in Procemio: *Cum rerum* (ait) *aut neceſſitas expoſcit, penſandum valde eſt, ad culmen quiſque regiminis qualiter veniat, atque ad hoc ritè perueniens qualiter viuat, & bene viuens qualiter doceat, & rectè docens infirmitatem ſuam quotidie quanta conſideratione cognoſcat, ne aut humilitas acceſſum fugiat, aut peruenienti vita cõtradicat, aut vitam doctrina deſtituat, aut doctrinam præſumptio extollat. Prius ergo appetitum timor temperet, poſt autem magiſterium, quod à non quærente ſuſcipitur, vita commendet. Ac deinde neceſſe eſt, vt paſtoris bonum quod viuendo oſtenditur, loquendo propagetur. Ad extremum verò ſupereſt, vt perfecta quæque opera, conſideratio propriæ infirmitatis deprimat, ne hæc ante occulti arbitri oculos tumor elationis extinguat.* Hinc ſubſcribens præmiſſum Concilium VALENTINVM III. cano 15. *De vita* (ait) *& religione ſua vnuſquiſque Epiſcopus, tam in conuerſatione ſua, quàm etiam in habitus & vultus & ſermonis grauitate, talem ſe domi foriſq́;, & ſuis & extraneis exhibere ſtudeat, vt maturitate morum, & repudiatione omnium leuitatum ac vanitatum, omnibus ſibi adhærentibus ſeſeq́; intuentibus formam diſciplinæ & verecundiæ ac modeſtiæ infundat.* Porrò Concilium AQVISGRANENSE II. cap. 11. *Viſum eſt* (ait) *omnibus, vnumquemque Pontificum ſcire oportere fidem ſynceram, id eſt, qualiter illum fidem ac credulitatem ſanctæ Trinitatis in vnitate Deitatis ſibi tenere atque credere conueniat, ac cæteros perfectè inſtruere, qualiter & ipſi credendo ſalui fieri poſſint. Summos item ſacerdotes, inexcuſabiliter noſſe oportet, vt ex veteris nouiq́; teſtamenti ſcriptis, quæ vera ſunt ſaluti q́; omnium proficua, proferre doctè ſciant, videlicet quantum diuina gratia cœlitus inſpirare cuique dignetur,*

Oſee 4.

Concilium Valentinum Galliæ 3.

Examinatio eligendi Epiſcopi.

Concilium Aquiſgranenſe 1.

Gregorius 1.

Electionis formam approbatã habes in perſona Aeneæ electi in Epiſcopum Pariſienſem per deceſſum Erchenradi epiſtola 99. Lupi Ferrarienſis Abbatis ad Guenilonẽ epiſcop. Sueſſionenſem.

Concilium Valentinum Galliæ 3.

Concilium Aquiſgranenſe, anno 137. Idem omnino ſuprà conciliũ Carthag. nenſ. 4. ſtatuit.

A *quia neminem in hac incertitudine poſitum aſſequi omnia poſſe certum eſt, quouſque illo perueniatur, vbi erit Deus omnia in omnibus.* Vide Epiſcopi officium, &c. Porrò de eligendis Epiſcopis etiam Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. parte prima, capite tertio: *Cum* (ait) *in ſacris ordinibus, & miniſteriis Eccleſiaſticis, & ætatis maturitas, & morum grauitas, & ſcientia literarum, ſunt inquirenda, multo fortius hoc in Epiſcopo oportet inquiri, qui ad curam poſitus aliorum, in ſeipſo debet oſtendere qualiter alios in domo Domini oporteat conuerſari. Eapropter ne quod a quibuſdam ex neceſſitate temporis factum eſt, in exemplum trahatur Apoſtolis, præſenti decreto ſtatuimus, vt nullus in Epiſco-*
B *pum eligatur, niſi qui iam trigeſimum ætatis annum egerit, & de legitimo ſit matrimonio natus. Qui etiam vita & ſcientia commendabilis demonſtretur. Cum autem electus fuerit, & confirmationem acceperit, & Eccleſiaſticorum bonorum adminiſtrationem habuerit, decurſo tempore de conſecrandis Epiſcopis à canonibus definito, is ad quem ſpectant beneficia quæ habuerat, diſponendi de illis liberam habeat facultatem.* Hoc allegat Gratianus diſtinct. 75. capite, Quoniam, & diſtinct. 13 capite, Si qui Epiſcopi, &c. Vide inos, Epiſcopi qualiter conſecrentur, &c. Hæc autem renouat & repetit LEO X. ſeſſione nona, Concilij Lateranenſis quod celebrauit. Hoc quoque præcedens decretum nouiſſimè confir-
C mauit Concilium TRIDENTINVM generale ſeſſione ſeptima, de reformatione, capite primo: *Ad cathedralium Eccleſiarum regimen* (ait) *nullus niſi ex legitimo matrimonio natus, & ætate, natura, grauitate morum literarumq́; ſcientia, iuxta conſtitutionem Alexandri tertij in Concilio Lateranenſi promulgatam* (habes ſuperiùs) *præditus aſſumatur.* Et ſeſſione vigeſimaſecunda, quæ fuit ſexta ſub Pio IV. canone ſecundo decreti reformationis, *Quicunque poſthac ad cathedrales Eccleſias erit aſſumendus, is non ſolum natalibus, ætate, moribus & vita, ac aliis quæ a ſacris canonibus requiruntur, plenè ſit præditus, verum etiam in ſacro ordine antea * ſaltem ſex menſium ſpatio conſtitutus, quarum rerum inſtru-*
D *ctio, ſi eius notitia nulla aut recens in curia fuerit à ſedis Apoſtolicæ legatis, ſeu nunciis prouinciarum, aut eius ordinario, eóque deficiente à vicinioribus ordinariis ſumatur. Scientia verò præter hæc huiuſmodi polleat, vt muneris ſibi iniungendi neceſſitati poſſit ſatisfacere. Idcóque antea in vniuerſitate ſtudiorum, magiſter, ſiue doctor, aut licentiatus in ſacra Theologia vel iure canonico, meritò ſit promotus, aut publico alicuius Academiæ teſtimonio idoneus ad alios docendos oſtendatur. Quòd ſi regularis fuerit, à ſuperioribus ſuæ religionis ſimilem fidem habeat. Prædicti autem omnes, vnde inſtructio ſeu teſtificatio erit ſumenda, hæc fideliter & gratis referre teneantur, alioquin eorum conſcientias grauiter oneratas eſſe ſciant, & Deum & ſu-*
E *periores ſuos habebunt vltores.* Vide ſuprà, Electio, & Clericus, & Preſbyter, & Sacerdos, & ſequentia, quia multa adhuc reſtant infrà dicenda, quæ rectè ſuperioribus cohærere noſcuntur.

Concilium Lateranenſe ſub Alexãdro 3 patrum 280. anno domini 1180.

De ætate eorum qui ad Epiſcopalem ordinem ſunt promouendi, de qua & ſuperius dictum.

Leo X.

Tridentinum nouiſſimè concilium generale.

Quæ requirantur in Epiſcopo ordinando & eligendo.

Vide ſequens decretum Zoſimi Epiſcopi, vnde hoc deſumptũ eſt, & Cœleſtini 1.

Epiſcopi eligendi ætas.] Habes in ſuperiori annotatione, ex Clemente I & aliis, ter aut quater hoc expreſſum. Vide etiam, Ordinandorum ætas.

Epiſcopi electio non differenda.] Vide infrà, Epiſcopatus non diu vacet, &c.

Epiſcopi electio à Metropolitano confirmetur.] Vide in vocabulo, Metropolitanus, vbi multa ad hoc pertinentia reperies.

Epiſcopus non neophytus, aut laicus,

nec triuialis, aut indignus eligatur & ordinetur.] * Hoc iam in ſuperiori annotatione magna ex parte probatum eſt. Verumtamen quædam reſeruauimus, quæ opportunè hîc inſeri poterunt, & libenter more ſolito & ordine cœpto communicabimus. Sic quippe & in vocabulo, Neophytus, atque Laicus, multa adhuc reperies. Sed quæ ad Epiſcopos & paſtores attinent, hic repoſuimus fideliter. Igitur CANON APOSTOLORVM 79. *Eum, qui ex vita Gentili acceſſerit & baptizatus fuerit, vel ex improba viuendi ratione, non eſt æquum protinus Epiſcopum fieri. Iniquum eſt enim, vt qui ſui nondum experientiam oſtenderit, ſit aliorum magiſter, niſi fortè hoc diuina gratia fiat, &c.* Sicut accidiſſe refert NICEPHORVS CALLISTVS, libro duodecimo, capite duodecimo, dum Nectarius electus eſt in Conſtantinopolitanum Epiſcopum, qui nondum fuerat baptizatus. Lege hiſtoriam, quia pulcherrima eſt & lectu digniſſima. Idem accidit & in AMBROSIO MEDIOLANENSI: nam adhuc catechumenus, Epiſcopus factus eſt, vt ipſemet & ſe teſtatur, libro decimo Epiſtolarum epiſtola 82. ad Vercellenſem Eccleſiã: *Ordinationem (ait) meam Occidentales Epiſcopi iudicio, Orientales etiam exemplo probarunt, & tamen neophytus prohibetur ordinari, ne extollatur ſuperbia, &c.* Idem de eodem teſtatur THEODORETVS CYRENSIS, lib. 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite nono. Sed ad alia reuertamur Concilium NICÆNVM I. generale, canone ſecundo, quod & allegat prædictus Ambroſius loco præallegato, & Gratianus diſtin. 48. capite, Quoniam: *Quoniam multa ſiue per neceſſitatem, ſiue ex quacunque cauſa contra regulã geſta ſunt, ita vt homines ex vita gentili nuper adhuc accedentes ad fidem, & qui paruo tempore catechizati vel inſtructi, ſtatim ad ſpiritualem baptiſmum venerint, & continuò vt baptizati fuerint, etiam ad Epiſcopatum vel ad presbyterium promouerentur, rectum eſſe viſum eſt, de cætero nihil tale fieri. Nam & tempore opus eſt, vt ſit catechumenus, & poſt baptiſmum multa probatione indiget.* Hinc & IOANNES CHRYSOSTOMVS libro quarto de Sacerdotio contra eos, qui indiſcretè aſſumuntur ad Epiſcopatus apicem, & rudes atque imbeciles ſunt, nec tanto miniſterio digni grauiter inuehit, damna quæ ſibi & proximis inferũt enumerans. Sed & HIERONYMVS STRIDONENSIS, libro ſecundo, Commentariorum in Iſaiam, capite tertio, vbi illud exponit, *Et dabo pueros principes eorum, &c.* Quantum Eccleſiæ detrimentum ſit, Epiſcopos neophytos & ignaros eidem præponere, oſtendit. Et hinc eſt quod rectè ſtatuit INNOCENTIVS I. epiſtola duodecima, ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem, & allegat Gratianus diſtinct. 61. cap. Miletum, ſic loquitur: *Qua (ait) indignitate, qua moleſtia male tractetur Eccleſia, præcipueq; Epiſcopus relegam vel audiam, & tua fraternitas bene nouit. Et ego tam idonea, tanto doloris verba inuenire non paſſum, dum facile imponuntur manus, dum negligenter ſummus ſacerdos eligitur. Ecce facta eſt querela publica, quæ fecit ſemper, vt communis omnibus tremenda ſit reuerentia. Sic clerici Eccleſiaſticorum dogmatum nutriti vel honorati intra altaris Chriſti reſpuuntur, ſic prætereuntes promouentur, quaſi nefas ſit ad Primatum per ordinem peruenire. Nam cum inuoluti mundanis nexibus, actibus, vel moribus abrupte adſciſcuntur ad tanti collegium ſacerdotij, & illi videntur contemni de quibus oportuerat eligi, & iſti malè intromitti qui præter ordinem irrumpunt potius quàm eliguntur. Quam enim miſerum eſt, eum magiſtrum fieri, qui nunquam diſcipulus fuit? Eum ſummum fieri ſacerdotem, qui nunquam in vllo gradu obſequutus fuerit ſacerdoti? Relege præfectiorum literas, & vide quæ vel falſo vel pro certo ſublimium poteſtatum annotantur ſcriptis. Perdimus profectò nos ipſi, nos, inquam, ſanctimoniæ reuerentiam, qui quaſi viliſſimum aliquid ſummos efficimus ſacerdotes, vt iam incipiat quaſi noxium aliquid publicis interlocutionibus condemnari. Præterita ergo mala digna ſeueritate coerceantur, & de cætero caueatur, ne Eccleſiæ ſanctitas, per noſtram fatigata negligentiam, perdat priuilegia quæ eſt per viros venerabiles conſecuta.* Hinc SOSIMVS I. epiſt. I. ad Heſychium Salonitanum Epiſcopum, & allegatur a Gratiano diſtinct. 36. & diſtinct. 69. cap. vbi. Qui Eccleſiaſticis, &c. *Exigit dilectio tua præceptum Apoſtolicæ ſedis, in quo Patrum decreta conſentiens, & ſignificas nonnullos ex monachorum populari cœtu, quorum ſolitudo quamis frequentia maior eſt, ſed & laicos ad ſacerdotium feſtinare. Hoc autem ſpecialiter & ſub prædeceſſoribus noſtris, & nuper à nobis interdictum conſtat literis ad Gallias * Hiſpaniaq; tranſmiſſis, in quibus regionibus familiaris eſt iſta præſumptio, quamuis nec Africa ſuper hac admonitione noſtra habeatur aliena. Ne quis penitus contra Patrum præcepta, qui Eccleſiaſticis diſciplinis imbutus per ordinem non fuiſſet, & temporis approbatione diuinis ſtipendiis eruditus, nequaquam ad ſummum Eccleſiæ ſacerdotium aſpirare præſumeret, & non ſolum in eo ambitio inefficax haberetur. Verum etiam in ordinatores eius vt carerent, eo ordine quẽ ſine ordine contra præcepta Patrum crediderant præſumendum. Vnde miramur ad dilectionem tuam ſtatuta Apoſtolicæ ſedis non fuiſſe perlata. Laudamus igitur conſtantiam propoſiti tui, nec aliud de Pontificij tui veteri cenſura authoritatis genus expectandum fuit, quam vt talibus ambitionibus pro præceptis Patrum in procinctu fidei conſtitutus occurreres. Igitur ſi quid authoritati tuæ (quod nos non opinamur) æſtimas defuiſſe, ſupplemus. Obſiſtite talibus ordinationibus, obſiſtite ſuperbiæ & arrogantiæ venientis. Tecum faciunt præcepta Patrum, tecum Apoſtolicæ ſedis authoritas. Si enim officia ſecularia principem locum, non veſtibulum actionis ingreſſis, ſed per plurimos gradus examinatis temporibus deferunt. Quis ille tam arrogans, tam impudens inuenitur, vt in cæleſti militia quæ propenſius ponderanda eſt, & ſicut aurum repetitis ignibus exploranda, ſtatim dux eſſe deſideret, cum tyro ante non fuerit? Et priùs velit docere, quàm diſcere? Adſueſcat in domini caſtris, in lectorum primitus gradu diuini rudimenta ſeruitij, nec illi vile ſit, exorciſtam, acolytum, ſubdiaconum, diaconum, per ordinem fieri, nec hoc ſaltem, ſed ſtatutis maiorum ordinatione temporibus. Iam verò ad presbyterij faſtigium talis accedat, vt & nomen ætas impleat, & meritum probitatis ſtipendia anteacta oſtendant. Iure inde ſummi Pontificis locum ſperare debebit, ſucis hoc nimia remiſſio, conſacerdotum noſtrorum qui pompam multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid ſibi dignitatis acquiri. Hinc paſſim numeroſa popularitas, etiã his locis vbi ſolitudo eſt talis reperitur, dum parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud præſtare nõ poſſunt diuinos honores largiũtur, quod oportet diſtrictè ſemper eſſe iudicij. Rarum eſt enim omne quod magnum eſt.* Idem pene COELEST. I. epiſt. 2. ad Epiſcopos Viennenſes & Narbonẽſes, aſtruit, c. 3. & allegatur à Gratiano diſt. 59. c. Ordinatos: *Ordinatos (ait) Epiſcopos quoſdam qui nullis Eccleſiaſticis ordinibus ad tanta dignitatis faſtigium inſtitui contra Patrum decreta, huius vſurpatione qui ſe hoc recognoſcit feciſſe, didicimus, cum ad Epiſcopatũ his gradibus*

Hæc maximè noſtra tempora ſpectat, quibus tot Abbates & Epiſcopos intruſos cernimus, contra ius & fas atque decreta maiorum Eccleſiæ præſidere.

Canon Apoſtolorum.

Nectarius & electus Epiſcopus nondum baptizatus.

Ambroſius Catechumenus Epiſcopus electus.

Theodoretus Cyrenſis.

Concilium Nicænum maximũ & vniuerſale.

Ioannes Chryſoſtomus.

Hieronymus Stridonenſis.

Innocentius I.

Epiſcopus non Neophytus, nec triuialis, Eccleſiæ præponatur, vide & conſidera noſtra tempora.

Talem querimoniã iuſtius poteſt ſeculũ noſtrũ formare.

Soſimus I. Papa.

Decretum quo iubentur, qui eliguntur in Epiſcopos, per omnes priùs ſocios ordines faiſſe prolatos, quod iã ſuprà ex cõcilio Tridentino aſſertũ oſtendimus. Heu quàm in obſeratum Galliæ morbũ circumfert!

Attende ſingulos minores ordines oportere habere Epiſcopum & ſubſequenter maiores non per ſaltum, vide. Ordo.

Cœleſtinus I.

Confirmatio ſuperioris decreti.

quibus frequentiſſimè cautum eſt, debeat perueniri; vt minoribus initiati officiis ad maiora firmentur. Debent enim antè eſſe diſcipuli, qui doctores eſſe deſiderant, vt poſſint docere quod didicerunt. Omnis vita inſtitutio hac ad id, quo tendit, ſe ratione confirmat. Qui minime literis operam dederit, præceptor eſſe non poteſt literarum. Qui non per ſingula ſtipendia creuerit, ad meritum ſtipendij ordinem non poteſt peruenire. Solum ſacerdotium inter illa, rogo, vilius eſt? Quod facilius tribuitur cum difficilius impleatur. Sed iam non ſatis eſt laicos ordinare, quos nullus fieri ordo permittit, ſed etiam hi quorum crimina longè lateq́; per omnes ſunt nota prouincias, ordinantur. Tum de quodam Daniele tractat, qui pollutus erat inceſtu ſacrarum virginum, & multorum facinorum accuſatione pulſatus, & Epiſcopus ordinatus eſt. Sed quid, ſi hic Cœleſtinus in noſtra incidiſſet têpora? Quibus tot videmus Pontifices aulicos, Venari magis doctos, mulierculárum amores, quàm oues errabundas colligere? Eundem querimoniam renouat & ſuo tempore LEO I. epiſt. 87. ad Epiſcopos Vienneſes, vt in dictione, Epiſcopatus non inuadendus, dicetur. Præterea IDEM COELESTINUS I. epiſt. 3 ad Epiſcopos Apuliæ & Calabriæ, cap. 2. & allegat in parte Gratianus diſtinct. 61. cap. Quid proderit, &c. *Audiuimus* (ait) *quaſdam propriis deſtitutas rectoribus ciuitates, Epiſcopos ſibi velle petere de laicis, tantumq́; faſtigium tam vile credere, vt hoc his qui non Deo, ſed ſeculo militauerint. Æſtiment nos poſſe conferre, non ſolùm malè de ſuis clericis (in quorum contemptum hoc faciunt) iudicantes, ſed de nobis peſſimè, quos credunt hoc poſſe facere ſemientes. Quod nunquam auderent, ſi non quorundam illic his conſentiens ſententia contineret. Iam nihil, quæ frequentius ſunt decreta, proficiunt, vt hoc quaſi nunquam de hoc parte ſcriptum fuerit ignoretur. Quid proderit per ſingula clericos ſtipendia militaſſe, & omnem egiſſe in dominicis caſtris ætatem, ſi hi qui præfuturi ſunt ex laicis requirantur? Qui vacantes ſeculo & omnem Eccleſiaſticum ordinem neſcientes, ſaltu præpropero in alienum honorem ambiunt, immoderata cupiditate tranſcendere? Et in aliud vitæ genus calcata reuerentia Eccleſiaſtica diſciplinæ tranſire? Talibus itaque qui iuris noſtri, id eſt, canonum gubernacula cuſtodimus, neceſſe eſt obuiemus, huq́; fraternitatem noſtram epiſtolis commonemus, ne quis laicum ad ordinem clericatus admittat, & ſinat fieri, vnde & illum decipiat, & ſibi cauſas generet, quibus reus conſtitutis decretalibus fiat.* Hinc & Concilium ARELATENSE III. canone ſecundo: *Licet de laicis ordinandis* (ait) *prolixiora tempora antiqui Patres* (vide infrà, Laici qualiter ordinandi) *ordinauerint, obſeruanda tamen quia creſcente numero Eccleſiarum, neceſſe eſt nobis plures clericos ordinare, hoc inter nos ſine præiudicio duntaxat canonum comments antiquorum conſtituere, vt nullus Metropolitanorum, cuique laico dignitatem Epiſcopatus tribuat, ſed nec reliqui Pontifices, presbyteri vel diaconatus honorem conferre præſumant, niſi anno integro fuerit ab eis præmiſſa conuerſio.* Hinc & LEO I. Aggarum & Tiberianum ſeditioſè ex laicis conſtitutos in ordine Epiſcopatus, relinquit examinis iudicio promotorum, epiſt. 85. ad Epiſcopos Africanos, per Mauritaniam Cæſarienſem cõſtitutos. Idem quoque Concilium AVRELIANENSE V. canone nono. IDEM verò LEO I. epiſtola 82. ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicenſem, capite tertio: *In ciuitatibus quarum rectores obierint, de ſubſtituendis Epiſcopis hæc forma ſeruetur, vt is qui ordinandus eſt, etiam ſi bonæ vitæ teſtimonio fulciatur, non*

Laici nullo modo poſſunt Epiſcopi fieri

Hoc ſchedquã functionem cogimus

Leo I.

Cœleſtinus I.

Cõcilium Arelatenſe 3. ſub Leone I.

Vtinam & hoc noſtro ſeculo effectui mãdaretur.

Leo I.

Aurelianenſe concilium 5.

Leo I.

A *laicus, non Neophytus, non ſecunda coniugis ſit maritus* (vide ſuprà Bigamus) *aut qui vnam quidem habeat vel habuerit, ſed quam ſibi viduam copularit. Sacerdotum enim tam excellens eſt electio, vt hæc quæ in aliis Eccleſiæ membris non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita.* Hoc allegat Gratianus diſtinct. 32. capite, Omnis. Et Concilium CABILONENSE I. capite decimo, vbi non ab alio, niſi à comprouincialibus, clero, & ciuibus eligi iubetur in defuncti ſubrogandus locum: aliter irrita decernitur eius ordinatio. Vide ſuperiori annotatione de eligendo Epiſcopo, & electio. IDEM LEO epiſtola 85. quæ eſt ad Epiſcopos Africanos per Mauritaniam Cæſarienſem conſtitutos,

B capite primo, & allegat Gratianus diſtinct. 61. cap. Miramur. Eoſdem Epiſcopos corripit, eò quòd ad Epiſcopatum homines indignos ritiuales & laicos prouheherent. *Miramur* (ait) *tantum apud vos per occaſionem temporis impacati, aut ambientium præſumptionem, aut tumultum valuiſſe popularem, vt indignis quibuſque & longè extra ſacerdotale meritum conſtitutis, paſtorale faſtigium & gubernatio Eccleſiæ crederetur. Non eſt hoc conſulere populis, ſed nocere: nec præſtare regimen, ſed augere diſcrimen. Integritas enim præſidentium, ſalus eſt ſubditorum, & vbi eſt incolumitas obedientiæ, ibi ſana eſt forma doctrinæ. Principatus autem quem aut ſeditio extorſit, aut ambitus occupauit, etiam ſi moribus aut actibus*

C *non offendat, ipſius tamen initij ſui eſt pernicioſus exemplo. Et difficile eſt, vt bono peragantur exitu quæ malè ſunt inchoata principio. Quod ſi in quibuſlibet Eccleſiæ gradibus prouidenter ſcienterq́; curandum eſt, vt in Dei domo nihil ſit inordinatum nihilq́; præpoſterum, quantò magis elaborandum eſt, vt in electione eius, qui ſuprà omnes gradus conſtituitur, non erretur? Nam totius familiæ domini ſtatus & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. Vbi eſt illa beati Pauli Apoſtoli per ſpiritum Dei emiſſa præceptio, qua in perſona Timothei, omnium ſacerdotum Chriſti numerus eruditur, & perinde*

D *vnicuique noſtrum dicitur: Manus citò nemini impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis. Quid eſt citò manus imponere, niſi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam diſciplinæ, ſacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid eſt communicare peccatis alienis, niſi talem effici ordinantem, qualis ille eſt qui non meruit ordinari? Sicut enim boni operis ſibi comparat fructum, qui rectum ſeruat in eligendo ſacerdote iudicium, ita graui ſemetipſum afficit damno, qui ad ſuæ dignitatis collegium ſublimat indignum. Non enim in cuiuſquam perſona prætermittendum eſt, quod inſtitutis generalibus continetur, nec putandus eſt honor ille legitimus, qui fuerit de præuaricatione collatus.*

E Deinde ex Apoſtolo & lege, ſacerdotem debere eſſe vnius vxoris virum, quæ virgo antè fuerit, probat, intelligens per hoc, vt in his prouectionibus, non ſolùm matrimoniorum caſtimoniam, ſed etiam laborum merita cogitanda, ne aut à baptiſmo rudibus, aut à ſeculari actu repente conuerſis, officium paſtorale credatur, cum omnis gradus militiæ Chriſtianæ de incrementis profectuum debeat æſtimari, an poſſint cuiquam maiora committi. Tum ſubdit Leo idem. *Miramur, beatorum Patrum venerabiles ſanctiones, cùm de ſacerdotum electione loquerentur, eos demum idoneos ſacris adminiſtrationibus cenſuere, quorum omnis ætas à puerilibus exordiis vſque ad prouectiores annos, per diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſtipendia cucurriſſet, vt vnicuique teſtimonium prior*

Concilium Cabilonenſe 1.

Leo I.

Non quid ſi Leo inuit ad hoc conſiliorum.

Hoc, oro, obſeruat, qui a cruda ſunt dopta

Hoc allegat Gratianus cau. 1. q. 1. c. Principatus.

1. Timoth. 5.

Hoc allegat Gratian. diſt. 78 ca. Quid eſt citò.

1. Timoth. 3. Leuitic. 21.

Allegat Grat. diſt. 1. cap. miramur.

vita præberet, nec poſſet de eius prouectione dubitari,
cui pro laboribus multis, pro moribus caſtis, pro acti-
bus ſtrenuis, celſioris loci præmium deberetur. Si enim
ad honores mundi ſine ſuffragio temporis, ſine merito
laboris indignum eſt peruenire, & notari ambitus ſo-
leat, quos probitatis documenta non adiuuant, quàm
diligens & quàm prudens habenda eſt diſpenſatio di-
uinorum numerum, & cœleſtium dignitatum, ne in
aliquo Apoſtolica & canonica decreta violentur, &
his Eccleſia Domini regenda credatur, qui legitima-
rum inſtitutionum neſcij, & totius humilitatis ignari,
non ab infimis ſumere incrementum, ſed à ſummis vo-
lunt habere principium, cùm valde iniquum ſit & ab-
ſurdum, vt imperiti magiſtris, noui antiquis, & rudes
præferantur emeritis? Porrò ſubſequenter proſe-
quitur, arguens eos, eò quod bigamos & laicos
Epiſcopos ordinarent. quod diſtrictè fieri prohi-
bet, & ſubdit cap. 2. pœnam quæ eos manet, qui
indignos ordinarint. *Qui* (ait) *in Epiſcopis ordinan-
dis ſanctorum patrum ſtatuta neglexerint, & quos re-
futare debuerant conſecrarint, ſi conſecrauerint qua-
lem ſacerdotem non liceat, etiam ſi aliquo modo dam-
num proprij honoris euaſerint, ordinationis tamen ius
vlterius non habebunt, nec ei ſacramento intererunt,
quod neglecto diuino iudicio præſtitere, &c.* Eadem
eſt conſtitutio de Epiſcopis, qui indignos ad or-
dines promouerint. Vide, ordo. Porrò ea quæ ſu-
perius dicta ſunt confirmat & renouat Conci-
lium TICINENSE ſub Ludouico 2. Imperat.
cap. 1. & etiam HORMISDA I. epiſtola 4. ad
Epiſcopos Hiſpaniæ vbi Epiſcopos probandos in
fide & moribus antequam ordinentur, inſerit
quod ſuperiori annotatione citauimus tum ſub-
dit: *Aeſtimet* (ait) *quis precium Dominici gregis, vt
ſciat quod meritum conſtituendi deceat eſſe paſtoris.
Hoc ita fiet, ſi non Sacerdotij gradus ſalta quodam
paſſim laicis transferantur. Longa debet vitam ſuam
probatione monſtrare cui gubernacula, committuntur
Eccleſiæ. Non negamus eſſe in laicis Deo placitos mo-
res, ſed milites ſuos probatos ſibi quærunt inſtituta fide-
lia. Diſcere prius quiſque debet antequam doceat, &
exemplum religioſæ conuerſationis de ſe potius aliis
præſtare quàm ſumere, emendatorem eſſe conuenit po-
pulo, quem neceſſe eſt orare pro populo. Longa obſer-
uatione religioſus cultus tradatur, vt luceat & clerica-
libus obſequiis erudiendus inſeruiat, vt ad venerandi
gradus ſumma perductus, qui ſit fructus humilitatis
oſtendat. Non leue nec vacuum fuit, quod nec apud
veteres quidem niſi leuitici generis viri ad ſancta ad-
mittebantur altaria, ne peſſimè meritis contemptis,
aut precio aut præſumptione ad ſacros cultus impar
accederet. Tunc migrabant per illam prærogatiuam
familiarum ad inſtituta cultorum, nunc eſt doctrina
pro genere. Quod illis fuit naſci hoc nobis imbui. Illos
tabernaculo dabat natura, nos altaribus pariturit diſ-
ciplina. Nec tantum de laicis, conſecrari inhibemus.
ſed nec de pœnitentibus quiſquam quidem ad huiuſ-
modi gradum profanus temerator aſpiret. Satis illi
poſtulanti ſit venia. Quia conſcientia abſoluit reum,
qui ſe peccata ſua populo ſcit teſte cōfeſſum. Quis enim
quem paulò antè vidit iacentem, veneretur antiſti-
tem? Præferens miſerandi criminis labem, non habet
lucidā ſacerdotij dignitatē, &c.* Addit de Epiſcopa-
tibus non emendis. vide Simonia, &c. Porrò ele-
ctionem laicorum & indignorum cauendam ſua-
det GREGORIVS I. libro 1. regiſtri indict. 9.
epiſtola 56. ad Vrſicinum ducem & clerum atque
plebem Ariminenſem, & præcipuè adhuc lib. 4.
regiſtri epiſtola 53. ad Childebertum regem Fran-
corum, *Peruenit* (ait) *ad nos obeuntibus Epiſcopis,*

Hæc allegat Gratian. cauſ. 1. q. 7. cap. exigunt cauſæ, & cauſ. 25. q. 2. ca. ſi quis Epiſcopi.

Concilium Ticinenſe. Hormiſda 1.

Notabile dictum.

Hoc allegat Gratian. diſt. 61 cap. In ſacerdotibus.

Hæc oro attende & lege.

Non de Pœnitentibus eſt Epiſcopus eligendus.

Gregorius 1. Quod multis retrò annis à Gregorio in regno Fráciæ in hibitum vides, conſidera ſi emendatum fuerit.

A *quoſdam ex laicis tonſurari, atque ad Epiſcopatum
præcipiti ſaltu conſcendere, & qui diſcipulus non fuit,
inconſiderata ambitione magiſter efficitur. Et quo-
niam quod poſſit docere non didicit, ſacerdotium tan-
tummodo gerit in nomine, nam laicus in ſermone pri-
ſtino perſeuerat & opere. Quomodo ergo pro aliorum
peccatis interceſſurus eſt, qui ſua primitus non defleuit?
Talis enim paſtor non munit gregem, ſed decipit, &c.*
tum ſubdit. *Et quia peſtiferum nimis eſt, & ſanctæ
Eccleſiæ vniuerſali contrarium, in ſacrum quempiam
ordinem non meritis, ſed precio collocari, hortamur vt
tam deteſtabile facinus de regno ſuo excellentia veſtra
prohiberi percipiat, &c.* Idem libro 7. epiſtola 115.
ad Brunichildem reginam Franciæ cap. 5. *Offi-
cium ſacerdotum in partibus veſtris, ſicut didicimus,*
B *in tanta ambitione perducitur, vt ſacerdotes ſubitò,
quod graue eſt nimis, ex laicis ordinentur. Sed quid
iſti acturi ſunt, quid populo præſtituri, qui non ad vti-
litatem, ſed fieri ad honorem Epiſcopi concupiſcunt?
Hi ergo qui necdum quod docere debeant didicerunt,
quid aliud agunt, niſi vt paucorum prouectus illicitus,
fiat multis interitus, & in confuſionem Eccleſiaſticæ
moderationis obſeruantia deducatur, quippe vbi nul-
lus regulariter ordo ſeruatur? Hoc expreſſe vt prohi-
beatis, exoro, & ſub diſtricti anathematis interpoſitione
interdico, ne vllus ex laico habitu ſubitò ad Epiſcopa-
tus audeat gradū accedere, neque pro Eccleſiaſticis or-
dinibus quilibet quicquam dare, vel ſit auſus accipere.*
Vide, ordo, Sacramentum, & Simonia, &c. Idem
eodem libro 7. epiſtola 110. ad Aetherium Lug-
C dunenſem Epiſcopum. *Hoc dignum deteſtatione*
(ait) *ad nos peruenit, quòd quidam deſiderio honoris
impleti, defunctis Epiſcopis, tonſurantur, & fiunt re-
pente ex laicis ſacerdotes, atque inuerecundè religioſi
propoſiti ducatum arripiunt, qui nec eſſe adhuc mili-
tes didicerunt. Quid putamus, quid iſti ſubiectis præ-
ſtituri ſunt, qui antequam diſcipulatus limen attin-
gant, tenere locum magiſterij non formidant? Qua de
re neceſſe eſt, vt quamuis inculpati quiſque ſit meri-
ti, antè tamen per diſtinctos ordines Eccleſiaſticis exer-
ceatur officiis. Videat quod imitetur, diſcat quod do-
ceat, informetur quod teneat, vt poſtea non debeat er-
rare, qui eligitur viam errantis demonſtrare. Quis ergo
religioſa meditatione poliatur, vt placeat, & ſic lucer-*
D *na ſuper candelabrum poſita luceat, vt aduerſa vento-
rum vis irruens, conceptam eruditionis flammam non
extinguat, ſed augeat. Nam cùm ſcriptum ſit, vt prius
quis probetur, & ſic miniſtret, multò antè probandus
eſt qui populi interceſſor aſſumitur, ne fiant cauſa rui-
na populi ſacerdotes mali. Nulla igitur contra hoc ex-
cuſatio, nulla poteſt eſſe defenſio, quia cunctis liquido
notum eſt, quæ ſit in huius rei diligentia egregij ſolici-
tudo doctoris, qui Neophytum ad ſacros ordines ve-
tat accedere. Sicut autem tunc Neophytus dicebatur,
qui initio in ſancta fidei erat conuerſatione plantatus,
ſic modo Neophytus habendus eſt, qui repente in re-*
E *ligione plantatus, ad ambiendos honores ſacros irrepſe-
rit. Ordinatè ergo ad ordines accedendum eſt. Nam
caſum appetit, qui ad ſumma loci faſtigia, poſtpoſitis
gradibus, per abrupta quærit aſcenſum, &c.* Hoc ſta-
tutum ſequens & approbans etiam ADRIA-
NVS I. epiſtola miſſa ad Conſtantinum Impe-
ratorem & Irenem matrem eius, ſuper adoratio-
ne venerandarum Imaginum, quæ habetur & in-
ſeritur actione 1. Concilij generalis 7. Nicæni 2.
grauiter tulit, quòd Tharaſius ex laicorum ordi-
ne à caliga militari, contra ſanctorum canonum
cenſuram, factus eſt Patriarcha Conſtantinopoli-
tanus. *Et quod dicere pudet* (ait) *& graue facere eſt,
qui regendi adhuc & docendi ſunt, doctores neque*

Et quid nunc?

Non fruſtra toties rem eandē repetiuerim, cùm hoc necdū videam in regno noſtro emēdatū, quod hic diſtrictiſſime cauendum decernitur.

1. Timoth. 4.

1. Timoth. 3. Quis ſit Neophitus.

Adrianus 1.

Tharaſius ex Laicis in Epiſcop. Conſtantinop. ordinatus.

erubeſcunt videri nec metuunt, ducatúmque animarum impudenter aſſumunt, quibus via omnis ignota decoris eſt, & quò ipſi gradiantur ignari ſunt. Quoquam prauum quamue ſit temerarium, ſecularis ordine & diſciplina monſtratur. Num dum Dux exercitus non niſi labore & ſolicitudine expertus eligitur, quales animarum duces eſſe poſſunt, qui in Epiſcopatus culmen immatura cupiditſeſtinatione conſcenderet? huius ſaltem rei comparatione conſiderent, & aggredi repente inexpertos labores abſtineant, quippe qui non didicerint quod docent. Vnde canonica inſtituit cenſura, nequaquam ex laico ad Sacerdotium repente tranſire, & niſi per eius fidelem concurſum pro ſanctarum Imaginum erectione, eius conſecrationi aſſenſum omnino tribuere nequimus. Sed & ipſe THARASIVS CONSTANTINOPOLITANVS Epiſcopus epiſtola ad Orientales Epiſcopos, quæ inſeritur & lecta eſt coram patribus actione 3 eiuſdem Nicæni 2. Concilij, ſe quidem ex laicis repente ad Epiſcopatum aſſumptum confitetur, ne tamen de ſua fide quiſpiam dubitaret, prolixam texuit fidei confeſſionem, vbi Trinitatis myſterium Incarnationis diſpenſationem, ſanctorum communionem, & venerationem Imaginum, & Hæreticorum omnium damnationem complectitur, prout in aliis ſynodis factum eſt. vide ſuis quibuſque locis, Symbolum, Imago, &c. Quin & eundem Tharaſium, NICOLAVS I. epiſtola ad Photium, de quo mox dicemus, qui ex Neophyto ordinatus Epiſcopus etiam Conſtantinopolitanus, Nectarium ſanctiſſimum & Ambroſium, de quibus antè locuti ſumus, & hunc Tharaſium in ſui defenſionem aſſumebat, vt habes in Concilij GENERALIS VIII. Conſtantinopolitani 4 actione 4. Sic autem obiectionibus Photij reſpondet: *Quod de Nectario, (ait) obiicis, neceſſitas magna vrgebat, ne Domini Eccleſia in peſſima hæreſeos nimboſa caligine deſtitutione paſtoris viduata remaneret, nec Synodus vt hoc iterum fieret confirmauit, nec inſtituit, & ideo priuilegia paucorum legem communem non faciunt.* De Tharaſio iam ſuperius dictum eſt. De Ambroſio, verò, qui non inſtinctu hominum, ſed diuina vocatione per miraculorum prodigia electus eſt, vide ſuprà. Propterea & ſuperioribus decretis annuens Concil. BRACARENSE II. cap. 38. & Concilium AQVISGRANENSE I. ſub Ludouico 1. Imperatore cap. 11. vbi allegat HIERONYMVM epiſtula ad Oceanum exponentem illud 1. Timothe. 3. non Neophytum &c. *Heri (ait) catechumenus, hodie Pontifex: heri in amphiteatro hodie in Eccleſia: veſpere in circo, manè in altari: dudum fautor hiſtrionum, nunc virginum conſecrator.* Idem præfatus NICOLAVS I. conqueritur epiſtola ad Epiſcopos Aſiæ & Libyæ de eiectione Ignatij Sanctiſſimi Patriarchæ Conſtantinopolitani, & intruſione Photij cuiuſdam laici, & militari habitu viri, contra ſacros canones ſubito tonſurati. Idem facit & inſigni illa epiſtola ad Michaelem Imperatorem, enumerans ſchiſmata & diſſenſiones, quæ inde exortæ ſunt. vnde & decreuit coram omni Eccleſia Dei, pro deiectione Ignatij, vel conſecratione Photij nunquam conſenſurum. Hinc Concilium CONSTANTINOPOLITANVM IV, generale 8. actione prima acclamauit. Anathema Photio, qui contrà regulas ſacras & ſanctorum Pontificum Romanorum veneranda decreta, repente de curiali adminiſtratione ſeculariqúe militia ſublatus, ſuperſtite Ignatio tyrannicè à quibuſdam Schiſmaticis ſubrogatus eſt (vide inſrà, Epiſcopo viuenti alius non ſubſtituatur &c.) eiuſdem Photij etiam cano. 3. ordinationem irritam ducunt & cano. 6. anathematizant eum patres eiuſdem Concilij. Et cano. 5. pro futuro ſtatuunt hoc modo: *Proinde canonicam ſtabilitatem in Eccleſiis ſemper manere in Chriſto cupientes, renouamus & confirmamus terminos & ſanctiones quæ olim à ſanctis Apoſtolis & ſanctis patribus noſtris editæ ſunt (& infrà) Prioribus ergo canonibus concordantes definimus, neminem de Senatoria dignitate vel mundana conuerſatione nuper tonſum, ſub intentione vel expectatione Pontificatus vel Patriarchatus honoris, Clericum, aut monachum, aut huiuſmodi ſcandere gradum, ſcilicet per ſingulos ordines diuini ſacerdotij plurimum temporis ſeciſſe probetur. Neque enim propter timorem vel amorem Dei aut expectationem tranſcenſendi viam virtutum, ſed ob amorem gloriæ aut principatus tonſus huiuſmodi reperitur. Magis autem coercemus huiuſmodi, ſi ab imperatoria dignitate ad hoc compellatur. Si verò quis per nullam ſuſpicionem prædicta concupiſcentia & expectationem, ſed propter ipſum bonum humilitatis, quæ eſt circa Chriſtum Ieſum, abrenuncians mundo fiat clericus, aut Monachus, & omnem gradum Eccleſiaſticum tranſigens per definita nunc tempora irreprehenſibilis inueniatur exiterit & probatus, ita vt in gradu lectoris vnnum compleat, in Subdiaconi verò duos, ſitque Diaconus tribus. Presbyter quatuor annis, bene placuit ſanctæ & vniuerſali Synodo, eligi hunc atque admitti. Circa hos autem, qui religioſe morati in ordine clericorum & monachorum, digni iudicati ſunt Pontificatu pariter & honore, prædictum tempus abbreuiamus, nimirum ſecundum quod Epiſcoporum prælati probarunt qui per tempora fuerint. Si verò præter hanc definitionem noſtram quiſquam ad iam factum ſupremum honorem prouectus extiterit, reprobetur & ab omni ſacerdotali operatione prorſus abiiciatur, vtpote qui extra ſacros canones ſit promotus.* Iunge præcedentia & ſequentia, & lege quæ in vocabulo, Epiſcopatus non ambiendus, &c. dicentur.

Tharaſij elcu dio excuſatur.

Nicolaus 1.

Concilium Conſtantinop. 4. generale 8.

Excuſatur Nectarius, Ambroſius, & Tharaſius, qui ex laicis & Neophytis aſſumpti ſunt.

Concilium Bracarenſe 2.
Concilium Aquiſgranenſe 1.
Hieronymus Stridonenſis.

Nicolaus 1.

Concilium generale 8 ſub Baſilio Imperatore 973. Epiſcoporum.

Decretum generale 8. Patrum.

Tam longè ſumus à ... te, quam diſſimiliter ab ſtatutis reliquimus. ô malum & ... cimus ... agnoſcimus qui nec ... ordinis gradu ſortiti ſumus, & multa millia reditum Eccleſiæ diripiunt

Epiſcopi electio non ambitione, nec precio procuretur. Vide infrà in dictione. Epiſcopatus non ambiendus, nec emendus. &c. & in vocabulo, Simonia, vbi cuncta rectè diſpoſita inuenies.

Epiſcopus electus conſecretur, & vbi quomodo, atque à quibus debeat conſecrari & ordinari.] Vide & Metropolitanus. &c. de conſecratione Epiſcoporum libet paucis tractare, quia hoc vanum & inutile quidam putant, & tanquam inuentitium. Verùm ab Apoſtolorum temporibus vſque ad noſtra tempora legitimè obſeruatum monſtrabimus. Sic enim Canon APOSTOLORVM I. loquitur, *Epiſcopus a duobus vel tribus Epiſcopis ordinetur.* Sed ex eorundem Apoſtolorum inſtitutione tradit CLEMENS I. libro 3. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 20. *Epiſcopum mandamus ordinari a tribus Epiſcopis, vel ad minus à duobus. Non licere autem ab vno vobis conſtituo. Nam duorum vel trium teſtium firmius teſtimonium exiſtit.* Hinc lib. 8. cap. 33. dicit conſequenter: *Si quis ab vno ordinetur Epiſcopo, deponatur ipſe & qui eum ordinauit. Quod ſi neceſſitas poſtulet ab vno ordinari, eò quod non poſſunt plures accedere propter perſecutionem vel propter aliam huiuſmodi cauſam, afferatur decretum commiſsionis plurium Epiſcoporum: Ego Simon Chananeus diſpono.* Idem libro 8. cap. 2. vbi dixit quemadmodum debeat celebrari electio Epiſcopi (vt ſuperiùs diximus) *Tum (ait) ſilentio imperato, vnus ex*

Canon Apoſtolorum 1.

Clemens 1.

primis

Forma & ritus conſecrãdi Epiſcopi antiquitus obſeruatus

Vide quia ſemper te Apoſtolorum Euchariſtia dabatur Epiſcopis ordinãdis, o infelix Caluine!

A *primis Epiſcopis cùm duobus aliis ſtans prope altare, reliquis Epiſcopis & presbyteris, Diaconis, diuina Euangelia ſuper caput eius qui ordinatur aperta tenentibus, dicat orationem, & finita oratione reliqui ſacerdotes dicant, Amen* (oratio inſeritur ibidem) *& cum eis vniuerſus populus. Et poſt orationem vnus ex Epiſcopis, tradat Euchariſtiam in manus ordinati & ipſo manè collocetur à reliquis Epiſcopis in ſuo throno, omnibus eum oſculantibus oſculo in Domino. Poſt verò lectionem legis & prophetarum, epiſtolarum noſtrarum, actuum, & Euangelij, ordinatus ſalutet Eccleſiam his verbis: gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et charitas Dei & communicatio ſancti Spiritus, ſit cùm omnibus vobis, Amen. Et omnes reſpondeant: & cum ſpiritu tuo. Poſt hæc verba alloquatur populum ſermonibus exhortatoriis* Idem Anacletus 1. epiſt. 2 ad Epiſcopos Italiæ vide mox. ANACLETVS I. epiſt 2. ad Epiſcopos Italiæ, & allegatur à Gratiano diſtinct 75. cap. ordinationes. & ab Iuone lib. 3. decreto. *Ordinationes* (ait) *Apoſtolorum authoritate Apoſtolica. ab omnibus qui in eadem fuerint prouincia Epiſcopis ſunt celebrandæ. Qui ſimul conuenientes ſcrutinium diligenter agant, ieiuniumque cùm omnibus celebrent precibus. Et manus cùm ſanctis Euangeliis quæ prædicaturi ſunt imponentes, Dominica die hora 3. orantes, ſacraque vnctione exemplo Prophetarum & Regum capita eorum (more Apoſtolorum & Moſis) vngentes, quia omnis ſanctificatio conſtat in ſpiritu ſancto, cuius virtus inuiſibilis ſancto Chriſmati eſt permixta, & hoc ritu ſolemnē celebrent ordinationem. Quòd ſi ſimul omnes conuenire minimè poterunt, aſſenſum tamen ſuis precibus præbeant, & ab ipſa ordinatione animo non deſint.* Hinc DIONYSIVS AREOPAGITA libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ parte 2. capitis 5. vbi de differentia ſacrorum ordinum locutus eſt (vt habes reſpoſitum in vocabulo, ordo) tandem ſic Pontificis conſecrationem & aliorum miniſtrorum ſubiungit: *Præſul igitur vbi ſacrandus offertur, vtroque genu poſito ante altare, ſupra caput habet à Deo tradita Euangelia manumque pontificis atque hoc modo à conſecrante Pontifice caſtiſſimis imprecationibus conſummatur*: Quod poſthæc parte 3 eiuſdem capitis myſtico ſenſu proſequitur ſcilicet Quid manus impoſitio, quid crucis ſignum, quid Euangelij liber, &c. quæ omnia perfectionem qua pollere debet Pontifex, inſinuant. vt ſuis locis dicetur. De Euangeliorum verò impoſitione ſuper caput eius dicit hoc ſignare Theologiam omnem, omnem diuinam actionem quæ illi traditur, vt intelligatur virtutis omnis particeps, & ſcientiam ſingularem debere habere, quæ ad totius Pontificij perfectionem tendit, &c. vide, Manus impoſitio, &c. Denique ANICETVS I. epiſt. 1. ad Epiſcopos Galliarum: *Scimus* (ait) *beatiſſimum Iacobum qui dicebatur iuſtus, qui etiam ſecundum carnem frater Domini nuncupatus eſt, a Petro, Iacobo, & Ioanne, Apoſtolis, Hieroſolymorum Epiſcopum ordinatum eſſe. Si autem non minus quàm à tribus Apoſtolis tantus vir ordinatus fuit Epiſcopus, patet profectò eos formam inſtituente Domino tradidiſſe non minus quàm à tribus Epiſcopis. Epiſcopum ordinari debere.* Idem Concilium ARELATENSE I. cap. 21. hoc ſemper obſeruari ſolitum in conſecrationibus Epiſcoporum. multis in locis confirmat NICEPHORVS CALLISTVS & præcipuè libro 11. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ capite 46. vbi narrat Moſen quendam à catholicis Epiſcopis conſecratum exulibus Saracenorum: *Quam ob cauſam* (ait) *Romani duces Lucio reiecto Moſen ad*

Anacletus 1.

Vide ieiunium celebrandũ cũ precibus.

Vide S. Chriſma.

Dionyſius Areopagita.

Cur Euangelia Epiſcopo cõſecrando imponantur.

Anicetus 1.

Iacobus frater Domini à tribus Apoſtolis Epiſcopus conſecratus.

Concilium Arelatenſe 1.

Nicephorus Calliſtus.

Epiſcopos qui in exilio agebant duxere, à quibus ille Epiſcopali vnctione accepta ad Sarracenos tranſiit, & pacificatione rebus inter eos & Romanos compoſitis, piè ſanctéque Epiſcopatum adminiſtrauit, &c. Idem lib. 12. cap. 16. citat epiſtolam patrum Concilij CONSTANTINOPOLITANI ad Damaſum & reliquos Epiſcopos Romæ congregatos, vbi ſic legitur: *Porrò de ſingularibus Eccleſiarum adminiſtrationibus veterem ſcitis eſſe ſanctionem, & Sanctorum* NICAEAE *congregatorum patrum decretum, in prouincia quaque* (canone 4. Nicæni Concilij aliàs allegati) *Prouinciæ eius Epiſcopi, & cùm eis ſi illi velint finitimi quoque electiones & conſecrationes & vſu publico peragant, &c.* Idem Nicephorus, libro 13. cap. 33. vbi de Porphyrio impio, loquitur, qui poſt mortem Flauiani viri ſancti tyrannicè Antiochenam ſedem occupauerat: *Adminiſtris* (ait) *tyrannicæ cupiditatis aſſumptis (ſimile enim ſimili amicum prorſus eſt) prædonum more thronum conſcendit, veluti lupus quidem non paſtor, eademque ipſa hora conſecrationem a Seueriano & Acacio nec non Antiocho accepit. Adeò autem illis ea res deproperata eſt, vt receptos ritus plurimos, in ſacra initiatione prætermiſerint* Idem libro eodem 13. cap. 2. *Theophilus* (ait) *non ſolùm Ioanni* (Chryſoſtomo) *ſuffragatus eſt, ſed eundem etiam per manus impoſitionem conſecrauit.* Idem ibidem cap. 9. *Manus autem ſacras Gerontio Nicomedienſi Epiſcopo impoſuit Heraclius.* Sed & in aliis multis locis meminit conſecrationis Epiſcopalis: ſed iſta ſufficient. Ad decreta patrum pergamus Concilium CARTHAGINENSE II. cano. 12. *Placet omnibus, vt inconſulto primate cuiuſlibet Prouinciæ tam facile nemo præſumat, licet cùm multis Epiſcopis in quocunque loco, ſine eius vt dictum eſt præcepto, Epiſcopum ordinare ſi autem neceſſitas fuerit, tres Epiſcopi in quocunque loco ſint cum primatis præcepto ordinare debeant Epiſcopum.* Hoc decretum allegat Martinus Bracarenſis in collectorio cap. 2. & poſt Gratianus diſtincti 31. cap. Placet & diſtinct. 64 cap. Epiſcopum. Idem & Concilium TELENSE ex epiſtola 4 SYRICII I. in Concilio 80. Epiſcoporum Romæ conſcripta ad Africanos Epiſcopos, & allegatur à Gratiano diſtinct. 64. cap. extra. *Extra conſcientiam ſedis Apoſtolicæ, hoc eſt, primatis, nemo audeat ordinare. Integrum enim iudicium eſt, quod plurimorum ſententia conſequatur.* De conſecratione quoque Epiſcoporum agit Concilium CARTHAGINENSE III. cap. 39. & CARTHAGINENSE IV: cui interfuit Auguſtinus canone 1. & allegat Gratianus diſtinct. 23. capite Epiſcopus dum, &c. *Epiſcopus* (ait) *cum ordinatur, duo Epiſcopi ponant & teneant Euangeliorum codicem ſuper caput &* * *ceruicem eius, & vno ſuper eum fundente benedictionem, reliqui omnes Epiſcopi, qui adſunt, manibus ſuis caput eius tangant.* Porrò quæ ab eo interroganda ſint, habes expreſſa ex eodem concilio ſuprà. Hinc & Concilium AFRICANVM ſub Bonifacio 1. cann. 16. eandem legem renouat: *Statuimus* (ait) *vt ſecundum formam antiquam non minus quàm tres ordinent Epiſcopum, excepta ea prouincia quæ paucos habet Epiſcopos vt Tripolis, vbi Epiſcopi ſunt quinque tantummodo, & poſſunt fortè de ipſo numero vel duo neceſſitate aliqua occupari. Difficile eſt enim, vt de quolibet numero omnes poſſint occurrere. Nunquid hoc ipſum debet impedimento eſſe Eccleſiaſticæ vtilitati? Licitum igitur erit duos adiungere vicinos, ſicut Aurelius Carthaginenſis concluſit.* Et teſtificatur cano nem aliàs memoratum Carthaginenſis 3 concilij.

Moſes Saracenorum Epiſcopus conſecratus.

Hoc conciliũ non fuit generale, ſed prouinciale vbi & Nectarius Epiſcopus electus eſt, de quo ſuprà.

Concilium Carthag. 2. ſub Syricio.

Concilium Telenſe. Syricius 1.

Concilium Carthaginenſe 3 & 4.

* verticem.

Concilium Africanum ſub Bonifacio 1.

Hioc

Bonifacius 1.

Hinc BONIFACIVS I. epiſt. 3. ad Hilarium Epiſcopum Narbonenſem ſtatuit, vt iuxta canones Patrum vnaquæque Prouincia Metropolitani ſui in omnibus rebus ordinationem ſemper expectet. & ibidem corripit Patroclum Epiſcopum, qui in locum defuncti Epiſcopi Lutubenſis alium in alia prouincia prætermiſſo Metropolitano contra patrum regulas ordinarint, quod & videbis in vocabulo, Metropolitanus, &c hinc &

Nicolaus 1.

NICOLAVS I. epiſt. ad Ioannem Rauennatenſem Epiſcopum allegatus à Gratiano diſtinct. 63 cap. Epiſcopos. *Epiſcopos per Æmiliam non conſecres, niſi poſt electionem vel conſenſum cleri & populi.* Denique de ritu conſecrationis agit etiam

Innocentius 1

INNOCENTIVS I epiſtola 2. ad Victricum Rhotamagenſem Epiſcopum cap. 1. & Concilium R[E]GIENSE ſub Sixto ſcilicet canone 1. eò quòd duo temere præſumpſerant in partibus Galliæ ordinare Epiſcopum, grauiter corripuit illos, ſicque definiuit: *Itaque ordinationem quam canones irritam definiunt, nos quoque vacuandam eſſe cenſuimus, in qua prætermiſſa trium præſentia, nec expetitis comprouincialium litteris, Metropolitani quoque voluntate neglecta, prorſus nihil quod Epiſcopum faceret oſtenſum eſt.* Idem ſubdit cano. 2. *Placuit de voluntate Domini, remoto hoc, qui perperam aſſumptus erat Epiſcopus, ſeruata omnino fratrum conſtitutionem Eccleſiaſtica traditione ſeruata, &c.*

Concilium Rhegienſe ſub Theodoſio & Valentiniano.

Leo I.

Hinc LEO MAGNVS epiſt 82. ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Epiſcopum. & allegatur à Gratiano diſtinct. 65. cap de perſona. *De perſona autem conſecrandi Epiſcopi, & de cleri plebiſque conſenſu Metropolitanus Epiſcopus ad fraternitatem tuam referat, quodque in prouincia bene placuit, ſcire te faciat, vt ordinationem rite celebrandam tua quoque firmet authoritas, quæ rectis diſpoſitionibus nihil moræ aut difficultatis debet afferre ne gregibus. Domini deſit cura paſtorum.* Hinc Concilium in CYZICORVM Metropoli congregatum Helleſpontinæ regionis epiſtola ad Leonem Imperatorem ſtatutum commemorat. vt Epiſcopi conſecratio celebretur conuenientibus Prouinciæ cunctis Epiſcopis. & ſi per ægritudinem fortè, aut pro aliis neceſſariis & ineuitabilibus cauſis abſentes ſint, propriis tamen litteris ordinationi factæ conſentientibus. Et perinde damnat Timothei impij cognomento Aeluri Hæretici ordinationem in Alexandrinum Epiſcopatum, quæ facta fuerat à duobus Epiſcopis ſuæ factionis, nequaquam Ægyptiaco conſentiente concilio, & ab Epiſcopatus ordine ſenſerunt eximendum. Prædictum trium Epiſcoporum aſſiſtentiam confirmat GREGORIVS I. reſponſione 8. ad interrogata Auguſtini Cantuarienſis. & GREGORIVS II. epiſt. 8. ad Bonifacium Moguntinenſem Archiepiſcopum Hinc & ANASTASIVS II. decreto quod allegat Gratianus cauſa 16. cap. Sanè Theſſalonic. *Sane Theſſalonicenſes Epiſcopi ob metum Imperatoris Anaſtaſij, Timotheo Conſtantinopolitano Epiſcopo conſenſerunt, quem Concilium Chalcedonenſe anathematizauerat. Quadraginta verò Epiſcopi Illirici & Græcia conuenientes in vnum per profeſſionem in ſcriptis factam, & à proprio Metropolitano diſſenſerunt & diſceſſerunt, & Romam mittentes Romano Epiſcopo communicare in ſcriptis profeſſi ſunt* (& paulò pòſt) *Cum Dioſcorus minor manus impoſitionem accepiſſet à Rege, receſſerunt multitudines populorum dicentes, quia ſecundum quod continent canones ſanctorum Apoſtolorum, non eſt hic factus Epiſcopus, & ideo non recipietur. Princeps enim*

Concilium Cyzicum ſub Leone Imperat.

Timotheus Aelurus impius Hæreticus de quo infrà mentio.

Gregorius 1.

Gregorius 2.

Anaſtaſius 2.

Non eſt Regis officium Epiſcopum conſecrare. Vide de approbationem canonum Apoſtolorum.

inthronizauit eum. Item in vita Symmachi ſcripſere PLATINA CREMONENSIS & alij, quòd cùm idem Symmachus Papa legitimus, à clericis, nequam apud Theodoricum regem fuiſſet accuſatus. Rex præſumpſit viſitatorem ſedi Apoſtolicæ ordinare Petrum quendam Altiuæ ciuitatis Epiſcopum contra canones, ſed Symmachus congregata Synodo 115 Epiſcoporum ſeipſum purgauit, & inuaſorem ſedis Apoſtolicæ Petrum damnauit, ſimulque cum eo Laurentium Nucerinæ ciuitatis Epiſcopum & poſtea idem Symmachus in Concilio ROMANO III. quod celebrauit, ne papam poſſit quis laicus eligere vel ſacrare. vide, Papa & ſuprà Electio atque Epiſcopus eligatur, &c. vbi autem debeat Epiſcopus conſecrari Concilium AVRELIANENSE IV. ſub Pelagio 1. cano. 5. *Id regulariter perſpeximus decernendum, vt Epiſcopo in ciuitate in qua per decretum eligitur ordinandus, in ſua Eccleſia cui præfuturus eſt conſecretur. Sanè ſi ſubitò neceſſitas temporis hoc implere non patitur, licet meliùs eſſet in ſua Eccleſia fieri, tamen vt ſub præſentia Metropolitani aut certe, vt eius authoritate intra prouinciam à comprouincialibus omnino ordinetur.* Idem Concilium PARISIENSE I. cano 8. ſub eodem Pelagio vt ſuprà citauimus, electio, &c Sed & TOLETANVM Concilium IV. ſub Honorio 1. cano. 18. *Quicunque deinceps ad ordinem ſacerdotij poſtulatur, & in his quæ prædicta ſunt* (vide, Epiſcopatus non ambiendus) *in nullo horum deprehenſus fuerit & examinatus, probabilis vita atque doctrina extiterit, tunc ſecundum ſynodalia vel decretalia conſtituta, cum omnium clericorum vel ciuium voluntate ab vniuerſis comprouincialibus Epiſcopis, aut certè à tribus in ſacerdotem die Dominica conſecrabitur, conniuentibus cæteris qui abſentes ſunt litteris ſuis, & magis authoritate vel præſentia eius qui eſt in Metropoli conſtitutus. Epiſcopus autem Prouincialis ibi conſecrandus eſt, vbi Metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non niſi in ciuitate Metropoli comprouincialibus ibidem conuenientibus. Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum, ad gradum ſacerdotij indignus aſpirare contenderit, cum ordinatoribus ſuis adepti honoris periculo ſubiacebit.* Vide &, Epiſcopi electio. vel, Epiſcopatus non diu vacet, &c. Nam ibi multa ſunt repoſita, quæ etiam noſtrum inſtitutum confirmant vide & manus impoſitio Porrò Concilium TRIDENTINVM generale nouiſſimum ſeſſione 7 cap. 9 decreti reformationis. *Ad maiores ait Eccleſias promoti, munus conſecrationis infra tempus à iure ſtatutum ſuſcipiant, & prorogationes vltra ſex menſes conceſſæ nulli ſuffragentur.* Vide reſiduum infrà Epiſcopatus non diu vacet, &c. vide ſequentia vide & Gregorium 1. lib 1. Regiſt. epiſt 1.

Platina Cremonenſis.

Concilium Romanum 3 ſub Symmacho.

Epiſcopus vbi debeat conſecrari

Concilium Aurelianenſe 4.

Concilium Pariſienſe 1.

Concilium Toletanum 4 ſub Honorio 1.

Concilium Tridenti[illegible] generale.

Epiſcopi euocati ad conſecrationem alterius adire teneantur.] Concilium EPAVNENSE ſub Sigiſmundo rege & Gelaſio 1. canone 1. *Immutabili conſtitutione decretum eſt, vt cum Metropolitanus fratres & comprouinciales ſuos ad Concilium aut ad ordinationem cuiuſcunque conſacerdotum crediderit euocandos, niſi cauſa euidentis tædij extiterit, nullus excuſet.* Vide, Concilio omnes adeſſe teneantur, &c.

Concilium Epaunenſe [illegible] ſub Claudius.

Epiſcopi conſecratio non æſtimetur precio.] GREGORIVS I. in Concilio Romano à ſe congregato præſidens, vt habes libro 4. Regiſtri epiſt. 44. *Ante quam, ait) patrum regulam ſequens, nihil vnquam de ordinationibus accipiendum eſſe conſtituo, neque ex datione pallij, neque ex tradi-*

Concilium Romanum ſub Gregor.

tione

tione chartarum, neque ex ea quaſi noua per ambitio- nem ſumat a- nuenit appellatione paſtelli. Quia enim ordinando Epiſcopo Pontifex manum imponit, Euan- gelium lect- onem miniſter legit, confirmationis au- tem eius epiſtolam notarius ſcribit, ſicut Pontificem non decet manum quam imponit vendere, ita miniſter vel notarius non debet in ordinatione eius vocem ſuam vel calamum venundare. Pro ordinatione verò, vel pallio, ſeu chartis, atque paſtello, eundem qui ordi- nandus eſt vel ordinatus eſt omnino aliquid dare pro- hibeo. Reſiduum vide in vocabulis, ordo, Sacra- mentum Chriſma, Manus impoſitio, Simonia, & ſimilibus.

Epiſcopi confirmatio à ſummo Ponti- B fice petenda.] Hoc ex Concilio Carthaginen- ſi 2. & Syricio 1. ſuprà expreſſum eſt. hinc & LIBERATVS CARTHAGINENSIS Dia- conus Hiſtoriographus, in breuiario de cauſa Ne- ſtoriana capite 18. *Flamianus (* ait *) qui ſortitus eſt poſt Acacium, Epiſcopatum Conſtantinopolitanum, non conſenſit ſine Romano Epiſcopo inthronizari, ſed tranſmiſit Synodicam Papæ Romano Fœlici: Idem fecit & ſucceſſor eius Euphemius, &c.* Sic quoque LEO IX. epiſt. 4. ad Petrum Antiochenum E- piſcopum faciendum iubet, vt nullus inthronize- tur, priuſquā a ſummo foetit Pontifice confirma- tus. Hinc & in Concil. SVESSIONENSI apud S. Medardum celebrato, in cauſa Hincmari Epiſ- C copi Rhemenſis, dum ille accuſaretur, quòd vi- uente Ebbone prædictæ vrbis præſule propter ſcelera pulſo, ſedem inuaſiſſet, coram Synodo ille in ſui iuſtificationem, porrexit epiſtolam totius Galliæ Epiſcoporum manibus ſubterſcriptam, ad Apoſtolicam ſedem, pro confirmatione ipſius ordinationis Quoniam ſedes Apoſtolica per Ser- gium Papam, Ebbonem damnauit Epiſcopum, adeò vt inter laicos communionem tantùm ha- bere mereretur. Oſtendit etiam ipſi Chriſtianiſ- ſimo Principi Carolo coram ſancta Synodo, di- ploma ſacrum, ipſius venerandi principis mani- bus inſignitum, & ſigillo ſubterſignatum ex ap- probatione ſuæ ordinationis, ad eandem ſanctam D & Apoſtolicam ſcilicet Eccleſiam Romanam Ec- cleſiarum matrem Sicque euidentiſſimis docu- mentis oſtenſum eſt. Hincmarum canonice ele- ctum, canonice ordinatum, & canonice pallio Apoſtolicæ ſedis rata ordinatione perfectum, & in culmine primatus in Metropolitana authorita- te vſquequaque & in omnibus confirmatum. Quod verò etiam ſit ab Apoſtolica ſede confir- matio Epiſcopatus petenda, liquet ex omnibus penè Conciliorum ſtatutis, vbi non niſi Apoſto- lica ſede conſulta, aliquis auſus eſt ſedem Epiſco- palem aſcendere, vt etiam ex epiſt. 1. NICOLAI I. ad Epiſcopos Aſiæ & Libyæ colligitur, cùm ei ſupplicaretur, vt confirmaret conſecrationem Photij intruſi (vt ſuprà diximus, in locum ſanctiſ- E ſimi Ignatij Patriarchæ Conſtantinopolitani quod nequaquam ipſe voluit confirmare. Hinc Gratianus eiuſdem Nicolai 1. diſtinctione 22. ci tat decretum cap. Mediolanenſibus, &c. *Patriar- chæ (* ait *) cuiuſlibet apicem ſiue Metropolis primatum, aut Epiſcopatuum Cathedras, vel Eccleſiarum cuiuſ- cunque ordinis dignitatem inſtituit Romana Eccleſia, illam vero ſolus Chriſtus fundauit, &c.* Vide, Ro- mana Eccleſia & Papa, & Epiſcopatus, &c.

Liberatus Carthaginenſis. Hiſtoriographus

Leo nonus.

Cōcilīū Sueſſionenſe ad S. Medardum ſub Carolo rege.

Ebbonis Epiſcopi Rhemēſis damnatio.

Nicolaus 1.

Epiſcopus altero viuenti in eadem Ec- cleſia non poſsit ſubrogari. Plenæ ſunt hi- ſtoriæ exemplis, eorum qui vel tyrannicè vel do- losè Epiſcopis viuentibus ſubrogati ſunt Verum- A tamen paucis quidem contenti erimus, quia plu- ra in vocabulo, Epiſcopatus, & alibi dicturi ſu- mus. Igitur ſic CYPRIANVS CARTHAGI- NENSIS lib 2. epiſtolarum epiſtola 11. ad Cor- nelium: *Epiſcopo (* ait *) confirmato & electo non decet alium ſubrogare. Schiſmaticis (* inquit *) ſemel reſpon- ſum dedimus, nec mandare deſiſtimus, vt pernicioſa diſſenſione & concertatione depoſita, impietatem eſſe ſciant matrem deſerere, & agnoſcant atque intelligant Epiſcopo ſemel facto & collegarum ac plebis iudicio & teſtimonio comprobato, alium conſtitui nullo modo poſ- ſe. Proinde pacifice ſibi ac fideliter conſuluiſſe, vt ſi ſe aſſertores Euangelij & Chriſti eſſe contendunt, prius ad Eccleſiam reuertantur.* Aliter facientes. Idem B ſchiſmaticos decernit lib. 2. epiſtolarum epiſtola 10 ad eundem Cornelium. Hinc & DAMASVS I. epiſtolam 1. ad Paulinum Antiochenum Epiſ- copum: *Eos (* ait *) qui ab Eccleſiis ad Eccleſias migra- uerint, tandiu à noſtra communione alienos habemus, donec ad eas redierint ciuitates in quibus primitus ſunt conſtituti. Quòd ſi quis alius, alio tranſmigrante, in locum viuentis ordinatus eſt, tandiu vacet ſacerdo- tij dignitate, qui ſuam deſeruit ciuitatem, donec ſucceſ- ſor eius quieſcat in Domino.* Hinc & INNOCEN- TIVS I. epiſt. 30 ad clerum & populum Con- ſtantinopolitanum, loquens de Ioanne Chryſo- ſtomo in exilium relegato, cui ſubſtitutus fuerat Arſacius, vt teſtatur Nicephorus Calliſtus libro C 13. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 31. *In locum (* ait *) vi- uentium Epiſcoporum alij ſurrogantur quaſi qui ab eiuſmodi delictis prorumpunt, à quopiam iudicari poſ- ſint, vel quicquam vel dicere vel facere poſſe. Nun- quam ſane patres noſtros talia auſos fuiſſe, ſed potius vetuiſſe cognouimus, ne cui in locum viuentis, per con- ſecrationem alium ſubſtituendi ſit poteſtas. Minimè enim conſecratio ſiue electio reproba, honorem adimere Epiſcopo poteſt, quandoquidem neque Epiſcopus ille eſſe poteſt, qui iniquo ſubſtituitur. Quoniam hæc contra canonum obſeruationem ſunt. Canonibus porro obſe- quendum eſſe ſcribimus, qui Nicææ ſunt decreti, quos ſolum ſolos conſectari decet Eccleſiam Catholicam, & iuxta eos iudicare.* Hinc eundem Arſacium poſt D mortem exauthorauit, & omnes qui ei commu- nicarunt Epiſcopos, vt qui Epiſcopatum quaſi adulterio polluerint. hinc eſt quod & narrat POSSIDONIVS CALAMENSIS in vita S. Augo- ſtini, quod in locum Valerij Epiſcopi Hipponen- ſis viuentis ſuffectus eſt, non vt Epiſcopus, ſed vt conſacerdos, vnde ſic loquitur: *Venerabilis ſenex, ne ab alia Eccleſia Auguſtinus Epiſcopo peteretur formidans, ſciens ſe corpore & ætate infirmiſſimum, egit ſecretis litteris apud primatem Epiſcopum ſedis Carthaginenſis, allegans imbecillitatem corporis ſui ætatiſque grauitatem & obſecrans vt Hipponenſi Ec- cleſiæ ordinaretur Epiſcopus, qui ſuæ Cathedræ non tam ſuccederet, ſed conſacerdos accederet Auguſti- nus. Quod igitur Beatus Valerius optauit & rogauit E ſatagens reſcripto impetrauit. Poſtquam petitionem ad viſitandum adueniente ad Eccleſiam Hipponenſem tunc primate Numidiæ Megalio Calamenſi Epiſco- po. Et Valerius Antiſtes Epiſcopis qui tunc aderant, & clericis omnibus Hipponenſibus, & vniuerſa plebi inopinatam cunctis ſuam inſinuauit voluntatem, om- nibuſque audientibus & gratulantibus, atque id fieri perficique ingenti deſiderio clamantibus, Epiſcopatum ſuſcipere contra morem Eccleſiæ ſuo viuente Epiſcopo presbyter Auguſtinus recuſabat. Dumque id fieri ſo- lere ab omnibus ſuaderetur, atque id ignaris Tranſma- rinis & Affricanis Eccleſiæ exemplis probaretur, compulſus atque coactus ſuccubuit, & Epiſcopatum*

Cyprianus Carthaginenſis.

Damaſus 1.

Innocentius 1.

Hinc audi & lege, quia Patrum decreta nō ſcripta ſeruantes. Nam decretū de nō ſubrogando Epiſcopo viuēte ante Cypriani in Cōcil. is non legimus.

Poſſidonius Calamenſis.

Excuſatur Auguſtinus, quòd viuēti Epiſcopo ſuffectus eſt.

etiam.

curam,& maioris loci ordinationem ſuſcepit. Quod in ſcipſo poſtea fieri non debuiſſe, vt viuo ſuo Epiſcopo ordinaretur, & dixit & ſcripſit,propter Concilij V-NSVERSALIA *vetitum, quod iam ordinatus didicit, nec, quod ſibi factum eſſe doluit,aliis fieri voluit. Vnde etiam ſategit, vt conciliis ſtatueretur Epiſcoporum ab ordinatoribus deberi ordinandis vel ordinatis omnium ſtatuta ſacerdotum in notitiam eſſe deferenda.&c.* Vide.canones patrum.,&c. hinc LEO I. epiſt 45. quæ eſt ad Chalcedonenſem Synodum, patres admonet, vt Epiſcopi eiecti ab Hæreticis aliis eiectis qui in eorum locum ſurrogati fuerant ius proprium reciperent. Idem epiſt 85. quæ eſt ad Epiſcopos Affricanos per Mauianiam Cæſarienſem conſtitutos ad calcem 1. capitis illos corripit, quòd Lupicino Epiſcopo accuſato quidem, antequam conuictus eſſet & confeſſus iuſtæ ſubiaceret ſententiæ, alium ei viuenti Epiſcopum ſubrogarunt. Et propterea eidē Lupicino.Leo cōmunionem ea ratione reddit, & alio eiecto ei Epiſcopatum reſtituit tum quia reſipuit & abſolutus eſt,tum quia cùm ad iudicium Apoſtolicum prouocaſſet pendente negotio.vt dixi,à communione ſuſpenderat & ademerat Epiſcopatum. Idem epiſt. 8 ad Epiſcopos Viennenſes, conqueritur de Epiſcopo proiecto,cui cùm infirmitate detineretur, ſuperordinatus fuerat à quodam Hilario Epiſcopo, cumque Hilarium taxat nimia præſumptione tumidum, qui in aliena prouincia ſibi ius vindicet, & electionis formam non teneat,iubet que eius ordinationem nullam, & irritam,& ſtatuit proiectum in ſuo Epiſcopatu permanere. Hinc GREGORIVS I. libro 9. Regiſtri epiſt. 41. ad Anatolium Diaconum Conſtantinopolitanum & allegatur à Gratiano cauſa 7.quæſt. 1. capite ſcripſit. *Scripſit mihi tua dilectio* (ait) *piſſimum Dominum noſtrum Reuerendiſſimo fratri meo Ioanni primæ Iuſtinianæ Epiſcopo, pro ægritudine capitis quam patitur præcipere ſuccedi, ne forte dum Epiſcopi ciuitas eadem ciuitas non habet, quod abſit,ab hoſtibus pereat. Et quidem nuſquam canones præcipiunt,vt pro ægritudine Epiſcopo ſuccedatur. Et ideo iniuſtum eſt,vt ſi moleſtia corporis irruat, honore ſuo priuetur ægrotus. Atque ideo hoc per nos fieri nullatenus poteſt, ne peccatum in mea anima in eius depoſitione veniat. Sed ſuggerendum eſt,vt ſi is, qui eſt in regimine, ægrotat, diſpenſator illi requiratur talis qui poſſit eius curam omnem agere, & locum illius in regimine Eccleſiæ ipſo non depoſito,ac in, cuſtodia ciuitatis implere,vt nec omnipotens Deus offendatur, neque ciuitas inueniatur eſſe neglecta,&c.* Hinc & ſibi infirmanti Baſſianus Epiſcopus Epheſius in Concilio CALCHEDONENSI actione 11. Epiſcopatum ademptum conqueritur, cui iubetur reſtitui:hinc quoque & ſūmus Pontifex GELASIVS I. epiſt. ad Epiſcopos Dardaniæ conqueritur, quòd pleriſque Catholicis Epiſcopis eiectis hæretici ſuffecti ſunt. *Cum hoc* (ait) *nec humana nec diuina leges permittant. Denique quibus* (ait)*Eccleſia Concilius qua ſynodo cogunitur Epiſcopi, quod commiſerunt vt ſine vlla diſcuſſione rerum tot Eccleſiarum præſules, pro humano libitu, & ſecularis poteſtatis arbitrio pellantur. Inauditos, indiſcuſſos, inconuictos non debere percelli certum eſt, cùm nulla cauſa noua nec veteri nulla participatione erroris iam ante damnati tenerentur,qui eſſent crimine aliquo reſperſi, Eccleſiaſtica debuit examinatione cognoſci, & ad ſedem Apoſtolicam ex more referri.* Vide reliquum Hæc Gelaſij decreta ſolicitè allegat NICOLAVS I. epiſt.ad Michaelem pro cauſa Ignatij Conſtantinopolitani Epiſcopi, qui iniuſtè ab hæreticis fuerat exturbatus, & in locum eius Photius ordinatus. Similiter & damnati ſunt à papa SYMMACHO I. in Concilio Romano 115 Epiſcoporum Petrus Altinus Epiſcopus, & Laurentius Nucerianus, qui inuadere præſumpſerant eodem viuente Symmacho ſedem Apoſtolicam, vt ſuprà iam diximus. hinc & Concilium AVRELIANENSE V. ſub Pelagio 1. cano. 12. *Nullus viuenti Epiſcopo alius ſuperponatur aut ſuperordinetur Epiſcopus, niſi forſitam in eius loco quem culpa capitalis deiecerit.* Idem omnino ſtatuiſſe Concilium ARVERNENSE teſtatur codex librorum 16 libro 2. capite 37. hinc & ZACHARIAS I. epiſt 9. ad Bonifacium Moguntinenſem præſulem & allegat Gratianus cauſa 7. quæſt. 1. cap. de eo autem.&c. & petiſti, &c. *De eo autem quod tibi ſucceſſorem conſtituere dixiſti, & te iubente, in tuo loco eligatur Epiſcopus. Hoc nulla ratione concedi patimur, quia contra omnem, Eccleſiaſticam regulam vel inſtituta patrum eſſe monſtratur,ſed volumus vt tibi miniſtret,& ſit in Euangelium Chriſti adiutor, dicente Apoſtolo:Si quis bene miniſtrauerit, gradum ſibi bonum acquiret. Nimis enim reprehenſibile manifeſtum eſt,vt te viuente, tibi alium ſubſtituamus. Sed hoc commonemus, vt quandiu te diuina ſufferit clementia ſupereſſe, ſine intermiſſione orare non ceſſes, vt tibi Deus idoneum ſucceſſorem concedat, qui ei poſſit eſſe placabilis, & populum quem ad ſuam gratiam,per veſtræ ſanctitatis induſtriam vocare voluit, irreprehenſibiliter regere valeat, atque ad viam vitæ elaboret perducere. Nam quomodo hæc quæ popoſciſti, ſi & voluerimus concedere, poſſumus, dum nos fragiles homines, exiſtentes & ſub conditione mortis conſtituti, ignorantes quid ſuperuentura dies pariat, non valentes inueſtigare quis de nobis prior de præſenti ſæculo migret? Sin autem & eundem diuina voluerit clementia poſt tui diem tranſitus ſupereſſe, ſi eum aptum cognoueris,& in tua voluntate fuerit definitum,ea hora qua de præſenti ſeculo migraturum cognoueris,præſentibus cunctis tibi ſucceſſorem deſigna, vt huc veniat ordinandus. Hoc nulli alij concedi patimur, quod tibi charitate cogente largiri conſuimus.* Porrò Epiſcopo viuente, vt Eccleſiam illius aut res ad eum pertinentes, nullus inuadere præſumat,ſtatuit Concilium MELDENSE cano. 47. *Neque ſub voluntaria cleri electionis obtentu, præter voluntatem Epiſcopi quiſquam ſecularis poteſtate prædictus œconomum conſtituat. Quod ſi ita infirmitate detinetur,vt miniſterium ſuum explere nequiuerit* (vide ſuprà ex Gregorio) *in voluntate Archiepiſcopi & ſua hoc maneat ordinandum,& quoſdam poſſit eligere ex Eccleſiaſticis miniſtris,qui habiles fuerint ad ſuccedendum, qui obſequium ad rempublicam pertinens exequantur.* Idem & de Archiepiſcopo ſtatutum eſt. Et ex epiſtola iam memorata NICOLAI I. ad Epiſcopos Aſiæ & Libyæ, & alia ad Michaelem Imperatorem, liquet qualiter execratus eſt eiectionem Ignatij ſanctiſſimi Patriarchæ, iam per duodecim annos fideliter Conſtantinopolitanam Eccleſiam gubernantis.& intruſionem Photij Neophyti & laici.cuius conſecrationi, vt antea diximus,nunquam voluit ſubſcribere.Qui Photius in generali CONSTANTINOPOLITANO Concilio IV generali 8. actione 1. anathematizatur ob eam cauſam, quòd in ſedem viuente Epiſcopo aſcenderit, contra ſacras regulas, vt antè diximus. Sed & Idem Nicolaus 1. epiſt. ad Aluinum laonenſem Epiſcopum, & allegatur à Gratiano cauſa 7. quæſt. 1. cap Pontifices ſtatuit

Margin notes: Leo. 1. — Gregorius 1. — Epiſcopo infirmo nō poteſt. aliquis ſubrogari. — Concilii Calchedonenſe 4. generale. — Gelaſius 1. — Nicolaus 1. — Symmachus 1. — Concilii Aurelianenſe 5. — Concilii Aruernenſe. Zacharias 1. — An liceat ſibi ſucceſſorē inſtituere; vide etiam Epiſcop. non reſignandum. — 1.Timoth.3. — Epiſcopo viuente nullus Eccleſiam, aut res eiuſdem inuadere. Concilium Meldenſe. — Nicolaus 1. — Concilii generale 8 Conſtantinopol. 4. ſub Baſilio Impera.

vt in locum ægrotantium Epiſcoporum vel debilium, alij conſecrandi non ſint, niſi ex hac luce ſubtracti, ſed miniſterium per ſacerdotes expleãt. In autem, quæ ſacerdotibus præſumere non licet, Chriſti vicini auxiliẽtur, vſquequò ſanitatem recuperarit Epiſcopus, &c. Vide plura in ſequentibus, & in vocabulo, Epiſcopatus.

Epiſcoporum tranſlationes & mutationes an ſint licitæ. } Multa eſt inter orthodoxos Patres ſuper hac re quæſtio, verũtamen quocunque legi, canones hoc expreſsè prohibent, ne Epiſcopi transferantur, ſed contenti ſint ſuis Eccleſijs, vt ex ſequentibus apparebit. Sic quippe Antervs I. epiſtola 1. ad Epiſcopos Beticæ Prouinciæ & Toletanæ, & allegat Gratianus cauſa 7. q. 1. cap Mutationes. Et Iuo libro 3. decreto. *De mutatione (inquit) Epiſcoporum, vnde ſanctam ſedem Apoſtolicam conſulere voluiſtis, ſcitote eam communi vtilitate, atque neceſſitate fieri licere, ſed non libitu cuiuſquam aut dominatione. Petrus, ſanctus magiſter noſter, & Princeps Apoſtolorum, de Antiochia vtilitatis cauſa tranſlatus eſt Romam, vt ibidem potius proficere poſſet, Euſebius quoq; de quadam parua ciuitate, apoſtolica authoritate mutatus eſt Alexandriam. Similiter Fœlix de ciuitate qua ordinatus fuerat electione ciuium, propter doctrinam & bonam vitam quam habebat, communi Epiſcoporum & reliquorum ſacerdotum ac populorum concilio, tranſlatus eſt Epheſum. Non enim tranſijt de ciuitate ad ciuitatem, qui non ſuo libitu aut ambitu hoc facit, ſed vtilitate quadam aut neceſſitate, aliorum ortatu & conſilio potiorum transfertur. Sicut enim Epiſcopi habent poteſtatem ordinare, regulariter Epiſcopos & reliquos ſacerdotes, ſic quoties vtilitas aut neceſſitas coegerit ſuprà dicto modo & mutare & inthronizare poteſtatem habent.* Hoc per totam epiſtolam explicat. Hinc & Concilium Antiochenvm I. canone 21. Et allegat Gratianus cauſa 7. q. 1. cap. Epiſcopum. *Epiſcopus ab alia Parochia (ait) in aliam ne tranſeat, nec ſe ſua ſponte ingerens, nec à populo vi adactus, nec ab Epiſcopis coactus. Maneat autem in ea quam Deo ſortitus eſt Eccleſia, & ab ea non recedat, ſecundum decretum prius de ea re editum.* Idem omninò ſtatuit Concilium generale II. Constantinopolitanvm I, canone 2. & allegat Martinus Bracarenſis in collectorio, cap. 5. & 6. Idem & Cõcilium Sardicense Epiſcoporum 300. & vt quibuſdam videtur Oecumenicum, canone 1. & 2. & allegat Martinus Bracarenſis, cap. 6. collectorij, & Gratianus, diſt. 8. cap. Mala conſuetudo, ſub titulo Nicolai. Ad Hingnatum Epiſcopum Rhemenſem. Sic ergo præfatum Concilium habet: *Hoſius Epiſcopus Corduba dixit, Non minus mala conſuetudo, quàm pernicioſa corruptela funditus eradicanda eſt, ne cui liceat Epiſcopo de ſua ciuitate ad aliam tranſire. Manifeſta eſt enim cauſa quia hoc facere tentat, cùm nullus in hac re inuentus ſit Epiſcopus, qui maiore ciuitate ad minorem transferret, vnde apparet auaritia ardore eos inflammari, & ambitioni ſeruire vt dominationem agant. Si omnibus placet, huiuſmodi pernicies ſæuius & auſteriùs vindicetur, vt nec laicam communionem habeat, qui talis eſt. Reſponderunt vniuerſi, placet. Etiamſi talis aliquis extiterit temerarius, vt forſitan excuſationem afferat quod populi literas acceperit, cùm manifeſtum ſit premio & mercede paucos, qui fidem ſyncceram non habẽt, potuiſſe corrumpi, vt clamarent in Eccleſia, & ipſum petere viderentur Epiſcopum, omnino has fraudes damnandas eſſe arbitror, ita vt nec laicam communionem in fine recipiat talis. Quod ſi vobis omnibus placet, ſtatuitur. Vniuerſi dixerunt placet.* Idem & canone 3. *Illud quoque ſtatutum ſit, vt Chriſtus de ſua prouincia ad aliam prouinciam, qua ſunt Epiſcopi tranſeat, niſi fortè à fratribus inuitatis ne videamur ianuam charitatis claudere.* Vide eam quæ proximè huc ſequitur diſtinctionem. Idem Concilium epiſtola miſſa ad omnes Eccleſias, Arrianos Epiſcopos, hoc ſolitos facere, commemorat & damnat. Sed ſi noſtrum videret ſeculum, neſcio quid diceret. Ad alia tranſeamus. Hinc narrat Nicephorvs Callistvs libro 12. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, c. 10. & 11 prolixioribus verbis, Quomodo Theodoſius ſenior. Gregorium Nazianzenum iam Epiſcopum eiuſdem vrbis, in Conſtantinopolitanam Eccleſiam aſciuerit, eum propter vitam & eruditionem præſtantem admiratus, dignúmque eum ea ſede calculo ſuo iudicaſſe dicitur. Potiſſimùm verò diuo ipſi Miletio Antiocheno Epiſcopo videbatur. Gregorio Conſtantinopolitanum Epiſcopatum confirmandum eſſe. Qua in re & Synodus Conſtantinopolitana 1. quod virtutem eius viri reuereretur ſuffragata eſt. Hac in parte canone de Epiſcoporum tranſlatione, quem nonnulli Concilium hoc reprehendentes obiiciebant poſthabito. Synodus namq; illa vt occaſionem ambitus in Eccleſia præcideret, canonem eum propoſuerat, quod multa, tum ex compoſitorum ambitioſa inuaſione prouenire ſſent mala. Quod ſi ambitus deeſſet nihil prorſus extare impedimenti cenſuit, vt modò vita aut doctrina multis alijs præſtantior aut ſimul vtraq; hæc conſtaret, aut cõmunis deniq; & publica cum magna commoditate vtilitas per tranſlationẽ in expectatione eſſet. Tum c. 11. ſubdit, quomodo idem Gregorius ſanctiſſimus ceſſit, propter quorundã cauillationes & murmura Conſtantinopolitani Epiſcopatui, & ſuum Epiſcopatum Nazianzenum repetijt. Latius mox totũ hũc diſcurſum prodocemus. Idẽ Nicephorus lib. 14. cap 37. narrat quomodo poſt mortem Neſtorij impij hæretici, in locũ eius poſtulatus eſt & electus Proclus iam alterius ciuitatis Epiſcopus, cui enim quidam obieciſſent canonem de non transferendis Epiſcopis, nihilominus tamen Theodoſius cum Pulcheria Auguſta inthronizare eum iuſſit. *Cœleſtinus quoque I. Romæ Epiſcopus (ait) ſuffragatus ei per epiſtolas ſuas ad magnum illum Cyrillum & Ioannem Antiochenum, & Rufum Theſſalonicenſem ſcribens, & modis omnibus docens, nihil obſtare quò minùs qui alternis verbis aut ſit aut ſaltem deſignatus ſit Epiſcopus, in aliam transferatur vrbem.* Tum ſubdit cap. 39. eiuſdem libri Nicephorus: *Quandoquidem autem nonnulli inuidia ducti, diuinum virum* (Proclum) *reprehendũt Eccleſiaſticum canonem prætendentes, quod Cyzici Epiſcopus creatus in Conſtantinopolitana vrbis thronum tranſlatus ſit, æquum eſſe duxi pauca quadam de tranſlationibus eiuſcemodi his perſtringere, vt ſimul & Proclus crimine abſoluatur. Et Eccleſia claſſicum hoc ad certitudinem diuinitus proditum habeat exemplum, ne cuius facere id volenti procliue ſit res Eccleſia ritè atque ordine actas temerè per reprehenſionem carpere. Nam qui eam rem hanc taxare conati ſunt, vel inuidia ferri, vel ignorare mihi viſi ſunt, canonum ſenſum & mentem atque ea qua variè in Eccleſijs per diſpenſationem & vnitatem ſeruata ſunt & geſta. Diuini ſiquidem Canones & veteres Eccleſia antiſtites liberum eſſe voluerũt, quotieſcunq; legitima ſuaderet vtilitas ex vrbe vna in aliam Epiſcopum transferre, videlicet ſi ſincerior pietas vel Eccleſiaſtica fortè tranquilitatis conſtitutio tranſlationem flagitaret. Tranſi-*

Iam hęc docere ta apud nos voluerũt, quoniam mutationes Epiſcopatuum & precio & ſimonia cõparantur & ſcelus, & facinus animaduertendum.

Conciliũ Antiochenum 1. ſub Iulio 1.

Conciliũ Conſtantinopolitanum 1. generale 2.

Cõcilium Sardicenſe generale.

Nicephorus Calliſtus.

Gregorius Nazianzenus ad Epiſcopatum Conſtantinopolitanũ perductus, ceſſit & priſtinum Epiſcopatum repetit.

Ambitione ſublata, præcedetia decreta irrita ſunt & nulla. Sed Ambitio eſt qua nunc regnat.

Cœleſtinis 1. decretum.

Nicephorus aſſert rationẽ cur de nõ trãſferendis Epiſcop. decretum ſit lege.

* μετάθεσιν, μετάστασιν.

tionem namque prohibet, non tranſlationem. Hæc enim id quod præter voluntatem, & præter vtilitatem omnino ſignificat, & vox ea veluti in manimatis vſurpatur, illa vero de animatis & quodammodo de eis dicitur, qui per arrogantiam ſortè miſeriandarum rerum gratia in thronos inſiliunt. Eam verò rectè Canõ, ſicuti paulo poſt ſuſius exponam, inhibet: legitimam autem tranſlationem nequaquam. Nam primum ille Apoſtolorum Princeps Petrus Romanæ vrbis gubernauit Eccleſiam vide primum huius diſtinctionis decretum ex Antero) *Deinde primum etiam Alexandriam ſorte traiecit. In quibus Eccleſijs vbi Linum & Marcum Epiſcopos creauit alias rurſus vrbes adiit.*

Exemplis probat quod docet.

Euſebius Cæſarienſis.

Evsebivs quoque Pamphili in 6. Eccleſiaſticarum hiſtoriarum libro, Alexandrum quendam Eccleſiæ in Cappadocia cuiuſdam Epiſcopum, Hieroſolyma ſacrorum locorum ſpectandorum & precationes ibi faciendæ gratia profectum, atque à Hieroſolymitanis retentum in throno ſacri Narciſſi adhuc ſuperſtitis collocatum eſſe, & per vitam omnem Hieroſolymitanæ Eccleſiæ præfuiſſe, memoriæ mandauit. cuius & nos in quinto operis huius libro capite 10. mentionem fecimus. Quod verò multi alij neceſſaria vtilitate vacante in alias tranſierint Eccleſias, ſatis patet Ego verò & ſi non omnes, aliquos tamen in hiſtoria ha. recenſebo Magnus ille Euſtathius à Berrœa, quæ eſt ipſa Chaleb) in Anthiochiam tranſlatus eſt, Conſtantino primo Chriſtiano Imperatore imperium Romanũ adminiſtrante, ſub quo & Maximus ex Dioſpoli Hieroſolyma, magno Macario ſuccedens. Sed & Eudoxius ille prauæ proſus contra nomen ſuum opinionis, ex Germania primum Antiochiam, & inde poſtea Conſtantinopolim eſt tranſlatus. Diuus Meletius primum Sebaſtiæ Epiſcopus eſt renunciatus. Deinde autẽ cum magna gloria Antiochiam ad Orontem eſt vocatus, &c. Lege reliquum quia per totũ caput quod prolixiſſimum eſt, exempla varia profert Similia tum ad calcem capitis profert Coelestini I. Decretum: *Cœleſtinus* (ait) *Romæ Epiſcopus in ſuis ſicut ipſe appellat ſecretis, cap. 2. hiſce vtitur verbis. Si Epiſcopus vtilitatis gratia transferatur, ne id per ſeipſum faciat, ſed fratribus cogentibus. Et rem eam ſacra huius ſedis authoritate expediat, non vtanis gloriæ, verùm vtilitatis communis, aut neceſſitatis ergo.*

Cœleſtinus 1.

Licita eſt tranſlatio Epiſcoporum vtilitatis gratia, alias non.

Tum profert decretum Anteri I. quod in initio citauimus, verùm ſic Concilium Carthaginense III. cap. 38. *Illud* (ait) *ſuggerimus mandatum, quod etiam in* Capvnai *plenaria ſynodo videtur ſtatutum, vt non liceat fieri rebaptizationes, & reordinationes, vel tranſlationes Epiſcoporum. Nam Creſconius Villaregienſis Epiſcopus, plebe ſua derelicta Tubunienſem inuaſit Eccleſiam, & vſque hodie commonitus, ſecundum quod ſtatutum fuerat, relinquere eandem quam inuaſerat plebem contempſit.* Idem Creſconius poſtea eiuſdem Concilij mandato totaliter excluſus eſt. Eiuſdem Cõcilij Capvensis & ordinationis eius meminit Ambrosivs Mediolanensis lib. 10. epiſtolarum, epiſtola 1. verũ in ordine omnium 78. ad Theophilum, & hoc annotauerim, quia quidã loco Capuenſis Concilij, annotauit Capſenſes. Porrò præcedens conſtitutio cõfirmatur in Cõcilio Africano ſub Boniſa io I cap. 15. Hinc eſt quoq;, quòd Agapetvs I vt docet in ſuo Breuiario cauſæ Neſtorianæ Liberatvs Carthaginensis lib. 21. Conſtantinopoli exiſtens. Anthimum Conſtantinopolitanum Epiſcopum damnauit, tum quòd videbatur hæreticus, tum etiam quia relicta priori cathedra, ambitione Conſtantinopolitanum Epiſcopatum inuaſerat, & acceperat. *Impoſſibile eſſe aiebat, ſi in iuſt tranſlationem hominum in illa ſede permanerẽ.* De hoc Anthimo aliàs Allegat & hoc Gratianus diſt. 4. cap. Non licet. Hinc & Concilium Carthaginense VI. cui interfuit Auguſtinus can. 27. Et allegat Gratianus cauſa 7. quæ. 1. cap. Epiſcopus. *Epiſcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non tranſeat: nec quiſquam inferioris ordinis Clericus. Sanè ſi id vtilitas Eccleſiæ fiendum popoſcerit, decreto pro eo clericorum & laicorum Epiſcopis porrecto, per ſententiam Synodi transferantur nihilominus alio in loco eius Epiſcopo ſubrogato. Inferioris verò gradus ſacerdotes vel alij clerici, conceſſione ſuorum Epiſcoporum poſſunt ad alias Eccleſias transmigrare.*

Concilium Affricanum.

Agapetus 1. Liberatus Carthaginẽſis hiſtoriographus

Concilium Carthaginenſe 3.

Concilium Capuenſe.

Concilium Capuenſe.

Ambr. Mediol.

Concilium Carthaginenſe 4.

Vide ſuprà in vocabulo, Clerici ſtabiles maneant in Eccleſijs, &c. Hinc & Leo I. epiſtola 28. ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicenſem, cap. 8. allegatur à Gratiano cauſa 7 q. 1. cap. Si quis. *Si quis Epiſcopus ciuitatis ſuæ mediocritate deſpecta, adminiſtrationem loci celebrioris ambierit, & ad maiorem ſe plebem quacunque occaſione tranſtulerit, non ſolum a cathedra quidem pelletur aliena, ſed carebit & propria: vt nec illis deſideat quos per auaritiam concupiuit: nec illis quos per ſuperbiam ſpreuit. Suis igitur terminis quiſque contentus ſit, nec ſupra menſuram iuris ſui affectet augeri.* Idem habes infrà in dictione, Epiſcopatus non ambiendus, ex Canone Apostolorvm 14 & canone 15. Concilij Nicani I. vbi ſic legitur: *Epiſcopo non licere alienam parochiam propria relicta peruadere, licet cogatur a plurimis, niſi fortè quis cum rationabili cauſa compellatur tanquam qui poſſit ibidem conſtitutus plus lucri conferre, & in cauſa religionis aliquid profectus proſpicere, & hoc non a ſeipſo pertentet, ſed multorum Epiſcoporum iudicio & maxima ſupplicatione perficiat, &c.* Idem omninò Hilarivs I. epiſtola 1. ad Aſcanium Tarraconenſem, & alios Epiſcopos, cap. 2. inhibet, ne Epiſcopi relicta propria Eccleſia ad aliam tranſeant. Et Cõcilium Avrelianense III cap. 18. prohibet, ne quis plurium Diœceſum vel Baſilicarum adminiſtrationem vſurpet, vt alibi dicemus, & ſcilicet diſtinctione immediatè hanc ſequenti, & alibi. Sed & Pelagius I. epiſtola 2. ad Benignum Archiepiſcopum, ſic loquitur: *Conſuluiſti ſedem Apoſtolicam ſi licitum fieret Epiſcopum tranſire, aut mutare de ciuitate ad ciuitatem, dum quidam canones, vt tibi videtur, hoc fieri prohibeant. Significaſti etiam literis tuis, quendam fratrem nomine & actu Dei ſeruum, cauſa vtilitatis mutari te velle in locum & ciuitatem defuncti, licet quidam dicat hoc fieri non licere, ne conſenſum Apoſtolicæ ſedis habuiſſes. Quapropter ſcias frater dilectiſſime* (hoc allegat Gratianus cauſa 6. q. 1. capite Scias.) *aliud eſſe cauſa neceſſitatis & vtilitatis, & aliud cauſam præſumptionis & propriæ voluntatis. Non ergo mutat ſedem, qui non mutat mentem, id eſt, qui non cauſa auaritiæ, aut dominationis, aut propriæ voluntatis, vel ſua electionis, migrat de ciuitate in ciuitatem, ſed cauſa neceſſitatis aut vtilitatis mutatur. Nam plurimorum vtilitas vnius, vtilitati aut voluntati præferenda eſt. Aliud eſt enim mutare, & aliud mutari, ſicut aliud eſt miniſtrare, & aliud miniſtrari. Vnde & Dominus in Euangelio loquitur: Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare. Quod enim in Canonibus legitur* (ſuprà cap. 1. Sardicenſis Concilij, &c.) *Non debere Epiſcopum de ciuitate ad ciuitatem tranſire vel transferri, non de his dicitur, qui aut vi expulſi, aut neceſſitate coacti, aut authoritate*

Leo 1.

Canon Apoſtolorum.

Nicænum generale & 1. Concilium.

Hilarius 1.

Concilium Aurelianenſe 3.

Pelagius 1.

Idem ſupra ex Nicephoro habes.

Pelagius, omnes retrò ci canones vt intelligendi ſint, aperit.

Matth. 20.

maiorum

maiorum hoc agunt, ſed de his qui auaritia ardore inflammati ſponte ſua proſiliunt, & potiùs ambitioni, quam vtilitati Eccleſiæ ſeruire, & dominationem agant, inſiſtere cupiunt. Vnde & ſubiectis canonibus continetur. Caoone ſecuodo, Sardiceoſis Cooci lij vide ſuprà) *Si aliquis extiterit temerarius, qui forſitam excuſationem afferat, quòd populi literas acceperit, & ideò migrauerit, dum manifeſtum ſit præmio & mercede paucos, qui ſinceram fidem non habent, potuiſſe corrumpi, vt clamarent in Eccleſia, & ipſum petere viderētur, omninò has fraudes remouendas eſſe cenſemus. His verbis & alijs multis exemplis liquet, non de his dicere* (vt paulò ſuperiùs prælibatom eſt) *qui pulſi & non recepti à ciuibus vel a quibuſcunque, aut neceſſitate congente vel authoritate maiorum tranſeunt de ciuitate ad ciuitatem, ſed de his qui ſponte proſiliunt, aut temeritatis, aut ambitionis cauſa hoc faciunt. Nam aliud eſt ſponte tranſire, & aliud eſt coactè aut neceſſitate venire. Vnde non iſti mutant ciuitates, ſed mutantur, qui non à ſpontè, ſed coactè hoc agunt. Quis enim vnquam audet dicere ſanctum Petrum Apoſtolorum Principem non benè egiſſe, quando mutauit ſedem de Antiochia Romam? Aut quis eum negat ob id ſanctum non eſſe, aut dignitatem, aut meritum vnquam Apoſtolatus, tàm in cælis, quàm in terris perdidiſſe? Aut quis negat ſanctos non eſſe multos alios Epiſcopos, qui de ciuitatibus ad ciuitates tranſlati ſunt, aut meritum Pontificatus perdidiſſe? quorum nomina ſi cœperim enumerare ante dies pertranſiret, quàm hæc omnia præſcribere poſſem, & prolixior erit epiſtola quam neceſſe ſit. Aut quis vnquam poteſt approbare ſanctum non eſſe Alexandrum, qui Hieroſolymam de altera ciuitate tranſlatus eſt? Aut ſanctum Gregorium Nazianzenum qui in Nazianzo conſtitutus? Aut ſanctum Proclum, qui de Cyzico tranſlatus eſt Conſtantinopolim?* (Vt ſuprà iam diximns.) *Non ergo benè intelligunt Eccleſiaſticas regulas, qui hoc negant cauſa vtilitatis aut neceſſitatis fieri non poſſe, quoties communis vtilitas aut neceſſitas perſuaſerit. Nullum enim ex his aut ex alijs qui meliori conſilio mutauerunt ciuitates neceſſitate quadam vel vtilitate Eccleſiæ, aut laica communione carere reperimus, nec vllatenus vnquam fieri debet. Sententia verò quæ in Antiocheno Concilio habetur.* (capite viceſimo primo, habes ſuperiùs.) *Vt Epiſcopus ab alia parochia nequaquam migret ad aliam, tota atque omnes ſententiæ de ea re vim ſuperius comprehenſam retinent, & nihil prætexato modo, tranſlationibus Epiſcoporum actis aut agendis nocent, ſed magis robur eis ac Domini Saluatoris quæ omnes canonicos ſuperexaltat libros authoritatem præſtant. Tales autem quæſtiones magis ex inuidia, quàm ex charitate aut vtilitate naſci videntur. Cum ipſa per ſe veritas dicat: Si vos perſecuti fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam. Huic ergo ſententiæ nullus Catholicorum vſquam contradicere poteſt, quæ non alterius, ſed ipſius proprio Domini ore prolata & firmata eſſe dignoſcitur.* Et multis alijs probatis ſic infert: *Negat miſericordiam, neceſſitatem patientibus, qui populis indigentibus diuinis* * *myſterijs & non habentibus proprium Epiſcopum, qui eos inſtruat cauſa vtilitatis atque neceſſitatis ex alia ciuitate* (*licet minor ſit in eam quæ non habet Epiſcopum doctiorem vel vtiliorem meliori conſilio non ſponte tranſeuntem, ſed maiorum exhortatione mutare, aut Epiſcopum electum & perſecutionem patientem cauſa vtilitatis aut neceſſitatis inthronizari non permittit. Apud Veteres enim ſine vlla differentia de vna ciuitate ad alteram migrabat Epiſcopus, dum vtilitas & neceſſitas euocaret.* Quapropter ipſam etiam regulam ſtatim in cooſeqoenti diſtinctione ponemus ex Antiocheno Concilio, canone 18. * Tum infert Pelagius: *Huic regulæ contradicere nullus poteſt, quæ etiam cauſa vtilitatis aut neceſſitatis inthronizari Epiſcopum iubet & mutari ac tranſire eum de ciuitate ad aliam ciuitatem, non proprium habentem Epiſcopum, ſinit. Pingues hoſtias litat diabolo, qui his reſiſtere nititur, aut miſericordiam aut vtilitatem Eccleſiæ iam dictis negat, id eſt, Epiſcopis & populis, &c.* De Prælatis tàm Epiſcopis, quàm Abbatibus, non facilè transferendis, tamen poſteà Concilium CONSTANTIENSE generale ſeſſione triceſima oona, ad calcem, ſtatuit, ſine ioſta & rationabili, & euidenti cauſa, quod & coofirmat Concilium LATERANENSE ſub Leone X. ſeſſione oona, lege qood ſequitur.

Iterum Petrus Romanæ Eccleſiæ Pōtifex aſſeritur, vt habes in dictione Romana Eccleſia, copioſius probatum.

Matth. 10.

* miniſterijs

Epiſcopi electi poſſint miniſterio in alia ciuitate fungi.

* Poſitum ſuprà in vocabulo Electus.

Concilium Cōſtantienſe generale.

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

Epiſcopus ſit ſua ſorte contentus, nec nec ambiat alterius Epiſcopatum, & ſuos limites non excedat.] Hoc ex ſuperioti annotanooe dependet. Verumtamen hîc particulariter cenſuimus annectendum, qoia priùs quidem facilè iodolgerur: verùm hoc diſtrictiſſimè cauetur, vt videre eſt. Sic ergo repete, quod ſuprà ex Canone Apoſtolorum diximus, & in dictione Epiſcopatus noo ambiendus nec emendus, &c. dicetur. * Conciliū CARTHAGINENSE I. caoone 10. *Nullus* (ait) *debet collegæ ſuo facere iniuriam. Multi enim tranſcendunt ſua & vſurpant aliena ipſis inuitis. Auaritiam autem cupiditatem radicem omnium malorum eſſe, nemo eſt qui dubitet. Proinde inhibendum eſt, ne quis alienos fines vſurpet, aut tranſcendat Epiſcopum collegam ſuum, aut vſurpet alterius plebes ſine eius petitu, quia inde cætera mala omnia generantur. Vniuerſi dixerunt, Placet, Placet.* Idem canone 12. præcipit de ioenndo & non frangendo pacto inter Epiſcopos, vt infra dicetur. [b] Deoique ſic ſtatuit Concilium SARDICENSE Oecumenicum, canone 14. *Ex hoc quoque ſtatuimus, vt Epiſcopo ſi ex alia ciuitate cum venerit ad aliam ciuitatem, vel ex Prouincia ſua ad aliam prouinciam, & ambitioni magis quàm deuotioni ſeruiens, voluerit in aliena ciuitate multo tempore reſidere* (*forte enim euenit Epiſcopum loci, non eſſe tam inſtructum, neque tam doctum*) *is verò qui aduenit, incipiat contemnere eum, & frequenter facere ſermonem, vt dehoneſtet & infirmet illius perſonam, ita vt ex hac occaſione non dubitet relinquere aſſignatam ſibi Eccleſiam, & tranſeat ad alienam. Definimus ergo tempus, quia & non recipi Epiſcopum inhumanum eſt, & ſi diutius reſideat pernicioſum eſt. Hoc ergo ne fiat, ſicut ſuperiori Concilio Fratres noſtri conſtituerunt, vt ſi quis laicus in ea in qua commoratur ciuitate, tres Dominicos dies, id eſt, tres ſeptimanas non celebraſſet conuentum, communione priuaretur.* (vide laicus.) *Si hæc contra laicos conſtituta ſunt, multò magis Epiſcopo nec licet nec decet. Nulla ſit tam grauis neceſſitas, quæ detineat vt amplius à ſupraſcripto tempore abſens ſit.* Idem cano. 15. *Quia verò nihil prætermitti oportet, ſunt quidam Fratres & Coepiſcopi noſtri, qui non in ea ciuitate reſident, in qua videntur Epiſcopi eſſe conſtituti, vel certè quòd prauam rem illic habeant, alibi autem idonea prædia habere cognoſcuntur, vel affectionem proximorum quibus indulgeant, hactenus permitti eis oportet, vt accedant ad poſſeſſiones ſuas, & diſponant vel ordinent fructum laboris ſui, vt poſt tres Dominicas, id eſt, poſt tres hebdomadas ſi morari neceſſe eſt, in ſuis potius fundis morētur, aut ſi eſt proxima ciuitas in qua eſt Presbyter, ne ſine Eccleſia videatur facere diem Dominicum illuc*

Canon Apoſtolorum hoc prohibet 38. vt diximus, Ordines in alterius diœceſi nullus conferre præſumat, &c.

Concilium Carthaginenſe 1. ſub Syluestro 1.

1. Timoth. 6.

lege & excommunicat.

Concilium Sardicenſe Patrū 300.

Epiſcopo non permittitur in alterius diœceſi vltra tres hebdomadas morari, & ab Eccleſia propria abſentari.

accedat, vt neque res eius domeſtica per abſentiam eius detrimentum ſuſtineant, & non frequenter veniendo ad ciuitatem in qua Epiſcopus moratur, ſuſpicionem iactantiæ & ambitionis euadat. Hæc decreta allegat Concilium PARISIENSE III. libro primo, capite vigeſimo primo. Et Concilium AQVISGRANENSE II capite vndecimo. Idem & ſtatuiſſe memorat ANGLICANVM Concilium I. capite ſexto. BEDA VENERABILIS libro quarto Hiſtoriæ Anglorum, capite quinto. Præterea Concilium generale VI. CONSTANTINOPOLITANVM III. canone vigeſimo, prohibet ne Epiſcopus in aliena ciuitate præſumat docere, quod ad ſe non pertinet, ſed neque ius aliquod prætendere in aliena Prouincia (vt dicemus in vocabulo Prouincia,) nec ordines ſine licentia conferre. Vide in dictione, Ordo. Hinc DAMASVS I. epiſtola prima ad Paulinum Epiſcopum: *Eos (ait) qui ab Eccleſiis ad Eccleſias migrauerint, tandiu a noſtra communione alienos habemus, donec ad eas redierint ciuitates in quibus primitus ſunt conſtituti. Quod ſi quis alio, alio tranſmigrante, in locum viuentis ordinatus eſt, tandiu ſacerdotij dignitate qui ſuam deſeruit ciuitatẽ, donec ſucceſſor eius quieſcat in Domino.* Hinc Concilium CONSTANTINOPOLITANVM I generale II. canone tertio, & allegat Gratianus cauſa nona, quæſtione ſecunda, capite Non inuitati. *Non inuitati Epiſcopi vltra Diœceſim accedere non debent, ſuper ordinationibus aliquibus, vel quibuſcunque diſponendis Eccleſiaſticis cauſis, ſeruata regula quæ ſupra ſcriptum eſt de vnaquaque Diœceſi)* Vide Ordo, & Prouincia, &c. *Manifeſtum eſt namque eſt, quod per ſingulas Prouincias prouincialis ſynodus adminiſtrare, & gubernare omnia debet, ſecundum ea quæ ſunt in Nicæna Synodo definita.* Vide ſuprà, Concilium bis aut ſemel in anno congregandum, & Concilijs quid agatur. Hinc & Concilium MILAVITANVM canone vigeſimo primo, & allegat Gratianus cauſa decima ſexta, quæſtione ſexta, capite Placuit: *Placuit vt quicunque Epiſcopi quaſcunque Eccleſias vel plebes, ad ſuam cathedram æſtimant pertinere, non ita repetierint vt cauſas ſuas, Epiſcopis iudicantibus agant ſed alio retinente irruerint, ſiue volentibus ſiue nolentibus plebibus, cauſæ ſuæ detrimentum patiantur. Et quicunque hoc iam fecerunt ſi nondum eſt inter Epiſcopos finita contentio, ſed adhuc inde contendunt, ille diſcedat quem conſtiterit prætermiſſis * iudicijs Eccleſiaſticis irruiſſe, nec ſibi quiſque blandiatur, ſi a Primate vt retineat literas impetrarit, ſed ſiue habeat literas ſiue non habeat, conueniat eum qui tenet & eius literas accipiat, vt eum appareat pacificè tenuiſſe Eccleſiam ad ſe pertinentem. Si autem ille aliquam quæſtionem retulerit, per Epiſcopos iudices cauſa finiatur, ſiue quos eis Primates dederint, ſiue quos ipſi vicinos ex conſilio Primatis delegerint.* Vide infrà, Lis Epiſcoporum, &c. Tum canone vigeſimo quarto, infert: *Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut duo eligantur aut tres. Quod ſi tres elegerint, aut omnium ſententiam ſequantur, aut duorum. A iudicibus autem quos communis cõſenſus elegerit, non liceat prouocari, &c.* Idem Concilium AFRICANVM capite octuageſimo ſeptimo, ſtatuit: & idem decreuit COELESTINVS I. vt Gratianus allegat cauſa nona, quæſtione ſecunda, capite Nullus Primas, &c. *Nullus Primas (ait) nullus Metropolitanus, nullus reliquorum Epiſcoporum, alterius adeat ciuitatem, quæ ad eum non pertinet, & alterius Epiſcopi Parochiam ſine eius diſpoſitionẽ, niſi vocatus ab eo cuius iuris eſſe cognoſcitur, vt quicquam ibi diſponat, vel ordinet, aut iudicet, ſi ſui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter præſumpſerit, damnabitur, & non ſolum ille, ſed & cooperatores & conſentientes ei, quia ſicut ordinatio, ita eis iudicatio, & aliarum rerum diſpoſitio prohibetur. Nam qui ordinare non poterit, quomodo iudicabit? Nullatenus proculdubio iudicabit, aut iudicare poterit.* Et Concilium EPHESINVM I. generale can. VIII. *In aliis (ait) Diœceſibus & Prouincijs ab omnibus obſeruabitur, vt nemo religioſiſſimorum Epiſcoporum prouinciam occupet alienam, quæ non antè initio & iam inde ab initio fuerit ſub poteſtate vel ipſius vel eorum qui ante eum præfuerunt. Sed etiam ſi quis occupaſſet, ſic vt in ſuam poteſtatem redegerit, etiam eam proprio ſuo iuri reſtituat, ne magis iam canones videantur, nec prætextu ſacræ functionis & adminiſtrationis ſuperbia licentiaque ſeſe inſinuent, & imprudentes paulatim libertatem amittamus, quam nobis proprio ſanguine donauit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt omnium liberator, &c.* Vide in vocabulo, Prouincijs iura ſeruentur. Poſtò hic canon citatur & relegitur in Concilio generali VI. quod eſt CONSTANTINOPOLITANVM III. canone trigeſimo nono ad preces Ioannis Epiſcopi Cypri Inſulæ (quam nunc impij Turcæ armis infeſtant, & Venetijs vi conantur eripere hoc anno 157 . Octobris 26. qui conqueſtus eſt, ſibi à quodam alio iniuriam & violentiam fieri, cui iura reſtituta ſunt ibidem. Præterea hic canon iterum confirmatus eſt, & vim legis habere ius eſt, in exemplari libelli Synodo Epheſinæ oblati ab Epiſcopis quarundam prouinciarum, qui conquerebantur Phrtaclam, & complices qui adhærebant Neſtorio, præſumere ordinare in alienis Diœceſibus & Prouincijs. Denique GREGORIVS I. capite nono, Epiſtolæ ad interrogata Auguſtini Anglorum Epiſcopi. Expreſsè prohibet, ne in aliena prouincia contra Metropolitanum prouinciæ iudicare aut agere præſumeret, ſed benignè, ſi quid videret corrigendum, admoneret tam verbo, quàm exemplo, nec mitteret falcem in meſſem alienam, priuſquam authoritatem ab Archiepiſcopo acciperet, & iuſſu eius omnia peragceret. Vide Prouincia. Hinc & Concilium TVRONENSE I. ſub Leone I. vel Hilario I. canone nono. *De præſumptoribus placuit obſeruari, vt ſi quis Epiſcopo in ius fratris ſui, ſuam conatus fuerit inſerere poteſtatem, vt aut Diœceſes alienas tranſgrediendo terminos a patribus conſtitutos peruadat, aut clericos ab alijs ordinatos vel ſanctimoniales promouere præſumat, ab vniuerſo fratrum & conſacerdotum ſuorum communione ſe alienum efficiendum non dubitet, quia Apoſtolo docente cognoſcimus nullam nos cum fratribus inordinate ambulantibus & non ſecundum traditionem a patribus conſtitutam poſſe habere participationem.* Vide ſuprà, in vocabulo Clericum alienum, nullus retinere præſumat, &c. Vbi etiam ſic ſtatuit GALASIVS I. epiſtola ad Epiſcopos Lucaniæ Brutiorum, &c. *Epiſcopi (ait) non ambiant ſibi vendicare Clericos poteſtatis alienæ, &c.* Hinc EPIPHANIVS TYRIVS epiſtola directa ad Patres Cõcilij generalis quinti, Conſtantinopolitani ſecundi, quæ coram eis lecta eſt actione prima, accuſat Seuerum Antiochenum Epiſcopum, quòd auſus fuerit impugnare & diſſoluere iura Epiſcopis à ſacris canonibus definita, & auſus fuerit Epiſcopo permittere ordinare in Diœceſi alterius ciuitatis, cuius

Concilium Pariſienſe 3. Concilium Aquiſgranen. 2. Concilium Anglicanum. Beda Venerabilis.

Concilium Conſtantinop. 3 generale 6

Damaſus 1.

Concilium 2 generale Conſtantinopol habitũ ſub Theodoſio ſeniore

Concilium Mileuitanum ſub Innocentio 1 & Arcadio atque Honorio imperat.

* iudicibus

Africanum Cõcilium ſub bonifacio 1. Cœleſtinus 1.

Concilium Epheſinum 1. generale 3.

Gregorius 1.

Concilium Turonenſe ſub

2. Theſſalo. 3

Epiſcopus

A Epiſcopus adhuc ſupererat, propter hoc & alia à ſancta Synodo eſt anathemate notatus. Anathematizatus eſt etiam eandem ob cauſam, Petrus Apamearum Epiſcopus, cuius flagitia nota ſunt ea epiſtola CLERI APAMEARVM ad Patres Concilij generalis quinti, quæ lecta eſt actione prima, eiuſdem Concilij, ideóque Concilium AVRELIANENSE III. canone decimo quinto, expreſsè prohibet, ne Epiſcopus in Diœceſes alienas ad alienos clericos ordinandos vel conſecranda altaria irruat. Quod ſi fecerit, remotis his quos ordinauerit, altaris tamen conſecratione manente, tranſgreſſor canonum, anno à Miſſarum celebratione ceſſabit. Vide in dictione, Ordo, &c. Idem omninò

Clerus Apamearum.

Concilium Aurelianenſe 3.

B Concilium AVRELIANENSE V. capite quinto, ſed & nouiſſimum Concilium TRIDENTINVM ſeſſione decima quarta, quæ eſt quartam ſub Iulio III. canone octauo, & nono, decreti reformationis, vt alibi dicemus. Hinc etiam Concilium ARVERNENSE canone nono, prohibet, ne parochiam cuiuſlibet Epiſcopi, Alterius ciuitatis Epiſcopus canonum temerator inuadat, & veſanæ cupiditatis facibus inflammatus, ſuis quoquomodo non contentus rapiat aliena. Et canone decimo prohibetur, ne alterius clericum contra voluntatem Epiſcopi ſui ſuſcipere audeat aut ſacerdotio prærogare, vt in dictione, Clericus diximus. Inde eſt quod

Concilium Aurelianenſe 5. Concilium Tridentinum generale nouiſſimum.

Concilium Aruernenſe.

C VITALIANVS I. epiſtola tertia ad Paulum Archiepiſcopum Cretenſem, iuſſit eidem vt reſtitueret Ioanni Epiſcopo Lappenſi duo miniſteria, quæ in diœceſi prædicti Ioannis inuaſerat, eo tempore, quo falsò eum accuſauerat & ſede turbauerat, qui tamen ab eodem Vitaliano abſolutus eſt, & ad propriam ſedem remiſſus, vt infrà dicetur lucidiùs. Hinc & Concilium generale octauum, quod dicitur CONSTANTINOPOLITANVM IV. canone vigeſimo tertio: *Nullus Epiſcoporum* (ait) *aliarum Eccleſiarum locationem ſibi fieri ab alio Epiſcopo rogare audeat, nec ipſe rogatus ſua Eccleſiæ poſſeſſiones alicui conferat, nec etiam conſtituat Preſbyteros, aut quemlibet alium cle-*

Vitalianus Papa 1.

Concilium Conſtantinopolitanum 4. generale 8. ſub Baſilio Imperat.

D *ricum in Eccleſijs quæ ſibi ſubiecta non ſunt, præter voluntatem Epiſcopi.* Idem renouat & Concilium MOGVNTINENSE III. ſub Arnulpho Imperatore, capite decimo quarto, & decimo quinto: *Si quis* (ait) *Epiſcopus iudicauerit vel ordinauerit alterius parochianum ſine conſenſu & voluntate ſui Epiſcopi, oportet non ſine increpatione in communi concilio admoni, ita vt Eccleſiaſticum vltra non ſoluat canonem.* Hoc autē CAROLVS MAGNVS conſtituit capite ſexto, Conſtitutionum ſuarum. Idem Concilium Lugdunenſe III. generale ſub Gregorio decimo, vt allegatur ſexto decretalium, titulo nouo, De temporibus Ordinationum. Vide Ordo. Et Concilium TRIDENTINVM

Concilium Moguntinenſe 3.

Carolus Magnus.

Concilium Lugdunenſe 3.

E generale nouiſſimum ſeſſione ſexta, capite quinto: *Nulli Epiſcopo liceat* (ait) *cuiuſuis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius Diœceſi exercere, niſi ex ordinarij loci expreſſa licentia, & in perſonas eidem ordinario ſubiectas tantum: ſi ſecus factum fuerit Epiſcopo ab exercitio Pontificalium, & ſic ordinati, ab executione ordinum ſint ipſo iure ſuſpenſi.* Idem ſeſſione decima quarta, quæ fuit quarta ſub Iulio III. capite ſecundo decreti Reformationis, prohibetur. *Epiſcopo Peregrino & extraneo, in quolibet loco moretur, ordines conferre, ſine licentia Diœceſani Epiſcopi, etiam ſi in exemplo loco vel monaſterio exiſtant, nullatenus hoc præſumant ſine proprij*

Concilium Tridentinum generale.

Non poteſt Epiſcop. in alterius Diœceſi pontificalia exercere.

A *Prælati expreſſo conſenſu, aliàs ab exercitio Pontificalium per annum ſuſpendatur, & ordinati ab executione ordinum.* Vide Ordo. Verumtamen ante COELESTINVS V. in priuilegio ſuis Cœleſtinis fratribus indulto, concedit eiſdem, vt à Catholico Epiſcopo quolibet conſecrationes altarium & monachorum ordinationes in ſacris ex permiſſione ſedis Apoſtolicæ recipere valeant. Vide quod ſequitur. Vide reliquum in vocabulo, Metropolit.

Cœleſtinus Cœleſtinorum fratrum inſtitutor.

Epiſcopus in alterius Diœceſi ordines conferre non præſumat.] Hoc iam ſuperiori annotatione infinitis authoritatibus probauimus. Reſiduum quære in dictione, Ordines in alte-

B rius Diœceſi nullus conferre præſumat, &c.

Epiſcopi, ius alterius prouinciæ non vſurpent.] Hoc etiam ſuperiori annotatione monſtratum eſt. Quære reliquum in vocabulo, Prouincia, & Metropolitanus, &c.

Epiſcoporum litigia vt dirimantur.] Et hoc quoque ſuprà declaratum eſt. Reliquum quære in dictione Lis Epiſcoporum, &c.

Epiſcopi reſidere teneantur.] Hoc ſuperiori annotatione partim oſtenſum eſt, dum inhibetur eis ne vltra tres hebdomadas abſenteur. Verum reliquum vide generalius expreſſum in dictione, Reſidentia.

Epiſcopus non detur inuitis.] Quære in-

C ſertum hoc ſuprà in vocabulo, Electio.

Epiſcopus ſponſus, & lux Eccleſiæ.] EVARISTVS I. cuius hodie dies recolitur martyrij vigeſimo ſexto Octobris, anno mileſimo centeſimo ſeptuageſimo, epiſtola ſecunda ad omnes epiſcopos Ægypti. Et allegatur à Gratiano, cauſa ſeptima, quæſtione prima, capite Sicut vir: *Sicut Chriſto coniuncta ſponſa, id eſt, Eccleſia, ſic Epiſcopus iungitur Eccleſiæ, vnicuique pro portione ſua, & ſicut vir non debet negligere vxorem ſuam, ſed diligere & caſtè cuſtodire & amare atque prudenter regere. Sic Epiſcopus multò magis cuſtodire & amare, atque prudenter debet regere Eccleſiam. Et velut vxor quæ ſub manu eſt viri, obedire*

Euariſtus 1. Papa & martyr.

D *debet viro ſuo, eumq́; diligere & amare, ita potius etiā Eccleſia Epiſcopo ſuo in omnibus obedire, eúmque diligere & amare, vt animam ſuam debet, quia illud ſit carnaliter, iſtud ſpiritualiter. Et ſicut vir non debet adulterare vxorem ſuam, ita nec Epiſcopus Eccleſiam ſuam, id eſt, vt illam dimittat, ad quam ſacratus eſt abſque ineuitabili neceſſitate, aut Apoſtolica vel regulari mutatione, vt alteri ſe ambitus cauſa coniungat.* (de hoc ſuperius egimus) *Et ſicut vxori non licet dimittere virum ſuum vt alteri ſocietur, ita nec Eccleſia alterum debet admittere Epiſcopum eo viuente. Epiſcopum verò oportet opportunè importunè atque ſine intermiſſione Eccleſiam ſuam docere, eámque prudenter regere & amare, vt à vitijs ſe abſti-*

E *neat, & ſalutem conſequi poſſit æternam, & illa cum tanta reuerentia eius doctrinam debet ſuſcipere, eúmque amare & diligere, vt legatum Dei & præconem veritatis, quia teſte veritate: Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo.* Idem CLEMENS I. epiſtola prima ad Iacobum fratrem Domini. Idem & CALIXTVS I. omninò ſimilibus verbis epiſtola ſecunda ad Epiſcopos Galliæ. Et AMBROSIVS MADIOLANENSIS libro de Dignitate Sacerdotali, capite quinto, & ſexto: *Si lux eſt Eccleſiæ Epiſcopus à Domino ordinatus, ita vt imperitiæ tenebras ſuæ prædicationis eloquio rutilante, conſcientiarum latebras il-*

Matth. 16 & 18

Ambroſius Mediolanenſis.

Matth. ..

Credo quòd alloquatur noſtros Epiſcopos.

lumines, cur ipſe palpabilibus tenebris tenetur obſtrictus, &c. Vide ſequentia, quia multa ſunt adhuc dicenda, quæ tamen vix comprehendemus in his cartulis.

Epiſcopi quanta dignitas & authoritas. Iam multa ad hoc pertinentia in ſuperioribus annotationibus poſuimus. Verùm quod reſtat, paucis abſoluendum eſt. Itaque CLEMENS Primus libro ſecundo Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite vigeſimo primo, ſic Apoſtolos quemlibet Epiſcopum informaſſe refert. *Recognoſce igitur ô Epiſcope dignitatem tuam, quòd ſicut ligandi poteſtatem accepiſti, ſic etiam & ſoluendi. Obtinens igitur ſoluendi poteſtatem, recognoſce teipſum, & ſecundum dignitatem loci tui in hac vita verſare, ſciens quòd de pluribus rebus ratio abs te requiretur. Cui enim* (ait) *depoſitum eſt multum, abundantius repetetur ab eo. Nam peccati expers reperitur nemo, excepto eo qui propter nos factus eſt homo.* Et infrà: *Tu igitur quoad potes conare reprehenſione carere, & de omnibus ſolicitus eſto, ne quis propter te ſcandalum paſſus pereat. Laicus enim de ſe ſolo eſt ſolicitus, tu autem de omnibus, vt qui maius onus habes, & grauius ſuſtines pondus. Scriptum eſt enim, & dixit Dominus ad Moyſem & Aaron, Accipietis peccata Sacerdotij. Quare tanquam de pluribus rationem redditurus, de omnibus curam ſuſcipe, ac ſanum quidem conſerua, peccantem caſtiga, & ieiunio afflictum releua, & ingemiſcentem recipe, omni Eccleſia pro illo rogante, manúque ei impoſita, permitte deinde illum eſſe in ouili. Somnolentos autem & inertes conuerte, confirma, hortare, cura, ſciens quanta merces tibi parata ſit cum hæc facis, quemadmodum contra, quantum periculum tibi immineat, ſi hæc negligas. Inquit enim negligentibus populum Epiſcopis Ezechiel: Væ Paſtoribus Iſrael, quoniam paſcebant ſemetipſos, &c.* Vide infrà, Officium Epiſcopi. Hinc & VRBANVS Primus, epiſtola prima ad omnes fideles: *Sedes,* (ait) *in Epiſcoporum Eccleſijs excelſa conſtituta & præparata inueniuntur, vt thronus: ſpeculationem & poteſtatem iudicandi & ſoluendi atque ligandi, à Domino ſibi datam materiam docent. Vnde ipſe Saluator in Euangelio: Quæcunque ligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlis, &c. Et, Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt, &c. Ideò iſta prætulimus, vt intelligatis poteſtatem Epiſcoporum veſtrorum, in eiſque Deum veneremini, & eos vt animas veſtras diligatis. Et quibus illi non communicant non communicetis, & quos eiecerint non recipiatis. Valde enim timenda eſt ſententia Epiſcopi, licet iniuſtè liget aliquem, quod tamen ſummoperè prauidere debet.* Vide infrà, Excommunicatio, &c. Porrò ſcripſit librum AMBROSIVS MEDIOLANENSIS De dignitate Sacerdotali, vbi cuncta latiùs exponit, quæ ad Epiſcoporum authoritatem & dignitatem ſpectant, vbi capite 3. ſic inquitur: *Hæc cuncta* (ait) *ideò nos præmiſiſſe debetis cognoſcere, vt oſtenderemus nihil eſſe in hoc ſeculo excellentius ſacerdotibus, nihil ſublimius Epiſcopis reperiri, vt cum dignitatem Epiſcopatus Epiſcoporum oculis demonſtramus, & dignè noſcamus quid ſumus, & quod ſumus profeſſione, actione potius quàm nomine demonſtremus, vt nomen congruat actioni, actio reſpondeat nomini, ne ſit nomen inane & crimen immane, ne ſit honor ſublimis & honor deformis, &c.* lege per totum. Hinc & HIERONYMVS STRIDONENSIS epiſtola ad Marcellam aduerſus Montanum, quæ ſic incipit: Teſtimonia de Ioannis Euangelio: *Apud nos* (ait) *Apoſtolorum locum Epiſcopi tenent.* Sed hîc ſubiungendum magis duximus, quod IOANNES CHRYSOSTOMVS De noſtris temporibus ominabatur, homilia trigeſima tertia in Matthæum, in illud Matthæi: *Amen dico vobis tolerabilius erit terra Sodomorum, &c. Pater noſter* (ait) *magno charitatis vinculo ſtudens nos vnire, vt etiam ex vno calice biberemus effecit, quæ res maxima nos charitate copulat. Sed longè* (inquies) *à dignitate Apoſtolorum in abes. Fateor, nec vnquam negabo, non ſolùm non illos, ſed ac vmbra quidem eorum me dignum eſſe. Sed tamen ſi noſtrum officium vos conſeruabitis, nullam iacturam hinc facietis, imò magnam etiam vtilitatem conſequemini.* Et homilia octuageſima ſexta, in eundem ſubdit, dum illud exponit: *Principes Sacerdotum proiectos argenteos capientes, &c. Propterea* (ait) *ei aperire non poſſumus, quia non melius Eccleſia quàm ſecularia gubernantur. Cùm enim & nos eadem ſolicitudine teneamur, quis propitium faciet Deum? Non audiſtis, quia nec quidem has pecunias, quæ abſque labore fuerunt collectæ, diſtribuendas putauerunt Apoſtoli? Modo autem in procuratores, diſpenſatores, caupones, redacti Epiſcopi ſunt, imò verò illos etiam cura & ſolicitudine ſecularium rerum ſuperarunt. Cùmque oporteat ipſos animarum habere curam noſtrarum, hoc prætermiſſo, illa ſolicitè curant, quæ publicanis, quæſtoribus atque villicis curanda ſunt, de his quotidie cogitant, & peruigilant. Hoc non fruſtra deploro, ſed vt earum rerum mutatio quædam in melius fiat, vt nos qui grauem hanc ſeruitutem patimur, miſericordiam conſequamur, & vos fructus & theſauros Eccleſiæ præparetis, &c.* De his aliàs. Concilium verò MATISCONENSE II. abundè de Epiſcoporum authoritate & dignitate tractat cap. 1. & 5. vbi & Patres ſuæ authoritatis eſſe dicunt, vtilitati populorum proſpicere, & à malis operibus coërcere, &c. verùm habes de his in vocabulo, Canon, Concilium, & Traditio. Hinc & AVGVSTINVS HIPPONENSIS expoſitione in Pſalmum centeſimum vigeſimum ſextum. *Ideò* (inquit) *altior locus poſitus eſt Epiſcopis, vt ipſi ſuper-intendant & cuſtodiant populum. Nam & Græcè quod dicitur Epiſcopus, latinè ſuper-inſpector interpretatur, quia ſuper-intendit, quia ſuper-videt. Quomodo enim vinitori altior ſit locus ad cuſtodiendam vineam, ſic & Epiſcopis altior locus factum eſt. Et de iſto alto loco periculoſa redditio redditur, niſi eo corde ſtemus hîc, vt humilitate ſub pedibus veſtris ſimus & pro vobis oremus, &c.* De dignitate & authoritate ſacerdotum multa quidem Concilium TOLETANVM octauum, canone ſeptimo, cum de Epiſcopis loquitur, qui inuiti ad Epiſcopatum tracti, poſtea elegerunt ad coniugia redire, de quibus in ſequentibus dicetur. Denique Concilium generale octauum, quod eſt CONSTANTINOPOLITANVM quartum, actione ſexta, longo ſermone Epiſcoporum dignitatem recenſet. Et BASILIVS IMPERATOR ibidem ſanctos Patres alloquens, Epiſcopos vocat Patres ſpirituales, & veritatis defenſores, & figuratos per Aaron, & Phinees, & Salomon, & reliquos. verum in ſequentibus plura dicentur, quia nihil aliud in hoc toto tempore intendimus, quàm Sacerdotij dignitatem & authoritatem tueri. Vide Eccleſiæ authoritas, Conciliorum authoritas, Excommunicatio, & ſimilia, & Sacerdos.

Epiſcopus ſublimis in Choro ſedeat.] Vide rationem præcedentem ex Vrbano primo,

Clemens 1.
Matth. 16. & 18.
Luc. 12.
Epiſcopi quanta eſſe debeat ſolicitudo.
Numeri 18.
Ezechiel 34.
Vrbanus 1.
Cur Epiſcopi ſublimes in Eccleſia ſedeant.
Matth. 18. Ioann. 20.
Ambroſius Mediolanenſis.
Fidelis ſermo & omni acceptatione dignus.
Hieronymus Stridonenſis.
Ioannes Chryſoſtomus.
Matth. 10.
Ora, lector, obſerua hanc S. Viri, imò propheticam, ſententiam.
O veriſſimum S. viri vaticinium!
Concilium Matiſconenſe.
Auguſtinus Hipponenſis.
Cur ſublimis ſedes eſt Epiſcopi.
Elegans comparatio.
Concilium Toletanum 8.
Concilium Conſtantinopolitanum generale 8.
Baſilius Imperator.

A cur Epiſcopis ſublime ſedere in choro inhonestum, & paulò antè ex Auguſtino, & iniunge his quæ ſubnectimus. Meminit enim & huius theoni excelſioris Concilium LAODICENVM canone quinquageſimo ſexto, dum ſedente Epiſcopo iubet reliquos clericos in ſubſellijs ſedere, niſi fortè infirmitate detineantur, & Epiſcopus foras ſit profectus, allegat hoc Gratianus diſtinctione ſexageſima quinta, capite Non oportet. *Non oportet preſbyteros ante ingreſſum Epiſcopi ingredi, & ſedere in tribunalibus, ſed cum Epiſcopo ingredi, vel in ſellijs ſedere, &c.* Hinc & Concilium CARTHAGINENSE quartum, canone 35. & allegat Gratianus diſtinctione quinquageſima nona, capite Epiſcopus: *Epiſcopus in Eccleſia & in conſeſſu Preſbyterorum ſublimior ſedeat, Intra domum vero collegam ſe Preſbyterorum eſſe cognoſcat.* Idem canone trigeſimo quarto, & allegatur à Gratiano diſtinctione nonageſima quinta, capite Epiſcopus: *Epiſcopus in quolibet loco ſedens, ſtare presbyterum non patiatur, &c.* Concilium TRIDENTINVM generale nouiſſimum ſeſſione vigeſima quinta, quæ eſt nona ſub Pio quarto, capite ſexto decreti reformationis: *Epiſcopis vbique his honor tribuatur, qui eorum dignitati par eſt, eiſque in choro & in proceſſionibus & alijs actibus publicis ſit prima ſedes & locus, quem ipſi elegerint, & præcipua omnium rerum agendarum authoritas.* Vide ſequentia.

Concilium Laodicenum.

Concilium Carthaginenſ. 4.

Concilium Tridentinum generale.

C Epiſcopis quis honor aut reuerentia debeatur.] Hoc habes repoſitum in communi vocabulo, Honor Eccleſiaſticis exhibendus, &c.

Epiſcoporum laus & commendatio.] Concilium PARISIENSE tertium, libro tertio, capite nono, laudem & commendationem Epiſcoporum & Sacerdotum colligit breuiter ex PROSPERO AQVITANICO libro ſecundo, De vita Contemplatiua, capite ſecundo: *Ipſis (ait) Epiſcopis & Sacerdotibus propriè animarum curandarum ſollicitudo commiſſa eſt, qui pondus populi ſibi commiſſi viriliter ſuſtinentes, pro peccatis omnium velut pro ſuis infatigabiliter ſupplicant D Deo, ac velut quidam Aaron incenſum contriti cordis & humiliati ſpiritus offerentes quo placatur Deus, auertant iram futuræ animaduerſionis à populo qui per Dei gratiam diuinæ voluntatis, ſiunt Indices, Eccleſiarum Chriſti poſt Apoſtolos fundatores, fidelis populi duces, veritatis aſſertores, prauæ doctrinæ hoſtes, omnibus bonis amabiles, & male ſibi conſcijs etiam ipſo viſu terribiles, vindices oppreſſorum, Patres in fide Catholica regeneratorum, Prædicatores cæleſtium præmiorum, exempla bonorum, documenta virtutum, & forma fidelium. Ipſi ſunt decus Eccleſiæ, in quibus amplius fulget Eccleſia, ipſi columnæ firmiſſimæ, quibus in Chriſto fundatis, innititur omnis multitudo credentium. Ipſi ianuæ ciuitatis æternæ, per E quas omnes qui credunt ingrediuntur ad Chriſtum. Ipſi ianitores, quibus claues datæ ſunt regni cælorum. Ipſi etiam diſpenſatores regiæ domus, quorum arbitrio in aula regis æterni diuiduntur gradus & officia ſingulorum. Licet enim ſanctorum præcedentium vita & meritis longè inferiores ſimus. Idem tamen ſacrum miniſterium quod indigni ſuſcepimus, non minoris authoritatis & dignitatis exiſtit. Et quanquam tanto miniſterio indigni ſimus, propter illum tamen, cuius miniſterium gerimus, in nobis non eſt contemnendum.* Idem omninò repetunt Patres Concilij AQVISGRANENSIS ſecundi, capite quinto, quarti capituli. Verùm de his ſuperiùs, vide & in ſequentibus, atque in vocabulo, Sacerdos, & Paſtor.

Concilium Pariſienſe 3. Ludouico & Lothario imperantibus Proſper Aquitanicus.

Exod. 30. Leuitici 10. Numeri 16.

Vtinam tales eſſent, quales ipſi eſſe oportere deſcribit Ldoctor.

Concilium Aquiſgranenſ. 2.

Epiſcoporum, quod ſit munus, officium, & ſtudium, quæ debeat eſſe vita, conuerſatio, doctrina & ſolicitudo.] De his ſimul diſpoſuimus agere, quia nec diſiungi in quibuſdam poſſunt authoritatibus, quæ hæc omnia commendant in Epiſcopo. Plura tamen iam ſuperius diximus, dum de qualitate eligendi Epiſcopi dictum eſt. Ideò ſtudiosè repete, & necte ſequentia. Itaque CLEMENS Primus, libro ſecundo Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite vigeſimo: *Oportet (ait) Epiſcopum peccatorum prohibitorem per admonitionem effici, Iuſtitiæ ſcopum, præ-B paratorum à Deo bonorum præconem, & futuræ in iudicio iræ nuntium, ne Dei plantationem ob negligentiam contemnens, audiat quod in Oſea dictum eſt: Quare reticuiſtis impietatem, & fructum eius vindemiaſtis?* Tum infert caput vigeſimum primum, *Omnium curam habeat Epiſcopus, eorum qui non peccauerunt, vt perſeuerent ſine peccato: & eorum qui peccant, vt pœnitentiam agant. Dicit enim Dominus vobiſcum: Videte ne contemnatis vnum ex paruulis iſtis. Et pœnitentibus remiſſionem concedere oportet. Nam eo ipſo quod delinquens vero affectu dicit, Peccaui in Dominum, reſpondet Spiritus ſanctus, Dominus remiſit tibi peccatum: confide, nec moreris.* Idem libro eodem, capite vigeſimo nono. *Nolite exiſtimare, facile vel leue eſſe Epiſcopatus onus. Conuenit C igitur, vt quemadmodum onus ſuſtinetis ipſi, ita quoque, victum primi participes ſitis, & egentibus partem ſuppeditetis, vt qui rationem redditurus eſtis, quis ſi ſuas rationes à vobis non eſt accepturus. Oportet enim eos qui Eccleſiæ aſſident, ali de Eccleſia.* Tum capite trigeſimo: *Epiſcopus verbi miniſter eſt, ſcientiæ cuſtos, mediator inter Deum & vos, in ſeruitute quam Deo impendit. Is pietatis magiſter eſt, is poſt Deum pater veſter, qui per aquam & Spiritum, vos regenerauit in adoptionem filiorum Dei, is princeps & dux veſter, is rex veſter & dynaſta. Denique is terrenus Deus poſt Deum, cui à vobis honor debetur. Nam de eo & ſimilibus, ipſe Deus dicebat, Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes. Et, Dijs non maledices. D Epiſcopus enim ſupra vos ſedeat, vt qui Dei dignitate ornatus eſt, quatenus clero præeſt, & omni populo imperat.* Item capite ſexageſimo primo, docet qualis eſſe debeat Epiſcopus. De eius autem munere. Idem libro octauo, capite trigeſimo quarto: *Epiſcopus, non benedicitur, manus imponit, ordinat, offert, benedictionem ab Epiſcopis accipit, à Preſbyteris nullo modo. Epiſcopus deponit quemuis clericum dignum depoſitione, excepto Epiſcopo, ſolus enim non poteſt.* Porrò de officio Epiſcopi IGNATIVS MARTYR, epiſtola ad Magneſios, omnino eadem repetit, & epiſtola ad Trallianos, vbi mentionem facit latum Cōſtitutionum Apoſtolicarum, Tum epiſtola ad Polycarpum: *Rogo te (ait) in gra-E tia qua indutus es, curſum tuum producas, & omnes admoneas vt ſaluentur, tuere locum in quo es omni diligentia, & carnali & ſpirituali, vnitatis tibi cura ſit, qua nihil melius eſt: omnes ſufferto, vt & te Dominus, omnes ſuſtine in charitate, ſicut & facis. Orationibus vaca perpetuis, poſtula prudentiam ea maiorem quam habes, vigila inſomnem ſpiritum prædictum. Singulis virtutum ſecundum Dei concordiam & vnanimitatem loquere. Omnium infirmitates porta, vt perfectus athleta, vt & Dominus omniū. Ipſe enim (ait) infirmitates noſtras accepit & langores noſtros portauit. Vbi plus laboris, plus ibi lucri eſt. Si bonos diſcipulos amas, tibi nulla eſt gratia, potius peſtiferos in manſuetudine ſubijce. Non omne vulnus eorū emplaſtro curatur, acceſſiones acres*

Quod hic dicimus de Epiſcopo, ſecto ſpectare ad omnes vel ſuperiores gradus vnde & habes adhuc quædam in dictione Paſtor.

Clemens 1.

Oſeæ 10.

Matth. 18.

2. Reg. 12.

Pſal. 81. Exodi 22.

Ignatius Martyr.

Ecclesia admonitio & exhortatio Ignatij ad Epiſcopum

[illegible] Eſa. 53.

Matth. 10.

& vehementes embrochis & laqueis compiſce. Prudens eſto vt ſerpens in omnibus, & ſimplex ſemper vt columba. Propterea ex anima & corpore carnalis et & ſpiritualis, vt quæ tibi coram apparent corrigas, quæ autem non cernuntur petas, vt tibi manifeſtentur, ne quid tibi deſit omnino, & omni dono abundes. Conſtans eſto, & quietus, &c. Eadem præcepta dat idem Hieroni Diacono Antiochiæ, epiſtola ad eundem. Porrò FABIANVS I. epiſtola ſecunda ad omnes Orientales Epiſcopos: *Conſtat Epiſcopos locorum ſingulorum, omnium qui ſub eorum degunt moderamine, curam habere ſolicitam, & cauſas vtilitatéſque eorum cum Dei timore diſponere. Valde ergo iniquum eſt, vt alij quilibet omiſſis ſuis, ſe aliorum cauſis admiſceant. Sed illi eorum vitam & iudicium competenti regularique debeant moderamine diſponere, qui eos in ſacerdotium ordinant & à quibus iam ordinati ſunt, quando vt lex loquitur, Maledictus omnis eſt, qui transfert terminos proximi ſui, & dixit omnis populus, Amen. Deus ergo Fratres* (allegat hoc Gratianus, cauſa tertia, quæſtione 1. capite Deus ergo.) *ad hoc præordinauit vos, & omnes qui ſummo ſacerdotio funguntur, vt iniuſtitias remoueatis, & præſumptiones abſcindatis, & in ſacerdotio laborantibus ſuccurratis, & opprobrijs & calamitatibus eorum locum non præbeatis, ſed ei qui calumniam & opprobrium patitur, adiutorium feratis. Illum verò qui calumniam vel opprobrium fecit abſcindatis, & Domino in ſuis ſacerdotibus opem feratis.* Idem omninò CORNELIVS I. epiſtola ſecunda ad Ruſum Orientalem Epiſcopum. Et SIXTVS III. epiſtola ad Orientales Epiſcopos, vbi hæc ſe quidem prius obſeruaſſe memorat, eò quòd iniuſtè calumnijs cuiuſdam Baſſi eſſet expoſitus, & talibus ſe purgauit, vt alibi diximus: *Tum aduerte* (ait) *quod competens talibus adhibenda eſt medicina vulneribus, ne immatura curandi facilitas, mortifera, capiti peſte nihil poſſit, ſed ſegnius tracta pernicies reatu non legitimæ curationis, inuoluat pariter ſauciatos & medentes.* Verùm vide ſuprà, Corrigere, & Corripere, &c. Sed vt ad rem reuertamur, De officio & munere Epiſcoporum FOELIX II. epiſtula ſecunda ad Athanaſium & reliquos Ægypti Epiſcopos: *Speculum* (ait) *dedit nos Deus populo ſuo, & oportet eos qui à Deo ſunt deputati, ſacerdotium adipiſci, ita in humilitate greſſum mentis ad inuicem tendere, vt in melius adificentur hi qui ad nos reſpiciunt, quàm* (*quod dicere piget*) *per noſtram diſcordiam ſemitam pedum eorum conuertere, ad concordiam inclinemus nos ipſos, & vnum in charitate ſapiamus, humilitatem veneremur, per quam apprehendi ſolet altitudo ſpiritus, &c.* Hinc & beatus martyr CYPRIANVS CARTHAGINENSIS epiſtola ad Pompeium, contra Epiſtolam Stephani: *Scribit* (ait) *Apoſtolus ad Timotheum, & monet Epiſcopum non litigioſum, ſed mitem & docibilem eſſe debere. Docibilis autem ille eſt, qui eſt ad diſcendi patientiam lenis & mitis. Oportet enim Epiſcopum non tantum docere, ſed & diſcere, quia & ille melius docet, qui quotidie creſcit, & proficit diſcendo meliora, &c.* lege. Idem libro tertio Epiſtolarum epiſtola vigeſima prima, ad Presbyteros Romanos: *Quantum pernicioſa eſt ad ſequentium lapſum ruina præpoſiti, intantum contra vtile eſt & ſalutare, cùm ſe Epiſcopus per firmamentum fidei fratribus præbet imitandum.* Hinc etiam GREGORIVS NAZIANZENVS oratione 30. in dictum Euangelij. De Officio veri paſtoris, multis agit ſermonibus. Et iterum libro Apologetico, dum ſe excuſat, quòd cùm ad Epiſcopatum quæreretur, aufugerat: *Hominis* (inquit) *perdifficile eſt, cùm ſit ſcire regi, id eſt, regenti ſe optemperare, multò difficilius eſt ſcire alios regere, & regere ſecundum iſtam noſtram diſciplinam, quæ ex diuina lege deſcendit, atque ad Deum ducit. Cuius quantò ſpes & gloria maior eſt, tantò periculum grauius, quippè habentibus intellectum. Quem rectorem primo omnium, vt mihi videtur, oportet ſicut argentum vel aurum probari, & ex omni parte circumſpici, atque in omni tempore & actibus contemplari, ne quid fortè habeat intra ſe, admixtionis alienæ, vel materia vilioris, & raucum ſonum æris vel plumbi admixtione reſpondeat, & lateat intrinſecus adulterinum aliquid, quod examinet & reſoluat. Quod malum vtique tantò fiet pernicioſius, quantò numeroſioris populi rector extiterit: ſicut certè grauius eſt, in multos diffundi peſtem, quàm vnum peſtilentia conſumi. Nec cadaueris fœtor ita pernicioſus eſt, ſi vnum polluat locum, ſicut ſi ſparſim ſæuo nidore diffuſo corrupti aeris, morbum pluribus generat. Ita ſi quis eſt in rectore vitiorum morbus, facilè in eos qui ei ad obtemperandum præſto ſunt trahitur atque transfunditur, & multò facilius, quod eſt malum, ab eo tranſit, quàm ſi quid in eo virtutis & induſtriæ fuerit, &c.* Hinc & IOANNES CHRYSOSTOMVS libro ſexto De Sacerdotio: *Luminis inſtar vniuerſum orbem illuſtrantis ſacerdotis animum ſplendeſcere oportet, noſter autem tantum habet tenebrarum ex praua conſcientia circumfuſarum, vt reuereatur ac reformidet fixis intentiſque oculis cum fiducia Dominum ſuum obtueri. Sacerdotes terræ ſunt ſales, noſtram autem inſipientiam omnibuſque in rebus imperitiam quotus quiſque eſt, qui facilè patientique animo ferat, extra vos ipſos, qui me nimia quadam amoris abundantia proſequi conſueuiſtis? Neque enim ſolum ſic, vt dixi, purum mundúmque Sacerdotium eſſe oportet, vt qui tali miniſterio dignus habitus ſit, ſed etiam in primis prudentem, atque adeò multarum rerum experientia inſtructum, ornatúmque, imò autem vt ſecularia mundanáque omnia nihilominus noſcat, quàm norunt hi qui in media hominum turba verſantur: rurſus rerum omnium mundanarum ſecurior viuat, quàm monachi hi qui montes ipſos habitandos occuparunt.* Verum lege ſequentia. Porrò AMBROSIVS MEDIOLANENSIS ſtatim initio libro primi Officiorum, capite primo, De officio Epiſcopi tractat, quod eius ſit munus docere populum, & libro ſecundo, capite vigeſimo ſeptimo: *Sic Epiſcopi* (ait) *affectus boni eſt, vt optet ſanare infirmos, ſerpentia auferre vlcera, adurere aliqua, non abſcindere, poſtremò quod ſanari non poteſt cum dolore abſcindere. Vnde pulcherrimum illud præceptum magis eminet, vt cogitemus non quæ noſtra ſunt, ſed quæ aliorum, hoc enim modo nihil erit, quod vel irati noſtro indulgeamus affectui, vel fauentes noſtræ plus iuſto tribuamus aliquid voluntati.* Hic FVLGENTIVS RVSPENSIS Epiſcopus ſermone in ſanctum Stephanum Protomartyrem: *Demonſtrauit* (ait) *Stephanus geminam Eccleſiaſtici diſpenſatoris induſtriam, vt ad corrigendum cuiuſlibet peccatis errorem, & non deſit in ore correptio, & ad Deum pro eo ſupplex effundatur oratio, vt qui malum fecit, per increpationem de malis operibus confundatur, & per orationem apud Deum adiuuetur. Ac ſic ipſa charitas & in ore iuſtitiam ſonet, vt errantem corrigat, & in corde patientiam ſeruet, vt pro errante orationem puro affectu dilectionis effundat. Qui enim errantem non corripuerit de negligentia condemnatur, qui autem pro eo non orauerit, de pernicie condemnatur, &c.* Idē homilia, de Diſpenſatoribus Domini, multa præclara

&c erudita

Fabian. Papa 1.

Deuter. 24.

Calumniantes ferendi & qua liter corrigendi.

Cornelius 1.

Sixtus 3.

Foelix 2.

Non licet Epiſcopum litigari, ſed formam viuendi præbere.

Cyprianus Carthaginenſis.

1 Timoth. 3.

Quid ſit, eſſe docibilem.

Gregorius Nazianzenus.

Quid in ſeipſo Epiſcopum cauere debeat, vt poſſit aliis exemplo eſſe.

Ioannes Chryſoſtomus.

Ambroſius Mediolanenſis.

Philipp. 2.

Fulgentius Ruſpēſis Epiſcop.

Hieronymus Stridonenſis.

& erudita tradit, de officio Epiſcoporum. Et HIERONYMVS STRIDONENSIS epiſtola ad Heliodorũ Epiſcopum, De Epitaphio Nepotiani, *Vt regi, ſic Epiſcopo (ait) minùs Epiſcopo, quam regis. Ille enim nolentibus præeſt, hic volentibus: ille terrore ſubiicit, hic ſeruituti donatur: ille corpora cuſtodit ad mortem, hic animas ſeruat ad vitam. In te oculi omnium diriguntur, domus tua & conuerſatio, quaſi in ſpecula conſtituta, magiſtra eſt publicæ diſciplinæ. Quidquid feceris, id ſibi omnes faciendum putant. Caue ne committas, quod aut qui reprehendere volunt, digne lacerare videantur: aut qui imitari coguntur, delinquere.* Idem Epiſtola ad Oceanum de vnius vxoris viro, quæ incipit: *Nunquam fili Oceane.* Officium Epiſcopi ex epiſtola ad Timotheum, & Titum, demonſtrat: *Si quis eſt (ait) ſine crimine, Omnes virtutes in vno ſermone comprehendit & penè rem contra naturam exigit. Si enim omne peccatum etiam in ocioſo verbo reprehenſione dignum eſt, quis eſt ille qui abſque peccato, id eſt, ſine reprehenſione verſatur in hoc mundo? Sed futurus paſtor Eccleſiæ talis eligitur, ad cuius comparationem rectè greges cæteri nominentur, &c.* AVGVSTINVS HIPPONENSIS ſermone octauo, ad Populum: *Epiſcopus inde appellatus eſt, quia ſuperintendit, quia intendendo curat. Vnuſquiſque ergo in domo ſua ſi caput eſt domus, velut Epiſcopus eſt. Debet enim ad eum pertinere Epiſcopi officium, &c.* Idem multa dicit de officio Epiſcoporum, quæ iam ſuprà allata ſunt in medium. Multa de præcipua Epiſcoporum cura agit ATTICVS CONSTANTINOPOLITANVS epiſtola ad Cyrillum Alexandrinum, vt habes in Nicephoro libro decimo quarto, capite viceſimo ſexto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Et CYRILLVS idem in reſponſ. ſua ad eundem. Hinc & Concilium CARTHAGINENSE IV. cui præfatus interfuit Auguſtinus, canone viceſimo, & allegat Gratianus diſtinctione octuageſima octaua, capite Epiſcopus: *Epiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe reuocet, ſed lectioni & orationi & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet.* Eidem ibidem canone decimo ſeptimo, iniungit curam viduarum. Vide Vidua, &c. Denique vt ait FLAVIANVS CONSTANTINOPOLITANVS epiſtola ad Theodoſium Auguſtum de Fide: *Nihil ita conuenit ſacerdoti ait & dogmatibus erudito diuinis, quam paratum eſſe ad ſatisfactionem omni poſcenti eum rationem de ſpe, quæ in nobis eſt, & gratia.* Hinc HILARIVS I. epiſtola ſecunda ad Leontium, Veranum, & Victurium, Epiſcopos, in initio: *Monemur ratione iuſtitiæ, quæ licet ab omnibus qui rectè ſapiunt, debeat cuſtodiri, tamen præcipuè Domini ſacerdotibus non eſt temerè negligenda, quorum cæteros informari conuenit inſtitutis, &c.* Idem epiſtola tertia ad Aſcanium Epiſcopum Tarraconenſem in initio: *Diuinæ circa nos gratiæ memores eſſe debemus, qui nos per dignationem ſuæ miſericordiam ob hoc ad officium ſacerdotale prouexit, vt mandatis ipſius inhærentes, in quadam ſacerdotii ſpecula conſtituti prohibeamus illicita, & ſequenda doceamus.* Hinc conſequenter SYMMACHVS I. in Synodo ſexta, quam Romæ celebrauit, circa finem ſic Epiſcopos alloquitur: *Væ erit nobis, ſi ſilentio veritatem oppreſſerimus, qui erogare nummularijs iubemur, id eſt, Chriſtianos populos imbuere & docere: væ erit nobis, qui huius miniſterii onus ſuſceptum habeamus, ſi veritatem Saluatoris noſtri Domini noſtri Ieſu Chriſti, quam Apoſtoli prædicauerant, prædicare neglexerimus. Quid in ſitu Chriſti ... dicturi ſumus examine, ſi ſermonum eius veritatem ... non prædicare ... Quid erit de nobis ... de officio ... rationem ... Iudex Chriſtus Dominus noster diſtrictium exegerit. Ideo nos oportet ſuper nociua reſecare ... auxiliante Domino ... Vnde obiurgando, hortando ſuadendo, blandiendo, conſulendo, prout quibus poſſumus ... Lingua noſtra bonis fomentum ... acri ... retundat, iratos mitiget, pigros exacuat ... hortando ſuccendat, renitentibus ſuadeat, aſperis blandiatur, deſperatos conſoletur ... viam ſalutis gradientibus oſtendamus. Simus in cuſtodia vigilantes, aditum contra beſtias inſidias ſolicitè muniamus. Et ſi quando ouem perditam de commiſſis gregibus error abduxerit, toto illam amiſſu ad caulas reuocare Dominicas contendamus vt de paſtoris nomine quod habemus, non ſupplicium, ſed præmium conſequamur. Quia ergo in his omnibus diuina gratia adiutorio opus eſt omnipotentis Dei aſſiduis precibus clementiam exoremus, quatenus ad hæc operanda nobis & velle tribuat, & poſſe concedat, atque ut ea nos in cum fructu boni operis, quam ſe paſtor paſtorum eſſe teſtatus eſt, dirigat, & ſine quo nihil agere poſſumus, per ipſum omnia implere valeamus. Vniuerſa Synodus ſurgens acclamauit.* Placent omnia, & vt perpetua ſtabilitate firmentur, rogamus. Idem Symmachus epiſtola ad Laurentium Mediolanenſem Epiſcopum: *Vtiliſſimum Epiſcopo comparandum eſt, niſi præcellat ſcientia & ſanctitate, qui eſt honore præſtantior. Dignus pontifice amor eſt, quem cenſura conciliat, deuenuſtat inſtitutoris genium, qui per ſolam gratiam vult placere.* Hinc PROCLVS CONSTANTINOPOLITANVS Epiſcopus, epiſtola ad Ioannem Epiſcopum Antiochenum, quæ lecta eſt collatione ſexta generalis quintæ Synodi: *Oportet (ait) religioſiſſimè eum, qui ſortitus eſt præeſſe populo, & tenere habenas ſacerdotij, non ſolum procurare quomodo ipſe probus appareat. Sed vt & hoc quod ab ipſo dicitur ſit purum ab omni vituperatione. Hoc enim quod prius eſt, & ſi mirandum, ſed non tale quale eſt hoc quod poſt illud dictum, quando illud quidem in vnum ſolum perficientem ea quæ ad virtutem pertinent concludit, hoc verò multos prouidentia ſaluos faciens, per ſingulos pietatis conducitur condentia.* Et iterum: *Nulla merces eſt his, qui indormitabili mentis oculo Eccleſiaſticis inuigilant neceſſitatibus, nocte dieque procurantes & conſilentes quatenus bene ſeruetur omne quantum populi ſemel ſinceriter coniunctum eſt, & a reprobis zizanijs pura ſit orthodoxa fides.* Idem & PELAGIVS II. epiſtola ſecunda, ad omnes Epiſcopos Italiæ & Campaniæ hortatur & Epiſcopos, quatenus huiuſmodi officijs inſeruiant. TELESPHORVS I. epiſtola ad omnes Epiſcopos, capite tertio, & GVNTRAMNVS Rex Francorum epiſtola ad vniuerſos ſui regni Epiſcopos, quæ præcepti vim habet, & inſeritur ad calcem ſecundi Concilij Matiſconenſis confirmationis cornicide: *Ad vos (inquit) ſacroſancti Pontifices, quibus diuina clementia poteſtatis Paternæ conceſſit officium, imprimis noſtra ſerenitatis ſermo dirigitur, ſperantes quòd ita populum vobis prouidentia diuina commiſſum, frequenti prædicationis ſtudeatis corrigere, & paſtorali ſtudio gubernare, quatenus dum vniuerſi diligendo iuſtitiam conuerſatione præcipua cum omni honeſtate ſtuduerint viuere meliùs, cuncta rerum aduerſitate remota, cæleſti beneficio concedatur tranquillitas temporum & congrua ſaluatio populorum. Et licet abſque noſtra admonitione, ad ... prædicandi ſpecialiter cauſa pertineat, attamen reliquorum peccates*

1 Timoth. 3.

Titi 1.

Matth. 11

Auguſtinus Hipponenſis.

Atticus Conſtantinopolitanus.

Cyrillus Hieroſolymitanus

Concilium Carthaginenſ. 4.

Flauianus Conſtantinopolitanus Epiſcop.

Hilarius 1.

... cap. ...

Matth. 25.

Ioan 13 & 14.

Proclus Epiſcopus Conſtantinopolitanus.

Pelagius 2.

Theleſphor. 1.

Guntrannus rex Francorum.

Verum ... Regi ... imperium ... etiam ... ſecum ... effectum

vos omninò credimus eſſe participes, ſi filiorum veſtrorum culpas non aſſidua obiurgatione corrigitis, ſed ſilentio præteritis, &c. Epiſcopos etiam officij admonet GREGORIVS I. libro 13. Regiſtri, epiſtola 37. ad Fœlicem Epiſcopum Siciliæ, capite 4. *Veſtrum* (ait) *ſubiectis exẽplum, inſtructio, & vita magiſtra ſit, lingua veſtra exhortatione diſcant quod metuant, & doceant quod diligant, &c.* Idem & libro primo Paſtoralium, ad Ioannem Epiſcopum Rauennæ, ſufficiẽter exponit Paſtorum officium. Poteſt quilibet viſitare, idcircò pertranſimus.

Gregorius 1.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1. Epiſcoporum 67.

Hinc Concilium TOLETANVM IV. cap. 20. *Ineffenſos* (ait) *& immaculatos decet Dei exiſtere ſacerdotes, nec vllo eos fornicationis contagio pollui, ſed caſtè viuentes mundos ſemetipſos celebrandis exhibeant ſacramentis.* Et capite 21. *Quamuis* (ait) *conſcientiam puram apud Deum, Epiſcopos habere oporteat, tamen & apud homines famam optimam cuſtodire conuenit, vt iuxta præceptum Apoſtolicum: Non tantum coram Deo, ſed etiam coram hominibus vita ſancta teſtimonium habeamus. Quidam enim hunc vſque ſacerdotum non modicum ſcandalum creauerunt, dum in conuerſatione vitæ non bonæ famæ exiſtunt, vt ergo tollatur omnis ſuſpicio, oportet Epiſcopos teſtimonium probabilium perſonarum conuerſationis & vitæ in conclaui ſuo habere, vt Deo placeant per conuerſationem bonam, & Eccleſiæ per optimam famam.* Hoc priùs LVCIVS I. epiſtola 1. ad Galliæ & Hiſpaniæ Epiſcopos ſtatuit, & allegatur à Gratiano, de Conſecratione diſtinctione 1. capite Iubemus. *In ſancta* (ait) *Eccleſia conſtitutum habemus, Fratres, & vos hortamur, vt ſemper teſtes vobiſcum ſacerdotes & Diaconos habeatis, & licet conſcientia ſufficere poſſit propria, tamen propter maleuolos iuxta Apoſtolum, etiam teſtimonium vos oportet bonum habere ab his qui foris ſunt. Quoniam & in hac ſancta ſede conſtitutum habemus, vt duo Presbyteri, vel tres Diaconi, in omni loco Epiſcopum non deſerant propter teſtimonium Eccleſiaſticum.* Simile quid MATISCONENSE Concilium I. cap 3. ſtatuit, ne mulier Domum Chriſti ingrediatur, ſine duobus teſtibus. Præcedentia decreta confirmat Concilium ROMANVM ſub Gregorio I. capite 8. & Concilium TRIDENTINVM generale ſeſſione 7. capite 13. Decreti reformationis, vt in ſequentibus patebit. Vide etiam in vocabulo, Ignorantia in Eccleſiaſticis euitãda, &c. Hinc TOLETANVM Concilium VIII. capite 4. *Quia ſecundum carnis aſſumpta miſterium Eccleſiæ ſuæ fuerit dignatus caput Chriſtus exiſtere, merito in membris eius intentio Epiſcoporum officia peragere cernitur oculorum. Ipſi enim & ſublimiori celſitudine ordinum regum & diſponunt ſubiectas multitudines plebium: vnde quanto ipſi ſequentium ſunt doctores, tanto meritorum lumine debent præfulgere.* Tum eiſdem fornicationem interdicit. Vide Fornicatio, &c. Eiſdem lectionis ſtudium iniungit. Et Concilium TOLETANVM XI. ſub Vitaliano Papa, canone 2. *Quantum quis præcelſi culminis* (ait) *obtinet locum, tantum neceſſe eſt præcedat cæteros gratia meritorum, vt in eo quod præſidet, ſingulus ſingulariter ornetur eminentia ſanctitatis, habens ſemper & in ore gladium veritatis, & in opere efficientiam luminis, vt iuxta Paulum potens ſit exhortari in doctrina ſana, & contradicẽtes reuincere. Nos proinde noſtri ordinis gradum, vel ſuſcepti regiminis modum magnopere cogitare debemus, vt qui officium prædicationis ſuſcepimus, nullis erris a diuina lectione priuemur. Nam quorundam mentes* * *Pontificum ita torporis otio a lectionis gratia ſecluduntur, vt quid doctrina gregibus ſubditis exhibeat, non inue*niat præco mutus. *Inſiſtendum ergo erit ſemper maioribus, vt quos ſub regiminis ſui cura tenentur, famem verbi Dei perire non ſinant. Sicut Metropolitanis in confinitimos cæteroſq; Eccleſiaſticis ordinibus deditos ſic cõſtituimus in commiſſo ſibi religioſorum numero laborandum eſt & vigilandum, qualiter neſcientia talium diuinæ legis eruditionibus imbuatur, ita vt indeſinenti ſolicitudine prælatus quiſque ſubditos quærens, aut profectum eorum lætabundus agnoſcat, aut neſcientiam ſine arrogantia inſtruat. Placuit ergo de talibus iuxta Inſtituta Toletani 8. Concilij* (habes ſuprà) *hoc ſpecialiter definire, vt aut ſponte ſumant intentionem neceſſariam perdiſcendi, aut a maioribus ad lectionis exercitia cogantur inuiti.* Vide Ignorantia.

Rom. 12.

2. Corinth. 8.

Epiſcopis teſtes conuerſationis adſint.

Lucius 1.

1. Timoth. 3.

Concilium Matiſconenſe 1.

Concilium Romanum ſub Gregorio 1.
Concilium Tridentinum generale.
Concilium Toletanum 8.

Epiſcopus ex officio iniungitur lectioni vacare, ſed nũc vacant venatio ni, ne quid horribilius dicam.
Concilium Toletanum 11.

Tit. 2.

Ita proceſſit.

Hinc Concilium AQVISGRANENSE II. cap. 14. allegat GREGORIVM I. in Prologo Paſtoralium, vbi expreſsè prohibet, ne quis imperitus ad ſacerdotalem ordinem promoueatur. *Nam ab imperitis* (ait) *Paſtorale miniſterium qua temeritate ſuſcipitur, quando ars artium regimen eſt animarum?* Idem ex ISIDORO Hiſpalenſi libro 3. de Summo bono, cap. 34. & 35. Vide Ignorantia clericorum, &c. Denique vt iam ſuperius annotatum eſt, Epiſcopis prædicationem iniungit Concilium generale 6. CONSTANTINOPOLITANVM III. canone 19. *Oportet* (ait) *eos qui præſunt Eccleſijs, in omnibus quidem diebus, ſed præcipue Dominicis, omnem Clerum & populum docere pietatis & rectæ religionis colloquia ex diuina ſcriptura colligentes intelligentias & iudicia veritatis, & non tranſgredientes iam poſitos terminos vel diuinorum Patrum traditionem.* Vide Scriptura, & Prædicatio. Hinc & ADRIANVS I. epiſtola ad Tharaſium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, quæ ſita eſt actione 2. Nicænæ ſecundæ Synodi generalis 7. eum inſtruens, *Quicunque* (ait) *a Chriſto creati & liberati humani generis veritatem intelligens conſeruat, & gradum Paſtoralis dignitatis portans, pondus ſuſtinet non ad gloriam & honorem prætereuntem reſpiciens, ſed gregem ſuſcipiens diligenter vigilat, ne oues vel à peruerſis hominibus & peruerſa loquentibus, vel malo ſpiritu afflatis corrumpantur, quod exemplo Iacob cuſtodiens ouium Laban probatur. Si tantos labores & vigilias paſtor Laban ſuſtinuit, quot quantaſq; vigilias ſuſtinere debet, qui paſcit oues Dei? &c.* Sed & Concilium FOROIVLIENSE ſub eodem Adriano, & Carolo Magno: *Longè altius excellit vita paſtoris comparata ſubditi gregis quibus ſingulariter boni Paſtoris voce dicitur. Vos eſtis lux mundi, vos eſtis ſal terræ. Luceat lux veſtra coram hominibus, &c. Si ergo lux mundi ſumus, lucere vtique abſque nebuloſa hypocriſis admixtione debemus. Et ſi ſal terræ ſumus, condire nihilominus terrenas mentes ſapientiæ ſapore per verbum prædicationis debemus, &c.* Idem capite decimo tertio, addit: *Nos qui ſacerdotes vocamur, debemus populum nobis ſubiectum & prædicando verbis in omni bono, & faciendo quæ docemus exemplis inſtruere, in charitate, in caſtitate in humilitate, in continentia, in modeſtia, in vigilijs, in ieiunijs, & oratione, in religione & eleemoſynis, in hoſpitalitate in quantum vires permittunt, in verbo ſapientiæ, ſale condito in temperantia manducandi, vel bibendi, in conuerſatione ſancta, in ſimplicitate cordis, qui omni opere bono, piè & iuſte viuendo, expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei.* Hinc & Concilium TVRONENSE III. ſub Carolo Magno canone ſecundo: *Omnes Epiſcopi ſtudioſè dent operam lectioni, ſanctum Euangelium, & Epiſtolas beati Pauli Apoſtoli, non ſolum crebro*

Concilium Aquiſgranenſe 2.
Gregorius 1.

Iſidorus Hiſpalenſis.

Concilium Cõſtantinopol. 3 generale 6.

Diebus Dominicis iniungitur Epiſcopis prædicatio ad populum.

Adrianus 1.

Geneſ. 31.

Concilium Foroiulienſe.
Matth. 5.

Exercitia boni Epiſcopi.

Epiſcopi lectioni & prædicationi ... iterata præcepta.

Concilium Turonenſe 3. ſub Leone 3.

lectitent,

lectitent, ſed etiam quantum poſſint memoriæ ſtudeant commendare, ſanctorumque Patrum opuſcula ſuper eadem expoſita deuotè frequentent. Similiter & de cæteris libris Canonicis faciant. Porrò idem eis præcipit, vt habeant homilias, continentes neceſſarias admonitiones. Vide in vocabulo, Homilia. Tum idem Canone tertio, ſubiungit: *Nulli Epiſcopo liceat Canones aut librum Paſtoralem à beato Gregorio Papa editum, ſi fieri poteſt, ignorare, in quibus ſe debet vnuſquiſque quaſi quodam in ſpeculo aſſiduè conſiderare.* Et cap. 4. *Solicitè ſtudeat vnuſquiſque Epiſcopus gregem ſibi commiſſum ſacra prædicatione, quid agere, quidve vitare debeat, informare. Et ipſe Epiſcopus, vita, habitu, forma, & conuerſatione ſancta, ſuis ſit ſubiectis exemplum, vt iuxta Dominicam vocem, videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem Deum qui in cœlis eſt.* (Matth. 5.) Hæc iterum repetit Concilium CABILONENSE II. canone 1. ſimili forma verborum. (Cõcilium Cabilonenſe 2. ſub Carolo magno.) Et canone 2. ſic loquitur: *Subditis (ait) ſit Epiſcopus forma viuendi, ita videlicet vt & verbis & exemplis populo ad æternam patriam pergenti ducatum præbeant, vt vita eorum & doctrina nequaquam diſcordent, ſed quæ dicunt faciant, & quæ faciunt docere ſtudeant, & prædicatione aſſidua plebem admoneant, & falce iuſtitiæ à credentium mentibus vitiorum ſpinas eradicent, & verbi Dei ſemine agros mentis eorum ad fecunditatem perducant.* Item & cap 4. *Bene agentes & habitu & vultu denuncient, male agentibus verò ipſo ſuo viſu terribiles ſint, vt aſtutiam ſerpentis & ſimplicitatem columbæ habeant, & boum & leonum effigies imitetur in tabernaculo Dei.* Hinc Concilium AQVISGRANENSE I. ſub Lodouico Imperatore, cap. 9. allegat ISIDORVM libro 7. de Officijs Eccleſiaſticis, cap. 6. (Concilium Aquiſgranenſe 1.) (Quod ſit præcipuũ Epiſcopi officium.) *Epiſcopi* ait *ſpeciale officium eſt Scripturas legere, percurrere canones, exempla ſanctorum imitari, vigilijs, ieiunijs, orationibus incumbere, cum fratribus habere pacem, nec quenquam ex membris ſuis diſcerpere, nullum damnare, niſi comprobatum, nullum excommunicare, niſi diſcuſſum, quique ita humilitate pariter & authoritate præſtabit, vt nec per nimiam humilitatem ſinem ſubditorum vitia conualeſcere faciat, nec per immoderatam authoritatem ſeueritatis poteſtatem exerceat, ſed tanto cautius erga ſibi commiſſos agat, quantò duriùs à Chriſto iudicari formidat. Tenebit quoque illam ſupereminentem donis omnibus charitatem, ſine qua omnis virtus nihil eſt.* (1. Corinth. 13.) *Cuſtos enim ſanctitatis charitas eſt, locus autem huius cuſtodis humilitas. Habebit etiam inter hæc omnia & caſtitatis eminentiam, ita vt mens, Chriſti corpus confectura, ab omni inquinamento carnis ſit munda & libera. Oportet vt pauperum curam gerat, humilitatem ſectetur, &c.* quæ ſuis locis inſeremus. Conſequenter profert Hieronymum in epiſtola ad Titum, & epiſtola ad Oceanum: & Auguſtinum tomo 10. ſermone ad Paſtores, vbi miſè Epiſcoporũ exercitium & officium prædicatur, ſed hoc iam ſuperius nos diximus. Idem omninò profert & Concilium AQVISGRANENSE II. c. 10. Et Concilium PARISIENSE III. libro 1. cap. 13. & 14. (Concilium Aquiſgranẽſe 2. Concilium Pariſienſe 3. ſub Lothario & Ludouico Imperato.) Sed non eſt opus eadem repetere toties, verùm quòd libro 1. cap. 14. dicit, paucis inſinuabo. *Docet enim Epiſcopi officium eſſe, vtramque annonam, ſpiritualem ſcilicet & carnalem, ſibi ſubiectis ſtrenuè adminiſtrare, & inuigilare, vt nec dominatum ſuperbè vſurpare contendant, ſed Apoſtolicis informati eloquijs & exemplis, ſeruos ſe cunctis exibeant, neque ſedis altitudine collatum ſibi gaudeant temporale faſtigium, ſed humili corde fidelibus præbeant bona conuerſationis exemplum.* Idem libro eodem, capite 21. Epiſcopis iniungit, niſi id neceſſitas ineuitabilis impedierit, maximè cum clericis ſuis horas canonicas cuſtodiant, & ſcripturas diuinas quotidie in collatione tractent, eiſque in conuictu participes exiſtant, non cum laicis & quibuſdam familiaribus ſuis conuiuari delectentur, quod probat ex Actis Apoſtolorum, & vita beati Auguſtini, & ex Concilio Sardicenſi, cap. 14. Vide ſuprà, Conuiuium. Denique libro 3. Eadem repetit & ex Gregorio teſtimonia plura profert, libro 2. Paſtoral. capite 8. & alijs. Idem quoque & BASILIVS Imperator oratione, quam habuit ad Patres Concilij generalis 8. dum finitum fuiſſet Concilium, eos ſui officij piè admonet, & ſignanter, vt contra hæreticos pugnent, & caueant grex ſuus, ne hæreſi polluatur. (Baſilius Imperator.) Hoc repoſuimus infrà dicendum, Epiſcopus inſectetur Hæreticos, &c. Denique Concilium COLONIENSE III. capite 1. partis 1. (Concilium Colonienſe 3.) Poſt prædicationem, Epiſcopi munus & officium conſiſtere in duobus decernit, ſcilicet impoſitione manuum, & viſitatione Eccleſiarum, vt ſuis locis dicetur. Ne pigeat viſitare, vide Paſtor. & ſequentia.

Epiſcopis iniungitur Eccleſiarum viſitatio.] Vide Viſitator, & Viſitatio.

Epiſcoporum ignorantia.] Vide Ignorantia.

Epiſcopi ſocordes & negligentes corripiendi.] CANON APOSTOLORVM 3. (Canon Apoſtolorum.) *Epiſcopus vel Presbyter qui clero vel populi curam non gerit, & eos pietatem non docet, ſegregetur: & ſi in ſocordia perſeueret, deponatur.* Allegatur hic canon etiam alibi pro canone Apoſtolorum 57. Hinc CYPRIANVS CARTHAGINENSIS, vel AVGVSTINVS, quicunque ſcripſit librum de Duodecim abuſionibus, qui ponitur tomo 9. operum Auguſtini, capite 10. ſic loquitur: (Caueant ſibi noſtri, quia maximè hoc vitio laborant & deprimuntur ſocordiæ pondere. Cyprianus Carthag. Auguſtinus Hipponẽſis.) *Decimus gradus Abuſionis, eſt Epiſcopus negligens, qui gradus ſui honorem inter homines requirit, ſed miniſterij ſui dignitatem coram Deo, pro quo legatione fungitur, non cuſtodit. Primo namque ab Epiſcopo, quid ſui nominis dignitas tenet, inquiratur. Quoniam Epiſcopus, cum Græcum ſit, Speculator interpretatur. Quare verò ſpeculator ponitur, & quid à ſpeculatore requiratur, Dominus ipſe denudat; cum ſub Ezechielis Prophetæ perſona, Epiſcopo officij ſui rationem denunciat, ita inquiens, Speculatorem dedi te Domui Iſrael: audiens ergo ſermonem ex ore meo nunciabis eis ex me. Si autem videris gladium venientem, & tu non annunciaueris, vt reuertatur impius à via ſua, ipſe quidem in iniquitate ſua morietur, ſanguinem verò eius de manu tua requiram.* (Ezech. 3. & 33.) *Si autem annunciaueris, & ille non fuerit reuerſus, ipſe quidem in iniquitate ſua morietur, ſed tu animam tuam liberaſti. Docet ergo Epiſcopum, qui omnium Speculator poſitus eſt, peccata diligenter attendere, & poſtquam attenderit, ſermone, ſi potuerit, & actu corrigere: ſi non potuerit, iuxta Euangelij regulam, ſcelerum operarios declinare. Si autem (inquit in Euangelio Dominus) peccauerit in te frater tuus, &c.* vſquam, *tanquam Ethnicus & Publicanus.* (Matth. 18.) *Tali ordine de Eccleſia expellendus eſt, quicunque Doctori vel Epiſcopo non adhæret, & qui tali ordine expulſus fuerit, ab aliquo doctore vel Epiſcopo recipi non debet, &c.* De his ſuprà, Corripere, & ſuperioribus paginis, & infrà Excommunicatio. Porrò, quantum malum afferat Epiſcoporum oſcitantia, ſocordia, LEO PRIMVS Epiſtola tertia, aperit, & allegat Gratianus diſt. 86. c Inferiorum. (Quantum malum generet Epiſcoporum negligentia.) (Leo primus.) quæ eſt ad Iulianum Aquileienſem Epiſcopum

Non dubites (ait) *dilectio tua, nos ſi* (*vt quod arbitramur*) *neglecta fuerint, quæ pro cuſtodia Canonum, & pro fidei integritate decernimus, vehementius commonendos, quia inferiorum ordinum culpa, ad nullos magis referenda ſunt, quàm ad deſides negligenteſque rectores, qui multa ſæpe nutriunt peſtilentiam, dum neceſſariam diſſimulant adhibere medicinam.* Idem epiſtola 4. ad Epiſcopos Siciliæ, & allegat Gratianus cauſa 25. quæſtione 1. capite Diuinis. *Periculum* (ait) *deſidiæ, quantum poſſumus, declinemus, ne profeſſio ſummi Apoſtoli, qua ſe amatorem Domini eſſe teſtatus eſt, vana inueniatur in nobis. Quia negligenter paſcens toties Dominicum commendatum gregem, conuincitur ſummum non amare Paſtorem.* Idem eadem ſcribit & epiſtola 84. ad Nicetam Aquileienſem, ſupradicti Iuliani ſucceſſorẽ, ſub finem. Idem & epiſtola 38. ad Turibium Epiſcopum Aſturienſem, capite 16. *Quia* (inquit) *conſcientia honorem ſibi ſacerdotij præſtitum vendicant, qui pro animabus ſibi creditis non laborant, Beſtiæ irruunt, & ouium ſepta non claudunt: fures inſidiantur, & excubias non prætendunt: morbi crebreſcunt, & remedia nulla proſpiciunt.* Hinc & Symmachus I. in Concilio Romano 6. quod celebrauit: *Nos* (ait) *qui potiſſimi ſacerdotis adminiſtramus officia, tranſgreſſionum culpa reſpiciet, niſi in cauſis Dei deſides fuerimus inuenti, quia meminimus quod timere debemus, qualiter comminetur Dominus negligentiæ ſacerdotum. Sanè reatu maiore delinquit, qui potiore honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccaminũ, ſublimitas dignitatum. Ideò tacere non debemus, ſed ea quæ neceſſaria fore agnouerimus, viriliter corrigere & emendare ſatagamus, & ea quæ nociua ſunt extirpare, prout Dominus dederit, non negligamus.* Proclvs Constantinopolitanvs epiſtola ad Ioannem Antiochenum Epiſcopum, quæ inſeritur collatione 6. generalis 5. Synodi. *Si negligere* (ait) *proximos labentes ad deteriora, & ſocordia prapoſiti rapinam factos faucibus lupi voracis hominum, irrecuſabilis damnationis experimentum minitatur dormitanti, mercenarium, non Paſtorem deſidioſum & diſſolutum ſcriptura vocante, quomodo non per omnia iuſtum eſt, ſtudioſum quidem in talibus perſequi deſidioſum verò in vrgentibus effugitare? In eodem vtraque ſimilia ad vituperationem exiſtunt, & irrecuſabilia ad condemnationem, & hoc, quòd ex quibus aliquis ipſe negligenter viuit, videntes adhortatur in æmulationem deteriorum, & quòd peccantes in fidem & delinquentes in vitam non ſtatim corrigit, licet deſpiciens extra tale ſupplicium non eſt conſtitutus.* Et propoſito exemplo de Heli & filijs: *Quia* (ait) *ad peccandum alios euocabant, cum eſſent ſacerdotes, imaginem peccati ſeſe æmulantibus proponentes, propter hoc pariter elatum eſt ſupplicium & in eos qui impia fecerunt, & ei qui non prohibuit. Patri enim ad virtutem nocuit ſocordia, filijs autem perniciem intulit inemendatio, & ſenex in iuuenum tempeſtate naufragium paſſus eſt, pro quibus affectum non gubernauit increpatione.* Idem & Pelagivs II. epiſtola 2. ad Epiſcopos Italiæ & Campaniæ, vbi eos commonet de bona voluntate reſiſtendi aduerſitatibus, & erudiendi ſubditos, & perſecutiones tolerandi, vt etiam nullum lædant, ſed piè omnibus proſint, multis ad id eos inuitans ſententijs. Præterea Concilium Pistense ad Sequanam celebratum, cap. 4. multis omnibus Epiſcopis, de vigilantia ſuper gregem iniungit, quæ longum eſſet enarrare Sic & Concilium Toletanvm IV. Patrum 67. ſub Honorio 1. canone 3. *Nulla pene res* (ait) *diſciplinæ mores ab Eccleſia Chriſti magis depulit, quàm ſacerdotum negligentia, qui contemptis canonibus, ad corrigendos Eccleſiaſticos mores Synodum facere negligunt.* Taxatur quoque Epiſcoporum oſcitãtia per Conciliũ Parisiense III. libro 1. capite 22. Et poſteà per Concilium Aqvisgranense II. cap. 11. *Didicimus* (ait) *nonnullos Epiſcopos in gubernandis congregationibus ſibi ſubiectis, Canonicis, videlicet, & Monachis, & Sanctimonialibus hactenus valdè negligentes extitiſſe, & ob id multos in ſui detractionem & contemptum prouocaſſe, ita vt nonnulli alij prælati in eorum Parochijs conſtituti eorum praua exempla ſecuti, ſuas ſimiliter congregationes neglexerint, quos & fraterno & Synodali conuentu admonendos eſſe neceſſariò duximus, vt ab hac negligentia deinceps ſe cohibeant, & cæteris ſe imitabiles præbeant, ne fortè propter illorum incuriam, & diuinæ ſeruitutis contemptus, & pericula promoueantur animarum.* Multa quidem de his agit Gregorivs I. in Paſtoralibus, & reliqui multi. Sed ad alia feſtinandum eſt, vide & Reſidens, & Paſtor.

Epiſcopus familiaritatem mulierum non habeat, nec ad earum domicilia accedat.] Hoc habes ſuprà, & reliquis ſufficienter multis decretis expreſſum, in vocabulo, Clericus, quod & Gregorivs I. libro 7 Regiſtri, epiſtola 39. ad Romanum defenſorem, cui titulus eſt: *Vt Epiſcopi cum mulieribus non habitent, &c.* Idem libro ſeptimo Regiſtri, epiſtola 110. cui titulus eſt, Ad Syagrium, &c. De Simoniaca hæreſi, & quòd Neophytus non ordinetur, nec Epiſcopi cum mulieribus maneant. Iterum epiſtola 40. libri vndecimi ad Catulum Romanum, cui eſt titulus, *Quod Epiſcopi cum mulieribus habitare non debeant.* Vide igitur locum ſuperius aſſignatum, vbi generaliter de omnibus Eccleſiaſticis dictum eſt.

Epiſcopi bona alterius non inuadat.] Vide Bona.

Epiſcopus Cenſum non exigat.] Vide Cenſus.

Epiſcopus Pauperum curam gerat.] Vide Pauper.

Epiſcopi conſanguineos non promoueant.] Vide ſuprà Conſanguineus.

Epiſcopi peregrini.] Vide Peregrinus.

Epiſcopi in perſecutione, ſuas non relinquant Eccleſias.] Vide Perſecutio, & Confeſſio, & alijs in locis. Tum adde quod Tertvllianvs Carthaginensis libro de fuga in Perſecutione, poſt medium dicit, vbi de non fugiendo, tempore perſecutionis, mandata donat, vt dicemus in vocabulo, Perſecutio, ſic ſubinfert: *Sed cum ipſi authores, id eſt, ipſi Diaconi, & Preſbyteri, & Epiſcopi fugiunt, quomodo laicus intelligere poterit, qua ratione dictum, Fugite de ciuitate in ciuitatem. Itaque cùm duces fugiunt, quis de gregario numero ſuſtinebit ad gradum in acie figendum ſuadere? Certè quidem bonus paſtor animam pro pecoribus ponit, vt Moyſes, non Domino adhuc Chriſto reuelato, etiam in ſe figurato, ait: Si perdis hunc populum* (ait) *& me pariter cum eo diſperde. Cæterùm Chriſto confirmante figuras ſuas, malus paſtor eſt, qui viſo lupo fugit, & pecora diripienda derelinquit. Proijcietur de villa paſtor huiuſmodi, detinebuntur illi miſſionis ſuæ mercedes ſuæ in compenſatione, imò & de priore peculio eius exigetur Dominici detrimenti reſtitutio. Etenim qui habet, dabitur ei, & ab eo qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et Zacharias comminatur. Exurge romphea in paſtores, & euellite oues, & ſuperducam manum*

Ezechiel. 34. Hieremiæ 23.

meum in paſtores. In quos & Ezechiel & Hieremias iiſdem minis perorant, quod non tantum de pecoribus improbe veſcantur, paſcentes potius ſemetipſos, verùm & diſperſum gregem faciant, & in prædam eſſe omnibus beſtiis agri, dum non eſt paſtor illis. Quod nuſquam magis fit, quam cùm in perſecutione deſtituitur Eccleſia a clero. Si & ſpiritum quis agnouerit, audiet fugitiuos dotetautem Porrò ſi eos, qui gregi præſunt, fugere, cùm lupi irruunt, nec decet, imò nec licet (qui enim talem paſtorem malum pronunciauit, vtique damnauit, omne autem quod damnatur illicitum factum eſt ſine dubio) ideo præpoſitos Eccleſiæ in perſecutione fugere non oportebit. &c. Hinc LIBERIVS I. epiſtola 2. ad omnes Epiſcopos, *Vigilare* (ait) *& ſobrij eſſe ad orationes, & Deo propinquare debemus, & ſatuas Domino auxiliante hominum inſidias, prout Dominus poſſe dederit, reſpuere, & patres ſequi, & non transgredi terminos patrum (id eſt, non relinquamus noſtras, dum in eis perſiſtere aliquomodo valebimus, Eccleſias, vt ad alias properemus) aut populos nobis commiſſos negligere, vt quieſcere ampliùs quàm pro eis laborare, pro quibus etiam animas ponere debemus, ſtudeamus, ne reprobi in conſpectu Dei inueniamur, ſed fructuoſos illi manipulos de commiſſis nobis gregibus ipſo adminiculante præſentare valeamus, quanquam multi nos perſequantur, & oues Christi dilacerare deſiderent, qui quaſi in veſtibus ouium apparent, intus autem ſunt lupi rapaces, quos ex fructibus cognoſcimus Nec nos pigeat per temporales cruciatus pro Chriſti nomine elaborare, ſed emolumenta futura remunerationis huius ſeculi vexationes tolerare perſuadeant.* Idem agit per totam epiſtolam. Similiter & IOANNES I. 2. epiſtola ad Epiſcopos Italiæ, Epiſcopos perſiſtere ſuadet in tempore perſecutionis viriliter, quæ à Theodorico rege Arriano tunc temporis Catholicis Epiſcopis infligebatur, & cæteris Chriſtianis. lege ſi licet per otium epiſtolam. vide ſimiliter infrà vocabulo, paſtor non facilè cedat ex LEONE I. epiſtola 90. ad Ruſticum Narbonenſem. hinc ZACHARIAS I. epiſtola 5. ad Boniſacium Moguntinenſem: *Hoc* (inquit) *flagitaſti a nobis, ſi liceat perſecutionem paganorum fugere, an non. Et pro hoc, frater, ſalutare conſilium damus. Si fieri poteſt, & locum inueneris iuſta ad prædicandum illis. Si autem ſupportare non valueris eorum perſecutionem, habes præceptum Domini, vt in aliam ingrediaris ciuitatem.* Et ad hoc ſpectat, quod etiam Concilium ARELATENSE IV. ſub Carolo Magno canone 14. *Vnuſquiſque tempore famis, aut cuiuſlibet neceſſitatis, ad ſe pertinentes pro viribus ſuis gubernare ſtudeat, quia ſcriptum eſt: Beati miſericordes, &c.* Hinc NICOLAVS I. epiſtola ad Hunfridum * Morinenſem Epiſcopum, allegatur à Gratiano cauſa 7. quæſtione 1. cap. Sciſcitaris: *Sciſcitaris vtrum, cùm a Normanis de Epiſcopio depellaris, debeas de cætero in monaſterio conuerſari. In quo ſcias, chariſſime frater quòd ſi pernicioſum eſt proretam, in tranquillitate nauim deſerere, quanto magis in fluctibus? vbi non dicimus, quòd perſecutorum non fugiamus (maximéque paganorum) inſidias, cùm ad tempus ſæuiunt, & ob multitudinem delictorum noſtrorum, nocendi facultatem diuinitus aſſequantur, præſertim cùm eis prodire vltrò non debeamus, & multos prophetas & Apoſtolos, ipſum quoque Dominum huiuſmodi fugiſſe inſecutores, luce clarius conſtet, ſed quod præcipuè nos, qui tanquam arietes ducatum gregibus præbemus, imò qui & horum paſtores ſumus, Deo authore cùm eis in periculis pro viribus perſiſtere pro certo conueniat. Et cum tranquillitas reddita diuina fuerit pietate, ſopitáque furientium infeſtatio, mox gregem perquirere & diſperſum colligere, & exanimes, cæleſtis patriæ pace perfruentium ſecuritate prædicata ſurſum erigere debemus.* Vide, perſecutio, &c. & ſequentem.

Liberius I.

Matth. 17.

Ioannes I.

Leo I.

Zacharias I.

An liceat in tempore perſecutionis fugere Matth. 10.

Concilium Arelatenſe 4. ſub Leone 3.

Matth. 5.

Nicolaus I.

Gallicè Theroüane.

Epiſcopi eiecti à ſedibus, ſuum retineant locum & officium.] Superius diximus, Epiſcopum extraneum non poſſe in alterius prouincia ſuum officium ſine licentia exercere verumtamen non eſſe deſinit Epiſcopus, vt Concilium GENERALE VI. Conſtantinopolitanum 3. in trullo ſub Conſtantino 4. Pogonato celebratum canone 37. *Quoniam* (ait) *diuerſis temporibus Barbaricæ incurſiones fuere, & ex eo plurimæ ciuitates ab iniquis & ex legibus ſubiugatæ fuere, vt ideo non poſſit eius ciuitatis præſul, poſtquam ordinatus fuerit, ſuum thronum apprehendere, & in eo in ſacerdotali conſtitutione collocari, & ſic pro ea quæ inualuit conſuetudine ordinationes & omnia quæ ad Epiſcopum pertinent agere & tractare. Nos honorem ac venerationem ſacerdotio ſeruantes, & gentilem iniuriam nequaquam ad Eccleſiaſticorum iurium perniciem poſſe quicquam agere volentes, eis qui ſic ordinati ſunt, & propter prædictam cauſam in ſuis thronis non ſunt conſtituti, & abſque vllo ex ea re præiudicio conſeruentur, decreuimus, vt & diuerſorum clericorum ordinationes canonicè faciant, & Pontificatus authoritate in proprio termino vtantur, & ſit firma ac legitima, quæcunque ſub eo procedit adminiſtratio. Non enim a tempore neceſſitatis, ex acta iuris obſeruatione circumſcripta diſpenſatoriis terminus circumſcribetur.* Vide loco ſuprà aſſignato & ſequentem.

Concilium Cõſtantinopolitanum 3. generale 6.

Epiſcopus qui renunciauit, an poſſit ordines conferre.] Dicturi ſumus in vocabulo, ordinis conferendi miniſter, quòd ſolus Epiſcopus poteſt ordines conferre, ſaltem ſacros, quia abbates quidam hanc habent ex indulto Apoſtolico, vt poſſint minores conferre, vt diximus in vocabulo, abbas. Quæritur autem ſi Epiſcopus, qui renunciauit, poſſit gaudere hoc priuilegio, vt poſſit ordines conferre. Sic EVGENIVS I. Tholoſano ſcribens Epiſcopo, vel, vt alij dicunt, Andrenſi Epiſcopo & inſeritur parte vigeſima ſexta, Concilij Lateranenſis ſub Alexandro tertio, capite decimo octauo. *Requiſiuit à nobis fraternitas tua, vtrum clerici, qui poſt renunciationem factam à prædeceſſore tuo ordines ſuſceperunt, in ipſis debeant remanere, an ad maiores, de iure canonum promoueri. Nos igitur, quia de veritate nobis non conſtat, non poſſumus tibi ſuper hoc breuiter reſpondere. Nam diſtinguitur, vtrum renuncians loco ſimul & dignitati renunciet. Nam vbi loco tantùm renunciant, ordines ſicut antea, niſi à ſummo Pontifice vel eius legato prohibitum fuerit, rogatus ab alio Epiſcopo poterit de ratione conferre. Cum autem loco Pontificali ſimul cedit, & ordini, ibi diſtinguendum putamus, vtrum ſacros contulerit, an minores. Si enim à tali ordine vſque ad ſubdiaconatum quis receperit, quia & huiuſmodi ordines quandoque à non Epiſcopis conferuntur, & in illis deſeruire poterit, & ad maiores, ſi idoneus fuerit, ordinari. Sanè ſi ab eodem facta renunciatione ſacros ordines quis ſcienter receperit, qui indignum ſe fecit, executionem officij non habebit, vbi autem non ſcienter, ibi poterit, niſi craſſa & ſupina fuerit ignorantia, diſcretius Pontifex diſpenſare.* Vide in dictione, ordo.

Eugenius I.

Ordinare an poſſit is qui renunciauit.

Epiſcopi tranſmare non eant.] Concilium CARTHAGINENSE III. canone 28.

Concilium Carthag. 3.

Placuit vt Epiſcopi tranſmare non proficiſcantur, niſi conſulto primæ ſedis Epiſcopo ſuæ cuiuſcunque prouinciæ, vt ab eo præcipuè poſſint ſumere formatam. Hinc etiam dirigendæ epiſtolæ Concilij ad tranſmarinos Epiſcopos Idem Concilium HIPPONENSE cano. 29. Concilium AFRICANVM ſub Bonifacio I. cano. 61. vide, tranſmarinus.

Concil. Hippone. Concilium Africanum.

Epiſcopi non ſint curiales, nec verſentur in aulis principum, aut caſtra ſequantur.] Iam ſi noſtrum ſeculum, lector, ſedulò contempleris, plures in theatris & aulis principum Epiſcopos inueneris, quàm in templis aut Eccleſiis: vel plures venationi atque militiæ operam date comperies, quàm prædicationi & militiæ ſpirituali. Sed videamus quid loquatur Concilium SARDICENSE Oecumenicum patrum 300. canone 8. *Statuimus (ait) nullum oportere Epiſcopum ad caſtra accedere præter eos, quos Pius Imperator noſter ſuis litteris accerſit. Sed quia ſæpe contingit aliquos, qui egent miſericordia, ad Eccleſiam confugere, qui propter ſua peccata vel relegatione, vel in inſulam deportatione damnati ſunt, vel quamuis aliam ſententiam accepere, his non eſſe negandum auxilium, ſed ſine cunctatione & dubitatione his veniam eſſe petendam. Hoc quoque quia viſum eſt, ne aliquis Epiſcopus in condemnationem incidat ad caſtra veniens, ſi qui eorum quorum ſuprà meminimus tales habeant preces, per proprium miniſtrum peragant. Miniſtri enim perſona non eſt inuidioſa, & quæ mandata fuerint, citius ferre poterit.* Et cano. 9. atque 10. *Si qui autem Epiſcopus habet amicos in aula palatij, & velit aliquid quod ſit honeſtum & iuſtum impetrare, ne prohibeatur per ſuum miniſtrum, & rogare, & his mandare, vt bonum ſuum auxilium ei velint præbere. Qui autem Romam accedunt, Romano Pontifici preces quas habent dandas præbere debeat, vt ipſe priùs examinet, niſi aliqua earum ſint imprudentes, & ſic ſuam authoritatem & curam præbens eos ad caſtra mittat. Si propter pupillos & viduas, vel laborantes, qui cauſas non iniquas habent, ſi ceperint peregrinationis incommoda. Nunc verò cùm ea poſtulent præcipuè, quæ ſine inuidia hominum & ſine reprehenſione eſſe non poſſunt, non neceſſe eſt eos ire ad caſtra.* Et cano. 11. *Scimus enim & ipſi ſæpiſſimè, propter paucorum impudentiam, religioſum ſacerdotale nomen fuiſſe reprehenſum. Si quis ergo aliquis contra omnium ſententiam nitens, voluerit ambitioni magis placere, quàm Deo, is debet ſcire cauſis redditis honorem dignitatemque ſe amiſſurum. Quod ita demum compleri poterit, ſi vnuſquiſque noſtrum, qui in Canali conſtitutus eſt, cùm progredientem Epiſcopum viderit, inquirat tranſitum eius, cauſas videat, quò tendat agnoſcat, & ſi quidem eum inuenerit ire ad caſtra, requirat & illud quod ſuperius comprehenſum eſt, ne fortè inuitatus ſit, vt ei facultas eundi permittatur. Si propter deſideria & ambitiones ad caſtra pergat, neque in litteris eius ſubſcribatur, neque in communionem recipiatur.* Idem & canone 20. repetitur. vide & in vocabulo, Princeps, vbi citatur Concilium ANTIOCHENVM I. cano. 11. hinc CANON APOSTOLORVM LXXXII. *Epiſcopus* (inquit *vel presbyter, vel Diaconus exercitui vacans, & vtraque obtinere volens, Romanum ſcilicet magiſtratum, & ſacerdotalem adminiſtrationem, deponatur. Quæ ſunt enim Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.* Vide, arma & militia. Denique Concilium CHALCEDONENSE generale 4. cano 7. actionis 11. & allegat Gratianus cauſa 10. quæſt. 3. cap. eos qui. *Qui ſemel in clero deputati ſunt, aut monachorum vitam expetiuerunt, ſtatuimus ne hic ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam, aut hoc tentantes, & non agentes pœnitentiam, quò minus redeant ad hoc, quod propter Deum primitus elegerunt, anathematizari.* Simile eſt huic, quod narrat SEVERVS SVLPITIVS lib. 1. in vitam Martini: *Noſtris (ait) temporibus ita iam deprauata omnia atque corrupta ſunt, vt penè præcipuum ſit adulationi regiæ Sacerdotalem ceſſiſſe conſtantiam. Cùm autem ad Imperatorem Maximum ferocis ingenij virum, & bellorum ciuilium victoria elatum plures ex diuerſis partibus Epiſcopi conueniſſent, & fœda circa principem omnium adulatio notaretur, ſeque degeneri inconſtantia, regiæ clientelæ ſacerdotalis dignitas ſubdidiſſet, in ſolo Martino Apoſtolica authoritas permanebat. Nam & ſi pro aliquibus ſupplicandum Regi fuit, imperauit potiùs, quàm rogauit, &c.* Porrò quanta fuerit olim in Imperatores vel reges Epiſcoporum Poteſtas, declarat NICEPHORVS CALLISTVS lib. 5. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 25. vbi Philippum Imperatorem narrat fuiſſe à ſacramentorum perceptione ab Epiſcopo prohibitum. Idem lib. 12. cap. 41. narrat qua authoritate Ambroſius Theodoſium ſeniorem ab Eccleſiæ liminibus expulit. *Cùm* (inquit) *poſt maximum deuictum Theodoſius Mediolanum veniſſet, & in Eccleſiam, ſicuti mos eſt precatum iret, & iam ad fores eius adeſſet, occurrens ei Ambroſius, & purpura eius apprehenſa, in multitudine media, ne ſacrarum ædium veſtibulum tangeret, prohibet, &c.* Vide, oro, reſiduum. Sed & lege infrà, in dictione, Imperator præſulibus Eccleſiæ ſubditus ſit, &c. Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 25. quæ fuit 9. ſub Pio 4. cap. 17. decreti reformationis: *Vt Epiſcopi* (ait) *de cætero cùm regum miniſtris, Regulis & Baronibus indecenti demiſſione ſe gerant, nec illis inſeruiant, ſed paſtores ſe eſſe meminerint.* Et omnibus principibus iniungitur, vt eos paterno honore ac debita reuerentia proſequantur. &c. vide Imperator, Rex, Princeps, & ſuprà in vocabulo, clericus non ſeruiat laicis. Hoc etiam, ne clerici curiam adeant, præceptum eſt in Concilio PARISIENSI III. lib. 3. cap. 14. vt aliàs diximus.

Orate, lectos, expende ea quæ dicuntur, & contemplare ſtatũ noſtri temporis, niſi videris Epiſcop. in aulis principum mimos agere, & ſcurris ſimiles, perſonas hiſtrionũ induere vah, ſcelus! Concilium Sardicenſe.

Heu quid nũc?

Concilium Antiochenum 1. ſub Iulio. Canon Apoſtolorum.

Matth 22.

Concilium Chalcedonenſe generale.

Seuerus Sulpitius.

Authoritas Epiſcoporum olim quanta fuerit in Imperatores & reges.

Nicephorus Calliſtus.

Ambroſij Cõſtantia.

Concilium Tridentinum generale.

Conciliũ Pariſienſe 3.

Epiſcopus ſeculares cauſas aut negotia non exerceat.] Poſuimus ſuprà, clericus. &c.

Epiſcopus non interſit ſententiis criminalibus.] Vide ſuprà, vocabulo, clericus.

Epiſcopis venatio interdicitur. Vide venatio.

Epiſcopi non cogantur præſtare iuramentum Vide iuramentum.

Epiſcopi non fornicentur.] Vide fornicatio, & cœlibatus.

Epiſcopus fornicator vt plectendus.] Vide ibidem verum adde & quod Concilium TOLETANVM VIII. cano. 4. ait. *Omnes Epiſcopi inter cætera virtutum ornamenta, nitore carnis debent propenſius enitere, vt ex hoc audientes munditiam appetant, ex quo doctores immunditia non deturpat. Idcirco ſi deinceps Epiſcopi detecti fuerint execrabilibus flagitiis cum quibuſlibet fœminis polluti, ac familiaritate peculiari verſari, nouerint ſe irreuocabili ſententia patrum vlciſci, id eſt, & loci & ordinis dignitate priuari.* Vide ſuprà, clericus, & cœlibatus. Sed & vide, quæ ſequuntur.

Cõcilium Toletanum 8.

Iam ſi hoc impleatur noſtro æuo Deus nouit.

Epiſcopis perpetua continentia indicitur, nec vnquam poſsint ad coniugia redire, etiam ſi inuiti ordinati fuerint.] Fruſtra quidem hic videor immorari cùm ex his quæ diximus in vocabulo Bigamus & Cœlibatus ſatis hæc probata ſint. Verùm quod adhuc huic congruum reperimus, ſubnectemus IOANNES

Ioan. Chriſoſt.

A CHRYSOSTOMVS libro 3. de ſacerdotio *At certe* (ait *Epiſcopum conuenit, & ſtudio acri & perpetua vita continentia, tanquam Adamantinis armis, circum ſeptum quoquouerſus circunſpicere, nec vbi nudo quis aut neglecto loco deprehenſo, lethale vulnus adferat, &c.* Præclara. quæ ibi dicit. Denique Concilium MATISCONENSE I. canone 11.

Concilii Matiſconenſe 1. ſub Guntrano rege & Pelag. 2.

Epiſcopi & presbyteri & honoratiores clerici cùm ſublimi dignitatis apice ſublimentur, actibus omnino renuncient ſeculi, & ſacro electi miniſterio repudient carnale conſortium, ac permixtionis priſtina contubernium permutent germanitatis affectu, & quiſquis ille eſt, diuino munere benedictione percepta, vxoris priùs ſuæ frater efficiatur ex coniuge. Eos verò quos reperimus ardore libidinis inflammatos, abiecto religionis cingulo ad vomitum priſtinum, B *& inhibita rurſus coniugia repetiſſe, atque inceſti quodammodo crimine clarum decus ſacerdotij, quod nati etiam filij prodiderunt: quod qui feciſſe cognoſcitur, omni in perpetuum. quam admiſſo iam crimine perdidit, dignitate priuabitur.* Huic aſtipulatur & ſubſcripſit Concilium ANTISSIODORENSE I. capite 20. & 21. Sed & Concilium TOLETANVM VIII. canone 7. de Epiſcopis qui quamuis electi fuerint, ad coniugia & priſtinos mores redeunt loquens.

Concilii Antiſſiodorēſe 1. ſub Deus dedit Papa. Concilii Toletanum 8. Epiſcoporum ordo non poteſt violari.

Eos (ait) *noſſe conuenit, quod Epiſcopalis eminentia diuina authoritas, non immeritò ſacris omnibus eſſe ſumma percenſuit, quæ cæteris ſacerdotibus exercenda prohibuit, ſcilicet templorum Dei ſacrationem, Chriſmatis benedictionem, ſacrorumque ordinum inſtitutionem, quæ tam diuinaliter ordinata perſiſtunt, quàm excellentiſsimè* C *conferuntur, quia & tantò ab eis ſingulariter impenduntur, quantum eidem ſummo culmini peragenda ſeruantur. Quomodo ergo quod in ſe recipit, à ſe reiicere poterit, cùm hec à nullo altero conferri, quàm à ſolis Pontificibus nouis, à quibus nec ligata ſolui, nec ſoluta poterunt ab aliquo religari? Sic enim ad Petrum veritas ait, Quodcunque ligaueris ſuper terram, &c.*

Matth. 16.

Nequaquam ergo aliquando poterit profanari, quod diuina iuſsione ſimulque Apoſtolica traditionis authoritate ſacrum noſcitur extitiſſe. Verùm, ſicut ſanctum chriſma collatum, & altaris honor euelli non queunt, ita quoque ſacrum decus honorum, quod his compar habetur & ſocium, qualibet fuerit D *occaſione perceptum, manebit omnimodè inconulſum, quod exemplo Baptiſmi, qui neſcientibus etiam confertur, & tamen manet indelebilis, confirmat, hos perinde admonentes quòd licet inuiti perceperint, quod non merebantur habere, libenter tamen, ob cœleſte retineant præmium, quod nolendo propter terrena conſecuti ſunt neceſsitatis euentum, vt tam inuiti appetant bona diligere, quàm ſponte videntur deſides impugnare. Quod ſi quis poſt hoc perennis diſpoſitionis edictum non ſinceriter ſacris inhæſerit cultibus, & abiiciens a ſe gratiam quam accepit, relabitur ad coniugium moreſque ſeculi attentauerit,* E *vel eum redire ad hoc conſtiterit, mox omni Eccleſiaſtici ordinis dignitate priuetur, & vt Apoſtata, à ſancta Eccleſia liminibus & ſocietate fidelium, habeatur prorſus excluſus. monaſterij clauſtris donec aduixerit, ſua pœnitentia retrudendus.* Vide ſuperius, de officio & conuerſatione Epiſcopi, & clericus & cœlibatus.

Pauci nunc reperiuntur qui inuiti collum iugo infulæ ſubmittant, nec [illegible] à vlt[illegible] reſiſtūt.

Epiſcopus Eccleſiaſticæ facultatis eſt diſpenſator] Qualiter ſint, diſpenſandæ facultates Eccleſiaſticæ diximus in vocabulo, decimæ & abundantiùs infrà dicetur in dictione, facultates Eccleſiæ vt debeant diſpenſari, &c Sed quòd earum ſit diſpenſator legitimus Epiſ-

A copus, ſic CANON APOSTOLORVM XXXIX.

Canō Apoſtolorum.

Omnium negotiorum Eccleſiaſticorum curam Epiſcopus habeat, & ea velut Deo contemplante diſpenſet. Nec ei licet, ex his omnino aliquid contingere, aut parentibus propriis quæ Dei ſunt condonare. Quod ſi pauperes ſunt, tanquam pauperibus ſubminiſtret, nec eorum occaſione Eccleſia negotia deprodentur. Et CANON XLI. allegatur à Gratiano cauſa duodecima. quæſtione prima. *Præcipimus vt in poteſtate ſua Epiſcopus Eccleſiæ res habeat. Si enim animæ hominum precioſa illi ſunt credita, multò magis oportet eum curam pecuniarum gerere. ita vt poteſtate eius indigentibus, omnia diſpenſentur per presbyteros & Diaconos, & cum timore omnique ſolicitudine miniſtrentur,* B *ex his autem quibus indiget (ſi tamen indiget) ad ſuas neceſsitates, & ad peregrinorum fratrum vſus ipſe percipiat, vt nihil eis poſsit omnino deeſſe. Lex enim Dei præcipit, vt qui altari deſeruiunt, de altari paſcantur, quia nec miles ſtipendiis propriis contra hoſtes arma ſuſtulit.*

Deuter. 18.

1. Corinth. 9.

Quomodo autem debeat Epiſcopus diſtribuere, habes in vocabulo. teſtamentum Epiſcoporum, &c. & facultates, & decimæ. Hos canones allegat Concilium GENERALE VII. Nicænum ſecundum, canone duodecimo, vt dicemus in dictione. Facultates Eccleſiæ non alienandæ, imò alienatæ renouandæ, &c.

Concilii Nicænum 2 generale 7.

Citat quoque eoſdem Concilium PARISIENSE III. libro primo capite 15. vt dicemus. Facultates Eccleſiæ vt diſpenſandæ, &c allegat

Concilii Pariſienſe 3.

C ſimiliter eos & Concilium VORMATIENSE, ſub eadem forma capite quadrageſimo quinto, & Concilium TRIDENTINVM generale ſeſſione vigeſima quinta, capite 1. decreti reformationis, vt ſuprà dictis locis dicetur Hinc & Concilium ANTIOCHENVM I. ſub Iulio primo, canone vigeſimo quarto, & allegatur à Gratiano cauſa nona, quæſtione prima, capite Quæcunque res & cauſa decima, quæſtione ſecunda, capite Epiſcopo & cauſa duodecima quæſtione prima capite Epiſcopus. Et citatur à Martino Bracarenſi capite decimo ſexto, collectorij.

Concil. Vormatienſe.

Concilii Tridentinum generale nouiſsimum.

Quæ ſunt (inquit) *Eccleſiæ, ſub omni ſolicitudine & conſcientia bona & fide, quæ in Deum eſt, qui cuncta* D *conſiderat iudicatque, ſeruentur, quæ etiam diſpēſanda ſunt iudicio & poteſtate pontificis, cui commiſſus eſt populus, & animæ quæ in Eccleſia congregantur. Manifeſta verò ſint, quæ pertinere videntur ad Eccleſiam cum notitia presbyterorum & Diaconorum, qui circa ipſum ſunt, ita vt agnoſcant nec ignorent, nec eos aliquid lateat eorum quæ ſunt propria Eccleſiæ, vt ſi contigerit Epiſcopum ab hac vita migrare, cum manifeſta ſint & nota res Eccleſiaſticæ, non intercidant atque depereant, ſed nec res propriæ Epiſcopi, tanquam obnoxiæ, rerum Eccleſiaſticarum occaſione vllum patiantur iniuriam, quia iuſtum & acceptum eſt apud Deum &* E *homines, quæ propria ſunt Epiſcopi, quibus ipſe uſſerit derelinqui, & quæ Eccleſiæ ipſi ſeruari. Ita enim fit, vt nec Eccleſia damno aliquo affligatur, nec Epiſcopus occaſione rerum Eccleſiaſticarum proſcribatur. Neque pertinentes ad eum cauſis incurrant, quò poſt mortem memoria eius maledictis aliquibus oneretur.*

Hæc, quæ hic iubentur, vel à noſtris putantur deliria, vel impiè negliguntur.

Et canone 25. ſic ſtatuitur. *Epiſcopus habeat rerum Eccleſiæ diſpenſationem & poteſtatem, vt eas in omnes gentes diſpenſet cum multa cautione & Dei timore. Ipſe autem eorum, quæ opus eſt, ſit particeps ad vſus neceſſarios, & fratrum qui apud eum hoſpitio excipiuntur, vt ipſi nullo modo priuentur, ſecundum diuinum Apoſtolum: Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Sin autem is, qui*

Habent quidē res Eccleſiæ ad diſsipationem, non ad diſpenſationem, quas in vſus pauperum non effundunt.

1. Timoth. 6.

Hæc cõcerroút noſtræ tempeſtatis prælatos.

non ſit contentus, & res in proprios vſus conuertat, & Eccleſia reditus, vel agrorum fructus non cum preſbyterorum vel Diaconorum ſententia adminiſtret, ſed ſuis cognatis vel fratribus, vel filiis præbeat facultates, vt per hæc rationes Eccleſia latenter lædantur, is det ſynodo prouinciæ rationem. Sin autem etiam alias inſimuletur Epiſcopus, vel qui ſunt cum eo preſbyteri, quod quæ pertinent ad Eccleſiam, vel ex agris, vel ex quacunque alia cauſa Eccleſiaſtica, ad ſeipſos referre, vt pauperes quidem opprimantur, & inuidia ac infamia verbo iniuratur, & hos qui ſic adminiſtrant, hi quoque correctionem aſſequantur. ſancta ſynodo id quod decet examinante, & ſubſcripſerunt Epiſcopi Triginta qui in concilio conuenerant. Hos canones allegat & repetit Concilium Aqviſgranenſe II. capite 8 capituli 4. Concil. Vormatienſe & Pariſianſe III. locis ſuprà aſſignatis. Hoc etiam inter crimina quæ impinguntur Dioſcoro impio, Alexandrino Epiſcopo à ſuis presbyteris & Diaconibus ex epiſtola eorum ad Leonem papam 1. quæ legitur actione 1. Concilij Chalcedonenſis arguitur ab Iſchyrione: *Quod tanta contra omnes non ſicut decebat Epiſcopum, & maximè tanta ciuitatis, & Euangelicæ illius ſedis præſulem conſtitutum) perpetrare auſus eſt, vt etiam & frumentum quod à piiſſimis Imperatoribus, Eccleſiis Libyæ (propter ariditatem illius prouinciæ, & quia omnino ibi triticum non naſcitur) præſtitum eſt imprimis quidem, vt* * *ſacramenta ex ipſo hoſtia offeratur, Deinde vt & peregrini nec non etiam Prouinciales pauperes aliquod mereantur ſolatium, non permitteret ſuſcipere ſanctiſſimos Epiſcopos illius prouinciæ, ſed æſtimaret memoratum frumentum largiſſimis precijs, ipſum vero in tempore famis amariſſimis æſtimationibus venundaret, & ex hoc neque terribile & incruentum ſacrificium celebratum eſt, neque ſicut dixi peregrini aut prouinciales hoc ſolatio fruiti ſunt.* Hæc Iſchyrion Diaconvs ad patres Concilij Chalcedonenſis de Dioſcoro impio Hæretico ſcriſit, cui ſimiles multi ſunt. hinc Gelaſivs I. epiſtola 2. ad omnes Epiſcopos Siculos cap. 1. & allegatur cauſa 16. quæſtione 3. cap. præſulum. *Præſulum authoritas noſtrorum emanauit, vt facultates Eccleſiæ Epiſcopi ad regendum habeant poteſtatem, ita tamen vt viduarum, pupillorum atque pauperum nec non & clericorum ſtipendia diſtribuere debeant.* Vide ſuprà. clericorum ſtipendia. & decimæ, & infrà Facultates Eccleſiæ vt diſpenſendæ. &c. & Concilium Arvernenſe, vt citat codex librorum 19 libro 3. cap. 14. *Licitum ſit Epiſcopis præſentibus preſbyteris & Diaconibus, de Theſauro Eccleſia familia & pauperibus eiuſdem Eccleſiæ ſecundum canonicam inſtitutionem, iuxta quod indiguerint erogare.* Sed fruſtra hic laboramus, quia hoc infinitis teſtimoniis venit confirmandum in vocabulo, facultates Eccleſiæ. Ideoque ne fatigeris, illuc recurrere.

Concilium Aquiſgranẽſe 2. Conciliũ Vormatienſe. Conciliũ Pariſienſe 3.

Concilium Chalcedonẽſe generale 4. Dioſcorus de malè diſpenſatis facultatibus accuſatur. Iſchirion Diaconus Alexãd.

** Aduerte Miſſæ incruentum ſacrificium, ô Caluine.*

Iſchyriõ Diaconus Alexandrinus.

Gelaſius 1.

Conciliũ Aruernenſe.

Epiſcopus facultates Eccleſiæ nec alienare nec commutare poteſt.] Vide, Facultates Eccleſiæ non alienandæ, nec commutandæ, &c

Epiſcopus vilibus ſit contentus.] Narrat Nicephorvs Callistvs libro viceſimo. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 14. quòd tanta erant antiquitus Epiſcopi penuria & paupertate oppreſſi, quòd nec in longinquas profecturi regiones, non equis phaleratis vterentur, aut ſuperfluis ſumptibus, ſed aſinis & publicis vehiculis, atque adminiſtratis ſibi & oblatis refocillarentur cibis, & ſumptibus alienis *Cum* (ait) *Conſtantinus Magnus decantatiſſimam illam in Bythinia Nicænam Synodum promulgaſſet, & litteris locorum omnium Epiſcopos ad conſtitutam diem eo euocaſſet, illos publica vehebant vehicula, & iumenta, publici equi & muli, nec ipſos tantùm, ſed etiam qui eos miniſterij gratia comitabantur, &c.* lege reſiduum hinc Concilium Carthaginense IV. canone 15. & allegat Gratianus diſtinctione 41. capite Epiſcopus vilem: *Epiſcopus vilem ſupellectilem, & menſam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis ſua authoritatem fide & vita meritis quærat.* Idem canone 19. & allegat Gratianus cauſa 14. quæſtione prima. *Epiſcopus* (ait) *pro rebus tranſitoriis non litiget prouocatus.* Huius rei nobis exemplo ſunt, Martinus ille Turonenſis, pauper & modicus. de quo narrat Severvs Svlpitivs libro 1. vitæ eius. *Iam vero* (ait) *ſumpto Epiſcopatu, quantumque præſtiterit non eſt noſtra facultatis evoluere. Idem enim Conſtantiſſime perſeuerabat, qui prius fuerat. Eadem in corde eius humilitas, eadem in veſtitu eius vilitas erat, atque ita plenus authoritatis & gratia implebat Epiſcopi dignitatem, vt non tamen propoſitum monachi virtutemque deſereret.* Cœleſtinus quoque quintus Inſtitutor & fundator atque pater ordinis noſtri, de quo narrat Petrvs Alliacensis libro primo vitæ eius & Clemens V. in diplomate Canonizationis eius atque Dionysius Fabri, Cœleſtinorum Pariſienſium prior, qui eius vitam diſertiſſimo & luculentiſſimo ſermone deſcripſit, capite vigeſimo nono, quòd cùm electus eſſet in ſummum Pontificem, & multis precibus ad coronationem traheretur à Regibus & Epiſcopis, ipſe ſpreta oblata ſibi magnifica deductionis pompa, conſuetum aſellum ſperui mandauit, & adduci, cui ſedens ad Aquilanam vſque ciuitatem peruenit, comitantibus eum Eccleſiaſticæ ac ſecularis dignitatis proceribus, cum ſplendido apparatu & ſuperbo, vide quod ſequitur. Tum cùm eſſet coronatus ſummus Pontifex, totus ipſe manens, qui fuerat, ſub præcelſæ dignitatis habitu, nec vitam eremiticam quantum fas ſeruare fuit, nec animum derelinquens, nouit inter epulas eſſe ſummè auſterus & abſtinens, inter amplas diuitias ſummè pauper. Hæc Clemens 5. cui Franciscus Petrarcha ſic aſtipulatur. *In ſupremo,* (inquit) *rerum culmine, & intra anguſtiſſimum ac Papalem thalamum, anguſtam ſibi eremiticamque cauernulam, meditatus, in alto humilis, inter turbas ſolitarius, inter diuitias pauper vixit, &c.* Sed ſunt alia plurima exempla, quæ breuitatis cauſa pertranſeo, quia hoc tanquam fatuum à noſtris reputatur: & vnuſquiſque Apoſtolicam iampridem perfectionem abiurauit

Et hoc quàm nefariè polluuntur.

Summa Epiſcoporum paupertas antiquis temporibus.

Nicephorus Calliſtus.

Conciliũ Carthaginenſe.

Seuerus Sulpitius Martinus paupertas.

Petrus Alliacenſis Clemens 5. Dionyſius Fabri Cœleſtinus.

Franciſcus Petrarcha.

Epiſcopi non turbulenti ſint, ſed diſcreti.] Iam multa diximus in vocabulo, corrigere & correptio, quia in his correctionibus maxima prælati moderaminis ratione vti debent, quod etiam in dictione, cædere. diximus Veruntamen quod forſan pretermiſſum fuerat, hic ſupplendum eſt. Concilium Agathense cano. 3. allegatur & à Gratiano cauſa 11. quæſt. 3. cap. Epiſcopus & ab Iuone libro 5. decretorum, *Epiſcopi* (ait) *ſi ſacerdotali moderatione poſtpoſita, innocentes aut minimis cauſis culpabiles excommunicare præſumpſerint, aut ad gratiam feſtinantes, recipere fortaſſe noluerint, à vicinis Epiſcopis cuiuſlibet prouinciæ litteris moneantur. Et ſi parere noluerint communio illis vſque ad tempus ſynodi a reliquis Epiſcopis non denegetur,*

Concilium Agathenſe.

ne forte

ne fortè propter excommunicationis peccatum excommunicati longo tempore permaneant. Vide ſimile ſuprà in dictione, clericus electus, ex Concilio Sardicenſi. hinc & BONIFACIVS II. epiſtolam ad Eulalium Alexandrinum Epiſcopum: *Humilitatem* (ait) *debemus tenere in mente, vt inde ordinis noſtri dignitatem ſeruemus in honore, quatenus in nobis nec humilitas timida, nec ratio ſit ſuperba.* Reliquum perquire in vocabulo, correctionis modus, &c.

Bonifacius 2.

Epiſcopi ordinem aſſumptionis obſeruent.] Hoc ſpecialiter inſeritur in dictione, ordo in Eccleſia ſeruandus. Veruntamen ſic ſpecialiter de Epiſcopis ſtatuit Concilium AGATHENSE canone 23. & allegat Gratianus diſtinct. 75. cap. Epiſcoporum. *Epiſcoporum quorum vitam non reprehenditur, poſteriorem priori nullus præponat, niſi fortè elatus ſuperbia, quod pro neceſſitate Eccleſiæ Epiſcopus iuſſerit, implere contemnat. Sanè ſi officium Archidiaconatus propter ſimpliciorem naturam implere aut expedire nequiuerit, ille loci ſui nomen teneat, & ordinationi Eccleſiæ quem elegerit Epiſcopus præponatur.* Idem omnino ſtatuit Concilium ANGLICANVM I. cap 8 vt refert BEDA VENERABILIS libro 4 cap. 5. de geſtis Anglorum. Sed & Concilium BRACARENSE I. canone 24. *Placuit vt conſeruato Metropolitani Epiſcopi primatu, cæteri Epiſcoporum ſecundum ſuæ ordinationis tempus alius alio ſedendi deferat locum.* Vide, Ordo in Eccleſia ſeruetur, &c.

Concilium Agathenſe.

Conciliũ Anglicanum 1.

Concilium Bracarenſe 1.

Epiſcopus hiſtrionico more non fingendus.] Vidimus aliquoties in theatris & ludis, atque in officiis etiam Eccleſiaſticis quoſdam, qui benedictiones Epiſcoporum & cætera ſimilia agerent quæ ſolis Epiſcopis reſeruantur, & ea tanquam poetilia quidem exiſtimantes, pro minimo duximus. Nam & narrat NICEPHORVS CALLISTVS lib. 8. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 44. qualiter Athanaſius à pueris coæuis per ludum ſit factus Epiſcopus, & electus, & qualiter etiam quoſdam baptizarit, vt diximus in dictione, Baptiſmus non iterandus. Sed quia hoc in abuſum proceſſit, Concil. GENERALE VIII. Conſtantinopolitanum 4. ſub Baſilio Imperatore canone 16. ſic prohibuit. *Colligere licet ſolenne fuiſſe in aulis principum, ſtatis quibuſdam diebus componere aliquem laicum inſignibus Epiſcopalibus, qui & tonſura & cæteris ornamentis perſonatum Epiſcopum ageret, & creaſſe etiam ridiculum Patriarcham quo ſe oblectarent: quæ omnia vt in dedecus Eccleſiæ accerſita prohibemus ſub grauibus cenſuris.* Hoc poſtea prohibuit etiam Concilium BASILEENSE generale ſeſſione 21. vt iam poſuimus ſuprà in vocabulo Eccleſia non ſit locus cõfabulationis, &c.

Nicephorus Calliſtus.

Conciliũ Cõſtantinopolitanum 4 generale.

Conciliũ Baſileenſe generale.

Epiſcopi (aut ſacerdotes) non leuiter aut faciliter accuſandi nec iudicandi.] Hoc iam aliquomodo probatum eſt in vocabulo accuſatio non facilè fiat. veruntamen quæ deſunt per ordinem hic diſponere ſatagemus DIONYSIVS AREOPAGITA epiſt. ad Demophilum Monachum, cum corripit, quòd ſacerdotem peccatorem peccata alteri ſacerdoti confitentem repulerit, vt alibi diximus. Tum ſubdit ita: *Ac tandem cum ſimilibus tuis contra fas omne irrupiſti in adyta, & ſancta ſanctorum profanare auſus es, & ſcribis nobis te ſancta, cum violanda eſſent, ſumma cura prouidentiaque ſeruaſſe, atque hactenus illibata cuſtodire. Nunc ergo quod ipſi ſentiamus attende. Nefas eſt ſacerdotem à miniſtris (qui ſe ſuperiores ſunt) atque à tuis ordinis viris iudicari, etiam ſi impius in diuina eſſe videatur, etiam ſi quid aliud ex his quæ interdicta ſunt egiſſe deprehendatur* (Et infrà) *Quia igitur, inquis, non oportet ſacerdotes qui vel impiè vel perperam aliquid facere deprehenſi fuerint, corrigi, ſolíſque licebit glorìantibus in lege per præuaricationem legis Deum inhonorare? Et qua ratione ſacerdotes prædicatores Dei ſunt? quo enim pacto diuinas populo virtutes enunciant, qui nec earum vires penitus norunt? Aut quomodo illuminabunt alios, qui ipſi ſunt tenebris obſiti? Quomodo item diuini ſpiritus gratiam præſtabunt, qui neque an ſit Spiritus ſanctus, habitu atque veritate crediderunt? Ad hæc tibi ipſe reſpondeo. Non enim inimicus demophilus eſt, nec patiar te circumueniri à Sathana. Vnuſquiſque profectò circa Deum aſtantium ordo ſacratior eſt magis abſiſtente atque diuinior, & lucidiora ſimul ſunt vtraque illuminadi ſeruantia maiorem: quæ verò lumini magis ſunt propinquantia, neque localiter velim accipias huiuſmodi propinquitatem ſed ſecundùm idoneitatem, qua ad Deum recipiendum ſunt accommodatiora. Si igitur qui illuminat ſacerdotum eſt ſancta diſtinctio, procul dubio ille à ſacerdotali ordine & virtute omnino prolapſus eſt, qui illuminans non eſt, multóque ſanè magis, qui neque illuminatus eſt. Atque vt mihi quidem videtur, audax nimium huiuſmodi eſt, ſi ſacerdotalia munia ſibi aſſumit, neque metuit, neque veretur ea quæ ſunt diuina propter meritum perſequi, putatque ea latere Deum quorum ſibi ipſe conſcius ſit, & ſe Deum fallere exiſtimat, quem falſo nomine appellat patrem, audetque blaſphemias ſuas (neque enim preces dixerim) ſacris aris inferre, eaſque ſuper ſigna illa diuina ad Chriſti ſimilitudinem dicere. Non eſt iſte ſacerdos, non eſt, ſed infeſtus, atrox, doloſus, illuſor ſui, & lupus in dominicum gregem ouina pelle armatus. At Demophilo ſas non eſt iſta corrigere. Nam ſi diuinus ſermo iuſta iuſtè proſequi iubet (iuſtè verò proſequi, & vnicuique ſuum eſt pro meritis reddere) iuſtè hoc omnis proſequi non propter ſuum meritum aut ordinem debet. Nam & Angelis iuſtum eſt officia ſecundum merita diuidi, vt & profectò diuiſa ſunt. At ſi quis fortè inter ipſos à recto tramite deuiarit, is ab æqualibus atque ſuis ordinis ſanctis corrigatur, vt non ordo in ordinem ruens cuncta permiſceat, ſed vnuſquiſque in ſuo ordine ſuoque officio maneat, &c.* Hæc iterum IGNATIVS MARTYR epiſt. ad Trallianos circa initium repetit & confirmat, vbi poſtquam præceptum dedit laicis, vt obediant Epiſcopis & Sacerdotibus: *Itaque* (ait) *reprehenſiones eorum ſicut ignis vrens cauendæ ſunt, ac ipſi quidem tales ſint, vos verò reuereamini eos tanquam Chriſtum Ieſum, cuius loci cuſtodes ſunt, vt Epiſcopus patris vniuerſorum typus & forma eſt. Presbyteri autem ſicut conſeſſus Dei, & coetus Apoſtolorum Chriſti. Sine his Eccleſia electa non eſt, non collectio ſacra, non congregatio ſanctorum, &c.* Hinc ANACLETVS I. epiſtola 1. ad omnes Epiſcopos: *Variis* (inquit) *detractionibus aut accuſationibus, non oportet labefactari iudices & primates Eccleſiæ. Sed magis Apoſtolorum & doctorum regulis informari ac roborari, vnde iuſtum eſt omnes in vniuerſo Romanorum orbe doctores legis, ea quæ legis ſunt rectè ſapere & operari, & non regulas naſcentis Eccleſiæ confundere, aut fidem aut doctrinam Apoſtolorum variis maculare doctrinis, nec fratres infeſtare. Si autem omnia in hoc ſeculo vindicata eſſent, locum diuina iudicia non haberent.* (hoc allegat Gratianus cauſa ſexta, quæſt. 1. capite. Si omnia) *Superuacuis enim ad beneficia laborat impendiis, qui ſolem certat facibus adiuuare. Ideo ſi aliquis putat, ideo ſe Deo in hoc placere, quòd ſeruos accuſat & vt meliores fiant, dicit ſe hoc agere, in vanum*

Dionyſius Areopagita.

Reſpõdet ab lectis quam etiam plurimi hodie faciunt

* Agit hic de Miſſæ ſacrificio, ô Hæretice, qui illam non inuenis in literis expreſſam ſummas nam hoc loco verba cõſecrationis quibus corpus Chriſti conficitur, apertè inſinuat, vt ſuo loco videbis liquidius.

Ignatius martyr.

Anacletus Papa.

aberat, & plus inuidiæ ſtimulis agitatur, quam charitatis, quoniam gratiæ plenitudo adiunctione non indiget, nec vlla requirit commendationis argumenta. Idem eadem repetit & epiſtola 2. Sed & eadem omnino profert EVARISTVS I. epiſt. 2. ad Epiſcopos Ægypti. vide & ſuprà detractio. Sed & in dictione, Papa vbi dicitur in excuſatione & purgatione POLYCHRONII Hieroſolymitani Epiſcopi capite 8. quod non licet quenquam Pontificem ſuum accuſare, quoniam iudex oon iudicabitur. hinc PIVS I. epiſt. 1. ad vniuerſos Chriſti fideles, & allegat Gratianus cauſa 6. quæſt. 1. cap. ooes & Iuo Carnotenſis libro 4 decreto. *Oues (ait) paſtorem ſuum non reprehendant Plebs verò Epiſcopum non accuſet, nec vulgus eum arguat, quoniam non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum, nec ſeruus ſupra Dominum. Epiſcopi autem a Deo ſunt iudicandi, qui eos ſibi oculos elegit. Nam a ſubditis, aut praua vita hominibus non ſunt arguendi. vel accuſandi, aut lacerandi, ipſo Domino exemplum dante, quando per ſeipſum & non per alium. vendentes ſacerdotes & ementes de templo eiecit.* Idem omnioo de doctoribus ſtatuit CALIXTVS I. epiſt. 1. ad Benedictum Epiſcopum & PONTIANVS I. epiſt. 2. ad Fœlicem Subdiaconum: *Sacerdotes dominus ad ſeruiendum ſibi elegit & familiares in tantum ſibi eſſe voluit, vt etiam aliorum hoſtias, per eos acceptaret, atque eorum peccata donaret, ſibi reconciliaret. Ipſi quoque proprio ore Domini corpus conficiunt & populis tradunt. De illis enim dictum eſt. Qui vos contriſtauerit, me contriſtabit, & qui vobis fecit iniuriam, recipiet id quod inique geſſit, & alibi: Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit. Hi enim non ſunt infeſtandi, ſed honorandi. In eis quoque Dominus honoratur, cuius legatione funguntur. Hi ergo ſi forte ceciderint, à fidelibus ſunt ſubleuandi & portandi. Accuſandi autem non ſunt ab infamibus & ſceleratis vel inimicis aut alterius ſectæ vel religionis hominibus. Si peccauerint à reliquis arguantur ſacerdotibus, ſed & a ſummis Pontificibus conſtringantur, & non a ſecularibus vel malæ vitæ hominibus arguantur vel arceantur.* Vide in vocabulo, detractio & infrà. Honor Eccleſiaſticis perſonis exhibendus &c. & ANTERVS I. epiſt. 1. ad Epiſcopos Prouinciæ Beticæ & Toletanæ: *Abſit (ait) vt quicquam ſiniſtrum de his loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos nos etiam Chriſtiani ſumus, qui claues regni cœlorum habentes, ante iudicij diem iudicant. Veteri quidem lege habetur, Quicunque ſacerdotibus non obtemperaſſet, aut extra caſtra poſitus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice ſubiecta contemptum expiabat cruore. Nunc verò inobediens ſpirituali animaduerſione truncatur, & eiectus ab Eccleſia, rabido dæmonum ore diſcerpitur.* Idem omnino FABIANVS I. epiſt 2. ad Epiſcopos Orientales circa medium & circa finem. *Sancti (ait) Apoſtoli eorumque ſucceſſores ſpiritu Dei repleti, malos homines præuidentes & de ſimplices conſiderantes, difficilem aut nunquam voluerunt eſſe accuſationem ſacerdotum, ne à malis potuiſſent euerti aut ſubmoueri: quia ſi hoc facilè concederetur ſecularibus & malis hominibus aut nullus, aut vix perpauci remanerent, quoniam ſemper fuit & eſt, & quod peius eſt, minime viget, vt mali bonos perſequantur, & carnales ſpirituales infeſtent. Idcirco vt prædictum eſt ſtatuerunt ne accuſarentur, aut ſi aliter fieri poſſit perdifficilis eorum fieret accuſatio, & à quibus non præſumeretur, neque a propriis ſedibus aut Eccleſiis Epiſcopi eiicerentur.* Vide infrà Idem om-

Margin: Euariſtus 1. — Polychronius Epiſcop. Hieroſolym. — Pius 1. — Matth 10. Lucæ 6. — Ioan. 2. — Pontianus 1. — Zachar. 2. Luc. 10. — Sacerdotes portandi, ſi deliquerint. — Anterus 1. allegatur à Gratiano cauſa 17. quæſt 13. cap. Abſit. — Deuter. 17. — Fabianus 1.

A nino eadem ſtatuit epiſt. 3. quæ eſt ad Hilarium & CORNELIVS I. epiſt. 2. ad Rufum. Idem STEPHANVS I. epiſt. 2. ad omnes Epiſcopos. Idem quoque & LVCIVS I. epiſt. 1. ad Galliæ & Hiſpaniæ Epiſcopos: *Epiſcopi (ait) non ſunt leuiter accuſandi vel detrahendi, quia iniuria eorum ad Chriſtum pertinet, cuius vice & legatione funguntur in Eccleſia, vnde nobis & omnibus qui nobiſcum ſunt in noſtro ſolatio ſicut & olim factum inuenimus, conſtitui placuit, vt criminationes maiorum natu per alios non fiant, niſi per ipſos qui crimina intendunt, ſi tamen ipſi digni & irreprehenſibiles apparuerint, & actis docuerint publicis, omni ſe carere ſuſpicione, atque immaculata, & irreprehenſibilem fidem ac conuerſationem ducere. Vnde placuit vt a quibuſdam iudicibus Eccleſiaſticis ad alios Iudices Eccleſiaſticos, vbi eſt maior authoritas, ſi fuerit prouocatum, audientia non negetur.* Vide ſuprà accuſator, & accuſatio, & infrà. Idem omoino ſtatuit & IVLIVS I. epiſt ad Orientales Epiſcopos pro Athanaſio capite 3 & 4. hinc STEPHANVS I. epiſt. 2. ad omnes Epiſcopos. *Criminationes aduerſus doctorem nemo ſuſcipiat, quia magis ſunt portandi quam lædendi aut infamandi.* Hinc EVSEBIVS I. epiſt 1. ad Epiſcopos Ægyptios: *Oues quæ paſtori ſuo commiſſæ ſunt, eum nec reprehendere (niſi a recta fide exorbitauerit) debent, nec vllatenus accuſare poſſunt, quia facta paſtorum oris gladio ferienda non ſunt, quanquam rectè reprehendenda videantur.* Idem epiſt. 3. ad Epiſcopos campaniæ & Tuſciæ idem omnino repetit. *Ab Apoſtolis (ait) eorumque ſucceſſoribus nonimus conſtitutum, criminationes aduerſus doctores non debere ſuſcipi, nec peregrina iudicia fieri, nec quenquam alterius iudicio quam ſui ſententia debere conſtringi. Caput enim Eccleſiæ Chriſtus eſt, Chriſti autem vicarij ſacerdotes ſunt qui voce Chriſti legatione funguntur in Eccleſia. Idcirco quidquid ad eorum ſit iniuriam, ad Chriſtum pertinet, qui dixit: Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Eadem repetit SYMMACHVS I. in Synodo Romana 5. quam celebrauit Epiſcoporum 218. vt infrà dicetur. Porrò Concilium CHALCEDONENSE generale 4. canone 21. actionis 15. allegatur à Gratiano diſtinct. 71. cap. clericos & cauſa 2. quæſt. 7 clericos. *Clericos ſiue laicos, qui accuſauerint Epiſcopum aut clericos temere atque indifferenter, non debere ſuſcipi in accuſationem, niſi prius eorum opinio fuerit perſcrutata.* Hic Canon recitatur à NICOLAO I. epiſtola ad Michaelem Imperatorem pro cauſa Ignatij Epiſcopi Conſtantinopolitani iniuſtè pulſi, hinc Patres eiuſdem concilij Chalcedonenſis actione 9. & 10. ideò ibam Edeſſenæ ciuitatis Epiſcopum abſoluerunt, quia innocens & abſens fuerat accuſatus à ſuis miniſtris: ſimul & actione 11. Baſſianus Epiſcopus Epheſius de ſimili facto conqueritur & abſoluitur vt alibi dicetur. hinc & IOANNES I. epiſt. 1. ad Zachariam Epiſcopum & allegatur à Gratiano cauſa 2. quæſt. 7. cap. Oues. *Oues quæ paſtori ſuo commiſſæ fuerint, eum nec reprehendere, niſi à recta fide exorbitauerit debent, & nullatenus accuſare poſſunt, quia facta paſtorum oris gladio ferienda non ſunt, quanquam rectè reprehendenda videantur.* Et PELAGIVS II. epiſt. 2. ad Epiſcopos Italiæ & Campaniæ, & allegat Gratianus cauſa 3. quæſt. 5. cap. canonica. *Reprobandi ſunt qui prælatos ſuos reprehendunt vel accuſant: Vnde canonica ſanctorum patrum ſtatuta, ne columna ſanctæ Eccleſiæ vacillent ſequentes ac roborantes omnes infames cunctoſque ſuſpectos vel inimicos, & eos qui non ſunt eorum gentis,*

(B, C, D, E mark the later sections of the page.)

Margin: Cornelius 1. Stephanus 1. — Lucius 1. allegatur à Gratia. cauſ. 2. quæſt 7 cap criminationes. — Iulius 1. — Stephanus 1. — Euſebius 1. — Epheſ. 5. Colloſſen. 1. Lucæ 10. — Symmachus 1. — Concilium Chalcedonenſe generale 4. — Ioannes 1. — Pelagius 2.

vel

Qui excludũtur ab accuſatione Epiſcoporum vide etiam accuſatur.

A

vel quorum fides vita & libertas neſcitur, & qui non bonæ conuerſationis, vel quorum vita eſt accuſabilis, ab omni accuſatione Epiſcoporum funditus ſubmouemus. Similiter & omnes quos diuina leges mortuos appellãt ſubmouendos eſſe ab eadem accuſatione, & publicæ pœnitentiæ ſubmittẽdos iudicamus. Item prohibet ſubſequenter, ne prætextu inuidiæ & maleuolentiæ in Epiſcopum, res eius furentur. Vide alibi repoſitum.

Concilium Aquiſgranẽſe 1. ſub Ludouico 1. Imperat. Hieronymus Stridonenſis.

Hinc Concilium Aqvisgransnse I. cap. 97. citat Hieronymvm, epiſtola ad Heliodorum: *Abſit* (ait) *vt quicquam de his ſiniſtrum loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos nos etiam Chriſtiani ſumus* (hoc ex Antero I. Hieronymus mutuauit) *qui claues regni cœlorum habentes, quodammodo ante diem iudicij iudicant, qui ſponſam Domini ſobria caſtitate conſeruant.*

B

Nicephorus Calliſtus Adrianus 1.

Hinc Nicephorvs Callistvs, libro 8. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap.16. (& Adrianvs I. profert contra hæreticos iconomachos in collectorio Canonum)

Conſtantini reuerentia in ſacerdotes & Epiſcopos.

Conſtantinum refert de Epiſcopis accuſatis ſic dixiſſe accuſatoribus ipſorum: *Veſtra* (ait) *accuſationes tempus habebunt proprium, id eſt, diem magni iudicij: iudicem verò illum qui tunc futurus eſt omnibus iudicare. Mihi ergo homini conſtituto de huiuſmodi rebus non licet habere auditorium, ſacerdotum ſcilicet accuſantium & ſimul accuſatorum, quos minimè conuenit tales debere monſtrari, qui iudicentur ab aliis, cum ab ipſo domino magis ipſi ſint iudicandi, de*

C

quibus ait Propheta, Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat. Nec qui poſſunt humano condemnari examine, quos Deus ſuo reſeruauit iudicio.

Pſal. 81.

Denique ſimile exemplum Conſtantino narrat Rvffinvs Aqvisgransnsis lib.10.cap.2. vt etiã Concilium Parisiense III. lib.3.cap.19 memorat allegans & Isidorvm in libro ſententiarum ſic ſcribentem:

Ruffinus Aquileienſis Cõcilium Pariſienſe 3.

Iſidorus Hiſpalenſis.

Rectoreſq́; (ait) *à Deo ſolummodo, non à ſubditis ſunt iudicandi, & pro moribus reprobis tolerãdi magis, quam à plebe ſunt diſtinguẽdi.* Et huiuſmodi iudiciũ prohibet, admonẽs ſacerdotes vt ſubditis ſuis locum detrahendi non relinquant ſancta & Deo digna conuerſatione: quod & lib.3.cap.8. iterum tenorat.

D

Nicolaus 1.

Hoc Conſtantini memorabile factum etiam Nicolavs I. epiſtola ad Michaëlem Imperatorem memorat, vt dicemus in vocabulo, Honor. Tum idem Nicolaus, ſubdit: *Quoniam multi Eccleſiaſticum ordinem confundere ac ſubuertere volentes amore inimicitiæ, & calumnioſe cauſas quaſdam contra diſpenſatores Eccleſiarum, orthodoxos Epiſcopos, confingunt, nihil aliud quàm fœdare ſacerdotum exiſtimationes, & turbationes pacatorum populorum conficere conantes: propter quod placuit Concilio Generali II. Conſtantinopolitano I. cano. 6. ne ſine diſcuſſione admittantur accuſatores, nec omnibus permittatur accuſationes facere contra diſpenſatores Eccleſiarum, quod iam de multis diximus Epiſcopis, qui*

Concilium Cõſtantinopol. 1. generale 2. cõtra Macedon.

E

iniuſtè à ſede pulſi poſtea a ſummo Pontifice reſtitui meruerunt (vide infrà.) Porrò Idem Nicolaus I. conſequenter docet Epiſcopum à ſubditis ſuis iudicari non poſſe, & hæreticos non poſſe vocem habere in accuſatione Epiſcoporum. Hæreticos autem intelligit (vt allegat etiam Gratianus cauſa 4. quæſt.7 cap.1.) tam eos qui olim ab Eccleſia proiecti ſunt, quàm qui poſthæc anathematizari meruerunt. Vide ſuprà, Accuſatores qui eſſe non poſſint, &c. & infrà, Teſtis. Porrò idem Nicolaus I. infinitis probat exemplis ſubditos non temerè accuſare debere prælatos, ne vnde rectè mala redarguunt, inde per elationis impulſum in

A

profundiora mergantur, vt ait Gregorivs I. lib.3 Paſtoralium. cap.5.

Gregorius 1.

Hinc Idem Nicolaus I. refert Sixtum Epiſcopum Romanum Euphemium Epiſcopum damnaſſe. nec aliud in depoſitione eius obiecisse, niſi quòd Polychroniũ Hieroſolymitanum Epiſcopum Pontificem ſuum accuſauerit (vt ſuperiùs iam meminimus, & latiùs in vocabulo, *Romana Eccleſia Primatus.* Et, *Papa a nemine iudicandus*, continetur) nam vt dictum eſt licet ſuũ Pontificem veraciter accuſaret, eo quod Polychronius ſedem Hieroſolymitanam primam eſſe affirmabat, & per ſimoniacam hæreſim ordinationes faciebat, vt alibi dicemus: *Ex te* (ait) *damnaberis, quoniam Pontificem qui te conſecrauit*

B

coepiſcopum condemnaſti & accuſaſti. Non licet enim cuiquam accuſare Pontificem ſuum, quoniam iudex non iudicabitur. Confirmat huic ſententiæ Sylueſter (proſequitur Nicolaus) *dicens, neque ab Auguſto, neque ab omni clero, neque à Regibus, neque à populo iudex iudicabitur, haud dubium quin Eccleſiaſticus.*

Pelagius 1.

Vide Imperator & Princeps Pelagivs quoque I. cuidam Francorum Regi ſcribens, & Sabaudo Arelatenſi Archiepiſcopo qui ab inferiori Epiſcopo iudicatus fuerat, id factum reprehendit: *Quia hoc* (ait) *nulla Eccleſiaſtica lege vel ratione conceditur.*

Gregorius 1.

Gregorivs quoque I. clero Mediolanenſi ſcribens pro eligendo ſibi Epiſcopo: *Iudicari* (ait) *a vobis vltra non debet ſemel prælatus, ſed tanto nunc ſubtiliter iudicandus eſt, quanto*

C

poſtmodum iudicandus non eſt. Vnde colligit præter hæreſim ſubiectos non poſſe legitime de prælati ſui vita iudicare, nec cuiuſuis ſit meriti, temerè reprehendere? quod adhuc Dionyſij Areopagitæ teſtimonio probat, epiſtola ad Demophilum (vt habes in initio huius annotationis) qui in cauſa pietatis delinquẽtem ſacerdotẽ, nefas ſancit à minoribus vel ab inferioribus iudicari, ne fiat in Eccleſia Dei aliquid inordinatum, & ſtatus eius in aliquo confuodatur. Denique quod Ignatius Conſtantinopolitanus à ſuis non potuerit ſuffraganeis iudicari, ſic prædictus Nicolaus probat, & allegatur à Gratiano diſtinct. 21. capite, Nunc au-

D

tem. Ex actis Marcellini Papæ (vt dicemus) *Papa a nemine iudicandus*) qui dum idolis ſacrificaſſe deprehenſus eſſet, & hoc ipſe eſſet cõfeſſus, nullus tamen Epiſcoporum in Concilio Romano tunc ſuper hoc negotio congregatorum proferre in eum ſententiam auſus eſt, dum ei omnes ſæpius dicerent: *Tuo ore iudica cauſam tuam, non noſtro iudicio.* Et iterum: *Noli* (aiunt) *audiri in noſtro iudicio, ſed collige in ſinu tuo cauſam tuam.* Et rurſus: *Quoniam* (aiunt) *ex te iuſtificaberis, & ex ore tuo condemnaberis.* Et dicunt iterum. *Prima ſedes non iudicabitur à quoquam.*

Papa non poteſt à quopiam iudicari nec cõdemnari, vide in vocabulo, Papa.

Sylueſter 1. in concilio Romano 1.

Hinc Sylvester I. fecit gradus in gremio ſynodi, vt non preſbyter aduerſus Epiſcopum, non diaconus aduerſus preſ-

E

byterum, non ſubdiaconus aduerſus diaconũ non acolytus aduerſus ſubdiaconem, non exorciſta aduerſus acolytum, non lector aduerſus exorciciſtam, non oſtiarius aduerſus lectorem, det accuſationem aliquam, neque præſul ſummus à quoquam iudicabitur, &c. Sed cùm quodam tempore quidam contra Sixtum III. Papam tentaſſent quædam non boni rumoris obiicere, & in Concilio cui Valentinianus Auguſtus intererat, dictum fuiſſet, non licere aduerſus Pontificem dare ſententiam ſurrexit idem protinus Imperator & in arbitrio præfati Pontificis tribuit iudicare iudicium ſuum. Etenim nullus Pontificum minorum vel inferiorum vrbium ſubactus iudiciis inuenitur.

tur. Vnde Ioannes Antiochenæ ſedis Epiſcopus inter cætera legitur in Epheſina ſynodo vſque ad correctionem damnatus, qui Cyrillum Alexandrinæ ſedis Epiſcopum quæ eſt ſecunda ſedes,& Antiochena tertia, irregulariter damnationi præſumpſit addicere, eadem venerabili Synodo ad Cæleſtinũ ſummæ ſedis præſulem taliter in ſcriptis poſtulante ac dicente: *Indignetur ergo tua religioſitas competenter pro his quæ facta ſunt. Si enim data fuerit volentibus licentia & maiores iniurijs ſedes afficere,& contra eas in quibus non habent poteſtatem, contra leges ſic & contra canones proferre ſententias, ibunt ad vltimam confuſionem Eccleſiæ res.* Idem factum recenſetur in Concilio CHALCEDONENSI generali IV. in cauſa Flaminiani, vt alibi dicetur. Denique ſi in epiſtola legimus ad Hebræos, quòd minor à maiore benedicatur, reſtat profectò, vt exigente ratione etiam maledicatur. Siquidem hæc vtique prænoſcentes periculoſa tempora, illi qui ante nos fuerunt, prouidam in Eccleſiis conſuetudinem tradiderunt (hoc allegatur à Gratiano diſtinct. 21. cap. Denique) hodiéque in Eccleſia Romana (quæ magiſtra eſt omnium Eccleſiarum) impræter miſſè ſeruatur, ita vt nullus ſacerdos maiore ſuo non iubente conſacerdote, cuilibet rei benedicere nitatur. Sed & anterior ſtans ad pronunciandum aliquam lectionem, benedictionem quidem poſtulat, ſed ei quilibet inferior non audet penitus benedicere: cur hoc? Nunquid benedicere peccatum eſt? Abſit. De maledictis enim non de benedictis dicit Apoſtolus, quia regnum Dei non poſſidebunt: ſed per hoc innuitur quantæ cenſuræ freno inferiores quique à ſuis iudicandis præpoſitis coërcendi ſint. Si his nec etiam benedicendi ius vllum penitus obtineant. Intantum autem hanc præſumptionem ſancti Patres apud Chalcedonem deteſtati ſunt, vt Dioſcorum Alexandrinum antiſtitem inter cętera idcirco potiſſimum ſine vlla reſtitutione damnauerint, quia in cõtumacia permanens erga primæ ſedis Romanæ priuilegium, etiam excommunicationem aduerſus Papam dictauit. Vnde Anatolius, in Concilio prædicto publicè clamauit: *Propter fidem non eſt damnatus Dioſcorus, ſed quia excommunicationem fecit Domino Archiepiſcopo Leoni.* Vnde aptè in AFRICANO Concilio, cano. 53. diffinitum eſt: *Ita vnuſquiſque noſtrum ordinem, ibi decretum à Deo cognoſcat, & poſteriores anterioribus deferant, nec eis inconſultis aliquid agere præſumant.* Vnde & GELASIVS I. ad Epiſcopos Dardaniæ, & alia ad Epiſcopos Orientales,& allegatur à Gratiano diſtinct. 21. cap. Inferior (inquit) *de ſecundæ ſedis ageretur antiſtite nec ab inferiore qualibet, ſed à prima ſede iure poteſt abſolui. Inferior quippe potiorem abſoluere non poteſt. Sola ergo potior inferiorem conuenienter abſoluit.* Hinc liquidò peruidetur, quia quem non poteſt abſoluere non poteſt iudicio inferior potiorem ligare, quod in cauſa Symmachi Papæ probatur. Qui à Theodorico Arriano multis cũ accuſantibus impetitus, tamen Pontificum congregatorum ſententia concluſum eſt, ſummæ ſedis Antiſtitem nõ poſſe minorum ſubiacere iudicio. Sed de his dicetur in vocabulo Papa à nemine iudicãdus. Quę autem ſuperiùs allata ſunt, Gratianus refert diſt. 21. per totum. Porrò de Epiſcopis & prælatis non facilè iudicandis & accuſandis Concilium LATERANENSE GENERALE ſub Innocentio III Patrum 1215 cap 8. omnino ſuperioribus cõformia decreta donat & hęc ſuperiora aſtruit proinde decreta ne criminarentur iniuſtè,& vt cauerent delinquere inſolenter, vt criminalis accuſatio, quæ ad diminutionem capitis, id eſt, degradationem intenditur, niſi legitima præcedat inſcriptio, nullatenus admittatur. pro exceſſibus autem quę ſine ſcandalo tolerari non poſſunt, non ex odij fomite, ſed charitatis affectu procedatur, vt pro grauibus exceſſibus, ſi non degradentur ab ordine, ab adminiſtratione tamen admoueantur. Eadem latius exponit Concilium LATERANENSE ſub Leone X ſeſſio 9. tam de Epiſcopis quam Abbatibus non leuiter accuſandis aut calumniis appetendis. Vide Detractatio, & Appellatio, Accuſatio, Teſtis, Papa, Honor, & Princeps, & Laicus, &c. Vide ſequentia.

Epheſina ſynodus generalis 3.

Cõcilii Chalcedonenſe 4. generale. Hebræo 7.

Ritus & obſeruatio ordinum in Eccleſia Romana.

1. Corinth. 6.

Impius Dioſcorus S. Leonem I. Papam excommunicare auſus.

Concilium Africanum ſub Bonifacio I.

Gelaſius I.

Cõcilium Lateranenſe ſub Innocentio 3.

Concilio Lateranenſe ſub Leone 10.

Epiſcopus non afficiendus contumeliis, &c.] Require ſuprà Clericus, & ſuperiori annotatione.

Epiſcopi quatenus debeant accuſari corrigi,& in iudicium prouoc[ari], &c.] Hoc iam ſuperiori annotatione ſæpius oſtenſum: videlicet ſi fuerit hæreticus, vel malè de Catholica fide ſentiens. Porrò vt hoc & aliis de cauſis poſſe fieri liquidiùs pateat, attende quæ ſubnectuntur CLEMENS I. epiſto. 1. ad Iacobum fratrem Domini: *Epiſcopi aut, ſi exorbitauerint, à ſubditis non ſunt reprehendendi vel arguendi, ſed ſupportandi, niſi in fide errauerint. Illi ergo ſuper iſtos ſunt, non autem iſti ſuper illos, quoniam maior à minore, nec argui, nec iudicari poteſt.* Idem omnino CORNELIVS I. epiſt. 2. ad Rufum Epiſcopum Orientalem, vt iam ſuperiùs poſuimus & ANACLETVS I. epiſt. 3. ad omnes Epiſcopos: *Paſtor* (inquit) *deſidioſus tolerandus eſt. Doctor autem vel paſtor Eccleſiæ, ſi à fide exorbitauerit, erit à fidelibus corrigendus, ſed pro reprobis moribus magis eſt tolerandus, quàm reſtringendus: quia rectores Eccleſiæ à Deo iudicandi ſunt, ſicut ait Propheta: Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem Deos adiudicat. Vnde oportet vnumquemque fidelem ſi viderit aut cognouerit plebem aduerſus paſtorem ſuum tumeſcere, aut contra clerum detractionibus vacare, hoc vitium pro viribus extirpare, prudenterq́; corrigere ſatagat, nec eos in quibuſcunque negotiis miſceri, ſi incorrigibiles apparuerint, antequam ſuo reconcilientur doctori, præſumat. Quoniam tam ſacerdotes quàm reliqui fideles omnes ſummam curam habere debent de his qui pereunt, quatenus eorum redargutione aut corrigantur à peccatis, aut ſi incorrigibiles apparuerint, ab Eccleſia ſeparentur.* Idem & EVARISTVS I. epiſt. 2. ad Epiſcopos Ægypti, licet tamen clericis Epiſcopos aut Doctores accuſare & deferre non ſit licitũ, vt ex ſuperioribus teſtimoniis probatum eſt hoc tamen intelligitur, niſi ſcandaloſa ſit, vel hæreſim ſapiens, eorũ vita & doctrina: quia tunc iuſtè ſunt accuſandi & prouocandi ad ſynodum, vt Dioſcorum prouocarunt ad Synodum Chalcedonenſem,& ad Leonem primum THEODORETVS & ISCHYRION diaconi Alexandrinæ Eccleſiæ, & Athanaſius preſbyter eiuſdem Eccleſiæ, eò quòd aduerſus ſanctã Trinitatem blaſphemus eſſet,& hæreticus, & homicida, vt ex epiſtolis eorundem conſtat, miſſis ad præfatam ſynodum, quæ inſeruntur actione 3. eiuſdem, vbi & plurima eius ſcelera recenſentur, vt dicetur infrà. Sic & CLERICI ANTIOCHENI & monachi ſuum Epiſcopum, Seuerum hæreticum audacter multis criminibus inuolutũ accuſant, apud Ioannem Hieroſolymorũ Epiſcopum, epiſtola ad eum miſſa,& Concilium HIEROSOLYMITANVM ſub eodem celebratum,

* Sub nomine Epiſcopi intellige omnes prælatos tam ſuperiores quàm inferioris gradus.

Clemens I.

Cornelius I.

Anacletus I.

Pſal. 81.

Hoc allegat Gratian. cauſ. 24. q. 3. cap. Tã ſacerdotes.

Euariſtus I.

Exempla eorũ qui iuſta Epiſcopos & prælatos detulerunt.

Theodoretus & Iſchyrion diaconi Alexand.

Clerici Antiocheni.

Concilium Hieroſolymitanum

quæ

quæ eſt inſerta actio.1. Generalis V. Concilij Conſtatinopolitani II. Eum autem accuſant (vt in vocabulo, Hæreticus expreſſiùs docetur) quòd canones Patrum negligeret, vaſa ſacra diriperet, ſanctos perſequeretur, & interficeret. Qui Seuerus in prædicta Synodo generali Conſtantinopolitana omnium calculo damnatus & anathematizatus eſt. Sic & Petrus Epiſcopus Apamearum multis notatus ſceleribus accuſatur à clero ſuo apud eandem generalem V. Synodum actione 1. reperiuntur multæ tales accuſationes Epiſcoporum quæ legitimæ inuentæ ſunt de quibus alias.

Conciliū Aurelianenſe 5.

An autem liceat Epiſcopum in iudicium prouocare Concilium AVRELIANENSE V. ſub Pelagio I. cano.17. *Placuit (ait) vt ſi quæcunque perſona contra Epiſcopum vel actores Eccleſiæ ſe propriū crediderit habere negotium, priùs ad eum recurrat, charitatis ſtudio, vt familiari aditione commonitus, ſanare ea debeat, quæ in querimoniā deducuntur. Quam rem ſi differre voluerit, tunc demum ad Metropolitani audientiam veniatur. De qua re cum literas ſuas Metropolitanus ad comprouincialem Epiſcopum dederit, & cauſa ipſa inter vtroſque, quacunque occaſione amicis mediis non fuerit definita, vt ipſi Metropolitano neceſſarium ſit in eodem negotio iterare ſcriptum, & ſecundo admonitus aut mittere aut venire diſtulerit, tandiu à charitate Metropolitani ſui nouerit ſe eſſe ſuſpenſum, donec ad præſentiam eius veniens, cauſa ipſius de qua petitur, reddiderit rationem. Quod ſi patuerit Epiſcopum ipſum contra iuſtitiam fatigatum, is qui eum iniuſta interpellatione pulſauit, anni ſpatio à communione Eccleſiaſtica ſuſpendatur. Si vero Metropolitanus à quocunque comprouinciali Epiſcopo bis fuerit in cauſa propria appellatus, & eum audire diſtulerit, ad proximam ſynodum, quæ conſtituitur, negotium ſuum in Concilio licentiam habeat exercendi, & quidquid pro iuſtitia à comprouincialibus ſuis ſtatutum fuerit, ſtudeat obſeruare.* Vide & ſuperiùs, Clerici ad iudiciū nō trahendi, &c. & quæ ſequuntur.

Sixtus 1.

Epiſcopus Epiſcopum excommunicare non præſumat nec deponere.] SIXTVS I. epiſtola ad omnes Epiſcopos: *His conſideratis atque cum reliquorum Epiſcoporum decretis, tanquam omnium curam gerentes, propter ſedis propriæ apicem decernimus vt nemo Pontificum, aliquem ſuis rebus expoliatum Epiſcopum, aut à ſede pulſum excommunicare aut iudicare præſumat, quia nō eſt priuilegium, quo expoliari poſſit iam nudatus. Si quis autem aliter agere præſumpſerit, ſciat cenſuram huius ſedis cum omnibus membris ſuis ſibi venturam: & ſicut egerit, ita recipiat: ſi bene, bene: ſi grauè, grauè: ſi peſſimè, peſſimè.* Quoniam dignus eſt operarius mercede ſua.

Lucæ 10. Sixtus 2. Iulius 1.

Idem SIXTVS II. epiſt.2. ad Epiſcopos Hiſpaniæ. Et IVLIVS I. epiſto 1. ad Orientales Epiſcopos, vt infrà dicetur. Hic ſcito quòd tet licet vocare Epiſcopum criminoſum, antequam condemnetur, ſi voluerit, vt teſtātur Patres Concilij EPHESINI generalis III. epiſt. 2. ad Valentinium & Theodoſium. Vide ea quæ in ſequētibus ponuntur, quia cohærent.

Conciliū generale 3. Epheſinum 1.

Sixtus 2.

Epiſcopus ſpoliatus nō poteſt iudicari. Hoc iam ſuperiori diſtinctione inſinuatum eſt ex Sixto I. cui & aſtipulatur. SIXTVS II. epiſt. 2. ad Epiſcopos Hiſpaniæ, & allegatur à Gratiano cauſa 2. quæſt. 7. cap. Si quis. *Audiuimus inter vos accuſationes exerceri, & pulſos à ſedibus Epiſcopos, aut ſuis rebus expoliatos iudicari. Quapropter ſtatutum eſt, vt ſi quis contra Epiſcopum vel actores Eccleſiæ ſe proprium crediderit habere negotium, non prius adeat iudices, quàm ad eos recurrat, charitatis ſtudio, vel familiari colloquio commoniti, ea ſanare debeant quæ in querimoniam deducuntur, quod ſi aliter egerit communione priuetur.* IDEM ibidem, & allegatur à Gratiano, cauſa 2. quæſt. 2. cap. Nullus: *Nemo Pontificum deinceps aliquem Epiſcopum ſuis expoliatum rebus aut à ſede pulſum, excommunicare, aut iudicare præſumat, quia non eſt priuilegium, quo expoliari poſſit iam nudatus.* Idem IVLIVS I. cap.8. Decretorum ad Orientales Epiſcopos pro Athanaſio. Vide quod ſequitur, quia idem eſt.

Iulius 1.

Zepherinus 1.

Epiſcopus ſede pulſus iniuſtè, reſtabiliendus.] ZEPHERINVS I. epiſt.2. ad Epiſcopos Ægypti, & allegatur à Gratiano, cauſa 2. quæſt.2. cap. Præceptum & ab Iuone, lib.4. decret. *Nunciatum eſt ſedi Apoſtolicæ per apocrypharios veſtros, quoſdam fratrum noſtrorum, Epiſcoporum videlicet, ab Eccleſiis & ſedibus propriis pelli, ſuáque eis auferri ſupellectilia, & ſic nudos & expoliatos ad iudicia vocari, quod omni ratione caret, cum conſtituta Apoſtolorum eorumq́ ſucceſſorum, & præcepta Imperatorum, ac conſtitutiones legum idipſum prohibeāt, & Apoſtolicæ ſedis authoritas idipſum vetet fieri. Præceptum eſt ergo in antiquis ſtatutis* (vide ea quæ ſuprà memorata ſunt, & quæ infrà dicentur) *Epiſcopos eiectos atque ſuis rebus expoliatos, Eccleſias proprias recipere, & primo ſua omnia eis reddi, & tum demum ſi quis eos iuſte accuſare voluerit, æquo periculo facere, iudices eſſe decernentes Epiſcopos, recta ſapientes, & in Eccleſia conuenientes, vbi teſtes eſſent ſingulorum, qui oppreſſi videbantur, nec prius eos reſpondere debere, quàm omnia ſua eis & Eccleſiis eorum legibus integerrimè reſtituantur.* Hinc ſuffragatur FOELIX II. & Concilium ROMANVM ſub eo celebratum epiſt 1. ad Athanaſium & vniuerſos Epiſcopos Ægypti & Libyæ Alexandriæ congregatos, cano.4. *Si quis Epiſcopus fuerit ſuis rebus expoliatus, aut à ſua Eccleſia vi aut timore expulſus, quod omni Chriſtiano nomini eſt inimicū, oportet & decet Epiſcoporum propoſitum ſemper prima fronte cedere, vt omnia quæ ei ablata ſunt, poteſtati eius legaliter reddantur, & præſul priùs reſtituatur, & poſtea non ſtatim, ſed diu & per ſpatioſa tempora, ſuis poteſtatiuè diſpoſitis, & ad ſuam neceſſitatem præparatis, ad tempus veniat ad cauſam, & ſi iuſte viſum fuerit, accuſatoribus ſuis reſpondeat, &c.* Meminit CASSIODORVS SENATOR, lib 5. Tripartitæ hiſtoriæ, c.34. Cyrilli Hieroſolymitani, Georgij Alexandrini, Vranij Tyri, & aliorum multorum, qui ſub Conſtantio damnati ſunt, cauſam proferre poſſemus, ſed prolixitas animum auertit. Pete hiſtoriam, cap.34. & 36. vbi de Cōcilio agit Ariminenſi.

Fœlix 2.

Conciliū Romanum ſub eodem.

Caſſiodorus Senator.

Theodoretus iniuſtè expulſus recipit ſedem.

Sic iniuſtè in 2. Epheſina & illegitima Synodo condemnatus & expulſus Theodoretus Cyrenſis Epiſcopus, coram Leone I. cauſam ſuam agit, eiúſque implorat auxilium, epiſtola ad eundem directa, quæ ſedet poſt 60 epiſtolā eiuſdem Leonis: *Supplicationem meam* (ait) *ne reſpuatis, nec miſeram caniciem deſpiciatis, quæ poſt tot labores affecta eſt contumeliis: veſtram enim expecto ſententiam, &c.* Eius epiſtola valde compaſſiua eſt & lugubris, quę certè pij Patris animum verè ſanctum & innocentem denunciat, ei autem Epiſcopatus redditus eſt à Leone, à quo multú eſt commendatus, vt legitur actione prima Cōcilij Chalcedonenſis. Nam præfato Concilio aſſiſtēs actione octaua, coram Patribus anathematizauit Neſtorium & Eutychem, & omnibus acceptus patribus Eccleſiæ propriæ magna cum laude redditur. Similiter & in EODEM Concilio Chalcedonenſi actione 9. & 10. iudicata cauſa iniuſtè

Theodoreti commendatio.

expulti

Ibæ Edeſſeno Epiſcopo Eccleſiæ propriæ reſtituitur.

expulſi Ibæ Edeſſenæ ciuitatis Epiſcopi. Epiſcopatum eidem iniuſtè ablatum patres reſtituerunt. Sic Flauianus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, & Euſebius Dorylai Epiſcopus, duo magni propugnatores fidei, qui in adulterina Ephesina Synodo II. à Dioſcoro & reliquis hæreticis, ob damnationem & accuſationem Eutychetis fuerant iniuſtè Epiſcopatibus ſpoliati, ſententia & iudicio præſidentium Chalcedonenſi Concilio prædicto, propriis ſunt ſedibus reſtituti, & illi Epiſcopi qui eos damnauerant ab Epiſcopali dignitate alieni facti ſunt, vt in geſtis præfati Concilij legitur.

Exempla alia Epiſcoporum ſedi reſtitutorum.

Euagrius Hiſtoriographus.

Et teſtatur Evagrivs, lib.2. hiſtoriæ, acclamantibus omnibus Patribus, hoc rectè factum. Et licet Flauianus Conſtantinopolitanus B in exilio ante reuerſionem moreretur, iuſſu tamē principum Auguſtorū in ciuitatem ſuam deportatus eſt, & humatus prope altare Apoſtolorum, quod ante factum fuit, & Ioanni Chryſoſtomo qui in exilium miſſus fuerat, vt narrat copioſè Nicephorvs Callistvs, lib.13. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ à cap.20 vſque ad finem.

Nicephorus Calliſtus.

Meminit & Epiſcoporum iniuſtè expulſorum Gelasivs I. epiſtola ad Epiſcopos Orientales, vt iam diximus ſuprà, Epiſcopo viuenti nullus debet ſubrogari, &c.

Gelaſius I.

Ennodius Diaconus, poſtea vt credo, Epiſcopus Ticinenſis.

Hinc & ſingularem Athanaſij Alexandrini mentionem facit Ennodivs Diaconvs, libro Apologetico pro cauſa Symmachi Papæ, & ſynodorum ſub eodem celebratarum C & eius innocentiam prædicat, & in ſimili cauſa eum Symmacho comparat, cum vterque accuſatione pulſatus, innocens repertus ſit: *Et lex conſtituta* (ait) *ne facilis Epiſcoporum accuſatio fieret* (vt ſuperiùs dictum eſt) *vnde & ſua innocentia laudem & triumphū reportarunt.*

Conciliū Romanum ſub Symmacho indictione 9. Theodorici regis.

Hinc & Concilium Romanvm V. ſub prædicto Symmacho, cui interfuerunt 218. Epiſcopi, refricauit, quod iam ſæpius ſuprà in medium prolatum eſt, ſcilicet: *Vt Epiſcopi ſuis rebus expoliati, vel a ſedibus vi, aut dolo, aut quocunque ingenio pulſi, non poſſint ad ſynodum, tam prouincialem quàm generalem conuocari, aut in aliquo iudicari, antequam cuncta quæ eis ablata ſunt, legibus poteſtati eorum pacificè per omnia redintegren*D*tur. Prius ergo oportet omnia illis legibus redintegrari, & Eccleſias quæ ſibi ſublatæ ſunt, cum omni priuilegio ſuo reſtitui, & poſtmodum non ſub anguſto temporis ſpatio, ſed tantum temporis eis ſpatium indulgeatur, quantum expoliati vel expulſi eſſe videntur, antequam ad ſynodum conuocentur, & ab omnibus quiſque prouinciæ ſuæ Epiſcopis audiatur. Nam nec conuocari ad cauſam, nec diiudicari poteſt expoliatus vel expulſus, quia non eſt priuilegium quo expoliari poſſit iam nudatus. Vnde & antiquitus decretum eſt, omnes poſſeſſiones & omnia ſibi ſublata, atque fructus cunctos ante conteſtatam litem.* * *Præceptor aut Primas poſſeſſori reſtituat. Et alibi ſcriptum habetur, ille qui violentiam pertulit, vniuerſa in ſtatu quo fuerant recipiat, & quæ poſſidet ſecurus teneat. Et alibi in ſynodalibus Patrum decretis & Regum edictis legitur ſtatutum* (allegat Gratianus cauſa 3. quæſt.1. cap Redintegranda) *redintegranda ſunt omnia expoliatis vel reiectis Epiſcopis præſentialiter ordinatione Pontificum, & in eorum vnde abſceſſerunt poteſtatem funditus reuocanda quacunque conditione temporis, aut dolo, aut captiuitate, aut virtute maiorum, aut per quaſcunque iniuſtas cauſas res Eccleſiæ, vel proprias, aut ſubſtantias ſuas perdidiſſe noſcuntur ante accuſationem, aut regularem ad Synodum vocationem eorum, &c.* Hæc & alia allegat Gratianus cauſa 2. quæſt.2. cap. In ſcripturis, &c.

* Percepτor.

Ioannes I.

Et confirmat Ioannes I. epiſt.1. ad Zachariam Epiſcopum, & ibidem allegatur à A Gratiano, & ab Iuone, lib 3. decretorum, & lib.4. lege eundem Gratianum, cauſa 3 quæſt.1. cap Prius ergo, & alibi. Porrò hæc omnia recenſet Nicolavs I. epiſtola ad Michaëlem Imperatorem circa finem pro cauſa Ignatij Epiſcopi Conſtantinopolitani, qui iniuſtè expulſus fuerat, & Photius in eius locum ſuffectus.

Nicolaus I.

Sic etiam expulſus fuit iniuſtè Silvarivs I. Papa, ſuggerente Vigilio diacono, vt narrat idem Siluerius epiſtola ad eundem Vigilium.

Siluerius I.

Et teſtatur Amator Episcopvs. Epiſtola ad eundem Siluerium & Liberatvs Carthaginensis, cap. 22. Breuiarij de cauſa Neſtoriana, vt latiùs dice B mus in vocabulo, Papa, & Perſecutio.

Amator Epiſcopus.

Liberatus Diaconus Carthaginenſis.

Hinc etiam ſtatuit Concilium Tolatanvm IV can.27. & allegat Gratianus, cauſa 11 quæſt 3 cap Epiſcopus: *Epiſcopus presbyter aut diaconus, ſi a gradu ſuo iniuſtè deiectus in ſecunda ſynodo innocens reperiatur, non poteſt eſſe quod fuerat, niſi gradus amiſſos recipiat coram altari, de manu Epiſcoporum. Si Epiſcopus eſt, orarium, annulum & baculum: ſi presbyter, orarium & planetam, &c.* Vide Clerici eiecti. ſuprà.

Cōcilium Toletanum 4.

Denique & Ioannea Epiſcopus Lampenſis ſeu Lampæ, iniuſtè accuſatus & ſede turbatus à Paulo Archiepiſcopo Cretenſi, cauſam agit coram ſummo Pontifice Vitaliano, qui cōgregata Romæ Synodo cauſam depoſitionis & criminis perquirens, eum C repetit falsò accuſatum, & propterea ex omnium patrum Concilio inculpabilis iudicatus ad priſtina eſt reuerſus officia: ſicut Vitalianvs ipſe Papa, epiſtola ad eundem Paulum Cretenſem Archiepiſcopū ſcribit, cui tota qua fungitur authoritate præcipit, vt eidem contra legum decreta damnato, ſed tandem abſoluto omnia ablata reddat, vt eum per omnia conſeruet abſque damno.

Conciliū Romanum ſub Vitaliano.

Vitalianus I.

Hoc ſimiliter Idem Vitalianus ſcribit epiſt.2. ad Vranum cubicularium: *Quatenus* (ait) *diuina ope premia eius q; ſuffultus ſuffragio, valeat ad ſanctam celeriter venire Eccleſiam.* Idem epiſt.3 ad Paulum prædictum Cretenſem Archiepiſcopum eidem præcipit, vt reddat Eccleſiæ prædicti Ioan D nis Lampenſis monaſterium quod innaſerat, in parochia nomine Palean, & alterum quod vocatur Atſilli, quia hoc canones præcipiunt ne terminos quis ſuos tranſgrediatur. Sed & epiſt. 4. quæ eſt ad Georgium Epiſcopum Syracuſanum, idem omnino agit, vt prædictus Ioannes Lampenſis inſulæ Cretæ Epiſcopus iniuſtè turbatus, ſuæ reſtitueretur ſedi. Vide reliquum. Clerici eiecti, &c. & iunge quod ſequitur.

Qua pœna plecti debent illi qui Epiſ[illegible] [illegible] e ſedibus pellunt.

Qua autem pœna plecti debeant illi, qui iniuſtè Epiſcopos turbant ſedibus, ſatis liquet ex fulminatione excommunicationis in Imperatorem Arcadium, & eius vxorem Eudoxiam ab Innocantio I. vt videbis in vocabulo, Excommunicatio, & in dictione E Papa.

Innocentius I.

Ex Silvario I. qui eos anathemate percuſſit, qui fuerant authores ſui exilij, & qui ſunt etiam aliorum Epiſcoporum turbatores. Vide ſequentia.

Siluerius I.

Epiſcopi qualiter, & qua forma atque methodo debeant iudicari & accuſari.]

Summo Pontifici per hunc totum [illegible] authoritas Epiſcopus iudicandi.

Iam in ſuperioribus multa protulimus, ſic exigente materia, quæ huic materiæ congruebant: ſed non multùm laborabit lector, ſi dignetur ea reuoluere, & ſequentibus tanquam cohærentia annectere. Canon Apoatolorvm 73. *Epiſcopum a viris fide dignis ob aliquid accuſatum, ipſum ab Epiſcopis vocari neceſſe eſt, & ſi quidem & confeſſus vel conuictus ſit, ſtatuatur pœna. Si autem*

Canon Apoſtolorum.

vocatus non paruerit, ſecundò etiam vocetur miſſis ad eum Epiſcopis duobus. Si etiam ſic non obedierit vocetur & tertiò duobus ad eum rurſus miſſis Epiſcopis. Si autem vel ſic aſpernans & contumax, non ſteterit, Synodus ea quæ videntur aduerſus eum pronunciet, ne lucri facere videatur, dum iudicium ſubterfugit. De iudicandi autem Epiſcopos forma VICTOR I. epiſt.1. ad Theophilum Alexandriæ Epiſcopum: *Eadem vos iudicare, ad Apoſtolicam delatum eſt ſedem, quæ præter noſtram vobis definire non licet authoritatem, id eſt, Epiſcoporum cauſas. Vnde ita conſtitutum liquet a tempore Apoſtolorũ, & deinceps placuit, vt accuſatus vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua cauſa Epiſcopus licenter appellet, & adeat Apoſtolicæ ſedis Pontificem* (vide & Appellatio ſuprà) *qui aut per ſe aut per vicarios ſuos eius retractari negotium procuret, & dum iterato iudicio Pontifex cauſam ſuam agit, nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur Epiſcopus, quoniam quanquam à comprouincialibus Epiſcopis accuſati, cauſam Pontificis ſcrutari liceat, non tamen definiri inconſulto Romano Pontifice cum beato Petro Apoſtolo, nõ ab alio quàm ab ipſo dictum ſit Domino: quæcunque ligaueris ſuper terram erunt ligata & in cœlo: & quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Et alibi in inſtitutis legitur Apoſtolicis* (ſcilicet epiſt.1.Clementis ad Iacobum fratrem Domini) *ſi quis putauerit ſe in proprio Metropolitano grauari, apud Patriarcham vel primatem diœceſeos, aut penes vniuerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ iudicetur ſedem. Nihil aliud eſt fratres talis præſumptio, niſi Apoſtolorum ſuorumq́; ſucceſſorum terminos tranſgredi, eorumq́; decreta violare. Culpantur enim, vt ſcriptum eſt, fratres qui aliter circa Epiſcopos iudicare præſumunt, quàm Apoſtolicæ ſedis Papæ fieri placuerit. Et quis eſt qui iudicat eum, quẽ Dominus ſibi & huic ſanctæ ſedi reſeruari voluit iudicandum?* Hinc ZEPHERINVS I. epiſt.1. ad Epiſcopos Siciliæ, & allegatur à Gratiano, cauſa 2.quæſt.1.cap.Primates, & cauſa 3.quæſt.14.cap. Detractores, & cauſa 3.quæſt.9.cap. Abſens vero, & cauſa 5.quæſt.4 cap.Duodecim. *Patriarchæ* (ait) *vel primates accuſatum diſcutientes Epiſcopum, non ante ſententiam proferant finitiuam, quàm Apoſtolica fulti authoritate, aut reum ſeipſum confiteatur, aut per innocentes & regulariter examinatos conuincatur teſtes, qui minori non ſint numero quàm illi diſcipuli fuerunt, quos Dominus ad adiumentum Apoſtolorum eligi præcepit, id eſt, ſeptuaginta duo. Detractores quoque, qui diuina authoritate eradicandi ſunt, & authores inimicorũ ab Epiſcopali ſubmouemus accuſatione vel teſtimonio: nec ſummorum quiſpiam minorum accuſationibus impetatur aut diſpereat, neque in re dubia certa iudicetur ſententia: nec vllum iudicium niſi ordinabiliter habitum teneatur. Abſens verò nemo iudicetur, quia & diuinæ & humanæ hoc prohibent leges. Accuſatores autem eorum omni careant ſuſpicione* (vide ſuprà, Accuſator) *quia columbas ſuas Dominus fideliter ſtare voluit, non a quibuſlibet agitari. Nullum namque eorum ſententia à non ſuo iudice dicta conſtringat, quia & leges ſeculi idipſum fieri præcipiunt. Duodecim enim iudices quilibet Epiſcopus accuſatus, ſi neceſſe fuerit, eligat, à quibus eius cauſa iuſtè iudicetur, quam ipſi per ſe eligantur regulariter vocato ad ſuorum primò conuentu Epiſcoporum, per eos eius cauſa iuſtè audiatur & rationabiliter diſcernatur. Finis verò eius cauſa ad ſedem Apoſtolicam deferatur, vt ibidem terminetur, nec antea finiatur, ſicut ab Apoſtolis vel ſucceſſoribus eorum olim ſtatutum eſt, quàm eius authoritate fulciatur.* Eadem omnino renouat & repetit MELCHIADES epiſtula ad Epiſcopos Hiſpaniæ. Et SIXTVS II. epiſt.1. ad Gratum Epiſcopum Et IVLIVS I epiſt 1 ad Oriẽtales Epiſcopos pro Athanaſio. Sed & FOELIX I. epiſt.1.ad Paternum Epiſcopum, & epiſt. 2.ad Epiſcopos Galliarum. Sed & CALIXTVS I. epiſtó. 2. ad Epiſcopos Galliarum. In vanum enim omnium iſtorũ ſententias proferrem, quoniam omnino idem dicunt & teſtificantur. Sed & FABIANVS I. epiſt.3. ad Hilarium Epiſcopum: *Placuit, vt ſi Epiſcopus accuſatus appellauerit ad Apoſtolicam ſedem, id ſtatuendum quod eiuſdem ſedis Pontifex cenſuerit. Hæc tamen omnino in ſacerdotum cauſa forma ſeruetur, ne quenquam ſententia nõ a ſuo iudice dicta conſtringat.* Repete ex ſuperiori annotatione exemplum è Theodoreti facto, qui accuſatus & damnatus in Concilio Epheſino II. appellauit ſedem Apoſtolicam, & abſolutus eſt. Porrò ſic FOELIX I. & Concilium ROMANVM ſub eodem congregatum epiſt 1. ad Epiſcopos Galliæ, generalem formã præſcribit, quæ in iudicandis Epiſcopis ſeruanda eſt: *Hæc ſunt* (ait) *quæ deinceps propter malorum hominum inſidias, qui in Eccleſiam & in Eccleſiaſticos ſæuiunt viros, indifferenter conſeruare firmiſſime volumus in ſecula. Si quis Epiſcopus ab illis accuſatoribus qui recipiendi ſunt, fuerit accuſatus, poſtquam ipſe ab eis charitatiue conuentus fuerit, vt ipſam cauſam emendare debeat, & eam corrigere noluerit, non olim: ſed tunc ad ſummos Primates cauſa eius canonicè deferatur, qui in congruo loco intra ipſam prouinciam tempore congruo, id eſt, autumnali vel æſtiuo Concilium regulariter conuocare debebunt, ita vt ab omnibus eiuſdem prouinciæ Epiſcopis inibi audiatur, quo & ipſe regulariter conuocatus, ſi eum aut infirmitas aut alia grauis neceſſitas non detinuerit, adeſſe debebit: quia vltra prouinciæ terminos accuſandi antè licentia non eſt, quàm audientia rogetur. * Nam ſi ſuis fuerit, aut Eccleſia ſibi commiſſa rebus expoliatus, aut (quod abſit, quod alienum ab omnibus eſſe debet fidelibus) à ſede propria eiectus, aut in detentione aliqua à ſuis ouibus fuerit ſequeſtratus, tunc canonicè antequam in priſtino ſtatu reſtituatur* (vt iam ſæpius in ſuperioribus annotationibus dictum & repetitum eſt) *cum omni priuilegio ſui honoris, & ſua omnia quæ inſidiis inimicorum ſuorum ei oblata fuerunt, legibus redintegrentur, nec conuocari, nec iudicari poterit, niſi ipſe pro ſua neceſſitate (minimè tamen iudicandus) aduenire ſponte elegerit. Nullatenus ergo à quoquam reſpondere cogatur antequã integerrimè omnia quæ per ſuggeſtrices inimicorum ſuorum amiſerat, poteſtati eius ab honorabili Concilio, legali ordine redintegrentur. Præſul verò cum omni honore ſtatus priſtino reddatur, & ipſe diſpoſitis ordinatisq́; liberè atque ſecurè diu ſuis, tunc regulariter infrà quatuor vel quinque, ſex, aut ſeptem menſes, iuxta quod poſſibilitas ei fuerit, & non ante conuocatus ad tempus Cõcilio in legitimo & canonico veniat ad cauſam. Et ſi ita iuſtè videtur accuſantium propoſitionibus reſpondeat. Nam hoc ſummopere prouidendum eſt, ne antequam hæc omnia fiant, coactus reſpondeat, quia contentio ſemper vitanda eſt. Adimi namque Epiſcopo Epiſcopatum* (vt ſuperiori annotatione iam dictum eſt) *antequam cauſæ eius exitus appareat, nulli Chriſtiano videri iure poteſt, quia talis præſumptio ſacrilegium eſt, & author talium ſacrilegus. * Quòd ſi ægrotans fuerit Epiſcopus, aut aliqua eum grauis neceſſitas detinuerit, pro ſe legatum ad ſynodum mittat, nec à communione ſuſpendatur cui crimen intenditur, niſi ad cauſam ſuam dicendam electorum die ſtatuta literis euocatus minimè occurrerit, hoc eſt niſi eum aliqua præoccupauerit neceſſitas infra ſpa-*

Victor.

Hæc allegat Gratian. cauſ. 3. q. 6. Accuſatus & ſuo lib. 4.

Matth. 16

Hæc allegat Gratian cauſ. qu. 6. cap. 6 quis.

Zepherinus 1.

Melchiades 1.

Sixtus 2.

Iulius 1.

Fœlix 1.

Calixtus 1.

Fabianus 1.

Fœlix 1. Concilium Romanum ſub Fœlice 1

Forma procedendi generalis in iudicandis & accuſandis Epiſcopis.

Hæc allegat Gratianus cau. 3. quæſt.2. cap. Si Epiſc. ſuis.

Hæc allegat Gratian cauſ. 3. quæſt.4. cap. Si ægrotans.

A

tium prædictorum menſium & eo amplius, prout cauſa dictauerit. Quod ſi ex vtraque parte ad cauſam dicendam venerint, quia vnus abſque altero audiri non debet, quærendum eſt in iudicio cuius ſint conuerſationis & fides atque ſuſpicionis accuſatores, aut qua intentione hoc faciant, quia ad hoc admitti non debent, niſi bonæ conuerſationis & rectæ fidei viri, hi videlicet qui omni ſuſpicione careant, & bona vita clareant, neque infames exiſtant.* Quod ſi accuſatorum perſona in iudicio Epiſcoporum culpabilis apparuerint, ad arguendum non admittantur, niſi proprias cauſas aſſerere (non tamen criminales) vel Eccleſiaſticas voluerint. Infamis enim perſona nec procurator poteſt eſſe, nec cognitor.

Hæc Gratian. allegat cauſ. 3. quæſt. 5 cap. Si accuſatorum, & cauſ. 4. q. 7 c. infames, & cauſ. 3 q. 1. cap. Abſente & cauſ. 3. q. 6. cap. Peregrina.

Abſente vero aduerſario non audiatur accuſator, nec ſententia abſque parte alia a iudice dicta vllam obtinebit firmitatem, neque abſens per alium accuſare aut accuſare poteſt, nec affinis teſtis admittatur. Neminem ergo exhiberi de prouincia ad prouinciam, vel ad comitatum oportet, niſi ad relationem iudicis, ad quem fuerit appellatum, id eſt, vt actor ſemper rei forum ſequatur. Si quis autem iudicem aduerſum ſibi ſenſerit, vocem appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari (vide Appellare) peregrina vero iudicia generali ſanctione prohibemus, quia indignum eſt, vt ab externis iudicetur, qui comprouinciales & a ſe electos debet habere iudices (vide Iudicia peregrina) hæc ad veſtram & omnium Epiſcoporum opem & defenſionem in Synodo vnanimiter ſunt decreta, vt ſi fortè aliqui ſtultorum vos accuſare (qui diabolica deceptionis errore decepti ſunt) voluerint, dum iſta legerint vel audierint, reſipiſcant, & ad vnitatis concordiam reuertantur, & quod prius erat in vltionem, tranſibit in gloriam.

B

C

Gaius 1.

Marcellinus 1. Euſebius 1.

Iulius 1.

Idem GAIVS I epiſtola ad Fœlicem Epiſcopum. MARCELLINVS I. epiſt. 2. ad Orientales Epiſcopos. Idem quoque & EVSEBIVS I. epiſt. 2 ad Epiſcopos Ægyptios. Et IVLIVS I. epiſt. 1. ad Orientales Epiſcopos pro Athanaſio, cap 16 & 17. Prædictus autem Marcellinus, & allegatur à Gratiano, cauſa 11. quæſt. 1 cap Nullus: Nullus (ait) Epiſcopus neque pro ciuili, neque pro criminali cauſa, apud quemuis iudicem ſiue ciuilem, ſiue militarem producatur vel exhibeatur. Magiſtratus enim qui hoc iubere auſus fuerit amiſſione rerum & cinguli condemnatione plectetur.

D

Epiſcopus non poteſt iudicari à laicis

Vide latiùs Imperator, Iudex, & Clericus ſeculari iudicio non ſiſtendus, &c. Ne etiam Epiſcopus Epiſcopum accuſet, prohibet Concilium ARELATENSE I. ſub Syluestro, cap. 17. Hinc & IVLIVS I epiſtola ad Epiſcopos Orientales pro Athanaſio, cap. 19. & allegat Gratianus, cauſa 3. quæſt. 9. cap Caueant: Incerta (ait) nemo vnquam iudicare præſumat Pontificum, quia quamuis vera ſint non tamen credenda, niſi quæ manifeſtis indiciis comprobantur, niſi quæ manifeſto iudicio conuincuntur, niſi quæ iudiciario ordine publicantur. Et ſubdit, cap. 24 Caueant iudices Eccleſiæ, ne abſente eo cuius cauſa ventilatur, ſententiam proferant, quia irrita erit, quippe & rationem pro actione reddent in ſynodo, & vt proditoris calumnia, nec eorum poſtea vox audiatur. Nemo enim debitorem amplius poteſt cognoſcere, quam ille qui iniuriam eius, ſuſtinet nequitiam.

Concilium Arelatenſe 1. Iulius 1.

E

Adrianus 1.

Concilium Antiochenum ſub Iulio 1.

Hæc omnia repetit ADRIANVS I epiſtola ad Ingilrannum Epiſcopũ Mediomatricenſem. Hinc Concilium ANTIOCHENVM I. cap. 14. & allegat Gratianus, cauſa 6. quæſt 4 cap. Si quis. & Martinus Bracarenſis in collectorio, cap. 13 Si quis Epiſcopus ob aliqua crimina iudicetur, deinde contingat Epiſcopos qui ſunt in prouincia diſſentire de eo, illis quidem eum, de quo fertur ſententia, innocentem pronunciantibus, his verò reum: pro ipſa componenda controuerſia viſum eſt ſancta Synodo, vt Metropolitanus Epiſcopus ex propinqua prouincia alios euocet iudicaturos & prouinciam deciſuros, & cum prouincialibus quod probatum fuerit confirmet Et cano 15. ſubditur: Si quis Epiſcopus aliquorum criminum accuſatus, fuerit ab omnibus prouinciæ Epiſcopis condemnatus, & omnes vnam conſentientiam aduerſus eum ſententiam tulerint, is ne amplius ab aliis iudicetur, ſed prouinciæ Epiſcoporum firma maneat ſententia.

Bonifacius 1.

Idem BONIFACIVS I. ſtatuit epiſt. 2 ad Galliæ Epiſcopos contra Maximum Epiſcopum. Porrò Concilium SARDICENSE ſub eodem Iulio I. cano 4.* Si aliquis Epiſcopus adiudicatus fuerit in aliqua cauſa, & putat ſe bonam cauſam habere, vt iterum iudicium renouetur, ſi vobis placet. Sancti Petri memoriã honoremus, vt ſcribatur vel ab his qui examinauerunt, vel etiam ab aliis Epiſcopis, qui in propinquo morantur Romano Epiſcopo. Et ſi iudicauerit renouandum eſſe iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem cauſam, vt ea non refricentur, quæ acta ſunt quæ decreuerit Romanus Epiſcopus, confirmata erunt. Si ergo omnibus placet, ſtatuatur. Synodus reſpondit, Placet (& cano. 5 ſequitur) Gaudentius Epiſcopus dixit, addendum eſt, ſi placet huic ſanctitati quam plenam ſanctitate protuliſtis, vt cum aliquis Epiſcopus depoſitus fuerit, eorum Epiſcoporum iudicio, qui in vicinis commorantur locis, & proclamauerit, ſibi agendum negotium in vrbe Roma, alter Epiſcopus in eadem cathedra, poſt appellationem eius qui videtur eſſe depoſitus, omnino non ordinetur, niſi cauſa fuerit Romani Epiſcopi determinata. Idem & cano. 7.

Concilium Sardicenſe ſub eodem Iulio 1. Allegat hoc Gratian cauſ. 6. q. 4. c. Oſius.

Zoſimus 1.

Eadem refricat ZOSIMVS I. in epiſtola ad ſuos legatos qui Concilio Carthaginenſi VI. intererant, vt habetur. cap. 4 eiuſdem Concilij, & allegatur à Gratiano, cauſa 2. quæſt. 6 cap. Si quis Epiſcopus. Idẽ etiam Concilium AFRICANVM epiſtola directa ad Bonifacium I. per ſuos legatos.

Conciliũ Africanum ſub Bonifacio 1.

Felix 2.

Conciliũ Romanũ ſub Felice 2.

Verum de forma & methodo accuſandi & iudicandi Epiſcopos, iterum ſuperiora renouans FOELIX II. Et Concilium ROMANVM ſub eodem congregatum, epiſtola ad Athanaſium & vniuerſos Ægypti & Libyæ Epiſcopos Alexandriæ congregatos, cap. 1. ſic ait: Eſt ſynodicis decretis inſtitutis, vt nemo Epiſcopum penes ſeculares arbitros accuſet, ſed apud ſummos primates Et cap. 2 Si quis aduerſus Epiſcopum cauſam habuerit, non prius alios Epiſcopos adeat, vt eum accuſet, quàm familiariter ei ſuã indicet querelam, & ab eo aut iuſtam emendationem, aut rationabilem percipiat excuſationem. Et cano. 3. Si quis Epiſcopum poſt hæc elegerit accuſare, ſummis primatibus Epiſcoporum ſuam indicet cauſam, & non ſecularibus, qui magis ad pacem quam ad iudicium eos reuocent, vt charitas in omnibus & ab omnibus cuſtodiatur.* Si primates accuſatores Epiſcoporũ cum eis pacificare familiariter minime potuerint, tunc tempore legitimo eos ad ſynodum canonicè conuocatum, non infra anguſta tempora canonicè conuocent, & non prius quam eis per ſcripta ſignificent, quid eis opponitur, vt ad reſponſionem præparati adueniant. Nam ſi aut vi aut timore eiecti, aut ſuis rebus expoliati fuerint, nec canonicè euocari ad ſynodum poſſunt (vt iam ſæpius repetiuimus) nec reſpondere æmulis debent, antequam canonice reſtituatur, & ſua eis omnia legaliter reddantur. Et canone 5. Si quis Epiſcopus, legitimè accuſatus, & ſupradicto ordine ad Concilium canonicè conuocatus fuerit, abſque vlla trepidatione ire debebit, & ſi ire non potuerit, pro ſe legatum ad ſynodum mittat. Et canone octauo: Si quis aliter non acquieuerit, niſi vt Epiſcopum accuſet ſupra taxato modo, hoc tenore agere debebit, quia

Hæc allegat Gratian. cauſ. 3 quæſt. 5 c. Si Primates

aliter

aliter rata non poteſt accuſatio exiſtere. Tunc primò accuſati cauſam, accuſator apud Primates canonice deferat, nec a communione prohibeatur accuſatus, niſi ad electorum iudicium canonice conuocatus, infra tres, aut ſex, vel plures menſes, pro ſuis rationem redditurus venire diſtulerit. Quòd ſi probare potuerit, quod non noluerit, ſed non potuerit venire, nihil ei nocebit: illo verò qui vi, aut timore à ſede pulſus, aut ſuis rebus expoliatus fuerit, non prius vocetur ad ſynodum, quàm ei omnia legibus redintegrentur, & tandiu in ſede propria pacificè, & poteſtatiuè cunctis diſponens reſideat, quandiu expulſus vel expoliatus carere viſus eſt rebus. Cùm autem ad iudicium venerit, ſi voluerit, & neceſſe fuerit, iudicia ei petenti à Patribus conſtituta abſque impedimento concedantur, & iudices à ſe electi tribuantur in loco vnde eſt ille qui accuſatur, aut ſi alibi alienus temeraria multitudinis vim metuerit, locum ſibi congruum eligat, quo abſque timore ſuos ſi neceſſitas expoſcerit, teſtes habere, & abſque impedimento ſuam canonicè ſententiam finire valeat, quia multa per ſubreptitionem euenire ſolent. Et canone decimotertio: *Primò ſemper in omni Epiſcoporum accuſatione, vita perſona, & conuerſatio (vt iam ſæpius diximus) accuſantium enucleatim inquirantur, & poſtmodum ea quæ obijciuntur fideliter pertractentur, quoniam nihil aliter fieri debet niſi impetitorum prius requiratur fides, perſona, vita, & actus diſcutiantur, quia non debet prauorum, aut inſidiantium hominum pernicie, vita lacerari innocentium.* Et canone decimoſeptimo: *Quoties Epiſcopus ſuper certis accuſatur criminibus, ſi tales fuerint accuſatores, qui iuſtè & canonicè recipi debeant legitima in ſynodo, ſuo in tempore congregata ab omnibus canonice audiatur, qui ſunt in prouincia, Epiſcopis. Quod ſi legitimi non fuerint accuſatores, non fatigetur Epiſcopus, quia ſacerdotes ad ſacrificandum vacare debent, non ad litigandum: nec illi qui throni Dei vocantur, prauorum hominum inſidiis turbari debent, ſed liberè Chriſto Domino famulari* (aduerte hic, quia laboranti Epiſcopo ſimili pœna hæc omnia decreta remiſit Ingilràno, ſcilicet Epiſcopo Mediomatricenſi Adrianus primus, vt iam ſuprà diximus) porrò ſubiungitur ibidem à Fœlice II. cano. 18. *Quanquam comprouincialibus Epiſcopis vna cum eorum Metropolitano ſuæ prouinciæ cauſas Epiſcoporum liceat charitatiuè & concorditer agitare, non tamen, ſicut in prædicta te præſente* (alloquitur Athanaſium) *conſtitutũ eſt ſynodo, licet definire, abſque Romani Pontificis authoritate.* Quod ſi ſecus a quibuſdam præſumptum fuerit, ipſi qui hoc egerint ſuæ præſumptionis ſuſcipiant damnum, & illi qui ab eis perperam excommunicati, aut damnati fuerint, authoritate huius ſanctæ ſedis, & beati præceptoris noſtri clauigeri Petri poteſtate ſoluantur atque reſtituantur. Ipſe enim ait Dominus, quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis, &c.* Et canone 19. *Quotiens Epiſcopi ſe à ſuis comprouincialibus, vel à Metropolitano putauerint prægrauari, aut eos ſuſpectos habuerint, mox Romanam appellent ſedem, ad quam eos abſque vlla detentione aut ſuarum rerum ablatione, liberè ire liceat. Et dum prædictam Romanam matrem appellauerint Eccleſiam, aut ab ea ſe audiri expoſcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum ſedes ſurripere, aut eorum res auferre, aut aliquam eis vim inferre præſumat, antequam eorum cauſa Romani Pontificis authoritate finiatur. Quod ſi aliter à quoquam præſumptum fuerit, nihil erit, ſed viribus carebit. Nam nec hoc perperam præſumimus, ſed & ipſum in* Nicæna Synodo *conſtitutum, & anteceſſores noſtros egiſſe bene* (Athanaſi noſti). Et canone vigeſimo: * *De iudiciis verò Epiſcoporum, ſuper quibus conſuluiſtis, vniuerſis a Patribus regulas inuenimus conſtitutas. Quidam enim ad repellenda impetitorum machinamenta, & ſuas præparandas reſponſiones, & teſtes confirmandos, & conſilia Epiſcoporum atque amicorum quærenda annum, aut ſex mandauerunt menſes concedi, quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minus verò, quam ſex menſes, non reperi* (vide ſuprà) *quia & laicis hæc indulta ſunt, quanto magis & Domini ſacerdotibus. Nam & a noſtris anteceſſoribus atque reliquis ſanctis Patribus multoties inhibitum eſt, ne quis Domini ſacerdotibus detractiones irroget* (vide ſuperiùs, & Detractio) *quanto magis accuſationes non ex radice charitatis prolatas. Quieſcite* (inquiunt) *& nolite perſequi eos, qui perfecte Deo miniſtrant, quorum orationibus, & terrena bella ſedantur, & recedentium a Deo Angelorum pelluntur incurſus, quique omnes dæmones qui corrupti ſunt, precum aſſiduitate confundunt. Inducia namque non ſub anguſto tempore, ſed ſub longo ſpatio concedenda ſunt, vt accuſati ſe præparare, & vniuerſos communicatores in prouinciis poſitos conuenire, & teſtes præparare atque contra inſidiatores ſe præparare valeant.* Verùm hæc omnia iam in dictione, Accuſator, Appellatio, &c. reperies. Idem omnino & ſuperioribus conformia ſtatuit Damasvs primus, epiſtola tertia, ad Stephanum & ad tria Concilia Africæ, canone ſecundo, tertio, quarto, quinto, ſexto, & reliquis. Similiter & epiſtola ſexta, ad Epiſcopos Italiæ, & allegatur a Gratiano, cauſa quinta, quæſtione ſecunda, capite, Relatum eſt, & cauſa vndecima, quæſtione tertia, capite, Eorum. Idem & Concilium Generale ſecundum Conſtantinopolitanum primum, ſub Theodoſio ſeniore, canone ſexto, Epiſcoporum 150. Sed & Concilium Carthaginense tertium, canone ſeptimo, & allegatur à Gratiano, cauſa quarta, quæſtione quinta & ſexta. Idem confirmat & Concilium Hipponense, canone ſeptimo & octauo. Et Carthaginense quarto, canone vigeſimo octauo, & allegatur à Gratiano, cauſa vndecima, quæſtione tertia, capite, Irritam. Verùm & ante illa Cõcilium Carthaginense ſecundum, ſub Syricio, canone decimo, & allegat Gratianus, cauſa decimaquinta, quæſtione ſeptimo, capite, Fœlix, & cauſa tertia, quæſtione octauo, capite, Suggero. *Fœlix Epiſcopus dixit etiam, hoc adijcio ſecundum ſtatuta veterum Conciliorum, vt ſi quis Epiſcopus (quod non optamus) in reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia neceſſitas, non poſſe plurimos congregare, ne in crimine remaneat, a duodecim Epiſcopis audiatur, & a ſex presbyteris, & à duodecim diaconibus, cum proprio ſuo Epiſcopo. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt, à nobis veterum ſtatuta debere ſeruari, &c.* Verum, iuſtum videtur, vt citra ea omnia quæ iam protulimus etiam & Concilij Gangrensis ſecundo, Conſtantinopolitani primi, conſtitutionem ſubnectamus, ne talem celeberrimi conuentus floccipendiſſe ordinationem videamur, licet cum ſupradictis concordet: Ait ergo, canone ſexto: *Quoniam multi eam, quæ in Eccleſia obſeruari debet, modeſtiam, & diſciplinam, decentémve ordinem confundere & euertere volentes, inimico calumniatorióque animo, criminationes nonnullas aduerſus orthodoxos Epiſcopos, Eccleſias regentes confingunt, nihil aliud quam polluere & deturpare ſacerdotum exiſtimationes inhiaſque & tumultus in pace degentium populorum conflare atque*

Margin notes:

Hæc allegat Gratian. cauſ. 3. quæſt. 6. cap. Tandiu & Iuo lib. 4. decret.

Hæc allegatur à Gratian. cau. 3. quæſt. 3. cap. Cũ accuſatus. & ab Iuo. lib. 4.

Hæc iam ſuperius multoties inſerta ſunt.

Matthæi 18.

Concilium Nicænum 1.

Hæc allegat Gratian. cauſ. 3. quæſt. 3. cap. De iudiciis & Iuo libr. 4. decret.

Damaſus 1.

Concilium Conſtantinop. 1. generale 2.

Concilium Carthaginen. 3.

Concilium Hipponenſe.

Concilium Carthaginenſe 2. & 4.

Concilium Cõſtantinop. generale 2. ſub Theodoſio ſeniore Epiſcoporum 150.

A *concitare conantur, idcirco cenſuit ſanctum Concilium, eorum qui Conſtantinopoli confluxerunt Epiſcoporum, non abſque examinatione ac diſquiſitione admittendos eſſe accuſatores, neque enim permittendum eſſe, vt inſtituant accuſationes aduerſus eos qui adminiſtrant Eccleſias, neque tamen omnes eſſe prohibendos & excludendos ab accuſando. Sed ſi quis propriam aliquam id eſt, priuatam aduerſus Epiſcopum querelam, vtpote circumuentus defraudatúſve ab eo, aut aliqua alia iniuria affectus, in huiuſmodi quidem accuſationibus non eſſe examinandam, neque perſonam accuſatoris, neque religionem. Oportet enim omnibus modis & Epiſcopi conſcientiam liberam eſſe culpáve vacare, & ei qui ſibi iniuriam fieri queratur, cuiuſcunque religionis fuerit, auxilium iuris non denegari. Sin autem Eccleſiaſticum fuerit, id quod Epiſcopo crimen intenditur, tunc oportet ſpectare atque probare perſonas accuſatorum,*

Non eſt examinanda perſona neque religio accuſatoris, dū agitur de re ſua.

B *vt primum quidem hæreticis haud liceat* (iam ſuprà diximus) *Orthodoxos Epiſcopos de rebus Eccleſiaſticis accuſare* quos autem vocet hæreticos, iam dictum eſt. Vide & in vocabulo, Hæreticus) *deinde vero etiam ſi aliqui ab Eccleſia ob nonnulla crimina antè condemnati ſint, & eiecti, vel excommunicati, ſiue clerici, ſiue laici ordinis ſit* (vt iam dictum eſt, Accuſator, &c.) *ne his quidem licitum eſto Epiſcopum accuſare, priuſquam de proprio crimine ſatisfecerint. Similiter item qui ante intentato criminis ſunt obnoxij, ne priùs tanquam idonei ad accuſationem Epiſcopi aliorúmve clericorum admittantur, quam ſe*

C *innocentes ac puros a criminibus in ipſos collatis oſtenderint. Quòd ſi aliqui tamen, neque hæretici, neque excommunicati, neque condemnati, vel antè accuſati de quibuſdam delictis fuerint, qui dicant ſe habere aliquam Eccleſiaſticam contra Epiſcopum accuſationem. Hos iubet ſanctum Concilium primùm quidem apud omnes illius prouinciæ Epiſcopos inſtituere accuſationes, & apud eos conuincere, & probare crimina contra Epiſcopum, quem de quibuſdam peccatis arguunt. Si acciderit autem vt prouinciales non ſufficiant, nec idonei ſint ad correctionem eorum criminum quæ in Epiſcopum conferantur: tunc eos accedere iubet ad maius Concilium illius diœceſeos Epiſcoporū de hac cauſa*

D *conuocandorum, & non priùs inſtituere accuſationem, quam in ſcriptis & tabulis profiteantur ſe par periculum ſubire paratos, ſi in proceſſu ac ſerie actorum, falsò accuſare calumniarive Epiſcopum, aut cauillari conuicti fuerint. Quod ſi quis ſpretis his, quæ de prædictis Concilium cenſuit, auſus fuerit vel aures imperatorias obtundere, vel ſecularium magiſtratuum tribunalia, vel generale Concilium conturbare, ignominia affectus omnibus diœceſeos Epiſcopis, eum cenſuit Concilium prorſus ad accuſandum non eſſe admittendum, vt qui contempſerit canones & Eccleſiaſticam diſciplinam, verecundiam, conuenientemq́; in quibuſdam rebus ordinem labefactarit.* Hic canon renouatur in Con-

E cilio Aqvis-granense II. cap. 7. capit. 4. Et citatur à Nicolao I. epiſtola ad Michaëlem Imperatorem, pro Ignatio Conſtantinopolitano iniuſtè accuſato, & ſede expulſo. Denique Concilium Vasanse I. canone primo, de Gallicanis ſpecialiter Epiſcopis ſtatuit, vt ſcilicet de Gallicanis prouinciis venientes, intra Gallias non diſcutiantur, ſed ſolùm ſufficiat, ſi nullus cōmunionem eis interdixerit, quia inter circumhabitantes, ac ſibi penè inuicem notos, non tam teſtimonio indigent probi, quàm denotatione & denunciationibus deprauati: ſi autem Epiſcopus criminoſus citetur, & non compareat, agitur in Concilio Generali IV. Chalcedonenſi, nam cum Dioſcorus Alexandrinus antiſtes eſſet

Concilium Aquiſgranenſ. 2. Nicolaus 1.

Concilium Vaſenſ. 1. ſub Leone 1.

Concilium Chalcedonenſe 4. generale ſub Martiano Principe.

A factionis Eutychianæ, & damnaſſet exilio Flauianum virum ſanctum, Epiſcopum Conſtantinopolitanum, atque Euſebium Dorylæi Epiſcopum ab eodem Euſebio vocatus eſt in iudicium coram Patribus ſynodi generalis Chalcedonenſis, ſed venire renuit, atque à Concilio ſemel aut bis citatus & euocatus, venire diſtuliſſet, mendacia excuſationis vice prætexans, legatorum vnus qui à ſynodo miſſi erant, ad eum euocandum, Cecropius: *Tuam* (ait ad Dioſcorum) *Euſebius accuſat ſanctitatem. Iuſtum eſt, vt conſequenter & regulariter impleatur obedientia, & quæ canonica ſunt, vendicentur. Quando enim quædam regularia examinantur, neque iudices* (prouocabat enim Dioſcorus cau-

B ſam ſuam ad iudicium magiſtratuum, plebis, & imperialium) *neque alios laicos intereſſe oportet, niſi tantummodo tuam ſanctitatem quæ in propria accuſatur perſona. Non eſt igitur opus iſta tarditate aut dilatione, ſiquidem volueris & Deo & canonibus obedire, & non per dilationes confirmare ea, quæ ab accuſatore dicuntur. &c.* Et quia ſemel, bis, térque euocatus & multifariè accuſatus, noluit comparere Dioſcorus, ab Epiſcopatu deiectus, & ſacerdotali honore priuatus eſt. In eodem Concilio Chalcedonenſi Theodoretus Cyri Epiſcopus (vt iam ſæpius meminimus) Epiſcopatu iniuſtè ſpoliatus, dum accuſatus à præfato Dioſcoro, appellaſſet ad ſedem Apoſtolicā, coram ſummo Pontifice Leo-

Dioſcori iuſtè accuſati damnatio.

Theodoretus iniuſtè ſpoliatus reſtitutus.

C ne primo, innocens repertus, à Concilio Chalcedonenſi ſuæ Eccleſiæ redditus eſt. Ita & de Ibas Edeſſeno Epiſcopo factum eſt, qui abſens accuſatus & expoliatus Epiſcopatu, ſacrum & immortalem verticem (ſic enim loquuntur) appellauit, & cauſa eius ad Synodum Chalcedonenſem delata, & actio. 9. & 10. multis verbis agitata, tandem abſolutus eſt, & redditus Eccleſiæ. Similiter & Saninianus Epiſcopus Paræorum, contra Athanaſium egit cauſam in eodem Concilio actio. 14. & in bis actionibus præfati Concilij nihil aliud agitur, quàm de reſtitutionibus Epiſcopatuū iniuſtè ablatorum, & abſolutione Epiſcoporum innocentium, & condemnatione iniquorum. Porrò

Ibas iniuſtè pulſus, ſuæ ſedi redditus.

D canone quem ſuprà retulimus ex Concilio Sardicenſi, profert in medium contra criminatores Symmachi Papæ I. Ennodius Diaconus Romanæ Eccleſiæ libro Apologetico ornatiſſimo, pro cauſa prædicti Symmachi & Synodorum ſub eodem celebratarum. Sed non eſt opus eadem verba repetere. Porrò lege ea quæ iam diximus in ſuperioribus annotationibus, & in vocabulo, Clericus, Accuſatio, &c. Sed & Concilium Lateranense Generale ſub Innocentio tertio, capite octauo: *Epiſcoporum* (inquit) *accuſatio non facile fieri debet: verùm ſi pro grauibus & ſcandaloſis exceſſibus puniendi ſunt, iuſtè ſunt accuſandi. Debet autem is eſſe præſens, contra quem*

Ennodius Diaconus.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. cui interfuerūt patres 1215.

E *facienda eſt inquiſitio, niſi ſe per contumaciam abſentauerit, & exponenda ſunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi ſeipſum, & non ſolùm dicta, ſed etiam nomina ipſa teſtium ſunt ei, vt quid, & à quo ſit dictum, appareat, publicanda, nec non exceptiones & replicationes legitimæ admittendæ, nec per ſuppreſſionem nominum infamandi, per exceptionum verò excluſionem deponendi falſitati audacia præbeatur.* Hinc etiam ſtatuit Concilium Tridentinum generale nouiſſimum ſeſſione decimatertia, quæ fuit tertia, ſub Iulio tertio, capite ſeptimo, decreti reformationis: *Teſtes* (ait) *in cauſa criminali, ad informationem verò vel indicia, ſeu alias in cauſa*

Concilium Tridentinum generale.

principali

principali contra Epiſcopum, niſi conteſtes & bonæ conuerſationis, exiſtimationis & famæ fuerint, non recipiantur, & ſi odio, temeritate, aut cupiditate aliquid depoſuerint, grauibus pœnis mulctentur. Et cap. 8. *Cauſa Epiſcoporum cum pro criminis obiecti qualitate comparere debeant, coram Pontifice maximo referantur, ac per ipſum terminentur.* Hæc iterum ſeſſione 24. quæ fuit 8. ſub Pio IV. cap. 5. decreti reformationis renouantur & confirmantur, & allegatur prætactum Lateranẽſe decretum. Verùm petę vocabula ſæpius ſuperiùs oſtenſa & longe ſequentia.

Epiſcopus ſuſpenſus, excommunicatus, & iuſtè expulſus.] Hoc licet in ſuperioribus multis iam teſtimoniis dilucidauerimus tamen quod reſtat abſoluendum eſt, quod & erit ſuperioribus annectendum. Itaque Concilium ARELATENSE II. ſub Syluestro I. tempore Concilij magni Nicæni, can. 30. *Secundum ſtatuta ſeniorum* (ait) *ſi a communione ſacerdotali fuerit authoritate Epiſcopus ſuſpenſus, hunc non ſolùm a clericorum, ſed etiam a totius populi colloquio atque conuiuio placuit excludi, donec reſipiſcens ad ſanitatem redire feſtinet.* IDEM cano. 29. *Si quis Epiſcopus ſua ſententia non acquieſcit Synodi legibus audiendum.* Hinc Concilium ANTIOCHENVM I. ſub Iulio I. can. 41. *Si quis Epiſcopus à ſynodo fuerit depoſitus, vel presbyter, vel diaconus a proprio Epiſcopo condemnatus* (vide Clerici ſuſpenſi, &c.) *& præſumpſerit ſacerdotij ſeu ſacri miniſterij aliquam actionem, non ei amplius liceat neque in alia ſynodo ſpem reſtitutionis habere, neque* * *aſſertionis alienius locum: ſed & communicantes ei abijci omnes ab Eccleſia, maximè ſi, poſtquam nouerint ſententiam aduerſus eum fuiſſe prolatam, ei contumaciter communicarunt.* Hunc canonem allegant EPISCOPI ANTIOCHIÆ, PISIDIÆ SELEVCIAE, &c. epiſtola miſſa ad Leonem I. (quæ ſtat in ordine plurium ad calcem Chalcedonenſis Concilij) contra Timothæum Ælurum hæreticum, & alios Epiſcopos ab eodem ordinatos, allegat ſimiliter & hunc canonem Concilium AQVISGRANENSE I. cap. 47. Idem omnino ſtatuit iterum præfatum Cõcilium Antiochenum de clericis, qui ad Principem proficiſcuntur, canone 11. & 12. & allegatur à Gratiano, cauſa 23. quæſt. 8. cap. Si quis Epiſcopos, & cauſa 11. q. 3. c. Si quis à proprio. Vide Princeps non interpellandus, &c. Hinc & BONIFACIVS I. in decreto quod allegatur in codice 5. librorum, lib. 4. c. 37. *Si Epiſcopus expulſus, auſus fuerit ingredi ciuitatem qua expulſus eſt, vel exire de loco in quo degere miſſus eſt, iubemus eum in monaſterio in alia prouincia conſtituto tradi, vt qui in ſacerdotio peccauit, degens in monaſterio corrigatur.* Hic nota ex epiſtola EPHESINI I. Concilij miſſa ad Concilium PAMPHILIAE de Euſthatio Epiſcopo: quod eidem Euſthatio non propter demerita, ſed ad propriam inſtantiam ſubmoto, ſine controuerſia & contradictione conceditur, honorem & nomen Epiſcopatus & communionem retinere. Hac tamen lege & conditione, vt neminem ordinet, neque ex ſua authoritate fungatur officio, niſi tanquam adiutor aſſumatur, & ei permittatur ab Epiſcopo. Hoc ad propoſitum eſt, quod ſtatuit Concilium GENERALE IV. Chalcedonenſe I. cano. 29. actio. 15. *Epiſcopum* (ait) *in presbyteri gradum deducere eſt ſacrilegium ſi qua autem iuſta cauſa illos ab Epiſcopali actione remouet, nec presbyteri debent locum obtinere. Sin autem abſque vllo diſcrimine dignitate moti ſunt, ad Epiſcopalem dignitatem redibunt.*

Concilium Arelatenſe 2. ſub Syluest. 1.

Concilium Antiochenum 1. ſub Iulio 1.

* ſatisfactionis vt credo.

Epiſcopi Antiochiæ, Piſidiæ, &c.

Concilium Aquiſgranen. 1. Bonifacius 1.

Bonifacius 1.

Conciliũ Epheſinum 1. generale 3.

Concilium Pamphyliæ ſub Cæleſti. Euſthatius Epiſcopus abſolutus, tamen Epiſcopi nomẽ retinere meruit.

Epiſcopus in presbyteri gradum non decidat.

Concilium Chalcedonen. generale 4.

Anatolius religioſiſſimus Conſtantinopolitanus Archiepiſcopus dixit: Hi qui dicuntur ab Epiſcopali dignitate ad presbyteri ordinem deſcendiſſe, ſi iuſtis quidem de cauſis condemnantur, iure nec presbyteri quidem honore digni ſunt. Sin autem ſine aliqua probabili cauſa ad inferiorem gradum depreſſi ſunt, iure ſi quidem culpæ affines, Epiſcopatus authoritatem & ſacerdotium recipiant. Quod & exemplo fecerunt prædicti Patres, dum Theodoreto, Ibæ & Euſebio, & aliis, de quibus iam diximus, Epiſcopatus reſtituerunt iniuſtè ablatos. Hinc in Concilio SVESSIONENSI apud ſanctum Medardum, in actione pro cauſa Hincmari Archiepiſcopi Rhemenſis, qui à ſummo Pontifice (vt antea diximus) in locum Ebbonis ſuffectus eſt, legitur quòd præfatum Ebbonem adeò ſummus Pontifex propter ſcelera immania damnauit, vt inter laicos tantùm communionem habere mereretur. Tamen Concilium AFRICANVM ſub Bonifacio I. canone 54. annitente toto patrum collegio, Quod vult Deum, Conturienſem Epiſcopum excommunicatum quidem propter ſcelera, noluit Epiſcopatu priuare, antequam cauſæ eius exitus appareret. Et conſequenter Maximinum Epiſcopum Bagaienſem condemnatum iuſſit ab Epiſcopatus miniſterio & officio abſcedere, & aliũ in locum eius ordinauit ſubſtitui. Sed penè oblitus eram CANONIS APOSTOLORVM 29. vbi ſic legitur: *Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus depoſitus iuſte ſuper certis criminibus, auſus fuerit attrectare miniſterium dudum ſibi commiſſum, hic ab Eccleſia penitus abſcindatur.* Hinc narrat NICEPHORVS CALLISTVS, lib. 13. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 13.* De Chryſoſtomo loquens: *Si quos* (ait) *ſacerdotes non iuxta Eccleſiæ conſtitutiones viuere velle cernebat, eos ſacris ædibus excluſit.* Hinc eundem in Epheſo memorat tredecim Epiſcopos Epiſcopali adminiſtratione ſpoliaſſe lege, capite nono. Eiuſdem libri vbi ſic ait, in initio capitis: *Poſtquam magnus iſte vir Eccleſias in Aſia a quibuſdam indignis perperam adminiſtrari audiuit, quod nonnulli quidem pecunia: quidam autem gratia Epiſcopatus redemptos obtinerent, Epheſum eſt profectus, & tredecim Epiſcopis dignitatem ademit, partim in Lycia & Phrygia, partim in Aſia ipſa, atque in illorum thronos alios ſubſtituit, &c.* Sed vt ad rem reuertamur VIGILIVS I. epiſtola ad Theodorum Epiſcopum Cæſareæ Cappadociæ, eundem Theodorum corripit, quod ab officio propter hæreſim & ſchiſma ſuſpenſus, præſumpſerit nihilominus Eccleſiaſtica ſacramenta adminiſtrare, & Miſſas facere: quod contra canones factum, iterum damnatione Apoſtolica percellit. Cui damnationi tredecim Epiſcopi ſubſcripſerunt, & ſententiæ promulgatione tam ſacerdotali honore, quàm communione Catholica, atque omni officio Epiſcopali & poteſtate ſpoliatur, iubetúrque nullis vacare vlterius rebus, niſi pœnitentiæ lachrymis: *Quibus percepta remiſſione culparum* (ait Vigilius) *locum communionemque tuam, aut a me, aut poſt obitum meum a ſucceſſore meo, ſi merueris recipias.* Sed & omnes Epiſcopos, qui ei præbuerunt aſſenſum, pro Dei conſideratione tandiu à ſacra communione ſuſpendit, donec vnuſquiſque errorem ſuæ præuaricationis agnoſcens, culpam propriam apud ſedem Apoſtolicam competenti ſatisfactione diluerit. Similiter & Seuerus Epiſcopus Antiochiæ exploſus eſt propter hæreſim, & ſede turbatus, vt diximus ſuperiùs, & habetur actione prima.

Cõcilium Sueſſionenſe.

Concilium Africanum 1.

Canon Apoſtolorum.

Nicephorus Calliſtus. Vtinam haberemus, qui Epiſcopos noſtros reformarent.

Vigilius 1.

Concilium generale 5. Conſtantinop. 2. Martinus Bracarenſis. Epiſcopus excommunicatum.

Zacharias 1.

A Concilij GENERALIS V. vbi patres ſcribunt ad Ioannem Hieroſolymitanum Epiſcopum. Vide infrà. Epiſcopus hæreticus. Hinc MARTINVS BRACARENSIS in collectorio, cap. 36. & allegatur Gratianus, cauſa 14. quæſt 7. cap. Si quis Et omnino idem refert ZACHARIAS I. ad Bonifacium Moguntinéſem, & ab eodem Gratiano, allegatur cauſa 11. q. 4. c. Quod prædeceſſor: *Si quis Epiſcopus, ſiue alicuius Epiſcopi preſbyter aut diaconus, in aliquibus ... opini... offenderit, & ob hanc cauſam fuerit excommunicatus, nullus Epiſcopus in communionem recipiat, niſi prius in communi Concilio, porrecto ſuas ſua libello, ſatisfaciat omnibus, & ita ... am ſuam teneat purgationem. Hoc idem & de fidelibus laicis ſit decretum, ſi in aliqua hæreſis opinione fuerint nominati.* Et ſubdit Martinus Bracarenſis, B cap. 37. & allegatur à Gratiano, cauſa 11 quæſt 3 cap Si quis: *Si quis Epiſcopus in Concilio excommunicatus fuerit, aut preſbyter aut diaconus a ſuo Epiſcopo, & poſt excommunicationem præſumpſerit, ſiue Epiſcopus ille, aut preſbyter aut diaconus, facere oblationē, vel ve... peritum vel matutinum facere ... quaſi in officio ... ſicut prius, non liceat ei nec in alio Concilio ſpem reconciliationis habere, nec vltra* * *reconciliari ... ſed etiam eos qui ei communicauerint, omnes ab Eccleſia reſpui, maxime eos qui ſciebant eum eſſe dec... Si autem permanſerit turbans & concitans Eccleſiam, per ... ei impoteſtatem, foris eum ſicut ſe ... ab ... pelli.* Excommunica- C tos autem iniuſtè recurrendum eſſe ad Cōcilium docet, non ad Principes vt habes in vocabulo, Princeps, vt & habes in Gratiano, cauſa 11. quæſt. 5. cap. Si quis. Hæc repetit & Conciliū AQVISGRANENSE I. cap. 54. & reliquum. Vide Clerici excommunicati, & hæretici. Tum hæc quæ ſequuntur ſuperioribus iunge, quia cohærent.

* recol'igi

Concilium Aquiſgranenſ. 10.

Epiſcopus hæreticus abſque Synodo à ſummo Pontifice poteſt damnari.] Hoc ſuperioribus annectendum eſt, quia iam in præcedentibus de hac materia ſumus loquuti. ſed & in ſequentibus vbi de Epiſcopis hæreticis explodendis agemus iterum hoc roborabitur: interim paucis hoc percipe. Conſtat quippe ex epiſtola D GELASII I ad Epiſcopos Dardaniæ, quia Epiſcopus hæreticus vel criminoſus, depon & condemnari poteſt a ſummo Pontifice etiam ſine ſynodo Agit enim ibi de Acacio Conſtantinopolitano Epiſcopo, quem Fœlix III. officio priuauerit propter hæreſim, quod factum calumniabantur quidam, & non poſſe damnari prædicabant regiæ ciuitatis Epiſcopum, ſine ſpeciali ſynodo. Sed Gelaſius ſe probat non erroris authorem fuiſſe, vt in eum noua ſcita proditent, ſed quia tantum alieno facinori ſua communione ſe miſcuit, iuſtè damnatur. cùm conſtet, vt ibidem ait, quia authore cuiuſlibet hæreſis dánato ſemel in ſynodo, ſufficere iudicarūt Patres, vt ſimili ſen- E tentia damnationis eſſet obſtrictus. qui eiuſdem profeſſionis exiſteret, vt allegat Gratianus. cauſa 24. quæſt 1 cap Maiores. & cap. Acacius. Vide etiā in vocabulo, Hæreſis author. & Hæreticus, &c. IDEM Gelaſius epiſtola ad Orientales Epiſcopos manifeſtè probat, quia Epiſcoporum criminoſorū abſolutio aut damnatio ad ſedem Apoſtolicā pertinet, ſi. ut & innocentū, vt pluries ſuprà iam diximus. Denique fit etiā men io in condemnatione Seueri & Petri Epiſcoporum hæreticorum. Actio, 1. Concilij GENERALIS V. Conſtantinopolitano II. quæ lata eſt à Mena Patriarcha Conſtantinopolitano & reliquis Patribus. quòd

Gelaſius 1.

Hæreſis author maxime Epiſcopus, an valeat ſine ſynodo damnari.

Authore hæreſis ſemel damnato ſufficit, vt omnes qui eidē adhæſerint, ſimiliter damnentur.

Concilium Cōſtantinopolitanum generale 5. ſub Iuſtiniano Mag... Etiam hoc ſuperiori pagina habes expreſſum & longè aliis præcedentibus.

A prædicti Epiſcopi hæretici præſumpſerunt contra canones reddere miniſterium ſacerdotale his, qui ſemel in ſynodo damnati fuiſſent, antequā de eis diſcuſſio ab alia ſynodo facta, eos innocétes probaſſet. Et ſtatutum memorant, quòd ſi quis auſus fuerit ſacrum quid de medio tempore facere, ante reſtitutionem in alia ſynodo, hunc nec poſtea in alia ſynodo ſpem aliquā reſtitutionis habere. Sic in ſynodo proprio ore damnatus Saphoracus Parſienſis Epiſcopus, iuſtè depoſitus eſt in Cōcilio PARISIENSI II. propter hoc factum congregato. Depoſiti ſunt etiam Agapius & Baho Epiſcopi in Concilio CABILONENSI I. cap. 18. quòd contra Patrum & canonum ſtatuta in mul- B tis erraſſe conuicti fuerint. Et in Concilio TOLETANO X. cap. vltimo, Pœnitentiæ mancipatus eſt Potamius, Bracarenſis Epiſcopus, conuictus hæreticus, vt dicemus infrà. Et vt ad propoſitum reuertamur: quòd Epiſcopus condemnari poſſit ſine ſynodo, apertè NICOLAVS I. fatetur epiſtola ad Radulphum Epiſcopū Bituricenſem, vt nos citauimus ſuprà in dictione. Digamus Sed fruſtra laboro, quia in omnibus pene locis decretorum inueniuntur ſummi Pontifices propter res diuerſas Epiſcopos damnaſſe, vt nos in multis locis ... poſuimus Sed perge ad ſequentia, & lege epiſto. 20 lib. 3. Regiſtri GREGORII I. vbi quoſdam excommunicat Epiſcopos, qui Maxi- C miano præſumptori in Salona ad quē epiſt dirigitur manus impoſuerant. Iunge quod ſequitur.

Concilium Pariſienſe 2.

Concilium Cabilonenſe 1. Concilium Toletanum 10.

Nicolaus 1.

Gregorius 1.

Epiſcopus hæreticus explodendus & anathematizandus De hac materia iam in ſuperioribus egimus, & in vocabulo, Hæreticus, dicetur. verùm quòd hic dicemus, non vltra erit repetendum. Itaque CYPRIANVS CARTHAGINENSIS, lib. 1. Epiſto. epiſt. 7. Baſilidem atque Martialem Epiſcopos, iuſtè propter hęreſim damnatos docet. Et lib. 3. epiſt. 13 Martianum Arelatéſem Epiſcopum hæreticum damnat. Hinc DAMASVS I. Et Concilium ROMANVM ſub eodem congregatum 90. Epiſcoporum epiſt. 5. ad E- D piſcopos Illyricos. Hanc etiam epiſtolam allegat THEODORETVS CYRENSIS, lib. 2. Eccleſ. hiſtoriæ, cap. 22. *Relatione Gallicanorum & Venetorum fratrum, quoſdam hæreſibus fauere cognouimus. quod malū non ſolum debent cauere Epiſcopi, ſed etiā reluctari contra ea quæ geſta ſunt imperitia aut ſimplicitate quorundam prauis interpretationibus deceptorū. Varijs ergo doctrinis non decet labefactari, ſed magis Patrum corroborari ſententiis. Auxentium ergo Mediolanenſem præcipue in hac cauſa damnatum eſſe liquet ... de iuſtum eſt omnes in vniuerſo Romanorum orbe Doctores legis, ea quæ legis ſunt ſapere, & non fidē doctrinis varijs macu... Et ſub finē: Credimus autem languentes in iſto conamine non tarde à noſtra ſeparandos eſſe cōmunione, & ab eis Epiſcopatus nomen* E *auferri, quatenus populi eorum liberati errore reſpirent. Nullo enim modo a deceptione poterunt corrigere populum, qui deceptionis laqueo detinentur.* Hinc Concilium GENERALE III. Epheſinum I. can. 2. *Si aliqui prouinciales Epiſcopi a ſancto Concilio abfuerunt, & ſe cum apoſtatis coniunxerunt, aut ſe cum illis coniungere conati fuerint, vel poſteaquam conſenſerint in depoſitionem & damnationem hæreticorum, recurrerunt ad cœtum apoſtatorum: hos prorſus vbique ex decreto ſancti Concilij ſacerdotium abrogatur, de gradu quoque deijciuntor* Idē renouatur can. 7. Vide Hæreticos animaduerſio. &c. & in dictione, Lapſus Huiuſmodi Epiſcopis qui in ſecundo Epheſina ſynodo Eutychetis partes adiuuerant, ad petitio

Cyprianus Carthaginenſis.

Damaſus.

Conci... Romanum ſub Damaſo 1. Theodoretus Cyrenſis.

Auxentius damnatus

Concilium Epheſinum 1 generale 3.

nem

nein Pulcheriæ Auguſtæ. Leo I. communionem reſtituit, vt videre eſt. Epiſtola trigeſimaſeptima eiuſdem LEONIS I. ad eandem Pulcheriam: *Deuotionis eſt* (ait) *Chriſtiana, vt pertinaces veritas iuſtè coerceat, & conuerſos charitas non repellat.* Et repetit epiſtola trigeſima octaua, ad Anatolium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, capite ſecundo. Vide mox in dictione, Episcopus hæreticus conuerſus. Sic multos legimus Epiſcopos damnatos ob hæreſim in CHALCEDONENSI SYNODO, vt Dioſcorum, cui à Patribus anathema dictum eſt. Sed & in præfata Epheſina Synodo I. Neſtorius Epiſcopus damnatus, & multi alij Epiſcopi, quorum nomina longum eſſet enarrare, de quibus iam in ſuperioribus nonnihil diximus. Damnatus eſt quoque à Fœlice III. Acacius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, vt ſuprà diximus, vt ex epiſtola ſecunda eiuſdem FOELICIS III. ad eundem Acacium conſtat. Nam cum iſte Eutychetis partes adiuuaret, & eadem farina Epiſcopos imbutos Eccleſiis præfeciſſet, ſed & legatos ſedis Apoſtolicæ in carcerem conijci paſſus eſſet, ſic ei reſcribit Fœlix: *Habe ergo* (ait) *cum his quos libenter amplecteris portionem ex ſententia præſenti, à ſacerdotali & communione Catholica, nec non etiam à fidelium numero ſegregatus. ſublatum tibi nomen & munus miniſterij ſacerdotalis agnoſce, ſancti Spiritus iudicio & Apoſtolica authoritate damnatus, nunquã anathematis vinculis exuendus.* Præterea de eodem Acacio allegat Gratianus decretum eiuſdem Fœlicis, vt vltra in eum procedere non oporteat, qui in hæreſim damnatam recidit. Cauſa 24. quæſt. 1. Acacius. Lege quod præcedente ſcripſimus altera annotatione. Similem excommunicationis ſententiam tulit in Neſtorium COELESTINVS I. epiſtola ad eundem miſſa, quæ lecta eſt collatione ſexta Concilij generalis quinti Conſtantinopolitani II. vbi ſic loquitur: *Itaque quamuis iam frater Cyrillus, ſecundis te epiſtolis ſuis aſſerat eſſe conuictum, intelligas, volo, poſt primam & ſecundam illius & hanc correctionem noſtrã, quam conſtat eſſe iam tertiam, ab vniuerſitate collegij & conuentu Chriſtianorum te prorſus eſſe seiunctum, niſi mox quæ male dicta ſunt corrigantur, niſi in eam viam redeas, quam ſe Chriſtus eſſe teſtatur,* &c. Hac excommunicationis forma plures in explodendis hæreticis vſi fuere ſummi Pontifices, vtpote INNOCENTIVS I. contra Theophilum Alexandrinum & Arcadium Imperatorem, qui Imperator non quidem fuit hæreticus, ſed permiſit vt hæretici ſanctum Chryſoſtomum vrbe Conſtantinopolitana pellerent. Hac forma vſus eſt SILVERIVS I. in Vigilium Diaconum, vt dicemus in vocabulo, Excommunicatio, & Papatus, & Hæreticus, &c. Eadem forma, lecta eſt condemnatio à VIGILIO I. facta in Concilio quinto generali Conſtantinopolitano II. contra Ruſticum & Sebaſtianum Epiſcopos, propter multa ſcelera in ſedem Apoſtolicam commiſſa, & quia hæreticis communicauerant: quo quidem ab officio authoritate Petri & Pauli decernit, & à communione, ſemotos, niſi poſt canonicè, pœnitentes matrem recognoſcant Eccleſiam, & eis tunc venia concedetur. Denique & à GELASIO I. epiſt. 2. ad Epiſcopos Siculos, & epiſt. 3. ad Fauſtum Magiſtrum, conſtanter docemur, quòd Epiſcopos hæreticos conuictos manifeſtè, non ſolùm præſuli Romano excommunicare licet, ſed cuicunque Pontifici, vt quoſlibet & quemlibet locum ſecundum regulam hæreſeos ipſius antè damnatæ à Catholica communione diſcernant. Hinc & Macarius Epiſcopus Antiochenus, in Concilio GENERALI VI. Conſtantinopolitano III. excommunicatus & explosus eſt qui fidem duarum voluntatum & operationum in Chriſto noluit confiteri, & eidem Theophanius ſuffectus eſt. Similiter & ſancto Concilio TOLETANO X. ad calcem decretorum, præſentatus eſt liber confeſſionis impiæ & hæreticæ cum authore ſuo Potamio Epiſcopo Bracarenſi, qui ſeipſum condemnans & propterea pœnitentiam egiſſe profitens, indignum ſe Epiſcopatu contestans. Hunc quidem omnino non ſpoliarunt honore Epiſcopatus ſecundum canones, ſed perpetuæ pœnitentiæ condemnarunt, vt ſpiritus eius ſaluus fieret. & eius loco, Eccleſiæ gubernacula alteri Epiſcopo cõmiſerunt, donec expiraſſet tempus pœnitentiæ eius, vtentes ad hoc authoritate Concilij VALENTINI GALLIAE I. cano. 4 Et cano 6. Præfatum Concilium Toletanum idem ſtatuit de Epiſcopis, qui non ſolùm hæretici ſint, verùm etiam aliquo graui crimine taxati & polluti, quos iubet degradari. Vide ſuprà, Clericus criminoſus, &c. Pro ſimili cauſa & patres (vt aliàs diximus) CABILONINSIS I. Concilij, cano. 18. contra Patrum decreta quòd multa perpetraſſent ſcelera, Agapiũ & Bahonem Epiſcopos degradarunt: ſed & Theodoſium Epiſcopum Arelatenſem (ad eundem miſſa epiſtola) qui Concilio noluit intereſſe, conſcius ſcelerum ſuorum, licet ipſe ſcelera commiſſa fateretur, & propterea pœnitentiam ageret, ab Epiſcopatus officio ſubmouerunt vſque ad proximum Concilium, prohibentes ne aliquid de facultatibus Eccleſiæ perciperet: quod & ZACHARIAS I. epiſt 5. ad Bonifacium Moguntinenſem, vbi prohibet Epiſcopo degradato res Eccleſiæ vendicari. Huic iunge quod ſequitur.

Epiſcoporum hæreticorum bona fiſco Eccleſiæ applicãda.] Dictum eſt in calce præcedentis annotationis, ex Zachariæ primo, & Cabilonenſi Concilio, Epiſcopum hæreticum & degradatum non poſſe bonis vti Eccleſiæ: quod latiùs exprimetur in vocabulo, Hæreticus. Siquidẽ MONACHI PALAESTINAE, & II. SYRIAE, epiſtola ad patres Concilij generalis 5. Conſtantinopolitani II. docent hæreticorum domus & ſuburbia, in quibus conuenticula celebrant, ſecundum leges fiſco eſſe applicanda. *Leges* (aiunt) *imperiales ſanciunt, omnem locum, & rem, in qua, & per quam, ſiue per errorem, ſiue ſecundum veritatem, ſacrum quod conſecratum eſt ſanctis Dei Eccleſiis offerre: & hoc vobis diuina Scriptura expoſuit, quãdo Moſes Dei ſeruitor edoctus, ſtatuit impropria non ſacra in præparationem templi venire, quoniam & ſi alienus fuit ignis, tamen in ipſis ſacrum ſacrificium ipſis prohibitum obtulerunt & perfecerunt Dathan & Abyron, & ſynagoga Chore, qui tunc contra ſacerdotiũ & prophetam ac Deum impudenter exurgebant, quemadmodum & iſti falſi ſacerdotes ad impietatem ſeipſos mercede conducunt, & veri Antichriſti in domibus intrarunt, & aliena altaria erexerunt, & baptiſteria ædificauerunt, in contrarium veri altaris & ſancti lauacri.* Hæc tam de laicis, quàm de clericis repetit Concilium LATERANENSE generale ſub Innocentio III. cap 3. vt dicemus in vocabulo, Hæretici proſcribendi & ſupplicio afficiendi, &c.

Epiſcopi ordinati ab hæreticis.] Vide infrà, Ordinati ab hæreticis, ex Nicæni Synodo II. generali 7 & aliis.

Leo I.
Chalcedonenſe Concilium generale 4.
Fœlix 3.
Damnatio & anathematizatio Acacij.
Cœleſtinus I.
Anathematizatur Neſtorius.
Innocentius I.
Silverius.
Vigilius I.
Gelaſius I.
Cuicunque Epiſcopo catholico licet excommunicare Epiſcopum hæreticum.

Concilium Cõſtantinopolitanum 3. generale 6.
Concilium Toletanum 10.
Potamius Epiſcopus Bracarẽſis damnatur.
Concilium Valentinum Galliæ I. cano. 4.
Concilium Cabilonenſe I.
Zacharias I.
Monachi Palæſtinæ & 2. Syriæ.
Numeri 16.
Concilium Lateranenſe generale ſub Innocentio 3 patrum 1215.

Epiſcopus hæreticus, ſi conuerſus fuerit.] Iam in ſuperiori annotatione dictum eſt, quia excommunicatio eorum protenditur vſque ad recantationem & conuerſionem, vt & exempli probatum eſt. Verumtamen de hæreticis Epiſcopis conuerſis, ſic CYPRIANVS CARTHAGINENSIS meminit lib. 3. Epiſtolar. epiſt. 11. ad Cornelium quòd ſcilicet gratantet recepti ſunt, & in gremium Eccleſiæ reconciliati Sed & lib 4. Epiſtolar. epiſt. 2. ad Antonianum, quia multi Epiſcopi tempore perſecutionis à fide defecerant, & multi Nouato ſe iunxerant, tãdem ad cor reuerſi, cum pace receptos meminit, (*In vnum* ait) *conuenimus, & ſcripturis diu ex vtraque parte prolatis, temperamentum ſalubri moderatione librauimus. Ut nec in totum ſpes communicationis & pacis, lapſis negaretur, ne plus deſperatione deficerent, & eò quod ſibi Eccleſia abdiceretur, ſicuti ſeculum gentiliter viuerent. nec tamen rurſus cenſura Euangelica ſolueretur, vt ad communicationem temere proſilirent, ſed traherentur diu pœnitentia, & rogaretur dolenter paterna clementia, examinarentur cauſæ, voluntates & neceſſitates ſingulorum, &c.* Tum de Trophimo Epiſcopo ſubdit: *Nam & de Trophimo, de quo tibi ſcribi deſideraſti, non ita res eſt, vt ad te pertulit rumor & mendacium malignorum. Nam ſicut & anteceſſores noſtri ſæpe fecerit colligendis fratribus noſtris chariſſimus frater noſter Cornelius neceſſitate ſuccubuit, & quoniam cum Trophimo pars maxima plebis abſceſſerat, redeunte & nunc ad Eccleſiam Trophimo, & ſatisfaciente, & pœnitẽtia deprecationis errorem priſtinum confitente, & fraternitatem quam nuper abſtraxerat, cum plena humilitate, & ſatisfactione reuocante, audita ſunt eius preces: & in Eccleſiam Domini non tam Trophimus, quàm maximus fratrũ numerus, qui cum Trophimo fuerat, admiſſus eſt. Qui omnes regreſſuri ad Eccleſiam non eſſent, niſi cum Trophimo comitante veniſſent. Tractatu ergo illo cum collegis plurimis habito, ſuſceptus eſt Trophimus, pro quo ſatisfaciebat fratrum reditus, & reſtituta multorum ſalus. Sic tamen admiſſus eſt Trophimus, vt laicus communicet, non ſecundum quod ad te malignorum literæ pertulerunt, quaſi locum & ſacerdotis vſurpet, &c.* Hinc poſtea Concilium AFRICANVM ſub Bonifacio I. canone 66. *Suggeſtum eſt* (ait) *vt plebes ante legem Imperatorum de vnitate latam. Quicunque conuerterentur Epiſcopi ad Catholicam ipſi ea obtinere debeant, verùm à lege vnitatis* (de lege vnitatis, lege in vocabulo, Hæreticus) *& deinceps oportere. Eccleſias vendicare ſibi Epiſcopos Catholicos eorum locorum, ad quæ loca ſub hæreticis pertinebant, vel conuerſorum ad Catholicam, vel non conuerſorum hæreticorum, & diœceſes, ſi quæ fortè ſunt inſtrumenta Eccleſiæ, vel ad eius vſus pertinentia: qui verò aliqua vſurpauerunt poſt legem, vſurpata conuenti reſtituant.* Reſiduum habes in dictione Epiſcopatus & Parochia. Hinc LEO I. epiſt. 38. ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, & allegatur a Gratiano, cauſa 1. quæſt. 1. cap. In Eccleſia: *Qui plenis* (ait) *ſatisfactionibus male geſta condemnant, & accuſare magis ſe eligunt quam tueri, pacis & communionis noſtræ gratia leuentur, ita vt digno priùs anathemate, quæ contra Catholicam fidem ſunt recepta damnentur. Aliter enim in Eccleſia Dei quæ corpus eſt Chriſti, nec rata ſunt ſacerdotia, nec vera ſacrificia, niſi in noſtra proprietate natura verus nos Pontifex reconciliet, verus immaculati agni ſanguis emundet, qui licet in Patris noſtri dextera ſit conſtitutus, in eadem tamen carne, quam ſumpſit ex virgine, ſacramentum propitiationis exequitur, dicente Apoſtolo: Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt. imò qui & reſurrexit, qui eſt in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Neque enim poteſt in aliquo benignitas noſtra reprehendi, cum ſatisfacientes recipimus quos dolumus eſſe deceptos. Nec aſpere igitur communionis noſtræ gratia deneganda eſt, nec temere largienda: quia ſicut plenum pietatis eſt, oppreſſis charitatem Dominicam redhiberi, ita iuſtum eſt omnia perturbationis authoribus imputari.* Idem & epiſtola quadrageſima quarta ad eundem Anatolium, & epiſtola quadrageſima nona ad Pulcheriã Auguſtam IOEM quoque epiſtola octuageſima quinta, ad Epiſcopos Africanos, capite tertio, & allegat Gratianus, cauſa prima, quæſtione ſeptima, capite, Donatum: *Donatum Salicinenſem Epiſcopum, ex Nouatiano cum ſua plebe conuerſum, ea lege vt damnet errorem, & erroris authorem, & libello oblato Catholicam profiteatur veritatem, iubet Dominico gregi præſidere.* Idem ibidem, de Maximo Donatiſtarum Epiſcopo ſtatuit, qui ex laico Epiſcopatum obtinuerat, tamen conuerſo priſtinum gradum reſtituit. Similiter Concilium GENERALE ſeptimum, quod fuit Nicænum ſecundum actione prima, cùm decem Epiſcopi ab hæreſi Iconoclaſtarum ad veram conuerſi eſſent & Catholicam vnitatem quæſtionem agitauit an recipiendi eſſent, qui imperitia deliquerant, tum coram Patribus libri allati ſunt ſanctorum Patrum, quibus cognoſcerent, quænam in recipiendis ratio obſeruanda foret: ut opportunius totum repoſuimus, hæretici conuerſi, an ſuſcipiendi. Vide igitur ibi.

Cyprianus Carthaginenſis.

Trophimus Epiſcopus hæreticus, reconciliatus Eccleſiæ.

Epiſcopus Hæreticus & ſi cõuerſus, non tamen vt ſacerdos, ſed vt laicus communicauit.

Concilium Africanum ſub Bonifacio I.

Leo I.

Rom 8.

Concilium Nicænum generale 7.

Epiſcopus hæreticos inſectetur, nec in ſua diœceſi hæreſis exercitium permittat.] Sufficienter quidem de his agemus in vocabulo, Hæreticus, & Hæreſis. Verùm quod hic dixerimus, non erit repetendum. Sic Concilium ARELATENSE II. canone vigeſimotertio: *Si in alicuius Epiſcopi territorio, infideles aut faculas accenderint, aut arbores, fontes, vel ſaxa venerentur, ſi hæc eruere neglexerit, ſe eſſe reum cognoſcat. Dominus autem vel ordinator rei ipſius, ſi admonitus emendare noluerit, communione priuetur.* Et Concilium MILEVITANVM I. * canone vigeſimoquarto, & allegatur à Gratiano, cauſa decimaſexta, quæſtione tertia, capite, Placuit: *Placuit, vt quicunque negligunt loca ad ſuam cathedram pertinentia, in Catholicam vnitatem lucrari, conueniantur a diligentibus vicinis Epiſcopis, vt id agere non morentur. Quod ſi intra ſex menſes, à die conuentionis non hoc fecerint, qui potuerit ea lucrari ad ipſum pertineant. Iſta ſanè vt ſi ille ad quem pertinuiſſe videbantur, probare potuerit magis illius electam negligentiam ab hæreticis, impune vt ibi ſint, & ſuam diligentiam fuiſſe præuentam vt eo modo eius cura * ſolertior vitaretur, cum Epiſcopi iudices cognouerint hoc ſua cathedra loca reſtituant.* IDEM canone vigeſimoquinto: *Si in matricibus Eccleſiis Epiſcopus* [illegible] *fuerit aduerſus hæreticos, conueniatur a vicinis Epiſcopis diligentibus, & ei ſua negligentia demonſtretur, vt ſe excuſare non poſſit. Quod ſi ex die quo conuenitur, intra ſex menſes, ſi in eius prouincia executio fuerit, & non eos ad vnitatem Catholicam conuertendos curauerit, non ei communicetur donec impleat. Si autem executor ad loca non venerit, non aſcribatur Epiſcopo. Si autem probatum fuerit, cum de communione illorum fuiſſe mentitum dicendo eos communicaſſe, quos eo ſciente, non communicaſſe conſtiterit, etiam Epiſcopatum amittat.* Hæc decreta ſolicitè obſeruare curarunt Patres AFRICANI Concilij ſub Bonifacio I. vt ex eorundem profeſſione liquet dum

Epiſcopi [illegible] hæreticos [illegible] inſectentur.

Concilium Arelatenſe [illegible] ſub S[illegible] ſts. 1. anno 316.

Concilium Mileuitanum.

Heu quam miſer [illegible] ſigs videamus hos c[illegible] nes.

* ſol[illegible] decretum vel vetaretur.

ibidem, canooe 33. & cano. 14. in ſua vnuſquiſ-
que diœceſi vigilanter explete curauit, & ſecula-
re brachium uoplorandum cenſet, ſi ſuerit opus.
& cano 35 nmnes vnaniniiter ſummo Pontifici
ſupplicant, vt iubeat, ſi ad cor redierint, in quali-
bet ciuitate ſuis reddantur honoribus (licet hoc
prohibitum dicant in Concilio Tranſmarino) vt
vnitati catholicæ conſulatur, ſtatuerunt quoque
cano 36. quod legati ad Donatiſtas mitterentur,
eo tempore hæreticos, prædicandæ pacis gratia
vt ſub tali conditione ad gremium Eccleſiæ re-
uertereotur, & ſcirent ſibi omuia condouata, &
communionem receptutos. Portò præcedentia
Mileuitani concilij decreta canone 14 90. & 91.
repetunt vide infrà, Epiſcopatus, &c. hinc Leo
Leo 1
I epiſtola 2. ad Epiſcopos Italiæ docet quomo-
do Manichæos (quos diligenti indagatione quæ-
ſiuit) inuenerit, & quoſdam conuerterit, cæteros
obſtinatos in exilium relegauerit. & Epiſcopos
Italiæ, ſimiliter vt agant adhortatur: *Ne (ait) ali-
cubi hæretica peruerſitatis homines, plebes facultatem
lædendi & ſacrilegi ſui poſſint inuenire doctores. A-
liter enim nobis commiſſos regere non poſſumus, niſi
eos qui ſunt perditores & perditi, zelo fidei dominicæ
proſequamur, & a ſanis mentibus, ne peſtis hac latius
diuulgetur, ſeueritate qua poſſumus, abſcindamus, vt
enim habebit a Deo ingens remunerationis præmium,
qui diligentius, quod ad ſalutem commiſſa ſibi plebis
proficiat, fuerit executus: ita antè tribunal Domini,
de reatu negligentiæ ſe non poterit excuſare, quicunque
plebem ſuam contra ſacrilegæ perſuaſionis authores
noluerit cuſtodire* Eadem refert Proclvs Con-
Proclus Conſtantinopolitanus epiſcopus.
stantinopolitanvs Epiſcopus epiſtola
ad Ioannem Epiſcopum Antiochenum, vt iam
citauimus ſuprà in dictione, Epiſcoporum ſocor-
dia, vel Epiſcopi ſocordes, &c. & vt multa, omit-
tamus, quæ iam ſuperiùs, dum de Epiſcoporum
officio & munere diſceptaremus, dicta ſunt, nec
repetenda: ſic etiam ille Basilivs Impera-
Baſilius imperator.
tor in oratione ad Patres Concilij generalis 8.
Conſtantinopolitani 4. ad calcem concilij ſic eos
alloquitur: *Vos (ait) amatores virtutum, Deo ami-
ciſſimi, ſummi ſacerdotes, qui Epiſcopali decoramini
Egregia plane Principis adhortatio.
dono, ſinguli commonere proprium gregem, & ad ſa-
lutem ducere ne pigritemini, demonſtrantes quantum
Vide & expendenum ſimile noſtro ſeculo perpetratum a Caluiniſtis.
malum ſit, Eccleſia Dei manente in tranquillitate, ab
illa diſſilire, & contra eos, qui præſunt animabus ſuis,
inſanire, & à diuinis myſteriis, propter irrationabiles
& viles occaſiones, ſeſe exercere. Et quidem ſubiectum
vobis gregem per vnumquemque diem Dominicum
confirmantes, ad diuinarum voluntatum dirigite per-
fectionem. Eos verò qui errore hæreſeos cuiuſquam
detinentur, tanquam paſtores boni conuertite. Noue-
rit enim virtutibus plena perfectio veſtra, quòd ſi no-
tum fuerit vobis, hæreſis quæcunque in prouincia cu-
iuſcunque veſtrum latitans, non per doctrinam aſſi-
duam radicitus euellatur, & omnes ad orthodoxam fi-
dem reducantur, canonice huiuſmodi Epiſcopus a pro-
prio Patriarcha condemnabitur, &c.* Hinc & Con-
Concilium generale ſub Innocentio 3. pp. 1215. in Laterano celebratum
cilium Lateranense Generale ſub
Innocentio 3. cap. 3. & allegatur extra de Hære-
ticis cap. 13. poſtquam de hæreticorum fautori-
bus diſceptauit, vt ſuo loco dicetur, ſic addit: *Ad-
iicimus, vt quilibet Archiepiſcopus vel Epiſcopus, per
ſe aut per Archidiaconum ſuum, vel idoneas perſonas
Mandatur præſulibus hæreticos inquirere. Doleo, ſi mandatum hoc noſtri exequitur
honeſtas, bis aut ſaltem ſemel in anno, propriam Paro-
chiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circum-
eat, & ibi tres vel plures boni teſtimonij viros, vel etiam
ſi expedire videbitur, totam viciniam iurare compel-
lat, quod ſi quis ibidem hæreticos ſciuerit, vel aliquos
A occultè conuenticula celebrantes, ſeu à communi con-
uerſatione fidelium, vita & moribus diſſidentes, eos
Epiſcopo ſtudeat indicare. Ipſe autem Epiſcopus ad
præſentiam ſuam conuocet accuſatos, qui niſi ſe ab ob-
iecto reatu purgauerint, vel ſi poſt purgationem exhi-
bitam, in priſtinam fuerint relapſi perfidiam, canoni-
cè puniantur. Si verò aliqui ex his iuramenti religio-
nem obſtinatione damnabili reſpuentes, iurare forte
noluerint, ex hoc ipſo tanquam hæretici reputentur. *
** Attende præceptum.*
Volumus igitur & mandamus, & in virtute obedien-
tiæ diſtrictè præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequen-
da, Epiſcopi per diœceſes ſuas diligenter inuigilent, ſi
canonicam effugere voluerint vltionem. Si quis enim
Epiſcopus ſuper expurgando de ſua diœceſi hæreticæ
prauitatis fermento negligens fuerit, vel remiſſus, cùm
B id certis indiciis apparuerit, & ab Epiſcopali officio
deponatur, & in locum ipſius alter ſubſtituatur ido-
neus, qui velit & poſſit hæreticam confundere prauita-
tem.* Hoc decretum allegat & renouat Marti-
Martinus 5.
nvs V. ad calcem Conſtantienſis Concilij con-
tra Ioannem Vviclef & Ioannem Huſs. & Hie-
ronymum à Praga omnes qui negligentes fue-
rint, ſeu remiſsè egerint, in eis extirpandis depo-
nendos ab officio, & priuandos dignitate, conſti-
tuens, & alios illorum loco ſubſtitui mandans,
qui hoc opus valeant explere, vt iam ſuprà me-
moratum eſt. & patres Concilij Basileensis
Concilium Baſileenſe generale.
epiſtola ſynodali de authoritate generalis Con-
cilij ſuprà Papam ad calcem ſeſſionis vltimæ
idem hortantur, & dicunt: *Sanguis omnium per-
C euntium, propter hæreſes, bella, & morum deformita-
tem, ab eius manibus exigetur, qui impedimento eſt,
ne illa tollantur.* Idem omnino refert, & prædicta
confirmat decreta, Concilium Senonense
Concilium Senonenſe ſub Antonio a Prato cancellario & cardinale.
cap. 32 generalis decreti: quæ eſt opus repetere,
quia ſuperioribus omninò conformia ſunt. Vide
hæreticus, & hæreſis.

Epiſcopus non de Eccleſia vi extrahen-
dus.] Habes ſuprà, Eccleſia.

Epiſcopus qui indignos conſecrauerit,
vt puniatur.] Vide ordines ſacri indignis non
conferantur, &c.

Epiſcoporum nomina in Miſſa recitan-
da.] Hoc antiquitus obſeruatum, conſtat vt tem-
D pore ſacrificiorum defunctorum nomina Epiſ-
coporum recitarentur, quæ in diptychis erant aſ-
cripta. hinc narrat Nicephorvs Calli-
** Nicephorus Calliſtus.*
stvs lib. 13. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 30. &
ſequentibus, quòd Atticus Conſtantinopolita-
nus Epiſcopus, Ioannis Chryſoſtomi nomen in-
uidia percitus, è ſacris diptychis abraſerit, nec vo-
luerit in Miſſa recitari: verumtamen poſtea cùm
ſummo honore inſertum, vt ex proceſſu hiſtoriæ
liquet. Denique Epiſcoporum nomina in miſſa
recenſeri ex multis locis patet, præcipuè eorum
Epiſcoporum, qui ſanctè & Deo dignè conuer-
E ſati eſſent: vnde iubentur poſt mortem Concilio
Generali V. Conſtantinopolitano 2. actio-
Concilium Conſtantinop. 2. generale 5.
ne 1. omnium patrum acclamatione, nomina in
exilio mortuorum & iniuſtè expoliatorum. Pau-
li, Ioannis Chryſoſtomi, Flauiani. Conſtantino-
politanorum Pontificum Euphemiani, Macedo-
nij, & Leonis magni, atque Cyrilli, & aliorum no-
mina, de cætero ſacris Diptychis inſeri, & poſt
Euangelium in Miſſa nominari: quod nunc ob-
ſeruari non video, ſed tantùm in ſacro canone,
ſummi Pontificis nomen, & Epiſcopi diœceſis
recitatur, vt diximus in vocabulo canon Miſſæ.
Mentionem quoque huiuſce rei facit Epipha-
nivs Tyrivs epiſt. ad Concilium præfatum
Epiphanius Tyrius.

actione 1. lecta ſub finem mentionem ſimilite facit eiuſdem rei Clericorum Apamaearum epiſtola, ad ſuprà memoratam ſynodum, contra Epiſcopum ſuum Petrum quem accuſant, vocabula ſanctorum Patrum qui donauerant ſacra vaſa diuinis Miſſis (ſic enim loquuntur) & altaria veneranda exexprant, de ſacris Diptychis abraſiſſe: quæ vocabula ad inſtantiam cleri ſolenniter repoſita ſunt. vt ibidem memoratur. Simile omnino eſt quod in Concilio Mopsvestiense à Ioanne Metropolitano ſecundæ Ciliciæ prouinciæ, & cæteris Epiſcopis conprouincialibus (vt narratur collatione 5. eiuſdem generalis 5. Synodi) ad preces Iuſtiniani Imperatoris, qui de nomine impij Theodori Mopſueſtienſis Epiſcopi hæretici certus eſſe volebat, an fuiſſet è ſacris diptychis abraſum, tunc iuſſus eſt Diaconus è ſacris diptychis referre defunctorum nomina Epiſcoporum, & ſubditur. *Inſerunt ergo vt recitarentur ſacra diptycha quæ declarant ſanctæ memoriæ commemorationem ſacerdotum ipſius Mopſueſtenæ ciuitatis, ex quo immaculata & orthodoxa fides prædicatur vſque ad hunc ſacerdotem qui in præſenti tertia decima indictione defunctus eſt. & recitati ſunt: & habent ſic pro quieſcentibus Epiſcopis, Protegene, Zoſimo, Olympio, Cyrillo, Thoma, Baſſano, &c.* Et in conſequenti textu antiquis præcedentibus huius Eccleſiæ presbyteris, martyrio, & alijs agnoſcitur, quòd hic Cyrillus nominatus inter cæteros, fuerit Cyrillus Alexandrinus, qui ob reuerentiam in locum Impij Theodori aſcriptus eſt & nomen Theodori ſuppreſſum. Aliter enim nullum, multis teſtantibus, hæc ciuitas habuit Epiſcopum nomine Cyrillum, quod & teſtimonio laicorum, qui vt ibidem dicitur, extra ſacrum concilium ſunt, etiam firmatum eſt. Denique abraſa leguntur è ſacris Eccleſiarum diptychis nomina hæreticorum, Patriarcharum Cyri, Alexandrini Pontificis Sergij Pyrrhi, Pauli, Conſtantinopolitanorum Pontificum, & de picturis Eccleſiæ, atque foribus ſunt decreta, in Concilio Generali VI. Conſtantinopolitano 3 in Trullo celebrato vt etiam Platina Cremonensis in vita Agathonis 1. teſtatur & reliqua vide etiam. hæreticorum nomina non recitanda, &c.

Clerici Apamæi.

Concilium Mopſueſtienſe.

Theodorus Mopſueſtiæ Epiſcopus hæreticus.

Laici extra cõcilium vide, Laicus & cõcilium

Concilium Cõſtantinopol. 3 generale 6.

Platina Cremonenſis.

Epiſcoporum ſententia iudiciaria lata rata ſit.] dictum eſt Constantini Magni ex epiſt. eius ad Ablianum prætorito præfectum, & allegatur, in Concilio Valentino 3. Galliæ capite vltimo. *Religionis eſt* (ait) *Clementiam noſtram ſciſcitari voluiſſe, quid de ſententiis Epiſcoporum vel ante moderatio noſtra cenſuerit vel nunc ſeruari cupimus. Sanximus namque ſicut edicti noſtri forma declarat, ſententias Epiſcoporum quolibet genere latas, ſine aliqua ætatis diſcretione inuiolatas ſemper incorruptaſque ſeruari, ſcilicet vt pro ſanctis ſemper & venerabilibus habeatur, quidquid Epiſcoporum fuerit ſententia terminatum, ſiue itaque inter minores ſiue inter maiores ab Epiſcopis fuerit iudicatum, apud vos qui iudiciorum ſummam tenetis, & apud cæteros omnes iudices ad executionem voluimus pertinere, multa enimque in iudicio captioſæ præſcriptionis vincula promi non patimur inueſtigat, & promit ſacroſancta religionis authoritas. omnes itaque cauſæ, quæ vel prætorio iure vel ciuili tractantur Epiſcoporum ſententiis terminatæ perpetua ſtabilitatis iure firmentur nec liceat vlterius retractari negotium quod Epiſcoporum ſententia deciderit.* Plures huiuſmodi conſtitutiones habes inſertas in vocabulo canones patrum, & Conciliorum authoritas, & Eccleſiæ iudicium, &c. Denique hanc legem etiam obſeruant Romani Pontifices, qui à ſede Apoſtolica nunquam licet appellare vt diximus in dictione appellare à ſede Apoſtolica non licet, ex Nicolao 1. epiſtola ad Michaelem Imperatorem, & allegat Gratianus cauſa 35. quæſt. 9. c. 4. ſententia in locis ſupra aſſignatis.

Conſtantinus Magnus.

Vide quantum deferat Epiſcopis hic princeps.

Nicolaus 1.

Epiſcopus pro iudiciis munera non accipiat.] Hoc poſuimus in vocabulo clericus ex Concilio Tarraconenſi 1 ſub Fœlice 3 cano. 10. vide in dictione Iudex iudicium, & vſura.

Epiſcopus frequentet Eccleſiam & domum prope eam habeat.] Hoc relinquemus inſerendum in vocabulo Epiſcopium mox

Epiſcopus non geſtetur à clericis.] Audiui alias quoſdam pontifices in proceſſionibus ſolitos à miniſtris delegatis in ſellulis portari, cæterum Concilium Bracarense III. canone 5. prohibet Epiſcopis ne Reliquias ſolito more ad vanitatem & timorem colli geſtent in ſolennitatibus martyrum nec ſe geſtari à leuitis faciant in ſellulis. *Ne* (ait) *ſub ſanctitatis ſpecie vanitas ſola præualeat, ſi modum ſuum vniuſcuiuſque ordinis reuerentia non agnoſcat.* Vide reliquum in vocabulo Reliquiæ.

Concilium Bracarenſe,

Epiſcopalis Benedictio.] Vide Miſſa.

Epiſcopi defuncti exequiæ celebrandæ, nec facultates eius poſt mortem diripiendæ, &c.] Concilium Rhegiense, canone 5. *Stabili definitione conſultum eſt, vt de cætero obſeruaretur ne quis ad eam Eccleſiam quæ Epiſcopum perdidiſſet niſi vicinæ Eccleſiæ Epiſcopus exequiarum tempore accederet qui tamen ſtatum Eccleſiæ ipſius curam diſtrictiſſime gereret, ne quid ante ordinationem diſcordantium in neceſſitatibus clericorum ſubuerſioni liceret. Itaque cum tale aliquid accidit, vicinis, vicinarum Eccleſiarum inſpectio, deſcriptio, recenſioque rerum mandetur, & ſubdit canone 6. Hæc autem omnia exequiarum tempore vſque ad ſeptimam defuncti agat diem, exinde Eccleſiæ referens mandatum Metropolitani, ſimul cum omnibus ſanctis Epiſcopis ſepeliantur, nec quiſquam ad Eccleſiam quæ ſummum amiſerit ſacerdotem niſi Metropolitani litteris inuitatus (ne a plebe decipiatur) accedat & vim pati voluiſſe videatur.* Hæc confirmat Leo I. epiſtola 82 ad Anaſtaſium Theſſalonicẽſem Epiſcopum c. 3. vt diximus V. Epiſcopus eligendus, &c. Denique & Concilium Chalcedonense generale 4. canone 22 & allegat Gratianus cauſa 12. quæſt. 2 cap. Non liceat. *Non liceat clericis poſt obitum ſui Epiſcopi, res ad eum pertinentes diripere, ſicut antiquis quoque eſt canonibus conſtitutum quod ſi hoc facere tentauerint graduum ſuorum periculo ſubiacebunt.* Hunc canonem ſub ſimili forma allegat Concilium Vormatiense cann. 75. hinc Concilium Tarraconense I. ſub Fœlice 3. canone 12. & allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſt. 5. *Sicubi defunctus fuerit Epiſcopus inteſtatus, poſt defunctionem eius à presbyteris & Diaconibus de rebus ipſius inuentarium fideliter conſcribatur à minimo vſque ad Maximum, id eſt de vtenſilibus vel omni ſupellectile ita tamen, vt ſi quis exinde vel præſumpſiſſe aliquid vel occultè fuerit tulſſe conuictus ſecundum furti tenorem reſtituat vniuerſa.* Idem omnino repetit Concilium Ilerdense canone 16. & allegat Gratianus cauſa 12. quæſt. 2. cap. Hæc huius. vbi præfatum Concilium relinquit diſponenda ad arbitrium ſubſtituendi pontificis, qui diuidere tenebitur res Epiſcopi, ſecundum quod eos cognouerit diſci-

Concilium Rhegienſe ſub Sixto 3. & Valentiniano Imperat.

Leo

Concilium Chalcedonenſe generale 4.

Concilium Vormatienſe. Concilium Tarraconenſe.

Concilium Ilerdenſe

plinæ

plinæ & charitati prædeceſſoris ſui fideliter paruiſſe, ſi quis auté, vel dolo vel furto vel quocunq; modo condẽuatus fuerit aliquid abſtuliſſe reus ſacrilegij anathemate feriatur, & vix ei peregrina communio concedatur. Eadem & præmiſſæ conſtitutioni Rhegienſis Concilij ſubſcribens ſtatuit Concilium VALLENTINVM HISPANIAE I. canone 2. vbi prohibet ne quiſpiam Epiſcopi defuncti res furto, vel alio quouis modo audeat tranſportare, ſed omnia in futuri antiſtitis poteſtate conſtituantur. *Quod vt confidentius* (ait) *iuſtitia manente ſeruetur ſecundum Rhegienſis Synodi conſtituta* (habes ſupra) *Epiſcopo è corpore recedente, vicinior illi accedat Epiſcopus, qui ex more exequiis celebratis, ſtatim Eccleſia ipſius curam diſtrictiſſime gerat, ne quid ante ordinationem futuri Pontificis * remanentium clericorum ſubuerſioni vel dereptioni iam liceat, ita vt directis hominibus inſpectio certior & deſcriptio fideliſſima (ſi fieri poteſt) intra octauas defuncti ſub diligentia præſentis Epiſcopi peragatur, ac dehinc ad Metropolitani notitiam habita ordinatè deſcriptio deferatur, vt eius electione talis creditarum ſibi rerum (ſi forſitan tarditas in Epiſcopo ordinando ſucceſſerit) Metropolitano congruis temporibus poſſit reddere rationem. vt ſub hac ſalubri conſtitutione, clerici ſtipendiis ſuis omnino contenti, labores non diripiant Epiſcopi decedentis, & in vacuam Eccleſiæ domum futurus Pontifex non ſine dolore ſuccedat, ſed magis de Prædeceſſoris ſui dimiſſo poſſit & ipſe gaudere & aliis miniſtrare.* De eius autem exequiis Idem canone 4. ſubiungit. *Illud prouido conſilio decretum eſt, vt quia ſæpe ſanctorum antiſtitum per abſentiam commendatoris Epiſcopi exequiæ differuntur ita vt veneranda Pontificis membra dum tardius funerantur, iniuria omnino ſubiaceant, Epiſcopus qui poſt mortem fratris ad ſepeliendum eum ſolet inuitatus occurrere, infirmum magis & adhuc in corpore poſitum admonitus viſitare non differat, vt aut de reuelatione conſacerdotis amplius gaudeat, aut certè de ordinatione domus ſuæ fratrem admoneat, eiuſque probabilem voluntatem in effectum tranſmittat, ac recedentem à ſeculo poſt oblatum in eius commendatione ſacrificium mox ſepulturæ tradat diligentiſſime, & ſuperius conſtituta canonicè non differat adimplere. Si autem Antiſtes repentino obitu deceſſerit & collimitanei ſacerdotes vt fieri ſolet de longinquo minime adeſſe potuerint, vno die tantum cum ſua nocte, exanimatum corpuſculum ſacerdotis maneat. nec ſine fratrum ac religioſorum frequentia vel pſallentium excubatione ſeruatum à presbyteris cùm omni diligentia in loco conditum ſeorſum non ſtatim humetur ſed honorificè commendetur donec ſine mora inuitato vndique Pontifice ſacerdotis corpus ab ipſo (vt condecet) ſolemniter tumuletur.* Vt & iniuriæ tollatur occaſio & mos antiquus in ſepeliẽdis ſacerdotibus obſeruetur de hoc & DIONYSIVS AREOPAGITA libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ loquitur vt diximus ſupra in vocabulo defunctus. Porro hæc decreta renouat & Concilium AVRELIANENSE IV. cap. 35. & AVRELIANENSE V. capite 8 Hinc quoque Valentini Concilij decreto ſubſcribit Concilium TOLETANVM VII. cano. 3. vbi de viſitando in infirmitate Epiſcopo & eius ſedulo corpore humando Epiſcopis vicinis & ſacerdotibus dat præceptum ſub eadem forma verborum, & cenſuram addit vt hoc negligentes anni totius ſpatio ad pœnitentiam in monaſteria relegentur, vide ſuprà defunctorum exequiæ ex 1. Concilio Aurelianenſi cano. 5. vbi omnibus iniungit Epiſcopis Epiſcoporum exequiis adeſſe, ſed & Concilium PARISIENSE I. canone 2. *Quia* (ait *Epiſcoporum res propriæ Eccleſiarum res eſſe noſcuntur. ſi in eorum facultatibus ſimili fieri* prius de facultatibus Eccleſiæ non inuadendis ſtatuit vt ſuo loco dicemus) *crudelitate graſſantium peruaſores rerum memoratarum canonum diſtrictione feriantur, vt dum vindicta corrigit qui non motibus propriis ac nulla conſcientia caſtigatione corripitur ſaltem regula obtundantur aculeis, perpetuo enim anathemate feriatur qui res Eccleſiæ confiſcare aut competere aut peruadere periculoſa infeſtatione præſumpſerit* Vide facultatum Eccleſiæ Inuaſores, &c.) hinc & Concilium CABILONENSE I. cano. 7. *Defuncto presbytero vel abbate nihil ab Epiſcopo auferatur vel Archidiacono vel à quocunque de rebus Parochiæ vel Xenodochij vel monaſterij aliquid debeat minuere, quod qui fecerit iuxta canonum ſtatuta debeat coerceri.* Similiter & Concilium GENERALE VI. Conſtantinopolitanum 3 in Trullo canone 35. iterum ſtatuit vt nulli omnium Metropolitanorum liceat, mortuo Epiſcopo qui eius throno ſubeſt res eius vel ipſius Eccleſiæ auferre vel ſibi vendicare ſed ſint ſub cuſtodia cleri Eccleſiæ cui defunctus præfuit vſque ad alterius Epiſcopi promotionem præterquam ſi in eadem Eccleſia non relicti ſint clerici. Tunc enim Metropolitanus ea non diminuta ſeruabit ordinando Epiſcopo omnia reddens. Idem ſtatuit de facultatibus ſummi Pontificis NICOLAVS II. in Concilio Romæ celebrato contra Berengarium Epiſcoporum 113. vide Papa, & facultates Eccleſiæ

Concilium Valentinũ Hiſpaniæ 1. ſub Symmacho vel Hormiſda & Theodorico rege.

* humetum

Exequiarum Epiſcopalium ritus & ceremoniæ.

Miſſa pro defuncto Epiſcopo celebranda.

Dionyſius Areopagita.

Concilium Aurelianenſe 4. Concilium Aurelianenſe 5.

Concilium Toletanum 7.

Conciliũ Aurelianenſ.1. ſub Vigilio 1.

Concilium Pariſienſe 1.

Sed heu nil horum hodie attenditur.

Concilium Cabilonenſ. 1. ſub Eugenio 1.

Concilium Cõſtantinopol. 3. generale 5.

Nicolaus 2.

Epiſcopi teſtamentum an condere valeant.] Hoc repoſuimus in vocabulo teſtamentum an Eccleſiaſtici condere valeant igitur perge. Porrò (bone lector) quod reliquum eſt tam ad diſciplinam & vitam & mores Epiſcoporum ſpectans abunde repetes in generali vocabulo. Clericus vbi ſimul omnium Eccleſiaſticorum mentio fit. hinc ergo recurre.

EPISCOPATVS.

Epiſcopatus vt erigendus]Iam in vocabulo Beneficium Eccleſiaſticum forſan aliqua diximus quæ poſſint & huic loco conuenire ſed & in dictione Parochia etiam quædam opportunè ſeruantur quæ ad hunc locum forte ſpectarent ſed omnia quæ potuit fieri ſynceritate ſuis locis congrue repoſita inuenies vt quod in vno defuerit ſtudeas ex altero repetere. De erigendis autem Epiſcopatibus Concilium SARDICENSE, Oecumenicum canone 6. *Licentia non eſt danda ordinandi Epiſcopum aut in vico aliquo aut in modica ciuitate cui ſufficit vnus presbyter, quia non eſt neceſſe ibi Epiſcopum fieri, ne vileſcat nomen Epiſcopi & authoritas, non debent illi ex alia prouincia inuitati facere Epiſcopum niſi aut in his ciuitatibus quæ Epiſcopos habuerunt, aut ſi qua talis aut tam populoſa eſt ciuitas quæ mereatur Epiſcopum, ſi hoc omnibus placet? Synodus reſpondit Placet:* Et Concilium LAODICENVM canone 57. *Non oportet, in villulis vel agris Epiſcopos conſtitui ſed viſitatores, verumtamen iampridem conſtituti nihil faciant præter conſcientiam Epiſcopi ciuitatis ſimiliter & presbyteri præter conſilium Epiſcopi nihil agant.* Vide ſupra Chorepiſcopus, & clericus, & Concilium CARTHAGINENSE II. canone 5. *Fœlix Epiſcopus * Seleuſelitanus dixit etiam ſi hoc placet ſanctitati veſtræ inſinuo, vt diœceſes quæ nunquam Epiſcopos habue-*

Concilium Sardicenſe Epiſcoporũ 300. ſub Iulio 1.

Conciliũ Laodicenũ ſub Liberio 1.

Conciliũ Carthagin. 2. ſub Syricio 1.
* al. Ia Selembil anga.

runt

runt non habeant & illa diœceſis quæ aliquando habuit, habeat proprium & ſi accedente tempore creſcente fide Dei populus multiplicatus deſideraverit proprium habere rectorem, eius videlicet voluntate, in cuius poteſtate eſt diœceſis conſtituta habeat Epiſcopum ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt placet. Idem Concilium CARTHAGINENSE III. canone 42. & allegatur à Gratiano cauſa 16. quæſt. 1. capite multis. *Multis (ait) Conciliis hoc eſt ſtatutum à cœtu ſacerdotali vt plebes quæ in Diœceſibus ab Epiſcopis retinentur, quæ Epiſcopos nunquam habuerunt, non niſi cum voluntate eius Epiſcopi à quo tenentur proprios accipiant rectores, id eſt, Epiſcopos, &c.* Idem omnino Concilium HIPPONENSE cano. 32. & prædictum Concilium Carthaginenſe 3. ſubdit cano. 46. *Audiuimus conſtitutum vt diœceſes, non mereantur Epiſcopos accipere, niſi cum conſenſu eius ſub quo fuerunt conſtituta.* Singulis enim Epiſcopis ſeruatum eſt quod decebat vt ex maſſa Diœceſeon nulla caperetur vt proprium Epiſcopum habuiſſet niſi ipſe conſenſum adhibuiſſet concedendi, ſufficiat enim ſi conſenſerit vt eadem diœceſis permiſſa proprium tantum Epiſcopum habeat, & cæteras ſibi non vendicet diœceſes quæ exempta de faſce multarum ſola meruit honorem Epiſcopatus ſuſcipere, Aurelius Epiſcopus dixit non dubito charitati veſtræ omnium placere eum qui in diœceſi concedente Epiſcopo qui matricem tenuit ſolam eandem retinere plebem in qua fuit ordinatus. Idem ſtatuit Concilium AFRICANUM ſub Bonifacio 1. canone 20 & allegatur à Gratiano cauſa 16. quæſt. 1. cap. multis. *Multis Conciliis hoc ſtatutum eſt à cœtu ſacerdotali* (idem ſuperius Carthaginenſi 3) *vt plebes quæ in diœceſibus ab Epiſcopis retinentur quæ Epiſcopos nunquam habuerunt, non niſi cum voluntate eius Epiſcopi à quo tenentur proprios accipiant rectores,* (id eſt Epiſcopos) *At vero quia nonnulli dominatu quodam adepto communionem fratrum abhorrent vel certè cum eleuati fuerint quaſi in quadam arce tyrannicam ſibi dominationem vendicant, quod plerique tumidi atque ſtolidi aduerſus Epiſcopum ſuas ceruices erigunt presbyteri, vel conuiuiis ſibi concinnantes plebem, vel certè perſuaſu maligno, vt illicito fauore eoſdem velint ſibi conciliare rectores. Quod quidem inſigne mentis tuæ tenemus votum, frater religioſe Aureli, qui hæc ſæpe oppreſſiſti non curando tales petitores ſed propter eorum malos cogitatus & praue concinnata conſilia. Hoc dico non debere accipere rectorem eam plebem quæ ſemper in diœceſi ſubiacuit nec vnquam proprium Epiſcopum habuit, quapropter ſi vniuerſo ſanctiſſimo cœtui placet hoc quod proſecutus ſum confirmetur, vniuerſi Epiſcopi dixerunt placet.* Placet huic decreto generali canone 65. ſequenti ſic ſtatuerunt lege & ſuperius Epiſcopi à ſummo Pontifice confirmationem petant, &c. *Placuit vt plebes quæ nunquam habuerunt proprios Epiſcopos, niſi ex Concilio plenario vniuſcuiuſque Prouinciæ & primatis, atque conſenſu eius ad cuius diœceſin eadem Eccleſia pertinebat decretum fuerit minime accipiant.* Et canone 66. *Sanè vt illæ plebes quæ conuerſæ ſunt, à Donatiſtis & habuerunt Epiſcopos, ſine dubio inconſulto Concilio habere mereantur, quæ autem plebes habuerunt Epiſcopum & eo defuncto voluerint non Epiſcopum proprium habere ſed ad alicuius Epiſcopi diœceſim pertinere, non eis eſſe denegandum.* Hinc & LEO I. epiſtola 85. ad Epiſcopos Africanos cap. 2. & allegat Gratianus diſtinct. 80. cap. Illud ſanè *Illud ſanè, quod ad ſacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus canonum ſtatuta ſeruari, vt non in quibuſlibet locis neque quibuſlibet caſtellis, & vbi ante non fuerunt Epiſcopi conſecrentur, cum vbi minores ſunt plebes, minoreſque conuentus presbyterorum cura ſufficiat Epiſcopalia autem gubernacula non niſi maioribus populis & frequentioribus ciuitatibus oporteat præſidere, ne quod ſanctorum patrum diuinitus inſpirata decreta vetuere, viculis & poſſeſſionibus vel obſcuris & ſolitariis municipiis tribuatur ſacerdotale faſtigium & honor, cui debent excellentiora committi ipſe numeroſitate vileſcat. Quod nunc in ſua diœceſi reſtitutum Epiſcopo factum eſſe cauſatus eſt & rationabiliter poſtulauit, vt ſi Epiſcopi eorum locorum in quibus non debuerant ordinari humana conditione deceſſerint, loca ipſa ad ius eius antiſtitis redigantur cuius fuerant ante priora, & inutile eſt vt ſacerdotalis dignitas, inconſiderata ordinantis facilitate, ſuperflua multiplicatione minuatur.* Hinc in Concilio TOLETANO XII. cano. præfati canones referuntur & Stephanus Emeritenſis Epiſcopus, publicè coram patribus proſtratus & eorum genibus prouolutus veniam petiit eo quod ad Regis ſuaſionem, Bambæ nouam Epiſcopalis honoris ordinationem fecerat in monaſterio villulæ in qua venerabile corpus ſanctiſſimi Pimenij confeſſoris debito quieſcit honore, indiſcreto & facillimo aſſenſu. & petens à patribus quid de huiuſmodi ordinato Epiſcopo oporteret fieri, partem eius, & principis leuitatem arguentes qui tandiu & in aliis locis hoc fieri popoſcerat producunt teſtimonia patrum Nicæni Sardicenſis, Laodiceni, & Affricani Cōciliorum, quæ habes ſuperius, & cenſuram ex Concilio TAURINENSE I. canone 2. addunt in eos qui huiuſmodi ordinationes faciunt ſuumque adiicientes calculum *. *Proinde* aiunt) *iudicauit Synodus, vt ſi quis ex hoc fecerit contra inſtituta maiorum, ſciat is qui ordinatus fuerit ſacerdotij ſe honore priuandum. & ille qui ordinauerit authoritatem ſe in ordinationibus vel in conciliis minimè retenturum, non ſolum autem circa memoratum Epiſcopum hæc ſententia prævalebit, ſed & circa omnes ſimili errore deceptos qui ordinationes huiuſmodi perpetrarunt.* Statueruntque vt præfatum monaſterium ſedes Epiſcopalis non remaneret, & Cōnildus qui fuerat ordinatus Epiſcopus in ſedem aliam quæ vacauerit transferatur, anathema imprecantes his qui deinceps talia præſumpſerint. Hinc etiam authoritas erigendorum Epiſcopatuum eſt à ſummo Pontifice poſtulanda. & electio Pontificis ab eodem debet approbari, vt ſuperius diximus, & obſeruauit BONIFACIUS MOGUNTINENSIS epiſtola ad Zachariam papam, de tribus quos erexerat in Germania authoritate eiuſdem, Epiſcopatibus, ſicut & approbauit ZACHARIAS I. idem epiſtola miſſa ad vnum ex his tribus Epiſcopis Vuittam, vbi ſic ait, *Diuino munimine ac authoritate beati Petri Apoſtolorum principis, cui data eſt à Deo & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto ligandi ſoluendique poteſtas hominum in cœlo ac in terra, confirmamus atque ſolidas permanere Epiſcopales veſtras ſedes ſancimus intercedente ipſius principis Apoſtolorum authoritate, à præſente omnibus mandantes vt in futuras generationes nullus audeat contra eandem veſtram ordinationem (quæ, dignante Deo ex noſtra præceptione in vobis facta eſt) & hoc interdicentes, vt nullus audeat iuxta ſacrorum canonum traditionem ex alio Epiſcopatu ibidem tranſlatari aut ordinare Epiſcopum poſt veſtram de hoc ſeculo euocationem, niſi is qui Apoſtolicæ noſtræ ſedis in illis partibus præſentauerit vicem. Sed nec vnus alterius parochiam inua-*

Marginal notes: Concilium Carthaginenſ. 3. — Concilium Hipponenſe. — Africanum Cōcilium ſub Bonifacio 1. — Leo 1. — Concilium Toletanum 12. ſub Leone 2. — S. Pimenius. — Concilium Taurinenſe 1. — Cenſura Epiſcopos in locis non cathedralibus collocantes. — Authoritas erigendorum Epiſcopatuum à ſummo Pontifice petenda. — Bonifacius Martyr Archiepiſcop. Moguntinenſ. Zacharias 1.

dere

dere aut Eccleſias ſub trahere præſumatis. Nam (quod non credimus) ſi quis illi. fuerit qui contra hanc noſtram præceptionem temerario auſu venire tentauerit, ſciat ſe æterno Dei iudicio anathematis vinculo eſſe innodatum. Si quis vero Apoſtolica ſeruauerit præcepta & normam rectæ & orthodoxæ ſi... fuerit aſſecutus benedictionis gratiam conſequatur. Hæc iterum Idem repetit epiſtola 9. ad eundem Bonifacium, hunc inſtruens vt mature pertractet, & ſubtili conſideratione diſcernat ſi expedit aut ſi loca vel populorum turbæ talia eſſe probantur vt Epiſcopos habere mereantur. *Memineris* (ait) *quid in ſacris canonibus præcipimur obſeruare, vt minime in villulas vel modicas ciuitates Epiſcopos ordinemus, ne vileſcat nomen Epiſcopi.* lege GRATIANVM. diſtinctione 80. per totum. B

Gratianus.

Epiſcopatus non diu vacet aut Epiſcopo orbatus remaneat.] Iam in vocabulo Beneficium, quædam diximus, & in ſuperioribus annotationibus, vbi de electione Epiſcoporum tractabamus. Porrò Concilium CHALCEDONENSE generale 4. canone 25. actionis 15. & allegatur à Gratiano diſtinct. 57 cap. Quoniam quidam, &c. *Quoniam quidam Metropolitanorum* (ait) *ſicut ad nos perlatum eſt negligunt creditum ſibi gregem, & differunt ordinationes facere Epiſcoporum, placuit ſanctæ ſynodo intra tres menſes fieri ordinationes Epiſcoporum, niſi fortè inexcuſabilis neceſſitas coegerit tempus ordinationis amplius prorogari. Si autem quis Epiſcoporum hæc non obſeruauerit, ipſum debere Eccleſiaſticæ condemnationi ſubiacere, redditus vero eiuſdem viduatæ Eccleſiæ integros reſeruari apud Oeconomum eiuſdem Eccleſiæ placuit.* Hunc canonem renouat & allegat Concilium VORMATIENSE cap. 76. & Concilium VERNENSE capite 17. & CAROLVS MAGNVS capite 2. conſtitutionum. Denique ſtatuit etiam Concilium TOLETANVM XII. canone 6 & allegat Gratianus diſtinct. 63. cap. Cum longe. *Illud collatione mutua diſcernendum nobis occurrit, quod in quibuſdam ciuitatibus decedentibus Epiſcopis propriis, dum differtur diu ordinatio ſuccessoris, non minima creatur officiorum diuinorum offenſio. Nam dum longè lateque diffuſo tractatu terrarum commeatur impeditur celeritas nunciorum, quo aut non queat regis auribus decedentis præſulis interitus innoteſci, aut de ſucceſſore morientis Epiſcopi libera principis electio præſtolari. Hinc eſt quòd Toletano antiſtiti, quoſcunque poteſtas elegerit regia & digni eſſe probabuntur, poteſtatem commiſerunt præcedentium ſedibus efficere præſules: qui tamen infra tres menſes, Metropolitanis tenebuntur ſe præſentare, vt eius authoritate gubernacula teneant. Quòd ſi per deſidiam aut negligentiam temporis metas exceſſerint, niſi probauerint regia impeditos poteſtate excommunicationis ſententiam ſubibunt. Quæ formula definitionis non ſolum de Epiſcopis, ſed & de clericis lata eſſe non ambigatur, vt obſeruetur.* Hinc GREGORIVS I. libro 2. Regiſtri epiſtola 3. ad nobiles Neopolitanos. De demetrio Epiſcopo loquens propter ſcelera officio priuato. *Quia* (ait) *pœnitentia reſeruatus ſacerdotij honore priuatus eſt, Eccleſiam Dei ſine ductore diu vacare non patimur, quia & canonicis regulis eſt conſtitutum, vt defuncto vel ſublato paſtore, diu ſacerdotio priuari Eccleſia non debeat, ideoque charitatem veſtram ſcriptis præſentibus admonemus vt ad eligendam Pontificem nec mora, nec diſcordia, quæ conſueuit ſcandala generare proueniat, &c.* Idem libro 6. regiſtri epiſtola 39. ad Marianum Epiſcopum Rauennæ eadem repetit, dum de ordinando E-

Concilium generale 4. Chalcedonenſe ſub Martiano Imperatore.

Concilium Vormatienſe
Concilium in p... Vernus celebratū ſub Pipinio rege.
Carolus Magnus.
Concilium Toletanum 12. ſub ...

Gregorius.

A piſcopo Eccleſiæ Cornelienſi in locum expulſi Epiſcopi tractat. * *Poſtquam* (ait) *quemquam criminaliter abſcedentem in locum de quo lapſus eſt nulla permittit ratio reuocari, & vltra tres menſes Eccleſiam vacare. Pontifice ſtatuta ſacrorum canonum non permittunt, ne cadente paſtore Dominicum gregem antiquus (quòd abſit) hoſtis inſidiando dilaniet, fraternitas veſtra plebis deprecationi conſentire & in locum lapſi debet Epiſcopum ordinare, &c.* Hinc Concilium TRIDENTINVM nouiſſimum generale, ſeſſione 7. cap. 9. & 10. decreti reformat. *Ad maiores* (ait) *Eccleſias promoti munus conſecrationis infra tempus à iure ſtatutum ſuſcipiant, & prorogationes vltra ſex menſes conceſſæ nulli ſuffragentur. Et cap. 10. non liceat capitulis Eccleſiarum ſede vacante, infra annum à die vacationis ordinandi licentiam aut litteras dimiſſorias, ſeu reuerendas vt alij vocant, tam ex iuris communis diſpoſitione, quam etiam cuiuſuis priuilegij aut conſuetudinis vigore, alicui qui beneficij Eccleſiaſtici recepti ſiue recipiendi occaſione arctatus non fuerit, concedere. Si ſecus fiat capitulum contraueniens Eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto & ſic ordinati, ſi in minoribus ordinibus conſtituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præſertim in criminalibus gaudeant, in maioribus vero ab executione ordinum ad beneplacitum futuri prælati ſint ipſo iure ſuſpenſi.* Idem ſeſſione 23. quæ fuit 7. ſub Pio 4. cap. 2. decreti reformationis. *Eccleſiis Cathedralibus ſeu ſuperioribus quocunque nomine ac titulo præfecti etiam ſi S. Roman Eccleſiæ Cardinales ſint ſi munus conſecrationis intra tres menſes non ſuſceperint ad fructuum perceptorum reſtitutionem teneantur. Si intra totidem menſes poſtea id facere neglexerint ipſo iure ſint priuati. Conſecratio vero ſi intra curiam Romanam fiat, in Eccleſia ad quam promoti fuerint, aut in prouincia ſi commodè fuerit, celebretur.* De his iam ſupra egimus Epiſcopus electus conſecretur & vbi, &c. Porrò plurima ſunt alia decreta quæ in vocabulo. Beneficia, &c. reperies, nec enim potuimus cuncta hic inſerere, eo quod ſibi quodque vocabulum vendicabat quod ſibi iure erat proprium Vide quod ſequitur. C D

Epiſcopus criminoſus expulſus non poteſt reuocari.

Concilium Tridentinum generale.

Epiſcopatus vacans non ambiendus nec venandus.] Hoc iam conſtat noſtro tempore ſatis vulgariter perpetrari Verumtamen aut impiè agunt quicunque tales ſunt, aut patrum decreta fruſtra hoc vetant Sed ordine ſolito procedamus, licet iam multa dixerimus in vocabulo. Ambitio, & Epiſcoporum Tranſlationes & mutationes, & Epiſcopus ſit ſua ſorte contentus, Sic ergo CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro 4. Epiſtolarum epiſtola 2. ad Antonianum. *Qui Epiſcopus* (inquit) *fieri voluit vltra Cornelium, foris fiat neceſſe eſt, nec habeat Eccleſiæ ordinationem qui Eccleſiæ non tenet vnitatem. Quiſquis ille fuerit, multum licet de ſe iactans & ſibi plurimum vendicans, prophanus eſt, alienus eſt, foris eſt, & cum poſt primum ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt vnum qui ſolus eſſe debet factus eſt, non iam ſecundus ille, ſed nullus eſt.* Loquitur de Nouato qui Romanæ Eccleſiæ ſedem ambiebat hinc NICEPHORVS in plurimis locis recenſet Epiſcoporum iniquam ambitionem in Epiſcopatibus inuadendis, vt mox dicemus Sed & GREGORIVS I. libro 3. Regiſtri epiſtola 20. ad Maximianum, eundem excommunicat, & eos qui eum conſecrauerant, eò quòd ambitioſè Epiſcopatum inuaſerat. Sed & ſimiliter facit Concilium ARAVSICANVM ſub Leone 1. cap. 21. & allegat Gratianus diſtinct. 64. de abiectione, & Iuo Carnotenſis libro 3 E

Cyprianus Carthaginenſ.

Nicephorus Calliſtus vide ſub finem huius paginæ.
Gregor. 1.

Concilium Arauſicanū ſub Leone 1.

decretorum

Concilium Aquiſgran. 2. ſub Ludouico Imperatore.

A decretorum Concilium Aqvisgranansa I. cap. 14. & 15. ſummopere deteſtatur ambitionem Epiſcopatuum, & allegat prædictum Gregorium 1. libro 1. paſtoralium cap primo. *Sunt* (ait) *nonnulli qui intra ſanctam Eccleſiam, per ſpeciem regiminis gloriam affectant honoris, videri doctores appetunt, tranſcendere cæteros concupiſcunt, atteſtante veritate primos concubitus in cœnis, primas in conuentionibus cathedras quærunt, qui ſuſceptum curæ paſtoralis officium miniſtrare digne tanto magis nequeunt, quanto ad humilitatis magiſterium ex ſola elatione peruenerunt. Ipſa quippe in magiſterio lingua confunditur quando aliud dicitur, aliud docetur.* Et allegat etiam Isidor. Hispal. lib. 3. de ſummo bono c. 34. *Qui ſe indignum ad Epiſcopatum exiſtimat, locum eius qui dignus eſt occupare non præſumat: nam tam ſanctum eſt ſacerdotij nomen, vt nulla vitiorum nota maculari ſe ſinat, grauius enim condemnabitur qui indignus ſuſcipit quod non meretur quam qui verum hoc regimen ſacerdotij contendit appetere, ante in ſe diſcutiat ſi vita honori ſit congrua. Quod ſi non diſcrepat, humiliter ad id, ad quod vocatus accedat. Reatum quippe culpa geminat ſi quis cum culpa ad ſacerdotale culmen aſpirat. Vniuſcuiuſque caſus tanto maioris eſt criminis, quantò priuſquam caderet maioris erat virtutis, præcedentium enim magnitudo virtutum, creſcit ad cumulum ſequentium delictorum. Plerique ſacerdotes ſua magis vtilitatis cauſa, quam gregis præeſſe deſiderant. Nec vt proſint præſules fieri cupiunt, ſed magis vt diuites fiant & honorentur. Suſcipiunt enim ſublimitatis culmen, non pro paſtorali regimine, ſed pro ſolius regiminis vel honoris ambitione, atque abiecto opere dignitatis, ſolam nominis appetunt dignitatem, dum mali ſacerdotes Deo ignorante non fiant, tamen ignorantur à Deo, ipſo per prophetam dicente. Principes extiterunt, ſed non cognoui. Sed hic neſcire Dei reprobare eſt, nam Deus omnia nouit.* Porrò patres Concilij Coloniensis III. capite 23. partis 2. ambitionem omnem volunt à clericis amputari, allegantes Hieronymum ad Nepotianum, vt etiam ſint humiles ſemper & abiecti, nec honores ſuperbe ambiant, ſemperque meminerint ſuæ conditionis Sed de hoc vide Ambitio & connecte ſequentem.

Matth. 23.

Iſydorus Hiſpalenſis.

B

Saluberrima documenta his qui prælaturas ambiunt.

C

Oſeæ 8.

Concilium Colonienſe 3.

D

Epiſcopatus, non ambitione non ſimonia, non vi, aut armis, nec fauore principum inuadendus.] Plenæ ſunt omnes hyſtoriæ exemplis horum qui vel ambitione aut ſimonia, aut vi, aut armis, aut intruſione, Epiſcopatus occuparunt, nec mihi eſſet poſſibile cuncta per ordinem enarrare Verumtamen quædam reſeruantes ſuis locis, vt in vocabulo, ſimonia, & ſuperioribus hæc præſentia annectentes etiam quod legimus tam in decretis patrum quam in hyſtoriis Eccleſiaſticis, paucis negotium exoluemus & quidem hoc, quia noſtro ſeculo iniquè & impiè in quibuſdam locis vigere conſpicimus, tanto debemus ad illorum damnationem propenſius animos inclinare qui in hoc facto deliquerunt

E

narrat quippe Nicephorvs Calliatvs (vt ad hiſtoriam prius deinde ad decreta veniamus) libro 9 Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 9. Quod Conſtantio Imperante, ille diuinum Paulum Conſtantinopolitanum Epiſcopum iuſſit vrbe eijci * & Macedonio Eccleſiam regendam tradi, qui peſſimus fuit hæreticus, & ſic loquitur, *Philippus* (ait) *præfectus ex mandato Conſtantij Paulo in Theſſalonicam regionem relegato, Oriente toto interdicens, in Illyrico & vlterioribus terris viuendi liberam permiſit poteſtatem. Præfectus ex eo loco vnà*

Nicephorus Calliſtus.

Exemplum intruſi lupi vi, & armis & ambitione in ouile Chriſti.

A *cum impio Macedonio, incitato curſu in Eccleſiam ire contendit, & multitudo ex omni hominum ordine mixta ea re audita, pro ſe quiſque locum ante capere feſtinans, ad eam Eccleſiam cucurrit. Innumeri prorſus, qui eò confluebant erant, & militaris manus armata ad terrorem plebis conſequebatur. Atque ea vbi proxime ad Eccleſiam venit, nec ei acceſſus, propter vndique concurrentem turbam pateret, milites vi homines reiicere per audaciam cœperunt. Cum vero illi propter multitudinem oppido, in anguſtum redactam, cedere & conſidere non poſſent, reſiſtere eos milites, neque ſponte tranſitum dare velle opinati, * ſtrictis vſi gladiis, veluti reluctantes cecidere, multoſque vt fieri ſolet neci dedere. Non pauci etiam inter ſe conculcati atque attriti interiiſſe dicuntur, ita vt occiſorum turba trium millium centum & quinquaginta numerum ſuperauerit. Porrò Macedonius perinde atque nous nihil factum eſſet, tanquam innocens & purus in * Epibateriorum introituſque arcanioribus ſacris, quaſi ex aliqua præſtigiarum ſcena aliquis aut Deus* (quod dicitur) *ex machina de improuiſo Hierarchia apparens, à præfecto magis quam ex Eccleſiæ conſuetudine ab Epiſcoporum ordine in thronum eſt deductus, &c.* Idem libro 13. cap. 29. narrat qualiter poſt exilium ſancti Chryſoſtomi Arſacius, Epiſcopus Conſtantinopolitanus creatus eſt, quo mortuo ſuffectus eſt Atticus Sebaſtiæ Armeniorú ortus, ſectator hæreſis Macedonianæ, qui Chryſoſtomi ſectatores mirum in modum zelo & inuidia commotus perſecutus eſt. *Eo autem Eccleſiam gubernante* (ait Nicephorus) *ingentem Ioannis Chryſoſtomi ſtudioſi tulere perſecutionem, cum quidem maxima & Orientis & Occidentis pars, Eccleſiæ eius communionem, auerſaretur. Quo tempore Epheſij, impunitate arrepta, quæ eis viſa ſunt, omnia mouere & mutare voluerunt * Itaque viros à bono paſtore ritè & ſicuti Deo gratum eſt in thronis collocatos eiecerunt eiſque prophanos quoſdam, & impuros homines prorſus, ſubſtituerunt, nulla exploratione manuum impoſitioni præeunte. quippe ita vana & facilis ea res viſa eſt, vt ad Epiſcopatum promptiſſime ſuſcipiendum ſatis eſſet, ſi quis id modo vellet, * aut aliquid donaret: proinde qui dudum à Ioanne exauctorati fuerant, commode rerum talium contemptores agreſsi in Eccleſias ſunt introducti Epiſcopatu* (proh pudor) *pecunia redempto * Qui etiam Heraclidem illum, quem magnus Ioannes Epheſi Epiſcopum creauerat, ſuffragantibus et aliis quoque ſeptuaginta Epiſcopis, & annos quatuor crudeliſsime carceri incluſerunt, & poſtea dignitate ei abrogata, execrandum & manifeſtum cinædum deteſtationis omnis plenum, tribuni Victoris Eunuchum, in cœlibus [illegible] throno* (*ò vindicta & patientia Dei*) *indigniſsime collocarunt.* Idem Nicephorus eodem libro cap 32. narrat quomodo ſancto Flauiano Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopo defuncto, * Porphyrius quidam eius ſedem per tyrānidem inuaſit. *Nam cum vrbs tota* (ait) *more recepto ſemper ſuo ad ſpectacula in luco Daphnes effuſa eſſet. Seueriano & Acacio nec non Antiocho in amicitiam ſuam allectis, & adminiſtris tyrannicæ cupiditatis aſſumptis* (*ſimile enim ſimili amicum prorſus eſt*) *prædonum more, thronum coſcendit veluti lupus. quidam, non paſtor, eademque ipſa hora conſecrationem ab eis accepit.* Lege & ſequentia * verum tempus deficeret ſi cuncta præcedentibus ſimilia vellem exempla proponere. Siquidem & paſſim in ſuis locis quædam conformia inſerta ſunt, & in ſubſequentibus decretis adhuc plura narrabuntur. Vnum adhuc adiiciam quod refert Gregorivs Presbyter in vita S. Gregorij Nazianzeni. Cum

Cædes hominum multa in ingreſſu impij Macedonij in Eccleſiam.

* Macedonius vir ſanguinarius ſubito Epiſcopus apparet & idolum.

* [illegible] nunc vocant

B

C

Attende hiſtoriam.

Res dolenda & miſeranda

D

Epiſcopatus pecunia redēptus.

O ſcelus, ò flagitium, ò nefas.

E

Porphyrius inuaſor Epiſcopatus.

Lege & de Timotheo Acluriorum.

Eodem Nicephoro ſupreſsus.

Gregorius Preſbyter.

(inquit)

(inquit) *Theodoſius qui ex Hiſpania generis ortum trahebat in Macedoniæ caſtra haberet, & contra heſperios barbaros bellū gereret, accepit Maximus, Ægyptiorum Epiſcoporum, caternam, qui ipſum in Epiſcopum elegerant, ac cum his Theſſalonicam profectus Imperatorem conuenit, ac regiæ vrbis (ſcilicet Conſtantinopolis) ſacerdotium petijt, nam ex legibus Eccleſiaſticis illud conſequi haud poterat, ac adeo illud ex mandato regio adipiſci cogitabat tanquam minime ad ſacerdotium, ſed potius ad tyrannidem electus eſſet.* * *verum illi repulſam tulerunt, iratuſque Imperator multis eos commitijs abegit. Quid igitur facit Maximus? Inexpugnabilis eſt enim dominandi libido. In Alexandriam nauigat, iiſdem conatibus domeſticos quoſdam Petri (Alexandrini Epiſcopi) auro decipit, illúmque pari aggreditur malitia. At mihi (inquit) regiæ vrbis pontificatum acquire, aut nec à tuo abſtinebo. Et iam audacia in manifeſtum prorumpebat periculum, niſi Præſes qui tum Alexandriæ morabatur Maximum ab vrbe depuliſſet, timens ne res ad ſeditionem & cædes vſque procederet & ſic ille dignam audaciæ ſuæ mercedem tulit.* Sed his præmiſſis ad Patrum decreta veniamus. CANON APOSTOLORVM XXXI. allegatur à Gratiano cauſa 16. quæſtione 7. capite Si quis: *Si quis Epiſcopus ſecularibus poteſtatibus vſus Eccleſiam per ipſos obtineat, deponatur, & ſegregentur omnes qui illi communicant.* Sed vide ſupra Electio non vi aut metu Principum, &c. facienda. Hinc & Concilium ANCYRANVM canone 18. & allegat Gratianus, diſtinctione 92. capite Si qui Epiſcopi, *Si qui Epiſcopi ſuſcepti non ſunt à ſua Diœceſi in qua fuerant denominati, & voluerunt alias Eccleſias occupare, & vim facere Epiſcopis quos ibi inuenerint, ſeditiones excitando aduerſus eos, hos ſegregari oportet. Quod ſi volunt in Presbyterij honore in Eccleſia vbi fuerant prius, reſidere non repellantur à propria dignitate: Quod ſi etiam ibi ſeditiones concitare probentur, Epiſcopus ibidem conſtitutus, ſegregari eos neceſſe eſt, & nihilominus presbyterij dignitate priuari.* Reliquum vide ſupra Epiſcopus ſit ſuaſorie comentus. Ex Concilio Mileuitano, canone 21. Hinc Concilium ANTIOCHENVM I. ſub Iulio I. canone 16. *Si quis vacans Epiſcopus in vacantem Eccleſiam irrumpens ſedem arripuerit abſque perfecta ſynodo, is ſit eiectus, etiam ſi omnis populus quem inuaſit eum elegerit. Illa autem dicitur perfecta ſynodus in qua etiam Metropolitanus Epiſcopus affuerit.* Hic canon relectus eſt actione 11. Cōcilij CHALCEDONENSIS in cauſa Baſſiani Epiſcopi Epheſij, qui accuſabatur ſine manus impoſitione ſibi armis Epiſcopatum vendicaſſe, vt mox dicemus: allegatur & in Concilio generali VI. CONSTANTINOPITANO III. can. 2. & à MARTINO BRACARENSI cap. 9. collectorij. Hinc etiā ſcribit SYRICIVS I. epiſtola 3. ad vniuerſos Orthodoxos, cap. 1. *Tales ad Eccleſiaſticum ordinem permittantur accedere quales Apoſtolica authoritas iubet, non quales dico, vel eos qui cingulo militiæ ſecularis aſtricti olim gloriati ſunt, qui poſteaquam pompa ſeculari exultauerint, aut negotijs Reipublicæ optauerint militare, aut mundi curam tractare, adhibita ſibi quorundam manu & proximorum fauore ſtipati frequenter ingeruntur auribus meis vt Epiſcopi eſſe poſſint, qui per traditionem & Euangelicam diſciplinam eſſe non poſſunt. Quantis hoc aliquoties certatum eſt viribus? ſed nihil tale potuit elici, quia ratio non compellit. Etiam de longinquo veniant ordinandi, vt digni poſſint & plebis & noſtro iudicio comprobari.* Vide ſupra in vocabulo, Epiſcopi quales debeant eligi, &c. Ex Concilio Carthaginenſi 4. Hinc LEO I. epiſtola 87. ad Epiſcopos Viennenſes. Conqueritur de his qui militari manu ſacerdotia venantur, & armatis, præſumptione ſuffulti ad inuadendas per tumultum diſcurrunt Eccleſias quæ proprios amiſerint: *Traduntur qui* (ait) *ordinandi ad hoc officium, his quibus præficiendi ſunt ciuitatibus ignoti, vt enim notus qui fuerit probatus per pacem potitur, ita per vim neceſſe eſt qui ignotus adducitur, imponatur.* Et ſubdit: *Per pacem* (ait) *& quietem Sacerdotes qui præfuturi ſunt poſtulentur, teneatur ſubſcriptio clericorum, honoratorum teſtimonium, ordinis conſenſus & plebis. Qui præfuturus eſt omnibus ab omnibus eligatur.* Hinc & ſacer AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro de Dignitate Sacerdotali, cap. 5. *Licet iam coarctet nos libelli huius prolixitas* (ait) *& tempus nos vrgeat vt ad finem huius operis veniamus, ſolitudo tamen fraterni nos retardat amoris, illorum præcipue ſacerdotum, qui mentis tempore hebetati ſacerdotalem diffamant honorem, & qui nouam prodigaliter regulam ac tempeſtatem peperiſſe deflentur, & Giezi ſectantes & Simonis ſententiam, ſancti Epiſcopatus gratiam pecunijs coemerunt, nequaquam timentes cum honorem ſacerdotalem pecunijs emerent, à beato Petro Apoſtolo ſe cum Simone fuiſſe damnatos, &c.* lege quod ſequitur. Hinc SIMMACHVS I epiſtola 1. ad Cæſarium Epiſcopum, cap. 5. & allegatur à Gratiano cauſa 1. quæſt. 1. cap. Nullus. *Nullus itaque per ambitum ad Epiſcopalem honorem permittatur accedere. Nam cum hic exceſſus ex laica conuerſatione culpetur, quis dubitat quod religioſis & Deo ſeruientibus vicitiat opprobrium?* Et ſequitur ibidem, & allegat Gratianus cauſa 1. quæſt. 6. capite Si quis autem. *Si quis* (ait) *Epiſcopatum deſiderat, datis pecunia potentes perſonas minime ſuffragatrices adhibeat, nec ad decretum ſibi faciendum clericos vel ciues ſubſcribere adhibito cuiuſlibet generis timore compellat, vel pecunijs aliquibus hortetur, cuius teſtimonio clericorum ciuiū poſſit vnanimitas declarari.* Eadem ſtatuit & Concilium ROMANVM II. ſub eodem Symmacho, cap. 2 & 3. Et Concilium ARVERNENSE I. cano. 2. *Placuit vt ſacrum quis Pontificij honorem non votis quærat, ſed meritis, nec diuinum videatur munus comparare rebus ſed moribus, atque eminentiſſimæ dignitatis apicem, omnium conſcendat electione, non paucorum fauore. Sit in eligendis ſacerdotibus cura præcipua, quia irreprehenſibiles eſſe conuenit, quos præeſſe neceſſe eſt corrigendis. Diligenter itaque quiſque inſpiciat prædium Dominici gregis, vt ſciat quod meritum conſtituendi deceat eſſe paſtoris. Epiſcopatum ergo deſiderans, electione clericorum vel ciuium, conſenſu etiam Metropolitani eiuſdem prouinciæ Pontifex ordinetur, non patrocinia potentum adhibeat, non calliditate ſubdola ad conſcribendum decretum alios hortetur præmijs, alios timore compellat. Quod ſi quis fecerit, Eccleſiæ cui indignus præeſſe cupit communione priuabitur.* Idem omnino reperit Concilium AVRELIANENSE V. capite 10. nec eſt opus repetere, quia pene eadem ſunt verba, nec diuerſo ſenſu loquitur. Vide quoque in vocabulo, Papatus non ambiendus nec emendus, &c. Denique PELAGIVS I. authore PLATINA CREMONENSI in eius vita ſtatuit, vt quiſquis promouendus eſſet in ſancta Eccleſia, ab oſtiario vſque ad gradum Epiſcopatus, neque per aurum, neque per aliquas promiſſiones proficiat: *Quia hoc Simoniacum eſt* (ait) *ſed ſi quis ille eſt doctus in opere Dei bonam vitam habens, non per dationem, ſed per bonam conuerſationem iubemus*

Principū egregium facinus in ambitioſum & [illegible] Epiſcopum.

Canon Apoſtolorum.

Concilium Ancyranum ante Nicænum 1.

Concilium Antiochenū 1. ſub Iulio 1.

Perfecta ſynodus quæ.

Concilium Chalcedonen. generale 4.

Concilium Conſtantinop. 3. generale 6. [illegible] Epiſcopus.

Syricius 1.

[illegible] hæc obſeruaret [illegible]

Leo 1.

Hæc latius ſupra Epiſcopus [illegible] eligatur, &c.

Ambroſius Mediolanenſis.

4 Regum 5. Actuum 8.

Symmachus 1.

Concilium Romanum 1. ſub Symmacho.

Concilium Aurelianenſe [illegible]

Pelagius [illegible]

eum vſque ad primum gradum venire. Hinc etiam narrat NICEPHORVS CALLISTVS iam ſuperius allegatus libro 15. cap. 16. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, quod Thimotheo per ſeditionem armis hæreticorum in Epiſcopatum Alexandriæ promoto, intercedente nece ſanctiſſimi præſulis Proterij, qui à Chalcedonenſi Synodo in locum eiecti Dioſcori miſſus fuerat, per decretũ LEONIS IMPERATORIS & Chalcedonenſis Concilij ſtatutum eſt, vt non ſolùm inter Epiſcopos haberetur, ſed etiam Chriſtiana appellatione priuaretur: & ei alius ſubſtitutus eſt nomine etiã Timothæus. Ille autem in exilium deportatus eſt, donec Baſiliſcus imperium tenuit qui Calcedonenſe Concilium damnauit: & tunc nequiſſimus ille Timothæus, alium qui Catholicis præerat authoritate Imperatoris fugauit, & per tyrannidem ſedem occupauit. Et iterum cùm Zeno imperium adeptus eſſet, iterum impius & ſacrilegus damnatus eſt, & præfato Thimothæo Catholico ſedes reſtituta eſt. Eius rei cauſa EPISCOPI ÆGYPTII & Clerus Alexandrinus epiſtolam dixerunt ad Leonem Imperatorem Lobi impij eius Timothæi cognomento Æluri recenſentur facinora & ambitio exectanda, quia à duobus ſecum damnatis Epiſcopis ſeſe fecerat conſecrari Epiſcopatum inuadens non ſibi debitum, & adulterium præſumens in Eccleſia quæ pium haberet paſtoré, nil prorſus prętermittẽs audaciæ, quę familiaris eſt hæreticis, ſcilicet Canones Patrum contemnere, Sanctiones imperiales non curare, ordinem Eccleſiaſticum perturbare, & illicitas ordinationes facere. Iidem Epiſcopi eadem ſcribunt epiſtola miſſa ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum. Porrò hoc in imperialibus prohibitum legibus certum eſt, nam LEGES IMPERIALES ſic habent, l. Si quemquam, C de Epiſcop & Cleric. *Nemo* (aiunt) *gradum ſacerdotij venalitate precij mercetur, quantum quiſque meretur, non quantum dare ſufficit, æſtimetur, non pretio, ſed precibus ordinetur Antiſtes.* Huic conforme eſt Decretum Concilij AVRELIANENSIS II. canone 4. *Si quis ſacerdotium per pecuniæ nundinum execrabili ambitione quæſierit, abiiciatur vt reprobus, quia Apoſtolica ſententia donum Dei eſſe præcipit, pecuniæ trutina minimè comparandum.* Eadem ſtatuit Concilium TOLETANVM IV. cap. 18. *Pernicioſa* (ait) *conſuetudo nequaquam * reticenda eſt, quæ maiorum ſtatuta præteriens omnem Eccleſiæ ordinem perturbauit, dum alij per ambitum Sacerdotia appetunt, alij oblatis muneribus pontificatum aſſumunt, nonnulli etiam ſceleribus implicati, vel ſecularis militiæ dediti* (vide ſuperius Epiſcopus non Neophytus nec laicus ordinetur, &c.) *indigni ad honorem ſummi ac ſacri ordinis peruenerunt: de quorum ſcilicet cauſa atque remotione, oportuerat quædam ſtatuere, ſed ne perturbatio quamplurima Eccleſiæ oriretur prateritis omiſſis deinceps, qui non promoueantur ad ſacerdotium ex regulis canonum neceſſario credimus inſerendum.* (vide ordinandi qui non ſint.) Ibi illi prohibentur ordinari qui ſimoniace dignitates ambiũt, quòd & GREGORIVS I. infinitis in locis probat & præcipue lib. 3. Regiſtri, epiſtola 14. ad Maximianum Epiſcopum Syracuſanum, & libro 5. Regiſtri epiſtola 26. ad Clerum, & nobiles Salonæ conſiſtentes, & libro 7. epiſtola 113. ad Brunichildem reginam Francorum, & lib. 10. epiſtola 32. ad Colũbum Epiſcopum Numidiæ, De peruerſitate Paulini Regenſis Epiſcopi. Vide in vocabulo, Simonia. Sed & Concilium TOLETANVM VI. capite 4. *Sæpe* (ait) *pullulantia prauitatis germina, licet ſæpiſſime Patrum iuſta nouerimus ſeueritate damnata, quia tamen crebris denuò conſpiciuntur vigere radicibus, iuſtitia acriore rigore radicitus amputari ſancimus, omnes qui Epiſcopatus & ſacerdotia ambitione damnabili & precio comparant, perpetuò anathemate ferientes, &c.* Denique longè ante illos HORMISDAS I. epiſtola 4. ad Epiſcopos Hiſpaniæ, cap. 2. *Prohibemus ne benedictionem* (*quæ diuina eſſe creditur*) *per impoſitionem manus quis precio comparet, quoniam ante oculos eſſe conuenit, quod Simon Spiritum ſanctum volens redemptione mercari, Apoſtoli fuerit deteſtatione percuſſus. Tunc deinde quis non vile putat eſſe quod venditur. Iſtam ſacerdotibus ordinandis reuerentiam ſeruet electio, vt in graui murmure populorum, diuinum credatur eſſe * iudicium. Ibi enim Deus, vbi ſimplex ſine prauitate conſenſus.* Simul & illum, idem Pontifex damnat qui Epiſcopatum ementi aut vendenti conſenſerit, & ordinauerit talem. Et vt hæc caueantur iubet, vt Metropolitani ſecundum Patrum ſtatuta circa Parochias ſuas ordiné ſuum, qua decet veneratione, cuſtodiant, vt nec electio præſulis empta detur precijs, & nec obſequentis ſit quæſita operibus, ſed ita fixa habeãtur in cordibus quemadmodum releguntur in ſcripturis. Si nulla ſint in templis emptionum ſemina, nulla erunt fomenta diſcordiæ, ſed regnante charitate ſub illa quam nobis promiſit Deus & tribuit pace viuetur. Porrò Patres Cõcilij TOLETANI VIII. cap. 3. conqueruntur, quòd contra vetita Patrum adhuc reperiũtur quamplorimi negocio muneris perituri, mereari velle gratiam Spiritus ſancti, dum vile præmiũ donant, vt Pontificalis ordinis ſublime culmen accipiant, obliti verborum Petri qui dixit ad Simonem: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti per pecuniam poſſideri. Proinde* (aiunt) *quia & vſitatum eſt tantum malum, & maiorum frequenter extat mucrone ſuccisum Nos quoque huic vulneri canceroſo, ignitum* (*quod ſupereſt*) *adhuc iniicimus ferrum, decernentes omnimodo, * vt quicunque deinceps propter accipiendam Sacerdotij dignitatem quodlibet præmium fuerit detectus obtuliſſe, ex eodem tempore ſe nouerit anathematis opprobrio condemnatum, atque a participatione Chriſti corporis & ſanguinis alienum, ex quo illum conſtat execrabile Chriſto perpetraſſe flagitium. Quòd ſi aliquis extiterit, qui accuſet, ille qui hunc ordinem munerum fuerit acceptione lucratus, & ſuſcepto honoris gradu priuetur, & in monaſterio ſub perenni pœnitentia * religetur. Illi verò qui pro hac cauſa munerum acceptores extiterint, ſi clerici fuerint honoris amiſſione mulctẽtur, ſi verò laici anathemate perpetuò condemnentur.* Idem repetit & renouat Concilium CABILONENSE I. capite 16. & Concilium TOLETANVM II. ſtatuit canone 6. vt Epiſcopus conſecrandus ante altare ſtans, profiteatur publicè ſe non precio vel fauore Epiſcopatum accepiſſe ſub iuramenti diſtrictione: ſi autem poſtea aliter inuentum fuerit, ille Epiſcopus honore & ordine priuetur, & vt verè Simoniacus ſeparatus duorum annorum ſpacio, exilio relegetur: vbi ſi condignam pœnitentiam egerit, & communioni & honori poterit reſtitui. Idem omninò Concilium VERNENSE cap. 24 *Nullus* (ait) *per pecuniæ ad honorem vel gradum Eccleſiaſticum accedere debeat, quia hæreſis ſimoniaca eſſe videtur, &c.* Deniq; THARASIVS CONSTANTINOPOLITANVS Epiſcopus epiſtola ad Ioãnem Anachoretam, quæ ponitur in limine

Nicephorus Calliſtus

Timotheus imp[illegible] qui ambitione & violentia Ep[illegible] [illegible]

Leo Imperat. Hæc collegimus ex hiſtoria ſumma, nõ literam ſed ordinem & narrationem breuiantes.

Epiſcopi Aegypti.

Audacia familiaris hęreticis

Lex Imperialis.

Concilium Aurelianẽſe 2. ſub Vigilio 1.

Actum 8.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

* recipienda

Gregorius 1.

Concilium Toletanum 6.

Hormiſda 1.

Actum 8.

* eſſe impietandum

Hæc omnia noſtro ſecu[illegible] nam vigere [illegible]

Concilium Toletanum 8. ſub Martino [illegible]

Actum 2.

[illegible]

* religetur

Concilium Cabilonenſe [illegible]

[illegible]

Concilium in pal[illegible] celebrato ſub ipſo rege.

Tharaſius Conſtantinopolit.

a. Nicænæ

A 2. Nicænæ Synodi, refert quoſdam à Monachis delatos eſſe Epiſcopos & accuſatos apud Patres, qui ſacerdotalem dignitatem ſibi comparaſſent pecunijs, & propterea à Synodo degradatos, & proprio gradu turbatos: *Nam quicunque* (ait *Canon 30. Apoſtolorum*) *per pecuniam ordinatus eſt Epiſcopus, aut Preſbyter, aut Diaconus, alienus eſt à ſacerdotali dignitate.* Non enim diuini Spiritus gratia venditur, Cayphaicum hoc ſtudium eſt. Simoniaca machinatio hæc, & aliena à ſacerdotali ſanctificatione. Hinc & idem Concilium Nicænum II. generale 7. canone 5. *Eos qui per auri dationem ſe fuiſſe in Eccleſia conſtitutos gloriantur, & in ea improba conſuetudine ſpem habent, quæ à Deo & ab omni ſacerdotio alienat, & ideò impudente vultu, & ore aperto probroſis & contumelioſis verbis, eos qui propter actam ex virtute vitam, à ſancto Spiritu ſelecti, electique ſunt, propter auri dationem vilipendunt ac negligunt: primum quidem eos qui hoc faciunt vltimum proprij ordinis gradum ſumemere, ſin autem perſeuerauerint, inflicta quoque pœna corrigere decernimus. Si quis autem in ordinatione hoc quandoque feciſſe viſus fuerit, fiat vt vult Canon Apoſtolicus ſupra citatus.* Idem & canon. 4 vide in vocabulo, Sacramenta non appretianda, & Simonia. Eadem renouat Concilium FOROIVLIENSE ſub Adriano I. & Carolo magno, can. 1. Quin etiam plura adhuc Patrum decreta profert & renouat Concilium PARISIENSE III libro primo, capite vndecimo: *Oportet* ait *ſummopere cauere ne hi per quos, & religio Chriſtiana conſtare, & cæteri ab offenſione debent ſaluari, Simoniaca peſte eligantur, ſed vt Apoſtolicus ſermo, & canonicus ordo, & beati Gregorij Paſtoralis regula docet, ſcilicet, vt melius terrena rei gratia, niſi Dei ſolius eligantur. In electione quippè & ordinatione ſacerdotis valde execranda ſimoniaca hæreſis, quæ propter quorundam auaritiam & ambitionem * modernis temporibus dignitatem ſacerdotalem fruſtrare comprobatur.* Et poſtquam textum Gregorij protulerunt. Proferunt Patres eiuſdem Concilij GREGORIVM NAZIANZENVM in libro Apologetico: *Religioni* (ait) *& doctrinæ noſtræ opprobrium naſcitur, quòd ſacerdotia vel miniſteria ambitione potius & ad gratiam, quàm meritorum iudicio deferantur. Cuius rei vitium vel labem, etiam ſi prohibere ſupra nos eſt, at certè erubeſcere & auerſari pars aliqua pietatis eſt.* Idem aiunt Patres Concilij AQVISGRANENSIS II. capite 1. & 5. vbi allegant canonem 8. Concilij Nicæni de vſura, & ibi omnem ſimoniam damnant. Vide Vſura, & Simonia. Denique CAROLVS IVNIOR in Concilio MELDENSI congregatis Patribus omnimodam Epiſcopatuum ambitionem & ſimoniam vitandam ſuadet capite octauo eiuſdem Concilij: & poſteà ijdem Patres ſimoniacam hæreſim per virtutem ſanguinis Chriſti interdicunt, ſtatuentes vt nemo per ſimoniacam hæreſim regiminis locum obtineat, quacunque factione, calliditate, promiſſione ſeu commoditate, aut datione per ſe, aut per emiſſam perſonam, cùm Spiritus ſanctus inter cætera documenta Eccleſiaſtica per os ſancti GREGORII dicat libro 4. epiſtolarum epiſtola 110. *Cur non perpenditur quia benedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc vt fiat hæreticus promouetur?* Et ibidem: *Ementes quippè & vendentes par pœna conſtringit, cum liqueat hanc hæreſim in ipſa ſua origine Apoſtolica eſſe deteſtatione damnatam.* Et idem dicit epiſtola 95. eiuſdem libri, & epiſtola 110. libri

Concilium generale 7. Nicenum 2.

Concilium Foroiulienſe.

Concilium Parisienſe 3 ſub Ludouico & Lothario imper.

Sed magis & abũdantius noſtris.

Gregorius Nazianzenus.

Concilium Aquiſgran.

Carolus Iunior rex Franciæ.
Concilii Meldenſe.

Gregorius 1.

A 7. Sed & Concilium ROMANVM ſub Nicolao II. contra Berengarium Patrum 113. *Nemo* (ait) *per ſimoniacam hæreſim ordinetur vel promoueatur ad quodlibet Eccleſiaſticum officium, &c.* Hinc etiam GREGORIVS VII. vt recenſet IOANNES LAZIARDVS Cœleſtinus lib. 3. Epitomæ vniuerſalis hiſtoriæ, capite 193. & coetaneus eius PLATINA CREMONENSIS in vita eiuſdem Pontificis, Henricum 4. Imperatorem anathemate percuſſit, qui Eccleſiaſtica beneficia per ſimoniam concederet, & ſæpius admonitus corrigere nollet. Vnde & authores præfati luculentiſſimo ſermone deſcribunt, bonus Pontifex multa pro iuſtitia, mala reportauit: verùm extat illius decretum, quod ita habet: *Sanctorum Patrum inſtituta ſequentes, quemadmodum in prioribus Concilijs fecimus, authoritate omnipotentis Dei, decernimus ac confirmamus, vt qui deinceps Epiſcopatum vel cœnobium, vel aliquod aliud Eccleſiaſticum beneficium à Laico acceperit, nullo modo in numero Epiſcoporum, Abbatum vel Clericorum is cenſeatur, neve idem, ſub cenſura anathematis limina Apoſtolorum attingat, priuſquam locum ambitione & contumacia conquiſitum, quod eſt idolatriæ ſcelus, reſipiſcendo commutauerit.* Hinc legati eiuſdem Pontificis noluerunt communicare Hermanno Banbergenſi Epiſcopo, qui Epiſcopatum emerat ab Henrico præfato, vt præfati authores, & MARIANVS SCOTVS teſtatur. Quinetiam Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. capite 8. inhibet ſacerdotibus omnibus annuo precio regimen Eccleſiarum redimere, & Decanias atque Archidiaconatus precio emere, vt dicimus Beneficium, Archidiaconus, & Decanus, & reliquis huiuſmodi vocabulis. Denique capite tertio, ſequenti, prohibet ne ab Eccleſiaſticis perſonis aliquid exigatur, pro exceſſibus corrigendis, aut criminibus puniendis à laicis, ſub anathematis interminatione, ſed nec à clericis. Vide Simonia, Sepultura, Sacramenta non appreciãda, &c. ſed & Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III. capite 63. omnem ſpeciem ſimoniæ tollit, tam in conſecrationibus Epiſcoporum, benedictionibus Abbatum, & ordinibus Clericorum: quòd ſub eodem Pontifice Concilium BITERRENSE capite decimo, renouauit, vbi & ſuſpenduntur Epiſcopi ab adminiſtratione ordinum, ſi quoſlibet clericos ſub pretio ordinauerint. Vide ordo. Quin & præfatum Lateranenſe Concilium ſub Innocentio III. capite ſexageſimo tertio, interdicit omnibus Epiſcopis exigere pecuniam pro conferendis beneficijs, vel pro eligendis ſepulturis, quòd ſi fecerint duplicata iubet reſtituere in vtilitates locorum, in quorum fuerint ſoluta diſpendium, fideliter conuertenda. Vide Sepultura, &c. Sed & MARTINVS V. in Concilio CONSTANTIENSI ſeſſione quadrageſima tertia, omnia prædicta renouat, vbi ſtatuit, quod dantes per ſimoniam vel recipientes ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrunt, etiam ſi Pontificali, aut Cardinalatus præfulgeant dignitate. De ſimonia ſpecialiter agunt etiam Patres BASILEENSIS Concilij ſeſſione decima quinta, vbi inquirendum eſſe à Patribus in Concilio Prouinciali congregatis ſuper hoc vitio iniungunt, ne videlicet in Eccleſia Dei locum poſſit habere, quòd & in electione præfatorum præcipiunt obſeruari. Porrò de non committenda ſimonia in electione

Concilium Romanum ſub Nicolao 2.

Gregorius 7.

Ioãnes Laziardus Cœleſtinus. Hiſtoriogra. & Platina Cremonenſis.
Laicinon poſſunt conferre beneficia vt etiam in vocabulo Beneficiu repoſuimus.

Marianus Scotus
Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Concilium generaliſſimum Lateranenſe ſub Innocentio 3. Patrum 1215

Concilium Biterrenſe.

Martinus 5.
Concilium Conſtantienſe generale.

Concilium Baſileenſe.

Iulius 2.

Papæ. IVLIVS II. in Concilio LATERANENSI quod celebrauit, decretum ſeſſione quinta, poſuit. Vide in vocabulo Papatus. Porrò prædicta omnia in eodem Concilio confirmantur, præſidente Leone decimo ſeſſione nona. Idem & CONCILIVM RATISPONENSE capite trigeſimo, & CONCILIVM SENONENSE capite ſecundo Conſtitutionum. Vide reliquum in vocabulo Sacramenta, & præcipuè Simonia, vbi ex traditione Apoſtolorum quantum deteſtanda ſit producitur. Igitur perge, & iunge ſequentia.

Concilium Lateranenſe ſub Iulio 2. & Leone 10.
Concilium Ratiſponenſe.
Concilium Senonenſe.

Epiſcopatus non reſignandus.] Non reſignandus dicitur carnali affinitate coniunctis & conſanguineis, & his qui fauore & precio, Epiſcopatus non tam reſignant, quàm vendunt, vt dictum eſt in vocabulo, Conſanguinei Epiſcoporum, &c. Alias quidem legimus viros ſanctos, reſignaſſe Epiſcopatus ſuos in manus piorum virorum, ne temporis malitia de malo paſtore poſt mortem prouideretur, vel ne ſedes diutina ſuſpenſione vacaret. Sed videamus decreta. CANON APOSTOLORVM LXXV. *Non oportet* (ait) *Epiſcopum fratri vel filio, vel alibi cognato gratificantem, humana affectione ad Epiſcopatus dignitatem quem vult eligere.* Epiſcopatus enim hæredes facere, iuſtum non eſt. Si quis autem hoc fecerit, irrita electio maneat, ipſe autem ſegregatione mulctetur. Hinc & CONCILIVM ANTIOCHENVM primum, canone vigeſimo tertio, & allegat Gratianus cauſa octaua, quæſtione prima, capite Epiſcopo: *Epiſcopo* (ait) *non liceat pro ſe alterum ſucceſſorem ſibi conſtituere, licet ad exitum vitæ perueniat, quòd ſi tale aliquid factum fuerit, irrita eſt huiuſmodi conſtitutio. Seruetur autem ius Eccleſiaſticum, id continens, oportere non aliter fieri, niſi cum Synodo & iudicio Epiſcoporum, qui poſt obitum quieſcentis, poteſtatem habent eum qui dignus extiterit promouere.* Vide & in vocabulo Papatus non reſignandus.

Canon Apoſtolorum.
Concilium Antiochenum ſub Iulio 1.

Hunc canonem allegat MARTINVS BRACARENSIS Epiſcopus, capite octauo, collectorij. Hinc CONCILIVM ROMANVM canone quinto, qui eſt vltimus, & allegatur à Gratiano, cauſa octaua, quæſtione prima, capite Pleriquæ: *Nonnulli, Epiſcopatum qui nonniſi meritis præcedentibus datur, non diuinum munus, ſed hæreditarium putant eſſe compendium, & credunt, ſicut res caducas atque mortales, ita ſacerdotium velut legatario, aut teſtamentario iure poſſe dimitti. Nam plerique ſacerdotes in mortis confinio conſtituti, in locum ſuum feruntur alios deſignatis nominibus ſubrogare, vt ſcilicet non legitima expectetur electio, ſed defuncti gratificatio pro populi habeatur aſſenſu. Quod quàm graue ſit æſtimate, atque adeò, ſi placet, etiam hanc licentiam generaliter de Eccleſiis auferamus, ne (quod turpe dictu eſt) homini quiſquam putet deberi, quod Dei eſt. Vt autem quod ad nos prolatum eſt ad veſtram etiam peruenire poſſit notitiam Hiſpanorum fratrum & Coepiſcoporum noſtrorum ſcripta legantur.* Paulus Notarius recitauit epiſtolam primam ASCANII, & cæterorum Epiſcoporum Tarraconenſis Prouinciæ ad eundem Hilarium, in qua fit mentio quòd ſanctus quidam Epiſcopus Nundinarius Barchinonenſium ciuitatis Epiſcopus moriens, Irenæo viro longa exercitatione probato locum ſuum reſignauerat, & hoc quamquam iuſtè factum videretur, nihilominus tamen ab audientibus Epiſcopis acclamatum eſt. Hoc non licere, ſucceſſores Deus dat. Vnde ipſe poſtmodum HILARIVS primus, epiſtola ad eundem Aſcanium & reliquos Tarraconenſes Epiſcopos, capite tertio, præfatum Irenæum præcipit amoueri ab officio Epiſcopatus: *Ne Epiſcopalis honor hæreditarium ius putetur, quod nobis* (ait) *ſola Dei noſtri benignitate confertur.* Iubetque vt alius eligatur, & à Metropolitano conſecretur, vt allegat etiam Gratianus cauſa ſeptima, quæſtione prima, capite Remoto. Porrò idem ASCANIVS & reliqui Epiſcopi Tarraconenſes epiſtola ſecunda ad eundem Hilarium, conqueruntur de Syluano quodam Calaguræ Epiſcopo, qui contra Synodi conſtituta & canones, nullis petentibus populis Epiſcopum ordinauerat, cuius factum à toto Concilio reprobatur. Reliquum vide, Beneficia Eccleſiaſtica, & infrà in vocabulo, Papatus non ambiendus nec emendus, nec reſignandus, &c.

Martinus Bracarenſis.
Concilium Romanum ſub Hilario 1.
Heu nil hoc tempore frequentius.
Aſcanius & Epiſcopi Tarraconenſis.
Hilarius 1.
Aſcanius.

Epiſcopatuum collatio.] Vide ſuprà.

Epiſcopatui non leuiter cedendum.] Vide infrà in vocabulo, Paſtor non facilè cedat, & ſuprà, Epiſcopi in perſecutione ſuas non relinquant Eccleſias.

Epiſcopatuum mutationes.] Vide ſuprà.

Epiſcopatuum pluralitas inhibetur, & pluralitas Epiſcoporum in vno Epiſcopatu.] Iam ſuperius in vocabulo, Beneficiorum pluralitas, quod erat annotandum ſedulo perſoluimus. Verùm quod adhuc poſſit huic loco conuenire paucis dabimus, ne quippiam prætermiſiſſe videamur. Sic quippe HILARIVS PRIMVS epiſtola prima, ad Aſcanium & reliquos Tarraconenſis Prouinciæ Epiſcopos, capite quarto, *Proſpiciendum eſt* (ait) *ne duo ſimul ſint in vna Eccleſia ſacerdotes, nec literarum ignarus, aut carens aliqua parte membrorum, vel etiam ex pœnitentibus aliquis, ad ſacrum miniſterium ſinatur accedere. Nec tantum putetis petitiones valere populorum, vt cum his parere cupitis, voluntatem Dei noſtri qui nos peccare prohibet deſeratis, cuius indignatio ex hoc grauius commouetur, quia benignitas eius, dum ſiunt illicita per eos qui ſunt interpretes, placationis offenditur.* IDEM epiſtola ſecunda, ad Leontium, Veranum, & Victurium Epiſcopos: *Ad vnius* (inquit) *antiſtitis regimen loca reuertantur, quæ in duos diuidi non decuit ſacerdotes.* Hoc decretum renouauit CONCILIVM CABILONENSE PRIMVM capite quarto, docens ſimiliter, ne duo Abbates præſint vni monaſterio, nec duo monaſteria poſſideat vnus Abbas: quod CAROLVS MAGNVS capite quarto Conſtitutionum ſuarum poſtea confirmauit. Vide Abbas, & monaſterium. Hinc CONCILIVM LATERANENSE GENERALE ſub Innocentio tertio, capite nono. *Prohibemus omnino ne vna eademque ciuitas ſiue Diœceſis, diuerſos pontifices habeat, tanquam vnum corpus diuerſa capita, quaſi monſtrum, ſi propter cauſas & neceſſitatem vrgentem hoc videntur expedire Pontifex loci, Catholicum præſulem nationibus illis conformem prouida deliberatione conſtituat ſibi vicarium in prædictis, qui ei per omnia ſit obediens, & ſubiectus. Vnde ſi quis aliter ſe ingeſſerit, excommunicationis ſe nouerit mucrone percuſſum, & ſi nec ſic reſipuerit, ab omni Eccleſiaſtico miniſterio deponatur, adhibito ſi neceſſe fuerit brachio ſeculari ad tantam inſolentiam compeſcendam.*

Hilarius 1.
Concilium Cabilonenſe 1.
Carolus Magnus.
Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. Patrum 1215.

dam. Vide etiam ipſi à Parochia,&c. Sed CONCILIVM NICENVM primum, vt docet Ruffinus Aquileienſis libro decimo, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite ſexto, ſic ſtatuit canone decimo, Ne in vna ciuitate duo ſint Epiſcopi.

EPISCOPIVM.

Epiſcopium, ſeu domicilium Epiſcopi ſit prope Eccleſiam, quam frequentare denique tenetur.] Et quidem MATTHÆVS PALMERIVS in additione ad Chronica Euſebij Cæſarienſis, Henricum regem memorat Epiſcopia circa Eccleſias conſtruxiſſe, quòd & Carolus magnus feciſſe legitur in hiſtorijs antiquorum. Verumtamen prius hoc obſeruatum fuit apud priſcos: nam ſic CONCILIVM CARTHAGINENSE IV. cui Auguſtinus interfuit, Canone, cano decimo quarto, ſtatuit: *Epiſcopus* ait *non longe ab Eccleſia hoſpiciolum habeat.* Et CONCILIVM AVRELIANENSE primum ſub Hormiſda & Clodoueo Rege Francorum canone trigeſimo tertio, & allegat Gratianus de Conſecratione diſtinctione tertia, capite Epiſcopus ſi. *Epiſcopus ſi infirmitate non fuerit impeditus. Eccleſia cui proximus fuerit, die Dominico deeſſe non debet, &c.* Quinetiam de domicilio Epiſcopi, quod prope Eccleſiam eſſe debeat Patres CONCILII MELDENSIS capite vigeſimo quinto, ſtatuunt, vbi etiam *Hoſpitiolum habeat pauperum recreandorum. Si ita nunc ſit, Deus nouit, nec homines latet, & ſit eius domus ita ordinata, vt quicunque conuerſationem, & domos conuerſationis ipſius viderit, habitacula ea religionis valeat computare, non diuerſoria impudicitiæ, aut alicuius irreligioſitatis, quæ caſtitati, vel bonæ opinioni contraria ſint, vel efficient æſtimentur.* Idem capite vigeſimo ſexto. *Suggerendum eſt, & ex diuino mandato intimandum regiæ dignitati, vt Epiſcopium, quod domus Epiſcopi appellatur, qualiſcunque ſit in oculis Domini Epiſcopus. Ipſe tamen a Rege regum Rex conſtitutus, pro ſanctitate ordinis Epiſcopalis ſit.* SANCTVS GREGORIVS Primus ad Fortunatum docet Epiſcopum, vt venerabiliter ac reuerenter introeat, & ſecundum ſanctam prædeceſſorum conſuetudinem. *Quando rationis & debitæ ſuſceptionis gratia, in tranſitu conuenientis ciuitatem ingreſſus fuerit, habitaculis Epiſcopalibus reuerenter inhabitet, & non diuerſoria fœminarum magnificentia ſua & religio venerabilis ibidem fieri permittat. Quia ſi ſecundum leges canonicas in manſiones Clericorum introitus fœminarum prohibentur,* (vide Clericus) *quanto magis domus Epiſcopi ab huiuſmodi inhabitatione & conuerſatione, etiam & a legitimo connubio coniugatorum, debet immunis eſſe & aliena? Sed & immunitates præcedentium Imperatorum ac Regum, ab huiuſmodi longiori, & diuturna conuerſatione & commoratione regum, & quorumcunque potentium ac ſecularium perſonarum in Epiſcopio prohibent, quapropter & diuinitus & humanitus ſancitas diuinas & humanas leges veſtra deuotio & dignitas obſeruare curabit, ſi & in cœleſti regno & in terreno feliciter cupis proſperari.*

Matthæus Palmerius.
Concilium Carthaginenſe 4.
Concilium Aurelianenſe 1.
Concilium Meldenſe ſub Carolo Iuniore anno 845.
Gregorius 1.

EPISTOLA.

De Epiſtola.] quæ ſolet tempore Miſſæ legi, egimus in vocabulo Subdiaconus, cuius eſt officium illam legere, ſed & infrà in vocabulo, Miſſæ ritus, & Cæremoniæ, etiam cum alijs cæremonijs de Epiſtola illa agetur. Qua autem ratione legatur RVPERTVS TVITIENSIS docet multis verbis, libro de diuinis officijs, capite trigeſimo ſecundo, vbi ſic ordiitur: *Epiſtola perſonam gerens legis & prophetarum, præcurſionis debitum agit officium, ante ſanctum Chriſti Euangelium, &c.* Verum lege locis prætactis, & mox, Euangelium ex Dionyſio, & alijs.

Epiſtola, ſiue Formata.] Quia ſæpius in decretis Patrum hoc nomen Formata, reperitur pro epiſtola, idcircò hîc lubet apponere, quod ATTICVS CONSTANTINOPITANVS Epiſcopus, epiſtola ad Simplicium, dicit quæ inſeritur ad calcem Actionis decimæ ſextæ Concilij Calcedonenſis: Nam ſæpius in pleriſque canonibus iniungitur Clericis qui peregrinari voluerint, non ire ſine formata, quàm Epiſtolam vocant. *Ne igitur* (ait) *in faciendis illis Epiſtolis canonicis, quas mos latinus Formatas appellat, aliqua fraus falſitatis temere præſumeretur hoc a patribus trecentis decem & octo* (vide dictione Clericus, & Peregrinus) *Nicææ congregatis, ſaluberrime inuentum eſt & conſtitutum, vt formata epiſtola hanc calculationis, ſeu ſupputationis habeant rationem, id eſt, vt aſſumantur in ſupputationē prima græca elementa, Patris Filij, & Spiritus ſancti, hoc eſt, π. υ α. Quæ elementa & octogenarium & quadringenteſimum, & primum ſignificant numerum. Petri quoque Apoſtoli prima litera, id eſt, π. quæ numerum octoginta ſignificat. Eius quoque qui ſcripſit, prima litera: cui ſcribitur, ſecunda litera, accipientis, tertia litera: Ciuitatis quoque de qua ſcribitur, quarta, & indictionis* (*quæcunque eſt*) *temporis idem qui fuit numerus aſſumatur. Atque ita his omnibus Græcis literis, quæ, vt diximus, numeros exprimunt, in vnum ductis, vnam, quæcunque fuerit collecta, ſummam epiſtolam teneat. Hanc qui ſuſcipit, omni cum cautela requirat expreſſe. Addat præterea ſeparatim in Epiſtola nonagenarium & nonum numerum, qui ſecundum græca elementa ſignificat.* Eadem omninò renouat CONCILIVM LVGDVNENSE ſecundum, capite ſecundo, vbi de Epiſtolis captiuorum loquitur. Sed & rationem reddit AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro ſeptimo Epiſtolarum, epiſtola quinquageſima ſexta ad Romulum, cur epiſtolarum genus inuentum ſit: *Epiſtolarum* (ait) *genus propterea repertum, vt nobis cum abſentibus ſermo ſit, in dubium non venit, &c.*

Rupertus Tuitienſis Abbas.
Atticus Conſtantinopolitanus Epiſcopus.
** Hoc etiam hodie obſeruatur ſed nō eodem modo.*
Concilium Lugdunenſe 2.
Ambroſius Mediolanenſis.

EPISTVLIA.

CONCILIVM TVRONENSE ſecundum, canone ſexto: *Nullus laicorum vel clericorum præter Epiſcopos, Epiſtolia facere præſumat.* Idem de Abbate ſtatuit CONCILIVM AVRELIANENSE ſecundum, capite decimo tertio. Vide Abbas.

Concilium Turonenſe 2 ſub Pelagio 1.

ESCA.

Eſca.] Vide Cibus.

ETHNICVS.

Ethnicus.] Latinè dicitur homo alterius

ſectæ Vide Gentilis, & Hæreticus.

EVANGELIVM.

Euangelium legi debet in officio Miſſæ, & cur fideles ſtare iubentur erecti. DIONYSIVS AREOPAGITA libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, capite tertio, parte tertia, cum de ritu & forma ſacrificij Miſſæ pertractat, etiam Epiſtolæ & Euangelij recitandi mentionem facit. *Vnde (ait) conſequenter & ex ordine, poſt antiquioris traditionis lectionem, Teſtamentum nouum recitatur: illud vt reor diuina Pontificalique ſignificante ordine, vt vetus quidem illud inſtrumentum, diuina Ieſu opera futura præcinuerit, nouum verò facta prædicauerit: atque illud quidem veritatem imaginibus texerit, præſentem verò illud oſtenderit. Illius enim prædictionum veritatem, huius effectum aperuit, & credi fecit, eſtq; diuinæ locutionis operatio diuina complementum.* Hinc CONCILIVM LAODICENVM canone decimo ſexto: *Sabbathis (ait) Euangelia cum alijs ſcripturis legenda ſunt. &c.* Hoc quoque & ANASTASIVS PRIMVS epiſtola prima, ad omnes Germaniæ & Burgundiæ Epiſcopos, capite primo, & allegatur à Gratiano de Conſecratione diſtinctione ſecunda, capite Apoſtolica: *Apoſtolica authoritate mandamus, vt dum ſancta Euangelia in Eccleſia recitantur, ſacerdotes & cæteri omnes præſentes non ſedentes, ſed venerabiliter curui, in conſpectu ſancti Euangelij ſtantes Dominica verba intentè audiant & fideliter adorent.* Vide ſuprà, Diaconus, ex Gregorio primo. Denique Euangelium iubetur legi Cathecumenis, in Concilio ARAVSICANO canone decimo octauo. Vide Cathecumenus. Hoc CONCILIVM VALENTINVM HISPANIÆ Primum, ſub Symmacho, capite primo. *Cenſuimus obſeruandum vt ſacroſancta Euangelia ante munerum illationem in Miſſa Cathecumenorum in ordine lectionum poſt epiſtolam, legantur, quatenus ſalutaria præcepta Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel ſermones ſacerdotis non ſolum fideles, ſed etiam Cathecumeni ac pœnitentes, & omnes qui è diuerſo ſunt, audire licitum habeant: ſic enim Pontificum prædicatione audita, nonnullos attractos ad fidem euidenter ſcimus.* Idem CONCILIVM TOLETANVM quartum, capite vndecimo, vbi non laudes ante Euangelium, ſed poſt decantandas ſtatuit, quod ante præpoſterè fiebat: & hoc ſub excommunicationis pœna cenſet obſeruandum. Porrò qua ratione & cur legatur Euangelium poſt Epiſtolam, & cur ſtent fideles erecti, docet RVPERTVS TVITIENSIS libro primo, De diuinis officijs, capite trigeſimo ſexto, & trigeſimo ſeptimo, ſed prolixior eſt quam hic poſſit allegari. Habetur in manibus, ſi quis curioſus eſt diſcendi perlegat.

Dionyſius Areopagita.

Conciliũ Laodicenum.

Anaſtaſius 1.

Concilium Arauſicanũ ſub Leone 1.

Conciliũ Valentinum Hiſpaniæ ſub Symmacho.

Epiſtolam.

Concilium Toletanum 4.

Rupertus Tuitienſis abbas.

Euangelij virtus miraculoſa.] ABDIAS BABYLONIVS libro tertio, certaminis Apoſtolici narrat de Throphima, Andreæ diſcipula quòd cùm ad lupanar ducta eſſet, aſſiduè humi proſtrata orabat: Cùmque veniſſent qui eam contingerent, ponebat Euangelium quod ſecum habebat ad pectus ſuum, & ſtatim omnes vires perdebant. Sed & ibidem, quidam qui Euangelium geſtabat ab immundo fornicationis vitio liberatus eſt. Narrant etiam Priſci quod Barnabas dum in Cyprum perrexiſſet, Euangelizandi gratia, Euangelium Matthæi ſuper infir-

Abdias Babylonius.

A mos & mortuos ponebat, & ſani ſurgebant. Denique & de ſancta Cæcilia virgine canit Eccleſia, quòd Euangelium Chriſti ſemper in pectore ſuo habebat incluſum. Verumtamen hic censui apponendum quòd nunc ab omnibus obſeruatur, vt Euangelium quidam collo geſtent ſuſpenſum, hoc non approbantor: IOANNES CHRYSOSTOMVS opere ſecundo in Matthæum, homilia quadrageſima tertia, vbi illud exponit: *Dilatant enim phylacteria ſua & magnificant fimbrias &c. Sacerdotes ait ex eo quod ab hominibus volunt videri vtile Philacteria alligant circa collum, quidam vero partem aliquam*
B *Euangelij ſcriptam. Dic ſacerdos inſipiens, nonne quotidie Euangelium in Eccleſia legitur & auditur ab hominibus: Cui ergo in auribus poſita Euangelia nihil proſunt, quomodo eum poterunt circa collum ſuſpenſa ſaluare? Deinde, vbi eſt virtus Euangelij? in figuris literarum an in intellectu ſenſuum? Si in figuris, bene circa collum ſuſpendis, ſi in intellectu, ergo melius in corde poſita proſunt quam circa collum ſuſpenſa. &c.*

De his qui E[...] ſuſpenſum collo deferunt [...] Chryſoſtomus.

Euangelij liber adorandus.] Mirantur quidam non benè ſeolati, cur poſt lectum Euangelium oſculemur librum, & textum Euangelij: ſed hunc morem oſculandi Euangelia à Patribus longè antè obſeruatum teſtantur Patres CONCILII NICÆNI II. generalis ſeptimi, vt videbis
C in dictione, Imago Deniq; CONCILIVM GENERALE CONSTANTINOPOLITANVM quartum, ſub Baſilio Imperatore, & Adriano ſecundo Patrum 373 canone tertio, ſic ſtatuit: *Sacram Imaginem Domini noſtri Ieſu Chriſti & omnium Saluatoris, æquo honore, cum libro ſanctorum Euangeliorum adorari decernimus. Sicut enim per ſyllabarum eloquia, quæ in libro feruntur, ſalutem conſequuntur omnes, ita per colorum imaginariam operationem, & ſapientes & idiotæ cuncti, ex eo quod in promptu eſt perfruuntur vtilitate: quæ enim in ſyllabis ſermo, hæc & ſcriptura quæ in coloribus, prædicat, & commendat. Dignum eſt enim vt ſecundum congruentiam rationis & antiquiſſimam* traditionem,*
D *propter honorem, quia ad principalia ipſa refertur, etiam deriuatiuæ imagines honorentur, & adorentur, vt ſanctorum Euangeliorum ſacer liber, atque typus pretioſæ Crucis. &c.*

[...] generale 8.

* Antiquiſſimam [...] adorare [...] lib [...] E[...] cede 373 patribus.

Euangelia in Conciliorum ſeſsionibus expanduntur, & cur hoc fiat.] Quicunque curioſus ſacrorum omnium Conciliorum, & generalium, & particularium ſeriem perlegerit, ſtatim in initio ſeſſionum, audiet ſacra Euangelia in medio prius expandi, quam aliquid aliud ſtatuatur: quòd de authoritate Conciliorum loquens manifeſtat etiam IVLIANVS COANOMANENSIS Coenſis Epiſcopus legatus Leonis primi, epiſtola ad Leonem Imperatorem
E primum: *Vbi (inquit) tantorum fuit congregata multitudo Pontificum, & ſanctorum præſentia Euangeliorum, & frequens ſimul oratio, illic creatura totius opificem inuiſibili virtute credimus fuiſſe præſentem, &c.* Denique in CONCILIO CHALCEDONENSI generali quarto, actione prima, ſecunda, tertia, quarta, & reliquis, ſemper reſidentibus Epiſcopis & Patribus, in medio ſacroſancta Euangelia poſita eſſe memorantur. Idem & in Concilio generali ſexto, CONSTANTINOPOLITANO tertio in Trullo celebrato, actione prima, memoratur factum. Idem ſimiliter & actione prima, ſecunda, tertia, & re-

[...] Coenſis Epiſcopus.

[...] Ch[...] generale [...]

Concilium [...] tanum [...]

liquis

Cõcilium Nicænū 2. generale. Conciliū Lateranenſe ſub Martino 1.

liquis CONCILII GENERALIS ſeptimi, Nicæni ſecundi. Idem & in CONCILIO LATERANENSI ſub Martino primo, initio conſultationis primæ, vbi ſic legitur: *Præſidente ſancto ac beatiſſimo Martino Papa ſanctæ ſedis Apoſtolicæ vrbis Romæ, propoſitis ſacroſanctis & venerabilibus Euangelijs in Eccleſia Dei & Domini noſtri Ieſu Christi, quæ vocatur Conſtantiana, &c.* Quæ verba ſemper in initio omnium reliquarum conſultationem repetuntur. Porrò huiuſce rei rationem reddere aggreditur THARASIVS EPISCOPVS CONSTANTINOPOLITANVS loquẽs de Patribus in Nicæna vrbe congregatis, pro generali ſeptimo Concilio. *Iacebat autem* (ait) *in ſacro throno Euangelium ſanctum, quod omnibus nobis qui conuenerant, iuſtum iudicium iudicare, Iuſtitiam pro ſancta Dei Eccleſia adminiſtrate, proclamabat.* Et vt non ſolùm in generalibus Concilijs ea putes poni ſolita, etiam in prouincialibus ſolere proponi CONCILIVM VALENTINVM GALLIÆ tertium, in præfatione teſtatur. Quod etiam confirmatur ex abiuratione Berengarij ſub NICOLAO ſecundo, & poſteà ſub GREGORIO ſeptimo, & allegatur De Conſecratione diſtinctione ſecunda, capite Ego Berengarius, &c. vbi per ſacra Euangelia, quæ in medio poſita erant, iuraſſe memoratur in CONCILIO ROMANO ſub eodem Nicolao ſecundo celebrato, Patrum 113. Iterùm CONCILIO FERRARIENSI ſub Eugenio quarto, aſſiſtente Ioſepho Patriarcha Conſtantinopolitano, & Imperatore Conſtantinopolitano, cum conſendiſſent omnes ante maius altare, aliud altare fuit erectum, ac ſuper eo inter beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli capita, ſanctorum Euangeliorum liber, ac ante ipſum duo accenſa cãdelabra fuere poſita, &c. Hæc reperies in initio Actorum eiuſdem Concilij, ſed hæc ſufficiant.

Cauſa cur Euangelia in conſpectu expandūtur.

Tharaſius cõſtantinopolitanus Epiſcop. Ioann.

Cõcilium Valentinum Galliæ 3.

Nicolaus 2. Gregorius 7.

Conciliū Ferrarienſe & poſtea Florẽtinū generale.

EVANGELISTA.

Euangeliſtæ tantum quatuor ſunt, & qua ratione.] Quatuor tantum eſſe Euangelia & Euangeliſtas, qui ea conſcripſerunt, ſæpius reperiemus in vocabulo, Libri Canonici. Verumtamen quia ſeſe locus offert, etiam nonnihil de his dicemus, ne vacuum locum relinquamus. Itaque ſic loquitur IRENÆVS LVGDVNENSIS libro tertio, contra hæreſes Valentini, & ſimilium, capite primo: *Matthæus* (ait) *in Hebræis, ipſorum lingua ſcripturam edidit Euangelij, cùm Petrus & Paulus Romæ Euangelizarent & fundarent Eccleſiam: poſt verò horum exceſſum Marcus diſcipulus & interpres Petri, & ipſe quæ annunciata erant, præſcripta nobis tradidit. Poſtea & Ioannes diſcipulus Domini, qui & ſupra pectus eius recumbebat, & ipſe edidit Euangelium Epheſi Aſiæ commorans* (Hic Lector attende quia non nominet ante Ioannem Lucæ Euangelium, quod tamen libro tertio, capite nono, & vndecimo, alijs annumerat, vt mox videbimus) *& omnes isti vnum Deum factorem cœli & terræ, à lege & Prophetis annunciatum, & vnum Christum Filium Dei tradiderunt nobis, quibus ſi quis non aſſentit, ſpernit quidem participes Domini, ſpernit autem & ipſum Christum Dominum, ſpernit & Patrem, & eſt à ſemetipſo damnatus, reſiſtens & repugnans ſaluti ſuæ, quod faciunt omnes hæretici.* Tum idem eodem capite vndecimo, neque plura, nec minus, quàm quatuor poſſe eſſe Euangelia multis probat argumentis contra Hæreticos, qui ſinguli Euangelia ſcribere præſumebant. Et capite decimo quarto, de Euãgelio Lucæ tractat, quod priùs cæteris non annumerauerat, forſitan quia illi hæretici contra quos agebant, vt Marcion, ex omnibus Euangelijs ſolùm Lucæ Euangelium admittebant, vt docet TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro quarto contra Marcionem, qui etiam ibidem ſtatim in initio ſic ait: *Conſtituimus imprimis Euangelicum inſtrumentum. Apoſtolos authores habere, quibus hoc munus Euangelij promulgandi ab ipſo Domino ſit impoſitum, ſi & Apoſtolicos non tamen ſolos, ſed cum Apoſtolicis & poſt Apoſtolos: quoniam prædicatio diſcipulorum ſuſpecta fieri poſſet de gloriæ ſtudio, ſi non aſſiſtat illi authoritas magiſtrorum, imò Christi, quæ magiſtros Apoſtolos fecit. Deniq; nobis fidem ex Apoſtolis, Matthæus, & Ioannes inſinuant: ex Apoſtolicis Lucas & Marcus inſtaurant iiſdem regulis exorſi, quantum ad vnicum Deum attinet creatorem, & Christum eius natum ex virgine ſupplementum legis & Prophetarum.* Tum multa de Euangelio Marci & Lucæ contra hæreticorum latratus diſſerit ORIGENES ADAMANTIVS in expoſitione 1. Pſalmi, vbi librorum canonicorum texuit indicem, & in Euangelium Matthæi, ſtatim in principio, Eccleſiaſticum ſeruans canonem, quatuor tantummodo Euangelia ſe noſſe ſic teſtatur: *Vt quidem ex traditione didici de quatuor Euangelijs, ſola ea ſunt certæ authoritatis, & irrefragabilia in Eccleſia Dei, quæ eſt ſub cœlo. Primum ſcriptum eſt, ab olim publicano, poſteà verò Apoſtolo Ieſu Chriſti, Matthæo, ſecundum à Marco, tertium ſecundum Lucam, his acceſſit, id quod ſecundum Ioannem eſt, &c.* Idem in libro quinto Enarrationum in Ioannis Euangelium, vt EVSEBIVS CAESARIENSIS refert lib. 6. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 25 & poſt longo interuallo temporis NICEPHORVS CALLIXTVS lib. 5. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 16. Qui etiam Nicephorus libro 2. cap. 45. eadem quatuor Euangelia longo ſermonis tractu comprobat hoc, & fecit antea EPIPHANIVS CYPRI libro 2. contra hæreſes, hæreſi. 51. cui titulus eſt, Contra hæreſim quæ non ſuſcipit Euangelium Ioannis, & Apocalypſim, quam dementium & brutorum appellauerunt, &c. Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro primo, De conſenſu Euangeliſtarum, capite 2. *Quatuor* (inquit) *ſunt Euangeliſtæ in toto terrarum orbe notiſſimi. Et ob hoc fortaſſe quatuor, quoniam ſunt quatuor partes orbis terræ, per cuius vniuerſitatem, Chriſti Eccleſiam dilatari ipſo ſui muneris ſacramento quodammodo declararent, &c.* Hinc & VIGILIVS I. epiſtola ad Valentinianum Epiſcopum Scythiæ, quæ lecta eſt collatione ſeptima Concilij generali quinti: *Fraternitatem tuam credimus non latere, inimicos fidei Chriſtianæ hoc ſemper ſeculari & reprobanda molitos aſtutia, vt Euangeliſtas quatuor, contraria ſibi, quod abſit, dixiſſe monſtrarent, quibus à ſanctis Patribus per Euangeliorum concordia libros, eſt cæleſti Sapientia contradictum.* Hoc ex Auguſtino, præfato libro collige capite 35. per totum. Hoc etiam grauiter demonſtrauit SYMON DV CORROY Cœleſtinus, quoudam mihi qua præſtabat, charitatis vinculo coniunctiſſimus, in Pandecta legis Euãgelicæ, quam & nos poſteà figuris, Prophetis, teſtimonijs ſacræ Scripturæ, & Sybillinis Oraculis, atq; ſufficientibus contra hæreticos annotationibus decorauimus, eiq; adhuc viuẽti, vt vnico no-

Irenæus Lugdunenſis.

* Si ita eſt non (vt dicitur) Petro, euangeliū Marci comperit & approbauit, cum eſſet mortuus ſed [illegible] cum quo cæteri ſpiritu Marcus dictauit euangelium non alius.

Euangeliū Lucæ hæretici ſolum admittebant.

Tertullianus Carthaginenſis, Euangeliorum authores Apoſtoli.

Origenes Adamantius.

[illegible] ſe ex traditione didiciſſe quatuor tantum eſſe Euangelia.

Euſebius Cæſarienſis.

Nicephorus Calliſtus.

Epiphanius Cypri.

Auguſtinus Hipponenſis.

Vigilius I.

Euangeliſtas non diſſona ſcripſiſſe.

* Symon du Corroy Celeſtinus tertio eiuſdem ordinis electus viſitator & prouincialis mihi chariſſimus [illegible] ſeneƈtute bona anno 1565. 7. Ianuarij. Pariſijs.

ſtro ſplendori dedicauimus. Vide etiam Libri Canonici.

EVCHARISTIA.

Euchariſtiæ, hoc eſt, realis exiſtentiæ corporis & ſanguinis Chriſti in ſacrificio Miſsæ aſſertio, deque eius inſtitutione. Arduum eſt, ô Lector, quod nunc proponimus opus, quod & innumerabiles penè attentarunt, ſed quia iam ſemel cœpimus, non eſt æquum, vt hic ſubſiſtamus, ſed ſolito ordine, etiam probare decreuimus, ab initio naſcentis Eccleſiæ, fidem fuiſſe eandem quam retinemus, de reali exiſtentia corporis & ſanguinis Chriſti in ſacrificio Euchariſtiæ. Verùm ſcito, quia hoc iam ex parte præſtitimus, in dictione. Communio, & etiam infrà, ſi ut ſe loco & opportunitate probandum offeret in vocabulo, Miſsa, ne forſan quod minus hic dicetur, nos ſiluiſſe, vel latuiſſe putes: ſed & innumeris iam in locis paſſim de Euchariſtia mentionem fecimus, & infrà in ſingulis diſtinctionibus huius vocabuli, ſemper dum probatur propoſitio, etiam veritas confirmatur. Itaque in omnibus his locis oculos tuos paſce. Procedemus autem quanta poterit fieri breuitate, per ordinem, incipientes à primis Eccleſiæ Patribus, vſque ad illa tempora, & vltra, in quibus Hæretici calumniantur adulteratum fuiſſe Euangelium. Hoc præſtitit copioſiſſimè quidam Ioannes Garetius Louanienſis, ſed omnia ſimul inſeruit, & communionis, & Euchariſtiæ realem exiſtentiam, & Miſſam: nos verò quia ſingula ſingulis vocabulis reddidimus, nũc quod forſan ipſe, nec ſuo libro inſeruit, hic ſubnectemus, vt viderimus noſtro commodum propoſito: & primo quidem relinquemus authoritate Euangelij & Epiſtolarum Apoſtolicarum, atque veteris Teſtamenti figuras, & Prophetias, quia hoc præſtitimus iam in noſtro opere Pandectæ legis Euangelicæ libro tertio, capite quarto, vbi plu quam ſexaginta figuris, nec minus quàm octoginta Prophetijs, & multis authoritatibus probauimus Euchariſtiæ ſacramentum. Hoc etiam fideliter collegit poſtea vnus ex noſtris, mihi chariſſimus Stephanus Quadratus Cœleſtinus in libro Concordantiarum, cuius alias meminimus, quem ex varijs authoribus contextum deſcripſit & ordinauit. Incipiemus ergo à primarijs Eccleſiæ Catholicæ Patribus, inter quos, poſt Apoſtolos, Apoſtolorum conſtitutiones recenſent CLEMENS PRIMVS mihi occurrit: nam Andreæ Apoſtoli Miſſam, & Iacobi, atque aliorum veterum, in vocabulo Miſſa, proferemus, vbi ſic IACOBVS in Miſſa ſua, ſeu Liturgia ait: *Rogamus vt Spiritus ſanctus adueniens, ſancta, bona atque glorioſa eius præſentia ſanctificet & faciat, hunc quidem panem, corpus ſancti Chriſti tui, & calicem hunc, precioſum ſanguinem Chriſti tui, &c.* Simile quid Andreas ad Aegeam, ſe teſtatus eſt quotidie ſacrificare. Verum vt hos omittamus, ſic de Euchariſtia Clemens prædictus loquitur libro ſexto, capite vigeſimo tertio Conſtitutionum Apoſtolicarum: *Pro ſacrificio* (ait) *cruento, rationale & incruentum ac myſticum ſacrificium inſtituit, quod in mortem Domini, per ſymbola corporis & ſanguinis ſui celebratur.* Idem latius libro octauo, capite decimo ſeptimo, vt dicemus infrà. Miſſæ ritus & cære-

Authorit opus in 4. Euangelia

Clemens 1.

Iacobi & Andreæ Apoſtolorum teſtimonium.

moniæ, &c. Et de reſeruatione Euchariſtiæ loquitur Epiſtola ſecunda, ad Iacobum fratrem Domini, vt dicemus infrà, Euchariſtiæ aſſeruatio. Denique MARTIALIS APOSTOLVS epiſtola ad Burdegalenſes, ca[illegible]: *Sacri[illegible] Deo creatori offertur in ara, non homini neque Angelo, Ne[illegible] in ara ſancti[illegible] ca, ſed vbique offertur Deo oblatio munda [illegible] latus eſt, enim corpus [illegible] in vitam æternam offerimus, dicentes [illegible] eos qui [illegible] orant in ſpiritu & veritate oportet adorare. Ipſe corpus habens & immaculatum, & ſine peccato, quia conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus e[x] Maria virgine, in ara crucis ipſum permiſit immolari. Quod autem Iudæi per inuidiam immolauerunt putantes [illegible] nomen eius à terra abolere, nos cauſa [illegible] in ara ſanctificata proponimus, ſcientes hoc ſolo remedio nobis vitam præſtandam, & mortem effugandam: hoc enim ipſe Dominus noſter iuſſit nos agere in ſui commemorationem.* [illegible] ABDIAS BABYLONIVS libro quinto Certaminis Apoſtolici: *Ioannes ſic duobus adoleſcentibus, quibus gemmas reſtituit dixit: Eccleſia ſancta, & ſi[illegible] cat[illegible], & remiſſio peccatorum, & participatio altaris & eſca corporis, & potus ſanguinis Chriſti, & Chriſmatis vnctio, & gratia la[illegible], & viſitatio Domini, & indulgentia pec[illegible], hæc omnia abſque perſona acceptione æqualis eſt diſpenſatio conditoris.* Idem libro ſexto Certaminis Apoſtolici, Apoſtolos memorat proteſtationem, & commonitionem feciſſe in cœtu ſacerdotum & populi Ieruſalem, quia aliter non poſſent ſaluari, niſi per Sancti ſpiritus gratiam trinæ inuocationis, diluti Bapti[ſ]mate propeccarent, & Euchariſtiam Chriſti Domini ſumerent, cui ſoli, de his, quæ docuit credere deberent, vt ſic æternam ſalutem conſequi mererentur. Idem libro nono, Apoſtolos Euchariſtiam diuiſiſſe, & fidelibus adminiſtraſſe comprobat. *Completa* (ait) *benedictione ſumpſit ſacramentum.* (ſcilicet Thomas Apoſtolus) *& gratias egit Domino, dicens: Sit nobis hoc ſacramentum tuum Domine Ieſu ad vitam, ſit ad remiſſionem peccatorum.* Et ſubdit: *Hac vbi [illegible], Euchariſtiam diuiſit his.* Et ait: *Fiat nobis hæc Euchariſtia ad vitam, & viſcera miſericordiæ, & gratiam ſalutis, ſanitatemque animarum noſtrarum. Reſpondentibus autem illis. Amen, audita eſt vox dicens etiam, Amen.* Idem libro ſeptimo, vbi & ieiunos debere Euchariſtiam accipere docuit Matthæus, vt infrà dicemus Euchariſtiam ieiunus accipiat, &c. Meminit & ſacroſanctæ Euchariſtiæ DIONYSIVS AREOPAGITA in diuerſis locis, vt iam ſupra in dictione, Communio, oſtendimus, & infrà in dictione Miſſa, vbi præſcribit ritum, qui antiquitus obſeruabatur in celebranda Miſſa, & communicando populo, ſed & Euchariſtiam iuſtè aſſeruari docet, in remedium infirmorum & indigentium, vt infrà dicemus Euchariſtiæ aſſeruatio, &c. Sic autem loquitur, libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, capite ſecundo: *In fine* (inquit) *omnium Pontifex ita perfectum ad * ſacratiſſimam Euchariſtiam vocat, atque conſummantium illi ſacramentorum communionem Deificam tradit.* Vide Communio. Item capite tertio: *Neque enim* (ait) *ferme fas eſt ſacerdotalis muneris myſterium aliquod peragi, niſi diuinum illud Euchariſtiæ, auguſtiſſimumque ſacramentum compleat.* Vide infrà, Miſſa. Et IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Philadelphienſes. *Ego [illegible] de vobis in Domino, quod nihil aliud ſapiatis*

Martialis Apoſtolus.

Abdias Babylonius.

Dionyſius Areopagita.

Ignatius Martyr.

Propterea

Hæc nõ habet Gaietius nec quæ præmiſimus ex Abdia nec multa quæ ſequuntur.

Propterea & audacter veſtra charitati Deo digna ſcribo, vos admonens, vna fide, vna prædicatione. & vna Euchariſtia, vtamini. Vna eſt enim caro Domini Ieſu, vnus eius ſanguis, qui pro nobis effuſus eſt. vnus item panis omnibus confractus eſt, & vnum poculum vniuerſis diſtributum eſt, vnum eſt altare toti Eccleſia, &c. IDEM epiſtola ad Epheſios. *Date* (ait) *operam vt crebrius conueniatis ad Euchariſtiam, cum enim in idem aſſiduè conuenitis, deſtruuntur vires ſathanæ.* Et circa finem. *Omnes in gratiam congregemini, in commune vnum panem frangentes, quod eſt medicamentum immortalitatis, antidotus ne moriamini, ſed viuatis in Deo per Ieſum Chriſtum, purgatio malorum expultrix, &c.* IDEM epiſtola ad Romanos: *Non mihi placet* (ait) *cibus corruptionis, neque voluptates vitæ huius, panem Dei volo, panem cœleſtem, panem vitæ. qui eſt caro Chriſti filij Dei, qui natus eſt tandem de ſemine Dauidis & Abrahæ, & poculum volo ſanguinem eius, quod eſt charitas incorruptibilis, & perennis vita.* IDEM epiſtola ad Smirnenſes, vt etiam illum profert & in teſtimonium producit

O viri ſancti pium & ſacrũ deſiderium.

Theodoretus Cyrenſis.

THEODORETVS CYRENSIS circa medium Dialogi tertij, quem vocant Impaſſibilem. *Euchariſtias & oblationes non admittunt, quòd non confiteantur Euchariſtiam eſſe carnem ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ pro peccatis noſtris paſſa eſt, quam Pater ſub benignitate ſuſcitauit.* Denique de negligentijs quæ committuntur circa Euchariſtiam PIVS PRIMVS ſtatuit, vt allegat Gratianus De conſecratione diſtinctione ſecunda, capite Si per negligentiam. Vide infrà. Porrò IVSTINVS MARTYR in Dialogo cum Triphone, Euchariſtiæ ſacramentum defendit in veteri lege præſignatum per Similam, ſic enim loquitur, alloquens Tryphonem & ſocios: *Illud quoque ſcitis, ſolennem duorum Hircorum oblationem ieiunij tempore, non alibi, quàm Hieroſolymis permiſſum fieri, ſicut nec ſimila quæ pro mundatis à lepra ſolet offerri, ex more figuratè ſignificans panem Euchariſtiæ, quem in memoriam paſſionis ſuæ, purgantis ab omni peccato animas hominum, Ieſus Chriſtus Dominus noſter tradidit poſteris, vt interim gratias agamus Deo, tum pro mundo propter hominem creato, cum cæteris quæ hoc continentur, tum pro redemptione, quâ liberati ſumus à peccatis, principatibus, ac poteſtatibus in vniuerſum debellatis iuxta diuinum cõſilium. Quapropter de ſacrificijs veſtris quæ tunc offerebatis, ſic loquitur Deus, per Malachiam: Non eſt mihi voluntas in vobis dicit Dominus, & munus non accipiam de manu veſtra, ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, vos autem polluiſtis illud, &c Cæterùm de ſacrificio quod offertur in omni loco à nobis gentibus, id eſt, Euchariſtiæ, tum pane, tum poculo, ibidem prædicit, dicens: non clarificare nomen eius quod vos profanatis.* Et iterum, longè poſt ſic loquitur: *A nemine Deus victimas, niſi per ſacerdotes ſuos accipit, vnde certo conſtat, quod huius nominis ſacrificia, quæ Ieſus Chriſtus tradidit, hoc eſt, Euchariſtiam panis & poculi, vbicunque terrarum apud Chriſtianos fiant, Deus accipiat & ſibi grata eſſe teſtetur: veſtra verò, & à veſtris ſacerdotibus oblata recuſat dicens: Victimas veſtras non accipiam de manibus veſtris, quoniam ab ortu Solis vſque ad occaſum clarus nomen meum in gentibus, vos autem prophanaſtis illud, &c.* Idem Iuſtinus Apologia ſecunda pro Chriſtianis, formam tradidit qua veteres Euchariſtiæ ſacramentum ſumebant, vt repoſuimus in vocabulo Com-

Iuſtinus Martyr.
Nec hoc Garetius.

Malach. 1.

munio, quære ibidem. Porrò IRENÆVS LVGDVNENSIS libro quarto contra hæreſes Valentini & ſimilium, capite trigeſimo ſecundo. *Chriſtus ſuis diſcipulis dans conſilium, primitias Deo offerre ex ſuis creaturis (non quaſi indigenti, ſed vt ipſi nec infructuoſi nec ingrati ſint, eum qui ex creatura panis eſt, accepit & gratias egit dicens: Hoc eſt meum corpus, & calicem ſimiliter, qui eſt ex ea creatura quæ eſt ſecundum nos, ſuum ſanguinem confeſſus eſt, & noui Teſtamenti nouam docuit oblationem, quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens in vniuerſo mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præſtat, primitias ſuorum munerum in nouo Teſtamento, de quo in duodecim prophetis præſignificauit, non eſt mihi voluntas in vobis, &c.* Idem capite trigeſimo quarto, multa de ſacrificio & eius oblatione diſputat, tum ad calcem ſic loquitur: * *Quomodo* (ait) *dicunt carnem in corruptionem deuenire, & non percipere vitam, quæ a corpore Domini & ſanguine alitur? Ergo, aut ſententiam mutent, aut abſtineant offerendo quæ prædicta ſunt. Noſtra autem conſonans eſt ſententia Euchariſtiæ, & Euchariſtia rurſus confirmat ſententiam noſtram. Offerimus enim ei quæ ſunt eius, congruenter communicationem & vnitatem prædicantes carnis & Spiritus. * Quemadmodum enim qui eſt a terra, panis percipiens vocationem Dei, iam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia ex duabus rebus conſtans, terrena & cœleſti. Sic & corpora noſtra percipientia Euchariſtiam, iam non ſunt corruptibilia, ſpem reſurrectionis habentia. Offerimus autem ei non quaſi indigenti, ſed gratias agentes donationi eius, & ſanctificantes creaturam.* Et iterum idem libro quinto in initio: *Vani autem omnimodo* (ait) *qui vniuerſam diſpoſitionem Dei contemnunt, & carnis ſalutem negant, & regenerationem eius ſpernunt, dicentes, non eam capacem eſſe incorruptibilitatis. Sic autem, ſecundum hæc videlicet, nec Dominus ſanguine ſuo redemit nos, nec calix Euchariſtiæ communicatio ſanguinis eius, neque panis quem frangimus communicatio corporis eius eſt. Sanguis enim non eſt, niſi à venis & carnibus, & à reliqua quæ eſt ſecundum hominem ſubſtantia, quâ verè factum verbum Dei ſanguine ſuo redemit nos quemadmodum & Apoſtolus ait, in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, & remiſſionem peccatorum. Et quoniam membra eius ſumus, & per creaturam nutrimur. Creaturam autem ipſe nobis præſtat, Solem ſuum oriri faciens, & pluens quemadmodum vult) eum calicem qui eſt creatura, ſuum corpus confirmauit, ex quo noſtra auget corpora. Quando ergo & mixtus calix & factus panis percipit verbum Dei, fit Euchariſtia ſanguinis, & corporis Chriſti, ex quibus augetur & conſiſtit carnis noſtra ſubſtantia: Quomodo carnem negant capacem eſſe donationis Dei, qui eſt vita æterna, quæ ſanguine & corpore Chriſti nutritur, & membrum eius, quemadmodum & Apoſtolus ait in ea quæ eſt ad Epheſios Epiſtola: Quoniam membra ſumus corporis eius, & de carne eius & de oſſibus eius, non de ſpirituali aliquo & inuiſibili homine dicens hæc, (Spiritus enim neque oſſa neque carnes habet) ſed de ea diſpoſitione quæ eſt ſecundum hominem, quæ ex carnibus & neruis & oſſibus conſiſtit, quæ de calice qui eſt ſanguis eius nutritur, & de pane qui eſt corpus eius augetur, &c.* Porrò & Euchariſtiæ ſic TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS meminit libro de Præſcription. aduerſus Hæreticos. *Legem* (ait) *& Prophetas cum Euangelicis & Apoſtolicis literis miſcet, & inde potat fidem eam,*

Irenæus Lugdunenſis.
Nec hoc Garetius.

Malach. 1.

Vide ſi nõ perſtringat Caluiniſtas.

Tranſubſtantiatio.
Quid manifeſtius ô Caluiniſte.

Ita certè cum Euchariſtiæ ſacrificium in altari antiquitus vetus hoc, probarent patres Chriſtum vera carnẽ habuiſſe. vide ergo quo tendunt Caluiniſtæ

Epheſ. 5.

Luc. 24.

Ephes. 5.

Tertullianus Carthaginenſ.

aqua

aqua ſignat, ſancto Spiritu veſtit, Euchariſtia paſcit, & paulo poſt oblationem panis nominat. Idem libro contra Iudæos, capite 8. *Chriſtus (inquit) panem corpus ſuum appellauit, cuius retro corpus in panem propheta nunciauit. Venite (ait) mittamus in panem eius lignum, &c.* Idem libro 4. contra Marcionem ad calcem, dum de Moſaicæ legis abolitione diſſerit, & Chriſtum verè incarnatum contra Marcionis deliramenta defendit, vbi ad inſtitutionem ſacramenti Paſchalis deſcendit, ſic loquitur: *Concupiſcentia concupiui hoc edere vobiſcum antequam patiar. Profeſſus itaque (ait) ſe concupiſcentia concupiſſe edere Paſcha vt ſuum (indignum enim vt quid alienum concupiſceret Deus) acceptum panem & diſtributum diſcipulis, corpus ſuum illum fecit: hoc eſt corpus meum dicendo, id eſt, * figura autem non fuiſſet, niſi veritatis eſſet corpus. Cæterum vacua res, quod eſt phantaſma, figuram capere non poſſet. Aut ſi propterea panem corpus ſibi finxit, quia corporis carebat veritate, ergo debuit panem tradere pro nobis: & faciebat ad vanitatem Marcionis, vt panis crucifigeretur. Cur autem panem corpus ſuum appellat, & non magis peponem, quem Marcion cordis loco habuit, non intelligens veterem fuiſſe iſtam figuram corporis Chriſti, dicentis per Ieremiam, Aduerſum me cogitauerunt cogitatum dicentes, Venite coniiciamus lignum in panem eius, ſcilicet crucem in corpus eius? Itaque illuminator antiquitatum quid tunc voluerit ſignificaſſe panem, ſatis declarauit, corpus ſuum vocans panem, ſic & in calicis mentione teſtamentum conſtituens ſanguine ſuo obſignatum, ſubſtantiam corporis confirmauit, nullius enim corporis ſanguis poteſt eſſe niſi carnis: nam & ſi qua corporis qualitas non carnea opponetur nobis, certè ſanguinem niſi carnea non habebit. Ita conſiſtit probatio corporis de teſtimonio carnis, probatio carnis de teſtimonio ſanguinis, &c.* Tertullianum videtur exponere LACTANTIVS FIRMIANVS libro 4. capite 18. Nam corpus Chriſti ideo ſcribit panem à Ieremia appellatum, *Quia ipſi eſt (ait) cibus & vita hominum, qui credunt in carnem quam portauit.* Panem quoque vocat Euchariſtiam VARADATVS MONACHVS epiſtola ad Leonem I. Imperatorem cum illud Iſaiæ interpretatur, vt infrà dicemus. Sumens Angelus carbonem ignis, &c. Porrò vt in margine monuimus, hic legendus eſt peruetuſtus author ille PASCASIVS, opuſculo de corpore & ſanguine Domini, ſententia 4. capite 12. vbi ſic orditur: *Quod in veritate corpus & ſanguis fiat conſecratione myſterij, &c.* Vbi etiam cur corpus Chriſto ſit figura & veritas interpretatur. Porrò reſumendus eſt ordo quem prætermiſeram. Idem quippè TERTVLLIANVS eodem libro contra Marcionem 4. & libro de reſurrectione carnis, ſic veritatem Euchariſtiæ defendit, vbi etiam dicit: *Ita caro (ait) corpore & ſanguine Chriſti veſtitur, vt & anima de Deo ſaginetur.* Idem libro de Pudicitia, loquens de filio prodigo morali: *Prodigus (ait) filius longè à Domino moribus factus, inter errores & illecebras & libidines ſæculi, vbi fame veritatis compulſus tradidit ſe principi huius æui, ille enim præfecit porcis, in familiare id dæmonum pecus paſcere, vbi nec illis compos eſſet vitalis eſcæ, ſimulque alios videt in opere diuino abundantes pane cæleſti, recordatur Patris Dei, ſatisfacto redit, veſtem priſtinam recipit, ſtatum, ſcilicet, eum quem Adam tranſgreſſus amiſerat. Annulum quoque accepit tunc priſtinum quo fidei pactionem interrogatus obſignat, atque ita exinde opimitate Dominici corporis veſcitur, Euchariſtia ſcilicet, &c.* Iterum idem Euchariſtiæ meminit, libro De oratione, in fine, dum de ſtationibus loquitur: *Deuotum (ait) obſequium Deo Euchariſtia reſoluit, an magis Deo obligat.* Porrò HIPPOLYTVS MARTYR libro ſeu oratione de Antichriſto (cuius & Theodoretus Cyrenſis Dialogo 3. impatibili meminit) dicit quod dum aduenerit Antichriſtus: *Eccleſiarum (inquit) ædes ſacræ, tugurij inſtar erunt, precioſumq; corpus & ſanguis Chriſti non extabit in illis diebus, liturgia ceſſabit & extinguetur, &c.* Et paulò pòſt: *Dicet Chriſtus ad Pontifices, Venite Pontifices, qui purè mihi ſacrificium die noctúque obtuliſtis, ac precioſum corpus & ſanguinem meum immolaſtis quotidie, &c.* Porrò iam in ſuperioribus, vbi de Epiſcoporum dignitate egimus, vel de clericis non iudicandis, Euchariſtiæ mentio facta, ex diuerſis & antiquiſſimis decretis Patrum, itaque illos omittentes proſequamur quod cœpimus: ORIGENES ADAMANTIVS ad calcem homiliæ 13. in Leuiticum. *Simili modo tibi lex iſta (ait) proponitur, vt cum acceperis panem myſticum, in loco mundo, manduces eum, hoc eſt, ne in anima contaminata.* vide ſuperius Communicare cum quanta decet diſcuſſio & *peccatis polluta Dominici corporis ſacramenta percipias: quicunque enim manducauerit panem & biberit calicem Domini indignè reus erit, &c. Sancta enim ſanctorum ſunt. Vides quomodo non dixit ſancta tantummodo, ſed ſancta ſanctorum: vt ſi diceret, cibus iſte ſanctus non eſt communis omnium, nec cuiuſcunque indigni, ſed ſanctorum, &c.* Idem homilia 35. in Matthæum pulchrè inſtitutionem huius ſacramenti proſequitur, & libro 8. aduerſus Celſum. *Celſus (ait) vt Dei ignarus, gratias dæmonibus reddat, nos verò conditori omnium Deo gratias agentes, & pro collatis in nos eius beneficijs actis gratijs, oblatis panibus veſcimur, qui vtique per precem efficiuntur corpus ſanctum & ſanctificans eos, qui ſano propoſito & mente ipſo vtuntur.* Porrò CLEMENS ALEXANDRINVS Panteni magni auditor, libro 4. Stromatum, circa finem: *Melchiſedech (ait) rex Salem Sacerdos Dei altiſſimi, vinum & panem ſanctificatum dedit nutrimentum, in typum Euchariſtiæ, &c.* Eandem figuram reſumit CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro ſecundo Epiſtolarum, epiſtola 3. ad Cæcilium *In ſacerdote (inquit) Melchiſedech ſacrificij Dominici ſacramentum præfiguratum videmus.* Et infrà: *Quis magis ſacerdos Dei ſummi, quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſacrificium Deo Patri obtulit, & obtulit hoc quidem quod Melchiſedech obtulerat, id eſt, panem & vinum ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem.* Et infrà: *Vt ergo in Geneſi per Melchiſedech ſacerdotem benedictio circa Abraham poſſit ritè celebrari, præcedit ante imago ſacrificij, in pane & vino ſcilicet conſtituta: Quam rem perficiens & implens Dominus panem & calicem mixtum vino obtulit, & qui eſt plenitudo, veritatem præfiguratæ imaginis adimpleuit. Sed & per Salomonem, Spiritus ſanctus typum Dominici ſacrificij præmonſtrat immolatæ hoſtiæ, panis & vini, ſed & altaris & Apoſtolorum faciens mentionem. Sapientia (inquit) ædificauit ſibi domum & ſubdidit columnas ſeptem, mactauit ſuas hoſtias, miſcuit in cratere vinum ſuum, & parauit menſam ſuam, & miſit ſeruos ſuos, conuocans cum excelſa prædicatione ad craterem dicens: Qui eſt inſipiens declinet ad me, & indigentibus ſenſu dixit, Venite & edite meos panes, & bibite vinū quod miſcui vobis. Vinum mixtum declarat, id eſt, calicem Domini*

Ieremiæ 11.

Lucæ 22.

Quomodo corpus Chriſti dicatur figura docet Paſchaſius, libro de veritate corporis Chriſti (vt alibi dicetur) cap. 12. ſententia 4.

Hoc eſt quod ſuperiore pag. annotaui quia Priſci ex veritate præſentiæ corporis Chriſti in Euchariſtia contra hæreticos defendebant veram Chriſtum carnem habuiſſe. Lactantius Firmianus Varadatus Monachus.

Eſai. 6. Eccleſiaſt. 19. Paſchaſius.

Tertullianus.

Hippolytus Martyr & Epiſcopus.

Non tibi nunc videtur Antichriſtus in Caluino regnare?

Origenes Adamantius.

Non hoc Garetius.

Leuitic. 22.

Clemens Alexandrinus [illegible] ius meminit Garetius.

Cyprianus Carthaginenſ.

Nec hoc Garetius, nec multa quæ ſequuntur quia quod ille potuit nos eum [illegible] ad inuenerimus non recitum iudicauimus repetere.

Prouerb. 9.

aqua

A qua miſcetur vino in ſacramento Euchariſtiæ vide ſupra in ſpeciali annotatione vocabulo Miſſa.

aqua & vino mixtum prophetica voce denunciat, vt appareat in paſſione Dominica id eſſe geſtum, quod fuerat ante prædictum,&c. Per totam illam epiſtolam nihil aliud tractat, quã de veritate corporis Chriſti in ſacramento Euchariſtiæ, quæ ſatis prolixa eſt: lege ſi vacat. Idem & Euchariſtiæ meminit libro 1. epiſtola 2. & libro 4. epiſtola 6. & ſermone De lapſis, vt in vocabulo, Communio, citauimus. Lege eundem ſermone, De cœna Domini, vbi mirè ſenſuales animos Caluiniſtarum perſtringit: verum quia ſermo eſt valde prolixus, & in manibus omnibus verſatur, hic nihil indocemus, quia conſtat omnibus, quantum ibi ſit veritatis Euchariſtiæ teſtimonium. Sed vt ad alia

B procedamus. DIONYSIVS ALEXANDRINVS Epiſcopus, epiſtola ad Fabianum, vt EVSEBIVS CÆSARIENSIS recitat libro 6. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 34. ſcribit Serapionem quendam apud Alexandriam Euchariſtiæ ſumptione, quam ſibi puer portauit, cum prius fuiſſet maximè in mortis articolo conſeruatus, lætiorem Deo ſpiritum reddidiſſe, hiſtoriam narrabimus in vocabulo. Infirmis Euchariſtia deferenda. Idem Dionyſios libro 5. ad Sixtum I. Papam, (vt idem Euſebius libro 7 recenſet, cap. 7. & 8. & Nicephorus lib. 6. cap. 9. dicit ſacramento Euchariſtiæ, putaſſe poſſe purgari quædam, qui hæreticorum Baptiſmate ablutus fuerat. *Menſæ* (inquit ad cal-

Dionyſius Alexandrinus. Nec iſta Gar... tius.

C cem) *aſſiſtens, manus ad exceptionem ſancti alimenti porrexit, & id ſuſcepit. Corporiſque & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſatis longo tempore particeps fuit,&c* Meminit & ARNOBIVS PRESBYTER Euchariſtiæ in Pſalmum 4. dum illud exponit, A fructu frumenti vini & olei multiplicati ſunt. *Accepimus* (ait) *frumentum in corpore, vinũ in ſanguine, oleum in Chriſmate.* Idem in Pſalmum 110. dum illud exponit, Miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe. *Quando hoc dixit, miſericors & miſerator Dominus. Tunc ſine dubio, quando eſcam dedit corporis ſui timentibus ſe,&c.* Et Concilium NICENVM I. ſub Conſtantino magno, cui interfuerunt Patres 318. toto orbe nominatum & decãtatum, ſic ſtatuit, vt CVTHBERTHVS Epiſcopus Angliæ allegat, lib. 1. de

Sanctum alimentum.

Arnobius preſbyter.

Concilium Nicenũ 1. ſub Sylueſtro 1.

D de veritate corporis & ſanguinis Domini. *Iterum etiam hic in diuina menſa* (ait Concilium prædictum) *ne humiliter intenti ſimus, ad propoſitum panem & poculum. ſed attollentes mentem, fide intelligamus ſitum in ſacra illa menſa agnum illum Dei tollentem peccata mundi, incruente à ſacerdotibus immolatum: & precioſum ipſius corpus & ſanguinem nos vere ſumentes, credere hæc eſſe noſtra reſurrectionis ſymbola, propter hoc enim neque multum accipimus ſed parum, vt ſciamus quod non ſacietati, ſed ſanctimoniæ ſumimus.* Hinc EVSEBIVS CAESARIENSIS qui huic Concilio interfuit libro 8. Demonſtrationis Euangelicæ, Demonſtratione 1. ad calcem,

Cuthebertus Conſtallus Epiſcopus Anglicanus.

Aduerte quia ... ex patrũ ... imus Nicenũ ... res edidiſſe canones quã nũc ... deo & hic non ab re eiuſdem eſſe ... cẽſetur. ... bius Cæſa... nõ hoc Grat...nus.

E exponens illud: Lauabit in vino ſtollam ſuam, & in ſangoine vuæ pallium ſuum,&c. *Rurſus tanquam in arcanis* (ait) *poſita noui teſtamenti myſteria comprehendere arbitror lætitiam videlicet myſtici illius vini, quod ſuis ipſe diſcipulis porrexit, Saluator cum dixit, Accipite, bibite, hic eſt meus ſanguis, qui pro vobis funditur in remiſſionem peccatorum, hoc facite in meum commemorationem Siquidem illud Gratioſi oculi eius à vino, & albi dentes eius vt lac, ſplendorem puritatémque myſtici illius alimenti mihi ſignificare videtur. Rurſus enim ipſe diſpenſationis diuinæ notas ſuis diſcipulis tradidit, dum hortatur, vt ſui ipſius corporis imaginem repreſentent. Cùm enim non am-*

Genes 49.

A *plius cruenta ſacrificia, neque ea quæ apud Moſem in lege diuerſorum animalium mactationibus ſancita erant, grata eſſet habiturus ... pane corporis ſui nota vterentur inſtituturus merito ſplendorem ad puritatem illius alimenti ſignificauit, cum dixit, & albi dentes eius vt lac,&c.* Idem libro 1 Demonſtrationis Euangelicæ, cap. 10. circa medium. *Merito ſane quando illius memoriam, corporiſque eiuſdem & ſanguinis recordationem quotidie celebrant, & ad longè præſtantius & ſacrificium & munus aſſumpti ſunt, quàm illud antiquis fuerit.* Et paulò infrà: *Cum ergo huius ſacrificij memoriam ſignis quibuſdam in menſa celebrandam, corporiſque item illius, ſalutariſque ſanguinis, vt noui Teſtamenti inſtitutum habet acceperi-*

B *mus, rurſus à propheta Dauid inſtruimur addicendum: Paraſti in conſpectu meo menſam,&c.* Lege totum caput, quia hoc ſacrificium Euchariſtiæ ſummopere commendat. Et ATHANASIVS ALEXANDRINVS libro De varijs quæſtionibus, quæſt. 2. *Stata feſtiuitatum tempora ingruunt* ait *vt illuminationum quam natiuitatem Chriſti, Epiphania quam trium Regum appellamus diem. Communionis denique quam ſanctiſſimi corporis & ſanguinis Chriſti ſumptionem ... vt vbi non pauci tranſitum ſiue Paſcha vocant ... compertum habet, ſinguluris tum gaudio tum lætitia quod Spiritum ſanctum cum Baptiſmate accepit.* Idem oratione De fide: *Corpus eſt ergo, cui dicit, Sede à dextris meis,*

Athanaſius Alexandrinus.

Tẽpore Athanaſij in die ſancto Paſchæ fideles Euchariſtiæ communicabant vide ſupra Comunio.

C *cuius etiam fuit inimicus diabolus cum malis poteſtatibus, & Iudæi, & Græci, per quod corpus, Pontifex, & Apoſtolus, & fuit, & dictus eſt, per id quod nobis tradidit myſterium, dicens: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frãgitur, & ſanguis noui teſtamenti, non veteris, qui pro vobis effunditur. Diuinitas enim neque corpus habet neq; ſanguinem, ſed homo quem ex Maria portauit,&c.* HILARIVS PICTAVSENSIS libro 8. De Trinitate, quem & allegat Ioannes Albinus Archidiaconus Tholoſanus libro 3. De ſacramento altaris, cap. 2. *Eos* ait *qui nunc inter Patrem & Filium voluntatis ingerũt vnitatem, interrogo, vtrum per naturæ veritatem hodie Chriſtus in nobis ſit, an per concordiam voluntatis. Si enim vere verbum caro factum eſt, & nos vere verbum carnem*

Hilarius Pictauienſis.

In Euchariſtia verè verbũ carnem factum ſumimus.

D *cibo Dominico ſumimus, quomodo non naturaliter manere in nobis exiſtimandus eſt, qui & naturam carnis noſtræ iam inſeparabilem ſibi homo natus aſſumpſit, & naturam carnis ſuæ ad naturam æternitatis ſub ſacramento nobis communicandæ carnis admiſcuit? Ita enim omnes vnum ſumus, quia & in Chriſto Pater eſt, & Chriſtus in nobis eſt. Quiſquis ergo naturaliter Patrem in Chriſto negabit, neget prius non naturaliter vel ſe in Chriſto, vel Chriſtum ſibi ineſſe, quia in Chriſto Pater, & Chriſto in nobis, vnum in hiis eſſe nos faciunt. Si verè igitur carnem corporis noſtri Chriſtus aſſumpſit, & vere homo ille qui ex Ma-*

E *ria natus fuit, Chriſtus eſt, noſque verè ſub myſterio carnem corporis ſui ſumimus, & per hoc vnum erimus, quia Pater in eo eſt, & ille in nobis. De naturali enim in nobis Chriſti veritate, quæ dicimus niſi ab eo diſcimus, ſtultè atque impiè dicimus. Ipſe enim ait, Caro mea vere eſt eſca, & ſanguis meus verè eſt potus, qui edit carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo.* * *De veritate carnis & ſanguinis, non relictus eſt ambigendi locus, nunc enim & ipſius Domini profeſſione & fide noſtra verè caro eſt, & verè ſanguis eſt. Et hæc accepta atque hauſta id efficiunt, vt & nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit.* Lege reliquum quia idem confirmat OPTATVS MILEVITANVS poſtquam narrauit Libro ſecundo

Ioan 6.

Vide quam certa erat fides ... Chriſti ... in Euchariſtiæ ſacrificio.

Optatus Mileuitanus.

contra

contra Donatiſtas, quomodo hæretici iuſſerunt Euchariſtiam canibus fundi. *Non ſine ſigno (ait) diuini iudicij, nam ijdem canes accenſi rabie, ipſos dominos ſuos quaſi latrones ſancti corporis reos, dente vindice tanquam ignotos & inimicos laniauerunt.* Etiam libro 6. conſequenter veritatem approbat ſacramenti Euchariſtiæ, dum increpat eoſdem Donatiſtas, quòd (vt nunc hæretici noſtri faciunt) altaria Dei frangere, radere, & remouere præſumpſiſſent. *Quid enim eſt altare, (ait) niſi ſedes corporis & ſanguinis Chriſti? Quid vobis fecerat Deus, qui illic inuocari conſueuerat? Quid vos offenderat Chriſtus, cuius illic per certa momenta corpus & ſanguis habitat?* &c. BASILIVS MAGNVS in tractatu de Baptiſmo, tractat qualiter ad Euchariſtiæ ſumptionem ſe quiſque debet præparare: *Quid (ait) de eo dicendum eſt, qui otioſe & inutiliter edere audet corpus, & bibere ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & hac ratione plus aliquando contriſtat & infeſtat Spiritum ſanctum, dum ſine ſocia charitate veſcitur.* Idem ſermone 2. de Baptiſmo, cap. 3. Idem epiſtola ad Cæſariam Patriciam: *Communicare per ſingulos dies, & participare de ſacro corpore & ſanguine Chriſti, pulchrum eſt & valde vtile,* &c. Vide ſuperius Communio, & Communicare. Porrò lege eiuſdem Liturgiam, de qua agemus in vocabulo, Miſſa. GREGORIVS NISSANVS in vita Moſis: *Panis eſt abſque ſemine, abſque aratione, abſque alio humano opere nobis paratus, is deſuper defluens in terris inuenitur. Panis enim qui de cœlo deſcendit, qui verus cibus eſt, qui ænigmatice hac hiſtoria ſignificatur, non incorporea quædam res eſt. Quo enim pacto res incorporea, corpori cibus fiet? Res verò quæ incorporea non eſt, corpus omninò eſt. Huius corporis panem non aratio, non ſatio, non agricolarum opus effecit, sed terra intacta permanſit, & tamen pane plena fuit, quo fameſcentes, myſterium virginis perdocti facilè ſaturantur. Is igitur mirabilis ſine agricultura panis, varietate qualitatis ad ſuſcipientium habitudinem, virtutem ſuam commutat. Nam cum ſit panis, ignorat labefieri, ſic in carnem verti, nouit olus imitari. Quidquid denique aſſumenti conueniens, & expetitum fuerit, vt Apoſtolus vult, qui hanc nobis menſam præparauit, in id commutatur. Sic enim diuinus ille vir perfectioribus ſolidum, & in carnis ſpeciem, hunc cibum fieri docet, infirmioribus olus, infantibus lac,* &c. Legendus eſt etiam eiuſdem ſermo Catbacheticus de diuinis ſacramentis, quem allegat Beſtarion libro de verbis, quibus conſecratio peragitur. GREGORIVS NAZIANZENVS oratione 4. in S. Paſcha circa medium, De Paſcha myſtico diſſerens, inter cætera ſic loquitur: *Abſque confuſione & dubio comede corpus, & ſanguinem bibe, ſi ſaltem vitæ deſiderio teneris, neque ſermonibus qui de carne habentur fidem deneges, neque ob paſſionem offendaris, conſtans eſto, firmus ſtabilis, in nulla re propter aduerſariorum ſermones fluctues.* Idem oratione 1. in Iulianum Imperatorem: *Mox incruenti ſacrificij oblatione manus commaculat, per quod nos Chriſto vnimur, nec non paſſionis ac diuinitatis eius participes reddimur, ſectionibus & victimis res ſtabiliens regias, malis conſiliarijs in malo vtens principatu. Tu ne contra Chriſti ſacrificium tuis ſpurcitijs? Tu ne contra ſanguinem, per quem expiatus eſt mundus, tuis ſanguinis effuſionibus?* &c. EPFREM EDESSENVS ſermone 15. qui tractat de natura filij minimè ſcrutanda, ſecundum tranſlationem Ambroſij Camaldulenſis, qui eſt breuiſſimus, vbi ſic incipit: *Credis dilectiſſimè vnigenito Filio Chriſto Ieſu, quòd pro ... per terram ſit natus in carne. Quid ergo ſcrutaris inſcrutabilia? Si iſta curioſe rimaris, non iam fidelis vocaberis, ſed curioſus. Eſto fidelis atque innocens, participa immaculato corpori Domini tui, fide pleniſſima certus, quod agnum ipſum integrè comedis. Ignis immortalis ſunt myſteria Chriſti, noli ea temere ſcrutari, ne in ipſorum participatione comburaris. Illa nempe ſancta & veneranda myſteria, ingenij mei vires excedunt,* &c. Idem ſermone 2. de iudicio, & Reſurrectione, & charitate, & compunctione, cap. 2. vbi diſcipulos ad orationem hortatur: *Grande (inquit) miraculum in Siloa contigit cum cæcus receptis corporeis oculis, intrinſecus quoque patefactis mentis oculis, melius illuminatus eſt, vt iam ſine timore prædicaret medicum ſuum. Deum & Saluatorem eſſe. Illumina & cordis noſtri oculos vt diligamus te Domine, & voluntates tuas omni tempore deſiderabiliter implere ſatagamus. Quoniam verò Siloa longiſſimè à nobis abeſt, ecce Calix venerandi & ſacri ſanguinis tui, vita plenus & lumine. Hoc nobis calice intelligentiam illuſtrationémque largire, vt ad illum cum fide & deuotione ac ſanctificatione accedamus, ſitque nobis ad peccatorum remiſſionem, & non ad condemnationem in die Iudicij. Nam qui indignè accedit ad ſacroſancta myſteria, damnat animã ſuam, dum non ſeipſum prius ſtudioſè purificat, ſuſcepturus in ſuo thalamo regem. Anima noſtra ſponſa ſancta eſt immortalis ſponſi, nuptiæ diuina ſacramenta ſunt, per quæ ſancta anima iungitur ſponſo, dum digna mentis deuotione ſumuntur,* &c. Sub eodem tempore narrat NICEPHORVS CALLISTVS libro 11. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite 14. Meſſalianos hæreticos, inter cæteras hæreſes quas profitebantur docuiſſe nihil prorſus, vel prodeſſe vel obeſſe diuinam eſcam, de qua Dominus Chriſtus ait: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, viuet in æternum: contra quos eadem tempeſtate viriliter & ſcriptis & viribus pugnarunt, vt ibidem teſtatur, LATOIVS MALITENSIS Epiſcopus, *Vir (ait ibidem) diuino ardore ſpectatus, qui cum multa monaſteria ſeu potius prædonum ſpeluncas, contagione morbi huius corrumpi videret, ea incendit, & lupos ab ouium grege depulit.* Idem fecit & præclariſſimus AMPHILOCHIVS LYCAONIÆ Metropolis Epiſcopus. & FLAVIANVS ANTIOCHENVS celebri fama vir, arte quadam ſectæ iſtius arcana in lucem produxit & damnauit. Lege hiſtoriam ſi vacat. Contra hos, & alios, egit vetuſtus ille doctor EPIPHANIVS CYPRI, ad calcem operis ſui contra hæreſes, in compendiaria doctrina Catholicæ & Apoſtolicæ fidei, & libro 2. contra hæreſes, hæreſi 55. contra Melchiſedechianos. Idem in Ancorato, vt etiam allegat Auguſtinus libro 3 de Trinitate Dei, cap. 10. *Videmus (ait Epiphanius) quod accepit Saluator in manus ſuas (velut Euangelium habet) quod ſurrexit in cœna, & accepit hoc, & vbi gratias egiſſet, dixit, hoc meum eſt, hoc & hoc. Et videmus quod non æquale eſt, neque ſimile non imagini in carne, non inuiſibili deitate, non lineamentis librorum. Hoc enim eſt rotunda forma, & inſenſibile quantum ad potentiam, & voluit per gratiam dicere, hoc meum eſt, hoc & hoc, & nemo non habet ... dem ſermoni: qui enim non credit eſſe ipſum verum ſicut dixit * Is excidit à gratia & ſalute, quod autem audiuimus, id credimus quod eſt ipſius,* &c. THEOPHILVS ALEXANDRINVS libro 1. Paſchalis: *Panis Dominicus quo Saluatoris corpus oſtenditur, & quem frangimus in ſanctificationem noſtri, & ſacer calix qui in Eccleſia collocatur, per inuocatio-*

Miraculũ circa ... iam proiectam canibus ... vt nunc ... iſta faciunt.

Baſilius Magn. Gregorius Niſſenus.

Et hoc contra hæreticos noſtri temporis.

Tranſſubſtantiatio.

Gregorius Nazianzenus.

Effrem Edeſſenus.

Non inquirendum de modo & iactu ſacri myſterij Euchariſtiæ.

Vide ſi quanta puritate vt iſte ſanctus ad ... ficia p... ...

Nicephorus Calliſtus. Meſſaliani impugnãt Euchariſtiam.

Latoius Melitenſis.

Amphilochius Lycaoniæ Epiſcopus. Flauianus Antiochenus.

Epiphanius Cypri.

Attende hec quæ nos confirmant.

Tam conſiderẽt Caluiniſtæ vbi ſint.

Theophilus Alexandrinus Epiſcopus.

nem & aduentum ſancti Spiritus ſanctificantur. Et lib. 2. contra Origenem diſputans: *Si* (inquit) *& Chriſtus pro dæmonibus crucifigitur, quod erit priuilegium, aut quæ ratio, vt ſoli homines corpori eius ſanguinique communicent, & non dæmones quoque pro quibus in paſſione ſanguinem fuderit? Homines duntaxat participant corpori & ſanguini Chriſti, & non dæmones: Chriſtus enim hominibus dixit, Accipite & bibite & manducate, hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus, &c.* Plures quidem, & veterum, qui eadem tempeſtate viuebant poſſem authoritates proferre, verum timeo ne prolixior ſim quam par ſit. Igitur ſolenniores doctores in medium proferam, & quibus nec hæretica rabies impune audeat reluctari. Itaque ſub eodem tempore

Ambroſius Mediolanenſis.

AMBROSIVS MEDIOLANENSIS lib. 4. De ſacramentis, cap. 4. *Tu fortè dicis: Meus panis eſt vſitatus, ſed panis iſte, panis eſt ante verba ſacramentorum, vbi acceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti.*

Tranſubſtantiatio.

Hoc igitur aſtruamus, Quomodo poteſt qui panis eſt, corpus eſſe Chriſti conſideratione. Conſecratio igitur, quibus verbis eſt, & cuius ſermonibus? Domini Ieſu. Nam reliqua omnia quæ dicuntur, laus Deo defertur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro cæteris, vbi venitur vt conficiatur venerabile ſacramentum, iam non ſuis ſermonibus ſacerdos, ſed vtitur ſermonibus Chriſti. Ergo ſermo Chriſti hoc conficit ſacramentum. Quis ſermo Chriſti? nempè is, quo facta ſunt omnia. Ergo didiciſti quod ex pane corpus fiat Chriſti, & quòd vinum & aqua in calicem mittitur, ſed fit ſanguis conſecratione verbi cæleſtis.

Meminit hic canonis miſſæ vide Canon miſſæ ſuprà.

Sed fortè dicis, ſpeciem ſanguinis non video, ſed habet ſimilitudinem. Sicut enim mortis ſimilitudinem ſumpſiſti, ita etiam ſimilitudinem precioſi ſanguinis bibis, vt nullus horror cruoris ſit, & precium tamen operetur redemptionis. Didiciſti ergo quia quod accipis, corpus eſt Chriſti, &c.

Quid hoc lucidius?

Lege & caput 5. & lib. 5. cap. 4. & lib. 6. cap. 1. vbi eadem veritas demonſtratur. Vide adhuc infrà in dictione, Miſſa. Idem in Pſalmum 118. *Paratus aſſiſte* (ait) *vt accipias tibi munimentum, vt corpus edas Domini Ieſu, in quo remiſſio peccatorum eſt, poſtulatio diuinæ reconciliationis & protectionis æternæ. Suſcipe ante Dominum Ieſum tuæ mentis hoſpicio, vbi corpus eius, ibi Chriſtus eſt.* Idem lib. 5. Commentariorum in Lucam: *Nobis non Cayphas, non Pilatus Chriſtum abſtulit, nec poſſumus ieiunare, quia Chriſtum habemus, & Chriſti carnem epulamur & ſanguinem, &c.*

Vbi eſt Caluiniſta qui Chriſtum ita in cœlo eſſe fingit vt non poſſit in terra eſſe.

Heſychius preſbyter.

HESYCHIVS PRESBYTER lib. 2. in Leuiticum, cap. 8. *Præcepit Dominus eis, dicens: Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas (& ſicut addunt Septuaginta) in loco ſancto. Eſt autem locus ſanctus altare, ibi enim ſanctum ſanctorũ requiſiſtis. Sed quid addidit? Et ibi comedetis eas. Panes quoque conſecrationis, ſiue (vt Septuaginta edunt) & panes qui ſunt in caniſtro conſummationis edite, ſicut præcepit mihi Dominus Aaron, & filij eius comedent eos. Quomodo ergo in hoc non admittenda ſit ſapientia Spiritus? nullam quippè dubietatem huiuſmodi intellectus derelinquit, & propterea carnes cum panibus comedi præcipiens, vt nos intelligeremus illud ab eo myſterium dici, quod ſimul panis & caro eſt, ſicut corpus Chriſti, panis viui, qui de cœlo deſcendit, &c.* Idem libro 6. capite 22. *Ab hoc, non ſolùm alienigenos & inquilinos & mercenarios ſacrificio prohibuit, ſed nec per ignorantiam percipere præcepit. Per ignorantiam autem percipit, qui virtutem eius & dignitatem ignorat, qui neſcit, quia corpus hoc, & ſanguis eſt ſecundum veritatem: ſed myſteria quidem percipit, neſcit autem myſteriorum virtutem.* Et infrà.

Tranſubſtantiatio.

Quicumque ergo ſanctificata per ignorantiam comederit, ignorans eorum virtutem ſicut diximus, addet quintam eius ſuper eo, & dabit ſacerdoti in ſantuarium. Sanctificationem enim myſtici ſacrificij & à ſenſibilibus ad intelligibilia tranſlationem ſiue commutationem, ei qui verus eſt ſacerdos, videlicet Chriſto, oportet dari, id eſt, ipſi de eo miraculum cedere & imputare, quia per eius virtutem & prolatum ab eo verbum, quæ videntur, tam ſanctificata ſunt, quàm cunctum carnis excedunt ſenſum, &c. Hinc IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 83. in Matthæum, vbi inſtitutionem huius ſacramenti ex Euangelio deſcribit, indicibile eſt, quàm profundè, quàm ſanctè & deuotè de Euchariſtiæ veritate diſſerat, vbi inter cætera: *Non ſunt humanæ virtutis hæc opera, qui tunc iſta in illa cœna confecit, ipſe nunc quoque operatur, ipſe perficit, miniſtrorum nos ordinem tenemus, qui verò hæc ſanctificat & tranſmutat, ipſe eſt.*

Ioannes Chriſoſtomus.

Tranſubſtantiatio.

Idem in Philogonium Martyrem, pulchrè docet cum qua puritate ſit ad communionem accedendum, vt repoſuimus in vocabulo, Communicare, &c. Vide ſuo loco. Idem homilia 45. in Ioannem: *Cùm Chriſtus* ait *ſuum in nos amorem indicare vellet, per corpus ſuum ſe nobis commiſcuit, & in vnum nobiſcum redegit, vt corpus cum capite vniretur. Hoc enim amantium maximè eſt. Hoc Iob ſignificabat de ſeruis à quibus maximè amabatur, qui ſuum amorem præ ſe ferentes dicebant, Quis daret nobis vt eius carnibus impleremur? Quod Chriſtus fecit vt maiori nos charitate aſtringeret, & vt ſuum in nos oſtẽderet deſiderium, non ſe tantum videri permittens deſiderantibus, ſed & tangi & manducari, & dentes carni ſuæ infigi, & deſiderio ſui omnes impleri, &c.*

Quid apertius.

Iob 31.

Lege oro reſiduum, quia pulchra ſunt, quæ reſtant, nec minus ſana. Idem in 1. ad Corinth homilia 24. illud Apoſtoli, Calix benedictionis cui benedicimus, &c. *Quid dicis beate Paule? Cùm vis auditorem confundere, & horrendorum myſteriorum meminiſſe calicem benedictionis appellas, calicem illum formidoloſum & horroris plenum? Sanè quidem. Non enim paruum eſt quod dicitur. Siquidem cùm benedictionem dico, Euchariſtiam dico, & dicendo Euchariſtiam, omnem benignitatis Dei theſaurum aperio, & magna illa munera commemoro, &c.* Lege reliquum ſi placet, quia planè omnem redolent ſuauitatem & quidem niſi vitare diſponerem prolixitatem hic libenter inſerere, ex his elicitur quam ſanctus iſte Pater deuotus fuerit erga illud venerabile ſacramentum.

Quid ad hæc Caluinus.

Hinc eſt quod PALLADIVS HELENOPOLITANVS Epiſcopus in Dialogo De vita eiuſdem Chryſoſtomi, quod confirmat NICEPHORVS CALLISTVS lib. 13. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 37 teſtatur Chryſoſtomum, dum ad templum Baſiliſci Martyris è exul deueniſſet, & febribus laborans cognoſceret extremum diem vitæ ſuæ imminere: *Sumptis* (ait) *cœleſtibus ſacramentis coram aſtantibus extremam orationem fudit, dicens more ſuo: Gloria ſit Deo omnium cauſa, conſignans ſe in fine orationis.* Deniq; ſub eodem Chryſoſtomo. Idem NICEPHORVS inſigne miraculum factum narrat circa ſacramentum Euchariſtiæ lib. 13. Eccl. hiſtor. c. 7. & SOZOMENVS SALAMINIVS lib. 8. Eccl. hiſtoriæ c. 5. *Macedoniana hæreſi* (ait) *vir quidam deprauatus, ad Chryſoſtomi prædicationem conuerſus, eadem contagione vxorem infectam conuerti ſatagebat, quæ omnino renuens, tandem eo quod vir ſuus illam ſe relicturum profitebatur, niſi ad fidem Chriſti conuerteretur, ſe conuerſam ſimulauit, & ſacra menſæ communionem Dominici corporis, vt omnes reliqui, ſumptura aſſiſtens, cuidam ancillæ ſibi fideli fictionem ſuam & ſimula-*

Palladius Helenopolitanus Epiſcopus Nicephorus Calliſtus.

Chriſoſtomus ante mortem ſacramentum Euchariſtiæ ſumpſit.

Attende ingẽs miraculum.

Sozomenus Salaminius.

tionem aperuit. Cùm ergo illa ſacram Euchariſtiam ſumpſiſſet more cæterorum, ſed non eadem fide, inclinata in modum orantis ſacroſanctum corpus occupauit, & alium panem communem porrigente ancilla manducare & ori apponere volens, ſubito in duriſſimum lapidem conuerſum, dum dentibus atterere conaretur, perſenſit. Quod cernens beato Chryſoſtomo iam ſine fictione conuerſa indicauit miraculum, & venia delicti obtenta, lapis ad fidem miraculi inter Eccleſiæ donaria aſſeruatus eſt, &c. Porrò eodem Nicephoro teſtante libro 13. cap. 19. Euchariſtiam aſſeruauit in loco ſacratiore Chryſoſtomus. Vide infrà, Euchariſtiæ aſſeruatio, &c. Porrò Evsebivs Emissenvs homilia 5 in ſanctum Paſcha: *Chriſtus* (ait) *materiam de noſtra mortalitate ſuſcepit, vt de ſua, immortalitate collata, mori poſſet vita pro mortuis. Et ideò, quia corpus aſſumptum ablaturus erat ex oculis noſtris & ſyderibus illaturus, neceſſarium erat vt nobis in hac die ſacramentum corporis & ſanguinis ſui conſecraret, vt coleretur iugiter per myſterium, quod ſemel ferebatur in precium. Vt quia quotidiana & indefeſſa currebat pro hominum ſalute redemptio, perpetua eſſet etiam redemptionis oblatio, & perennis illa victima viueret in memoria, & ſemper præſens eſſet in gratia. Verè vnica & perfecta hoſtia fide æſtimanda, non ſpecie, nec exteriori cenſenda viſu, ſed interiori affectu. Vnde meritò cœleſtis confirmat authoritas, Quia caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem qui author eſt muneris, ipſe etiam teſtis eſt veritatis. Nam inuiſibilis ſacerdos, viſibiles creaturas in ſubſtantia corporis & ſanguinis ſui verbo ſuo ſecreta poteſtate conuertit, ita dicens: Accipite & edite hoc eſt enim corpus meum, & ſanctificationem repetita, accipite & bibite, hic eſt ſanguis meus. Ergo ſicut ad nutum præcipientis Domini, repente ex nihilo ſubſtiterunt excelſa cœlorum, profunda fluctuum, vaſta terrarum: pari potentia in ſpiritualibus ſacramentis verbi præcipit virtus, & ſeruit effectus.* Lege reſiduum. Porrò qui eodem tempore floruit Cyrillvs Ierosolymitanvs, cuius Ieronymus libro de viris illuſtribus & ſcriptoribus Eccleſiaſticis meminit, & Nicephorus Calliſtus, lib 12. & Theodoretus Cyrenſis Dialogo 3. impatibili, Catecheſi Myſtagogica 3. de Chriſmate loquens: *Cæterum* (inquit) *vide ne illud eſſe putes vnguentum tantum. Quemadmodum enim panis Euchariſtiæ poſt ſancti Spiritus inuocationem, non amplius eſt panis communis, ſed eſt corpus Chriſti: ſic & ſanctum hoc vnguentum, non amplius eſt vnguentum nudum, neque (ſi quis ita appellare malit) commune poſtquam iam conſecratum eſt, ſed eſt Chriſma Chriſti, quod aduentu Spiritus ſancti per ipſius diuinitatem energiam habet, &c.* Vide Chriſma ſuperius. Tum idem Catecheſi Myſtagogica 4 ſic orditur, exponens illud ad Corinthios: Ego enim accepi à Domino, &c. *Hæc* (inquit *beati Pauli doctrina ſatis poteſt efficere vos certiſſimos de diuinis Myſterijs, quæ vobis donata ſunt, qui facti eſtis Chriſti corporis & ſanguinis comparticipes. Ille enim modo clamabat, quod nocte qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus tradebat, accepit panem & gratias agens fregit, & dedit diſcipulis ſuis dicens: Accipite manducate, hoc eſt corpus meum, & accipiens calicem agénſque gratias dixit, Accipite bibite, hic eſt ſanguis meus. Cum igitur Chriſtus ipſe ſic affirmet atque dicat de pane, hoc eſt corpus meum, quis deinceps audeat dubitare? ac eodem quoque confirmante, & dicente: hic eſt ſanguis meus, quis vnquam, dubitet, & dicat non eſſe illius ſanguinem? Aquam aliquando mutauit in vinum, quod*

O ingens miraculũ & ſtupendum.

Euſebius Emiſſenus huius nõ meminit Garetius. Vixit autem anno Domini 3... ſub Conſtantino & filiis.

Ioannis 6.

Quid apertius.

Cyrillus Ieroſolymitanus huius nec meminit Garetius.

* Vbi es Caluine cur non audis.

1. Corint. 11.

Vide lege attente hæretice Ioann. 2.

A *eſt ſanguini propinquum, in Chana Galileæ ſola voluntate, & non erit dignus cui credamus, quod vinum in ſanguinem transmutaſſet? Si enim ad nuptias corporeas inuitatus ſtupendum miraculum operatus eſt. Et non multò magis corpus & ſanguine ſuum filijs ſponſi dediſſe ipſum confitebimur? Quare omni cum certitudine, corpus & ſanguinem Chriſti ſumamus, nam ſub ſpecie panis datur tibi corpus, & ſub ſpecie vini datur ſanguis, vt ſumpto corpore & ſanguine Chriſti, efficiaris & comparticeps corporis & ſanguinis, &c.* Et vbi multas prophetias attulit & figuras, ſic addit: *Hoc pro certiſſimo ſcias, panem hunc qui videtur à nobis non eſſe panem, etiam ſi guſtus panem eſſe ſentiat, ſed eſſe corpus Chriſti. Et*

B *vinum, quod a nobis conſpicitur, tametſi ſenſus guſtus vinum eſſe videatur, non tamen vinum, ſed ſanguinem eſſe Chriſti, &c.* Lege oro reliquum. Hinc Hieronymvs Stridonensis libro 3. Commentariorum in epiſtolam ad Galatas, capite quinto, Manifeſta ſunt opera carnis, &c. interpretans, vbi ad illud, Ebrietates cõmeſſationes, &c. deuenit, ait: *Aliqui me in eo libro quem de ſeruanda virginitate conſcripſi reprehendunt, quod dixerim adoleſcentulas ita vinum debere fugere vt venenum. Non me ſententiæ pœnitet. Opus quippè ibi magis vini, quam Dei creatura damnata eſt, & licentiam tulimus virgini propriæ calore ætatis feruenti, ne ſub occaſione parum bibendi, plus biberet, & periret.*

C *Alioquin ſciebamus (ait) & in Chriſti ſanguinem vinum conſecrari, &c.* Idem epiſtola ad Theophilum, aduerſus Ioannem Hieroſolymitanum, nõ longè ab initio, ſic ait, &c. *Si Munera noſtra abſque pace offerre non poſſumus, quanto magis & Chriſti corpus accipere? Qua conſcientia ad Euchariſtiam Chriſti accedam, & reſpondebo, Amen, cum de charitate dubitem porrigentis, &c.* Idem in Dialogo contra Luciferianos, & Apologia pro libris contra Iouinianum, ſæpius Euchariſtiæ corporiſque Chriſti meminit, dum vult vt qui ad illius ſumptionem accedit, abſtineat ſe ab vxoris complexu. Et in epiſtola ad Damaſum de filio prodigo, qui incipit: Beatitudinis tuæ, &c. *Vitulus ſaginatus* (ait) *qui ad pœnitentiam immolatur ſalutem, ipſe Saluator eſt, cuius*

D *quotidie carne veſcimur, cruore potamur, &c.* Idem epiſtola ad Hædibiam de 12. quæſtionibus, quæ ſic orditur: Ignota vultu, fidei mihi ardore notiſſima, &c. quæſt. 2. *Nec Moyſis* (ait) *dedit nobis panem verum, ſed Dominus Ieſus, ipſe conuiua & conuiuium, ipſe comedẽs & qui comeditur, illius bibimus ſanguinem, & ſine ipſo potare non poſſumus, & quotidie in ſacrificijs eius de genimine vitis veræ, & vineæ Sorec, quæ interpretatur electa, rubentia muſta calcamus.* Porrò quomodo idem ſanctus doctor in extremis allatum ſibi corpus Chriſti adorauerit, in ſequentibus dicemus, vbi de Euchariſtia infirmis miniſtranda agemus. Sed & coætaneus

E eius Ioannes Cassianvs collatione vigeſima tertia, capite vigeſimo primo: *Non ex eo debemus* (Lege præcedentia ſi vacat) *nos à Dominica* (ait) *communione ſuſpendere, quia nos agnoſcimus peccatores, ſed ad eam magis ac magis eſt propter animæ medicinam, & purificationem ſpiritus auide feſtinandum. Veruntamen ea humilitate mentis ac fide, vt indignos nos perceptione tantæ gratiæ iudicantes, remedia potius noſtris vulneribus expetamus. Alioquin nec anniuerſaria quidem dignè præſumenda communio (vt quidam faciunt) qui in monaſterijs conſiſtentes, ita ſacramentorum cœleſtium dignitatem, & ſanctificationem ac meritum metiuntur, vt æſtiment ea, non niſi ſanctos atque im-*

O mirum.

Hieronymus Stridonenſis non hunc Garetius.

Matth. 5.

Nihil poteſt dici manifeſtius.

Ioannes Caſſianus non hoc Garetius.

Vt oporteat accedere ad ſumptionem Euchariſtiæ.

macula

A *maculatos debere præſumere, & non potius ſanctos mundoſq́; nos ſua participatione perficiant.* Vide eundem collatione vigeſima ſecunda, capite ſeptimo, vbi eadem tractat AVGVSTINVS HIPPONENSIS infinitis in locis huius ſacramenti meminit, & ſpecialiter libro tertio, de Trinitate, capite quarto: *Corpus (ait) & ſanguinem Chriſti dicimus illud quod ex fructibus terræ acceptum, & prece myſtica conſecratum ritè ſumimus ad ſalutem ſpiritualem, in memoriam pro nobis Dominicæ paſſionis. Quod cum per manus hominum ad illam viſibilem ſpeciem perducitur, non ſanctificatur, vt ſit tam magnum ſacramentum, niſi operante inuiſibiliter ſpiritu Dei, cum hæc omnia quæ per corporales motus in illo opere fiunt, Deus operetur.* IDEM ibidem

Auguſtinus Hipponenſis.

Hæc allegat Gratianus de conſecrat. diſt. 2. cap. Corpus.

B capite decimo: *Quis nouit hominum, ſicut infantes non norunt, quod in altari ponitur, & peracta pietatis celebratione conſumitur, vnde vel quomodo conficiatur, vnde in vſum religionis aſſumatur? Et ſi nunquam diſcant experimento vel ſuo, vel aliorum, & nunquam illam ſpeciem rerum videant, niſi inter celebrationem ſacramentorum, cùm offertur & datur, dicatúrque illis authoritate grauiſſima, cuius corpus & ſanguis ſit, niſi omnino in illa ſpecie Dominum oculis apparuiſſe mortalium, & de latere tali percuſſo liquorem illum omninò fluxiſſe, &c.* IDEM libro de ciuitate Dei vigeſimo primo, capite vigeſimo quinto: *Vnus panis, vnum corpus multi ſumus. Qui*

Attendat Hæreticus.

C *ergo eſt in eius corporis vnitate, id eſt, in Chriſtianorum compage membrorum, cuius corporis ſacramentum fideles communicantes de altari ſumere conſueuerunt, ipſe vere dicendus eſt manducare corpus Chriſti, & bibere ſanguinem Chriſti. At per hoc heretici & Schiſmatici ab huius vnitate corporis ſeparati, poſſunt idem percipere ſacramentum, ſed non ſibi vtile, &c.* Lege eundem in Pſalmum nonageſimum octauum, & tractatu ſecundo, in Ioannem tractatu 25. 27. 30. & 31. & 50. & 61. & 62. & 84. In his omnibus locis de Euchariſtiæ veritate diſputat: Lege & libro De conſuetudinibus Eccleſiæ ad Ianuarium, epiſtola 118. Idem libro De Eccleſiaſticis dogmatibus, capite 53. & allegatur

D à Gratiano, De conſecratione diſtinctione ſecunda, capite Quotidie. Lege eundem, ſermone ſecundo, De verbis Domini, lege eundem epiſtola ad Bonifacium Epiſcopum, capite 23. Lege eundem libro De ſalutaribus documentis, capite 33. & alijs innumerabilibus in locis quos breuitatis cauſa pertranſeo. Denique CYRILLVS ALEXANDRINVS cuius authoritatem acceptam habent hæretici in Confeſſione Auguſtana V. & Concilium Alexandrinum, quod celebrauit ipſe contra Neſtorium, epiſtola quam ad eundem ipſe cum Patribus congregans ſecum, miſit, quæ recitatur in Concilio III. generali, Epheſino 1. & eſt lecta etiam collatione ſexta, generalis, quintæ

Cyrillus Alexandrinus.

Concilium Alexandrinū ſub Cyrillo.

Non hoc Græcus.

E Sinodi Conſtantinopolitanæ II. ſub Iuſtiniano Magno. *Annunciantes ſicut ſecundum carnem mortem vnigeniti Filij Dei,* (ait ad Neſtorium Cyrillus & Concilium prædictum) *id eſt, Ieſu Chriſti, & Reſurrectionem eius, & in cœlos Aſcenſionem pariter confitentes, incruentam celebramus in Eccleſijs ſacrificij ſeruitutem, ſic etiam ad myſticas benedictiones accedimus & ſanctificamur, participes ſancti corporis & precioſi ſanguinis Chriſti omnium noſtrum redemptoris effecti, non vt communem carnem percipientes (quod abſit) vt nec viri ſanctificati & verbo coniuncti ſecundum dignitatis vnitatem, aut ſicut diuinam poſſidentis habitationem, ſed vt verè viuificatricem, & ipſius verbi propriam factam. Vita*

Vide authoritatem huius epiſtolę à duobus generalib. concilijs approbatam.

A *enim naturaliter vt Deus exiſtens, quia propriæ carni vnitus eſt, viuificatricem eam eſſe profeſſus eſt, & adeo quamuis dicat ad nos, Amen, amen, dico vobis, niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non tamen eam vt hominis vnius ex nobis exiſtimare debemus, quomodo enim iuxta naturam ſuam viuificatrix eſſe caro poterit hominis? ſed vt vere propriam eius factam, qui propter nos Filius hominis eſt factus & vocatus.* Tum anathema eis infert qui contrarium docuerint ad calcem eiuſdem epiſtolæ, anathemate quinto, & vndecimo. IOAN circa finem expoſitionis Symboli Nicæni, ſic loquitur: *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vo-*

Ergo anathema Caluiniſtis.

B *bis. Viuifica (ait) igitur ſunt, ſanctum corpus & ſanguis Chriſti, corpus enim ſicut dixi non eſt hominis cuiuſdam, qui vitæ particeps eſt, ſed potius proprium vitæ ſecundum naturam, perſpicuum autem quod vnigeniti.* IDEM in declaratione anathematiſmi vndecimi, ad petitionem Epheſini Concilij, vbi dixerat, Si quis carnem Domini non confitetur viuificam, & ipſius verbi quod ex Deo Patre eſt, propriam, ſed tanquam cuiuſpiam alterius præter ipſum, &c. Sic interpretatur: *Sanctum (ait) ac viuificum incruentúmque in Eccleſia celebramus ſacrificium, non hominis alicuius nobis ſimilis & communis, corpus conſimiliter & precioſum ſanguinem eſſe quod proponitur credentes, ſed magis*

C *tanquam proprium viuificantis verbi corpus & ſanguinem accipimus. Communis enim caro viuificare non poteſt, & hoc ipſe Saluator teſtificatur, dicens: Caro non prodeſt quicquam, ſed ſpiritus eſt qui viuificat. Quoniam enim verbi facta eſt propria, ob eam cauſam intelligitur, & eſt viuifica ſicut Seruator dixit: Sicut miſit me Pater viuens, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, ille etiam viuet propter me, &c.* IDEM iterum in refutatione reprehenſionis Theodoreti Cyrenſis in prædictum Anathematiſmum vndecimum: *Proprium (inquit) corpus dicimus factum eſſe verbi, & non hominis alicuius ſeorſum, &c.* Lege & adi locum ſi vacat, quia eadem quæ ſuperius loquitur. Porrò idem libro

Ioannis 6.

D quarto, in Euangelium Ioannis, capite 13. 14. 15 & 17. nihil aliud agit quam probare veritatem corporis: ſimiliter & libro duodecimo, capite trigeſimo ſecundo. IDEM epiſtola ad Caloſirium Epiſcopum. *Decebat (ait) cum noſtris quodammodo vniri corporibus per ſacram eius carnem, & precioſum ſanguinem, quæ accipimus in benedictione viuificatiua in pane & vino. Ne enim horreremus carnem & ſanguinem apoſita ſacris altaribus, condeſcendens Deus noſtris fragilitatibus influit oblatis vim vitæ, conuertens ea in veritatem propriæ carnis, vt corpus vitæ quaſi quoddam ſemen viuificatiuum inueniatur in nobis.* EVTHIMIVS ZIGABONVS Monachus, capite ſexageſimo quarto,

Tranſubſtātiatio.

Euthymius Zigabonus monachus.

E in Euangelium Matthæi: *Sicut vetus teſtamentum hoſtias & ſanguinem habebat, ita ſanè & nouum, corpus videlicet & ſanguinem Domini.* Non dixit autem: *Hæc ſunt ſigna corporis mei, & ſanguinis mei, ſed, hæc ſunt corpus meum & ſanguis meus. Oportet ergo non ad naturam eorum quæ proponuntur aſpicere, ſed ad virtutem eorum: quemadmodum enim ſupernaturaliter aſſumptam carnem deificauit, (ſi ita loqui liceat) ita & hæc ineffabiliter tranſmutat in ipſum viuificum corpus ſuum, & in ipſum precioſum ſanguinem ſuum & in gratiam ipſorum.* IOAN iterum eadem copioſiùs exponit in Euangelium Ioannis, capite nono, vbi illud capit. 6. exponit: Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad

O Caluine ecce quod impie doces infirmatur a ſancto patre.

Theodoretus Cyrenſis.

manducandum. THEODORETVS CYRENSIS in capite duodecimo Exodi, exponens illud de Agno Paſchali, quæſtione vigeſima quarta, vt nos cum Agnum Dominicum ſacrificamus, cognoſceremus ante deſcriptum fuiſſe typum. *Hæc autem vniuerſa myſteriorum noſtrorum ſunt ænigmata. Nam & nos vngimus agni noſtri ſanguine, non tantùm limen, ſed vtrumque poſtem, purgantes & ſanctificantes exteriùs linguam & labra,&c.* Idem Dialogo tertio, Impatibili, ad calcem, & Dialogo ſecundo, Inconfuſo, ſic loquitur Eraniſtes: *Quid æſtimas donũ altaris, quod per ſacerdotis inuocationem offertur? Orthodoxus. Ego cibum & potum, vt ex ſua natura eſt iudico. Eraniſtes. Sed quid facta ſanctificatione reputas? Orthodoxus. Corpus & ſanguinem Chriſti. Eraniſtes. Credis ne quòd etiam corporis & ſanguinis Chriſti iſthinc particeps reddaris? Orthodoxus. Credo,&c.*

B

Leo I.

LEO I. ſermone ſexto, De Ieiunio 7. Menſis, dicente Domino, *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis. Sic ſacra menſa communicare debetis, vt nihil proſſus de veritate corporis Chriſti & ſanguinis ambigatis. Hoc enim ore ſumitur quod fide creditur, & fruſtrà ab illis Amen reſpondetur, a quibus contra id quod accipitur diſputatur,&c.* Idem epiſtola vigeſima tertia, ad Conſtantinopolitanos. *In quibus (ait) iſti ignorantiæ tenebris, in quo actenus deſidiæ torpore iacuere, vt nec auditu diſcerent vel lectione cognoſcerent, quod*

C

in Eccleſia Dei in omnium ore tam conſonum eſt, vt nec ab infantium linguis veritas corporis & ſanguinis Chriſti, inter communis ſacramenta fidei taceatur: quia in illa myſtica diſtributione ſpiritualis alimoniæ, hoc impartitur, hoc ſumitur, vt accipientes virtutem cœleſtis cibi, in carnem ipſius, qui caro noſtra factus eſt, tranſeamus,&c.

Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis.

FVLGENTIVS RVSPENSIS libro ſecundo, ad Monimum. *Quando autem congruentius (ait) quam ad conſecrandum ſacrificium corporis Chriſti, ſancta Eccleſia (quæ corpus eſt Chriſti) Spiritus ſancti depoſcat aduentum,&c.* Idem ibidem: *Hæc ædificatio ſpiritualis nunquam opportunius petitur, quàm cùm ab ipſo Chriſti corpore (quod eſt Eccleſia) in ſacramento panis & calicis, ipſum Chriſti corpus & ſanguis offertur. Calix enim quem bibimus Communicatio ſanguinis*

D

Chriſti eſt. & panis quem frangimus participatio corporis Domini eſt: Quoniam vnus panis & vnum corpus multi ſumus, qui de vno pane & de vno calice participamus,&c.

Maxentius Ioannes.

Hoc MAXENTIVS IOANNES author antiquiſſimus, libro ſecundo Dialogorum contra Neſtorium, qui inſeruntur ad calcem operum præfati Fulgentij, licet ille longè ante Fulgentium vixerit. *Panis ille (ait) quem vniuerſa Eccleſia in memoriam Dominicæ paſſionis participat, corpus Chriſti eſt,&c.* Et coæuus eius inſignis ille,

Varadatus monachus hunc non meminit Garetius. Eſa. 6. Eccl. 15. Pſal. 2.

& nominatiſſimus VARADATVS MONACHVS epiſtola ad Leonem I. Imperatorem con-

E

tra hæreticos, tractans illud Eſaiæ, Sumens Angelus carbones ignis ab altari, & illud Eccleſiaſtici, Initium vitæ hominis aqua & panis: *Cur (ait) per forcipem, carbonem ſuſtulit Seraphin, & Eſaias digitis appropinquare non potuit? Dicimus ergo cùm veritate monſtrantes, ſicut in ſanctis Scripturis de virga ferrea (eſt enim virga Chriſtus, ſicut ſcriptum eſt) in igne fit ignis, & non poſſunt digiti carnis appropinquare ei, & non vri, ſed per forfices ferreas quæ ſimiles ferro ſunt, & dum per eas tenta fuerit virga ferrea* (loquitur de humana carne quam diuinitas ignis induit) *carnis digiti non vruntur. Sic datum eſt (ait) ſanctis Sacerdotibus Dei tenere corpus ſan-*

A

ctum Filij Dei. (Haud dubium quin in altaris ſacrificio) *& non vruntur communicantes hominibus cibum æternum,&c.*

Hilarius I.

Hinc & HILARIVS I. decreto quod allegat Gratianus De conſecratione diſtinctione ſecunda, capite Vbi eſt pars. *Vbi eſt pars corporis, eſt & totum. Eadem ratio eſt in corpore Domini quæ in manna, quod in eius figura præceſſit, de quo dicitur: Qui plus collegerat, non habuit amplius, neque qui minus parauerat, habuit minus. Non enim eſt quantitas viſibilis in hoc æſtimanda myſterio, ſed virtus ſacramenti ſpiritualis.*

Chriſtus in quolibet Euchariſtiæ parte totus.

Et Concilium generale VI. CONSTANTINOPOLITANVM III. canone centeſimo primo, præcipit Euchariſtiam ſumpturis, vt manus in crucis formam figurent, & hoc modo obſeruatur in canone à ſacerdoti-

B

bus laicis, vt ſuis locis dicetur, Miſſa. Porrò NICEPHORVS CALLISTVS in multis hyſtoriæ ſuæ locis Euchariſtiæ ſacræ meminit, vt iam ſæpius demonſtrauimus, & adhuc infrà demonſtrabimus, tàm in Euchariſtia infirmis deferẽda quàm & de eius aſſeruatione.

Nicephorus Calliſtus.

Porrò idem libro quarto, hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite trigeſimo nono, loquens de temporibus priſcis (quando ſcilicet Polycarpus, Anicetus, Irenæus & cęteri primi Eccleſiæ fundatores, in viuis adhuc erant) narrat quomodo ad alendam concordiam inter ſe, Euchariſtiæ ſacramentum conſueti erant percipere.

Attende ſedulo ſta. Non hæc Garetius.

Tum idem libro primo, capite vigeſimo octauo, De inſtitutione eius loquẽs, dicit, quòd cùm poſt

C

Apoſtolorũ pedes ablutos, diſcubuiſſet, Chriſtus myſterium tradidiſſe, ſacrificium horrendorum ſimul & viuificorum noſtrorum myſteriorum, pane * fermentato, & vino ex vite expreſſo, eaque cum per gratiarum actionem & ſanctificationem benedixiſſet diſcipulis dediſſe, & cum verè corpus & ſanguinem ſuum eſſe, quaſi fide ſua interpoſita, confirmaſſet, accipere & participare eos (illa quippè nulla re à diuina ratione ſua diſcrepantia) iuſſiſſe: atque id ad eundem modum in futurum deinceps fidelibus faciendum, ad ſinceram euidentemq; ſui memoriam per manus tradidiſſe,&c.

Hoc ... in azymo conficitur vt dicemus infra.

Idem libro decimo ſeptimo, capite vigeſimo quinto, narrat dignum omni acceptione miraculum, tempore Iuſtiniani Magni Imperato-

D

ris patratũ, cuius & meminit EVAGRIVS EPIPHANENSIS libro quarto Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite trigeſimo ſexto: * *Anthimo (ait Nicephorus) Epiſcopali throno in vrbe imperiali deiecto, & Mena pro ipſo ab Agapeto Papa (vt iam nos ſæpius meminimus) electo atque conſecrato, miraculum quoddam Conſtantinopoli dignum quod memoretur, accidit. Quod ſane ita vt potero exponam: Conſuetudo à multo tempore imperanti vrbi fuit vt cum pluſculum de partibus immaculati diuinique corporis Domini & Dei & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti reliquum eſſet, ſacerdotes pueros incorruptos, ex iis qui*

Obſeruatione dignum ... de ... & diligẽter memoratur ... hæreticorũ ... ſacramento ... meminit ... Epiphanenſis.

E

ad præceptores in ludum literarium eant, accerſſerent qui ieiuni reliquias eas ederent, quod quidem mihi ſæpenumero cum puer admodum eſſem, & maximè à prima ætate in ſacris ædibus verſari ſtudio haberem, contigit. Tale quiddam ſub Mena quoque Patriarcha euenit. Cùm pueris ad id delectis puer quoque viri religione Iudæi, vitro conficiendo vitam tolerantis, aggregatus eſt. Patris vbi diutius vltra ſolitam horam moratus domum venit, & cauſam tardioris reditus parentibus diligentius eam inquirentibus, quid ſcilicet cùm aliis pueris in æde ſacra diuinas partes ediſſet, renunciauit. Pater re noua audita, furore percitus fornacem vbi vitrum conformabat ſuccenſam puerum arreptum, in eum prunis ita flamma fuſa ...

Attende ... Puer Iudæus ...

candentem coniecit, ob furtum tale illatum, quamuis filium ſciens nihil admiſiſſet. Porrò mater vbi puerum diutiùs non comparentem quæſiuiſſet & non inueniſſet, vrbem omnem circuiuit per quam acerbe plorans atque lugens, & die tertio ad officinam mariti conſiſtens ingenti planctum ſeipſam lanians, prolixiúſque ingemiſcens filium vocauit. atque ille materna voce agnita, reſponſum è furno reddidit. Tum mater oſtio furni fracto cum miraculo maximo in medijs prunis puerum ſtantem vidit ita prorſus incolumem, vt ne capillum quidem flamma læſerat: Et vbi cauſam incolumitatis quæſiuit, mulierem quandam illuſtrem purpurea amictam ſtola, frequentius ad eum veniſſe, aquam ſibi infudiſſe, & flammam ea appropinquantem extinxiſſe, cibum etiam cum eſuriiſſet præbuiſſe, dixit: Hæc poſtquam Iuſtinianus cognouit, puerum cum matre diuino regenerationis lauacro adhibuit, Deóque dicauit. Patrem autem qui Chriſtianorum ſacra ſuſcipere non ſuſtinuit, veluti parricidam in ficum arborem perinde atque in crucem egit, &c. De his plura aliàs.

O ſtupendu res

Porrò SIMEON METAPHRASTES non vno loco de Euchariſtiæ diuina perceptione meminit, in vitam, ſcilicet, Theuchiſtes Lesbiæ, vt etiam infrà memorabimus de Euchariſtiæ aſſeruatione. Idem in vita Clementis Ancyrani Epiſcopi: *Apparuit ei* (ait) *media nocte diuina viſio, nempe lux quædam, & in media luce erat vir quidam aſpectu valde alacer, ſplendida autem veſte indutus, qui ipſe quoque erat lux. Is enim ad Clementem acceſſiſſet, ei in manus tradit panem & calicem, deinde euanuit. Sanctiſſimus autem Clemens cùm ſtatim conieciſſet ea eſſe ſigna Dominici corporis & ſanguinis, ea & valde piè ſuſcepit, & cum preces dixiſſet conſuetas, ea communicat his qui iam erant baptizati.* Idem in vita Tharaſij Conſtantinupolitani Epiſcopi: *Legalis* (ait) *holocauſto erant ſacratiora quæ ab eo offerebantur, vt qui Agnum qui tollit peccata mundi ſacrificaret ſacris inuocationibus, & fidelium diſtribueret manibus, &c.*

Simeon Metaphraſtes non hæc Garetius.

Signa erat antequam preces dixiſſet conſecratus, ſed poſt illam conſecrationem, corpus & ſanguis fuit, ne hic erres.

Siquidem ſuperius diximus, atque CASSIODORVS SENATOR libro nono, Tripartitæ hiſtoriæ, capite trigeſimo, teſtatur, quòd Euchariſtia olim dabatur laicis in manus. Idem Caſſiodorus exponens Pſalmum 109. Tu es Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech: *Cui* (inquit) *hoc poteſt veraciter & euidenter aptari, niſi Domino Saluatori, qui corpus & ſanguinem ſuum in panis & vini erogatione ſalubriter conſecrauit, ſicut ipſe in Euangelio dixit: Niſi manducaueritis carnem Filij hominis & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, ſcilicet, æternam. Sed in iſta carne ac ſanguine, nil cruentum, nil corruptibile mens humana concipiat, ne ſicut dicit Apoſtolus: Qui Domini corpus indignè manducat, iudicium ſibi manducet, ſed viuificatricem ſubſtantiam, atque ſalutarem, & ipſius verbi propriam factam, per quam peccatorum remiſſio & æterna vita dona præſtantur.*

Caſſiodorus Senator.

Quid apertius?

Hinc * REMIGIVS RHEMENSIS in epiſtola prima, ad Corinthios, capite vndecimo. Fateor me non legiſſe huiuſce patris Commentarios, ſed ſequor Cuthbertum Tonſtallum libro primo, de veritate corporis & ſanguinis Chriſti, qui ipſum allegat, atque Ioannem Albinum Archidiaconum Tholuſanum libro primo, De ſacramento Euchariſtiæ vernacula lingua edito, capite ſexto, & Garetium. Sic ergo ille loquitur: *Caro quam verbum Dei Patris aſſumpſit in vtero virginali, in vnitate ſuæ perſonæ, & panis qui conſecratur in Eccleſia, vnum corpus Chriſti ſunt. Sicut enim illa caro corpus Chriſti eſt, ita iſte panis tranſit in corpus Chriſti, nec ſunt*

Remigius Rhemenſis tamen legitur & Remigius Antiſſiodorenſis monachus vt docet Tritemius libro de viris & ſcriptoribus Eccleſiaſticis qui non meminit huius Remigij Rhemenſis. tamen Garetius, & Ioannes Albinus ipſum ſic allegant tamē ambo vtriquiſſimi ſunt patres & fide digniſſimi.

A *duo corpora, ſed vnum corpus. Diuinitatis enim plenitudo quæ fuit in illo, replet & iſtum panem, & ipſa diuinitas verbi quæ implet cælum & terram & omnia quæ in eis ſunt, ipſa replet corpus Chriſti, quod à multis ſacerdotibus per vniuerſum orbem ſanctificatur, & facit vnum corpus Chriſti eſſe.* Idem exponens Pſalmum 21. *Dominicum* (ait) *corpus non ſolùm commemoratio eſt * vt quidam hæretici voluerunt, cùm tamen Dominus apertè dixiſſet, Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur, &. Hic eſt ſanguis meus qui pro vobis fundetur. Et ſententia quæ ſequitur nulla relinquitur dubitatio. Panis autem & vinum à Chriſtiana veritate dicuntur, non quod naturam panis & vini poſt conſecrationem in ſe retineant, niſi quantum* B *ad ſpeciem & ſaporem & odorem: ille namque qui carnem in vtero virginis aſſumptam verbo ſuo perſonaliter vnire potuit. Panis & vini materiam in ſui corporis & ſanguinis naturam transferre poſſibile eſt.*

Et nunc volūt Caluiniſtæ.

Transſubſtantiatio.

Non recedit ab hac ſententia & THEOPHILACTVS BVLGARIENSIS exponens caput ſextum Ioannis, quem & memoratus Albinus etiam allegat libro primo, capite quinto, vt ſuprà, vt probet hæreticos mentiri qui docent nunquam tranſubſtantiationis Patres ante Bernardum meminiſſe. Hoc quam ſit erroneum oro te Lector reuolue quæ ab initio teſtimonia Patrum poſuimus, & in margine ſignanter annuauimus, & videbis falſa & mendacia locutos. Sic C igitur Theophilactus. *Arcanis* (ait) *verbis, panis ille per myſticam benedictionem, acceſſione ſancti Spiritus, in carnem Domini transformatur. Etenim & in carne ambulante Domino, & ex pane alimoniam admittente, panis ille qui manducabatur & in corpus eius mutabatur, & ſimilis fiebat ſanctæ eius carni, in augmentum & in ſubſtentationem conferebat iuxta humanum morem. Igitur & nunc panis in carnem Domini mutatur, &c.* Idem in capite vigeſimo ſexto Matthæi, exponens illud: Veſcentibus autem eis, &c. *Appoſuit autem veſcentibus* (ait) *vt oſtenderet crudelitatem Iudæ quia nec menſa & communione ciborum illius, quando ſi & fera fuiſſet manſuetiorem ſe exhibuiſſet, tunc neque cùm argueretur intellexit, ſed & corpus illius guſtans non pœnituit, &c.* D *Porrò dicens, Hoc eſt corpus meum, oſtendit quod ipſum corpus Domini eſt panis qui ſanctificatur in altario, & non reſpondit figura. Non enim dixit, Hoc eſt figura mea, ſed hoc eſt corpus meum. Ineffabili enim operatione transformatur etiamſi nobis videatur panis, quoniam infirmi ſumus & abhorremus crudas carnes comedere, maximè hominis carnem: & ideò panis quidem apparet, ſed caro reuera eſt.* Hæc Theophilactus, qui omninò eadem repetit. In Marci capite decimo quarto: *Non enim figura aut exemplar* (ait) *quoddam Dominici corporis panis eſt, ſed in ipſum conuertitur corpus Chriſti, Dominus enim dicit: Panis quem ego dabo caro mea, &c.* Lege reliquum.

Theophilactus Bulgariæ Epiſcopus.

Tranſubſtantiatio ab initio expreſſa colligitur.

Vide familiare exemplum.

Quam tempeſtiuè noſtros perſtringit Beranos.

E GREGORIVS I. libro ſecundo expoſitionis in primum librum Regum, capite ſecundo, exponens illud: Repleti prius pro panibus ſe locauerunt & famelici ſaturati ſunt. *Repleti* (ait) *prius ſunt vtiorémque cibo ſaturati, qui pro pane ſe locant, quia corpus ad ſuſceptionem Euchariſtiæ preparant, qui nimirum comedunt & ſaturari non poſſunt: quia & ſi ſacramentum ore percipiunt, virtute ſacramenti nequaquam replentur. A virtute ergò illa ſacramenti ideò minuant, quia panis repleti fuerant. Salutis quippè fructū non percipiunt in comeſtione ſalutaris hoſtiæ, qui ea quibus ſe repleuerat flagitia portant in mente, &c.* Idem libro 4. Dialogorum, capite quinquageſimo octauo: *Hac ſingu-*

Gregorius 1. Non hæc Garetius.
1 Reg 2.

A *pariter victima ab æterno interitu animam ſaluat, quæ illam nobis mortem vnigeniti per myſterium reparat: qui licet reſurgens a mortuis iam non moritur, & mors ei vltra non dominabitur, tamen in ſeipſo immortaliter atque incorruptibiliter viuens, pro nobis iterum in hoc myſterio ſacræ oblationis immolatur. Eius quippe ibi corpus ſumitur, eius caro in populi ſalutem partitur, eius ſanguis non iam in manus infidelium, ſed in ora fidelium funditur, &c.* Lege & Miſſa.

Satisfactum ſit Deo anus.

IOANNES DAMASCENVS libro quarto, Orthodoxæ fidei capite decimo quarto, de ſanctis & incontaminatis Chriſti myſterijs, quod eſt prolixiſſimum, de hoc Euchariſtiæ ſacramento, licet per totum tractet caput, tamen circa medium hæc loquitur: *Quemadmodum omnia quæcunque fecit Deus Spiritu ſancto operante fecit, ſic & nunc Spiritus ſancti operatione. Hæc ſuper naturam operatur, quæ non poteſt capere, niſi ſola fides. Quomodo fiet mihi iſtud (dicit ſancta Virgo) quoniam virum non cognoſco? Reſpondet Gabriel Angelus, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & obumbrabit tibi. Et nunc interrogas, panis fit corpus Chriſti, & vinum & aqua ſanguis Chriſti? Reſpondeo tibi & ego, Spiritus ſanctus obumbrat, & hæc operatur ſuper ſermonem & intelligentiam: panis autem & vinum transſumuntur, nouit enim Deus humanam infirmitatem, qui compluria vſu non trita auerſatur moleſte ferens. Aſſueto igitur condeſcenſu, vſus per conſueta natura, ea facit quæ ſunt ſupra naturam, &c.* Lege reliquum, & mox eundem in vita Barlaam & Ioſaphat, Euchariſtiæ adoratio, &c.

Ioannes Damaſcenus.

Tranſubſtantiatio.

Lucæ 1.

OECVMENIVS DOCTOR in epiſtolam ad Hæbreos, capite quinto & decimo: *Neque de ea Paulus quæ ſemel a Deo facta eſt oblatio, & hoſtia dixiſſet in æternum, ſed reſpiciens ad præſentes ſacrificos, per quos mediós Chriſtus ſacrificat & ſacrificatur, qui etiam in myſtica cœna, modum illis tradidit huiuſmodi ſacrificij ſingulis annis. Quid ergo? An nos ſemper offerimus hoſtias ſanguine carentes? Sed vnius eiuſdemque mortis Chriſti memoriam facimus & vnum Chriſti corpus ſemper edimus: non enim nunc quidem vnius Chriſti, alias vero alterius, ſed ſemper eiuſdem, &c.*

Oecumenius doctor.

BEDA VENERABILIS in caput primum Ioannis, exponens illud, Ecce Agnus Dei, &c. *Lauat nos Chriſtus a peccatis noſtris (sit) quotidie in ſanguine ſuo, cum eiuſdem beatæ paſſionis ad altare memoria replicatur, cum panis & vini creatura in ſacramentum carnis & ſanguinis eius ineffabili Spiritus ſanctificatione tranſfertur. Sic corpus & ſanguis illius non infidelium manibus, ad perniciē ipſorum funditur & occiditur, ſed fidelium ore ſuam ſumitur in ſalutem, &c.* Lege eundem in capite vigeſimo ſecundo Lucæ, vbi exponit cœnam Chriſti. Vide etiam infrà, Euchariſtia infirmis miniſtranda, &c.

Beda Venerabilis.

Tranſubſtantiatio.

RVPERTVS TVITIENSIS libro tertio, De operibus Spiritus ſancti, capite decimo octauo, decimo nono, vigeſimo, & vigeſimo primo, & vigeſimo ſecundo, nihil aliud agit, quàm probare Euchariſtiæ veritatem, vnde paucà hic excerpſimus, ſic quippè, capite 21. loquitur: *Cœnantibus itaque, id eſt, ſedentibus adhuc in cœna, qua manducauerant carnes Agni, carnes Paſchæ veteris, accepit panem & benedixit. Panem communem accepit, ſed benedicendo longè in aliud quàm fuerat tranſmutauit, vt veraciter diceret ſic:* (Matthæi capite vigeſimo ſexto.) *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur.* (Marci capite decimo quarto.) *Item vini ſubſtantiam accepit, ſed itidem gratias agendo ſic in aliud vertit, vt diceret veritas quæ non mentitur:* (Lucæ vigeſimo ſecundo,) *Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effun-*

Rupertus Tuitienſis Abbas. Matth. 26.

Tranſubſtantiatio.

A *detur. Hoc (inquit) id eſt, hic panis, eſt corpus meum ſiue caro mea: Nam & alibi dicit: Panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita. Sed non videtur oculis carnis, non ſentitur guſtu oris quod panis ille caro Chriſti factus ſit, quod vinum illud in ſanguinem verſum ſit: nimirum ſi videretur color, aut ſentiretur ſapor carnis & ſanguinis humani, hominibus non plus ſalutis, ſed plurimum afferret horroris. Sic ergo eſt corpus vel caro & ſanguis Chriſti, quomodo eſſe vel ad vſum noſtrum conuenit & ad ſalutem noſtram ſufficit. Quomodo vel quibus eſſentiæ modis? nimirum nomine, Re, atque effectu. Nomine videlicet eſſe intelligimus, in eo quod dicit, hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus. Re, in eo quod ait, quod corpus tradetur, qui ſanguis effundetur. Effectu, in eo quod dicit in remiſſionem peccatorum.* B Lege quod præcedit, & quod ſequitur. Porrò BERNARDVS CLARÆVALLENSIS, Conſecrationis meminit Euchariſtiæ in ſermone ſancti Martini, cuius hodie vigilia eſt 1570. Sed etiam ſermone in vigilia Natiuitatis Domini, & ſermone primo in Feſtiuitate omnium Sanctorum, & ſermone in cœna Domini de ablutione pedum. Porrò infinito ſunt alij qui contra hæreticos mirè pro huius ſacramenti veritate pugnarunt. Habentur autem in manibus opera excellentis illius PASCASII CORBEIENSIS de ſacramento Euchariſtiæ, Lege etiam GVIMVNDVM EPISCOPVM AVERSANVM libris de veritate corporis & C ſanguinis Domini, contra infœliciſſimum Berengarium. Lege PETRVM CLVNIACENSEM De Miſſæ ſacrificio, & veritate tranſubſtantiationis, contra Petrobouſianos hæreticos, & eum præcedentem ALGERVM CLVNIACENSEM libro De veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia. Lege etiam & ante eos LANFRANCVM CANTVARIENSEM libro De veritate corporis & ſanguinis Domini aduerſus Berengarium, & coæuum ei ADELMANVM BRIXIENSEM Epiſcopum, epiſtola ad eumdem Berengarium pro tuitione & defenſione ſacroſanctæ Euchariſtiæ. Lege SAMONAM GAZENSEM Epiſcopum in diſceptatione, Emeſæ habita contra Iudæos, & hæreticos, vbi in formam Dialogi egregiè de Tranſ- D ſubſtantiatione diſſerit. Lege NICOLAVM CABASILAM Epiſcopum Dyrachij, cuius alias meminimus, libro De diuino altaris ſacrificio, capite primo, ſecundo, ſeptimo, & octauo, & reliquis. Hi omnes pro fide noſtra viriliter dimicarunt, & ſummo honore digni ſunt, tàm reuerentia ſanctitatis, quàm eruditionis eminentia, & eos malo ſequi quàm vnius Lutheri & ſequatium deliramenta vel cogitare. Huc vſque ergò proceſſimus, ab initio pro fide noſtra Patrum veterum teſtimonia producentes, nunc E quod ſupereſt oportet quam breuiſſimè poterò abſoluere. Contra illos itaque qui Euchariſtiam eſſe imaginem corporis Chriſti mentiebantur, CONCILIVM NICENVM ſecundum, generale ſeptimum, tomo tertio Confutationis articulorum adulterinæ Synodi Conſtantinopolitanæ, quæ falsò ſe generalem Synodum ſeptimam iactitabat, contra ſanctas Imagines congregata, actione ſexta. Hæreticam eorum corripit inſipientiam & opinionem. Nempe in illo Conciliabulo congregati contra venerādas Imagines Deo ſic permittente, quia iam à via veritatis receſſerant (vt ferè fit) in alium errorem etiam lapſi ſunt, vt dicerent ſacroſanctam Eu-

Ioann. 6.

Chriſti corpus eſt in ſacrificio Euchariſtiæ nomine re, effectu.

Bernardus Claræuallenſis.

Paſchaſius Corbeienſis.

Guimundus Auerſanus.

Petrus Cluniacenſis.

Algerus Cluniacenſis.

Lanfrancus Cantuarienſis.

Adelmanus Brixienſis.

Samonas Gazenſis.

Nicolaus Cabaſilas.

Euchariſtia nō eſt imago corporis Chriſti & hoc etiam contra Caluiniſtas Concilium Nicenum 2 generale 7. ſub Adriano. 1.

Poſitio hæreticorũ quæ eſt etiã modernorum, igitur vide reſponſum.

chariſtiam viuificantis corporis Chriſti eſſe Imaginem. Sic autem impij illi loquebantur. Quemadmodum id quod è nobis aſſumpſit Chriſtus materia ſola eſt ſubſtantiæ humanæ, iuxta omnia non perfectè expreſſa, quæ per ſe exiſtit perſona, ne adiectio in Diuinitate accidat, ita & imaginem totam electam, videlicet panis ſubſtantiam, mandauit apponi, ne ſcilicet humana effigie figurata Idololatria efficeretur, &c. Sed his propoſitionibus ſic præfati Patres reſpondent. *Nemo vnquam ſanctorum Apoſtolorum* (aiunt) *qui tuba ſunt Spiritus ſancti, aut glorioſorum Patrum noſtrorum incruentum noſtrum ſacrificium in memoriam paſſionis Chriſti Domini Dei noſtri, & totius ſuæ diſpenſationis factum, imaginem corporis illius dixerit. Nam is qui accepit à Domino ſic non dicit aut confitetur, ſed audiunt eum ſic dicentem Euangelicè:*

Ioan. 6

Niſi comederitis carnem Filij hominis & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis, & qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem in me manet & ego in eo. (Matthæi capite vigeſimo ſexto, & Marci capite decimo quarto, & Lucæ vigeſimo ſecundo. *Et accepto calice cum gratias egiſſet fregit & dedit diſcipulis ſuis & dixit, Accipite edite. Hoc eſt corpus meum, & accepto calice cum gratias egiſſet, dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes, Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Non autem dixit, Sumite edite imaginem corporis mei. Quinetiam Paulus diuinus Apoſtolus è ſacris Domini verbis hauriens dixit: Ego accepi à Domino quod & tradidi vobis, quia in ea qua traditus eſt nocte accepit panem, & poſtquam gratias egiſſet fregit & dixit, Accipite manducate, Hoc eſt corpus meum quod pro vobis frangitur, hoc facite in meam recordationem. Similiter modo & poculum poſtquam cœnauit dicens, Hoc poculum nouum teſtamentum eſt in ſanguine meo, hoc facite quotieſcunque biberitis in meam commemorationem. Quotieſcunque panem hunc ederitis & poculum hoc biberitis, mortem domini annunciabitis. Legat quouſque voles, nuſquam inuenies neque Dominum, neque Apoſtolos, neque Patres incruentum illud ſacrificium quod à Sacerdote offertur, imaginem dixiſſe. Verum ipſum corpus & ipſum ſanguinem. Attamen ante ſanctificationis conſecrationem quibuſdam* * *Patribus piè ſanè viſum eſt ἀντίτυπα, hoc eſt, exemplar ſimilis formæ, nominare, quorum de numero* EVSTATHIVS ANTIOCHENVS (Nam alius fuit Euſtachius Sebaſtienſis Epiſcopus Schiſmaticus damnatus in Concilio Gangrenſi) *Conſtans is propugnator orthodoxæ fidei, & Arrianæ inſaniæ expugnator clarus. Item* BASILIVS *eiuſdem ſuperſtitionis auerruncator, qui apertam & planam rectorum & probatorum dogmatum viam docentes vno ore & ſpiritu loquuntur. Hic quidem* (ſcilicet Baſilius) *exponens dictum illud in prouerbijs Salomonis, Edite panem meum, & bibite vinum quod commiſcui vobis, hæc ait: per panem & vinum ἀντίτυπα membrorum Chriſti corporalium prædicat. Ille verò* (ſcilicet Euſtachius *ex eodem fonte hauriens, vt omnes Sacerdotij myſtæ cognoſcunt in precatione diuina anaphora ita Græci Miſſæ partem vocant) ſic alicubi legit. Confidentes tuo ſacro altari appropinquamus, & proponentes antitypa ſancti corporis & ſanguinis Chriſti tui, te precamur & inuocamus. Et quæ deinceps ſequuntur, ſententiam patris amplius confirmant; quòd ante ſanctificationem antitypa vocauerit, poſt conſecrationem autem corpus Domini & ſanguinem Chriſti, atque ita eſſe creduntur. Sed generoſi iſti, ſacrarum Imaginum cupientes contemplationem obfuſcare & obſcurare, aliam, ſcilicet imaginem introduxerunt, quæ ſanè non imago eſt, ſed corpus & ſanguis. Verum vafritia & improbitate confuſi falſo ſophiſmate ſeipſos ſubuertunt hanc ſacram oblationem poſitione fieri dicentes. Verùm quemadmodum iſtud dicere aperta inſania eſt, ſic & imaginem aſſerere corpus & cruorem Domini, eiuſdem eſt dementiæ: & præter id quod eſt ſingularis ruditatis opus, impietatem quoque admixtam habet.* B *Deinde dimittentes mendacium, quadamtenus veritatem contingunt, confeſſi diuinum corpus panem fieri. At ſi imago corporis eſt, non poteſt ſanè fieri diuinum corpus. Nunquid igitur huc illucque ſe iactantes, inconſtantia & minimè firma omnia ſua dogmata aſſerunt?* (Non ſibi conſtant omnes hæretici, dum enim vnũ conſentiunt, & aliud improbant in labyrinthũ decidunt, & non poſſunt ſubterfugere impietatis calumniam.) *Quemadmodum enim oculus conturbatus non rectè videt, ita & ipſi prauarum & ſententiarum & rationum confuſione mentem ſuam perturbant & peruertunt. Idemque quòd inſani homines patiuntur, iam hoc, iam illud imaginantes: & nunc quidem ſanctum & notabile noſtrum ſacrificium,* C *imaginem ſacri corporis Chriſti, nunc autem ſacrum & diuinum corpus aſſerunt. Hoc autem modo affecti ſunt, vt antea etiam diximus, quod imaginum figuratarum contemplationem* (vide Imago infrà) *ab Eccleſia reiicere voluerunt, Eccleſiaſticarum traditionum peruerſioni inſiſtentes.* Vide etiam in ſequentibus diſtinctionibus de Euchariſtia adoranda. Hæc eadem iterum confirmat & probat ADRIANVS PRIMVS libro contra Hæreticos Iconoclaſtas edito, ad Carolum Magnum, capite trigeſimo nono, vbi & eorundem hæreticorum librum confutat, quem ſub nomine præfati Imperatoris contra Synodum generalem ſeptimam, Nicenam ſecundam, ediderant.

1. Corinth. 11.

Non hæc Gaſetius.

Nec ſatis poſſunt probari ex præcedentibus patris teſtimoniis.

Reuolue ex Simeone Metaphraſte.

Euſtachius Antiochenus.

Baſilius Magnus.

Prouerb. 9.

Adrianus I.

D Denique Euchariſtiæ ſacramento; realiter & non ſignificatiuè, verum Chriſti corpus & ſanguinem contineri Catholica eſt aſſertio ab omnibus (vt oſtendimus ſuperius) Patribus ſemper defenſa, quam impugnare auſus eſt Berengarius Eccleſiæ Andegauenſis Archidiaconus, aſſerens in ſacramento Euchariſtiæ, & calicis non eſſe verum corpus Chriſti integrúmque ſanguinem, niſi vt in ſigno & figura, & myſterio. Hunc errorem inſtante & vrgente NICOLAO SECVNDO huius nominis, & ALBERICO DIACONO viro doctiſſimo publicè confeſſus eſt & abiurauit, affirmans illud eſſe verum E Chriſti corpus integrúmque ſanguinem. Et quidem priùs damnatus fuerat ille Berengarius in CONCILIO VERCELLENSI ſub Leone nono, vt PLATINA CREMONENSIS in vita eiuſdem teſtatur, non tamen emendatus, ideóque eius abiurationem hic inſerere libuit, cuius meminit BLONDVS FLAVIVS libro tertio, Decadis ſecundæ, & ANTONIVS SABELLICVS libro tertio, Enneadis nonæ, & allegatur à Gratiano, De conſecratione diſtinctione ſecunda, capite Ego Berengarius. Aduerte interim quia Berengarius duas abiurationes fecit,

Error Berengarij.

Berengarius errorem abiurat ſub Nicolao 2. vt quidã volũt quia hoc tempus non patitur.

Forma abiurationis Berengarij.

Concilium Romanum ſub Nicolao 2.

Primam quidem in CONCILIO ROMANO ſub Nicolao ſecundo, Patrum 113. (quamquam voluit quidam dicere ſub Nicolao primo, ſed non patitur tempus, quia longè antè Berengarium Nicolaus I. fuit) fecit quã prætactum errorem abiurauit. Verùm poſteà in alium prolapſus eſt errorem, confitens quidem in Euchariſtia adeſſe verum corpus & ſanguinem Chriſti, ſed ſimul etiam panis & vini ſubſtantiam in illa haberi, quem errorem ſub GREGORIO VII. iterum Romæ publicè abiurauit. Et in hac poſteriori abiuratione Berengarius perſeuerauit & egit pœnitentiam, vt etiam meminit IOANNES GERSON ſermone primo, De cœna Domini, & alij authores. Prima ergo abiuratio talis eſt: *Ego Berengarius indignus Diaconus Eccleſiæ ſancti Mauritij Andegauenſis cognoſcens veram Catholicam & Apoſtolicam fidem, anathematizo omnem hæreſim, præcipuè eam de qua hactenus infamatus ſum, quæ aſtruere conatur panem & vinum quæ in altari ponuntur poſt conſecrationem ſolummodo ſacramentum, & non verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe, nec poſſe ſenſualiter, niſi in ſolo ſacramento manibus ſacerdotum tractari vel frangi aut fidelium dentibus atteri. Conſentio autem ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ ſedi, & ore & corde profiteor, de ſacramentis Dominicæ menſæ eam fidem tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus & hæc ſancta Synodus authoritate Euangelica tenendam tradidit, mihique firmauit, ſcilicet, panem & vinum quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem non ſolum ſacramentum, ſed etiam verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe, & ſenſualiter non ſolum ſacramento, ſed in veritate manibus ſacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri, iurans per ſanctam & Homouſion Trinitatem, & per hæc ſacroſancta Chriſti Euangelia: Eos verò qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus ſectatoribus ſuis æterno anathemate dignos eſſe pronuncio. Quòd ſi ego ipſe aliquando aliquid contra hæc ſentire ac prædicare præſumpſero, ſubiaceam canonum ſeueritati. Lecto & perlecto ſponte ſubſcripſi.* Poſterior autem abiuratio alterius erroris talis eſt: *Ego Berengarius, corde credo & ore profiteor panem & vinum quæ ponuntur in altari, per myſterium ſacræ orationis & verba noſtri Redemptoris, ſubſtantialiter conuerti in veram & propriam ac viuificatricem carnem & ſanguinem Ieſu Chriſti Domini noſtri, & poſt conſecrationem eſſe verum Chriſti corpus, quod natum eſt de Virgine, & quod pro ſalute mundi oblatum pependit in cruce, & quod ſedet ad dexteram Patris. Et verum ſanguinem Chriſti qui de latere eius effuſus eſt, non tantum per ſignum & virtutem ſacramenti, ſed in proprietate naturæ & veritate ſubſtantiæ ſicut in hoc breui continetur, & Ego legi & vos intelligitis, nec contra hanc fidem vlterius docebo, ſic me Deus adiuuet, & hæc ſacra Euangelia.* Hanc confeſſionem CONCILIVM LATERANENSE GENERALE ſub Innocentio III. Patrum 1215. capite primo, confirmauit hoc modo: *In Eccleſia idem ipſe ſacerdos & ſacrificium Ieſus Chriſtus, cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur, Tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate diuina, vt ad perficiendum myſterium vnitatis accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro. Et hoc vtique ſacramentum nemo poteſt conficere, niſi ſacerdos, qui fuerit ritè ordinatus ſecundum claues Eccleſiæ, quas ipſe conceſſit Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus.* Porrò in CONCILIO FLORENTINO GENERALI ſub Eugenio quarto, ſeſſione vltima, dicitur: *Latinis Patribus quærentibus de panis tranſmutatione, cur Græci poſt hæc Dominica verba, Accipite manducate, ac infrà, Bibite ex hoc omnes. Quibus profectò verbis ſacramentum confici creditur. Hac etiam vtuntur oratione: Et fac, panem quidem hunc honorabile corpus Chriſti tui, quod autem in calice iſto eſt honorabilem ſanguinem Chriſti tui, ea ſancto tuo Spiritu tranſmutante. Reſponderunt ſe firmiter credere verbis illis Dominicis ſacramentum fieri, ſed quemadmodum Latini confecto ſacramento hac ſolent vti oratione, Iube hæc perferri per manus ſancti Angeli tui in ſublime altare tuum, &c. Ita quoque Græcos illa verba proferre ſolere, vt ſanctiſſimũ Chriſti corpus & ſanguis, peccatorum remiſſioni ac noſtris animabus ſaluti fiat.* Plures alias cæremonias habent Græci in myſterio Euchariſtiæ conficiendo, rationem quarum requiſiuit, ſolutionémque recepit in eodem Concilio EVGENIVS IV. Poſtea idem eiſdem & Armenis tradens formam ſeptem ſacramentorum, vt his more Latinorum vterentur, ſic loquitur, decreto quod ad calcem Concilij præfati. *Tertium* (ait) *eſt Euchariſtiæ ſacramentum, cuius materia eſt panis triticeus & vinum de vite, cui ante conſecrationem aqua modiciſſima admiſceri debet. Aqua autem ideò admiſcetur,* (vide infrà) *quoniam iuxta teſtimonia ſanctorum Patrum ac doctorum Eccleſiæ pridem in diſputatione exhibita, creditur ipſum Dominum in vino aqua permixto hoc inſtituiſſe ſacramentum: Deinde quia hoc conuenit Dominicæ paſſionis repræſentationi. Inquit enim beatus* ALEXANDER PAPA (infrà allegabitur) *quintus à beato Petro* (& allegat Gratianus De conſecratione, diſtinctione ſecunda, capite In ſacramentorum. *In ſacramentorum oblationibus, quæ intra Miſſarum ſolennia Domino offeruntur, panis tantùm & vinum aqua permixtum in ſacrificium offerantur. Non enim debet in calicem Domini aut vinum ſolum, &c.* Vide infrà etiam ex Iulio, tum ſubdit: *Cùm ergo tam ſancta Romana Eccleſia à beatiſſimis Apoſtolis Petro & Paulo edocta, quam reliquæ omnes Latinorum, Græcorúmque Eccleſiæ in quibus omnis ſanctitatis & doctrinæ lumina claruerunt, ab initio naſcentis Eccleſiæ ſic ſeruauerint & modò ſeruent, inconueniens admodum videtur vt alia quæuis regio ab hac vniuerſali & rationabili diſcrepet obſeruantia. Decernimus igitur vt etiam ipſi Armeni ſe cum vniuerſo orbe Chriſtiano conforment, eorúmque ſacerdotes in calicis oblatione paululum aquæ* (prout dictum eſt) *admiſceant vino. Forma huius ſacramenti ſunt verba Saluatoris quibus hoc conficit ſacramentum. Sacerdos enim in perſona Chriſti loquens hoc conficit ſacramentum. Nam ipſorum verborum virtute, ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem conuertuntur: Ita tamen quòd totus Chriſtus ſub ſpecie continetur panis & totus ſub ſpecie vini, ſub qualibet quoque parte hoſtiæ conſecratæ & vini conſecrati ſeparatione facta, totus eſt Chriſtus. Huius ſacramenti effectus quem in anima operatur dignè ſumentis, eſt adunatio hominis ad Chriſtum. Et quia per gratiam homo Chriſto incorporatur, & membris eius vnitur, conſequens eſt quòd per hoc ſacramentum in ſumentibus dignè gratia augeatur, omnéſque effectum quem materialis cibus & potus quoad vitam agunt corporalem, ſuſtentando, augendo, reparando, & delectando, ſacramentum hoc quoad vitam operatur ſpiritualem, in quo* (vt inquit VRBANVS IV. in bulla inſti-

Margin notes (left): Duplex error Berengarij, & duplex eius abiuratio. — Gregorius 7. — Ioannes Gerſon. — Primæ abiurationis forma. — Confeſſio catholica. — Secundæ abiurationis Berengarij forma. — Tranſubſtantiatio. — Concilium Lateranẽſe ex vniuerſo orbe affuerũt patres 1215 ſub Innocentio 3. — Tranſubſtantiatio.

Margin notes (right): Cõcilium Florentinum generale ſub Eugenio 4. — Forma conſecrandi Græcorum. — Latinorum canon. — Eugenius 4. tradit formam Armenis & Græcis Euchariſtici ſacramenti. — Alexander 1. — Iubentur Armeni ritum vniuerſalis Eccleſiæ in conſecratione Euchariſtiæ obſeruare. — Forma ſacramenti. — Effectus Sacramenti. — Vrbanus 4.

A tutionis feſti corporis Chriſti) *gratam Saluatoris noſtri recenſemus memoriam, a malo retrahimur, confortamur in bono, & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementum.* Eadem admiſit decreta in Concilio Lateranenſi ſub Leone decimo, ſeſſione duodecima. PETRVS MARONITARVM Patriarcha in monaſterio Cambio in monte Libano, vt ex eius mandato ſeu epiſtola quam ad eandem ſynodum miſit conſtat. Sed & Concilium SENONENSE capite decimo, decreti de ſacramentis, Euchariſtiæ ſacramentum ex ſcriptè veteris & nouæ legis comprobat, vt ex Pſalmo 23. de frumento. Ex Zacharia, capite nono, de fromento germinante virgines, ex 1. Corinth. 11. vbi traditur Euchariſtiæ ſumendæ forma. Ex capite Ioannis
B ſexto: quibus luce clarius conſtat hoc ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum gratiam conferre, & alia plera que aduerſus hæreticos roborat, quæ de ipſo catholica tradit Eccleſia, atque adcò quidem vt poſt tam aperta Scripturarum Oracula plura conſarcire ſuperuacuum foret. Plura nihilominus decreto vndecimo diſputat, agentes de ſacerdotio nouæ legis & ſacrificio Miſſæ, prædicti Patres Concilij Senonenſis cótra Lutherum qui eam abrogare moliebatur: & Euchariſtici ſacramenti formam à Chriſto traditam eiſdem teſtimonijs corroborant maledictis impiorum reſpondentes. Sed & Concilium COLONIEN-
C SE III. parte ſeptima, capitibus 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19. & reliquis, ad corroborationem & confirmationem prædictorum, multa affert de huius ſacramenti adminiſtratione, dignitate, virtute, veneratione, &c. In primis dat præceptum contra impiorum calumnias, vt magis ac magis plebs inſtruatur & doceatur ſecundum Scripturarum teſtimonium certiſſimum certiſſima fide credere quòd in hoc ſacramento ſit verum corpus & verus ſanguis Ieſu Chriſti. & in Euchariſtia totum eſſe Chriſtum, quamquam ibi ſit, ſub ratione cibi & potus. *Qui enim tradidit ait verum corpus & ſanguinem haud dubiè tradidit vinum. Quare ſi credimus in ſepulchro diuinam naturam non fuiſſe ſeparatam ab exanimi corpore, quanto magis crede-*
D *mus eam à viuo corpore non eſſe ſeparatam in ſacramento?* Non tamen laicis ſub vtraque ſpecie iuſtè ſumenda proponitur (vt mox dicetur in ſequentibus diſtinctionibus huius vocabuli ex Cócilio Conſtantienſi, & alijs.) *Denique docendus eſt populus* vt AVGVSTINVS ſermone de dedicatione Eccleſiæ admonet *hoc ſacramentum & ſanguinis Dominici ſub ſpecie panis & vini inſtitutum eſſe, vt præter veritatem corporis & ſanguinis quæ in eo continetur & recipitur, quoddam etiam eximium ſignum mutuæ dilectionis & charitatis excitandæ in nobis foret, quemadmodum diuus Paulus inquit. Vnus panis & vnum corpus multi ſumus qui de vno pane, & de vno calice*
E *participamus. Quamobrem ad huius communionis Spiritualis participatione longe abſunt, qui inuidia vel odij veneno infecti, aut iracundiæ furore repleti fuerint. Monendi itaque ſunt, qui communicare deſiderant, vt depoſita omni ſimultate diligant alterutrum vt vnius corporis membra, vt non ſit ſchiſma in corpore, ſed in id ipſum pro inuicem ſollicita ſint membra.* Verùm vide ſuprà Communicare. &c. *Porro docendus eſt populus, quod tantum miraculum in hoc ſacramento virtute Chriſti fiat, non ex merito ſacerdotis, quod & in cæteris ſacramentis obtinet. Nam intra ſanctam Eccleſiam Catholicam in myſterio corporis Chriſti nihil a bono maius, nihil a malo minus perficitur ſa-*

Petrus Maronitarum Patriarcha.

Concilium Senonenſe, ſub Antonio à Prato Cancellario, Cardinali Archiepiſcopo & Legato.

Concilium Colonienſe 3.

Saluberrima inſtructio pro ſacrificio Euchariſtico rite intelligendo.

Conſtantienſe Concilium generale.

Laicis ſumenda Euchariſtia ſub vtraq. ſpecie vide infra.

1. Corinth. 10.

Cum quanta puritate communicandum.

In ſacramentorum adminiſtratione non meritum ſacerdotis ſed virtus operantis attenditur Chriſti.

A *cerdote, quia non in merito conſecrantis, ſed in verbo efficitur Creatoris, & in virtute Spiritus ſancti. Si enim in merito eſſet ſacerdotis nequaquam ad Chriſtum pertineret. Nunc autem ſicut ipſe eſt qui baptizat, ita ipſe eſt qui per ſpiritum ſanctum hanc ſuam efficit carnem, & tranſit vinum in ſanguinem. Sed hoc tantum intereſt quod malus ſacerdos ſibi tantum nocet indigne myſteria tractans. Nam quod ad veritatem Dominici corporis attinet ita percipit hic, cui dicit Apoſtolus: Qui manducat indigne iudicium ſibi mãducat & bibit, ſicut is cui dicitur, Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo, &c.* De ſacramento Euchariſtiæ his conformia tradit Concilium TRIDENTI-
B NVM generale ſeſſione decima tertia, quæ fuit tertia ſub Iulio III. capite primo, in hæc verba: *Docet ſancta Synodus & apertè ac ſimpliciter profitetur in almo ſanctæ Euchariſtiæ ſacramento, poſt panis & vini conſecrationem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum verum Deum atque hominem verè, realiter ac ſubſtantialiter, ſub ſpecie illarum rerum ſenſibilium contineri. Nec enim hæc inter ſe pugnant vt ipſe Saluator noſter ſemper ad dexteram Patris in cœlis aſſideat, iuxta modum exiſtendi naturalem, & vt multis nihilominus alijs in locis ſacramentaliter præſens ſua ſubſtantia nobis adſit, ea exiſtendi ratione, quam & ſi verbis exprimere vix poſſumus, poſſibilem tamen eſſe Deo cogitatione per fidem illuſtrati*
C *aſſequi poſſumus, & conſtantiſſimè credere debemus. Ita enim maiores noſtri omnes quotquot in vera Chriſti Eccleſia fuerunt, qui de ſanctiſſimo hoc ſacramento diſſeruerunt, apertiſſimè profeſſi ſunt hoc tam admirabile ſacramentum, in vltima cœna Redemptorem noſtrum inſtituiſſe, cùm poſt panis vinique benedictionem, ſe ſuum ipſius corpus illis præbere, ac ſuum ſanguinem diſertis ac perſpicuis verbis teſtatus eſt. Quæ verba à ſanctis Euangeliſtis commemorata, & à diuo Paulo poſteà repetita, cùm propriam illam & apertiſſimam ſignificationem præ ſe ferant ſecundum quam a Patribus intellecta ſunt (habes ſuperiùs) indigniſſimum ſanè flagitium eſt ea à quibuſdam contentioſis & prauis hominibus, ad fictitios & imaginarios tropos, quibus veritas carnis & ſanguinis Chri-*
D *ſti negatur, contra vniuerſum Eccleſiæ ſenſum detorqueri, quæ tanquam columna & firmamentum veritatis hæc ab impijs hominibus excogitata commenta velut Satanica deteſtata eſt, grato ſemper & memore animo præſtantiſſimum hoc Chriſti beneficium agnoſcens, &c.* Tum de ratione huius ſanctiſſimi ſacramenti. Idem ſequenti capite ſecundo tradit, ac de excellentia eiuſdem capitis tertij omninò eadem repetens, quæ iam ſuperius à nobis ex alijs Patrum ſententijs collecta ſunt. Tum de tranſubſtantiatione capite quarto, ſic infert: *Quoniam autem Chriſtus Redemptor noſter corpus ſuum id quod ſub ſpecie panis offerebat verè eſſe dixit, ideò*
E *perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, idque nunc denuò ſancta hæc Synodus declarat per conſecrationem panis & vini, conuerſionem fieri totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti, & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis eius, quæ conuerſio conuenienter & propriè a ſancta Catholica Eccleſia tranſubſtantiatio eſt appellata.* Et capite ſeptimo, ſequenti, agit de præparatione quæ adhibenda eſt vt dignè quis ſacram Euchariſtiam accipiat, vt diximus, in verbo Communicare. &c. Subnectit autem & anathema omnibus his qui præfatã doctrinam improbarint. Hanc doctrinam FACVLTAS LOVANIENSIS ſub Carolo V. Imperatore, anno 1544. articulo 13.

1. Corinth. 11.
Ioannis 6.

Tridentinum concilium generale nouiſſimum.

Satisfactum ſit Bezanis.

Matth. 26.
Lucæ 22.
Marc 14.

1. Corinth. 11.

Perſtringuntur Bezani.

Tranſubſtantiatio.

Ergo anathema Bezæ Facultas Louanienſis & Pariſienſis.

& 14.

& 14. atque etiam ſub Franciſco primo PARISIENSIS anno 1543. articulo quinto, ita confirmat. *Quilibet Chriſtianus tenetur firmiter credere in conſecratione Euchariſtiæ panem & vinum conuerti in verum Chriſti corpus, & ſanguinem, remanentibus tantùm panis & vini ſpeciebus, ſub quibus realiter verum Chriſti corpus continetur, quod ex virgine natum eſt, & in carne paſſum.* Porrò plura etiam lege in vocabulo, Communio, & Miſſa, & in ſequentibus.

Tranſubſtantiatio

Euchariſtiæ ſacramentum pane, vino & aqua perficitur, nec aliquid eſt vltra addendum.] Hæc propoſitio iam ſuperius in quibuſdam locis agitata eſt, vt in Concilio Florentino ſuprà memorato: veruntamen illic promiſimus nos ſpecialem diſtinctionem de hac materia facturos. Itaque propoſitio hæc multis & antiquis probatur documentis & decretis. In primis ſic Alexander I. epiſtola prima, ad omnes fideles (quam & ſuperiùs produxit Eugenius IV. in forma Armenis tradita, & allegatur à Gratiano de conſecratione, diſtinctione ſecunda, capite In ſacramentorum) *In ſacramentorum oblationibus, quæ inter Miſſarum ſolennia Domino offeruntur, paſſio Domini miſcenda eſt, vt eius cuius corpus & ſanguis conficitur, paſſio celebretur, ita vt repulſis opinionibus ſuperſtitionum panis tantùm & vinum aqua permixtum in ſacrificio offerantur. Non debet enim (vt * à patribus accepimus & ipſa ratio docet) in calice Domini aut vinum ſolum aut aqua ſola offerri, ſed vtrumque permixtum, quia vtrumque ex latere eius in paſſione ſua profluxiſſe legitur. Ipſa verò veritas nos inſtruit calicem & panem in ſacramento offerre, quando ait: Accepit Ieſus panem & benedixit dedítque diſcipulis ſuis dicens, Accipite & manducate hoc enim corpus meum quod pro vobis tradetur: Similiter poſtquam cœnauit accepit calicem deditque diſcipulis ſuis dicens, Accipite & bibite ex eo omnes, quia hic eſt calix ſanguinis mei qui pro vobis fundetur in remiſſionem peccatorum. Crimina enim atque peccata oblatis his Domino ſacrificijs delentur, ideircò & paſſio eius in his commemoranda eſt qua redempti ſumus & ſæpius recitanda, atque hæc Domino offerenda. Talibus hoſtijs delectabitur & placebitur Dominus, & peccata dimittet ingentia. * Nihil enim in ſacrificijs maius eſſe poteſt, quàm corpus & ſanguis Chriſti, nec vlla oblatio hac potior eſt, ſed hæc omnes præcellit, quæ pura conſcientia Domino offerenda eſt & pura mente ſeruanda, atque ab omnibus veneranda, & ſicut potior eſt cæteris, ita potius excoli & venerari debet.* Hoc decretum allegat TRIBVRIENSE Concilium capite 19. & alia multa vt infrà videbimus. Porrò hunc morem & ſuo tempore obſeruatum CYPRIANVS CARTHAGINENSIS teſtatur libro 2. epiſtolarum, epiſtola 3. ad Cæcilium, exponens illud Prouerbiorum nono: *Bibite vinum quod miſcui vobis.* Habes allegatum ſupra. Hinc & longè antè, ſic CANON APOSTOLORVM III. ſtatuit. *Si quis* (ait) *Epiſcopus vel Presbyter præter Domini de ſacrificio oblationem alia quædam ad altare attulerit, mel & lac vel pro vino ſiceram, vel confecta, vel aues, vel aliqua animalia, vel legumina præter ordinationem deponatur.* Hinc arguit hæreticos CLEMENS ALEXANDRINVS libro I. Stromatum, circa medium, quòd aqua ſola vterentur in Euchariſtiæ conſecratione. Lege etiam ſuperius. EVSEBIVM EMISSENVM, qui præſcriptam formam tradit homilia 5. in ſanctum Paſcha. Hinc etiam allegatur ſuperius ab Eugenio IV. & à

Alexander I.

Vide igitur Apoſtolicâ eſſe traditione quia hic fuit à beato Petro quintus vide mox Canonem Apoſtolicum.

Math. 26.

Hoc allegat Gratianus de conſecrat. diſtinct. 2. cap. Nihil enim.

Cõcilium Triburienſe.

Cyprianus Carthaginenſ.

Canon Apoſtolicus approbatus à Iulio I. vt de conſequenter.

Clemens Alexandrinus.

Euſebius Emiſſenus.

A Gratiano, De conſecratione diſtinctione 2. capite Cùm omne crimen, decretum IVLII I. quod ſic habet (& etiam allegatur ab Iuone Carnotenſi libro 1. decretorum) *Cùm omne crimen atque peccatum oblatis Deo ſacrificijs deleatur, quid de cætero pro expiatione delictorum Domino dabitur, quando in ipſa ſacrificij oblatione erratur? Audiuimus enim quoſdam ſchiſmatica ambitione detentos, contra diuinos ordines & Apoſtolicas conſtitutiones lac pro vino in diuinis ſacrificijs dedicare, alios quoque intinctam Euchariſtiam populis pro complemento communionis porrigere, quoſdam etiam expreſſum vinum in ſacramento Dominici calicis offerre, alios verò pannum lineum muſto intinctum per totum annum reſeruare, & in tempore ſacrificij partem eius aqua lauare, & ſic of-*
B *ferre: quod quam ſit Euangelicæ & Apoſtolicæ doctrinæ contrarium & conſuetudini Eccleſiaſticæ aduerſum, non difficile ab ipſo veritatis fonte probatur à quo ordinata ipſa ſacramentorum myſteria proceſſerunt. Cùm enim magiſter veritatis verum ſalutis noſtræ ſacrificium ſuis commendaret diſcipulis, non illis lac, ſed panem tantùm & calicẽ ſub hoc ſacramento cognoſcimus dediſſe: legitur enim in Euangelica veritate: Accepit Ieſus panem & calicem & benedicens dedit diſcipulis ſuis. Ceſſet ergo lac ſacrificando offerri, quia manifeſtum & euidens exemplum veritatis Euangelicæ illuxit, quod præter panem & vinum aliud offerre non liceat. Illud verò quod pro complemento communionis intinctam tradunt Euchariſtiam populis, nec*
C *hoc prolatum ex Euangelio teſtimonium receperunt, vbi Apoſtolis corpus ſuum commendauit & ſanguinem. Seorſum enim panis & ſeorſum calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panem alijs Chriſtum præbuiſſe non legimus excepto illo tantùm diſcipulo quem intincta buccella magiſtri proditorem oſtenderet non quæ ſacramenti huius inſtitutionem ſignaret. Nam quod de expreſſo botro, id eſt, de vuarum granis, populos communicatur, valde eſt omninò confuſum, ſed ſi neceſſe eſt botrus in calice comprimatur & aqua miſceatur, quia calix Dominicus iuxta canonum præcepta vino & aqua permixtus debet offerri, quia videmus populum in aqua intelligi, in vino verò oſtendi ſanguinem Chriſti. Ergo cùm in calice vino aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur, & credentium plebs ei in quem credit copulatur & iungi-*
D *tur: quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini ſic miſcetur in calice Domini, vt mixtio illa non poſſit ſeparari. Nam ſi vinum tantùm quis offerat, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis. Si verò aqua ſit ſola, plebs incipit eſſe ſine Chriſto. Ergo quando botrus ſolus offertur in quo vini efficacia tantùm deſignatur, ſalutis noſtræ ſacramentum negligitur quod aqua ſignificatur: non enim poteſt calix Domini eſſe aqua ſola aut vinum ſolum, niſi vtrumque miſceatur. Et ideò quia iam ex hoc plurima & multiplex maiorum manauit ſententia, omnis deinceps talis error atque*
E *præſumptio ceſſare debet, ne peruerſorum & inordinata compago ſtatutum veritatis eneruet. Et ideò nulli deinceps erit licitum aliud in ſacrificijs diuinis offerre, niſi iuxta antiquorum ſententiam Conciliorum, panem tantùm & calicem vino aquáque permixtum. De cætero aliter quam præceptum eſt faciens, tandiu à ſacrificando ceſſabit, quandiu legitima pœnitentia ſatisfactione correctus ad gradus ſui officium redeat, quod amiſit.* Hinc etiam CONCILIVM CARTHAGINENSE III. ſub Syricio (huic ſubſcripſit Auguſtinus) canone vigeſimo quarto, & allegatur à Gratiano, De conſecratione, diſtinctione ſecunda. In ſacramentis. *In ſacramentis corporis & ſanguinis Domini nihil*

Iulius I. Aduerte lector quia omnino eadé reperiuntur in Concilio 3. Bracarenſi cap. 1. & ideo errore hallucinatus eſt Gratianus.

Errores varij circa adminiſtrationem & ſumptionem Euchariſtiæ reprimuntur.

Math. 26. Marc. 14. Luc. 22.

Ioann. 13.

Ratio cur aqua vino miſcetur in ſacrificio Miſſæ.

Concilium Carthaginenſe, cui interfuit Auguſtinus.

amplius

ampliùs offeratur, quàm ipſe Dominus tradidit, hoc eſt panis & vinum aquæ mixtum, nec ampliùs in ſacrificiis offeratur, quàm vuis & frumentis. Additur autem in vetuſtis codicibus: *Primitiæ verò, ſeu mel & lac quod vno die ſolenniſſimo pro infantis myſterio ſolet offerri, quamuis in altari offeratur, ſuam tamen habent propriam benedictionem, vt à frumento Dominici corporis & ſanguinis diſtinguantur, nec ampliùs de primitiis offeratur, quàm de vuis & frumentis.* Eadem repetit Concilium HIPPONENSE canone 25. & Concilium AFFRICANVM ſub Boniſacio I. canone IV. Hinc etiam & Concilium ARAVSICANVM I. ſub Leone I. canone 17. *Admixtionem Euchariſtiæ ſimul conſecrandam cenſuimus.* (alias) *Cum capſa & calix inferendus eſt, & admixtione Euchariſtiæ conſecrandus.* Præterea ſic Concilium AVRELIANENSE IV. canone 4. *Nullus in oblatione ſacri calicis, niſi quod ex fructu vineæ ſperatur aqua mixtum offerre præſumat, quia ſacrilegium iudicatur aliud offerri, quàm quod in mandatis ſacratiſſimus Saluator inſtituit.* Idem omninò ſtatuit Concilium ANTISSIODORENSE I. ſub Deuſdedit Papa, cap. 8. Hinc MARTINVS BRACARENSIS Epiſcopus, cap. 55. Collectanij, & allegat Gratianus De Conſecratione, diſtinctione 2. cap. non oportet. *Non oportet aliquid aliud in ſanctuario offerri præter panem & vinum & aquam, quæ in typo Chriſti benedicuntur, quia dum in cruce penderet de corpore eius ſanguis effluxit & aqua. Hæc tria vnum ſunt in Chriſto Ieſu, hæc hoſtia & oblatio Dei in odorem ſuauitatis.* Porrò quod priùs ex Iulio I. protulimus, omninò eiuſdem ſententiæ reperitur in Concilio III. BRACARENSI capite 1. nec eſt opus quod ea iterum repetam, quia nec in vna ſyllaba diſcordant. Hæc eadem iterum decreta renouat Concilium VORMATIENSE canone 4. de verbo ad verbum. Vnde credo quia Gratianus qui inſeruit De conſecratione, diſtinctione 2. cap. Cum omne crimen, pro Concilio Bracarenſi poſuerit Iulium I aut neſcio vnde error, niſi dicamus eadem Concilium Bracarenſe voluiſſe repetere, quod iam Iulio fuerat definitum. Præterea omninò penè eadem iterum refricat Concilium generale VI. CONSTANTINOPOLITANVM III. ſub Conſtantino Pogonato, capite ſeu canone 57. Verùm canone 32. deſtruit errorem quorundam Armeniorum qui aquam vino non miſcebant, innitentes verbo S. Chryſoſtomi, qui hoc videtur inhibere, quem ſic interpretantes Patres loquuntur: *Ad noſtram cognitionem peruenit, quod in Armeniorum regione vinum tantum in ſacra menſa offerunt, aquam illi non miſcentes qui incruentum ſacrificium peragunt, adducentes Eccleſiæ doctorem Ioannem Chryſoſtomum hæc dicentem, in interpretatione Euangelij ſecundum Matthæum. Quamobrem non aquam bibit cum ſurrexit ſed vinum, & improbam aliam hæreſim radicitus extirpantem. Quoniam enim nonnulli aqua in myſterijs vſi ſunt, oſtendens quod & quando myſteria tradidit, & quando poſtquam ſurrexiſſet abſque myſterijs ſolam ac nudam menſam appoſuit: Vſus eſt (ait) vino ex genimine vitis, vitis autem vinum non aquam generat: & ex eo aqua admixtionem in ſacro ſacrificio doctorem ſubuertere exiſtimant. Vt igitur non ab hoc tempore in poſterum ignorantia teneatur. Patris ſententiam orthodoxe aperimus. (Cum enim improba hydroparaſtatarum, hoc eſt eorum qui aquæ defenſionem ſuſcipiebant, antiqua eſſet hæreſis, qui pro vino ſola aqua (vt ex Clemente Alexandrino ſupra oſtenſum eſt) in propicio ſacrificio vſi ſunt, refellens hic vir diuinus iniquam eiuſmodi hæreſis ſuſpitionem, & oſtendens quod directe Apoſtolicæ traditioni aduerſatur, id quod iam dictam confirmauit. Quoniam autem & ſuæ Eccleſiæ, vbi eſt illi paſtoralis adminiſtratio tradita, aquam vino miſcendam tradidit quando incruentum peragi ſacrificium oportet, ex precioſo atque honorando Redemptoris noſtri latere ex ſanguine & aqua contemperationem oſtendit, quæ in totius mundi viuificationem effuſa eſt, & peccatorum redemptionem. In omni etiam Eccleſia vbi ſpiritualia lumina refulſerunt hic ordo diuinitus traditus ſeruatur. Nam* * IACOBVS APOSTOLVS *& Chriſti Domini noſtri ſecundum carnem frater, cui Ieroſolymitana Eccleſiæ thronus primus eſt traditus. Et* BASILIVS *Cæſaraenſis Archiepiſcopus, cuius gloria omnem terrarum orbem peruaſit, myſtico in ſcriptis tradito ſacrificio, ita tradendum in ſacro miniſterio ex aqua & vino factum calicem, ediderunt. Et qui Carthagine conuenerunt ſancti Patres,* (habes ſuperius Carthaginenſe III. canone 24.) *adeò apertè & præciſe mentionem fecêre, vt in ſanctis nihil plus quàm corpus & ſanguis Domini offeratur, vt ipſe Dominus tradidit, hoc eſt panis & vinum aqua mixtum. Si quis ergo Epiſcopus vel Presbyter non ſecundum traditum ab Apoſtolis ordinem facit, & aquam vino non miſcens ſic immaculatum offert ſacrificium deponatur, vt imperfecte ac ſimpliciter myſterium enuncians, & quæ tradita ſunt innouans.* Porrò GREGORIVS III. epiſtola 4. ad Bonifacium Moguntinenſem Archiepiſcopum, prohibet ne duo aut tres calices altari imponantur, ſed vnicus iuxta formam à Chriſto traditam. Propterea Patres etiam Concilij TRIBVRIENSIS cap. 19. eadem quæ ſuperius dicta ſunt repetunt & addunt: *Ne vllus ſine admixtione vini & aquæ myſteria ſacra conficiat, ſed vt duæ partes ſint vini: quia maior eſt maieſtas ſanguinis Chriſti quàm fragilitas populi: tertia aquæ, per quam intelligitur infirmitas humanæ naturæ.* Non hic repetam quod iam ex Concilio Florentino ſub Eugenio IV. ſuperiori annotatione poſitum eſt, quam prædicta etiam confirmat, ſed addam quod Concilium TRIDENTINVM generale nouiſſimum ſeſſione 22. quæ fuit VI. ſub Pio IV. capite ſeptimo, ait: *Monet ſancta Synodus præceptum eſſe ab Eccleſia ſacerdotibus, vt aquam vino in calice offerendo miſcerent, tum quòd Chriſtum Dominum ita feciſſe credatur, tum etiam quia è latere eius aqua ſimul cum ſanguine exierit: quod ſacramentum hac mixtione recolitur, & cum aquæ in Apocalypſi beati Ioannis populi dicantur, ipſius populi fidelis cum capite Chriſto vinio repreſentatur. Aliter docentibus anathema.* Alia habes expreſſa in præcedenti annotatione ſeu diſtinctione teſtimonia.

Euchariſtiæ ſacrificium in Azimo non in fermentato pane conficiendum.] Hunc morem Latinorum Eccleſia ſemper obſeruauit, nec ſine cauſa, quoniam facilè colligitur ex Euangelio Chriſtum in azimo conſecraſſe. Verùm licet in azimo & fermentato poſſit conſecrari, vnde & in fermentato Græcorum Eccleſia ſemper legitur conſecraſſe: tamen prædictam propoſitionem, ſcilicet, Euchariſtiam in azimo non in fermentato pane conficiendam, defendit LEO NONVS contra Michaëlem Conſtantinopolitanum Epiſcopum, & Leonem Acridanum Epiſcopum, qui Romanam Eccleſiam inſimulabant erroris, eo quòd conſecraret in azimo pane non in fermentato: vnde vltimo capite epiſtolæ ad eoſdem Epiſcopos miſſæ ſpon-

Marginal notes: Conciliũ Hipponenſe. — Concilium Africanum. — Concilium Arauſicanum. — Concilium Aurelianenſe 4. — Concilium Antiſſiodorenſe 1. — Martinus Bracarenſis Epiſcopus. — Concilium 3. Bracarenſe. — Conciliũ Vormatienſe. — Concilium Conſtantinopolitanũ 3. generale 6. in Trullo celebratum. — Armeniorum error. — Soluitur authoritas à Chriſoſtomi. — Hæreſis Hydroparaſtatarum. — Hæc allegat Gratianus de conſecratione, diſtinct. 2. cap. Iacobus. Baſilius Magn. — Gregorius 3. — Cõcilium Triburienſe. — Plus debet eſſe vini in calice quàm aquæ & ratio. — Conciliũ Tridentinum generale. — Apocal. 17. — Leo 9. — Græci inſtaſſe Latinis arguunt ſuper cõſecratione in azimo.

A B C D E

Græci iniuſtè latinos arguūt ſuper cōſecratione in azimo.

det veritaté per ſcripta probare, quod poſtea facit epiſtola 2. ad eundem Michaelem miſſa, quæ in ordine ſtat 5. *Illud (ait) quis non ſtupeat, quod poſt ſanctos & orthodoxos Patres per mille & viginti a paſſione Saluatoris annos, nouus calumniator Eccleſiæ Latinorum emerſiſti, anathematizans omnes & publicam perſecutionem excitans his qui participarent ſacramento ex azimis? Quam præſumptionem tuam & fama nobis obtulit, & literarū ſub nomine tuo ad Apulos datarum textus manifeſtauit, qua violenter aſtruere conantur fermentatum panem fuiſſe, quo Dominus Apoſtolis ſuis, corporis ſui myſterium in cœna commēdauit, quod omnino falſum eſſe ex vtroque teſtamento facillime deprehenditur: quia qui non venerat ſoluere legem ſed adimplere, iuxta ipſius legis præceptum ex azimis & vino vetus Paſcha adimpleuit, & protinus ex azimis & vino, nouum ſicut aperte Lucas teſtatur diſcipulis tradidit. Neque enim totis octo diebus illis fermentatum apparebat in omnibus finibus Iſrael, & apud quemcunque inueniebatur peribat anima eius de populo ſuo. Hoc ergo ſi in cœna Domini Ieſu apparuiſſet, aut ipſe ſeu diſcipuli eius quoquomodo guſtaſſent, iuſte ſicut præuaricatores legis perirent, nec ipſe Dominus diceret ſuis inſidiatoribus. Quis ex vobis arguet me de peccato? nec eſſet opus falſos teſtes ad perdendum eum quærere, cum hoc ſolo iuſte perderetur. Sed qui peccatum non fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius, quod paſſurus diſcipulis mandauit euidenter, per Apoſtolum in quo loquebatur commemorans inquit: Epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, ſed in azimis ſinceritatis & veritatis. Denique modicum fermētum totam maſſam corrumpit, vbicunque corruptio, ibi proculdubio naturæ deterioratio, & alieni vitij ſuſceptio. Porrò noſtrum Paſcha ideo, nouum dicitur, quia illud vetus præceptum eſt Iſraelitis in memoriam ſuæ egreſſionis ex Ægypto, iſtud verò Chriſtianis in memoriam Dominicæ paſſionis qua ad Patrem tranſiuit ex hoc mundo.* De hac porrò quæſtione diſcuſſio lōga agitata eſt in Concilio FLORENTINO generali ſub Eugenio IV. inter Patres Orientales & Occidentales. Græci enim defendebant debere Euchariſtiam in pane fermentato confici, Latini è contra in azimo. Tandem vltima ſeſſione (Deo diſponēte) Ioſeph Patriarcha Conſtantinopolitanus ſubita morte præuentus, à miniſtris inuentus eſt moriendo ſcripſiſſe profeſſionem fidei Romanæ, inuenta adhuc in eius manu calamo, & ſubter charta appoſita in qua ſcripſerat) tam ſuper hoc articulo de conficiēdo in azimo, quàm ſuper purgatorio & Primatu Romani Pontificis, qua volebat ſe ſubmittere iudicio Romanæ ſedis: & tunc reliqui omnes Græci Patres, vnanimi conſenſu diffinierunt cum Latinis. *Diffinimus in azimo ſiue fermentato pane triticeo, corpus Chriſti veraciter confici, ſacerdotesque in altero ipſum Domini corpus conficere debere, vnumquenque, ſcilicet iuxta Eccleſiæ ſuæ ſiue Occidentalis ſiue Orientalis conſuetudinem, dūmodo ſacerdos qui Chriſti ſacratiſſimum corpus conficit legitimis ſit ſacris initiatus, & vbi Miſſa celebratur ſacer locus ſit.* Vide Miſſa non niſi in loco ſacro celebranda, &c. Et, Miſſam nullus celebret niſi ſacerdos &c.

Probat Chriſtum non conſecraſſe in pane fermentato.

Exod. 12.

Luc. 22.

Ioannis 8.

1. Pet. 2.

1. Corint. 15.

1. Corint. 5.

Conciliū Florentinū generale cui interfuit imperator Conſtantinopolit. & Patriarcha.

Aduerte hic Ioſephus Patriarcha inuenitur mortuus in ſubſcriptione Romanæ fidei.

Euchariſtiæ ſacramentum ritè laicis ſub vna ſpecie, Sacerdotibus ſub vtraque conceditur.] Fruſtrà hic conarer ſermonem protrahere cum hoc à modernis doctoribus ita dilucidè probatum ſit, vt non ſit locus amplius hæſitandi, niſi fuerit ille infœlix & perditus qui adhuc in controuerſiam hoc vocauerit. De hac materia doctiſſimè egit contra Lutherum IOANNES ROFFENSIS Epiſcopus inclytus martyr, cap. 5. defenſionis aſſertionum Regis Angliæ (qui eum poſtmodum pro veritate iuſſit occidi.) Contra Babylonicam captiuitatem Lutheri. Egit & illuſtris ille noſtri ſeculi ſplendor STANISLAVS HOSIVS Legatus & Præſes in Concilio Tridentino atque Cardinalis S. Laurentij, in confeſſione ſua Catholica exhibita in Concilio Gueſuenſi, c. 40. Si tàm ex veteris teſtamenti figuris, quàm ex ſerie noui teſtamenti, & authoritate Patrum & Canonum atque Conciliorum, probant, vnam & alteram communionis ſpeciem laicis concedendam, ſacerdotibus verò vtranque. Verum quia iam hæc omnia paſſim inſeruimus ſuis locis, prout res poſcebat, nobis eſſet arduum cuncta repetere, vnde facilè quiuis poteſt colligere, vnius ſpeciei communionem laicis dandam. Offendes hoc ſæpius ſi vocabulum, Communio, & Euchariſtia, & Miſſa ob eruaueris, verum quod illi ſuppreſſerunt, etiam paucis more ſolito agemus, & producemus in mediū. Teſtatur quippè Apoſtolorum diſcipulus ABDIAS BABYLONIVS libro 9. certaminis Apoſtolici, Thomam Apoſtolum ſub vnica ſpecie fideles communicaſſe, vt ex prima huius vocabuli fronte reperies iam allegatum in vocabulo, Communio, ſiquidem non nobis licuit ita ſententias mutilare, vt mancas deferentes, huic inſeruire faceremus propoſitioni. Denique AMPHILOCHIVS ICONII Epiſcopus in vitam ſancti Baſilij ſæpius meminit, & ſub vna & aliquoties ſub vtraq; laicos communicaſſe ſpecie. GREGORIVS I. libro 3 Dialogorum, cap. 3. Agapitum Pontificem ſub vnica tantùm ſpecie laicos communicaſſe deſcribit: & in homilia in illud Euangelij: Si quis venit ad me & non odit Patrem, &c. Itidem feciſſe Caſſium Narnienſem Epiſcopū deſcribit. Quin & PAVLVS DIACONVS Mariæ Ægyptiacæ vitam deſcribens, narrat quomodo illa beata ſub vnica ſpecie ſæpius communicauerit. BEDA VENERABILIS libro 4. Hiſtoriæ Anglicanæ, capite 24. Hildam Abbatiſſam in mortis articulo Euchariſtiā ſub vna ſpecie paſtam teſtatur. Lege hiſtoriam. Sed vt innumeros alios authores ſubticeam, decretum profero Concilij generalis VI. CONSTANTINOPOLITANI III. ſub Conſtantino Pogonato, cano. 28. & allegat Gratianus De Conſecratione, diſtinctione 2. capite Didicimus. *Quoniam* ait *in diuerſis Eccleſijs intelleximus vua ad altare allata, ex quadam quæ inualuit conſuetudine miniſtros, poſtquam hæc incruento oblationis ſacrificio coniunxerint, vtraque ſimul populo diſtribuere, ſimul etiam eſſe decernendum perſpeximus, vt nullus ſacerdos hoc amplius faciat, ſed ad viuificationem & peccatorum remiſſionem ſolam oblationem populo impertiat, tanquam primitias autem vuæ allationem exiſtimantes ſacerdotes, & eam ſeorſum benedicentes petentibus impertire ad fructum datoris gratiarum actionem, per quos corpora noſtra diuina diſpoſitione augētur & aluntur. Si quis autem clericus præter hæc decreta fecerit, deponatur.* Hinc Concilium CONSTANTIENSE generale, ſeſſio. 13 ſic loquitur: *Cum in nonnullis mundi partibus quidam temerariè aſſerere præſumant, populum Chriſtianum debere ſacramentum Euchariſtiæ ſub vtraque panis & vini ſpecie ſuſcipere, & non ſolum ſub ſpecie panis, ſed etiam ſub ſpecie vini populum laicum paſſim communicent, etiam poſt cœnam vel alias non ieiunij & communicandum eſſe pertinaciter aſſerant, contra laudabilem Eccleſiæ conſuetudinem rationabiliter approbatam,*

Ioannes Roffenſis.

Staniſlaus Hoſius.

Abdias Babylonius.

Amphiloch. Iconij.

Gregorius I.

Paulus Diaconus.

Beda Venerabilis.

Conciliū Cōſtantinopolitanum 3. generale 6.

Conciliū Cōſtantienſe generale.

A *quam tanquam ſacrilegam damnabiliter reprobare conantur: hinc eſt quòd hoc præſens concilium ſacrum generale Conſtantienſe in Spiritu ſancto legitimè congregatum, aduerſus hunc errorem ſaluti fidelium prouideri ſatagens, matura plurium doctorum tàm diuini quam humani iuris deliberatione præhabita, declarat decernit & diffinivit, quòd licet Chriſtus poſt cœnam inſtituerit & ſuis diſcipulis adminiſtrauerit ſub vtraque ſpecie panis & vini hoc venerabile ſacramentum tamen hoc non obſtante ſacrorum canonum authoritas laudabilis, & approbata conſuetudo Eccleſiæ ſeruauit & ſeruat, quod huiuſmodi ſacramentum non debet confici poſt cœnam, neque à fidelibus recipi non ieiunis, niſi in caſu* B *infirmitatis aut alterius neceſſitatis à iure vel Eccleſia conceſſo vel admiſſo. Et ſicut hæc conſuetudo ad euitandum aliqua pericula & ſcandala eſt rationabiliter introducta, quod licet in primitiua Eccleſia huiuſmodi ſacramentum reciperetur à fidelibus ſub vtraque ſpecie, poſtea à conficientibus ſub vtraque, & à laicis tantummodo ſub ſpecie panis ſuſcipiatur, cùm firmiſſimè credendum ſit & nullatenus dubitandum, integrum Chriſti corpus & ſanguinem tam ſub ſpecie panis, quàm ſub ſpecie vini veraciter contineri. Vnde cùm huiuſmodi conſuetudo ab Eccleſia & ſanctis patribus rationabiliter introducta & diutiſſimè obſeruata ſit, habenda eſt pro lege quam non licet reprobare, aut ſine Eccleſiæ authoritate pro libito mutare.* C *Quapropter dicere quod hanc conſuetudinem aut legem obſeruare, ſit ſacrilegium aut illicitum, cenſeri debet erroneum: & pertinaciter aſſerentes oppoſitum præmiſſorum, tanquam hæretici arcendi ſunt & grauiter puniendi per diœceſanos locorum ſeu officiales eorum, aut inquiſitores hæreticæ prauitatis in regnis ſeu prouinciis, in quibus contra hoc decretum aliquid fuerit forſan attentatum aut præſumptum, iuxta canonicas ſanctiones, in fauorem catholicæ fidei contra hæreticos & eorum fautores ſalubriter adinuentas. Item ſancta ſynodus decernit & declarat ſuper iſta materia, reuerendiſſimis in Chriſto patribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & eorum in ſpiritualibus Vicariis vbilibet conſtitutis, proceſſus eſſe dirigendos,* D *in quibus eis committatur & mandetur authoritate huius ſacri Concilij ſub pœna excommunicationis, vt effectualiter puniant eos contra hoc decretum excedentes, qui communicando populum ſub vtraque ſpecie panis & vini exhortati fuerint, & ſic faciendum eſſe docuerint: & ſi ad pœnitentiam redierint ad gremium Eccleſiæ ſuſcipiantur, iniuncta eis pro modo culpæ pœnitentia ſalutari. Qui verò ex illis ad pœnitentiam redire non curauerint animo indurato, per cenſuras Eccleſiaſticas per eos vt hæretici ſunt coercendi, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis.* Et Concilium BASILEENSE ſeſſione trigeſima, ſic ſtatuit. E *Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis in ſpirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Vt lucidius videatur pro declaratione catholicæ veritatis, quid circa perceptionem ſacræ Euchariſtiæ tenendum ſit & agendum pro vtilitate & ſalute populi Chriſtiani, poſt diligentem perſcrutationem diuinarum ſcripturarum ſacrorumque canonum, & doctrinarum à ſanctis patribus & doctoribus traditarum in hac ſancta ſynodo longis temporibus habitam, conſideratiſque omnibus quæ pro declaratione huius rei conſideranda fuerunt, decernit & declarat eadem ſancta ſynodus, quòd fideles laici ſiue clerici communicantes & non conficientes, non aſtringuntur ex præcepto domini ad ſuſcipiendum ſub vtraque ſpecie, panis ſcilicet & vini, Euchariſtiæ ſacramentum.* A *Sed Eccleſia quæ regitur ſpiritu veritatis ſecum manente in æternum, & cùm qua Chriſtus manet vſque ad conſummationem ſeculi, (ſicut ait diuina ſcriptura) ordinare habet quomodo ipſis non conficientibus miniſtretur, pro vt pro reuerentia ipſius ſacramenti & ſalute fidelium viderit expedire. Sanè autem ſub vna ſpecie, ſiue ſub duplici quis communicet ſecundum ordinationem ſeu obſeruantiam Eccleſiæ, proficit dignè communicantibus ad ſalutem: Nec vllatenus ambigendum eſt quòd non ſub ſpecie panis caro tantùm, nec ſub ſpecie vini ſanguis tantùm, ſed ſub* B *qualibet ſpecie eſt integrè totus Chriſtus. Laudabilis quoque conſuetudo communicandi laicum populum ſub vna ſpecie ab Eccleſia & ſanctis patribus rationabiliter introducta, & hactenus diutiſſime obſeruata, & à doctoribus diuinæ legis ſacrarum ſcripturarum atque canonum multam peritiam habentibus tam a longæuo tempore commendata, pro lege habenda eſt, nec alicui licitum eſt eum reprobare, aut ſine authoritate Eccleſiæ ipſam immutare. Datum Baſileæ in noſtra ſolenni & publica ſeſſione, decimo Calendis Ianuarij, Anno. 1437.* Eadem, Concilium COLONIENSE III. parte ſeptima, capite decimo quinto, renouat, & COLONIENSE IV. capite C trigeſimo quinto, ſub finem Concilium autem MOGVNTINVM IV. capite trigeſimo ſecondo. *Cùm* (inquit) *nemo fidelium dubitet virtutem ſacroſanctæ Euchariſtiæ, non ex ſpeciebus pendere, ſed ex viuifica Chriſti carne & ſanguine prouenire: iam ne hoc quidem quiſquam fidelis dubitare debet, illum ſub vna ſpecie communicandi morem, ad ſalutem ſumentium æquè vtilem efficacem eſſe, quàm alterum ſub vtraque: cùm conſtet non minus accipi in vna ſpecie, & eum quoque communicandi morem in vna ſpecie, iam inde ab initio praxis Chriſti & Apoſtolorum in Eccleſiam introduxerit: vnicuique autem fidelium ex his duobus communicandi modis, eum meritò tenendum eſſe* D *quem Eccleſia, propter cauſas rationabiles pro temporum ratione elegerit, & populo tradiderit obſeruandum.* Hæc autem iterum renouat Concilium TRIDENTINVM, ſeſſione vigeſima prima, quæ fuit quinta, ſub Pio quarto, vbi docet laicos & clericos non conficientes, non aſtringi iure diuino ad communionem ſub vtraque ſpecie. *Nam* (inquit) *& ſi Chriſtus Euchariſtiæ ſacramentum in panis & vini ſpeciebus inſtituit & Apoſtolis tradidit, non tamen illa inſtitutio & traditio eò tendit, vt omnes Chriſti fideles ſtatuto domini ad vtramque ſpeciem accipiendam aſtringantur. Poteſtas autem in Eccleſia ſemper fuit,* E *vt in ſacramentorum diſpenſatione, ſalua illorum ſubſtantia, ea ſtatueret vel mutaret, quæ ſuſcipientium vtilitati, ſeu ipſorum ſacramentorum venerationi, pro temporum & locorum varietate, magis expedire iudicaret. Id autem Apoſtolus non obſcurè viſus eſt innuiſſe, cùm ait: Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti & diſpenſatores myſteriorum Dei, atque ipſum quidem hac poteſtate vſum eſſe, ſatis conſtat, cùm in multis aliis, tum in hoc ipſo ſacramento, cùm ordinatis nonnullis circa eius vſum, cætera (inquit) cùm venero diſponam. Quare agnoſcens ſancta mater Eccleſia hanc ſuam in adminiſtratione ſacramentorum authoritatem, licet ab initio Chriſtianæ religionis non infrequens vtriuſque ſpeciei vſus fuiſſet: tamen progreſſu*

Marginal notes (left): Matth. 26. Marc 14. Luce 22. — A ieiunis cõfectum Chriſti corpus debere ſumi vide poſt hâc immediate diſtinctionem. — Conſuetudo pro lege habenda. — Animaduerſio hæreticorum. — Concilium generale Baſileenſe.

Marginal notes (right): Laici nec Cle[rici] non conficientes aſtringuntur ad communi[onem] ſub vtraque ſpecie — Matth. 26. — Sub altera ſpecie totus Chriſtus ſiue ſub qualibet. — Concilium Colonienſe 3. — Idem 4. — Concilium Moguntinenſe 4. — Concilium Tridentinum generale. — 1. Corinth. 4 — 1. Corinth. 11

A *temporis, latiſſimè, iam mutata illa conſuetudine, grauibus & iuſtis cauſis adducta, hanc conſuetudinem ſub altera ſpecie communicandi approbauit, & pro lege habendam decreuit quam reprobare, aut ſine ipſius Eccleſiæ authoritate pro libito mutare non licet. Declarat inſuper ſancta ſynodus, quamuis redemptor noſter, vt antea dictum eſt, in ſuprema illa cœna hoc ſacramentum in duabus ſpeciebus instituerit, & Apoſtolis tradiderit tamen fatendum eſſe etiam ſub altera tantum ſpecie, totum atque integrum Christum, verumque ſacramentum ſumi, ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia neceſſaria ad ſalutem eos defraudari, qui vnam ſpeciem ſolam accipiunt, &c.* Sequenti autem capite minuit paruulos non obligari ad communionem: vide ſuperius. Communio, &c. Hanc autem, perpetuo anathemate, doctrinam improbantes, fecit. B Quam doctrinam & Facultas LOVANIENSIS ſub Carolo 5. Imperatore anno 1544. congregata, articulo 15. confirmat eiſdem pene verbis: & Facultas PARISIENSIS ſub Franciſco primo annno 1543 congregata articulo ſeptimo. *Non eſt (ait) laicis ad ſalutem neceſſaria communio ſub vtraque ſpecie, rectèque certis ac iuſtis de cauſis olim ab Eccleſia ſancitum eſt, vt illis ſub vna tantum panis ſpecie communicetur.* Vide communio, & Miſſa.

Facultas Louanienſis.

Facultas Pariſienſis.

C Euchariſtiæ ſacramentum à ieiunis ſacerdotibus confici, & ab eiſdem atque cæteris fidelibus ſumi debet.] Iam ex Nicephoro ſuperius oſtenſum eſt libro 17. cap. 25. antiquitus Euchariſtiam à ieiunis ſumi, & ſupra etiam ex Concilio Conſtantienſi monſtratum eſt debere à ieiunis ſacerdotibus confici, ſed adhuc quædam reſtant quæ hic perſtringemus quam poterit fieri breuiſſime. Sic ego ABDIAS BABYLONIVS libro 7. certaminis Apoſtolici, narrat Matthæum Apoſtolum poſtquam pro laude virginitatis orationem elegantem habuit, præſente Ephigenia, ſic intuliſſe. *Si aliquis prius cibum carnalem accipiat, & poſtea ipſo die quo iam cibo naturali refectus eſt cibum ſpiritualem ſumat, ex* D *vtroque cibo reus criminis & inhoneſtatis & præſumptionis efficitur: non ideo quia manducauit, ſed quia contra ordinem, & contra iuſtitiam, & contra regulam Dei cibo carnali prius refectus eſt.* Prætera fideles ſolitos ſumere ieiunios Euchariſtiam, docet TERTVLIANVS CARTHAGINENSIS libro 2. ad vxorem, vbi maxima recenſens incommoda, quæ ex matrimonio contracto cum diuerſæ fidei partibus proueniunt ait. *Si mulier Chriſtiana infideli iuncta eſt*, non ſciet maritus quid ſecreto ante omnem cibum guſtes? & ſi ſciuerit, panem non illum credit eſſe qui dicitur & hæc ignorans quiſque rationem ſimpliciter ſuſtinebit ſine gemitu ſine ſuſpitione panis an veneni? Idem & teſtatur antiquiſſimus Pontifex SO- E TER I. vt dicemus in vocabulo miſſa: & Concilium CARTHAGINENSE III. canone 29. & allegatur à Gratiano de conſecratione diſtinctione 1. cap. ſacramenta. *Sacramenta (ait) altaris non niſi a ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuerſario quo cœna domini celebratur: nam ſi aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, ſeu Epiſcoporum, ſeu clericorum commendatio facienda eſt, ſolis orationibus fiat, ſi illi qui faciunt iam pranſi inueniantur.* Idem eadem repetit & canone 48. Sed & eadem ſtatuit Concilium HIPPONENSE cano. 30. Concilium AFFRICANVM canone 8. & 14. & Concilium GENERALE VI.

Abdias Babylonius.

Tertullianus Carthaginẽſis.

Soter 1.

Conciliũ Carthaginenſe 3. ſub Syricio.

Vide ſuffragia pro defunctis Calmini de quibus ſuperius defunctus fol. 132. pag. 2.

Cõcilium Affricanum ſub Bonifacio 1.

A Conſtantinopolitanum 3. canone 19. vbi allegat etiam præfatum Carthaginenſe decretum. Porrò AVGVSTINVS HIPPONENSIS epiſtola 118. ad Ianuarium, de conſuetudinibus Eccleſiæ capite ſexto, & allegat Gratianus de conſecratione diſtinctione ſecunda capite liquido. *Liquido patet (ait) quando primo acceperunt diſcipuli corpus & ſanguinem Domini, non eos accepiſſe ieiunos. nunquid tamen propterea calumniandum eſt vniuerſa Eccleſia quòd a ieiunis ſemper accipitur? Ex hoc enim placuit Spiritui ſancto, vt in honorem tanti ſacramenti, in os Chriſtiani prius dominicum corpus intret, quam cæteri cibi. Nam ideo per vniuerſum orbem mos iſte ſeruatur.* B *Neque enim quia poſt cibos dedit dominus, propterea pranſi aut cœnati fratres ad illud ſacramentum accipiendum accedere deberent aut conuenire, ſicut faciebant quos Apoſtolus arguit & emendat, &c.* Hinc Concilium MATISCONENSE II. ſub Pelagio ſecundo, Epiſcoporum 60. canone ſexto. *Decreuimus vt nullus preſbyter confertus cibo, aut crapulatus vino, ſacrificia contrectare, aut Miſſas priuatis feſtiſque diebus concelebrare præſumat: iniuſtum eſt enim vt ſpirituali alimento corporale præponatur. Sed ſi quis hoc attentare curauerit, dignitatem amittat honoris. Iam enim & de tali cauſa in Conciliis Affricanis definitum eſt tempore*, Bonifacij papæ 1. vt poſuimus ſuperius. C *Quam definitionem noſtro quoque dignum duximus ſociare decreto, vt ſacramenta altaris non niſi à ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuerſario, quo cœna domini celebratur. Quæcunque reliquiæ ſacrificiorum poſt peractam Miſſam in ſecretario ſuperſederint, quarta vel ſexta feria innocentes ab illo, cuius intereſt, ad Eccleſiam adducantur, & indicto eis ieiunio, eaſdem reliquias conſperſas vino percipiant.* Hoc obſeruatum etiam ſuo tempore teſtatur NICEPHORVS CALLISTVS libro decimo ſeptimo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ capite vigeſimo quinto, vt poſuimus ſuperius. Idem omnino poſtea ſtatuit Concilium ANTISIODORANSE capite vigeſimo no- D no, & Concilium BRACARENSE II. capite decimo, vbi quoſdam preſbyteros corripit, quod Miſſas mortuorum poſt acceptum merum, vel oblationem aoſi fuerant conſecrare: *Quod ſi hoc (ait) vltra præſumptum fuerit, vt non ieiunus oblationem conſecrauerit in altari, continuò ab officio ſuo priuatus, à proprio deponatur Epiſcopo.* Deinque Concilium SALEGVNSTADIENSE ſub Benedicto octauo, & Henrico Imperatore ſecundo, canone quarto, decreuit vt preſbyter aliquis, poſt galli cantum æſtiuis noctibus bibens, proximo die Miſſam non celebret, hiemalibus ſimiliter ſi neceſſitas cogat. Sequenti autem canone quinto, prohibet, ne amplius quàm tres miſſas, preſbyter in vna E die celebrare præſumat: Vide miſſa. Porrò non eſt opus repetere, quod ſuperius protulimus ex Concilio CONSTANTIENSI, vide ſi lubeat: Porrò Concilium MOGVNTINVM IV. canone trigeſimo tertio, *Parochis & miniſtris Eccleſiarum ſerio inhibemus, ne cui extra caſum infirmitatis, aut neceſſitatis ſacroſanctam Euchariſtiam, niſi ieiuno & confeſſo porrigere præſumant.* Vide communio, & ſequentia.

Euchariſtiæ ſacramentum eleuandum & adorandum.] Non dubito quin hoc iam ſæpius repetierimus ſuperioribus annotationibus: veruntamen exigit ratio, vt dicamus antiquum eſſe morem Euchariſtiam eleuatam à po-

Cõciliũ Hipponenſe.
Cõcilium Cõſtantinopol. 3. generale 6.

Auguſtinus Hipponenſis.

Cõcilium Matiſconenſe 2. ſub Gontrano rege.

Idem repetit decretũ premiſſum quia alium hi pot[illegible] al legant quam Gratiano[illegible] tur & quem in proprio canone reperimus.

Nicephorus Calliſtus.

Cõcilium Antiſſiodorenſe.

Cõcilium Bracarenſe 2.

Conc[illegible] Salegunſtadienſe.

Conciliũ Moguntinum 4.

Pſalm. 71.

pulis adorari: quod & multi ex pſalmo ritè comprobant prædictum, vbi dicitur: *Erit firmamentum in terra in ſummis montium, &c.* Eo loco Rabini multi interpretantur, in capitibus ſacerdotum placentam tritici eleuandam, vt aliàs docuimus in Pandecta noſtra Euangelica lib. 3. cap. 4. dum de ſacramento Euchariſtiæ, ex prophetarum oraculis tractaremus. Lege Franciſcum Titelmanum Haſſelenſem in huius pſalmi elucidatione. Hoc & probatur ex figura leuitici vbi

Leuit. 23.

quæcunque offerebantur, eleuari dicebantur, & ideò rectè inſtitutum fuiſſe videmus à maioribus noſtris, cùm Euchariſtiam ſacerdos eleuat, quod eſt ſacrificij ſignum, vt in genua procidentes Chriſtum in Euchariſtia præſentem adorent, ſimul & cum defertur per vrbem ſeu ad infirmos, ſeu in proceſſionem. Sed ne ſine teſtimoniis procedamus, ſic poſt antiquiores, quorum memoriam faciemus in vocabulo, Miſſæ ritus & ceremoniæ, &c. BASILIVS MAGNVS lib. 1. de Spiritu ſancto cap. 27. loquitur, dum de traditionibus tractat *Ad Orientem (ait) conuerſos eſſe nos dum oramus, quæ ſcriptura nos docuit? Inuocationis verba, dum oſtenditur * Panis Euchariſtia, & poculum benedictionis, quis ſanctorum, ſcripto nobis reliquit? Non enim his contenti ſumus, quorum Apoſtolus aut Euangelium mentionem fecit: ſed & antè & poſt alia quadam dicimus, velut magnum robur ad myſteria habentia, ex doctrina ſcripto non prodita aſſumpta, &c.* Idem in liturgia ſua quæ approbatur à Concilio generali 6 cano. 32. idem docet faciendum. vnde AMPHILOCHIVS ICONII, in vita eiuſdem Baſilij, *Accedens (ait) Baſilius ad ſanctum altare, cœpit docere ſcribens in charta ſic: Repleatur os meum laude, vt hymnum dicat gloria tua domine Deus, qui creaſti nos & adduxiſti in vitam hanc, & cæteras orationes ſancti miniſterij. Et poſt finem orationum, exaltauit panem ſine intermiſſione orans & dicens Reſpice domine Ieſu Chriſte Deus noſter ex ſancto habitaculo tuo, ad ſanctificandum nos, &c. Et diuidens panem in tres partes, vnam quidem communicauit timore multo, alteram autem reſeruauit conſepelire ſecum: tertiam vero imponens columbæ aureæ quæ pependit ſuper altare, &c.* Hinc AVGVSTINVS HIPPONENSIS in pſalmum 98. exponens illud, *Adorate ſcabellum pedum eius, &c. Quia (inquit) Chriſtus in carne hic ambulauit, & ipſam carnem nobis manducandam ad ſalutem dedit, nemo autem carnem illam manducat niſi prius adorauerit, inuentum eſt quemadmodum adoretur tale ſcabellum domini: vt non ſolum non peccemus adorando, ſed peccemus non adorando, &c.* Vide Miſſa, &c. hinc IOANNES DAMASCENVS in vita Barlaam & Ioſaphat, ita apertè hoc myſterium exponit, vt non ſit vltra relictus dubitationis locus: ſcribit quippe Barlaam ſic inſtruxiſſe filium Regis Ioſaphat. * *Accipe (ait) & perceptionem illibatorum Chriſti myſteriorum, & crede in veritate corpus & ſanguinem eſſe Chriſti Dei noſtri, quem dedit fidelibus in remiſſionem peccatorum. Nam nocte qua tradendus erat, ſanctis ſuis diſcipulis & Apoſtolis, & per eos omnibus in ſe credentibus dixit: Accipite & manducate. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur in remiſſionem peccatorum, Similiter & calicem accipiens dedit eis dicens: bibite ex hoc omnes, hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti. qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum. Ipſe enim Dei ſermo viuus & efficax, & omnia virtute ſua peragens, facit & conuertit diuino verbo ſuo panis & vini oblationem, in corpus & ſanguinem ſuum ſuperueniente ſpiritu ſancto, in ſanctificationem & illuminationem cum deuote percipientium. Adora eum fide, oſculando, venerando imaginem dominici characteris propter nos incarnati Dei verbi, ipſum te reputans creatorem cernere imagine ſua. Reuerentia namque imaginis (ait quidam ſanctorum) ad exemplar eiuſdem tranſit imaginis, exemplar eſt ex quo ipſa imago deriuatur. In imagine igitur figuram intuentes, mentis oculis ad verum tranſimus illius aſpectum cuius imago eſt. pie adorantes propter nos incarnati effigiem, non Deum facientes, ſed imaginem incarnati Dei oſculantes deſiderio & amore, qui ſemetipſum exinaniuit propter nos vſque ad formam ſerui, &c.* Vide imago, &c. hinc Concilium COLONIENSE III. capite 16. partis 7. *Quoniam (ait) in hoc ſacramento Chriſtus continetur, cohortandus eſt populus, vt ad hæc myſteria contremiſcens, cum in celebratione Miſſarum eleuatur hoſtia ſalutaris, ſe reuerenter inclinet, corporeque humi fuſo mente adoret crucifixum facturus idem cum presbyter defert ad infirmum Euchariſtiam, quam ob id paratam ſemper habere debet, &c.* Vide ſequentem diſtinctionem de Euchariſtia infirmis miniſtranda, &c Hoc prius ſtatuiſſe HONORIVM III. docet Gratianus de conſecratione diſtinctione 2. de celebratione miſſarum, capite ſane. hinc etiam Concilium TRIDENTINVM generale nouiſſimum ſeſſione 13. quæ fuit 3. ſub Iulio 3. capite 5. *Nullus (ait) dubitandi locus relinquitur, quin omnes Chriſti fideles pro more in catholica Eccleſia ſemper recepto, latriæ cultum, qui vero deo debetur, huic ſanctiſſimo ſacramento, in veneratione adhibeant: neque enim minus eſt adorandum, quod fuerit à Chriſto domino, vt ſumatur, inſtitutum. Nam illum eundem Deum præſentem in eo adeſſe credimus, quem pater æternus introducens in orbem terrarum, dixit & adorent eum omnes Angeli Dei, quem Magi procidentes adorauerunt, quem denique in Galilæa ab Apoſtolis adoratum fuiſſe ſcriptura teſtatur.* Vide plura in vocabulo, Miſſæ ritus, & cæremoniæ, & Miſſæ aſſiſtunt Angeli, &c Et Euchariſtiæ ſolemnitas, infra.

Baſilius Magnus.

*Ergo bene lector cognoſce, quis Euchariſtiæ eleuatio & adoratio fiebat ante Baſilium, cum ipſe traditionem eam in teſtimonium veritatis profert.

Amphilochius Iconij.

Fractio hoſtie. Reſeruatio hoſtiæ.

Auguſtinus Hipponenſis

Ioannes Damaſcenus.

*Quid hoc lucidius teſtimonio tam antiqui patris, & in ipſius Eccleſiæ naſcentis exiſtentis primis têporibus.

Conciliū Colonienſe 3.

Honorius 3.

Conciliū Tridentinū generale.

Hebræo. 1. Pſal 96. Matth. 2. Matth. 28.

[De Euchariſtia infirmis, & periclitantibus pro viatico deferenda & miniſtranda.]

Hæc quidem propoſitio tam ex præcedentibus, quàm adhuc ex ſequentibus roborabitur, vt facile erit colligere. Itaque in promptu eſt vt doceamus antiquiſſimum morem fuiſſe, deferre Euchariſtiam ad infirmos, & infirmos in ægritudine ſemper ſolitos communicare. Primo loco nobis locupletiſſimus teſtis occurrit vir Apoſtolicus DIONYSIVS ALEXANDRINVS, epiſtola ad Fabianum (vt narrat EVSEBIVS CAESARIENSIS libro ſexto hyſtoriæ Eccleſiaſticæ capite trigeſimo quarto) in qua refert Serapionem quendam fuiſſe apud Alexandriam, vnum ex his qui lapſi ſunt eumdemque ſæpe deprecatum vt ſuſciperetur, nec tamen impetraſſe, oppreſſum Deinde narrat hunc eſſe ægritudine, ita vt in triduo iam ſine voce prorſus iaceret, & pauculum quarta die reſpirantem vocaſſe ad ſe filiam ſuam, & dixiſſe. Quouſque me detinetis? quæſo vos, citò aliquis presbiterum roget, vt poſſim aliquando dimitti, & cùm hæc dixiſſet rurſum ſine voce permanſiſſe. *Abiit curſu puer (inquit Dionyſius) ad presbyterum noctis tempore, infirmabatur presbyter, venire non potuit: tamen cum præceptum fuerat à me, vt lapſis in exitu nemo reconciliationis ſolatium denegaret, & maximè his quod prius id rogaſſe conſtaret,*

Dyoniſius Alexandrinus. Euſebius Cæſarienſis. Hyſtoria Serapionis qui in infirmitate Euchariſtiam ſibi afferri popoſcit.

In mortis [illegible] datur Eucharistia.

ret, parum Euchariſtia puero qui ad ſe venerat dedit, quod infuſum iuſſit ſeni præberi. Regrediente adhuc puero, antequam regrederetur domum, rurſus Serapion reſpiciens, rediſti, inquit, fili? licet preſbyter venire non potuit, tu tamen imple quod tibi præceptum eſt, vt poſſim diſcedere: cumque eſſet completa ſolennitas, velut cathenis quibuſdam vinculiſque diruptis, latiorem iam ſpiritum reddidit: ex quo, ſcilicet conſtat certiſſime huius boni auxilio nullum debere fraudari, &c. Hinc etiam ante hæc tempora narrat MARCELLVS MARTYR, qui tempore S. Ignatij pro Chriſto paſſus eſt, in vita S. Petronillæ quæ filia fuit S. Petri Apoſtoli. *Veniens* (inquit) *ad eam S. Nicomedes preſbyter celebrauit myſteria Chriſti, virgo autem ſanctiſſima mox vt corporis Chriſti ſacramentum accepit, reclinans ſe in lectulo emiſit ſpiritum* * Denique EXVPERIVS TOLOSANVS Epiſcopus referente HIERONYMO epiſtola ad Roſticum monachum in fine. *Vidua Sareptenſis imitatur eſuriens* (ait) *paſcit alios, & ore pallente ieiuniis famie torquetur aliena, omnemque ſubſtantiam, Chriſti viſceribus erogauit. Nihil illo ditius, qui corpus domini caniſtro vimineo, ſanguinem portat in vitro, ſcilicet ad infirmos, vt ex vita eiuſdem colligitur.* Sed ante illum Concilium NICAENVM I. ſub Conſtantino 1. canone 13. & allegat Gratianus cauſa 26. quæſtione 6. capite de his verò. *De his* (ait) *qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua regularisque ſeruabitur, ita vt ſi quis egreditur de corpore, vltimo & neceſſario viatico minime priuetur. Quod ſi deſperatus aliquis, & conſecutus communionem oblationiſque particeps factus, iterum conualuerit, ſit inter eos qui communionem orationis tantummodo conſequuntur. Generaliter autem omni cuilibet, in exitu poſito, & poſcenti ſibi communionis gratiam tum tribui, Epiſcopus probabiliter ex oblatione dare debebit.* Idem ſtatuit INNOCENTIVS I. epiſtola 3. quæ eſt ad Exuperium Toloſanum Epiſcopum capite 2. vt alibi dicetur. Præterea narrat etiam AMPHILOCHIVS ICONII in vita Baſilij magni *Cum* (ait) *grauis infirmitate detineretur, circa horam nonam ſteti magnus pater noſter Baſilius ad miniſterium Miſſa in ſancta Eccleſia, ſimul cum clero & ciuitatis capitaneis: & iterum cum ipſis panem ſumens dimiſit eos, inſtruens & oſculans eos in oſculo ſancto, & nouum Chriſti militem commendans, etiam & omnes in Domino, atque diſpoſitam ſibi conſepelire fecit tertiam partem qua à domino data fuit ei communionis, & recumbens in lecto gratias egit extensè domino, & adhuc cum eſſet in ore eius, reddidit domino ſpiritum, &c.* Hinc AMBROSIVS MEDIOLANENSIS oratione funebri in morte fratris ſui Satyri. *Quod* (inquit) *obſeruantiam eius erga Dei cultum prædicem, qui priuſquam perfectioribus eſſet initiatus myſteriis, in naufragio conſtitutus cum ea qua veheretur nauis ſcopuloſo illiſa vado, & vrgentibus hinc atque inde fluctibus ſolueretur, non mortem metuens, ſed ne vacuus myſterij exiret è vita, quos initiatos eſſe cognouerat, ab his diuinum illud fidelium ſacramentum popoſcit, non vt curioſos oculos inſereret arcanis, ſed vt fidei ſua conſequeretur auxilium? Etenim ligari fecit in orario, & orarium inuoluit in collo, atque ita ſe deiecit in mare, non requirens de nauis compage reſolutam tabulam, cui ſupernatans iuuaretur, quoniam fidei ſolius arma quæſierat, &c.* Et ISVARDVS MONACHVS in martyrologio. *Romæ* (ait) *via appia in cœmeterio calixti natale S. Tharſitij acolythi & martyris, quem cum pagani inueniſſent ſacramenta corporis Chriſti portantem cœperunt diſquirere quid gereret. At ille indignum iudicans porcis margaritas prodere, tandiu ab eis fuſtibus ac lapidibus eſt mactatus quouſque ſpiritum exhalaret, & reuoluto eius corpore, ſacrilegi diſcuſſores nihil ſacramentorum Chriſti in eius manibus ac veſtibus inuenerunt, &c.* Hinc PALLADIVS HELENOPOLITANVS in dialogo de vita S. Ioannis Chryſoſtomi, & NICEPHORVS CALLISTVS libro 13. capite 37. & SIMEON METAPHRASTES in eius vita narrant quomodo Chryſoſtomus cum lecto decumberet in Cucuſo, & ſciret ſuam imminere mortem annuntiantibus ei illam Petro & Ioanne Apoſtolis. *Cæleſti eum* (ait) *beati Apoſtoli, & ineffabili eſca pauerunt,* & infrà *Itaque cùm res ſuas diſpoſuiſſet*, linguam ad docendum mouiſſet, *lotius ſe, ita vt calceos quoque indueret, veſtibus ſuis ornaſſet, & per communionem diuinam ſanctificationem percepiſſet, Gloria* (inquit) *tibi domine de rebus omnibus, & ſeipſo ſigno crucis ſub qua vixerat obſignato, beatam illam ingreſſus eſt profectionem, cum Chriſto viuens & regnans, &c.* Porrò HIERONYMVS vt refert ille qui eius vitam conſcripſit EVSEBIVS Monachus, cùm eſſet morti vicinus rogauit ſibi corpus dominicum afferri, quòd & factum eſt *Cum autem* (inquit) *preſbyter ſacratiſſimum corpus obtuliſſet, ille proſtrauit ſe pronum in terram voce & lachrimis orationis, &c. vbi orationem compleuit, vir domini ſacrum Domini corpus ſuſpiciens ad terram ſupinus rediit, &c.* Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro ſexto confeſſionum capite ſecundo, & reliquis, ſed & libro de viſitatione infirmorum, docet quod infirmis dari debeat corpus Chriſti, & cum illud Iacobi exponit. *Infirmatur quis in vobis, &c. Ergo* (inquit) *ſic roget de te & pro te fieri, ſicut dixit Apoſtolus Iacobus, imo per Apoſtolum ſuum dominus. Ipſa videlicet olei ſacrati libatio, intelligitur ſpiritus ſancti typicalis vnctio. Illud etiam viuificum Dominici corporis ſupplementum ſuſcipere non renuas, quin potius illud amiciſſimè quæras, fideliter comedas: cibus ille etenim incomparabilis, ineffabilis, viaticum tibi erit ſaluberrimum, redemptionis tuæ pretium, redemptoris monimentum & redemptis munimentum, &c.* Idem, & epiſtola vigeſima tertia, ad Bonifacium Epiſcopum. hinc Concilium GERVNDINSE in Hiſpania, ſub Hormiſda canone nono, & allegatur à Gratiano diſtinctione 50. capite Is verò. *Is verò, qui ægritudinis langore depreſſus, pœnitentiæ benedictionem, quam viaticum deputamus, per communionem acceperit, & poſtmodum reconualeſcens caput pœnitentiæ in Eccleſia publicè non ſubdiderit: ſi prohibitis vitiis non detinetur obnoxius admittatur ad clerum.* Huic aſtipulatur decreto MARTINVS BRACARENSIS Epiſcopus octageſimo ſecundo, collectorij, & allegatur à Gratiano cauſa vigeſima ſexta quæſtione ſexta, capite. Si quis. *Si quis de corpore exiens nouiſſimum & neceſſarium communionis viaticum expetit, non ei denegetur quod ſi in deſperatione poſitus, poſt perceptam communionem iterum ſanus fuerit factus, tantum in oratione particeps ſit. Nam non accipiat ſacramentum donec conſtitutum pœnitentiæ tempus impleat. Qui ergo in exitu mortis ſunt & deſiderant accipere ſacramentum cum conſideratione & probatione Epiſcopi, accipere debent.* Porrò PAVLVS DIACONVS in vita Mariæ Ægyptiacæ quæ multum laudata, & approbata in Concilio generali ſeptimo, narrat quomodo

Marcellus martyr.

*Lege & infra in Cypriano. Exuperius Toloſanus. Hieronymus Stridonenſis.

Conciliū Nicænum magnū ſub Syluestro.

Innocentius I.

Amphilochius Iconij.

Ambroſius Mediolanenſis.

Euchariſtiæ virtute in mari Satyrus ſaluatus.

Iſuardus monachus.

Palladius Helenopolitanus Epiſcopus.

Nicephorus Calliſtus. Simeon Metaphraſtes.

O beati viri felicem exitum.

Hieronymus Stridonenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Cōcilium Gerundenſe in Hiſpania.

Martinus Bracarenſis.

Paulus Diaconus.

illa

Beda Vener.

illa beata peccatrix, diuina antequam moreretur myſteria participauerit. Sed & BEDA VENERABILIS libro qoarto, hiſtoriæ Anglicanæ capite tertio De Ceadda Epiſcopo loquens. *Confeſtim(* ait *)languore corporis tactus eſt, & hoc per dies ingraueſcente, ſeptimo (vt promiſſum ei fuerat) die poſtquam obitum ſuum Dominici corporis & ſanguinis perceptione muninit, ſoluta ab ergaſtulo corporis anima ſancta ducentibus, vt credi fas eſt, Angelis comitibus æterna gaudia petiuit, &c.* Idem eodem libro cap. 14. de Vilfrido Epiſcopo loquens ait. *Cui antè mortem Petrus & Paulus apparuerunt & dixerunt. Nos te hodierna die ad cœleſtia regna ſimus perducturi, ſed primum expectare habes donec Miſſa* B *celebrentur, ac viatico Dominici corporis & ſanguinis accepto, ſic infirmitate ſimul & morte abſolutus, ad æterna in cœlis gaudia ſubleueris, &c.* Idem eodem lib. 4. cap. 24. de Hilda Abbatiſſa loquens, eam tradit antè mortis horam Euchariſtiæ ſacramentum ſumpſiſſe. Et SIMEON METAPHRASTES in vita Danielis Stylitæ, narrat ſanctos ad eundem Apoſtolos veniſſe. *Et tribus diebus ante mortem iuſſerunt eum(* ait *) diuinum celebrare myſterium, quod quidem celebrauit, & intemerata illa ſumpſit ſacramenta, & his quibus par erat impertiit, &c.* Idem in vita Euſtratij & Aogentij, quorum nos feſtum in die S. Luciæ celebramus, narrat Euſtratium Epiſcopum præfatum antè martyrium communionem ſumpſiſſe. Sic & Idem, in vita Melanæ C Romanæ. *Dato(* ait *)iam deſuper ſigno emigrationis, diuina ſumit ſacramenta* Hinc ROBERTVS S. RAMIGII libro . expeditionis Hieroſolymitanæ, narrat quòd cum Franci contra Turcas egregio certamine pugnaſſent. * *Pars(* inquit *)Turcorum cucurrit ad caſtra Chriſtianorum, & ibi vnum preſbyterum Miſſam celebrantem inuenerunt, quem ante altare detruncauerunt. O fœlix fœlicis preſbyteri martyrium, cui præbuit ducatum Dominici corporis viaticum, &c.* Porrò EDMERVS ANGLVS libro 2. de vita Anſelmi. *Spiritu itaque fortis, ſed carne nimium fragilis, pedes oratorium adire nequibant. Attamen conſecrationi dominici corporis, quod ſpeciali quodam deuotionis affectu venerabatur, intereſſe deſiderans, ſingulis diebus illuc ſe in ſella faciebat deferri, &c.* Et IACOBVS ACHONENSIS Epiſcopus in vitam Mariæ Æguienſis. Monachum quidem aliquem ſumptione corporis Chriſti deuota perfectè conualuiſſe deſcribit, & eandem virginem in mortis articulo, cum ingenti ardore ſuſcepiſſe memorat. Sed quid plura in medium proferimus? non eſt qui iſtud vnquam inficiatus fuerit, quod ſcilicet Euchariſtia infirmis ſit deferenda pro viatico: hinc eſt vt paucis abſoluamus, quòd MARTINVS V. dedit indulgentias centum dierum, illis qui corpus Chriſti comitabuntur, dum ad infirmos defertur & refertur. Vide, Euchariſtiæ ſolennitas, infra. Hinc etiam Conci- E lium COLONIENSE III. partis 7. capite 16. dum de adoranda Euchariſtia loquitur, ſic ait *Euchariſtiam autem ob id paratam ſacerdos ſemper debet habere, vt quando quis infirmatus fuerit ſtatim eum communicet, ne ſine communione decedat. Quod faciens decenti habitu indutus, hanc ſalutarem hoſtiam palam ac honorificè ante pectus, cum omni reuerentia & timore ferat & referat, lumine ſemper præcedente, vt ſigno populus intelligat illic enim eſſe præſentem, qui eſt candor lucis æternæ: Hac denique ſacroſancta hoſtia reponatur ſemper in loco ſingulari mundo & ſignato, honorificéque collocata deuotè ac fideliter conſeruetur.* Denique Concilium AVGVSTENSE capite 18. idem præcipit ſcilicet, quòd quando Euchariſtia ad infirmos defertur, lumen præferri, & campanella fidelibus dari ſignum debeat. *Caueat autem (* ait *) preſbyter vt ad infirmum pauciores duabus particulis non deferat, ne populus in redeuntis manibus inane vaſculum adoret: ſin autem contigerit forte, vt reuertis ad templum ſine Euchariſtiæ ſacramento cogatur, lumen proferri aut ſignum dari prohibeat.* Sed & Concilium TRIDENTINVM generale ſeſſione 13. quæ fuit 3. ſub Iulio tertio: capite ſexto. *Sacram(* ait *)Euchariſtiam deferri ad infirmos, & in hunc vſum diligenter in Eccleſiis conſeruari, præterquam quod cum ſumma æquitate & ratione coniunctum eſt, tum multis in* B *Conciliis præceptum inuenitur, & vetuſtiſſimo Catholicæ Eccleſiæ more eſt obſeruatum. Quare ſancta hæc ſynodus retinendum hunc omnino ſalutarem & neceſſarium morem ſtatuit.* Anathema omnibus qui hoc improbant dicit eadem ſynodus. His iunge quæ ſequuntur, quia adhuc confirmant.

Simeon Metaphraſtes.

Robertus S. Remigij.

* Hæc hiſtoria mihi præſens ſeculum videtur depingere.

Edmerus Anglus.

Iacobus Achonēſis Epiſcop.

Martinus 5. Indulgentia illis datur qui corpus Chriſti comitabuntur dum ad infirmos defertur. Conciliū Colonienſe 3.

Diſciplina ſacerdotis dum defert ad infirmos Euchariſtiam.

Conciliū Auguſtenſe ſub Othone Cardinali.

Conciliū Tridentinum generale nouiſſimum.

Euchariſtiæ aſſeruatio in vſus neceſſarios licita probatur.] Hæc propoſitio dependet ex ſuperiori, quia omnino idem eſt ſubiectum, & vt ex præcedentibus decretis Conciliorum probatum eſt, idcirco Euchariſtia reſeruatur, vt potiſſimum infirmis conſulatur. Itaque ad huius confirmationem repete quæ iam ſuperiori annotatione diximus, ſicut & hæc quæ nunc di- C cturi ſumus, adhuc præcedentia confirmabunt. Igitur quod Euchariſtiæ aſſeruatio, non ſit recens inſtitutum, probatur ex Apoſtolorum traditione. CLEMENS I. epiſtola ſecunda, ad Iacobum fratrem Domini. *De fragmentis(* ait *) Dominici corporis demandamus. Tribus gradibus commiſſa ſunt ſacramenta diuinorum ſecretorum.* (hæc allegat Gratianus de conſecratione diſtinctione ſecunda, capite tribus gradibus *) id eſt Preſbytero, Diacono &* * *miniſtro, qui cum timore & tremore clericorum, reliquias fragmentorum corporis Dominici cuſtodire debent ne qua putredo in ſacrario inueniatur, ne cum negligenter agitur, portioni corporis domini grauis inferatur iniuria. Communio enim corporis Domini noſtri* D *Ieſu Chriſti ſi negligenter erogetur, & preſbyter minora non curet admonere officia, graui anathemate & digna humiliationis plaga feriatur. Certè tanta in altari holocauſta offerantur, quanta populo ſufficere debeant. Quòd ſi remanſerint, in craſtinum non reſeruentur, ſed cum timore & tremore clericorum diligentia conſumantur. Qui autem reſidua corporis domini quæ in ſacrario relicta ſunt conſumunt, non ſtatim ad communes accipiendos cibos conueniant, ne putent ſanctæ portioni commiſceri cibum, qui per aqualiculos digeſtus in ſeceſſum funditur. Si ergo mane dominica portio editur, vſque ad ſextam ieiunent miniſtri qui eam conſumpſerunt, & ſi tertia vel quarta hora acceperint, ieiunent vſque ad veſperam, ſic ſecreta* E *ſanctificatione cuſtodienda ſunt ſacramenta.* Idem & de ſacro calice paulo infra eadem ſtatuit. *Iterum(* inquit *) de fragmentis dominici corporis demandamus. Calicem verò ad perferendum ſanguinem domini præparatum, cum tota munditia miniſtrorum, miniſter præparet, ne non bene lotus calix, Diacono peccatum fiat offerentis, ita cum omni honeſtate cuncta quæ ſupra expoſuimus oportet impleri. Statuimus item ne murium ſtercora inter fragmenta dominicæ portionis appareant, neque putrida(* vide etiam infrà *) per negligentiam remaneant clericorū, & conuenientes qui accipere ſibi medicinam deſiderant, putrida cùm viderint, magis cùm ridiculo & faſtidio videantur accipere, & in peccatum magis decidant per negligen*

Clemens 1.

Euchariſtia quibus datur cuſtodienda, & diſpenſanda. vide etiam ſupra eonuiuio.

* vel Hypodiacono.

Ergo reſeruabantur Euchariſtiæ partes.

tiam clericorum,&c. Hæc allegat Iuo Carnotenſis lib 1. decretorum. Porrò de aſſeruatione Euchariſtiæ expreſsè loquitur DIONYSIVS AREOPAGITA epiſtola ad Demophilum, vbi ſacroſancta myſteria quæ aſſeruabantur, vt his diſtribuerentur, Monachis ſcilicet & populo qui ab adminiſtratione eorum ſuſpendebantur, recenſet à Demophilo contra fas prophanata. *Quæ* (ait) *rite immaculata tandiu ſeruata ſunt, vt ſubiectis cultoribus* (hoc eſt monachis) *& ſacro populo, & his qui purgantur ordinibus, ſacra myſteria pro meritis pandantur, tyrannicè nimium inuaſiſti, ſanctaque ſanctorum, & quidem nolentes, tibi publicari coegiſti: & poſthac haberi abs te ſacra, atque ſeruari dicis, cùm ea neque videre neque audire merueris, neque aliquid habeas ſacerdotio dignum, &c.*

Dionyſius Areopagita.

B TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS etiam eiuſdem rei meminit in fine libri de oratione loquens de ſtationibus in quibus Euchariſtiæ ſacramentum offerebatur. *Accepto* (ait) *corpore Domini & reſeruato, vtrumque ſaluum eſt, & participatio ſacrificij & executio officij, &c.* Meminit eiuſdem rei & generale Concilium NICÆNVM I. cano 18. vt in vocabulo, Diaconus, reperies. Superius ex AMPHILOCHIO ICONII Docuimus Baſilium magnum in ſacro vaſe Euchariſtiæ partem reſeruaſſe. Porrò IOANNES CHRYSOSTOMVS epiſtola ad Innocentium papam I. quam & allegat Nicephorus Calliſtus libro 13. cap. 19. tractans de rebus ſuis & de miſero ſtatu Eccleſiæ qui tunc erat, teſtatur Euchariſtiam ab impiis, è

Tertullianus Carthaginenſ.

Concilium Nicænum 1. ſub Cõſtantino Magno.

Amphilochius Iconij.

Ioannes Chryſoſtomus.

C loco vbi erat repoſita, furatam & conculcatam: ſic autem loquitur. *Lauacra ipſa ſanguine repleta, & ſacri latices purpureo ſanguinis colore infecti, & vbi * ſanctum repoſitum eſt, eo milites ingreſſi, quorum nonnulli, ſicuti accepimus, Chriſtianis ſacris initiati non erant, penitiùs omnia perluſtrarunt, & ſanctiſſimus Chriſti ſanguis, in tanto ſcilicet tumultu, in eorum qui dicti ſunt veſtimenta effuſus, omnia denique perinde atque in barbara captiuitate per audaciam acta ſunt.* Simile quid narrat RAVERVS S. LAVRENTII de viris illuſtribus ordinis ſui, contigiſſe miraculum. Refert quippe quòd

** Sanctum ſcil. ſacramentum Euchariſtiæ ne dubites, & aduerte quia noſtro æuo ſimilia perpetrata ſunt.*

D dum incendium Paroccitanam Eccleſiam depaſceret, & cum tanta fuiſſet conflagratio vt etiam campanas liquefaceret eiuſdem Eccleſiæ, armariolum tamen ligneum quo in pixide clauſum corpus Dominicum habebatur, corrumpi aduſtione non potuerit, ſacroſanctum ſcilicet ſuum ſeruante ſancto ſanctorum, cuius caro requieuit in ſpe, cuius non derelicta fuerit anima in inferno, cui datum eſt non videre corruptionem, &c. Porrò longè ante illum meminit Euchariſtiæ aſſeruandæ CYRILLVS ALEXANDRINVS, epiſtola ad Caloſirium Epiſcopum Arſinoitem,

Memorabile exemplum Reuerus S. Laurencij Monachus.

Cyrillus Alexandrinus.

E cuius meminit S. Thomas Aquinas parte 1. ſummæ quæſtio 76. & Staniſlaus Hoſius Græcè textum citat capite 39. confeſſionis Catholicæ, fidei: ſic autem loquitur Cyrillus. *Nec dubites* (ait) *an hoc verum ſit, eo manifeſtè dicente. Hoc eſt corpus meum: ſed potius ſuſcipe verba Saluatoris fide, cum enim ſit veritas, non mentitur. Inſaniunt igitur dicentes myſticam benedictionem à ſanctificatione ceſſare, ſi quæ reliquiæ remanſerint eius in diem ſubſequentem, non enim mutabitur ſacroſanctum corpus Chriſti, ſed virtus benedictionis & viuificatrix gratia iugis in eo eſt, &c.* Meminit & aſſeruatæ Euchariſtiæ, ſub eodem tempore celebratum Concilium ARELATENSE III. ſub Leone I vt mox ad calcem huius diſtinctionis dicemus, de conſeruanda Eucha-

Concilium Arelatenſe 3.

A riſtia à corroſione, &c. Porrò SIMEON METAPHRASTES in vita Theoctiſtes Leſbiæ. *Cùm* (inquit) *eſſem nauigaturus ad venationem, accepta in Pixide parte diuinæ carnis Domini, eam tuli ad beatam* (& infrà.) *Ergo autem eduxi e ſinu meo pixidem cum carne Domini. Cum illa autem in terram cecidiſſet diuinum donum accepit, &c.* Satis ergo apparet quia olim Euchariſtia aſſeruabatur in pixide, vt nunc fit. Sed maiori dignum eſt admiratione quod narrat NICEPHORVS CALLISTVS libro 18. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 45. Acephalos nempe Hæreticos, cùm ipſi neque baptiſmum iuxta ſolennem Eccleſiæ morem ſuſciperent, neque oblationem aut aliquam rem diuinam factam, aut miniſterium Eccleſiaſticum:

Symeon Metaphraſtes.

Nicephorus Calliſtus.

Hæretici aſſeruabãt olim Euchariſtiam, ſed noſtri deſtruũt.

B *Communionem tamen* (ait) *à pluribus tempore aſſeruatam habentes, feriis paſchalibus in minutiſſimas inciſam partes, conuenientibus ad ſe hominibus dederunt, &c.* Denique CLERICI ANTIOCHENI epiſtola miſſa ad Ioannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum, contra Seuerum Epiſcopum ſuum hæreticum, quæ lecta eſt actione 1. generalis 5. Synodi Conſtantinopolitanæ 2. apertè docent quomodo reuerenter ſacramenta aſſeruabantur ſuper altari. Inter crimina quippe quæ ei obiiciunt: *Præſumpſit* (aiunt) *columbas aureas & argenteas, in formam Spiritus ſancti ſuper diuina lauacra & altaria appenſas, vnà cum aliis ſibi appropriauit, dicens, non oportere in ſpecie columbæ Spiritum ſanctum nominare.* Conſtat autem in huiuſmo-

Clerici Antiocheni.

Et nunc quid fecerũt noſtri Caluiniſtæ?

C di columbæ ſpeciem reponere ſolitum Euchariſtiæ ſacramentum Baſilium magnum vt ex Amphilochio ſupra docuimus. Hinc TVRONENSE Concilium II. ſub Pelagio 1. cano. 3. *Corpus Domini in altari* (ait) *non in imaginario ordine, ſed ſub crucis titulo componatur.* Et Concilium LATERANENSE ſub Innocentio 3. generaliſſimum, vt pote patrum 1215. cap. 20. *Statuimus vt in cunctis Eccleſiis, Chriſma & Euchariſtia ſub fideli cuſtodia clauibus adhibitis conſeruentur* (vide & Chriſma ſupra) *ne poſſit ad illa temeraria manus extendi, ad aliqua horribilia vel nepharia exercenda. Si verò ad quem ſpectat cuſtodia, ea incautè reliquerit, tribus*

Concilium Turonenſe 2.

Concilium Lateranenſe generale Patrum 1215. ſub Innocentio 3.

Contra negligenter ſacramentum.

D *menſibus ab officio ſuſpendatur: & ſi per eius incuriam aliquid nefandum inde contigerit, grauiori ſubiaceat vltioni.* Eadem ſub ſimilibus verbis repetit Concilium OXONIENSE in Anglia, ſub eodem Innocentio 3. cap 17. & Concilium COLONIENSE III. partis 7. cap. 16. AVGVSTENSE Concilium cap. 18. hoc habet. *Hoſtia viualis pro infirmorum viatico, in loco mundo ac honorato, accenſo ad eum perpetuo lumine, ſeruetur, &c.* Et Concil. TRIDENTINVM generali ſeſſione 13. quæ eſt 3. ſub Iulio 3 ſic loquitur. *Conſuetudo aſſeruandi in ſacrario ſanctam Euchariſtiam adeo antiqua eſt, vt eam ſeculum etiam Niceni Concilij agnouerit.* Vide ſuperius, & longe ſequentia

Concilium Oxonienſe in Anglia.

Concilium Colonienſe 3.

Concilium Auguſtenſe.

Concilium Tridentinum generale.

E Euchariſtia negligenter curata & corroſa. Hoc repete ex ſuperiori diſtinctione, ſcilicet ex epiſtola 2. CLEMENTIS I. ad Iacobum fratrem Domini. Verùm & narrat Gratianus de conſecratione diſtinctione 2. capite, Qui non bene. & Iuo Carnotenſ. libro 1. decretorum, Concilium ARELATENSE III. ſub Leone 1. ſtatuiſſe hoc modo. *Qui non benè cuſtodierit ſacrificium, & mus vel aliquod aliud animal comederit illud, quadraginta dies pœniteat:* Qui autem perdiderit illud in Eccleſia, aut pars eius ceciderit, aut non inuenta fuerit, triginta dies pœniteat. Porrò de negligentiis & peccatis quæ committuntur in Eu-

Clemens 1.

Concilium Arelatenſe 3.

Burchardus Vormatienſis.

charſtiam, multa profert decreta BVRCHARDVS Vormatienſis Epiſcopus, lib.5. Decretorũ, cap. 46. 47. & reliquis. Inter quæ affert decretum

Bedæ Pœnitentiale.

pœnitentialis BEDÆ, vbi ſic legitur: *Si quis per ebrietatem vel voracitatem Eucharistiam euomuerit, quadraginta dies pœniteat, clerici vel monachi ſeu diaconi quadraginta dies pœniteant, preſbyteri 70. dies, Epiſcopi 90. Si pro infirmitatis cauſa euomuerit 7. dies pœniteat.* Tum ex decreto tertio

Pius I.

PII primi, ſic ſubiungit: *Si vero per negligentiam de calice aliquid ſtillauerit in terram, lingatur, tabula radetur: ſi non fuerit tabula, vt non conculcetur, locus corradetur, & in igne conſumetur, & cinis intra altare recondetur, & ſacerdos quadraginta dies pœniteat. Si ſuper altare ſtillauerit calix, ſorbeat minister ſtillam, & tres dies pœniteat: ſi per linteum altaris, ad aliud ſtilla peruenerit, quatuor dies pœniteat: ſi vſque tertium, nouem dies: ſi vſque quartum quindecim dies, & linteamina quæ tetigerunt ſtillam tribus minister abluat vicibus, calice ſubterpoſito, & aqua ablutionis ſumatur, & iuxta altare recondatur.*

De negligentiis circa Eucharistiam.

Conſequenter ex pœnitentiali

Theodori Pœnitentiale.

THEODORI. *Qui euomuerit* (inquit) *ſacrificium & à canibus conſumitur, annum vnum pœniteat: ſin autem, quadraginta dies pœniteat, in die quando communicauerit ſacrificium euomuerit, ſi ante mediam noctem tres ſuperpoſitiones faciat. Si poſt mediam noctem duas, ſi poſt matutinas vnam.* Et pœnitentiale

Pœnitentiale Romanum.

ROMANVM. *Si verò ſacrificium euomuerit, quadraginta dies pœniteat, ſi infirmitatis cauſa ſeptima dies, ſi in ignem proiecit, ſeptem Pſalmos cantet: ſi verò canes lambuerint talem vomitum, centum dies qui euomit pœniteat.* Et Conciliũ

Conciliũ Aurelianenſe.

AVRELIANENSE I. vel II. canone 5. vt idem allegat Burchardus, cap. 50. lib. 5. prædicti. *Omne ſacrificium ſordida vetuſtate perditum, igne comburendum eſt, & cinis iuxta altare ſepeliendus.* IDEM cano. 6. *Qui non benè cuſtodierit ſacrificium, & mus vel aliquod aliud animal comederit illud, quadraginta dies pœniteat: qui autem perdiderit illud in Eccleſia, aut pars eius ceciderit & non inuenta fuerit, viginti dies pœniteat. Perfundens aliquid ſuper altare de calice quando offertur, ſex dies pœniteat, aut ſi abundantius, ſeptem dies pœniteat: qui antè perfundit calicem dum ſolennitas Miſſæ celebratur, quadraginta dies pœniteat. Si verò celebrata Miſſa preſbyter neglexerit accipere ſacrificium, ſimiliter quadraginta dies pœniteat* (vide ſuprà Communio) *& qui acceperit ſacrificium pollutus nocturno tempore, ſeptem dies* (vide Pollutio) *diaconus obliuiſcens oblationem offerre donec offeratur linteamen, quando recitantur nomina Pauſantium, ſimiliter pœniteat. Qui negligentiam erga ſacrificium fecerit, vt vermibus conſumptum ad nihilum deuenerit, tres quadrageſimas cum pane & aqua pœniteat. Si integrum inuentum fuerit in eo vermis comburatur, & cinis ſub altari condatur, & qui neglexerit quaternis diebus ſuam negligentiam ſoluat. Si cum amiſſione ſaporis decoloratur ſacrificium, viginti dies expleantur ieiunio, conglutinatum vero ſeptem dies qui merſit pœniteat.*

Satisfactiones pro negligentiis circa Eucharistiam.

Et pœnitentiale

Pœnitentiale Romanum.

ROMANVM iterum. *Si ceciderit ſacrificium de manibus offerentis, terra tenus, vt non inueniatur, omne quodcunque inuentum fuerit in loco in quo ceciderit comburetur, & cinis, vt ſuprà, abſcondatur, & cui acciderit medium annum pœniteat: ſi verò ſacrificium inuentum fuerit, locus ſcopis mundetur, & ſtramen vt ſuprà igneatur, & cinis, vt ſuprà, recondatur, & ſacerdos viginti dies pœniteat.* Vide latiùs in cautelis Miſſæ, quæ imprimuntur in Miſſalibus Romanis. Porrò lege vocabulum, Miſſam celebrans ſi languore correptus, &c.

Eucharistia quibus non ſit danda.] Superiùs in vocabulo, Communio, poſuimus. Non danda leproſis. Vide Leproſus.

Eucharistia non danda furioſis, neque excommunicatis.] Vide ſuperiùs vocabulo, Arrepticius, Energumenus, &c. & infra, Excommunicatus, ex ſecunda epiſtola Clementis, ad Iacobum fratrem Domini, & aliis.

Eucharistia non danda mortuis & defunctis.] Superiùs quidem probauimus iuſtè Euchariſtiam infirmis porrigi, verùm vbi mortui fuerint non eſſe illis Euchariſtiam miniſtrandam cenſet

Cyprianus Carthaginenſis.

CYPRIANVS CARTHAGINENSIS, lib. 1. Epiſtolar. epiſt. 2. ad Cornelium: *Non morientibus* (ait) *ſed viuentibus communicatio a nobis danda eſt, vt quos excitamus & cohortamur ad prælium, non inermes ac nudos relinquamus, ſed protectione ſanguinis & corporis Chriſti muniamus: & cum ad hoc fiat Euchariſtia, vt poſſit accipientibus eſſe tutela, quos tutos eſſe contra aduerſarium volumus, munimento dominicæ ſaturitatis armemus. Nam quomodo docemus aut prouocamus eos in confeſſione nominis ſanguinem ſuum fundere, ſi eis militaturis Christi ſanguinem denegemus. Aut quomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, ſi non eos ad bibendum prius in Eccleſia poculum Domini iure communicationis admittimus?*

Martyres ante certamen Euchariſtiam ſumebant.

IDEM eadem reſumit lib. 4. Epiſtolar. epiſt. 6. ad plebem Thibari cõſiſtentem, ad calcem. Hinc poſtea Concilium

Concilium Carthaginenſe 3. ſub Syricio I. Matth. 26.

CARTHAGINENSE III. (ſubſcripſit huic Auguſtinus) cano. 6. *Placuit vt corporibus defunctorum Euchariſtia non detur, dictum eſt enim a Domino: accipite & edite, cadauera autem nec accipere poſſunt nec edere. Cauendum eſt etiam ne mortuos baptizari poſſe fratrum infirmitas credat, cum Euchariſtiam mortuis non dari animaduerterit.* Hic canon repetitur in Cõcilio

Concilium Nipponenſe.

HIPPONENSI cano 5. & in Concilio ANTISSIODORENSI ſub Deuſdedit Papa I. capite 12. & in Concilio GENERALI VI. Conſtantinopolitano III. ſub Conſtantino IV. Imperatore dicto Pogonato, in Trullo loco celebrato, cano 83.

Concilium Conſtantinopolitanũ 3. generale 6.

Euchariſtiam indigne, ſceleris ſibi conſcij vel ſiniſtra intentione ſumentes.] Superiùs inſigne miraculum poſuimus quod tempore S. Chryſoſtomi accidit, ſed & in aliis locis paſsim oſtendimus quãta debeat tractari vel ſumi reuerentia illud ſacramentum, tam ex Optato Mileuitano, quàm ex cæteris Patribus. Vnde & CYPRIANVS CARTHAGINENSIS ſermone de lapſis tertio, miracula circa Euchariſtiam facta narrat ſuo tempore:

Cyprianus Carthaginenſis.

Quædam (ait) *ætate prouecta & in annis adultioribus conſtituta ſacrificantibus nobis latenter obrepſit, nõ cibum ſed gladium ſibi ſumens, & velut quædam venena lethalia intra fauces & pectus admittens, angi, & anima exæſtuante concludi poſtmodum cœpit, & preſſuram non iam perſecutionis ſed delicti ſui paſſa, palpitans & tremens concidit. Impunitum diu non fuit, nec occultum diſſimulatæ conſcientiæ crimen, quæ fefellerat hominem, Deum ſenſit vltorem.*

Aduerte hæc.

Aliud. *Cum quædam arcam ſuam, in qua ſanctum Domini fuit, manibus indignis tentaſſet aperire, inde igne ſurgente deterrita eſt, ne auderet attingere.*

Aliud.

Aliud. *Et quidam alius & ipſe maculatus, ſacrificio à ſacerdote celebrato, partem cum cæteris auſus eſt latenter accipere, ſanctum Domini edere & contrectare non potuit, cinerẽ ſe ferre apertis manibus inuenit, &c.*

Aliud.

Porrò PLATINA CREMONENSIS, in vita Adriani II. narrat de Lothario Rege Franciæ, qui duas duxiſſe vxores apud eundem accuſabatur (vide Digamus ſuprà) quod cum ad communionem ab eodem Pontifice eſſet vocatus, vt ſi

Platina Cremonenſis.

tes vera eſſet non auderet accedere, illam vt ſe innocentem falsò profiteretur, intrepidum cum quibuſdam qui ſui erant ſceleris conſcij communionem ſumpſiſſe,& infrà annum illum & omnes ſuos mortuos, & nobilitatem omnem ingentem cladem ac populum, horrendum in modum peruaſiſſe. Denique ALEXANDER III. ſcribens Epiſcopo S. Agathes,& inſeritur parte 50. Concilij Lateranenſis quod celebrauit, cap. 30. *De muliere (ait) quæ prout nobis ſignificaſti cupiens viri ſui amplius eius amorem conquirere, ſuſcepto corpore Christi & in ore retento eidem viro ſuo oſculum cum eo porrexit,& ipſum traijcere poſt modum cum voluit non potuit, ſed verſum eſt in carnem, cum tangeret, iuxta dentes molares,& caro ſupercreuit, & adhuc eſt intus. Circa quod fraternitati tuæ non poſſumus ſanum dare conſilium, niſi quid eam moneas & compellas, vt tantum per condignam pœnitentiam & bona opera ſatagat expiare delictum. Credere quippe debemus, quod ſi verè contrita fuerit, & condignam pœnitentiam egerit,& tu ad Deum pro ea deuotè oraueris, corpus Christi traijcere poterit diuina gratia ſuffragante, &c.* Multa quidem & alia miracula reperiuntur, ſed & quædam ſedulè veriſſima CLAVDIVS FIRMINVS Cœleſtinus concludere ſategit libro illo, quem de ordinis noſtri viris ſpectatis & illuſtribus conſcripſit, vbi & acta multa recenſet, quæ vel ad preces fratrum, vel ad deuotionem fideliũ in monaſterijs noſtris perpetrata noſcuntur. Sunt & alij qui de miraculis circa Euchariſtiam peractis egerunt quos pertranſeo.

Alexander 3.

Horrendũ piaculum nec minus miraculo memoria dignum.

Claudius Firminus Cœleſtinus.

Euchariſtiæ ſacramentum ſemper hæretici dictis & factis perſecuti ſunt.] Nihil hic libuit apponere, quia hoc repoſitum inuenies in vocabulo, Hæretici ſemper Eccleſiam & eius miniſtros perſecuti ſunt, & miſcuerunt ſacra prophanis, &c. & Miſſæ oſores hæretici,& ſuprà iam dictum eſt, Eccleſia ſemper habuit perſecutores hæreticos,&c Requirere igitur in illis locis omnia fideliter repoſita. Porrò ſi ampliori velis rerum hiſtoria perfrui, nouiſſimè exijt in lucem liber omni pretio ſuperior THOMAE BEAVXAMIS Carmelitæ, quo ab initio hæreſes omnes contra ſacramentum Euchariſtiæ inſurgentes recenſuit. Hoc etiam non ſiluit CHRISTOFORVS VIEZIVS Cœleſtinus & prior Eſclimontanus, mihi & amicitiæ glutino & vitæ contubernio coniunctiſſimus, in libro quem Hæreſobrachologiam nominauit, vbi omnes hæreſes contra Catholicæ fidei religionem cum eorum authoribus prodit & damnatas oſtendit. Denique ſatis hanc propoſitionem noſtrum ſeculum comprobat, vbi hæretici omnium veterum hæreſiarcharum aſſumentes non tam doctrinam quàm impietatem, contra hoc nobile ſacramentum coniurarunt, ſicut eorum irreuerentia & crudelis furor ſtygialiſque rabies, omnibus bonis exhorrentibus tale facinus, prodit. De his ſtrategematibus librum edidit & notus omnibus tam vitæ ſanctitate quàm doctrinæ eminentia, inſignis Theologus & religioſus deuotus CLAVDIVS DE SAINCTES, nec dubito multo plures futuros, qui miſerandam noſtræ tempeſtatis hiſtoriam poſterorum oculis digna fide vulgatis libris iungerent.*

Thomas Beauxamis Carmelita.

Chriſtophorus Viezius Cœleſtinus.

Claudius de ſainctes Canonicus regularis & doctor.

** Hic ablicus ſum ponere de Euchariſtiæ ſolemnitate, et pete poſita ad ... vocabulo Miſſæ.*

EVLOGIA.

.*. De Eulogijs, locis quidem plurimis locuti ſumus, ſic ſe materia offerente. Quod autem ſpecialiter ad hoc vocabulum pertinet, vide Epiſtola & literæ,& alijs in locis.

EVNVCHVS.

Eunuchi an poſsint ordinari.] CANON APOSTOLORVM XX. allegatur à Gratiano diſtinct. 3. cap. Eunuchus,& diſtinct. 55. *Eunuchus ſi ex hominum quidem iniuria factus ſit, vel in perſecutione virilibus priuatus ſit, vel ſinatus eſt,& dignus eſt, efficiatur Epiſcopus.* Item CANON XXIII. *Si quis cum clericus fuerit abſciderit ſemetipſum, omnino damnetur. quia ſuus eſt homicida.* Et Concilium NICAENVM I generale, cano. 1. & allegatur à Gratiano, diſtinct. 55. cap Si quis: *Si quis à medicis in morbo exciſus, vel a Barbaris exectus eſt, is in clero maneat. Si quis autem cum eſſet ſanus ſeipſum excecuit, eum etiam in clero examinatum ceſſare conuenit, & deinceps nullum talem oportet promoueri.* Idem omnino eodem tempore celebratum Concilium ARELATENSE II. ſub Syluestro I. cano. 7. & GELASIVS I. epiſt. 1 ad Epiſcopos Brutiorum Lucaniæ & Siciliæ, cap. 19. Sed & hos canones allegat MARTINVS BRACARENSIS, cap. 18. ſui collectorij, & Iuo Carnotenſis, lib. 3. Decretorum, & relecti ſunt hi canones & approbati in Concilio CARTHAGINENSI VI. Epiſcoporum 217. Denique de eiſdem Eunuchis INNOCENTIVS I loquitur, epiſto. 4. quæ eſt ad Fœlicem Nucerianum Epiſcopum, cap. 1. & allegat Gratianus, diſtinct 55 cap. qui partem. Vide infrà poſitum vocabulo, Membris mutilatus, &c. & homicida ſuipſius, &c.*

Canon Apoſtolorum.

Concilũ Nicenum 1. ſub Conſtantino Magno.

Concilũ Arelatenſe 2.

Gelaſius 1.

Martinus Bracarenſis.

Concilũ Carthaginenſe 6.

Innocentius 1.

** Eunuchos multiplices deſcribit Gregorius Nazianzenus oratione 30. ad calcẽ.*

EXACTIO.

Exactiones in Eccleſiaſticos fieri prohibentur.] Lege ſuperiùs hoc probatum dictione, Clericus,& vocabulo, Eccleſiæ immunitas,& vocabulo, Decimæ,& infrà, Pedagium. Concilium TOLETANVM III. cano. 20. & allegatur à Gratiano, cauſa 10. quæſt. 3. ca. Quia cognouimus: *Multorum (ait) querela hanc conſtitutionem exegit, quia cognouimus Epiſcopos per parochias ſuas non ſacerdotaliter, ſed crudeliter deſæuire. Et dum ſcriptũ ſit, Forma eſtote gregi, neque vt dominantes in clero, exactiones diœceſi ſuæ vel damna infligant. Ideoq; excepto quod veterum conſtitutionis a parochijs habere iubent Epiſcopos, alia quæ huculque præſumpta ſunt denegentur: hoc eſt, neque in angarijs presbyteri aut diaconi, neque in aliquibus fatigentur indictionibus, ne videamur in Eccleſia Dei exactores potius, quam Dei Pontifices nominari. Hi vero clerici tam locales, quàm diœceſani, qui ſe ab Epiſcopo grauari cognouerint, querelas ſuas ad Metropolitanum deferre non differant,& Metropolitanus non moretur eiuſmodi præſumptiones coërcere.* IDEM & ſequenti can. 21. allegatúrque à Gratiano, cauſa 12. quæſt. 2. capite Eccleſiarum: *Quoniam cognouimus in multis ciuitatibus Eccleſiarum ſeruos,& Epiſcoporum, vel omnium clericorum, à iudicibus vel actoribus publicis in diuerſis angarijs fatigari, omnium Concilium à pietate. Glorioſiſſimi Domini noſtri popoſcit, vt tales deinceps auſus inhibeat, ſed ſerui ſupraſcriptorum officiorum in eorum vſibus, vel Eccleſia laborent. Si quis vero iudicum aut exactorum, clericum aut ſeruum clerici vel Eccleſiæ in publicis ac priuatis negotijs occupare voluerit, à communione Eccleſiaſtica (cui impedimentum facit) efficiatur extraneus.* Idem ſtatuit Concilium CABILONENSE II. cap 51. vbi admonentur Epiſcopi, vt omnibus gubernationem & diſciplinam oſtendant,& eos tanquam fratres agnoſcant,& miſericorditer eos tractent in exigendis quibuſlibet

Concilũ Toletanum 3. ſub Pelagio 2.

1. Petri 5.

Concilũ Cabilonenſe ſub Carolo Magno.

debitis.

Côcilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

A debitis. Hinc Concilium LATERANENSE, ſub Alexandro III. par.1 can.4. *Prohibemus* (ait) *ne ſubditos ſuos talliis & exactionibus Epiſcopi grauare præſumant. Suſtinemus autem pro multis neceſſitatibus, quæ aliquoties ſuperueniunt, vt ſi manifeſta & rationabilis cauſa extiterit, cum charitate moderatum ab eis valeant auxilium poſtulare. Cum enim dicat Apoſtolus: Non debent parentibus filii theſaurizare, ſed parentes filiis, multum longè à paterna pietate videtur, ſi præpoſiti ſuis ſubditis graues exiſtant, quos in cunctis neceſſitatibus paſtoris more fouere debent. Archidiaconi autem ſiue decani, nullas exactiones vel tallias in presbyteros ſeu clericos exercere præſumant, &c.* Idem etiam ne à ſecularibus patiantur imperat, vt repoſuimus vocabulo, Clericus, ſimiliter Concilium LATERANENSE GENERALE ſub Innocentio III. cap 46. vt loco præfato allegatum inuenies, & in vocabulo, Decimæ. Denique Concilium CONSTANTIENSE generale, hæc decreta longo verborũ tractu renouat, ſeſſio.19 quæ ad calcem eſt Concilij. Ibi de exactionibus, talliis, permutationibus, alienationibus, &c non exigendis ab Eccleſia, nec à Xenodochiis, niſi neceſſitatis cauſa. vt præmiſſum eſt, & hoc à ſummo Pontifice obtenta licentia tractans, præfati Concilij Lateranenſis decretũ exponit, & ſtatuit, vt omnes qui exactiones imponere præſumpſerint cuiuſcunque ſint ſtatus, anathemate feriantur, & omnia in contrarium data priuilegia irrita decernit, & nullius valoris. Hoc & confirmat Concilium BASILEENSE generale, in Karolina, vbi & decreta præmiſſa allegat, & ea quæ in ſupramemoratis vocabulis inſerta ſunt. Inſuper allegat etiam decretum FRIDERICI II. IMPERATORIS, quo iubet vt nulla communitas, perſona publica vel priuata, collectas ſeu exactiones, angarias vel perangarias, Eccleſiis vel aliis piis locis, aut Eccleſiaſticis perſonis huiuſmodi imponere, ſeu inuadere Eccleſiaſtica bona præſumerent: vide infrà facultates Eccleſiæ non inuadendæ, quod ſi ſecus facerent, & requiſiti ab Eccleſia vel imperio huiuſmodi emendare contemnerent, tripliciter refunderent, & nihilominus banno imperiali ſubiacerẽt, quod ſine ſatisfactione debita nullatenus remitteretur. Statuit inſuper quòd quæcunque cõmunitas vel perſona per annum in communicatione propter libertatem Eccleſiæ violatam perſiſteret, ipſo iure ſimiliter dicto banno imperiali ſubiaceret, à quo nullatenus extraheretur, niſi priùs ab Eccleſia beneficio abſolutionis obtento. Inſuper ordinauit, vt nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione vel ciuili, ad iudicium ſeculare trahere præſumeret, cõtra eaſdem canonicas ſanctiones & conſtitutiones imperiales: (vide ſuperiùs Clericus ſeculari iudicio nõ ſiſtendus) quòd ſi ſecus faceret actor, à ſuo iure caderet, & iudicatum non teneret, & iudex foret ex tunc iudicandi authoritate priuatus, &c. Porrò allegat ibidem CAROLI IV. IMPERATORIS edictum, quo illos banno imperiali & mulctæ grauiſſimæ ſubmittit, qui per ſecularem poteſtatem bona clericorum occuparent, arreſtarent, & oblationes Chriſti fidelium minuerent atque reſtringerent, qui actiones & tallias indebitas, de bonis & redditibus Eccleſiarum exigerent & extorquerent, qui poſſeſſiones Eccleſiarum, perſonarum earundem deuaſtarent incendiis & rapinis, quæ poſteà decreta confirmata ſunt ab HONORIO III. Eadem renouat Concilium LATERANENSE

Côcilium Lateranenſe generale ſub Innocent. 3.

Côcilium Cõſtantienſe.

2. Corint. 12.

Conciliũ Baſileēſe generale.

Fredericus 2. Imperator.

Clerici nõ poſſunt ad ſeculare iudicium trahi.

Carolus 4. Impera.

Honorius 3. Côcilium Lateranenſe ſub Leone 10.

ſub Leone X ſeſſio. 9. & confirmat interdicta atque excommunicationes in eos latas, qui clericos exactionibus, decimis & collectis grauare auſi fuerint, vel opprimentibus auxilium præſtiterint, eos inteſtabiles & inhabiles ad eos actus legitimos pronuncians. Eadem conſtituit Concilium SENONENSE, cap.2. Vide ſuprà, Clericus, Eccleſiæ immunitas, Decimæ, Pedagium, Simonia, & facultates &c

Côcilium Senonenſe.

EXCEPTIO.

ALEXANDER III. Eboracenſi Epiſcopo ſcribens dicit, & ponitur parte 42. cap.1. Concilij

B Lateranenſis ſub eodem: *Ex parte fraternitatis tuæ fuit à nobis requiſitum, vtrùm cum aliquam cauſam ſub certa forma committimus, vtrùm iudices delegati illam formam ſibi commiſſam ſequi debent: vt rationabiles exceptiones non admittantur: ſuper quo itaque tua prudentia taliter reſpondemus, quòd ſi quandoque iudices expedire formam inſtitutam ſeruare, debet tamen rationabiles exceptiones admittere & in cauſis ſecundum iuris æquitatem procedere. niſi exprimatur in literis noſtris quòd nulla debeant exceptiones admitti: quod nec nos, nec aliquem prædeceſſorum noſtrorum credimus expreſſiſſe. Exceptionem autem inducunt vis, metus, dolus, res litigioſi, tranſactio, pactio expreſſa & tacita, iuratio, iudicatio, error temporis, fori, ſum. fauor, odium, ætas, ſexus & ſimilia. Exceptionum alia prima,*

C *alia ſecunda. Prima ſtat in generali nomine, & datur reo: ſecunda tranſit in ſpeciale nomen & dicitur replicatio. * Exceptionis reſolutio. quæ datur actori.* Sed cùm deinceps vtrinque multiplicantur exceptiones, earum nomina ſunt, duplicatio, triplicatio. Lege in Clementinis & VI Decretalium.

Alexander 3.

Quæ Exceptionem inducant. Exceptiones variæ.

Eſt autem Replicatio.

EXCESSVS.

Exceſſus corrigendi. Licet in vocabulo, Clerici laſciui & ſcurriles corripiantur, & in aliis locis, de exceſſibus corrigendis. vt in vocabulo,

D Corripere, & huiuſmodi. ſatis dictum ſit: tamen quia ſe offert ſpeciale decretum magni & generalis Concilij LATERANENSE ſub Innocentio III. Patrum 1215. cap.7. illud placuit annectere, quod & allegatur extra. de officio. iudicis ordina. cap. 13. *Irrefragabili conſtitutione ſancimus (ait) vt Eccleſiarum prælati ad corrigendum ſubditorum exceſſus, maximè clericorum, & reformandum mores, prudenter & diligenter intendant: ne ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur. Vt autem correctionis & reformationis officium liberè valeant exercere, decernimus, vt executionem ipſorum nulla conſuetudo vel appellatio valeat impedire, niſi formam exceſſerit*

E *in talibus obſeruandam. Exceſſus tamen canonicorum Eccleſiæ cathedralis, qui conſueuerunt corrigi per capitulum, per ipſum in illis Eccleſiis (quæ talem hactenus conſuetudinem habuerunt) ad commonitionem vel iuſſionem Epiſcopi corrigantur infra terminum competentem ab Epiſcopo præfigendum. Alioquin ex tunc Epiſcopus Deum habens præ oculis omni contradictione ceſſante, ipſos, prout animarum cura exegerit, per cenſuram Eccleſiaſticam corrigere non poſtponat. Sed & alios eorum exceſſus corrigere non omittat, prout animarum cauſa requirit, debito tamen ordine in omnibus obſeruato.* De proſequenda autem inquiſitione & correctione exceſſuum ſequenti cap.8. ſubditur, quòd, ſecundum ſacræ ſcripturæ authoritatem, non leuiter credat Epiſcopus, quod forſitan à maleuolis dicitur & diffamatur, ſed coram

Côcilium Lateranenſe ſub Innocentio 3 patrum 1215

Sanctum & ſalubre decretũ ſi ita prouidè obſeruetur vt piè ſanctum eſt.

Eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentius perſcrutetur, vt ſi rei popoſcerit qualitas, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis (vide Corrigendi modus, &c.) *Ad corrigendos (ait) itaque ſubditorum exceſſus tanto diligentiùs debet Prælatus aſſurgere, quanto damnabilius eorũ offenſas deſereret incorrectas contra quos, vt de notoriis exceſſibus taceatur, & ſi tribus modis poſſit progredi, per accuſationem videlicet, denunciationem & inquiſitionem eorum, vt tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne fortè per leue compendium, ad graue diſpendium veniatur: ſicut accuſationem legitima præcedere debet inſcriptio, & denunciationem charitatiua admonitio, & inquiſitionem clamoſa inſinuatio præuenire, illo ſemper adhibito moderamine, vt iuxta formam iudicij, ſententia quoque forma dictetur. Hunc tamen ordinem circa regulares perſonas non vſquequaque credimus ſeruandum, quæ cum cauſa requirit, faciliùs & liberiùs à ſuis poſſunt adminiſtrationibus amoueri.* Porrò de reformandis exceſſibus in Conciliis ſynodalibus, multis verbis agit Concilium Basileense generale, ſeſſio. 15. vbi prælatis iniungitur, vt taliter in delinquentes inſurgant correctionis debitæ diſciplina, vt aliis malignari volentibus tranſeant in exemplum. Vide in locis ſuperiùs aſſignatis.

Tribus modis procedendum in corrigendis exceſſibus.

Regulares Perſonæ religioſorum.

Cõcilium Baſilienſe generale.

Exhæredatio.

Exhæredatio filiorum vt ditentur Eccleſiæ, an valeat.] Hoc in multis locis Gratianus teſtatur prohibitum, ſcilicet cauſa 11. quæſt. 1. cap. Nolo, & cauſa 13. quæſt. 2. cap. Si quis iraſcitur, & cauſa 17. quæſt. 4. cap. Quicunque. Ex Augustino Hipponensi, ſermone de moribus Clericorum, quem totum allegant Patres Concilij Aquisgranensis I. cap. 112. *Quicunque vult (ait Auguſtinus) exhæredato filio hæredem facere Eccleſiam, quærat alterum qui ſuſcipiat, non Auguſtinum: immò (Deo propitio) neminem inueniat. Quam laudabile factum ſancti & venerandi Epiſcopi* * *Aurelij! Quidam, cum filios non haberet neque ſperaret, res ſuas omnes, retento ſibi vſufructu, tradidit Eccleſiæ. Nati ſunt ei filij, & reddidit Epiſcopus nec opinanti quæ illi donauerat. In poteſtate habebat Epiſcopus non reddere, ſed iure fori, non iure poli.* Idem poſteà: *Profiteor me ſuſcipere oblationes bonas, oblationes ſanctas. Si quis autem iraſcitur filio ſuo & moriens exhæredat eum, ſi viueret nonne eum placarem? nonne ei filium ſuum reconciliare deberem? quomodo ergo volo cum filio ſuo, vt habeat pacem, cuius appeto hæreditatem? Ianuarius quippe teſtamento Eccleſiam reliquit hæredem, ſed ſtatui hæreditatem ipſam in Eccleſia non ſuſcipere. Filiorum ipſius ſit quod reliquit, ipſi inde faciant quod voluerint. Filia ipſius in monaſterio fœminarum eſt, filius ipſius in monaſterio virorum eſt. Ambos exhæredauit, illam videlicet cum laude, iſtum cum vituperatione. Commendaui autem Eccleſiæ vt non accipiant ipſas portiunculas, quæ pertinent ad exhæredatos, niſi cum ad legitimam ætatem peruenerint. Hoc eis reſeruat Eccleſia, &c.* Vide pluta in eodem ſermone, & in alio adhuc de vita & moribus clericorũ, qui allegatur ab eodem Concilio, cap. 113. Vide infrà, Facultates Eccleſiæ relinquendæ, &c.

Gratianus.

Auguſtinus Hipponenſis.

Concilium Aquiſgranẽſe I. ſub Ludouico Impera.

* Hic erat Epiſcopus Carthaginenſis.

Excommunicatio.

Excommunicationis antiquus vſus & forma.] Excommunicatio vnde ſumpſerit originem doctè quidem, ex lege veteri, in qua rebelles extra ſynagogam fieri iubebantur, aſtruit deriuari Polydorus Vergilius, lib. 4. de Inuentoribus rerum, cap. 12. ad calicem: vbi & 1. ad Corinth. cap. 5 docet etiam Paulum excommunicationis formam præbuiſſe. Druides etiam ſapientes Gallos narrat in ſua religione excommunicationis obſeruaſſe cenſuram, vt Iulius Cæsar in ſuis Commentariis teſtatus, quando ſi quis aut priuatus aut publicus eorum decreto non ſtetiſſet, ſacrificiis interdicebant. Hæc pœna apud eos erat grauiſſima, quoniam quibus ita erat interdictum, hi numero impiorum ac ſceleratorum habebantur, ab his omnes diſcedebant, aditum ſermonémque defugiebant, ne quid ex contagione incommodi acciperent, neque his petentibus ius reddebatur, neque honos vllus communicabatur. Verùm non putarim ab his, Eccleſiam formam mutuaſſe excommunicationis, ſed à Chriſto qui in Euangelio docet, vt qui Eccleſiam non audierit, ſit tanquam Ethnicus & Publicanus, &c. Verum ſi hic originem, vſum & formam, more ſolito, putem per ordinem & ſeriem demonſtrari deficiam: quia infinitæ ſunt authoritates, quas iam in quibuſque decretis, ſuis debitis locis repoſitis appoſuimus. Dum etenim Patres aliquid ſtatuunt ſtatim neglectorem anathemate feriunt: & tam frequens eſt huius excommunicationis locutio, vt nihil aliud tibi antè oculos occurrat in decretis & canonibus Patrum. Adde quòd in ſequentibus diſtinctionibus, ita materia expoſcente, eiuſdem excommunicationis authoritas & vſus reperitur, vt facilè colliges ſi patienter legas. Itaque pauca quidem hic, ſed plura in ſequentibus deprehendes. Infinitis quippe in locis, in Canon Apostolorum, in libris & epiſtolis Clementis I. Anacleti I. Alexandri I. & cæterorum omniũ, vſus atque forma excommunicationis inuenitur, & de excommunicationis ſentẽtia, atque excommunicatis ſermo habetur, vt in ſequentibus diſtinctionibus, de excommunicatione, & excommunicatis deprehendes, & paſſim in hoc toto opere. Superuacuum eſt ergo huic diutiùs labori inſiſtere, cum vnanimi omnes Patres ſententia & vniformiter, & excommunicationibus & excommunicatis præcepta dederint. Verùm vt aliquid etiam hic dicamus, de excommunicationis ſententia, quam ſacerdotes poſſunt proferre, loquitur Dionysius Areopagita, libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, par. 3 cap. 7. *Hi (ait) qui reuelationes diuinas a patre ſummo didicerat, dicitur: Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Sic profectò ille, omneſq; illi ſimiles præſul, iuxta paternarum iuſtificationum ſibi indultas reuelationes, declarando & traducendo, Deo charos admittit & excindit impios.* Sed quod Dionyſio eſt antiquius, in Eccleſia primitiua excommunicationis ſententiam Apoſtolos protuliſſe, refert Abdias Babylonius, lib. 5. certaminis Apoſtolici, vbi narrat Ioannem Apoſtolum, quendam Fortunatum quem à mortuis ſuſcitauerat, huius beneficij immemorem, inſuper & gratiæ diuinæ inuidentem, ſic excommunicaſſe. *Separetur (ait) radix huiuſmodi, à fidelium conuerſatione, & ab omni opere timentium Deum, ab omni deuotorum munere, a congregatione ſanctorum, & a communione ſacramentorum.* Diui & Anacletus I. Clementis ſucceſſor, epiſt. 3. ad omnes Epiſcopos: *Si quis (ait) hæc præcepta non obſeruauerit, hoſtis eſt animæ ſuæ, & non tantum infamis, ſed & excommu-*

Polydorus Vergil.

Iulius Cæſar.

Druides excommunicationis vſum habuerunt.

Matthe. 18.

Canones Apoſtolorum
Clemens I.
Anacletus I.
Alexander I.

Excommunicationis ſententiam Sacerdotes eſt proferre.
Dionyſius Areopa.
Matth. 16.

Abdias Babylonius.

Modus & forma excommunicationis apoſt.

Anacletus I.

nicatus atque alienus ab Eccleſia efficiatur: quoniam neceſſe eſt ea vitia ferro abſcindere, quæ aliis medicaminibus non ſanantur. Et eius, poſt Euariſtum, ſucceſſor ALEXANDER I epiſt. 1. ad diuerſos Epiſcopos, quæ allegatur à Gratiano, cauſa 1. quæſt. 1. capite, Ipſi ſacerdotes, & diſt. 94. cap. Si quis: *Sacerdotes* (ait) *pro populo interpellãt & populi peccata comedunt, quia precibus ſuis & oblationibus ea delent atque conſumunt, qui quantò digniores fuerint, tantò faciliùs pro neceſſitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. Multum, ait beatus Iacobus Apoſtolus, valet deprecatio iuſti aſſidua. Qui enim vos perſequitur, ipſum cuius legatione fungimini perſequitur, quia, ſicut ipſe filius Dei mediator ſuit Dei & hominum, ita* B *& vos eius vice in Eccleſia eſtis conſtituti, vt inter Deum & homines legatione fungamini.* Si quis autem legationem veſtram impedit, non vnius ſed multorum profectum auertit: & ſicut multis nocet, ita à multis arguendus eſt, & bonorum ſocietate arcendus. Et quia Dei cauſam impedit, & ſtatum cõturbat Eccleſiæ: ideò ab eius liminibus arceatur, ab omnibus quoque talis eſt cauendus, & non in communionem fidelium, vſque ad ſatisfactionem recipiendus. Eſt enim ſtatutũ olim, vt qui ſtatum conturbat Eccleſiæ, ab eius liminibus arceatur, nec cum fidelibus communicet qui eorum bona auertit. Eadem habet VRBANVS I. epiſt. 1. ad omnes fideles, vt repoſuimus ſuprà vocabulo, Epiſcopi authoritas, &c. Hinc & AN- C TERVS I. *Vt veteri* (ait epiſt. 2. ad Epiſcopos prouinciæ Beticæ & Toletanæ) *lege habetur, quicunque ſacerdotibus non obtemperaſſet, aut extra caſtra poſitus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice ſubnecta, contemptũ expiabat cruore. Nunc verò* (ait) *inobediens ſpirituali animaduerſione truncatur, & eiectus ab Eccleſia, rabido dæmonum ore diſcerpitur.* Lege in ſequentibus ex CALIXTI I. epiſt. 2. ad Epiſcopos Galliarum, de non ferenda ſententia excommunicationis in non ſibi ſubditum: & in dictione, Excommunicatus, de non recipiendis excommunicatis. Sed & TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS, ſententiæ excommunicationis meminit libro Apologetico aduerſus D gentes, cap. 39. vbi de diſciplina Chriſtianorum agit. Sic autem loquitur: *Coimus* (ait) *in cœtum & aggregationem, oramus pro Imperatoribus, cogimur ad literarum diuinarum commemorationem, ſanctis vocibus fidem paſcimus, ibidem etiam exhortationes, caſtigationes, & cenſura diuina. Nam & iudicatur magno cum pondere, vt apud certos, de Dei conſpectu, ſummumq́; futuri iudicij præiudicium eſt, ſi quis ita deliquerit, vt à communicatione orationis & conuentus & omnis ſancti commercij relegetur. Præſident probati quique ſeniores (ſcilicet presbyteri) honorem iſtum non precio, ſed teſtimonio adepti, &c.* IDEM & excommunicationis meminit libro de Pudicitia, & CYPRIANVS CARTHAGINENSIS, E lib. 1. Epiſtolar. epiſt. 11. ad Pomponium: *Interfici Deus iuſſit, ſacerdotibus ſuis* (ait) *non obtemperantes, iudicibus à ſe ad tempus conſtitutis non obedientes. Et tunc quidem gladio occidebantur, quando adhuc & circumciſio carnalis manebat: nunc autem, quia circumciſio ſpiritualis eſſe ad fideles ſeruos Dei cœpit, ſpirituali gladio ſuperbi & contumaces necantur, dum de Eccleſia eyciuntur. Neque enim viuere foris poſſunt, cum domus Dei vna ſit, & nemini ſalus eſſe, niſi in Eccleſia poſſit.* Sic & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS, lib. 5. Epiſtolar. epiſt. 28. ad Theodoſium Imperatorem, eundem excommunicat, vt refert NICEPHORVS CALLISTVS

Alexander I.

Oſee 4.

Iacob. 1.

Sacerdotũ dignitas.

Vrbanus I.

Anterus I.

Olim excommunicati ſtatim à dæmonibus agitabantur.

Tertullianus Carthaginẽſis.

Cyprianus Carthaginenſis.

Vide excõmunicationis vſũ.

Ambroſius Mediolanenſis Theodoſium Imperatorem excomunicat. Nicephorus Calliſtus.

A lib. 12. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 41. Et THEODORETVS CYRENSIS, lib. 5. cap. 19. Theodoſius enim in Theſſalonicenſem populũ furens, multa millia innocentum, ſub crudelis vindictæ prætextu, interemit, & cum eſſet reuerſus prædictam epiſtolam ad illum miſit Ambroſius, qua eum vſque ad condignam ſatisfactionẽ excommunicat: *Nec paſſus eſt* (ait Nicephorus) *ab eo tempore Theodoſium Eccleſiam intrare, ſed et viriliter reſtitit. Quomodo* (inquit) *ô Imperator, manus extolles, quæ cæde iniqua defluunt? Quomodo etiam Domini corpus eis excipies? Quomodo ſanguinem precioſum ad os afferes, per quod ira transuerſum, tantum effudiſti ſanguinis? Quam longiſſimè igitur abſiſte, neque* B *tibi ipſi peccatum adaugendo, iniquitatem conduplica. Vinculum autem, quod Deus cœleſti calculo ſuo comprobauit ſuſcipe, quod tibi incolumitatem veram conciliabit. Imperator autem antiſtitis dicendi libertatem admiratus, verbis eius ceſſit, & in regiam eſt reuerſus, & octo continuis menſibus elapſis, illuſtris natalium Chriſti aduenit dies, atque Imperator in imperialibus ædibus ſedebat lamentans, & lachrymarum humore faciem rigans. Quem in tanto luctu viuere, vbi Rufinus magiſter vidit, placidè ad eum acceſſit, & lachrymarum cauſam inquiſiuit. Et ille, altius vehementi & acri ducto ſuſpirio, prolixius fleuit. Quomodo* (inquit) *non affligar, cum ſeruis & mendicis etiam, abſque metu omni, diuinum templum ingrediendi li-* C *bera ſit poteſtas, & mihi non modo id tangere nõ licet, verum etiam cœlum ipſum clauſum eſt? Neque enim diuini, illius oraculi non memini, quod disertis verbis ſtatuit, quòd quæcunque à ſacerdotibus Dei ligata fuerint in terris. Ea etiam in cœlis certo eſſe ligata, &c.* Lege reſiduum. Præterea de iuniore Theodoſio Arcadij filio, narrat IOHN NICEPHORVS, lib. 14. Hiſtoriæ, cap. 3. *Vir* (ait) *quidam aſperiorem durioremq́; virtutis viam conſectans, præfracto Theodoſium adiit animo, vt ab eo quicquam peteret: atque vbi id ſæpius expertus non impetrauit, vinculis Eccleſiaſticis Imperatorem, à communione arcens, ſubdidit. Poſtquam autem Imperator in regiam ſuam venit, & epulæ appoſita ſunt, conuiuæq́; omnes affuerunt, & non* D *ille prius cibum ſumendum eſſe, quam vinculis ſibi iniectis ſolutus eſſet, cenſuit. Quapropter ad antiſtitem Conſtantinopolitanum famulum quendam miſit, petens vt eum ipſum ſoluere ſe, qui ligaſſet, iuberet. Cum id Epiſcopus recuſaret, & pro vinculo habendum non eſſe, quod à quocunque ligatũ eſſet ſignificaret, ſolutumq́; adeò iam eſſe diceret, nondum calculo eius acquieſcendum eſſe duxit. Multo ergò labore is, qui ipſum ligauerat inquiſitus, eum abſoluit: ac ſic tandem Imperator cibum ſumpſit. Adeo religioſus Theodoſius fuit, vitamq́; ſuam accuratiſſimè ad diuinas leges compoſuit.* Meminit & antè illos excommunicationis Eccleſiaſticæ inclytus ille ORIGENES ADAMAN- E TIVS, homil. 14. in Leuiticum, circa medium, loquens de filio mulieris Iſraëlitidis, ex cap. 24. Leuitici. Et IOANNES CHRYSOSTOMVS, homil. 70. ad populum Antiochenum: *Vos* (inquit) *nos non contemnatis, tam molliter in vos inſurgentes. Si quis autem noſtra contemnis vincula, rurſus cum Chriſto corrigat dicens: Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Nam ſi nos quoque miſeri & nihili pendendi & contemptu digni (ſicut verè digni ſumus) non tamen nosipſos vlciſcimur nec iram vindicamus, ſed noſtra curam gerimus ſalutis. Reueremini precor & cõfundimini. Ignoſcite mihi, nec vllus Eccleſiaſtica deſpiciat vincula. Non qui ligat eſt homo, ſed Chriſtus qui nobis hanc contulit po-*

Theodoretus Cyrenſis.

Theodoſij ingens manſuetudo patientia & pœnitentia

Theodoſius etiã iunior ex cõmmunicationis ſententiam quantam experierit.

Origenes Adamantius.

Ioannes Chriſoſtomus.

Matt. 16. & 18.

teſtatem,

teſtatem, & tanti dominos hæreris homines conſtituit. Nam nec quidem ad ſoluendum duntaxat vti poteſtate vellemus, imo nec huius neceſſitatem vellemus habere, & nullum volumus apud nos eſſe captiuum. & non ita miſeri ſimus & ærumnoſi, licet valde ſimus viles. Si verò coacti fuerimus, ignoſcite, nec enim ſponte vel volentes, ſed plus vobis dolentes, ligatis iniecimus vincula. Si quis autem hoc contemnat, iudicij tempus aderit quod eum doceat, &c.

Non contemnenda Excõmunicationis ſententia.

Hinc AVGVSTINVS HIPPONENSIS, libro quæſtionum ſuper Deuteronomium, quæſt. 39. *Hoc nunc agit* (inquit) *in Eccleſia excommunicatio, quod agebat tūc interfectio.*

Auguſtinus Hipponenſis.

Et ſubdit libro de fide & operibus, cap. 2. *Neque enim, quia illam primi populi commiſtionem Moſes Dei famulus patientiſſime perferebat, ideò non multos etiam gladio vindicauit, & Phinees Sacerdos adulteros ſimul inuentos ferro vltore confixit: quod vtique degradationibus & excommunicationibus ſignificatum eſt eſſe faciendum hoc tempore, cum in Eccleſia diſciplina, viſibilis fuerat gladius ceſſaturus. &c.*

Numeri 25.

Degradationis & excommunicationis typus Phinees.

IDEM tractatu 33. in Ioannem, & allegat Gratianus, cauſa 11. quæſt. 3. cap. Nihil: *Nihil ſic debet formidare Chriſtianus, quam ſeparari à corpore Chriſti. Si enim ſeparatur à corpore Chriſti, non eſt membrum eius: ſi non eſt membrum eius nō vegetatur ſpiritu eius. Quiſquis autem* (ait Apoſtolus) *ſpiritum Dei non habet, hic non eſt eius.*

Excommunicatio quam formidanda.

IDEM tractatu 49. in eundem: *Cum excommunicat Eccleſia, in cælo ligatur excommunicatus, cum reconciliat Eccleſia, in cælo ſoluitur excommunicatus.* Porrò IDEM lib. 3. contra epiſtolam Parmeniani, cap. 2. & allegat Gratianus cauſa 23. quæſt 4. cap Cum quiſque, docet quo ordine debeat excommunicatio fieri: & qua forma, vt ibidem facilè poteris legere Denique lib. 3. de baptiſmo contra Donatiſtas, & ibidem allegatur à Gratiano,* docet quòd ſola Eccleſia poteſt excommunicare Denique ſermo. 14. de verbis Apoſtoli, & allegat ibidem Gratianus: *Omnis* (ait) *qui excommunicatur Sathanæ traditur, quod ſcilicet quia extra Eccleſiam eſt diabolus, ſicut in Eccleſia Chriſtus, ac per hoc quod diabolo traditur, qui ab Eccleſia communione remouetur. Vnde illos quos Apoſtolus Sathanæ eſſe traditos prædicat, eſſe excommunicatos demonſtrat.*

Eccleſia ſola excõmunicat non igitur Columnus extra Eccleſiam excommunicatus poteſt excommunicare niſi more Druidum.

Qua verò forma vtendum ſit in excommunicationis ferendæ ſententia, docet INNOCENTIVS I. epiſtola in ordine 31. ad Archadium Imperatorem & Eudoxiam Imperatricem, quam allegat Nicephorus, lib 13, cap. 34. Quia igitur idē Imperator & Eudoxia eius vxor, ſanctum Ioannem Chryſoſtomum iniuſtè in exilium fecerunt deportari. ſic eos prædictus Pontifex excommunicationis ſententia perculit. *Ego minimus & peccator, cui thronus magni Apoſtoli Petri creditus eſt, ſegrego te & illam, à perceptione immaculatorum myſteriorum Chriſti Dei noſtri, Epiſcopum etiam omnem & clericum, ordinis ſanctæ Dei Eccleſiæ, qui adminiſtrare aut exhibere ea vobis auſus fuerit, ab ea hora qua præſentes vinculi mei legeritis literas, dignitate ſua excidiſſe decerno. Quòd ſi, vt hominis poteſtas, quenquam ad id vi adegeritis, & canones vobis à ſeruatore per ſanctos Apoſtolos traditos* (vide infrà Excommunicatus) *tranſgreſſi fueritis, ſcitote non paruum id vobis peccatum fore in horrendo illo iudicij die, cum nominem huius vita honor & dignitas adiuuare poterit, arcana autem & abdita cordium ſub oculos omnium effundentur atque exhibebuntur.* Similiter idem Pontifex, Arſacium exauthorauit, qui fuerat Ioanni ſuffectus, & omnes Epiſcopos qui ei communicauerant: & ad Theophili Alexandrini Epiſcopi (qui hoc procurauerat exilium) abrogationem, addidit excommunicationem. anathematiſmum & abſolutam à chriſtianiſmo abſolutionem.

Innocentius I.

Arcadius & Eudoxia ſententiam excommunicationis innodantur.

Eandem obſeruat formam FOELIX III in excommunicando Acacio hæreſis fautore, Conſtantinopolitano tunc Epiſcopo, vt ſuperiùs diximus dictione, Epiſcopus hæreſis fautor.

Fœlix 3.

Sic & COELESTINVS I. Neſtorium hæreticum excommunicauit, vt diximus in vocabulo, Epiſcopus hæreticus, & Epiſcopus ſuſpenſus & excommunicatus.

Cœleſtinus 1.

Excommunicationis quoque meminit inſignis ille THEODORETVS CYRENSIS, Dialogo 3. impatibili dum de hæreticis & eorum ſcriptis loquitur: *Huiuſmodi* (inquit) *dicta eorum parentes & authores, benedicti Patres, à ſacris ſeptis exterminant, & tanquam putrida membra à ſano corpore reſecant, &c.* Vide in vocabulo, Hæreticus.

Theodoretus Cyrenſis.

Porrò excommunicationis formam ſub eodem tempore, ſcilicet ſub Leone I. Concilium ARAVSICANVM I. præſcribit, vt allegat Gratianus, cauſa 11. quæſt. 11. cap. Canonica: *Canonica* (ait) *inſtituta & ſanctorum Patrum exempla ſequentes Eccleſiarum Dei violatores, authoritate Dei & iudicio ſancti Spiritus, à gremio ſanctæ matris Eccleſiæ. & à conſortio totius Chriſtianitatis eliminamus quouſque reſipiſcant, & Eccleſiæ Dei ſatiſfaciant, &c.*

Concilium Arauſicanum 1 ſub Leone 1.

Hunc canonem citat etiam BVRCHARDVS, lib. 11. Decretorum, capite ſeptimo, & dicit canonē eſſe quintū, eiuſdem Concilij, ſed non reperi.

Burchardus Vormatienſis Epiſcopus.

Porrò idem variorum Conciliorum excommunicationis ferendæ formas, profert à capite ſecundo, vſque ad octauum, quas legendo Conciliorū quæ profert acta non inuenimus: vnam tamen adducam in medium, quæ eſt Concilij RHOTOMAGENSIS, capite quarto, cuius acta non habentur in ordine cæterorum, quæ ſic habet: *Igitur quia monita noſtra & crebras exhortationes contemnit, quia tertio ſecundum Dominicum præceptum vocatus ad emendationem & pœnitentiam venire deſpexit, quia culpam ſuam nec dum cognouit nec confeſſus eſt, nec miſſa nobis legatione* (qui cauſam eius exquirimus, quia noſter Parochianus eſt) *veniam poſtulauit, quia in cœpta malitia, diabolo cor eius indurante, perſeuerat, & iuxta quod Apoſtolus dicit: Secundum duritiam ſuam & cor impœnitens theſaurizat ſibi iram in die iræ. Idcirco nos eum cum vniuerſis complicibus, & communicatoribus fautoribuſq́, iudicio Dei omnipotentis Patris & Filij & Spiritus ſancti, & beati Petri Principis Apoſtolorum & omnium Sanctorum, nec non & noſtræ mediocritatis authoritate, & poteſtate nobis diuinitus collata ligandi & ſoluendi in cælo & in terra, à precioſi corporis & ſanguinis Domini perceptione, & à ſocietate omnium Chriſtianorum ſeparamus, & à liminibus ſanctæ matris Eccleſiæ in cælo & in terra excludimus, & excommunicatum & anathematizatum eſſe decernimus, & damnatum cum diabolo & angelis eius & omnibus reprobis in igne æterno iudicamus, niſi forte à diaboli laqueis reſipiſcat. & ad emendationem & pœnitentiam redeat, & Eccleſiæ Dei quam læſit ſatisfaciat. Et reſpondeant omnes tertio, Amen, aut, fiat, aut anathema ſit. Debent autem duodecim ſacerdotes Epiſcopum circunſtare, & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in concluſione anathematis vel excommunicationis proijcere debent, & conculcare pedibus. Poſthæc Epiſcopus plebi ipſam excommunicationem communibus verbis debet explanare, vt omnes intelligant quam terribiliter damnatus ſit, & vt nouerint quòd ab illa hora in reliquum, non pro Chriſtiano, ſed pro pagano habendus ſit, & qui illi quaſi Chriſtiano com-*

Concilium Rhotomagenſe.

Forma ferendæ excommunicationis.

Romano 2.

O dolendā excõmunicati sortem.

munica

municauerit, aut cum eo manducauerit, aut biberit, aut cum eo oſculatus fuerit, vel cum eo colloquium familiare habuerit (niſi fortè ad ſatisfactionem & pœnitentiam eum prouocare ſtuduerit) aut in domo ſua eum receperit, aut ſimul cum eo orauerit, proculdubio ſimiliter ſit excommunicatus. Deinde epiſtolæ presbyteris per parochias mittantur continentes modum excommunicationis. In quibus iubeatur, vt Dominicis diebus poſt lectionem Euangelij plebibus ſibi commiſſis, publicè annuncient ipſam excommunicationem, vt ne quis per ignorantiam communicet excommunicato. Oportet etiam vt alijs Epiſcopis ipſa excommunicatio manifeſtetur: præcipit enim Toletanum Concilium (vide infrà) *vt inuicem mox ſcripta percurrant per omnes prouinciæ Epiſcopos quoſcunque adire potuerint, vt excommunicatus non audiatur. Senioribus etiam eius ipſa excommunicatio debet nota fieri.* IDEM BVRCHARDVS, capite quarto & quinto, eiuſdem libri vndecimi decretorum, profert aliam excommunicationis formam ex Concilio AVRELIANENSI capite primo, & ex Concilio TVRONENSI, capite ſecundo adhuc aliam: ſed eas ſiloimus, quoniam in actis prædictorum Conciliorum non reperiuntur, & priori, quam allegauimus concordant. Porrò GREGORIVS primus, homilia vigeſimaſexta in Euangelia, in illud Ioannis vigeſimum, cum ſerò eſſet vna Sabbatorum, ita reformidandam dicit eſſe excommunicationis ſententiam, vt ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit, ſemper debeat timeri. *Sed vtrum iuſtè an iniuſtè* (ait) *obliget paſtor, paſtoris tamen ſententia gregi timenda eſt, ne is qui ſubeſt, & cum iniuſtè forſitan ligatur, ipſam obligationis ſuæ ſententiam ex alia culpa mereatur.* IDEM repetit epiſtola trigeſima nona, libri noni, ad Theoctiſtam patritiam. Porrò præfatum Gregorium allegat Concilium AQVISGRANENSE primum, capite trigeſimo ſeptimo. Sed & Concilium OXONIENSE in Anglia, capite primo, anathemate illos ferit, qui excommunicationis ſententiam vilipendunt: & longè ante, Concilium VERNENSE, canone nono, ait: *Si quis aliquis iſta omnia contempſerit* (ſcilicet quæ de excommunicatis ſtatuit vt videbimus in vocabulo excommunicatus) *& Epiſcopus emendare minimè potuerit, regis iudicio, exilio condemnetur.* Et Concilium LATERANENSE ſub Alexandro tertio, parte trigeſima prima, cap 7. *Si quis* (ait) *in laicos vel clericos parochianos ſuos interdicti vel excommunicationis ſententiam rationabiliter tulerit, obſeruetur, nec ſine congrua ſatisfactione, & abſque eius ſententia eiuſdem plebani, aliqua ratione relaxetur.* Porrò qui plura de excommunicationis ſententia cognoſcere voluerit, oportet vt adeat GREGORII noni decretales per totum, vbi Alexandrum tertium, Clementem tertium, & reliquos Pontifices egregiè per ordinem citat, titulo trigeſimo nono, decretalium, qui incipit: Super eo quod conſilium poſtulaſti, &c. Adeat quoque BONIFACIVM octauum, in ſexto Decretalium, libro quarto, titulo vndecimo, ex Innocentio quarto, & alijs: ſic incipit: Romana Eccleſia, &c. Legat & CLEMENTEM quintum, in Clementinis, titulo decimo, vbi ſic incipit. Ex frequentibus Prælatorum querelis accepimus, &c. Et IOANNEM vigeſimũ ſecundũ, in extrauagant. titulo decimo tertio, vbi ſic incipit: Cum ad ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſinum &c. In his locis quidquid concernit excommunicationis articulum exponitur, nec nobis otium fuit hîc illa decreta inſerere, cum habeantur in manibus & poſſint facilè perlegi. Sed & de excommunicationis ſententia, de eius forma, & virtute atque efficacia, multa ſcriptis reliquit, inſigne illud noſtri ordinis ſplendor ANTHONIVS POSQVETVS, exponens caput 23. & 24. Regulæ Benedicti, cuius ſumma cum doctrinæ, tum authoritatis in his ſatis emicat quæ nobis reliquit ſui ingenij monumentis eminentia. Illius ſæpe imitatus ſum non tam eloquentiæ ſplendorem quàm doctrinæ profunditatem nec aliter iudicabit, qui melle dulciora & nectari ſapidiora eius ſcripta perlegerit. Scripſerunt, non cum minori laude, de eadem materia, in illa Regulæ noſtræ capita, duo etiam noſtri ordinis luminaria. PETRVS BARDVS quarto, Prouincialis electus, & SIMON DV CORROY, à me ſæpius in medium iam productus: quorum vita doctrinæ quidem addebat authoritatem, & doctrina vitæ lucem eximiam commodabat.

Tuletanum concilium

Burchardus.

Concilium Aurelianenſe Concilium Turonenſe.

Gregorius 1.

Excommunicationis ſententia iuſtè vel iniuſtè lata timenda eſt.

Concilium Aquiſgranenſ. 1. ſub Ludouico. 1.

Concilium Oxonienſe in Anglia ſub Innocentio 3.

Concilium Vernēſe, id eſt in palatio quod dicitur Vernis celebratū ſub Pipino rege anno 755.

Concilium Lateranenſe ſub Alexand. 3.

Gregorius 9.

Bonifacius 8.

Clemens 5.

Ioannes 22.

Antonius Poſquetus Cœleſtinus.

Petrus Bardus Cœleſtinus. Simon du Corroy Cœleſtin.

Excommunicationis ſententia non temerè ferenda.] Hoc iam ex ſuperioribus poteris colligere: verumtamen ſpeciali hoc duximus diſtinctione probãdum, ex quo capimus ordine. Sic quippe AMBROSIVS MEDIOLANENSIS, lib. 2 Officiorum, cap 27. loquitur: *Epiſcopus* (ait) *vt membra ſua, curat infirmos, & maximè miniſtros qui ſunt vere filij, quem niſi quem decet aſtum muneri ei deputet. Cum dolore amputatur etiam quæ putruit pars corporis, & diu tractatur, ſi poteſt ſanari medicamentis: ſi non poteſt, tunc a medico bono abſcinditur. Sic Epiſcopi affectus boni eſt, vt optet ſanare infirmos, ſerpentia auferre vlcera, adurere aliqua non abſcindere; poſtremò quod ſanari non poteſt, cum dolore abſcindere,* &c. Hinc & LEO PRIMVS epiſt 87. ad Epiſcopos Viennenſis prouinciæ, ait: *Nulli Chriſtianorum facilè communio denegetur, nec ad indignantis fiat hoc arbitrium ſacerdotis, quod in magni reatus vltionem inuitus ac dolens quodammodo debet inferre animus vindicantis. Cognouimus enim pro commiſſis leuibus verbis quoſdam a gratia communionis excluſos, & animam, pro qua Chriſti ſanguis effuſus eſt, irrogatione tam ſeui ſupplicij ſauciatam, & inermem quodammodo exutamq. omni munimine diabolicis incurſibus, vt facilè caperetur, obiectam. Certè ſi quando cauſa talis emerſerit, vt pro commiſſi criminis qualitate aliquem iuſte faciat communione priuari, is tantum pœnæ ſubdendus eſt quem reatus inuoluit, nec particeps debet eſſe ſupplicij, qui conſors non docetur commiſſi.* Relege etiã quæ ſuperiùs dicta ſunt in vocabulo Epiſcopus ſit diſcretus, &c. Porrò longè antè præfatos EVARISTVS I. vt citat Burchardus, libro vndecimo decretorum, capite nono, capite tertio, epiſtolæ decretalis: *Deus* (inquit) *omnipotens vt nos a præcipitantia prolatione ſententiæ compeſceret, cum omnia nuda & aperta ſint oculis eius: mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, priuſquam manifeſtè agnoſceret quæ dicebãtur, &c.* Vide iudicium temerarium non ferendum, vbi locum aſſignauimus. Porrò GREGORIVS primus, ſuperiùs iam memorata, homilia vigeſima ſexta, in Ioannis vigeſimũ, cum ſero eſſent, &c. *Paſtor* (inquit) *vel abſoluere indiſcretè timeat, vel ligare. Is autem qui ſub manu paſtoris eſt, ligari timeat vel iniuſtè, nec paſtoris iudicium temerè reprehendat, ne & ſi iniuſtè ligatus eſt, ex ipſa tumida reprehenſionis ſuperbia culpa, quæ non erat, fiat.* Hinc etiam Concilium AVRELIANENSE quintũ, ſub Pelagio primo, can. 5. *Nullus ſacerdotum quemquam rectæ fidei hominem pro paruis & leuibus cauſis*

Ambroſius Mediolanenſis.

Leo 1.

Euariſtus 1.

Gregorius 1.

Concilium Aurelianenſe 5. ſub Pelagio 1.

à communione ſuſpendat. præter eas culpas, pro quibus antiqui Patres ab Eccleſia arceri iuſſerunt committentes. Vide quæ etiam ſuperiùs in dictione, Epiſcopi authoritas, diximus. Hinc & Concilium MELDENSE, canone quinquageſimo ſexto: *Nemo (ait) Epiſcoporum quemlibet ſine certa & manifeſta peccati cauſa communione priuet Eccleſiaſtica: anathema autem ſine conſenſu Archiepiſcopi aut coepiſcoporum. prælata etiam Euangelica admonitione, nulli imponat, niſi vnde canonica docet authoritas: quia anathema æterna eſt mortis damnatio, & non niſi pro mortali debet imponi crimine, & his qui aliter non potuerit corrigi.* Hunc canonem allegat Concilium COLONIENSE tertium, parte decima tertia, capite quinto: & relege quæ ſuperioribus ex Concilio Rhotomagenſi propoſita ſunt. Porrò Concilium VORMATSENSE hoc decretum renouat, canone decimotertio, & illud repetit quod ex Concilio Aurelianenſi mox attulimus. Denique Concilium LATERANENSE ſub Alexandro tertio, parte prima, capite ſexto, & allegatur à Gratiano, cauſa decimaſexta, quæſtione prima, & cauſa vndecima, quæſtione tertia, capite, Si quis Epiſcopus: *Statuimus (ait) ne prælati niſi canonica commonitione præmiſſa, ſuſpenſionis vel excommunicationis ſententiam proferant in ſubiectos, niſi fortè talis ſit culpa, quæ ipſo genere ſuo excommunicationis pœnam inducat: nec ſubiecti contra diſciplinam Eccleſiaſticam, ante ingreſſum cauſæ in vocem appellationis prorumpant.* Sed & Concilium LATERANENSE generale ſub Innocentio tertio, capite quadrageſimo ſeptimo: *Sacro approbante Concilio prohibemus, ne quis in aliquem excommunicationis ſententiam, niſi competenti cõmonitione præmiſſa & præſentibus idoneis perſonis, per quas ſi neceſſe fuerit poſſit probari monitio, promulgare præſumat: quod ſi contra præſumpſerit, etiam ſi iuſta fuerit excommunicationis ſententia, ingreſſum Eccleſiæ per menſem vnum ſibi nouerit interdictum, alia nihilominus pœna mulctandus ſi viſum fuerit expedire, &c.* Eadem renouat Concilium OXONIENSE in Anglia, capite vigeſimo primo. Aduerte interim, quia illi qui poſt admonitionem factam ſe permittunt excommunicari, ex ſtatuto ſancti LVDOVICI REGIS Francorum, quod poſtea ſi ſe permittunt excommunicari ſolutione nouem librarum mulctandi ſunt, quod ſtatutum confirmauit Concilium NARBONENSE ſub eodem celebratum, capite primo, vbi dicitur, quod per annum integrum priuari omnibus bonis, debent in excommunicationis ſententia relinqui. Quæ omnia ſatis abundè inſerta reperies in locis ſuperioribus allegatis: reuolue ergò. Porrò eadem quæ ſuperiùs ſtatuit Concilium AVGVSTENSE, capite trigeſimo, & Concilium MOGVNTINENSE quartum, capite 103. Et eadem omninò renouat Concilium TRIDENTINVM generale nouiſſimum ſeſſione vigeſima quinta, quæ fuit nona ſub Pio quarto, capite tertio, decreti reformat. *Quamuis (ait) excommunicationis gladius neruus ſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ad continendos in officio populos valde ſalutaris: ſobriè tamen magna circumſpectione exercendus eſt: cùm experientia doceat, ſi temerè aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni quàm formidari, & perniciem potius parere quàm ſalutem. Quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmiſſis, ad finem reuelationis (vt aiunt) aut pro deperditis vel ſubtractis rebus ferri ſolent, à nemine prorſus, præterquam ab Epiſcopo decernantur: & tunc non aliàs, quàm ex re non vulgari, cauſaque diligenter, ac magna maturitate per Epiſcopum examinata, quæ eius animum moueat, nec ad eas concedendas cuiuſuis ſecularis, etiam magiſtratus, authoritate adducatur, ſed totum hoc in eius arbitrio & conſcientia ſit poſitum, quando ipſe pro re, loco, perſona, aut tempore eas decernendas eſſe iudicauerit. In cauſis verò iudicialibus mandatur omnibus iudicibus Eccleſiaſticis, cuiuſcunque dignitatis exiſtant, vt quandocunque executio realis vel perſonalis in qualibet parte iudicij propria authoritate ab ipſis fieri poterit, abſtineant ſe tam in procedendo, quàm in definiendo, à cenſuris Eccleſiaſticis, ſeu interdicto: ſed pecuniaria mulcta puniant, aut priuatione beneficiorum. Si autem non poſſint, quia contumacia ergo iudices rei armantur, tunc anathematis mucrone, præter alias pœnas, ferire poterunt. Excommunicatus autem ſi non reſipuerit, non ſolum ad ſacramenta & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur: ſed ſi obdurato animo, cenſuris innexus, in illis per annum inſorduerit, etiam contra eum, tanquam de hæreſi ſuſpectum, procedi poſſit.* Hæc decreta confirmauit, & obſeruari mandauit FRANCISCVS ſecundus, & CAROLVS nonus, Rex Franciæ, in conſtitutionibus Aureliæ editis, articulo decimo octauo. Vide ſequentia.

Excommunicationis ſententiam nullus ferat, in non ſibi ſubditum.] Hoc quidem multoties in vocabulis, Clericus, & Epiſcopus, dictum eſt: cùm dicetur ne Epiſcopi in meſſem alienam falcem mitterent, aut clericos, alterius ciuitatis detinere præſumerent. Verùm quod reſtat ad hoc ſpectans negotium, etiam ſubiungendum eſt. Sic nempe CALIXTVS primus epiſtola ſecunda, ad Epiſcopos Galliæ loquitur: & allegat Gratianus cauſa nona, quæſtione ſecunda, capite, Nullus, & quæſtione tertia, capite, Nullus primas: *Nemo (ait) alterius terminos vſurpet, nec alterius parochianum iudicare, aut excommunicare præſumat: quia iudicatio vel ordinatio, aut excommunicatio vel damnatio, nec rata erit, nec vires vllas habebit: quoniam nullus, alterius iudicis, niſi ſui ſententia tenebitur aut damnabitur, vnde & Dominus loquitur dicens: Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui. Nullus autem Primas vel Metropolitanus diœceſani Eccleſiam vel parochiam, aut aliquem de eius parochia præſumat excommunicare vel iudicare, vel aliquid agere, abſque eius conſilio vel iudicio: ſed hoc obſeruet quod ab Apoſtolis* (vide, Ordines conferre nullus, &c.) *ac Patribus & prædeceſſoribus noſtris eſt ſtatutum, & à nobis confirmatum, id eſt, ſi quis Metropolitanus Epiſcopus, niſi quod ad ſuam ſolummodo pertinet parochiam, ſine Concilio ac voluntate omnium comprouincialium Epiſcoporum extra aliquid agere tentauerit, gradus ſui periculo ſubiacebit, & quod egerit irritum habeatur & vacuum.* Vide loco aſſignato reſiduum. Verumtamen eſt aliud decretum Concilij COMPENDIENSIS, canone quinto, vt allegat Burchardus, libro vndecimo, capite duodecimo, quo dicitur: *Placuit pro communi vtilitate & inſtanti neceſſitate, vt nullus Epiſcoporum grauiter ferat, ſi eius parochianum pro deprædationis cauſa, alter Epiſcopus excommunicauerit.* Lege Authores quos ſuprà citauimus, & ſequentia.

Excommunicationis ſententia in defunctos hæreticos, vel alios, an valeat.] Hæc

Concilium Meldenſe ſub Carolo Iuniore.

Concilium Colonienſe 3.

Concilium Vormatienſe.

Concilium Lateranenſe ſub Alexand. 3.

Concilium generaliſſimum Patrum 1215 ſub Innocentio 3.

Concilium Oxonienſe.

Decretum S. Ludouici 9. rex Franciæ.

Concilium Narbonēſe nouiſſimè lucidatum.

Concilium Auguſtenſe. Concilium Moguntinenſe 4. Concilium Tridentinū generale.

Hæc certe ſaluberrima conſtitutio eſt ob quam multa ibi [illegible] ſcandala.

Franciſcus 2. & Carolus 9. rex Franciæ [illegible] profectus eſt [illegible] ſimilibus [illegible].

Calixtus 1.

Prouerb. 22.

Concilium Compendienſe [illegible]

quidem

quidem propoſitio multis videtur dubia, an poſſit is qui iam mortuus eſt, ſiue hæreticus ſiue alius, excommunicationis ſententia notari: & videtur quod in defunctum non poſſit excommunicatio proferri, quia idcirco excommunicatio profertur, vt excõmunicatus ex ſegregatione ſua agnoſcat delictum & compunctus reſipiſcat, vel vt puniatur in hac vita, ne in altera damnetur, vt teſtatur Apoſtolus: *Tradidi eum Sathanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat.* Verum videamus quid ſenſerint Patres. Sic quippe loquitur IVSTINIANVS IMPERATOR in ſua confeſſione fidei, quia miſit ad Ioannem huius nominis ſecundum ſummum Pontificem: *Quidam* (ait) *dicunt non oportere Theodorum Mopſueſtienſem Epiſcopum hæreticum poſt mortem anathematizari: ſed ſciat qui talem hæreticum defendunt, quòd omnis hæreticus vſque ad finem vitæ in ſuo errore permanens iuſte perpetuo anathemati, & poſt mortem ſubijcitur: & hoc in multis hæreticis & antiquioribus & propioribus factum eſt, id eſt, Valentino, Baſilide, Marcione, Cerintho, Manichæo, Eunomio, & Bonoſo. Hoc autem idem & in Theodoro factum eſt, & in vita * accuſato, & poſt mortem anathematizato à ſanctis Patribus Concilij quinti* GENERALIS: *quibus ſi credere noluerint hæretici eius defenſores, vel impiæ epiſtolæ quam ipſi defendunt, credant, quæ dicit, quod poſt mortem à Patribus anathematizatus eſt. Hoc autem tunc faciebant Catholicæ Eccleſiæ doctores, ne ſimpliciores legentes ipſius conſcripta impia, a recta fide declinarent. Quod autem impij, licet nõ in vita in ſuam perſonam anathema ſuſceperint, tamen & poſt mortem anathematizentur a Catholica Eccleſia, oſtenditur à ſanctis Synodis* NICAENA *enim Synodus, eos qui impij Arrij ſectam colunt, ſine nomine anathematizauit: quæ autem in* CONSTANTINOPOLI PRIMI, *congregata eſt, impiam Macedonij hæreſim ſimiliter condemnauit: ſed tamen ſancta Dei Eccleſia & poſt mortem Arrium & Macedonium nominatim anathematizat. Ideòque Theodorus multis probationibus conuictus, vſque ad mortem in ſua permanens impietate, ab omni Eccleſia poſt mortem excommunicatus eſt, nec mortuus eſt in communicatione Eccleſiarum: cum illi qui moriuntur in communicatione Eccleſiarum, illi ſunt qui commune pietatis dogma quod in vniuerſali Eccleſia prædicatur, vſque ad finem ſeruauerunt.* Quod autem prædicta liceant, idem Iuſtinianus ibidem, authoritatibus & exemplis confirmat. Profert AVGVSTINVM, qui in epiſtola ad Bonifacium de Cæciliano quodam dicit, quòd ſi manifeſtum eſſet, contrarium aliquid Eccleſiaſtico ſtatuit ſapuiſſe: *Etiam* (inquit) *poſt mortem eum anathemati ſubijcerem Sed & regula* (ait) *ſancti Concilij* AFRICANI (*canone quadrageſimo octauo*) *ſtatuit Epiſcopos qui ſuas facultates in teſtamento vel ex inteſtato, hæretico relinquunt, oportere & poſt mortem anathematizari.* Vide Teſtamentum, &c. Allegat etiam exemplum de Dioſcoro Alexandrino Epiſcopo, qui poſt mortem à ſancta Romana Eccleſia anathematizatus eſt: & per hoc etiam probat eos qui iniuſtè antè mortem anathematizati fuerant, poſt mortem reuocari, vt de Ioanne Chryſoſtomo, & Flauiano Epiſcopis Cõſtantinopolitanis dictum eſt ſæpius. Veruntamẽ PONTIANVS EPISCOPVS, epiſtola ad eundem Iuſtinianum miſſa, quæ immediatè præfati Principis confeſſionem ſubſequitur, eidem Imperatori ſupplicat, ne hæretici iam mortui anathemate damnentur: *Quid* (ait) *nobis cum mortuis inire bellum, vbi nulli inuenitur in congreſ-*

Iuſtinianus Imperator.

Non ergo excommunicatur vel anathematizatur hæreticus poſt mortem qui iam ipſo facto quòd hæreticus eſt, excommunicatur, nec anathema, poſt mortẽ infertur, ſed cõfirmatur quod ante fuit.

Concilium Cõſtantinopolitanũ 2. ſub eodẽ Iuſtiniano.

Concilium Nicenum 1.

Concilium Cõſtantinopolitanum 1. generale 2.

Auguſtin. Hipponenſis.

Concilium Africanum ſub Bonifacio 1.

Pontianus Epiſcopus.

A *ſione victoria? Apud iudicem verum iam veniunt, ad quem nullus appellat. Itaque ſupplicamus vt pax permaneat temporibus tuis, ne dum quæris damnare iam mortuos, multos inobedientes interficias viuos, & exinde Deo compellaris reddere rationem.* Sed hoc eſſe certiſſimum, mortuos videlicet poſſe anathemate notari, in præſentia Patrum generalis quintæ Synodi (cui hanc præfatus Iuſtinianus quæſtionem propoſuerat enucleandam) lecta ſunt à Photino Diacono ſcripta CYRILLI ALEXANDRINI hoc confirmantis, libro de eo, quòd vnus eſt Chriſtus, contra Theodorum hæreticum, & epiſtola ad Martianum & ad alios monachos. Lectum eſt iam ſupra memoratum

B decretum Concilij Africani, & authoritas præmiſſa Auguſtini, & ex geſtis eiuſdem quæ apud Marcellinum acta ſunt, capite 187. & ex epiſtola eiuſdem AVGVSTINI ad Catholicos: itémque ex libro eius tertio, contra Creſconium grammaticum, capite trigeſimoquinto & trigeſimonono, vbi ſic Creſconium alloquitur: *Si mihi monſtraueris traditores, & carne & corde mortuos, deteſtabor, & iudicium non tantum de viuis, ſed etiam de mortuis fieri poteſt, &c.* Et his recitatis Synodus: *Eos ergo* (ait) *qui tali dogmati hæreticorum obnoxij ſunt, anathematizari vult Eccleſia tradidit, licet mortui eſſent.* Hoc & memorat de prædicto Theodoro feciſſe RABVLAM Epi-

C ſcopum Edeſſenum & rectè: & multis vltrocitroque Patrum allatis opinionibus, tandem pro maiori parte ſtantes, omnes cenſent cum Patribus orthodoxis (quorum exempla demonſtrant) poſt mortem poſſe hæreticos anathematizari: & ſubiungit, prædicta SYNODVS V. GENERALIS: *Decet igitur veſtram ſanctitatem, ea quidem quæ dicta ſunt pro hæreticis, auerſari: traditionem autem Eccleſiæ (quod certè facietis in omnibus) ſequi, & Eccleſiam liberare criminatione, quæ infertur ei propter Theodorum & eius conſcripta.* Et cum lectum eſſe celebratum Concilium MOPSVESTIÆ, ab Epiſcopis ſecundæ prouinciæ Concilium, nec fuiſſet inuentum nomen Theodori

D prædicti vnquam fuiſſe inter ſacra diptycha numeratum (vt ſuperiùs dixi Epiſcoporum nomina, &c. *Sufficiunt* (inquit tota Synodus) *quæ dicta & prolata ſunt Eccleſiaſticam traditionem demonſtrare, eo quòd oportet hæreticos & poſt mortem anathematizari: cum conſtet quòd poſt mortem hic Theodorus propter impia ſcripta ex prolixis temporibus à Catholica Eccleſia eiectus ſit.* Iterum idem Patres collatione octaua, eadem renouant, eiſdem repetitis authoribus. Sic & anathematizati ſunt nonnulli Epiſcopi à LEONE ſecundo, epiſtola miſſa ad Imperatorem Conſtantinum quartum, quæ reperitur actione decima octaua, Concilij generalis ſexti, ſub eodem Conſtantino celebrati.

E Siquidem ibi Põtifex ſeptimus Epiſcopos hæreticos (de quibus diximus in vocabulo, Chriſtus conſtans ex duabus naturis & voluntatibus, &c.) iam mortuos excommunicat, ſcilicet Sergium, Pirrhum, Paulum, Petrum, quatuor Conſtantinopolitanos Epiſcopos: & Honorium primum Romanum Pontificem, Cyrum Alexandrinum & Theodorum Pharan Epiſcopum, & vltra eos ſeptem, Macharium quoque & Polichronium, & omnes qui in eorum errore defuncti ſunt. Vide & relege quod ſuperiùs poſuimus. Sic & Concilium CONSTANTIENSE, ſeſſione octaua, Ioannem Vvicleff, damnatis & anathematizatis erroribus quadrageſimus quintus,

Cyrillus Alexandrinus.

Mortui excommunicari poſſunt.

Auguſtinus Hipponenſis.

Concilium generale 5.

Rabulas Edeſſenus Epiſcop.

Cõcilium Mopſueſtienſe.

Leo 2.

Papa etiam Honorius 1. excõmunicatur ob hæreſim.

Concilium Conſtantienſe.

Hæreticè poſt mortē anathematizati & ex communicati.

anathematizauit & excommunicauit iam defunctum, & eius oſſa, ſi ab aliorum Chriſti fidelium oſſibus ſecerni poſſent, iubet exhumari & proijci, proculque ab Eccleſiæ ſepultura iactari. Idem actum eſt ſeſſione decimaquinta, de Ioanne Huſſ, qui degradatus & traditus ſeculari poteſtati, publicè exuſtus eſt. Hæc iterum renouat MARTINVS V. decreto ad calcem præfati Concilij addito, vbi approbat ſententiam latam contra prædictos tres hæreticos, Ioannem Vvicleff, Ioannem Huſs, & Hieronymum à Praga: vbi etiam expreſsè iniungit perſequendos, comburendos, & animaduerſione damnandos, vt in vocabulo, Hæreticus, latiùs dicetur.

EXCOMMVNICATVS.

Excommunicatis non communicandum.] In ſuperioribus annotationibus non dubito hoc ſæpius repetitum: verum hic ſpeciali hoc propoſuimus diſtinctione ex Patrum decretis demonſtrare. Itaque CANON APOSTOLORVM II. (quem & allegat Martinus Bracharenſis Epiſcopus, in collectorio ſuo, cap. 84 *Si quis cum excommunicato ſaltem in domo ſimul orauerit, vel locutus fuerit, iſte communione priuetur.* Eadem & canon. 12. de clericis ſtatuit. Sic & CALIXTVS I. epiſtola ſecunda, ad Epiſcopos Galliæ, & allegat Gratianus, cauſa 11. quæſt. 3 cap. Excommunicatos: *Excommunicatos a ſacerdotibus nullus recipiat, ante vtriuſque partis iuſtam examinationem, nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo communicet, nec, Aue, eis dicat: quia quicunque in his vel aliis prohibitis ſcienter excommunicatis communicauerit, iuxta Apoſtolorum inſtitutionem* (vide quia præcedentem canonem hic approbat) *& ipſe ſimili excommunicationi ſubiacebit. Ab his ergò clerici & laici ſe abſtineant, qui eadem pati noluerint. Infidelibus quoque nolite coniungi, nec cum eis vllam participationem habere. Talia verò agentes, non fideles, ſed infideles iudicantur, vnde ait Apoſtolus: Quæ pars fidelis cum infideli, aut quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate?* Idem omnino ſtatuit FABIANVS I. epiſtola prima ad omnes Epiſcopos, & allegatur à Gratiano, cauſa 11, quæſt 3 cap. Sicut Apoſtoli: *Non debeat* (ait) *nec poſſunt in accuſationem fidelium ſuſcipi, qui ab Eccleſia ſequeſtrati ſunt: ſed etiam ab eorum conſortio vſque ad ſatisfactionem repelli, ne ſimiles eis efficiantur, aut eorum excommunicationi ſubiaceant: quoniam ſic Apoſtoli ſtatuerunt,* (vide ſuprà) *dicentes cum excommunicatis non eſt communicandum: & ſi quis cum excõmunicatis auertendo regulas ſcienter pſallat, in domo, aut ſimul locutus fuerit, aut orauerit, ille communione priuetur. Tales ergo in omnibus ſunt cauendi & non ſuſcipiendi, quia iuxta Apoſtolum, non ſolum qui faciunt damnantur, ſed & qui conſentiunt facientibus. Vnde & beatus Apoſtolorum princeps Petrus, in ordinatione Clementis, alloquens populũ, inter cætera ait* (hæc refert CLEMENS I. epiſtola prima ad Iacobũ fratrem Domini, vt repoſuimus in vocabulo, Paſtores obedientia & amore proſequendi, &c. & allegat Gratianus, diſtinct 63 cap Si inimicus) *ſi inimicus eſt iſte Clemens alicui pro actibus ſuis, vos nolite expectare vt ipſe vobis dicat, cum illo nolite amici eſſe: ſed prudenter obſeruare debetis, & voluntatibus abſque commonitione obſecundare, & auertere vos ab eo cui ipſum ſentitis aduerſum, ſed nec loqui his quibus ipſe non loquitur, vt vnuſquiſque qui in culpa eſt, dum cupit omnium veſtrum amicitias ferre, feſtinet citiùs reconciliari ei qui omnibus præeſt, vt per hoc redeat ad ſalutem, cum obedire cœperit monitis præſidentis.* IDEM Fabianus eadem repetit epiſtola ſecunda, poſt medium. Denique Concilium ANTIOCHENVM I. ſub Iulio primo, canone ſecundo, quem Concilium Aquiſgranenſe I. allegat, ca. 70. *Non licere* (ait) *communicare excommunicatis, neque cum his per domos ingredi & cum eis orare, qui Eccleſiæ non participant in oratione, nec in alteram Eccleſiam recipi, qui ab alia excommunicantur: quod ſi quis Epiſcoporum, vel presbyterorum, vel diaconorum, vel etiam qui in canone detinentur, excommunicatis communicare deprehenſus fuerit, & hunc oportet communione priuari, tanquam Eccleſiæ regulas confundentem.* Vide iterum in ſequenti diſtinctione. Porrò Concilium CARTHAGINENSE IV. canone 73 & allegat Gratianus, cauſa 11. quæſt. 3. *Qui communicauerit* (ait) *vel orauerit cum excommunicato, ſiue clericus, ſiue laicus, excommunicetur.* Hinc & GELASIVS I epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ, probat omnes Epiſcopos qui Acacio Epiſcopo Conſtantinopolitano hæretico communicauerant, pari reatu inuolui, & damnationis eiuſdem ſententiam incurriſſe. IDEM & epiſtola ad Epiſcopos Orientales, loquens Acacio. *Si* (inquit) *erat hæreticus Petrus Alexandrinus, nullatenus ei communicare debuiſti, & eidem communicando, hæretici te manifeſtum eſt fuiſſe participem, & eius conſequenter, ex ſynodi tenore veniente, damnatione conſtringi, &c.* Vide & crimen. IDEM epiſtola ad Euphemianum Epiſcopum, quem conſtat cum hæreticis Epiſcopis eiuſdem factionis fuiſſe. *Quilibet, qui fuerit antè Catholicus* (ait) *cuicunque hæreſi communicans, meritò iudicatur, à noſtra ſocietate remouendus, aut in tali ſorte defunctus, inter Catholicorum nomina nullatenus computari.* Sic & VIGILIVS I. Iuſtinum Imperatorem mouet, prohibens ei ne à ſe excommunicatis Epiſcopis communicet: *Ne graue, quod abſit, peccatum incurras:* ſic quippe loquitur epiſtola tertia, ad omnes Catholicos. Hinc eſt quòd Concilium GENERALE quintum, Conſtantinopolitanum ſecundum, ſub Iuſtiniano Imperatore, omnes excommunicationis ſententia ferit, qui Seuero, Petro, & reliquis Epiſcopis communicauerant, vt iam ſatis ſuperiùs probatum eſt. Hinc & Concilium ANTISSIODORENSE primum ſub Papa Deuſdedit, canone trigeſimo octauo: *Non licet* (ait) *cum excommunicato communicare, nec cum eo cibum ſumere.* Et canone trigeſimo oooo: *Si quis presbyter, aut quilibet de clero, aut de populo, excommunicatum abſque voluntate ipſius qui eum excommunicauit, ſciens receperit, aut cum illo panem manducauerit, vel colloquium habere decreuerit, ſimili ſententiæ ſubiacebit.* Hos canones repetit CAROLVS MAGNVS, capite ſecundo, capitularis in aquis palatio. Sed & Concilium BRACARENSE primum, capite trigeſimo tertio. Et MARTINVS BRACARENSIS Epiſcopus, in collectorio ſuo, capite octuageſimo quarto, & vltimo Hinc & NICOLAVS primus, epiſtola ad Michaëlem Imperatorem hæc ſtatuta renouat, vt habes etiam in Gratiani decreto, diſtinctione ſeptuageſima ſecunda, capite tertio, & alibi. Hinc EVGENIVS ſecundus, decreto primo: *Qui excommunicato* (ait) *donec ab eo qui eum excommunicauerit, vel ab alio authoritate ſedis Apoſtolicæ abſoluatur, ſcienter communicare præſumpſerit, excommunicationis ſententia ipſum teneri cenſemus*

Hinc

Canon Apoſtolorum.

Calixtus 1.

Attende hoc qui tam facilè cum hæreticis commiſces teipſum.

2. Corinth. 6.

Fabianus 1.

Vide quia hic tam antiquus pater, Canones Apoſtolorum in authoritatem adducit.

Roman. 1.

Clemens 1. Vltima verba Petri Apoſtoli.

Concilium Antiochenum ſub Iulio 1.

Concilium Carthaginenſe 4. cui interfuit Auguſtinus.

Gelaſius 1.

Vigilius 1.

Concilium Conſtantinop. 2 generale 5.

Concilium Antiſſiodorēſe ſub Deuſdedit 1.

Carolus Magnus.

Concilium Bracarenſe 1. Martinus Bracarenſis.

Nicolaus 1.

Eugenius 2.

Nicolaus I.

Hinc iam dictus Nicolaus primus, Lothario Regi de pellice ſua Gualdrada ſcribens,& citatur à Gratiano,cauſa vndecima,quæſtiooe tertia: *Eius* (ait) *communionem declina, excõmunicata eſt enim. Quamobrem cauendum eſt, ne cum ea pari mucrone percellaris ſententia, ac pro vnius mulierculæ paſſione,vinctus & obligatus ad perenne trahatis exitium* Hæc omnia iterum confirmat Coocilium M e t t e n s e primum, ſub Arnulpho Imperatore, capite octauo Et Coocilium T r i b v r i e n s e ſub eodem Principe,caoone ſecundo,allegar Apoſtolorum canonem ſuperiùs memoratũ,quòd cum excommunicatis oon ſit oraodum.allegat & N i c æ n i primi Concilij canonem quintum, vbi dicitur: *Qui ſuo peccauerunt euidenter Epiſcopo, excommunicati rationabiliter ab omnibus æſtimentur,&c.* Vide infrà,& canonem præmiſſum Concilij primi Aonocheni, & Calixti primi Papæ, decretum,quod poſitum eſt ſuperiori pagina. Tum capite tertio, ſubdit: *Idcirco nos, quibus regni cura & ſolicitudo Eccleſiarum Chriſti commiſſa eſt, aliter regnum & imperium iure Eccleſiaſtico regere & gubernare non poſſumus, niſi hos qui Eccleſiam Chriſti non habentem maculam neque rugam conturbant, zelo fidei proſequamur, & quo Rex Dauid teſtatur: Nonne qui oderunt te Deus,oderam illos,& ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio oderam illos,inimici facti ſunt mihi: & cum Euangelium legeretur audiuimus:ſi non audierit Eccleſiam,ſit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus,&c.* Et alibi: *Qui percutit malos in eo quod mali ſunt, miniſter Domini eſt. Idcirco, non potentiam oſtendentes, ſed iuſtitiam exhibentes præcipimus, & authoritate noſtra iniungimus omnibus regni noſtri comitibus, poſtquam ab Epiſcopis anathemate percelluntur,& tamen ad pœnitendum non inclinantur,vt ab ipſis comprehendantur & ante nos perferantur: vt qui diuina iudicia non verentur, humana ſententia feriantur.* Sic & Concilium A l a m a n i c v m, ſub Conrado Cardinali,Portuenſi legato, cap. 7. interdicit clericis oe coram excommuoicatis celebrare præſumant,niſi ignorantia, quod nec per literas, nec per nuntios, excommunicatio eorum fuerit nuntiata: & ideo capite octauo, ſequenti ſtatuit, vt ſtatim eorum excommunicatio publicetur per Epiſcopos: qui ſi in hoc negligentes extiterint,vel excommunicatis communicauerint,tandiu à communione ſuſpendantur quandiu huic ſalubri ſanctioni contempſerint obedire. Vide hoc latiùs expreſſum ea Concilio Rhotomagenſi, ſuperiùs. Quod tameo otelligi debet de manifeſtis & publicatis excommunicatis,& denunciatis expreſsè & ſpecialiter à iudice,vt ait Concilium B a s i l e e n s e, ſeſſione vigeſima, alias ad vitanda ſcandala & multa pericula,ſubueniendúmque conſcientiis timoratis, prohibet præfatum Baſileenſe Concilium,vt nemo deinceps à communione alicuius in ſacramentorum adminiſtratione vel receptione, aut aliis quibuſcunque diuinis, vel extra, cuiuſcunque prætextu ſenteunæ vel cenſuræ Eccleſiaſticæ,ſeu ſuſpenſioois aut prohibitionis,ab hoioine,vel à iure generaliter promulgatæ, teneatur abſtinere,vel aliquem vitare,aut interdictum Eccleſiaſticum obſeruare,oiſi vt diximus,ita notoriæ excommunicationis ſententiam conſtiterit incidiſſe,quod nulla poſſit tergiuerſatione celari, aut aliquo modo iuris ſuffragio adiuuari: nam, à commuoiooe talium abſtinendum eſt iuxta canonicas ſanctiones. Eandem Baſileenſis Concilij ordioationem, de verbo ad verbum repetit

Concilium Metenſe.

Concilium Triburienſe.

Concilium Nicenum I.

Epheſ. 5.
Pſal. 138.

Matth. 18.

Roman. 13.

Cõcilium Alemanicum.

An publicanda ſit ſemper excommunicatio eorum qui ſunt excommunicati.

Concilium Baſileenſe generale.

A Concilium C o l o n i e n s e tertium, parte decimatertia, capite ſexto. Et Concilium M o g v n t i n v m quartum, ſub Sebaſtiano Archiepiſcopo, capite 104. Vide hic quod annotauimus & citauimus ſoperiùs, & vt plura diſcas, illos authores conſule. cæterum perlege, & adde ſequentia.

Concilium Colonienſe 3.
Concilium Moguntinum 4.

Excommunicatis non eſt danda Eucharistia ſeu communio] Iam in dictiooe, Communio quibus noo danda ſit, fortè & hoc ſatis probauimus: verumtamen quod deeſt, hic ſupplendum videtur. Sic quippe C l e m e n s I. epiſtola ſecunda, ad Iacobum fratrem Domini: *Præcipimus (ait) ne excommunicato Eccleſiæ, ſiue*

Clemens I.

B *laico, de fragmentis oblationum Domini ponatur ad menſam. Vnde ſcis tu qui paſſim * ſacrarij panes indignis impendis, vnde neſcis, ſi a mulieribus mundi ſunt, hi quibus impenais? Hinc & Dauid ab Abimelech ſacerdote interrogatus,cum panes ſibi ad commendendum poſceret, ſi mundus eſſet a muliere: cum ſe mundum ante triduum profiteretur, panes propoſitionis manducauit.* Lege quæ ſuperiùs dicta ſunt, & quæ ſequuntur.

* ſanctuarij.

1. Regum 21.

Excommunicatus vnius, ab altero non ſuſcipiatur ſiue literis, nec abſoluatur.] Sciendum quia in præcedeotibus iam hæc propoſitio verificata eſt: verumtamen ſpecialem de hoc decreuimus diſtinctionem exhibere, & incipiemus

C more ſolito à primis Eccleſiæ patribus. Sic ergò C a n o n A p o s t o l o r v m XIII. quem allegat Martinus Bracarenſis, capite trigeſimotertio & trigeſimoſexto collectorij, & Gratianus, cauſa decimaquarta, quæſtione ſeptima, capite, Si quis, & Iuo libro tertio, decreto. *Si quis (ait) clericus aut laicus, a communione ſuſpenſus, ſeu communicans, ad aliam properet ciuitatem, & ſuſcipiatur præter commendatitias literas: & qui ſuſceperunt, & qui ſuſceptus eſt communione priuentur. Excommunicato vero proteletur ipſa correptio, tanquam qui mentitus ſit, & Eccleſiam Dei ſeduxerit.* Et Concilium

Canon Apoſtolorum.

D N i c æ n v m I. generale, canone quinto, & allegatur à Gratiaoo, cauſa vndecima, quæſtione tertia, capite, Seruetur: *De his (ait) qui excommunicantur, ſiue clericis, ſiue laicis, ab Epiſcopis per ſuas quaſque prouincias ſeruetur & iſta ſententia ſecundum * canonem, vt hi qui ab aliis excommunicantur, ab aliis non recipiantur. Requiratur autem, ne puſillanimitate aut contentione, aut alio quolibet Epiſcopi vitio, videatur à congregatione ſecluſus, vt hoc decentius inquiratur, bene placuit annis ſingulis per vnamquamque prouinciam, bis in anno Concilia celebrari, vt communiter ſimul omnibus Epiſcopis congregatis, diſcutiantur huiuſmodi quæſtiones. Et ſic qui ſuo peccauerint Epiſcopo euidenter, excommunicati rationabiliter ab omnibus æſtimentur, vſque quo vel in*

Concilium Nicænum generale ſub Conſtantino Magno.

* Vide quia & canonem Apoſtolorum hæc ſynodus comprobat.

E *communi, vel Epiſcopo placeat, humaniorem pro talibus ferre ſententiam.* Hunc canonem obijciunt Arriani Epiſcopi Iulio primo Põtifici, epiſtola ad eum miſſa contra Athanaſium, eo quòd Athanaſium quem excommunicauerant recepiſſet. Huic quoque ſub eodem tempore Coocilium A r e l a t e n s e ſecundum, ſub Syluestro primo, celebratum aſtipulatur, canone octauo: *Si quis (ait) excommunicatum alterum, ſiue clericum, ſiue ſecularem, recipere poſt interdictum præſumpſerit, nouerit ſe reum fraternitatis factum, cauſam in Concilio redditurum* Hoc & præfatum Nicænum Concilium adhuc can. 8. de catharis & cæteris loquens conſtituit. Sed & idem Arelatenſe Concilium, can. 9. Nouatianum io communionem recipi oon

Epiſtola Arrianorum ad Iulium I.

Concilium Arelatenſe 2. ſub Syluestro I.

debere ſtatuit, niſi ſuſcepta pœnitentia, incredulitatis præteritum damnet errorem. Vide ſuperius, Epiſcopus excõmunicatus, & Clericus ſuſpenſus. Hinc etiam Concilium ANTIOCHENVM I. ſub Iulio I. cano. 6. quem allegat Concilium Aquiſgranenſe I. cap. 72. & Gratianus, cauſa 11. q. 3. cap. Si quis: *Si quis a proprio Epiſcopo excommunicatus eſt, non eum prius ab alijs debere ſuſcipi, quam ſuo reconcilietur Epiſcopo, aut certè ad Synodum quæ congregatur occurrens pro ſe ſatisfaciat, & perſuadens Concilio ſententiã ſuſcipiat alteram. Hæc autem definitio maneat circa laicos, & presbyteros, & diaconos, omneſque qui ſub regula eſſe monſtrantur.*

Concilium Antiochenum I. ſub Iulio I.

Hinc etiam Concilium SARDICENSE idem ſtatuit, cap. 17. vt repoſuimus dictione, Clerici ſuſpenſi, &c. Lege obſecro, quia ibidem multa Concilia nominantur, quæ hoc idem confirmant, vt eſt Concilium CARTHAGINENSE II. canone ſeptimo: *Qui merito facinorum ſuorum ab Eccleſia pulſi ſunt, &c.* Vide ibidem allegatum. Hæc autem omnia præcedentia decreta, confirmant & renouant Patres Concilij AFRICANI, cap 105 nam & Cœleſtinum I. Papam arguunt, quòd quendã Apiarium, quem proprio ore damnatum, manifeſtè impium excommunicauerant, ad communionem recepiſſet: ſicque eidem in epiſtola ſolecta in prædicto capite, loquuntur: *Præfato itaque debita ſalutationis officio, impendio deprecamur, vt deinceps ad veſtras aures huic venientes, non faciliùs admittatis, nec a nobis excommunicatos, in communionem vltrà velitis excipere: quia hoc etiam Nicano Concilio* (habes ſuperiùs) *definitum, facilè aduertet venerabilitas tua. Nam & ſi de inferioribus clericis vel laicis videtur ibi præcauerit, quãto magis hoc de Epiſcopis voluit obſeruari, ne in ſua prouincia communione ſuſpenſi, à tua ſanctitate, vel feſtinato, vel praeproperè, vel indebite, videantur communioni reſtitui? Presbyterorum quoque & ſequentium clericorum improba refugia (ſicut te dignum eſt) repellat ſanctitas tua: quia & nulla Patrum definitione hoc Eccleſiæ irrogatum eſt Africanæ, & decreta Nicana ſiue inferioris gradus clericos, ſiue ipſos Epiſcopos, ſuis Metropolitanis apertiſſimè* (canone ſexto) *commiſerunt. Prudentiſſime enim iuſtiſſimeq; prouiderunt, quæcunque negotia in ſuis locis, vbi orta ſunt, finienda: nec vnicuique prouinciæ gratiam ſancti Spiritus defuturam, qua æquitas à Chriſti ſacerdotibus & prudenter videatur, & conſtantiſſimè teneatur. Maximè quia vnicuique conceſſum eſt, ſi iudicio offenſus fuit cognitorum, ad Concilia ſuæ prouinciæ, vel etiam vniuerſale prouocare: niſi fortè quiſquam eſt, qui credat, vni cuilibet poſſe Deum noſtrum examinis inſpirare iuſtitiam, & innumerabilibus cõgregatis in Concilium ſacerdotibus denegare.* Hanc Africanam definitionem SVESSIONENSIS Concilij apud ſanctum Medardum patres, in medium produxerunt in cauſa Hincmari Archiepiſcopi Rhemenſis, vt alias diximus. Porrò Concilium ARAVSICANVM I. ſub Leone I. cano 11. & allegat Gratianus, cauſa 27. quæſt. 6. cap. Qui recedunt: *Placuit in reatum venire Epiſcopum, qui admonitus de excommunicatione cuiuſque, ſine reconciliatione eius qui eum excommunicauit, ei communicare præſumpſerit, vt integra omnia, ſi reconciliatio interceſſerit, de iuſtitia vel iniquitate excommunicationis, proxima ſynodo reſeruentur.* Ideò & Patres generalis Concilij CHALCEDONENSIS IV. actio. 3. epiſtola quam miſerunt ad Valentinianũ & Martianum Imperatores, dicunt ideo Dioſcorum Alexandrinum Epiſcopum ſede & honore ſpoliatum, eo quòd inter cætera flagitia quæ commiſerat: *Contra ſanctorum* (aiunt) *regulas, excommunicatos ab alijs & rite damnatos, propria authoritate in communionem admiſerit.* Sic & EPIPHANIVS TYRIVS & Epiſcopi eius ſuffraganei, epiſtola miſſa ad Concilium generale quintũ Conſtantinopoli habitum, quæ ibidem lecta eſt actione prima, Seuerum Antiochenum Epiſcopum & complices eius arguit & accuſat, quòd præſumpſerint alienos clericos canonicè ligatos à proprijs Epiſcopis, ad ipſos confluentes, per prædicationem animæ corruptiuam ab ipſis ſubornatos, & ad communionem aſſumptos, ſine permiſſione eius qui ligauerat, permittere in Eccleſiaſticis miniſterijs miniſtrare: clericos autem qui eis in hoc facto contradicebant, ordine & honore priuauerint. Hinc & Concilium CÆSARAVGVSTANVM Hiſpaniæ, canone quinto: *Hi qui per diſciplinam aut ſententiam Epiſcopi ab Eccleſia fuerint ſeparati, ab alijs Epiſcopis non ſunt recipiendi: quod ſi ſcientes Epiſcopi fecerint, non habeant communionem.* Idem Concilium TVRONENSE II. canone octauo, ſub Pelagio I. Et Concilium PARISIENSE I. capite ſeptimo: *Quia* (inquit) *vniuerſis ſacerdotibus ita conuenit, vt ſi quis de eis a communione Eccleſiæ, pro contemptu canonum, aut peruaſione rerum Eccleſiaſticarum, aliquem fortè ſuſpenderit, a nullo penitus Epiſcopo recipi præſumatur: quod ſi factum fuerit, is qui eum contra interdicta receperit, & à fratrum ſuorum erit concordia ſeparatus, & æterni iudicis in futurum (vt confidimus) iracundiam ſuſtinebit.* Idem refricat Conciliũ LVGDVNENSE I. capite quarto, & allegat Gratianus, cauſa 11. quæſt. 3. Si quis à proprio, vbi dicit, vt quicunque ab vno excommunicatus fuerit, apud omnes à communione habeatur alienus, vſquequo eius iudicio debeat recipi, à quo meruerat pro reatu ſuo à charitate Eccleſiaſtica ſequeſtrari. Hinc Concilium LATERANENSE, quod GREGORIVS I. celebrauit, eadem conſtituta ſunt, & in alijs multis locis.

Concilium Sardicenſe.

Concilium Carthaginenſe 2. ſub Syricio.

Concilium Africanum.

Authoritas Conciliorum.

Concilium Sueſſionẽſe ad S. Medardum.

Concilium Arauſicanum.

Concilium Chalcedonenſe generale 4.

Epiphanius Tyrius Epiſcop.

Conc[illegible]um Cæſaraguſtanũ.

Concilium T[illegible] 2. ſub Pelagio I.

Concilium Pa[illegible] I. ſub eodem.

Concilium Lugdunenſe I.

Conc[illegible] La[illegible] ſub Gregorio I.

Excommunicatus ab Epiſcopo moriente derelictus.] Quoniam ſuperiùs dicebatur non eſſe licitum, excommunicatum vnius ab altero ſolui, ſi decedat Epiſcopus antequam ſoluatur, quis eum ſoluet? Igitur breuiter Concilium EPAVNENSE ſub Sigiſmundo Rege prouidit, cano. 28 & allegat Gratianus, cauſa 11. quæſt. 3. cap. Si quis: *Si quis* (ait) *Epiſcopus ante damnato abſolutionem obitu rapiatur, correctum aut pœnitentem ſucceſſori licebit abſoluere.*

Conciliũ Epaunenſe, b[illegible] interfuit S. Claudius Biſontinus Epiſcopus.

Excommunicatus Epiſcopus vel clericus.] Vide hæc ſuis proprijs vocabulis reddita, & dictione, Clericus, & ea quæ ſuperiùs dicta ſunt.

Excommunicati inſolentes, & excommunicator iniuſtus.] Superiùs cùm de forma procedendi in excommunicationis ſententia loqueremur, ſatis credo docuimus non excommunicandum eſſe perperam, videlicet quando probaremus excommunicationis ſententiam non temerè ferendam: verum quod adhuc deeſt, ſupplendum eſt. Sic quippe Concilium VORMATIENSE, cano. 14. *Epiſcopi ſi ſacerdotalis moderatione poſtpoſita, innocẽtes aut in minimis cauſis culpabiles excommunicare præſumpſerint, & ad gratiam feſtinantes recipere fortaſſe noluerint, à vicinis Epiſcopis cuiuſlibet prouinciæ communio illis, vſque ad tempus ſynodi, non negetur.* Et Concilium LATERANENSE, ſub Innocentio III. cap. 47. *Inſontibus*

Conc[illegible] Vormatienſe ſub [illegible] 2. Imper[illegible] anno 868.

Concilium La[illegible] ſub Innocentio 3. [illegible]

tibus

A *tibus excommunicatus conceditur apud ſuperiorem deponere de iniuſta excommunicatione querelam, & tunc excommunicator iniuſtus, ſi veritas probata fuerit, de iniuſta excommunicatione excommunicato debet ad intereſſe condemnari: & ſi culpæ qualitas poſtulauerit, ſuperioris arbitrio puniendus, niſi fortaſſis errauerit ex cauſa probabili, maximè ſi laudabilis opinionis exiſtat. Si verò à conquerente nihil fuerit contra ſententiam excommunicationis rationabile probatum, niſi & ipſum probabilis error excuſet, idem ſuper iniuſta conqueſtionis moleſtia, per pœnam ad intereſſe vel alicuius ſecundum ſuperioris arbitrium condamnetur, & ligatus iuſta excommunicatione ad ſatisfactionem condignam compellatur.* Idem capite 49. ſubdit pœnam excommunicantis iniuſtè.

Pœna quæ ſit excommunicantis iniuſtè.

B *Sub interminatione diuini iudicij penitus interdicimus, ut cauſa cupiditatis nullus audeat excommunicationis vinculo aliquem innodare, vel abſoluere innodatum, in illis maximè regionibus, in quibus ex conſuetudine cùm excommunicatus abſoluitur, pecuniaria pœna mulctatum. Statuentes, vt cùm excommunicationis ſententiam iniuſtam fuiſſe conſtiterit, excommunicator ad reſtituendam pecuniam ſic extortam, per cenſuram Eccleſiaſticam compellatur: & niſi probabili fuerit errore deceptus, tantumdem iniuriam paſſo perſoluat, & ſi fortè ſoluendo non fuerit, animaduerſione alia caſtigetur.* De pœna excommunicantis iniuſtè, ſimile ſtatuit Concilium ALEMANICUM capite 4. ſub Conrado Portuenſi legato & Cardinali. Porrò lege authores quos ſuperius poſuimus.

Cōcilium Alemanicum tempore eiuſdē Innocentij 3.

C **Excommunicati ad ſedem Apoſtolicam euntes.**] ALEXANDER III. Exonienſi Epiſcopo, vt inſeritur parte 31. cap. 1. Lateranenſis Concilij cap. 1. & allegat Gregorius 9. in decretalibus. *Quidam* (ait) *pro certis cauſis excommunicati ſedem Apoſtolicam viſitant, & reticentes cauſas, pro quibus ſunt vinculo excommunicationis aſtricti, auditis confeſſionibus ſuis, abſolutionis beneficium merentur: ſed ſi tales occultatis exceſſibus, vel aliam prætendentes cauſam, excommunicationis munere fuerint abſolutionem obtinuiſſe, cogendi ſunt ad ſedem Apoſtolicam redire, (ſi ita conſtiterit eos hoc feciſſe) ſin autem, purgatione debent canonica affirmare ſe veritatem fuiſſe confeſſos, vt abſolutionis gratiam obtinerent.* Sequenti quoque cap. 2 de excommunicatis ſubdit, ad Cantuarienſem Archiepiſcopum. *Qui pro crimine fuerit excommunicatus, & ſe obtulerit ad iuſtitiam de his, pro quibus ſententiam ipſam excepit, iudex eum abſoluere poterit, etiam ſi pars aduerſa ne abſoluatur appellationis obſtaculum interponat: ab ipſo tamen ſufficiente cautione recepta, quod vel in præſentia Romani Pontificis, ad cuius audientiam appellatur, ſi maluerit aduerſarius, vel coram iudice, cui Romanus Pontifex cauſam delegauerit, vel coram eo in quo vtraque pars conuenerit, iuris pareat æquitati.* Et cap. 3. ad eundem ſubdit. *De hoc etiam, qui ſe conqueruntur irrationabiliter excommunicationi vel interdictioni ſuppoſitos, illud idem dicimus, etiam ſi hi pro quibus tulerint, ad ſedem Apoſtolicam duxerint appellandum:* Et capite 4. à Rhotomagenſi Archiepiſcopo interrogatus vtrū excommunicatus ab Epiſcopo, qui appellauerit ad Metropolitanum, debeat abſolui antequam iudicio ſteterit, reſpondet dicens. *Si ante appellationem excommunicatus fuerit, ante ingreſſum cauſæ recepto ab eo iuramento, ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ debet abſolui, vel ad Epiſcopum abſoluendus remitti qui eum ligauit: cùm verò abſolutus fuerit cauſa eius audiatur, & debito fine terminetur quia*

Alexander 3.

Excommunicatus appellans.

A *nec excommunicati ante abſolutionem ſunt audiendi, nec cauſa ad eos a quibus eſt appellatum debet aliquatenus remitti.* Ibidem capite 6. ponitur decretum GELASII papæ, quo præcipit vt excommunicatus coram ſuis excommunicatoribus, infra anni ſpatium cauſam ſuam agat: quòd ſi neglexerit, iuxta beati LEONIS ſententiam, cui viuo non communicauimus, mortuo non communicamus. Vide hæc latius inſerta in decretalibus, & 6. decretalium, & in Clementinis, & extrauagan. locis ſuperius citatis.

Gelaſius 1.

Leo 1.

Excommunicati Eccleſiaſtica careant ſepultura.] ALEXANDER III. Cantuarienſi Archiepiſcopo, vt citatur parte 31. Lateranenſis Concilij ſub eodem celebrati cap. 6. *Prohibemus* B *omnino ne excommunicati in excommunicatione defuncti, in cœmeterijs ſepeliantur.* Hinc idem corripit hoſpitalarios, qui præſumebant id facere, & tradere Chriſtianæ ſepulturæ audebant contra prohibitionem Eccleſiaſticam. *Non cogitantes* (ait) *quam graue ſit illis in morte communicare, quos dum viuerent Eccleſia pro ſuis exceſſibus a ſinu ſuo ſegregauit.* Præcipit igitur vt corpora eorum extra cœmeteria penitus eiiciant, alias, excommunicationi & ipſi ſubdantur. vide decretales, ſextum decretalium, Clementinas, & extrauagant. Ioannis 22. locis ſuperius aſſignatis, in dictione, ſepultura, &c.

Alexander 3.

Excommunicati reconciliandi forma.] Concilium ARAUSICANUM ſub Leone 1. C vt allegatur à Gratiano cauſa 11. quæſt. 3. capite cum aliquis, & à Buchardo Epiſcopo Vormatienſi libro 11. decretorum cap. 8. & in codice voluminum 16. libro 11. cap. 7. * *Cum aliquis excommunicatus vel anathematizatus pœnitentia ductus, veniam poſtulat & emendationem promittit. Epiſcopus qui eum excommunicauit ante ianuas Eccleſiæ venire debet, & 12. presbyteri cum eo, qui eum hinc & inde circunſtare debent, vbi etiam eſſe debent illi, quibus iniuria vel damnum commiſſum debet emendari aut ſi iam emendatum eſt, horum teſtimonio comprobari. Deinde interroget Epiſcopus, ſi pœnitentiam, iuxta quod canones præcipiunt, pro perpetratis ſceleribus* D *ſuſcipere velit. Etſi ille terra proſtratus veniam poſtulat, culpam confitetur, pœnitentiam implorat, & de futuris cautelam ſpondet, tunc Epiſcopo apprehenſa manu eius dextra in Eccleſiam illum introducat, & communioni Chriſtianæ ei communionem & ſocietatem Chriſtianam reddat, & ſeptem pſalmos pœnitentiales decantet, cum iſtis precibus Kyrie eleiſon 3. pater noſter. & ne nos. Saluum fac ſeruum, &c. Mitte ei domine auxilium, &c. nihil proficiat inimicus, &c. Eſto ei domine turris, &c. Domine exaudi orationem, &c. Dominus vobiſcum, &c. Oremus. Præſta quæſumus domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, vt Eccleſiæ tuæ ſanctæ, à cuius integritate deuiauerat* E *peccando, admiſſorum veniam conſequendo reddatur innoxius, per Chriſtum Dominum.* Alia oratio. *Maieſtatem tuam quæſumus domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, qui non mortem ſed peccatorum vitam ſemper inquiris, reſpice flentem famulum tuum attende proſtratum, eius planctum in gaudium tuæ miſerationis conuerte, ſcinde delictorum ſaccum, & indue eum lætitia ſalutari, vt poſt longam peregrinationis famem de ſanctis altaribus ſatietur, ingreſſuſque cubiculum regis, in ipſius aula benedicat nomen gloriæ tuæ ſemper. Amen.* Alia oratio. *Deus miſericors, Deus clemens, qui ſecundum multitudinem miſerationum tuarum peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas venia remiſſionis*

Conciliū Arauſicanum 1. ſub Leone 1.

Intellige hæc fieri in illos qui publicè excommunicati ſunt non autē qui occultè excommunicatione innectuntur.

* Communioni Chriſtianæ.

Orationes in reconciliatione excommunicatis dicēdæ.

euacuas, reſpice ſuper hunc famulum tuum N. & remiſſione omnium peccatorum ſuorum ſibi tota cordis confeſſione poſcentem, deprecatus exaudi innoua in eo piiſſime pater, quidquid terrena fragilitate corruptum vel quidquid diabolica fraude violatum eſt, & vnitati corporis Eccleſiæ membrum redemptionis annecte. Miſerere domine gemituum, miſerere lachrimarum eius, & non habentem fiduciam, niſi in tua magna miſericordia, ad tua ſacramentum reconciliationis admitte per Chriſtum Dominum noſtrum. Poſt hæc, ſecundum modum culpæ, pœnitentiam ei iniungat, & literas per parochiam ſuam dirigat, vt omnes nouerint eum in ſocietate Chriſtiana receptum. Alias etiam Epiſcopis notum faciat. Nullus autem Epiſcopus alterius parochianum excommunicare præſumat vel reconciliare, ſine conſenſu vel conſcientia proprij Epiſcopi, &c. Vide ſuperius, & infra in vocabulo, pœnitens, & pœnitentia.

Exeqviae.

De exequiis.] Defunctis exhibendis, copioſè egimus in vocabulo, defunctus. Ibi omnia repoſuimus, quæ dicenda videbantur. igitur huc te confer. Porrò, de exequiis etiam Epiſcoporum egimus vocabulo Epiſcopus, &c. vide igitur in illis locis, & infra ſepultura.

Lege bone lector in illis locis quia ſic ſe materia & opportunitate offerente multa ibi repoſuimus quæ minimo labore reuolues.

Exemptio.

De exemptionibus.] Eccleſiarum, clericorum & Monachorum, vide ſuperiùs, Eccleſiæ immunitas & libertas, & decimæ, & exactio, &c. Et infra, Monachorum nigrorum exemptio, &c.

Exorcista.

Exorciſtæ ordinatio, & officium,] Superfluum videtur de origine exorciſtarum longum ſermonem texere, ſiquidem ordinem eſſe ab ipſo Chriſto & ab Apoſtolis inſtitutum, actus Apoſtolorum ſæpius proteſtantur: de his etiam in canonibus Apoſtolorum, & libris Clementis, atque epiſtolis & decretis Pontificum, ſæpiùs mentio fit, vt ſuis locis dictum eſt. De his & Minvtivs Foelix, in octauio ſuo aduerſus Idololatriã diſſerit, & ait apud Ethnicos olim magiæ fuiſſe vitions. *Hæc omnia* (inquit) *ſciunt plerique veſtrum, ipſos dæmones de ſemetipſis confiteri, quoties à nobis & meritis verborum, & orationum incendiis de corporibus exiguntur.* Porrò mentionem facit exorciſtarum, & Cyprianvs Carthaginensis libro 2. epiſtolarum, epiſtola 1. *Facultas* (ait) *illis datur violentis quietem, ferocientibus lenitatem, immundos & erraticos ſpiritus, qui ſe expugnandis hominibus immerſerint, ad confeſſionem minis increpantibus cogere, vt recedant duris verberibus vrgere, conflictantes, eiulantes, gementes, incremento pœnæ propagantis extendere, flagris cædere, igne torrere. Res illic geritur, nec videtur, occulta plaga, ſed pœna manifeſta.* Hæc autem vniuerſa per exorciſtas olim geri ſolita, alibi apertius. Idem Cyprianus docet libro 4. epiſtola 7. *Quod hodie etiam geritur,* (ait) *vt per exorciſtas voce humana, & poteſtate diuina flagelletur, et vratur, & torqueatur Diabolus, &c.* Porrò exorciſtarum meminit Dionysivs Areopagita, vt diximus in vocabulo, baptiſmus; nam olim ante baptiſmum exorcizabantur fideles futuri, vt ibidem oſtendimus: Meminit quoque Clemens I. libro 8. conſtitutionum cap 32. *Exorciſta* (ait) *nõ ordinatur, ſpontannea enim beneuolentia eſt hoc certamen, & gratia Dei per Chriſtum ſuperuenientis ſpiritus ſancti: nam qui accipit dona ſanationum, per reuelationem a Deo declaratur cum pateat omnibus gratia quæ eſt in ipſo.* Denique Ignativs Martyr epiſtola ad Antiochenſes, exorciſtas ſalutat, & Tertvllianvs Carthaginensis libro ad ſcapulam, *Dæmones* (ait) *non tantum reſpuimus, verum & reuincimus, & quotidie traducimus, & de hominibus expellimus, ſicut hominibus notum eſt.* Exorciſtarum quoque mentionem facit & Epiphanivs Cypri ad calcem operis contra hæreſes: Nihil ergo curare debemus, quid Caluinus & Beza in hunc Eccleſiæ ordinem debachantur, ſiquidem ſcimus ex traditione Apoſtolica Eccleſiam recepiſſe. Vnde & Concilium Laodicenvm ſub liberio 1. canone 26. & allegatur à Gratiano diſtinctione 69. cap. Non oportet. *Hi* (inquit) *qui non ſunt ab Epiſcopis ordinati, tam in Eccleſiis, quam in domibus exorcizare non poſſunt.* Et Foelix IV. epiſtola 1. hunc canonem in authoritatem aſſumit, & Concilium Aquiſgranenſe 1. cap. 79. hoc etiam Concilium Carthaginense IV. capite 9. *Omni die* (ait) *Exorciſta, energumenis manus imponant, &c.* Vide ſupra, energumenus. Idem canone 7. & allegatur à Gratiano diſtinctione 23. capite Exorciſta *Exorciſta* (ait) *cum ordinatur, accipiat de manu Epiſcopi libellum in quo ſcripti ſunt exorciſmi dicente ſibi Epiſcopo. Accipe & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper Energumenum, ſiue baptizatum, ſiue Cathecumenum.* Denique Cyrillvs Hierosolymitanvs in præfatione ſuarum Catecheſeon. *Cum* (inquit) *Exorciſta per Spiritum ſanctum incutiunt timorem, & in corpore tanquam in fornace animam accendunt, fugit tunc inimicus dæmon, adeſt autem ſalus, & ſpes vitæ æternæ aſſiſtit, denique anima repurgata à peccatis ſalutem conſequitur, &c.* Porrò ſæpius exorciſtarum meminit Ioannes Chrysostomvs homilia de Adam & Eua. *Non prius* (inquit) *ad regenerationis veniunt ſacramentum, non prius fontem vitæ ingrediuntur, quam Exorciſmis & exſufflationibus clericorum, ab eis immundus abigatur, & deinceps vaſa eius eripiantur, in poſſeſſionem tranſlata illius victoris, qui captiuam duxit captiuitatem, &c.* Optatvs Milevitanvs libro 4. contra Donatiſtas. *Omnis homo qui naſcitur* (ait) *quamuis de parentibus Chriſtianis naſcatur, ſine ſpiritu mundo eſſe non poteſt, quem neceſſe ſit ante ſalutare lauacrum ab homine excludi & ſeparari. Hoc exorciſmus operatur, per quem ſpiritus immundus depellitur, & in loca deſerta fugatur, &c.* Avgvstinvs Hipponensis libro 2. de nuptiis & concupiſcentiis cap 18. & 29. antequam traditionem eſſe probat, Exorciſtas dæmones depellere: ſimiliter & libro 2. de gratia & peccatorum remiſſione, &c. cap. 40. & ſermone 10. de verbis Apoſtoli. Porrò hoc iam ſuperiùs in vocabulo, Baptiſmi cæremoniæ, &c ſufficienter probatum eſt. & ideo hic addo ſolum, quòd Isidorvs Hispalensis libro 2. de officiis Eccleſiaſticis cap. 13. ait. Quem ſolenniter in medium profert & Concilium Aqvisgranense I. ſub Ludouico I. Imperat. cap. 4. *In ordine & miniſterio Eccleſiæ* (ait Iſidorus) *decet eſſe Exorciſtas ſecundum officia, quæ in templo Salomonis erant diſpoſita, quæque poſterius ſunt ab Eſdra diſperti. Et inuenimus, eos, quos Eſdras actores memorat templi tunc, nunc eſſe Exorciſtas in Eccleſia Dei. Fuerunt enim ſub Eſdra actores templi, ſeruorum Salomonis*

Aduum 10. — Minutius Foelix Cauſidicus Romanus. — Cyprianus Carthaginenſis. — Dionyſius Areopagita. — Clemens 1. — Ignatius Martyr. — Tertullianus Carthaginenſ. — Epiphanius Cypri. — Concilium Laodicenum. — Foelix 1. — Concilium Aquiſgranenſe 1. — Concilium Carthaginenſe 4. — Ordinatio Exorciſtarum. — Cyrillus Hieroſolymitanus. — Ioannes Chryſoſtomus. — Optatus Mileuitanus. — Auguſtinus Hipponenſis. — Iſydorus Hiſpalenſis. — Concilium Aquiſgranenſe ſub Ludouico I. — De origine & officio Exorciſtarum.

filij,

1. Eſdra 1.

A *filij, qui actum templi ſub ſua cura haberent, ac ſacris oblationibus deſeruirent: & cùm fuiſſent ex ordine & miniſterio templi, longè fuerunt ab officio altaris Dei, quia nec pſalmiſtis, nec oſtiariis, nec ſacrorum ſeruis attingere licebat munera altaris, niſi tantummodo Leuitis. Quid ergo eſt? nullam aliam curam habebant actores templi, niſi ad ſartatecta facienda, aut quæcunque fuiſſent veterata in ædificatione templi aut delapſa, per eoſdem actores de theſauris dominicis reficerentur, atque excolerentur. Ergo actores templi, Exorciſtæ ſunt in populo Dei. Quomodo enim actor prudens & bonus ſcit, quis ſit domini ſui cenſus & omnis ſubſtantiæ modus, & redigit apud ſe totius poſſeßionis inſtrumenta originalia: ſic & Exorciſta*

B *redidit in ſuam diligentiam totius regni domini ſecreta, vt memoria manaet de ſcripturarum ſacramentis, vnde exerceat ſcilicet donum, quod illi eſt à Spiritu ſancto conceſſum, ſecundum Apoſtoli præceptum. Exorciſtas enim memorat Apoſtolus, cùm dicit: nunquid omnes donationes habent curationum, &c.* Hinc POLYDORVS VIRGILIVS lib. 4. De inuentoribus rerum cap. 5. ad calcem ait. *Exorcizatores, id eſt, adiuratores, aut increpantes, Salomon inſtituit, qui inuocarent ſuper Cathecumenos vel ſuper eos, qui ſpiritibus malis vexabantur, nomen Domini, ita dæmones ſubigentes, vt ab eis egrederentur, ſicuti ex Ioſepho alibi demonſtrauimus, ipſum Salomonem effugandorum dæmonum inueniſſe modum, &c.* Vide quod ſequitur, & infra vocabulo, ordo

1. Corinth. 12. Polydorus Virgilius.

C

EXORCISMVS.

De Exorciſmo.] ſeu exſufflatione & coniuratione dæmonum, ſuperiori annotatione ſufficientes diximus: ſed & ſuperiùs, dum Baptiſmi cæremonias notaremus, infinitis authoritatibus, traditionem eſſe Eccleſiæ vetuſtiſſimam monſtrauimus, ex DIONYSIO AREOPAGITA & reliquis. Porrò de Exorciſmo ſæpè diſſerit ille Apoſtolicorum temporum vicinus TERTVLLIANVS CARTHAG. libro de anima capite penultimo: vide in vocabulo, ſpectacula, & lege

Dionyſius Areopagita.

Tertullianus Carthag. Cyprianus Carthagin. Cyrillus Ieroſolymitan.

D CYPRIANVM ſuperiori annotatione, & CYRILLVM Hieroſolymitanum catecheſi 1. illuminatorum Hieroſolymis, qui & catecheſi 16 ait. *Perſæpe dæmoniacus qui ferreis vinculis à multis at tineri non poteſt, ab vno ſolis verborum precationibus continetur, per eam, quæ in illo eſt Spiritus ſancti virtutem, & ſimplex exorciſantis afflatus efficitur ignitus his, qui videri non poſſunt.* Verùm ſi de Exorciſmi virtute ampliora quæris noſſe, lege GVILIELMVM LINDANVM libro 4. Panopliæ Euangelicæ cap. 8 ad calcem, & 9. per totum: lege etiam & melliſluum STANISLAVM HOSIVM, capite 37. confeſſionis Catholicæ fidei,

Guilielmus Lindanus.

Stanislaus Hoſius

E in Concilio GVESNENSI vel PETRICOMENSI exhibitæ, vbi de ritibus & cæremoniis Baptiſmi loquitur. Lege quoque iterum ibidem eundem cap. 52. De diſtinctione ordinum & vide infra vocabulo, ordo. Egit & de Exorciſmis, qui fiunt per adiurationes, FRANCISCVS SONNIVS Epiſcopus Buſcoducenſis libro 3. demonſtrationum religionis Chriſtianæ capite 8. tractatus 4. ad calcem, dum de licitis & illicitis iurationibus tractat.

Concilium Petricouienſe per Archiepiſcopũ Gneſnenſem celebratum.

Franciſcus Sonnius.

EXPOSITA.

Concilium AGATHENSE ait canone 24. *De expoſitis id obſeruandum, quod iamdudum ſynodus ſancta conſtituit.* Concilium VASENSE I. canone 9. *De expoſitis (quia conclamatur ab omnibus) querela proceſſit, eos non miſericordiæ iam, ſed canibus exponi, quos colligere calumniatorum metu, quamuis inflexa præceptis miſericordiæ, mens humana detrectet: id ſeruandum viſum eſt, vt ſecundum ſtatuta fideliſſimorum piiſſimorumque Auguſtorum & Principum, quiſquis expoſitum colligit, Eccleſiam conteſtetur, conteſtationemque colligat: nihilominus de altari dominico die miniſter communicet, vt Eccleſia ſciat expoſitum eſſe collectum, vt intra dies decem ab expoſitionis die, expoſitum recipiat, ſi quis probauerit ſe agnouiſſe, collectori pro ipſorum decem dierum miſericordia, prout maluerit, aut præſens retribuat, aut in perpetuum cùm Dei gratia, ſi voluerit, poſſideat.* Et canone 10. *Si quis expoſitorum, hoc ordine collectorum, repetitor vel calumniator extiterit, homicida habendus eſt, & Eccleſiaſtica diſtrictione damnabitur.*

Concilium Agathenſe.

Concilium Vaſenſe I. ſub Leone 1.

FAC.

FACVLTATES ECCLESIAE.

FAcultatum Eccleſiæ, & monaſteriorum collatio, & ditatio defenditur.] Quandoquidē ab initio hæretici inſectati ſunt Eccleſiā, & eam iniuſtè ditatā criminantur, paucis quidem volumus demonſtrare non eſſe iniuſtum, quod Deo ita volente & iubente completum eſt. Vt propoſitio hæc robur validius aſſumat, hic tibi lector repetendum eſt quod ſupra vocabulo Baſilica, & dictione decimæ, & verbo Eccleſiarum ædificatio, &c. poſuimus: nam in illis locis, ab initio oſtendimus frequentiſſimum fuiſſe Baſilicas & Eccleſias ædificare, & eas bonis temporalibus ditare. Cum igitur hæc reuolueris, etiam hæc annecte. Et quidem lubet exordium ſumere ab antiquis temporibus, ſequentes ordinem Concilij 3. AQVISGRANENSIS, ſub Pipino, libro 1. cap. 3. vbi patres eiuſdem concilij longo

Quàm hoc fuerit antiquis laudabile & ſolemne prodiit ſatis, ea quæ nunc Eccleſia optimo iure poſſidet in ſubcontionē ege norum, vt vult Ambroſius lib. 5. Epiſtolarum, Epiſtola 31. ad Valentinianū Imperatorem, contra Symmachi præfecti calumnias, vide infra.

Concilium Aquiſgraneuſ. 3. ſub Pipino Ludouici Pij filio

D quidem tractu, (quem nos abbreuiabimus) formant obiectionem, quæ etiam hodie ſolet ab hæreticis & malis Chriſtianis agitari, de quibus etiam infra dicemus, in vocabulo, hæretici ſemper miſcuerunt ſacra prophanis, &c. *Sunt quidem* (aiunt patres) *qui dignitatem Eccleſiaſticam non curantes, imò ſuam cupiditatem explere volentes, ſibique in deo oblatis ſacratiſque rebus auferendis impunitatem inaniter promittentes, qui contra ſalutem ſuam hac temerario, imò pernicioſiſſimo ſolent dicere auſu quid mali, quidve diſcriminis eſt ſi rebus Eccleſiaſticis pro libitu noſtro vtimur neceſſitatibus? Quid cura eſt Deo ſanctiſque eius, ob quorum amorem & ho-*

Hæc ſunt etiā noſtri temporis hæreticorū verba.

E *norem Deo dicuntur oblata, cùm vtique in eorumdem ſanctorum vſus nihil ex his cadat? Et vbi Deus hæc, quæ Eccleſiarum rectores opponunt, iuſſit ſibi offerri, præſertim cùm omnia quæ in terris ſunt, ſua ſint, & ille ea ad vſus hominum creauerit? Quorum argumentationi inſaniſſimæ, diuinaque iniuria pleniſſimæ, prout dominus annuerit, ex vtriuſque teſtamenti paginis & ſanctorum patrum dictis eximiis, tentabimus reſpondere.* Et capite 4. *Primùm quidem, quòd omnia terræ regna & omnia bona terræ domini ſunt, & ex ſuis ſua ſibi offeruntur, ex verbis Dauid ſanctiſſimi & prophetarum eximij: poſtea autem quòd Deus ſua, ſiue ante legem ſiue in lege, & ad ſanctuarium & ad templum ſanctum ſuum iuſſerit offerri, conabimur demonſtrare, Primo quidem ex libro 1. Paralipom. cap.*

Quia nobis nō [illegible] omnium tractatuum prolixiſſum hic ponere tantū locos annotabimus vt curioſior animus inueniat ſi requirit.

A 28. *vbi poſt ædificationem templi, obtulit Salomon in domum Dei de peculio aurum & argentum, exceptis his quæ ad deaurandos parietes, ſeptem millia talentorum argenti probatiſſimi. & tria millia auri de auro Ophir obtulit: & hæc, vt ex lectione patet, obtulit ad cultum ſanctuarij, & ad vſum ſacerdotum & leuitarum. Interea notandum quod ea, quæ offeruntur Deo, non debent ex rapina aut iniuſtitia prouenire: non enim tale ſacrificium Deus accipit.* Ita prædicti patres proſequuntur capitibus 10. 11. 12. & reliquis præfati libri 2. Denique originem perſcrutantur rerum offerendarum Deo, & quomodo hæc de manu in manum traducta ſunt, vt diuinis templis oblationes & facultates offerantur. *Memorata ergo* (vt oſtendunt capite 13. eiuſdem libri) *erga & religio, primum cœpit ſine altari ab Abel iuſto, cuius*

B Geneſ. 4. *liber Geneſis facit mentionem: quod ſcilicet Deo de primogenitis gregis obtulerit, & Deus ad eum & ad munus eius reſpexerit. Noe quoque ingentis cataclyſmi periculo, domino ſe protegente, liberatus, eoque iubente de arca egreſſus* (ſubdunt cap. 14.) *non extra*

Geneſ. 8. *altare, ſed iam ſupra altare, ob liberationem ſui, holocauſta deo obtulit. Et obtulit* (ait ſcriptura) *holocauſtum ſuper altare de cunctis pecudibus & volucribus mundis, odoratuſque eſt dominus odorem ſuauitatis, ex his conſtat grata Deo fuiſſe holocauſta, quando etiam ei benedixit. Quod ſi oblationem in odorem ſuauitatis odoratus eſt, proculdubio ablationem oblatarum & deteſtatur, & deteſtatus eſt: & pro benedictione Noe, illis maledictionem dabit. Abraham*

Deus illos deteſtatur qui facultates Eccleſiæ rapiunt, vide infra in diſtinctione peculiari.

C *quoque in cuius ſemine, quod nos ſumus, benedictæ ſunt gentes, ædificauit altare domino, & inuocauit nomen eius, & adhuc poſt acceptam ſeminis multiplicandi repromiſſionem, in Mambre aliud ædificauit: atque quanta inde fides reportauit præmia, ſatis ex lectione liquet* (Tum cap. 17. 18. & 19. & reliquis ne in his immoremur diutius recitandis) *Quod ſi Abraham* (aiunt patres) *pro eo, quod Dei altaria erexit, cultumque eius veneratus eſt, tot à Deo meritorum prærogatiuis donatur: non dubium eſt, quin altarium ſanctorum euerſores, & ſacratarum rerum, quibus in eiſdem altaribus deo famulandum eſt, ſurreptores damnentur. Denique reuerſo Abraham a cæde regum, occurrit Melchiſedech proferens panem & vinum* (*erat*

Geneſ 12. & 13

D *enim ſacerdos dei altiſſimi*) *& benedixit ei, & ait: Benedictus Abraham Deo excelſo, &c. & dedit ei decimas ex omnibus* (vide decimæ ſup.) *Si ergo ea quæ dedit Deus, & quæ ſibi ſuiſque ſacratis locis offerri iubet, auferre non pertimeſcunt: quid facerent, rogo, ſi Deus illis aut ſemetipſos, aut filios eorum ſibi in holocauſtum iuberet offerri? Certè credendum eſt, quod ſicut in auferendis ſacratis rebus, Deo inobedientes exiſtunt, ita nihilominus in ſemetipſis offerendis aut filiis ſuis, inobedientes exiſterent. Iſaac quoque & ipſe memoratur altare domino extruxiſſe, & Iacob erexit lapidem in titulum, fundens oleum deſuper, vota vouens*

Geneſ. 14.

Gen. 26. & 28.

E *domino. Eidem quoque iniungitur, Deo altare erigere, & inuocare ſuper illud fortiſſimum Deum Iſrael: & ſubditur, quòd profectus eſt inde ad puteum iuramenti, & mactatis ibi victimis Deo patris ſui Iſaac, audiuit per viſionem, &c. Vnde hodie* (ſubdunt patres cap. 24.) *Chriſtiana quoque religio, exemplum ſumens ex antiqua patrum traditione* (vide, dedicatio & Eccleſiarum conſtructio) *domos in honorem Dei ædificat ac dedicat, & altaria erigit, eiſque oleum ſuperfundit, ac ſacroſancto chriſmate perungit ea, & de factis dictiſque eiuſdem Iacob, melodiam Chriſto canit, & à fidelibus oblationes & vota & pretioſarum diuerſarumque rerum, ad decorem & honorem diuini cultus, ſacerdotum, cæterorumque miniſtrorum Chriſti*

Geneſ. 33 & 35.

A *vſus, pauperumque receptionem ac recreationem ſuſcipit donaria. Qui autem huiuſcemodi donaria ad iniuriam Dei omnipotentis, templorumque ſanctorum ſuorum dehonorationem & humiliationem, ſacerdotumque dei vituperationem, auferre præſumit, cuius ſit diſcriminis & damnationis, vt perpendas, ſalubriter admonemus: quoniam ſicut verbis eiuſdem patriarchæ Iacob apertè demonſtratur, cuncta Deo dicata templa, & terribilia ſunt & Dei habitacula, & verè domus Dei ſunt, & porta cœli.* Deinde ſubdunt cap. 25. *Liberato Iſraelitico populo de Ægyptiaca ſeruitute, iuſſus eſt Moyſes ſanctificare omne primogenitum, quod aperit vuluam de filiis Iſrael: & ſanctificare nihil aliud eſt quam offerre & conſecrare. Infra etiam iubetur altare erigere, ob obtentam victoriam de*

Exod. 13. 17. & 20. & reliquis.

B *Amalech: & infra, altare adhuc de terra iubetur ædificare, ſuper quod efferantur holocauſta & pacifica, oues & boues, &c: & conſequenter ædificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos, per duodecim tribus Iſrael. Hactenus de altaribus Deo erectis & ædificatis, & quibuſdam oleo perunctis, de holocauſtis & victimis, & hoſtiis pacificis Deo oblatis. De diuino verò cultu & oblationibus, in libro. Exodi cap. 25. fit mentio: & ibi iubetur filiis Iſrael, vt tollant primitias ab omni homine, &c. vſque, & omnium vaſorum in cultum eius. Denique ibidem, & in leuitico, dona recenſentur, quæ in tabernaculum & ſanctuarium delata ſunt multiplicia, quæ in vſus etiam ſacerdotum cedere iubebantur, nec cuiquam licebat ex his aliquid contingere vel auferre. ibidem. Si peccauerit*

Exod. 24.

Leuit. 4.

C *ait Princeps, offeret hoſtiam domino, &c. Rogabitque pro eo ſacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. Hoc obſeruandum quòd quilibet reatus principis, non niſi oblatione facta, & oratione ſoluatur ſacerdotis: & ſæpius ibidem repetitur, capite 5. 6. & cæteris. Porrò de igne & luminaribus Eccleſiæ, leuitici 6. fit mentio, & illi iuſtè arguuntur, qui in Baſilicis dei dicatis, luminaria, quæ concinnari è fidelium oblationibus debent, auferre præſumunt. Quòd verò Baſilicæ deo conſecratæ, ſint loca diuina, ſint etiam Dei habitacula, & omnibus in Chriſtiana religione conſiſtentibus pauenda & veneranda, etiam ex leuitico cap. 26. probatur. Per diſcurſum porrò libri Numeri,*

De luminaribus Eccleſiæ.

D *de oblationibus & decimis & primitiis offerendis fit mentio: ſed & domos, agros, & ſeruos, ſibi Deus offerri præcepit, vt ex libro Ioſue colligitur: & iam per hoc notum eſt, Baſilicarum erigendarum, & facultatum eiſdem in Dei & miniſtrorum obſequium, antiquum eſſe vſum.* Hoc per totum librum primum, eiuſdem Concilij patres, fuſiſſimè probant, & libro 2. pergunt probare idem, ex libris Ioſue, Regum & aliorum veteris teſtamenti. quæ melius diligens lector obſeruare poterit, quàm hic poſſent comprehendi. Per totum enim veteris teſtamenti organum diſcurrunt, & de vaſis ſacratis, de oblationibus & donis, de venerandis altaribus

Ioſue 22.

E exempla proferunt: Salomonis ſcilicet, Seleuci, Balthaſaris, Nabuchodonoſoris, Menelai, & Antiochi, quorum libri Regum, & Danielis, & Machabeorum meminerunt. Tandem libro 3. ex Euangelio probant licitè, Chriſtum accepiſſe, quæ ei offerebantur donaria, atque Iudam inde incurriſſe damnationis ſententiam, quòd facultates Chriſto oblatas diripiendo furatus ſit, vt infra dicetur (facultatum Eccleſiæ inuaſores, &c.) Probant inſuper, ex ſerie Euangelij, qualiter Eccleſia Chriſti, ab exordio natiuitatis ſuæ, cœperit creſcere, dilatari ac propagari, & fidelium oblationibus munerari. Docent enim Dominum Chriſtum nummos habuiſſe, ſuamque Eccleſiam ſuo

Chriſtus licite pec[illegible] [illegible] ſedebit, [illegible] exēplū daret quia [illegible] te[illegible] habet Eccl'ſia

A exemplu nummos habitoram & vnguentum Mariæ,quæ typum geſſit Eccleſiæ: & eum dehonorationem templi non paſſum, quando è templo vendentes eiecit & ementes, & locum orationis voluit conſecrari. Quòd autem temporibus Apoſtolorum Eccleſiæ ditarentur, ſatis ex eorum canonibus deprehenditur, oam facultatum Eccleſiæ diſpenſationem, Epiſcopis iniongunt, vt & indigentibus præbeant,non parentibus, vt diximus ſuperius, in vocabulo, Epiſcopos rerum Eccleſiaſticarum diſpenſationem habeat, &c. *Denique quomodo Eccleſia Chriſti (aiunt poſt eius paſſionem & reſurrectionem paulatim creuerit, & per Apoſtolos roborata & propagata, atque fidelium* B *oblationibus dilatata,& ditata,& exornata fuerit, & actus eorumdem Apoſtolorum, & eorum geſta, quæ vnuſquiſque,in prouinciis ad prædicandum à Chriſto ſibi commiſſis geſſit,pleniſſimè monſtrant. Hinc & in actibus Apoſtolorum legitur: poſſeſsiones ſuas vendebant, & diuidebant illas omnibus pro vt vnicuique opus erat multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna,qualiter autem punitus ſit herodes, qui eas rapere voluit.* Ex actibus notum eſt.* Porrò idem libro 3. cap. 23. ſubiungunt. *Qualiter denique Eccleſia Chriſti per ſucceſſores Apoſtolorum paſtores videlicet eiuſdem Eccleſiæ ſub Orthodoxis imperatoribus, (vt de multis vnum ponamus) Conſtantino,nec non regibus aliis ac principibus, ceteriſque fidelibus ſua vota, Deo offerentibus, eamque* C *Eccleſiam diuerſis donariis incrementantibus, atque ad alta ſublimantibus excreuerit, hic enumerare & prolixum eſt & laborioſum. Geſta tamen ſingulorum manifeſtant eorum ſtudium & Imperatorum ac Regum,Principumque erga diuinum cultum amplificandum, & cæterorum Chriſtianorum frequentiſsimam deuotionem, qualiter memoratam Eccleſiam vſque in præſens tempus honorando exaltauerint, & exaltando honorauerint, atque multifariis donariis ditem effecerint.* lege NICEPHORVM CALLISTVM libro 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ c. 46. per totum, & ſequentia. lege etiam PLATINAM CREMONENSEM in vita Syluestri 1.& in vita Zachariæ D 1. vbi narrat de Theodoro maiore, filio Regis Megiſti Cataxanthi, qui ob veniam ſuorum delictorum, prædium, quod ex hæreditate fruebatur paterna, beato Petro dereliquit: & hoc prædium idem Pontifex, etiam vicina eidem data ab aliis loca,ſine aliqua violentia aggregans,ſancto Petro perpetuo iure conceſſit, & hic locus S. Cæciliæ modo dicitur. Idem & ADRIANVS I. epiſtola miſſa ad Conſtantinum Imperatorem, quæ lecta eſt actione 1. generalis 2. ſynodi, referente Anaſtaſio bibliothecario, loquens de rege Carolo Magno duce Francorum & Longobardorum. *Per ſua* (inquit) *laborioſa certamina,eidem Dei Apoſtolica Eccleſiæ, ob nimium amorem, plura bona in* E *perpetuò obtulit poſſidenda, tam prouincias, quàm ciuitates ſeu caſtra, & cætera territoria : imo & patrimonia,quæ à perfida Lōgobardorum gente detinebantur brachio forti eidem Dei Eccleſiæ reſtituit, cuius eſſe dignoſcebatur : ſed & aurum & argentum quotidie, pro luminariorum concinnatione, ſeu alimoniis pauperum, non deſinit offerendo.* Et Porrò quòd iuſtè in pios vſus Eccleſia facultates poſſideat, docet AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro 2. Officiorum capite 28. & epiſtola 31. libri 5. ad Valentinianum Imperato: & HIERONYMVS STRIDONENSIS libro contra Vigilantium, & in aliis locis. Sed & Laurentium ſanctum martyrem,facultates Eccleſiæ dediſſe pauperibus,canit Eccleſia, & teſtatur MAXIMVS TAVRINENSIS homil. 1. CYRILLVS ALEXANDRINVS quoque libris contra Iulianum Imperatorem.Eccleſiarum bona defendit & innumeri alij patres,pro hac cauſa ſtrenuè pugnarunt, vt in ſequentibus diſtinctionibus videbitur.Porrò NICOLAVS I. epiſtola ad Michaelem Imperatorem,eidem Principi exacerbato in Eccleſiam Romanam, opponit prædeceſſorum ſuorum Imperatorum ſyluam, qui Eccleſiam diuerſis priuilegiis ornauerunt,donis ditarunt, & beneficiis cumularunt,& ei ſemper auxiliati ſunt. Sed & LEO IX. epiſtola ad Michaelem Conſtantinopolitanum Epiſcopum,& Leonem Acridanum Epiſcopum cap. 13. tenorem priuilegij producit Conſtantini Magni, de fundatione & donatione omnium bonorum quæ habet Romana Eccleſia: & allegatur à Gratiano diſtinctione 96.capite Conſtantinus Imperator. Sed ſuperfluum eſt diutius hic morari,quoniam in ſuperioribus locis & vocabolis aſſignatis ſatis hæc oſtendimus, & ex his quæ ſequuntur fient adhuc clariora. Itaque coniunge,& connecte ſequentia.

Actuum 4.& reliquis.
Actuum 12.
Vide in ſequẽtib. diſtinctionibus, vbi deprehendes teſtimonia fidelißima ab initio Eccleſiã facultates & diuitias poſſediſſe.
Nicephorus Calliſtus.
Platina Cremonenſis.
Adrianus 1.
Donatio Caroli magni.
Ambroſius Mediolanenſis.
Hieronymus Stridonenſis.
Maximus Taurinenſis.
Cyrillus Alexandrinus.
Nicolaus 1.
Leo 9.

Facultates Eccleſiis relictæ,nullo modo retinendæ.] Etiam in vocabulo, oblatio, ſimile quid præcipitur. Porrò legimus ſic ſtatuiſſe Concilium AGATHENSE 1. ſub Cœleſtino 1. canone 4. & allegat Gratianus cauſa 13. quæſt. 2. C cap. clerici. *Clerici vel ſeculares qui oblationes parentum,aut donatas, aut teſtamento relictas retinere perſtiterint, aut id quod ipſi donauerunt Eccleſiis, vel monaſteriis crediderint auferendum, ſicut ſynodus ſancta conſtituit, velut necatores pauperum, quouſque reddant, excludantur Eccleſiis.* Et de Epiſcopis Idem canone 6. ſtatuit. & allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſtione 3. capite Pontifices. *Pontifices verò,quibus in ſummo ſacerdotio conſtitutis ab extraneis duntaxat aliquid aut cum Eccleſia, aut ſequeſtratim aut dimittitur,aut donatur, (quia ille qui hoc donat,pro redemptione animæ ſuæ,non pro commodo ſacerdotis offerre probatur) non quaſi ſuum proprium, ſed quaſi dimiſſum Eccleſiæ inter facultates* D *Eccleſiæ computabunt: quia iuſtum eſt, vt ſicut ſacerdos habet quod Eccleſiæ dimiſſum eſt, ita & Eccleſia habeat, quod relinquitur ſacerdoti* (vide etiam infra) *Sanè quidquid per fidei commiſſum, aut ſacerdoti aut Eccleſiæ fortaſſe dimittitur, cuicunque alij poſtmodum profuturum, inter facultates ſuas Eccleſia computare,aut retinere non poterit.* Hæc allegat & Martinus Bracatenſis in directorio cap. 17. & repetit Gratianus diſtinctione 50. capite Si quis presbyter. Sed & Concilium CARPENTORACTENSE ſub Leone 1. canone 1. *Huiuſmodi ad nos querela peruenit, quòd ea quæ à quibuſdam fidelibus parochiis conferuntur,ita ab aliquibus Epiſcopis præſumantur, vt aut parum, aut prope nihil Eccleſiis qui-* E *bus collata fuerant, relinquatur. Hoc nobis iuſtum & rationabile viſum eſt,vt ſi Eccleſia ciuitatis eius, cui præeſt Epiſcopus, ita eſt idonea, vt ipſa nullius indigeat, quidquid parochiis fuerit derelictum,clericis qui in ipſis parochiis deſeruiunt,vel reparationibus Eccleſiarum rationabiliter diſpenſentur. Sì verò Epiſcopum multas expenſas,& minorem ſubſtantiam habere conſtiterit,parochiis quibus largior fuerit collata ſubſtantia,hoc tantùm, quod clericis vel architectis rationabiliter ſufficiat reſeruentur: quod autem amplius fuerit, propter maiores expenſas,Epiſcopus ad ſe debeat reuocare, ita tamen, vt nihil de facultatula illa, vel de miniſteriis clericorum loci illius, licentiam habeat minuendi.* Eadem omnino Concil. TOLET. IV.

Concilium Agathenſe ſub Cœleſtino 1. vel Sixto 3.
Concilium Carpentoractẽſe ſub Leone 1.
Cõcilium Toletanum 4. patrũ 67 ſub Honorio 1.

ſub Honorio I. canone 32 vt allegauimus ſuperiùs in vocabulo auaritia ſacerdotum, &c. & allegat Gratianus cauſa 16. quæſt. 1. cap. conſtitutum eſt: & idem quoque ſtatuit Concilium AVRELIANENSE IV. cannone 14. hinc eſt quòd ISCHYRION DIACONVS, & reliqui clerici Alexandrini, epiſtola miſſa ad Leonem 1. & Chalcedonenſe Concilium, contra impium Dioſcorum Epiſcopum Alexandrinum, (quæ lecta eſt actione 3 eiuſdem Concilij coram patribus) inter crimina quæ ei obiiciunt, eſt & illud Quod ſcilicet cum clariſſimæ memoriæ periſteria, pro ſuæ animæ ſalute teſtamentum condens, iuſſiſſet multam quantitatem pecuniarum præſtari monaſteriis, nec non etiam Xenodochiis, & parochiis, & aliis pauperibus Ægyptiacæ prouinciæ hoc moleſtè tulit Dioſcorus, ob id quod in perſona eius hæc minimè ſunt dimiſſa, fecit eaſdem pecunias pro Eleemoſyna ſcortis & aliis Theatricis diſpartiri perſonis, vt neque incenſum ex oblatione illius clariſſimæ memoriæ periſteriæ (quantum ad eum pertinuit) Deo offerretur. Poſtea accuſatur idem Dioſcorus, quòd aduerſus poſſeſſiones Monachorum aliquos deſtinauit, & tradidit eas incendio, ita vt in eiſdem poſſeſſionibus ædificia pleniùs ignis conſumeret. Similiter & Ibas Edeſſenæ ciuitatis Epiſcopus (iuſtè an iniuſtè neſcio) arguitur, actione 10 eiuſdem Chalcedonenſis Concilij coram patribus à ſuis accuſatoribus, quòd Danielem quendam conſtituerat Epiſcopum, filium fratris ſui, paganorum ciuitati, qui Eccleſiaſticos redditus conſobrinis & parentibus conferret, & hæreditates & munera quæ vndecunque offerebantur, & cruces aureas, & argenteas, & collecta in captiuos eroganda, erogaret cognatis. vide ſupra, conſanguinei Epiſcoporum. Similiter & EPISCOPI ÆGYPTII, & Clerus Alexandrinus, impium Timotheum Ælurum conſtantiſſimè apud Leonem 1. Imperatorem accuſant, eo quòd ſedem Alexandrinam per tyrannidem occupans occiſo ſanctiſſimo Proterio, quem Chalcedonenſis Synodus eidem ciuitati ordinauerat Epiſcopum (vt iam alias diximus Epiſcopatus non inuadendus, &c.) inter ſcelera & impia flagitia quæ commiſit, vt pote homicidia, adulteria, & hæretica dogmata, Res Eccleſiæ malè deuaſtabat, & habentes alimenta pauperes ab Eccleſia, ſolatiis priuabat omnimodis aliis hæc ſceleratiſſimis expendendo. Iterum idem reperitur etiam epiſtola alia miſſa ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopol. Porrò Concilium CARTHAGINENSE IV. canone 9. & allegatur à Gratiano cauſa 13. quæſt. 2. cap Qui oblationes. *Qui oblationes defunctorum, aut negant Eccleſiis, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur.* Idem omnino ſtatuit Concilium MATISCONENSE I. capite 4. Porrò ante omnia hæc Concilium GANGRENSE I. ſub Sylueſtro 1 canone 8. & citatur in Concilio Aquiſgranenſi 3. libro 3. cap 16 & in Concilio 1. Aquiſgranenſ. cap 66. *Si quis (ait) oblationes fructuum, vel primitias Eccleſiæ debitas voluerit extra Eccleſiam accipere, aut dare præter conſcientiam Epiſcopi, vel huius cui huiuſmodi officia commiſſa ſunt, & non magis cum conſilio eiuſdem hæc agenda putauerit, anathema ſit.* Et cano. 8 *Si quis dederit vel acceperit fructuum oblationes extra Epiſcopum, vel eum qui conſtitutus eſt ab eo ad diſpenſandam miſericordiam pauperibus, qui dat, & qui accipit anathema ſit.* Concilium ARELATENSE ſecundum eodem tempore ſub Sylueſtro celebratum cano 8. *Secundi me ... Nicæni ... ſcriptis ait ... qui oblationem defunctorum ... aut negauerit, ab Eccleſia ... fraudem fecit ... excludatur.* Porrò præcedens decretum Gangrenſis Concilij. Concilium ROMANVM VI. ſub Symmacho 1. allegat & confirmat, & etiam poſtea Gratianus cauſa 16. quæſt. . cap in canonibus. *In canonibus* (ait præfatum Concilium) *Gangrenſi Eccleſia Apoſtolica authoritate cordit... de fructuum oblationibus quæ miniſtris Eccleſiæ debentur, & de his quæ in vſus pauperum conferuntur, ſcriptum habetur. Si quis oblationes Eccleſiæ, &c.* Vide ſupra. tum ſubiungit. *Valde iniquum ergo & ingens ſacrilegium eſt, vt quæcunque pro remedio peccatorum vel ſalute, vel requie animarum ſuarum vniuſquiſque venerabili Eccleſiæ contulerit, vel certè reliquerit, ab his quibus hæc maximè ſeruari conuenit, id eſt Chriſtianis & Deum timentibus hominibus, & ſuper omnia principibus, & primis regionum, in aliud transferri vel conuerti,* (vide infra) *Propterea qui hæc non ... auſus erit, & aliter quàm ſcriptum eſt prædia Eccleſiæ tradita petierit, vel acceperit, aut poſſederit, vel iniuſte defenderit, aut retinuerit, niſi citò ſe correxerit, quo iratus Deus animas percutit anathemate feriatur: ſit ... accipienti & danti & poſſidenti anathema, & inſtituta pœna contubernium aſſiduum, nec aliquis ſe ante tribunal Chriſti obſtaculo muniat: quia a religioſis animabus ad ſubſtantiam pauperum derelicta, ... ſuſine aliqua pietatis conſideratione diſpergit.* Vide mox ſequenti diſtinctione. Idem ſtatuit Concilium ARVERNENSE I. capite 13. & Concilium AVRELIANENSE II capite 1.. (vide, oblationes non omnes ſuſcipiendæ) & AVRELIANENSE III. ſub Vigilio 1. cano 5 *Si quæ (ait) oblationes, in quibuſlibet rebus atque corporibus, collata fuerint baſilicis in ciuitatibus conſtitutis, ad poteſtatem Epiſcopi reuocantur: & in eius ſit arbitrio, quid ad reparationem Baſilicæ, aut obſeruantium ibi ſubſtantiam deputetur. De facultatibus verò parochiarum vel Baſilicarum, in pagis ciuitatum conſtitutis, ſingulorum locorum conſuetudo ſeruetur.* Idem canone 22 vbi de non inuadendis facultatibus loquitur ait. *Similis etiam his, qui oblationes defunctorum legaliter dimiſſas quolibet ordine aſſignare tardauerint, vel retinere præſumpſerint, diſtrictionis Eccleſiaſticæ iuxta priores canones forma ſeruetur. Cui etiam ſententiæ ſubiacebit, quiſquis ille quolibet ordine, quod pro deuotione ſua Eccleſiis dedit, reuocare præſumpſerit.* Vide itaque quæ hanc immediatè ſequetur, diſtinctionem. hinc etiam Concilium TOLETANVM IX. canon. 1. *Omnis res Eccleſiaſticæ quantitas, ſicut remedium veniæ tribuit conferentis, ita damnum ritè præparat fraudatori: Et ideo nullum ſacerdotum vel miniſtrorum, ex rebus Eccleſiæ, quæ in quibuſcunque locis a fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel iuri ſuo aut cathedræ propriæ ciuitatis connectat. Deuotio enim vniuſcuiuſque, ſicut gratanter votum contulit Deo, ita deffinimus, quòd plenitudo votorum conſeruaretur in loco: in quo velut ſi collata tenentur, manet gratia offerentis, ita ſi fruſtrentur, imminet pernicies defraudantis. Permittitur autem Baſilicarum fundatoribus tales admonere & arguere, &c.* Vide ſupra in vocabulo, Baſilicarum fundatores, &c. hinc & Concilium SVESSIONENSE apud S. Medardum cap 6. ſtatuit, vt ex facultatibus Eccleſiaſticis, quæ certis tantòm iudiciis, & non plenè poſſidentur, propter neceſſitates nouæ ſaltem & decimæ tribuantur, &c. Porrò Concilium AQVISGRANENSE I. cap. 35. allegat PRO-

Concilium Aurelianenſe 4.
Iſchyrion Diaconus Alexandrinus.
Notatu memorabile facinus & exemplum.
O horrendum piaculum & indignum homine Chriſtiano.
O ſummum nefarium & verendum ſcelus.
Epiſcopi Ægyptij & clerus Alexandrinus.
O virum ſceleſtum.
Concilium Carthaginenſe 4.
Concilium Matiſconenſe 1. Concilium Gangrenſe.
Concilium Arelatenſe 2.
Concilium Romanum 6. ſub Symmacho.
Hoc deplorat ... carmine proſe ... vide centuriam.
Concilium Aruernenſe ... Concilium Aurelianenſe 2.
Idem 3.
Vide quam pœna plectendus ... petere vide. ... Toletanum 9.
Concilium Sueſſionenſe a S. Medardo.
Concilium Aquiſgranenſe ſub ... Imper. ...

Proſper Aquitanicus.

A perum Aqvitanicvm libro 2. De vita contemplatiua, capite 9. ſic loquentem: *Expedit facultates Eccleſiæ poſſidere, & proprias perfectionis amore contemni: non enim propria ſunt, ſed communes Eccleſiæ facultates: & ideò quiſquis omnibus, quæ habuit, dimiſſis aut venditis, fit rei ſuæ contemptor cum præpoſitus fuerit factus Eccleſiæ, omnium quæ habet Eccleſia, efficitur diſpenſator.* Hoc exemplo probat ſanctorum virorum, qui contemptis diuitijs res Eccleſiaſticas fideliter diſpenſarunt.

Quid ſint facultates Eccleſiæ.

Et addit idcircò, ſcientes nihil aliud eſſe res Eccleſiæ, niſi vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, non eas vendicauerunt in vſus ſuos, vt proprias, ſed vt commendatas, pauperibus diuiſerunt. Hoc eſt enim poſſidendo contemnere, non ſibi, ſed alijs poſſidere: nec B *habendi cupiditate Eccleſiæ facultates ambire, ſed eas pietate ſubueniendi ſuſcipere. Quod habet Eccleſia cum omnibus nihil habentibus commune habet: nec aliquid inde eis, qui ſibi de ſuo ſufficiunt erogat, quando nihil aliud ſit habentibus dare, quam perdere.* Idem capite 11. eiuſdem libri, vide mox, Facultatibus Eccleſiæ non abutendum. Simili modo & ſe teſtatur Avgvstinvs ſermone De vita & moribus Clericorum, Eccleſiæ facultates diſpenſaſſe: vt etiam allegat præfatum Concilium, capite 112 & 113. vide ſuprà, Epiſcopus diſpenſator eſt facultatum Eccleſiæ, &c.

Auguſtinus Hipponenſis.

Sed & idem ſtatuit Concilium Pariſiense III. libro 1. capite 15. vt præfato loco diximus.

Concilium Pariſienſe 3.

C Allegant quoque Patres prædicti Concilij Hieronymvm in Sophoniam, ſic loquentem: *Iudices quoque eius, quaſi lupi Arabiæ occidentes veſpere, & nihil relinquentes in mane, non aſpicientes ad ortum Solis, ſed morantes ſemper in tenebris, & poſſeſſiunculas Eccleſiæ, & ea quæ in Dei donaria conferuntur vertentes in lucrum ſuum, vt non habeant pauperes quod mane comedant: qui quaſi in nocte & nullo vidente populantur, & cum luporum more cuncta diripiant, ne paruos quidem cibos indigentibus derelinquunt.* Hæc ille.

Hieronymus Stridonenſis Sophoni 3.

O quam verbum hoc ſatis fidele eſt noſtro æuo.

Vide infrà de non alienandis rebus & facultatibus Eccleſiæ, &c. Idem autem reperit Concilium Aqviſgranense II. capite 7. capituli 2. & Concilium Ratisponanse capite 18. iubet eleemoſinas & oblationes fidelium, in armaria fabricæ reponi, ſub duabus aut tribus clauibus, quæ tempore congruo in neceſſarios vſus pauperum, vel fabricæ, diſpenſentur. Vide ſequentia.

Concilium Aquiſgranenſe 2. Concilium Ratiſponenſe.

Optima conſtitutio ſi ſeruaretur.

D

Facultates Eccleſiæ non diripiendæ nec inuadendæ, & quæ ſit inuaſorum pœna. &c.]

Hoc quidem in duabus præcedentibus diſtinctionibus, multa iam authoritatibus eſt monſtratum, tum ex Aquigranenſi III. Concilio, tum ex alijs etiam illo antiquioribus, ſed vt his omiſſis, etiam à vetuſtioribus Patrum decretis ordiamur, ſic ſtatuit Anacletvs I. epiſtola 1. ad Epiſcopos Eccleſiarum, & allegatur à Gratiano cauſa 12. q. 2. cap. Qui abſtulerit, & cauſa 17. q. 4. cap. Qui rapit. E & cauſa 25. q. 2. cap. Priuilegia. & cauſa 3. q. 6. cap. Leges Eccleſiarum, &c. allegatur quoque à Concilio Triburiense ſub Arnulpho Imperatore, cap. 7. ſic autem ait Anacletus: *Qui abſtulerit aliquid patri vel matri, diciique hoc peccatum non eſſe, homicidij particeps eſt. Pater noſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creauit: mater verò noſtra Eccleſia, quæ nos in Baptiſmo ſpiritualiter regenerauit. Ergo qui Chriſti pecunias & Eccleſiæ rapit, aufert vel fraudat, homicida eſt, atque homicida ante conſpectum iuſti iudicis eſſe deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem operatur: qui autem pecuniam vel res Eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium facit. Priuilegia enim Eccleſiarum & ſacerdotum, ſancti Apoſtoli, iuſſu Saluatoris, intemerata & inuiolata omnibus decreuerunt manere temporibus. Leges enim Apoſtolica Firmamus authoritate, & peregrina iudicia ſubmouemus, &c.*

Anacletus 1. Clementis ſucceſſor.

Prouerb. 28.

Deus pater. Eccleſia mater fidelium eſt.

Vide [illegible] Eccleſia dotationes & priuilegia [illegible] ſtabant.

Et Pivs I. vir Apoſtolicorum temporum, epiſtola 2. ad Epiſcopos Italiæ: allegatur à Gratiano, cauſa 12. quæſt. 2 cap. Prædia, & cauſa 17. quæſt. 4 cap. ſicut qui, &c. *Prædia (ait) diuinis vſibus tradita, quidam humanis applicant vſibus, & Domino Deo, cui tradita ſunt ea ſubtrahunt, vt ſuis vſibus inſeruiant. Quapropter ab omnibus, illius vſurpationis contumelia depellenda eſt, ne prædia vſibus ſecretorum cœleſtium dicata, a quibuſdam irruentibus vexentur: quòd ſi quiſquam præſumpſerit, ſacrilegus habeatur, &* B *ſicut ſacrilegus iudicetur. Ipſos autem qui hoc agunt clericos & Domini ſacerdotes perſequi, eoſque infamare audiuimus, vt malum ſemper malo addant, & deteriores fiant, non intelligentes quòd Eccleſia Domini in ſacerdotibus conſiſtit, & creſcit in templum Dei. Sicut qui Eccleſiam Dei vaſtat, & eius prædia & donaria expoliat & inuadit fit ſacrilegus: ſic & ille qui eius ſacerdotes inſequitur, ſacrilegij reus exiſtit, & ſacrilegus iudicatur.* Vide ſuprà, Clerici non cedendi, &c.

Pius 1.

Non licet facultates Eccleſiæ prophanis rebus applicare ait, ſed nunc ſæ aliter expendantur, lectoris eſto iudicium Onerias, & ſacrilegium.

Et Vrbanvs I. epiſtola 1. ad omnes fideles, quæ allegatur in parte, à Gratiano cauſa 12. quæſt. 1. Res Eccleſiæ, & cauſa 17. quæſt. 4 cap. Attendendum. *Cœperunt (ait) prædia & agros, fideles, quos vendere ſolebant, & matricibus Eccleſijs* C *tradere, & ex ſumptibus eorum viuere. Ipſe verò res in ditione ſingularum parochiarum, Epiſcoporum qui locum tenent Apoſtolorum erant, & ſunt vſque adhuc, & futuris ſemper debent eſſe temporibus. Ex quibus Epiſcopi & fideles diſpenſatores earum, omnibus communem vitam degere volentibus miniſtrare cuncta neceſſaria debent, prout melius potuerint, vt nemo in eis egens inueniatur. Ipſæ enim res, fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur: non ergò debent in alijs quàm Eccleſiaſticis & Chriſtianorum fratrum vel indigentium conuerti, quia vota ſunt fidelium, & precia peccatorum ac patrimonia pauperum, atque ad prædictum opus explendum dono tradita. Si quis autem (quod abſit) ſecus egerit videat ne damnationem* D *Ananiæ & Saphiræ percipiat & reus ſacrilegij efficiatur: quia res Eccleſiæ non quaſi propriæ, ſed vt communes & Domino oblatæ, cum ſummo timore, non in alios quàm in præfatos vſus ſunt fideliter diſpenſandæ, ne ſacrilegij reatum incurrant, qui eas inde abſtrahunt, vbi traditæ ſunt, ne pœnam & mortem Ananiæ & Saphiræ incurrant: & quod peius eſt Anathema Maranatha fiant, & ſi non corpore, vt Ananias & Saphira mortui ceciderint, anima tamen quæ potior eſt corpore, mortua & alienata à conſortio fidelium, cadat, & in profundum barathri labatur. Valde attendendum eſt omnibus, & fideliter cuſtodiendum, & illius vſurpationis contumelia depellenda, ne prædia vſibus ſecretorum cœleſtium dedicata, à quibuſdam irruentibus vexentur:* E *Quod ſi quis fecerit, poſt debitam vltionis acrimoniam (quæ erga ſacrilegos iure promenda eſt) perpetua damnetur infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis vratur: quoniam iuxta Apoſtolum tradere oportet huiuſmodi hominem Sathanæ, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini.*

Vrbanus 1.

Quid hoc lucidius poteſt proponi contra illos qui Eccleſiæ innituntur poſſeſſiones, habere calumniantur & propterea eas diripiunt.

Actuum 5.

1 Corinth 5.

Idem & Lvcivs I. epiſtola 1. ad Galliæ & Hiſpaniæ Epiſcopos, & allegatur à Gratiano in quibuſdam locis, cauſa 12. q. 1. & cauſa 17. q. 4. *Res (inquit) Eccleſiarum veſtrarum & oblationes fidelium, quas ſignificaſtis à quibuſdam irruentibus vexari, vobiſque & Eccleſijs auferri, indubitanter maximum eſt peccatum, teſtante ipſa Scriptura, quæ ait: Quo abſtulerit aliquid patri vel matri, & dicit hoc non eſſe peccatum*

Lucius 1.

Non ſunt noui, nec recentes ſacrilegi, ſicut nec recens eſt Eccleſiarum donatio.

Prouerb. 28.

homicidij particeps eſt. Pater ergo noſter ſine dubio Deus eſt (vide etiam ſuprà ca Anacleto I.) *qui nos creauit, & mater noſtra Eccleſia, quæ nos in Baptiſmo ſpiritualiter regenerauit. Et ideo qui Chriſti pecunias & Eccleſiæ aufert, fraudat, & rapit, homicida in conſpectu iuſti iudicis eſſe deputabitur, vnde ſcriptum eſt. Qui rapit pecuniam proximi ſui iniquitatem facit: qui autem pecunias vel res Eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium facit: vnde & Iudas qui pecuniam fraudauit, quæ vſibus Eccleſiæ ad eſt, pauperibus quos Eccleſia paſcere debet, diſtribuebantur iuſſu Saluatoris (cuius vicem Chriſti tenent) non ſolum fur, ſed etiam fur ſacrilegus factus eſt. Hæc fieri Prophetæ, hæc Apoſtoli, hæc ſucceſſores eorum, & omniũ Catholicorum Patrum vetant decreta, & tales præſumptiones ſacrilegium eſſe iudicant: Quorum nos ſequentes exempla, omnes tales raptores atque ſuarum facultatum alienatores, vna nobiſcum a liminibus ſanctæ matris Eccleſiæ anathematizatos, Apoſtolica authoritate pellimus & damnamus atque ſacrilegos eſſe iudicamus: & non ſolum eos, ſed omnes conſentientes eis, quia non ſolum qui faciunt, rei iudicantur, ſed etiã qui conſentiunt facientibus. Par enim pœna, & agentes, & conſentientes comprehendit.*

Ioannis 13.

Roman. 1.

Concilium Romanũ 6. quod celebrauit Symmachus 1.

Hinc & Concilium ROMANVM VI. ſub Symmacho I. aliàs allegatum. *Communis* (inquit) *dolor & generalis eſt gemitus, quod contra Eccleſiam noſtram & retroactis temporibus de inuaſione rerum Eccleſiaſticarum, & vexatione ſacerdotum cognouimus, quæ res non nos ſolos, ſed omnes Domini tangit ſacerdotes. Et licet hæc a prædeceſſoribus noſtris iam prohibita ſint,* (habes ſuperiùs) *& tales præſumptores damnati, & ſanctis canonibus anathematizati: ne tamen denuò præſumantur, eſt etiam ſuper his promenda ſententia, vt qui eorum caſum non timent, timeant ſaltem eorum perpetuam damnationem: quod ſæpè præſumitur, ſæpius inhibeatur, neceſſe eſt. Sancimus ergo, vt quicunque immemor aut memor interitus ſui, res Eccleſiæ delegatas & Domino oblatas, abſque Epiſcopi proprij iuſſu poſſidens, præſumpſerit deinceps temere, quocunq; in loco ea veritate comperta, res Dei ſeruus ſuis diſſimulauerit reformare, liminibus Eccleſiæ ab Epiſcopo eiuſdem loci prius arceatur. Indignum eſt enim, vt ad altare Dei præparare permittatur, qui res Eccleſiaſticas audet inuadere, aut iniuſtè, id eſt, ſine licentia* * *Epiſcopi poſſidere, aut iniqua vel iniuſta defenſione in eis perduret. Necatores etiam pauperum iudicandi ſunt præfixo tenore. & ſi non emendauerint vitium, exterpandi. Debet tamẽ eſſe promiſſio, vt vindictã admonitio manifeſta præcedat, & res vſurpatas iniuſteque abſtulit aut inuitè ablatas retinet, æquitate patrocinãte legibus reſtituat: Quòd ſi neglexerit, & neceſſitas cõpulerit, demum prædonem ſacerdotalis diſtrictio maturata percellat. Nec quiſquam per internas res Deum defenſare nitatur. quia Dei potentia cunctorum regnorum terminos ſingulari damnatione concludit: Quòd ſi præſumpſerit & ipſum offenſam, & prædicta damnationis periculum ſuſtinebit. Competitoribus etiam huiuſmodi frena diſtrictionis imponimus, qui facultates Eccleſiæ ſub ſpecie largitatis regiæ, vel cuiuſcunque poteſtatis, improba ſubreptione peruaſerint. Sera namque de his rebus pœnitudine commouemur, cùm iam tranſactis temporibus contra huiuſmodi perſonas canonum fulti præſidio, ſe ſacerdotes Domini erigere debuiſſent, vt non manſuetudo indulgentiæ, ad ſimilia perpetranda improborum audaciam adhuc quotidiè prouocaret. Nunc tardè iniuriarum mole depreſſi, damnis quoque Dominicis compellentibus excitamur, &c.* Vide ſuperiori annotatione, ex eodem Concilio reſiduũ. Tum poſt pauca ſubiungit, & allegatur à Gratiano. cauſa 16. quæſtione 1. capite In canonibus. *Similiter & hoc ad omnium Eccleſiarum notitiam cenſemus peruenire, & ab omnibus firmiter teneri, quia Epiſcoporum res, Eccleſiæ non dubitantur eſſe, ſi in eorum facultatibus ſimili fuerit crudelitate graſſatum, peruaſores rerum memoratarum, prædicta canonum diſtrictionis feriantur vindicta, vt qui motibus proprijs ne nulla conſcientia caſtigatione corriguntur, ſaltem Eccleſiaſtica & canonica vindicta perfodiantur aculeis. Generaliter verò, quicunque res Eccleſiæ confiſcare, aut competere, aut peruadere ſua infeſtatione præſumpſerit, niſi ſe certiſſime per Eccleſiam, de qua agitur, ſatisfactionem correxerit, perpetuo anathemate feriatur. Similiter & hi, qui res Eccleſiæ iuſſu vel largitione principum, vel quorundam potentum, aut quadam inuaſione, aut tyrannica poteſtate retinuerint, & filijs vel heredibus ſuis* (vt a quibuſdam iam factum audiuimus) *quaſi hæreditarias reliquerint, niſi cito res Dei, admoniti a Pontifice, agnita veritate, reddiderint, perpetuò anathemate feriantur. Iniquum enim eſſe cenſemus, vt potius cuſtodes chartarum quàm defenſores rerum creditarum* (vt præceptum eſt) *iudicemur. Præcidendum id ergo eſt, quod velut putre ſemèque nimirum corpori vulnus obrepſit, ne cum tardius abſtergitur, in ipſis pene viſceribus huius mali non exhaurienda poſt ſententia confidat:* * *quia ferro abſcindenda ſunt vulnera, quæ fomenta non ſentiunt. Similiter & alij extorres debent fieri ab Eccleſia, qui ſacerdotali admonitione non corriguntur, dicente Domino. Auferte malum à vobis, &c.* Idem etiam omninò renouat Concilium MALDENSE capite 40. & præfata decreta allegat vbi conqueritur de hoſpitalibus domibus, quæ expulſis fratribus illo tempore derelictæ erant, & à quibuſdam in poſſeſſionem ſacrilegam deductę, vt nunc etiam non ſiccis oculis videmus impleri. Hinc etiam ſtatuit Concilium AVRELIANANSE III. capite 22. *Si quis res Eccleſiæ debitas, vel proprias ſacerdotis horrenda cupiditate occupauerit, retinuerit, aut à poteſtate ex competitione perceperit vt eas non reſtituat, nullis rebus excenſetur. Sed ſi agnito iure Eccleſiaſtico non ſtatim Eccleſiæ vel ſacerdoti reformauerit, aut vt ipſum ius agnoſcere poſſit in iudicium electorum venire diſtulerit, tandiu à communione Eccleſiaſtica ſuſpendatur, quandiu reſtitutis rebus tam Eccleſiam quam ſacerdotem reddat indemnem.* Et Concilium ARVERNENSE canone IV. *Qui res Eccleſiæ petunt à Regibus* (ait) *& horrendæ cupiditatis impulſu egentium ſubſtantiam rapiunt, irrita habeãtur quæ obtinent, & à communione Eccleſiæ, cuius facultatem auferre cupiunt, excludantur.* Idem & de inuaſoribus bonorum monaſterij ſtatuit Concilium AVRELIANENSE IV. capite 11. vt dicemus dictione, facultates nõ alienandæ, & Monaſteriũ. Idem etiam canone 24. *Si quis clericus* (ait) *aut laicus ſub Potentum nomine atque patrocinio, res ad ius Eccleſiæ pertinentes, contẽpto pontifice, petere ſeu poſſidere præſumpſerit, primum admoneatur, quæ abſtulit, conſuliter reformare, aut certè iudicium ſacerdotis ſeu iudicis operiri, vt ſacra poſſit religio. Quòd ſi in perſuaſionis pertinacia perſiſtit, tandiu ab Eccleſiæ liminibus arceatur, donec cum ſatisfactione iuſtiſſima peruaſa aut occupata reſtituat.* Hæc eadem repetit prolixioribus verbis, ſed non diſſimili ſenſu, Concilium TVRONENSE II. capite 25. vbi & inuaſoribus Eccleſiaſticarum facultatum, poſt tertiam admonitionem, anathema & excommunicationis cenſuram indicit: idémque ſtatuit & cap. 26. Huius etiam ſententiam repetit poſteà Concilium PARISIENSE I. & omninò eadem verba reſumit, quæ iam ſuperiùs ex Concilio Romano VI. ſub

Nunc factis eius demonſtrandi ſunt quam mundus in maligno ſit poſitus, qui non tantùm patrũ decreta in ſuam perniciẽ parnipendat.

Heu & Epiſcopis conſentientibus nunc res Eccleſiæ diripiuntur.

O ſcelus animaduertendũ.

Generale decretum & omni poenate [illegible] tendum.

Hæc allegat Gratian. cauſa 12. quæſt. 2. cap. [illegible]

Deuter. 13.

Concilium Meldenſe.

Concilium Aurelian. [illegible] Vigilio 1.

Concilium Aruernẽſe ſub eodem Vigilio.

Concilium Aurelianẽſe 4. ſub Pelagio.

Turonenſe.

Concilium Pariſienſe [illegible] Pelagio 1.

Symmacho allegauimus nun eſt opus toties rem eandem repetere) & ad calcem ſic addit: *Accedit etiam* ait *vt temporibus diſcordiæ, ſupra promiſſionem bonæ memoriæ Clodouei regis, res Eccleſiarum aliqui competiſſent. Ipſaque res, improuiſa morte collapſi, proprijs heredibus reliquiſſent: Placet & hos quoque, niſi res Dei, admoniti à Pontifice, agnita veritate, reddiderint, ſimiliter à ſanctæ communionis participatione ſuſpendi: quoniam res Dei quas anteceſſores eorum maturata morte credẽdi ſunt peremiſſe, non debent filij vlterius poſſidere, &c.* Idem & Concilium AVRELIANENSE V. capite 13. 14. & 16. reperit, nec toties eadem repetere verba expediens iudicamr. Idem quoque & Concilium MOGVNTINVM III. ſub Arnulpho Imperatore, cap. 6. vbi allegatur præmiſſum decretum Aurelianenſis V. Concilij. Idem etiam Concilium VALENTINVM GALLIAE II. capite vnico, vbi nihil aliud agit, quàm damnare eos, qui à deuotis perſonis res Eccleſijs aut Monaſterijs oblatas præſumunt minorare aut auferre, atq; ibidem ad preces Guntrani Regis, eſt Apoſtolica authoritate à ſancta Synodo ſtatutum, vt quodcunque, tàm ipſe Rex, quàm Regina Auſtrechildis, vel filiæ eorum Deo ſacratæ puellæ, Clodeberga vel Clodechildis, locis ſanctis contuliſſent, aut adhuc conferre decreuiſſent, ſeu in miniſterio altarium, ſiue in quibuſcunque ſpeciebus, quidquam minorari aut auferri non poſſit, neque ab Apoſtolis locorum, neque à poteſtate Regia quocunq; tempore ſucceſſura: & quod ſi quis hoc quocunque tempore temerare aut auferre præſumeret, veluti necator pauperum, anathemate perpetuò iudicij Diuini plecteretur, & velut ſacrilegij perpetrator criminis ſui reus, ſupplicij æterni teneretur obnoxius. Vide etiam in vocabulo, Auaritia, ex Concilio Toletano IV. cap. 32. Porrò decretum eſt à Concilio VERNENSI cap. 20. & 21. vt monaſteriorum Abbates de facultatibus reddãt rationem regibus, ſi regaliter fundati ſunt. Si verò Epiſcopus fundauerit, Epiſcopis. Idem & de Presbyteratu ſtatuit: ſed hæc non vidimus obſeruari. Porrò ad propoſitum eſt, quod BONIFACIVS MOGVNTINENSIS Archiepiſcopus & Martyr, epiſtola ad Zachariam miſſa, conqueritur apud eundem, quòd in Francia, pluſquam per tempus 80. annorum, eiuſdem prouinciæ populi Synodum non fecerant, nec Archiepiſcopum habebant: ſed facultates Eccleſiæ inuaſæ erant, & datæ laicis * cupidis ad poſſidendum, vel adulteratis Clericis, ſcortatoribus & publicanis, ſecularitet ad perfruendum. Ideóque ſe euocari dicit à principe Carlomanno, vt ibi Concilium celebrans, omnia in priſtinum ſtatum reformaret: & hoc ſe facturum ſpondet, & vitijs clericorum ita frena & habenas impoſiturum, vt de cætero emendati reſipiſcant ab infinitis, quibus volutabãtur illecebris. Concilio igitur habito quod FRANCICVM nominant, Carlomannus ſtatim voluit Eccleſiæ iura reſtaurari, & fraudatas pecunias Eccleſiarum Eccleſijs reſtitui & reddi, vt agitur ſtatim initio prędictæ Synodi. Vide ſuperius, Eccleſiarum immunitas, &c. Porrò ſimili & Patres Concilij MELDENSIS capite 11. ac Carolum iuniorem ſcribentes conqueruntur, hincque dicunt religionem Chriſtianam deperijſſe, quia oblationibus fidelium rerum Eccleſiaſticarum peruaſores, inconſultè & in pernitiem ſui ſine reuerentia abutuntur. *Quod ita verum eſſe* (aiunt *Dominus proteſtatur dicens: Peccata populi mei comedunt. Peccata*

Concilium Aurelianenſe 5.

Concilium Moguntinum 3.

Concilium Valentinum Galliæ 2. ſub Guntranno rege.

Cõcilium Vernenſe id eſt in palatio Vernis celebratum.

Bonifacius Moguntinenſis Germanorum Apoſtolus.

Et quibus aliis modo ſ bone paſtor in Francia largiuntur

Concilium Francicum ſub Carlomãno rege.

Concilium Meldenſe.

Oſe 4.

A *eorum populi comedunt, qui contra authoritatem diuinam res Eccleſiaſticas indebite peruadunt, & nec interceſſionis ope, nec prædicationis conſilio, vel quocunque diuino auxilio pro peccatis eorum qui eas dederunt, laborant, nec pio operi, ad quod fides fidelium eas tradiderat, inſeruire permittunt.* Hinc principem adhortantur, vt cuncta præcepto regali adintegrari iubeat in priſtinum ſtatum, aliter multa mala regno & prouincijs euentura. Inde & capite 17. ſtatuunt, vt res Eccleſiaſticæ ex integro præſentialiter reſtituantur, & reſtitutæ conſeruentur, allegántque iam ſuperiùs memoratum Concilium Aurelianenſe V. capite 13. Denique Patres eundem Principem exorant, & implorant contra deB predatores, & oppreſſores Eccleſiarum, capite 24. ſubdunt capite 61. *Peruaſores rerum Eccleſiaſticarum, qui eaſdem res, vel contra authoritatem nõ ſolum retinere, verùm & crudeliter depopulari niſuntur, quidem etiam & facultates Eccleſiæ in diuerſa collaboratione & redditibus eas expoliant, ſed & pauperes atque vicinos, & circummanentes immiſericorditer expoliant, deuaſtant, & opprimunt, vt rapaces qui ſecundum Apoſtolum à regno Dei excluduntur) ex criminali & publico peccato, publica pœnitentia ſatisfaciãt. Quod ſi hoc agere noluerint, & poteſtate regia ad hoc exhortati vel coacti non fuerint, proſternatur contra eos Apoſtolica terribilis ſententia, qua dicitur: Si quis frater nominatur, & eſt rapax, cum huiuſmodi nec ci*C *bum quiſquam præſumat ſumere: quia vt præfata Patrum ſtatuta determinant, ab omni Eccleſiaſtica communione talis, vt ſacrilegus, debet arceri, donec ſtudeat digna ſatisfactione quod admiſit corrigere.* Idem & cap. 85 adhuc prędicti fratres à principe poſtulãt, vide ſi vacat. Sed & Conciliũ VALENTINVM GALLIAE III. ſub Lothario Imperatore, capite 8. excommunicationis ſententiam contra Eccleſiaſticæ facultatis inuaſores profert, etiã ſi à principe eas facultates ſibi datas oppoſuerint: & etiam Principi vt rectores Eccleſiarum ſuggerant, hoc tàm malè factum, ſuadet, & ne hoc ille permittat ſollicitè admoneant. Idem & cap. 9 ſtatuit de his, qui præſumunt auferre dotes Baſilicarum, & presbyteros duro attenuare ſeruitio. Quin & illi D Proceres & Patres qui interfuerunt, & celebrauerunt Concilium PISTENSE capite 2 omninò eadem renouant, & volunt inuiolabiliter obſeruari: & ſtatuentes nihilominus illos reſipiſcentes recipi, & legitima pœnitentia maceratos admittere, quia bona Eccleſiaſtica inuaſerãt. Idem cap. 3. & 4. ingerunt, adi locum. Verumetiam quãtum pro defendendis Eccleſiaſticis facultatibus laborauerit GREGORIVS VII. abundè PLATINA CREMONENSIS oſtendit in eius vita, quã obſecro vt legas. NICOLAVS I. epiſtola ad Adonem Viennenſem Archiepiſcopum, & allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſt. 2. cap. De rebus. E *De rebus (ait) quæ ſemel Deo contributa atque dicata ſunt, & poſtea ſub occaſione conceſſionis principum à quibuſdam inuaduntur atque diripiuntur: ſancimus, vt primo conſulatis principem, ad reſecandam tàm præſumptiuam factionem, & cognoſcendum vtrum ſit illius conceſſio, an inuaſoris præſumptio. Quod ſi fuerit Principis inordinata largitio, & ipſe Princeps ſit pro emendatione redarguendus: ſi autem inuaſoris declaratur præſumptio, vſque ad emendationem excommunicationis ſit vindicta coercendus.* Magnum illud & generale Patrum 373. Concilium CONSTANTINOPOLITANVM IV. generale VIII. ſub Adriano II. & Baſilio Imperatore, canone 18. *Placuit huic ſanctæ & magnæ Synodo, vt res vel priuilegia*

Quid ſit peccata populi comedere.

1. Corinth. 6.

1. Corinth. 5.

Concilium Valentinum Galliæ 3.

Concilio in loco qui dicitur iſtis ad Sequanam celebratũ

Gregorius 7 Platina Cremonenſis.

Nicolaus 1.

Vtinam & hæc ſeculo et ſæ[illegible] ta ſunt obſeruentur.

Concilium generale Conſtantinop. 4.

quæ Dei Eccleſijs ex longa conſuetudine pertinent ſiue à diuæ recordationis Imperatoribus, ſiue ab alijs Dei cultoribus in ſcriptis donata) & ab eis per annos triginta poſſeſſa (vide lex Tricennalis) *ſunt, nequaquam à poteſtate præſulis, quæcunque perſona ſecularis per poteſtatem ſubtrahat, aut per argumenta qualibet auferat: ſed ſint omnia in poteſtate ac vſu præſulis Eccleſiæ, quæcunque intra triginta ſpatium annorum ab Eccleſijs poſſeſſa fuiſſe noſcuntur. Quis contra fecerit, vt ſacrilegus iudicetur, & donec talia priuilegia ſeu res reſtituerit, anathema ſit.*

Lex tricennalis.

Idem & Concilium MOGVNTINENSE III. ſub Arnulpho Imperato. cap. 11. & allegat Gratianus cauſa 17. quæſt. 4. cap. Attendendum. *Attendendum eſt omnibus & fideliter cuſtodiendum, & illius vſurpationis contumelia depellenda, ne prædia vſibus ſecretorum cœleſtium dicata à quibuſdam irruentibus vexentur, alias excommunicentur, &c.*

Concilium Moguntinenſe 3.

Vide ſuperiùs Concilium TRIBVRIENSE ſub eodem Principe capite 7. idem ſtatuit. Vide etiam in vocabulo Fur. Porrò vt ad finem properemus, EVGENIVS III. & allegatur in Decretalibus Gregorij IX. & inſeritur parte 34. cap. 1. Concilij Lateranenſis ſub Alexandro III cenſuras omnes prætactas in facultatum Eccleſiæ inuaſores & raptores renouat, & tales omninò excommunicationis ſententia ferit, quouſq; ablata reſtituant ſi poſſunt, vel emendandi plenam ſecuritatem faciant, viatico quoque priuat vſque ad extremum vitæ articulum, ſi noluerint emendare, interdicitque clericis eorum ſepulturę intereſſe, ſub pœna priuationis ordinis & beneficij Eccleſiaſtici. Vide ſuperiùs, Baſilicarum demolitores, &c.

Concilium Triburienſe ſub Arnulpho imperat.

Eugenius 3.

Contra facultatum Eccleſiæ inuaſores extat edictum FREDERICI II. & CAROLI IV. Imperatorum, atque decretum HONORII III vt allegāt Patres Baſileenſes in Karolina, vt iam allegauimus ſuperiùs in vocabulis, Clerici non lædendi, &c. & Exactio, &c. Eadem porrò decreta omnia renouat Concilium LATERANENSE ſub Leone X. ſeſſione . vbi inhibet ſecularibus Principibus, facultates & reditus & prouentus Eccleſiarum ſibi vendicare, aut alijs conferre, vt in dictione Pragmatica ſanctio, continetur: eos etiā ferit anathemate qui hoc præſumpſerint, niſi reſtituant: & tum ibidem LEO X. ſubdit: *Cùm à iure tam diuino, quàm humano laicis poteſtas nulla in Eccleſiaſticas perſonas attributa ſit, innouamus omnes & ſingulas conſtitutiones fœlicis recordationis* BONIFACII VIII. *prædeceſſoris noſtri, quæ incipit. Fœlicis. &* CLEMENTIS V. *quæ incipit, Si quis ſuadente nec non quaſcunque alias ſanctiones Apoſtolicas in fauorem libertatis Eccleſiaſticæ, & contra eius violatores, quomodolibet editas, & pœnas etiam contra talia præſumentes in bulla quæ legitur in cœna Domini, contentas in ſuo robore permanſuras.* Vide ſuprà Eccleſiæ immunitas, &, Exactio, &c.

Fredericus 2. Imperator. Carolus 4. Imperat. Honorius 3 Papa.

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

Leo 10.

Facultates Epiſcoporum defunctorum non diripiendæ.] Poſuimus in vocabulo Epiſcopus, & etiam ſuperiori diſtinctione quædam memorata ſunt, quæ huic poterunt inſeruire.

Facultatum Eccleſiæ diſpenſator eſt Epiſcopus.] Poſuimus etiam in vocabulo, Epiſcopus, lege & ſequentia.

Facultates Eccleſiæ qualiter debeant diſpenſari.] Iam in dictione Decimæ, &c. de diuidendis decimis præcepta data ſunt, & in ſuperioribus annotationibus ſatis innotuit facultates Eccleſiæ, eſſe pauperum: verum iam eo etiam ſubiungenda ſunt decreta, quæ hoc ſpecialiter determinent. SIMPLICIVS Papa I. epiſt. 3. ad Florētium & Equitium Epiſcopos, (a[illegible] Gratianus cauſa 13. quæſtione 2. capite De redditibus) præcipit de redditibus Eccleſiæ, & oblatione fidelium, vt ſic diuidantur, quod duæ, ſcilicet portiones Eccleſiaſticis fabricis & erogationi peregrinorū & pauperum miniſtrentur, tertia Epiſcopo remittatur, & vltima clericis pro ſingulorum meritis diuidatur. Vide etiam ſuperiùs, Clericorum ſtipendia, &c. Miniſteria verò Eccleſiæ, quæ alienata à Gaudentio Auſinienſi conqueritur, iubet vt reparare cogatur: cui etiam hoc ſpecialiter præcipit, vt tres portiones, quas per triennium dicitur ſibi tantùmmodo vindicaſſe, reſtituat.

Simplicius 1.

Eadem omninò obſeruari mandat & teneri GELASIVS I. epiſtola 1. ad Epiſcopos Lucaniæ Brutiorum & Siciliæ, &c. capite 29. & allegatur à Gratiano cauſa 12. q. 2. cap. Quatuor autem, &c. Idem quoque renouat decretum Concilium AVRELIANENSE I. ſub Clodoueo Rege, cap. 16. & allegat Gratianus cauſa 10. quæſt. 1. cap. Antiquos canones, &c. Iſta quidem decreta apponeremus, verùm ſunt eiuſdem ſententiæ cum ſuperiori, & ea habes apud Gratianum locis citatis. Sic tamen canone 17. Idem Concilium ſtatuit, & allegat Gratianus cauſa 10. quæſt. 1. cap. De his. & Iuo Carnotenſis lib. 2. *De his* (ait) *quæ parrochijs in terris, vineis, mancipijs, atque peculijs quicunque fideles obtulerunt, antiquorum canonum ſtatuta ſeruentur, vt omnia in Chriſti poteſtate conſiſtant* (vide ſuperiùs *De his tamen, quæ altaris acceſſerint, tertia fideliter Epiſcopus deferatur, duæ clericis. Decima autem, ſecundum quoſdam, ſingulis annis tertia pars, aut in tertio tota. Sed tamen nos ſequentes Romanos, ſingulis annis quartam partem, aut in quarto anno, totam Epiſcopi recipiant.* Vide ſuperiùs. Decimæ, &c. Idem & Concilium ARVERNENSE, vt ſuperiùs iam prolatum eſt, Epiſcopus facultat. &c.

Gelaſius 1.

Concilium Aurelianenſe 1.

Concilium Arvernenſe.

Concilium BRACARENSE I. ſub Honorio I. cano. 25. *Placuit vt de rebus Eccleſiaſticis tres æquæ fiant portiones, id eſt, vna Epiſcopi, alia clericorum, tertia in reparatione vel luminaribus Eccleſiæ: de qua parte ſiue archipresbyter, ſiue archidiaconus illam adminiſtrans, Epiſcopo faciat rationem.* Idem canone 39. ſtatuit vt ſemel, aut bis in anno inter clericos diuidantur, ne quis præſumat quod oblatum ſibi fuerit in ſua ſeptimana, ſibi defendere, ne diſcordiæ generentur.

Concilium [illegible] ſub Honorio 1.

GREGORIVS II. epiſtola 3. ad clerum & plebem Turingiæ, eis Epiſcopum mittens iniungit: *De redditibus* (ait) *Eccleſiæ, vel oblatione fidelium quatuor faciat portiones, quarum vnam ſibi ipſe retineat: alteram clericis pro officiorum ſuorum ſedulitate diſtribuat: tertiam pauperibus & peregrinis. Quartam Eccleſiaſticis fabricis nouerit reſeruandam de quibus diuino erit iudicio redditurus rationem.* Hæc antea ſtatuerat & GREGORIVS I. libro 6 Regiſtri indict. 1 epiſtola 8. ad Leonem Epiſcopum Cathenienſium, De portionibus clericorum, & allegat Gratianus, cauſa 16. quæſtione 2. capite Ad hoc. Idem & libro 11. Regiſtri, epiſtola 49. ad Ioannem Epiſcopum Panormitanum, & libro 4 Regiſtri, epiſtola 42. ad Leontium Epiſcopum viſitatorem Ariminenſem. Idem & ad interrogata Auguſtini Epiſcopi Anglorum, capite primo, vt allegat Gratianus cauſa duodecima, quæſtione ſecunda, capite Mos. (ait *Apoſtolica ſedis eſt ordinatio Epiſcopis præceptum tradere, vt ex omni ſtipendio quod accedit quatuor fieri debeant portiones vna videlicet Epiſcopo & familiæ propter hoſpitalitatem & ſuſceptionem, alia clero, tertia pauperibus.*

Grego[illegible] 2.

Gregorius 1.

quarta Eccleſijs reparandis,&c. Præterea Concilium TVRONENSE III. cap.10. Epiſcopis iniungit, vt res Eccleſiſticas cauta circuoſpectione diſpenſent, quaſi Dei miniſtri, non turpis lucri ſectatores, illiſque ita vtantur, non vt proprijs, ſed vt ſibi ad diſpenſandum commiſſis. Et idem c.16. ſtatuit vt decimæ, quæ ſingulis dabūtur Eccleſijs, per conſulta Epiſcoporum à Presbyteris, ad vſum Eccleſiæ & pauperum, ſumma diligentia diſpenſentur. Eadem omninò diſtributio mandatur, & præfigitur in Concilio VORMATIENSI ca.7. & idem Concilium AQVISGRANENSE I. cap. 35. & PROSPERO AQVITANICO lib.2. de vita contemplatiua, cap.19. profert. Vide in ſuperioribus allegatum. Idem quoque Concilium cap. 116. ſic poſteà ſtatuit. *Res* (ait) *Eccleſiæ, ſicut à ſanctis Patribus traditur, vota ſunt fidelium, precia peccatorum, & patrimonia pauperum. Fideles namque fidei ardore, & Chriſti amore ſuccenſi, ob animarum ſuarum remedium, & cœleſtis patriæ deſiderium, ſuis proprijs facultatibus ſanctam locupletem fecerunt Eccleſiam, vt his & milites Chriſti alerentur, & Eccleſiæ exornarentur, pauperes recrearētur, & captiui pro tēpore opportunitate redimerētur. Quapropter vigilanti ac ſolerti cura prouidendum eſt his, qui eius facultates adminiſtrant, ne eas in ſuos ſolūmodo vſus cōuertant, ſed magis iuxta poſſibilitatem rerum, Chriſto famulantium, imò eorum in quibus Chriſtus paſcitur, & veſtitur, curam gerere penitus non negligant, ſed & ſententia S.* HIERONYMI *non ſolum prælatis, ſed etiam cæteris, qui rebus vtuntur Eccleſiæ, vigilanter perpendenda eſt, qui ita in Commentar ſuper Matth. cap.28 loquitur: Omnes igitur qui ſtipendijs templi, & his quæ conferuntur ad vſus Eccleſiæ abutuntur in alijs rebus, quibus ſuam expleant voluntatem, ſimiles ſunt Scribis, & Sacerdotibus, redimentibus mendacium & Saluatoris ſanguinem. Ergò res Eccleſiæ, pauperibus & militibus Chriſti ſtipendiaria debent intelligi. vnde totis niſibus Prælatis ſatagendum eſt, vt ſanctorum Patrum dictis & exemplis obſequentes, de rebus commiſſis & ſubditos gubernent, & pauperes foueant, cunctiſque vtilitatibus ac neceſſitatibus Eccleſiæ fideliter gubernent, & pauperes foueant, cunctiſque vtilitatibus ac neceſſitatibus Eccleſiæ fideliter adminiſtrando conſulant, quatenus de fideli adminiſtratione ab ipſo, cuius miniſtri eſſe noſcūtur, ineffabiliter remunerari mereantur.* Sed & Concilium PARISIENSE III. ſub Lothario & Ludouico Auguſtis, libro 1. cap 18. vbi de diſpenſandis facultatibus præſcripſit Epiſcopis formā ait: *Ceſſet ergò ambitio, quæ dicere ſolet nimis rerum habere Eccleſiam Chriſti, & perpendat, quia quantæcunque ſunt res Eccleſiæ, ſi eo modo quo diſpenſandæ ſunt diſpenſantur, nimiæ nō ſunt: cupiditas quippè, imò negligentia quorundam diſpenſatorum, non Eccleſiæ ampla res, in vitio ſunt. Mira namque res ambitio mundialis ſatis non habet, & Eccleſia Chriſti nimium habet.* Idem & Patres Concilij AQVISGRANENSIS II. cap.7. ſecundi capituli confirmant, item & capite 6. de ordine rectorum, & capite 6. capituli 4. vbi loquuntur qualiter tractandæ ſint res Eccleſiaſticæ. Prædicta renouat & Concilium AQVISGRANENSE III. capite 8. & reliquis. vide ea quæ locis aſſignatis dicta ſunt, ſcilicet Epiſcopus, Decimæ, &c. & ea quæ ſuperioribus diſtinctionibus iam memorata ſunt, & ſequentia.

Concilium Turonenſe 3.
Concilium Vormatienſe. Concilium Aquiſgranenſ. 1. ſub Ludouico Imperatore. 1.
Facultatibus Eccleſiæ non abutendum, ſed ſunt fideliter diſpenſandæ.
Hieronymus Stridonenſis.
Concilium Parisienſe 3.
Heu quam ſedulo noſtra prætendit ſecula.
Concilium Aquiſgran. 2.
Concilium Aquiſgran. 3.

Facultates Eccleſiæ non ſeruādæ in longos annos.] Concilium CABILONENSE II. ſub Carolo Magno, capite 8. *Oportet vt ſi quando ſacerdotes fruges, vel quoſdam redditus terræ congregant & protelant, non ideo hoc faciant, vt carius vendant, & theſauros congregent, ſed vt pauperibus tempore neceſſitatis ſubueniant.* Vide ea quæ præmiſſa ſunt, & quæ ſequuntur.

Concilium Cabilonenſe 2. ſub Leone 3.

Facultates Eccleſiæ ſolicitè cuſtodiantur & augeantur.] Cōcilium III. BRACARENSE canone 8. vt allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſt. 4. cap. Quicunque. *Non decet* (ait) *rectores Eccleſiæ in ſuis ſtrenuos, & in Eccleſiaſticis rebus eſſe remiſſos. Nam quorundam fertur opinio, quod quidam ſacerdotum familias Eccleſiæ in ſuis laboribus quaſſent, rei propriæ profectum augentes, Dominicæ verò diſpendium nutrientes. Vnde quicunque ſub hoc neglectu res diuinas laborare diſtulerit, placito ſpeciali diſtringendus eſt, qualiter ſi de rebus ſeu augmentis Eccleſiæ, quæſtum laboribus ſuis propriè auxit, & ex hoc Eccleſiaſticis rebus aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit, quidquid in rebus Eccleſiæ minuit, illi reſtituat, ex cuius rebus atque ſuffragijs ſuos conuictus fuerit ampliaſſe labores. Quod ſi aliquid pro vtilitatibus Eccleſiæ, aut ſubſtantia expendit, aut diſpendij vel perditionis quippiam pertulerit, ſi hoc comprobari potuerit, totum illi à rebus Eccleſiæ eiuſdem reformabitur, pro cuius vtilitatibus id expendiſſe probatur.* Eadem repetit GREGORIVS II epiſtola 5. ad clerum & plebem Thuringiæ vt videbitur mox in ſequētibus diſtinctionibus, Facultates Eccleſiæ non alienandæ, &c. Hinc & Concilium VALENTINVM GALLIÆ III. capite 10. *Theſaurus ſiue miniſterium, vel ornamentum Eccleſiarum fideliter deuotioni eorum, qui hæc vel ad honorem domus Dei, vel ad ſuſtentationem familiæ Eccleſiaſticæ, ſi neceſſitas exegerit, obtulerint cuſtodiatur: nec quicquam ex eis iuxta inſtitutionem canonicam fieri præſumatur. Placet firmatum.* Lege & ſuperiora, & ea quæ ſequuntur.

Concilium Bracarenſe 3.
Gregorius 2.
Concilium Valentinum Galliæ 3. ſub Lothario Imper.

Facultates Eccleſiæ in ſtipendium datæ clericis.] Vide infrà in vocabulo precariæ, &c.

Facultates Eccleſiæ non furentur clerici, nec in vſus conuertant proprios.] Concilium TICINENSE ſub Ludouico II. Imperatore, capite 1. *Tollenda eſt* (ait) *praua omnino conſuetudo, quæ in quibuſdam locis oriri cœpit: quia nonnulli Archipreſbyters vel aliorum titulorum cuſtodes, fruges, vel aliarum Eccleſiarum redditus, ad proprias domos abducunt. Quidam verò aliorum poſſeſſiones conducunt, vt in eis quæ ab Eccleſijs ſuis male ſubtraxerunt, recondant. Nonnulli autem laicorum, in earum eorum nequitiæ ſe complices fecerunt, vt quæ huiuſmodi tranſgreſſores ab Eccleſia ſurripuerunt, ipſi in ſuis domibus abſcondant. Tales ergò primùm à ſuis Epiſcopis corripiantur. Quòd ſi ſe citius corrigere noluerint, tanquam qui Eccleſiaſticas res ſacrilega temeritate tractauerunt, Synodali ſententia feriātur. Laicos verò, qui poſt hanc denunciationem ſocios ſe huius expilationis præbuerint, tanquam furti reos, iudiciaria coarctabit authoritas.* Vide ſuperiùs, Facultates non diripiendæ, & infrà, Furtum, & Sacrilegium, atque ea quę ſequuntur, & coherentia nec &c.

Concilium Ticinēſe, Gallicè Pauie.

Facultates Eccleſiæ clericis vel monachis conceſſæ ad tempus, ad Eccleſiarum redeant?] Concilium AVRELIANENSE I. ſub Hormiſda I. & Clodouco Rege, canone 25. allegatur à Gratiano, cauſa 16. quæſtione 3. capite Si Epiſcopus. *Si Epiſcopus humanitatis intuitu, vineolas & terrulas clericis vel monachis præſtiterit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiam ſi longa tranſiſſe annorum ſpatia comprobentur, nullum Eccleſia præiudicium patiatur, nec ſecularis lege præſcriptio, quæ Eccleſiæ aliquid impediat, opponatur.* Con-

Concilium Aurelianēſe 1 ſub Clodoueo 1. Rege.

cilium TOLETANVM II. ſub Ioanne II. cap. 4. *Si quis clericorum, agellos vel vineolas ſeu alia ædificia in terris Eccleſiæ ſibi feciſſe probatur, ſuſtentandæ vitæ cauſa, vſque ad diem obitus ſui poſſideat. Poſt ſuum verò ex hac luce deceſſum, iuxta priorum canonum conſtitutiones, ius ſuum Eccleſia ſancta reſtituat: nec teſtamentario aut ſucceſſorio iure cuiquam hæredum, aut proheredem relinquat, niſi forſitan eis Epiſcopus pro ſeruitijs ac præſtatione Eccleſiæ largiri voluerit.*

Concilium AVRELIANENSE IV. ſub Pelagio I. canone 18. *Quicunque clericus aliquid de iure Eccleſiaſtico, ſeu verbo, ſeu ſcriptura acceperit ad vtendum, & poſtmodum hoc alienare quacunque ratione præſumpſerit, non valebit: quia ſecundum canonum ſtatuta* (vide ſequentem immediatè diſtinctionem) *proprietatem Eccleſiæ non violat in alios quamlibet longa poſſeſſio. Sed in pontificis poteſtate conſiſtat, qualiter pro conſeruando iure Eccleſiaſtico, rem poſſeſſam inter clericos debeat communicare.* Idem canone 33. *Quiſquis agellum Eccleſiæ in diem vitæ ſuæ pro quacunque miſericordia, a Sacerdote, cui poteſtas eſt acceperit poſſidendum, quicunque ibi profecerit, alienandi nullam habeat poteſtatem, nec ſibi parentes ex ea re aliquid exiſtiment vindicandum.* Et canone 36. *Si quis Epiſcopus, alterius Eccleſiæ Clerico de facultatibus ſuæ Eccleſiæ aliquid ſub titulo quocunque donauerit, poſt eius obitum qui acceperit, ad Eccleſiam iur. de cuius facultate diſceſſerat, reuertatur: quia iniquum eſt, vt ſub hac ſpecie damnum Eccleſia, quæ multis ſubuenit, patiatur.* Idem ſtatuit de libertis Eccleſiæ Concilium TOLETANVM IX. canone 16. Vide Libertus. Idem cano. 3. *Si ſacerdos vel miniſter de rebus Eccleſiæ quippiam alicui ſub præſtationis obtentu concedat, inſtrumento cauſam præſtiti euidenter exponat, vt hoc aut vtile confecta tranſactio innoteſcat, aut fraus incompetens, quæ latet, appareat: aliter verò pro huius negotij cauſa, deinceps ſcriptura non valeat.* Vide & adhuc infrà. Hinc & MELDENSE Concilium, cap. 41. & 42. Vide infrà, Monaſteriorum facultates. Idem quoque & Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. capite 15. parte 1. allegatur à Gratiano diſtinctione 86. capite Non ſatis. *Cum in officijs charitatis* (ait) *illis primo teneamur obnoxij, a quibus nos beneficium cognoſcimus accepiſſe: Eccleſiaſtici quidam clerici cum ab Eccleſijs ſuis multa bona perceperint, bona per Eccleſias acquiſita, in alios vſus præſumunt transferre. Hoc igitur quia & antiquis conſtat inhibitum canonibus, nos etiam nihilominus inhibemus. Indemnitati itaque Eccleſiarum prouidere volentes, ſiue inteſtati deceſſerint, ſiue alijs conferre voluerint, penes Eccleſiam eadem bona præcipimus remanere.* Vide etiam Eccleſiarum immunitas, & ea quæ ſuperiùs poſuimus, & quæ ſequuntur.

Concilium Toletanum 2. ſub Almarico rege

Concilium Aurelianenſe 4.

Concilium Toletanum 9.

Concilium Meldenſe.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Facultatibus Eccleſiarum an poſſint ædificari monaſteria, &c.] Vide hoc latius in vocabulo, Monaſterij facultates, expoſitum.

Facultates monaſteriorum non alienandæ, &c.] Vide etiam in eodem vocabulo, Monaſterium cum his quæ ſubſequenti diſtinctione ponentur: quia plurima ſunt decreta, quæ de facultatibus monaſteriorum, ſicut & de facultatibus Eccleſiarum tractant, vt etiam ſuperiùs probatum. Vide ergò ſequentia.

Facultates Eccleſiæ nullo modo à quoquam, ſiue Papa, ſiue Pontifice, ſeu alio poſſint alienari, vendi, commutari, * &c.] Hanc aſſertionem, ſicut in alijs fecimus, libet ex vetuſtiſſimis Eccleſiarum decretis probare, vt, quia hoc tam frequens eſt noſtro ſeculo, diſcant

Adhuc plura habes infra. Precariæ lege om.

Hæc diligenter obſeruetur quia hoc ſeculum in hiſpania tum deinde nec impunè

A & videntes, & alienantes, & ementes quantum ſcelus committant, & quibus cenſuris ſubiaceant. Igitur antiquiſſimum illud, & longè antè Nicenum Magnum, Concilium ANCIRANVM, canone 15. & allegat Gratianus cauſa decima, quæſtione ſecunda, capite Si quis. & Martinus Bracarenſis capite 14. Collectorij. *Si quæ* (ait) *de rebus Eccleſiæ, cum Epiſcopus non eſt, Epiſcopi vendiderint, placuit reſciſſo contractu, ad ius Eccleſiaſticum reuocari. In iudicio autem erit Epiſcopi, ſi conſtitutum precium debeat recipi, nec ne: propter quod ſæpe contingit diſtractarum rerum redditus, ampliorem ſummam pro dato precio reddidiſſe.* Hinc Concilium VALENTINVM GALLIAE I. ſub Valenti-

B niano Imperatore ait, & allegat Gratianus cauſa 12. quæſtione 2. capite Irrita, & Iuo libro 2. & codex 16. librorum, libro 3. capite 39. *Irrita erit Epiſcoporum donatio, vel venditio, vel commutatio rei Eccleſiaſticæ, abſque collaudatione, & ſubſcriptione ſacerdotum.* Idem omninò Concilium CARTHAGINENSE IV. canone 3. & allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſtione 2. *Sine exceptione* (ait) *Epiſcopus rebus Eccleſiæ tanquam commendatis, non tanquam proprijs, vtatur.* Idem & canone 32. Porrò Concilium CARTHAGINENSE V. Epiſcoporum 73. canone 4. & allegat Gratianus cauſa 1?. quæſtione 4. capite Nullus res. *Placuit vt rem Eccleſiæ nemo vendat. quod ſi aliqua neceſſitas cogit,*

C *hanc inſinuandam eſſe primati prouinciæ ipſius, vt cum ſtatuto numero Epiſcoporum, vtrum faciendum ſit arbitrentur. Quod ſi tanta vrget neceſſitas Eccleſiæ, vt non poſſit ante primatem conſulere, ſaltem poſt factum curioſitatem habeat, & vicinis Epiſcopis hoc antè indicare, & ad Concilium referre eas ſuæ Eccleſiæ neceſſitates: quòd ſi non fecerit, reus Concilij venditor teneatur.* Hinc & Concilium AGATHENSE celeberrimum ſub Cœleſtino I. vel Sixto 3. canone 7. & allegatur in parte à Gratiano cauſa 10. quæſtione 2. capite Caſellas. *Caſellas vel mancipiola Eccleſiæ, Epiſcopi* (*ſicut priſca canonum præcepit authoritas*) *vel vaſa miniſterij, quaſi commendata fideli propoſito, in integro Eccleſiæ iure poſſideant, id eſt, vt neque vendere, neque per quoſcunque contractus res,*

D *vnde pauperes viuunt, alienare præſumant. Quòd ſi neceſſitas certa compulerit, pro Eccleſiæ augmento, aut neceſſitate, aut vtilitate, vel vſufructu, vel indirecta venditione aliquid diſtrahatur, apud duos vel tres comprouinciales, vel vicinos Epiſcopos, cauſa, quæ neceſſe ſit vendi, primitus comprobetur: vt habita diſcuſſione ſacerdotali, eorum ſubſcriptione, quæ facta fuerit venditio, roboretur. Aliter facta venditio, vel tranſactio, non valebit.* Idem canone vigeſimo ſecundo, & allegat Gratianus cauſa duodecima, quæſtione ſecunda, capite Statuimus. *Licet* (ait) *ſuperfluum ſit de re nota, & antiquis canonibus prohibita, aliquid iteratò definire: attamen quo facilius cupiditas aut*

E *improbitas deprimatur, id ſtatuimus, quod omnes canones iubent: Ciuitatenſes ſiue Diœceſani, presbyteri, vel clerici, ſaluo iure Eccleſiæ, ſicut Epiſcopi permiſerunt, teneant, vendere autem, aut donare, penitus non præſumant. Quod ſi fecerint, vel fecerunt, & facta venditio non valebit, & de facultatibus* (*ſi quas habent proprias*) *indemnem Eccleſiam reddant, & communione priuentur.* Et canone 26. qui & allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſtione 2. capite Si quis. *Si quis de clericis documenta, quibus Eccleſiæ poſſeſſio firmatur, aut ſupprimere, aut negare, aut aduerſarijs fortaſſe tradere damnabili & punienda obſtinatione præſumpſerit, quidquid per abſentiam documentorum damni Eccleſiæ illatum eſt, de proprijs facultatibus reddat,*

Concilium Ancyranum celebratum anno 301.

Concilium Valentinum Galliæ 1. ſub Damaſo.

Concilium Carthaginenſe 4. hoc Auguſtinus interfuit.

Concilium Carthaginenſe 5. ſub Anaſtaſio 2.

Concilium Agathenſe gallicè Agede.

& com

& communione priuetur. Hi etiam, qui in damno Eccleſiæ impie ſubſcripſerint, à traditoribus aliquid acceperint, ſuperiori ſententia teneantur. Idem canone 45. & allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſtione 2. capite Terrulas. *Terrulas aut vineolas exiguas, & Eccleſiæ minus vtiles, aut longè poſitas, Epiſcopus ſine conſilio fratrum (ſi neceſſitas fuerit) diſtrahendi non habeat facultatem.* Idem & canone 49. & allegat Gratianus cauſa 12. quæſtione 2. capite Diaconi. *Diacones vel presbyteri in parochia conſtituti, de rebus ſibi creditis nil audeant commutare, vendere, vel donare, quia res ſacrata Deo eſſe noſcuntur. Similiter & ſacerdotes, nihil de rebus Eccleſiæ ſibi commiſſæ (vt ſuperius comprehenſum eſt) alienare præſumant. Quod ſi fecerint, conuicti in Concilio, & ab honore depoſiti, de ſuo aliud tantum reſtituant, quantum viſi ſunt præſumpſiſſe. Sanè ſi quis pro qualibet conditione, de rebus Eccleſiæ aliquid alienare præſumpſerit, ſi de ſuo proprio tantum Eccleſiæ contulerit, quantum viſus eſt abſtuliſſe, tunc demum illud ſtare licebit.* Idem canone 53. & allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſtio. 2. cap. Quidquid. *Quidquid parochiarum presbyter de Eccleſiaſtici iuris poſſeſſione diſtraxerit, inane habeatur, & vacuum vendicatione comparantis, & actione vendentis.* Et can. 54. & allegatur ibidem cap. Presbyter. *Presbyter dum diœceſim tenet, de his quæ emerit ad Eccleſiæ nomen, ſcripturam faciat, aut ab eius (quam tenet) Eccleſiæ ordinatione diſcedat.* Et cann. 59. & allegatur à Gratiano cauſa 16. quæſtione 3. cap. Clerici. *Clerici qualibet, quantacunque diuturnitate temporis de Eccleſiæ remuneratione aliqua poſſederint, in ius proprium præſcriptione temporis non vocentur, dummodo pateat Eccleſiæ rem fuiſſe, ne videantur etiam Epiſcopi adminiſtrationes prolixas, aut precationes, cum ordinati ſunt, facere debuiſſe, aut diu retentas facultates, in ius proprietatis ſuæ poſſe tranſcribere.* Idem omninò, & ſub ſimili forma verborum Concilium EPAVNENSE ſub Sigiſmúdo Rege, cui inter fuit beatiſsimus Claudius Archiepiſcopus Biſuntinenſis, cuius nos dum ad huc nouitiali tyrocinio detineremur, vitam heroicis verſibus conſcripſimus, & quinque libris abſoluimus. Concilium igitur illud, hoc renouat canone 14. Idem priùs præfatum Concilium Agathéſe canone 48. ſtatuerat, vt allegatur à Gratiano cauſa 2. quæſt. 1. Epiſcopi. Iterum etiam repetit MARTINVS BRACARENSIS capite 15. qui iterum allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſt. 1. cap. Manifeſtæ. *Statuimus (ait) vt de rebus Epiſcopi proprijs, vel acquiſitis, vel quidquid Epiſcopus de ſuo proprio habet, heredibus ſuis ſi voluerit derelinquat: quidquid verò de prouiſione Eccleſiæ ſuæ fuerit, ſiue de agris, ſiue de frugibus, ſiue de oblationibus, omnia iure Eccleſiæ reſeruare cenſuimus.* Vide in vocabulo Teſtamentum. Eadem & Concilium HISPALENSE I. cap. 2. Vide teſtamentorum, &c. Idem & Concilium PARISIENSE III. libro 1. cap. 16. vt alibi docebimus. Porrò SYMMACHVS I. epiſtola 1. ad Cæſarium, cap. 1. vt allegatur à Gratiano cauſa 16. quæſt. 1. capite Poſſeſſiones. *Poſſeſſiones quas vnuſquiſque Eccleſiæ proprio dedit, aut reliquit arbitrio, alienari quibuſlibet titulis, atque diſtractionibus, vel ſub quocunque argumento non patiuntur, niſi forſan aut clericis honorum meritorum, aut monaſterijs religionis intuitu, aut certe peregrinis ſi neceſſitas largiri ſuaſerit: ſic tamen vt hæc ipſa non perpetuo, ſed temporaliter perfruantur.* (vt ſuperioribus diſtinctionibus dicebamus.) Ideo de ſummo Pontifice, ne res Eccleſiæ poſſit alienare, ſtatuitur in Concilio ROMANO III. ſub eodem Symmacho I. capite 4. & allegat Gratianus cauſa 12 quæſtione 2. capite Non liceat. *Manſuro (ait) cum Dei noſtri conſideratione decreto, ſancimus, vt nulli Apoſtolicæ ſedis Præſuli, à præſenti die (donec diſponente Domino Catholicæ fidei manſerit doctrina ſalutaris) liceat prædium ruſticum, quantacunque fuerit vel magnitudinis, vel exiguitatis, ſub perpetua alienatione, vel commutatione ad cuiuſlibet iura transferre. Nec cuiuſquam excuſentur neceſſitatis obtentu, quippè cum non ſit perſonale, quod loquimur, nec aliquis clericorum, vel laicorum ſub hac occaſione accepta teneatur. Sed nec in vſu fructuario iure aliquibus dare liceat, nec data retinere, præter clericos, & captiuos, atque peregrinos: ne mala tractationis miniſtretur occaſio, cum liberalitati alia iunera reſeruentur.*

Hoc & ſuperius ex Valentino concilio iam dictum eſt.

Concilium Agathenſe.

Concilium Epaunenſe ſub Gelaſio 1.

S. Claudij Biſontinenſis vita ab authore deſcripta.

Martinus Bracarenſis.

Concilium Hiſpalenſe 2.

Concilium Pariſienſe 1.

Symmachus.

Monaſterijs licitè facultates Eccleſiæ dantur.

Papa non poteſt facultates Eccleſiæ alienare.

Cōcilium ſub Symmacho Romanum 3.

A

B Et capite ſexto, idem de Cardinalibus & Presbyteris loquitur ſub his verbis, quæ allegat etiam Gratianus cauſa 17. quæſtione 4. capite Quicunque. *Pari etiam (ait) Eccleſiarum per omnes Romanæ ciuitatis titulos, qui ſunt presbyteri, vel quicunque fuerint, aſtringi volumus lege cuſtodes: quia nefas dictu eſt, obligatione qua ſe per charitatem Chriſti conuertit ſummus Pontifex, ea hominem ſecundi in Eccleſia ordinis non teneri. Quicunque tamen oblitus Dei, & decreti huius immemor, cuius Romanæ ciuitatis ſacerdotes volumus religioſis nexibus deuinciri, in conſtitutum præſens committens, quidquam de iure titulorum vel Eccleſiæ ſuperius præfatæ, quolibet modo, præter aurum, argentum, vel gemmas, veſtes quoque, ſi*

Nec Cardinales poſſunt alienare bona Eccleſiæ.

C *ſunt, vel ſi acceſſerint aliqua mobilia, ad ornamenta diuina minime pertinentia, perpetuo iure, exceptis duntaxat domibus, alienare tentauerit: donator, alienator, & venditor, honoris ſui amiſſione mulctetur.* De domibus autem Eccleſiæ in vrbe conſtitutis, ſic idem Concilium canone 5. conſequenter ſtatuit: *Sane tantùm domus in quibuſlibet vrbibus conſtitutæ, quorum ſtatum neceſſe eſt expenſa, non modica ſuſtentari, acceptis (ſi offerri contigerit) ſub iuſta exiſtimatione redditibus, & dimni timore iudicij commutentur.* Idem cann. 7. anathemate ferit eos, qui res Eccleſiaſticas petierint alienari aut vendi, aut ſubſcripſerint alienatoribus, vel qui ipſas emerint, niſi celeri reſtitutione ſatisfaciant. Idem Concilium 8. de horum contemptoribus conſtitutionum.

Concilium Romanū 3. ſub Symmacho 1.

D *Quòd ſi minore anima ſua cura, quiſquam remedium oblatum ſeriè neglexerit, ſupra ea pœnarum genera, quæ ſuperius tenentur aſcripta, (contra fas ſi quod conceptum fuerit documentum vniuerſis viribus, quamuis ab initio nullas habuerit, efficitur. Sed etiam liceat quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticis vocem contradictionis afferre, & Eccleſiaſtica authoritate fulciri, ita vt cum fructibus poſſit alienata repoſcere: nec aliquo ſe ante tribunal Chriſti obſtaculo muniat, qui à religioſis animabus ad ſubſtantiam pauperum derelicta, contra fas ſine aliqua pietatis conſideratione diſpergit.* Hinc damnatus eſt Seuerus Antiochenus Epiſcopus hæreticus, & alij complices, in Concilio gene-

E rali V. CONSTANTINOPOLITANO II. ſub Iuſtiniano Principe, eò quòd facultates Eccleſiæ diſtraxiſſet, & alienaſſet, & vendidiſſet. Vide vocabulo Hæreticus, &c. Porrò, præfata Symmachi, ſeu Concilij ſub eo celebrati, decreta allegant Patres Concilij PARISIENSIS III. libro 1. capite 17. & ea confirmant, canonica cenſura decernentes, vt res Eccleſiæ, niſi ob nimias neceſſitates, nemo diſtrahat: & volunt vt per omnia forma teneatur in his vendendis. Illa etiam Symmachi Decreta proferunt Patres CONCILII BASILEENSIS generalis ſeſſione 27. dum tractant de non alienanda ciuitate Auenionenſi,

Concilium Pariſienſe 3. ſub Lothario & Ludouico Auguſtis.

Concilium Baſileenſe generale.

nenſi, quam recipiunt in Saluigardiam Concilijs
& prohibēt ne fiat alienatio terrarum & poſſeſſio
num, quæ dicatæ ſunt Romanæ Eccleſiæ in ſub
ſtentationem Romani Pontificis & miniſtrorum
eius, & locorum præſertim illorum, in quibus ne-
ceſſitatis tempore liberè valeat Romanus Ponti-
fex cum ſua curia commorari. Sed vt ad ordinem
redeam, Decretis ſuprà ſcriptis, de non alienandis
Concilium Aurelianenſe 3. facultatibus Eccleſiarum, ſubſcripſit & Cōcilium
AVRELIANENSE III. ſub Vigilio I. canone
12 prohibens ne per vllos contractus res Eccleſia-
ſticæ alienentur, aut inutiliter liceat obligare. *Ea
etiam* (ait) *quæ de rebus Eccleſiaſticis ab anteceſſori-
bus alienata, vel quibuſcunque inſtrumentis inutiliter
in diſpendium Eccleſiæ obligata noſcūtur, & intra tri-
cennaria tempora repetitio ſuppetit, quæ acta ſunt, ſuf-
fragante iuſtitia per publicum aut electorum iudicium
reuocentur. Quòd ſi is qui rem Eccleſiaſticam tenet,
admonitus iudicium declinauerit, quouſque aut ad di-
ſcuſſionem veniat, aut rem reſtituat Eccleſiaſticam,
communione priuetur.* Idem canone 23. allegatúr-
que à Gratiano cauſa 12. quæſt. 2. cap. Abbatibus.
*Abbatibus, presbyteris, cæteriſque miniſtris de rebus
Eccleſiaſticis vel ſacro miniſterio alienare vel obliga-
re, abſque permiſſione & ſubſcriptione Epiſcopi ſui, nil
liceat: quod qui præſumpſerit, degradetur, communio-
ne conceſſa: & quod temere præſumptum, aut alienatum
eſt, ordinatione Epiſcopi reuocetur.* Concilium AV-
Concilium Aurelianenſe 4. RELIANENSE IV. ſub Pelagio I. canone 9. ſic
C
ſtatuit: *Epiſcopus, qui de facultate propria Eccleſiæ
nihil relinquit, de Eccleſiæ facultate ſi quid aliter, quam
canones eloquuntur, obligauerit, vendiderit, aut diſtra-
xerit, ad Eccleſiam reuocetur.* Vide idem & cano-
ne 11. infrà, Monaſteriorum facultates non alie-
nandæ, &c. Idem etiam & canone 16. prohibet, ne
liberti res Eccleſiæ audeant vendere aut alienare.
Vide Libertus, &c. & ex Concilio Toletano 9.
Idem 5. cap. 16. Porrò eadem decreta confirmat Conci-
Concilium Toletanum 4. lium AVRELIANENSE V. capite 31. & TO-
LETANVM IV. canone. 66. ſed ſub alio ſenſu.
Idem 3. vide ſuperiùs, Decimæ, & Exactio, &c. Porrò
Concilium TOLETANVM III. ſub Pelagio II.
D
canone 3. *Hæc ſancta Synodus* (ait) *nulli Epiſcopo-
rum licentiam tribuit res alienare Eccleſiæ, quoniam &
antiquioribus Canonibus hoc prohibetur: ſi quid verò,
quod vtilitatem non grauet Eccleſiæ, pro ſuffragio Mo-
nachorum, vel Eccleſiarum ad ſuam parochiam perti-
nentium dederint, [illegible]num maneat. Peregrinorum, vel
clericorum, & egenorum neceſſitati, ſaluo iure Eccleſiæ,
præſtare. permittuntur pro tempore, quæ potuerint.* Vi-
de ſuperioribus hoc diſtinctionibus approbatum
Gregorius 1. ex Concilio Toletano 9. cano. 3. & reliquis mul-
tis. Porrò ea omnia confirmat GREGORIVS I.
libro 4 Regiſtri, epiſtola 12. ad Gaudentium Epi-
ſcopum Nolanum, iniungens ei viſitationem Ca-
Canon Apoſtolorum. pnanæ Eccleſiæ: & allegatur à Gratiano diſtinct.
E
16. parte 1. cap. Quoniam Hinc etiam magnum &
Concilium Nicenum 2. generale 7. ſub Adriano 1. vniuerſale Concilium NICENVM II. genera-
le VII. canone 12. allegat canonem 39. Apoſto-
lorum, quem citauimus aliàs. *Si quis Epiſcopus,
vel monaſterij præfectus* (aiunt) *inuentus fuerit ex
Epiſcopatu vel monaſterij agris, in principis alicnius,
aut magiſtratus manus alienare, vel alteri perſonæ tra-
dere, nullius ſit momenti traditio, vt ſanctorum Apoſto-
Vide quantum tribuat canonibus Apoſtolorum hoc generale concilium lorum vult canon, qui dicit: Omnium rerum Eccleſia-
ſticarum Epiſcopus curam gerat.* (hūc citauimus ſu-
prà, Epiſcopus, &c.) *& ea adminiſtret tanquam Deo
intuente. Ne liceat autem quicquam ex eis ſibi vendi-
care, vel proprijs cognatis, quæ Dei ſunt, elargiri. Si ſint
autem pauperes, vt pauperibus ſuppeditet, ſed non eo-*

A
*rum prætextu res Eccleſiæ venundet. Sin autem detri-
mentum afferre cauſetur, nec quicquam ex agro emo-
lumenti percipi, ne ſic quidem magiſtratibus, aut Prin-
cipibus qui ſunt in eo loco venundet prædium, ſed cle-
ricis vel agricolis. Sin autem aliqua improba callidi-
tate vtantur, & ab agricola vel clerico agrum præſes
vel magiſtratus emerit, ſic quoque nullius ſit momenti
venditio, & Epiſcopatui vel monaſterio reſtituatur.
Porrò Epiſcopus vel monaſterij præfectus, qui hoc fe-
cerint exturbentur, Epiſcopus ab Epiſcopatu, Mona-
ſterij verò præfectus à monaſterio vt qui male diſſipent,
quæ non congregauere.* Idem omninò Concilium Concilium Moguntinum 1. Idem 2.
MOGVNTINVM I. ſub Carolo Magno, canone
8. & MOGVNTINVM II. ſub Rabano Mauro
B
Archiepiſcopo, cap 7. vbi etiam laicis præcipitur,
vt in his diſpenſandis & miniſtrandis auxiliares
manus Epiſcopis tribuant, ſi neceſſe eſt. Idem Cōcilium Meldenſe 1. ſub Carolo Iuniore 4.
præterea ſtatuit Concilium MELDENSE can.
23. vbi præcipitur, vt commutationes rerum Ec-
cleſiaſticarum valdè caueantur, & ſubtiliſſimè, ſi
aliquo modo fieri debent, inſpiciantur: quæ au-
tem inconſultè ſunt factæ, iuxta decretum cano-
nicum Papæ HILARII I. corrigantur qui ait: Hilarius.
*Quæ illicite deceſſor Epiſcopus admiſerit, vel ab alijs
illicite commiſſa ſunt, ab eo qui ſucceſſor eſt emendetur.*
Vide in vocabulo Precariæ. &c. Prædictas com- Cōcilium Sueſſionenſe ad Medardum.
mutationes etiam vetat Concilium SVESSIO- Concilium Valentinum [illegible] Galliæ 3 anno 855.
NENSE I. apud S. Medardum, cap. 9. & Conci-
C
lium VALENTINVM GALLIÆ III. ſub Lo-
thario Imperatore, canonibus 20. & 21. *De com-
mutationibus rerum Eccleſiaſticarum* (ait) *diligen-
tiſſima adhibeatur cura, vt vel iuxta interdictum, &
obteſtationē ſacrorū canonum nullatenus fiāt, vel certè
fraudulentia quorundā in hac re ita coerceatur, & am-
putetur vt Eccleſia Dei ſuis prædiis & facultatibus tā
impudenter & dolenter minime ſpolietur. Quia cū ipſæ
res Eccleſiarū à pijs & fidelibus Deo oblatæ, iuxta an-
tiquorū Patrum ſententiam* (vt ſuperiùs multoties
meminimus) *nihil ſint aliud, niſi vota fidelium, pau-
perum patrimonium, redemptio peccatorum, ſi eas fide-
liter & integrè Eccleſiaſticis vſibus non defendimus, &
in eos qui obtulerunt, & in Deum, cui oblata ſunt, gra-
D
uiſſimo nos reatu implicamus, &c.* Cōcilium genera-
le VIII. CONSTANTINOPOLITANVM IV. Concilium Cōſtant[illegible]tanum 4 generale.
ſub Baſilio Imper. & Adriano II. Patrum 373. can.
15. & allegat Gratianus cauſa 12. q. 2. cap. Apoſtoli-
cos. *Decernimus* (ait) *vt Epiſcopis vendere, vel vt-
cunq, alienare vaſa, vel veſtes ſanctas, & alias ruſticas
poſſeſſiones venundare non liceat, ne propter hoc Eccle-
ſiaſtici redditus lædantur, quos ad propriam vtilitatem,
& ob eſcam pauperum & peregrinorum ſuſtentationē
eſſe definimus: nec etiam per Emphytheoſim ſalaria Ec-* Emphiteoſis prohibetur.
*cleſiarū tribuere poſſint, excepta cauſa olim ab antiquis
canonibus ordinata, videlicet in redemptionem capti-
uorum.* Idem can. 20. ſubdit: *Poſſeſſiones autē in Em-
phyteoſim datas ab Eccleſia, non liceat Emphiteota ſpo-
E
liare prætextu non ſeruati pacti: verùm ſi per tres annos
continuos penſionem non ſoluerit, liceat tunc Eccleſiæ
vindicare ſuas poſſeſſiones, dūmodò fiat ordine iudiciali
coram competente iudice. Qui ſecus fecerit, cogetur ad
reſtitutionem in integrum: quod ſi noluerit parere, depo-
natur.* Porrò de nō alienādis rebus Eccleſiæ multa
ſunt decreta ALEXANDRI III. quæ allegat in Alexander 3.
Decret. Gregorius IX. & reperiuntur par. 29. Cō-
cilij Lateranenſis, quod idem Alexāder celebrauit,
c. 1. 3. 4. 5 & reliq. Et in his locis res Eccleſiæ pigno
ratas ſeu alienatas iubet recolligi, & Eccleſię reſti-
tui, & idē de facultatib⁹ monaſteriorū ſtatuit vide
Monaſteriorū facultates, &c. Tū c 7. eiuſdē partis
decreuit, dicens: *De poſſeſſionibus, laicis ſub modico*

ceaſu [illegible] ,ſi læſa eſt Eccleſia, & appareat detrimentum [illegible] cum eius conditionem deteriorem facere non lice [illegible], & Eccleſia iure minorum ſemper debeat illæſa conſeruari,quæ in damnum ipſius conſtiterit,ad ius ipſius,proprietatémque redire conuenit. Prouidendum eſt tamen, ne ſi fortè colonus poſſeſſiones illas expenſis ac ſuo labore fecit meliores ſumptibus quos bono animo fecerit,debeat defraudari. Tum capite 9.eiuſdem partis. Idem Alexander ſtatuit, de facultatibus Eccleſiæ loquens vt Eccleſiæ debita perſoluantur,ita vt ſi forſam Epiſcopus moreretur ante debiti ſolutionem,qui ei ſuccedit teneatur perſoluere. Porrò Concilium OXONIENSE in Anglia,canone 28.prohibet,ne Prælati quilibet,Epiſcopi,Abbates,&c. vel cæteri clerici audeant Eccleſiaſtica beneficia,& redditus,conſanguineis & & amicis vendere,aut impignorare, ſeu infeudare de nouo,aut quolibet alio modo alienare,niſi forma canonis obſeruata.Si aliter factum ſit,viribus carere decernit, & præſumptores corrigi acriter iubet, & ſine damno facultates reuocare, & qui retinere voluerit excommunicationis ſententia percelli, donec ea reſtituat nullatenus abſoluendus. Et cano.29 expreſsè eiſdem prælatis prohibet,ne de facultatibus Eccleſiæ in laico feudo repoſitis ædificia conſtruantur, aut emantur, quia pauperum patrimonium ſunt: nec in laico feudo reponantur,aut penſiones laicales ex eis emãtur, & aliter præſumentur ſimiliter excõmunicationi ſubdit.Hæc omnia reperiſtur in Concilio VIENNENSI ſub Clemente V.& habes in Clementinis titulo 4.de rebus Eccleſię non alienandis.Denique Concilium CONSTANTIENSE generale, ſeſſione 19.quæ tamen ad calcem Concilij ponitur,vetat omnem alienationem, permutationem,donationem,& conceſſionem,& cætera huiuſmodi, cum detrimento vel læſione Eccleſiarum, Monaſteriorum, Menſarum, Capitulorum, Conuentuum,locorum,& reuocat quæ hactenus data fuerant priuilegia ſuper eiſdem ab Apoſtolica ſede.Non conceditur etiam vt facultates prædictæ dentur in feudum,vicariarum,Emphyteoſim:regnis, prouincijs, ciuitatibus, terris, caſtris, villis,&c.nec conceditur dare venditioni,aut eas alienare,priuilegijs quibuſcunq; excluſis ſub anathematis interminatione.Poſſunt autem locari vſque ad tempus nouem annorum,vel abinde infrà, & non vltrà,cùm præſtatione cenſus ſolliciti ſiue rationabilis,& hoc cum euidenti Eccleſiæ vtilitate: alias nullo modo impignorari, locari, donari conceduntur,vt latiùs exponunt Patres Concilij BASILEENSIS actione [illegible] ad calcem, vbi tractaur,quòd Papa non poſſit imponere nouas gabellas in terris Romanæ Eccleſiæ, nec alienare terras Eccleſiæ.Idem repetit PAVLVS II.Papa, oratione Venetus,in extrauagãti,quæ incipit: Ambitioſæ cupiditati,vbi omnia ſuperiora confirmat & ratificat:quæ ideò ſilemus,ne diutiùs varietate lectionis lectoris animũ oneremus. Eadem quoque renouat LEO X. ſeſſione 10. Concilij Lateranenſis quod celebrauit,& Concilium TRIDENTINVM generale,ſeſſione 22.quæ fuit 6. ſub Pio IV. canone vltimo decreti reformationis, & ſic exorditur: *Si quem clericorum aut laicorum quacunque is dignitate,etiam imperiali aut regali pr[illegible] [illegible] cat, intantum malorum omnium radix cupiditas occupauerit,vt alicuius Eccleſiæ,ſeu cuiuſuis ſecularis, aut [illegible] beneficii iuriſdictiones, bona, cenſus, ac iura [illegible]dalia, [illegible] Emphyteotica, fructus, emolumenta, [illegible] quaſcun[illegible] [illegible]bre[illegible]nes,quæ in miniſtrorum ac pau-*

Valde notandum.

Concilium Oxonienſe in Anglia ſub Innocentio 3.

Concilium Vienneſe generale

Concilium Conſtantienſe generale.

Concilium Baſileenſe ſeſſione 2.

Paulus 2.

Leo 10

Concilium Tri[illegible] generale nouiſſimum.

A *perum neceſſitates conuerti debent,per ſe,vel per alios, vi,vel timore incuſſo, ſeu etiam per ſuppoſitas perſonas clericorum aut laicorum,ſeu quacunque arte, aut quocunque quæſito colore in proprios vſus conuertere illaſque vſurpare præſumpſerit,ſeu impedire, ne ab his ad quos iure pertinent percipiantur,is anathemati tandiu ſubiaceat, quandiu omnia prædicta reſtituerit integrè, ac deinde à Romano Pontifice abſolutionem obtinuerit.Quod ſi eiuſdem Eccleſiæ patronus fuerit,etiam iure patronatus vltra prædictas pœnas eo ipſo priuatus exiſtat.Clericus verò,qui nefandæ fraudis & vſurpationis huiuſmodi fabricator,ſeu conſentiens fuerit,eiſdem pœnis ſubiaceat,nec non quibuſcunque beneficijs priuatus ſit,& ad quæcunque alia beneficia inhabilis efficiatur & à ſuorum ordinum executione, etiam poſt integram*
B *ſatisfactionem, & abſolutionem, arbitrio ſui ordinarij ſuſpendatur,&c.* Vide ea quæ ſuperiùs iam dicta ſunt, & reſiduum quod ſequitur, & lege adhuc multa infrà, Præcariæ,&c.

Facultates quas Clerici in officio acquiſierint, Eccleſijs remaneant.] Concilium CARTHAGINENSE III. canone 49.& allegatur à Gratiano, cauſa 12.quæſt.3.cap. Placuit. *Placuit vt Epiſcopi,Presbyteri,Diaconi,vel quicunque clerici,qui nihil habentes ordinantur,& tempore Epiſcopatus,vel clericatus ſui,agros vel quæcunque prædia nomine ſuo comparant,tanquam rerum Dominicarum inuaſionis crimine teneantur obnoxij,niſi admoniti Eccleſiæ ea ipſa contulerint. [illegible] autem ipſis aliquid libera-*
C *litate alicuius,vel ſucceſſione cognationis obuenerit faciant inde quod eorum propoſito congruit,* Vide in vocabulo Teſtamentum,&c. *quod ſi a ſuo propoſito retrorſum exorbitauerint, honore Eccleſiaſtico indigni tanquam reprobi iudicentur.* Contra hoc decretum arguitur feciſſe Ibas Edeſſenus Epiſcopus,& nepos eius Daniel in Concilio CHALCEDONENSI actione 10 vt in ſuperioribus diſtinctionibus annotauimus. Vide & in prædicto vocabulo,ſcilicet Teſtamentum an Eccleſiaſtici cõdere valeant.Porrò præfatum Carthaginenſe decretum allegat & renouat Concilium MOGVNTINVM II.Præſide Romano,canone 8.& Concilium EPAVNENSE ſub Gelaſio I.canone 14. *Quiſquis* (ait *clericus aliquid de munificentia Ec-*
D *cleſiæ,cui ſeruierit adeptus, & ad ſummum ſacerdotium alterius ciuitatis eſt, aut fuerit ordinatus, quod dono accipit vel acceperit reddat,& quod ſuum eſt ex proprietate,vel ſecundum inſtrumenti ſeriem probatur emiſſe,poſſideat.*Idem & de Epiſcopis ſtatuit Concilium HISPALENSE I.cap.2.ſuorum decretorum,& Concilium PARISIENSE III. libro 1.cap.16.Hinc concilium TOLETANVM IX.canone 4.qui allegatur à Gratiano cauſa 12.q.4 capite Sacerdotes. *Sacerdotes* ait *vel quicunque illi ſunt, quibus Eccleſiaſticarum rerum cura commiſſa eſt,quæcunque adminiſtrationis ſuæ tempore emerint,ſi*
E *de rebus proprijs vel vile vel carum habuerint,ad Eccleſiæ nomen cui præſunt chartarum inſtrumenta conficere procurent.Non enim conuenit vt Eccleſia, quæ ſuſcepit extremum,efficiat in alieno diuitem,& in ſuo retineat fraudatorem.Hi verò qui ſuarum rerum noſcuntur habere compendium ex omni re,quam poſt ordinationis ſuæ diem viſi ſunt acquiſiſſe ſiue nulla,ſiue aliqua ſint inſtrumenta confecta,cõpenſata tam iuris ſui,quàm Eccleſiaſticarum rerum habitudine,ſi ſe vtriuſque res quantitas exæquauerit, inter Eccleſiam & decedentis heredes, æquo iure conquiſito pertinebit: ſi autem quælibet pars maiori cumulo ſui iuris excreuerit, maiorem portionem etiam in diuiſione percipiet. Quicunque verò de prædictis ſacerdotibus* (hoc allegat

Concilium Carthaginenſe 3. cui ſubſcripſit Auguſtinus.

Multi in hoc errarunt non [illegible] impunè.

Concilium Chalce[illegible]nenſe generale 4

Concilium Moguntinũ 2. Concilium Epaunenſe ſub Sigiſmundo rege.

Concilium Hiſpalenſe 1 Concilium Pariſienſe 3 Concilium Toletanum 9.

Nota hæc.

Gratianus cauſa 12. quæſt. 3. capite Quicunque) A *vel miniſtri pro ſui vtilitate, atque amicitia, vel præſtatione, aut quocunque modo, aut per Scripturæ ſeriem aliquid meruerit à quolibet percipere, in rebus Eccleſiaſticis non poterit numerari: ſed quod exinde voluerint facere, in ipſorum voluntatis arbitrio ſubiacebit. Quod ſi hoc poſt eorum mortem inordinatum fortaſſe remanſerit, Eccleſia hoc ſibi, cui præſuit, vel miniſter extitit, in perpetuum vindicabit.* Quòd autem propinqui morientis Epiſcopi, abſque Metropolitani cognitione, de rebus eius nihil vſurpare præſumant, ſubinfert cap. 7. vide ſuperiùs poſitum vocabulo, Epiſcoporum exequiæ, &c. & Teſtamentum, &c.

Facultates ſine ſcripto Eccleſijs relictæ, an poſteà poſſint repeti.] B Iam in ſuperioribus diſtinctionibus multa ad hanc propoſitionem probandam valida poſuimus, veruntamen quæ reſtant ſubiungenda ſunt. Sic ergò Concilium

Concilium Aureliamenſe 4. ſub Pelagio 1.

AVRELIANENSE IV. canone 19. *Quicunque pro deuotione ſua oblationis ſtudio, aliquid in capellis vel in vineolis, etiam abſque Scriptura probatur Eccleſiæ contuliſſe, ſi poſtmodum vel ipſe, vel hæredes eius quacunque occaſione, auferre à iure hoc Eccleſiæ, vel alienare voluerint, quoad vſque & tali intentione diſcedant, aut peruaſa reſtituant, à communione Eccleſiaſtica ſuſpendantur.* Idem & poſteà Concilium

Concilium Aurelianenſe 5. Concilium Turonenſe 3. Concilium Toletanum 4.

AVRELIANENSE V. canone 16. & Concilium TVRONENSE III. ſub Carolo Magno, canone 51. C Veruntamen Concilium TOLETANVM IV. canone 37. & allegatur à Gratiano cauſa 16. quæſtio 7. ſtatuit vt ſi egeni fuerint fundatores, de facultatibus Eccleſiæ eis ſubueniatur. Vide ſuprà, Baſilicarum fundatores, &c &, Pauper, ſcilicet pauperibus ſubueniendum de rebus Eccleſiæ, &c. Idem ſtatuit &

Concilium Toletanum 6.

TOLETANVM VI. cap. 15. *Statuimus (ait) vt quæcunque res Eccleſiæ Dei, à principibus iuſtè conceſſa ſunt, vel fuerint, vel cuiuſlibet alterius perſona illi non iniuſtè collata ſunt, vel extiterunt, ita in eorum iure perſiſtere firma ſtabilitate iubemus, vt enellì quacunque cauſa vel tempore nullatenus poſſint. Opportunum eſt enim, vt ſicut fidelia hominum ſeruitia non exiſtere cenſuimus ingrata, ita Eccleſijs collata, quæ propriè ſunt pauperum alimenta, eorum in iure pro mercede offerentium maneant inconuulſa.* D Vide Baſilica, &c.

Facultates non vi eripiendæ, vt Eccleſijs donentur, nec ideo debent filij exhæredari.] Vide ſuperius vocabulo, exhæredatio, ex Auguſtino qui hoc expreſsè prohibet. Verùm quia non eſt expediens illud iterum repetere, quod ſequitur annectam: Hoc quippè

Gregorius 1.

GREGORIVS I. prohibet libro 2. Regiſtri, epiſtola 82. ad Bonifacium Epiſcopum Regitanum, lege. Porrò etiam ſuo tempore erant qui titulos fiſcali more pro iure Eccleſiæ, prædijs vrbanis & ruſticis imprimebant, & ſic ſine iudicio & æquitate, quod pauperum erat vel aliorum, Eccleſiæ competere manibus, defenſabatur. E Hoc idem in

Concilium Romanũ ſub Gregorio 1.

ROMANO Concilio, quod celebrauit cap. 3. expreſsè prohibuit fieri, & hinc qui hoc præſumpſerint anathema dicit, atque ei qui Eccleſiæ præeſt, ſi hoc factũ ſua præceptione, digna punire animaduerſione neglexerit. Legitur & in Concilio

Concilium Cabilonenſe 2.

CABILONENSI II. cap. 6. quod quidam hominibus perſuadebant, vt abrenunciantes ſeculo res ſuas Eccleſiæ conferrent, auaritiæ intuitu: *Quod* (aiunt Patres) *ab omnium mentibus eradicandum eſt Animarum enim ſalutem inquirere ſacerdos, non lucra terrena debet: quoniam fideles ad res ſacras dandas non ſunt cogendi, nec circumueniendi. Oblatio enim ſpontanea eſſe debet, iuxta illud quod ait Scriptura. Voluntariè ſacrificabo tibi. Et illud: Omnis populus mente deuota obtulerunt donaria Domino. Eccleſia verò ſancta non ſolum fideles ſpoliare non debet, quin potius inopibus ferre opem, vt debiles, pauperes, vidua, orphani & cæteri neceſſitatem patientes, à ſancta Eccleſia, vt pote à pia matre & omnium gubernatrice, ſubſidium accipiant: quia res Eccleſiæ quibus Epiſcopi non vt proprijs, ſed vt commendatis vti debent, precia ſunt peccatorum, patrimonia pauperum, ſtipendia fratrum in communi viuentium.* Et canone 7. ſubditur: *Conſtitutis ſacer ille conuentus, vt Epiſcopi ſiue Abbates, qui non in fructum animarum, ſed in auaritiam & turpe lucrum inhiantes, quoſlibet homines illectos circumueniendo totonderint,* (vide & Monachus) *& res eorum tali perſuaſione non ſolum acceperunt, ſed potius ſubripuerunt, pœnitentia canonica ſiue regulari, vtpote turpis lucri ſectatores, ſubiaceant. Res autem huiuſmodi hæredibus reddantur. Hi autem qui tonſi ſunt, perſeuerare cogantur. Si autem Epiſcopi, aut Abbates hoc ignorauerint, ſed clerici perpetrauerint, hi rapacitate & auaritia illi deſidia iudicentur. Hoc verò quod quiſque Deo iuſtè & rationabiliter de rebus ſuis offert firmiter Eccleſia tenere debet.* Vide ſuperioribus diſtinctionibus, & ſuprà, Clerici non fiant inuiti, & inſrà, Monachus nullus fiat inuitus, & Pauper, &c.

FAMES.

Famis horribilis & ingentis.] Sæpiùs liber Geneſis, & Regum hiſtoria, &

Ioſephus Flauius Iudæus Hiſtoriographus.

IOSEPHVS IVDÆVS libro 8 Antiquitatum Iudaicarum, capite 7. meminit, & etiam libro 9. cap. 2. & libro 15. cap. 12. de fame ingenti, quæ in terram Iudæam incubuit ſub Hærode. Meminit &

Egeſippus Hiſtoriographus.

EGESIPPVS Apoſtolorum vicinus de excidio Hieroſolymitano, &

Euſebius Cæſarienſis. Nicephorus Calliſtus.

EVSEBIVS CÆSARIENSIS libro 3. Eccleſiaſticę hiſtorię, capite 6 & innumeris alijs in locis. Prætereà & noſter NICEPHORVS CALLISTVS libro 1. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 17. de fame quæ ſub Auguſto horribilis accidit, & libro 2. cap. 11. de fame quæ ſub Claudio accidit, & libro 3. cap. 6. de fame tempore obſidionis Hieruſalem, de qua & præfatus IOSEPHVS libro 6. belli Iudaici, capite 5. Scripſit &

Cornelius Tacitus.

CORNELIVS TACITVS libro 21 qui de hoc bello ſic loquitur: *Arma* (inquit) *cunctis, qui ferre poſſent, & plures, quàm pro numero, audebãt. Obſtinatio viris fœminiſque par. Ac ſi transferre ſedes cogerentur, maior vitæ metus, quàm mortis, &c.* Porrò idem Nicephorus libro 10. cap 35. crudelem famem deſcribit poſt mortem Iuliani Auguſti accidiſſe, & peſtilentiam: & libro 11. cap. 15. famem crudelem in Phrygia deſcribit ſub Valente Imperatore. Idem & libro 15. cap. 10. crudeliſſimam famem deſcribit ſub Theodoſio Iuniore. Lege obſecro. Sed

Antonius Sabellicus.

ANTONIVS SABELLICVS libro 9. Enneadis 3. & libro 3. Enneadis 5. & libro 4. Enneadis 6. de fame inaudita Athenis regnante: & libro 3. Enneadis 7. de fame in Hieroſolymorum obſidione: & lib. 3. Enneadis 8. de fame quę Romę accidit, dum Beliſarius eam obſideret: & iterum lib. 4. Enneadis 8. de eodem Beliſario præfecto Militiæ Iuſtiniani Imperatoris, & libro tertio, Enneadis nonæ, de ingenti fame Romanorum, quæ ſub Henrico Imperatore accidit, Vnde & ſuperiùs PLATINA CREMONENSIS, in vita Conſtantini Papæ huius nominis primi, tempore Iuſtiniani Imperatoris, famis ingentis meminit: &

in vita

in vita ſummorum Pontificum Silucrij & Vigilij, durante Gothica obſidione Romanæ vrbis à Vitrigioe Rege V. Beliſario moderáte ciuitatem nomine & vice Iuſtiniani Imperatoris. Tanta autem tunc fames fuiſſe dicitur, vt DATIVS MEDIOLAMENSIS Epiſcopus ſcripto confirmauerit, quod in partibus liguriæ matres filios comedebant. Hæc autem fames per vniuerſam terram fuiſſe legitur, Deo ita peccata populi vindicáte. Similiter & Totilla Rege Romam obſidéte, Romanæ mulieres tam parabant ſe ad filios enecádos, niſi citò vrbs reddita fuiſſet. Porrò præfatus Platina in vita Bened. I ingẽtis famis meminit, ita vt præ fame cogerẽtur Itali ſe vltro tradere Lõgobardis: quod vidẽs Imperator Iuſtinus miſit citiſſimè in Ægyptum, & oneratas frumẽto naues mittens Romã, fami & mortalitati ſuccurrit. Eius famis meminit & ipſe BENEDICTVS I. ad calcem vnicæ ſuæ epiſtolæ, de ſumma Trinitate, ad Dauid Epiſcopum. *Fame* (inquit) *nimis affligitur Populus Romanus, qua clade atque alijs anxietatibus vexatus, longam epiſtolam minimè ſcribere valui.* Multi alij hiſtoriographi eiuſdem rei meminerunt, & ſpecialiter crudelis famis meminit GVLIELMVS PARADINVS in hiſtoria noſtri temporis: ſed & ego anno Domini 1566. adeò fuiſſe famem crudelem recordor, vt certo ſciam plures fame preſſos, ſe in flumen dediſſe percipites. Sunt hæc flagella Dei, & non aduertimus, ſed in iniquitatibus tabeſcimus, & nos adhuc multo plura manent, niſi finem vitijs dederimus.

O horribilis fames.

Datius Mediolanenſis huius meminit au- [...] & famis Paulus diaconus libro 7. de geſtis Romanorum in vita Iuſtiniani Magni.

Benedictus I.

Gulielmus Paradinus.

FATVM.

Fato omnia non regi, nec aliquid eſſe fatum.] Iam hoc dum ſuperiùs de Dei prouidentia tractaremus ſufficienter probauimus: attamen paucis etiam hic cenſuimus agendum, vt hæreticorum & Philoſophorum ineptias conuincamus. Refert autem EVSEBIVS CÆSARIENSIS libro 6. de Præparatione Euangelica, cap. Philoſophos & alios fatum, quoddam determinatum diuinitùs appellare & contra eorum errorem & ſententiam toto illo capite doctè arguit, opponens fatum & liberum arbitrium eſſe ex oppoſito contraria, nec poſſe ſimul ſtare. Et capite 5. eiuſdem libri 6. conuincit, quia fatorum neceſſitas Deum expreſsè excluderet, & propterea validis argumentis conuincit quòd fati opinio falſa eſt. Obſecro te Lector lege illa duo capita libri 6. IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 44. in Ioannem, in illud capitis 6. Hæc eſt enim voluntas Patris mei, &c. *Eſt* (inquit) *reſurrectio non longè, ſed in portis adhuc modicum, iam iam veniet, & non tardabit. Et omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, &c. Hæc nos ſingulis diebus noſtris mentibus ſubſcribamus, hæc ſemper animo verſemus, & hoc pacto nulla nos præſentium cura poterit perturbare: nam quæ videntur caduca ſunt, quæ non videntur æterna. Hæc inquam frequenter nobiſcum loquamur, & cum alijs. Reſurrectio eſt, & iudicium, & operum examina. Et quicunque fatum eſſe arbitrantur, hoc dicant, & mox huius morbi labe curabũtur. Nam ſi reſurrectio eſt & iudicium, non eſt fatum, quamuis plurimi id contendant, &c.* Idem & ſermone 1. de fato, & 2. nihil aliud probat quàm fati neceſſitatem non eſſe. *Sunt* (inquit) *nonnulli qui Deum maledicunt, & fati inordinationem ac neceſſitatem cum diuina ſapientia prouidentia aſtruunt. Hæc morbo ſi laborarent infideles, qui ligna lapideſque colunt,*

Lege & librum Gregorij Niſſeni de Fato, ſtat in ordine 9. & capitibus quinque cõſtat Euſebius Cæſarienſis.

Fatum quid.

Ioannes Chryſoſtomus.

Hebr. 10.

2. Corinth. 5.

A *haud mirum eſſet. at non poteſt non eſſe acerbiſſimum, quod illi ipſi, qui ab hoc errore & ſeruitute liberati, qui tantam gratiam aſſecuti vt agnouerint Chriſtum verum illum & re ipſa Deum, ad tempeſtatem & inſaniam illam, quaſi violento fluminis reſluxu, cogitationibus ſuis retrahantur.* Vide reliquum ſi placet. Idem & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro de Noë & Arca, cap. 5. & libro 1 de vocatione gẽtium, cap. 7. lege ſi vacat. EVSEBIVS EMISSENVS homilia 4. de Epiphania & 7. ſanctis infantibus. *Nemo* (ait) *dicat, inuitus hoc feci, aut fato vrgente peccaui, nemo caſum conditionis ſuæ ignarus accuſet, nemo dominari æſtimet fatum: non poteſt homini præualere delictum, niſi acceſſerit conſentientis*
B *arbitrium. Et ideò ordinatio Dei noſtri cum cætera animantia ad periculum propulſandum feris ſufficienter inſtruxerit atque munierit, vel velocitate pedum, vel armis dentium, vel violentia vnguium, vel mole membrorum, hominẽ interiorem contra hoſtem magis intus armauit: intelligentia, ſcilicet vigore, conſilio ſapientia, virtute iuſtitia, vt precioſior noſtri portio, velut de excelſa turre, ita de ſecreta fidei ſua arce tutius repugnaret, & quamlibet forti aduerſario, contra reluctantem animam nihil liceret, &c.* EPIPHANIVS CYPRI libro 1. contra hæreſes, hæreſi 5 contra Stoicos, qui fati neceſſitatem ponebant, diſſerit. *Fatum* (inquit) *introducis, velut ex ipſo fiant ea quæ hominis ac alijs accidunt: attamen ex vno dicto ſum-*
C *matim, totum tuum fabulamentum ſubuertitur. Si enim fati eſt ſapientem fieri, prudentem euadere, rationalem generari, ac irrationalem, aliáque omnia, ceſſent leges: dominatur enim fatum adulteris, & alijs. Magis autem pœnam dabunt ſtellæ, quæ neceſſitatem inducunt, ſi coactus quis facit id quod aggreditur. Verum de his aliàs ampliùs dicam, &c.* Idem eodem libro hæreſi 16. contra Phariſæos: *Extrema* (inquit) *ipſorum dementia, ac non vulgaris ſtultitia, quod cùm reſurrectionem confiteantur, & iudicium iuſtum decernant, fatum eſſe dicunt. Quomodo enim poteſt iudicium eſſe & fatum? ex duobus enim neceſſarium eſt alterum. Aut ſi generatio eſt non eſſe iudicium, propterea quod qui facit non à ſeipſo facit, ſed ſecundum neceſſitatem Domini ipſius fati: aut ſi iudicium eſt, & reuera nobis*
D *mina intentata ſunt, & leges iudicant, & qui malum fecerunt pœnam dant, & legem iuſtam eſſe confitemur, & iudicium Dei veriſſimum, otioſum eſſe factum & penitus nullam conſtitutionem habere, &c.* Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro quinto, de Ciuitate Dei, capite nono. *Omnia fato fieri non dicimus* (ait) *imò nulla fieri fato dicimus: quoniam fati nomen vbi ſolet a loquentibus poni, id eſt, in conſtitutione ſyderum, qua quiſquis conceptus aut natus eſt, quoniam res ipſa inaniter aſſeritur, nihil valere monſtramus. Ordinem autem cauſarum vbi voluntas Dei primum poteſt, neque negamus, neque fati vocabulo nuncupamus, niſi forte vt fatum à fando dictum in-*
E *telligamus, id eſt, a loquendo: non enim abnuere poſſumus eſſe ſcriptum in literis ſacris: Semel locutus eſt Deus, Duo hæc audiui, quoniam poteſtas Dei eſt, &c. Quod enim dictum eſt, ſemel locutus eſt Deus, intelligitur immobiliter, hoc incommutabiliter, ſicut nouit incommutabiliter omnia quæ futura ſunt, & quæ facturus eſt. Hac itaque ratione poſſemus à fando fatum appellare, niſi hoc nomen iam in alia re ſoleret intelligi, quo corda hominum nolumus inclinari:* Et infrà *voluntates noſtræ aliquid per ſe valent, quia valituras atque facturas ille præſciuit, cuius præſcientia falli non poteſt. Quapropter ſi mihi fati nomen alicui rei adhibendum placeret, magis dicerem fatum infirmioris eſſe potioris voluntatem,*

Ambroſius Mediolanenſis.

Euſebius Emiſſenus quem multu laudat Hieronymus.

Hæc diligẽter nota

Epiphanius Cypri.

Idem ſuperius Chryſoſtomus ſumpſit argumentum.

Auguſtinus Hipponenſis.

Fatum à fando.

Vt fatum poſſit aliquis [...] [...]

qui

Fatū quod Stoicis.

quis enim habet in poteſtate: quàm illo cauſarum ordine, quem non viſitato, ſed ſuo more Stoici fatum appellant, arbitrium noſtra voluntatis auferri. Quod autem voluntas noſtra non ſubiiciatur fato, libro eodem cap. 7. doctiſſimè probat, lib 2. contra epiſtolas Pelagianorum, cap. 5. & 7. lege ſi vacat CYRILLVS ALEXANDRINVS lib. 5. in Euangelium Ioannis, cap 5. probat quod Chriſti opera, quinimò quorumuis hominum, fato & diſpoſitioni ſyderum non ſunt ſubiecta: ſed quia prolixum eſt, tantùm quod circa medium dicit inſeramus. *Cæterum* ait) *quid contendimus Chriſtum ab aſtrorum fatali neceſſitate liberum vindicare, cùm illi minimus quidem hominum ſubiectus ſit, vt eius opera ex libertate voluntatis prodeūtia, à cœlo nō dependeāt? Si enim id dederis nulla laus rectè agentibus debetur, nec præmium, vt qui a cœlo ad bene beatéque viuēdum appellatur: quinimo neque exortationis, neque conſilia adhibenda ſunt quibus rectè viuatur, quandoquidem adigentibus ad bonum aſtris nullo peccato reluctari quis poſſit. Fruſtra igitur regni cœlorum repromiſſio his ſit qui mandata Dei ſeruauerint. Rurſum praue agentibus nulla debetur vituperatio aut pœna, ſi operationes omnes humanæ ex fato proueniant. Et aliud longè grauius ſequitur incommodum. Deum, ſcilicet, optimum rerum authorem meritò incuſandum & inculpandum eſſe, qui cœlum fecerit omnium malorum cauſam quæ ab hominibus perpetrantur, &c.* Eadem & IVSTINVS MARTYR apologia pro Chriſtianis ad Senatū Romanum. *Sed neque fato* (ait) *agunt homines, aut patiuntur quicquam, vt apparet, quippè qui voluntaria bona maláque faciunt, niſi quod interdum à malis genijs contra probos viros incitantur vt Socratem, ac ſimiles quos perſequuntur & tradunt in carcerem, &c.* Vide in vocabulo Liberum arbitrium, vbi omnia hæc citabuntur. Idem adhuc repetit & Apologia 2. ad Antoninū Pium. *Pœnas* (inquit) *& præmia pro dignitate operum cuiuſ; reddi verum eſt, & compertum ex Prophetarum oraculis, alioquin ſi fato regerentur omnia, nihil omnino eſſet relictum in noſtra poteſtate. Nam ſi fatali lege alius bonus eſſet, alius malus, nec laudem ille, nec hic mereretur vituperium, &c.* Vide Liberum arbitrium, vbi hæc omnia ritè diſponuntur. Hinc LEO MAGNVS epiſtola 1. ad Turibium Aſturienſem, cap. 11. arguit Priſcillianiſtas, eò quòd omnia fatis aſcribeberent, & fatalibus ſtellis animas hominū & corpora opinabantur aſtringi. *Per quam* (ait) *amentiam neceſſe eſt vt homines paganorum erroribus implicati, & fauentia ſibi* (vt putant) *ſydera colere, & aduerſantia ſtudeant mitigare. Verum iſta ſectantibus nullus in Eccleſia Catholica locus eſt, quoniam qui ſe talibus perſuaſionibus dedit, à Chriſti corpore totus abſceſſit.* Idem omninò Concilium BRACARENSE 1. cap. 10. cuius meminit & MARTINVS BRACARENSIS in collectorio, cap. 72. & allegatur à Gratiano, cauſa 26. q. 5. cap. non liceat. Vide Auguria, &c. Denique ſic definiuit Concilium SENONENSE, decreto 15. tractans de libero arbitrio contra fati aſſertores elegantiſſimè diſputat, vt ponemus in vocabulo Liberū arbitrium. Porrò de hac materia doctiſſimè diſſeruit THOMAS AQVINAS lib. 3. Summæ contra Gentiles, cap. 93. De fato, an ſit, & quid ſit. & parte 1. Summæ, quæſtio. 116. & in Compendio Theologiæ, capite 138. & libro De æternitate mundi, contra murmurantes, &c. Porrò excellentiſſimum compoſuit librum noſter CLAVDIVS RAPINAS Cœleſtinus, olim Metenſis prior, vir acutiſſimus, de mirabili potentia artis & naturæ, vbi doctiſſimè de hac materia diſputat, librum hunc Cruntius Delphinas ſub incudem poſuit. Vide & Liberum arbitrium, & Augur, &c.

Cyrillus lib. 5. in Euang. Io.

Matth. 19.

Iuſtinus Martyr.

Leo 1.

Concilium Bracarenſe 1. Martinus Bracarenſis.

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato.

Thomas Aquinas.

Claudius Rapinas Cœleſtinus.

FESTVM.

De diebus feſtis & ſanctorum feſtiuitatibus.] Egimus ſuperiùs in vocabolo Dies feſti, & vocabulo Dominicus, & in alijs multis locis, vbi ſeſe offerebat occaſio loquendi.

FIDES.

Fides quid ſit & eius præconium.] CYRILLVS ALEXANDRINVS libro vndecimo in Ioannem, capite 6. illud exponens: Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, &c. *Fides* (inquit) *quid aliud eſt quam vera de Deo cognitio? Per fidem enim cognitio fit. Teſtatur id Eſaias dicens: Si enim non credidis non intelligetis. Quod autem nuda perſpiciendi cognitio inutilis ſit, ſanctorum virorum voces confirmant. Dicit enim quidam diſcipulorum Domini: Tu credis quia vnus eſt Deus, & probe facis, dæmonia etiam & credunt & horreſcunt. Quid igitur adhuc dicemus, aut quomodo verus hic ſermo Domini erit? ſed verus eſt abſque vlla penitus heſitatione. Cognitio enim vita eſt, quia totam myſterij virtutem parturit, & myſtica benedictione adfert participationem per quam viuifico verbo coniungimur, &c.* Quæ autem ſit vera fides, docet EPIPHANIVS CYPRI lib. 1. contra hereſes, tomo 2. hæreſi 31. cōtra Valentinos, & Gnoſticos, ad calcem: ſed de hac dicetur in vocabulo, ſimbolum fidei. Quid verò ſit fides, & quod eius donum, abundè docet AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro de fide reſurrectionis, & libro 1. de fide ad Gratianum Auguſtum, capite 9. & vltimo, & libro 2. de pœnitentia, capite 8. & alijs locis innumeris. CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Catecheſi 5. Illuminatorum Hieroſolymis: *Oculus* (ait) *omnem illuminans conſcientiam, eſt fides & intelligentiam efficiens. Dicit enim Propheta: niſi credideritis, non intelligetis. Obſtruit fides ora leonum ſicut de Daniele Scriptura dicit: Eſt ne quicquam diabolo horribilius? ſed aduerſus hunc, arma alia habemus nulla, niſi fidem, ſcutum incorporeum aduerſus hoſtem inuiſibilem. Emittit enim varia tela, & configit in tenebris non vigilantes, ſed cum non appares hoſtis, pallium habemus firmum, fidem, quemadmodum Apoſtolus dicit: In omnibus aſſumentes ſcutum fidei in quo omnia tela inimici ignea extinguatis. Igneum ſæpè telum turpis voluptatis concupiſcentia à diabolo emittitur, ſed fides ſubiiciēs mentis iudicium refrigerans mentem extinguit telum. Longus adeò eſt de fide ſermo, vt dies ille, ſcilicet proferendo non ſuffecerit.* AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro de mendacio, cap 20. *Fides appellata eſt in Latina lingua, ex eo quia fit quod dicitur, quam manifeſtum eſt non exibere mentientem.* Idem epiſtola 19. in illud Michææ: Indicabo tibi homo quid ſit bonum, &c. *Fides appellata eſt ab eo quòd fit, quod dicitur: Duæ ſyllabæ ſonantur cum dicitur, fides. Prima ſyllaba eſt à facto, ſecunda à dicto. Interrogo ergo te vtrùm credas; dicis, credo: fac quod dicis, & fides eſt.* Vnde & ſermone 14. de verbis Apoſtoli: *Fidelis* (ait) *dicitur a fide, fides a credendo.* Et tractatu 40. in Ioannem. *Quid eſt fides, niſi credere quod non vides? &c.* Et libro 4 de Ciuitate Dei, capite 20. *Fides eſt cui primum & maximum officium eſt, vt in verum Deum credatur.* Porrò de

Cyrillus Alexandrinus.

Eſa. 7.

Iacob. 2.

Epiphanius Cypri.

Ambroſius Mediolanenſis.

Cyrillus Hieroſolymitanus.

Eſa. 7. Daniel. 14.

Fides ſcutum

Epheſ. 6.

Auguſtinus Hipponenſis.

Etymon nominis fidei.

Mich. 6.

Clemens 1.

præconio fidei, ſic ait beatus CLEMENS I. epiſtola prima, ad Iacobum fratrem Domini: refert autem vltima Petri verba ad clerum. *Fides & dilectio* (ait) *totius bonitatis eſt fundamentum. Sine fide autem placere Deo nemo poterit, Chriſto itaque reſurgente & aſcendente in cœlum, in ipſo ſancto Spiritu collata Apoſtolis ſcientia linguarum, adhuc in vno poſiti, ſymbolum, quod fidelis nunc tenet Eccleſia, vnuſquiſque quod ſenſit dicendo condiderunt: vt diſcedentes ab inuicem, hanc regulam per omnes gentes prædicarent. Summam ergo totius catholicæ fidei recenſentes, in qua & integritas credulitatis oſtenditur, & vnius Dei omnipotentis (id eſt ſanctæ Trinitatis) æqualitas declaratur, & myſterium incarnationis Filij Dei, qui pro ſalute humani generis à patre de cœlo deſcendens de virgine naſci dignatus eſt, quoque ordine, vel quando mortem pertulerit, quomodo ſepultus ſurrexerit, & in carne ipſa cœlos aſcenderit, ad dexteramque patris iudex conſederit, iudex venturus ſit, ac qualiter remiſſionem peccatorum ſacro baptiſmate renatis contulerit, & reſurrectionem humani generis in eadem carne in vitam æternam futuram.* Vide Symbolum, Trinitas, &c. Hinc etiam LEO I. epiſtola vigeſima prima, ad Conſtantinopolitanum. *Splendeſcit fidei puritas, cum ab ea ſordes ſeparantur errorum.* Et epiſtola 81 ad Monachos Paleſtinos. *Vna eſt vera, ſingularis, perfecta, inuiolabilis, catholica fides, cui nihil addi, nihil minui poteſt.* Idem & epiſtola nonageſima quinta, ad Leonem Auguſtum. Vide, Eccleſiæ vnitas, Symbolum, &c. Et ea quæ ſequuntur. Lege & CLEMENTEM ALEXANDRINVM lib. 2. Stromatum, & libro 7.

Hebr. 11.

Vide quomodo tradit Clemēs Apoſtolos edidiſſe ſymbolum quod nūc habet eccleſia. vide Symbolū Apoſtolorum ſuo loco.

Leo 1.

Fides vna eſt.

Clemens Alexandrinus.

Fides non eſt neceſsitatis, ſed voluntatis.] Aſſertio eſt quam AMBROSIVS MEDIOLANENSIS defendit, in ſecunda, ad Corinthios capite primo, ad calcem, exponens illud: non quòd dominemur fidei veſtræ, &c. *Quoniam fides* (ait) *non neceſsitatis, ſed voluntatis res eſt, ideo dicit, non quod dominemur fidei veſtræ. Dominatus enim neceſsitatis cauſa eſt, &c.* Et IOANNES CHRYSOSTOMVS opere ſecundo, in Matthæum, homilia trigeſima. *Neque enim eſt fides, quæ ex neceſsitate timoris procedit, aut deſiderio muneris terreni, &c.* Porrò Concilium CHALCEDONENSE generale quartum, actione prima, illam aſſertionem defendit, vt bis repetitur in Concilio Conſtantinopolitano ſub Flauiano, actione ſeptima: ſed de his infra, lege ſequentia. Denique patres Concilij MOPSVESTIENSIS epiſtola miſſa ad Vigilium Papam, multa de fide & eius virtute loquuntur, ſicut & CLEMENS ALEXANDRINVS libro ſecundo Stromatum, non longè ab exordio. *Quoniam* (ait) *actionis principium eſt electio voluntatis, inuenitur fides eſſe principium actionis, fundamentum prudentis electionis, aliquo ei prius per fidem oſtendente demonſtrationem, &c.* Lege ſi vacat eundem libro ſeptimo. *Eſt* (inquit) *fides aliquod bonum intrinſecus poſitum, & quæ abſque eo quod Deum quærat, Deum eſſe confitetur.* Sed de his in ſequentibus agetur diffuſiùs.

Ambroſius Mediolanenſis.

Ioannes Chryſoſtomus.

Concilium Mopſueſtienſe ſub Iuſtiniano Imperat.

Clemens Alexandrinus.

Fides ſine bonis operibus otioſa eſt] Etiam hanc propoſitionem confirmabimus in vocabulo, iuſtificatio, &c. Hanc propoſitionem grauiter impugnarunt & impugnant hæretici, qui tam ſancti ſunt & humiles, vt nihil putent ſibi bona quæcunque opera poſſe ad ſalutem conducere, & ſe ſua ſola fide quæ ſcilicet, tam ferui-

A da & ſancta eſt, vt nil ſibi quærat, quòd poſſit cooperari ſibi, verùm, quòd fides, ſi non bonis operibus ornetur, nulla ſit aut efficax, etiam ex omnium veterum patrum penu, more ſolito & ordine iam cœpto, producemus: & reliqua quæ hic deerunt, reperies in vocabulo, opera, gratia, & meritum. Igitur vt infinita omittamus ſcripturæ ſacræ teſtimonia, quæ hoc confirmant, deſcendam ad Patrum veneranda teſtimonia, qui etiam ea producunt ipſi, ne ex nobis aliquid loqui videamur: & attendatur, quia ſemper fuit hæc in Eccleſia fides, quòd nemo ſine bonis operibus & fide ſaluus eſſe queat. Igitur ABDIAS BABYLONIVS libro nono certaminis Apoſtolici,
B refert Thomam ſic fideles ad opera bona incitaſſe, dum eos ſic alloquitur. *Bonus & iuſtus eſt & nouit dominus mercedem ſoluere pro meritis ſingulorum, &c.* Et MARTIALIS APOSTOLVS epiſtola ad Burdegalenſes capite duodecimo, poſtquam vt fidem conſtanter teneant admonuit, ait. *Euigilate in operibus fructuoſis, & maximè laborate propter ſpem remunerationis quæ magna eſt promiſſio vobis in cœlis.* Igitur & bonis operibus merces debetur, vt & POLYCARPVS SMYRNENSIS epiſt. ad Philippenſes, eos de fide inſtruens & confortans, teſtatur. *Vt poſsitis* (ait) *ædificari in fide, quæ data eſt vobis, quæ eſt mater omnium noſtrûm.* (& ne putaretur ſufficiens, adiecit) *ſubſe-*
C *quente ſpe, præcedente dilectione, quæ eſt in Deo & in Chriſto, & in proximo. Si enim quis horum intrinſecus repletus fuerit, mandatum iuſtitiæ & habuerit dilectionem, longe eſt ab omni peccato, &c.* CLEMENS I. epiſtola prima ad Iacobum fratrem domini operum bonorum meminit, vt dicemus in verbo, opera, &c. & epiſtola quarta, ad Iulium & Iulianum. Porrò IRENAEVS LVGDVNENSIS libro primo, aduerſus hæreſes Valentini & ſimilium capite primo, fidem & opera contra Pſychicos commendat & TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de ieiunio contra eoſdem Pſychicos, vt ſuis locis inſeretur. Sed & CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro de
D ſimplicitate prælatorum, ſtatim initio, & in fine, nil aliud agit quàm prædicare fidem ſine operibus eſſe mortuam lege oro, & diſces verum eſſe quod dico: & idcirco non hic produco, quia ſententiæ eius prolixiores ſunt. Denique ORIGENES ADAMANTIVS libro ſecundo, in caput ſecundum, ad Romanos: exponens illud Ezechielis: omnis filius alienigena incircuncíſus corde, & incircuncíſus carne, non intrabit in ſancta mea. *Videamus* (ait) *quæ poſſit duarum circuncíſionum ſecundum allegoriam figura ſeruari: & videamus ne fortè referri queat, ad duo generalia peccata, in quibus incircumciſum eſſe non expedit,*
E *id eſt, in fide & in operibus: vt ſit circumciſus corde qui habet fidem, & incircuncíſus carne qui opera non habet. Alterum namque ſine altero reprobatur, quia & fides ſine operibus mortua dicitur, & ex operibus ſine fide nemo apud Deum iuſtificatur. Sic ergo vt ego arbitror, dictum propheticum conuenienter aptabitur fidelium populo, quibus dicitur: omnis alienigena qui eſt in vobis in medio domus Iſrael incircuncíſus corde, & incircuncíſus carne, non introibit in ſancta mea. Hoc eſt nimirum quod & Dominus in Euangelio dicit: Qui credit in me, mandata mea cuſtodit, & iterum: Quid autem dicis mihi, Domine, Domine, & non facitis quæ dico. vides ergo vtique fidem cum operibus iungi, & opera fidei cum fide. Cordis iſta*

Abdias Babylonius.

Martialis Apoſtolus.

Polycarpus Smyrnenſis.

Clemens 1.

Irenæus Lugdunenſis.

Tertullianus Carthaginenſ.

Cyprianus Carthag.

Origenes Adamantius.

Ezechiel. 44.

Iacob 1 2

Duplex circūciſio eleganter exponitur.

MM eſt

eſt circumſio, nihil ſordidum, nihil indignum ſentire de fide: carnis circuncißio eſt, nihil immundum. nihil contaminatum in opere geſtiſque committere, &c. Lege quod ſupereſt fidem quoque ſine operibus otioſam deſcribit BASILIVS MAGNVS in pſalmum 114. & oratione de S. Mamante Martyre vt dicetur in vocabulo, opera, &c. GREGORIVS NAZIANZENVS orationem in S. Lauacrum, ad calcem: & oratione nona in S. Cyprianum martyrem, & oratione vigeſima in S. Septem Machabeos. Oratione autem vigeſima ſexta, contra Maximum. *Quemadmodum* (ait) *nullum opus ſine fide eſt approbatum, quoniam multi gloriæ gratia, illi quod honeſtum eſt dant operam, aut etiam inſtinctu naturæ aliquid boni agunt: ita & fides ſine operibus mortua eſt*, &c.

Baſilius Magnus.

Gregorius Nazianzenus.

Hilarius Pictauienſis.

Opera noſtra etiam cum fide non ſunt ſine Dei miſericordia meritoria vitæ æternæ.

B Et HILARIVS PICTAVIENSIS exponens pſalmum 52. *Ipſa* (inquit) *illa iuſtitiæ opera non ſufficient ad perfectæ beatitudinis meritum, niſi miſericordia Dei, etiam in hac iuſtitiæ voluntate humanarum demutationum & motuum vitia non reputet. Hinc illud prophetæ dictum: melior eſt miſericordia tua ſuper vitam: quia quamuis probabilis per iuſtitiæ operationem vita iuſtorum ſit, tamen per miſericordiam Dei plus meritis conſequitur.* Hinc & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS in prima ad Corinthios capite ſeptimo. *Fides* (ait) *propitium facit Deum, ſi bonis operibus approbetur.* Idem libro primo, de vocatione gentium capite tertio, C *Sine cultu veri Dei, etiam quod virtus videtur eſſe peccatum eſt, nec placere vllus Deo, ſine Deo poteſt.* Et libro ſecundo, officiorum capite ſecundo *Habet vitam æternam fides, quia fundamentum eſt bonum: habent & bona facta, quia vir iuſtus & dictis & rebus probatur.* Et libro ſecundo, de fide ad Gratianum. *Chriſtus non ſolum fidem nos docuit, ſed etiam mores, & bona eſt fides, cum pulchro operum veſtitu ornatur.* Vide & infra in vocabulo, opera, &c. Vnde & idem in ſecunda, ad Corinth. 5. *Opus eſt* (inquit) *vt in nobis creſcat fiducia bonis actibus, tantum enim videbimus, quantum credimus*, &c. Et IOANNES CHRYSOSTOMVS D homilia de Anna & Samuelis educatione, ad calcem tomo primo *Profeßio* (inquit) *non tantum fit per fidem, verum etiam per opera, adeo vt ſi hæc abſint, veniamus in periculum ne cum abnegantibus pœnas luamus*, &c. Idem homilia de fide, lege naturæ, & ſancto Spiritu, tomo tertio, exponens illud Ioannis: Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem miſit ille. *Vide* (ait) *quomodo fidem opus vocauit? igitur quamprimum credideris, ſimul & operibus ornatus eris: non quod deſint opera, ſed per ſeipſam fides plena eſt operibus bonis. Opera quidem erga homines, & ex hominibus ſunt, fides autem ex hominibus erga Deum. Fides enim quæ conuertitur, ciuem cælorum declarat, fides hominem, qui terrenus eſt,* E *Deo familiarem efficit: nihil enim extra fidem bonum, & vt quadam verbi ſimilitudine vtar, fratres ſimiles mihi videntur, qui operibus bonis florent, & Deum pietatis ignorant, reliquiis mortuorum pulchrè quidem indutis, ſenſum autem pulchrorum non habentibus. Quæ enim vtilitas animæ mortuæ, Deo quidem mortua, fide & ratione, bonis autem operibus veſtita? Opera in ſpe fiunt retributionis & coronarum. Quòd ſi agonothetam ignoras, pro quo certas? Non oportet quidem nudam ab operibus eſſe fidem, ne vituperetur: veruntamen ſublimior eſt fides quam opera. Sicut enim hominibus, qui hominis nomen merentur, opus eſt primùm vt præcedat vita & ſic enutriantur, conſeruat enim vitam noſtram alimentum: ita neceſ-*

Ambroſius Mediolanenſis.

Ioannes Chryſoſtomus.

Ioannis 6.

Comparatio elegans.

Cur fiant opera.

Non oportet nudam eſſe fidem ab operibus à hæretico.

A *ſarium, vt præcedat vitam noſtram ſpes in Chriſtum, quæ poſtea paſcenda bonis operibus*, &c. Idem opere ſecundo, in Matthæum homilia quinquageſima ſecunda, in illud Matthæi vigeſimũ quintũ, fatuæ autem accipientes lampades non ſumpſerunt oleum ſecum, &c. *Sicut lampas* (ait) *non ex oleo accenditur ſed ab igne, per oleum tamen nutritur, & niſi oleum ei ſubminiſtraueris extinguitur: ſic & fides, non ex operibus nutritur vel accenditur, ſed ex verbo Dei ſicut ait Apoſtolus, & tamen per bona opera nutritur, & niſi ſubminiſtraueris ei bona opera, deficit. Sicut enim non poteſt in Deum ſperare, niſi qui aliqua opera bona facit, ſic non poteſt credere Deo, niſi qui facit aliquid dignum Deo*, &c. Sed & alia B ſunt eiuſdem manifeſta teſtimonia, quæ breuitatis cauſa pertranſeo, & ad alia venio. Vnde & HIERONYMVS STRIDONENSIS libro ſecundo commentariorum, in epiſtolam ad Galathas capite quinto ad calcem, vbi illud exponit: nam in Chriſto Ieſu neque circuncißio aliquid valet neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur. *Paulus* (ait) *in alio loco dicit: nam non adulterabis, non falſum teſtimonium dices, & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo recapitulatur, diliges proximũ tuum ſicut te*, &c. *Si ergo omne mandatum recapitulatur in eo quod dictũ eſt, diliges proximum tuum tãquam te, fides autem per charitatem operata valet plurimum, manifeſtum eſt operationem fi-* C *des per charitatem, plenitudinem mandatorum omnium continere. Quomodo autem iuxta Apoſtolum Iacobum fides abſque operibus mortua eſt, ſic abſque fide, quamuis bona opera ſint mortua computantur. Qui igitur in Chriſto non credunt, & ſunt probis moribus, aliud quid magis habent quam opera virtutum? exemplum fidei quæ per charitatem operatur, illa meretrix tribuat*, &c. Idem libro decimo octauo, commentariorum in Eſaiam cap. 66. vbi illud exponit: Ecce ego declinabo, &c. *Iacob* (ait) *imprecatur filio ſuo Iſachar: ſuppoſuit humerum ſuum ad laborandum*, &c. *Sudore enim & labore nimio ad vbertatem fructuum peruenimus. Inde & ad Syon* D *per Hieremiam dicitur. Da coe tuum in humeros tuos, vt à mandatis intelligas Dominum, imitans eum de quo ſcriptum eſt: Ieſus cœpit facere & docere, vt non ocioſa ſit fides, ſed per opera currat ad præmium*, &c. Et iterum libro quinto, commentariorum in Hieremiam capite vigeſimo nono. *Nec ſufficit nobis* (ait) *vna coniunx ſapientia, niſi habeamus & reliqua, fortitudinem, temperantiam atque iuſtitiam, vt plures ex eis generemus filios: filias quoque noſtras demus viris, vt & fidei veritas, quæ interpretatur in filiis, bonis operibus copuletur, quæ referuntur ad filias, & opera bona iungantur fidei ſanitati, taleſque generantes filios & filias multiplicemur in numero*, &c. Hinc AVGVSTINVS HIPPONENSIS præfatione in pſalmum trigeſimum primum *Ma-* E *gnum* (inquit) *opus Abrahæ ſed ex fide? laudo ſuper ædificationem operis, ſed video fidei fundamentum laudo fructum boni operis, ſed in fide agnoſco radicem. Si enim hoc præter fidem rectam faceret Abraham: nihil illi prodeſſet. qualecunque illud opus eſſet* Rurſum ſi ſic teneret fidem Abraham, vt cùm ei Deus imperaret offerre ſibi immolandum filium ſuum, diceret apud ſemetipſum, non facio, & tamen credo, quia me etiam contemnentem iuſſa ſua liberat Deus, fides ſine operibus mortua eſſet, & tanquam radix ſiue fructu ſterilis atque arida remaneret. Quid ergo? Debemus nulla opera præponere fidei id eſt ante fidem quiſque dicatur bene operatus? ea enim opera

Matth. 25.

Elegans comparatio.

Hieronymus Stridonenſis.

Galat. 5.

1. Corinth. 6.

Iacob. 2.

Geneſ. 49

Ierem. 24.

Actuum 1

Auguſt. Hipponenſis

Geneſ. 22.

quæ

quæ dicontur ante fidem, qoamnis videantur hominibus landabilia, inania ſunt, ita mihi videntur eſſe vt magnæ vires & curſus celerrimus præter viam. Nemo ergo computet bona opera ſua ante fidem. Vbi fides non erat, bonum opus non erat. Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit, &c. Idem tractatu decimo in epiſtolam primam Ioannis. *Multi dicunt* (ait) *Credo. Sed fides ſine operibus, non ſaluat. Opus autem fidei ipſa dilectio eſt, dicente Apoſtolo: & fides quæ per dilectionem operatur. Opera quidem tua præterita, antequam crederes, vel nulla erant, vel ſi bona videbantur, inania erant*, &c. Idem & epiſtola 106. & in pſalmum 144. *Gratia*(inquit)*ſalui facti eſtis per fidem, &c. Sed & nos fortè aliquid fecimus, vt dona Dei mereremur? Non ex operibus* (ait) *ne fortè quis extollatur. Quid ergo? Nos bene non operamur? Imo operamur: Sed quomodo? Ipſo in nobis operante, quia per fidem locum damus in noſtro corde ei, qui in nobis & per nos bona operatur. Audi enim vnde opereris bona: ipſius enim ſumus figmentum, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, vt in illis ambulemus*, &c. Vide infra, opera.

Cyrillus Alexandrinus.

CYRILLUS ALEXANDRINUS libro nono, in Euangelium Ioannis cap. 43 exponens illud: ſi diligitis me, mandata mea ſeruate, &c. *Non enim* (ait) *quicunque dixerit Deum a ſe diligi, verè dicere videbitur, nec in verbis nudis virtutis vires conſiſtunt, nec pietati fulgentiſſimum decus, verbo confirmatur, ſed bonis operibus & animo probe affecto cognoſcitur: ita diuinorum obſeruatio mandatorum charitatem noſtram erga Deum oſtendit, & viuam veramque virtutem conſtituit, quæ non ſolum verbo, ſed multo magis opere conſtat: quod ipſe quoque dominus demonſtrat dicens: non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem patris mei. Non enim in verborum aſſentantiuncula, ſed in affectu agentis fides eſſe probatur: & ideò mortuam ipſam eſſe ſine operibus ſcriptura docet: non enim homines ſolum, verumetiam impuri dæmones virtutem creatoris horreſcentes, virtutem Dei fatentur. Opera verò fidei congruentia facere, eorum ſolummodo eſt qui Deum diligunt, perfectiſſimus ergo fidei terminus, & dilectionis Dei demonſtratio eſt, Euangelicorum præceptorum obſeruatio atque cuſtodia*, &c.

Matth. 7.

Nota hæc.

Iacob. 2.

Idem etiam repetit capite decimo octauo, libri decimi in Ioannem.

Theophilactus Bulgarienſis.

THEOPHILACTUS BULGARIAE in cap. ſeptimum, Matthæi, exponens illud: non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, &c. *Docet autem nos* (ait) *ſi fidem abſque operibus habuerimus, nihil nobis eam profuturam.* Idem in caput quintum Ioannis, exponens illud, venit hora & nunc eſt, quando mortui audient, &c. *Quoniam dixerat ſuperius* (ait) *Qui credit, in iudicium non venit, ne putemus quòd fides ſola ad ſalutem ſufficiat. Dicit quòd reſurgent hi qui mala fecerunt, in reſurrectionem condemnationis: qui autem bona, in reſurrectionem vitæ. Non igitur ſola fides abſque operibus iuſtificat, ſed oportet etiam opera adeſſe: tunc enim propriè fides eſt*, &c.

Quid hoc iudicium?

Theodoretus Cyrenſis.

Denique THEODORETUS CYRENSIS in cantica canticorum, dum illud interpretatur: Soror noſtra parua, & vbera non habet, ſummoperè commendat opera quæ fidem comitari debent, vt doctiſſimè probat abſque his fidem non prodeſſe. Idem quoque in poſteriorem ad Corinthios capite quinto, dum illud exponit: contendimus ſiue abſentes ſiue præſentes placere illi. *Non ſufficit* (ait) *fides ad ſalutem, ſed conuenit benefacto rem in omnibus colere & obſeruare*, &c.

Gregorius I.

GREGORIUS I. libro trigeſimo tertio moralium, capite ſeptimo, dum illud Iob quadrageſimo, exponit: habet fiduciam, quòd influat Iordanis in os eius. *Neque enim* (ait) *pro magno diabolus habuit, quod inſ acles tulit, ſed toto nunc annixu in illorum mortem ſe erigit, quos contra ſe regeneratos rabeſcit. Nemo igitur ſibi fidem ſine operibus ſufficere poſſe confidat, cum ſcimus quod ſcriptum ſit: fides ſine operibus mortua eſt*, &c.

Iacob. 2.

Idem libro quadrageſimo homiliarum, homilia vigeſima nona, in die Aſcenſionis Domini, dum illud exponit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, &c. *Fortaſſe* (ait) *vnuſquiſque apud ſemetipſum dicat: Ego iam credidi, ſaluus ero: verum dicit, ſi fidem operibus tenet. Vera etenim fides eſt, quæ in hoc quòd verbis dicit, moribus non contradicit*, &c.

Beda Venerabilis.

BEDA VENERABILIS in caput ſecundæ epiſtolæ canonicæ Iacobi, dum illud exponit: fides ſine operibus mortua eſt, &c. *Quoniam* (inquit) *Paulus Apoſtolus prædicans iuſtificari hominem per fidem ſine operibus, non benè intellectus eſt ab eis, qui ſic dictum acceperunt, vt putarent, cùm ſemel in Chriſtum credidiſſent, etiam ſi malè operarentur & facinoroſè, flagitioſeque viuerent, ſaluos ſe eſſe per fidem: locus iſte huius epiſtolæ, eundem ſenſum Pauli Apoſtoli quomodo ſit intelligendus exponit. Ideoque magis exemplo Abrahæ vtitur, vacuam eſſe fidem ſi non benè operetur: quoniam Abrahæ exemplo etiam Paulus Apoſtolus vſus eſt, vt probaret iuſtificari hominem ſine operibus poſſe. Cum enim bona opera commemorat Abrahæ, quæ eius fidem comitata ſunt, ſatis oſtendit Apoſtolum Paulum non ita per Abraham docere iuſtificari hominem per fidem ſine operibus, vt ſi quis crediderit, non ad eum pertineat bene operari: ſed ad hoc potius, vt nemo arbitretur meritis priorum bonorum operum ſe perueniſſe ad donum iuſtificationis, quæ eſt in fide*, &c.

Expenditur locus Apoſtoli Pauli vbi docet per fidem non ex operibus Abraham iuſtificat. &c.

Concilium Moguntinenſe ſ patrum 43.

Vnde & Concilium MOGUNTINENSE I. ſub Carolo I. can. 1. *Fides* (ait) *bonorum omnium eſt fundamentum, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo: fides tamen indiget opere, quia fides ſine operibus mortua eſt. Quapropter de vera fide omnes omnino Chriſtianos alterutrum inter ſe ingiter admonere, & docere oportet, maximè autem domini ſacerdotes in eo certamine laborare decet, vt firmiter ab omnibus teneatur*, &c.

Hebr. 11.
Iacob 2.

Concilium Rhemenſe.

Concilium Pariſienſe 3

Idem Concilium RHEMENSE ſub eodem principe canone primo, & Concilium PARISIENSE III. ſub Lothario & Ludouico Auguſtis capite primo, vbi Symbolum expoſuit, ſic ſubnectit. *Hæc fides* (ait) *vera & fructuoſa eſſe non poteſt, niſi bonis operibus exornetur, id eſt, fide, ſpe, & charitate, humilitate, continentia, caſtitate, ſobrietate, vnanimitate, concordia, iuſtitia, pietate, miſericordia, innocentia, & ſimplicitate, & cæteris his ſimilibus, quæ omnia in dilectione Dei & proximi conſiſtunt. Sine his nemo poteſt Deo placere, nec ſaluus eſſe, quia, teſte Apoſtolo, fides ſine operibus mortua eſt in ſemetipſa. Proinde neceſſe eſt, vt vnuſquiſque Chriſtianus diligenter perpendat, vtrum in eo fides viua ſit, bona opera agendo, an mortua, bona opera negligendo. Et ſi iuxta documentum Apoſtoli, ipſa fides ſine operibus bonis mortua eſt, Qua damnatione plectendi ſunt illi, qui non ſolum eandem fidem bonis operibus non exornant, ſed etiam diuerſis flagitiis eam commaculant? Inter cætera quippe quæ fidem commaculant, quatuor nobis vitia ſpiritalia merito exaggeranda videntur, quæ quanto occultiora ſunt, tanto pernicioſiora, id eſt, ſuperbia, inuidia, odium, & diſcordia.* Hinc Idem lib. 2. cap. 10. dicit, quod grauius igne æterno puniuntur illi, qui fidem in baptiſmate perceperunt,

Iacob. 2.

Præuidebat vt credo noſtri ſeculi Caluiniſtarum libertatem & licentiā peccandi ſine cōſcientiæ ſcrupulo.

homicidij particeps eſt. Pater ergo noſter ſine dubio Deus eſt (vide etiam ſuprà ex Anacleto I.) *qui nos creauit,& mater noſtra Eccleſia,quæ nos in Baptiſmo ſpiritualiter regenerauit. Et ideo qui Chriſti pecunias & Eccleſiæ aufert, fraudat, & rapit,homicida in conſpectu iuſti iudicis eſſe deputabitur,vnde ſcriptum eſt: Qui rapit pecuniam proximi ſui iniquitatem facit:qui autem pecunias vel res Eccleſiæ abſtulerit,ſacrilegium facit:vnde & Iudas qui pecuniam fraudauit,quæ vſibus Eccleſiæ,id eſt , pauperibus quos Eccleſia paſcere debet , diſtribuebantur iuſſu Saluatoris (cuius vicem Chriſti tenent non ſolum fur,ſed etiam fur ſacrilegus factus eſt. Hæc fieri Propheta, hæc Apoſtoli,hæc ſucceſſores eorum,& omniū Catholicorum Patrum vetant decreta,& tales præſumptiones ſacrilegium eſſe diiudicant: Quorum nos ſequentes exempla, omnes tales raptores atque ſuarum facultatum alienatores , vna nobiſcum à liminibus ſanctæ matris Eccleſiæ anathematizatos . Apoſtolica authoritate pellimus & damnamus atque ſacrilegos eſſe iudicamus : & non ſolum eos, ſed omnes conſentientes eis,quia non ſolum qui faciunt, rei iudicantur, ſed etiā qui conſentiunt facientibus. Par enim pœna,& agentes,& conſentientes comprehendit,*

Ioannis 12.

Roman. 1.

Concilium Romanum 6. quod celebrauit Symmachus 1.

Hinc & Concilium ROMANVM VI.ſub Symmacho I.aliàs allegatum. *Communis* inquit) *dolor & generalis eſt gemitus , quod intra Eccleſiam noſtris & retroactis temporibus de inuaſione rerum Eccleſiaſticarum , & vexatione ſacerdotum cognouimus, quæ res non nos ſolos,ſed omnes Domini tangit ſacerdotes.Et licet hæc à prædeceſſoribus noſtris iam prohibita ſint*, habes ſuperiùs) *& tales præſumptores damnati , & ſanctis canonibus anathematizati:ne tamen denuò præſumantur,eſt etiam ſuper his promenda ſententia,vt qui eorum caſum non timent,timeant ſaltem eorum perpetuam damnationem : quod ſæpè præſumitur, ſæpius inhibeatur,neceſſe eſt. Sancimus ergo,vt quicunque immemor aut memor interitus ſui,res Eccleſiæ delegatas & Domino oblatas , abſque Epiſcopi proprij iuſſu poſſidens,præſumpſerit deinceps temere, quocunque in loco ea veritate comperta . res Dei ſeruus ſuus diſſimulauerit reformare , liminibus Eccleſiæ ab Epiſcopo eiuſdem loci prius arceatur. Indignum eſt enim,vt ad altare Dei præparare permittatur,qui res Eccleſiaſticas audet inuadere,aut iniuſtè,id eſt,ſine licentia * Epiſcopi poſſidere,aut iniqua vel iniuſta defenſione in eis perdurat, Necatores etiam pauperum iudicandi ſunt præfixo tenore. & ſi non emendauerint vitium , exterpandi.Debet tamē eſſe promiſſio,vt vindictā admonitio manifeſta præcedat,& res vſurpatas iniuſtè qui abſtulit aut iniuſtè ablatas retinet,æquitate patrocināte legibus reſtituat:Quòd ſi neglexerit,& neceſſitas cōpulerit,demum prædonem ſacerdotalis diſtrictio maturata percellat. Nec quiſquam per internas res Deum defenſare nitatur, quia Dei potentia cunctorum regnorum terminos ſingulari damnatione concludit: Quòd ſi præſumpſerit & ipſum offenſam , & prædictæ damnationis periculum ſuſtinebit. Competitoribus etiam huiuſmodi pœna diſtractionis imponimus, qui facultates Eccleſiæ ſub ſpecie largitatis regia , vel cuiuſcunque poteſtatis, improba ſubreptione peruaſerint. Sera namque de his rebus pœnitudine commonemur , cùm iam tranſactis temporibus contra huiuſmodi perſonas canonum ſuffulti præſidio,ſe ſacerdotes Domini erigere debuiſſent , vt non manſuetudo indulgentia, ad ſimilia perpetranda improborum audaciam adhuc quotidiè prouocaret. Nunc tardè iniuriam mole depreſſi , damnis quoque Dominicis compellentibus excitamus,&c.* Vide ſuperiori annotatione,ex eodem Concilio reſiduū. Tum poſt pauca ſubiungit, & allegatur à Gratiano,cauſa 16.quæſtione 1,capite In canonibus. *Similiter & hæc ad omnium Eccleſiarum notitiam cenſemus peruenire , & ab omnibus firmiter teneri,quia Epiſcoporum res, Eccleſiæ non dubitantur eſſe, ſi in eorum facultatibus ſimili fuerit crudelitate graſſatum , peruaſores rerum memoratarum,prædictæ canonum diſtrictionis feriantur vindicta , vt qui motibus proprijs ac nulla conſcientiæ caſtigatione corriguntur , ſaltem Eccleſiaſtica & canonica vindicta perfodiantur aculeis. Generaliter verò,quicunque res Eccleſiæ confiſcare,aut competere , aut peruadere ſua infeſtatione præſumpſerit , niſi ſe certiſſimè per Eccleſiæ,de qua agitur, ſatisfactionem correxerit , perpetuo anathemate feriatur. Similiter & hi,qui res Eccleſiæ iuſſu vel largitione principum,vel quorundam potentum , aut quadam inuaſione, aut tyrannica poteſtate retinuerint , & filijs vel heredibus ſuis vt à quibuſdam iam factum audiuimus) quaſi hæreditarias reliquerint,niſi cito res Dei, admoniti à Pontifice,agnita veritate,reddiderint,perpetuò anathemate ferientur. Iniquum enim eſſe cenſemus,vt potius cuſtodes chartarum , quam defenſores rerum creditarum (vt præceptum eſt) iudicemur, Præcidendum id ergo eſt , quod velut puro ſeuóque nimirum corporis vulnus obrepſit, ne cùm tardius abſtergitur , in ipſis penè viſceribus huius mali non exhauriendæ poſt ſententia confidat : * quia ferro abſcindenda ſunt vulnera, quæ fomenta non ſentiunt. Similiter & alij extorres debent fieri ab Eccleſia , qui ſacerdotali admonitione non corriguntur , dicente Domino: Auferte malum à vobis,&c.* Idem etiam omoiò renouat Concilium MALDENSE capite 40. & præfata decreta allegat vbi conqueritur de hoſpitalibus domibus , quæ expulſis fratribus illo tempore derelictæ erant, & à quibuſdam in poſſeſſionem ſacrilegam deductæ,vt nunc etiam non ſiccis oculis videmus impleri. Hinc etiam ſtatuit Concilium AVRELIANENSE III.capite 22. *Si quis res Eccleſiæ debitas,vel proprias ſacerdotis horrenda cupiditate occupauerit,retinuerit,aut à poteſtate ex competitione perceperit vt eas non reſtituat,nullis rebus excuſetur.Sed ſi agnito iure Eccleſiaſtico non ſtatim Eccleſiæ vel ſacerdoti reformauerit,aut vt ipſum iam agnoſcere poſſit in iudicium electorum venire diſtulerit , tandiu à communione Eccleſiaſtica ſuſpendatur , quandiu reſtitutis rebus tam Eccleſiam quam ſacerdotem reddat indemnem.* Et Concilium ARVERNENSE canone IV. *Qui res Eccleſiæ petunt à Regibus* (ait) *& horrenda cupiditatis impulſu egentium ſubſtantiam rapiunt,irrita habeātur quæ obtinent,& à communione Eccleſiæ,cuius facultatem auferre cupiunt,excludantur.* Idem & de inuaſoribus bonorum monaſterij ſtatuit Concilium AVRELIANENSE IV.capite 11.vt dicemus dictione,facultates nō alienandæ, & Monaſteriū. Idem etiam canone 24. *Si quis clericus* ait) *aut Laicus ſub Potentum nomine atque patrocinio , res ad ius Eccleſiæ pertinentes,contēpto pontifice, petere ſeu poſſidere præſumpſerit,primùm admoneatur,quæ abſtulit,eccleſiæ reformare,aut certe iudicium ſacerdotis ſeu iudicis operiri, vt ſacra poſſit religio. Quòd ſi in perſuaſionis pertinacia perſiſtit , tandiu ab Eccleſiæ liminibus arceatur , donec cum ſatisfactione iuſtiſſima peruaſa aut occupata reſtituat.* Hæc eadem repetit prolixioribus verbis, ſed non diſſimili ſenſu , Concilium TVRONENSE II. capite 25.vbi & inuaſoribus Eccleſiaſticarum facultatum.poſt tertiam admonitionem , anathema & excommunicationis cenſuram indicit : idémque ſtatuit & cap.26. Hanc etiam ſententiam repetit poſteà Concilium PARISIENSE I. & omninò eadem verba reſumit, quæ iam ſuperiùs ex Concilio Romano VI.ſub

Nunc ſatis euidenter oſtenditur quam mundus in maligno ſit poſitus, qui vel tamen patrum decreta in ſuam perniciē parui pendit.

Hæc & Epiſcopis conſentientibus nunc res Eccleſiæ diripiuntur.
O ſcelus animaduertendū.

Generale decretum & omni pietate [illegible] lendum.

Hæc allegat Gratianus cauſa 16 q. [illegible] cap ferro.

Deutero.19.

Cōcilium Maldenſe.

Concilium Aurelianēſe 3 ſub Vigilio.

Concilium Aruernenſe ſub eodem Vigilio 1.

Concilium Aurelianenſe 4. ſub Pelagio.

Concilium Turonenſe.

Concilium Pariſienſe ſub Pelagio.

Symmacho allegauimus (unu eſt opus toties tem eandem repetere) & ad calcem ſic addit: *Accidit etiam* (ait) *vt temporibus diſcordiæ, ſupra promiſſionem bonæ memoriæ Clodouei regis, res Eccleſiarum aliqui competiſſent. Ipſaque res, improuiſa morte collapſi, proprijs hæredibus reliquiſſent: Placet & hos quoque, niſi res Dei, admoniti à Pontifice, agnita veritate, reddiderint, ſimiliter à ſancta communionis participatione ſuſpendi: quoniam res Dei quas anteceſſores eorum maturata morte credēdi ſunt peremiſſe, non debent filij vlterius poſſidere, &c.* Idem & Concilium

Concilium Aurelianenſe 5.

AVRELIANENSE V. capite 13. 14. & 16. repetit, nec toties eadem repetere verba expediens indicatur. Idem quoque & Concilium MOGVN-

Concilium Moguntinum 3.

TINVM III. ſub Arnulpho Imperatore, cap. 6. vbi allegatur præmiſſum decretum Aurelianenſis V. Concilij. Idem etiam Concilium VALENTI-

Concilium Valentinum Galliæ 2. ſub Guntranno rege.

NVM GALLIAE II. capite vnico, vbi nihil aliud agit, quàm damnare eos, qui à deuotis perſonis res Eccleſijs aut Monaſterijs oblatas præſumunt minorare aut auferre, atq; ibidem ad preces Guntrani Regis, eſt Apoſtolica authoritate à ſancta Synodo ſtatutum, vt quodcunque, tàm ipſe Rex, quàm Regina Auſtrechildis, vel filiæ eorum Deo ſacratæ puellæ, Clodeberga vel Clodechildis, locis ſanctis contuliſſent, aut adhuc conferre decreuiſſent, ſeu in miniſterio altarium, ſiue in quibuſcunque ſpeciebus, quidquam minorari aut auferri non poſſit, neque ab Apoſtolis locorum, neque à poteſtate Regia quocunq; tempore ſucceſſura: & quod ſi quis hoc quocunque tempore temerare aut auferre præſumeret, veluti necator pauperum, anathemate perpetuò iudicij Diuini plecteretur, & velut ſacrilegij perpetrator criminis ſui reus, ſupplicij æterni teneretur obnoxius. Vide etiam in vocabulo, Auaritia, ex Concilio Toletano IV. cap. 32. Porrò decretum eſt à Concilio VERNENSE cap. 20. & 21. vt monaſteriorum Abbates de facultatibus reddāt rationem regibus, ſi regaliter fundati ſunt. Si verò Epiſcopus fundauerit, Epiſcopis. Idem & de Presbyteratu

Cōcilium Vernenſe id eſt in palatio Vernis celebratum.

ſtatuit: ſed hæc non vidimus obſeruari. Porrò ad propoſitum eſt, quod BONIFACIVS MOGVNTINENSIS Archiepiſcopus & Martyr, epiſtola ad Zachariam miſſa, conqueritur apud eundem, quòd in Francia, pluſquam per tempus 80. annorum, eiuſdem prouinciæ populi Synodum non fecerant, nec Archiepiſcopum habebant: ſed facultates Eccleſiæ inuaſæ erant, & datæ laicis

Bonifacius Moguntinenſis Germanorum Apoſtolus.

* cupidis ad poſſidendum, vel adulteratis Clericis, ſcortatoribus & publicanis, ſeculariter ad perfruendum. Ideóque ſe euocari dicit à principe Carlomanno, vt ibi Concilium celebrans, omnia in priſtinum ſtatum reformaret: & hoc ſe facturum ſpondet, & vitijs clericorum ita frena & habenas impoſiturum, vt de cætero emendati reſipiſcant ab infinitis, quibus volutabātur illecebris.

* quibus aliis modo · boni paſtor in Francia largiuntur

Concilio igitur habito quod FRANCICVM nominant, Carlomannus ſtatim voluit Eccleſiæ iura reſtaurari, & fraudatas pecunias Eccleſiarum Eccleſijs reſtitui & reddi, vt agitur ſtatim initio prędictæ Synodi. Vide ſuperiùs, Eccleſiarum immunitas, &c. Porrò ſimili & Patres Concilij MELDENSIS capite 11. ac Carolum iuniorem ſcribentes conquerūtur, hincque dicunt religionem Chriſtianam deperijſſe, quia oblationibus fidelium rerum Eccleſiaſticarum peruaſores, inconſultè & in pernitiem ſui ſine reuerentia abutuntur. *Quod ita verum eſſe* (aiunt *Dominus proteſtatur dicens: Peccata populi mei comedunt. Peccata*

Concilium Franciscum ſub Carlomāno rege.

Concilium Meldenſe.

Ooo 4

A *enim populi comedunt, qui contra authoritatem diuinam res Eccleſiaſticas indebite peruadunt, & nec intercessionis ope, nec prædicationis conſilio, vel quocunque diuino auxilio pro peccatis eorum qui eas dederant, laborant, nec pro operi, ad quod fides fidelium eas tradiderat, inſeruire permittunt.* Hinc principem adhortantur, vt cuncta præcepto regali adintegrari iubeat in priſtinum ſtatum, aliter multa mala regno & prouinciæ euentura. Inde & capite 17. ſtatuunt, vt res Eccleſiaſticæ ex integro præſentialiter reſtituantur, & reſtitutæ conſeruentur, allegátque iam ſuperiùs memoratum Concilium Aurelianenſe V. capite 13 Denique Patres eundem Principem exorant, & implorant contra de-

Quid ſit peccata populi comedere.

B prædatores, & oppreſſores Eccleſiarum, capite 24. ſubdunt capite 61. *Peruaſores rerum Eccleſiaſticarum, qui eaſdem res, vel contra authoritatem nō ſolum retinere, verum & crudeliter depopulari niſi ſunt, equidem etiam & facultates Eccleſiæ in diuerſa collaboratione & redditibus eas expoliant, ſed & pauperes atque vicinos, & circummanentes immiſericorditer expoliant, deuaſtant, & opprimunt, vt rapaces qui ſecundum Apoſtolum à regno Dei excluduntur) ex criminali & publico peccato, publica pœnitentia ſatisfaciāt. Quod ſi hoc agere noluerint, & poteſtate regia ad hoc exhortati vel coacti non fuerint, proferatur contra eos Apoſtolica terribilis ſententia, qua dicitur: Si quis frater nominatur, & eſt rapax, cum huiuſmodi nec ci-*

1. Corinth. 6.

1. Corinth. 5.

C *bum quiſquam præſumat ſumere: quia vt præfata Patrum ſtatuta determinant, ab omni Eccleſiaſtica communione talis, vt ſacrilegus, debet arceri, donec ſtudeat digna ſatisfactione quod admiſit corrigere.* Idem & cap. 86 adhuc prędicti fratres à principe poſtulāt, vide ſi vacat. Sed & Conciliū VALENTINVM GALLIAE III. ſub Lothario Imperatore, capite 8. excommunicationis ſententiam contra Eccleſiaſticæ facultatis inuaſores profert, etiā ſi à principe eas facultates ſibi datas oppoſuerint: & etiam Principi vt rectores Eccleſiarum ſuggerant, hoc tàm malè factum, ſuadet, & ne hoc ille permittat ſollicitè admoneant. Idem & cap. 9 ſtatuit de his, qui præſumunt auferre dotes Baſilicarum, & presbyteros duro attenuare ſeruitio. Quin & illi

Concilium Valentinum Galliæ 3.

D Proceres & Patres qui interfuerunt, & celebrauerunt Concilium PISTENSE capite 2 omninò eadem renouant, & volunt inuiolabiliter obſeruari: & ſtatuentes nihilominus illos reſipiſcentes recipi, & legitima pœnitentia maceratos admittere, quia bona Eccleſiaſtica inuaſerāt. Idem cap. 3. & 4. ingerunt, adi locum Verumetiam quātum pro defendendis Eccleſiaſticis facultatibus laborauerit GREGORIVS VII. abundè PLATINA CREMONENSIS oſtendit in eius vita, quā obſecro vt legas. NICOLAVS I. epiſtola ad Adonem Vienneuſem Archiepiſcopum, & allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſt. 2. cap. De rebus.

Concilio in loco qui dicitur Piſtis ad Sequanam celebratū

Gregorius 7. Platina Cremonenſis.

Nicolaus 1.

E *De rebus* (ait) *quæ ſemel Deo contributa atque dicata ſunt, & poſtea ſub occaſione conceſſionis principum à quibuſdam inuaduntur atque diripiuntur: ſancimus, vt prius conſulatis principem, ad reſecandam iam præſumptiuam factionem, & cognoſcendum vtrum ſit illius conceſſio, an inuaſoris præſumptio. Quòd ſi fuerit Principis inordinata largitio, & ipſe Princeps ſit pro emendatione redarguendus: ſiautem inuaſoris declaratur præſumptio, vſque ad emendationem excommunicationis ſit vindicta coercendus.* Magnum illud & generale Patrum 373. Concilium CONSTANTINOPOLITANVM IV. generale VIII. ſub Adriano II. & Baſilio Imperatore, canone 18. *Placuit huic ſanctæ & magnæ Synodo, res vel priuilegia,*

Vtinam & hæc ſedulò vt ſtatuta ſunt obſeruentur.

Concilium generale Conſtantinop. 4.

quæ Dei Eccleſijs ex longa conſuetudine pertinent (ſiue à diuæ recordationis Imperatoribus, ſiue ab alijs Dei cultoribus in ſcriptis donata) & ab eis per annos triginta poſſeſſa (vide lex Tricennalis) *ſunt, nequaquam a poteſtate præſulis, quæcunque perſona ſecularis per poteſtatem ſubtrahat, aut per argumenta qualibet auferat: ſed ſint omnia in poteſtate ac vſu præſulis Eccleſiæ, quæcunque intra triginta ſpatium annorum ab Eccleſijs poſſeſſa fuiſſe noſcuntur. Qui contra fecerit, vt ſacrilegus iudicetur, & donec talia priuilegia ſeu res reſtituerit, anathema ſit.* Idem & Concilium MOGVNTINENSE III. ſub Arnulpho Imperatore. cap. 11. & allegat Gratianus cauſa 17. quæſt 4 cap. Attendendum. *Attendendum eſt omnibus & fideliter cuſtodiendum, & illius vſurpationis contumelia depellenda, ne prædia vſibus ſecretorum cœleſtium dicata à quibuſdam irruentibus vexentur, alias excommunicentur, &c.* Vide ſuperiùs Concilium TRIBVRIENSE ſub eodem Principe capite 7. idem ſtatuit Vide etiam in vocabulo Fur. Porrò vt ad finem properemus, EVGENIVS III. & allegatur in Decretalibus Gregorij IX. & inſeritur parte 34. cap. 1. Concilij Lateranenſis ſub Alexandro III cenſuras omnes prætactas in facultatum Eccleſiæ inuaſores & raptores renouat, & tales omninò excommunicationis ſententia ferit, quouſq; ablata reſtituant ſi poſſunt, vel emendandi plenam ſecuritatem faciant, viatico quoque priuat vſque ad extremum vitæ articulum, ſi noluerint emendare, interdicitque clericis eorum ſepulturę intereſſe, ſub pœna priuationis ordinis & beneficij Eccleſiaſtici. Vide ſuperiùs, Baſilicarum demolitores, &c. Contra facultatum Eccleſiæ inuaſores extat edictum FREDERICI II. & CAROLI IV. Imperatorum, atque decretum HONORII III vt allegãt Partes Baſileenſes in Karolina, vt iam allegauimus ſuperiùs in vocabulis, Clerici non lædendi, &c. & Exactio, &c. Eadem porrò decreta omnia renouat Concilium LATERANENSE ſub Leone X. ſeſſione, vbi inhibet ſecularibus Principibus, facultates & redditus & prouentus Eccleſiarum ſibi vendicare, aut alijs conferre, vt in dictione Pragmatica ſanctio, continetur: cōtrà etia ferit anathemate qui hoc præſumpſerint, niſi reſtituant: & tum ibidem LEO X. ſubdit: *Cum a iure tam diuino, quam humano laicis poteſtas nulla in Eccleſiaſticas perſonas attributa ſit, innouamus omnes & ſingulas conſtitutiones fœlicis recordationis* BONIFACII VIII *prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Fœlicis. &* CLEMENTIS V. *quæ incipit, Si quis ſuadente: nec non quaſcunque alias ſanctiones Apoſtolicas in fauorem libertatis Eccleſiaſticæ, & contra eius violatores, quomodolibet editas, & pœnas etiam contra talia præſumentes in bulla quæ legitur in cœna Domini, contentis in ſuo robore permanſuris.* Vide ſuprà Eccleſiæ immunitas, &, Exactio, &c.

Lex tricennalis.

Concilium Moguntinenſe 3.

Concilium Triburienſe ſub Arnulpho Imperat.

Eugenius 3.

Fredericus 2. Imperator. Carolus 4. Imperat. Honorius 3. Papa.

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

Leo 10.

Facultates Epiſcoporum defunctorum non diripiendæ.] Poſuimus in vocabulo Epiſcopus, & etiam ſuperiori diſtinctione quædam memorata ſunt, quæ huic poterunt inſeruire.

Facultatum Eccleſiæ diſpenſator eſt Epiſcopus.] Poſuimus etiam in vocabulo, Epiſcopus, lege & ſequentia.

Facultates Eccleſiæ qualiter debeant diſpenſari.] Iam in dictione Decimæ, &c. de diuidendis decimis præcepta data ſunt, & in ſuperioribus annotationibus ſatis innotuit facultates Eccleſiæ, eſſe pauperum: verumtamen etiam ſubiungenda ſunt decreta, quæ hoc ſpecialiter determinent. SIMPLICIVS Papa I. e[illegible] Florẽtium & Equitium, Epiſcopos, [illegible] tianus cauſa 12. quæſtione 2. capite De redditibus præcipit de redditibus Eccleſię, & oblatione fidelium, vt ſic diuidantur, quod duæ, ſcilicet portiones Eccleſiaſticis fabricis & erogationi peregrinorū & pauperum miniſtrentur, tertia Epiſcopo remittatur, & vltima clericis pro ſingulorum meritis diuidatur. Vide etiam ſuperiùs, Clericorum ſtipendia, &c. Miniſteria verò Eccleſiæ, quæ alienata à Gaudentio Auſinienſi conqueritur, iubet vt reparare cogatur: cui etiam hoc ſpecialiter præcipit, vt tres portiones, quas per triennium dicitur ſibi tantùmodo vindicaſſe, reſtituat. Eadem omninò obſeruari mandat & teneri GELASIVS I. epiſtola 1. ad Epiſcopos Lucaniæ Brutiorum & Siciliæ, &c. capite 29. & allegatur à Gratiano cauſa 12. q. 2. cap. Quatuor autem, &c. Idem quoque renouat decretum Concilium AVRELIANENSE I. ſub Clodoueo Rege, cap. 16. & allegat Gratianus cauſa 10. quæſt 1. cap. Antiquos canones, &c. Iſta quidem decreta apponeremus, verùm ſunt eiuſdem ſententiæ cum ſuperiori, & ea habes apud Gratianum locis citatis. Sic tamen canone 17. Idem Concilium ſtatuit, & allegat Gratianus cauſa 10. quæſt. 1. cap. De his. & Iuo Carnotenſis lib. 2. *De his (ait) quæ parrochijs in terris, vineis, mancipijs, atque peculijs quæcunque fideles obtulerint, antiquorum canonum ſtatuta ſeruentur, vt omnia in Chriſti poteſtate conſiſtant.* (vide ſuperiùs *De his tamen, quæ altari acceſſerint, tertia fideliter Epiſcopis deferatur, duæ clericis. Decimæ autem, ſecundum quoſdam, ſingulis annis tertia pars, aut in tertio tota. Sed tamen nos ſequentes Romanos, ſingulis annis quartam partem, aut in quarto anno totam Epiſcopi recipiant.* Vide ſuperiùs. Decimæ, &c. Idem & Concilium ARVERNENSE, vt ſuperiùs iam prolatum eſt, Epiſcopos facultat. &c. Concilium BRACARENSE I. ſub Honorio I. cano. 25. *Placuit vt de rebus Eccleſiaſticis tres æquæ fiant portiones, id eſt, vna Epiſcopi, alia clericorum, tertia in reparatione vel luminarijs Eccleſiæ: de qua parte ſiue archipresbyter ſiue archidiaconus illam adminiſtrans, Epiſcopo faciat rationem.* Idem canone 39. ſtatuit vt ſemel, aut bis in anno inter clericos diuidatur, ne quis præſumat quod oblatum ſibi fuerit in ſua ſeptimana, ſibi defendere, ne diſcordiæ generentur. GREGORIVS II. epiſtola 3. ad clerum & plebem Turingiæ, eis Epiſcopum mittens iniungit: *De reditibus (ait) Eccleſiæ, vel oblatione fidelium quatuor faciat portiones, quarum vnam ſibi ipſe retineat: alteram clericis pro officiorum ſuorum ſedulitate diſtribuat: tertiam pauperibus & peregrinis. Quartam Eccleſiaſticis fabricis nouerit reſeruandam de quibus diuino erit iudicio redditurus rationem.* Hæc antea ſtatuerat & GREGORIVS I. libro 6. Regiſtri indict. 1. epiſtola 8. ad Leonem Epiſcopum Catheniēnſium, De portionibus clericorum, & allegat Gratianus, cauſa 16. quæſtione 2. capite Ad hæc. Idem & libro 11. Regiſtri, epiſtola 49. ad Ioannem Epiſcopum Panormitanum, & libro 4. Regiſtri, epiſtola 42. ad Leonium Epiſcopum viſitatorem Ariminenſem. Idem & ad interrogata Auguſtini Epiſcopi Anglorum, capite primo, vt allegat Gratianus cauſa duodecima, quæſtione ſecunda, capite Mos. (ait *Apoſtolicæ ſedis eſt ordinatio Epiſcopis præceptum tradere vt ex omni ſtipendio quod accedit quatuor fieri debeant portiones: vna videlicet Epiſcopo & familiæ propter hoſpitalitatem & ſuſceptionem, alia clero tertia pauperibus.*

Optima diſpenſatio [illegible]

Gelaſius 1.

Concilium Aurelianenſe.

Concilium Aruernenſe.

Concilium Bracarenſe ſub Honorio 1.

Gregorius 2.

Gregorius 1.

quæ ii

Concilium Turonenſe 3.

quarta Eccleſijs reparandis, &c. Prætereà Concilium TVRONENSE III. cap. 10. Epiſcopis iniungit, vt res Eccleſiſticas cauta circunſpectatione diſpenſent, quaſi Dei miniſtri, non turpis lucri ſectatores, illiſque ita vtantur, non vt proprijs, ſed vt ſibi ad diſpenſandum commiſſis. Et idem c. 16. ſtatuit vt decimæ, quæ ſingulis dabûtur Eccleſijs, per conſulta Epiſcoporum à Presbyteris, ad vſum Eccleſiæ & pauperum, ſumma diligentia diſpenſentur. Eadem omninò diſtributio mandatur, & præfigitur in Concilio VORMATISNSI ca. 7. & idem Concilium AQVISGRANSNSE I. cap. 55. & PROSPSRO AQVITANICO lib. 2. de vita contemplatiua, cap. 59. profert. Vide in ſuperioribus allegatum. Idem quoque Concilium cap. 116. ſic poſteà ſtatuit. *Res (ait) Eccleſiæ, ſicut à ſanctis Patribus traditur, vota ſunt fidelium, precia peccatorum, & patrimonia pauperum. Fideles namque fidei ardore, & Chriſti amore ſuccenſi, ob animarum ſuarum remedium, & cœleſtis patriæ deſiderium, ſuis proprijs facultatibus ſanctam locupletem fecerunt Eccleſiam, vt his & milites Chriſti alerentur, & Eccleſiæ exornarentur, pauperes recrearẽtur, & captiui pro tẽpore opportunitate redimerẽtur. Quapropter vigilanti ac ſolerti cura prouidendum eſt his, qui eius facultates adminiſtrant, ne eas in ſuos ſolũmodo vſus cõuertant, ſed magis iuxta poſſibilitatem rerum, Chriſto famulantium, imò eorum in quibus Chriſtus paſcitur, & veſtitur, curam gerere penitus non negligant, ſed & ſententia* S. HIERONYMI *non ſolum prælatis, ſed etiam cæteris, qui rebus vtuntur Eccleſiæ, vigilanter perpendenda eſt, qui ita in Commentar. ſuper Matth. cap. 28 loquitur: Omnes igitur qui ſtipendijs templi, & his quæ conferuntur ad vſus Eccleſiæ abutuntur in alijs rebus, quibus ſuam expleant voluntatem, ſimiles ſunt Scribis & Sacerdotibus, redimentibus mendacium & Saluatoris ſanguinem. Ergò res Eccleſiæ pauperibus & militibus Chriſti ſtipendiaria debent intelligi. vnde totis niſibus Prælatis ſatagendum eſt, vt ſanctorum Patrum dictis & exemplis obſequentes, de rebus commiſſis & ſubditos gubernent, & pauperes foueant, cunctiſque vtilitatibus ac neceſſitatibus Eccleſiæ fideliter gubernent, & pauperes foueant, cunctiſque vtilitatibus ac neceſſitatibus Eccleſiæ fideliter adminiſtrando conſulant, quatenus de fideli adminiſtratione ab ipſo, cuius miniſtri eſſe noſcũtur, ineffabiliter remunerari mereantur.* Sed & Concilium PARISIENSE III. ſub Lothario & Ludouico Auguſtis, libro 1. cap 18. vbi de diſpenſandis facultatibus præſcripſit Epiſcopis formá ait: *Ceſſet ergò ambitio, quæ dicere ſolet nimis rerum habere Eccleſias Chriſti, & perpendat, quia quantæcunque ſunt res Eccleſiæ, ſi eo modo quo diſpenſandæ ſunt diſpenſantur, nimia nõ ſunt: cupiditas quippè, imò negligentia quorundam diſpenſatorum, non Eccleſiæ ampla res, in vitio ſunt. Mira namque res ambitio mundialis ſatis non habet, & Eccleſia Chriſti nimium habet.* Idem & Patres Concilij AQVISGRANSNSIS II. cap. 7. ſecundi capituli confirmant, item & capite 6. de ordine rectorum, & capite 6. capituli 4. vbi loquuntur qualiter tractandæ ſint res Eccleſiaſticæ. Prædicta renouat & Concilium AQVISGRANENSE III. capite 8. & reliquis. vide ea quæ locis aſſignatis dicta ſunt, ſcilicet Epiſcopus, Decimæ, &c. & ea quæ ſuperioribus diſtinctionibus iam memorata ſunt, & ſequentia.

Concilium Vormatienſe.
Concilium Aquiſgranenſ. ſub Ludouico Imperator. 1.
Facultatibus Eccleſiæ non abutẽdum, ſed ſunt fideliter diſpenſandæ.
Hieronymus Stridonenſis.
Concilium Pariſienſe 3.
Heu quam ſedulò noſtra prætendit ſecula.
Concilium Aquiſgran. 2.
Concilium Aquiſgran. 3.

Facultates Eccleſiæ non ſeruãdæ in longos annos.] Concilium CABILONENSE II. ſub Carolo Magno, capite 8. *Oportet vt ſi quando ſacerdotes fruges, vel quoſdam redditus terræ congregant & protelant, non ideo hæc faciant, vt carius vendant, & theſauros congregent, ſed vt pauperibus tempore neceſſitatis ſubueniant.* Vide ea quæ præmiſſa ſunt, & quæ ſequuntur.

Concilium Cabilonẽſe 2. ſub Leone 3.

Facultates Eccleſiæ ſolicitè cuſtodiantur & augeantur.] Cõcilium III. BRACARENSE canone 8. vt allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſt. 4. cap. Quicunque. *Non decet (ait) rectores Eccleſiæ in ſuis ſtrenuos, & in Eccleſiaſticis rebus eſſe remiſſos. Nam quorundam fertur opinio, quod quidam ſacerdotum ſimilias Eccleſiæ in ſuis laboribus quaſſent, rei propriæ profectum augentes, Dominicis verò diſpendium nutrientes. Vnde quicunque ſub hoc neglectu res diuinas laborare diſtulerit, placito ſpeciali diſtringendus eſt, qualiter ſi de rebus ſeu augmentis Eccleſiæ, quæſtum laboribus ſuis propriè auxit, & ex hoc Eccleſiaſticis rebus aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit, quidquid in rebus Eccleſiæ minuit, illi reſtituat, ex cuius rebus atque ſuffragijs ſuos conuictus fuerit ampliaſſe labores. Quod ſi aliquid pro vtilitatibus Eccleſiæ, aut ſubſtantia expendit, aut diſpendij vel perditionis quippiam pertulerit, ſi hoc comprobari potuerit, totum illi à rebus Eccleſiæ eiuſdem reformabitur, pro cuius vtilitatibus id expendiſſe probatur.* Eadem repetit GREGORIVS II epiſtola 5. ad clerum & plebem Thuringiæ vt videbitur mox in ſeqnẽtibus diſtinctionibus, Facultates Eccleſiæ non alienandæ, &c. Hinc & Concilium VALENTINVM GALLIÆ III. capite 10. *Theſaurus ſiue miniſterium, vel ornamentum Eccleſiarum fideliter deuotionis eorum, qui hæc vel ad honorem domus Dei, vel ad ſuſtentationem familiæ Eccleſiaſticæ, ſi neceſſitas exegerit, obtulerint cuſtodiatur: nec quicquam ex eis iuxta inſtitutionem canonicam fieri præſumatur. Placet firmatum.* Lege & ſuperiora, & ea quæ ſequuntur.

Concilium Bracarenſe 3.
Gregorius 2.
Concilium Valentinum Galliæ 3. ſub Lothario Imper.

Facultates Eccleſiæ in ſtipendium datæ clericis.] Vide infrà in vocabulo precariæ, &c.

Facultates Eccleſiæ non furentur clerici, nec in vſus conuertant proprios.] Concilium TICINENSE ſub Ludouico II. Imperatore, capite 1. *Tollenda eſt* (ait) *praua omninò conſuetudo, quæ in quibuſdam locis oriri cœpit: quia nonnulli Archipreſbyteri vel aliorum titulorum cuſtodes, fruges, vel aliarum Eccleſiarum redditus, ad proprias domos abducunt. Quidam verò aliorum poſſeſſiones conducunt, vt in eis quæ ab Eccleſijs ſuis male ſubtraxerunt, recondant. Nonnulli autem laicorum, in tantum eorum nequitiæ ſe complices faciunt, vt quæ huiuſmodi tranſgreſſores ab Eccleſia ſurripuerunt, ipſi in ſuis domibus abſcondant. Tales ergò primum à ſuis Epiſcopis corripiantur. Quòd ſi ſe citius corrigere noluerint, tanquam qui Eccleſiaſticas res ſacrilega temeritate tractauerunt, Synodali ſententia feriãtur. Laicos verò, qui poſt hanc denunciationem ſocios ſe huius expilationis præbuerint, tanquam furti reos, iudiciaria coarctabit authoritas.* Vide ſuperiùs, Facultates non diripiendæ, & infrà, Furtum. & Sacrilegium, atque ea quę ſequuntur, & coherentia necte.

Concilium Ticinẽſe, Galliè Pauie.

Facultates Eccleſiæ clericis vel monachis conceſſæ ad tempus, ad Eccleſiarum redeant?] Concilium AVRELIANENSE I. ſub Hurmiſda I. & Clodouco Rege, canone 25. allegatur à Gratiano, cauſa 16. quæſtione 3. capite Si Epiſcopus. *Si Epiſcopus humanitatis intuitu, vineolas & terrulas clericis vel monachis præſtiterit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiam ſi longa tranſiſſe annorum ſpatia comprobentur, nullum Eccleſia præiudicium patiatur, nec ſecularis lege præſcriptio, quæ Eccleſiæ aliquid impediat, opponatur.* Con-

Concilium Aurelianẽſe 1. ſub Clodoueo 1. Rege.

Conciliū Toletanum 2. ſub Almarico rege

cilium TOLATANVM II. ſub Ioanne II. cap. 4. *Si quis clericorum, agellos vel vineolas ſeu alia ædificia in terris Eccleſiæ ſibi feciſſe probatur, ſuſtentandæ vitæ cauſa, vſque ad diem obitus ſui poſſideat. Poſt ſuum vero ex hac luce deceſſum, iuxta priorum canonum conſtitutiones, ius ſuum Eccleſia ſancta reſtituat: nec teſtamentario aut ſucceſſorio iure cuiquam hæredum, aut proheredum relinquat, niſi forſitam cui Epiſcopus pro ſeruitijs ac præſtatione Eccleſiæ largiri voluerit.* Concilium AVRELIANENSE IV. ſub Pelagio I. canone 18. *Quicunque clericus aliquid de iure Eccleſiaſtico, ſeu verbo, ſeu ſcriptura acceperit ad viendum, & poſtmodum hoc alienare quacunque ratione præſumpſerit, non valebit: quia ſecundum canonum ſtatuta* (vide ſequentem immediatè diſtinctionem) *proprietatem Eccleſiæ non violat in alios quamlibet longa poſſeſſio. Sed in pontificis poteſtate conſiſtat, qualiter pro conſeruando iure Eccleſiaſtico, rem poſſeſſam inter clericos debeat communicare.* Idem canone 35. *Quiſquis agellum Eccleſiæ in diem vitæ ſuæ pro quacunque miſericordia, à Sacerdote, cui poteſtas eſt acceperit poſſidendum, quicunque ibi profecerit, alienandi nullam habeat poteſtatem, nec ſibi parentes ex ea re aliquid exiſtiment vindicandum.* Et canone 36 *Si quis Epiſcopus alterius Eccleſiæ Clerico de facultatibus ſuæ Eccleſiæ aliquid ſub titulo quocunque donauerit, poſt eius obitum qui acceperit, ad Eccleſiam eius, de cuius facultate diſceſſerat, reuertatur: quia iniquum eſt, vt ſub hac ſpecie damnum Eccleſia, quæ multis ſubuenit, patiatur.* Idem ſtatuit de libertis Eccleſiæ Concilium TOLATANVN IX. canone 16. Vide Libertus. Idem can. 5. *Si ſacerdos vel miniſter de rebus Eccleſiæ quippiam alicui ſub præſtationis obtentu concedat, inſtrumento cauſam præſtiti euidenter exponat, vt hoc aut iuſte confecta tranſactio innoteſcat, aut fraus incompetens, quæ latet, appareat: aliter verò pro huius negotij cauſa, deinceps ſcriptura non valeat.* Vide & adhuc infrà. Hinc & MELDENSE Concilium, cap. 41. & 42. Vide infrà, Monaſteriorum facultates. Idem quoque & Concilium LATERANANSE ſub Alexandro III. capite 15. parte 1. allegatur à Gratiano diſtinctione 86. capite Non ſatis. *Cum in officijs charitatis* (ait) *illis primo teneamur obnoxij, à quibus nos beneficium cognoſcimus accepiſſe: Eccleſiaſtici quidam clerici cùm ab Eccleſijs ſuis multa bona perceperint, bona per Eccleſias acquiſita, in alios vſus præſumunt transferre. Hoc igitur quia & antiquis conſtat inhibitum canonibus, nos etiam nihilominus inhibemus. Indemnitati itaque Eccleſiarum prouidere volentes, ſiue inteſtati deceſſerint, ſiue alijs conferre voluerint, penes Eccleſiam eadem bona præcipimus remanere.* Vide etiam Eccleſiarum immunitas, & ea quæ ſuperiùs poſuimus, & quæ ſequuntur.

Concilium Aurelianenſe 4.

Concilium Toletanum 9.

Cōcilium Meldenſe.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Facultatibus Eccleſiarum an poſsint ędificari monaſteria, &c.] Vide hoc latius in vocabulo, Monaſterij facultates, expoſitum.

Facultates monaſteriorum non alienandæ, &c.] Vide etiam in eodem vocabulo, Monaſterium cum his quæ ſubſequenti diſtinctione ponuntur: quia plurima ſunt decreta, quæ de facultatibus monaſteriorum, ſicut & de facultatibus Eccleſiarum tractant, vt etiam ſuperiùs probatum. Vide ergò ſequentia,

Facultates Eccleſiæ nullo modo à quoquam, ſiue Papa, ſiue Pontifice, ſeu alio poſsint alienari, vendi, commutari, * &c.] Hanc aſſertionem, ſicut in alijs fecimus, libet ex vetuſtiſſimis Eccleſiarum decretis probare, vt, quia hoc tam frequens eſt noſtro ſeculo, diſcant

Adhuc plura habe infra. Præcaria lege etiam.

Hæc diligenter obſeruetur quia hoc ſeculum in hiſpanis etiam delinquit nec impunè.

& vendentes, & alienantes, & ementes quantum ſcelus committant, & quibus cenſuris ſubiaceant. Igitur antiquiſſimum illud, & longè antè Nicenum Magnum, Concilium ANCIRANVM, canone 15 & allegat Gratianus cauſa decima, quæſtione ſecunda, capite Si quis. & Martinus Bracarenſis capite 14. Collectorij. *Si quæ* (ait) *de rebus Eccleſiæ, cum Epiſcopus non eſt, Epiſcopi vendiderint, placuit reſciſſo contractu, ad ius Eccleſiaſticum reuocari. In iudicio autem erit Epiſcopi, ſi conſtitutum precium debeat recipi, nec ne. propter quod ſæpe contingit diſtractarum rerum redditus, ampliorem ſummam pro dato precio reddidiſſe.* Hinc Concilium VALENTINVM GALLIÆ I. ſub Valentiniano Imperatore ait, & allegat Gratianus cauſa 12. quæſtione 2. capite Irrita, & Iuo libro 2. & codex 16. librorum, libro 5. capite 39. *Irrita erit Epiſcoporum donatio, vel venditio, vel commutatio rei Eccleſiaſticæ, abſque collaudatione, & ſubſcriptione ſacerdotum.* Idem omninò Concilium CARTHAGINENSE IV. canone 3. & allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſtione 2. *Sine exceptione* (ait) *Epiſcopus rebus Eccleſiæ tanquam commendatis, non tamquam proprijs, vtatur.* Idem & canone 32. Porrò Concilium CARTHAGINENSE V. Epiſcoporum 75. canone 4. & allegat Gratianus cauſa 1 ., quæſtione 4. capite Nullus res. *Placuit vt rem Eccleſiæ nemo vendat. quod ſi aliqua neceſſitas cogit, hanc inſinuandam eſſe primati prouinciæ ipſius, vt cum ſtatuto numero Epiſcoporum, vtrum faciendum ſit arbitrentur. Quod ſi tanta vrget neceſſitas Eccleſiæ, vt non poſſit antè primatem conſulere, ſaltem poſt factum curioſitatem habeat, & vicinus Epiſcopus hoc antè iudicare, & ad Concilium referre eas ſuæ Eccleſiæ neceſſitates. quod ſi non fecerit, reus Concilij venditor teneatur.* Hinc & Concilium AGATHENSE celeberrimum ſub Cœleſtino I. vel Sixto 3. canone 7. & allegatur in parte à Gratiano cauſa 10. quæſtione 2. capite Caſellas. *Caſellas vel mancipiola Eccleſiæ, Epiſcopi* (*ſicut priſca canonum præcepit authoritas*) *vel vaſa miniſterij, quaſi commendata fideli propoſito, in integro Eccleſiæ iure poſſideant, id eſt, vt neque vendere, neque per quoſcunque contractus res, vnde pauperes viuunt, alienare præſumant. Quòd ſi neceſſitas certa compulerit, pro Eccleſiæ augmento, aut neceſſitate, aut vtilitate, vel vſufructu, vel indirecta venditione aliquid diſtrahatur, apud duos vel tres comprouinciales, vel vicinos Epiſcopos, cauſa, quæ neceſſe ſit vendi, primitus comprobetur: vt habita diſcuſſione ſacerdotali, eorum ſubſcriptione, quæ facta fuerit venditio, roboretur. Aliter facta venditio, vel tranſactio, non valebit.* Idem canone vigeſimo ſecundo, & allegat Gratianus cauſa duodecima, quæſtione ſecunda, capite Statuimus. *Licet* (ait) *ſuperfluum ſit de re nota, & antiquis canonibus prohibita, aliquid iteratò definire: attamen quo facilius cupiditas aut improbitas deprimatur, id ſtatuimus, quod omnes canones iubent: Ciuitatenſes ſiue Diœceſani, presbyteri, vel clerici, ſaluo iure Eccleſiæ, ſicut Epiſcopi permiſerunt, teneant, vendere autem, aut donare, penitus non præſumant. Quod ſi fecerint, vel fecerunt, & facta venditio non valebit, & de facultatibus* (*ſi quas habent proprias*) *indemnem Eccleſiam reddant, & communione priuentur.* Et canone 26. qui & allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſtione 2. capite Si quis. *Si quis de clericis documenta, quibus Eccleſiæ poſſeſſio firmatur, aut ſupprimere, aut negare, aut aduerſarijs fortaſſe tradere damnabili & punienda obſtinatione præſumpſerit, quidquid per abſentiam documētorum damnis Eccleſiæ illatum eſt, de proprijs facultatibus reddat,*

Concilium Ancyranum celebratum anno 308.

Concilium Valentinum Galliæ 1. ſub Damaſo

Conciliū Carthaginenſe 4 huic Auguſtinus interfuit.

Concilium Carthaginenſe 5. ſub Anaſtaſio 2.

Concilium Agathenſe gallicè Agode.

& com

& communione priuetur. Hi etiam, qui in damno Eccleſiæ impiè ſolicitati, à traditoribus aliquid acceperint, ſuperiori ſententia teneantur. Idem canone 45. & allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſtione 2. capite Terrulas. *Terrulas aut vineolas exiguas, & Eccleſiæ minùs vtiles, aut longè poſitas, Epiſcopus ſine conſilio fratrum (ſi neceſſitas fuerit) diſtrahendi non habeat facultatem.* Idem & canone 49. & allegat Gratianus cauſa 12. quæſtione 2. capite Diaconi. *Diacones vel preſbyteri in parochia conſtituti, de rebus ſibi creditis nil audeant commutare, vendere, vel donare, quia res ſacrata Deo eſſe noſcuntur. Similiter & ſacerdotes, nihil de rebus Eccleſiæ ſibi commiſſæ (vt ſuperiùs comprehenſum eſt) alienare præſumant. Quod ſi fecerint, conuicti in Concilio, & ab honore depoſiti, de ſuo aliud tantùm reſtituãt, quantùm viſi ſunt præſumpſiſſe. Sanè ſi quis pro qualibet conditione, de rebus Eccleſiæ aliquid alienare præſumpſerit, ſi de ſuo proprio tantum Eccleſiæ contulerit, quantum viſus eſt abſtuliſſe, tunc demùm illud ſtare licebit.* Idem canone 53. & allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſtio. 2. cap. Quidquid. *Quidquid parochiarum preſbyter de Eccleſiaſtici iuris poſſeſſione diſtraxerit, inane habeatur, & vacuum vendicatione comparantis, & actione vendentis.* Et cano. 54. & allegatur ibidem cap. Presbyter. *Presbyter dum diœceſim tenet, de his quæ emerit ad Eccleſiæ nomen, ſcripturam faciat, aut ab eius (quam tenet) Eccleſiæ ordinatione diſcedat.* Et cano. 59. & allegatur à Gratiano cauſa 16. quæſtione 3. cap. Clerici. *Clerici quilibet, quantacunque diuturnitate temporis de Eccleſiæ remuneratione aliqua poſſederint, in ius proprium præſcriptione temporis non vocentur, dummodo pateat Eccleſiæ rem fuiſſe, ne videantur etiam Epiſcopi adminiſtrationes prolixas, aut precationes, cum ordinati ſunt, facere debuiſſe, aut diu retẽtas facultates, in ius proprietatis ſuæ poſſe tranſcribere.* Idem omninò, & ſub ſimili forma verborum Concilium EPAVNENSE ſub Sigiſmũdo Rege, cui inter ſuis beatiſſimus Claudius Archiepiſcopus Biſuntinenſis, cuius nos dum adhuc nouitiali tyrocinio detineremur, vitam heroicis verſibus conſcripſimus, & quinque libris abſoluimus. Concilium igitur illud, hoc renouat canone 14. Idem priùs præfatum Concilium Agathẽſe canone 48. ſtatuerat, vt allegatur à Gratiano cauſa 2. quæſt. 1. Epiſcopi. Iterum etiam repetit MARTINVS BRACARENSIS capite 15. qui iterum allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſt. 1. cap. Manifeſtæ. *Statuimus (ait) vt de rebus Epiſcopi proprijs, vel acquiſitis, vel quidquid Epiſcopus de ſuo proprio habet, heredibus ſuis ſi voluerit derelinquat: quidquid verò de prouiſione Eccleſiæ ſuæ fuerit, ſiue de agris, ſiue de frugibus, ſiue de oblationibus, omnia iure Eccleſiæ reſeruare cenſuimus.* Vide in vocabulo Teſtamentum. Eadem & Concilium HISPALENSE I. cap. 2. Vide teſtamentum, &c. Idem & Concilium PARISIENSE III. libro 1. cap. 16. vt alibi docebimus. Portò SYMMACHVS I. epiſtola 1. ad Cæſarium, cap. 1. vt allegatur à Gratiano cauſa 16. quæſt. 1. capite Poſſeſſiones. *Poſſeſſiones quas vnuſquiſque Eccleſiæ proprio dedit, aut reliquit arbitrio, alienari quibuſlibet titulis, atque diſtractionibus, vel ſub quocunque argumento non patimur, niſi forſan aut clericis honorum meritorum, aut monaſterijs religionis intuitu, aut certe peregrinis ſi neceſſitas largiri ſuaſerit: ſic tamen vt hæc ipſa non perpetuò, ſed temporaliter perfruantur.* (vt ſuperioribus diſtinctionibus dicebamus.) Idem de ſummo Pontifice, ne res Eccleſiæ poſſit alienare, ſtatuitur in Concilio ROMANO III. ſub eodem Sym-

Hoc & ſuperiores ex Valentino concilio iam dictum eſt.

Concilium Agathenſe.

Concilium Epaunenſe ſub Gelaſio 1.

S. Claudij Biſontinenſis vita ab authore deſcripta.

Martinus Bracarenſis.

Concilium Hiſpalenſe 1.

Concilium Pariſienſe 3.

Symmachus.

Monaſterijs licitè facultates Eccleſiæ dantur.

Papa non poteſt facultates Eccleſiæ alienare.

Cõcilium ſub Symmacho Romanum 3.

A macho I. capite 4. & allegat Gratianus cauſa 12. quæſtione 2. capite Non liceat. *Manſuro (ait) cum Dei noſtri conſideratione decreto, ſancimus, vt nulli Apoſtolicæ ſedis Præſuli, à præſenti die (donec diſponente Domino Catholicæ fidei manſerit doctrina ſalutaris) liceat prædium ruſticum, quantacunque fuerit vel magnitudinis, vel exiguitatis, ſub perpetua alienatione, vel commutatione ad cuiuſlibet iura transferre. Nec cuiuſquam excuſentur neceſſitatis obtentu, quippe cum non ſit perſonale, quod loquimur, nec aliquis clericorum, vel laicorum ſub hac occaſione accepta teneatur. Sed nec in vſu fructuario iure aliquibus dare liceat, nec data retinere, præter clericos, & captiuos, atque peregrinos: ne malæ tractationis miniſtretur occaſio, cùm liberalitati illi alia itinera reſeruentur.* B Et capite ſexto, idem de Cardinalibus & Presbyteris loquitur ſub his verbis, quæ allegat etiam Gratianus cauſa 17. quæſtione 4. capite Quicunque. *Pari etiam (ait) Eccleſiarum per omnes Romanæ ciuitatis titulos, qui ſunt preſbyteri, vel quicunque fuerint, aſtringi volumus lege cuſtodes: quia nefas dictu eſt, obligatione qua ſe per charitatem Chriſti conuertit ſummus Pontifex, ea hominem ſecundi in Eccleſia ordinis non teneri. Quicunque tamen oblitus Dei, & decreti huius immemor, cuius Romanæ ciuitatis ſacerdotes volumus religioſis nexibus deuinciri, in conſtitutum præſens commiſerit, quidquam de iure titulorum vel Eccleſiæ ſuperius præfata, quolibet modo, præter aurum, argentum, vel gemmas, veſtes quoque, ſi C ſunt, vel ſi acceſſerint aliqua mobilia, adornamenta diuina minime pertinentia, perpetuò iure, exceptis duntaxat domibus, alienare tentauerit: donator, alienator, & venditor, honoris ſui amiſſione mulctetur.* De domibus autem Eccleſiæ in vrbe conſtitutis, ſic idem Concilium canone 5. conſequenter ſtatuit: *Sanè tantùm domus in quibuſlibet vrbibus conſtitutæ, quorum ſtatum neceſſe eſt expenſa, non modica ſuſtentari, accepta (ſi offerri contigerit) ſub iuſta exiſtimatione redditibus & diuini timore iudicij commutentur.* Idem cano. 7. anathemate ferit eos, qui res Eccleſiaſticas petierint alienari aut vendi, aut ſubſcripſerint alienatoribus, vel qui ipſas emerint, niſi celeri reſtitutione ſatisfaciant. Idem Concilium 8. de horum contemptoribus conſtitutionum. D *Quòd ſi minore animæ ſuæ cura, quiſquam remedium oblatum forte neglexerit, ſupra ea pœnarum genera, quæ ſuperiùs tenentur aſcripta, (contra fas, ſi quod conceptum fuerit documentum viribus, quamuis ab initio nullas habuerit, efficietur. Sed etiam liceat quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticis vocem contradictionis afferre, & Eccleſiaſtica authoritate fulciri, ita vt cum fructibus poſſit alienata repoſcere: nec aliquo ſe ante tribunal Chriſti obſtaculo muniat, qui à religioſis animabus ad ſubſtantiam pauperum derelicta, contra fas ſine aliqua pietatis conſideratione diſpergit.* Hinc damnatus eſt Seuerus Antiochenus Epiſcopus hereticus, & alij complices, in Concilio gene- E rali V. CONSTANTINOPOLITANO II. ſub Iuſtiniano Principe, eò quòd facultates Eccleſiæ diſtraxiſſet, & alienaſſet, & vendidiſſet. Vide vocabulo Hæreticus, &c. Porrò, præfata Symmachi, ſeu Concilij ſub eo celebrati, decreta allegant Patres Concilij PARISIENSIS III. libro 1. capite 17. & ea confirmant, canonica cenſura decernentes, vt res Eccleſiæ, niſi ob nimias neceſſitates, nemo diſtrahat: & volunt vt per omnia forma teneatur in his vendendis. Illa etiam Symmachi Decreta proferunt Patres CONCILII BASILIENSIS generalis ſeſſione 27. dum tractant de non alienanda ciuitate Aueuro-

Nec Cardinales poſſunt alienare bona Eccleſiæ.

Concilium Romanũ 5. ſub Symmacho 1.

Concilium Pariſienſe 3. ſub Lothario & Lodouico Auguſtis.

Concilium Baſilienſe generale.

nenſi, quam recipiunt in Saluigardiam Concilijs & prohibét ne fiat alienatio terrarum & poſſeſſionum, quæ dicatæ ſunt Romanæ Eccleſiæ in ſuſtentationem Romani Pontificis & miniſtrorum eius,& locorum præſertim illorum,in quibus neceſſitatis tempore liberè valeat Romanus Pontifex cum ſua curia commorari. Sed vt ad ordinem redeam, Decretis ſuprà ſcriptis,de non alienandis

Concilium Aurelianenſe 3. facultatibus Eccleſiarum,ſubſcripſit & Cōcilium AVRELIANENSE III.ſub Vigilio I.canone 12.prohibens ne per vllos contractus res Eccleſiaſticæ alienentur,aut inutiliter liceat obligare. *Ea etiam* (ait) *quæ de rebus Eccleſiaſticis ab anteceſſoribus alienata,vel quibuſcunque inſtrumentis inutiliter in diſpendium Eccleſiæ obligata noſcūtur,& intra tricennaria tempora repetitio ſuppetit,quæ acta ſunt,ſuffragante iuſtitia per publicum aut electorum iudicium reuocentur. Quod ſi is qui rem Eccleſiaſticam tenet, admonitus iudicium declinauerit quouſque aut ad diſcuſſionem veniat, aut rem reſtituat Eccleſiaſticam, communione priuetur.* Idem canone 23. allegatúrque à Gratiano cauſa 12.quæſt.2.cap.Abbatibus. *Abbatibus,presbyteris, cæteriſque miniſtris de rebus Eccleſiaſticis vel ſacro miniſterio alienare vel obligare, abſque permiſſione & ſubſcriptione Epiſcopi ſui,non liceat: quod qui præſumpſerit,degradetur, communione conceſſa: & quod temerè præſumptum,aut alienatum eſt,ordinatione Epiſcopi reuocetur.* Concilium A-

Concilium Aurelianenſe 4. RELIANENSE IV.ſub Pelagio I.canone 9.ſic Statuit: *Epiſcopus, qui de facultate propria Eccleſiæ nihil relinquit,de Eccleſiæ facultate ſi quid aliter,quam canones eloquuntur,obligauerit,vendiderit,aut diſtraxerit,ad Eccleſiam reuocetur.* Vide idem & canone 11. infrà, Monaſteriorum facultates non alienandæ,&c.Idem etiam & canone 36.prohibet,ne liberti res Eccleſiæ audeant vendere aut alienare. Vide Libertus, &c. & ex Concilio Toletano 9.

Idem 5. Concilium Toletanum 4. cap.16. Porrò eadem decreta confirmat Concilium AVRELIANENSE V. capite 31. & TOLETANVM IV. canone. 66. ſed ſub alio ſenſu.

Idem 3. vide ſuperiùs, Decimæ, & Exactio,&c. Porrò Concilium TOLETANVM III.ſub Pelagio II. canone 3. *Hæc ſancta Synodus* (ait) *nulli Epiſcoporum licentiam tribuit res alienare Eccleſiæ,quoniam & antiquioribus Canonibus hoc prohibetur: ſi quid verò, quod vtilitatem non grauet Eccleſiæ,pro ſuffragio Monachorum,vel Eccleſiarum ad ſuam parochiam pertinentium dederint, ■mum maneat. Peregrinorum,vel clericorum,& egenorum neceſſitati,ſaluo iure Eccleſiæ, præſtare, permittuntur pro tempore,quæ potuerint.* Vide ſuperioribus hoc diſtinctionibus approbatum

Gregorius 1. ex Concilio Toletano 9. cano.3.& reliquis multis.Porrò ea omnia confirmat GREGORIVS I. libro 4 Regiſtri,epiſtola 12.ad Gaudentium Epiſcopum Nolanum, iniungens ei viſitationem Ca-

Canon Apoſtolorum. Concilium Nicenum 2.generale 7 ſub Adriano I. puanæ Eccleſiæ: & allegatur à Gratiano diſtinct. 16.parte 1.cap.Quoniam. Hinc etiam magnum & vniuerſale Concilium NICENVM II. generale VII. canone 12.allegat canonem 39.Apoſtolorum, quem citauimus aliàs. *Si quis Epiſcopus, vel monaſterij præfectus* (aiunt) *inuentus fuerit ex Epiſcopatu vel monaſterij agris, in principis alicuius, aut magiſtratus manus alienare,vel alteri perſonæ tradere,nullius ſit momenti traditio,vt ſanctorum Apoſto-*

Vide quantum tribuat canonibus Apoſtolorum hoc generale concilium. *lorum vult canon,qui dicit: Omnium rerum Eccleſiaſticarum Epiſcopus curam gerat.* (hūc citauimus ſuprà,Epiſcopus,&c.) *& ea adminiſtret tanquam Deo intuente Ne liceat autem quicquam ex eis ſibi vendicare,vel proprijs cognatis,quæ Dei ſunt,elargiri. Si ſint autem pauperes,vt pauperibus ſuppeditet, ſed non eorum prætextu res Eccleſiæ venundet. Sin autem detrimentum afferre cauſetur,nec quicquam ex agro emolumenti percipi,ne ſic quidem magiſtratibus,aut Principibus qui ſunt in eo loco venundet prædium, ſed clericis vel agricolis. Sin autem aliqua improba calliditate vtantur, & ab agricola vel clerico agrum præſes vel magiſtratus emerit,ſic quoque nullius ſit momenti venditio, & Epiſcopatui vel monaſterio reſtituatur. Porrò Epiſcopus vel monaſterij præfectus, qui hoc fecerint exturbentur, Epiſcopus ab Epiſcopatu. Monaſterij verò præfectus à monaſterio vt qui malè diſſipent, quæ non congregauere.* Idem omninò Concilium

Concilium Moguntinum 1. Idem 2. MOGVNTINVM I.ſub Carolo Magno,canone 8.& MOGVNTINVM II.ſub Rabano Mauro Archiepiſcopo,cap 7.vbi etiam laicis præcipitur, vt in his diſpenſandis & miniſtrandis auxiliares

Cōcilium Meldenſe 1.ſub Carolo Iuniore 4. manus Epiſcopis tribuant, ſi neceſſe eſt. Idem præterea ſtatuit Concilium MELDENSE can. 23.vbi præcipitur, vt commutationes rerum Eccleſiaſticarum valdè caueantur, & ſubtiliſſimè, ſi aliquo modo fieri debent,inſpiciantur: quæ autem inconſultè ſunt factæ, iuxta decretum cano-

Hilarius. nicum Papæ HILARII I. corriguntur qui ait: *Quæ illicitè deceſſor Epiſcopus admiſerit, vel ab alijs illicitè commiſſa ſunt,ab eo qui ſucceſſor eſt emendetur.* Vide in vocabulo Precariæ,&c. Prædictas com-

Cōcilium Sueſſionenſe ad Medardum [illegible] Valentinum Galliæ, anno 855. mutationes etiam vetat Concilium SVESSIONENSE I.apud S.Medardum, cap.9. & Concilium VALENTINVM GALLIÆ III.ſub Lothario Imperatore, canonibus 20.& 21. *De commutationibus rerum Eccleſiaſticarum* (ait) *diligentiſſima adhibeatur cura,vt vel iuxta interdictum, & obteſtationē ſacrorū canonum nullatenus fiāt, vel certè fraudulentia quorundā in hac re ita coerceatur,& amputetur vt Eccleſia Dei ſuis prædijs & facultatibus tā impudenter & dolenter minimè ſpolietur. Quia cū ipſæ res Eccleſiarū à pijs & fidelibus Deo oblata,iuxta antiquorū Patrum ſententiam* vt ſuperiùs multoties meminimus) *nihil ſint aliud,niſi vota fidelium,pauperum patrimonium,redemptio peccatorum,ſi eas fideliter & integrè Eccleſiaſticis vſibus non defendimus,& in eos qui obtulerunt,& in Deum,cui oblata ſunt,grauiſſimo nos reatu implicamus,&c.* Cōcilium genera-

Concilium Cōſtantinopolitanum 4 generale. le VIII. CONSTANTINOPOLITANVM IV. ſub Baſilio imper.& Adriano II.Patrum 373.can. 15.& allegat Gratianus cauſa 12.q.2.cap.Apoſtolicos. *Decernimus* (ait) *vt Epiſcopis vendere, vel vtcunq; alienare vaſa,vel veſtes ſanctas,& alias ruſticas poſſeſſiones venundare non liceat,ne propter hoc Eccleſiaſticis redditus lædantur,quos ad propriam vtilitatem, & ob eſcam pauperum & peregrinorum ſuſtentationē eſſe definimus: nec etiam per Emphiteoſim ſalaria Eccleſiarū tribuere poſſint,excepta cauſa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet in redemptionem captiuorum.*

Emphiteoſis prohibetur. Idem can.20.ſubdit: *Poſſeſſiones antè in Emphyteoſim datas ab Eccleſia,non liceat Emphiteota ſpoliare prætextu non ſeruati pacti:verùm ſi per tres annos continuos penſionem non ſoluerit, liceat tunc Eccleſiæ vindicare ſuas poſſeſſiones,dūmodò fiat ordine iudiciali coram competente iudice. Qui ſecus fecerit,cogetur ad reſtitutionem in integrum:quod ſi noluerit parere,deponitur.* Porrò de nō alienādis rebus Eccleſiæ multa

Alexander 3. ſunt decreta ALEXANDRI III. quæ allegat in Decret.Gregorius IX.& reperiuntur par.29.Cōcilij Lateranenſis,quod idem Alexāder celebrauit, c.1.3.4.5 & reliq.Et in his locis res Eccleſiæ pignoratas ſeu alienatas iubet recolligi,& Eccleſiæ reſtitui,& idē de facultatib⁹ monaſteriorū ſtatuit.vide Monaſteriorū facultates,&c.Tū c.7.eiuſdē partis decreuit,dicens: *De poſſeſſionibus laicis ſub modico*

cenſu

cenſu … ſis ſi læſa eſt Eccleſia, & appareat detrimentum ipſius … um eius conditionem deteriorem facere non licuerit … & Eccleſia iure minorum ſemper debeat illæſa conſeruari, quæ in damnum ipſius conſtiterit, ad ius ipſius, proprietatémque redire conuenit. Prouidendum eſt tamen, ne ſi fortè colonus poſſeſſiones illas ex penſis ac ſuo labore fecit meliores ſumptibus quos bono animo fecerit, debeat defraudari. Tum capite 9. eiuſdem partis. Idem Alexander ſtatuit, de facultatibus Eccleſiæ loquens vt Eccleſiæ debita perſoluantur, ita vt ſi forſan Epiſcopus moreretur ante debiti ſolutionem, qui ei ſuccedit teneatur perſoluere.

Valde notandum.

Concilium Oxonienſe in Anglia ſub Innocentio 3.

Porrò Concilium OXONIENSE in Anglia, canone 28. prohibet, ne Prælati quilibet, Epiſcopi, Abbates, &c. vel cæteri clerici audeant Eccleſiaſtica beneficia, & reddi tus, conſanguineis & & amicis vendere, aut impignorare, ſeu infeudare de nouo, aut quolibet alio modo alienare, niſi forma canonis obſeruata. Si aliter factum ſit, viribus carere decernit, & præſumptores corrigi arctiter iubet, & ſine damno facultates reuocare, & qui retinere voluerit excommunicationis ſententia percelli, donec ea reſtituat nullatenus abſoluendus. Et cano. 29 expreſsè eiſdem prælatis prohibet, ne de facultatibus Eccleſiæ in laico feudo repoſitis ædificia conſtruantur, aut emantur, quia pauperum patrimonium ſunt: nec in laico feudo reponantur, aut penſiones laicales ex eis emātur, & aliter præſumentes ſimiliter excōmunicationi ſubdit.

Concilium Viennenſe generale

Concilium Conſtantienſe generale.

Hæc omnia repetūtur in Concilio VIANNENSI ſub Clemente V. & habes in Clementinis titulo 4 de rebus Eccleſię non alienandis. Denique Concilium CONSTANTIENSE generale, ſeſſione 19. quæ tamen ad calcem Concilij ponitur, vetat omnem alienationem, permutationem, donationem, & conceſſionem, & cætera huiuſmodi, cum detrimento vel læſione Eccleſiarum, Monaſteriorum, Menſarum, Capitulorum, Conuentuum, locorum, & reuocat quæ hactenus data fuerant priuilegia ſuper eiſdem ab Apoſtolica ſede. Non conceditur etiam vt facultates prædictæ dentur in feudum, vicariatum, Emphyteoſim: regnis, prouincijs, ciuitatibus, terris, caſtris, villis, &c. nec conceditur dare venditioni, aut eas alienare, priuilegijs quibuſcunq; excluſis ſub anathematis interminatione. Poſſunt autem locari vſque ad tempus nouem annorum, vel abinde infrà, & non vltrà, cùm præſtatione cenſus ſolliciti ſiue rationabilis, & hoc cum euidenti Eccleſiæ vtilitate: aliàs nullo modo impignorari, locari, donari conceduntur, vt latiùs exponunt Patres Concilij BASILEENSIS actione 8. ad calcem, vbi tractant, quòd Papa non poſſit imponere nouas gabellas in terris Romanæ Eccleſiæ, nec alienare terras Eccleſiæ.

Concilium Baſileenſe ſeſſione 8.

Paulus 2.

Idem repetit PAVLVS II. Papa, natione Venetus, in extrauagant, quæ incipit: Ambitioſæ cupiditati, vbi omnia ſuperiora confirmat & ratificat: quæ ideò ſilemus, ne diutiùs varietate lectionis lectoris animū oneremus.

Leo 10.

Concilium Tridentinum generale nouiſſimum.

Eadem quoque renouat LEO X. ſeſſione 10. Concilij Lateranenſis quod celebrauit, & Concilium TRIDENTINVM generale, ſeſſione 22. quæ fuit 6. ſub Pio IV. canone vltimo decreti reformationis, & ſic exorditur: *Si quem clericorum aut laicorum quacunque is dignitate, etiam imperiali aut regali præfulgeat, in tantum malorum omnium radix cupiditas occupauerit, vt alicuius … leſiæ, ſeu cuiuſuis ſecularis, aut regularis beneficii iuriſdictiones, bona, cenſus, ac … feudalia, … Emphyteotica, fructus, emolumenta, ſeu quaſcunque obuentiones, quæ in miniſtrorum ac pauperum neceſſitates conuerti debent, per ſe, vel per alios, vi, vel timore incuſſo, ſeu etiam per ſuppoſitas perſonas clericorum aut laicorum, ſeu quacunque arte, aut quocunque quæſito colore in proprios vſus conuertere, illoſque vſurpare præſumpſerit, ſeu impedire, ne ab his ad quos iure pertinent percipiantur, is anathemati tandiu ſubiaceat, quandiu omnia prædicta reſtituerit integre, ac deinde a Romano Pontifice abſolutionem obtinuerit. Quod ſi eiuſdem Eccleſiæ patronus fuerit, etiam iure patronatus vltra prædictas pœnas eo ipſo priuatus exiſtat. Clericus verò, qui nefandæ fraudis & vſurpationis huiuſmodi fabricator, ſeu conſentiens fuerit, eiſdem pœnis ſubiaceat, nec non quibuſcunque beneficijs priuatus ſit, & ad quæcunque alia beneficia inhabilis efficiatur, & à ſuorum ordinum executione, etiam poſt integram ſatisfactionem, & abſolutionem, arbitrio ſui ordinarij ſuſpendatur, &c.* Vide ea quæ ſuperiùs iam dicta ſunt, & reſiduum quod ſequitur, & lege adhuc multa infrà, Præcariæ, &c.

Concilium Carthaginenſe 3. cui ſubſcripſit Auguſtinus.

Multò in hoc … nec in pœnâ.

Facultates quas Clerici in officio acquiſierint, Eccleſijs remaneant.] Concilium CARTHAGINENSE III. canone 49. & allegatur à Gratiano, cauſa 12. quæſt. 3. cap. Placuit. *Placuit vt Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, vel quicunque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore Epiſcopatus, vel clericatus ſui, agros vel quæcunque prædia nomine ſuo comparant, tanquam rerum Dominicarum inuaſionis crimine teneantur obnoxij, niſi admoniti Eccleſiæ ea ipſa contulerint. … autem ipſis aliquid liberalitate alicuius, vel ſucceſſione cognationis obuenerit, faciant inde quod … eorum propoſito congruit.* Vide in vocabulo Teſtamentum, &c. *quod ſi à ſuo propoſito retrorſum exorbitauerint, honore Eccleſiaſtico indigni tanquam reprobi iudicentur.* Contra hoc decretum arguitur feciſſe Ibas Edeſſenus Epiſcopus, & nepos eius Daniel in Concilio CHALCEDONENSI actione 10. vt in ſuperioribus diſtinctionibus annotauimus. Vide & in prædicto vocabulo, ſcilicet Teſtamentum an Eccleſiaſtici cōdere valeant.

Concilium Chalcedonenſ. generale 4

Concilium Moguntinū 2. Concilium Epaunenſe ſub Sigiſmundo rege.

Porrò præfatum Carthaginenſe decretum allegat & renouat Concilium MOGVNTINVM II. Præſide Romano, canone 8. & Concilium EPAVNENSE ſub Gelaſio I. canone 14. *Quiſquis* (ait) *clericus aliquid de munificentia Eccleſiæ, cui ſeruierit adeptus, & ad ſummum ſacerdotium alterius ciuitatis eſt, aut fuerit ordinatus, quod domo accipit vel acceperit reddat, & quod ſuum eſt ex proprietate, vel ſecundum inſtrumenti ſeriem probatur emiſſe, poſſideat.* Idem & de Epiſcopis ſtatuit Concilium HISPALENSE I. cap. 2. ſuorum decretorum, & Concilium PARISIENSE III. libro 1. cap. 16.

Concilium Hiſpalenſe 1. Concilium Pariſienſe 3 Concilium Toletanum 9.

Hinc concilium TOLETANVM IX. canone 4. qui allegatur à Gratiano cauſa 12. q. 4. capite Sacerdotes. *Sacerdotes* ait *vel quicunque illi ſunt, quibus Eccleſiaſticarum rerum cura commiſſa eſt, quæcunque adminiſtrationis ſuæ tempore emerint, ſi de rebus proprijs vel vile vel carum habuerint, ad Eccleſiæ nomen cui præſunt chartarum inſtrumenta conficere procurent. Non enim conuenit vt Eccleſia, quæ ſuſcepit extremum, efficiat in alieno diuitem, & in ſuo retineat fraudatorem. Hi verò qui ſuarum rerum noſcuntur habere compendium ex omni re, quam poſt ordinationis ſuæ diem viſi ſunt acquiſiſſe, ſiue nulla, ſiue aliqua ſint inſtrumenta confecta, cōpenſata tam iuris ſui, quàm Eccleſiaſticarum rerum habitudine, ſi ſi vtriuſque rei quantitas exæquauerit, inter Eccleſiam & decedentis heredes, æquo iure conquiſito pertinebit: ſi autem qualibet pars maiori cumulo ſui iuris excreuerit … maiorem portionem etiam in diuiſione percipiet. Quicunque verò de prædictis ſacerdotibus* (hoc allegat

Nota hæc.

A Gratianus cauſa 12. quæſt. 3. capite Quicunque) *vel miniſtris pro ſui vtilitate, atque amicitia, vel præſtatione, aut quocunque modo, aut per Scripturæ ſeriem aliquid meruerit a quolibet percipere, in rebus Eccleſiaſticis non poterit numerari: ſed quod exinde voluerint facere, in ipſorum voluntatis arbitrio ſubiacebit. Quod ſi hoc poſt eorum mortem inordinatum fortaſſe remanſerit, Eccleſia hoc ſibi, cui præfuit, vel miniſter extiterit, in perpetuum vindicabit.* Quòd autem propinqui morientis Epiſcopi, abſque Metropolitani cognitione, de rebus eius nihil vſurpare præſumant, ſubinfert cap 7. vide ſuperiùs poſitum vocabulo, Epiſcoporum exequiæ, &c. & Teſtamentum, &c.

B Facultates ſine ſcripto Eccleſijs relictæ, an poſteà poſſint repeti.] Iam in ſuperioribus diſtinctionibus multa ad hanc propoſitionem probandam valida poſuimus, verumtamen quæ reſtant ſubiungenda ſunt. Sic ergò Concilium AVRELIANENSE IV. canone 19. *Quæcunque pro deuotione ſua oblationis ſtudio, aliquid in capellis vel in vineolis, etiam abſque Scriptura probatur Eccleſia contuliſſe, ſi poſtmodum vel ipſe, vel heredes eius, quacunque occaſione, auferre a iure hoc Eccleſia, vel alienare voluerint, quoad vſque & tali intentione diſcedant, aut peruaſa reſtituant, a communione Eccleſiaſtica ſuſpendantur.* Idem & poſteà Concilium AVRELIANENSE V. canone 16. & Concilium

Concilium Aurelianenſe 4. ſub Pelagio 1.

Concilium Aurelianenſe 5.

Concilium Turonenſe 3.

Concilium Toletanum 4.

C TVRONENSE III. ſub Carolo Magno, canone 51. Veruntamen Concilium TOLETANVM IV. canone 37. & allegatur à Gratiano cauſa 16. quæſtio 7. ſtatuit vt ſi egeni fuerint fundatores, de facultatibus Eccleſiæ eis ſubueniatur. Vide ſuprà, Baſilicarum fundatores, &c &. Pauper, ſcilicet pauperibus ſubueniendum de rebus Eccleſiæ, &c. Idem ſtatuit & TOLETANVM VI. cap. 15. *Statuimus (ait) vt quæcunque res Eccleſiæ Dei, a principibus iuſtè conceſſa ſunt, vel fuerint, vel cuiuſlibet alterius perſona illis non iniuſte collata ſunt, vel extiterint, ita in earum iure perſiſtere firma ſtabilitate iubemus, vt euelli quacunque cauſa vel tempore nullatenus poſſint. Opportunum eſt enim, vt ſicut fidelia hominum ſeruitia non exiſtere cenſuimus ingrata, ita*

Concilium Toletanum 6.

D *Eccleſijs collata, quæ propriè ſunt pauperum alimenta, earum in iure pro mercede offerentium maneant inconuulſa.* Vide Baſilica, &c.

Facultates non vi eripiendæ, vt Eccleſijs donentur, nec ideò debent filij exheredari.] Vide ſuperius vocabulo, exhæredano, ex Auguſtino qui hoc expreſsè prohibet. Verùm quia non eſt expediens illud iterum repetere, quod ſequitur annectam: Hoc quippè GREGORIVS I. prohibet libro 2. Regiſtri. epiſtola 82. ad Boniſacium Epiſcopum Regitanum, lege. Porrò etiam ſuo tempore erant qui titulos fiſcali more pro iure Eccleſiæ, prædijs vrbanis & ruſticis imprime-

Gregorius 1.

E bant, & ſic ſine iudicio & æquitate, quod pauperum erat vel aliorum, Eccleſiæ competere manibus, defenſabatur. Hoc idem in ROMANO Concilio, quod celebrauit cap. 3. expreſsè prohibuit fieri, & hinc quæ hoc præſumpſerint anathema dicit, atque ei qui Eccleſiæ præeſt, ſi hoc factũ ſua præceptione, digna punire animaduerſione neglexerit. Legitur & in Concilio CABILONENSI II. cap. 6. quod quidam hominibus perſuadebant, vt abrenunciantes ſeculo res ſuas Eccleſiæ conferrent, auaritiæ intuitu: *Quod* (aiunt Patres) *ab omnium mentibus eradicandum eſt. Animarum enim ſalutem inquirere ſacerdos, non lucra terrena debet: quoniam fideles ad res ſacras dandas non*

Concilium Romanũ ſub Gregorio 1.

Concilium Cabilonenſe 2.

A *ſunt cogendi, nec circumueniendi. Oblatio enim ſpontanea eſſe debet, iuxta illud quod ait Scriptura: Voluntariè ſacrificabo tibi. Et illud: Omnis populus mente deuota obtulerunt donaria Domino. Eccleſia verò ſancta non ſolum fideles ſpoliare non debet, quin potius inopibus ferre opem, vt debiles, pauperes, vidua, orphani & cæteri neceſſitatem patientes, a ſancta Eccleſia, vt puta a pia matre & omnium gubernatrice ſubſidium accipiant: quia res Eccleſiæ quibus Epiſcopi non vt proprijs, ſed vt commendatis vti debent, precia ſunt peccatorum, patrimonia pauperum, ſtipendia fratrum in communi viuentium.* Et canone 7. ſubditur: *Conſtituit ſacer iſte conuentus, vt Epiſcopi ſiue Abbates, qui non in fructum animarum, ſed in auaritiam & tur-*

B *pe lucrum inhiantes, quoſlibet homines illectos circumueniendo totonderunt,* (vide & Monachus) *& res eorum tali perſuaſione non ſolum acceperunt, ſed potiùs ſubripuerunt, pœnitentia canonica ſiue regulari, vt putà turpis lucri ſectatores, ſubiaceant. Res autem huiuſmodi heredibus reddantur. Hi autem qui tonſi ſunt, perſeuerare cogantur. Si autem Epiſcopi, aut Abbates hoc ignorauerint, ſed clerici perpetrauerint, hi rapacitate & auaritia illa deſidia iudicentur. Hoc verò quod quiſque Deo iuſtè & rationabiliter de rebus ſuis offert firmiter Eccleſia tenere debet.* Vide ſuperioribus diſtinctionibus, & ſuprà, Clerici non fiant inuiti, & infrà, Monachus nullus fiat inuitus, & Pauper, &c.

C FAMES.

Famis horribilis & ingentis.] Sæpiùs liber Geneſis, & Regum hiſtoria, & IOSEPHVS IVDÆVS libro 8 Antiquitatum Iudaicarum, capite 7. meminit, & etiam libro 9. cap. 2. & libro 15. cap. 12. de fame ingenti, quæ in terram Iudæam incubuit ſub Herode. Meminit & EGESIPPVS Apoſtolorum vicinus de excidio Hieroſolymitano, & EVSEBIVS CÆSARIENSIS libro 3. Eccleſiaſticę hiſtorię. capite 6 & innumeris alijs in locis. Præterea & noſter NICEPHORVS CALLISTVS libro 1. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 17. de fame quæ ſub Auguſto horribilis accidit, &

Ioſephus Flauius Iudæus Hiſtoriographus.

Egeſippus Hiſtoriographus.

Euſebius Cæſarienſis.

Nicephorus Calliſtus.

D libro 1. cap. 11. de fame quæ ſub Claudio accidit, & libro 3. cap. 6. de fame tempore obſidionis Hieroſalem, de qua & præfatus IOSEPHVS libro 6. belli Iudaici, capite 5. Scripſit & CORNELIVS TACITVS libro 21. qui de hoc bello ſic loquitur: *Arma* (inquit) *cunctis, qui ferre poſſent, & plures, quàm pro numero, audebãt. Obſtinatio viris fœminiſque par. Ac ſi transferre ſedes cogerentur, maior vitæ metus, quàm mortis, &c.* Porrò idem Nicephorus libro 10. cap 35. crudelem famem deſcribit poſt mortem Iuliani Auguſti accidiſſe, & peſtilentiam: & libro 11. cap 1. famem crudelem in Phrygia deſcribit ſub Valente Imperatore. Idem & libro 15. cap 10. crudeliſſimam famem deſcribit

Cornelius Tacitus.

E ſub Theodoſio Iuniore. Lege obſecro. Sed ANTONIVS SABELLICVS libro 9. Eneadis 3. & libro 3. Enneadis 5. & libro 3. Enneadis 6. de fame inaudita Athenis regnante: & libro 3. Enneadis 7. de fame in Hieroſolymorum obſidione: & lib. 3. Enneadis 8. de fame quę Romę accidit, dum Beliſarius eam obſideret: & iterum lib. 4. Enneadis 8. de eodem Beliſario præfecto Militiæ Iuſtiniani Imperatoris, & libro tertio, Enneadis nonæ, de ingenti fame Romanorum, quæ ſub Henrico Imperatore accidit, Vnde & ſuperiùs PLATINA CREMONENSIS, in vita Conſtantini Papæ huius nominis primi, tempore Iuſtiniani Imperatoris, famis ingentis meminit: &

Antonius Sabellicus.

Platina C…

in vita ſummorum Pontificum Siluerij & Vigilij, durante Gothica obſidione Romanæ vrbis à Vittigine Rege V. Beliſario moderáte ciuitatem nomine & vice Iuſtiniani Imperatoris. Tanta autem tunc fames fuiſſe dicitur, vt DATIVS MEDIOLANENSIS Epiſcopus ſcripto confirmanerit, quod in partibus Liguriæ matres filios comedebant. Hæc autem fames per vniuerſam terram fuiſſe legitur, Deo ita peccata populi vindicáte. Similiter & Totilla Rege Romam obſidéte, Romanæ mulieres iam parabant ſe ad filios enecádos, niſi citò vrbs reddita fuiſſet. Porrò præfatus Platina in vita Bened. I ingétis famis meminit, ita vt præ fame cogerétur Itali ſe vltro tradere Lógobardis: quod vidés Imperator Iuſtinus miſit citiſſimè in Ægyptum, & oneratas fruméto naues mittens Romá, fami & mortalitati ſuccurrit. Eius famis meminit & ipſe BENEDICTVS I. ad calcem vnicæ ſuæ epiſtolæ, de ſumma Trinitate, ad Dauid Epiſcopum. *Fame* (inquit) *nimis affligitur Populus Romanus, qua clade atque alijs anxietatibus vexatus, longam epiſtolam minime ſcribere valui.* Multi alij hiſtoriographi eiuſdem rei meminerunt, & ſpecialiter crudelis famis meminit GVLIELMVS PARADINVS in hiſtoria noſtri temporis: ſed & ego anno Domini 1566. adeò fuiſſe famem crudelem recordor, vt certo ſciam plures fame preſſos, ſe in flumen dediſſe præcipites. Sunt hæc flagella Dei, & non aduertimus, ſed in iniquitatibus tabeſcimus, & nos adhuc multo plura manent, niſi finem vitijs dederimus.

O horribilis fames.

Datius Mediolanensis huius meminit ... & famis Paulus Diaconus libro 7 de geſtis Romanorum in vita Iuſtiniani Magni.

Benedictus I.

Gulielmus Paradinus.

FATVM.

Fato omnia non regi, nec aliquid eſſe fatum.] Iam hoc dum ſuperiùs de Dei prouidentia tractaremus ſufficienter probauimus: attamen paucis etiam hic cenſuimus agendum, vt hæreticorum & Philoſophorum ineptias conuincamus. Refert autem EVSEBIVS CÆSARIENSIS libro 6. de Præparatione Euangelica, cap. Philoſophos & alios fatum, quoddam determinatum diuinitùs appellare & contra eorum errorem & ſententiam toto illo capite doctè arguit, opponens fatum & liberum arbitrium eſſe ex oppoſito contraria, nec poſſe ſimul ſtare. Et capite 5. eiuſdem libri 6. conuincit, quia fatorum neceſſitas Deum expreſſè excluderet, & propterea validis argumentis conuincit quòd fati opinio falſa eſt. Obſecro te Lector lege illa duo capita libri 6. IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 44. in Ioannem, in illud capitis 6. Hæc eſt enim voluntas Patris mei, &c. *Eſt* (inquit) *reſurrectio non longè, ſed in portis adhuc modicum, iam iam veniet, & non tardabit. Et omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, &c. Hæc nos ſingulis diebus noſtris mentibus ſubſcribamus, hæc ſemper animo verſemus, & hoc pacto nulla nos præſentium cura poterit perturbare. nam quæ videntur caduca ſunt. quæ non videntur æterna. Hæc inquam frequenter nobiſcum loquamur, & cum alijs. Reſurrectio eſt, & iudicium, & operum examina. Et quicunque fatum eſſe arbitrantur, hoc dicant, & mox huius morbi tabe curabũtur. Nam ſi reſurrectio eſt & iudicium, non eſt fatum, quamuis plurimi id contendant, &c.* Idem & ſermone 1. de fato, & 2. nihil aliud probat quàm fati neceſſitatem non eſſe. *Sunt* (inquit) *nonnulli qui Deum maledicunt, & fati inordinationem ac neceſſitatem cum diuina ſapientiæ prouidentia aſtruunt. Hoc morbo ſi laborarent infideles, qui ligna lapideſque colunt,*

Lege & librum Gregorij Niſſeni de Fato, ſunt in ordine 6. & capitibus quinque cõſtat ... Euſebius Cæſarienſis.

Fatum quid.

Ioannes Chryſoſtomus.

Hebr. 10.

2. Corinth. 5.

A *haud mirum eſſet. at non poteſt non eſſe acerbiſſimum, quod illi ipſi, qui ab hoc errore & ſeruitute liberati, qui tantum gratiam aſſecuti vt agnouerint Chriſtum verum illum & re ipſa Deum, ad tempeſtatem & inſaniam illam, quaſi violento fluminis reſ... cogitationibus ſuis retrahuntur.* Vide reliquum ſi placet. Idem & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro de Noë & Arca, cap. 5. & libro 1 de vocatione gétium, cap. 7. lege ſi vacat. EVSEBIVS EMISSENVS homilia 4. de Epiphania & 7. ſanctis infantibus. *Nemo* ait *dicat, inuitus hoc feci, aut fato vrgente peccaui, nemo caſum conditionis ſuæ ignarus accuſet, nemo dominari æſtimet fatum: non poteſt homini præualere delictum, niſi acceſſerit conſentientis*
B *arbitrium. Et ideo ordinatio Dei noſtri cum cætera animantia ad periculum propulſandum feris ſufficienter inſtruxerit atque muniuerit, vel velocitate pedum, vel armis dentium, vel violentia vnguium, vel mole membrorum, hominẽ interiorem contra hoſtem magis intus armauit: intelligentia, ſcilicet vigore, conſilio ſapientiæ, virtute iuſtitiæ, vt precioſior noſtri portio, velut de excelſa turre, ita de ſecreta fidei ſuæ arce tutius repugnaret, & quamlibet forti aduerſario, contra reluctantem animam nihil liceret, &c.* EPIPHANIVS CYPRI libro 1. contra hæreſes, hæreſi 5. contra Stuïcos, qui fati neceſſitatem ponebant, diſſerit. *Fatum* (inquit) *introducis, velut ex ipſo fiant ea quæ hominibus ac alijs accidunt: attamen ex vno dicto ſum-*
C *matim, totum tuum fabulamentum ſubuertetur. Si enim fati eſt ſapientem fieri, prudentem euadere, rationalem generari, ac irrationalem, aliaque omnia, ceſſent leges: dominatur enim fatum adulteris, & alijs. Magis autem pœnam dabunt ſtellæ, quæ neceſſitatem inducunt, ſi coactus quis facit id quod aggreditur. Verum de hic alias amplius dicam, &c.* Idem eodem libro hæreſi 16. contra Phariſæos: *Extrema* (inquit) *ipſorum dementia, ac non vulgaris ſtultitia, quod cum reſurrectionem confiteantur, & iudicium iuſtum decernant, fatum eſſe dicunt. Quomodo enim poteſt iudicium eſſe & fatum? ex duobus enim neceſſarium eſt alterum. Aut ſi generatio eſt non eſſe iudicium, propterea quod qui facit non à ſeipſo facit, ſed ſecundum neceſſitatem Domini ipſius fati: aut ſi iudicium eſt, & reuera nobis*
D *mina intentata ſunt, & leges iudicant, & qui malum fecerunt pœnam dant, & legem iuſtam eſſe confitemur, & iudicium Dei veriſſimum, otioſum eſſe factum & penitus nullam conſtitutionem habere, &c.* Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro quinto, de Ciuitate Dei, capite nono. *Omnia facto fieri non dicimus* (ait) *imo nulla fieri fato dicimus: quoniam fati nomen vbi ſolet à loquentibus poni, id eſt, in conſtitutione ſyderum, qua quiſquis conceptus aut natus eſt, quoniam res ipſa inaniter aſſeritur, nihil valere monſtramus. Ordinem autem cauſarum vbi voluntas Dei plurimum poteſt, neque negamus, neque fati vocabulo nuncupamus, niſi forte vt fatum à fando dictum intelligamus, id eſt, à loquendo: non enim abnuere poſſu-*
E *mus eſſe ſcriptum in literis ſacris: Semel locutus eſt Deus, Duo hæc audiui, quoniam poteſtas Dei eſt, &c. Quod enim dictum eſt, ſemel locutus eſt Deus, intelligitur immobiliter, hoc incommutabiliter, ſicut nouit incommutabiliter omnia quæ futura ſunt, & quæ facturus eſt. Hac itaque ratione poſſemus à fando fatum appellare, niſi hoc nomen iam in alia re ſoleret intelligi, quo corda hominum nolumus inclinari:* Et infrà *voluntates noſtra aliquid per ſe valent, quia valituras atque facturas ille præſciuit, cuius præſcientia falli non poteſt. Quapropter ſi mihi fati nomen alicui rei adhibendum placeret magis dicerem fatum infirmioris, eſſe potioris voluntatem.*

Ambroſius Mediolanenſis.

Euſebius Emiſſenus quẽ mul tũ laudat Hieronymus.

Hoc diligẽter nota.

Epiphanius Cypri.

Idem ſuperius Chryſoſtomus ſumpſit argumentum.

Auguſtinus Hipponenſis.

Fatum à fando.

Vt fatum poſſit alicui rei adhiberi.

qui

Fatū quid Stoicis.

quis eum habet in poteſtate: quam illo cauſarum ordine, quem non vſitato, ſed ſuo more Stoici fatum appellant, arbitrium noſtræ voluntatis auferri. Quod autem voluntas noſtra non ſubiiciatur fato, libro eodem cap. 7. doctiſſimè probat, lib. 2. contra epiſtolas Pelagianorum, cap. 5. & 7. lege ſi vacat

Cyrillus lib. 5. in Euang. Io.

C y r i l l v s A l e x a n d r i n v s lib. 5. in Euangelium Ioannis, cap 5. probat quod Chriſti opera, quinimò quarumuis hominum, fato & diſpoſitioni ſyderum non ſunt ſobiecta: ſed quia prolixum eſt, tantùm quod circa medium dicit miſeramus. *Cæterum* (ait) *quid contendimus Chriſtum ab aſtrorum fatali neceſſitate liberum vindicare, cùm illi minimus quidem hominum ſubiectus ſit, vt eius opera ex libertate voluntatis prodeūtia, à cœlo nō dependeāt? Si enim id dederis nulla laus rectè agentibus debetur, nec præmium, vt qui à cœlo ad benè beatéque viuēdum appellatur: quinimò neque exortationis, neque conſilia adhibenda ſunt quibus rectè viuatur, quandoquidem adigentibus ad bonum aſtris nullo peccato reluctari quis poſſit. Fruſtra igitur regni cœlorum repromiſſio his*

Matth. 19.

ſit qui mandata Dei ſeruauerint. Rurſum praue agentibus nulla debetur vituperatio aut pœna, ſi operationes omnes humanæ ex fato proueniant. Et aliud longè grauius ſequitur incommodum, Deum, ſcilicet, optimum rerum authorem meritò incuſandum & inculpandum eſſe, qui cœlum fecerit omnium malorum cauſam, quæ ab hominibus perpetrantur, &c. Eadem

Iuſtinus Martyr.

& I v s t i n v s M a r t y r apologia pro Chriſtianis ad Senatū Romanum. *Sed neque fato* (ait) *agunt homines, aut patiuntur quicquam, vt apparet, quippe qui voluntaria bona maláque faciunt, niſi quod interdum a malis genijs contra probos viros incitantur vt Socratem, ac ſimiles quos perſequuntur & tradunt in carcerem, &c.* Vide in vocabulo Liberum arbitrium, vbi omnia hæc citabuntur. Idem adhuc repetit & Apologia 2. ad Antoninū Pium. *Pœnas* (inquit) *& præmia pro dignitate operum cuiq; reddi verum eſt, & compertum ex Prophetarum oraculis. alioquin ſi fato regerentur omnia, nihil omnino eſſet relictum in noſtra poteſtate. Nam ſi fatali lege alius bonus eſſet, alius malus, nec laudem ille, nec hic mereretur vituperium, &c.* Vide Liberum arbitrium, vbi hæc

Leo 1.

omnia ritè diſponuntur. Hinc L e o M a g n v s epiſtola 1. ad Turibium Aſturicenſem, cap. 11. arguit Priſcillianiſtas, eò quòd omnia fatis aſcriberent, & fatalibus ſtellis animas hominū & corpora opinabantur aſtringi. *Per quam* (ait) *amentiam neceſſe eſt vt homines paganorum erroribus implicati, & fauentia ſibi* (vt putant) *ſidera colere, & aduerſantia ſtudeant mitigare. Verum iſta ſectantibus nullus in Eccleſia Catholica locus eſt, quoniam qui ſe talibus perſuaſionibus dedit, a Chriſti corpore totus ab-*

Concilium Bracarenſe 1. Martinus Bracarenſis.

ſceſſit. Idem omninò Concilium B r a c a r e n s e I. cap. 10. cuius meminit & M a r t i n v s B r a c a r e n s i s in collectoriis, cap. 71. & allegatur à Gratiano, cauſa 26. q. 5. cap. non liceat. Vide Auguria, &c. Denique ſic definiuit Concilium S e n o n e n s e, decreto 15. tractans de libero arbi-

Concilium Senonēſe ſub Antonio à Prato.

trio contra fati aſſertores elegantiſſimè diſputat, vt ponemus in vocabulo Liberū arbitrium. Porrò de hac materia doctiſſimè diſſeruit T h o m a s

Thomas Aquinas.

A q v i n a s lib. 3. Summæ contra Gentiles, cap. 93. De fato, an ſit, & quid ſit. & parte 1. Summæ, quæſtio. 116. & in Compendio Theologiæ, capite 138. & libro De æternitate mundi, contra murmurantes, &c. Porrò excellentiſſimum compoſuit

Claudius Rapinas Cœleſtinus.

librum noſter C l a v d i v s R a p i n a s Cœleſtinus, olim Meteoſis prior, vir acutiſſimus, de mirabili potentia artis & naturæ, vbi doctiſſimè de hac materia diſputat, librum hunc Orontius Delphinas ſub incudem poſuit. Vide & Liberum arbitrium, & Augur, &c.

F e s t v m.

De diebus feſtis & ſanctorum feſtiuitatibus.] Egimus ſuperiùs in vocabulo Dies feſti, & vocabulo Dominicus, & in alijs multis locis, vbi ſeſe offerebat occaſio loquendi.

F i d e s.

Cyrillus Alexandrinus.

Fides quid ſit & eius præconium.] C y r i l l v s A l e x a n d r i n v s libro vndecimo in Ioannem, capite 15. illud exponens: Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, &c. *Fides* (inquit) *quid aliud eſt quàm vera de Deo cognitio? Per fidem enim cognitio ſit. Teſtatur id Eſaias dicens: Si enim non credetis*

Eſa. 7.

non intelligetis. Quod autem nuda perſpiciendi cognitio inutilis ſit, ſanctorum virorum voces confirmant:

Iacob. 2.

Dicit enim quidam diſcipulorum Domini: Tu credis quia vnus eſt Deus, & probe facis, dæmonia etiam & credunt & horreſcunt. Quid igitur adhuc dicemus, aut quomodo verus hic ſermo Domini erit? ſed verus eſt abſque vlla penitus heſitatione. Cognitio enim vita eſt, quia ipſam myſterij virtutem parturit, & myſticæ benedictionis affert participationem per quam viuo ipſo verbo coniungimur, &c. Quæ autem ſit vera fides, docet E p i p h a n i v s C y p r i lib. 1. con-

Epiphanius Cypri.

tra hæreſes, tomo 2. hæreſi 31. cōtra Valentinos, & Gnoſticos, ad calcem: ſed de hac dicetur in vocabulo, ſimbolum fidei. Quid verò ſit fides, & quod

Ambroſius Mediolanenſis.

eius donum, abundè docet A m b r o s i v s M e d i o l a n e n s i s libro de fide reſurrectionis, & libro 1. de fide ad Gratianum Auguſtum, capite 9. & vltimo, & libro 1. de pœnitentia, capite 8. & alijs locis innumeris. C y r i l l v s H i e r o-

Cyrillus Hieroſolymitanus.

s o l y m i t a n v s Catecheſi 5. Illuminatorum Hieroſolymis: *Oculus* (ait) *omnem illuminans conſcientiam, eſt fides & intelligentiam efficiens. Dicit enim Propheta: niſi credideritis, non intelligetis. Ob-*

Eſa. 7. Dani. 14.

ſtruxit fides ora leonum, ſicut de Daniele Scriptura dicit: Eſt ne quicquam diabolo horribilius? ſed aduerſus hunc, arma alia habemus nulla, niſi fidem, ſcutum in-

Fides ſcutum.

corporeum aduerſus hoſtem inuiſibilem. Emittit enim varia tela, & configit in tenebris non vigilantes, ſed cum nos appares hoſtis, pallium habemus firmum, fidem, quemadmodum Apoſtolus dicit: In omnibus aſ-

Ephe. 6.

ſumentes ſcutum fidei in quo omnia tela inimici ignea extinguatis. Ignitum ſæpè telum turpis voluptatis concupiſcentia a diabolo emittitur, ſed fides ſubiiciēs mentis iudicium refrigerans mentem extinguit telum. Longus adeò eſt de fide ſermo, vt dies illi, ſcilicet proſe-

Auguſtinus Hipponenſis.

rendo non ſuffecerit. A v g v s t i n v s H i p p o n e n s i s libro de mendacio, cap. 20. *Fides appel-*

Etymon nominis fidei.

lata eſt in Latina lingua, ex eo quia fit quod dicitur, quam manifeſtum eſt non exibere mentientem. Idem epiſtola 19. in illud Michææ: Indicabo tibi homo

Mich. 6.

quid ſit bonum, &c. *Fides appellata eſt ab eo quòd fit, quod dicitur: Duæ ſyllabæ ſonantur cum dicitur, fides. Prima ſyllaba eſt à facto, ſecunda à dicto. Interrogo ergo te vtrum credas: dicis, credo: fac quod dicis, & fides eſt.* Vnde & ſermone 14. de verbis Apoſtoli: *Fidelis* (ait) *dicitur a fide, fides à credendo.* Et tractatu 40. in Ioannem. *Quid eſt fides, niſi credere quod non vides? &c.* Et libro 4 de Ciuitate Dei, capite 20. *Fides eſt cui primum & maximum officium eſt, vt in verum Deum credatur.* Porrò de

Clemens 1.

præconio fidei, ſic ait beatus CLEMENS I. epiſtola prima, ad Iacobum fratrem Domini: refert autem vltima Petri verba ad clerum. *Fides & dilectio (ait) totius bonitatis eſt fundamentum. Sine fide autem placere Deo nemo poterit, Chriſto itaque reſurgente & aſcendente in cælum, in ſpiritu ſancto Spiritu collata Apoſtolis ſcientia linguarum, adhuc in vno poſiti, ſymbolum, quod fidelis nunc tenet Eccleſia, vnuſquiſque quod ſenſit dicendo condiderunt: vt diſcedentes ab inuicem, hanc regulam per omnes gentes prædicarent. Summam ergo totius catholicæ fidei recenſentes, in qua & integritas credulitatis oſtenditur, & vnius Dei omnipotentis (id eſt ſanctæ Trinitatis) æqualitas declaratur, & myſterium incarnationis Filij Dei, qui pro ſalute humani generis à patre de cælo deſcendens de virgine naſci dignatus eſt, quoque ordine, vel quando mortem pertulerit, quomodo ſepultus ſurrexerit, & in carne ipſa cælos aſcenderit, ad dextramque patris iudex conſederit, iudex venturus ſit, ac qualiter remiſſionem peccatorum ſacro baptiſmate renatis contulerit, & reſurrectionem humani generis in eadem carne in vitam æternam futuram.* Vide Symbolum. Trinitas. &c.

Hebr. 11.

Vide quomodo tradit Clemens Apoſtolos condidiſſe ſymbolum quod hic habet eccleſia, vide S... lib. Apoſtolorum ... loco.

Leo 1.

Hinc etiam LEO I. epiſtola vigeſima prima, ad Conſtantinopolitanum. *Splendeſcit fidei puritas, cum ab ea ſordes ſeparantur errorum.* Et epiſtola 81 ad Monachos Paleſtinos. *Vna eſt vera, ſingularis, perfecta, inuiolabilis, catholica fides, cui nihil addi, nihil minui poteſt.* Idem & epiſtola nonageſima quinta, ad Leonem Auguſtum. Vide, Eccleſiæ vnitas, Symbolum, &c. Et ea quæ ſequuntur. Lege & CLEMENTEM ALEXANDRI lib. 2. Stromatum, & libro 7.

Fides vna eſt.

Clemens Alexandrinus.

Fides non eſt neceſsitatis, ſed voluntatis.] Aſſertio eſt quam AMBROSIVS MEDIOLANENSIS defendit, in ſecunda, ad Corinthios capite primo, ad calcem, exponens illud: non quòd dominemur fidei veſtræ, &c. *Quoniam (fides ait) non neceſſitatis, ſed voluntatis res eſt, ideo dicit, non quod dominemur fidei veſtræ. Dominatus enim neceſſitatis cauſa eſt. &c.* Et IOANNES CHRYSOSTOMVS opere ſecundo, in Matthæum, homilia trigeſima. *Neque enim eſt fides, quæ ex neceſſitate timoris procedit, aut deſiderio muneris terreni. &c.* Porrò Concilium CHALCEDONENSE generale quartum, actione prima, illam aſſertionem defendit, vt bis repetitur in Concilio Conſtantinopolitano ſub Flauiano, actione ſeptima: ſed de his infra, lege ſequentia. Denique patres Concilij MOPSVESTIENSIS epiſtola miſſa ad Vigilium Papam, multa de fide & eius virtute loquuntur, ſicut & CLEMENS ALEXANDRINVS libro ſecundo Stromatum, non longè ab exordio. *Quoniam (ait) actionis principium eſt electio voluntaria, inuenitur fides eſſe principium actionis, fundamentum prudentis electionis, alicui ei prius per fidem oſtendente demonſtrationem, &c.* Lege ſi vacat tum libro ſeptimo. *Eſt (inquit) fides aliquod bonum intrinſecus poſitum, & quæ abſque eo quod Deum quærat, Deum ... conſitetur.* Sed de his in ſequentibus agetur diffuſiùs.

Ambroſius Mediolanenſis.

Ioannes Chryſoſtomus.

Concilium Mopſueſtienſe ſub Iuſtiniano ... Clemens Alexandrinus.

Fides ſine bonis operibus otioſa eſt] Etiam hanc propoſitionem confirmabimus in vocabulo, Iuſtificatio. &c. Hanc propoſitionem grauiter impugnarunt & impugnant hæretici, qui tam ſancti ſunt & humiles, vt nihil potent ſibi bona quæcunque opera poſſe ad ſalutem conducere, & ſe ſua ſola fide, quæ ſcilicet, tam feruida & ſancta eſt, vt nil ſibi quærat, quòd poſſit cooperari ſibi, verùm, quòd fides, ſi non bonis operibus ornetur, nulla ſit aut efficax, etiam ex omnium veterum patrum pœnu, more ſolito & ordine iam cœpto, producemus: & reliqua quæ hic deerunt, reperies in vocabulo, opera, gratia, & meritum. Igitur vt infinita omittamus ſcripturæ ſacræ teſtimonia, quæ hoc confirmant, deſcendam ad Patrum veneranda teſtimonia, qui etiam ea producunt ipſi, ne ex nobis aliquid loqui videamur: & attendatur, quia ſemper fuit hæc in Eccleſia fides, quòd nemo ſine bonis operibus & fide ſaluus eſſe queat. Igitur ABDIAS BABYLONIVS libro nono certaminis Apoſtolici, B refert Thomam ſic fideles ad opera bona incitaſſe, dum eos ſic alloquitur. *Bonus & iuſtus eſt & nouit dominus mercedem ſoluere pro meritis ſingulorum, &c.* Et MARTIALIS APOSTOLVS epiſtola ad Burdegalenſes capite duodecimo, poſtquam vt fidem conſtanter teneant admonuit, ait. *Euigilate in operibus fructuoſis, & maxime laborate propter ſpem remunerationis, quæ magna eſt promiſſio vobis in cælis.* Igitur & bonis operibus merces debetur, vt & POLYCARPVS SMYRNENSIS epiſt. ad Philippenſes, eos de fide inſtruens & confortans, teſtatur. *Vt poſſitis (ait) ædificari in fide, quæ data eſt vobis, quæ eſt mater omnium noſtrum.* (& ne putaretur ſufficiens, adiecit) C *ſubſequente ſpe, præcedente dilectione, quæ eſt in Deo & in Chriſto, & in proximo. Si enim quis horum intrinſecus repletus fuerit, mandatis iuſtitiæ, & habuerit dilectionem, longe eſt ab omni peccato. &c.* CLEMENS I. epiſtola prima, ad Iacobum fratrem domini operum bonorum meminit, vt dicemus in verbo opera, &c & epiſtola quarta, ad Iulium & Iulianum. Porrò IRENÆVS LVGDVNENSIS libro primo, aduerſus hæreſes Valentini & ſimilium capite primo, fidem & opera contra Pſychicos commendat & TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de ieiunio contra eoſdem Pſychicos, vt ſuis locis inſeretur. Sed & CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro de D ſimplicitate prælatorum, ſtatim initio, & in fine, nil aliud agit quàm prædicare fidem ſine operibus eſſe mortuam lege oro, & diſces verum eſſe quod dico: & ideirco non hic produco, quia ſententiæ eius prolixiores ſunt. Denique ORIGENES ADAMANTIVS libro ſecundo, in caput ſecundum, ad Romanos: exponens illud Ezechielis, omnis filius alienigena incircumciſus corde, & incircumciſus carne, non introibit in ſancta mea. *Videamus (ait) quæ poſſit duarum circumciſionum ſecundum allegoriam figura ſeruari: & videamus ne forte referri queat, ad duo generalia peccata, in quibus incircumciſum eſſe non expedit, id eſt, in fide & in operibus, vt ſit circumciſus corde* E *qui habet fidem, & incircumciſus carne qui opera non habet. Alterum namque ſine altero reprobatur, quia & fides ſine operibus mortua dicitur, & ex operibus ſine fide nemo apud Deum iuſtificatur. Sic ergo vt ego arbitror, dictum propheticum conuenienter aptabitur fidelium populo, quibus dicitur: omnis alienigena qui eſt in vobis in medio domus Iſrael incircumciſus corde, & incircumciſus carne, non introibit in ſancta mea. Hoc eſt nimirum quod & Dominus in Euangelio dicit: Qui credit in me, mandata mea cuſtodit, & iterum: Quid autem dicis mihi, Domine, Domine, & non facitis quæ dico. vides ergo vbique fidem cum operibus iungi, & opera ... fide. Cordis illa*

Abdias Babylonius.

Martialis Apoſtolus.

Polycarpus Smyrnenſis.

Clemens 1.

Irenæus Lugdunenſis.

Tertullianus Carthaginenſ.

Cyprianus Carthag.

Origenes Adamantius.

Ezechiel. 44.

Iacob. 2.

Duplex circumciſio eleganter exponitur.

eſt circumſio, nihil ſordidum, nihil indignum ſentire de fide: carnis circumciſio eſt, nihil immundum, nihil contaminatum in opere geſtiſque committere, &c. Lege quod ſupereſt fidem quoque ſine operibus otioſam deſcribit

Baſilius Magnus.

BASILIVS MAGNVS in pſalmum 114. & oratione de S. Mamante Martyre vt dicetur in vocabulo, opera, &c.

Gregorius Nazianzenus.

GRAGORIVS NAZIANZENVS oratione in S. Lauacrum, ad calcem: & oratione nona in S. Cyprianum martyrem, & oratione vigeſima in S. Septem Machabeos. Oratione autem vigeſima ſexta, contra Maximum. *Quemadmodum (ait) nullum opus ſine fide eſt approbatum, quoniam multi gloriæ gratia, illi quod honeſtum eſt dant operam, aut etiam inſtinctu naturæ aliquid boni agunt: ita & fides ſine operibus mortua eſt, &c.*

B

Hilarius Pictauienſis.

Opera noſtra etiam cum fide non ſunt ſine Dei miſericordia meritoria vitæ æternæ.

Et HILARIVS PICTAVIENSIS exponens pſalmum 51. *Ipſa (inquit) illa iuſtitiæ opera non ſufficient ad perfectæ beatitudinis meritum, niſi miſericordia Dei, etiam in hac iuſtitiæ voluntate humanarum demutationum & motuum vitia non reputet. Hinc illud prophetæ dictum: melior eſt miſericordia tua ſuper vitam. quia quamuis probabilis per iuſtitiæ operationem vita iuſtorum ſit, tamen per miſericordiam Dei plus meriti conſequitur.*

Ambroſius Mediolanenſis.

Hinc & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS in prima ad Corinthios capite ſeptimo. *Fides (ait) propitium facit Deum, ſi bonis operibus approbetur.* Idem libro primo, de vocatione gentium capite tertio, *Sine cultu veri Dei, etiam quod virtus videtur eſſe peccatum eſt, nec placere vllus Deo, ſine Deo poteſt.*

C

Et libro ſecundo, officiorum capite ſecundo *Habet vitam æternam fides, quia fundamentum eſt bonum: habent & bona facta, quia vir iuſtus & dictis & rebus probatur.* Et libro ſecundo, de fide ad Gratianum. *Chriſtus non ſolum fidem nos docuit, ſed etiam mores, & bona eſt fides, cum pulchro operum venuſtas ornatu.* Vide & infra in vocabulo, opera, &c. Vnde & idem in ſecunda, ad Corinth. 3. *Opus eſt (inquit) vt in nobis creſcat fiducia bonis actibus, tantum enim videbimus, quantum credimus, &c.*

Ioannes Chryſoſtomus.

Et IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia de Anna & Samuelis educatione, ad calcem tomo primo *Profeſſio (inquit) non tantum fit per fidem, verum etiam per opera, adeo vt ſi hæc abſint, veniamus in periculum, ne cum abnegantibus pœnas luamus, &c.*

D

Idem homilia de fide, lege naturæ, & ſancto Spiritu, tomo tertio, exponens illud

Ioannis 6.

Ioannis: Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem miſit ille. *Vide (ait) quomodo fidem opus vocauit? igitur quamprimum credideris, ſimul & operibus ornatus eris: non quod deſint opera, ſed per ſeipſam fides plena eſt operibus bonis. Opera quidem erga homines, & ex hominibus ſunt, fides autem ex hominibus erga Deum. Fides eum qui conuertitur, ciuem cœlorum declarat, fides hominem, qui terrenus eſt,*

Comparatio elegans.

E

Deo familiarem efficit: nihil enim extra fidem bonum, & vt quadam verbi ſimilitudine vtar, fratres ſimiles mihi videntur, qui operibus bonis florent, & Deum pietatis ignorant, reliquiis mortuorum pulchrè quidem indutis, ſenſum autem pulchrorum non habentibus.

Cur fiant opera.

Quæ enim vtilitas animæ mortuæ, Deo quidem mortua, fide & ratione, bonis autem operibus veſtita? Opera in ſpe fiunt retributionis & coronarum. Quod ſi agonothetam ignoras, pro quo certas?

Non oportet nudam eſſe fidem ab operibus ſingreſſiuè.

Non oportet quidem nudam ab operibus eſſe fidem, ne vituperetur. veruntamen ſublimior eſt fides quam opera. Sicut enim hominibus, qui hominis nomen merentur, opus eſt primùm vt præcedat vita & ſic enutriantur, conſeruat enim vitam noſtram alimentum: ita neceſ-

A

ſarium, vt præcedat vitam noſtram ſpes in Chriſtum, quæ poſtea paſcenda bonis operibus. &c. Idem opere ſecundo, in Matthæum homilia quinquageſima ſecunda, in illud Matthæi vigeſimũ quintũ,

Matth. 25.

fatuæ autem accipientes lampades non ſumpſerunt oleum ſecum, &c.

Elegans comparatio.

Sicut lampas (ait) non ex oleo accenditur ſed ab igne, per oleum tamen nutritur, & niſi oleum ei ſubminiſtraueris extinguitur: ſic & fides, non ex operibus nutritur vel accenditur, ſed ex verbo Dei ſicut ait Apoſtolus, & tamen per bona opera nutritur, & niſi ſubminiſtraueris ei bona opera, deficit. Sicut enim non poteſt in Deum ſperare, niſi qui aliqua opera bona facit, ſic non poteſt credere Deo, niſi qui facit aliquid dignum Deo, &c.

B

Sed & alia ſunt eiuſdem manifeſta teſtimonia, quæ breuitatis cauſa pertranſeo, & ad alia venio.

Hieronymus Stridonenſis.

Vnde & HIARONYMVS STRIOONENSIS libro ſecundo commentariorum, in epiſtolam ad Galathas capite quinto ad calcem, vbi illud exponit:

Galat. 5.

nam in Chriſto Ieſu neque circunciſio aliquid valet neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur.

1. Corinth. 6.

Paulus (ait) in alio loco dicit. nam non adulterabis, non falſum teſtimonium dices, & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo recapitulatur, diliges proximũ tuum ſicut te, &c. Si ergo omne mandatum recapitulatur in eo quod dictũ eſt, diliges proximum tuum tanquam te, fides autem per charitatem operata valet plurimum, manifeſtum eſt operationem fidei per charitatem, plenitudinem mandatorum omnium continere.

C

Iacob 2.

Quomodo autem iuxta Apoſtolum Iacobum fides abſque operibus mortua eſt, ſic abſque fide, quamuis bona opera ſint mortua computantur. Qui igitur in Chriſto non credunt, & ſunt probis moribus, aliud quid magis habent quam opera virtutum? exemplum fidei quæ per charitatem operatur, illa meretrix tribuat, &c. Idem libro decimo octauo, commentariorum in Eſaiam cap. 66. vbi illud exponit: Ecce ego declinabo, &c.

Geneſ. 49.

Iacob (ait) imprecatur filio ſuo Iſachar: ſuppoſuit humerum ſuum ad laborandum, &c. Sudore enim & labore nimio ad vbertatem fructuum peruenimus.

Ierem. 24.

Inde & ad Syon per Hieremiam dicitur. Da cor tuum in humeros tuos,

D

Actuum 1.

vt à mandatis intelligas Dominum, imitans eum de quo ſcriptum eſt: Ieſus cœpit facere & docere, vt non ocioſa ſit fides, ſed per opera currat ad præmium, &c. Et iterum libro quinto, commentariorum in Hieremiam capite vigeſimo nono. *Nec ſufficit nobis (ait) vna coniunx ſapientia, niſi habeamus & reliqua, fortitudinem, temperantiam atque iuſtitiam, vt plures ex eis generemus filios: filias quoque noſtras demus viris, vt & fidei veritas, quæ interpretatur in filiis, bonis operibus copuletur, quæ referuntur ad filias, & opera bona iungantur fidei ſanitati, taleſque generantes filios & filias multiplicemur in numero, &c.*

Auguſtinus Hipponenſis.

Hinc AVGVSTINVS HIPPONENSIS præfatione in pſalmum trigeſimum primum.

E

Geneſ. 22.

Magnum (inquit) opus Abrahæ ſed ex fide? laudo ſuper ædificationem operis, ſed video fidei fundamentum: laudo fructum boni operis, ſed in fide agnoſco radicem. Si enim hoc præter fidem rectam faceret Abraham: nihil illi prodeſſet, qualecunque illud opus eſſet. Rurſum ſi ſic teneret fidem Abraham, vt cùm ei Deus imperaret offerre ſibi immolandum filium ſuum, diceret apud ſemetipſum, non facio, & tamen credo, quia me etiam contemnentem iuſſa ſua liberat Deus, fides ſine operibus mortua eſſet, & tanquam radix ſiue fructu ſterilis atque arida remaneret. Quid ergo? Debemus nulla opera præponere fidei id eſt ante fidem quiſque dicatur bene operatus? ea enim opera

quæ

A quæ dicuntur ante fidem, quamuis videantur hominibus laudabilia, inania ſunt, ita mihi videntur eſſe vt magnæ vires & curſus celerrimus præter viam. Nemo ergo computet bona opera ſua ante fidem. Vbi fides non erat, bonum opus non erat. Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit, &c. Idem tractatu decimo in epiſtolam primam Ioannis. *Multi dicunt* (ait) *Credo. Sed fides ſine operibus, non ſaluat. Opus autem fides ipſa dilectio eſt, dicente Apoſtolo: & fides quæ per dilectionem operatur. Opera quidem tua præterita, antequam crederes, vel nulla erant, vel ſi bona videbantur, inania erant, &c.* Idem & epiſtola 106. & in pſalmum 144. *Gratia* (inquit) *ſalui facti eſtis per fidem, &c. Sed & nos fortè aliquid fecimus, vt dona Dei mereremur? Non ex operibus* (ait) *ne fortè quis*
B *extollatur. Quid ergo? Nos bene non operamur? Imo operamur: Sed quomodo? Ipſo in nobis operante, quia per fidem locum damus in noſtro corde ei, qui in nobis & per nos bona operatur. Audi enim vnde opereris bona: ipſius enim ſumus figmentum, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, vt in illis ambulemus, &c.* Vide infra, opera.
Cyrillus Alexandrinus. CYRILLVS ALEXANDRINVS libro nono, in Euangelium Ioannis cap. 43 exponens illud: ſi diligitis me, mandata mea ſeruate, &c. *Non enim* (ait) *quicunque dixerit Deum a ſe diligi, verè dicere videbitur, nec in verbis nudis virtutis vires conſiſtunt, nec pietatis fulgentiſsimum decus, verbo confirmatur, ſed bonis operibus & animo probi affectu cognoſcitur: ita diuinorum obſeruatio mandatorum charitatem no-*
Matth. 7. C *ſtram erga Deum oſtendit, & viuam veramque virtutem conſtituit, quæ non ſolum verbo, ſed multo magis opere conſtat: quod ipſe quoque dominus demonſtrat docens: non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem*
Nota hæc. *patris mei. Non enim in verborum aſſentatiunculis, ſed in affectu agentis fides eſſe probatur: & ideò*
Iacob. 2. *mortuam ipſam eſſe ſine operibus ſcriptura docet: non enim homines ſolum, verumetiam impuri dæmones virtutem creatoris horreſcentes, virtutem Dei fatentur. Opera verò fidei congruentia facere, eorum ſolummodo eſt qui Deum diligunt, perfectiſsimus ergo fidei terminus, & dilectionis Dei demonſtratio eſt, Euan-*
D *gelicorum præceptorum obſeruatio atque cuſtodia, &c.* Idem etiam repetit capite decimo octauo, libri
Theophilactus Bulgarienſis. decimi in Ioannem THEOPHILACTVS BVLGARIAS in cap. ſeptimum Matthæi, exponens illud: non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, &c. *Docet autem nos* (ait) *ſi fidem abſque operibus habuerimus, nihil nobis eam profuturam.* Idem in caput quintum Ioannis, exponens illud, venit hora & nunc eſt, quando mortui audient, &c.
Quid hoc Iudicium? *Quoniam dixerat ſuperius* (ait) *Qui credit, in iudicium non venit, ne putemus quòd fides ſola ad ſalutem ſufficiat. Dicit quòd reſurgent hi qui mala fecerunt, in reſurrectionem condemnationis: qui autem bona,*
E *in reſurrectionem vitæ. Non igitur ſola fides abſque operibus iuſtificat, ſed oportet etiam opera adeſſe: tunc enim propriè fides eſt, &c.* Denique THEO-
Theodoretus Cyrenſis. DORETVS CYRENSIS in cantica canticorum, dum illud interpretatur: Soror noſtra parua, & vbera non habet, ſummoperè commendat opera quæ fidem comitari debent, vt doctiſſimè probat abſque his fidem non prodeſſe. Idem quoque in poſteriorem ad Corinthios capite quinto, dum illud exponit: contendimus ſiue abſentes ſiue præſentes placere illi. *Non ſufficit* (ait) *fides ad ſalutem, ſed conuenit benefacto rem in*
Gregorius I. *omnibus colere & obſeruare, &c.* GREGORIVS I.

A libro trigeſimotertio moralium, capite ſeptimo, dum illud Iob quadrageſimo, exponit: habet fiduciam, quòd influat Iordanis in os eius. *Neque enim* (ait) *pro magno diabolus habuit, quòd infideles tulit, ſed toto nunc annisu in illorum mortem ſe erigit, quos contra ſe regeneratos tabeſcit. Nemo igitur ſibi* Iacob. 2.
fidem ſine operibus ſufficere poſſe confidat, cum ſciamus quod ſcriptum ſit: fides ſine operibus mortua eſt, &c. Idem libro quadrageſimo homiliarum, homilia vigeſima nona, in die Aſcenſionis Domini, dum illud exponit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, &c. *Fortaſſe* (ait) *vnuſquiſque apud ſemetipſum dicat: Ego iam credidi, ſaluus ero: verum dicit, ſi fidem operibus tenet. Vera etenim fides eſt, quæ in hoc quod verbis dicit, moribus non contradicit,*
B *&c.* BEDA VENERABILIS in caput ſecun- Beda Venerabilis.
dæ epiſtolæ canonicæ Iacobi, dum illud exponit: fides ſine operibus mortua eſt, &c. *Quoniam* (inquit) *Paulus Apoſtolus prædicans iuſtificari hominem per fidem ſine operibus, non benè intellectus eſt ab eis, qui ſic dictum acceperunt, vt putarent, cùm ſemel in Chriſtum credidiſſent, etiam ſi male operarentur & facinoroſè, flagitioſeque viuerent, ſaluos ſe eſſe per fidem: locus iſte huius epiſtolæ, eundem ſenſum Pauli Apoſtoli quomodo ſit intelligendus exponit. Ideoque magis exemplo Abrahæ vtitur, vacuam* Expenditur locus Apoſtoli Pauli vbi docet per fidem non ex operibus Abrahã iuſtificat. &c.
eſſe fidem ſi non benè operetur: quoniam Abrahæ exemplo etiam Paulus Apoſtolus vſus eſt, vt probaret iuſtificari hominem ſine operibus poſſe. Cum enim bona opera commemorat Abrahæ, quæ eius fidem comitata ſunt, ſatis oſtendit Apoſtolum Paulum non
C *ita per Abraham docere iuſtificari hominem per fidem ſine operibus, vt ſi quis crediderit, non ad eum pertineat bene operari: ſed ad hoc potius, vt nemo arbitretur meritis priorum bonorum operum ſe perueniſſe ad donum iuſtificationis, quæ eſt in fide, &c.* Vnde & Concilium MOGVNTINENSE I. Conciliũ Moguntinum 1 patrum 43.
ſub Carolo 1. can 1. *Fides* (ait) *bonorum omnium eſt fundamentum, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo: fides tamen indiget opere, quia fides ſine operibus mortua eſt. Quapropter de vera fide omnes om-* Hebr. 11.
nino Chriſtianos alterutrum inter ſe iugiter admone- Iacob 2.
re, & docere oportet, maximè autem domini ſacerdotes in eo certamine laborare decet, vt firmiter ab om-
D *nibus teneatur, &c.* Idem Concilium RHEMENSE ſub eodem principe canone primo, & Concilium Rhemenſe.
Concilium PARISIENSE III. ſub Lothario & Ludouico Auguſtis capite primo, vbi Symbolum expoſuit, ſic ſubnectit. *Hæc fides* (ait) Concilium Pariſienſe 3.
vera & fructuoſa eſſe non poteſt, niſi bonis operibus exornetur, id eſt, fide, ſpe, & charitate, humilitate, continentia, caſtitate, ſobrietate, vnanimitate, concordia, iuſtitia, pietate, miſericordia, innocentia, & ſimplicitate, & cæteris his ſimilibus, quæ omnia in dilectione Dei & proximi conſiſtunt. Sine his nemo poteſt Deo placere, nec ſaluus eſſe, quia, teſte Apoſtolo, fides ſine operibus mortua eſt in ſemetipſa. Iacob. 2.
E *Proinde neceſſe eſt, vt vnuſquiſque Chriſtianus diligenter perpendat, vtrum in eo fides viua ſit, bona opera agendo, an mortua, bona opera negligendo. Et ſi iuxta documentum Apoſtoli, ipſa fides ſine operibus bonis mortua eſt, Qua damnatione plectendi ſunt illi,* Prævidebat vt credo noſtri ſeculi Caluiniſtarum libertatem & licentiã peccandi ſine cõſcientiæ ſcrupulo.
qui non ſolum eandem fidem bonis operibus non exornant, ſed etiam diuerſis flagitiis eam commaculant? Inter cætera quippe quæ fidem commaculant, quatuor nobis vitia ſpiritalia mortiò exaggeranda videntur, quæ quanto occultiora ſunt, tanto pernicioſiora, id eſt, ſuperbia, inuidia, odium, & diſcordia. Hinc Idem lib. 2. cap. 10. dicit, quod grauius igne æterno puniuntur illi, qui fidem in baptiſmate perceperunt,

& poſtea io malis operibus diem extremum claudunt, quàm illi qui licet lauacro Chriſti in Eccleſia nequaquam ſunt baptizati, bona tamen opera fecerunt: & hoc probat teſtimonio ORIGENIS homilia in initio decalogi, & AVGVSTINI in Enchiridio cap. 67. & BEDAE in Euangelium lucæ: in quibus locis patres apertè tenent contra hæreticos, quod ſine operibus fides ſaluare non poteſt (vt ſuperiùs oſtenſum eſt.) Tum ſubdit. *Proinde neceſſe eſt, vt vnuſquiſque Chriſti, quam percepit, bonis operibus exornet, & indulta tempora pœnitentiæ in vanum non deducat, &c.* Idem omninò, Concilium MOGVNTINVM II. præſide Rabano cap. 1. Deinque Concilium SENONENSE, ſub Antonio à prato Archiepiſcopo & Cardinali legato, decreto 16. poſtquam liberum contra Lutheranos defendit, etiam hæc ſubdit *Frequens illud eſt apud imprudentes, & qui non tam animi moderatione, quam impetu feruntur, vt dum ab altero vitiorum incautè diffugiunt, in alterum prolabantur. Cuius rei Lutheranis fidem facit, qui dum operum fiduciam nimis inſectatur, nihil tandem operibus reliquum facit: atque ita vnius fidei patrocinium ſuſcipit, vt ſolam agnoſcat, opera reiiciat, & condemnet. Verùm ſi rectè perpendatur, quæ pro fide producit de ſcripturis teſtimonia, reliquas virtutes non excludunt. quæ verò contra opera citat, ea omnia vel ad nimiam in operibus fiduciam, vel ad legales cæremonias pertinent. Fide quidem viuimus, & ſine hac impoſſibile eſt placere Deo. Si quis nihilominus habuerit omnem fidem, ita vt montes transferas, charitatem autem non habeat: nihil eſt. Fide iuſtificamur: ſed & ſpe ſalui facti ſumus. Et dimiſſa ſunt Mariæ Magdalenæ peccata multa, quoniam dilexit multum. Si quis enim, dicit dominus, diligit me ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Nunc igitur, manent fides, ſpes, charitas, maior autem horum eſt charitas, & in viuificando iuſtificandóque potior: quandoquidem fides ſine operibus mortua eſt. Tum demum vtilis eſt ad ſalutem, cùm per dilectionem operatur. At charitas non eſt otioſa, ſed per bona opera ſatagit, vt certam vocationem noſtram electionemque faciat, non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur, dum ille reddet vnicuique iuxta opera ſua. dum vnuſquiſque mercedem accipiet ſecundum laborem ſuum. Quandoquidem omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum. Ibi eos qui à ſiniſtris erunt, non ſolùm increpabit dominus, quia non crediderunt, ſed quia miſericordiæ non vacarunt: eos autem qui à dextris erunt commendabit non tam à fide, quàm à bonis operibus: opera enim illorum ſequuntur illos. Talibus ſiquidem hoſtiis promeretur Deus, facietque tandem omnis miſericordia locum vnicuique, iuxta meritum operum ſuorum: non abſoluta condignitate quidem, (neque enim condignæ ſunt paſſiones huius ſeculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis) ſed gratuita magis & liberali repromiſſione: qua, conuentione facta de denario diurno, conduxit operarios in vineam ſuam. Qua, inquam, qui ſuffert tentationem, cùm probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quàm repromiſit Deus diligentibus ſe: & ei qui fidem ſeruauerit, certauerit bonum certamen, curſum conſummauerit, coronam iuſtitiæ reddet in illa die iuſtus ille iudex, qui nos, & ſi ſeruos inutiles, ſua miſericordia dignos fecit, in partem ſortis ſanctorum. Non iuſtificat igitur ſola fides, ſed magis charitas, nec quauis opera*

Hæc diligẽter attende.

Conciliũ Moguntinum 2. ſub Ludouico pio.

Cõcilium Senonẽſe famoſiſſimum.

Contra veſaniam Lutheranorũ & Bezanorum.

Vt ſcias lector vbi operũ cõmendationem & fidei poſſis in ſcriptura ſacra reperire, hic locus quoſdam annotauimus.

Abacu 2. Hebræor. 11. 1 Corint. 13. Rom. 3. & 9. Lucæ 7. Ioannis 14. Matth. 20. Lucæ 7. Iacobi 2. Iacob 1. Galat. 5. 2. Petri 1. Rom. 2. 1 Corint. 3. 2 Corint. 5. Apocalipſ 14. Hebr. 13. Eccleſ. 4. 1. Timoth. 4. Coloſſ. 1. Iacob 1.

A *ra peccata ſunt: ſed eatenùs adultis ad ſalutem neceſſaria vt meriti quoque rationem non reſpuant.* Vide, iuſtificatio, &c. hanc doctrinam confirmat Concilium TRIDENTINVM generale nouiſſimum, vt allegabimus in præfato vocabulo, iuſtificatio, &c confirmat etiam FACVLTAS LOVANIENSIS ſub Carolo quinto anno 1544. articulo nono, decimo, & vndecimo, & FACVLTAS PARISIENSIS ſub Franciſco primo anno 1543. articulo quarto. *Certa & firma fide credendum eſt* (aiunt) *peccatorem non ſola fide, ſed & bonis operibus iuſtificari, quæ adeò neceſſaria ſunt, vt ſine illis nemo adultus vitam conſequatur æternam.*

Opera meriti rationem non reſpuunt vide & opera meritoria infra. Conciliũ Tridentinum. Facultas Louanienſis. Facultas Pariſienſis.

B Fides an certum & ſecurum reddat de ſalute, &c.] Quamuis hæc propoſitio in ſuperioribus iam probata ſit, tamen paucis etiam particulariter hic agendum. contra eos, qui tantopere ſuæ fidei innituntur, vt etiam neglectis operibus, ſe certò ſaluandos ſciant. Vide etiam in vocabulis, prædeſtinatio, iuſtificatio, &c, opera meritoria. Sic ergo contra eos ORIGENES ADAMANTIVS homilia trigeſima quinta, in Matthæum. *Sicut* (inquit) *multum confidere non debemus, ne noſtram virtutem videamur profiteri: ſic multum puſillanimiter agere, & diffidere non debemus, ne Dei adiutoris noſtri impotentiam videamur pronunciare, &c.* Hinc & EVSEBIVS EMISSE-

C NVS (quem Hieronymus multum commendat) homilia de beato latrone, non longè à fine. *Sed ne fortè* (ait) *aliquem nimis ſecurum faciat, aut remiſſum tam noua fœlicitas credulitatis, ne fortè aliquis dicat in corde ſuo: non me vſque adeò conturbet & cruciet mea conſcientia, non me vſque adeò contriſtet culpabilis vita, video ſub momento, video ſub exiguo ſpatio latronis crimina ſua fuiſſe donata: primum conſideranda eſt in latrone illo non ſolum credulitatis compendioſa deuotio, ſed temporis illius ſub quo hæc agebantur occaſio, quo iuſtorum legitur titubaſſe perfectio. Deinde autem mihi finem vitæ latronis beatitudinem polliceri. Immittit diabolus ſecuritatem vt inferat perditionem, nec dinumerari poſſunt*

D *quantos hæc inanis ſpei vmbra deceperit. Deterreant quæſo vos ab hac perſuaſione, innumerabiles populi, ſub tanta ſecuritate nudi & vacui bonis & malis pleni, ex hac luce prærepti. Quotidie expaueſcenda tranſitus noſtri & commigrationis incerta hora, quæ & modo, vel inſperata, vel ſubita ſunt, & in æternum, remediis caritura ſunt, praeueniendus eſt dies qui præuenire conſueuit, ipſe ſe inducet, & de morte ſua illudet &c.* Idem homilia quinta, ad Monachos non longè à principio. *Sapiens ergo ſemper in compunctione, & ſemper in metu eſt, & vt de præteritis ſuſpirat malis, ita de futuris periculis peruigili ſolicitudine contremiſcit: qui de præteritis*

E *anxius eſt, id ſecum cogitat ac reuoluit, ne fortè parum defleuerit præterita, ne fortè nondum ſatiſfecerit pro innumeris debitis ſuis, ne fortè ad veteres iniquitates noua ſuperpoſuerit vulnera, &c.* IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia de fide, ſpe & charitate, oſtendit quia quamuis quis habeat fidem, non tamen eſt de ſua ſalute ſecurus. *Vt Deus* (ait) *fidelis eſt reddendo, ita fidelem exigit de promiſſo. Talem hominem quærit erga ſe ſemel Deus exiſtere, qualem ſeipſum homini deſiderat exhibere. Ego inquit dominus, promiſſa non muto, ego quod deſtinaui attribuo, ego tibi præmia quæ ſpopondi diſpenſo: ſi tamen quod credis, exhibeas, ſi fidem quam pollicceris, impleas, ſi actibus ſanctis quod voueris, oſtendas. Cæterùm ſi aliud geſſeris quam*

Origenes Adamantius.

Euſebius Emiſſenus.

De latronis credulitate.

Euſebius Emiſſenus.

Hæc quidẽ ſedulo notanda.

Ioãnes Chryſoſtomus.

A uouerit, & fides nomen perfida voluntate diſſolueris, non modo præmiorum compos eſſe non poteris, ſed & deſtinato ſupplicio neceſſe eſt ſubiungaris: aliud eſt enim eſſe quod diceris, aliud dici quod non ſis. Non poteſt ad præmium tendere, qui profeſſionem noluerit adimplere, nec accipere poterit quod promittitur, niſi ante impleuerit quod iubetur. Idem & homilia 61. in

Hieronymus Stridonenſis. Matthæum. hinc HIERONYMVS STRIDONENSIS, in Eccleſiaſtem Salomonis cap. 9 Et iuſti (ait) & ſapientes, & opera eorum in manu Dei ſunt, & inſuper neque amicitias neque inimicitias ſcit homo, ſed omnia coram eis incerta, propterea quòd omnibus eueniunt ſimilia, iuſto & iniuſto. Porro hic ſenſus eſt, etiam in hoc dedi cor meum, & ſcire volui quos

B Deus diligeret, & quos odiſſet: & inueni iuſtorum quidem opera in manu Dei eſſe, & tamen vtrum amentur à Deo an non, nunc eos ſcire non poſſe, & ambiguè fluctuare, vtrum ad probationem ſuſtineant quæ ſuſtinent, an ad ſupplicium. In futuro igitur ſcient, & in vultu eorum ſunt omnia, id eſt, antecedit eos, cum de vita hac diſceſſerint, notitia iſtius rei: quia tunc eſt iudicium, & nunc certamen. Quicunque aduerſa ſuſtinent, vtrum per amorem Dei ſuſtineant, vt Iob, an per odium vt plurimi peccatores, nunc habetur incer-

Gregorius I. tum, &c. GREGORIVS I. libro 4. moralium cap. 41. Plerumque (ait) iam mens quidem quod ſe peruersè egiſſe meminit, deplorat, iam praue acta non ſolùm deſerit, ſed amariſſimis etiam lamentis punit: &

C tamen dum eorum quæ egit reminiſcitur, grauiter iudicij pauore terretur. Iam ſe perfectè conuertit, ſed adhuc ſe perfectè in ſecuritatem non erigit: quia dum quanta ſit quid diſtrictio extremi examinis penſat, inter ſpem formidinemque ſolicita trepidat, quia index iuſtus veniis de perpetratis reputet, quid relaxet, ignorat, &c. Hinc Facultas LOVANIENSIS ſub Ca-

Facultas Louanienſis anno 1544. rolo 5. Imperat. articulo 9. Fides (ait) qua quis firmiter & certò credit ſe remiſſionem peccatorum, paſſionis Chriſti merito, percepiſſe, & ſe vitam conſecuturum æternam, non eſt ſufficiens, nec authoritatem habet ex ſcripturis quin ipſis directè repugnat: licet certò ſperare debeamus in hac vita remiſſionem peccatorum nos conſecuturos interuenientibus ſacramentis

D baptiſmi & pœnitentiæ, & in altera æternam beatitudinem adepturos. Quocirca (ſubdit articulo 10.) quandiu viuimus in hoc mundo, & inter inimicos, & poteſtates huius mundi, carnis, & malignorum ſpirituum, nullam fiduciam habemus, ſed iuxta Apoſtolum debemus cum timore & tremore ſalutem noſtram operari, atque pro diuerſitate affectuum, aliquando plus ſperare, aliquando plus timere debemus, quamuis ſæpius de Dei miſericordia, quàm de rigore & ſeueritate ſperandum ſit, ſubdit autem articulo 11. Opera itaque bona omnibus adultis neceſſaria ſunt, cumque inſtinctu & motione fidei & charitatis ſiunt, ita Deo grata ſunt, vt in meritum & præmium illorum vitam perpetuam largiatur. Vide ſuperius.

E Fides peccato mortali non amittitur.] Hæc eſt aſſertio

Ambroſius Mediolanenſis. AMBROSII MEDIOLANENSIS libro 10. in Lucam cap. 23. vbi exponit trinam negationem Petri. Dum igitur illud exponit: Neſcio quid dicis, &c. Hoc eſt (inquit) ſacrilegia veſtra neſcio. Sed nos excuſamus, Dominus ipſe non excuſat: Non enim ſatis eſt inuoluta reſponſio confitentis, ſed aperta confeſſio. Quid prodeſt verba inuoluere, ſi videri vis denegaſſe? Et ideo Petrus non de induſtria ſic reſpondiſſe inducitur, quia poſtea recordatus eſt, & tamen fleuit, &c. Lege ſequentia vbi expreſsè Petrum fidem non amiſiſſe comprobat, ſicut nec Dauid committendo adulterium.

Petrus Lombardus. Hoc quoque confirmat PETRVS LOMBAR-

A DVS libro 3. ſententiarum diſtinct. 24. & omnes doctores qui in eum locum commentati ſunt. Hanc quoque aſſertionem defendit S TANISLAVS HOSIVS capite 61. confeſſionis

Staniſlaus Hoſius. catholicæ, exhibitæ in Concilio Petricouienſi in Polonia. Denique Concilium TRIDENTINVM

Concilium Tridentinum. generale nouiſſimum ſeſſione 6. cap 15. vbi de iuſtificatione loquitur. Aduerſus (inquit) hominum

Roma 16. callida ingenia qui per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium, aſſerendum eſt non modò infidelitate, per quam & ipſa fides amittitur, ſed etiam quocunque alio mortali peccato quamuis non amittatur fides, acceptam iuſtificationis gratiam amitti: diuinæ legis doctrinam defendendo, quæ à re-

B gno Dei non ſolùm infideles excludit, ſed & fideles quoque, fornicarios, adulteros, molles, maſculorum concubitores, fures, auaros, ebrioſos, maledicos, rapaces, cæteroſque omnes qui lethalia committunt peccata, à quibus cùm diuinæ gratiæ adiumento abſtinere poſ-

1. Corinth. 6. ſunt, & pro quibus à Chriſti gratia ſeparantur, &c.

Fides ſeu fidelitas cuilibet iuramento vel promiſſo præſtita ſeruanda.] AVGVSTI-

Auguſtinus Hipponenſis. NVS HIPPONENSIS epiſtola ad Bonifacium. Fides (ait) quando promittitur hoſti, ſeruanda eſt, contra quem bellum geritur, quanto magis amico pro quo pugnatur. Idem & libro de bono coniugali cap 4 & allegat Gratianus cauſa 22. quæſt. 4. vide matrimonium, &c. Porrò patres Concilij TO-

C LETANI IV. cano 74. ſic conqueruntur de

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1. quibuſdam. Multi (tanta eorum extat perfidia) fidem ſacramento promiſſam regibus ſuis obſeruare contemnunt, & ore ſimulant iuramenti profeſſionem, dum retinent mente perfidiam. Iurant enim Regibus ſuis, & fidem quam pollicentur, præuaricantur: nec

Ierem. 9 & 17. meminunt volumen illud iudicij Dei, per quod inducitur maledictio, multaque pœnarum comminatio ſuper eos, qui iurant in nomine domini mendacium. Quæ ergo ſpes talibus populis, contra hoſtes laborantibus erit? quæ fides vltra cum aliis gentibus in pace credenda? quod fœdus non violandum? quæ in hoſtibus iurata ſponſio ſtabilis permanebit, quando ipſis regibus propriis iu-

D ratam fidem non ſeruant, &c. Nam conſequenter cunctos adhortantur ad fidem ſeruandam & ſeditiones ſopiendas, coniurationumque nefanda molimina, & cenſuram addunt. Quicunque ergo (aiunt) qualibet coniuratione vel ſtudio, ſacramentum fidei ſuæ, quod pro patria gentiſque ſtatu, vel conſeruatione regiæ ſalutis pollicitus eſt, temerauerit, aut regem necè attrectauerit, aut poteſtate regni exuerit, aut præſumptione tyrannica regni faſtigium vſurpauerit, anathema ſit, &c. Vide. Regnum non inuadendum. Idem & Concilium TOLETANVM

Concilium Toletanum 5. V. capite 2. 3. 4. lege BVRCHARDVM ex dictis Auguſtini, cap 21. libri 12. decretorum: vide & iuramentum. Burchardus Vormatienſis Epiſcop.

E

FIGVRA.

Figuræ veteris legis ad quid valeant.]

Ioannes Chryſoſtom. IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 2. in Matthæum capite primo. Quia (inquit) incredibilia erant quæ promittebantur futura, etiam nominum præceſſerunt figuræ, vt porrò ante omnis ex insolentia nouitatis tumultus oriturus extingueretur. Tum ille figuras quaſdam in medium producit. Sed &

Iuſtinus Martyr. IVSTINVS MARTYR in Dialogo cum Triphone, omnia noſtræ reparationis myſteria pulcherrimis veteris legis figuris aſtruit, quod & fa-

Origenes Adamantius. cit ORIGENES ADAMANTIVS in lib. Geneſis & Numeri, & multi alij ſancti patres Hinc

A eſt etiam quod loquitur A v g v s t i n... ...p o n e n s i s libro 2. Euangeliorum ...rum: *Locutiones* (ait) *actioneſque prophet... ea figuratis verbis, velut amictibus, obteg... ſ...ſum pia quærentis exerceant, & ne nudata ... ſcant.* Et C y r i l l v s A l e x a n ... libro 1 contra Iulianum Auguſtum, ampliſſime circa medium docet rationem cur myſteria ſua Chriſtus in veteri lege, ...rtis voluerit factis præfigurari: ſed prolixior eſt quàm hic poſſit allegari. Porrò ſic etiam L e o I. epiſtola 13. ad pulcheriam. *Potuerat* (ait) *omnipotentia; ... Dei ſic ad docend... ...ſ... ...mines apparere, quemodo & Patriarchis & Prophetis in ſpecie carnis apparuit, cum aut luctamen iniit, aut ſermonem conſeruit. cumve hoſpitalitatis officia non abnuit, vel etiam appoſitum cibum ſumpſit: ſed illæ imagines, huius hominis erant indices, cuius veritatem ex præcedentium patrum ſtirpe ſumendam, ſignificationes myſtica nunciabant. Et ideo ſacramentum reconciliationis noſtræ, ante tempora æterna diſpoſitum, nulla implebant figuræ, quia nondum ſuperuenerat Spiritus ſanctus in virginem, nec virtus altiſſimi obumbrauerat ei, vt & intra intemerata viſcera, ædificante ſibi ſapientia domum, verbum caro fieret, & forma Dei ac forma ſerui in vnam coeunte perſonam, creator temporum naſceretur in tempore. & per quem facta ſunt omnia, ipſi inter omnia gigneretur. Niſi enim nouus homo factus in ſimilitudinem carnis peccati noſtram ſuſciperet vetuſtatem, & conſubſtantialis patri, conſubſtantialis eſſe dignaretur & matri, naturamque ſibi noſtram ſolus a peccato liber vniret, ſub iugo diaboli generaliter teneretur humana captiuitas, nec aliter vti poſſemus triumphantis victoria, ſi extra noſtram eſſet confecta naturam, &c.* Porrò de ratione figurarum lege B e d a m V e n e r a b i l e m in quadam homelia, quæ legitur in die aſcenſionis, & ſic incipit: *Aſcenſurus in cœlum dominus, &c.* Denique A d r i a n. I lib. pro defenſione Generalis 7. Concilij Nicæni 2. ad Carolum magnum, capite 58. figuras veteris teſtamenti, myſteria nouæ legis præſignare oſtendit ex Auguſtino, ſermone de Iacob & Eſau, eo quòd dum patres per arcam Dei, etiam imagines ritè figurari dicerent, hæretici hoc deridebant. Ait autem ſic A v g v s t i n v s ſermone præfato de Iacob & Eſau. *Duo teſtamenta dicuntur in lege, vnum vetus, alterum nouum. Vetus promiſſiones habebat temporales, ſed ſignificationis ſpiritales intendat charitas veſtra. Si promiſſa eſt Iudæis terra promiſſionis, ſignificat aliquid ſpiritualiter terra promiſſionis, ſi promiſſa eſt Iudæis ciuitas pacis Ieruſalem, ſignificat aliquid nomen ciuitatis Ieruſalem.* Et poſt. *Vna res multis modis ſignificatur, quæ nihil horum eſt per ſubſtantiam, ſed eſt per figuram.* Porrò omnia penè incarnationis Chriſti myſteria pulchrè I o a n n e s L e p o r i v s Cœleſtinus familiaris noſter. & prior Offemotenſis, vir acumine mentis & ingenij acrimonia pollens, figuris veteris teſtamenti comprehendit (& quidem maxima cum laude) in quodam opuſculo quod non ſine ingenti deſiderio & exhilaratione mentis ſæpius reuolui. Idem præſtitit B e r n a r d v s P o n c a e v s Cœleſtinus, nunc Meduntenſis prior meritiſſimus, vir ſingularis eruditionis & prudentię. Scripſit quippe ab initio miſſionis Chriſti vſque ad aſcenſionem, omnia eius myſteria figuris & ænigmatibus pulchrè depicta: quod & fœliciter alio opere peregit in paſſionem dominicam vernacula lingua edito. Scripſi & ego inutilis quidem & ieiuni ſermonis opus in pandectam Euangelicam, vbi etiam ab initio miſſionis Chriſti vſque ad aſſumptionem virginis, omnibus in medium productis figuris quas colligere potui & licuit, cuncta myſteria noſtræ redemptionis reſeraui. Sed de his dictum ſit ſatis: qui hæc præfata volumina perlegerit, non forſam faciet iacturam temporis.

Auguſtinus Hipponenſis. Cyrillus Alexandrinus. Leo I. Geneſ. 32. Gene. 18. Prouerb. 9. Beda Venerabilis. Adrianus I. Auguſtinus Hipponenſis. Ioannes Leporius Cœleſtin. Bernardus Ponceus Cœleſtin. Authoris opus in 4 Euangelia.

F i l i v s D e i.

Filij generatio in diuinis. Difficillimum quidem nobis eſt hæc quæ propoſuimus verbis expromere ſed nec omnia quæ ſancti patres hæc myſteria elucidantes reliquerunt ſcriptis, poſſumus hic producere. Verùm quod proferemus ex paucis quidem, licebit reliquum colligere. Sic autem filij generationem in diuinis beatus C l e m e n s I. papa & martyr, cuius nobis hodie dies
B celebris agitur probat ſcripturæ teſtimonijs, epiſtola 1 ad Iacobum fratrem Domini: cuius quidem verba, quia longo tractu diffuſa ſunt, lectoris otio reliquimus. Sed & idem facit E v a r i s t v s I. epiſtola 1. ad Epiſcopos Aphricæ. S i x t v s II. epiſtola ad Gratum Epiſcopum. *Agnoſce* (inquit) *non ex tempore neque poſt tempora filium Dei natum, ſed ante omnia tempora de paterno vtero inenarrabiliter generatum, ipſo Deo patre per prophetam dicente: in ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante luciferum genui te. Quam ſententiam Eſayas propheta dubiis atque incredulis euidenter expreſſit, dum non aliunde filium, quam de patre natum ineffabiliter oſtendit. In humilitate (inquit) iudicium eius ſublatum eſt: natiuitatem eius quis enarrabit? Et in libro*
C *Iob: Sapientiam Dei vnde inuenies? latet enim ab oculis hominum, & à volucribus cœli abſconſa eſt. Expergiſcere paruulum, & ſi lumen ſcientiæ in teipſo aliquantum habes, inuenies. Cuius natiuitas à propheta non potuit enarrari ex tempore vt aſtruere ipſe conaris non potuit generari. In principio (ait Ioannes Euangeliſta) erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. In iſto igitur quod dicitur, erat, ſi tempus quærere volueris, non inuenies: quoniam ex quo Pater, ex illo eſt filius, & quod pater eſt, id eſt, etiam filius. Salomone dicente: Ego ex ore altiſſimi prodij primogenita ante omnem creaturam, & pſalmus tu domine in principio terram fundaſti. Non enim erat aut ali-*
D *quod tempus, antequam de patre filius naſceretur, quoniam qui tempora vniuerſa propria poteſtate conſtituit ex tempore vel poſt tempora naſci non potuit, &c.* Hæc fidem grauiter defendit I r e n. L v g d v n. libris contra Valentinum, & T e r t v l l. C a r t h a g i n. libro vnico de Trinitate, & I v s t i n. M a r t y r Dialogo cum Triphone, & libro de Trinitate: A t h a n a s. Item A l e x a n d. libris de fide & Trinitate contra Arrianos, & H i l a r i v s P i c t a v i e n s i s libris de Trinitate, vt in vocabulo, Trinitas etiam producemus, & in vocabulo, Symbolum. Vide ergo in illis locis. Denique E v s e b. C a e s a r. lib. 4. demon-
E ſtrationis Euangelicę c. 2. *Non immeritò* (ait) *oracula Theologia loquentia Deum genitum illum enunciant, tanquam eum, qui elocutionem omnem, omnemque cogitationem effugientis diuinæ naturæ, ſolus in ſeipſo ferat imaginem, propter quam Deum quoque & eſſe illũ & dici, eius videlicet, quæ quod primum eſt refert expreſſa ſimilitudinis gratia, &c.* Lege reliquum, & c. 4 & ſequentia. hinc & G r e g. N a z i a n. lib. de fide, non longè à principio. vbi exponit Symbolum Nicæni Concilij, quod habes in dictione, Symbolum. *Omnia* (inquit) *per eum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. igitur quod in principio erat, ſemper fuiſſe credendum eſt. Sed nec aliunde eſſe*

Clemens I. ...riſtus I. ...mus I. Pſal. 109. Eſai. 53. Iob. 28. Ioannis 1. Eccleſ. 24. Pſal. 101. Irenæus Lugdun. Tertullianus ... Iuſtinus Martyr. Athanaſius Alexand. Hilarius Pictauienſis. Euſebius Cæſarienſis. Gregorius Nazianzenus. Ioan. 1.

quàm

Pſal. 44

quam de Deo quis principium non habet, ſed eſt de corde Patris: quia eructauit (inquit) cor meum verbum bonum. Non enim dixit, in principio factum eſt verbum, ſed in principio, inquit, erat. Quodcunque principium verbi aſſignare volueris, præiudicatum habebis: quia in principio, inquit, erat verbum. nō quod duo principia ex rerum diuerſitate dicamus, ſed quia ſermo filius ſemper cum Patre, & de Patre natus eſt, ac perinde cuius origo principium non habet, ſempiternus cum Patre credendus eſt: quia nec Pater poteſt vnquam ſine Filio nominari, nec filius ſine Patre vocari. Ac per hoc ſi ſemper non fuit, verus Deus eſſe non poteſt, &c. reliqua vide.

Ioannes Chryſoſtomus.

Lege & IOANNEM CHRYSOSTOMVM in Euangelium Ioannis, homil. 1. & 2 & in Geneſim, homil. 1 & 2.

B

Porrò vt ad reliqua feſtinemus,

Auguſtinus Hipponenſis.

AVGVSTINVS HIPPONENSIS, libro contra Fœlicianum, cap 4. *Patrem ingenitū, filium genitum, dico. nec ideo tamen genitum, ingenito coæternum non eſſe patri prædico, eo tantùm docens ingenitum patrem, quia non proceſſit ex altero: eo genitum filium, quia non extitit à ſeipſo. Non enim commune eſt vtrinſque naſci, non eſt commune non gigni: commune tamen eſt alterum ab altero interueniente medij temporis non diuelli. Itaque ſi proprium quærimus patris, ſufficit quia ſolus non habet patrem: ſi proprium filij, ſatis eſt quia non habet prolem: vnam tamen & coæternam patris & filij dicimus diuinitatem.* IDEM lib. 65. quæſt. ad Oroſium, quæſt 7.

C

Neceſſitas in Deo non eſt.

Nec voluntate nec neceſſitate Deus pater genuit filium, quia neceſſitas in Deo non eſt: præire autem ſapientiam voluntas non poteſt, quod eſt filius: igitur prius eſt rationabiliter velle, &c. Porrò multis aliis in locis ille probat generationem filij, ſed quia hæc prolixa ſunt lectoris omnia perquirenda otio relinquimus.

Ambroſius Mediolanenſis.

Porrò AMBROSIVS MEDIOLANENSIS, libro vnico de fide Orthodoxa contra Arrianos, capite ſecundo: qui tamen liber mihi videtur eiuſdem eſſe argumenti & dictionis, cum illo Gregorij Nazianzeni, quem ſuprà citauimus. In aliis tamē locis idem Doctor egregiè generationem Chriſti diuinam demonſtrat, libro videlicet primo, & ſide ad Gratianum Auguſtum, capite ſecundo, vbi ſic loquitur:

D

Certe ne quis poſſit errare, ſequantur ea quibus ſcriptura ſancta, vt intelligere poſſimus, filium ſignificat, verbum dicitur, filius dicitur, Dei virtus dicitur, dicitur Dei ſapientia. Verbum, quia immaculatus, virtus, quia perfectus, filius, quia genitus ex patre, ſapientia, quia vnū cum patre, vnum æternitate, vnum diuinitate. Non enim pater ipſe qui filius, ſed inter patrem & filium generationis expreſſa diſtinctio eſt, vt ex Deo Deus, ex manente manens, plenus è pleno ſit, &c. Lege conſequenter caput quartum, quod titulum præfert, non eſſe diſſimilem patri filium, & cap. 5. quod titulum præfert, de ſempiterno Dei filio. Vbi enim aſſertionem præfatam doctiſſimè defendit.

E

Cyrillus Alexandrinus.

Hoc aſſerit CYRILLVS ALEXANDRINVS, lib. 2. Dialogorum cum Hermia de Trinitate, per totū, vbi diſputat de proprietatibus diuinæ ſubſtātiæ, & quem generare dicatur, & quod ingenitum non eſt ſubſtantiale, &c. IDEM quoque lib. 1. in Ioannis Euangelium, cap. 6. & 7. quod titulum præfert, quod filius vita ſecundum naturam eſt, atque ideo non creatus, ſed ex ſubſtantia Dei ac patris, &c.

Leo 1.

Laus epiſtolæ Leonis ad Flauianum.

Hinc & LEO PRIMVS hoc myſterium ſingulariter exponit epiſtola illa decima ad Flauianum Cōſtātinopolitanum Epiſcopum, quæ tantopere æſtimatur, vt à multis poſtea patrum Conciliis, ſub anathematis interminatione ſuſpicienda decernatur. Hoc epiſtola recitata eſt

A

in Concilio generali Chalcedonenſi, actio. 2. & anathemate ſunt percuſſi monachi Ægyptij actio. 3. & 4 eo quòd noluiſſent illi ſubſcribere: lecta quoque eſt in generali Concilio quinto, ſub Iuſtiniano Principe, collat. 6. & in Concilio generali ſexto, ſub Conſtantino Pogonato, actio. 17. cuius iam mentionem fecimus in vocabulo, Chriſtus incarnatus. Sic autem inter cætera loquitur, cap. 2. eiuſdem epiſtolæ. *Fidelium* (inquit) *vniuerſitas profitetur credere ſe in Deum patrem omnipotentem, & in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, Dominum noſtrum, qui natus eſt ex Maria virgine. Quibus tribus ſententiis omnium fere hæreticorum machinæ deſtruuntur: cum enim Deus & omnipotens & æ-*

B

ternus Pater creditur, conſempiternus eidem filius demonſtratur, in nullo à patre differens, quia de Deo Deus de omnipotente omnipotens, de æterno natus eſt coæternus, non poſterior tempore, non inferior poteſtate, non diſſimilis gloria, non diuiſus eſſentia. Idem verò ſempiterni genitoris vnigenitus ſempiternus, natus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine. Quæ natiuitas temporalis, illi natiuitati diuinæ & ſempiternæ nihil minuit, nihil contulit, ſed totum ſe reparando homini, qui erat deceptus, impendit, vt & mortem vinceret, & diabolum, qui mortis habebat imperium, ſua virtute deſtrueret, &c. Vide reſiduum, in vocabulis, Chriſtus, Maria, Symbolum, &c. Idem omnino repetit epiſtola 95. ad Leonem Imperatorem. vbi

C

profert teſtimonia Hilarij, lib. 2. & 9. de Trinitate, & Ambroſij, lib. 2 de fide ad Gratianum, & libro de Incarnatione vnigeniti. cap. 6. Vide Chriſtus.

Iuſtiniani Principis fides orthodoxa.

Similem quoque confeſſionē fecit IVSTINIANVS IMPERATOR in profeſſione fidei ſuæ, quam miſit ad Ioannem Papam II. *Credimus* (ait) *vnigenitum filium Dei, Deum verbum ante ſecula, & ſine tempore ex patre natum, non factū, in vltimis diebus propter nos & propter noſtram ſalutem deſcendiſſe de cælis, & incarnatum eſſe de Spiritu ſancto de ſancta & glorioſa Dei genitrice ſemper virgine Maria, & natum ex ipſa qui eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, vnus de ſancta Trinitate, conſubſtantialis Deo patri ſecundum Deitatem, & conſubſtantialis*

D

nobis idem ipſe ſecundum humanitatem, paſſibilis carne, impaſſibilis idem ipſe Deitate. Non enim alius quidam eſt præter Deum verbum. qui paſſionem & mortem ſuſcepit, &c. Vide Chriſtus paſſus, &c. & Trinitas.

Filius à patre natus in initio vt intelligatur.

Porrò filium à patre in initio natum, hæreticam eſſe propoſitionem, hæretici illi qui contra ſeptimū generale Concilium Nicænum, ſub nomine Caroli Magni librum ediderant, profitebantur.

Adrianus 1.

Contra hos ADRIANVS I. libro directo præfato Carolo, pro defenſione eiuſdem Nicæni II. Concilij, cap. 2. Patrum teſtimoniis ſic defendit.

Hilarius Pictauienſis.

Sanctus (ait) HILARIVS PICTAVIENSIS, *libro primo contra hæreſim Arrianorum, inter cætera. Ita verò natum eſſe* (inquit) *vt*

E

ſemper fuiſſe manifeſtemus, ſic ſi in eo non innaſcibilitatis exceptio, ſed natiuitatis æternitas, quia & natiuitas authorem habeat, neque careat æternitate diuinitas. IDEM lib. 11. de fide: *A nobis bene intelligitur & creditur, nam ipſa ſermonum inſinuatione cum natum confitemur, non tamen non natum prædicamus.*

Non idem eſt, non natum atque naſci.

Neque enim idipſum eſt, non natum, atque naſci: quia illud ab altero: hoc verò à nemine eſt. & aliud eſt ſine authore ſemper eſſe æternum, aliud quod patri, id eſt, authori eſt coæternum. Ibi enim pater author eſt, ibi & natiuitas eſt: at verò vbi author æternus eſt, ibi & natiuitatis eſt æternitas: quia ſicut natiuitas ab authore eſt, ita & ab æterno authore æterna natiuitas eſt.

Gregorius Nazianzenus.

Et GREGORIVS NAZIANZENVS ſermone de Epiphania. *Pater*

ergò pater eſt, ſine initio, non enim eſt aliud aliquid vnde pater eſt, filius filius eſt. ſed non abſque initio, de patre enim eſt. Si verò temporale ſpectas initium, & ipſe ſine initio eſt: creator namque eſt temporum, & nō ipſe initium ſumit ex tempore, &c. IDEM lib. 6. de Trinitate: *Quomodo ergò Deus de Deo, lumen de lumine? Non enim ſimul ambo Deus de Deo, ſed ſolus filius de Deo, ſcilicet patre, nec ambo ſimul lumen de lumine, ſed ſolus filius de lumine patre, &c.* Hæc Adrianus. Porrò hanc fidem & generationem filij

Sophronius Hieroſolymit.

Dei ab æterno, confitetur. SOPHRONIVS HIEROSOLYMITANVS in ſua profeſſione fidei, quam miſit ad Sergium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, quæ lecta eſt in Concilio generali 6. actio. 11. *Credo* (inquit) *ſicut a principio credidi, in vnū Deum patrem omnipotentem ſine principio penitus & ſempiternum, omnium viſibilium atque inuiſibilium factorem: & in vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitum, qui ſempiternè & impaſſibiliter ex ipſo natus eſt Deo & patre, & non aliud principium quàm patrem agnoſcentem, ſed nec aliunde quàm ex patre ipſam ſubſiſtentiam habet, lumen de lumine, conſubſtantialem, Deum verum de Deo vero, ſempiternum, &c.* Vide Symbolum, & Trinitas. Denique FVLGENTIVS RVSPENSIS multis quidem in locis, & potiſſimè

Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus.

libro illo vnico ad decem obiectiones Arrianorum, obiectione prima, dum illi obijceretur: ſi ex Deo natus eſt, eſt de intra Deum: ſed ſi non eſt de intra, nec ex ipſo eſt, &c. Lege obſecro, quia doctiſſimè diſputat. Sed quia nobis eſſet difficilè hic cunctos authores euoluere. Lege IOANNEM DAMASCENVM, lib. 1 de Orthodoxa fide, cap. 8. vbi de generatione diuina tractat lucidiſſimè: quod & facit PETRVS LOMBARDVS, lib. 1. Sententiarum diſtinct. 9 cap. 1. vbi ſic loquitur: *Genitus eſt enim a patre filius, & ideo alius, nec tamen ante fuit pater, quàm filius: coæterna enim ſibi ſunt tres perſonæ.* Vide quid ſubiūgit. Porrò THOMAS AQVINAS celeberrimus doctor, lib. 4. Summæ contra Gentiles, cap 2. quod titulum talem præfert, Quomodo accipienda ſit generatio in diuinis, & quæ de filio Dei dicuntur in ſcripturis. Lege ergò, & ſequentia.

Ioannes Damaſcenus.

Petrus Lombardus.

Thomas Aquinas.

Filius patri per omnia æqualis probatur.] Et hæc quidem aſſertio ſatis ex ſuperiori diſtinctione comprobatur, nec opus eſſet alia hîc inferre, niſi quædam adhuc Patrum teſtimonia reſeruaſſemus, huic propoſitioni probandæ proficua. Itaque quod reliquum eſt ſubijcimus. Sic autem ex ſcripturis æqualitatem filij cum patre, probat vir Apoſtolicus, & Apoſtolorum diſcipulus ANACLETVS I. epiſt. 2. ad Epiſcopos Italiæ. *Illi* (inquit) *qui dicunt quod filius eo minor eſt, quia, inquit Propheta: Verbum faciet Dominus breuiatum vniuerſo orbi, ita reſpondendum eſt. Diuinis teſtimoniis verbum breuiatum quod faciet Dominus ſuper terram, non minutionem Deitatis in filio Dei ſignificat, ſed diſpenſationem ſuſceptæ carnis annunciat: in quali diſpenſatione non ſolum patre hominis filium, ſed etiam Angelis legimus minoratum, Paulo atteſtante Apoſtolo. Cum autem* (inquit) *modicè minus ab Angelis minoratum, videmus Ieſum propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatum* (& infrà) *propter quam cauſam non confunditur fratres eos vocare dicens: Annunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio Eccleſiæ laudabo te.* Et Propheta inquit: *Minoraſti eum paulominus ab Angelis, gloria & honore coronaſti eum. Et vt verbum Dei patris, breuiatum in filio non eſſe doceamus, hanc in Eſaya Pro-*

Anacletus 1.

Eſa. 10.

Titum 1.
Roman. 9.
Nobe aduertere quæ epiſtolam hanc Pauli eſſe dicit.

Pſal. 21.
Pſal. 8.
Eſa. 40.
Eſa. 10.
Eſa. 27.
Eſa 5.
Eccleſiaſt. 42.
Eccleſiaſt. 36.

A *phetæ volumine approbamus ſententiam: nunquid abbreuiatus factus eſt ſermo meus, aut ita paruus eſt, vt non poſſim redimere, aut non eſt in me virtus ad liberandum, dicit Dominus omnipotens.* Et iterum: *Hæc dicit Dominus omnipotens. Nunquid abbreuiata eſt manus mea, vt ſaluare non poſſim, aut non poteſt viuificare cor humilium, & ſpiritum contritorum? Et vt brachium patris filium eſſe doceret, intulit dicens: parauit Dominus in oculis omnium gentium. & videbunt omnes fines terræ ſalutare eius.* Et infrà: *Propheta ergò non filium Dei minoratum deſignauit in verbo, quoniam ipſe in prophetis retro tempore loquebatur, qui etiam nunc per Apoſtolos & Apoſtolicos viros nouiſſimo tempore loquitur. Ego* (inquit) *qui loquebar ecce aſſum,* B *& alius Propheta: Sicut eſt ab initio, vſque in ſeculum, neque adiectum eſt ei, neque minuetur illi, quoniam ipſe eſt Dominus creaturæ ſuæ. Ecce quale verbum breuiatum fecit Dominus in orbe, non quia, vt illi putant, inferiorem patre intimaret hominibus filiū. ſed quia nouiſſimum eius annunciaret aduentum.* Aggreſſus eſt ſimilem diſputationē EVARISTVS I. epiſt. 1. ad Epiſcopos Africæ, contra hæreticos, qui dicebant filium cum patre lucem non habitare inacceſſibilem, quia ſolus pater habeat immortalitatem, & eos mendacij multis authoritatibus conuincit: quod & facit SIXTVS I. epiſtola prima, ad omnes fideles. Vide Trinitas, &c. Sic autem loquitur prædictus Euariſtus. *Sunt* C *quidam* (ait) *qui arbitrantur de patre ſolo dictum eſſe, quia ipſe ſolus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inacceſſibilem: verum eos ita Apoſtolicis percutite ferulis, & diuinis redarguite præceptis. Non enim ſolus pater ſine filio* (quod dicere nefas eſt) *lucem habitat inacceſſibilem, quia vbi pater eſt, ibi etiam filium eſſe indubitabili fide credendum eſt. Nam ſi ſolus pater ſine filio lucem habitat inacceſſibilem, neceſſe eſt vt ſequeſtratam pater à filio habeat manſionem. Quod ſi ita eſt, quonam modo idem filius ad dexteram patris aſtans, à beato martyre Stephano dicitur conſpici, ſi pater, ſecundum eos, ſolus dicitur ſedibus lucis contineri? Abſit hoc à ſenſu fidelium Chriſto in vni-* D *tate fidei adhærentium: quoniam ſicut non obeſt filio, cum ſolus dicitur pater lucem inacceſſibilem habitare, ita non obeſt patri, cum ſapientia, quæ eſt filius, dicitur gyrum cœli ſola circuire. Pater itaque cum ſit inuiſibilis & ingenitus in ſe, in filio viſus Apoſtoli teſtimonio comprobatur, & in filio à ſe inenarrabiliter genito manſiſſe atque requieuiſſe monſtratur, ipſo filio in Propheta loquente: Qui me genuit requieuit in tabernaculo meo, & in Euangelio: Pater in me manens ipſe facit opera, & Deum nemo vidit vnquam, niſi vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris, &c.* Præterea SOTER I. epiſt. 1. ad Epiſcopos Campaniæ de fide filij diuinitatem & æqualitatem cum patre, infinitis te-E ſtimoniis aſtruit per totam epiſtolam, quæ nobis oneroſa eſſet, ſi hic afferre decerneremus, curioſus lector facilè reperiet. Sed & per totū librum de Trinitate nihil aliud agit TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS. FOELIX I. epiſt. 3. ad Benignum Epiſcopum. *Continebant* ait *literæ tuæ fratrumq; tuorum, quòd quidam dicunt, filium non poſſe propriè videre patrem, quia ſcriptum eſt: Deum nemo vidit vnquam, & alij fingunt Ideo minor eſt patre filius, quoniam pater illi perhibet teſtimonium. Quidam autem garriunt, quòd ideo patre minor eſt, quia inuiſibilis ipſe dicitur, filius verò viſibilis comprobatur. Hi enim ignorātes diuinarum ſcripturarum & Apoſtolorum iura, ex proprio aut adulterino ſenſu talia fabricant, & ſeducere corda fidelium quærunt: nos verò ad ipſius fratis originem redeamus, ex quo fi-*

Euariſtus 1.

1 Timoth. 6.

Sixtus 1.

Expanditur locis [illegible] 1. ipſe ſ[illegible] het immortalitatem, &c.

Actorum 7.

Eccleſ. 4.
Coloſſen. 1.
Eccleſi[illegible] 4.
Ioannis 14.
Ioannis 1.

Soter 1.

Tertullianus Carthag[illegible]
Fœlix 1.

Alia hæreſis confunditur.

Ioann. 1.
Matth. 17.
Marc. 9.
Luc 9.

1. Corint. 4. Coloſſ. 1. 1. Timot. 1. Sapient. 9. Matth 11. Lucæ 1. Ioan. 1. 6. & 7.

A *lium, patrem ſemper vidiſſe potuiſſe, vel poſſe euidentioribus teſtimonijs, de veteris & noui inſtrumenti literis docеamus. Salomon dicit: Eſt tecum ſapientia quæ nouit opera tua, quæ affuit tibi cum faceres orbem terrarum, & ipſa nouit quid ſit placitum coram oculis tuis. Et Dominus in Euangelio: Nemo nouit filium, niſi pater, & cui voluerit filius reuelare.* Et iterum: *Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe narrauit.* Et iterum: *Iudæis dixit, Vos non noſtis eum, ego autem noui eum: quod ſi dixero, quia nō noui eum, ero ſimilis vobis mendax.* Item ibidem: *Qui ex Deo eſt, hic nouit eum* Et iterum: *Ego noui eum, quia ab ipſo ſum. Ecce docuimus qui videt ſemper filius patrem. Quomodo aſtruunt eum patrem*

Filius quē dicunt viſibilis. Coloſſenſ. 1.

B *non poſſe videre, in cuius ſinu noſcitur permanere? Sæpius autem iam diximus, quia ſecundum hominis formam, filius viſibilis dicitur, ſecundum verò Deitatis ſubſtantiam, inuiſibilis prædicatur Paulo atteſtante, qui ait: Qui eſt imago Dei inuiſibilis.* Et in Eſaya. *Cui ſimilem æſtimatis eum, cum ſit ipſe inuiſibilis.* Et in Salomone: *Sapientiam Dei præcedentem omnia, quis inueſtigabit?* Item: *Diſciplina ſapientiæ cui manifeſtata eſt. & multiplicationem ingreſſus illius quis intellexit?* Item alibi: *Quoniam mirabilia ſunt opera Domini ſolius. & glorioſa, & abſconſa, & opera illius inuiſa omnibus. Ecce ſicut Pater inuiſibilis eſt, ita etiam & filius inuenitur, hæc Apoſtolorum eſt vna traditio, hæc vera charitas quæ prædicanda eſt, ac veraciter diligenda & ſincnda, atque fiducialiter ab omnibus te-*

Eſai. 40. Eccleſ. 1. & 11.

C *nenda.* Poſſem quidem & multa alia Patrum teſtimonia proferre, ſed timeo ne grauis in & oneroſus legentibus: & tamen adhuc paucis agā. MARCELLINVS I. epiſto. 2. ad Salomonem Epiſcopum, filium eſſe æqualem patri, verborum ſacræ ſcripturæ ſerie contra hæreticos doctiſſimè defendit: vt ex Geneſi 1.11.19. ex Eſaya 14 ex Daniel 3. ex Eccleſiaſt. 5. & 24. ex Ioannis 5.7.8. & alijs infinitis, vt iam ſuperiùs protulimus. Præterea pro hac aſſertione tuenda, congregatum eſt. Concilium NICÆNVM I. 318. Patrum, vbi & infœlix Arrius temeritatis ſuæ pœnas luit, & veritas fidei elucidata eſt, vt habes expreſſum in Symbolo eiuſdem Concilij, vt inuenies in vocabulo,

Marcellin. 1.

Conciliū Nicenū 1. generale.

D Symbolum. Sed & Iulius I. Concilium ROMANVM celebrauit contra Arrianos, Imperantibus Conſtantio & Conſtante, vbi ſic definitum eſt: *Dicentes, erat quando non erat, aut non erat antequam fieret: aut quia ex non exiſtentibus factus eſt: aut ex altera ſubſtantia vel eſſentia dicentes eſſe, aut creatum aut conuertibilem filium Dei, hos tales anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia. Hanc fidem venerabilem trecenti & octo patres, & agnouerunt & corroborauerunt, conſonanterq́ & vnanimes ſcriptis explanauerunt. Prædicandum eſt enim eſſe conſubſtantialem patri filium, eo quòd nullam æqualitatem ad creaturas factus Dei filius habeat, ſed ſoli patri*

Conciliū Romanū ſub Iulio 1.

Hæc erāt verba Arrianorū.

E *genitori per omnem modum ſit ſimilis, & non ſit ex alia qualibet ſubſtantia vel eſſentia, ſed ex patris: & eos qui diuidunt à paterna ſubſtantia & diuinitate, & alienant verbum a patre, diuidi ab Eccleſia Catholica conuenit, & eſſe alienos à nomine Chriſtiano.* Idem omninò ſtatuit Conciliū SARDICENSE I. contra Epiſcopos Arrianos Philippopoli congregatos, vt narrat Nicephorus Calliſtus, libro 9. cap 12. & Theodoretus Cyrenſis, lib. 2. cap. 8. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Idem quoque patres Concilij AQVILEIENSIS I. epiſtola ad Gratianum, Valentinianū, & Theodoſium Imperatores, contra Palladium Arrianum, vbi multis in locis anathematizant omnes, quicunque filium patri ne-

Conciliū Sardicenſe.

Nicephorus. Theodoretus.

Concilium Aquileienſe 1.

A gauerint coæternum & coæqualem & Deum verum. Sub eodem tempore ſcripſit ATHANASIVS, HILARIVS, GREGORIVS NAZIANZENVS, NISSENVS, BASILIVS MAGNVS, & LVCIFER CATAGVRITANVS Epiſcopus, libris ad Conſtantium Imperatorem, qui nouiſſimè in lucem prodierunt, opera Ioā. Tillij Epiſcopi Meldenſis Quorum Patrum teſtimonia ſatis manifeſta ſunt, nec vacat ea in medium producere. Scripſit & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS, lib. 4. de fide ad Gratianum Auguſtum, in quorum 2. cap. 4 de filij æqualitate cum patre abundè diſſerit, & in lib. 4. cap. 4. cui titulus talis præfigitur, de ſolutione

Athanaſius. Hilarius Gregorius Nazianz. Gregor. Niſſenus Baſilius. Lucifer Calaguritanus.

Ambroſius Mediolan.

B obiectionum, quibus impij hæretici inæqualitatem patris & filij probare cōtendunt, ſic orditur: *Imperator Auguſte, quidam hoc etiam ad inæqualitatem Dei patris & filij obijciendum vſurpare conſueuerunt, quia dicant omnipotentem patrem eſſe, quòd generauit filium negent autem omnipotentem filium, dicentes quod generare nō potuit. Sed vide quemadmodum ſua impietas & dialectica philoſophorum ſeipſa communicat, &c.* Lege quod ſequitur. Porrò AVGVSTINVS HIPPONENSIS quātis hoc argumentis reuincat, & quantis aſſertionibus Catholicam defendat veritatem impoſſibile eſt nobis recenſere, nec alicui credo eſt hoc ignotum: deficerem enim ſi vel conarer in his digerendis

Auguſtinus Hipponenſis.

C inuigilare. Lubet interim & hic apponere quippiam ex illa epiſtola Patrum memorati Concilij SARDICENSIS, num. 300. ad omnes Epiſcopos, contra Arrianos, quam refert Theodoretus Cyrenſis, lib. 2. cap 8 ſic autem loquuntur: *Cohors hæreticorum diuerſas eſſe ſubſtantias patris & filij & ſpiritus ſancti pronunciant, & eas eſſe diuiſas. Nos autem hanc percepimus & eruditi ſumus, hanc habemus Catholicam Apoſtolicamq́ traditionem, & fidem atque confeſſionem, vnam eſſe ſubſtantiam patris & filij & Spiritus ſancti. Et ſi quærant, quæ filij ſubſtantia ſit, profitemur eam eſſe quæ patris, indubitanter, nunquam patrem ſine filio, neque filiū ſine patre fuiſſe credentes, nec eſſe poſſe, quod eſt verbum, ſpiritus. Abſur-*

Conciliū Sardicenſe patrū 300. œcumenicum ſub Iulio Papa.

Fides beatorū patrum.

D *dum namque eſt dicere, aliquando patrem non fuiſſe. Patrem enim ſine filio nominari, nec eſſe poſſe, eſt ipſius filij teſtimonium Ego in patre & pater in me eſt: Et ego & pater vnum ſumus. Nullus noſtrum negat genitum. Sed genitum ante omnia, quæ viſibilia & inuiſibilia nuncupantur, opificem Archangelorum & Angelorum & mundi & humani generis, quoniam ait: Omnium artifex ſapientia docuit me, & omnia per ipſum facta ſunt. Non enim ſemper eſſe potuiſſet, ſi ſumpſiſſet exordium, quandoquidem verbum quod ſemper eſt, non habet initium. Deus autem nunquam terminum habet. Non dicimus patrem filium eſſe, neque rurſum filium patrem eſſe, ſed pater, pater eſt, & filius*

Ioann. 14 Ioann. 10.

Sapien 7. Ioan. 1

E *patris filius eſt. Confitemur virtutem eſſe patris filium, confitemur verbum Dei patris eſſe, præter quod, aliud non eſt: & verbum verum Deum, & ſapientiā, & virtutem, verumq́ filium tradimus. Et non ſicut cæteri filij nominātur, ita filium dicimus quoniam illi, aut gratia generationis Dij erunt, aut eo quòd digni fiant, filij nuncupantur, neque propter vnam ſubſtantiam, quæ eſt patris & filij. Confitemur item, & vnigenitum, & primogenitum ſed vnigenitum verbū dicimus, quod ſemper fuit, & eſt in patre: primogenitum autem quantum ad hominem, ſed tamen differt à creatura communi, quoniam & primogenitum a mortuis. cōfitemur vnum eſſe Deum. Confitemur vnam patris filijq́ diuinitatem, neque quiſquam negat aliquando patrem filio maiorem, non propter aliam eſſentiam, non propter differen-*

Chriſtus vnigenitus & primogenitus.

A *tiam, ſed quia ipſum nomen Patris maius eſt filio. Hac autem illorum blaſphemia, atque corruptibilis interpretatio eſt, hac gratia eum dixiſſe contendunt. Ego & Pater vnum ſumus, propter concordiam & vnanimitatem. Sed reprobamus nos omnes Catholici, intellectum eorum fatuum & abiectum, ſicut mortalium hominũ. Qui quoniam corrumpi cœperunt, offendentes, diſcordare noſcuntur, & ad permutationes aſcendunt, hoc modo diſtantiam & diſcordiam inter patrem Deum omnipotentem & filium eſſe poſſe dicentes, quod abſurdum eſt intelligere, & aliquatenus arbitrari. Nos autem & credimus & affirmamus, & ſic intelligimus, quoniam ſacra ſcriptura ſic locuta eſt. Ego & pater vnum ſumus, propter eſſentia vnitatem, qua eſt vna &* B *eadem patris & filii, & credimus ſemper ſine principio & ſine termino hunc regnare cum patre, & non habere nec tempus, nec defectum eius imperiũ, quia ſemper eſt: nunquam enim eſſe cœpit, ideoq; nec deficere poterit* Eandem fidem de æqualitate filij cum patre, fortiter propugnat Cyrillvs Alexandrinvs, lib. 1 in Ioannis Euangelium, cap. 3. dum illud exponit: & Deus erat verbum. Deus bone quam doctè & ſyncerè & pulchrè Arrianos perſequitur argumentorum vi, & rationis multiplicis vigore! Idem quoque facit, & lib. 2. in eundem Euangeliſtam, cap 135. dum illud exponit: Amen dico vobis, non poteſt filius à ſeipſo quicquam facere. niſi quod viderit patrem facientem, C præfert autem caput, talem titulum: quod neque ſecundum virtutem, neque ſecundum operationem parte filius minor eſt, ſed æqualiter omnipotens, vt ab eo prodiens ſecundum naturam. Lege ergò. Porrò Leo Primvs epiſt. 10. ad Flauianum Conſtantinopolitanum, cuius ſuprà mentionem fecimus, eadem confirmat & epiſt 76 quę eſt ad Leonem Auguſtum *Quod* (ait) *noſtris temporibus apud Chalcedonẽ de Domini noſtri Ieſu Chriſti incarnatione firmatum eſt, hoc etiam apud Nicæam* (hoc neſcio quod canone tractetur, vnde colligimus plures eſſe canones quàm nos habeamus, vt iam alibi monuimus) *myſticus ille patrum numerus definiuit, ne Catholicorum confeſſio, aut vnigenitum* D *Dei filium in aliquo crederet Patri imparem, aut eundem, cum ſit hic eſt filius hominis, non veram carnis noſtræ atque animæ habuiſſe naturam, &c.* Eam denique fidem plurimis ſcripturæ authoritatibus Ioannes II. contra hæreticos ſui temporis aſtruit, epiſtola ad Valerium Epiſcopum, vbi nihil aliud tentat probare, quàm Patri æqualem eſſe filium. Porrò Concilium Chalcedonense IV. generale, ſuperiùs memoratam fidem Concilij magni Nicæni I. roborat actio. 5 ſicut & proceſſionem Spiritus ſancti, quæ confirmata eſt in Concilio I. Conſtantinopolitano generali 2. & ea quæ in Concilio III. generali de virgine Maria, vt Theotocos dicatur, approbat, vt ſuis lo- E cis repoſuimus cuncta. Non eſt opus vlterius procedere, cum hoc ſufficienter habeas iterum probatum in vocabulo, Trinitas, & Symbolum.

Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus.

Leo Magnus

Concilium Chalcedonenſe.

Myſticum numerum dicit quia fuerũt trecenti & decem & 8. propter myſteriũ Trinitatis, centenarius quippe numerus triplicatus, & ſenarius triplicatus ſacris hoc denunciat.

Ioannes 2.

Concilium Chalcedonenſe generale 4

Filius Dei & filius virginis, non duo filij.] Hoc certum eſt ſufficienter in ſuperioribus probatum, & in vocabulo, Chriſtus, infinitis monſtratur teſtimoniis Ea autem eſt aſſertio Catholica quam defendit Gregorivs Nazianzenvs, libro, ſeu epiſtola, ad Celidonium. *Si quis* (ait) *introducit duos filios, vnum quidem ex Deo patre, ſecundum autem ex matre, ſed non vnum eundemq;, ex adoptione cadat, quæ promiſſa eſt rectè credentibus. Naturæ enim duæ, Deus & homo, quam & anima & corpus, non autem duo filij, nec Dij duo. Nec enim hic duo homines, licet Paulus ſic appellauerit, quod eſt intus hominis, & quod eſt extrinſecus. Et vt compendioſè dicamus, aliud quidem, & aliud ea ex quibus ſaluator eſt, cùm non idem ſit viſibile & inuiſibile, & hoc quod ſine tempore eſt: non autem alius & alius, &c* Hinc confeſſioni ſubſcripſit Ivstinvs Imperator, in confeſſione ſuæ fidei miſſa ad Ioannem II. & illic præfatam authoritatem allegat. Denique huic ſuffragatur Ambrosivs Mediolanensis, lib. 8. in Lucam, cap. 17. vbi illud exponit: de die illa & hora nemo ſcit, neque Angeli, neque filius, &c. Similiter libro de fide Incarnationis, multis in locis. Hanc quoque aſſertionem defendit Avgvstinvs Hipponensis, epiſtola ad Donatum Tribunum, & in expoſitione Symboli ad Laurentium Epiſcopum, & aliis in locis. Denique Concilium Alexandrinvm ſub Cyrillo Epiſcopo, epiſtola miſſa ad Neſtorium diſputat contra duos introducentes filios. Et Ioan Cyrillvs Alexandrinvs in expoſitione Nicæni Symboli circa medium docet, quod non ex homine Deus factus eſt Chriſtus, ſed Deus exiſtens verbum, factum eſt caro, hoc eſt, homo, eodem modo quo ex eodem Cyrillo probauimus in dictione, Chriſtus incarnatus, &c. Idem Cyrillus poſt multas authoritates allatas, ſic concludit. *Eſt ergo vnus filius, & Dominus, verbum, quod non hominem ſecundum connexionem ſuſcepit, & participem illum ſuarum dignitatum declarauit, cõmunicauitq; ei filiationem & dominationem, ſicut dicunt quidam deliranteſ: ſed ipſum verbum Deus ex Deo, & lumen de lumine, incarnatum & homo factum eſt, & in eius mortem baptizati ſumus. Qui paſſus quidem eſt humano modo in propria carne, manſit autem impaſſibilis diuino modo, & viuit ſemper: vita enim eſt, ex vita, Deo & patre.* Et pauld inferiùs: *Nulli* (ait) *relicta veritatis via, eunt per petras, non intelligentes, neque ea quæ loquuntur, neque ea de quibus affirmant. Vrgentes enim filiationis gloriam in ſolum verbũ, quod ex Deo patre natum, quaſi filium alium, qui ex ſemine Ieſſe & Dauid, coadunatum ei dicunt, participemq; filiationis, ac diuina gloria, & inhabitationis verbi ipſius, & ab ipſo habuiſſe omnia, proprium verò omnino nihil.* Idem lib. 2. in Euangelium Ioannis, cap. 146. dum illud exponit. non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me, vbi probat non duos eſſe filios, filium Dei & filium virginis. Hoc etiam profitentur Clerici Hierosolymitani, Antiocheni & Syriæ, epiſtola miſſa ad Iuſtinum Auguſtum. Sed hic fruſtra torpeſcimus, quoniam omnia hæc iam ſuperiùs probauimus in dictione, Chriſtus conſtans ex duabus naturis, &c. Et infrà. Lege, Maria Dei genitrix, &c.

Gregorius Nazianzenus.

1. Corinth. 4.

Iuſtinus Imperator

Ambroſius Mediolanenſis

Auguſtinus Hipponenſis.

Concilium Alexãdrinũ ſub Cyrillo.

Cyrillus Alexandrinus.

Clerici Hieroſolymitani.

Filius Dei Chriſtus, non eſt filius adoptiuus.] Contra Elipandum Epiſcopum Toletanum hæreticum, qui affirmabat Chriſtum eſſe filium Dei adoptiuum, celebratum eſt Concilium Francfordiense generale Patrũ 300. vbi communi omnium conſenſu damnatus eſt. Hinc & in eodem Concilio Pavlinvs Aqvileiensis Epiſcopus librum edidit, quem vocauit ſacro ſyllabum, qui approbatus à patribus pro cauſa fidei ad noxios reſecandos errores, miſſus eſt ad Galliarum & Hiſpaniarũ prouincias. Sic autẽ in eodẽ libelo diſputat: *Aſſerunt* (inquit) *ſed falſis aſſertionibus irretiti, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum adoptiuum Dei filium de virgine natum, quod diuinus nequeunt approbare documenti*

Concilium Francfordienſe ſub Adriano & Carolo Magno.

Paulinus Aquileienſis.

mentis. Hæc igitur dicentes, aut in vtero virginis eum ſuſpicantur adoptatum, quod dici nefas eſt, quia de beata virgine inenarrabiliter ſumpſit, non adoptauit, carnem: aut certè purum eum hominem ſine Deo natum (quod cogitare impium eſt) neceſſe eſt fateantur, ac per hoc poſtea quaſi eguerit adoptione, à patre in filium ſit adoptatus, cum nihil Deus eguerit: qui erat in eo non per gratiam, quemadmodum in cæteris ſanctis puriſq; hominibus, ſed eſſentialiter per naturam.

2. Corinth. 5. Roman. 8. Galat. 4. Epheſio. 1.

Deus (inquit Apoſtolus) erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi. Quo igitur pacto nobis adoptionem filiorum tribuit, ſi ipſe neceſſarium habuit vt ſibi haberet? Nam quia peccatum non habuit, ideo nobis peccata donauit: quia non accepit vt vita eſſet, ſed ipſe eſſentialiter vita eſt, & idcirco nobis vitam æternam indulſit. Hinc Gabriel virginis ſacramentum diuinum annuncians, Spiritus ſanctus (ait) ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi: ideoq; quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.

Lucæ 1.

Et rurſus Matthæus narrat Angelum dixiſſe: Quod ei in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Non Gabriel dixit, adoptiuus vocabitur filius Dei: ſed abſolutè, filius Dei & filius altiſſimi. Denique non de ſola excellentia maieſtatis eius tunc loquebatur, ſed potius de incarnata diuinitate. Porrò pronomen, quod, neutri generis eſt, & ſanctum, ſimiliter neutri generis eſt: ait enim, quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei. Matthæus autem cum refert Angelum dixiſſe: Quod in ea natũ eſt, de ſpiritu ſancto eſt. palam dat intelligi de corpore dixiſſe, quod de inuiolata virgine ſumpſit, more ſacri eloquij, partem pro toto vt per ſolum corpus, totum intelligas hominem in anima rationali ex ea natum. Sed ne quilibet ſcrupulus ambiguitatis remaneret, quia de incarnationis eius myſterio dixerit, ſtatim poſt pauca ſubinfert: dabit ei Dominus Deus, ſedem Dauid patris eius.

Matthæi 1.

Lucæ 1.

Secundum carnem, videlicet, Dauid filius dictus eſt, non ſecundum diuinitatem. Habes igitur quomodo de quo ſupra dixerat: Quod enim ex te naſcetur, ſanctũ vocabitur filius Dei, non adoptiuus ſed verus, non alienus ſed proprius, de eo ſubiecit: dabit ei Dominus Deus ſedem Dauid patris eius. Nam quis eum adoptaſſe in filium credat, cum tota Trinitas hominem Chriſtum in vtero virginis operata ſit. Præterea ADRIANVS I. epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ & Galliarum, quæ prædicto Concilio præponitur. *Sufficeret in duobus teſtibus vel tribus* (ait) *ſtare omne verbum ſed propter controuerſias litigantium, qua falſis obiectionibus coniecturalium quæſtionum, molimus, veritatis refragari nituntur aſſertionibus, adhibeamus quinetiam alios veritatis teſtes: ſanctos, ſcilicet, prædicatores noſtros, qui in gremio Catholicæ Eccleſiæ lacte fidei ſunt nutriti, & ad tantam perfectionis maturitatem pertingere meruerunt, quatenus & ſolidi cibi capaciores fierent, & minutis turbis frangendi peritiam retinerent. Beatus igitur* ATHANASIVS ALEXANDRINVS *antiſtes, ſancto afflatus ſpiritu hoc modo fidei ſuæ exorſus principium dedit. Confitemur filium Dei ante ſecula ſempiternum ex patre genitum, nouiſſimis verò temporibus propter noſtram ſalutem de Maria virgine natum, ſicut ſcriptum eſt: Quando venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum factũ ex muliere, &c.* Et deinceps: *Si quis vero aduerſus diuinas ſcripturas docet, alium dicens filium Dei, & alium qui ex Maria virgine hominem ſecundum gratiam adoptatum ſicut nos: quaſi eſſent duo filij, vnus ſecundum naturam qui ex Deo, & vnus ſecundum gratiam qui ex Maria. Et ſi quis Domini noſtri carnem deſurſum dicit, & non ex virgine Maria, aut mutatã Deitatem in carnem, & confuſam, aut alienatam, aut paſſibilem Deitatem, aut inadoradam Domini & Dei*

Adrianus I.

Athanaſius Alexandrinus.

Cõfeſſio Athanaſij.

Galat. 4.

A *carnem, hunc anathematiſat ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia.* Idem & eloquentiſſimus vir GREGORIVS NAZIANZENVS (vt iam ſuperiorib. allegauimus) *profitetur & aſſerit.* Similiter & AVGVSTINVS HIPPONENSIS in Euangelium Ioannis. *Non enim* (ait) *nos nati ſumus de Deo quomodo ille vnigenitus, ſed adoptati per gratiã ipſius: ille enim venit vnigenitus ſoluere peccata. Si dicit Auguſtinus adoptatos nos eſſe per gratiam ipſius, qui peccata ſoluere venit: quomodo per illius gratiam nos ſumus adoptati, ſi ipſe conſors nobis in adoptionis gratia fuit. Credatur ergo (quod dici nefas eſt) particeps etiam nobis in cauſa peccati. Nam ſicut peccata noſtra non tolleret, ſi ipſe peccatum haberet, ita adoptionis gratiam non nobis tribueret, ſi ipſe propter hominem quem aſſumpſit ſine ſorde peccati, eguerit, vt gratiam adoptionis acciperet.*

Gregorius Nazianzenus.

Auguſtinus Hipponẽſis in illud Ioannis, Dedit filios Dei fieri.

B Et GREGORIVS I. in 36. caput Iob: *Redemptor noſter, homo ſine peccato, eſt plane ſine adoptione. Nam & ſi homo quidem, ſed extra menſuram hominum credendus eſt. Vnde bene dicitur: Nullus ei ſimilis in legiſlatoribus, &c.* Patres quoque præfati Concilij in confutatione argumentorum, quæ hæreticus Elipandus & complices obiecerant ex deprauatis ſanctorũ Patrum authoritatibus, ita viciſſim prædictam propoſitionem probant. *Facientes mentionem epiſtolæ Pauli ad Hebræos* (aiunt) *nec intelligentes omnia quæ poſuerunt contra ſe eſſe, & ſemper vbique Chriſtum Dominum filium Dei nominari, non ſeruum, non adoptiuum. ſicut in illis teſtimoniis perſpicuum eſt, quæ ex principio epiſtolæ eius ponere voluerunt.*

Gregorius I. Iob. 36.

Patres concilij Frankfordienſis.

C *Multiphariè multiſq; modis olim Deus loquutus eſt Patribus noſtris in Prophetis: nouiſſimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſecula. Qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius, portanſq; omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis: tantò melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando Angelorum, filius meus es tu, ego hodie genuite? Et iterum cum introduceret & primogenitum in orbem terræ, dixit: Adorent eũ omnes Angeli Dei. Hæc vtique teſtimonia, non ſeruum, non adoptiuum dicunt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſed Filium & hæredem vniuerſorum, ſicut & in ſequentibus eiuſdem epiſtolæ legimus. Moyſes (ait Apoſtolus) tanquam famulus fidelis fuit in tota domo eius: Chriſtus verò tanquam filius in domo ſua, & paulo ante: Amplioris enim gloriæ iſte pro Moyſe dignus habitus eſt. Quomodo, amplioris gloriæ, ſi ſeruus ſicut & Moyſes, vel ex ſeruo adoptiuus.*

Hebr. 1.

Pſal. 2.

Pſal. 96

D

Hebr. 3.

Hinc & AVGVSTINVS HIPPONENSIS tracta. 3. in Ioannem I. tenete fratres ſoliditatem iſtam. *Lex per Moyſen data eſt, gratia per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum facta eſt. Per ſeruum lex data eſt, & reos fecit: per imperatorem indulgentia data eſt, & reos liberauit.*

Auguſtinus Hipponenſis. Ioan. 1.

E Et HILARIVS PICTAVIENSIS, lib. 6. de fide, tractans illud: *Hic eſt filius meus dilectus, &c. Si propriũ ac ſingulare eſt* (ait) *hic eſt filius meus, quid calumniæ Deo patri profeſſa de filio proprietatis adſerimus? An ne tibi videtur in eo quod dicitur, hoc ſignificari: alios quidem cognominatos habeo in filios, ſed hic filius meus eſt, donans adoptionis nomen plurimis, ſed iſte mihi filius eſt. Ne quæras aliũ, ne non hunc eſſe credas. Hunc ergò tanquam digito indice, ac verbi ſignificatione contingo, quia dico & meus eſt, & filius eſt.* IDEM Hilarius interpretans illud ad Romanos: *Proprio filio non pepercit*, eodem *ſexto libro, ita ait: Nunquid nam etiam nunc adoptionis in eo erit nuncupatio, in quo proprietatis eſt hoc*

Hilarius Pictauienſis.

Matth. 3. & 17.

Roman. 8.

nomen.

nomen. Et iterum lib. 8. *Sentis ne quid tibi de ſit, Chriſto negando quod ſuum eſt? Si per naturam Dei, Chriſtus tibi Dominus eſt, habes ſpiritum ſanctum: Si verò per adoptionem nomen hic Dominus eſt, ſpiritu ſancto carens, ſpiritu erroris animaris: quia nemo niſi in ſpiritu ſancto Dominum Ieſum poteſt dicere.* IDEM Hilarius, in dogmate Catholicæ fidei. *Ergò Deus filius hominis factus eſt filius, natus ſecundum veritatem naturæ ex Deo Dei filius, & ſecundum veritatem naturæ ex homine hominis filius: vt veritas vnigeniti nõ adoptione neque appellatione, ſed in vtraque natiuitate filij nomen naſcendo haberet, vt eſſet verus Deus & verus homo, vnus filius.* Idem affirmat AMBROSIVS MEDIOLANENSIS in hymno quodam de natali Domini, dum canit: *Geminæ gigas ſubſtantiæ, alacris vt currat viam.* Vide in vocabulo, Chriſtus conſtans duabus naturis ſuprà. Item AVGVSTINVS in libro Enchiridion, cap. 13. *Sicut confitemur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quod de Deo Deus, homo autem natus eſt de Spiritu ſancto & virgine Maria: ita vtraque ſubſtantia, diuina, ſcilicet atque humana, filius eſt vnicus Patris omnipotentis. Item in expoſitione Catholicæ fidei. Non ergò duos Chriſtos neque duos Filios, ſed Deum & hominem vnum filium quem propterea vnigenitum dicimus, manentem in duabus ſubſtantiis, ſicut ei naturæ veritas contulit.* Sed & ISIDORVS HISPALENSIS, libro Ethimologiarum. *Sic autem* (ait) *Dei filio iuncta eſt humana natura, vt ex duabus ſubſtantiis fieret vna perſona.* Sic & PASCASIVS DIACONVS ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, libro ſecundo operis pulcherrimi: *Quem de Spiritu ſancto compoſuit* (cuius opuſculi B. Gregorius Papa in libris Dialogorum mẽtionem fecit) *capite quarto, ita dicit. Itaque in Deo & homine gemina ſubſtantia, ſed non gemina perſona eſt, quia perſona perſonam conſumere poteſt, ſubſtantia verò ſubſtantiam non poteſt ſiquidem perſona res iuris eſt, ſubſtantia res naturæ, &c. quæ ibi doctè dicit.* Hæc & alia plura teſtimonia adducunt in medium præfati patres Concilij Francfordienſis, tribus libellis in eodem Concilio editis, quorum authores fuerunt præfatus Paulinus Aquileiẽſis, Adrianus I & III. Patrum eiuſdem Concilij. Porrò CAROLVS MAGNVS qui hoc Concilium congregauerat, miſit ad prædictum Elipandum hæreticum & complices eius, vt reſipiſcerent, epiſtolam, eos ſic commonens. *Vos* (ait) *obteſtor, vt in pacis ieu vnanimitate & Catholicæ fidei profeſſione nobiſcum firmiter maneatis, nec vos doctiores exiſtimetis vniuerſitati ſanctæ Dei Eccleſiæ. Eam fidem tenete quam orthodoxi patres in ſuis nobis ſymbolis ſcriptam reliquerunt, & nolite plus ſapere quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem nec ratiocinando humano ingenio diuina vos myſteria inueſtigare arbitremini ſed magis credendo honorate, quæ humana fragilitas temere perſcrutando inuenire nõ valet.* Deinde addit & fidei ſymbolum, cuius alibi mentionem fecimus. Vide Chriſtus, Trinitas, Symbolum, &c.

Ambroſius Mediolanenſis hymnum compoſuit.

Ambroſius Hipponenſis.

Iſidorus Hiſpalenſis.

Paſchaſius Diaconus.

Carolus Magnus.

Hæc eſſent & auribus Bezanorum inculcanda.

Roma 12.

FILII HOMINVM.

Filij erudiendi.] Parentes vt liberos inſtruãt & erudiãt IGNATIVS MARTYR in omnibus ſuis epiſtolis ſolicitè admonet, & vt filij etiã parentibus obediant, vt ex eius epiſtola præcipuè ad Philadelphẽſes, & Antiochẽſes alia, atque cæteris colligitur. POLYCARPVS SMYRNENSIS epiſtola ad Philippenſes. *Filios* (inquit) *erudite in omni diſciplina, & timore Dei.* Hæc autem PHILO IVDÆVS, libro de ſpecialibus legibus commendat, vbi exponit 3. 4. & 5. caput Decalogi. & adhuc diſertius libro de decem oraculis. *Parentibus* (inquit) *eximiam præ liberis ſortem largita natura eſt, vt beneficia conferant, quibus par gratia nulla vnquam referri poſſit. Quo fit vt merito indignum & graue cenſeri debeat, ſi qui pro omnibus quæ acceperunt, parem gratiam rependere nullo modo poſſunt, ne pro leuioribus quidem velint. & animalium irrationabilium proprietate & inſtinctu naturæ in ſequentibus homines prouocauit ad gratiam parentibus rependendam.* Hinc de educatione filiorum IOANNES CHRYSOSTOMVS lib. 2. aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ, tomo 5. pulcherrimè tractat ad Gentilem atque infidelem patrem. Idem facit & lib. 3. circa medium & vſque ad finem, vbi & fructum bene educatorum filiorum deſcribit. Oro te lector ſi delicioſis pabulis cupis ſaginari, ne te pigeat locum reuoluere. Denique Concilium PARISIENSE III. lib. 3 cap. 25. Imperatoribus Lothario & Ludouico ſtatuit & admonuit parentes, vt filiis erudiendis ſolertem curam adhibeant: *Ne illicitis actibus creatoris ſui offenſum incurrant.* Et id exemplo beati Iob, cuius ſtudium Beatus Gregorius in ſuis moralibus ſcribit circa filios erudiendos tale extitiſſe, vt non ſolum eos exterius perfectos opere & ſermone efficeret, verùm etiam eorum corda ſacrificij oblatione mundaret. Exemplo etiam Dauid, qui Salomonem filium inſtruens: *Confortare & eſto vir fortis* (ait) *& obſerua cuſtodias Domini Dei tui, vt ambules in viis eius, & cuſtodias cæremonias eius, & iudicia eius & præcepta, & teſtimonia.* Exemplo quoque Tobiæ, qui filium ab infantia timere Deum docuit, & abſtinere ab omni peccato. Eadem præcepta dat parentibus Cõcilium AQVISGRANENSE II. cap. 12. circa finem. Præterea Concilium ARELATENSE IV. ſub Leone III. cano. 19. vt parentes filios ſuos, & patrini eos quos de fonte lauacri ſuſceperunt, erudire ſummoperè ſtudeant admonet. Vide Patrinus. Porrò ſcripſit de educatione liberorũ, egregium opus FRANCISCVS PHILELPHVS. Oro te lector ſi vacat, perlegas. Porrò lege ſequentia.

Ioannes Chryſoſtomus.

Concilium Pariſienſe 3.

Iob 1.

Gregorius 1.

1 Reg. 2.

Tob. 1.

Concilium Aquiſgranenſe 2. Concilium Arelatenſe 4. ſub Carolo Magn.

Franciſcus Philelphus.

Filiorum necatores.] Vide ſuprà, Abortiuus, & infrà, Homicidium filiorum, quia in his locis cuncta repoſita ſunt.

Filij legitimi qui.] Plenæ ſunt leges imperiales Iuſtiniani & aliorum documentis his, nec eſt hic immorandum. Denique, decretalia, ſextus decretalium, Clementinæ & extrauagant. de talibus ſæpius faciunt mentionem. Vnde & ALEXANDER III. ad Exonienſem Epiſcopum (inſeritur parte 33. Concilij Lateranenſis quod celebrauit, cap. 1 & 3.) *Tanta* (ait) *vis eſſe decernitur Patrum authoritas legitimos poſſe in hæreditatem ſuccedere, non filium qui legitimo connubio procreentur, ſed & hos qui naſcuntur ex matre, antequam cum Patre matrimonium ſit perfectum. Tanta eſt enim vis ſacramenti matrimonij, vt qui antea ſunt geniti, poſt contractum legitimum habeantur legitimi. Si tamen conſtat quòd viuente vxore, Pater alia muliere abuſus eſt, & ex ea filium ſuſtulit, nõ eſt ille habendus legitimus licet poſt mortem vxoris prædictam mulierem acceperit vxorem: maximè ſi vir eius potiretur machinatus eſt mortem vxoris, & talis ab hæreditate paterna deijcitur.* Illi autem qui legitimo connubio procreati, poſtea diuortio interueniente inter patrem & matrem, non debent hæreditario iure fraudari, ſed debent de parentum bonis enutriri, vt infert. ca. eiuſdem partis. Vide in vocabulo, Matrimon &c.

Alexander 3.

Filij ex adulterio procreati Vide ſuperiùs, Adulter & adulterium,&c

Concilium Toletanum 9.

Filij clericorum & ſacerdotum.] Concil. Toletanvm IX. can.10.& allegatur à Gratiano,cauſa 15.q.8.cap.Cùm multæ:*Cùm multæ ſuper incontinentia ordinis clericorum hactenus emanauerint ſententiæ Patrum*(vide infrà fornicatio,& ſuperiùs, Clericis interdicitur mulierum familiaritas,&c.) *& nullatenus ipſorū reformari quiuerit correctio morum,vſque adeò ſententiam iudicantium protraxere commiſſa culparum,vt non tantùm ferretur vltio in authores ſcelerum,verùm & in progeniem damnatorum. Ideoq́; , quilibet ab Epiſcopo vſque ad ſubdiaconum deinceps,qui vel ex ancilla,vel ingenua deteſtando connubio,in honore cōſtituti filios procrearint: illi quidem ex quibus geniti probabuntur , canonica cenſura damnentur · proles autem tali pollutione nata, non ſolùm hæreditatem parentum nunquam accipiet, ſed etiam in ſeruitutem eius Eccleſiæ,de cuius ſacerdotis vel miniſtri ignominia nati ſunt,iure perenni manebunt.*

Alexander 3.

Hinc & Alexander III. Dunolmenſi Epiſcopi,& allegatur,par.19.Concilij Lateranenſis quod celebrauit ipſe, cap.1. *Tua deuotio poſtulauit,vtrùm filij ſacerdotum, ſi idonei inuenti fuerint, ad ſacros ordines promoueri poſſint, vel eis cura animarum committi. Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus,quòd filij ſacerdotum,niſi in monaſterio,vel canonica regulari,ſi probatæ vita fuerint & conuerſationis habiti,ad diaconatum vel ſacerdotium non debent admitti.* Tum cap.1.3.& 4 eiuſdem partis, præcipit, vt filij ſacerdotum in paternis Eccleſiis miniſtrare , vel eas occaſione aliqua obtinere nullatenus permittantur,(vt videbis ſuprà Beneficia,&c.) & ab Eccleſiis in quibus patres eorum miniſtrare noſcuntur,ceſſante omni appellatioois obſtaculo, penitus amoueantur.Hoc iterum reperit per omnia eiuſdem partis 19. capita , licet prolixioribus verbis,verùm nō diſſimili ſentētia.Porrò Idem Ciceſtrenſi Epiſcopo, parte 40.c.3. ſcribens,dicit obiectum illi eſſe. quòd maculā haberet in oculo,& canonici eſſet filius. *Quapropter Cantuarienſi Archiepiſcopo Legato noſtro* (ait) *dedimus in mandatis,vt pro eo quòd canonici filium diceris fuiſſe,in promotione tua ex multa diſpenſatione procedere non poſtponat:de macula verò quam habes in oculo,eidem mādauimus,vt quod viſum fuerit examini Epiſcoporum, ſic exequatur.* Denique idem cap.60.par.50 ad Cātuarienſem Archiepiſcopum, ſcribit vt filij ſacerdotum in ſacerdotio geniti vel nō,à vicariatu vel officio paternarum Eccleſiarum,appellatione ceſſante,amoueantur. Si verò Eccleſias, quas Patres eorum tenuerūt,ſunt adepti,perſonis aliis medus, dummodo idonei ſint,in ipſis permanere ſinantur: nec tamen plures.ſed vnam poſſiut habere. Vide Beneficia,&c.

Concilium Biterrenſe nouiſſ. incidatū. Concilium Lateranenſe generale patrum 1215.ſub Innocentio 3.

Eadem & Concilium Biterrense, can 7. Sed & Concil. Lateran. generale ſub Innocentio III. cap.31.*Ad abolendam* (ait) *peſſimam quæ in pleriſque inoleuit Eccleſiis corruptelam,firmiter prohibemus,ne canonicorum filij,maximè ſpurij, canonici fiant in ſecularibus Eccleſiis,in quibus inſtituti ſunt patres:& ſi fuerit contra præſumptum decernimus non valere:qui verò,vt dictū eſt,canonicare præſumpſerint à ſuis beneficiis ſuſpendantur.* Vide in vocabulo , Teſtamentum Eccleſ. &c.

Bonifacius 8.

Porrò de filiis presbyterorū Bonifacivs VIII. titu.11 ſexti Decretalium,cap 1.*Is* (ait)*qui defectum natalium patitur,ex diſpenſatione poteſt Epiſcopi,licitè ſi ei aliud canonicum non obſtat ad ordines promoueri minores,& obtinere beneficium,cui cura non imminet animarum · dum modo ſit tale, ſuper quo per ipſum Epiſcopum valeat diſpēſari. Ad ordines quoque maiores vel beneficia, ſuper quibus nequit Epiſcopus diſpenſare, ſine diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ promoueri non poteſt.* Eadem decreta renouat Concilium

Cōcilium Tridentinū generale.

Tridentinvm generale nouiſſimum,ſeſſio. 25. quæ fuit 9 ſub Pio IV.cap.15. decreti,reformationis,quod incipit ſic:vt paternæ incontinentiæ memoria, &c.

Fiscvs.

Concilium Toletanum 3. ſub Pelagio 2.

Fiſcalium actores.] Conc. Toletanvm III. cap.18.*Statutum eſt vt iudices locorum,& actores fiſcalium patrimoniorum ,ſecundum iuſſum Regis Riccaredi & ſacerdotalis Concilij , die Calendarum Nouembrium in vnum conueniant, vt diſcant quàm pie,& iuſte cum populis agere debeant,nec in angariis aut operationibus ſuperfluis , ſiue priuatum onerent, ſiue fiſcalem grauent.Sunt etenim proſpectores Epiſcopi ſecundum regiam admonitionem . qualiter iudices cum populis agant.vt ipſos præmonitos corrigant, aut inſolentias eorū,Principum auribus innoteſcant. Quòd ſi correptos emendare nequiuerint,& ab Eccleſia,& à communione ſuſpendant,à ſacerdote verò & ſenioribus deliberetur,quid per prouincias in ſuo detrimento præſtare debeant iudices,ſi ad Concilium nō venerint,&c.* Vide Iudex.&c.

Fiſci clerici.] Vide ſuperiùs,Clerici fiſci.

Fœmina.

De fœminis.] Egimus paſſim in vocabulis, Mulier, Vidua, & clerici ad fœminarum habitacula non accedant, & infrà , Fornicatio , & aliis multis in locis,vt facilè poteris legendo reperire: non enim toties rem repetimus eandem.

Formata.

Formatarum.] Quidem ſæpiùs mentio fit in vetuſtis decretis Patrum,vbi prohibent ne peregrinentur clerici ſine formata, vt ibidem diximus, ſcilicet, clerici non recipiantur ſine literis, &c. & in vocabulo , Epiſtola , rationem formatæ reddidimus.

Fornicatio.

Fornicatio quid.] Hic etiam reuoluendum eſt quod iam in vocabulo, Adulterium, diximus, & concubitus:quia hæc vocabula ſibi ſunt affinia.

Clemens 1.

Itaque Clemens I. lib 6. Conſtitutionum Apoſtolicarum,cap.28.*Fornicatio* (inquit) *eſt propria carnis corruptio,quæ non cauſa liberorū expetitur, ſed voluptatis : quod eſt incontinentiæ ſignum, non argumentum virtutis.* Et lib.eod cap.29.*Qui alienam vxorem corruperit,vel cum meretrice ſe inquinauerit, neque ſi toto mari atq; omnibus fluuiis ſe abluerit, expiari poterit.* Eadem repetit iterum,lib.7.c.3 Porrò

Tertullianus Carthaginenſ.

Tertvllianvs Carthaginensis de fornicatione multa tractat , libro de pudicitia ad calcem,quæ breuitatis cauſa prætereo.

Clemens Alexandrinus.

Idem facit & Clemens Alexandrinvs, lib. 3. Stromatum,à principio in longā ſeriem,quæ nec otioſum eſt nobis hic annectere.

Origenes Adamantius.

Lege & Origenem Adamantivm, homil 7. in Ezechielem ad calcem,vbi illud exponit: tranſierunt crura tua per omnem tranſitum, & multiplicaſti fornicationem tuam. &c. optarim enim vt lector illam homiliam perlegeret,non modicum relaturus eruditionis & ædificationis.

Ambroſius Mediolanenſis.

Pulchrè nihilominus de fornicationis malo diſputat Ambrosivs Mediolan. in 1.ad Corinthios,cap.6. exponens illud : Qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat, & : Omne peccatum quodcunque

A fecerit homo extra corpus eſt,&c. *Quia* (inquit) *cætera peccata & ſi per corpus generantur, non tamen animam ita carnali concupiſcentia faciunt obſtrictam & obnoxiam, quemadmodum commiſceri facit animā cum ipſo corpore vſus libidinis, agens in opere carnalis fornicationis: quia in tantum agglutinatur anima corpori, vt in ipſo momento nihil aliud cogitare homini liceat, aut intendere, quia ipſam mentem captiuam ſubdit, ipſa ſubmerſio, & abſorbitio libidinis, & concupiſcentia carnalis, &c.* I d e m plura lib. ad virginem lapſam, cap 4. & lib. de pœnitētia, cap. 14. De malo quoque fornicationis I o a n n e s C h r y s o s. egregiè diſſerit ad calcem homil. 1. in Pſal 50. Et H i e r o n. S t r i d o n e n s i s, lib. 3 Commentariorum in epiſt. ad Galat cap. 5. exponens illud: B Manifeſta autē ſunt opera carnis, &c. Lege & ſeq.

Ioannes Chryſoſtomus.

Hieronymus Stridonenſis.

Fornicatio qua pœna plectenda.] Iam in dictione, Adulter & adulterium diximus, vt hoc peccatum debeat caſtigari. Porrò Concil. E l i b e r t i n v m, can. 7. *Si quis fortè fidelis poſt lapſum mœchiæ, poſt tempora cōſtituta denuò fuerit fornicatus, placuit eum nec in fine habere communionem.* Porrò canones Patrum non eadē cenſura volunt fornicatores & adulteros puniri, quia omninò non eſt eadem ratio adulterij & fornicationis. Itaque de fornicatione, Concil. N a n n e t e n s e, can. 13. *Si qua* (inquit) *mulier non habens virū, aut vir non habens vxorem, fuerint fornicati, tribus annis pœniteāt.* C Et can. 14. ſubdit: *Quòd ſi vir non habens vxorem, alterius vxorem adulterauit, aut ſi qua mulier non habens virum, cum alterius viro: ille, qui fœdus violauit coniugij, ſeptem annis, vt dictum eſt, in pœna adulterij pœniteat: ille qui lege coniugij non tenetur, quinque annis pœniteat. Neque enim æqualis pœnitentia danda eſt his, quibus ſufficere poterat ad explendā libidinem ſuā coniugium amplexus, & illis qui coniuge carentes, ardore libidinis compellente in fornicationem ceciderunt.* Vide quod ſequitur.

Concilium Elibertinum ſub Sylueſtro 1 vel Melciade.

Concilium Nannetenſe nō potui reperire quo tēpore celebratum eſt.

Fornicatio interdicitur viris Eccleſiaſticis.] Et quidem ſi viris ſecularibus illicita ducitur fornicatio, multo fortiùs clericis & presbyteris debet eſſe interdicta. Porrò de illa iam aliquid D diximus in vocabulo, Clerici fœminarū alloquia & contubernia euitent. Verùm quia ibidem polliciti ſumus nos hic aliquid dicturos, quod promiſimus libera mente exoluimus: ammonētes interim quod hic fuerit ſuppreſſum, in alio ſupra ſignato loco requirendum, eo quòd nonnulla ſunt decreta quæ vix poſſunt à ſe inuicem disiungi, vt iam ſæpius præmonuimus Itaque vt tandem quo cœpimus ordine pergamus. C a n o n A p o s t o l o r v m 25. & allegatur à Gratiano, diſt. 81. cap Presbyter, & diſt. 82. c. Presbyter ſi, &c. *Epiſcopus* (ait) *aut presbyter, aut diaconus qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus eſt, deponatur: non tamen cōmunione priuetur. Dicit enim ſcriptura: Non* E *vindicabit Dominus bis in idipſum.* Hunc canonem allegat Concil. G e n e r a l e VI. can. 4 Porrò Concil. N e o c æ s a r i e n s e longè antè Cōcilium 1. Nicænum, can. 1. *Presbyter* (ait) *ſi vxorem duxerit, ordine ſuo moueatur:* vide Cœlibatus) *ſi autem fornicatus fuerit, vel adulteriū commiſerit, penitus extrudatur, & ad pœnitentiam deducatur.* Hunc canonem allegat Concil. II. M o g v n t i n v m, can. 19. & Concil. P a r i s i e n s e III. libri c. 35. Prætereà Concilium E l i b e r t i n v m ſub Melciade, vel Sylueſtro 1. can. 18. *Epiſcopi, presbyteri, & diacones, ſi in miniſterio poſiti detecti fuerint, quòd ſint mœchati, placuit & propter ſcandalū propter nefandum crimen, nec in fine eos cōmunionem ac-*

Canon Apoſtolorum.

Nauum 2.

Concilium generale

Concilium Neocæſarienſ.

Concilium Moguntinū 2.

Concilium Pariſienſe 3.

Concilium Elibertinum.

A *cipere debere.* Eadē vitare debere clericos ſummoperè monet C y p r i a n v s C a r t h a g i n. lib. 3. Epiſto. epiſt. 10. ad calcem: quinetiam clericos ab hoc vitio dehortatur Concil. C a r t h a g i n. III. vt allegatur à Gratiano ſub nomine Gangrenſis Concilij. Porrò Sylueſter I. vt iam ſæpius monuimus, præſente Conſtantino magno duo Romæ Concilia celebrauit, in quorū poſteriore, actio. 2. ſic legitur: *Presbyter ſi fornicationem fecerit, quanquam ſecundū canones Apoſtolorum* (vt habes ſuperiùs) *debeat deponi, tamen iuxta authoritatem B. Sylueſtri in præfata Synodo, ſi in vitio non perdurauerit, ſi ſua ſponte confeſſus aduecit vt reſurgat, decem annis in hunc modum pœniteat. Tribus quidem menſi-* B *bus, à cæteris remotus, pane & aqua à veſpere in veſperam vtatur, & tantùm diebus dominicis, & præcipuis feſtis modico vino & piſciculis atque leguminibus recreetur, ſine carne & ſanguine: ouis & caſeo vtatur, ſacco indutus humo adhæreat, die ac nocte miſericordiam Dei omnipotētis imploret. Finitis tribus menſibus continuis exeat, tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo ſcandalum patiatur: quia non debet ſacerdos publicè pœnitere ſicut laicus. Poſteà aliquantiſper viribus conſumptis Vnum annum & dimidiū in pane & aqua expleat, exceptis dominicis diebus & feſtiuitatibus, quibus vino & ſanguine, ouis & caſeo iuxta canonicam menſuram vti poterit. Finitio primo anno & dimidio, corporis Domini (ne induréſcat) particeps* C *fiat, & ad pacem veniat. Pſalmos cum fratribus in choro canat, ad cornu altaris non accedat iuxta* B. C l e m e n t i s I. *vocem, epiſt. 2. ad Iacobum, minora gerat officia. Deinde verò vſque ad expletionem ſeptimi anni omni quidem tempore, exceptis Paſchalibus diebus, tres legitimas ferias in vnaquaque hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto ſeptimi anni circulo, ſi fratres apud quos pœnituerit eius congruam pœnitentiam laudauerint, Epiſcopus in priſtinum honorem iuxta* B. C a l i x t i I. *Papæ authoritatem reuocare poterit. Sanè ſciendum quòd ſecundam feriam vnum pſalteriū canendo, aut vnum denariū pauperibus dando, ſi opus eſt, redimere poterit. Finitis autem ſeptem annis, vſque ad finem decimi anni ſextam feriā nulla, interueniente* D *redemptione, obſeruet in pane & aqua. Eadem quoque pœnitentia erit ſacerdotis de omnibus aliis peccatis & criminibus, quæ in depoſitionem eum inducunt. Neque hoc cuilibet onerosum videatur, ſi ſacerdos poſt lapſum dignè, vt ſupra dictum eſt, pœnitens ad priſtinos redeat honores.* Vide & Clericus criminoſus, &c. Prætereà C œ l e s t i n v s I. in decreto, quod allegat Gratianus, cauſa 30. q. 1 c. Si quis ſacerdos: *Si quis ſacerdos cum filia ſpirituali* (vide etiam Patrinus) *fornicatus fuerit, ſciat ſe graue adulteriū commiſiſſe. Idcirco fœmina ſi laica eſt omnia derelinquat, & res ſuas pauperibus tradat, & conuerſa in monaſterio Deo vſque ad mortem ſeruiat. Sacerdos autem qui malum exemplum dedit hominibus, ab omni officio deponatur,* E *& peregrinando duodecim annis pœniteat: poſtea verò ad monaſterium vadat, ibiq; cunctis diebus vitæ ſuæ Deo ſeruiat.* Iterum ibidem Gratianus, eiuſdem Cœleſtini allegat decretum, cap Non debet: *Non debet Epiſcopus aut presbyter commiſceri cum mulieribus, quæ ei ſua fuerint confeſſa peccata. Si fortè (quod abſit) hoc contigerit, ſic pœniteat, quomodo de filia ſpirituali, Epiſcopus annos 15. & presbyter, annos 12. & deponatur, tamen ſi in conſcientia deuenerit.* Hinc eſt quod I c a n y r i o n D i a c o n. Alexandrinus, & Sophronius, & alij epiſtolis quas miſerunt ad Chalced Conc & ad Leonem Papam I. Dioſcorū Alexandrinum impium hæreticum Epiſcopū accuſant coram eiſdem patribus, quòd prædicti So-

Concilium Carthaginenſ 3. allegat Gratianus ſub nomine Gangrenſis diſtin … cap. Presbyter.

Concilium Romanum 2. ſub Sylueſtro.

Qualiter pœni… presbiter fornicarius. O quam … ſeculum … ſi hæc delinquentibus … gerentur.

Clemens 1

Calixtus 1.

Ratio cur tam rigidam pœnitentiam delinquentibus clericis impoſuerint patres q… parum nūc …

Cœleſtinus 1.

Commiſceri ſpiritualibus ex bapt… … lius quam graue ſcelus, vide & Patrinus

Comminatio … ſacerdotibus, cū … mulier… … quas aud… in confeſſione … ſacram…

phronij

phronij vxorem rapuiſſet, & fœdè cum ea ſcortaretur: propter quod à præfato Concilio, & à Leone I. depoſitus & dãnatus eſt. Denique Concilium TVRONENSE I. ſub eodem Leone I. c.2. *Licet* (ait) *à patribus noſtris & commiſſa authoritate id fuerit conſtitutum, vt quicunque ſacerdos vel leuita, filiorum procreationi operã dare fuiſſet conuictus, à communione dominica abſtineret, nos tamẽ huic diſtrictioni moderationẽ adhibentes, & iuſta cõſtitutione mollientes, ad decreuimus, vt ſacerdos vel leuita coniugali concupiſcentiæ inhærens, vel à filiorũ procreatione non deſinens, ad altiorem gradũ non conſcendat, neque ſacrificia Deo offerre, vel plebi miniſtrare præſumat. Sufficiat his tantùm, vt à communione non efficiantur alieni.* Conc. TOLETANVM II. ſub Ioanne II. dum diſtin. can 1. an clerici, qui ab ineunte ætate, mancipati ſunt diuinis officiis, valeãt coniugia repetere, eiſdem fornicationem inhibet, poſtquam votum caſtitatis emiſerint, vt in vocabulo, Clericus iam diximus Vide & Clerici incontinentes, & Cœlibatus, & Cõcubinarius, &c. Porrò Concil. AVRELIANENSE III. can. 7. poſtquã de clericis incõtinentibus ſtatuit (vt etiam allegat Gratianus, diſt. 81 c. Si quis, &c. & Iuo Carnoten lib. 3. decretorum) ſubdit: *De adulteriis honoratorum clericorum id obſeruandum eſt, vt ſi quis adulteraſſe aut confeſſus fuerit, vel conuictus, depoſitus ab officio cõmunione conceſſa in monaſterio, toto vita ſua tempore retrudatur.* Vide mox etiam idem ſtatutum. Concil. ARVERNENSE ſub Pelagio I. vt allegat Codex 16. volum. lib. 2. c. 44. *De presbyteris* (ait) *qui de crimine fornicationis ſine aliquo capitali flagitio accuſantur, & non habent collegas cum quibus ſe excuſare poſſint, aut ſi fortè lapſi fuerint, in iudicio neque ad dexteram neque ad ſiniſtram declinandum eſt, ſed recta via gradiendum. In Concilio namque Neocæſarienſi ſcriptum eſt: Presbyter, &c.* Habes ſuperiùs expreſſum. Idem reperit Concil. MATISCONENSE I. can. 11. vt allegauimus in vocabulo, Cœlibatus, &c. Porrò iterũ de eadem re ſtatuit Concil. TOLETANVM IV. ſub Honorio I. can 42. & allegat Gratian. diſt. 81 c. Quidã, &c. *Quidam clerici* (ait) *legitimum non habentes coniugium, extranearum mulierum, vel ancillarum ſuarum interdicta ſibi conſortia appetunt. Ideo quæ cum clericis taliter coniuncta ſunt, ab Epiſcopo auferantur, & venundentur, illis pro tempore relegatis ad pœnitentiam, quos ſua libidine infecerunt.* Multa ſunt talia ſtatuta aliorum Conciliorũ, vt videre eſt in dictione, Clericus. Denique Cõcil. TOLETANVM II. can. 5. ait: *Si quis Epiſcoporum magnatis cuiuſquam, vxorem, filiam, neptem, ſeu quolibet illi gradu altero pertinentem, quacunque fraude vel ſubtilitate, adulterina pollutione fœdauerit, & honoris proprij gradum amittat, & ſub exilij relegatione perpetuam excommunicationis ſententiam perferat: qui tamen circa finem vitæ, cõmunionis remedio adiuuandus eſt. Hanc ſane & illi ſententiam merebuntur, qui aut volentes homicidium fecerint, aut primatibus palatij, generoſiſq; perſonis, ſeu nobilioribus quibuſcunque mulieribus, aut puellis aliquid per necẽ, aut per quancunque iniuriam viſi fuerint intuliſſe. Vnde eos iuxta legum ſecularium inſtituta, aut talionem recipere, aut traditionem de his fieri, vel proſcriptionem oporteat.* Vide Homicidium. Porrò in ſuperioribus vocabulis, Clerici laſciui & ſcurriles, inſignem deſcripſimus clericorum Gallicanorum turpitudinem, quæ repreſſa eſt in Concilio FRANCICO ſub Carlomãno Rege, & Bonifacio Epiſcopo Moguntinenſi, Legato ſedis Apoſtolicæ: & in Concilio lex etiam contra fornicatores talis poſita eſt. *Falſos presbyteros, & adulteros, vel fornicatores diaconos* (ait Synodus) *& clericos, de peculiis Eccleſiarum abſtulimus, & degradauimus, & ad pœnitentiam coegimus* (vide & Clerici criminoſi, &c.) *Statuimus ſimiliter, vt poſt hanc ſynodũ* (quæ fuit 11. Cal Maias) *quiſquis ſeruorum Dei, vel ancillarũ Chriſti, in crimen fornicationis lapſus fuerit, vt in carcere pœnitentiã faciat in pane & aqua. Et ſi ordinatus presbyter ſit, duos annos in carcere pœnitẽtiam faciat, & in carcere permaneat. Si autem clericus vel monachus in hoc peccatum ceciderit, poſt tertiam verberationem, in carcerem miſſus, vertentem annum ibi pœnitentiam agat. Similiter, & velatæ vel ſanctimoniales eadem pœnitentia contineantur, & radantur capilli capitis earum.* Omninò idem decreuit Concil. SVESSIONENSE ad S. Medardum, ſub Childerico & Pipino ducibus & regibus. Hinc NICOLAVS I. epiſt. ad Carolum Archiepiſcopum Moguntinum, allegat Gratianus diſt. 50. cap. Sacerdotes: *Sacerdotes ſi in fornicationis ceciderint laqueum, & criminis manifeſtus ſiue oſtenſus ſit actus, ſacerdotij honorem habere non poſſunt ſecundum canonicæ inſtitutionis authoritatẽ.* Hunc canonem confirmat, & renouat Concil. VORMATIENSE, can. 1. Præterea ALEXANDER III par. 8. Concilij Lateranẽſis, quod celebrauit, c. 22. iubet vt beneficio ſpolietur ſi aliquod habeat: & ſcribens Carnotenſi Epiſcopo par. 50 c. 11. presbyterum qui mulierem in Eccleſia frequenter cognouiſſe dicebatur, ſi ſe purgare non potuerit, iubet ab officio ſuſpendi. Porrò præfatus NICOL. I. vel vt opinor NICOLAVS II in Concil. ROMANO Patrum 113, contra Berengariũ, poſtquam prohibuit ne fornicarij ſacerdotis Miſſa audiretur, vt infrà dicemus, ſic de reliquis clericis ſtatuit. *Sancta Synodus ſub excommunicatione ſtatuit, vt quicunque ſacerdotum, diaconorum, poſt conſtitutum beatæ memoriæ prædeceſſoris noſtri ſanctiſſimi Papæ* LEONIS *de caſtitate clericorum* (vide in dictione, Concubinarius) *concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei, authoritate beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli præcipimus, & omnino contradicimus vt Miſſam non cantet, neque Euangelium vel Epiſtolam ad Miſſam legat, neque in presbyterio ad diuina officia, cum his qui præfatæ conſtitutioni obedientes fuerint maneat, neque partem ab Eccleſia ſuſcipiat, quouſque a nobis ſententia ſuper huiuſmodi Deo concedente procedat. Qui autem caſtitatem ſeruauerunt, iuxta Eccleſias quibus ordinati ſunt, ſicut oportet religioſos clericos, ſimul manducent & dormiant, & quidquid eis ab Eccleſiis venit, communiter habeant, & monemus, vt ad Apoſtolicam vitam peruenire ſtudeant.* Eadem de fornicariis excõmunicandis clericis ſtatuit GREGORIVS VII. vt refert MARIANVS SCOTVS in eius vita. Sed & ALEXAN. III. iam memoratus par. 18. Concil. Lateran. quod celebrauit, c. 1 ad Salernitanum Epiſcopum. *Clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, qui in domibus ſuis propriis publicè detinent concubinas, ad eas abiurandas volumus à tua fraternitate compelli, ne in eandem fornicationem, inſtinctu diabolicæ fraudis redeant, & inſuper reatum periurij incurrant. Vnde ipſos per ſuſpenſionis & interdicti ſententiam arctius cogere debes, vt mulieres ipſas ita à ſe remoueant, vt de ipſis ſiniſtra ſuſpicio non habeatur.* IDEM cap. 7. eiuſdem patris ad Vuigorenſem Epiſcopum. *De ſacerdotibus publicè fornicarias habentibus, diſcretioni tuæ nihilominus præcipiendo mandamus, vt eos diligenter commoneas, & attentius commoneas, vt fornicarias ſuas dimittant, & a ſe prorſus expellant. Quòd ſi forte admonitionem tuã facere con-*

Concilium Turonen ſub Leo. I. vel eius ſucceſſore Hilario 1.

Concilium Toletanum 2. ſub Alma. [illegible] rege

Concilium Aurelian cõ. 3. ſub Vigilio 1.

Concilium Aruernenſe.

Concilium Matiſconen. 1. ſub Pelagio 2.

Concilium Toletanum 4.

Concilium Toletanum 11 ſub Vitaliano 1. Papa.

Concilium Francicum in [illegible] celebratum ſub Principibus [illegible] & Pipino.

Vtinam hæc lex & multo ſeuerius manda retur.

Sanctimonialium [illegible] tium cenſura Concilium Sueſſionen. Nicolaus 1.

Presbyteri fornicarij deponendi: hoc habes in cano. Apoſtolorũ ſu[illegible] & cõ[illegible] ſequẽtibus decem patrum, lege Concilium Vormatienſe. Alexand 3.

Nicolaus 2. Concilium Romanum ſub Nicolao 2. cõtra Berengarium.

Gregorius 7. Marianus Scotus.

Alexander 3.

[A] *temperint, ſeu in immunditia ſua duxerint perſiſtendum, tu eos appellatione remota, ab omni officio, & beneficio Eccleſiaſtico non differas ſpoliare.* IDEM ibidem cap. 8. *Si clerici tuæ iuriſdictionis, ſiue ſint in ſacris ordinibus, ſiue in inferioribus conſtituti, fornicarias detinent, niſi eas ad ſecundam & tertiam commonitionem tuam à ſe dimiſerint, aut contempturi, de cætero liceat tibi eos Eccleſiis, vel earum portionibus, ſi quas habent, appellatione poſtpoſita, ſpoliare, & ipſis diuina officia interdicere.* Et cap. 9. de quodam ſacerdote fornicario, ſic Epiſcopo Eboracenſi reſcribit. *Si non venerit* (inquit) *ad præſentiam noſtram, ſuſpenſionis ſententiam in eum propter hoc latam, tandiu volumus obſeruari, donec fornicariam ſuam à ſe abijciat, & viuat (ſicut decet presbyterum) continenter.* [B] Idem omninò cap. 10. ſtatuit ad Cantuarienſem Epiſcopum, & cap. 11. eiuſdem par 18. quendam clericum qui adulteram in domo ſuo, & commatrem detinebat, ſtatuit animaduerſione corrigendum. Concilium LATERANENSE generale ſub Innocentio III. cap. 14 & allegatur, extra de vita & honeſtate clericorũ, cap. 13. Eadem renouat Concilium ALEMANICVM ſub Conrado Legato, cap. 2. vbi agit de pœnis infligendis clericis fornicariis & concubinariis. Item cap. 3. agit de ruralibus clericis ſcortatoribus, qui debent per Archidiaconos corrigi, & ab officio ſuſpendi, niſi ab iniquitate ſe ſubtraxerint, & eorum officia iubet aliis idoneis conferri. Vide Clericus, Concubinarius, [C] & Cœlibatus, locis ſuperiùs multoties aſſignatis, vbi plura adhuc reperies.

Concilium Lateranenſe generale ſub Innocentio 3. Concilium alemanicũ quod celebrauit 1 6 radus Portuenſis Epiſcop. Cardinalis S. Rufinæ & Legatus anno 1225.

Fornicarij ſacerdotis an audiẽda Miſſa, vel communio de eius manu ſuſcipienda.] Superiùs in vocabulo, Concubinarius, & alibi de talibus facta eſt mentio, ſed & ſuperiori annotatione, & conſequenter etiam. Ex Concilio TVRONENSI I. & NICOLAO II. & ALEXANDRO III. probatum eſt ſacerdotes à Miſſæ officio ſuſpendi, qui fornicarij ſunt. Hoc vt adhuc ſit amplius manifeſtũ, etiam non debere populum eorum Miſſæ intereſſe, ſic ſtatuiſſe Gratianus refert (diſtinctione 32. cap. Præter hoc, &c.) [D] ALEXANDRVM II. quod certè malè puto typographus poſuit: quia quidquid ibi dixit, videtur eſſe deſumptum ex Nicolai II. decretis, quæ ſuperiori pagina cõtinentur. Vt autem hoc lectoris iudicio remittamus, interim optima eſſe ſtatuta NICOLAI Papæ II. cuius idem meminit loco ſuperiùs allegato Gratianus. Qui quidem in Concilio Romano, contra Berengarium Epiſcoporum, 113. teſte Platina, ſic ſtatuiſſe memoratur. *Nullus Miſſam audiat presbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere, aut ſubintroductam mulierem: ſed nec* (vt diximus ſuperiori pagina) *ſacerdoti illi cõceditur Miſſam celebrare.* [E] Hunc canonem allegat & renouat LVCIVS III. ad magiſtrum & fratres militiæ S. Iacobi, dum quærerent ab eo, an ſibi liceret audire Miſſam eius, qui habebat concubinam. Quibus reſpondet licitum eſſe ab eo communionem corporis Domini ſuſcipere, ſi crimen occultum fuerit. Hoc prius ſtatuerat NICOLAVS I. in reſponſione ad conſulta Bulgarorum, & allegat Gratianus, cauſa 15. q. 8. (credo autem quia hoc excerptum ſit. Ex ſcriptis CYPRIANI CARTHAGINENSIS, lib. 1. Epiſtolar. epiſt. 4. ad Fœlicem & Aſturicã plebem, vt repoſuimus in vocabulo, Epiſcopus eligatur, &c.) *Sciſcitantibus vobis* (ait Nicolaus I.) *ſi à ſacerdote, qui fuerit comprehenſus in adulterio, ſiue de hac ſola fama reſperſus eſt, debeatis communionem recipere necne, re-*

Concilium Turonenſe 1. Nicolaus 2. Alexander 3.

Alexander 2.

Concilium Romanum ſub Nicolao 2.

Lucius 3.

Nicolaus 1.

Cyprianus Carthaginenſ.

[A] *ſpondemus. Non poteſt aliquis quantumcunque pollutus ſit, ſacramẽta diuina polluere quæ purgatoria contractarum cogitationum exiſtunt: quia qualiſcunque ſacerdos ſit, quæ ſancta ſunt coinquinari non poſſunt. Idcirco ab eo quouſque iudicio Epiſcoporum reprobetur, communio percipienda eſt: quoniã mali, bona adminiſtrando ſe tantummodo lædunt. Fax accenſa ſibi quidem detrimentum præſtat, aliis verò lumen in tenebris adminiſtrat: & vnde aliis commodum exhibet, inde ſibi diſpendium præbet. Sumite ergò ab omni ſacerdote intrepidè Chriſti myſteria, quia omnia in fide Chriſti purgantur. Fides eſt enim quæ hunc mundum vincit: & quia non dantis meritum, ſed accipientis ſit, dicente* B. HIERONYMO: *ad credendum omnis anima* [B] *baptiſmus eſt perfectus, & ab omni ſacerdote corpus Chriſti eſt perfectum.* Hoc vt diximus LVCIVS III. confirmauit, qui ſcribens magiſtro & fratribus militiæ S. Iacobi, ait: *Sumite ab omni ſacerdote intrepidè Chriſti myſteria, quia omnia in fide Chriſti purgantur. Cæterùm aliud crimen eſt notoriũ, aliud occultum: notorium diffinitur de quo presbyter canonicè condemnatur, occultum quod adhuc ab Eccleſia toleratur. Item aliud eſt, à talium officiis abſtinere, vt peccandi licentia cæteris auferatur, & huiuſmodi ad pœnitentiæ fructum trahantur: atque aliud, ſi tanquam falſa, in fornicatione iacentium, talia myſteria reſpuantur. Sine dubitatione itaque teneatis, quod à clericis & presbyteris, quamuis fornicariis, quandiu ab Eccleſia* [C] *tolerantur, nec eſt crimen euidens, licitè audiantur diuina myſteria, & alia recipiuntur Eccleſiaſtica ſacramenta.* Vide Communio, Miſſa, Concubinarius, & Cœlibatus, &c. eiuſmodi.

Hieronymus Stridonenſis. Lucius 3.

Notorium & occultum delictum.

Fornicatio interdicitur his, qui ſimul pueros de fonte leuarunt.] Collige ex ſuperioribus annotationibus, ex Cœleſtino I. & Alexandro III. & reliquum. Vide in vocabulo, Patrinus. Ibi omnia hæc referuntur.

Fornicatio an ſoluat matrimonium.] Vide infrà, Matrimonium vt ſoluatur, &c. & ſuprà Adulterium, &c.

FRANCIA.

Franciæ Reges ſemper Catholicam fi- [D] dem tenuiſſe commendantur.] Opportunè ad hoc hodie vocabulũ deuenimus (Carolo IX. Franciæ Rege Chriſtianiſſimo, hac die Dominica 26. Nouembris, anno 1570. auſpice Deo, fœlix ineunte coniugium cum filia Maximiliani Imperatoris, ſummo cum populi applauſu) vt de Franciæ regibus aliquid dicamus, quorum primam in Gallias irruptionem NICEPHORVS CALLISTVS, lib. 9. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 6. deſcribit, & longè excellẽtiſs doctiſſimus ille ANTONIVS SABELLICVS, lib. 3. Enneadis decimæ, vbi lucidiſſime originem Francorum, & vnde ſic ſunt appellat, eorum Geneſin & mores [E] ſcitè deſcribit. Hoc & præſtiterunt multi alij hiſtoriographi, & ſpecialiter PAVLVS EMILIVS, ROBERTVS GVAGVINVS, qui præcipuè in deſcribendis Francorum geſtis verſati ſunt. Longum autè eſſet hic deducere quomodo, qualiter, & quibus modis tam nobile regnum Chriſtianam fidem ſuſceperit. Hoc autem tantum admirabile dico, quòd à ſuſceptione ſacræ fidei non inuenitur quiſquam illorum Regum à fide exorbitaſſe, & hæretica labe pollutus: vt annotauit ſolicitè noſter IOANNES LARIARDVS Cœleſtinus, lib. 3. Epitomatis vniuerſalis Hiſtoriæ, cap. 1. 2. 3. & reliquis, ſi vacat (lector) perlege. Igitur ad commendationem fidei eorundem, hic libet adiungere, quòd ſemper fidem Catholicam firmiter cu-

anno 1570.

Nicephorus Calliſtus.

Antonius Sabellicus.

ſtodierunt, & egregiè Romanam ſedem ſemper protexerunt, vt GREGORIVS I. cognomento magnus, lib. 5. Regiſtri, epiſt. 6. teſtatur, ad Childebertum Regem Francorum. *Quanto* (inquit) *cæteros homines regia dignitas antecellit, tanto cæterarum gentium regna, regni veſtri profectò culmen excellit. Eſſe autem Regem, quia ſunt & alij, non mirum eſt: ſed eſſe Catholicum, quod alij non merentur, hoc ſatis eſt. Sicut enim magnæ lampadis ſplendor, in tetræ noctis obſcuritate luminis ſui claritate fulgeſcit, ita fidei veſtræ claritas inter aliarum gentium obſcuram perfidiam rutilat ac coruſcat. Quidquid autem Reges ſe cæteri gloriãtur, habetis: Sed ipſi in hac re vehementius ſuperantur, quoniam hoc principale bonum non habent, quod habetis, vt ergò ſicut fide, ita & actione vincantur, benignam ſe excellentia veſtra ſuis ſubiectis ſemper exhibeat, & ſi qua ſunt quæ eius animum offendere valeant, ea indiſcuſſa non ſinat. Tunc enim verè Regi regum, id eſt, omnipotenti Domino amplius placebit, ſi poteſtatem ſuam reſtringens, minus ſibi crediderit licere quàm poteſt. Quia igitur ſinceritatem fidei & mente ſeruatis, & opere, beati Petri Apoſtolorum principis amor, qui in vobis eſt euidenter oſtendit: cuius res ſub Chriſtianæ religionis intuitu, ſub veſtri culminis poteſtate, bene hactenus gubernata & conſeruata ſunt.* Sed & ante Gregorium prædictum VIGILIVS I. epiſtola ad Aurelianum Arelatenſem Epiſcopum, quæ lecta eſt coràm Patribus generalis illius CONSTANTINOPOLITANI Concilij II. generalis quidem 5. ſub Iuſtiniano Imperatore magno, collat. 7. *Glorioſo* (ait Vigilius) *filio noſtro Childeberto Regi, quem Chriſtianitatis ſtudio venerationem integram ſedi Apoſtolicæ (cui nos Deus præeſſe voluit) cognouimus exhibere, ſupplicare non deſinas, quatenus in tanta rerum neceſſitate, circa Eccleſiam Dei ſolicitudinem (ſicut & confidimus) Chriſtiana deuotione perſoluat. Vt quia Gothi cum Rege ſuo in ciuitatem Romanam perhibentur ingreſſi, hoc ei dignetur ſcribere, ne ſe in Eccleſia noſtro præiudicio, quippe velut aliena legis, immiſceat, & aliquid faciat, aut fieri qualibet ratione permittat, vnde Catholica poſſit Eccleſia perturbari. Dignum enim eſt, & Catholico (ſicut eſt) Regi cõueniens, vt fidem & Eccleſiam in qua illum Deus voluit baptizari, omni debeat virtute defendere.* Sed & MARTINVS I. epiſt. 2. quæ eſt ad Amandum Epiſcopum Galliæ, eundem hortatur, vt apud Sigebertum Regem Francorum præcellẽtiſſimum filium (ſic enim loquitur) dignetur obtinere quoſdam Legatos, qui à ſede Apoſtolica valeant Lateranenſis Concilij, quod celebrauit, acta in Franciam aſportare: *Vt noſtrorum* (inquit) *laborum particeps effectus, mercedis cumulum adipiſci valeat, & ſui regni protectorem inueniat eum, cuius cauſa flagitari dignoſcitur.* Denique Franciæ Reges Catholicæ fidei æmulatores aſſeruntur ex ZACHARIÆ I. epiſtolis, qui Carlomannum Franciæ Regem Pipinumque apprimè laudat, eo quod Cõcilium ad reformandos abuſus regni, & Eccleſiæ impetrarint à ſummo Pontifice, præſidente in eo Bonifacio Moguntino Epiſcopo Apoſtolicæ ſedis Legato (vt iam ſæpius diximus. Tanta quippe ſcelera in ea prouincia graſſabantur (vt diximus, Clerici laſciui) vt non facilè poſſent verbis exprimi. Eiuſdem autem Principis Carlomanni ſumma religio manifeſtatur in initio Eiuſdem Concilij FRANCICI, quod celebrari obtinuit, cum ſe Eccleſiæ reſtauratorem & iurium eiuſdem confitetur, & Chriſtianæ religionis propagatorem. Denique patres Concilij BASILEENSIS generalis epiſtola directa ad Regẽ Franciæ. *Quanquam* (aiunt) *in omnibus regnis ac prouinciis, vbi bella vigent, pacem & concordiam firmare deſideremus, ad [illegible] tamen præclariſſimum regnum pacificandum propenſius oculos noſtros dirigimus. Hæc igitur tam ſancta cauſa, ac memoria eorum quæ veſtri præclariſſimi maiores pro exaltatione fidei, & conſeruatione Eccleſiæ Catholicæ, ſemper egerunt, firmam nobis ſpem præbent, quod ſerenitas veſtra huic ſacro Concilio, ex quo tot bona prouenire ſperantur, omnem fauorem & auxilium impendet.* Et infrà: *Quapropter ſerenitatem veſtram precamur & obſecramus, vt quemadmodum inter Reges Chriſtianos anteceſſores veſtri ſemper primi fuerunt ad auxilium fidei & Eccleſiæ, propter quod Chriſtianiſſimi vocari meruerunt, ita maiorum veſtrorum imitando veſtigia, idipſum pro viribus & omni ſtudio agere dignemini, vt noſtra deliberatio toti mundo illuceſcat, &c.* LVDOVICVS XI. in quanto honore habuerit ſummum Pontificem & ſedem Apoſtolicam, ex eius epiſtola liquet ad Pium II. ad cuius precem è regno ſuo abrogauit pragmaticam ſanctionem: quæ epiſtola inſeritur ſeſſione quarta, Concilij Lateranenſis ſub Iulio II. Vide Pragmatica ſanctio, &c. Vide & dictione, Imperator, Rex, & Princeps.

Gregorius I.

Inſignis commendatio Regni Franciæ, à S. viro.

Vigilius I. longè ante Gregorium I.

Concilium Conſtantinopolitanũ 2. generale 5.

Poſtulat Vigilius I. auxilium contra Gothos à Francorũ rege ſicut & poſtea Zacharias I. à Carolo Magno.

Martinus I.

Zacharias I.

[illegible] ab [illegible] mano, & Pi[illegible]

C[illegible] m B[illegible] [illegible] generale

Reges Franciæ Chriſtianiſſimi.

Ludouicus XI.

FRATER.

Frater diuerſimodè quis dicitur] CLEMENS ALEXANDRINVS, lib. 2. Stromatum *Lex fratrem nominat* (ait) *non eum ſolùm qui eſt ex iiſdem natus parentibus, ſed etiam qui fuerit eiuſdem tribus, eiuſdemq́ue ſententiæ, & eiuſdem verbi participes, &c.* Denique Concilium FRANCOFORDIENSE generale Patrum 300. contra Elipandum Toletanum hæreticum & eius complices, qui Chriſtum Dei filium, adoptiuum dicebant (vt ſuprà egimus in vocabulo, filius) proferunt teſtimonium beati HIERONYMI STRIDONENSIS, libro contra Heluidium. *Quatuor modis* (ait) *legimus in ſcripturis ſanctis fratres appellari: natura, gente, cognatione, affectu. Natura, vt Eſau & Iacob, duodecim Patriarchæ, Andreas & Petrus, Iacobus Ioannes. Gente, qua omnes Iudæi fratres inter ſe vocantur, vt in Deuteronomio: Si autem emeris fratrem tuũ, qui eſt Hebræus, vel quæ eſt Hebræa, ſeruiet tibi ſex annis, & in ſeptimo anno dimittes eum liberum abs te: & in eodem conſtituendo, conſtitues ſuper te principem quem elegerit Dominus Deus tuus, eum qui ex fratribus tuis ſit, &c. Cognatione autem fratres vocantur, qui ſunt de vna familia, ſicut Loth frater Abrahæ dicitur, cùm ſit filius fratris ſui Aran, dicente Abrahã: non ſit rixa inter me & te, & inter paſtores meos, & paſtores tuos, quia omnes fratres nos ſumus. Qua lege & in Euãgelio fratres domini dicuntur, Iacobus, Iudas, & Simon. Affectu quoque fratres dicuntur, qui in duo ſcinduntur: in ſpiritale, & in commune. In ſpiritale, quia omnes Chriſtiani fratres vocantur, vt ibi: Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum, & ſaluator: narrabo nomen tuum fratribus meis, &c.* Et alibi: *Vade dic fratribus meis. Porrò in commune, quia omnes homines ex vno patre nati, pari germanitate coniungimur.* Hinc præfatus Hieronymus dicit, affectu fratres eſſe Domini, non adoptione, vbi dicit: Narrabo nomen tuum fratribus meis, & item: ite, dicite fratribus meis, &c. Vide ſuperiùs, vocabulum, Conſanguineus, &c.

Clemens Alexandrinus.

D[illegible] 15.

Concilium Francofordienſe generale ſub Adriano I.

Hieronymus Stridonenſis

Deut. 15. & 17.

Gen. 13. Matth. 13.

Pſal. 132. Hebr. 2. Pſal. 21. Ioan. 20. Matth. 28.

Fratres cur Chriſtiani ſe nominent.] Vide vocabulum, Vnitas, &c.

FVNVS.

De funere & exequiis egimus.] Dictione Defunctus, &c.

FVNDATOR.

De fundatoribus.] Et eorum iure diximus in vocabulo, Baſilicarum fundatores, &c. & in vocabulo, Monaſterium, Eccleſia, & ius patronatus, &c.

FVRIOSVS

De furioſis] Vide, in vocabulo, Arreptitius & Energumenus, &c.

FVR.

Canon Apoſtolorum.

Gregorius I.

Variè furũ conditio.

Optima verba.

Fur vt puniendus.] Superiùs in initio vocabuli, fornicatio Eccleſiaſticis viris inhibetur, &c. ex canone Apoſtolorum 25, dictum eſt, vt debeat puniri clericos ſi furtum commiſerit. Denique GREGORIVS I. inquirenti Auguſtino Cantuarienſi Archiepiſcopo, quomodo puniendi eſſent fures Eccleſiaſticarum rerum, reſponſione 4 dixit. *Sunt enim quidam qui habentes ſubſidia furtum perpetrant, & ſunt alij qui in hac re ex inopia delinquunt. Vnde neceſſe eſt vt quidam damnis, quidam verò verberibus, & quidam diſtrictius, quidam verò leuius corrigantur. & cum paulo diſtrictius agitur, ex charitate agendum eſt, & non ex furore, quia ipſi hoc præſtatur qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur. Sic enim nos fidelibus tenere diſciplinam debemus, ſicut boni patres carnalibus filiis ſolent, quos & pro culpis verberibus feriunt, & tamen ipſos quos doloribus affligunt, habere heredes quærunt, & quæ poſſident, ipſis ſeruant, quos irati inſequi videntur. Hæc ergo charitas in mente ſeruanda eſt, & ipſa modum correctionis dictet, ita vt mens extra rationis regulam omninò nihil faciat. Addis etiam, quod ea quæ furto de Eccleſiis abſtulerunt reddere debeant: ſed abſit vt Eccleſia cum augmẽto recipiat, quod de rebus terrenis videtur amittere, & lucra de damnis quærat.* Vide reliquum ſuperiùs, Facultates Eccleſiæ non diripiendæ, &c & Sacrilegium, &c. Addit autem Concilium TVRONENSE, ſicut allegat Alexander III. par. 34. Concilij Lateranenſis, quod celebrauit, cap. 2.

Concilium Turonenſe.

Fures ſi prædando occidũtur, non eſt pro eis orandum.

Concilium Triburienſe ſub Arnulpho Imperatore.

Fures & latrones, ſi in furando vel prædando occiduntur, viſum eſt pro eis non orandum, & ſi comprehenſi & vulnerati fuerint, & presbytero vel diacono confeſſi ſunt, communionem eis non denegamus. Porrò Concilium TRIBVRIENSE ſub Arnulpho Imperatore, cano. 31. *Tranquillitatem ſanctæ Eccleſiæ Dei* (ait) *inquietant, & pacem fraternam infeſtare teſtantur fures & latrones, qui ambulãt inter nos ouina pelle obumbrati, ſed lupina mente recedunt alienati, res Eccleſiarum ſana mente adducti rapientes, & gregem dominicum ſpoliando lacerantes* (vide Rapina, & facultates Eccleſiæ diripere non licet, &c. *de quibus ſaluator: fur non venit niſi vt furetur & mactet & perdat: vbi quamuis hæreticos, qui fidem furantur Eccleſia deſignet, tamen inſecutione furum & latronum, turbatam monſtrat pacem Eccleſiarum. De talibus Apoſtolus: Videte canes, videte malos operarios canes vocauit, quod non habent verecundiam, malos operarios, quia mala faciunt & nulla quæ pietatis conueniunt. Et Dominus per Prophetam: Ego Dominus diligens iudicium & odio habens rapinam. Inde nos quæ Dominus diligit diligentes, & quæ odit odio habentes, ſtatuimus & iudicamus, vt ſi quis poſthac, Euangelica & Apoſtolica, atque prophetica verba, atque definitionem pacatiſſima Synodi inuentus fuerit furtum aut rapinam exercere, & in ipſo diabolico actu mortem meretur incurrere, nullus pro eo præſumat orare, aut eleemoſynam dare: & eleemoſyna pro eo data in memoriam clericorum nec pauperum veniat.* BEATVS AVGVSTINVS de talibus horribilem profert ſententiam dicens. *Nemo te poſt mortem tuam fideli-*

Ioan. 10.

Philippen. 3.

Eſai. 6.

Auguſtinus Hipponenſis.

ter redimit, quia tu te redimere noluiſti. Si autem ille fur vel latro vulneratus elabitur, & expectatione mortis deſperatus putatur, atque reconciliari ſe myſteriis ſacroſanctis habitu corporis & voluntate piæ mentis deprecatur, Deoq́; & ſacerdoti, correcte vitæ, emendationẽ morum & actuum confitetur, communionis gratiam nõ negamus tribuendam: nam in Patrum decretis ſtatuitur, nemini in extremis pœnitentiam denegandam. Vide Pœnitentia. Porrò de pœna furum, quæ Leuitici 19. ponitur, diſputat, &c. HIERONYMVS STRIDONENSIS in commentariis in epiſtolam ad Titum, cap 2. ſerui dominis ſuis ſubditi ſint in omnibus, ſint placentes, non contradicentes, non furantes, &c. Et ALEXANDER III. ſententiam illam ſuperiùs poſitam de furibus occidendis, mingat parte 50. Concilij Lateranenſis, cap 27. ad Abbatem S. Benedicti, dicens: *Si fures comprehenſi fuerint, & ligati, non ſunt occidendi priuſquam iudicio præſententur. quia hoc contra manſuetudinem Eccleſiaſticam, & diſciplinam conſtat militare, potiſſimè quando pro leuibus rebus & tranſitoriis in furto deprehenduntur.* IDEM cap. 35. eiuſdem partis ad Lugdunenſem Archiepiſcopũ, furem qui eius pecuniam & perinde facultatem Eccleſiaſticam diripuerat, omni iubet inquiſitione perquiri, & inuentum ſtringi quouſque cogatur reddere, quæ malè diſſolutus auſus eſt aſportare. Vide Facultates Eccleſiæ non diripiendæ, &c. & Rapina, & Sacrilegium, & infrà in vocabulo, Furtum, vbi adhuc quædam inſeruntur, & quod ſequitur.

Fur ad extremα venientes cõpunctus.

Hieronymus Stridonenſis.

Alexander 3.

Fures non occidẽdi ante iudicium de eis latum.

Fur ad Eccleſiam fugiens vt tractetur.] Poſuimus ſuperiùs, Eccleſiæ immunitas & libertas, &c. Concilio AVRELIANENSI I. can. 3. lege ſi vacat, nam & de raptoribus ibidem tractatur, & furibus.

Concilium Aurelianenſe I.

Fures non fouendi.] Concilium OXONIENSE, cap. 13. *Prohibemus ſub interminatione anathematis, ne quis latrones ad latrocinium faciendum, in ſeruitio ſuo retineat, nec eos in terris ſuis ſcienter habitare permittat.* Idem RAIMONDVS TOLOSANVS, comes cap. 20. ſuorum ſtatutorum. Porrò decreta ſunt legum imperialiũ, quæ hic non eſt opus recenſere. Vide ſequentia.

Raimũdus Toloſanus comes.

FVRTVM.

Furtum fieri prohibetur.] Tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus. Hic repetenda ſunt quæ ſuperiùs poſita ſunt in dictione, Fur: quia licet videantur hæc duo vocabula idem ſonare, tamen viſum eſt & ſeparatim Patrum conſtitutiones, vt inuenimus ponere. Sic autem Apoſtoli furtum prohibuerunt, vt recenſet CLEMENS I. lib. 7. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 3. *Non facies furtũ: Achor enim cùm in Iſraële furatus eſſet in Hiericho lapidibus oppreſſus interiit, & Giezi furatus mentitusq́;, Naaman lepram adeptus eſt, & Iudas cùm ſurriperet pauperum facultates, Dominum gloriæ Iudæis tradidit, & peccati dolore ſe ſuſpendit & crepuit medius, diffuſaq́; ſunt viſcera eius: Ananias quoque & Saphira eius vxor furati res proprias, cùm tentaſſent ſpiritum Domini, ſententia Petri coapoſtoli noſtri ſtatim ſunt mortui.* Idem prohibet MARTIALIS APOSTOLVS, epiſtola ad Burdegalenſes, ca. 8. Et PHILO IVDAEVS, libro de Ioſeph quam graue ſit furtum inſinuat. & quidem doctiſſimè. Præterea & libro de Decalogo. *Tertium* (inquit *in ſecundo quinario, præceptum eſt: Ne furtum facias. Qui enim aliena inhiat, hoſtis publicus, voluntate*

Clemens I.

Ioſue 7.
4. Reg. 5.
Matth. 27.
Actuum 5. & 1.

Martialis Apoſtolus.
Philo Iudæus.

omnes, vi quotquot valet ſpoliat, cupiditatem extendens longiſſimè, viribus autem deficientibus contrahens, vt ad paucos perueniat. Itaque fures poteſtatem adepti, populantur ciuitates integras contemptis ſuppliciis, quia videntur ſibi potentiores legibus. Hi ſunt qui in natura inſitum habent paucorum dominationis deſiderium, & dynaſtias, tyrannideſque appetunt, qui magna furta faciunt, latrocinia tegendo honneſtis nominibus principatus & imperij. Ideò diſcant ſtatim pueri, manus à furtiuis lucris abſtinere, minimis etiam, quia diuturna conſuetudo potentior quàm natura ſit: & ni malum naſcens inhibeas, creſcit in immenſam magnitudinem, &c. De furto plura ſcribit Clemens Alexandrinus libro 1. Stromatum, dum etiam furti anthorem diabolum eſſe deſcribit. Vide locum. Denique hinc Epiphanius Cypri, ad calcem librorum contra hæreſes, in compendiaria catholicæ fidei aſſertione, grauiter inſectatur Theodorum quendam Athæum, hoc eſt, impium cognominatum, qui dicebat nugas eſſe ſermones de Deo. *Putabat enim*, ait) *non eſſe Deum, & ea propter hortabatur omnes ad furta, periuria, rapinas, &c.* Auguſtinus Hipponenſis libro quæſtionum in Exodum, quæſtione 71. *Pœnale eſt* (ait) *occultè auferre, multo maioris pœna eſt viſibiliter arripere. Auferre ergo violenter ſiue occultè, ſiue palam habet præceptum ſuum, furti autem nomine, benè intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienæ: non enim, Rapinam permiſit, qui furtum prohibuit. Sed vtique furti nomine in lege veteris teſtamenti etiam rapinam intelligi voluit, à parte enim totum ſignificauit, quidquid illicitè rerum proximi aufertur, &c.* Idem libro contra mendacium. *Si furtum* (ait) *omne peccatum eſt, ab omni furto eſt abſtinendum, quis enim dicat eſſe peccandum, etiam ſi aliud ſit damnabile, aliud veniale peccatum? &c.* Idem prohibet Pelagius II. epiſtola 2. ad Epiſcopos Italiæ & Campaniæ. Denique Concilium Piſtense cap. 2. 3. & 4. Antecesſorum principum de furtis & rapinis coercendis renouat, vbi ſic dicitur. *Si quis intra regnum rapinam fecerit, aut cuiquam noſtro fideli eiuſque homini aliquid vi abſtulerit, in triplo cui aliquid abſtulerit legibus componat, & inſuper bannum noſtrum id eſt 60. ſolidos nobis perſoluat: poſtmodum verò ante nos à comite adducatur, vt in Baſtonico vel in alio carcere truſus, vſque dum nobis placuerit pœnas luat. Nam ſi publicè actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam: quoniam raptores, vt ait Apoſtolus, niſi veram egerint pœnitentiam, regnum Dei non poſſidebunt. Qui verò de rebus Eccleſiaſticis aliquid abſtulerint, grauius inde iudicentur, quia ſacrarum rerum ablatio, ſacrilegium eſt.* (Vide, Sacrilegium) porrò eodem Concilio cap. 4. inhibetur hoſtilis depredatio, ſicut eſt fœnum tollere, vel granum, vel pecora, domos infringere vel incendere. *Hoc qui fecerit, ſi ſeruus eſt, capitali ſententia feriatur, ſi liber, omnia reſtituat, & 60. ſolidos pro banno ſoluat.* In decretis quoque Nicolai I. furtum, rapina, prædatio & cætera quæ tempore belli committuntur, omninò fieri prohibentur ſub interminatione anathematis, vt allegat Gratianus cauſa 24. quæſt. 3. *Illi etiam* (ait) *qui peregrinos ſiue clericos, ſiue Monachos, vel fœminas, aut inermes pauperes depredati fuerint, & bona eorum rapuerint, vel eis in malum obuiauerint, anathematis vinculo feriantur, niſi dignè emendauerint.* Sed & Concilium Narbonense caño 6. iubet, vt ſingulis Dominicis fures, & raptores, & latrones excommunicentur. Vide reliquum, vocabulo: Sacrilegium, & raptor, &c. Porrò de furto quod fuerit in Monaſterio commiſſum, ſtatuit Concilium Vormatiense canone 15. & allegat Gratianus cauſ. 2. quæſtione 4. *Quotieſcunque ait in monaſterio furtum commiſſum eſt, & ignoratur quis fecerit, celebretur miſſa ab Abbate vel fratre, & in illa Miſſa pro expurgatione ſua corpus & ſanguinem Domini omnes percipiant, quatenus ita inde eſſe innocentes ſe oſtendant.* Verùm hoc decretum Thomas Aquinas poſtea abraſum reſtatur parte 3. ſummæ quæſt. 8. lege.

Heu plenus mũdus talibus eſt.
Nota hæc.
Clemens Alexandrinus.
Epiphanius Cypri.
Auguſtinus Hipponenſis.
Furtum quid?
Pelagius II.
Concilium in loco Piſtis ad ſequanam celebratum.
1. Corinth 6.
Hæc nota quia vix hodie aduertuntur.
Nicolaus I.
Concilium Narbonẽſe noſtrimè lucidatum.
Concilium Vormatienſe.
Furtum in Monaſterio commiſſum.
Thomas Aquinas.

GEN

Gentilis.

Gentilis ſi conuerſus fuerit.] Clemens I. libro 2. Conſtitutionum Apoſtolicarum ca. 43. *Ethnici ſpem vitæ non amiſerunt, ſi per pœnitentiam incredulitatem abiecerint. Quare vti publicanum & Ethnicum habeat illum, qui de opere malo correptus, pœnitentiam agere recuſat. Et Ethnici ſi poſtea dolere, & ab errore redire vellent, eos in Eccleſiam recipimus, vt verbum audiant: non tamen communionem habemus cum eis, (vide mox) quouſque recepto baptiſmi ſigillo initienti ſint.* Hinc ſtatuit Concilium Eliberinum cano. 39. *Gentiles ſi in infirmitate deſiderauerint ſibi manus imponi, ſi fuerit eorum ex aliqua parte honeſta vita, placuit eis manum imponi, & fieri Chriſtianos, &c.*

Gentilium commercia & matrimonia fugienda.] Concilium Laodicenum can. 39. *Non oportet cum gentilibus feſta celebrare, & communicare prauitatibus eorum, qui ſine Deo ſunt.* Porrò de non cum eis contrahendo matrimonio vide. matrimonia cum Gentilibus & Iudæis, &c.

Gentilium feſta abrogantur.] Poſuimus dictione dies feſti gentilium, &c. vide ibidem.

Gentilis an occidendus.] Vide, Homicidium paganorum, &c. & Nicephorum libro 7. capite 46.

Gentilibus exercitium religionis inhibetur.] Martianus Imperator epiſtola ad Palladium prætorij præfectum. *Ea* (inquit) *quæ de paganis per omne Romanum Imperium æqualiter valitura* (quæ ſcilicet de hæreticis ſtatuit vide, Hæreticus) *perennitatis noſtræ lege decreuimus inſtantiſſimè in eos exerceantur, quos conſtiterit prophanos ritus, ac ſimulachrorum impios cultus, & interdicta ſibi ſacrilegia celebrare.* Eadem prius Constantinum Magnum ſtatuiſſe, & omnem cultum Idolorum prohibuiſſe Eusebius Caesariensis teſtatur in vita eius, & Socrates, atque Sozomenus Salaminius ille quidem libro 2. cap. 20. Hic verò libro 3. cap. 14. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Nicephorus etiam Callistus libro 9. eadem dicit capite 14. & hunc cultum poſtea memorat impium Iulianum tentaſſe ad poſteros remittere, ſed non valuit. Vide eundem libro 10. capite 21. & 22. vbi citat eiuſdem Iuliani epiſtolam ad Arſacium ſacrorum in Galatia Pontificem. Vide & idolatria, infra.

Gentilium ſententiis aliquoties vtendum.] Hoc docet Hieronymus multis in locis, qui & hoc ipſum exemplo ſuo tradit. & Augustinus libris de ciuitate Dei & aliis in locis, vbi contra Gentiles diſſerit. Quin etiam idem

Clemens 1.
Concilium Eliberinũ ſub Syluestro 1.
Concilium Laodicenum.
Martianus Imperator.
Conſtantinus.
Euſebius Cæſarienſis.
Socrates hiſtoriograph.
So[illegible]enus Salaminius.
Nicephorus Calliſtus.
Hieronymus Stridonenſis.

Nicolaus 1.

docet NICOLAVS I epiſtola ad Michaelem imperatorem. vbi profert Apoſtolum cap. 1 ad Titum, & actuum Apoſtolorum lib. cap. 17. *In quo viuimus, mouemur. & ſumus*: & alibi. vbi quidem inueniuntur aliquoties ſanctos viros gentilium ſententias vſurpaſſe. *Non tamen* (inquit) *cuncta recipienda ſunt, quæcunque ab his pariter ſunt prolata. quorum etiam nec vita ſequenda nec erronea mens imitanda, &c.* Vide & aliis in locis, vbi patres ſæpius his vtuntur ſententiis.

GLADIVS.

De vtroque Eccleſiæ gladio.] Egimus in vocabulo Eccleſiæ authoritas, &c. & excommunicatio, & infra, poteſtas & alibi.

GLORIA IN EXCELSIS.

Telesphorus 1.

Gloria in excelſis.] Hymnus eſt Angelicus, qui ſolet in miſſarum ſolemniis decantari. Quod autem non ſit inuentum recens, ſatis euidenter oſtenditur ex epiſtola prima TELESPHORI I. papæ ad omnes Epiſcopos. & allegatur à Gratiano diſtinct. 1 de conſecratione capite nocte ſancta & cauſa 6 quæſt. 1. cap. Sacerdotes, & ab Iuone lib. 2 decretorum qui inſtituit hunc hymnum in Miſſa Natiuitatis Domini prima decantari, vt dicemus in vocabulo, miſſa. Deinde autem ſtatutum eſt, vt in aliis miſſarum ſolemniis cantaretur, vt teſtatur NICOLAVS I. epiſtola ad Rodulphum Archiepiſcopum Bituricenſem, & allegatur à Gratiano de conſecratione diſtinctione 1. *Gloria* (inquit) *in excelſis Deo, ab Epiſcopis in cœna Domini, intra miſſarum ſolemnia more noſtro dicenda eſt. Pallio verò Apoſtolico eadem die vti eſt illis licitum, quibus eſt ab Apoſtolica ſede permiſſum.* Lege RVPERTVM TVITIENSEM libro 1. de diuinis officiis capite 30. Porrò eiuſdem rei fiet mentio in dictione, Miſſæ antiquus ritus, & ceremoniæ, &c. & Hymnus, ex Concilio Toletano 4. cano. 12. &c.

Nicolaus 1.

Rupertus Tuitienſis.

GLORIA PATRI, &c.

Gloria Patri, &c.] Verſus eſt, qui in fine cuiuſcunque pſalmi canitur, ad laudem & gloriam Trinitatis. Hunc autem verſum ædidit * HIERONYMVS STRIDONENSIS, epiſtola miſſa ad Damaſum Papam. vbi de Alleluya diſſeritur ſic & de iſto verſu ſubdit. *Gloria patri & filio & Spiritui ſancto* (ait) *decantandus hymnus eſt in fine quorumlibet pſalmorum, vt fides trecentorum & octo patrum Niceni Concilij, in noſtro ore pars conſortio declaretur.* Vide, preces. & oratio. Hinc poſtea Concilium VASENSE II. ſub Leone 1. cano. 5. *Quia non ſolum in ſede Apoſtolica* (ait) *ſed etiam per totum orientem, & totam Affricam vel Italiam, propter hæreticorum aſtutiam, qua Dei filium non ſemper cum patre fuiſſe, ſed a tempore cœpiſſe blaſphemant, in omnibus clauſulis poſt Gloria patri, ſicut erat in principio, & nunc, & ſemper & in ſecula ſeculorum, dicitur. Etiam & nos in vniuerſis Eccleſiis noſtris, hoc ita dicendum eſſe decreuimus, &c.* Denique VIGILIVS I. epiſtola 1. ad Eutherium Epiſcopum cano. 2. *Illud* (inquit) *nouelli eſſe iudicamus erroris, quod cum in fine pſalmorum ab omnibus Catholicis ex more dicatur. Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto, aliqui, ſicut indicat, ſubducta vna ſyllaba coniunctiua, perſonam conantur minuere vocabulum Trinitatis dicendo. Gloria Patri & Filio Spiritui ſan-*

Aliter narrat Nicephorus vide in vocabulo Hymnus Hieronymus Stridonenſis.

Concilium Vaſenſe 2 ſub Leone 1.

Sicut erat, &c.

Vigilius 1.

Matth. 28.

A *cto. quam ergo ipſa ratio euidenter euocat, quia ſubducta vna ſyllaba perſonam Filij & Spiritus ſancti, nam quodammodo eſſe definiunt, tamen ad errorem eorum conuincendum, ſufficit quod Dominus Ieſus Chriſtus, deſignans in inuocatione Trinitatis credentium debere baptiſma celebrari, dixit: Ite, docete omnes gentes baptizantes eos in Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Ergo cum non dixerit in Nomine Patris & Filij Spiritus ſancti, ſed æqualibus diſtinctionibus Patrem & Filium & Spiritum ſanctum iuſſerit nominari, conſtat illos omnino a doctrina Dominica deuiare, qui aliquid huic voluerunt confeſſioni derogare. Quod ſi in errore permanſerint, ſocij nobis eſſe non poſſunt.* Eiuſdem verſus, Gloria Patri,

B & Filio, &c. mentionem facit Concilium TOLETANVM III cap. 2 & TOLETANVM IV. canone 12. vide obſecro te in vocabulo, Hymnus. vbi totum canonem citamus, & cano. 14. canone autem 15. *Antiquitùs* (ait) *hunc verſum, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, in Eccleſiis Hiſpaniæ vario modo quidam dicebant. Quidam enim in fine reſponſoriorum non dicebant omnino, eo quod interdum inconuenienter reſonare videretur. Verum ſtatuimus, vt non omittatur, & hæc detur diſtinctio, vt in lætis ſequatur, Gloria. & in triſtioribus repetatur principium.** (Vt in Hebdomada paſſionis obſeruari conſueuit.) Hæc CAROLVS MAGNVS in conſtitutionibus ſuis omnibus

C Epiſcopis iniungit, vt obſeruent, & ſacerdotibus, vbi etiam addit, quod cùm dicitur, Gloria, omnes conſurgere debent. Vide reſiduum in vocabulo, Officium diuinum qualiter perſoluendum. & Hymnus, &c.

Concilium Toletanum 3 Idem 4 ſub Honorio 1.

Hoc obſeruatur in tempore Paſſionis ... Paſcha, & in de functorum memoria.

Carolus Magnus.

GRATIARVM ACTIO.

Gratiarum actio poſt refectionem ſicut & benedictio.] In multis ſanctorum patrum decretis reperitur inſerta, vt & meminimus in dictione. Conuiuium, ex TERTVLLIANO, CLEMENTE ALEXANDRINO, & Concilio BRACARENSI, & aliis. Idem & iniun-

D git Concilium 7. GENERALE Nicenum 2. canone 22 Quando formam tradit Monachis, quomodo caſtè debeant cum mulieribus refectionem ſumere vide. Monachus, &c. lege Chriſoſtomum homili 56. in Matthæum.

Tertullianus.

Clemens Alexandrinus Concilium Bracarenſ.

Concilium Nicenum 2. generale 7.

De gratiis autem poſt miſſam.] tractat CLEMENS I. lib. 7 conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 26 *Gratias* (loquit) *tibi agimus pater noſter, pro precioſo ſanguine Ieſu Chriſti, qui effuſus eſt pro nobis, & pro precioſo corpore, cuius hæc antitypa perficimus ipſo nobis ordinante, vt annunciaremus eius mortem, per quem tibi gloria in ſecula. Amen.* Item cap. 27. gratiarum iterum redditur actio: ſimiliter & cap 28. pro myſtico vnguento, mul-

E tæ ſunt, aliæ gratiarum actiones poſt communionem, quæ inueniuntur in diuerſis authoribus, de quibus in vocabulis. communicare. Euchariſtia. & miſſa. agitur. Denique vide ea. quæ in præparationes miſſæ. ſecundum vſum Romanæ Eccleſiæ, ſcripſit Doctiſſimus noſter CLAVDIVS RAPINAS Cœleſtinus, vir omni laude & acceptione digniſſimus, cuius ſæpe demiratus ſum ingenium. lege & ea quæ ſcripſit maxima cùm laude * ANTONIVS POQVETVS Cœleſtinus. vita & conuerſatione celebris, nec minus eruditione & ſcripturorum lectione locuples. in canonem Miſſæ. lege & alios de quibus aliàs.

Clemens 1.

GLORIA.

Clemens I.

Gloria inanis & vana.] CLEMENS I. libro 7. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 7. *Noli duci gloriæ cupiditate, neque elatus ſis, neque excelſos Spiritus habeas: ex his enim omnibus oriuntur iactantiæ. Memor eſto eius qui dixit: Domine non eſt exaltatum cor meum, &c.* Hinc PHILO IVDAEVS libro de Ioſeph. *Qui autem (inquit) populi captans concionaturus locum ſuperiorem aſcendit, ſicut venalicy ſeruus fit ex ingenuo, propter honores quos videtur accipere, addicens ſe innumeris dominis. Idem à feris circumuentus inducitur, quòd huic inſidietur immanis beſtia, vana gloria, corripere ac deuorare tales ſolita, &c.* Denique IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 22. in Geneſin, vanam gloriam omnium malorum cauſam deſcribit: & homilia 50. in Matthæum eam penitus, exemplo Domini, docet fugiendam. Idem & homilia 64. in eundem, & aliis infinitis in locis. Lege etiam HIERONYMVM STRIDONENSEM libro 3. commentariorum in epiſtolam ad Galathas cap. 6. dum illud exponit: non efficiamur inanis gloriæ cupidi, AVGVSTINVM HIPPONENSEM libro 5. de ciuitate Dei, cap. 19. & libro de conflictu vitiorum capite 3. lege etiam IOANNEM CASSIANVM libro 11. de inſtitutis cœnobiorum cap. 1. 2. 3. 4. &c. de Spiritu Cenodoxiæ, & BERNARDVM CLAREVALLENSEM in pſalmum qui habitat, vbi illud exponit: à ſagitta volante, à negotio perambulante in tenebris, &c. Lege & alios quam plurimos, quos recenſere longum eſſet.

Pſal. 130.

Philo Iudæus.

Ioannes Chryſoſtomus.

Hieronymus Stridonenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Ioannes Caſſianus.

Bernardus Clareuallenſis.

Valentinianus & Martianus Imper.

Gloria bonorum indeficiens.] VALENTINIANVS & MARTIANVS Imperatores epiſtola ad Palladium prætorij præfectum, quæ lecta eſt actione 3. Concilij Chalcedonenſis pro Flauiano Epiſcopo. *Gloria nunquam glorioſa morte perimitur, nec pereunt, cum deficiunt, virtutes: Imò etiam obitu exiſtimatio augetur bonorum, quia omnis aduerſum mortuos euaneſcit inuidia. Inde tanto ſtudio ac præconiis maiorum facta laudantur, inde optimorum maxima cum veneratione memoria celebratur, inde maiorum animi virorum, exitus appetiuere verè glorioſos: quia compertum erat, eos ſolummodo perpetuò mori, quorum de vita ac morte taceretur.* De his aliàs. Idem CHRYSOSTOMVS ſermo. 1. de Pentecoſte, in initio.

Ioannes Chryſoſtomus.

GRATIA.

Gratia ſecundum merita non datur, de eius munere, effectu, & efficacia, contra eos qui eam euacuant.] Quòd gratia gratis detur, & non ſecundum noſtra merita, doctè demonſtrat GREGORIVS NAZIANZENVS oratione 21 in S. Machabeos: & CYPRIANVS CARTHAGINENSIS ſtatim initio ſermonis 5. de lapſis: & IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia in regreſſu ſuo de Aſia Conſtantinopolim vbi & Gratiam Dei donum eſſe diſſerit, nec meritis dari, ſed gratis. hinc & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS in caput 11. ad Romanos, exponens illud: Si autem gratia, iam non ex operibus. *Manifeſtum (inquit) eſt quia Gratia, donum Dei eſt, non debita merces operibus, ſed gratuita ratione, miſericordia interueniente conceſſa: alioquin gratia, iam non eſt gratia. Verum eſt. quia ſi merces eſt, non eſt gratia. Sed quia merces non eſt, ſine dubio gratia eſt: quia veniam dare peccantibus, non eſt aliud quam gratia, & his qui non requirunt: ſed effertur illis, vt credant. Duplex ergo gratia eſt quia hoc competit Deo qui abundat miſericordia, vt & requirat quos gratis curet, &c.* Hoc confirmat HIERONYMVS STRIDONENSIS libro 2 commentariorum in epiſtolam ad Epheſios cap. 2. dum illud exponit: Gratia enim ſalui facti eſtis per fidem. *Non quòd (ait) tollat liberum arbitrium, verùm quòd arbitrij ipſa libertas, Deum habeat authorem, &c.* Vide liberum arbitrium, vbi multa de huiuſmodi gratia proferuntur, ex aliis patrum decretis. Idem quoque Hieronymus idem repetit, de gratia quæ non datur ſecundum merita. Commentariis in epiſtolam ad Philemonem, dum illud exponit: Gratias ago Deo meo ſemper, &c. hinc AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro 3. de verbis Domini, ſermone 61. in ordine. *Gratia (inquit) Dei donum eſt. Donum autem maximum, ipſe Spiritus ſanctus eſt. Vt ideò Gratia dicitur, quia gratis datur: Ideo gratis datur, quia non quaſi merces redditur poſt diſcuſſionem meritorum, ſed donum datum poſt veniam delictorum.* Idem libro de correptione & gratia capite 2. *Intelligenda eſt gratia per Ieſum Chriſtum, qua ſola homines liberantur à malo, & ſine qua nullum prorſus ſiue cogitando, ſiue volendo & amando, ſiue agendo faciunt bonum: vt non ſolum, monſtrante ipſa quid faciendum ſit, ſciat, verùm etiam vt præſtante ipſa, faciant cum dilectione quod ſciunt.* Hinc Idem libro 1. de diuerſis quæſtionibus ad Simplicianum quæſt. 2. *Non ſe quiſquis (ait) arbitretur ideò percepiſſe gratiam, quia bene operatus eſt, ſed bene operari non poſſe, niſi per fidem perceperit gratiam. Incipit autem homo percipere gratiam, ex quo incipit Deo credere, vel interna vel externa monitione motus ad fidem.* Et paulò pòſt. *Primò eſt gratia, conſequenter ſunt bona opera: non quæ gratiam pariant, ſed quæ gratia pariantur.* (vide ſuperiùs, fides. & infrà, opera.) *Non enim vt ferueat calefacit ignis, ſed quia feruet, nec ideò benè currit rota, vt rotunda ſit, ſed quia rotunda eſt: ſic nemo propterea benè operatur, vt accipiat gratiam, ſed quia accepit. Quomodo enim poteſt iuſtè viuere, qui non fuerit iuſtificatus? Quomodo ſanctè viuere, qui non fuerit ſanctificatus, vel omninò viuere, qui non fuerit viuificatus? Iuſtificat autem gratia, vt iuſtificatus poſſit iuſtè viuere. Primo igitur eſt gratia, ſecundò ſunt bona opera.* Idem repetit exponens pſalmum 93 & epiſtola ad Macedonium in ordine 52. docet quòd ſecundum gratiam noſtra ſunt merita, & aliis in locis. Hinc de effectu Gratiæ, & efficacia, & munere, contra euacuantes eam, ſic Concilium MILEVITANVM ſub Innocentio 1. cano. 3. & allegatur à Gratiano de conſecratione diſtinctione 4. capite Placuit. *Placuit vt quicunque dixerit gratiam Dei, in qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ iam commiſſa ſunt, non etiam ad adiutorium, vt non committantur, anathema ſit.* (Vide latiùs hæc expoſita in vocabulo, liberum arbitrium.) idem Concilium cano. 4. & allegat Gratianus ibidem. *Quiſquis dixerit eandem gratiam Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, propter hoc tantùm nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipſam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus quid appetere, quid vitare debeamus: non autem per illam nobis præſtari, vt quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema ſit. Cum enim dicat Apoſtolus: ſcientia inflat, charitas verò ædificat, valde impium eſt, vt credamus, ad eam quæ inflat nos habere gratiam*

Gregorius Nazianzenus.

Cyprianus Carthag.

Ioannes Chryſoſtomus.

Ambroſius Mediolanenſis.

Duplex gratia

Hieronymus Stridonenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Oro hæc expende.

Toties bona opera commemorat Caluin.

Concilium Mileuitanum ſub Archadio & Honorio Imperatoribus.

1. Corinth. 8.

Chriſti, ad eam quæ ædificat non habere: cum ſit vtrumque donum Dei, & ſcire quid facere debeamus, & diligere, vt faciamus, vt ædificante charitate, ſcientia non poſſit inflare. Sicut autem de Deo ſcriptum eſt: qui docet hominem ſcientiam: ita ſcriptum eſt, charitas ex Deo eſt. Et canone 5. allegatur à Gratiano vbi ſup. *Item placuit, vt quicunque dixerit, ideo nobis gratiam iuſtificationis dari, vt quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius impiere poſſimus per gratiam, tanquam & ſi gratia non daretur, non quidem facile, ſed tamen poſſimus etiam ſine illa, implere diuina mandata, anathema ſit. De fructibus enim mandatorum Domini, vbi non ait: ſine me difficilius poteſtis facere, ſed ait: ſine me nihil poteſtis facere.*

Pſal 93.
1. Ioan. 4.
Ioann. 15.

Augustinus Hipponenſis.

Hoc clariùs exponit AVGVSTINVS hunc locum Ioannis pertractans. De duplici autem acceptione gratiæ, lege in vocabulo, liberum arbitrium. Eadem autem repetit prætatum Concilium canone 78. 79. & 80. hinc quoque ſuperioribus concordans COELESTINVS I. epiſtola 1. ad Epiſcopos Galliæ cap. 12. *Omnium* (inquit) *bonorum affectuum atque operum, & omnium ſtudiorum, omniumque virtutum quibus ab initio fides ad Deum tenditur, Deum fatemur authorem: & non dubitamus ab ipſius gratia, omnia hominis merita præueniri, per quem fit, vt aliquid boni & velle incipiamus & facere. Quo vtique auxilio & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, ſed liberatur, vt de tenebroſo lucidum, de prauo rectum, de languido ſanum, de imprudente ſit prouidum. Tanta enim erga omnes homines eſt bonitas Dei, vt noſtra velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona, & pro his quæ largitus eſt, æterna præmia ſit donaturus. Agit quippe in nobis, vt quod vult, & velimus, & agamus. Nec otioſa in nobis eſſe patitur, quæ exercenda, non negligenda, donauit, vt & nos cooperatores ſimus gratiæ Dei. Ac ſi quid in nobis ex noſtra viderimus remiſſione langueſcere, ad illum ſollicite recurramus, qui ſanat omnes languores noſtros, & redimit de interitu vitam noſtram, & cui quotidie dicimus, Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo.* Et concludit cap. 13. eiuſdem epiſtolæ. *Profundiores verò, difficilioreſque partes occurrentium quæſtionum, quas latius pertractarunt, qui hæreticis reſtiterunt, ſicut non audemus contemnere, ita non neceſſe habemus adſtruere: quia ad confitendum gratiam Dei, cuius operi ac dignationi nihil penitus ſubtrahendum eſt, ſatis ſufficere credimus, quidquid ſecundum prædictas regulas, Apoſtolicæ ſedis nos ſcripta docuerunt: vt prorſus non opinemur Catholicum, quod apparuit præfixis ſententiis eſſe contrarium.* Hinc & LEO I. epiſtola 84 quæ eſt ad Nicetam Aquileienſem Epiſcopum. *Gratia* (ait) *ſecundum merita non datur, quia gratia niſi gratis detur, non eſt gratia, ſed merces retributioque meritorum, dicente beato Apoſtolo? Gratia ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex vobis. Dei donum eſt, non ex operibus, ne fortè quis extollatur. Ipſius enim ſumus figmentum, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus. Omnis itaque bonorum operum donatio, diuina præparatio eſt. quia non prius quiſquam iuſtificatur virtute, quam gratia, quæ vnicuique principium iuſtitiæ, & bonorum fons, atque origo meritorum eſt.* Hinc MAXENTIVS IOANNES, in libello ſuæ fidei (oblatus eſt Legatis Apoſtolicæ ſedis, Conſtantinopoli, & fuit ab Hormiſda receptus) ad calcem, dum de baptiſmo paruulorum agit. *Infirmatus* (inquit) *naturæ vigor per malum præuaricationis, nullatenus valuit per ſemetipſum inde aſſurgere, vnde per propriam voluntatem incurrit. Quapropter nullum ab Adam nunc vſque,*

Cœleſtinus 1.
Philipp. 2.
Merita hominum.
1. Corinth. 3.
Matth. 5.
Leo 1.
Epheſ. 2.
Maxentius Ioannes.

A *per naturæ vigorem credimus eſſe ſaluatum, niſi dono gratiæ Spiritus ſancti in fide nominis Ieſu &c.* Vide, liberum arbitrium, iuſtificatio. & opera &c. Hæc omnia quæ ſuperiùs de gratia diximus, confirmat Concilium VALENTINVM GALLIAE III. ſub Lothario Imperatore cano. 6 ſicut & multa ſanctorum Conciliorum decreta, vt Concilium SENONENSE decreto 15 vide quod hic deeſt in vocabulo, liberum arbitrium.

Concilium Valentinum Galliæ 3.
Concilium Senonenſe.

HAB

HABITVS.

B HAbitus diuerſi Monachorum mos antiquiſſimus.] Quia tantoperè veſtitus, ſeu habitus monaſticus varius Monachorum, noſtris eſt infeſtus hæreticis. vt etiam dicant non fuiſſe priſcis temporibus diuerſa Monachorum veſtimentorum genera: hic ad poſterum notitiam, etiam oſtendemus antiquos patres in ſignum vilitatis, & mundi contemptus, habitibus variis & diuerſi coloris vſos. Sic autem NICEPHORVS CALLISTVS libro 9. hyſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 14. & SOZOMENVS SALAMINIVS lib. 3. cap. 14 hyſtoriæ Eccleſiaſticæ, dum de ſancto Abbate Pachomio verba faciunt. *Inſuper ingens quoque ille Pachomius* (ait Nicephorus) *qui* C *dux & author vitæ Tabennenſiotarum fuiſſe dicitur. Noua autem quadam illis eſt vitæ ratio, in quibuſdam rebus à reliquis monachis euarians. Animum enim aſſuefacit ad virtutem aſpirare, & terrena proculcare, & ſurſum reſpicere ſemper, vt facile deinceps ſit puluerem hunc deponentibus, in cœleſtem peruenire regionem. Siquidem indumentum illis erat melota, ſeu pellis ouilla, ſymbolum atque monumentum, vt opinor, generoſi & fortis illius Heliæ Theſbitæ, rei venereæ & concupiſcentiæ macerationis atque mortificationis, vt* D *æmulatione & ardore eiuſdem cum illo ſpei, ad continentiam & caſtitatem ſtrenue graſſarentur. Cæterùm reliquorum quoque Ægyptiorum Monachorum amictus, vt opinor, fert ad exemplum aliquod & ſpecimen arcanioris Philoſophiæ ſpectat: non * enim illi temerè à communi habitu veſtitum ſuum mutauere. Amiculum namque manicis carens, indicium atque inſtitutionem eſſe arbitror, ne manus ad iniuriam inferendam faciles ſint & promptæ. Capitis verò tegmen acuminatum, vt ſimplices ſint, & iniurias non vendicent, puréque & innocenter viuant, lactentium puerorum inſtar: quorum capita eiuſmodi lineis mitris operiri ſolent, quæ partem rationis, principatum imperiumque obtinentem, tegunt atque fouent, zona porrò, quæ & humeros & brachia comprimit cinctura, promptam alacritatem in miniſterio Dei ſub obſcurè* E *indicat, vt quæ adimplere iuſſi ſunt, ſuccincti perficiant, fortaſſè autem alij alias reddiderint rationes Monaſticæ Philoſophiæ appoſitas, mihi hæc dixiſſe ſat eſt, &c.* Vide reliquum, in vocabulo, Monachorum inſtituti, &c. vbi ex PHILONE IVDAEO, atque DIONYSIO AREOPAGITA eorum inſtitutum, habitus, & profeſſio deſcribitur. Porrò etiam antiquis illis veteris teſtamenti patribus, qui tanquam hæremitæ degebant, erat à cæteris habitus, & veſtitus diuerſus, vt narrat ISIDORVS HISPALENSIS, libro de Patribus veteris teſtamenti, dum vitam Iſaiæ prophetæ deſcribit. *Amnem* (ait) *Hebræi ſocerum fuiſſe Manaſſæ, in quo tanta fuit ſanctitas, & vitæ excellentia, vt*

Nicephorus Calliſtus.
Sozomenus Salaminius S. Pachomii inſtitutum.
De amictu & habitu Monachorum Ægyptiorum [illegible]
Philo Iudæus.
Dionyſius Areopagita.

Elaiæ prophetæ habitus.

[A] *vnam tantùm dicatur habuiſſe tunicam cilicinam, quam poſtmodum pro delictis populi abiecit, & ſacco membra cooperuit: ſed & hoc ad extremum depoſitio, iuxta imperium domini, nudo corpore, nudoque veſtigio in conuentu populorum verſatus eſt*, &c. Idem & in vita Ioannis baptiſtæ narrat: Sed non eſt neceſſe hic inſerere, quia ex Euangelio ſufficienter colligitur.

Ioannis Baptiſtæ habitus.

Baſilius Magnus.

Sed & BASILIVS MAGNVS, de inſtitutione Monachorum, variis in locis de eorundem vario veſtimentorum genere mentionem facit. Lege & SOZOMENVM SALAMENIVM lib. 3. cap. 13. 14. & 15. vbi de Monachorum diuerſorum ſtatu & habitu eorum diſſerit.

Sozomenus Salaminius.

Caſſiodorus Senator.

CASSIODOORVS SENATOR libro 1. hiſtoriæ Tripartitæ cap. 11. ſic ait. [B] *Per Nicena tempora Concilij, præcipue inſigniſſimam Eccleſiam demonſtrauerunt, & dogma dilatauerunt, vita virtutibus, qui conuerſatione Monachica illo tempore fruebantur. Vtiliſſima namque res ad homines venit a Deo, iſta Philoſophia, quæ multarum doctrinarum, & dialectica artis ſtudia deſpicit, tanquam ſit minuta, & melioris operis tempus impediat, atque ad rectè viuendum nihil oſtendat. Huius autem elegantiſſimæ Philoſophiæ, principes quidem fuit, ſicuti quidam dicunt, Helias propheta, & Baptiſta Ioannes*, &c. Tum vitam Antonij, & Pauli Simplicis, & Amos Ægyptij proſequitur. Vide ſi placet. Porrò de temporis ſuis Monachis TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de pallio, meminit quia

Tertullianus Carthaginenſ.

[C] diſſimili à cæteris veſte vtebantur. Sed & ſimiliter recordatur AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro 6. epiſtolarum, epiſtola 36. de Paulino, ſuo tempore viro, qui ſeculum reliquerat, inuitis parentibus, loquens. Ibi expreſsè demonſtrat, quòd hi qui ad monaſticam vitam tranſibant, habitum ſecularem mutabant, & monaſticum aſſumebant. *Cùm* (inquit de gentilibus) *ipſi capita ſua radant, ſi quando Iſidis ſuſcipiunt ſacra, ſi fortè Chriſtianus vir attentior ſacroſanctæ religionis veſtem mutauerit, indignum facinus appellant*, &c.

Ambroſius Mediolanenſ.

Tales ſunt noſtri Caluiniſtæ

Ephrem Edeſſenus.

Denique EFFREM DIACONVS Edeſſenus, dum Abrahæ heremitæ vitam deſcribit. [D] *In omnibus* (ait) *quinquaginta annis pœnitentiæ ſuæ veſtem cilicinam, qua indutus fuerat, non mutauit.* HIERONYMVS STRIDONENSIS in vita Hilarionis. *Audiens* (inquit) *celebre nomen Antonij, quod per omnes Ægypti populos ferebatur, incenſus viſendi eius ſtudio, perrexit ad heremum. Et ſtatim vt eum vidit, mutato priſtino habitu, duobus ferè menſibus iuxta eum manſit, contemplatus ordinem vitæ eius morumque grauitatem* (& infrà) *igitur ſacco tantum membra coopertus, & pelliceum habens ependytem* (id eſt ſuper indumentum) *quem illi beatus Antonius proficiſcenti dederat, ſagumque ruſticum, inter mare & paludem, vaſta & terribili ſolitudine fruebatur.* Vide idem, & in Paulo 1. heremita.

Hieronymus Stridonenſis

Palladius Cappadociæ.

PALLADIVS CAPPADOCIAE Epiſcopus, [E] in libro qui paradiſus Heraclidis dicitur, cap. 19. de Pachomio abbate loquens. *Vtuntur* (inquit) *noctibus lineis veſtibus* (*quas Lebitonas vocant*) *cuncti, & ſinguli quique eorum pellibus caprinis bene confectis teguntur. Quas nec tunc quoque cùm voluerint cibum capere, vel ſomnum deponant. Quando autem ad communionem Sabbati, vel dominici dies ingrediuntur, vnuſquiſque ſuum cingulum ſoluit pellemque deponit, & * cum cucullo tantum ingreditur. Cucullos autem ipſos ſine villo paruulos fieri, vt infantibus, ordinauit, in quibus & quædam ſigna de purpura fecit intexi*, &c. Idem cap. 20. & 21. eiuſdem libri. *Cæteræ* (inquit) *virgines tonſæ cucullis cooperiuntur.* Et cap. 25. eiuſdem

Vide quia diebus certis Monachi communicabant.

Vide Cuculli vſum antiquũ.

[A] libri expreſsè monſtrat, quòd qui ad monaſticam vitam tranſibant, veſtes mutabant. Cùm enim quendam refert ſanatum S. Melaniæ prece, vt poſtea fieret religioſus: *Tum* (inquit) *veſte mutata inde deſcendit, & ad Ægyptiacum Nytrica proficiſcitur montem*, &c. Denique THEODORETVS CYRENSIS, in libro qui Philotheus dicitur, vbi quorundam Monachorum vitas deſcribit ſæpiùs eiuſdem rei meminit, vt in vita S. Petri ſerui Dei. In vita autem S. Mæſimæ Monachi ait. *Aiunt illum nunquam neque tunicam mutaſſe, neque cilicium, ſed lacera illa, iterum atque iterum reſarciſſe: hoc ſanè pallio ſe in ſenectute gerebat.* Sed & GREGORIVS I. ſæpiùs in Dialogis [B] huiuſce rei meminit & præcipuè libro 3. vbi S. Benedicti vitam deſcribit IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 56. in Matthæum veterum Monachorum vitam & habitum deſcribit, vt dicemus in vocabulo, Monachus, &c homilia 56. ad populum Antiochenum, de Monachorum vita. *Veſtes* (inquit) *eis fortitudine digna. Non enim caudatis vtentes veſtibus, iuxta, eneruatos & molles induuntur, ſed iuxta beatos illos Angelos Heliam, Heliſeum, Ioannem, ſecundum Apoſtolos, cùm veſtimenta ſint ipſis parata: his quidem ex caprarum pilis, his autem ex pilis camelorum*, &c. Vide oro in vocabulo, monachorum inſtituti. &c. Hinc eſt quòd Concilium AQVISGRANENSE I. capite 25. [C] prohibet, ne veſte monachali aut habitu, clerici ſeu canonici induantur, vt cucullis, &c. *Quia* (ait) *illorum habitum penitus vſurpare non debeant, à quorum propoſito, quodammodo diſtant. Quia ſicut & indecens eſt, vt arma militaria, more laicorum, geſtent: ita nimirum inhoneſtum eſt, & valde indecorum, vt alterius propoſiti indumenta ſibi imponant. Habitus namque ſingulorum ordinum idcirco in Eccleſia ad inuicem diſcreti ſunt, vt his viſis cuius propoſiti ſit geſtans, vel in qua profeſſione domino militet, liquido cognoſcatur. Nam & domini lege vir muliebrem, & mulier virilem prohibetur induere veſtem, vt vterque ſexus ſibi conuenienti veſte incedat. Sicut enim turpe eſt virum veſtem muliebrem, & mulierem veſtem virilem* [D] *induere, ita valdè indecorum eſt canonicum, veſtem monachicam induere: niſi tamen cum veſte etiam propoſitum voluerit aſſumere.* Denique de veſtimentis monachorum Concilium TVRONENSE III. 24. Sed & Concilium BITERRENSE cap. 16. & BENEDICTVS XII. cap. 17. & & 23. conſtitutionum Benedict. agunt, vt in vocabulo, monachus dicetur. iunge quod ſequitur. Lege in Clementinis titulo de ſtatu monachorum capite 1. ne in agro dominico.

Gregorius 1.

Ioannes Chryſoſtomus.

Concilium Aquiſgranenſ 1. ſub Ludouico 1. Imperat.

Cur Monachi diuerſo vtantur habitu & veſtimento.

Deut. 22.

Concilium Turonenſe 3.

Concilium Biterrenſe nuiter [illegible], Benedictus 12.

Habitus & ornatus clericorum non ſuperfluus & qualis eſſe debeat.] Repete quod ſuperiùs in vocabulo, canonicus, & ſuperiori annotatione dictum eſt. Porrò Concilium CARTHAGINENSE IV. [E] cano. 45. (allegat Gratianus diſtinctione 42. cap. clericus.) *Clericus profeſſionem ſuam, & in habitu, & in inceſſu probet, & nec in veſtibus, nec in calceamentis decorem quærat.* Hinc COELESTINVS I. epiſtola 2. ad Epiſcopos Viennenſes & Narbonenſes cap. 1. arguit eos qui amicti palliis & zona præcincti miniſtrabant altaribus, quòd non ſolitum in Eccleſiis gallicanis erat, & conſequenter infert. *Diſcernendi à plebe vel cæteris ſumus doctrina, non veſte: conuerſatione, non habitu: mentis puritate, non cultu. Nam ſi ſtudere incipiamus nouitati, traditum nobis à patribus ordinem calcabimus, vt locum ſupernacuis ſuperſtitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non de-*

Concilium Carthaginenſe 4. cui interfuit Auguſtinus.

Cœleſtinus 1.

A *bonum inducere, docendi enim potiùs, ſunt quàm illudendi: nec imponendum eſt eorum oculis, ſed mentibus infundenda præcepta ſunt*, &c. Hinc & Concilium AGATHENSE I. cano 20. (allegatur à Gratiano diſtinct. 23 cap clerici.) *Clerici qui comam nutriunt ab Archidiacono, etiam ſi noluerint, inuiti detondeantur. Veſtimenta etiam vel calceamenta eis, niſi quæ religionem deceant, vti aut habere non liceat*, Concilium MATISCONENSE I. ſub Pelagio 2. cano 5. *Nullus clericus ſagum, aut veſtimenta, aut calceamenta ſecularia, niſi quod religionem deceat induere præſumat. Quòd ſi poſt hanc definitionem clericus aut cum indecenti veſte aut cum armis inuentus fuerit, à ſeniore ita coerceatur, vt triginta dierum incluſione detentus, aqua tantum & modico pane diebus ſingulis ſuſtentetur.* Concilium GENERALE VI. Conſtantinopolitanum in Trullo cano. 27. *Nullus eorum, qui in cleri catalogum relati ſunt, veſtem ſibi non conuenientem induat, neque in ciuitate degens, neque iter ingrediens: ſed vtatur veſtibus, quæ his qui in clerum relati ſunt, attributæ fuere, ſi quis autem tale quid fecerit, vna ſeptimana ſegregetur.* Concilium FRANCICUM ſub Carlomano rege, & Boniſacio Moguntinenſi. *Decreuimus vt presbyteri vel Diaconi non ſagis, laicorum more, ſed caſulis vtantur ritu ſeruorum Dei.* Hoc iterum Concilium SVESSIONENSE ſub Childerico rege & Pipino duce renouat. Concilium NICÆNUM II. generale 7. canone 16. (allegatur à Granatio cauſ. 21. quæſtione 4. cap. Omnis.) C *Omnis iactantia & ornatus corporeus, eſt à ſacerdotali ordine & ſtatu alienus. Epiſcopos ergo vel clericos, qui ſe ſplendidis & inſignibus veſtibus exornant, ſe corrigere oportet: ſin autem permaneant, ſupplicio tradite: ſimiliter & eos qui ſunt vnguentis delibuti. Quoniam autem radix acerbitatis ſurſum pullulans fuit noſtræ Eccleſiæ inquinamentum, Chriſtianos ſcilicet accuſantium hæreſis: hi, qui eam ſuſceperunt non ſolùm imaginum picturas auerſati ſunt, ſed omnem etiam pietatem ac religionem extruſerunt, in eos qui piè & honeſtè viuunt inuehentes in eis impletum fuit quod ſcriptum eſt: Abominatio peccatorum religio & verus Dei cultus.* D *Si inuenti itaque fuerint nonnulli eos irridentes, qui vilem & modeſtum amictum induti ſunt, pœna corrigantur: à ſuperioribus enim vſque temporibus, omnis vir ſacerdotalis cum moderato & honeſto indumento verſabatur: quidquid enim non propter vſum, ſed oſtentatorium ornatum aſſumitur, in nequitia reprehenſionem incurrit, vt ait* BASILIVS MAGNVS. *Sed nec ex ſericeis textura variatum quis veſtimentum habeat, neque in veſtimentorum fimbriis adiecta erunt alieni coloris indumenta: ex diuina enim lingua audierunt, quòd qui mollia ferunt, ſunt in domibus regum.* Eadem repetit ALEXANDER III. cap. 4 partis 17. Concilij Lateranenſis, quod celebrauit. Concilium E LATERANENSE ſub Innocentio 3. cap. 16. tractat de vario ornatu & habitu clericorum, & qualiter debeant externo habitu, & conuerſatione ſe gerere. *Clerici* (inquit) *coronam & tonſuram habeant congruentem, & ſe in officiis diuinis, & aliis bonis exerceant ſtudiis diligenter. Clauſa deferant deſuper indumenta, nimia breuitate vel longitudine non notanda. Pannis rubeis aut viridibus, nec non manicis aut ſotularibus conſuticiis ſeu roſtratis, frenis, ſellis, pectoralibus, & calcaribus deauratis, aut aliam ſuperfluitatem gerentibus non vtantur. Cappas manicatas ad diuinum officium intra Eccleſiam non gerant, ſed nec alibi, qui ſunt in ſacerdotio vel perſonatibus conſtituti, niſi iuſta cauſa timoris exegerit habitum transformari. Fibulas omninò non ferant, neque corrigias auri vel argenti ornatum habentes: ſed nec annulos, niſi quibus competit ex officio dignitatis. Pontifices autem in publico & in Eccleſia ſuper indumentis lineis omnes vtantur, niſi monachi fuerint, quos oportet deferre habitum monachalem: palliis diffibulatis non vtantur in publico, ſed vel poſt collum, vel ante pectus hinc inde connexis.* Eadem omninò ſtatuit Concilium OXONIENSE ſub eodem Innocentio 3. cap. 25. & 35. tractans de ornatu, veſtitu, & habitu monachorum & monialium. Prohibet autem ne velum, vel peplum ſericum habeant, aut in velo acus argenteas, aut aureas deportent, aut irregulari in veſtimentis panno vtantur: ſed veB ſtes longitudinem corporis non excedant, & pede decenter ſuperductu ſufficiat eis talari veſte indui, præcipit. *Annulum autem ſola* (ait) *monialis conſecrata deferat, & vno ſolo ſit contenta.* Hæc latiùs in Clementinis exponuntur cap. 2. de ſtatu monachorum. Et quia Clementinarum fecimus mentionem, in eiſdem capite 2. inſeritur, de vita & honeſtate clericorum, ex Concilio VIENNENSI ſub Clemente 5. *Quis abiectis* (ait) *veſtibus proprio congruentibus ordini, alias aſſumere & in publico portare, rationabili cauſa ceſſante, præſumit, priuilegiorum illius ordinis prærogatiua ſe reddit indignum. Præſenti conſtitutione ſancimus, quòd quicunque Clericus, * virgata vel partita veſte publicè vtetur, niſi cauſa rationabilis ſubſit, ſi beneficiatus extiterit, per ſex menſes à perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinet, ſit eo ipſo ſuſpenſus. Si verò beneficiatus non fuerit, in ſacris tamen ordinibus citra ſacerdotium conſtitutus, per idem tempus reddatur eo ipſo inhabilis, ad Eccleſiaſticum beneficium obtinendum. Idem quoque cenſemus de clericis aliis, veſtem talem, ſimul & tonſuram publicè deferentibus: clericalem dignitatem verò, perſonatum, ſeu beneficium aliud obtinens: cui cura immineat animarum: nec non cæteri in ſacerdotio conſtituti, ac religioſi quilibet, quos oportet per decentiam habitus extrinſeci, morum intrinſecam honeſtatem oſtendere, ſi præterquam ex cauſa rationabili publicè veſtem ferant huiuſmodi, aut * infuſum,* D *ſeu pileum lineum publicè portent in capite, ſunt eo ipſo, beneficiati videlicet à perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinent ſuſpenſi per annum. Cæteri verò ſacerdotes & religioſi quilibet, per idem tempus reddantur inhabiles ad quodcunque beneficium Eccleſiaſticum obtinendum.* Idem de cæteris indumentis, & indecenti habitu, & ornatu definitur. Prædicta autem renouat MARTINVS V. in Concilio CONSTANTIENSI ſeſſione 43. vbi eadem verba, quæ ſuperiùs moderata ſunt, reſumit. Sed & in Papæ clericis, hæc iubet obſeruari Concilium BASILEENSE ſeſſione 23. Eadem iniungit & Concilium RATISPONENSE cap. 2. ſub Laurentio Cardinali: & E Concilium SENONENSE cap. 23. 24. & 25. vbi de ſericis veſtibus non deferendis à clericis tractat, & de honeſtate ſeruanda in crinibus & tonſura, & de honeſtate ſeruanda in inceſſu, & conuerſatione cum laicis, & in euitatione chorearum, &c. vide ſuis locis. Prædicta quoque renouat Concilium COLONIENSE III. parte 2. cap. 26. vbi poſtquam præmiſſa allegauit, ſubdit. *Pudet nos cum videmus clericos perinde atque ſeculi milites amictos, vel qui ſint vt fœmina compti: Itidem pannoſi clerici ac veſtibus laceri diſplicent: neque enim affectata ſordes aut exquiſita delitiæ laudem pariunt.* Hinc etiam Concilium TRIDENTINVM nouiſſimum ſeſſione 14 quæ fuit 4. ſub

Iulio

Concilium Agathenſe ſub eodem Cæleſtino.

Concilium Matiſconenſe ſub Guntranno rege.

Concilium Cõſtantinopolitanum, generale 6. hic tamen canon de eorũ eſt numero qui illegitima cenſentur.

Conciliũ Francicum.

Conciliũ Sueſſionenſe apud S. Medardũ Epiſcoporum 23.

Concilium generale 7 Nicænum 2. ſub Adriano 1.

Eccleſiaſt. 1.

Baſilius Magnus.

Alexander 3.

Concilium Lateranenſe ſub Innocẽtio 3 patrum 1215.

Tanta modo & tam abominabilis diſſolutio eſt & luxus tã execrandus vt totius ſupeat ... hominis ... hæc intuẽ... & cõſiderans

Concilium Oxonienſe in Anglia.

De Monialium habitu.

Concilium Viennenſe generale ſub Clemente 5.

* id eſt varij coloris vel diuerſa partis.

* Pro alba faſciola ſeu ſericeo pileo.

Martinus 5.

Concilium Baſileenſe.

Concilium Ratiſp...

Concilium Senonẽſe ſub Antonio a Prat...

Concilium Colonienſe 3.

Nec adhuc hoc errore & vitio ſunt abſoluti.

Concilium Tridentinum, &c.

Iulio III. cano.6.decreti reformat. *Quia & ſi habitus non facit monachum* (ait) *oportet tamen clericos veſtes proprio congruentes ordini ſemper deferre, vt per decentiam habitus extrinſeci, morum honeſtatem intrinſecam oſtendant. Tanta autem hodie aliquorum inoleuit temeritas religioniſq; contemptus, vt propriam dignitatem, & honorem clericalem paruipendentes, veſtes etiam deferunt publicè laicales, pedes in diuerſis ponentes, vnum in diuinis, alterum in carnalibus. Propterea omnes Eccleſiaſticæ perſonæ, quantumcunque exemptæ, quæ aut in ſacris fuerint, aut dignitates, perſonatus, officia, aut beneficia qualiacunque Eccleſiaſtica obtinuerint, ſi poſtquam ab Epiſcopo ſuo per edictum publicum moniti fuerint, honeſtum habitum clericalem* B *illorum ordini & dignitati congruentem, & iuxta ipſius Epiſcopi ordinationem & mandatum non detulerint, per ſuſpenſionem ab ordinibus ab officio & beneficio, ac prouentibus, redditibus, & fructibus ipſorum beneficiorum. nec non ſi ſemel correpti denuo in hoc deliquerint, etiam per priuationem officiorum, huiuſmodi coerceri poſſint & debeant* (ſecundùm conſtitutionem Clementis V. habes ſuperiùs) in Cõcilio Viennenſi editam, quæ incipit: *Quoniam innouando & ampliando.* Lege etiam ſuperiùs vocabulo, Clericus Canonicus, Tonſura, & Ornatus, &c.

HÆRESIS.

Tertullianus Carthaginenſis.

C Hæreſis nomen vnde deriuetur] TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS lib. de præſcriptionibus aduerſus hæreticos, in initio. *Apoſtolus* (ait) *in omni pene epiſtola, De adulterinis doctrinis fugiendis, hæreſes taxat, quarum opera ſunt adultera doctrina. Hæreſes dictæ ſunt Græca voce ex interpretatione electionis, qua quis ſiue ad inſtituendas, ſiue ad ſuſcipiendas eas vtitur: ideò & ſibi damnatum dixit hæreticum, epiſtola ad Titum, quia in quo damnatur ſibi elegit. Nobis verò nihil ex noſtro arbitrio indulgere licet, ſed nec eligere: & quod aliquis nil de arbitrio ſuo induxerit. Apoſtolos Domini habemus authores, qui nec ipſi quicquam ex ſuo arbitrio, quod inducerent, elegerunt, ſed acceptam à Chriſto diſciplinam fi-* D *deliter nationibus aſſignauerunt. Itaque etiam ſi Angelus de cœlis aliter euangelizaret, anathema diceretur à nobis.* Idem initio libri ſecundi contra Marcionem Adæ delictum hæreſim nuncupat, *Eò quòd* (ait) *per electionem ſuam potius elegit facere ſententiam, quàm Dei.* Eandem etymologiæ rationem affert & CLEMENS ALEXANDRINVS libro 7. Stromatum, non longè à fine, & libro 8.

Clemens Alexandrinus.

Præterea etiam hæreſis Etymon, dat HIERONYMVS STRIDONENSIS libro 3. Commentariorum in epiſtolam ad Galatas, capite 5. Manifeſta autem ſunt opera carnis, &c. *αἵρεσις* (ait) *Græcè ab electione dicitur, quod ſcilicet eam ſibi vnuſquiſque eligat diſciplinam, quam putat eſſe meliorem. Quicunque* E *igitur aliter Scripturam intelligit, quàm ſenſus Spiritus ſancti flagitat, quo conſcripta eſt, licet de Eccleſia non receſſerit, tamen hæreticus appellari poteſt.* Idem in epiſtolam ad Titum, cap. 3. vbi illud exponit: Hæreticum hominem poſt vnam & alteram correptionem deuita, &c. *Hæreſis* (ait) *Græcè ab electione dicitur, quod vnuſquiſque id ſibi eligat, quod ei eſſe melius videatur. Porro Philoſophi quoque Stoici, Peripatetici, Academici, Epicurei, illius, vel illius hæreſeos appellantur. Superfluum eſt ire per ſingula, & Marcionem. Valentinum, &c.* Lege reliquum.

Hieronymus Stridonenſis.

Hæreſum origo, fons, & progreſſus.] Authorem quidem hæreſeon Diabolum eſſe ſuperius in dictione Diabolus, ex TERTVLLIA- A NO libro De præſcriptionibus aduerſus hæreticos, docuimus. & ex Cypriano ſimiliter, vt facilè poteris ſi vacat, aduertere. Porrò hæreſum originem EVSEBIVS CÆSARIENSIS libro 3. Eccleſiaſticæ hyſtoriæ, cap. 32. à tempore Apoſtolorum cœpiſſe demonſtrat: quod & confirmat EGESIPPVS, vt IVSTINVS MARTYR in Dialogo cum Triphone recenſet, dicens, quod ante Domini aduentum non auſus fuerit Sathanas blaſphemare Deum: quippè qui nondum condémnationem ſuam ſciret. EGESIPPI autem verba ſic profert ex libris eius 5. quos ſcripſit pro Eccleſiæ doctrina tuenda. *Meminit* ait *Egeſippus initiorum hæreſum quarundam, ita inquiens: Poſteaquam* B *Iacobus Iuſtus martyrio eſt defunctus, ſicuti & Dominus; in locum eius, patrui eius Cleopæ filius Simeon eſt ſuffectus, quem omnes Domini fratrem patruelem ſecundum eſſe retulerunt. Propterea. autem Eccleſiam vocauerunt virginem, quod nondum eſſet inanibus & vanis corrupta doctrinis. Primus eam deprauare cœpit, quod in petitione Epiſcopatus repulſam tuliſſet Thebutes*, vnus è ſeptem hæreticis & plebeius: à quibus & Simon eſt, vnde Simoniani dicti. & Cleobius, vnde & Cleobiani: & Doſitheus. vnde Doſitheani: & Gorthæus, vnde Gorthæani: & Maſbothæus, vnde Maſbothæi. Ab his autem & Menandriani, & Marcioniſtæ, & Carpocratiani, & Valentiniani, Baſilidiani, & Saturniani. Hi pro ſe quiſque proprias ſeorſim* C *induxerunt opiniones, &c.* Hæc repetit CYRILLVS ALEXANDRINVS lib. 1. cõtra Iulianum Apoſtatam: verumtamen EPIPHANIVS CYPRI ſtatim initio operis ſui contra hęreſes, hæreſes incepiſſe longè antè Chriſtum oſtendit, cùm & Eccleſiam ab Adam deducit vſque ad nos, & enumerat omnes hęreſes, quæ eam impugnarunt. Hoc videtur admittere CLEMENS I. lib. 1. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 5. & 6. & IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Smyrnenſes, apud Iudæos hęreticos eſſe deſcribentes antequã Chriſtus incarnaretur, quorum authorem volunt eſſe Diabolum. Sic autem loquitur Clemens, vbi ſupra. *Habuit Iudaicus populus hæreſum prauitates.* D *Saducæi ex illis prodierunt, qui negabant mortuorum reſurrectionẽ. Et Pharisæi, qui fortunæ & fato peccatoris actiones tribuunt, & Baſmothæi, qui prouidentiam tollunt, affirmantes fortuito caſu omnia conſtare: Hiq; animæ immortalitatem negant. Sunt quoque Hemerobaptiſtæ, qui quotidie niſi in aqua merguntur, cibum non capiunt, ſed etiam lectis tabulis, crateris, calicibus, ſcabellis niſi aqua purgatis, non vtantur & qui noſtris temporibus orti ſunt Ebiones, Filium Dei nudum hominem fuiſſe contendentes, viri libidine, & Ioſeph ac Mariæ concubitu genitum: qui ab his omnibus ſeparantur & leges ſeruant patrias, ſunt Teſſei. Atque hæc quidem in veteri populo fuerunt. ſed nunc quoque improbus dæmon, efficax ad maleficiendum, & bonum cuiuſ-* E *modi ſit ignorans ex nobis quibuſdam excitatis, Hæreſes ac ſchiſmata in his effecit.* Tum ſubdit cap. 7. *Nouæ autem hæreſes hoc habuerunt exordium. Cum inuaſiſſet Diabolus Simonem quendam, è vico Getthon appellato, Samaritanum, arte magum, ſua praua ſententia eum adminiſtrum effecit, eo tẽpore quo Coapoſtolus noſter Philippus, Domini dono atque ſui Spiritus afflatu virtutes curationum Samariæ adminiſtrabat, ita vt obſtupefacti Samaritani in fidem venerint, & Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti baptizati ſunt in nomine. Cùmque iam Simon ipſe ſigna & prodigia intuitus ſine vlla magica arte perfecta, admiratuſque crediſſet, & Baptiſmum accepiſſet, atque ieiunio & orationi eſſet intentus, audientes nos gratiam Dei ad Samari-*

Euſebius Cæſarienſis.

Egeſippus Hyſtoriographus Iuſtinus Martyr.

Egeſippus Hiſtoriographus

Primus hæreticus.

* alias Thebulis

Cyrillus Alexandrinus. Epiphanius Cypri.

Clemens I. Ignatius Martyr.

Diuerſæ hæreticorum ſectæ ante Chriſtum.

Ebionis hæreſis.

Exordium hæreſis à tempore Chriſti

Actuum 8.

Tertullianus Carthaginenſis.

tanos per Philippum perueniſſe,ad eos acceſſimus,multiſque ad doctrina ſermonem collatis, omnibus baptizatis impoſitis manibus,oratione gratiam eis Spiritus ſancti impartiebamus. Videnſque Simon, impoſitione manuum noſtrarum,dari credentibus Spiritum,obtulit nobis pecuniam Poteſtatem (inquit) date, vt cui impoſuero manus,is habeat Spiritũ ſanctum,volens,& quemadmodum Adam guſtato ligno,promiſſa immortalitate priuatus fuit, ſic nos accepta pecunia delinitis Dei munere excluderemur, quo per commutationem pecuniæ ei traderemus inæſtimabilem Dei gratiam.

Diaboli artificium expanditur in oblatione pecuniæ.

Quare perturbatis omnibus noſtris, ego Petrus oculos in maleficum ſerpentem, quo enim detinebat, coniiciens reſpondi Simoni: Argentum tuum tecum ſit in perditionem,quoniam donũ Dei putaſti pecunia poſſideri,&c. quę Act. 8. habetur. Tum c. 8. ſubdit: *Cum verò ad Gentes exiuimus ad prædicandum verbum vitæ,tum diabolus molitus eſt in populo,vt poſt nos pſeudo Apoſtolos mitteret, ad labefactandum ſermonem. Itaque produxerunt Cleobium quendam. & adduxerunt Simoni. Hi vero diſcipuli fuerunt eiuſdem Doſithei, quem reprobatum eiecerunt principatu. Deinde alij aliorum abſurdorum dogmatum authores extiterunt. Cerinthus, Marchus, Menander, Baſilides, Saturninus. Ex his alij plures Deos eſſe opinantur, alij tres inter ſe contrarios ſine origine ſemper congredientes,alij infinitos & ignotos. Quidam vero nuptias tollunt, arbitrantes non eſſe eas opus Dei,alij quoſdam cibos abominantur,alij inuerecunde fornicantur,quod nunc faciunt falſi nominis Nicolaitæ.* Tum alijs innumeratis,capite 10. ſic concludit: *His omnibus vnus atque idem erat propoſitus impietatis finis, omnipotenti Deo maledicere ignotum Deum celebrare, nec eſſe Deum Patrem Chriſti, neque mundi conditorem,ſed ineffabilem atque innominabilem,per ſe genitum, legis & Prophetarum oraculis non locutum,prouidentiam nullam eſſe,reſurrectionem non futuram,nec iudicium,neque retributionem,animam eſſe mortalem,voluptatem ſolam ſequendam, omnium cultum ſine delectu amplectendum. Aliqui enim plures Deos eſſe putant,aliqui tres principio carentes, alij duos ingenitos, alij infinita ana inducunt,ac quidam nuptias reſpuunt, carnem item & vinum, quæ in rebus abominandis ponunt. Item nubere & liberis operam dare prohibent, ac quoſdam cibos capere,vt hac continentia,ſua ſententia prauitatem facilius probare poſſint. Quidam verò ex his docent abſtinendum carnibus,non quod pareant animantibus ratione carentibus, ſed quod ea animam rationis participem habere exiſtimant, eóſque pœnas cædis daturos,qui ea occidere audent. Alij ſuilla tantum carne abſtinent, his quæ lege munda cenſentur veſcuntur,putántque circumciſionem ex lege ſeruandam, in Chriſtum credendum veluti in virum ſanctum ac Prophetam. Alij docent ſine pudore libidinis inſeruiendum,& carne abutendum,animam ea ſola ratione mundi principes poſſe effugere, ſi omnem impuram actionem exequatur. Hi omnes diaboli organa ſunt,& iræ filij,&c.* Eadem adhuc recenſet cap. 26. eiuſdem libri, ſed non eſt opus repetere. Idem quoque IGNATIVS MARTYR, vt diximus in epiſtolis, recenſet, omninò ſe Clementis conformans ſcriptis & verbis. Porrò TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS initio libri de Præſcriptionibus aduerſus hæreticos, varias ſectas & hæreſes demonſtrat ſuo tempore ortas. *Conditio* (inquit) *præſentium temporum, fratres, etiam hanc admonitionem prouocat noſtram, non oportere nos mirari ſuper hæreſes iſtas,ſiue quia ſunt,futuræ enim prænunciabantur,ſiue quia fidem quorundam ſubuertunt. ad hoc enim ſunt,vt fides habendo tentationem haberet*

Cleobius hæreticus.

Diuerſi hæretici recenſentur & eorum opiniones erroneæ.

Hæreſum ſcopus & finis omnium.

Ochis egimus in vocabulo, ciborum delectus, & in vocabulo, nuptiæ,&c.

Tales ſunt modo Turci.

Ignatius martyr.

Tertullianus Carthaginenſis.

Non mirandum ſi hæreſes pullulant.

A *etiam probationem. Vane ergò & inconſideratè plerique hoc ipſo ſcandalizantur, quod tantum hæreſes valeant,quantum non valerent,ſi non fuiſſent. Cùm quod ſortitum eſt vt omnimodo ſit, ſicut cauſam accipit ob quam ſit,ſic vim conſequitur per quam ſit, nec eſſe non poſſit. Febrem denique inter cæteros mortiferos & cruciarios exitus erogando homini deputatam,neque quia eſt miramur,eſt enim; neque quia erogat hominem, ad hoc enim eſt. Proinde hæreſes ad languorem & interitum fidei productas,ſi expaueſcimus,hoc eas poſſe,prius eſt vt expaueſcamus,hoc eas eſſe; quæ dum ſunt,habent poſſe,& dum poſſunt,habent eſſe. Sed enim febrem,vt malum, & de cauſa & de potentia ſua, vt notum eſt, abhominamur, potius quam miramur, & quantum in*

B *nobis eſt præcauemus, non habentes abolitionem eius in noſtra poteſtate. Hæreſes verò mortem æternam,& maioris ignis ardorem inferentes, malunt quidam mirari quod hoc poſſint, quam deuitare non poſſint, cum habeant deuitandi poteſtatem.* Et infrà: *Solent quidem iſti maiores, etiam de quibuſdam perſonis ab hæreſi captis,ædificari in ruinam. Quare illa vel ille, fideliſſimi prudentiſſimi & vſitatiſſimi in Eccleſia,in illam partem tranſierunt? Quis hoc dicẽs, non ipſe ſibi reſpondit. neque prudentes neque fideles neque vſitatos eſſe iudicandos, quos hæreſes potuerint demutare? Et hoc mirum, opinor vt probatus aliquis retro poſteà excidat. Saul bonus præ cæteris,liuore poſtea euertitur. Dauid vir bonus ſecundum cor Domini. poſteà cædis*

C *& ſtupri reus eſt: Salomon omni ſapientia & gratia donatus à Domino,ad idololatriam a mulieribus inducitur. Soli enim Dei Filio ſeruabatur,ſine delicto permanere. Quid ergò ſi Epiſcopus,ſi Diaconus,ſi vidua, ſi virgo,ſi doctor,ſi etiam martyr lapſus à regula fuerit? Ideo hæreſes veritatem videbuntur obtinere? ex perſonis probamus fidem,an ex fide perſonas? Nemo ſapiens eſt,niſi fidelis,nemo maior,niſi Chriſtianus. nemo autem Chriſtianus,niſi qui ad finem vſque perſeuerauerit,&c.* Vide etiam in ſequentibus, Hæreticus, &c. Tum in conſequentibus omnium hæreticorum nomine recenſet, & eorum hæreſes etiam vnicuique aſſignat,vt clarius perſpiciet qui volumen euoluerit. Idem præſtat EVSEBIVS CAESARIENSIS libro 4. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap.

D 21. vbi multorum hæreticorum nomina memorat,& conſequenter,quia fuerint hęreſes labe notati. Hoc ſimiliter præſtitit & AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro De hæreſibus, ad quod vult Deum. Et EPIPHANIVS CYPRI in opere Pannario, ſeu Anacephalæoſi, contra octoginta hæreſes,vbi & hæreſes repetit, contra quas in toto opere diſſeruit. Lectorem deprecor vt locum adeat,ſi plura ſcire voluerit. Catalogum hæreſeon ſcripſit PHILASTER & GVIDO CARMELITA, & ALPHONSVS à CASTRO, qui contra vnamquamque hæreſim ſtrenuè diſputauit. Scripſit & contra vniuerſas hæreſes, quæ exortæ ſunt ab initio fidei Chriſtianæ,volumẽ egre-

E gium, vnus è noſtris CHRISTOPHORVS VIEZIVS eſt Limonianus prior, vir in ſcripturis exercitatiſſimus,& ingenij dotibus non parum præſtans. Illud Hæreſobrachologiam appellauit vbi ſcilicet oſtendit quo tempore & ſub quibus prioribus hæreſes omnes exortæ, & exploſæ ſint. Verùm quia hi omnes lectoris poſſunt deſiderio ſatisfeciſſe,ad reliquum quod ſupereſt nobis pergendum eſt. Et quidem rationem hæreſeon ortarum reddit CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro 4. epiſtolarum, epiſtola 9. vbi & de Schiſmatibus tractat, inde ortas aſſerens, eo quòd Sacerdotibus Dei non obtemperetur. Sic

Pulchra comparatione [illegible] vt probet neceſſariò [illegible] portere eſſe hæreſes.

Obſerua veſtra hoc di[illegible] [illegible] [illegible]

Euſebius Cæſarienſis.

Auguſtinus Hipponenſis. Epiphanius Cyprius.

Philaſter. Guido Carmelita. Alphonſus à Caſtro.

Chriſtophorus Viezius Carmelita.

Cyprianus Carthaginenſis.

Gregorius Nazianzenus.

& Gregorivs Nazianzenvs oratione 18 in Athanaſium,& Ioannes Chrysostomvs homilia 47.in Matthæum, exponens

Matth.13.

illud : Simile eſt regnum cælorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo,&c. vbi inuehit in paſtores,quorum negligentia tot monſtra in Eccleſia ſuſcitantur.Idem probat & in 2.opere ſuper Matthæum,homilia 49 exponens illud : Tra-

Matth.24.

dent vos in tribulationem,&c. Avgvstinvs

Auguſtinus Hipponenſis.

Hipponensis libro 18,de Ciuitate Dei,cap. 51. *Videns (inquit) diabolus templa dæmonum deſeri,& in nomen liberantis mediatoris currere genus humanum,hæreticos mouit, qui ſub vocabulo Chriſtiano, doctrinæ reſiſterent Chriſtianæ , quaſi poſſent indifferenter ſine vlla correptione haberi in ciuitate Dei,ſicut ciuitas confuſionis indifferenter habuit Philoſophos inter ſe diuerſa & aduerſa ſentientes.* Iunge quod ſequitur.

Epiſcopi 2.Armeniæ.

Hæreſis fons & origo.] Philavtia Episcopi II. Armeniæ, epiſtola ad Leonem Imperatorem I. *Omnibus blaſphemijs impietatis initium eſt,langor peſſimus , quo ſe magis amare volunt. Vnuſquiſque enim horum,vocationem Chriſti ad nomen proprium transferre volens,iniquas aduerſus*

1.Ioan.2.

Chriſtum blaſphemias eructare dignoſcitur. Qui ex nobis fuerunt,non manſerunt nobiſcum. A recta namque & regia digreſſi via , & Redemptorem noſtrum Chriſtum impudenter abnegantes , & ipſi vocatione qua vocati ſunt,facti probantur extorres,& obedientes ſibimet impie,ſuum habere vocabulum pro Chriſtiana religione fecerunt : & qui in alia baptizati ſunt fide, aut alios Chriſti diſcipulos habuerunt , alium modum baptiſmatis introducentes, aut Chriſtum alium prædicantes. Vnus enim Dominus,vna fides,vnum Baptiſma. Contra itaque omnes abominandas hæreſes, veritatem confidenter opponimus,ne velut imparati , ſecundum ſcripta ſpiritualia condemnemur. Et est quidem,qui ſacrilegium in diuinas Scripturas perpetrant, & corda ſibimet faciunt adhærere ſimplicium, nos qua poſſumus virtute reſiſtimus. Nerui verò & arma Eccleſiarum,vos eſtis Chriſtianiſſimi principes,&c. Epi-

Epiſcopi Africæ.

scopi Affricae ſcribentes ad Theodorum Papam I.libellum, qui lectus eſt in Concilio Lateranenſi ſub Martino I. conſultatione 2. *Certum eſt (aiunt) quòd tales ſermonum nouitates , de malo gloriæ amore naſcantur, dum ſibi volunt nonnulli acuti & perſpicaces & ſapientes videri, quarum quid noui proferant , neſcientes quia Deus noſter infirma*

1.Corinth.1.

mundi,vt confundat fortia.&c.

Hæreſis quàm graue crimen.] Cypria-

Cyprianus Carthaginenſis.

nvs Carthaginensis libro 2. epiſtolarum,epiſtola 11.quæ eſt ad Stephanum : *Quod maius poteſt (ait) eſſe delictum aut qua macula deformior , quàm aduerſus Chriſtum ſtetiſſe , quam Eccleſiam eius,quàm ille ſanguine ſuo parauit , & condidit diſſipaſſe , quam Euangelicæ pacis & dilectionis oblitum , contra vnanimem & concordem Dei populum hoſtilis diſcordiæ furore pugnaſſe : qui & ſi ipſi poſtmodum ad Eccleſiam redeunt,reſtituere tamen eos, & ſecum reuocare non poſſunt , qui ab eis ſeducti , & foris morte præuenti extra Eccleſiam ſine communicatione & pace perierunt , animæ in die Iudicij , de ipſorum manibus expetentur authores & duces exitij.* Hinc

Fœlix 1.

Foelix I.epiſtola 1.ad Petrum Epiſcopum. *Hæreſis nimis eſt impia , & Euangelicæ veritatis inimica,quæ non portionem aliquam lædere,ſed ipſa Chriſtianæ religionis conatur fundamenta conuellere. Quoſcunque enim rapit ad ſe,non ſolum in hoc vitium ,ſed in multa alia vitia ruere facit,& ipſo ſuadente antiquo hoſte,non ſolum perſecutores Eccleſiæ,ſed etiam ſacerdotes eius fiunt,&c.* Latiùs infrà,Hæreticus.Porrò

Concilium Nicænum 2.

Concilium Nicænvm II. generale 7 actione 1.tractans de recipiendis hæreticis. *Notiſſimum eſt (ait) quòd hæreſis etiam hominem ab Eccleſia ſeparat,& diabolo iungit,&c.* Quæ in ſequentibus latiùs exponentur.

Leo Rhodienſis Epiſcop.

Hæreſis quàm difficilè euellitur.] Leo Rhodiensis in præfato Concilio Nicæno 2. actione 1.errorem exuens, quo infectus & captiuatus huc vſque fuerat,contra venerationem ſanctarum Imaginum,& interceſſionem Sanctorum (vt alibi dicemus) requiſitus à Tharaſio præſule Conſtantinopolitano coram Patribus,quò tandiu in eo errore vixerat perdurans , cùm iam decem & octo annis eſſet Epiſcopus conuerſatus, reſpondit. *Quandoquidem (ait) multis temporibus malitia durauit,durauit & improba doctrina,cumque hæc perſeueraret ob noſtra peccata, declinare nos à via veritatis coëgit,ſed ſpes eſt apud Deum ſalutis noſtræ.* Tum Tharasivs : *Morborum qui longiſſimi*

Tharaſius Cōſtantinopolit. Epiſcop.

ſunt,difficilimi curatu eſſe ſolent. Sic animus hæreſeos tenebris obrutus , lumen veritatis difficillime admittit. Idem dicunt & Patres eiuſdem Nicæni II.

Concilium Nicænum 2.generale 7.

Concilii, tomo 3.Confutationis impiè Synodi falsò dictæ 7.generalis,contra ſanctas Imagines : *Qui ſemel (aiunt) à veritate exciderunt in multas & periculoſas abſurditates , per conſequentiam proprij erroris deferuntur.* Vide infrà.

Hæreſis authore ſemel damnato in Synodo, ſequaces damnati declarantur.] Poſuimus in vocabulo, Concilium,quædam,verumtamen ſic Gelasivs I. epiſtola ad Epiſcopos

Gelaſius 1.

Dardaniæ , & allegat Gratianus cauſa 24.quæſt. 1.cap.Acacius , & cap.Maiores noſtri , (vt etiam iam quædam allegauimus in vocabulo , Epiſcopus hæreticus,&c. Siquidem cùm propter Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum hæreticum ſeditio oriretur,quòd abſque Synodo fuiſſet eiectus à Fœlice III. & Gelaſio,eò quòd fautor eſſet hæreſis Eutychetis , ſic reſpondet Gelaſius : *Maiores (ait) noſtri diuina inſpiratione cernentes, neceſſario præcauerunt , vt quod contra vnamquamque hæreſum coacta ſemel Synodus pro fide,communione,& veritate Catholica atque Apoſtolica promulgaſſet , non ſinerent nouis poſt hæc retractionibus mutilari,ne prauis occaſio præberetur,quæ medicinaliter fuerant ſtatuta , pulſandi : ſed cuiuſlibet inſaniæ ac pariter errore damnato, ſufficere indicarunt , quiſquis aliquando huius erroris communicator exiſteret,principali ſententia damnationis eius eſſet obſtrictus , quomodo manifeſtè quilibet vel profeſſione ſua,vel communione poſſet agnoſci.* Sic Nicaenvm Conci-

Nicænū 1.Concilium generale.

lium in Arrio,omnes eius ſectæ profeſſores damnauit. Ephesinvm in Neſtorio, omnes eius

Epheſinum 1. generale.

farinæ ſectatores damnauit,& ſic de reliquis. Vide in ſequentibus.

Hæreſis exercitium , Epiſcopus in ſua Diœceſi non permittat.] Hoc poſuimus ſuprà dictione Epiſcopus,&c.

Hæreſis authores puniendi,&c.] Vide in ſequenti vocabulo Hæreticus,&c.

Hæreſis abiurandæ forma.] Concilium

Concilium Toloſanū ſub Ludouico 9. rege nouiſſimè luci datum.

Tholosanvm, ſub S.Ludouico Rege,cap.5. *Præcipimus tàm viris , quàm mulierum cuiuſcunque conditionis exiſtant ; Illi , ſcilicet anno ætatis decimo quarto,hæ verò anno 12. vt poſſint & debeant hæreſim abiurare,quæ contra Eccleſiam Catholicam & Romanam,fidémque orthodoxam aperto marte dimicat , & iuramento firmare omnibus ſe neruis & ſtudio de cætero Romanæ Catholicæque fidei integritatem ſerua-*

tiuos: nominaque hæreſim abiurantium tenebitur Epiſcopus in ſcripta chartula ſeruare, vel cui hoc negotium commiſerit. Quòd ſi quiſpiam reluctatus fuerit, & infra 15. dierum ſpatium hæreſim noluerit abiurare, vt hæreticus habeatur & puniatur. Iuramentum autem de biennio in biennium renouetur, &c.

HÆRETICVS.

Concilium generale Conſtantinopolit. patrum 150.

Hæreticus quis] Concilium CONSTANTINOPOLITANVM I. generale II. ſub Theodoſio ſeniore, canone 6. *Hæreticos appellamus partim eos, qui iam olim ab Eccleſia excluſi ſunt, partim eos, qui poſtea à nobis execratione ac deteſtatione reiecti, atque repulſi ſunt. Præter hos autem, eos quoque qui ſimulant ſe quidem profiteri ſanam rectámve fidem, ſegregauerunt autem ſeſe, & conuenticula habent contra canonicos noſtros Epiſcopos.* Porrò repete quæ ſuperiùs ex Hieronymo protulimus.

Hæreticorum mores deſcribuntur vitæ & in conſequentibus diſtinctionibus, vbi etiam paſſim deſcribuntur.

Hæretici fraudulenti ſunt, & arrogantes, & dolis armati, atque ſuperbi.] Superiùs credo hoc ipſum indicauimus, dum de origine hæreſis loqueremur. Verumtamen ne videamur ſilentio præterire, quod maximè ad detegendam naturam hæreticorum ſpectat, etiam hic libet oſtendere, fuiſſe ſemper hæreticis ſolenne vt núc etiam adhuc in noſtris experimur, maxima fraude & arrogantia vti, & doloſis conatibus virus ſuum ſimplicium mentibus infundere. Vnde vt ab exordio repetamus IGNATIVS MARTYR

Ignatius Martyr.

Trallianos ſuos mouens contra inſurgentes hæreticos, epiſtola ad eoſdé ſic loquitur: *Rogo autem vos, non ego, ſed charitas Ieſu Chriſti, vt omnes idem dicatis, & ne in vobis ſint ſchiſmata; ſitis autem inſtructi eodem ſenſu, & eadem intelligentia. Sunt enim quidam vaniloqui & mentis ſeductores, non Chriſtiani, ſed Chriſtum mercantes in fraudem, circunferentes nomen Chriſti, & cauponantes verbum Euangelij, & erroris venenum blando alloquio implicantes, tanquam mulſi cicutam temperantes: vt qui biberit, dulciſſimi ſaporis guſtum deceptus, incautè morte transfigatur.*

Si non ſint tales & Caluiniſtæ lectoris eſto iudicium.

Monet quiſpiam antiquorum, vt nemo bonus dicatur, qui bono malum permiſcuerit. Nominant enim Chriſtum, non vt Chriſtum prædicent, ſed vt Chriſtum improbent, nec vt legem conſtituant, ſed vt legi contrarium annuncient. Communiamini igitur aduerſus tales, ne laqueum animis veſtris implicetis. Idem repetit & epiſtola ad Philadelphienſes: *Vt filij lucis* (ait) *id eſt veritatis, fugite diuiſionem vnitatis, & malam doctrinam hæreticorum, à quibus coinquinatio peruaſit in omnem terram, &c.* Epiſtola quoque ad ſuos Antiochenos, eoſdem eiſdem verbis contra canes armat, & ſerpentes, dracunculos ſquammoſos, aſpides, baſiliſcos, & ſcorpiones: his enim nominibus hæreticos appellat. Sed & MARTIALES APOSTOLVS epiſtola ad Burdegalenſes, cap. 11. eoſdem contra hæreticos veteranos armat fidei clypeo. Tanta porrò arrogantia præditos hæreticos TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro 1. contra Marcionem deſcribit poſt medium, vt adulteratum Euangelium ſe recepiſſe glorientur, (quod ſe & Caluiniſtæ hodiè iactitant inueniſſe) ſed exclamat ibidem Tertullianus: *O Chriſte patientiſſime Domine, qui tot annis interuerſionem prædicationis tuæ ſuſtinuiſti, donec ſcilicet tibi Marcion* (dic nunc Caluinus vel Beza) *ſubueniret. Nam & ipſum Petrum cæteróſque, columnas apoſtolatus, à Paulo reprehenſos opponunt, quod non recto pede incederent ad Euangelij veritatem: ab illo certè Paulo qui adhuc in gratia rudis trepidans.*

Epiſtola hæreticorum.

Martialis Apoſtolus.

Tertullianus Carthaginenſ.

Oro lector hæc aduerte.

dans. Denique ne in vacuum cucurriſſet, aut curreret, tunc primum cum antecessoribus Apoſtolis conferebat, &c. Hinc & de primis hæreſiarchis qui tempore Apoſtolorum exorti ſunt, ſcribit NICEPHORVS CALLISTVS libro 4. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 2. *Cum* (ait) *diabolus ſalutis hominum inimiciſſimus cæptum ſuum, quo Eccleſiam ſupprimere nitebatur, videt ſuffocatum martyrum ſanguine, dolum tandem excogitauit, vt viri ſeductores & impoſtores, Chriſtianum ſibi vſurpantes nomen, ſimul & quos cepiſſent fideles, in foueam perditionis impellerent, & qui ſecimas illorum ignorarent, eis ſani & ſalutaris verbi diſcendi ſtudium & deſiderium corrumperent & deprauarent. Primùm igitur contra nos excitauit Simonem, deinde Menandrum, Cerintum, & Nicolaum, de quibus in ſuperioribus diximus.* Vide hæreſis origo, &c. *Et paruo deinde interuallo, temporibus eis monſtra alia exhibuit, &c.* Vide reliquum. Denique ORIGENES ADAMANTIVS arrogantiá fraudem, dolum, moreſque hæreticorum ſcitè deſcribit homilia 14. in Hieremiam: *Hæretici* (ait) *orationem ſuam decore verborum componunt, non vt conuertant audientes à vitijs, ſed vt delectent, &c.* Et homilia 7. in Ezechielem, exponens illud: Sumens de veſtimentis meis feciſti tibi excelſa, hinc inde conſuta, &c. *Intelliges autem* (ait) *hoc quod dicitur, ſi ipſam rem manifeſtius deſcribamus. Vide mihi aliquem Marcioniſtam, ſiue diſcipulum Valentini, aut certè cuiuſlibet hæreſis defenſorem, & conſidera quomodo idola ſua, id eſt, figmenta quæ ipſe compoſuit manſuetudine & caſtitate veſtiat, vt in aures audientium facilius ex vita bonitate ornatus ſermo ſubrepat. Et cum hoc fecerit, intellige eum aſſumpſiſſe veſtem variam morum, & conuerſationis optimæ, & idolis ſubiecisſe, quæ ipſe conſtruxit. Ac iuxta mei quidem animi ſenſum, multo nocentior eſt hæreticus bona vita, & plus in doctrina ſua habet authoritatis, eo qui doctrinam conuerſatione maculat. Qui enim vita peſſima eſt, non facile homines ad falſum dogma ſollicitat, nec poteſt per vmbram ſanctitatis audientium decipere ſimplicitatem. Qui verò ſermone peruerſus eſt, & diſciplinis ſaluti contrarius, mores autem compoſitos & ornatos habet, nihil ſané aliud niſi accipit indumentum varia inſtitutis boni, & conuerſationis quieta, & circundat ea idolis ſuis, vt magis decipiat audientes. Idcirco ſolicitè caueamus hæreticos, qui conuerſationis optimæ ſunt, quorum fortè vitam non tam Deus quam diabolus inſtruxit. Nam quemodo quaſdam illecebras eſcarum aucupes proponunt, vt faciliùs aues capiant per oblectamentum gulæ, ſic* (vt audaciùs dicam) *eſt quædam caſtitas diaboli, id eſt, decipula humana animæ, vt per eiuſmodi caſtitatem, & manſuetudinem & iuſtitiam poſſit faciliùs capere, & ſulcis ſermonibus irretire.* Lege quod ſequitur. Hinc & CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro De ſimplicitate Prælatorum, in initio: *Videns* (ait) *diabolus idola derelicta, & per nimium credentium populum ſedes ſuas ac templa deſerta, excogitauit nouam fraudem, vt ſub ipſo Chriſtiani nominis titulo fallat incautos: hæreſes inuenit & ſchiſmata quibus ſubuerteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet vnitatem. Quos detinere non poteſt in via veteris cæcitate, circumſcribit & decipit noui itineris errore, rapit de ipſa Eccleſia homines, dum ſibi appropinquaſſe iam lumini, atque euaſiſſe ſeculi noctem videntur, alias neſcientibus tenebras rurſus infundit, vt cum Euangelio Chriſti, & obſeruatione eius, & lege non ſtantes, Chriſtianos ſe vocent: & ambulantes in tenebris habere ſe lumen exiſtiment, blandiente aduerſario atque fallente, qui ſecundum Apoſtoli vocem transfigurat ſe in Angelum lucis, & mi-*

Nicephorus Calliſtus.

Origenes Adamantius.

Ezechiel. 16.

Caſtitas Diaboli.

Cyprianus Carthaginenſis.

Hæc eſt Caluiniſtarum religio ſumma.

noſtros inſtituta, aſſerentes noctem pro die, interitum pro ſalute deſperationem ſub obtentu ſpei, perfidiam ſub prætextu fidei, Antichriſtum ſub vocabulo Chriſti, vt dum veriſſimilia mentiuntur, veritatem ſubtilitate fruſtrentur, &c. Porrò de Hæreticorum arrogantia

Alexander Alexandrinus epiſcopus.

ALEXANDER ALEXANDRINVS Epiſcopus, epiſtola ad Alexandrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, vt citat Nicephorus Calliſtus libro 8. cap. 7. *Hæretici* (ait) * *veteribus nullos eſſe dignos putant qui cum eis conferantur, neque eis æquari ſe patiuntur, quibus ſanctis doctores a pueris præceptoribus vſi ſunt, ſed ne ex omnibus quidem qui paſſim ſunt ſanctis viris & Presbyteris quemquam ipſis comparari volunt, ſolos ſe ſapientes, poſſeſſionum contemptores & dogmatũ repertores eſſe iactantes, vt quibus ſolis reuelatum, quod nemini omnium qui ſub Sole ſunt hominum in mentem venerit. O tumorem impium & furorem immenſum! O opinionem inſanam & Sathanicum planè ſenſum.*

* Si hoc non ſit verum & probatum in noſtris Caluiniſtis, eſto iudicium lectoris. nam omnes doctores abiurãt ſi non eorum religioni ſubſcripſerint.

Liberius I.

LIBERIVS I. epiſtola 2. ad omnes Epiſcopos. *Hæreſes* (ait) *in veſtibus ouium apparent, intus autem ſunt lupi rapaces, quos ex fructibus cognoſcimus. Iſti primo quidem ex nobis videntur eſſe, ſed non ſunt ex nobis: Si enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum. Quando verò ſuam enomerint impietatem, dolum qui in eis eſt erumpentes, & apprehendentes infirmiores, & eos qui ad eloquia diuina ſenſus inexercitatos habent, ſecum eos contrahunt, ad perditionem ſubuertentes, & iniuriantes paternas doctrinas, ſicut & ſacras doctrinas ad perditionem ſuam, quos oportet præſcienter cauere, ne malitia eorum quidã ſeducti abſcindantur à propria firmitate.*

Matth. 7.

1. Ioan. 2.

Cõcilium generale 2. Conſtantinopolitanũ ſub Theodoſio ſeniore.

Hinc Concilium CONSTANTINOPOLITANVM I. generale I. epiſtola miſſa ad Damaſum Papam, & Epiſcopos Italiæ, & citat Nicephorus libro 12 cap. 6. *Graues* (aiunt Patres) *nobis imminent lupi, qui etiam ex ouilibus depulſi in ſyluis & ſaltibus greges diripiunt, conuentus contra nos cogunt, vulgi ſeditiones mouent, & nihil quod in Eccleſiarum detrimentum cadat non tentant.*

Syricius I.

Pſal. 10.

Hinc SYRICIVS I. epiſtola 2. ad Mediolanenſes, de Iouiniano loquens & ſodalibus. *Hæretici* (ait) *ſubdolè Chriſtianos ſeſe iactant, vt ſub velamento pij nominis gradientes, & domum orationis ingreſſi ſermonem ſerpentinæ diſputationis effundant, vt ſagittent in obſcuro rectos corde, atque veritatem Catholicam vertendo ad ſuæ doctrinæ rabiem, diabolico more, traducant, atque ouium ſimplicitatem defraudent.*

Epiphanius Cypri.

EPIPHANIVS CYPRI libro 1. contra hæreſes, hæreſ. 29. contra Nazareos. *Nunc homines omnes hæreticos æquiuocè Chriſtianos vocant, qui Chriſtiani non ſunt, Manichæos & Marcioniſtas, Gnoſticóſque atque alios. Et tamen vnaquæque hæreſis etiamſi aliud nomen habeat, hoc gaudens ſuſcipit, quia per nomen ornatur. Videtur enim ſe per nomen Chriſti iactare, non item fidem & opera.*

Auguſtinus Hipponenſis.

Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro 16. De Ciuitate Dei, cap. 2. *Callidum eſt genus hæreticorum, non ſpiritu ſapientiæ, ſed verſipellis aſtutia, quo ſolent hæreticorum feruere præcordia, & pacem conturbare ſanctorum: ſed hæc in vſum cedunt proficientium, iuxta illud: Oportet hæreſes eſſe, vt probati manifeſti fiant in vobis. Vnde etiam ſcriptum eſt: Filius eruditus ſapiens erit, imprudente autem miniſtro vtetur. Multa quippè ad fidem Catholicam pertinentia, dum hæreticorum callida inquietudine exagitantur, vt aduerſus eos defendi poſſint, & conſiderantur intelligentius, & intelliguntur clarius, & inſtantiùs prædicantur, & ab aduerſario mota quæſtio diſcendi exiſtit occaſio.*

Hæretici proſunt fidelibus, licet multum afferant detrimenti.

Anaſtaſius I.

ANASTASIVS I. epiſtola 1. ad omnes Germaniæ & Burgundiæ Epiſcopos, de Manichæis loquens, capite 3. *Hi valdè*

A (inquit) *cauendi ſunt & cæteri hæretici, ne Dominicum gregem peruerſitatibus quibus poſſunt contaminare valeant. Sunt enim quidam eorum, veſte ſua oues ſignificantes, interius vero lupi rapaces exiſtunt, quos iuxta veritatis vocem, ex fructibus eorum debemus agnoſcere. Quando autem cœperint aſſumere impietatem, illud quod occultabatur in illis aperitur, & dolus omnis fit omnibus manifeſtus. Inueniuntur quoque infirmæ fidei homines, & qui diuinas lectiones ſitiunt, & ſecum eos in perditionem præcipitandum. Diſſipant & vituperant Patrum diſciplinas, & relinquunt ſanctas Scripturas ad ſuam perditionem, quos debemus præuidere, & ab his multum cauere, ne in malitia ſua aliqui occupati concidant de ſua firmitate.*

Matth. 7.

B Hinc Concilium EPHESINVM I. generale III. epiſtola miſſa ad Theodoſium Auguſtum iuniorem, & Valentinianum. *Aſtuti ſunt* (ait) *ad tegendum impoſturam, qui diuerſa à recta fide ſentiunt.*

Concilium Epheſinum I. generale 3.

Sed & qui huic Concilio præſedit CYRILLVS ALEXANDRINVS libro 2. Dialogorum de Trinitate. *Hæretici* (ait) *valde arrogantes ſunt, ac putant quod poſſint ſapere & loqui ubi triſtius quiddam, quàm alij, adornaréque verborum pugnas, vnde videantur in bonis artibus eſſe enutriti, & poſſe ſuarum cogitationum verſutijs in omnia valde trahere illos qui ſimpliciter viuere voluerint, dum arundineum quodammodo ſuis animabus, ſubdunt paculum, mundanam ſapientiam, & adulterinorum ſenſuum paleas colligunt, quod*

Cyrillus Alexandrinus.

Hæreticorum morbus.

C *a rectitudine dogmatum non aberrare* (opinor) *exiſtimatio. Non enim animaduerterunt quòd ſanctus chorus filiorum Aaron igne exuſtus eſt, quia ſacerdotium violauerat, & adulterum altario ignem attulerat, neque obtemperat legi clamanti: Et non inferes abominationem in domum tuam, & anathema eris, &c.*

Numero 10.

Porrò FLAVIANVS CONSTANTINOPOLITANVS epiſtola ad Leonem I. de Eutychete loquens & eius fautoribus, cap. 2. & conſequenter de alijs hæreticis. *Sunt quidam* (ait) *veſte ſua oues ſignificantes, interius ſunt lupi rapaces, quos ex fructibus debemus agnoſcere. Iſti prima fronte videntur eſſe de numero noſtro, ſed non ſunt: quia ſi fuiſſent, permanſiſſent vtique nobiſcum. Quando autem cœperunt aſſumere impietatem, illud quod prius occultabatur*

Flauianus Cõſtantinopolitanus epiſcopus.

Matth. 7.
1. Ioan. 2.

D *in illis aperitur, & dolus omnis fit omnibus manifeſtus, &c.* Quæ ſuprà ex Anaſtaſio I. protulimus. Hinc LEO I. epiſt. 10. ad eũdẽ Flauianũ, & allegat Gratianus cauſa 24. quæſt. 3. cap. Quid autem. *Quid autem iniquius, quam impia ſapere, & ſapientioribus doctioribuſque non credere? ſed in hanc inſipientiam cadunt qui cùm ad cognoſcendam veritatem aliquo impediuntur obſcuro, non ad propheticas voces, non ad Apoſtolicas literas, nec ad Euangelicas authoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt, & ideò magiſtri erroris exiſtunt, quia veritatis diſcipuli non fuere.*

Leo I.

Idem omninò MARTIANVS IMPERATOR epiſtola ad Alexandrinos de Apolinaris, & Eutychetis libris loquitur, quos hæretici in plebe non

Martianus Imperator.

E verebãtur diſpergere, vocabula ſanctorum Patrum eis attitulantes, quatenus ad plenum ſimplicium mẽtes ſua falſitate deciperent. Hinc & LEO I. ſuprà memoratus epiſtola 76. ad Leonem Auguſtum. *Hæreticorum* (ait) *ſtudium eſt, quæ pateſacta ſunt quærere, quæ perfecta ſunt retractare, & quæ ſunt diffinita conuertere. Quod quid aliud eſt, quam de adeptis gratiam non referre, & ad interdictæ arboris cibum improbos appetitus mortifera cupiditatis extendere.* Et infrà: *Iactent ſe in ſui eloquij vanitate, & de argumentationum ſuarum verſutia quæ inimica eſt fidei, glorientur. Nobis placet Apoſtolicis obedire præceptis dicentibus: Videte ne quis vos ſeducat, &c.*

Leo I.

Studia hæreticorum.

Coloſſ. 2.

quidquid non eſt de irrigatione Chriſti, poculi eſt viperei. IVSTINIANVS IMPERATOR ad calcem confeſſionis ſuæ, quam miſit Ioanni 2. ſummo Pontifici. *Solent (inquit) hæretici, vt ſimpliciores decipiant, vocibus quidem vti quæ ab orthodoxis piè dicuntur, rectũ autem earum intellectum & expoſitionem ad ſuam impietatem transferre.* Verùm ſubinfert cenſuram. Vide infrà, Hæretici Scripturas deprauant, &c. Porrò HESICHIVS PRESBYTER Hieroſolimytanus in epiſtola Eccleſiaſtica, refert, De impio Theodoro Mopſueſtiæ Epiſcopo hæretico. *Culpatus (inquit) & periclitatus contraria ſibi dixit, non ex voluntate, ſed compulſus omnium querimonijs, & codicem quem in Pſalmos conſcripſerat, vbi omnes de Domino prædicationes abnegabat, delere pollicitus, latenter conſeruabat Iudaicæ impietatis viaticum. Igni enim ſua commentaria ſimulans tradere, malitioſè abſcondere illecebram conabatur. Tempus quidem plurimum, in exiguo loco praua loquens, quis eſſet meritò latebat. Quoniam verè loquens vana ſolitus loqui, doctoris famam conſecutus eſt, paucis quibuſdam apud eum ſtudẽtibus qui veneno dictionum decipiebantur, calicem bibentes verbis quidem benè compoſitis coloratum, blaſphemis verò intellectibus omnino plenum.* Mentio fit ſimiliter variorum hæreticorum, Sergij, Pirrhi, & Pauli Conſtantinopolitanorum Epiſcoporum, & Cyri Alexandrini Epiſcopi, Conſultatione 1. Concilij LATERANENSIS, ſub Martino 1. qui errorem quidem abnegantes ad pedes ſedis Apoſtolicæ, poſteà ad vomitum ſunt reuerſi. Tum conſultationem 3. lege ſequentem.

Iuſtinianus Imperator.

Heſychius Hieroſolymitanus.

Concilium Lateranen ſub Martino 1.

Hæretici Scripturas & Patrum authoritates temerè obiiciunt, quas deprauant & corrumpunt.] Hæc quidem propoſitio ſuperiori ſatis euadit cognita: verumtamẽ in promptu eſt, etiam ab initio, ordine quo cœpi demõſtrare, omnibus hæreticis familiariſſimam. Sic quippè IRENÆVS LVGDVNENSIS libro 1. contra hæreſes Valentini & ſimilium, cap. 1. *Cum ſit igitur (ait) tale illorum argumentum, quod neque prophetæ prædicauerunt, neque Dominus docuit, neque Apoſtoli tradiderunt, quod abundantius gloriantur pluſquam cæteri cognouiſſe, de his quæ non ſunt ſcripta, legẽtes, & quod ſolet dici, de arena reſticulas nectere affectantes, fide digna aptare conantur his quæ dicta ſunt, vel parabolas dominicas, vel dictiones propheticas, aut ſermones Apoſtolicos, vt figmentum illorum non ſine teſte eſſe videatur. Ordine quidem & textum Scripturarum ſupergradientes, & quantum in ipſis eſt ſoluentes membra veritatis. Transferunt autem & transfigurant, & alterum ex altero facientes, ſeducunt multos ex his quæ aptant ex Dominicis eloquijs male compoſito Phantaſmati. Quemodo ſi quis regis imaginem bonam fabricatam diligenter ex gemmis precioſis à ſapiente artifice, ſoluens ſubiacentem hominis figuram transferat gemmas illas, & reformans faciat ex his formam canis vel vulpeculæ, & hanc male diſpoſitam. Dehinc confirmet, & dicat hanc eſſe regis illam imaginem bonam quam ſapiens artifex fabricauit oſtendens gemmas, quæ benè quidem à primo artifice in regis imagine compoſitæ erant, male verò à poſteriore in canis figuram tranſlatæ ſunt, & per gemmarum fantaſiam decipiat idiotas qui comprehenſionem regalis formæ non habeant, & ſuadeat quoniam hæc turpis vulpeculæ figura, illa eſt bona regis imago. Eodem modo & hi aniculrum fabulas aſſumentes, poſt deinde ſermones & dictiones & parabolas hinc inde afferentes, vt aptare volunt fabulis ſuis eloquia Dei.* Refert quoque EVSEBIVS CAESARIENSIS libro 5. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap 2 . de hæreticis, qui Theodoro Coriario adhærebant tempore eiuſdem Irenæi, & Victoris (ait) *Diuinas (inquit) Scripturas abſque vllo timore contemerant, & corrumpentes eas emendare ſe dicunt. Verum ne quis me putet falſa aduerſum eos proferre, palã eſt omnibus noſcere. Si quis vult exẽplaria eorum accipere, & cum alijs nihilominus eorum exemplarijs conferre, inueniet etiam inter ſeipſa multum diſſonare, quia vnuſquiſque vt ſibi videtur emendat, &c.* Lege reſiduum. Denique ORIGENES ADAMANTIVS epiſtola 4. ad ſuos charos Alexandriæ, de deprauatoribus operum ſuorum. *De hæreticorum verò temeritate (ait) vt credi iſtud ſcelus facile poſſit, illa res maximũ credulitatis præſtat exemplum, quod abſtinere impias manus etiam à ſacroſanctis quidem Euangelij vocibus non potuerint. Apoſtolorum verò vel actus vel epiſtolas, qualiter polluerint, qualiter corroſerint, qualiter in omnibus macularint, vel addendo impia, vel auferendo quæ pia ſunt, ſi quis vult plenius ſcire, ex his libris Tertulliani, quos aduerſus Marcionẽ ſcripſit pleniſſimè recognoſcet, &c.* Vnde idem TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro De præſcriptionibus aduerſus Hæreticos. *Alius (ait) manu ſcripturas, alius ſenſu expoſitiones interuertit. Neque enim ſi Valentinus integro inſtrumento vti videtur, non callidiore ingenio quàm Marcion manus intulit veritati. Marcion enim exertè & palam machæra, non ſtylo vſus eſt, quoniam ad materiam ſuam, cædem ſcripturarum confecit. Valentinus autem pepercit, quoniam non ad materiam ſcripturas, ſed materiam ad ſcripturas excogitauit: & tamen plus abſtulit & plus adiecit, auferens proprietates ſingulorum quoque verborum & adiiciens diſpoſitiones non comparentium rerum.* GREGORIVS NAZIANZENVS ſermone de Arrianis, quod non liceat ſemper publicè de Deo contendere. *Hæretici (ait) ex ſuis dogmatibus nihil fiduciæ gerunt, captant in noſtris ſi quid ſit infirmum aut fragile inueniant, non tam ſui natura, quam aſſerentis ignauia. Etiam inde, ſicut muſcæ vulneribus, ita illi noſtris quibuſque erroribus vel verbis fragilibus inſidunt, &c.* Hinc AMBROSIVS MEDIOLANENSIS in cap 3. epiſt. ad Titum, exponens illud: Hæreticum hominem poſt primam correptionem deuita, &c. *Hæretici hi ſunt (ait) qui per verba legis, legem impugnant: proprium enim ſenſum verbis aſtruunt legis, vt prauitatem mentis ſuæ legis authoritate commendent. Sciens enim impietas authoritatem multum valere, fallaciam ſub nomine eius componit, vt quia res mala per ſemet ipſam acceptabilis eſſe non poteſt, boni nominis cõmendetur, &c.* HIERONYMVS STRIDONENSIS libro 4. Commentariorum in Ezechielem, cap. 16. exponens illud: Et ſumens de veſtimentis tuis feciſti tibi excelſam, &c. *Noſtra* (inquit) *Hieruſalẽ, quæ interpretatur viſio pacis, ab Hæreticis ſcinditur quando vnum & alterum teſtimonium Scripturarum, de proprijs carpentes locis, conantur aſſuere his quibus non queunt coaptare, ad quos & ſupradictum in hoc eodem Propheta legimus: Væ his qui cervicalia ſub omni cubito manus, & faciũt operimẽta ſuper caput vniuerſæ ætatis.* Idem lib. 10. in eundem Ezechielem, cap. 32. exponens illud: Leoni aſſimilatus es. & Draconi, qui eſt in mari, &c. *Neq; enim* (ait) *vtuntur hæretici teſtimonijs Scripturarum ſibi cohærentibus, ſed conturbant omnia, &c.* AVGVSTINVS HIPPONENSIS lib. 32. contra Fauſtum, cap. 19. *Videtis, Hæretici, id vos agere, vt omnis de medio Scripturarum auferatur authoritas, & ſuus cuique animus, author ſit, quid in quaq; Scriptura probet, quid improbet; vt non authoritati Scripturarum ſubiiciatur*

Irenæus Lugdunenſis.

Elegans ſimilitudo.

Euſebius Cæſarienſis.

Omnino idem de Caluiniſtis cenſendum eſt.

Origenes Adamantius.

Tertullianus Carthaginenſis.

Gregorius Nazianzenus.

Hoc diligenter reuolue.

Ambroſius Mediolanenſis.

Hieronymus Stridonenſis.

Ezechiel 13.

Auguſtinus Hipponenſis.

ad fidem,

Mos hæreticorum.

A ad fidem, ſed ſibi Scripturas ipſe ſubuertat, non vt ideò illi placeat aliquid, quia hoc in ſublimi authoritate ſcriptum legitur, ſed ideò rectè ſcriptum videatur, quia hoc illi placuit. Quò te committis anima miſera, infirma? carnalibus nebulis inuoluta quò te cõmittis? &c.

Cyrillus Alexandrinus.

CYRILLVS ALEXANDRINVS lib. 2. Theſauri contra Hæreticos, cap. 3. Probè facerent Hæretici omnes (ait) ſi vndique ſtuderent verum Scripturarum ſenſum venari, nec ad voluntatem ſuam omnia vertere, atque inde falſos Syllogiſmos conuertere, &c.

Cyrillus Hieroſolymitanus.

CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Catecheſi 4. Illuminatorum Hieroſolymis. Qui ex circumciſione ſunt (ait) per ſacras Scripturas, quas malè interpretantur, accedentes decipiunt, a puero ſeſe exercentes vſque ad ſenium, & in inſcitia conſeneſcunt.

B Hæreticorum autem filij per blandiloquentiam, & facundiam ſeducunt corda hominum minimè malorum, qui grato Christi nomine impiorum dogmatum venena occultant, &c.

Monachi Palæſtini.

Hinc MONACHI PALESTINI epiſtola ad Alciſonem, quam citat Nicephorus li. 16. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 28 de Neſtorianis, & Eutychianis loquẽtes: Scripta (inquiũt) Patrum adulterarunt, & multos Apollinaris libellos per inſcriptiones ipſas, Athanaſio & Gregorio mirifico illi, & Iulio attribuerunt, per quos maximè ad impietatem ſuam multos pertrahunt, &c.

Iuſtinianus Imperator.

IVSTINIANVS IMPERATOR ad calcem Cõfeſſionis ſuæ fidei, quam miſit Ioanni II. Papæ. Solent (ait) hæretici, vt ſimpliciores decipiant, vocibus quidem vtique ab orthodoxis piè dicũtur, rectum autem earum intellectum

C & expoſitionem ad ſuam impietatem transferre. Tum cenſuram ſubdit: Si quis (ait) ſaluo manente pio intellectu, de nominibus vel ſyllabis vel dictionibus contendens, ſeparat ſe à ſancta Dei Eccleſia, tanquam non in rebus, ſed in nominibus ſolis & dictionibus poſita nobis pietate, talis, vtpotè diſſenſionibus gaudẽs, rationem pro ſemetipſo, & pro deceptis, & decipiendis ab eo, reddet magno Deo & Saluatori noſtro Ieſu Chriſto in die Iudicij, &c.

Edictũ Principis omni acceptione dignũ.

Concilium generale 5.

Prætereà Concilium CONSTANTINOPOLITANVM II. generale V. ſub eodem principe, collatione 8. Solent (ait) hæretici facere, quod à Theodoro Mopsueſtiæ hæretico Epiſcopo factum legimus. Quædam enim ex his, quæ ſancti Patres ſcripſerunt circumcidentes, quædam verò falſa ex ſemetipſis

D componentes, * & confingentes ſanctæ memoriæ Cyrilli epiſtolam, conabantur, quaſi ex teſtimonijs Patrum, prædictum impium Theodorum quaſi anathema liberare, &c.

Vide quàm ſimile quid faciant Caluiniſtæ, nihil enim in eorũ libris aliud reperias, quam detruncatam patrũ ſententias, vel falſo nomine appoſitas, vel ſub alio ſenſu intellectas quam ſcriptæ ſunt, potiſſimè vbi nituntur euertere Eccleſiæ catholicæ traditiones.

Vide quod ſuprà ex Heſychio Hieroſolymitano ſuperiori folio protulimus. Idem quoque Cõcilium collatione 6. in cauſa Ibæ Edeſſeni Epiſcopi. In omnibus (ait) hæreſibus licet contigerit quædam hæreticos rectè dicere, non ideò impia condemnatione liberãtur. Ibidem collatione ſcilicet 5. & 8. dicit, quod Hæretici nullam curam Dei iudicatorum faciunt, nec Apoſtolicarum pronunciationum, nec paternarum traditionum, licet aliquoties gaudeant, vt contra nos militent, aliquid

E canonum decerpere, & in prauum, vt ſolent, ſenſum retorquere. Hoc ſuprà oſtendimus dictione Canon, & Concilium, & infrà, Traditio. Et huic eſt quod ibidẽ legitur de præfato Theodoro Mopsueſtienſi (quod & hodie noſtri obſeruant Caluiniologi) quia ſanctos Patres hæreticos vocabat.

Hæc obſerua lector.

Concilium Lateranenſe ſub Martino I.

Hinc & Concilium LATERANENSE ſub Martino I. collatione ſeu ſecretario 3. De Cyro Alexandrino Epiſcopo, & Sergio Conſtantinopolitano Epiſcopo, & alijs Hæreticis, qui in erroribus confirmandis (vt in vocabulo, Chriſti duplex voluntas, & operatio, &c.) Dioniſij Areopagitæ, & Cyrilli, & aliorum Patrum vtebantur teſtimo-

A nijs, ſic Patres eiuſdem Concilij, proferente Martino I. indicat. Qui ſpiritalem (aiunt) expugnant Hieruſalem, id eſt, Catholicam Eccleſiam, imitantur eos qui terrenam expugnauerunt Hieruſalem, & feſtinant, vt ipſi, abuti quodammodo doctrinis, ſicut Rapſaces patria voce contra Iudæos abuſus eſt, vt difficile nequitia eius potuiſſent ſentiri, ſicut & iſti propriam fingunt: nec in honore Patrum, ſed in deceptionem ſimplicium, ſicut ille Iudæorum, hoc callidè peragere nituntur. Verumtamen ſicut Dominus ait: Ex fructibus eorum cognoſcetis eos, &c. Quoniam hi ſunt ſimiles ſepulchris dealbatis, qui à foris apparent hominibus ſpecioſa, ſicut & hæretici, quaſi Paternis velati doctrinis, intus verò plenis ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia,

4. Regum 18.

Matth. 7.

B id eſt, mortalibus & fœtidis dogmatibus, nec enim ſimpliciter proferunt ſermones (ſicut teſtatur CYRILLVS) ſed cum dolo atque verſutia. Quod vtique & nos veraciter cognoſcentes, non debemus omninò timere opprobrium hominum, neque eorum exprobrationibus vinci, quoniam hoc nobis Dominus iubet per Eſaiam Prophetam, dicens: Audite me qui ſcitis iudicium, populus in quorum corde lex mea eſt, nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne timeatis. Manifeſtat enim hos, & captat per vos reuerendiſſimos venatores ſuos prudenter Dominus, ſicut quod in Hieremia ſcriptum eſt: Et poſt hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte & de omni colle, & de cauernis petrarum, quia oculi mei ſuper

Cyrillus Alexandrinus.

C omnes vias eorum. Sunt enim foramina petrarum, ipſæ ſanctorum Patrum de Chriſto myſtica traditiones. Conantur namque & in his foraminibus doloſe abſcondere ſe hæretici, vt putentur ſanctiſſimi, & non ſceleroſi paruulis. Qui ſi verè Scripturas animaduerterent nunquam ad talem iniquitatem proſilirent, id eſt immutationem & interemptionem paternarum traditionem, & dogmatum.

Hæc attende diligenter.

In eodem Concilio Conſultatione quarta, memoratur Paulus Conſtantinopolitanus Epiſcopus ſcribens ad Theodorum Papam I. prophanæ opiniones defenſionem ſuſtinens, vnicæ voluntatis, & operationis in Chriſto ſententiam: (quam damnatam oſtendimus ſuprà dictione, Chriſti duplex voluntas, &c.) & hoc aiebat ſe tueri Patrum & Scripturæ teſtimonijs, & verbo

Concilium Lateranenſe ſub Martino I.

D Dei, ſic enim loquitur: (Hanc locutionis formulam adhuc hodie reſeruant ſibi Caluiniſtæ) & vbi doctorum ſyluam protulit. (more hæreticorum noſtri temporis ſuperficialiter & corrupto ſenſu) Non (inquit) ſurgaliter ſtamus: non ad contradictionem non ſuorum manem amplectimur, ſed in verbo Dei propoſita huiuſmodi requiſitionis reſolutionem feciſſe dignoſcimur. &c. Et pro ea fide (ait) alapas ſuſtinemus, & exprobrationes. Per alapas intelligit adhortationes ſanctas, & facie ad faciẽ cõmonitiones, quas fecerant Patres Catholici & Apoſtolici viri, quorum tamen regulis pertinaciter permanſit inobediens, ideóque iuſtè damnatus.

Pauli Epiſcop. Conſtantinop. hæretici ſumma impudẽtia & pernicacia.

Et verum ſanctum & ſpectabilem, ſcilicet, ſic noſtri garriunt Caluiniſti.

E De reliquis autem hæreticis, ſic Patres eiuſdem Concilij ſubiungunt: Mos eſt hæreticis * ſic fari: Hæc pietatis dogmata tradiderunt nobis ab initio facti ſpeculatores & miniſtri verbi, & ſequenter diſcipuli & ſucceſſores eorum. id eſt, ſancta & vniuerſales quinque Synodi venerabilium Patrum, atque per hanc allocutionem ſimpliciores ſubripientes, doloſè perſuadent malum vti bonum complecti, per Patrum & Synodorum ſuauem nominis appellationem. Hoc enim facere ſimiliter ſibi proprios diſcipulos, ab initio ſerpens docuit, per fictos mores, & blandos ſermones, ſine vultu placido Deo viuo conſentientes, ſibi extranea reuelantes. Quod vtique deſpicere non eſt nobis ſine periculo, quibus credita ſunt à Domino rationabiles paſcere

Sic proſſus nũ & hoc noſtro æuo perdurat.

ones, vt lupos expellamus & proſciamus, ne à feris captum quicquam, de ouibus Catholicæ eius Eccleſiæ per noſtram negligentiam inueniatur. Sed conſequenter refert MAXIMVS AQVILEIENSIS Epiſcopus. *Studioſi ſunt (ait) hæretici vt Catholicorum nomen ſuetere faciant, viſta ante omnium oculos ingerere, & ſuam iniuſtitiam commendare. Non irrationabiliter calumniantur, ſua ex hoc cooperire dementiam properantes, quatenus per mendacium veritatem valeant obumbrare: & ex hoc patrem mendacij cognoſcunt per eos propriè contra fidem, opera inſinuentem, &c.* Et paulò infrà: *Quoties & ipſum malignum ſenſum eorum audimus, iam & factum ſimulationis coram detegentes, ipſi quoque Patres apertiſſimè reſiſtare nituntur. Qui autem ſanctas Synodos & venerabiles Patres minimè ſuſcipit, condemnatus eſt. Qui omnia ab eis prædicata & definita minimè ſuſcipit, & ſpecialiter confitetur, condemnatus eſt.* Denique vide Conciliorum authoritas, Canon, & Traditio, &c.

Maximus Aquileienſis in concilio Lateranenſi ſub Martino I. exiſtens.

Hoc nodi & retinlue.

Porrò MARTINVS I epiſtola I. ad omnes fideles, de actibus præfatæ Lateranenſis Synodi, de eiſdem dicit hæreticis. *Illis nonnulla communia exiſtunt cum ſanctis Patribus, ſed quantum diſtat ortus ab Occidente, tantum diſtant impij hæretici verbo & mente, à viris à Deo inſpiratis, &c.* Denique AGATHO I. vt in vita eius legitur, de Hæreticis loquens: *Non (inquit) per veritatem ſe ſuperare æſtimauerunt, niſi per mendacia & commenta, quæ in libris ſuis addiderunt.* Concilium CONSTANTINOPOLITANVM III. generale VI. actione I. retegit manifeſtam impoſturam Macarij Antiocheni, & aliorum hæreticorum, inter quos annumeratur Honorius I. qui mentiebantur, Chriſtum vnius eſſe voluntatis & operationis. Et hoc impiè ex ſacrorum Patrum teſtimonijs confirmare geſtiebant, vt habes expreſſum dictione, Chriſti duplex voluntas & operatio, &c. Ibi quippè oſtendimus, quomodo hæretici deprehenſi ſunt in prauum ſenſum Patrum ſententias retorſiſſe, ex actione 4. Chalcedonenſis Synodi, & ex actione 8. eiuſdem Concilij generalis 6. vbi etiam memorantur hæretici confinxiſſe quaſdam epiſtolas Menæ Patriarchæ Conſtantinopolitani, & Vigilij Papæ, quæ poſſent ſuis fauere erroribus, niſi eas corruptas & erroneas atque fictitias, & minimè à ſuprà ſcriptis authoribus dictatas ſancta Synodus manifeſtis rationibus comprobaſſet. Hinc quoque Patres Concilij generalis VII. NICÆNI II. tomo 22. confutationis falsò nominatæ & adulterinæ dictæ generalis 7. Synodi Conſtantinopoli contra S. Imagines congregatæ, reprehendunt præfatæ iniquæ Synodi Epiſcopos Hæreticos, quòd impietatem ſuam ſanctorum dictis prauè intellectis obtegerent, & præcipuè S. GREGORIVM NISSENVM in teſtimonium proferunt Oratione in fratrem Baſilium, cuius dicta in Arrianos vt manifeſtè proemij argumentum manifeſtat. Illi in Imagines retorquebant. Sic autem de alijs Patribus feciſſe conuincunt, & eos ſepulchris dealbatis comparant, qui dealbata exteriùs, & internis fœtida agnoſcuntur: *Verborum* (aiunt) *authoritate leguntur ſanctorum Patrum, intus verò fœditatum dogmatibus ſcatent.* Vide infrà in vocabulo, Imago, &c. Sed & ibidem tomo 3. deprehenduntur vniuerſalium Synodorum definitiones, & traditiones ſe obſeruare profiteri, cùm tamen nihil minus faciant, nam eas inſectantur, & deſtruunt: *Videntur* (aiunt Patres) *Patrum ſententias nunquam legiſſe, aut ſi omninò legerunt, id per ſunctoriè factum eſt, & minimè diligenter.* Et poſt

Martinus I.

Agatho I.

Concilium generale 6. Conſtantinopol. 3.

Concilium Nicœnum 2. generale 7 ſub Adriano I.

Gregorius Niſſenus.

Matth. 23.

A pauca ſic loquitur: *Quoties qui Catholicam Eccleſiam auerſantur, improprium & impium aliquem ſermonem connexere inſtituunt, quædam ab omnibus conceſſa & aſſerta aſſumunt, vt propter iſta probè dicta, in cæteris quoque fidem acquirant.* Et iterum tomo eodem 3. actio. 6. *Quoties recta dogmata homines iuxta ſuam opinionem ſubuertere conantur, non miretur aliquis ſi Scripturæ verba vſurpent: nam & omnes hæreſiarchæ ſuorum errorum occaſiones ex diuina Scriptura collegerunt, & quæ rectè à Spiritu ſancto dicta erant, peruerſa animi ſententia conuellunt. Atque hoc Coryphæus Apoſtolorum Petrus olim prædixerat, dicens de Apoſtolis Pauli, Quæ imperiti & minimè conſtantes ſecundum proprias cupiditates peruertunt. Proprium eſt enim hæreticis ſecundum animi cupiditatem* B *cognitionem diuinorum, & verorum dogmatum ſubuertere. Nam ſanctorum Patrum vniuerſalem ſententiam: Dominus creauit me in principio viarum ſuarum, ad opera ipſius, (quæ de diſpenſatione Chriſti ſecundum carnem exponitur) Arrius & Eunomius eorúmque complices de ſuperna generatione intelligunt, atque ex hoc veram ſententiam peruerterunt. Rurſus Apollinarius Euangelicam vocem malè intellexit: nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit Filius hominis, &c. Mirum enim eſt in quam abſurditatem fuerit coniectus, dum conatur oſtendere Deum verbum, cum carne deſcendiſſe. Illa enim (ait) quam in cœlis conſubſtantialem habuit ſibi & ante ſecula, &c. Quinetiam Apoſtolicam authoritatem idem adducit:* C *Secundus homo de cœlo cœleſtis, &c.* Verùm vide latiùs ſuis locis hæc repoſita. Porrò idem Concilium tomo eodem, de hæreticis loquitur, quod eis proprium eſt mutilatas exquirere ſententias, aut ſi totas proferunt, in alium ſenſum quàm dictatæ ſunt, retorquent. Et tomo 6. *Rectè (ait) ſentire nequeunt, quia obſcuratus eſt viſus oculorum eorum. Sanas enim definitiones & leges relinquentes, verbis pietatem figurant, conantúrque piè quædam concionari, quo ſcilicet, in hoc rectè dicentes, in alijs quoque fidem inueniant.* ADRIANVS I. libro pro defenſione generalis 7. Nicænæ Synodi, ad Carolũ Magnum, citat egregium illum AVGVSTINVM in Prouerbia Salomonis: *Habent* (ait Auguſtinus) *& hæretici ſacramenta noſtra, habent Scripturas* D *noſtras, habent, & alleluia, habent plerique Symbolum noſtrum, ſed vnde caueas, vnde tela non aduertis.* Vide Scriptura, & Symbolum, &c. Porrò eiuſdem ſententiæ ſunt Epiſcopi ANTIOCHIAE, PISIDIAE, SELEVCIAE, THEODOSIOPOLIS, &c. epiſtola ad Leonem I. Imperatorem. *Non ſolum* (aiunt) *Arrianorum, ſed & plurima ante hanc hæreſes exorta in Scriptura diuina prologuijs putamus incumbere, &c.* Epiſcopi primæ ARMENIAE, epiſtola ad eundem Principem: *Multi* (aiunt) *Scripturas diuinas non intelligentes ſicut ſcriptæ ſunt, propria blaſphemia dogmata genuerunt.* Denique in generali illo & celebri Concilio FRANCFOR- E DIENSI Patrum ſub Carolo Magno, PAVLINVS AQVILEIENSIS Epiſcopus, vir doctiſſimus, libellum edidit contra errorem Elipandi Epiſcopi Tholetani hæretici, qui Chriſtum Dei Filium adoptiuum contendebat, (ſuperius in vocabulo Filius, oſtendimus) qui approbatus eſt & receptus ab vniuerſis Patribus, vbi ſic loquitur inter cætera. *Non eſt* (ait) *hæreticis triſtia lætis, dulcia permiſcere amaris, veneni poculum mellis ſapore temperare, &c.* Et Patres eiuſdem Concilij epiſtola miſſa ad præfatum hæreticum Elipandum & eius cõplices. *Tacuiſtis* (aiunt) *nomina librorum & numerum capitulorũ, vt difficiliùs error veſter inueſtigaretur.*

Prauus Hæreticis & dolus diaboli ad animas ſacile illaqueandas, quo & noſtri vtuntur vt liquidò conſtat.

1. Petr. 3.

Hæreticorum proprium.

Prouerb. 8.

Ioan. 13.

Apollinaris hæreſis.

1. Corinth. 15.

Adrianus I.

Auguſtini Hipponenſis vere aurea ſententia.

Epiſcopi Antiochiæ Piſidiæ &c.

Epiſcopi Armeniæ primæ.

Concilium Francfordienſe generale patrum 3 .. Pauli nus Aquileenſis.

Vide ſi nõ hoc faciunt & noſtri.

garrint, & ex hoc ſolo perſpicuum eſt erraſſe vos voluntariè, dum ſanctorum Patrum venerabiles ſenſus per intermiſſiones aliquorum verborum maculare auſimini; & miramur vel magis lugemus, quia hoc facere veletis, quare puriſſimos Catholicæ fidei fontes hæretico pede turbare non timeatis, &c. Eadem reſumit idem

Concilium Forojulienſe.

Pavlinvs in Concilio Forojvlienſi ſub Carolo Magno, & Adriano I. *Mos eſt* (inquit) *proprius hæreticorum negligere diuinæ Scripturæ ſenſum, vel modum, genuſque locutionis, qui corrupti ab antiquo ſerpente ſecundum ſua deſideria coacervant ſibi inextricabiles quæſtionum tumultus. Idcircò infuſo ferrugineo ſtylo in tractorio falſitatis, proprium, ſed tamen peruerſum ſe dogma componere gloriantur, quam potiùs tam peregrinis & varijs, quàm Eccleſiaſticis ac ſpiritalibus abati omantur doctrinis. paruipendentes, veritatis refragatores, legis præceptum, quo myſticè cavetur ſacerdotem ſemel in ſua tribu, — de ſua tribu, vel ſtirpis ſuæ vxorem accipere, & ipſam virginem: ex eadem, ſcilicet, Chriſtianæ religionis doctrina quæ ſemel imbutus eſt, de qua Chriſtianum nomen ſortitum ſeſe gratulatur ſumpſiſſe, & ex qua per vndā regenerationis renatum ſe recognoſcit in immaculatæ fidei puritatem, quaſi virginem, & non hæretica pollutione corruptam in amplexu amoris excipere ad propagandam Catholicæ fidei poſteritatis ex ea ſobolem pertinecinr, &c.* Reliquum vide, Scriptura, &c.

Leuit. 21.

Figura pulcherrima.

Sic & Bohemos hæreticos corrupiſſe Eccleſiæ integritatem peruerſis Scripturarum aſſertionibus, docent Patres Concilij Basileensis generalis: nam hæretici illi Bohemi ſacro ſcribentes Concilio, ſacris Scripturis beatorúmque doctorum (ſic enim loquuntur) ſententijs ſuos articulos roboratos, examinandos offerebant; atque mirum eſt quàm blanda verborum lenocinatione, pro more vtuntur, nec aliud autem prætendebant atont quàm reformationem Eccleſiæ procurare, & diſſolutionem miniſtrorum auellere, quorum actus & ſcelera in ſuæ veſaniæ fomentum detorquebant, vt etiam nunc Caluiniſtæ prætendunt. Lege hiſtoriam in appendice, præfati Concilij Baſileenſis fuſiùs expoſitam.

Concilium Baſileenſe generale.
Vide Bohemorum audaciam & fraudulentiam.

Porrò idem de Lutheranis dicit Concilium Senonense ſub Antonio à Prato, ſtatim initio: *Eo dementiæ* (ait) *prorupernat Eccleſiæ perduelles, in eam venère perfrictæ frontis impudentiam, dum extinctarum quondam hæreſum cineres exſuſcitant, dum hæreſiarchas ab omni fidelium theatro quondam exploſos orthodoxis Patribus anteponant, vt ſacroſanctam Conciliorum authoritatem reſpuant, nullum vel apertiſſimum Scripturæ locum non deprauent, ſed corruptum atque adulteratum in ſuam vtcunque ſententiam detorqueant.* Et infrà: *Doctrinam peſtiferam Lutherani ſerpentina malitia laborant, orthodoxorum procerum libris eam inſerere, quo eorum prætextu faciliùs ſuſcipiatur. Hinc impijs præfationibus, tum annotationibus marginibus adiectis, iam Scholijs, tum indicibus lympidiſſimos illos fontes Catholicæ pietatis, & antiquorum doctorum libros virulento furfure damnati ſui erroris inficere moliuntur. Sed non poteſt aduerſus veritatem prævalere falſitas, veritas enim ſuper omnia vincit.* Vide quæ ſequuntur.

Concilium Senonenſe

Lutheranorū [illegible] & [illegible] & palliata ſanctitas.

[illegible] nostris [illegible] habemus ſilues.

Hæretici Concilia auerſantur.] Poſoi- mos dictione Concilium.

Hęretici Canones & traditiones Patrum contemnunt, & tamen obijciunt.] Lege Traditio, &c.

Hęretici omnes inconſtantes, & opinione diſcordes, moribúſque contrarij. Ex ſuperioribus hoc facilè eſt colligere, quandoquidem, & hoc ſæpiùs repetitum conſtat. Veruntamen ſpeciali quadam diſtinctione etiam propoſitioni ſtudebimus ſuffragari Patrum teſtimonijs, ſicut iam cœpimus. Itaque Tertvllianvs Carthaginensis, qui omnium hæreticorum exploratos habebat mores & actus, libro De proſcriptionibus aduerſus hæreticos, non longè à fine. *Non omittam* (ait) *hæreticæ conuerſationis deſcriptionem quam futilis, quam terrena, quam humana ſit ſine grauitate, ſine authoritate, ſine diſciplina, vt fidei ſuæ congruens. In primis quis cathecumenus, quis fidelis incertum eſt: pariter audiunt, pariter orant, etiam Ethnici ſi ſuperuenerint ſanctum canibus, & porcis margaritas, licet non veras iactabunt. Simplicitatem volunt eſſe poſt rationem diſciplinæ, cuius penes nos curam, lenocinium vocant, pacem quoque paſſim cum omnibus miſceant: nihil enim intereſt illis licet diuerſa tractantibus, dum ad vnius veritatis expugnationem conſpirent. Omnes tument, omnes ſcientiam pollicentur: Ante ſunt perfecti Cathecumeni, quam edocti. Ipſæ mulieres hæreticæ * quàm procaces quæ audeant docere, contendere, exorciſmos agere, curationes repromittere, forſitan & tingere. Ordinationes eorum temerariæ, leues, inconſtantes, nunc Neophytos collocant, nunc ſeculo obſtrictos, nunc apoſtatas noſtros, vt gloria eos obligent quia veritate non poſſunt. Nuſquam faciliùs proficitur quam in caſtris rebellium, vbi ipſum eſſe illic promereri eſt. Itaque alius hodiè Epiſcopus, cras alius, hodie Diaconus qui cras lector, hodie presbyter qui cras laicus: nam & * laicis ſacerdotalia munera iniungunt. De verbi autem adminiſtratione quid dicam? cum hoc ſit negotium illis non ethnicos conuertendi, ſed noſtros euertendi, hanc magis gloriam captant, ſi ſtantibus ruinam, non ſi iacentibus eleuationem operentur: quoniam & ipſum opus eorum, non de ſuo proprio ædificio venit, ſed de veritatis deſtructione. * Noſtra ſuffodiunt vt ſua ædificent, & ita fit vt ruinas faciliùs operentur ſtatim ædificiorum, quam extructiones iacentium ruinarum, adhuc ſolummodo opera humiles & blandi & ſummiſſi agunt. Cæterum nec ſuis præſidibus reuerentiam nouerunt, & hoc eſt quod ſchiſmata apud hæreticos fere non ſunt quia cùm ſint, non parent ſchiſmata: Sunt enim vnita ipſa ſchiſmata, mentior ſi non etiam à regulis ſuis variant inter ſe, dum vnuſquiſque proinde ſuo arbitrio modulatur quæ accepit: & quemadmodum de ſuo arbitrio ea compoſuit ille qui tradidit, agnoſcit naturam ſuam, & originis ſuæ morem profectus rei, &c.* Idem libro contra Hermogenem, initio, ſic enim depingit, quomodo & aptè noſtros Bezanos licet depingere. *Hermogenes* (inquit) *doctrina tam nouella eſt, denique ad hodiernum homo in ſeculo, & natura quoque hæreticus etiam turbulentus, qui loquacitatem, facundiam exiſtimet, & impudentiam, conſtantiam deputet, & maledicere ſingulis officium bonæ conſcientiæ iudicet. Prætereà pingit illicitè, nubit aſſiduè, legem Dei in libidinem defendit, in artem contemnit, bis falſarius, & cauterio & ſtylo, totus adulter & prædicationis & carnis.* Cyprianvs Carthaginensis libro primo epiſtolarum, epiſtola prima ad Cornelium de Nouatiano. *Nec miſer* (ait) *vulnus ſuum curat, ſed adhuc grauius & ſe & ſuos vulnerat, in perniciem fratrum lingua ſua perſtrepens, & venenatæ facundiæ iacula contorquens, magis durus ſecularis Philoſophiæ prauitate, quam Philoſophiæ Dominicæ lenitate pacificus. deſertor Eccleſiæ, miſericordiæ hoſtis, interfector pœnitentiæ, doctor ſuperbiæ, veritatis corruptor, perditor charitatis, &c.* De Hæreticorum verò inconſtantia Alexander

Tertullianus Carthaginenſis.

Oro te lector & obſecro ſi ita hæc [illegible] reuolue & relege, ſi non [illegible] tauerit et [illegible] ſucceſſoribus illi[illegible] certè hæreſiarcharū Caluiniſtis hæc omnia [illegible] conuenire.

Hoc numquid videtur quotidie inter nos verſari.

Ita certiſſimum eſt & noſtro ſeculo accidere [illegible] hæc diligenter lege.

Hoc verū eſt, imo veriſſimū.

Hæreticorum [illegible] & inter ſe diſcordia.

Quam ſitè mores degit Beza & Caluinus.

Cyprianus Carthaginenſ.

Alii

Alexander Alexandrinus Epiſcopus.

Alexandrinvs Epiſcopus, epiſtola ad omnes Epiſcopos Catholicos, de Arrij epiſtola & hæreſi, quam extat Socrates libro primo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite ſexto, & Nicephorus libro 8. capite 8. *Atque equidem nos hæc* (quæ promiſit pro fidei Catholicæ defenſione contra Arrij blaſphemias) *differentes, & diuinas Scripturas explicantes ſæpenumero eos conuicimus, ſed rurſus veluti chamæleontes mutati ſunt, certamine quodam in ſe pertrahere contendentes illud quod ſcriptum eſt: Impius cùm venerit in profundum malorum contemnit, &c.* Hinc & de eorundem inter ſe diſcordia Gregorivs

Gregorius Nazianzenus.

Nazianzenvs initio libri 5 De Theologia: *Nam quod* (ait) *in vijs & fluuijs comperire licet, vt quæ in diuerſum tendentia ſcindantur, eadem in ſe ipſa reuertantur confluántque: hoc ipſum & hic præ impietatis immanitate contingit, nimirum vt qui alibi diſſident, eiſdem in alijs conueniant inter ſe, vt qua parte conſentiant, quáve inter ſe pugnent, hoc ad amuſſim cognoſcere non poſſis.* Hinc Ioannes Chryſostomvs opere 2. in Matthæum, homilia 20. in illud Matthæi: Omnis qui audit verba mea hæc, ſimilabo eum viro ſapienti, &c. *Quia* (ait) *terra quidem vniata eſt & in ſeipſum conſtricta, arena autem grana non conueniunt ſibi nec adhærent adinuicem, ſic ſunt & omnes infideles qui ſub diabolo ſunt, non ſunt vniti, nec vnum ſapiunt, ſed ſunt per diuerſas opiniones diſperſi, & alius quidem ſic dicit, alius autē ſic. Sic & dogmata philoſophorum nos docēt, quæ ſunt contraria ſibi ſemper: Eo modo perfidia hæreticorum, qui nunquam ſapiunt vnum, ſed quot ſunt, tot ſententias habent, propter quod arenæ aſſimilatur omnis diaboli populus, &c.* Eadem & Hieronymvs Stridonensis libro 4. Commentariorum in Ezechielem, capite 13. illud exponens: Quaſi vulpes in deſertis, prophetæ tui Iſraël erunt, &c. *Notat* (ait) *omnes hæreticos qui Dei Spiritum relinquentes ſequuntur ſpiritum ſuum, quia nequaquam diuino inſtinctu, ſed proprio corde vaticinantur, qui & fluctuāt omni vento doctrinæ, &c.* Avgvstinvs Hipponensis libro 18. De Ciuitate Dei, capite 51. *Ipſi hæretici* (ait) *cùm cogitantur Chriſtianum habere nomen, & ſacramenta Chriſtiana & Scripturas, magnum dolorem faciunt in cordibus piorum, quia & multi volentes eſſe Chriſtiani propter eorum diſſenſiones hæſitare coguntur, verumtamen* (ait libro 7. Confeſſionum) *diſſenſio & improbatio hæreticorum facit eminere, quid Eccleſia tua ſentiat, & quid habeat ſana doctrina.* Idem in prologo libri Hypognoſticon, *Aduerſarij Catholicæ fidei* (ait) *dum contra regulam veritatis diabolicis armis pugnare nituntur, nos ſolicitudine repugnandi faciunt cautiores, ſe verò decipiunt antequam aliquem noſtrorum valeant vulnerare. Cum enim cæci euacuare theſauros fidei concertant, ſpe fidei euacuati faciunt plenitudinem fidei Eccleſiæ, opitulante Dei gratia, gloriari, &c.* Hinc Nicephorvs Callistvs de Arcadio & Honorio Imperatoribus loquens, narrat eorum tempore plures hæreticos ad fidem conuerſos, eò quòd diſſidium cernerent maximum eſſe inter Arrij & Eunomij ſectam, libro ſcilicet 13. capite 1. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, ſiquidem vehemens quotidie erat pugna inter Arrianos & Eunomianos de Deo, cum contraria ſibi inuicem opponerent. Hinc & Ivstinvs Martyr quæſtione 4. ad Orthodoxos. *Hæretici alij* (ait) *damnant alios ob opinionum diſſenſiones, vnde perſpicuum eſt omnes eorum hæreſes occaſionem habuiſſe ex ambitione, & mutua inuidia hæreſiarcharum, & propter quam cauſam lupi graues ab Apoſtolo nominati ſunt authores hæreſeon.* Addit &

Hieronymus Stridonenſis. *Auguſtinus Hipponenſis.* *Quid conferat Eccleſiæ hæreticorum perfidia & nequitia.* *Nicephorus Calliſtus.* *Iuſtinus Martyr.*

Elegans comparatio. *Hæretici inter ſe diſſidentes in malis inueniuntur ſocij.* *Ioannes Chryſoſtomus.* *Matth. 7.*

A quæſt. 5. *Licet hæretici miracula faciant, hoc tamen non confirmat hæreticos in errore, quia miraculorum effectio non ſemper eſt pietatis ſignum, & demonſtratio, vt Dominus oſtendit cum ei dicunt: Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, &c.* Oſtendit præterea omnes hæreticos eſſe opinione diſcordes, & ſibi ipſis contrarios. Irenaevs Lvgdvnensis libro primo, contra hæreſes Valentini, & ſimilium, capite 5. vbi ibidem monſtrat Diſcipulos Valentini, à Magiſtri ſententia diſcrepare. Hinc Tertvllianvs iam ſupra memoratus, eodem libro. *Denique* (inquit) *penitus inſpecta hæreſes omnes, in multis cum authoribus ſuis diſſentientes deprehenduntur. Plerique nec Eccleſias habent,*
B *ſine matre, ſine Deo, orba fide extorres, quaſi ſibilati vagantur, &c.* Hinc Leo I. epiſtola 60. ad Maximum Antiochenum Epiſcopum, de hæreticis loquens: *Non ideò* (ait) *excuſabiles videri aliqua eorum ſalcitas poteſt, quia ipſi ſunt in ſua peruerſitate contrarij. Nam cum Neſtorium Eutychetis diſcipuli deteſtentur, & Eutychem anathematiſent Neſtorij ſectatores, (& ſic de reliquis) Catholicorum iudicio par vtraque damnatur, & ambæ ſimul hæreſes a corpore Eccleſiæ reſecantur, quia neutra falſitas nobiſcum poteſt habere concordiam: nec intereſt quo ſacrilegio diſcordent, cum id quod prauiſſime ſentiunt, nec authoritas Euangelij, nec ratio recipiat ſacramēti, &c.* Gregorivs I. libro 7. Regiſtri, epiſtola 53.
C ad Secundinum incluſum: *Quod ſub quodam velamine* (ait) *abuſiuum hæretici ſemper Eccleſiaſtica vnitatis bonum confuderint, hinc patet, quia trium capitulorum occaſione reperta* (Tria ſunt illa capitula quæ in generali V. Synodo damnata ſunt, de quibus alibi) *Eccleſiaſticam diſciplinam fugiunt, & de ſuis carnalibus actibus reprehendi pertimeſcunt, ſubeſſe ſedis Apoſtolicæ præceptis nolunt, & nos quaſi de fide reprehendunt quam ipſi neſciunt. & dum neque in fide recti ſunt, neque in bonis operibus intenti, ſtudent vt certare pro fide videantur, ſicq; fit vt quotidie deteriores fiant, dum in eis culpa groſſeſcit, quæ quaſi zelo fervoris videri etiam laudabilis appetit.* De eorundem inconſtantia Concilium Lateranense ſub
D Martino I. conſultatione 4. *Tanta* (inquit) *eſt hæreticorum inconſtantia, vt nec ſciant quid credant, aut quid conſpicantur, per inceſſabilem creberrimam ſuorum dogmatum immutationem, pariterque peremptionē, & ſicut ſcriptum eſt* * *Adhuc eo loquente ecce alius nuncius præteritis ſermonis eorum innoteſcens deſtructionem, & eiuſdem verbi alius ſermo alacrior, & alter alterius, & omniū. Omnes quippe ſimiliter à vera, hoc eſt Eccleſiaſtica prædicatione, in ſemetipſos habentes alienationē perfectamq; ruinam, pro qua te Dominus reprobans eos per Oſee hæc dicit: Væ eis, quoniam receſſerunt a me, vaſtabuntur, quia præuaricati ſunt in me, miſeri erunt, quia peccauerunt in me.* Martinvs I. epiſt. 1. ad omnes Chriſti fideles. *Hæretici*
E (ait) *per ſe ſua dogmata deſtruunt cōtrarij, dicit enim Dominus: Omne regnum in ſe diuiſum non ſtabit. Et, Omnis ſententia lex aduerſum ſe diuiſa non ſtabit.* Eorum autem hæreticorum inconſtantiā, & inſtabilitatem in proferendis opinionibus deprehendit Agatho I. epiſtola illa excellentiſſima ad Imperatorem Conſtantinum IV. cognomento Pogonatum, & fratres eius (lecta eſt actione 4. generalis VI. Synodi Conſtātinopolitanæ in Trullo celebratæ) dum modò aſtruunt, modò negant, vt ex eorum ſcriptis probat: *Igitur* (ait ibidem) *quamuiscunque ſuum colorare velit quiſquam errorem, a luce veritatis arguitur, ſicut & Apoſtolus gentium docet: Omne quod reuelatur lumen eſt; quia*

Obſecro hoc no a. *Irenæus Lugdunenſis.* *Tertullianus Carthaginienſis.* *Leo I.* *Greg.* *Abuſus Eccleſiæ ... runt.* *Hæretici ... Romanam Eccleſiam.* *Concilium Lateranenſe ſub Martino I.* *Iob. I.* *Oſee 7. Matth. 12. Martinus I.* *Agatho I.* *Epheſ. 5.*

veritas conſtans ſemper & eadem permanet, ſemper autem falſitas variatur, & ſibi ipſi variando approbatur ac redarguitur eſſe contraria. Ex hoc enim & ſibi ipſis aduerſa decuiſſe noui dogmatis inuentores oſtenſi ſunt, quia Euangelicæ atque Apoſtolicæ fidei ſectatores eſſe noluerunt. Porrò in præfato CONCILIO GENERALI VI. actio. 8. impietas Macarij diuidatur, in falſificandis & detruncandis patrum Codicibus & teſtimonijs, vt copioſè oſtendimus, vocabulo, Chriſti duplex voluntas, &c. Ibi eius reproba opinio, quam teſtimonijs Patrum roborare conabatur, damnata eſt, & ipſe ab Epiſcopatu deiectus. Porrò de inconſtantia & diſcordia hæreticorum Patres Concilij SENONENSIS ſub Antonio à Prato Legato, & Archiepiſcopo, in præfatione ſic loquitur: *Quemadmodum facilè Solis calore nix diſſoluitur, faciliùs longe diuina virtute impiorum Concilia vel conſilia extorta diſſipari, & cordis eorum cogitationes. Hoc vtique in Lutheranis hodie videmus impletum, qui quamuis longè ab Eccleſia Catholica dogmatibus abſint, tamen inter ſe admodum diſſident, dum alij vnum, alij aliud tenendum arbitrantur. Ex eis enim nonnulli ſanctorum Imagines deiiciunt, alij contra erigunt. Alij humanas diſciplinas vt venenum pietatis reprobant, quas alij vt apprimè vtiles defendunt. Iteratum Baptiſmum ab aliquibus ſuſceptum, alij omninò execrantur, & cætera multa de quibus inter ſe Lutherani diſſident, & digladiantur. Hæc autem diſcrepantia planè indicat, quam à veritate ſunt alieni, veritas enim vbique ſibi conſtat, nuſquam diſſidet, non enim Spiritus Dei, ſpiritus eſt diſſentionis.* Sed hoc probè & copiosè IOANNES COCLAEVS oſtendit eo in libro, qui Septiceps Lutherus appellatur, & multi moderni hoc demonſtrarunt libris & voluminibus de diſſidio hæreticæ religionis editis, quos non opus eſt hic recenſere. Sed & quia præcipuè hæretici omnes verſati ſunt, vt Euchariſtiæ ſacrificium impugnarent, oſtendit & eorundem doctrinis quàm contentiosè & litigiosè inter ſe de hoc ſacramento diſſideant. IOANNES ALBINVS Archidiaconus Tholoſanus, ſex libris pro veritate ſacrificij Miſſæ editis, Catholicorum verò dogmatum inconcuſſam veritatem demonſtrat, vt ſuperiùs diximus Eccleſiæ vnitas, &c. Vnus & idem conſenſus, inter quæ nulla vnquam inueniri poterit diſcordia. Inde ſatis exploratum eſt illa à Deo emanari, neque aliquoties diſſolutum iri, quantumuis ea euertere nitantur veritatis inimici. At verò Lutherana doctrina à patre mendacij, qui diſſentionis eſt ſpiritus, exorta, tandem veluti furoum exardeſcet, vſque adeò enim pudendos atque execrandos illa continet errores, & tàm ſibi malè cohærentes, vt facilè fugienda appareat & deteſtanda. Vide ſequentia.

Concilium Conſtantinopolitanum 3. generale 6.

Concilium Senonēſe ſub Antoni à Prato Cancellario & Cardinali.

Ioannes Coclæus.

Ioannes Albinus.

Hæretici ab initio Romanam Eccleſiam, & horrendis cædibus & cruentis tormentis Eccleſiæ miniſtros affecerunt, eiuſque ſacramenta & miniſteria polluerunt, atque miſcuerunt ſacra prophanis. Ne horreſcens animus ea quæ noſtro æuo videt à Diaboli ſatellitibus Bezanis in Eccleſiam, & eius ſacramenta, atque miniſtros fieri, denciatur tanquam nouum recenſque piaculum cernens, volumus hic iam cœpta ſerie & ordine proponere ſtratagemata, & horrendas cædes, atque iniqua piacula, quæ ab initio naſcentis Eccleſiæ vſque in præſens tempus ſemper in Romanam Eccleſiam, & miniſtros, atque ſacraria Catholicæ Eccleſiæ exercuerunt omnes hæretici. Multa quidem omittentes ne Lectoris animum aut ſtudium grauaremus, ſperantes, quia ex paucis reliqua facilè colligetur, & ex his quæ in ſuperioribus dictionibus, Eccleſia, & Euchariſtia dicta ſunt, poterit repeti. Quòd autem ſemper Romanam Eccleſiam oderint hæretici, abundè Apoſtolorum vicinus TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro De præſcriptionibus aduerſus hæreticos, teſtatur Romanam igitur Eccleſiam Marcionem & Valentinum odio proſecuros, & ab ea deſciuiſſe iniqua proteruia, & audacia conqueritur: quos vt incorrigibiles refert anathemate ab eadem ſede notatos, vt infrà dicemus, Hæretici anathematizandi. Non eſt, credo, cuipiam ignotum quot in Eccleſiam temporibus Apoſtolorum hæretici perſecutiones ſuſcitarint. Inde CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro primo, epiſtolarum, epiſtola prima ad Cornelium. Nouatum hæreticum, eum refert, implacabili odio & furore in Romanam Eccleſiam inſurrexiſſe, & ob Papatus dignitatem à tribus Epiſcopis ſibi impoſitam horribiles tumultus excitaſſe, vt abundè deſcripſit EVSEBIVS CÆSARIENSIS libro ſexto hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite trigeſimo ſecundo. & reliquis. Libro quoque ſeptimo, capite primo, vbi de geſtis Decij narrat, & Galli Cæſaris: *Cuius Galli cùm regnum floreret initio, & cuncta ei ex ſententia cederent, ſanctos viros qui pro pace regni eius Deo ſummo ſupplicabant, perſecutus eſt, cum quibus & proſperitatem ſuam fugauit & pacem.* Denique ORIGENES ADAMANTIVS homilia quarta in Matthæum, hæreticos ſemper perſecutos fuiſſe Catholicos demonſtrat. Sic verò proſequitur Præfatus Euſebius ſeptimo libro, capite primo. *Cùm (inquit) Chriſtiani Diuini mandati immemores effecti, alter ſum ſe inuicem contentionibus, zelo, liuore, ſuperbia, inimicitijs, atque odijs inflammarentur, ita vt tyrannidem potius quam ſacerdotium tenere ſe crederent, Chriſtiana humilitatis & ſynceritatis obliti ſacra myſteria prophanis mentibus celebrarent, tunc, demum ſecundum vocem Ieremiæ Prophetæ: Obſcurauit Dominus in ira filia Syon, & deiecit de cælo gloriam Iſrael, nec recordatus eſt ſcabelli pedum ſuorum in die iræ ſuæ. Et ſicut iterum dicit: Subuertit Deus omnem decorem Iſrael, & omnes macerias eius deſtruxit. Et rurſum ſicut dicit in Pſalmis: Deſtruxit teſtamentum ſerui ſui, polluit in terram ſanctificationem eius, per Eccleſiarum, ſcilicet ſubuerſionem, & deſtruxit omnes macerias eius, poſuit munitiones eius timorem, diripuerunt populum eius omnes qui tranſierunt per viam, pro quibus cunctis opprobrium facti ſumus vicinis noſtris: exaltauit enim dexteram inimicorum noſtrorum, & auertit adiutorium gladij ſui, & non adiuuit nos in bello, ſed & deſtruxit eum ab emundatione, & thronum eius eliſit in terram. paucos fecit dies noſtros, & ſuper omnia effudit ſuper nos confuſionem. Summa namque malorum nobis affuit omnium, tunc cùm domus orationis & Eccleſiæ Dei viui ad ſolum deducta ſunt, atque ab ipſis ſubuerſa ſunt fundamenta. Diuina verò Scripturæ in medio plutearum igni crematæ ſunt. Proh nefas! ipſi hæc noſtris vidimus oculis: Sacerdotes Domini & Paſtores Eccleſiarum, publicè denudatos, inuerecundè, & inhoneſtè huc atque illuc ab impijs trahi, ita vt compleretur ille ſermo propheticus. qui ait: effuſa eſt contumelia ſuper principes, & ſeduxit eos in inuio, & non in via. Sed non eſt noſtrum deſcribere. quanta in ſacerdotes Dei iniuriarum genera collata ſint ſicut ne illud quidem noſtrum duximus exponere ſigillatim, quanta prius inter noſtros rabies diſſenſionis exarſit.*

Tertullianus Carthaginenſis
Romana Eccleſia perſecutores ſemper habuit hæreticos.

Cyprianus Carthaginenſis.

Euſebius Cæſarienſis.

Origenes Adamantius.

Obſecro hanc attende hiſtoriam quia nos tangit.

Vide altaria fuſſiſſe ſanguinis effuſus mini [illegible] ſacramenta poll[u]ta, vt nunc hæretici certè, & hoc propter peccata cleri.

exarſit hoc ſolum hiſtoria tradere licuit, quod iuſto Dei iudicio, & neceſſaria correptionem diuinam ſenſimus manum, &c. ATHANASIVS ALEXANDRINVS in vita S. Antonij heremitæ, ad calcē, narrat quòd illi beato Antonio Dominus reuelauit per viſionem, quæ Ariani erant mala facturi, ob quæ cum gemeret à Diſcipulis quæ eſſet cauſa luctus, ne rogatus: *Magnum* ait Athanaſius & Antonius) *quoddam & vniuerſis ſeculis inauditum immi-net nephas, & magno* [illegible] *Catholica turbine ſubuertetur, & homines iumentis ſimiles Chriſti ſancta diri-pient. Vidi enim altare Domini mulorum circundatum multitudine, qui crebris calcium ictibus omnia diſſipabant: hæc eſt cauſa gemituum meorum, quos audiſtis. Et facta eſt vox Domini dicēs: Abhominabitur altare meum. Nec mora viſionē ſequitur effectus: nā poſt annos duos ſæua Arrianorum irrupit inſania, tunc Eccleſiarum fuerunt rapinæ, tunc diuinorū temeratio vaſorum, tunc pollutis Ethnicorum manibus ſacra polluta ſunt miniſteria, tunc paganorum opificium præſidia aduerſus Chriſtum comparata cum aſſumptione palmarum. quod Idololatriæ apud Alexandriam inſigne eſt, tunc ad Eccleſiam pergere compellebantur Chriſtiani, vt Arrianorum populi crederentur. Proh ſcelus! horret animus replicare quæ geſta ſunt. Virginum, matronarumque erepius pudor, ſanguis omnium Chriſti, in Chriſti templo effuſus veneranda reſperſit altaria. Baptiſterium pro volūtate Gentilium pollutum eſt. Nihil defuit, viſionis veritatem monſtrauit effectus, quòd calcitrantium mulorum indiſciplinatio. Arrianorum eſſet impietas, &c.* Eadem recenſet NICEPHORVS CALLISTVS libro 9. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. cap. 33. & 34 & reliquis Sed & alter Hiſtoriographus SOCRATES lib. 1. cap. 34 & reliquis. Et SOZOMENVS SALAMINVS lib. 4 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite 9. 10. 11. & ſequentibus. Hi omnes, vbi Conſtantij Ariani & Iuliani deſcribunt Imperium inaudita flagitia quæ in ſancta & miniſtros commiſit recēlent, quæ breuioribus chartolis cōplecti nequiremus. Inde & præfatus Nicephorus: c. 42. eiuſdē libr. De impio Macedonio loquens: *Is* inquit *non modo crudeliter eos perſequebatur qui communionem eius vitarent, sed in vincula quoque coniiciebat inuitos, & ludicibus tradebat, à communione eius abhorrentes ad eam* [illegible] *intentata cogebat, multis que religione præclaros pulſabat & fuſte ora eorum diducens vel inuitis ſacra myſteria ingerebat: Quiquidem ingens viſus eſt eſſe cruciatus, tormenta alia longè ſuperans. Ad eundem modum & mulieres atque pueros, qui de rebus ſacris nondum inſtituti erant, aut baptizati arripiens ad percipiendas ſanctiores epulas adigebat. Quod ſi quis renueret aut reſponſaret, eum plagæ, flagra, vincula, carcer, & quæ his conuenientia ſunt conſequebantur. Cæterum vnius atque alterius exempli eius mentione facta, ſatis omnino erit quanta Macedonij feritas, eorumque qui cum eo viuere crudelitas fuerit & inhumanitas oſtendere. Quarundam enim fœminarum, quæ eius auerſabantur communionem, mammas arcis & ciſtis compreſſas auulſit. Erant quibus eaſdem corporis partes, nunc ouis ad ſummum igne teſtis, nunc ferro candenti adureret, &c.* Denique libro 1. cap. 9. inſigne martyrium quarundam virginum apud Heliopolim deſcribit, & aliorum quorūdam. Sed & Sozomenus locis ſuperiùs allegatis, allegat CASSIODORVS SENATOR lib 6 Hiſtoriæ Tripartitæ, cap 27.) ſub eodem Iuliano Cæſare Sacerdotes & Miniſtros Eccleſiæ pulſos narrat, templa prophanata & altaria ſuffoſa. Idem narrat & libro 6 capite 5. Iterum hæc replicat, & ſimilia ſacta, lib. 8. cap. 38. ſub tempore Athanaſij ab Arrianis, & alijs Eunomianis & cæteris hæreticis narrat, vbi multorum Monachorum & aliorum Chriſtianorum cædem deſcripſit. *Mirabitur* (inquit) *quilibet nobiſcum obſtupeſcens patientiam Domini, eo quod non repente vniuerſa concluſerit. Quæ enim nunquam facta ſunt, neq; per ſcripturas Patrum noſtrorum diebus audita, hæc ſuper ipſum altare committebant. Velut enim in ſcena turpi conſiſterent, puerum quendam naturam maſculi deuegantem, & vtentem veſte fœminea, iunctis oculis, & vultu ſerico colore depicto,* [illegible] *vt apud Prophetam ſcriptum eſt, idolum fœminei ſchematis ſuperagere, & manibus ſaltationem celebrare fecerunt videntes, nephandaſque mittentes voces. Qui rurſus hoc parum iudicantes, & præterita decora quam turpia magis exiſtimātes, quendam ex ſuis turpitudine notiſſimum, veſte genitalibuſque nudatum, in ſede ponentes Eccleſiæ, Concionatorem turpem contra Chriſtum impudenter aſſignauerunt. Pro ſacris enim verbis ille ſcelera proferebat, pro honeſtis laudabat luxuriam, pro pietate impietatem, pro cōtinentia fornicationem, & adulterium, maſculorum concubitum,* [illegible] *cibos, potum, vita hanc viliaproclamabat, &c.* Præterea EPISCOPI ÆGYPTII epiſtola miſſa ad Marcum I. Papam, pro accipiendis Nicenis Decretis. *In tantum* (inquiunt) *Arriani noſtra vaſtauerunt, vt nec libros, nec veſtimenta Eccleſiaſtica, aliaque ornamenta, aliqua, vtenſilia nobis dimitterent. Libros vero noſtros vſque ad minimum incendentes, nec tota relinquentes, propter veritatis fidem etiam Nicenam Synodum, qua modo clerus & populus imbuebatur, & maxime iam imbuti erant, in contumeliam noſtram & omnium Chriſtianorum incenderunt, &c.* Idem conqueruntur factum Patres Concilij SARDICENSIS epiſtola miſſa ad omnes Epiſcopos, quam reperies in hiſtoria Tripartita libro 4. cap. 24. ex THEODORETI CYRENSIS libro 2. cap. 8. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Lege ſi vacat. Præterea etiam ſub hoc eodem tempore BASILIVS MAGNVS oratione in Gordium Martyrem. *Adeò* (ait) *Diabolicis artibus hominum animi affecti tenebantur, vt velut in tenebris agentes ſeſe minime cognoſcerent. Præter hæc autem domus orationis prophanorum manibus vaſtabantur. Aræ ſanctiſſimæ euertebantur, nec erat oblatio vlla, nec thymiama. diuina res nullus iam erat locus amplius relictus, cuncta mæror ingens velut diffuſa caligo occupabat. Sacerdotum collegia fugabantur ſacer omnis conuentus cladem iuſtitiam expaueſcebat: Dæmones verò tripudiabant, & nidore ac ſanguine victimarum infecta cuncta dabant, &c.* IOANNES CHRYSOSTOMVS oratione in Iuuentinum & Maximum martyres tomo tertio, omninò eadem deſcribit patrata facinora altaria ſub uerſa, clauſas Eccleſias, ſacerdotes fugatos, fideles omnes in exilium actos, &c. Idem quoque epiſtola ad Innocentium primum, quam etiam citat Ioannes Nicephorus Calliſtus libro decimo tertio, capite decimo nono. *Quomodo* inquit Chryſoſtomus) *quæ ſic acta ſunt* (ſcilicet ab Arrianis & Macedonianis ſuo tempore) *& tragediam omnem longè ſuperant, explicem? Quæ oratio ea recenſeat? Quæ aures ſine horrore excipiant? Cùm enim nos ea quæ antea diximus, prætenderemus, militaris manus conſertim, ipſo magni Sabbathi die iam ad veſperam vergente, in Eccleſias irrumpens,* Theophilus ſcilicet Alexandrinus imperante Eudoxia Imperatrice *clerum omnem vna nobiſcum per vim eiecit, & armis Baptiſterium circumuallatum eſt, & mulieres eo tempore in ædibus ſacris*

propter

Athanaſius Alexandrinus.

Prædixit Antonius mala quæ [illegible] Eccleſiæ Dei illaturi erant, & vide ſi non ſimile quid in regno Franciæ viderit accidiſſe.

Nicephorus Calliſtus.

Socrates. Sozomenus Salaminus.

Macedonij crudelitas.

Inaudita Hæreticorum crudelitas.

Sozomenus Salaminus. Caſſiodorus Senator.

[illegible]

O indignum & inauditum ſcelus.

Epiſcopi Ægypti.

Hoc [illegible]

Concilium Sardicenſe

Theodoretus Cyrenſis.

Baſilius Magnus.

Hæc [illegible]

Ioannes Chryſoſtomus.

Semper in [illegible]

propter baptiſmum veſtibus depoſitis, nuda præ timore grauis eiuſmodi impreſſionis profugere, atque eis honeſtum ſuum habitum, quæ fœminas maximè decet ſumere, ſeque amicire permiſſum eſt. Multa verò vulneribus iam acceptis expulſa ſunt, lauacra ipſa ſanguine repleta, & ſacri latices purpureo ſanguinis colore infecti. Verùm ne in hoc quidem ærumna hæc conſiſtit, ſed vbi ſanctum repoſitum eſt, eo milites ingreſſi, quorum nonnulli ſicuti accepimus, Chriſtianis ſacris initiati non erant, pernitiem omnia perluſtrarunt, & ſanctiſſimus Chriſti ſanguis in tanto tumultu, in eorum qui dicti ſunt militum veſtimenta effuſus: omnia denique perinde atque in barbara captiuitate, per audaciam acta ſunt. Plebs ad ſolitudinem eiecta, & populus vniuerſus extra vrbem egi. Eccleſia in tanto die feſto vacua hominibus fuer., ac plures quam quadraginta Epiſcopi nobiſcum communicantes, vna cum populo & clero præter cauſam omnem pulſi ſunt, &c.

Vide quia aſſeruaba[illegible] in loco ſacro Eucharistiam in templo ſub tempore Chriſoſtomi, vt alias oſtendimus, interim eadem [illegible] noſtro ſuo patrata.

Lege reſiduum. Sic OPTATVS MILEVITANVS libro 6. contra Parmenianum Donatiſtam, narrat ſuo tempore à Donatiſtis ſimile in Africa patratum. *Quid eſt tam ſacrilegii (ait) quam altaria Dei (in quibus & vos aliquando obtuliſtis) frangere, radere, remouere, in quibus vota populi & membra Chriſti portata ſunt, quo Deus omnipotens inuocatus ſit, quo poſtulatus deſcendit ſpiritus ſanctus, vnde à multis pignus ſalutis æternæ, & tutela fidei, & ſpes reſurrectionis accepta eſt? Altaria (inquam) in quibus fraternitatis munera non iuſſit ſaluator poni, niſi quæ eſſent de pace condita: Depone (inquit) munus tuum ante altare, & redi primus, concorda cum fratre tuo, vt poſſit pro te ſacerdos offerre. * Quid enim eſt altare niſi ſedes, & corporis, & ſanguinis Chriſti? Quid vobis fecerat Deus, qui illic inuocari conſueuerat? Quid vos offenderat Chriſtus, cuius illic per certa momenta corpus & ſanguis habitat? Ergo & fregiſſe vos, & raſiſſe conſtat altaria. Quid eſt, quod in hac re ſubito veſter quaſi languere viſus eſt furor? Videmus enim vos poſtea mutaſſe conſilium, & altaria à vobis iam non frangi: ſed radi tantummodo, aut remoueri. Si hoc ſufficiebat, illa quæ prius facta ſunt, ex his indicatis, quia fieri minime debuerunt à vobis. Hoc tamen immane facinus geminatum eſt, * dum fregiſtis etiam calices Chriſti corporis portatores, quorum ſpecies reuocaſtis in maſſas, mercedem nefariis nundinis prouocantes, ad quam nec emptores eligere voluiſtis ſacrilegi, dum inconſideratè vendidiſtis. Paſſi etiam eſtis comburi manus veſtras, quibus ante nos eoſdem calices tractabatis. Eam rem iam paſſim vendidiſtis ære. Emerunt forſitam in vſus ſuos ſordida mulieres, emerunt Pagani ſactiles vaſa, in quibus incenderent idolis ſuis. O ſcelus nefarium! O facinus inauditum! Auferre Deo quod idolis præſtes, ſubducere Chriſto quod proficiat ſacrilegio, &c.* Hæc Optatus. Hinc HIERONYMVS STRIDONENSIS ad Heliodorum in Epitaphio Nepotiani. *Horret* (inquit) *animus temporum noſtrorum ruinas perſequi. Viginti & eo amplius anni ſunt, quod inter Conſtantinopolim & alpes Iulias, quotidie Romanus ſanguis effunditur, Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Theſſalonicam, Achaiam, Epiros, Dalmatiam, cunctaſque Pannonias, Gothus, Sarmata, Alanus, Hunni, Vandali, Marcomanni, vaſtant, trahunt, rapiunt. Quot matronæ, quot virgines Dei, & ingenua nobiliaque corpora, his beluis fuere ludibrio? capti Epiſcopi, interfecti presbyteri, & diuerſorum officia clericorum. Subuerſæ Eccleſiæ, ad altaria Chriſti ſtabulati equi, martyrum effoſſæ reliquiæ, & plurima mortis imago, &c.* Idem & libro 1. commentariorum in Hieremiam cap. 4 exponens illud aſcendit Leo de cubili ſuo & prædo gentium ſe leuauit, de hæreticorum perſecu-

Optatus Mileuitanus ſæpius hunc Fulgentius allegat. [illegible] te lector omnia hæc ob[illegible] quia omnino ſimilia noſtro tempore [illegible] non ſecus oculis fides vidimus.

O Caluinus quid ad hæc dicis?

Hic depone [illegible] Beza vt videas [illegible] Donatiſtarum [illegible] res.

Hieronymus Stridonenſis.

Hi omnes Arriani erant.

Nihil hic dicit qu[illegible] [illegible] tempore [illegible] ſcelerimus ac cidiſſe.

A tione & deuaſtatione Eccleſiarum exponit. PAVLVS OROSIVS libro 7. hiſtoriarum cap 33. de Valente imperatore Arriano. *Vale[illegible]* (inquit) *quatuor annis tenuit* Imper[illegible], cui ſoli cum impie ageret & potuiſſet [illegible], illic [illegible] effrenata libertatis audacia legem [illegible] Monachi, hoc eſt, Chriſtiani [illegible] Dei opus [illegible] ſecularium rerum multimodis actibus ſe redigunt ad militiam cogerentur [illegible] Ægypti [illegible] arenaſque d[illegible] propter [illegible] ſterilitatem periculoſiſſimamque ſerpentum abundantiam conuerſatio humana non [illegible] magna habitantium monachorum multitudo compleuerat. Huc tribuni & milites miſſi, qui ſanctos ac veros milites Dei, alio nomine perſecutionis abſtraherent, [illegible] fecerunt, ibi agmina multa*

B *ſanctorum. Quæ autem per diuerſas vbique prouincias, his ſimilibuſque [illegible] aduerſus Eccleſias Catholicas, & recta fidei populo geſta ſint, ſatis ſignificatum ipſa reticendi elictmae [illegible],* Idem eodem libro cap. 39 40. & 41. narrat varias tyrannorum & hæreticorum irruptiones in Eccleſiam Catholicam. Porrò POSSIDONIVS CALAMENSIS Epiſcopus, in vita Auguſtini ad calcem. *Ver[illegible]* (ait) *conſequenti tempore diuina voluntate & poteſtate prouenit, vt manu ingentis diuerſis telis armata & bellis exercitata immanium hoſtium Vandalorum & Alanorum, commixtam ſecum habentes Gothorum gentem, aliarumque diuerſarum gentium perſonas ex Hiſpaniæ*

C *partibus tranſmarinis, nauibus Aphricæ influxiſſet & irruiſſet, vniuerſaque per loca Mauritaniarum, etiam ad alias noſtras tranſiens prouincias [illegible] omnes, omni ſæuiens crudelitate & atrocitate, cuncta quæ [illegible] expoliatione, cædibuſque diuerſis & tormentis incendiis, aliiſque innumerabilibus, & infandis malis depopulata eſt: nulli ſexui, nulli parcens ætati, nec ipſis Dei ſacerdotibus & miniſtris, nec ipſis Eccleſiarum ornamentis, ſeu inſtrumentis, vel ædificiis. Et hanc feroceſſimam hoſtium graſſationem & vaſtationem, ille homo Dei & factam fuiſſe, & fieri non ita vt cæteri homines, ſentiebat & cogitabat. [illegible] enim ille homo Dei ciuitates pariter cum ædificiis, [illegible] vnique habitatores, alios hoſtili nece extinctos, alios effugatos atque diſperſos. Eccleſiis ſacer-*

D *dotibus ac miniſtris deſtitutas, virginéſque ſacras, & quoſque continentes vbique diſſipatos: & in his, alios defeciſſe tormentis, alios gladio interemptos eſſe, alios in captiuitate, perdita animi & corporis integritate ac fidei, malo more ac duro hoſtibus deſeruire. Cernebat etiam hymnos Dei & laudes de Eccleſiis deperiſſe, ædificia Eccleſiarum quam plurimis locis ignibus concremata eſſe, ſolennia quoque quæ Deo debentur de propriis locis defeciſſe, ſacrificia ac ſacramenta diuina vel non quæri, vel quærenti qui tradat non facile reperiri. In ipſas montium ſiluas & cauernas petrarum & ſpeluncas confugientes, vel ad quaſcunque munitiones, alios fuiſſe expugnatos & interfectos, alios neceſſariis ſuſtentaculis euolutos atque priuatos vt fame contabeſcerent, ipſoſque Eccleſiarum præpoſitos*

E *& clericos, qui forte Dei beneficio, vel eos non incurrerant, vel incurrentes euaſerant, rebus omnibus expoliatos atque nudatos, egentiſſimos mendicare, nec eis omnibus ad omnia quibus fulciendi eſſent ſubueniri poſſe, &c.* Lege reliquum ſi vacat. Deniq; circa hæc eadem tempora facta eſt perſecutio Chriſtianorum ſub Huneric. Vand. & Genſer. Arrian. quam deſcripſit VICT. VTIC. lib. 3. in 1. quorum ſic loquit. *Ab eorum (inquit) crematione nullus remanſit locus immunis. Præſertim in Eccleſiis, baſilicis, que, & cœmeteriis, & Monaſteriis ſceleratius ſæuiebant, & cum maioribus incendiis, domus orationis magis quam vrbes cunctaque oppida concremarent, vbi forte venerabilis aulæ clauſas repererunt portas, certatim ictibus dextralium aditum reſerabant, [illegible] tunc di[illegible] Quaſi in ſilua lignorum, ſecuribus conciderunt ianuas*

Paulus Oroſius a mortuis [illegible] fecit e[illegible] catholicos.

Valens cogit monachos militare [illegible] catholicis.

Poſſidonius Calamenſis.

Hi Arriani erant.

Et nunc quid cernimus? bone Deus [illegible] te contra illa priſca tempora [illegible] niſi crederis priùs dei [illegible] hiſce tam [illegible] huius temporis. Quis hæc fando temperet à lacrymis?

Victor Vticenſis Epiſcopus. Obſecro te non tibi [illegible] ſeculum noſtrum [illegible] primere?

ciues in ſedi ſuæ, &c. Quanti tunc ab eis præclari Pontifices & [illegible] Sacerdotes diuerſis pœnarum generibus [illegible], vt traderent, ſi quid auri vel argenti proprium vel Eccleſiaſticum haberent? Et dum hæc quæ erant vrgentibus pœnis faciliùs proderentur, iterum crudelibus tormentis oblatores vrgebant, autumantes quandam partem, non totum eſſe oblatum, & quanto plus dabant, tanto ampliùs quempiam habere credebant. Aliis palorum vectibus ora reſerantes, fœtidum cœnum ob confeſſionem pecuniæ faucibus ingerebant, nonnullos in frontibus & tibiis, neruis remugientibus, torquendo cruciabant, pleriſque aquam marinam, aliis acetum, amurcam, liquamenque, & alia multa atque crudelia, tanquam vtribus imbutis ori impoſitis, ſine miſericordia porrigebant. Non in tunc or ſexus, non conſideratio nobilitatis, non reuerentia ſacerdotalis, crudeles animos mitigabat: quin imo ibi exaggerabantur ira furoris, vbi honorem conſpexerant. Quantis ſacerdotibus quantiſque illuſtribus onera ingentia, vt camelis vel aliis generibus iumentorum impoſuerint, nequeo enarrare, & quos ſtimulis ferreis ad ambulandum vrgebant, quorum nonnulli ſub faſcibus miſerabiliter animas emiſerunt. Senilis maturitas atque veneranda canities, quæ Cæſariem capitis vt lanam candidam dealbarat, nullam ſibi ab hoſtibus miſericordiam vindicabat. Sed etiam paruulos ab vberibus rapiens maternis, barbarus furor inſontem infantiam elidebat ad terram: alij paruulum pedibus tenentes à natu proſus naturali vſque ad arcem capitis diſſipabant. In ædificiis nonnullis magnarum ædium vel domorum, vbi miniſterium ignis minùs valuerat, ictibus admodum deſpicatis pulchritudinem parietum ſolo æquabant, &c. Lege ſequentia, quia per totam hyſtoriam nihil aliud proſequitur. Hinc SYMEON METAPHRASTES, in vita S. Sabæ Abbatis ſcribit infeſtationem, quàm Iudæi & hæretici catholicis tunc temporis inferebant Sacerdotes (ait) & Monachi, qui virtutem ſequuntur à pueris, modeſtéque & ſilentio vitam tranſigere delegerunt, in conſpectu Iudæorum & quorumdam aliorum gentilium ab ipſa ſancta Syon, per medium ciuitatem turpiter trahantur, & intemperanter, & in prophana quadam loca expelluntur, &c. Idem in vita Athanaſij Epiſcopi eadem narrat quæ ſuperiùs ex Oroſio protulimus, de Valente Imperatore Arriano. Sed & EVAGRIVS EPIPHANIENSIS lib. 2 hyſtoriæ Eccleſiaſticæ capite 8. pulchrè deſcribit ſolenne eſſe & familiare omnibus hæreticis ſemper ſacra miſcere prophanis. & Dioſcori Alexandrini antiſtitis geſta deſcribens impia eius & flagitioſa in ſanctos viros acta perſtringit, & cædes quas procurauit, atque aras & templa quæ polluit. Huius rei poſtea NICEPHORVS CALLISTVS meminit libro 15 cap. 16 & LEO I. epiſt 73. quæ eſt ad Leonem Imperatorem, quem implorat Alexandrinæ Eccleſiæ ſuccurrere quæ à præfato Dioſcoro tota deuaſtata iacebat, & allegatur à Gratiano cauſa 1. quæſt. 1. cap. Manifeſtum Manifeſtum eſt (ait) per crudeliſſimam immaniſſimamque ſæuitiam omne illic cœleſtium ſacramentorum lumen extinctum, intercepta eſt ſacrificij oblatio, defecit chriſmatis ſanctificatio, & parricidalibus manibus impiorum omnia ſe ſubtraxere myſteria. Nec vllo modo ambigi poteſt quid de his decernendum ſit, qui poſt nefanda ſacrilegia, poſt ſanguinem probatiſſimi Sacerdotis (ſcilicet S. Proterij Alexandrini Epiſcopi, quem hæretici occiderunt in die cœna domini, vt alibi dictum eſt) effuſum concremati corporis cinerem in contumeliam aeris cœlique diſperſum, audent ſibi iura peruerſæ dignitatis expetere, & Apoſtolica doctrina muta-

Nihil hic narrat quod non cōſpeximus à crudeliſſimis hoſtibus patrari.

O furor inhumanus.

Simeon Metaphraſtes.

Euagrius Epiphanienſis.

Nicephorus Calliſtus.

Leo. 1.

Sic & in Gallia omne lumē cœleſtium ſacramentorum extinguitur.

labilem fidem ad concilia prouocare. Magnum ergo vobis eſt, vt diadematis veſtro, de manu domini etiam fidei addatur corona, & de hoſtibus Eccleſiæ triumphetis: quia ſi laudabile vobis eſt aduerſarum gentium arma conterere, quanta erit gloria ab inſaniſſimo tyranno Alexandrinam Eccleſiam, in cuius contritione omnium Chriſtianorum eſt iniuria, liberare? Quod verò & in ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum irreuerenter ſe ſemper geſſerint hæretici, infra patebit, & iam in dictione Euchariſtia, protulimus ex Optato Mileuitano lib. 2. contra Donatiſtas, vbi recenſens quod Donatiſtæ iuſſerunt Euchariſtiā canibus fundi ait. Non ſine ſigno diuini iudicij. Nam ijdem canes accenſi rabie, ipſos Dominos ſuos quaſi latrones ſancti corporis reos, dente vindice tāquam ignotos & inimicos laniauerunt, &c. Denique iam ſupra memoratus VICTOR VTICENSIS lib. 1. perſecutionis Affricæ 3. Arriani (inquit) tempore quo ſacramenta Dei populo porrigebantur, introeuntes maximo cum furore, corpus Chriſti & ſanguinem pauimento ſparſerunt, & illud pollutis pedibus conculcauerunt, &c. NICET. ACOMIN. magnus logotheta, libro 3 annalium. vbi regis Alexij geſta refert. Quid [illegible] primo (ait) quid ſecundo, quid tertio loco referam ex hiſque nefarij iſti viri perpetrauerunt. Heu ignominioſam adorandarum imaginum conculcationem. Heu reliquiarum ſanctorum Martyrum in fœda loca abiectionem. Quod [illegible] vel auditu horrendum eſt, id tumeras cernere, vt diuinus ſanguis & corpus Chriſti humi funderetur & abiiceretur, &c. Repete quæ tam ſuperiùs propoſuimus, tam ex Chriſoſtomo, quàm ex aliis, & ex Leone 1. de impio Dioſcoro. Porrò EPIS. ÆGYPT. epiſt ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinop. contra Impij & execrandi Timothei Aeluri Epiſcopi Alex auſus nefarios dicunt inter cætera, illum impium ſanctiſſimas Eccleſias (ſic enim loquuntur) in Ægypto poſitas, earumque orthodoxos paſtores, & cùm diſciplina Chriſti ouilia gubernantes, expuliſſe ab Eccleſiis eum ſacerdotibus ſuis: venerabilia verò monaſteria, & quæ olim fide orthodoxa claruerunt, iuuenum virginumque ſubuertiſſe, vt penè omnes Ægyptiacæ Eccleſiæ vnà cùm monaſteriis propter prædictas cauſas & perſecutiones, à Timotheo factas, in calamitate ſint poſitæ. Addunt & ſubſequenter de ſanctiſſimo viro Proterio Alexandrinu Epiſcopo Conc. Chalced. electo, qui ab eo & à ſuis complicibus occiſus eſt. Cuius reliquias membratim inciſas in pompa deducentes per vrbem (Hoc ex Leone 1. ſupra etiam claruit) non reſpuerunt carnes eius & internorum viſcera ſancta guſtare, ignique tradentes reliquū eius corpus ventis etiā cinerem diſpergebant, omnem beſtiarum tranſcedentes ferocitatem. Non ſenectutem, non canos, non pontificatum, mediatorem Dei & hominum, non tempus ſacrum Paſchæ erubeſcentes (nam occiſus eſt in die cœnæ domini) quo tempore dæmones ſalutari paſſione perterriti conquieſcūt. Et paucis interiectis, etiā illi Epiſcopi Egyptij in eadem epiſt addunt quemadmodū hæretici illi Pontificales ſedes in quibus reſidere ſolitus erat Proterius, poſtquā fregerunt, igni cōbuſſerūt, & aqua marina, venerabilia ſanctaque altaria in ſanctis Eccleſiis, vbi ædificata ſunt atque dicata, diluerūt. Hæc omnia cōfirmāt facti E[illegible] EVROPAE. epiſt. miſſa ad Leonem Imperatorem 1. de fide ſua, de ſanctiſſimo eodem Proterio loquentes: Idem & E[illegible] II. PHOEN. LIBANENSIS epiſt. ad eundem. Hæ epiſtolæ inſeruntur ad calcem Concilij generalis Chalcedonenſis. Idem & patres Concilij CYZICI Me-

Euchariſtia ſe[illegible] quā irreuerenter ſemper tracta[illegible] hæ[illegible] vide & attende quæ hodie fiunt.

Victor Vticenſis.

N[illegible] Acuminatus.

O quam [illegible] noſtra deplo[illegible]

Epiſcopi Aegypti.

Hæc quoque vidimus [illegible]

Monaſteriorū demolitores.

Cædes Pro[illegible]

Re[illegible] diſperſores

O crudeles animus.

Dæmones ſacramenta [illegible] contra [illegible] hæretici polluut

H[illegible] dilig[illegible] c[illegible] etas [illegible] culi [illegible]

C[illegible] Cyzicum

tropolis

tropolis Helleſpontinæ regionis, epiſtola ad eundem Principem miſſa, quæ legitur in eodem loco. Ibidem eſt epiſtola EPISCOPORVM II. ARMENIAE ad eundem Principem, de eodem impio Timotheo Æluro loquens. *Non* (aiunt) *dignus eſt vocari Chriſtianus, quando cruentis manibus venerabilia myſteria non dubitauit impia præſumptione contingere, & poſt damnationem illam operari, quæ eum, neque alios agentes ſanctorum patrum regula videre permittunt.* Hæc omnia facinora præſumpſiſſe affirmant, vt effugeret homicidij adulterijque ſupplicia: quia illic in ipſis principiis, contra homicidas excommunicationis pœna lata erat. Certiſſimum quoque eſt plures ad Caluiniſmum tranſire, vt effugiant pro ſceleribus meritam damnationis & ſupplicij pœnam, quàm meruerant, & ſine dubio iuſtè incurrerent ſi permanſiſſent in religione Christiana, tanquam iuſtitiæ ſoluentes debitum. Illic verò vbi nullus eſt ordo neque ſtatus, omnia etiam nequiſſima licent, & prætextu religionis nouæ, condonantur ſcelera. Porrò quæ ſuperiùs memorata ſunt, iterum confirmant EPISCOPI HELLESPONTI Prouinciæ, ad eundem Leonem I. Imperatorem. *Temporibus* (aiunt) *Chriſtianis & veſtris, à Chriſtianis quoque talia in ſacerdote proprio committuntur, quæ à ſeculo facta, nec quilibet ſermo hæc retuliſſe cognoſcitur, &c.* Idem repetunt EPISCOPI I. GALATIAE, epiſtola ad eundem Leonem Imperatorem. Inde colligimus, quam acerba erat & immanis hæreticorum furentium veſania, quàm cruentus furor, dum omnes illi patres de omnibus mundi partibus, ſic exaggerabant nefarium ſcelus illius impij Thimothæi hæretici, & eorum qui ei adhærebant, de quibus aliis multis in locis dictum eſt. Hinc etiam GELASIVS I. deflet ſui ſeculi tempeſtatem & hæreticorum crudelitatem, & præcipuè ſtatum Orientalis Eccleſiæ, epiſtola miſſa ad Epiſcopos Orientales. In illis partibus enim electis catholicis Epiſcopis ab Acacio Epiſcopo Conſtantinopolitano Petro Alexandrino & Petro Antiocheno, atque aliis Epiſcopis hæreticis, in eorum locum ſuffecti ſunt rabidi canes gregem domini diſcerpentes, & contra ſtatuta patrum facientes, Apoſtolicæ ſedi reuerentiam negantes: imo & eam excommunicatam habentes, & omnia præſumentes quæ illi ſoli ſedi reſeruantur. Vide ſupra in vocabulo, Epiſcopus, Triuialis, & Epiſcopus iniuſtè pulſus, &c. & infra, Romana Eccleſia, &c. Sic & SYMMACHO I. electo, vt teſtantur qui eius vitam ſcripſerunt, propter eius electionem quidam hæretici & ſicarij infinitas in vrbe cædes & incendia perpetrarunt. Hinc quoque MONACHI PALESTINI II. SYRIAE montis Sinai, in libello quem miſerunt ad Mennam Epiſcopum Conſtantinopolitanum, & reliquos Patres ſacri Concilij generalis 5. ſub Iuſtiniano magno, vt habetur actione 1. eiuſdem Concilij, contra Anthimum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, Seuerum Epiſcopum Apamæarum, Petrum Epiſcopum Antiochenum, & Zoaram Epiſcopum Syrum, hæreticos: narrant quæ præfati hæretici flagitia & ſceleta, & quæ præcipuè in Eccleſias & Chriſti miniſtros commiſerint. *Quid* (inquiunt) *dicemus ad ſanctorum digitos confractos, quibus altaria circumdabant, & ad ipſa veluti ad locum aliquem intemeratum confugiebant propter prædictorum homicidia, vnde extracti à viris homicidis, violentæ mortis traditi ſunt, & in ipſis locis venerabilibus ab ipſa in-*

humanitate & crudelitate ordinati, non valentes diſcernere ſanctum locum à prophano. Tacemus & ſuffocatricis manus impoſitiones ipſorum prophani & falſi ſacerdotis. Tacemus & carceres, & vincula, ac aduerſus venerabilia monaſteria die noctuque latrocinia, inſidias, ac rapinas in ipſis, ac deuotorum violentas iugulationes. Tacemus & inſidias in viis contra ſanctos factas, & ipſorum ſanguinis innocentis aſperſionem, qui de inſidiis ſurgentes irruebant repentè in eos, & eorum caniciem non veriti, opus gladij in ipſos fecerunt, circa trecentos quinquaginta numero exiſtentes, eorumque membra in ſtrata diſperſerunt, non tradentes ſepulturæ illorum venerabiles reliquias, neque ipſorum tuguriis parcentes ob cauſam fidelis populi. Et paulò pòſt. *Inſuper etiam & intrantes domos, captiuas ducebant animas hominum & mulierum non firmatas: & non ſolum ſecundum animas, verumetiam & corporaliter ipſas corrumpebant, in foueam impietatis & luxus immergentes. Et Petrus quidem omni turpi ac ſceleſto conatu ſeipſum immittere non recuſat, Deum habens ventrem, ac luxuriam ſequentem ipſum, & gloriam in confuſione ſua, & in alto ac graniter incedens, in publicum prodit, publicans omnibus ſuam impudentiam, & his qui ſequuntur, & qui præcedunt, omnes inſequentes contendens, omnibus ſeipſum potentem oſtentare per hoc vult. Conticemus & ſuſtinemus, videntes prædictos hæreticos ita turpiter & impudenter, ac cum omni audacia conuerſantes, ſuper quos dolentes, non reſpiramus ab Apoſtolo præmoniti, quoniam maligni & venefici homines, ſunt in pœnis incedentes, decipientes & errantes.* His igitur præfatis Monachis Paleſtinis, HORMISDA I. ſcripſit epiſtolam, cohortans eos ad tolerantiam paſſionum ſub his hæreticis, & quam duximus recenſendam in vocabulo, Martyrium lætis animis ſubeundum, &c. Eadem omnino recenſent EPISCOPI II. SYRIAE, epiſt. miſſa ad eoſdem patres Concilij generalis 5. contra prædictos Seuerum, & Petrum Epiſcopos hæreticos, quæ habetur actione 1. eiuſdem Concilij. Similiter & CLERICI ANTIOCHENI, contra eundem Seuerum Epiſcopum ſuum, eadem repetunt epiſt. miſſa ad Ioannem Conſtantinop. Epiſcopum, quæ eadem actione generalis 5. Concilij inſeritur. Inter cætera autem quæ illi hæretico ſuo Epiſcopo obiiciunt & accuſant, eum taxant quòd Concilia aſpernaretur. Imagines, quæ quid diuini myſterij repræſentabant (ſic enim loquuntur) abſtulerit. Sed & accuſatur, quòd nec ſacris vaſis parcens ea conflauerit, & hæreticis ſuis ſimilibus diſpertiri fecerit, & præſumpſerit columbas aureas & argenteas in formam Spiritus ſancti, ſuper diuina lauacra & altaria appenſas, vnà cùm aliis ſibi appropriauerit dicens, non oportere in ſpecie columbæ Spiritum ſanctum nominare. Denique accuſatur, quòd vſuris ſuis Eccleſiam obruerit, domos eiuſdem Eccleſiæ, & quæcunque in fundis habebat exportans & expendens, reliquum quod proſequutur poſuimus ſuperiùs. Præterea & EPIPH. TYR. Epiſcopus, & omnes eius coepiſcopi, ſcribentes ad præfatum Concil. generale 5. actione 1. loquuntur de quodam Ioanne Paramonario ſocio eiuſdem Seueri, quem ſe anathematizaſſe profitentur, cùm inuenerunt ipſum in hypocriſi & dolo monſtraſſe, & diuinæ communioni participaſſe. *Hic ergo* (aiunt) *præerat venerabili domui ſanctæ & glorioſæ Dei genitricis ſemper virginis Mariæ, quæ iacet in clara Metropoli Tyriorum, qui communiſter nobis exiſtens, & clanculum cum ſchiſmaticis immediatè diſputans, ſponte encurrit ad Antiochenam Eccleſiam, & cum Seuero impio ſe coniunxit, recedens ab*

Epiſcopi 2. Armeniæ.

Quod multi conuertuntur ad hæreſim facit aliquando vt impia ſcelera propterque pœnam meruerant redimant & impunè viuant.

Epiſcopi Helleſponti prouinciæ.

Epiſcopi I. Galatiæ.

Gelaſius I.

Miſerandus Orientalis Eccleſiæ ſtatus.

Hæretici denegant reuerentiam ſedi Romanæ.

Monachi Paleſtini 2. Syriæ.

Vide ſeditiones ... operâ ... & eorundẽ nefaria piacula in Sanctos & ...

Vide hæreticorum frontem meretriciam & impudentem veſaniam.

Hormiſda I.

Epiſcopi 2. Syriæ.

Clerici Antiocheni.

Vide ſi non ſimile faciat Caluiniſtæ.

Sic nimirum ... noſtri.

Epiphanius Tyrius.

orthodoxa Eccleſia fide: & illi communicauit circa deuotiacum eius ſenſum, & anathematizationem aduerſus ſanctos patres noſtros, & illum tuetur. Adde & hoc quod reuertens ad Eccleſiam Tyriorum, tradidit Schiſmaticis deuotam domum Dei genitricis, conſtitutam ab illis de ciuitate, & Eccleſiam ac Synagogas in ipſa: & parabapiſmata facere auſus eſt, & dare hoc ſemen magna turbationis fideliſſimo populo ciuitatis, cum videret id, quod nullo tempore factum eſt, apparere ſcilicet, proceſſiones ex duobus locis, Neophitis ad inuicem contrariantibus, bellaque ac tumultus parantibus aduerſus ſanctam Eccleſiam noſtram, & fideliſſimum populum ciuitatis: quarum rerum teſtimonium ſunt ea qua in loco medio facta ſunt. Inter qua & venerabilis Crux lapidata eſt ab his qui cum ipſo idificant in prædicto oratorio Dei genitricis, & quidam de multitudine Chriſtianorum & venerabilium clericorum flagellati fuerunt. Contigit autem & me (Epiphanius ait) *Tyriorum Epiſcopum vſque ad mortem periclitari: propter quod ipſe cum his qui ſibi aſſentiunt, mortis feras inſidias parabat, &c. Poſt lectionem eius epiſtolæ Epiphanij, ab vniuerſis patribus acclamatum eſt. Anathematizetur in ſeculum, qui crucem, & ſanctam Dei genitricem vilipendit. Anathema ſchiſmaticis: eos qui contra crucem pugnauerunt, nullus recipiat, &c.* Vide ſupra, Crux, &c. Simile omninò referunt & Clerici Apamaei epiſt. ad prædictum Concilium generale 5. quæ ibidem lecta eſt actione 1. contra Petrum ſuum Epiſcopum hæreticum. *Cum eſſet* (aiunt) *hæreticus deleuit de ſacris Diphtycis ſanctorum patrum nomina, qui honeſtè ac ſanctè vixerunt, & qui venerabilia ac veneranda templa omnia coli locauerunt, & donauerunt ſacra vaſa diuinis miſsis & ſine ſcandalis diſpenſauerunt militias Eccleſiarum. Quod autem peius eſt omnibus, cum huiuſmodi impietatis ſcelera parua valde putauerit, non ſolum prædictas ſalutationes deleuit, verum etiam ſupra commemorationem bonarum animarum illorum, poſuit in pariete, & depinxit, ac ſcripſit ſcriptura intus Dioſcorum, Timotheum, condemnatos hæreticos,* (quorum ſupra mentionem fecimus) *& his ſimiles, quorum memoria quam difficilis eſt, licet graue ſit aliquid dicere contra mortuos* Voces eius blaſphemas contra Chriſtum crucifixum, & ſacra altaria ibidem recenſentur. *Inſuper & impudicas mulieres iuxta ſacrum fontem ſtare fecit, & in ſacra monaſteria eiectis monachis meretrices & ſaltatrices introduxit, confabulans & ſe miſcens cum Maria quadam, nec dum ſacri baptiſmatis vnda ſignata.* Propter hæc & alia multa perpetrata facinora, à ſancta ſynodo 5. generali præfatus hæreticus Petrus Apamæus depoſitus, & anathemate notatus eſt & ſpecialiter ibidem legitur, quòd ad ignem ſit condemnatus. Vide & infra vnde & in Concilio Hierosolymit. ſub Petro eiuſdem ſedis Epiſcopo & præſidente, lecta eſt epiſt. Monachorum II. Syriae, Montis Synaï & aliorum, ad Iuſtinum Imperatorem contra præfatos hæreticos, vbi præfacta replicantur ſcelera patrata ab Anthimo Conſtantinopolitano Epiſcopo, quem Agapetus 1. depoſuit, vt alibi diximus. Lecta eſt eorumdem epiſtola ad præfatum Agapetum, vbi adhuc omnia rememorant, vbi & notant etiam alium nec dum nominatum nomine Iſaac Perſam, qui prædictis hæreticis adhæſit, & Imagines confringebat. Lege in vocabulo Imaginum euerſores, &c. Illic enim etiam quædam de Iconoclaſtis reſeruata ſunt dicenda, &c. vide etiam, Miſſæ Oſores hæretici, ex Martini I. vita. Porrò quod ſemper hæretici Romanam perſecuti ſint Eccleſiam, abundè docet Gelasius I. in commonitorio ad fauſtum magiſtrum legatum Conſtantinopolitanum *Non miram* (ait) *ſi hæretici ſedem beati Apoſtoli Petri blaſphemare præſumunt, qui talia peruerſa vel corde gerunt, vel ore diffundunt, & non inſuper ſuperbos eſſe pronunciant, & cum eis prima ſedes quidquid eſt pietatis non deſiſtat, offerre, illi eam ſuo proteruo ſpiritu ſubiugare ſe poſſe confidant. Sed captos mente iſta facere non mirum eſt, ſic phrenetici ſolent medicantes quoſque, velut hoſtes putare vel cadere.* Contra eoſdem Hæreticos inuehit Ennodius Diaconus in Apologetico pro cauſa Symmachi 1. vbi Petrum Apoſtolum introducit loquentem, & conquerentem Eccleſiam Romanam velle hæreticos diſcindere, quàm tanto ſudore conquiſierit. *Poſſeſsionis* (inquit) *meæ* (*o Hæretici*) *vt video claritas mouit inuidiam, quam ſimulata, vt mali poſſeſſoris indignatione transfertis, dum deſudatis impendiis. Arcem qua fuiſtis conſpicui crebris labefactatam ictibus, niſi obſiſterem, propoſuiſtis ſubruere, & cælo ſtabilitam machinam, quanta ſit oſtendere per ruinam. Nolite præſtolari de clade veſtra victoriam, nolite triumphum ſuperando perdere meis laboribus, meo ſudore quæſitum. Quidquid ad triumphum ducit, obtinui: quidquid vos illuſtres faceret, in ſede congeſsi. Vobis tribuit claritatem fax iſta, quam viperino liquore putatis extingui. In perniciem propriam accenditur, qui ſic ſeuit in gratia ſua germina vt plantas abſcindat, & liberior iracundia, plus quam alios laceſſit authorem. Quid auribus imperialis illuditis, & grauiorem vindictæ ſpeciem facitis eſſe quam culpæ? Si odium debetis exceſsibus vos mundate. Cur liberius condemnatis ſcelera, quam vincitis? Sit impugnator eſt qui fornicationis officiis vrges adulteria, & per animarum ſtupra, carnis accuſas, ſcriptum nempe retinetis: maledicti omnes qui fornicantur abs te. fœda ergo à nitore Domini ſui obligatione diſſoluitur, qui ſtatutis cæleſtibus minus mera fides dependit officia.* (Et poſt pauca.) *Quid hanc animimini interrumpere quietem? quid ludere vanis intentionibus fœlicitatem? Excuſationem non habet furor iſte, quam creditis, non intereſt quibus itineribus ad mundi principem currat, qui a ſancta vnitate diſcordat, & pingues hoſtias litat diabolo qui contriſtat Eccleſiam. Vanas ergo repudiate tendiculas, ſimplicem habet defenſionem pacis affectus. Minus armatus eſt, qui illa quæ aduerſarius concordiæ miniſtrat, tela contemnit. Sufficit contra omnia ſæcula iurgiorum, fides nuda oppoſita, &c.* Et poſt Ennodius ipſe author loquitur. *Refero* (inquit) *mundi caput Romam per veſtras intruſiones eſſe proſtratam, & nutricem Pontificij cathedram quaſi vltimum videre ſedile deſpectam.* Cuius vocem beatus Apoſtolus Paulus excepit, & illa qua ſemper vſus eſt eloquij intonuit libertate, & poſt quam polito certè ſtylo vrbis elegantiam, nitorem, & decorem à Chriſtianitate recepta prædicauit, ait. *Redite ad amicam cæcitatem. nobis ſerenam ac diurnam lucem relinquite, &c.* Denique omnes illi præfati hæretici quos ſupra memorauimus ideo tam in Concilio Chalcedonensi, vt Dioſcorus, quàm in Constantinopolitano II. generali quinto, vt Petrus Apameus Seuerus, &c damnati ſunt, eo quòd & Romanam Eccleſiam ſpreuerant, & Eccleſias diruerant. Idem oſtendit Nicolaus I. epiſt. ad Michaelem Imperatorem, qui totis viribus perſecutus eſt Eccleſiam, vbi ei ingerit ante oculos quanta infœlicitas illos manet qui eam ante cum perſecuti ſint, quanta verò fœlicitas illos manet qui ei

ſuffragium

Margin notes:

Sic Beza feciſſe memoratur.

Proceſſionum antiquus mos.

Sic omnino & hoc tempore.

Hæc audi hæc percipe.

Clerici Apamei

Etiam hic hæreticus non vſque adeo inſaniit vt Caluinus, non imagines ſculpsit, verum quales?

O virum ſceleſtum & omni nequitia repletum.

Hæretici comburi debent vt hic fuit exuſtus

Concilium Hieroſolymitanum ſub Petro Patriarcha Monachi 2. Syriæ

Martinus 1.

Hæretici ſemper Eccleſiæ Romanæ infeſti.

Gelaſius 1.

Ennodius, Diaconus ... Ticinenſis Epiſcopus.

Querimonia Petri Apo... Hæreticos.

Calumnia

Pſal. 72.

Ora te Caluiniſtæ hæc retine

Ita eſt hodie.

Nicolaus 1.

ſuffragium impenderunt. Hæc repoſuimus in vocabulis, Papa, Imperator, &c Similiter & Leo IX. Michaelem Epiſcopum Conſtantinopolitanum eidem infeſtum Eccleſiæ corripit, comparans eum omnibus hæreticis, qui inueterato odio in Romanam Eccleſiam exarſerunt. Hoc Leo X. monſtrat in bulla contra errores Lutheri, & Adrianvs VI. epiſtola ad Fredericum Saxoniæ ducem, qui Luthero fauebat, vt de his ſuis locis dicetur. Sed vt ad propoſitum redeamus, ſic prædictus Leo IX. ad prædictum Michaelem Epiſcopum Conſtantinopolitanum ſcribens, qui more hæreticorum rabie hæretica & faſtu ſuperbo Romanam infeſtabat Eccleſiam, epiſtola a. in ordine quidem 5. ſic loquitur. *Romana Eccleſia adeo non eſt ſola, vel ſicut tu putas vna, vt in toto orbe terrarum quæcunque natio diſſentit ſuperbè ab ea, non ſit iam dicenda vel habenda Eccleſia aliqua, ſed omnino nulla: quin potiùs conciliabulum hæreticorum, aut conuenticulum ſchiſmaticorum, & Synagoga Sathana. Ceſſent ergo hereſes & ſchiſmata, & diligentibus legem Dei iam non erit ſcandalum, ſed pax multa. Quicunque gloriatur Chriſtiano nomine, ceſſet Romanam ſanctam & Apoſtolicam Eccleſiam maledicere & laceſſere: quia fruſtra patrem familias honorat, quiſquis eius vxorem exhonorat, & fruſtra matris-familias caput & faciem magnificat, qui minimos filiorum eius impugnans tanquam digitos pedum illius conculcat.* Legitur Henricvm IV. Imperatorem in Concilio habito Vormatiae, Sigifredo Archiepiſcopo Moguntino procurante, omnibus interdixiſſe, ne vlla in re Pontifici Romano obtemperarent. Ideo Imperator autem & Sigifredus, & omnes eius complices anathemate ſunt notati à Gregorio VII. & priuatus eſt Henricus omni regia adminiſtratione Platina Cremonensis recenſet in vita Gregorij 7. qui tamen poſtea abſolutus eſt, cum ſe humiliter ſummi Pontificis pedibus proſtrauiſſet. Porrò Avgvstinvs Stenchvs Evgvbinvs Epiſcopus expoſitione in Deuteronomium capite 11. *Quid enim aliud (ait) hæretici ſunt ac ſchiſmatici, quam Dathan & Abiron? vt enim hi ſub prætextu pietatis, dominandi libidine ac ambitionis æſtu exagitati, ei principatum adimere conabantur, quem ſuſſet à Deo traditus: ita hi ſanctæ Eccleſiæ Dei corpus disiungere enituntur, dum caput eius a ſummo Deo conſtitutum imminuere, lacerare, dedecorare impiis maledictis non ceſſant. Neque aliud ab his fit in ſummum illud caput, quam ab Dathan & Abyron in Moyſen tentatum eſt. Genus hominum miſerabiliſſimum ac pernicioſiſſimum, qui, ſub prætextu noſtrarū corrigendarum improbatum, infinitam attulere malorum ſyluam per vniuerſum terrarum orbem, peſſimos diſſeminauerunt errores, adeoque proceſſit audacia & gigantina immanitas, vt eis nec cælum iam ſufficiat, in quo ſua ſceleratiſſima linguæ virulentæ maut, ore impiiſſimo blaſphement, dilacerent, dum eius incolas tantis probris ac mendaciis dehoneſtant. Sed videbis omne humanum genus eorum interitum, & ſempiterna obliuione eos ſepeliendos miſerrimo hiatu patefactæ abſorbuiſſe cognoſces.* Et hęc quidem quantum ad perſecutores Romanæ Eccleſię attinet dicta ſint, cætera proſequamur quæ cœpimus. Itaque Concilium Nicaenvm II generale, actione 6. tomo 6. confutationis erroneæ & illegitimæ Synodi Conſtantinopolitanæ, quam falſo vocabant generalem 7. contra S. Imagines, proponit omnibus miſerandum horrendumque ſtatum iſtius ſeculi, deſolationem & hoſtilia acta hæreticorum in Imagines, & Dei templa, & in eos qui veritatis erant aſſertores Poſtquam ergo in eo conciliabulo ſacrilegum exiit decretum, vt eius imagines venerarentur conſtitutionibus imperialibus ſubiiceretur, ex hac voce per omnem terrarum orbem multa & varia deſignata ſunt *Quis unam antè crudelitatem* (ait) *& ipſi principes, duces, & falſi Epiſcopi exercuerunt. Sed quænam lingua calamitatem iſtam poterit exprimere. Nam quos terrores, perſecutiones, per omnes ciuitates, cuſtodia, monachorum flagellationes, carceres multis his annis extitere? Taceo pedicas, cathenis ligatos pedes, ſacrorum vaſorum ablationem librorum exuſtionem ſanctorum templorum prophanationes. Sanctorum Monaſteriorum prophanas in mandana hoſpitia & habitacula tranſlationes* (hoc non licere vide, monaſterium, &c) *quod ſcilicet in his pietatis & religionis ſtudioſi habitarent, poſt raptum ſubſtantia & bonorum, tranſmigrationes in barbaras nationes exiſtimantium ſe poſſe Apoſtolicè meliorem vitam inter gentes, quàm apud ſuos ducere, Et quod omnium grauiſſimum eſt, in hunc vſque diem prophanatio iſta monaſteriorum apud quoſdam adhuc manet, & pro ſacris hymnis & voce lætitia in tabernacula iuſtorum, cantica meretricia & Sathanica melodia audiuntur: & pro geniculationibus, ſaltationes theatrales celebrantur. His adde pericula, iurbationes, vexationes, verbera, pœnas, oculorum extricationes, narium amputationes, linguarum abciſſiones, inhoneſtas fugas, & exilia piorum, qui per omnia terrarum diſperſi ſunt, ſanctarum facierum adustiones, barbæ vellicationes, aduſtioneſque, virginum poſtquam Chriſto dedicata fuerant impias & violentas nuptias, & quod vehementiſſimum eſt, malorum cædes. Hi ſunt fructus horum hominum, qui contra veritatem inſurgunt: hæc vera inſania, & non iudicium verum, inſpexit hæc Deus, & ex omnibus malis liberauit Eccleſiam ſuam, &c.* Hæc patres præfati concilij recenſent: quæ etiam repetit Tharasivs Constantinop. Epiſcopus epiſt. miſſa ad Conſtantinum Imperatorem & Irenem matrem eius, quæ eſt actione 7. eiuſdem Synodi, eſt & ibidem eadem rememorans epiſt. 2. eorumdem patrum, quam miſerunt ad omnes ſacerdotes & clericos Eccleſiarū. Porrò patres Conc. Mogvnt. II. in præfatione, Ludouicum Imperatorem ſtimulant contra tales hæreticos, qui templa & Eccleſias deuaſtabant. *Eis* (aiunt) *qui per cupiditatem terrenam violant locum ſanctum, non eſt iniquum inſolentibus & ſe corrigere nolentibus inferre iudicium, vt ſentiant correpti, quod ante noluerunt ſentire leniter admoniti.* Vide in ſequentibus de animaduerſione hæreticorum Porrò contra eoſdem Concil. Aqvisgran. III. libris tribus agit, vt iam meminimus, in vocabulo. facultates Eccleſiæ non diripiendæ, &c. Denique Concil. Pistense memorat cap. 1. horrenda hæreticorum flagitia eorum ſceleratis auſibus patrata *Eccleſia* (inquit) *& villæ incenſæ ſunt, ſanctorum & protectorum noſtrorum corpora de ſepulchris ſua requiſitionis effuſa ſunt, vota fideliū & precia peccatorū, quæ ſacris locis collocata fuerant, propter peccata noſtra exportata ſunt, &c.* Prætereà Nicol. I. iam ſuperiùs memoratus, epiſt. ad Frontarium Archiepiſcopum Burdegalenſem, allegat Gratianus cauſa 12 q. 2. cap. de viro. Cuiuſdam hæretici meminit nomine Burgandi. qui cùm ſuis complicibus, nefarias inuaſiones & depredationes violentas inferre Eccleſiis præſumpſit, & ſacrum altare, ſacraque dominici corporis & ſanguinis vaſa, inſuper & ſanctum Chriſma pollutis arripere manibus, quaſi vilia & ad communem vſum apta,

Leo 9.

Leo 10.

Adrianus 6.

Leonis noni egregia in hæreticum inuectiua, qua eum à temeraria in Eccleſiam audacia cœpta reuocat.

Elegans ſimilitudo.

Henricus 4. Imperat.
Concilium Vormaticenſe.

Gregorius 7.

Platina Cremonenſis.

Auguſtinus Stenchus Eugubinus Epiſcopus.

Aniſi Beza, cauſa re tangit, & materia.

Concilium Nicænum 2. generale.

Parum hæc ſaci, ſi adſices à nunc ſuit ſpectam rerum geratur.

Conſidera attentè quæ recitum pridentia narrare videtur, quã prætenta, ita enim omnes hæretici in nequitiæ operibus ſimulantur.

Hi ſunt Caluiniſtarum hodiè ut dici ſoleat tus.

Tharaſius Conſtantinopolitanus Epiſcopus.

Concilium Moguntinum 2. ſub Rabano.

Concilium Aquiſgranen. 3.

Concilium in loco qui dicitur Piſtis celebratum a proceribus Francia anno 863

Nicolaus 1.

Hic ergo fuit Caluiniſtarum doctor.

Nec iam ſæpius facti tantum in ſuperiorbus oſtendimus.

auſus eſt, de huius autem pœnitentia & ſuorum, ſi reſipiſcere voluerint, præſcribens præfato Pontifici qualiter eos ad communionem recipere debeat, ita dicit. *Vno anno extra Eccleſiam ſint: Secundo anno ante fores Eccleſiæ maneant ſine communione: Tertio anno in Eccleſiam ingrediantur, non communicantes, niſi in die natiuitatis & reſurrectionis. Quarto præterea anno communioni fidelium reſtituantur, iurantes prius ſe nunquam talia facturos, & vſque ad 7. annũ ter in hebdomada ab eſu carnium, & vini adoptatione pœnitentes abſtineant.* Vide inf. Hæretici conuerſ. &c. & in vocabulo, monaſteriorũ demolitores, &c. Denique in Concilio LATERANENSI ſub Alexandro 3. parte 1. cap. 27 fit mentio quorundam hæreticorum, qui ſuo eo tempore in Chriſtianos horrendam cædem exercebant vt nec Eccleſiis nec monaſteriis parcerent, nec viduis pupillis, ſenibus, aut pueris, nec ætati, nec ſexui, more paganorum cuncta perdentes & vaſtantes vnde ibidem conſtitutum eſt vt abiurati & excommunicati remanerent, & vindicta corporali coercerentur, & omnes qui eos recepiſſent vel fouiſſent, vt infra dicetur. Præterea nouiſſimè in lucem emiſſa eſt HISTORIA ALBIGENSIUM, quæ eorumdem depingit & continet immania ſcelera, & flagitia, & piacula in ſancta & in ſanctos patrata, quam non credimus expediens huc inſerere, quia eſt diffuſior, oro nihilominus lectorem, vt ſaltem eiuſdem hyſtoriæ capita 64. 65. & 66 perlegat, quibus omnis turpitudo irreuerentia, & ſeuitia atque crudelitas illorum hæreticorum depingitur, in ſanctas imagines, in veneranda altaria, in ſacerdotes Domini, in ſacramenta Eccleſiæ, &c. Credo quod nec talia vel ipſi Turci & Ethnici auderent perpetrare. Inde colligimus, quia ſemper, vt propoſuimus initio demonſtrare, hæreticis proprium fuit odiſſe Eccleſiam & ſanctos perſequi, & miſcere ſacra prophanis, ſicut & noſtris ſeculis impleſſe teſtamur pro proprio lumine iniqua opera contuiti. Sed & Caluiniſtarum & Bezanorum ſtratagemata, & tragedias per Franciam excitatas redegit in ſcriptis vir doctiſſimus CLAVDIVS DE SAINCTES Theologus Pariſienſis, nec non alij multi, qui viderunt & luxerunt miſerabilem, & à ſeculis inauditam Franciæ depopulationem. Hæc & de Lutheranis prius teſtatus eſt SYMEON FONTANVS libris 17. quibus ab initio deduxit huius peſtiferæ calamitatis exordium. Scripſerunt & alij quorum nomina ſileo, cùm ſcripta eorum luculentiſſima geſtentur in manibus. His igitur omnibus præmiſſis, etiam concludimus cùm ſanctis illis patribus Concilij SENONENSIS, qui ſtatim in initio deplorant Lutheranæ ſectæ progreſſus & ſe mutuo conſolantur, quia ſemper ſic hæretici fecerunt, verùm non tam immaniter. Ibi introducunt pſalmiſtam Eccleſiæ triumphum contra hæreticos præcinentem, dum ait: ſæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi. *Quod idem (aiunt) facile cognoſcet quiſquis veteres Hæreſiarchas, & eorum errores paululum diſcuſſerit. Nam à plurimis aduerſariis oppugnatam Eccleſiam fuiſſe percipiet, ſed ſemper de illis nobiliter triumphaſſe. Eccleſiam in primo inuentutis ſuæ flore, Simoniani, Nicolaitæ, Gnoſtici, Carpocratiani, Chiliaſtæ, Ebionæ, & plerique alij hæretici, qui, falsò arbitrati vafris ſuis & dolis ſupplantare Eccleſiam, tanquam fumus euanuerunt: Eccleſia autem victrix glorioſaque permanſit. Subſecuti ſunt Deinde alij Eccleſiam inſidioſius & occultius adorti, qui ſacras literas aliquatenus ſuſcipientes, & modo earum corticei inhærentes, earum authoritatem non ſolùm moliti ſunt imminuere, verum etiam prorſus eneruare. Huiuſmodi fuerunt, Arrius, Donatus, Pelagius, Nouatus, Neſtorius, Eutiches, Macedonius, Photinus, Eunomius, Baſilides, Marcion, Valentinus, Manichæus, Iouinianus, Vigilantius, Heluidius, Valdo, Ioannes Vuiclef, Ioannes Huſſ. Martinus Lutherus, Philippus Melanthon, Andreas Caroloſtadius, Lambertus, Zuinglius, Oecolampadius,* Caluinus, Beza, Viretus & innumeri alij. *Sed fruſtra tentarunt: quandoquidem ſolido fundamento innixa, euerti non poteſt. Nec certè gloriari poſſunt hæretici, quaſi apud illos reſideat Eccleſia catholica. Nam cùm illa ſit vniuerſalis, omneſque fideles complectatur, alias catholica non eſt dicenda) angulis aut latibulis hæreticorum nequit circumſcribi. Hinc accedit, quod in integritate fidei Eccleſia catholica eadem ſemper,* (vt oſtendimus ſuperius vocabulo, Eccleſiæ vnitas. &c.) *perſeuerat, nec vllis erroribus coinquinatur. At contra nefariis ſuis conuenticulis veluti infamibus proſtibulis, fidem hæretici proſtituere, ac violare ſatagunt, dum impiè in ſuis adinuentionibus fornicantur. Præterea, in finem vſque ſeculi, iuxta Chriſti pollicitationem, perduratura eſt Eccleſia Catholica, quod adhuc nullis hæreticorum ſectis contigit, vt apertiſſimè videmus, & in ſcripturis legimus. Quare non poteſt apud hæreticos catholica Eccleſia reſidere.* Hoc ſuperius ex Auguſtino oſtendimus, & aliis, in dictione, Eccleſiæ iudicium & authoritas, &c. & dicemus infra in vocabulo, Romana Eccleſia. Igitur oro te lector ne ſis negligens omnes locos aſſignatos inuiſere. Hæc ego dicta modo ſufficiunt. Verùm reliqua quæ deſunt, iterum reperies in vocabulis, Eccleſia, Canon, Euchariſtia, miſſæ oſores, imaginum euerſores, &c.

Hæretici bello & armis laceſſendi.] Hoc peregiſſe præfatę hyſtoriæ principes omnes commiſcuntur & ſuis locis omnia repoſita ſunt. lege ergo quæ ſuperius memorata ſunt. & in vocabulo, Bellum, & infra in dictione, princeps & Imperator, & quod ſequitur.

Hæretici ſupplicio animaduertendi, proſcribendi, & eorum bona fiſco applicandi.] Licet ſuperiùs in præcedentibus annotationibus hoc iam probatum ſit, vt poteris colligere ex multis locis, & ex ſuperiori vocabulo, Epiſcopus. &c. & ſequentibus, dum de Epiſcopis & clericis hęreticis ageremus. Hanc aſſertionem copioſiſſimè elucidauit tribus libris ALPHONSVS à CASTRO, de iuſta punitione hæreticorum, & CLAVDIVS DE SAINCTES doctor Theologus eo in libro, vbi antiquitus methodum & formam puniendi hæreticos deſcribit ex legibus Imperialibus. Nos igitur omittentes ea quæ illi fuſiſſimè ſcripſerunt, etiam quædam addere diſpoſuimus quæ fortè tacuerunt, vt iam cœpto labori & operi conſulamus. Igitur quod temporibus Apoſtolorum pœna in hæreticos & Schiſmaticos corporalis conſtituta ſit, teſtatur CLEMENS I. libro 6. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 4. nam vbi datum eſt præceptum de vitandis hæreticis (vt infra monſtrabimus) ſic ſubiungitur. *Quòd ſi his qui imperandi cupiditate ſe ſeparauerunt (ſcilicet Dathan & Abiron) ſtatim Deus ſupplicium intulit, quanto grauiori pœna afficiet impiarum hæreſum authores, improbantes illius prouidentiam & operum inſtitutionem? Sed vos fratres ſcripturis eruditi, nolite facere ſchiſmata ſententiæ, neque vnitatis veſtræ, quoniam qui nefariæ opinionis ſunt authores, ſcopi interitus populis ſtatuuntur. Eodẽ modo laici,*

Vide vt debeat ... Hæretici præuaricatores.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3. patrum 28.

Hiſtoria Albigenſium à quodam monacho, cuius nomen ignoratur, ſed fideliter tractata ... nobis ſatis noto.

Claudius de Sainctes.

Symeon Fontanus.

Concilium Senonẽſe ſub Antonio à Prato Cancellario & Legato.

Non præualuerunt hæretici aduerſus Eccleſiã, quãtumuis moliãtur.

Hoc igitur ſtrenue tentarunt

Alphonſus à Caſtro minorita.

Claudius de Sainctes Theologus.

Clemens 1.

Numeri 16.

cùm

cium hæc qui contraria ſententia Dei dogmata defendunt noluit ſocietatem habere, neque participes illorum impietatis fieri, &c. Ibi certè licèt non ſit expreſſa pœna qua plecti debent, *eos tamen dignos ſupplicio indicant Apoſtoli.* Vide etiam mox, Hæretici excommunicandi, &c. Sed & EVSEBIVS CAESARIENSIS, lib. 3. de vita Conſtantini, ad calcem, recitat epiſtola quam idem Conſtantinus ſcripſit ad quoſdam hæreticos quæ ſic habet initium. Victor Conſtantinus Max. Aug hæreticis. *Ex promulgatione edicti accipite Nabatiani, Valentiani, Marcioniſtæ, Pauliani, quique Phryge cognomento noſcimini, omnes ſummatim qui ſectas in conuenticulis habetis, agnoſcite quantis mendaciis immerſa eſt vanitas iſta veſtra, ac quanto veneno doctrina conſtat, ex qua valetudinarij de ſanio, & viui ad mortem deducuntur. O veritatis hoſtes, aduerſarij vitæ, peſtis authores!* &c. Et infrà. *Cur ergò ope populari non euellitur, atque radicitus excinditur hæc malitia? Certè quia internecionis huiuſca veſtra rationem vltrà ferendam non puto, idcirco vobis in poſterum interdictū eſt omni conuentu, domos etiam in quibus ſenatum habebatis euerti oportet, non ſi publica modo: nam illinc euaſit iſta cura, ne vel in priuatis ædibus, aut omninò ſeceſſu malitioſa ſecta inſania cogeretur.* Et infrà. *Conſtitui vt nulla vſquam ſint exitioſa conuenticula, nulla prorſus ad quas aderatis (haud ſcio ſacella, nec dici promerentur) ædes, ſed eueſtigio tradatur Eccleſiæ ſingula intercesſio ne eſto,* &c. Habes eiuſdem edictum apud NICEPHORVM CALLISTVM, lib. 7. cap. 42. de pecuniaria mulcta qua coërcebantur hæretici, qui & lib. 12. cap. 45. Theodoſij magni conſtitutiones in hæreticos deſcribit. Sed ſuperfluum eſt hic omnes Imperatorum cōſtitutiones enumerare, cùm abundè deſcriptæ ſint in libris & decretis Imperialibus lege igitur Codicem, l. 53. titu. 4. & titu. 55. l. 8. & 28. cap 7. l. 6. de hæreticis, & c. 8. 14. 54. 16. & in Nouell. 42. &c. Lege SOCRATEM, lib 1. cap. 25. & lib. 10. cap. 7. THEODORETVM CYRENSEM, lib. 5. cap. 1. & cap. 6. & omnes illos qui Eccleſiaſticas conſcripſerunt hiſtorias. Denique tradit EPIPHANIVS CYPRI, lib. 2. contra hæreſes, hæreſi 51. contra eos qui Euangelium Ioannis & Apocalypſim non recipiunt, quomodo antiquitus fugebantur hæretici, allata ſimilitudine bituminis, quo delinita fuit Archa Noë. Denique quòd hæretici, ſint pœna plectendi, clarè docet LIBERIVS I. epiſtola ad Athanaſium, & reliquos Epiſcopos Alexādriæ congregatos, & allegatur à Gratiano, cauſa 24. quæſt. 1. cap. Qui contra *Hi* (inquit) *qui pro nouitatis commento accuſati ſunt, & legem Chriſti præſumpſerunt præuaricari, primum quidem ſubiaceant iudicio terribili omnipotentis Dei: deinde autem qualemcunque regalem indignationem reuereantur, per quam, ſi quidem Epiſcopi & clerici ſunt, à ſui ſacerdotij ſine à cleri ſui ordine modis omnibus excidant: ſi autem monachi ſunt, ſegregentur & alieni ſint de ſuis locis. Si autem dignitatem, aut cingulum, aut militiam habeant, nudentur his. Si autem ſunt priuati, ſiquidē nobiles exiſtunt, ſuarum ſubſtantiarum proſcriptionem patiantur: ſi autem ignobiles, non ſolum in corpore verberentur, ſed exilio perpetuo caſtigentur, vt omnes timore Dei compreſſi, & communicata eis digna ſupplicia reuerentes, immobilem & ſine turbatione pacem ſanctarum Dei Eccleſiarum cuſtodiant.* Porrò in Cōcilio EPHESINO I generali 3. definitum eſt contra Meſſalianitas, hoc eſt, Eucheras, ſiue Euthuſiaſtas, vel cæteros hæreticos, canone proprio de eiſdem. *Quicunque de hæreſis morbo ſuſpecti ſunt, ſiue clerici, ſiue laici ſint, commententur: & ſi quidem anathematizauerint errorem, ſi clerici ſunt, maneant clerici: ſi laici, ad communionem admittantur. Quòd ſi renuerint anathematizare, ſi presbyteri, vel diaconi fuerint, vel in alio quopiam gradu Eccleſiæ, excidant & à clero & à gradu, & à communione: laici verò anathematizentur. Conuicti quoque non permittantur habere monaſteria, vt ne zizania diffundantur & creſcant.* Monachos Ægyptios communione priuauit Concilium CHALCEDONENSE generale IV. actio. 4. eo quòd hæreſi fauerent & ſubterfugiebant (vt hæreticis mos eſt) patrum conſentite ſtatutis. Hinc LEO PRIMVS epiſt 91 quæ eſt ad Turibium Aſturienſem Epiſcopū, loquens de Priſcillianiſtarum hæreſi. *Meritò* (ait) *patres noſtri, ſub quorū temporibus hæreſis hæc nefanda prorupit, per totum mundum inſtanter egere, vt impius furor ab Eccleſia pelleretur vniuerſa, quando etiam principes mundi ita hanc ſacrilegam amentiam deteſtati ſunt, vt authorem eius ac pleroſque diſcipulos legum publicarum enſe proſternerent. Videbant enim omnem curam honeſtatis auferri, omnem coniugiorum copulam ſolui, ſimulq; diuinum ius humanumq; ſubuerti, ſi huiuſmodi hominibus vſquam viuere cum tali profeſſione licuiſſet. Et profuit diu iſta diſtrictio Eccleſiaſticæ lenitati, quæ & ſi ſacerdotali contenta iudicio cruentas refugit vltiones, ſeueris tamen Chriſtianorum Principum conſtitutionibus adiuuatur, dum ad ſpiritualē nonnunquam recurrunt remedium qui timent corporale ſupplicium,* &c. Similiter & Dioſcoti Alexandrini, in præfato CHALCEDONENSI Concilio, hæc verba ſunt actio. 1. *Si* (ait) *Eutyches præter dogmata Eccleſiæ ſapit, non ſolum pœna dignus eſt, ſed & igne,* &c. Idem omninò ſuadent de hæreticis facere Ludouico Pio Imperatori. Patres MOGVNTINI II. Concilij, ſub Rabano, in initio. Patres Concilij VALENTINI GALLIÆ III. cap. 4. *Nouarum rerum introductores* (aiunt) *ne diſtrictiùs feriantur, caſtigandos eſſe cenſemus.* Idem vide ſtatutum de clericis & monachis hæreticis, ſuis quibuſque vocabulis. Hinc teſtatur NICEPHORVS CALLISTVS, libro 17. cap. 2. quòd Iuſtinus Imperator iuſſit linguam abſcindi Seuero Epiſcopo hæretico *Sed enim* (ait cap. 2. lib. 17.) *Imperator fideliſſimus Iuſtinus, primo Imperij ſui anno, Seuerum commeritas petulantiæ verborū lubricitatis pœnas pendere, linguamq; eius radicitus exſcindere iuſſit,* &c. Eadem narrat EVAGRIVS EPIPHANIENSIS, lib. 4. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 4. Porrò HIERONYMVS STRIDONENSIS epiſt. ad Cteſiphontem aduerſus Pelagianos, Priſcillianum narrat ſeculari gladio, omni mundo probante, truncatum. Denique lex eſt THEODOSII & VALENTINIANI Imperatorum, quæ etiam allegatur Collatio. 5. Concilij GENERALIS V. coram Patribus, quæ ſic habet. *Diodorum, Theodorum, & Neſtorium, impia doctrina corruptos, abominādos eſſe ducimus, cùm nec digni ſint nominari Chriſtiani, longè conſtituti à Chriſtianorum propoſito, & alienati à recta & immaculata fide. Quapropter per hanc noſtram legem, ſancimus eos Simonianos à præſenti nominari, neque de cætero, inueniatur prædictorum hominum memoria, vel alia appellatio, præter Simonis. Sed neque in loco, vel in domo, vel in vico, aut agro, aut in ciuitate, vel in eius ſuburbanis conuenticulū eorum fiat, nec in manifeſto, nec in occulto: tales enim iubemus omni priuari conuenticulo viuentes. & hoc certum omnibus ſit, quod ſi quis præterierit præſentem noſtram ſanctionē, & Theodoro & Neſtorio aſſenſeru*

Marginal notes (left): Euſebius Cæſarienſis. — Conſtantinus Magnus expellit hæreticos. — Nicephorus Calliſtus — Socrates Hiſtoriogra. Theodoretus Cyrenſis. — Epiphanius Cypri — Liberius 1. — Concilium Epheſinū 1 generale 3. ſub Theodoſio Iuniore.

Marginal notes (right): Conciliū Chalcedonenſe 1. generale 4. ſub Martiano Imperatore. Leo 1. — Concilium Chalcedonen. 4 generale. — Concilium Moguntinum 2. Concilium Valentinū 3. Galliæ. — Nicephorus Calliſtus. — Euagrius Epiphanienſis Hieronimus Stridonenſis. — Theodoſius ſenior Valentinianus 1. — Hæreticorum bona fiſco applicanda

illorum ſocios imitans, eius per gladij vltionem omni ſubſtantia fiſco addicetur. Idem & ſtatuerunt de hæreticorum libris comburendis, vt dicemus infrà. Denique eandem legem poſteà tulerunt VALENTINIANVS & MARTIANVS, ad Palladium præfectum Prætoriorum Orientis, quæ inſeritur actio. 3. Concilij Calcedonenſis, & qua ſanciunt, vt hæreticorum bona fiſco applicentur, & ipſos nihil & teſtamento cuiuſquam capere, & nihil eis qui eiuſdem erroris ſunt relinquere teſtamento. *Ad nullam etiam eos* (aiunt) *patimur aſpirare militiam, niſi fortè ad cohortalitiam vel limitaneam. Si quis etiam extra prædictam militiam inuentus fuerit militare, vel quia ignorabatur eius in religione peruerſitas, vel quia poſt adeptum cingulum ad hunc deuenerit errorem, ſolutus militia infidelitatis ſuæ fructum hunc habeat, vt optimorum hominum & palatij communione priuetur: nec alibi, quàm in quo natus eſt vico vel ciuitate, verſetur. Quòd ſi qui eorum in hac alma vrbe (quod credi nefas eſt) geniti ſunt, tam hac ciuitate venerabili, quàm ſacratiſſimo comitatu, & omni excludantur Metropolitana ciuitate. Et hæc quidem generaliter circa omnes conſtituimus, qui tali labe polluti ſunt, vel polluentur. Clericos verò qui hæreſi deprauati, vel fautores extiterint, & vera luce deſerta tenebras eligendas eſſe crediderint, omnibus pœnis, quæ vel hac, vel præcedentibus legibus aduerſus hæreticos definita ſunt, iubemus teneri: imo extra Romanum expelli ſolum. ſicut præcedentes religioſiſſimæ conſtitutiones de Manichæis conſtituere, ne eorum venenatis fraudibus ſceleratiſq; commentis innocentum & infirmiorum animi decipiantur.* Huius epiſtolæ exemplar miſſum eſt etiam à prædictis Imperatoribus, & ad Valentinianum præfectum Illyrici, & Tacianum præfectum vrbis, atque ad Vincomalum officiorum magiſtrum & conſulem deſignatum, vt eadem obſeruare facerent. IDEM MARTIANVS, iterato priori, ſimile promulgari curauit edictum, quod etiam ad prælibatum Palladium miſit. Inſeritur autẽ ad calcem actio. 16. Chalcedonenſis Synodi, vbi idcirco ea ſe repetere dicit quæ prius ſtatuerat, eo quòd Alexandrini erant infecti Eutychetis & Apollinaris veneno, & propterea neceſſarium fuiſſe quæ priùs ſancita erant repetere, vt ſit numeroſa ſeueritas ſanctionum, vbi eſt licentia crebra culparum. Itaque (vt allegatur l. quicunque, C. de hæreticis, & Maniche.) ſtatuit, vt quicunque contra fidẽ Conciliorum generalium Nicæni I. Conſtantinopol. I. Epheſini I. Chalcedonenſis ſtatuiaque faceret, aut fidem improbaret quam illi definierunt, illis pœnis plecterentur, quæ diuorum retro Principũ (aſſignauimus ſuperiùs locos ex Codice legum) conſtitutionibus contra Apollinariſtas vel Eutychianiſtas decretæ ſunt. *Non habeant* (ait) *poteſtatem faciendi teſtamenti, & condenda vltima voluntatis, neque id capiant quod ipſis ex teſtamento cuiuſquã fuerit derelictum. Nihil etiam ex donatione aliqua conſequantur, ſed ſi quid in ipſos vel liberalitate viuentis, vel morientis fuerit liberalitate collatum, id fiſco noſtro protinus addicatur: ipſi verò in nullos aliquid ex facultatibus ſuis, donationis titulo & iure, transfundant. Epiſcopos quoque vel presbyteros, aliosq; clericos illis creare & habere non liceat, ſcientibus tam Eutychianiſtas & Apollinariſtas, qui auſi fuerint cuiquam Epiſcopi vel presbyteri vel clerici nomen imponere, quàm hos, qui conati fuerint impoſitum ſibi nomen ſacerdotale retinere, pœnam exilij, & facultatum ſuarum amiſſionem ſubituros. Eos verò qui antehac Catholicarum Eccleſiarum clerici, vel orthodoxæ fidei monachi fuerunt, & relicto vero & orthodoxo omnipotentis Dei cultu, Apollinaris vel Eutychetis hæreſim & dogmata abominanda ſectati ſunt, vel poſtea ſectabuntur, omnibus pœnis, quæ vel hac, vel prioribus legibus aduerſus hæreticos conſtituta ſunt, iubemus teneri, & extra ipſum quoque Romani Imperij ſolum pelli, ſicut de Manichæis præcedentium legum ſtatuta ſanxerunt. Vniuerſi præterea Apollinariſtæ vel Eutychianiſtæ, non Eccleſias, non monaſteria ſibi conſtruant. Paraſynaxes, & conuenticula tam diurna quam nocturna non contrahant, neque ad domũ, neque ad poſſeſſionem cuiuſquam, neque ad monaſterium, neque ad quemcunque alterius locum operatores ſectæ funeſtiſſimæ congregentur. Quòd ſi fecerint, & hoc factum fuiſſe, Domino volente, conſtiterit, poſt rem in examine iudicis approbatam, domus vel poſſeſſio in quam conuenerint, fiſco ſine dilatione ſocietur: monaſterium verò, eius ciuitatis orthodoxæ Eccleſiæ in cuius territorio eſt, iubemus addici. Si verò ignorante Domino, ſciente verò qui penſiones domus exigit, vel conductore, vel procuratore, ſiue actor ſiue quicunque eos in domum vel in poſſeſſionem vel monaſterium receperint, ac paſſi fuerint illicitas paraſynaxes conuentusq; celebrare, ſi vilis & abiectæ conditionis ſunt, fuſtibus publice, & in pœnam ſuã, & in aliorum coerceantur exemplum: ſi honeſtæ verò perſonæ ſunt, decem libras auri, mulctæ nomine, fiſco noſtro cogantur inferre.* Denique illis interdicitur militiæ cingulum & vſus armorum (vt ſuprà iam diximus) nec eis diſputationem publicam permittendam ſanxit, (vt diximus in vocabulo diſputatio, &c.) ſimúlque eorum libros iuſſit comburi, (vt mox dicemus) vt facinoroſæ peruerſitatis veſtigia ipſa flãmis combuſta depereant. Eos autem qui hanc legem aliqua permiſerint temeritate violari, decem librarum auri mulctam fiſco coguntur inferre & exiſtimationis ſuæ periculum ſuſtinere. IDEM MARTIANVS adhuc eadem repetit, epiſtola ad Archimãdritas monachos Heliæ Paleſtinæ, ſub finem. Porrò IVSTINIANVS IMPERATOR, vt allegatur in Nouell. conſtitutione 42. & allegatur, actio. 1 Concilij generalis V. ſingulari edicto hæreticos iubet extra ciuitatem proijci, & in ſolitudine & ſilentio ſedere, & non corrũpere cæteros, nec contra vera dogmata aliquid moliri, per quod rurſus Eccleſias perturbare valeant: ſed & illos qui hæreticorũ dogmata tentauerint publicare, ſimili cenſura cõſtringit. ad calcem edicti ſic loquitur. *Interdicimus* (ait) *& omnibus conantibus Catholicam Dei Eccleſiam diuellere, ſiue ſecundum Neſtorij hæretici doctrinam, ſiue ſecundum inſenſatam Eutychetis traditionem, ſiue ſecundum blaſphemiam* * *Seueri, qui & ſimilia illis intellexit, aut eorum qui illos ſequuntur, ſeditionem immittere ſanctiſſimis Eccleſiis, & loqui aliquid de fide: ſed ſancimus quemlibet talium ſilentium ducere, & non conuocare aliquos ad ſe, neque accedentes recipere, aut parabaptizare audere, aut communionem ſordidare ſacrã, & ipſam aliquibus tradere, aut interdictas doctrinas exponere, ſiue in hac noſtra regia, ſiue in alia: ſed omne ſupportare periculum, ſi quid tale faciat. Interdicimus etiam omnibus iſtos ſuſcipere. Obijci ergò ipſos, ſancimus, de ciuitatibus ab ipſis concitatas, ſcientes præter pœnas iam contentas in noſtris diuinis conſtitutionibus, quia & domos ipſas in quibus tale quid fit, & campos ex quibus nutrimenta præbentur, ſanctiſſimis Eccleſiis aſſignari, & à poſſidentibus auferri, & quia detrimenti cauſa ſunt ſimplicioribus, ſub ſanctiſſimis verò & orthodoxis Eccleſiis & iuſtè ducunt eſſe. Hæc pro communi pace ſanctiſſimarum Eccleſiarum ſtatuimus, hæc ſententiauimus, ſequentes ſanctorum*

Valentinianus & Martianus Imperatores.

Hæretici etiam militari cingulo priuandi.

Hæreticorum proſcriptio.

Clerici hæretici.

Alterum edictum Martiani contra hæreticos.

Hæretici priuati poteſtate condendi teſtamenta. Repete etiam ex ſuperiori edictũ Theodoſij ſenioris.

Conuenticula prohibẽtur tã diurna quam nocturna, iam [illegible] illud Conſtantinum Magnum prohibuiſſe meminimus.

Martianus Imperator.

Iuſtinianus Imperator.

Hic erat Antiochenus Epiſcopus, vt ſuprà diximus.

Patrum dogmata, vt omne ſacerdotium imperturbatum de cætero nobis permaneat. Quo in pace ſeruato, reliqua nobis exuberabit politia. Ac ſuper pacem habens, quam omnibus donet Deus Quod etiam Epiſcoporum hæreticorum bona fiſco applicanda ſint, habes ſuperiùs in vocabulo, Epiſcoporum hæreticorum bona. &c Hęc autem lex Iuſtiniani relecta eſt in Concilio HIEROSOLYMITANO, iubente Petro eiuſdem ſedis Epiſcopo, quod inſeritur actio 1. præfati Concilij generalis V. Porrò RAIMONDVS TOLOSANVS comes, cap. 5. & 6. ſuarum conſtitutionum, eadem omniò de hæreticis ſtatuit. Quinetiam Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. par. 1. cap. 27. & allegat Gratianus, cauſa 15 quæſt 6, cap. vos Sanctorum. *Confiſcentur* (ait) *hæreticorum bona, & liberum ſit principibus huiuſmodi homines ſubijcere ſeruituti* Sed & ante hos, quod penè oblitus eram, IVSTINVS MARTYR, quæſt. 4. ad Orthodoxos, concludit hæreticos iuſtiſſimè ſupplicio afficiendos, & cùm quæreretur ab eo an iniuſtum eſſet hæreticos tanquã à veritate aberrantes ſubijcere pœnis, cùm ſtudeant cognoſcere (licet non poſſint) veritatem, reſpondit eos eſſe inexcuſabiles. *A Deo enim* (ait) *non quæſiuerunt hæretici totis viribus veritatem, vt etiam ea ipſis oſtenderetur ab ijs qui eam inuenerant, neque potuerint, neque ſuſtinuerunt eam admittere, &c.* Porrò vt ſequamur quod iam attigimus propoſitum, ſic præfatum LATERANENSE Concilium ſub Alexandro III. par. 1. cap. 27. & allegat Gratianus, diſtinct 63 cap. Io Synodũ, de quibuſdam hæreticis, qui eo tempore vigebant, ſtatuit. *Eos* (inquit) *& defenſores eorum & receptores anathemati decernimus ſubiacere, & ſub anathemate prohibemus, ne quis eos in domibus vel in terra ſua tenere, vel fouere, vel negotiationem cum eis exercere præſumat. Si autem in hoc peccato deceſſerint, non ſub noſtrorum priuilegiorum cuilibet indultorum obtentu, nec ſub aliacunque occaſione, aut oblatio fiat pro eis, aut inter Chriſtianos recipiant ſepulturam.* Hinc & Concilium TOLOSANVM ſub Innocentio III. contra Albigenſes, cap. 1. 2. 3. & 4. iuſtè perſequendos definit, & inuentos iubet exemplariter puniri, vt eo factũ conſtat poſtea, vt author eſt PLATINA CREMONENSIS in vita Innocentij III. Hinc & Concilium LATERANENSE GENERALE ſub Innocentio III. Patrum 1215 cap. 3. & allegatur extra. de hæret. cap. 13. cap Excommunicamus: *Excommunicamus & anathematizamus omnẽ hæreſim, extollentem ſe aduerſus hanc ſanctam orthodoxam, & Catholicam fidem, condemnantes vniuerſos hæreticos quibuſcunque nominibus cenſeantur: facies quidem habentes diuerſas, ſed caudas ad inuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipſum. Damnati verò, ſecularibus poteſtatibus præſentibus aut eorum Balliuis relinquantur animaduerſione debita puniendi, clericis prius a ſuis ordinibus degradatis, ita quòd bona huiuſmodi damnatorum ſi laici fuerint, cõfiſcentur: ſi verò clerici, applicentur Eccleſijs* (vide Clericus, & Epiſcopus, etiam locis ſuperiùs prænotatis) *a quibus ſtipendia perceperunt. Tum inducantur, & cenſura Eccleſiaſtica compellantur poteſtates ſeculares quibuſcunque fungantur officijs, vt ſicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defenſione fidei præſtent publicè iuramentum, quòd de terris ſuæ iuriſdictioni ſubiectis vniuerſis hæreticos ab Eccleſia denotatos, bona fide pro viribus exterminare ſtudebunt: ita quòd à modo quandocunque quis fuerit in poteſtatem ſiue ſpiritualem ſiue temporalem aſſumptus, hoc teneatur iuramento firmare. Si verò Dominus temporalis requiſitus & monitus ab Eccleſia, terram ſuam purgare neglexerit ab hac hæretica fœditate, per Metropolitanũ & cæteros comprouinciales Epiſcopos excommunicationis vinculo innodetur. Et ſi ſatisfacere contempſerit infra annum, ſignificetur hoc ſummo Pontifici, vt ex tunc ipſe vaſſallos ab eius fidelitate denunciet abſolutos, & terram exponat Catholicis occupandam, qui eam exterminatis hæreticis ſine vlla contradictione poſſideant, & in fidei puritate cõſeruent, ſaluo iure Domini principalis, dummodo ſuper hoc ipſe nullum præſtet obſtaculum, nec aliquod impedimentum opponat, eadem nihilominùs lege ſeruata circa eos qui dominos non habent principales.* Idem omnino Concilium BITERRENSE ſtatuit cap 3 ſtrictè prohibens hæc negligi, & iubens hæreticos vbique perquiri, & iuſtitiæ miniſtris tradi. Hoc confirmat RAIMONDVS TOLOSANVS comes, iam ſuprà memoratus, multis ſtatutis etiam præcipiens omnia hæreticorũ bona fiſco applicari, & eorum domos abradi: ſed & illos qui ſcienter obſtaculum ponere præſumpſerint venditioni & corporali punitioni, iubet cuſtodiæ mancipari, & bonis, ſicut & cæteri quos defendunt, priuari Eadem omninò & multò plura edicta contra hæreticos ſtatuit. S. LVDOVICVS IX Rex Franciæ, & præcipuè edicto promulgato contra Albigenſes, & alios hæreticos, & miſſo ad prouinciam Narbonenſem, vbi grauibus pœnis eos iubet ſubdi, qui his ſtatutis præſumpſerint contraire. Hoc & Concilium BASILEENSE, ſeſſio 39. poſtea confirmauit, donans his indulgentias plurimas (& omninò his conformes, quas Concilium SENENSE ſub Martino V. contulit peregrinantibus ad terræ ſanctæ ſubſidium) qui hæreticos captos & requiſitos iudicibus ſecularibus tradiderint puniendos, vt latiùs habes repoſitum ſuprà in dictione, Conciliorum authoritas, igitur repete. Prætetea BONIFACIVS VIII. in 6 Decretalium, titu. 2. de hæreticis. cap. 19. multis & diuerſis authoritatibus præ deceſſorum ſuorum GREGORII X. & aliorum confirmat omnia quæ iam memorata ſunt. *Cum ſecundum leges ciuiles* (ait) *nefarias, naturæ contrarias, inceſtas nuptias contrahentes, eo ipſo ſuarum dominium rerum perdant, & mulier humanam legem tranſgrediens, præſertim parentibus ſuis non conſentientibus, raptoris nuptias eligens, &c.* Vide Raptor. *Bona hæreticorum, qui grauius, horribilius ac deteſtabilius quam prædicti delinquunt, ipſo iure de fratrum noſtrorum conſilio decernimus confiſcata.* Decreto INNOCENTII IV. obſeruato, vbi vxoris dos reſeruatur ſi Catholica fuerit, niſi fortè cum eo matrimonium contraxiſſet quem hæreticum ſciebat. *Confiſcationis tamen eiuſmodi executio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri non debet per Principes, aut alios dominos temporales, iuxta Gregorij IX. Papæ prædeceſſoris noſtri declarationem, antequam fuerit promulgata.* Idem factum eſt in Concilio CONSTANTIENSI, ſeſſio. 8. vbi Ioannes Vvicleff damnatis erroribus 45 condamnatus eſt, & eius oſſa extracta de ſepulchro, & è loco ſacro ablata leguntur, & ſeſſio 15. Ioannes Huſs degradatus publicè exuſtus eſt, vt iam meminimus in vocabulis, Degradatio, & Excommunicatio in hęreticos, &c. Hæc omnia quæ præmiſimus confirmat Concilium SENONENSE in generali decreto, ſtatuens vt bona hæreticorum ipſis exuſtis & morte priuatis fiſco applicentur, ſed clericorum bona Eccleſiæ applicentur, vt iam ſæpiùs diximus. Idem renouat & Concilium LATERAN.

Ieroſolymitanum cõcilium ſub Petro Patriarcha.

Raimondus comes Toloſæ.

Concilium Lateranenſe ſub alexãdro 3. patrum ano.

Iuſtinus Martyr.

Optima quæſtio ſed reſponſio perſtringẽs

Attende hæc quicũque timorem diuini iudicij habes pro oculis.

Concilium Toloſanũ ſub Ludouico rege

Platina Cremonenſis.

Concilium generaliſſimũ ſub Innocentio 3. cui ex omni plaga [illegible] ter. fuerunt patres 1215.

Vtinam iuſto & æquo ponderarentur [illegible] ad effectũ perducta videremus.

Omnes adſtringuntur ad expurgandam hæreſim de iuriſdictiõe ſua ſub pœna excõmunicationis.

Concilium Biterrenſe nouiſſime in lucem emiſſum.

Raimõdus Toloſanus comes.

S. Ludouic 9. rex Franciæ.

Concilium Baſileenſe generale.

Concilium Senenſe generale

Bonifacius 8.

Gregorius 10.

Innocentius 4. Licet bona hæreticorum confiſcata ſint tamẽ dos vxoris hæretici ſi fidelis eſt, ei cuius liber.

Concilium Conſtantienſe generale.

Concilium Senonẽſe ſub Antonio [illegible] Cardinali. Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

ſub Leone X. ſeſſio. 9. *Omnes filij Chriſtiani (ait) ac de fide male ſentientes, cuiuſcunque generis aut nationis fuerint, nec non hæretici, ſeu aliqua hæreſis labe polluti, vel iudaizantes, Chriſti fidelium cœtu penitus eliminentur, & à quocunque loco expellantur, ac debita animaduerſione puniantur. Statuimus, vt contra eos diligenti inquiſitione vbique procedatur per iudices, & eius criminis reos & legitimè conuictos, debitis pœnis puniri: relapſos verò, abſque vlla ſpe veniæ aut remiſſionis, affici volumus, &c.* Porrò lege in vocabulo, Iudex hæreticos perquirat, & ſequentes diſtinctiones, quia omnia quæ ſequuntur etiam præmiſſam propoſitionem corroborant.

Hæretici non fouendi nec reticendi.] B
Hoc innumeris iam conſtat ſuperiori diſtinctione Patrum authoritatibus cõfirmatum, & edictis præmiſſorum Principum. Igitur reuolue quæ ſuperioribus paginis potiſſimè annotauimus ex Cõcilio Lateranenſi ſub ALEXANDRO III.
Alexander 3.
& iunge quod ſequitur ex Concilio LATERANENSI ſub Innocentio III. cap. 3. & allegatur Extra de hæretic. cap. 13. vbi enim eos hæreticos puniendos & perquirendos ſtatuit, vt ſuprà memoratum eſt, ſubdit: *Credentes præterea, receptores, defenſores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus ſubiacere, firmiter ſtatuentes, vt poſtquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, ſi ſatisfacere contempſerit infra annum, ex tunc ipſo iure ſit factus infamis, nec ad publica officia ſeu conſilia, nec ad eligendos aliquos ad huiuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, vt nec etiam teſtandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus præterea ipſi ſuper quocunque negotio, ſed ipſe alijs reſpondere cogatur: quod ſi forte iudex extiterit, eius ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur: ſi tabellio, eius inſtrumenta confecta per ipſum nullius penitus ſint momenti, ſed cum authore damnato damnentur. In ſimilibus idem præcipimus obſeruari. Si verò clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur* (vide ſuprà, Clericus hæreſis fautor, & Epiſcopus hæreſi) *vt in quo maior eſt culpa, grauior exerceatur vindicta. Si qui autem tales poſtquam ab Eccleſia denotati fuerint, euitare contempſerint excommunicationis ſententia, vſque ad ſatisfactionem idoneam percellantur. Sanè clerici non exhibeant huiuſmodi peſtilentibus Eccleſiaſtica ſacramenta, nec eos Chriſtianæ præſumant ſepulturæ tradere, nec eleemoſynas aut oblationes eorum accipiant: alioquin ſuo priuentur officio, ad quod nunquam reſtituantur abſque indulto ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. Similiter quilibet regulares, quibus hoc etiam infligatur, vt illorum priuilegia in illa diœceſi non ſeruentur, in qua tales exceſſus præſumpſerint perpetrare.* Similibus & atrocioribus pœnis hæreticorum fautores S. LVDOVICVS IX. perſtringi iubet, decreto & edicto ſpeciali miſſo contra Albigenſes hæreticos ad prouinciam Narbonicã, & omnia quæ ſuperiùs commemorata ſunt Imperatorum & Patrum decreta iubet ſtrictiſſimè obſeruari. His quoque docet omninò conformia BONIFACIVS VIII. 6. Decretalium, titu. 2 de hæreticis: *Hæretici (ait) credentes, receptatores, defenſores, & fautores eorum, ipſorumque filij vſque ad ſecundam generationem ad nullum Eccleſiaſticum beneficium, ſeu officium publicum admittantur, &c.* Præterea præmiſſum Lateranenſis Concilij decretum allegat, & confirmat Concilium CONSTANTIENSE generale aduerſus eos, contra Ioannem Vvicleff, & alios hæreticos: quod etiam facit MARTINVS V. decreto ibidem addito. Et Concilium SENONENSE in generali decreto, renouat. Sed & LEO DECIMVS in Bulla aduerſus Lutheri errores, ad calcem Concilij Lateranenſis quod celebrauit: *Omnes (ait) euſdem Lutheri complices, fautores & receptatores anathematizamus, monentes nihilominus omnes & ſingulos Chriſti fideles ſub eadem excommunicationis latæ ſententiæ pœna, quatenus hæreticos declaratos & damnatos euitent, & quantum in eis eſt euitari faciant, nec cum eiſdem vel eorum aliquo commercium aut aliquam conuerſationem ſeu communionem habeant, nec eis neceſſaria miniſtrent, &c.* Iubet quoque idem Pontifex omnibus & ſingulis, Eccleſiaſtica, vel mundana fulgentibus dignitate, quatenus ſub pœnis inhibitionis Eccleſiaſticæ ſepulturæ, inhabilitatiſque ad omnes & ſingulos actus legitimos infamiæ ac diffidationis, & criminis læſæ maieſtatis, & hæreticorum & fautorum eorundem in iure expreſſis, vt ipſi, vel eorum quilibet præfatum Lutherum, complices, adhærentes, receptantes, ac fautores perſonaliter capiant, & captos iuſtitiæ tradant. Vide ſuperiora, & iunge ſequentia.

Concilium Lateranenſe generaliſſimum ſub Innocentio 3. patrum 1215

Hæretici & hæreticorum fautores ſunt inteſtabiles, nec poſſunt ferre teſtimonium: vide etiã, teſtis.

Hæreſeum fautoribus nõ tradenda eccleſiaſticã ſacramenta, vide & infr.

S. Ludouicus rex Franciæ.

Bonifacius 8.

Concilium Cõſtantienſe generale.

Martinus 5.

Concilium Senonenſe.

Leo 10.

Hæreticis non permittendũ vt doceãt.]
Iam præmonuimus quia hæc ex præcedentibus dependent, iam ſuperiori annotatione de hæreticis ſupplicio afficiendis, hæc prohibita docuimus à CONSTANTINO MAGNO, ſicut eius epiſtolam citauimus ex Euſebio, lib. 3. vitæ eius ad calcem. Denique & hoc prohibitum monſtrauimus à VALENTINIANO I. THEODOSIO I. MARTIANO, IVSTINIANO, IMPERATORIBVS, & reliquis, quorum habes edicta, ſi paululum volueris folia reuoluere. Quod autem adhuc nec dum poſuimus, hic ſpeciali diſtinctione apponendũ duximus. Sic ergò ſuperiora edicta confirmans COELESTINVS I. epiſt. 1. quæ eſt ad Epiſcopos Galliarum, vbi eorum torporem & ſomnolentiam arguit, quod publicis concionibus permitterent hæreticos prædicare aduerſantia veritati. Vide & ea quæ ſuperiùs in vocabulo, Epiſcopus in ſua diœceſi exercitium hæreſis non permittat. *Sed dilectioni veſtræ* (ait ille Cœleſtinus I. cap. 1. eiuſdem epiſtolæ) *iuſtius imputamus, quando illi ſupra vos habent copiam diſputandi. Legimus ſuprà magiſtrum non eſſe diſcipulum, hoc eſt, non ſibi debere quenquam ad iniuriam, doctorum vendicare doctrinam. Nam & hos ipſos a Deo noſtro poſitos nouimus ad docendum, cum ſit, dicente Apoſtolo, eis tertius locus intra Eccleſiam deputatus. Quid illic ſpei eſt, vbi magiſtris tacentibus, hi loquuntur, qui, ſi ita eſt, eorum diſcipuli non fuerunt? Timeo ne conniuere, ſit hoc facere. Timeo ne magis ipſi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus cauſis non caret ſuſpicione taciturnitas, quia occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret. Meritò namque cauſa nos reſpicit, ſi ſilentio foueamus errorem. Ergo corripiantur huiuſmodi, non ſit his liberum habere pro voluntate ſermonem. Deſinat, ſi ita res ſunt, inceſſere nouitas vetuſtatem, deſinat Eccleſiarum quietem inquietudo turbare. Conantur ſæpe naufragio mergere, quos intra portum ſtantes, ſitus facit fida ſecuros. Fida quippe eſt omnium ſtatio, quorum perfectis greſſibus veſtigia non mouentur.* Tum ſubdit cap 2. *Non eſt agentium cauſa ſolorum, quando vniuerſalis Eccleſia quacunque nouitate pulſatur. Intelligamus, hæc ipſa vobis, quæ nobis non placent, diſplicere. Quod ita demum probare poterimus, ſi impoſito improbis ſilentio, de tali re in poſterum querela ceſſauerit, &c.* Hinc LEO PRIMVS epiſt. 41. quæ eſt ad

Conſtantinus

Valẽs Theodoſius Martianus imperatores.

Cœleſtinus 1.

Non qu… docerent … Gal… in eo… nunc degit, … infelix …

Matth. 10.

1. Corinth. 12.

Audit … Galliarum Epiſcopi

Leo 10.

…hil innouā- …m de ſtatu- Patrum.

A Martianum Auguſtum. *Obſecro* (ait) *vt fidem quam beati Patres noſtri ab Apoſtolis ſibi traditam prædicarunt, non patiamini quaſi dubiam retractari, & quæ olim maiorum ſunt authoritate damnata, rediuiuis non permittatis canonibus excitari. Illudq; potius iubeatis, vt antiqua Nicæna Synodi conſtituta, remota hæreticorum interpretatione, permaneant, &c.* Et longe ſequentia reſiduum ne differens.

Hæreticis non concedenda diſputatio.] Hoc luculentiſſimè probauimus ſuperiùs in dictione, Diſputatio, &c.

…ctrina hæ- …orum hic …nmoperè vi- …da proba- …

Hæreticorum adeuntium concione mulcta.] Hoc etiam dependet ex ſuperioribus, & ex conſequentibus: quia ita omnes diſtinctiones hæ connectuntur, vt vna confirmet alteram. B Itaque quia ſuperiùs, non licitum eſſe hæreticis docere, dictum eſt, conſequenter quantoperè ſit eorum doctrina fugienda, quæ ex concionibus eorum percipitur, ſubdendum eſt, & in proximè ſequenti de eorum venenatis ſcriptis & libris agemus. Sic ergò IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Philadelphienſes. *Nolite errare fratres* (ait) *ſi quis ſeparantem a veritate ſequatur, regnum Dei nō poſſidebit hæreditarium: & ſi quis non recedit a falſiloquo concionatore, in gehennam condemnabitur. Neque enim à piis recedendum, neque verò cum impiis paciſcendum eſt. Si quis in alienam ſententiam pedibus eat, hic non eſt Chriſti, neque paſſionis eius particeps, ſed vulpes eſt vineæ Chriſti corruptor.* C *Cum talis ne commiſceamini, ne vna cum eo pereatis, ne ſi pater ſit, ſeu filius, ſeu frater, ſeu propinquus aut familiaris.* Idem & epiſtola ad ſuos Antiochenſes omninò ſimilia ſuadet, etiam videre eſt in ſubſequentibus diſtinctionibus, hæreticorum commercia vitanda, &c. Porrò IRENÆVS LVGDVNENSIS, lib. 5. contra hæreſes Valentini & ſimilium, paulò poſt medium. *Fugere oportet* (ait) *ſententias hæreticorum, & intentius obſeruare ne contingamur ab ipſis: confugere autem ad Eccleſiam, & eius ſinu educari, & dominicis ſcripturis enutriri. Ipſi enim conſitentur ſemetipſos agnitionem habere boni & mali,* D *& ſuper Deum, qui fecit eos, iaculantur ſenſus ſuos impios. Supra igitur ſentiunt, quam eſt menſura ſenſationis, &c.* Hinc TERTVLLIANVS CARTHAGINEN. hoc per totum librum de præſcriptionibus aduerſus hæreticos ſatis ſupérque confirmat, ſicut citauimus in vocabulo, Diſputatio, & ſuperioribus annotationibus. Denique CYPRIANVS CARTHAGINENSIS, lib. 1. Epiſtolar. epiſt. 8. ad plebem vniuerſam. *Admoneo* (ait) *pariter & conſulo, ne pernicioſis vocibus temere credatis, ne fallacibus verbis conſenſum fallacia commodetis, ne pro luce, tenebras pro die, noctem, pro cibo, famem, pro potu, ſitim, venenum pro remedio, mortem pro ſalute ſumatis: nec ætas vos eorum, nec authoritas fallat.* E Vide præcedentia, & ſequentia, de illorum libris non geſtandis, &c. De mulcta autem eorum adeuntium conciones & deferentium libros, habes in ſequenti diſtinctione pleniorem intelligentiam igitur iunge hæc.

…atius mar- …

Adhortatio …ctiſſima viri …ubris.

…enæus Lug- …nenſis.

O beati viri …nſilium ſa- …berrimum.

…ertullianus …arthaginen- …

…yprianus Car- …aginenſis.

Hæreticorum libri comburendi, & doctrina eorum damnanda.] Si placet legere ea quæ iam ſuperiùs in locis plurimis poſuimus, huiuſce propoſitionis ampliorem habebis cōfirmationem, ſicut & ea quæ poſuimus in vocabulo, Apocryphi lib. 1. * Sic ergò ABDIAS BABYLONIVS, lib. 4. certaminis Apoſtolici narrat, quòd cùm Hermogenes ante pedes Apoſtoli Iacobi ſuos proiecit libros vt comburerentur, Apoſtolum dixiſſe. *Ne fortè* (inquit) *odor incendij* A *vexet incautos, appende * Zabyris lapides & plumbum, & mitte in mare.* Hoc tamen adhuc ab Apoſtolo pro pœnitentia accepit, vt per domos ire deberet, & quos peruerterat, ad verum cultum reuocaret. Porrò CONSTANTINVS MAGNVS in epiſtola ad quaſcunque Eccleſias, quā citat Nicephorus, lib. 8. cap. 25. *Si quod* (ait) *ſcriptum ab Ario compoſitum reperiatur, vt igni tradatur volumus, vt non modo improba eius doctrina abrogetur, verum etiam ne monumentum quidem aliquod eius relinquatur. Illud equidem prædictum volo, ſi quis libellum aliquem ab Ario cōſcriptum celare, nec continuò igni comburere deprehenſus fuerit, ſupplicium ei mortis eſſe conſtitutum. Illico namque in crimine tali* B *comprehenſus pœnam ſuſtinebit capitalem.* Porrò Concilium CARTHAGINENSE IV. can 16. & allegatur diſtinct. 37. à Gratiano. *Epiſcopus* (ait) *gentilium libros non legat: hæreticorum autem, pro neceſſitate & tempore.* LEO PRIMVS epiſt. 48. quæ eſt ad Martianum Imperatorem, & epiſt 91. quæ eſt ad Turribium Epiſcopum Aſturienſem, cap 15. iubet, vt libri hæreticorum in nullo lectionis vſu habeantur. *Quomodo enim* (ait) *decipere ſimplices poſſent, niſi venenata pocula quodam melle prælinirent, ne vſquequaque ſentirentur inſuauia, quæ eſſent futura mortifera, &c.* Hinc VALENTINIANVS & MARTIANVS Imperatores epiſtola ad Palladium præfectum Orientis, quæ eſt inſerta actio. 3. C Chalcedonenſis Concilij generalis IV. & allegatur ſæpius in hoc libro. *Comperimus* (aiunt) *hæreticos quoſdam in contumeliam religionis, & inuidiam venerabilis Synodicæ definitionis fuiſſe mentitos, conſcripſiſq; libros & chartarum tomis plura finxiſſe, quæ eorum inſaniam aduerſus veram fidem aperte ſignarent, atque ideo præcipimus vbicunque huiuſmodi ſcripta reperta fuerint ignibus concremari: eos verò, qui vel ſcripſerint, vel aliis legenda tradiderint docendi ſtudio vel diſcendi, cenſemus deportatione puniri. Docendi etenim hanc infauſtam hæreſim, ſicut pridem edictis ſerenitatis noſtræ contractur, omnibus adimimus facultatem: quia vltimo ſupplicio coercebitur, qui illicita do-* D *cere tentauerit. Eos verò, qui diſcendi ſtudio audierint ſcelerata diſſerentem, decem librarū auri mulcta compeſcimus. Ita enim materia ſubtrahetur errori, ſi punitus fuerit & doctor & auditor. Itaque, editis propoſitis, omnibus facias nota quæ iuſſimus, cognoſcentibus moderatoribus prouinciarum, eorumq; officiis: defenſoribus etiam ciuitatum. Quòd ſi ea quæ mera fide & ſancto propoſito cuſtodienda cenſuimus, aut neglexerint, aut permiſerint temerari, denarum librarum auri mulcta perculſi, vt religionis legumq; proditores, etiam exiſtimatione labarabunt.* Eiuſdem epiſtolæ exemplar miſſum eſt ad Valentinianum præfectum Illyrici, vt ſuperiùs dictū eſt. Allegauimus & aliud E edictum eiuſdem Principis Martiani contra Eutychianos, & habes illud ſuperiùs, & ideo non eſt opus repetere. Porrò longè ante illum THEODOSIVS I. & VALENTINIANVS I. edicto, quod relectum eſt coram Patribus generalis V Synodi Conſtantinopoli habitæ II. *Nemo* (aiunt) *audeat ſacrilegos codices à Theodoro, Diodoro, & Neſtorio compoſitos, & contrarios veræ doctrinæ & expoſitioni venerabilium Epiſcoporum, qui Epheſi collecti ſunt, legere aut poſſidere aut ſcribere. Oportet enim eos codices cùm omni diligentia requiri, & inuentos publice coram omnibus comburi. Per hoc enim radix impietatis amputabitur, ne in poſterum erroris ſemina generentur ad errorem ſimplicium, qui facile ad illius laqueos collabuntur. Quòd ſi quicunque tale aliquid perpetrauerit, vt vna cum his conueniat, publicatis*

Hæc … affir- …at Euſebius …orienſis li. 3. …demonſtratio- …is Euangeli- …e capite … de- …e & vlt. …bdias Baby- …nius.

Zabyra * Græcis, eſt repoſitorium armamentorum.

Conſtantinus Magnus.

Conciliū Carthaginenſe 4.

Leo 1.

Valentinianus Iunior & Martianus Imper.

Vide mulctam pro his qui hæreticorū adeūt conciones.

Theodoſius Senior, Valentinianus 1.

perpetuo

A *perpetuo tradetur exilio: qui autem habet codices continentes abdicatam fidem Neſtorij & Theodori, vel aliorum interpretationes, & allocutionum, & traditionum, iiſdem ſubijcientur ſupplicijs.* Huic edicto ſubſcripſit

Theophilus Alexandrinus

THEOPHILVS ALEXANDRINVS Epiſcopus, epiſtola immediatè ipſum edictũ ſequente ad Porphyrium Antiochiæ Epiſcopum, quæ lecta eſt collat.5. eiuſdem Concilij generalis V. *Iuſtum* (inquit) *eſt ea quæ impiè ſcripta ſunt piè amputari, & nuſquam inemendabiles permanere eos, qui qualiacunque vacante per inſcientiam & vanam gloriam ſcribere præſumpſerunt.* Idem dicit & CYRIL-

Cyrillus Alexandrinus.

LVS ALEXANDRINVS, lib. de eo quod vnus eſt Chriſtus, contra Theodorum, & lectus eſt coram Patribus eiuſdem V. generalis Synodi, collat.

B 5. Denique Patres eiuſdem Concilij GENERALIS V. Conſtantinopoli II. collat.8 ſummoperè

Concilium Conſtantinopolitanum 2. generale 5.

deteſtantur hæreticorum verba & ſcripta, cùm nec pijs ſint auribus digna, & omnes igni deuouentes qui ea habuerint, lectionem omninò taliũ interdicunt. Quod & IVSTINIANVS IMPERATOR, qui huic præſedit Concilio, ſpeciali

Iuſtinianus Imperator.

edicto confirmat, & allegatur in Nouell. conſtitu. 42. *Quia* (inquit) *iam Seuerus, ſub communi orthodoxa ac Catholica Eccleſia anathematiſmo factus, multis libris blaſphemijs, & abominationibus nobis politiam impleuit, vniuerſis interdicimus aliquid de libris ipſius poſſidere. Et ſicut non licet Neſtorij libros ſcribere vel poſſidere, quia prædeceſſoribus noſtris* (ha-

C bes ſuperius) *Imperatoribus in ſuis conſtitutionibus viſum eſt ſtatuere, ſimiliter & dicta a Porphyrio contra Chriſtianos: ſic nec dicta & ſcripta Seueri maneant penes aliquem Chriſtianum, ſed ſint prophana & aliena ab Eccleſia Catholica, igneq; comburantur a poſſidentibus, niſi qui ipſa habent vellent periculum pati. A nemine ergò ſcribantur, neque ad pulchritudinem, neque ad velocitatem ſcribentium, ſciendo quod amputatio manus, his qui ſcripta eius ſcribunt, pœna erit. Neque enim volumus in futuro tempore ex illis blaſphemiam protrahi &c.* Hoc edictum relectum eſt

Vide ſupplicium ſcribentium & imprimentium libros hæreticorum

& approbatum in Concilio HIEROSOLYMITANO ſub Petro eiuſdem vrbis Epiſcopo, & re-

Concilium Hieroſolymitanum

D fertur actio.1 quintæ generalis Synodi. Præterea IDEM Concilium GENERALE V. vt iam allegauimus, actio 1. in ſententia lata ab Epiphanio Conſtantinopolitano Epiſcopo, & reliquis

Concilium Conſtantinopolitanum 2. generale 5.

Patribus contra præfatum Seuerum Antiochenũ Epiſcopum, & Petrum Epiſcopum Apamearum hæreticos, anathema in eoſdem conuictos hæreticos fulminat. *Sed & ſimili modo* (ait) *anathematizamus parabaptiſmata, & impia conſcripta prædicti Seueri. Æqualiter enim ſicut dicit diuina ſcriptura, odibilia ſunt Deo impius, & impietas illius.* Eandem

Sapient.14

ſententiam & poſtea protulit Menas (poſt Epiphanium, Conſtantinopolitanus Epiſcopus) & reliqui Patres de libris Neſtorij, Antiocheni, &

E Eutychetis hæreticorum. Denique ſic combuſta

Concilium generale 6.

ſunt ſcripta in Concilio GENERALI VI. Cõſtantinopolitano III. ſub Conſtantino Pogonato, in Trullo, ſeptem illorum Epiſcoporum hæreticorum, quorum mentionem fecimus in vocabulo, Chriſtus duabus conſtans naturis, & inter quos & Honorius I. cenſetur, vt ibidem reperies. Sed & in prædictos hæreticorum libros ſententiam tulit Concilium GENERALE VII. Ni-

Concilium Nicenum 2. generale 7.

cænum II. cano. 9. vbi prohibet libros eorum ſeruari, & iubet vt ſtatim Epiſcopo communicentur, vt de eis ſicut de cæteris prouideat. *Si quis autem* (ait) *hos celauerit, ſi ſit Epiſcopus clericus vel presbyter deponatur: ſi Laicus aut monachus ſegregetur.*

A Hinc & Concilium CONSTANTIENSE generale, ſeſſio.5. *Iuxta determinationem* (ait) *doctorum ſacræ Theologiæ & iuris canonici, confirmatur & approbatur ſententia lata in Concilio Romano, de damnatione & doctrina Ioannis Vuicleff. etiam per combuſtionem librorum eiuſdem.* Qui quidem libri publicè lecti ſeſſio.8. damnati, & combuſti ſunt, &

Concilium Conſtantienſe generale.

eorum geſtatio prohibita. Hoc & ſeſſio.15 generali decreto, Synodi actum eſt etiam de libris Ioannis Hus. Sic etiam Lutheri ſcripta publicè cremanda, ſub graui pœna anathematis, mandat LEO DECIMVS in Bulla contra Lutheri errores, ad calcem Lateranenſis Concilij quod celebrauit poſita. Vide quod ſequitur.

Leo 10.

B **Hæreticorum librorum editio, & geſtatio prohibetur.** Hoc dependet ex ſuperioribus, vbi iam multoties comprobatum conſtat, vt legentibus & reuoluẽtibus liquidò patet: verumtamen & præcedentibus ſequentia libuit adiungere, vt nihil confuodentes cuncta ordine diſpoſito traderemus. Itaque de non geſtandis hæreticorum libris, ſic Timothæum adhortatur DIONYSIVS AREOPAGITA, libro de diuinis nominibus, cap. 6. *Itaque* (ait) *dementiſſimus Simonis huiuſce re contradictorij libri, ſcilicet de immortalitate animæ, impiè differentes, procul a choro diuino, itaq; anima ſancta pellantur.* IGNATIVS MARTYR

Dionyſius Areopagita.

Ignatius martyr

epiſtola ad Mariam. *Fuge* (ait) *eos qui negant paſ-*

C *ſionem Chriſti, & natiuitatem eius ſecundum carnem. Cæterum iam multi ſunt, qui hoc morbo laborant.* Et infrà: *Fuge impias & Deum abnegantes hæreſes: diaboli enim ſunt adinuentiones ſerpentis malorum authoris, qui per mulierem ſeduxit Adam patrem generis noſtri. Fuge quoque malas eius ſoboles, Simonem primogenitum ipſius filium, & Menandrũ & Baſilidem, & vniuerſam eius malignitatis colluuiem, &c.* Vide quæ ſuperiùs iam dicta ſunt, & quæ mox in ſequentibus dicentur. Præterea narrat LIBERATVS CARTHAGINENSIS Hiſtoriographus

Liberatus Carthaginenſis.

fideliſſimus, cap.10. Breuiarij de cauſa Neſtoriana, quòd hæretici vidẽtes libros blaſphemos Ne-

Attende [illegible]

D ſtorij non poſſe proferri in publicum, eo quòd (vt ſuperiùs oſtendimus) Synodo Epheſina anathematizante fuerant condemnati, & imperiali lege prohibitum fuerat, ne quis eos legere auderet aut defendere, cœperunt Diodori Tharſenſis, & Theodori Mopſueſtiæ ciuitatis Epiſcopi, & aliorum Epiſcoporum (qui contra Eunomium & Apollinarem vnius naturæ aſſertores libros compoſuerant, duas in Chriſto naturas oſtendentes in vna perſona) circumferre volumina, & ſimpliciſſimos quoſque decipere cupientes. Dicentes autem non ſapuiſſe noua Neſtorium, ſed antiquorum Patrum proſecutum fuiſſe doctrinam, tantum ſtudij geſſerunt, vt ipſa eorum volumina

E malitioſè in Syrorum linguam & Armeniorum atque Perſarum transferrent. Hoc vbi cognouerunt Acatius Melitenenſis Epiſcopus, & Rabbula Edeſſenus Epiſcopus, ſcripſerũt Armenis Epiſcopis, ne huiuſmodi libros ſuſciperent: quod & factum eſt. Idem de libris Ioannis Vvicleff. Patres

[illegible]

Concilij CONSTANTIENSIS, ſeſſio.8. ſententiunt inhibentes, ne quis Chriſti nomine inſignitus auderet aliquem, ſeu aliquos, ſeu aliquas ex dictis libris legere, exponere, vel tenere, aut illis quomodolibet vti, vel illos, niſi in illorũ reprobationem, allegare publicè, vel occultè, ſub anathematis interminatione. Hos & comburi mandant, vt

Concilium Conſtantienſe generale.

ſuperius diximus. Hinc & LEO X. in Bulla contra Martini Lutheri errores, ad calcẽ Lateranenſis

Leo 10.

Concilij

Concilij ſub eodem celebrati. *Quia errores* (ait) *præfati, & plures alij continentur in libellis ſeu ſcriptis cuiuſdam Martini Lutheri, dictos libellos & omnia dicti Martini ſcripta, ſeu prædicationes in Latino, vel quocunque alio idiomate reperiantur, in quibus dicti errores (ſeu eorum aliquis) continentur, ſimiliter damnamus, reprobamus, atque omnino reijcimus, & pro omnino reprobatis ac reiectis (vt præfertur) haberi volumus, mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ ſub grauiſſimis pœnis & anathematis eo ipſo incurrenda ſententia, omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Christi fidelibus, ne huiuſmodi ſcripta, libellos prædicationes, ſeu ſchedulas, vel in eis contenta capitula errorum, aut articulos ſupradictos continentia, legere, aſſerere, prædicare, laudare, imprimere* (vide & Typographus) *publicare ſiue defendere per ſe, vel per alium ſeu alios, directè vel indirectè, tacitè vel expreſſè, publicè vel occultè, aut in domibus ſuis ſiue alijs publicis vel priuatis locis tenere quoquomodo præſumant: quinimo illa ſtatim poſt harum publicationem vbicunque fuerint, per ordinarios & alios diligenter quæſita, publicè & ſolenniter in præſentia cleri & populi, ſub omnibus & ſingulis pœnis.* (ſcilicet inhibitionis Eccleſiaſticæ ſepulturæ, inhabilitatis ad omnes actus legitimos, infamiæ ac diffidationis, & criminis læſæ maieſtatis, ac hæreticorum, & fautorum eorundem in iure expreſſis pœnis, quæ latiùs ſuperiùs exprimuntur) *comburant.* Et in Concilio SENONENSI in generali decreto eadem omninò prohibentur, ſub pœna excõmunicationis latæ ſententiæ. Denique de nõ vulgari lingua transferendis eiſdem hæreticorum libris aliàs diximus, & ſuper hac re egregium ſcripſit opus FRIDERICVS STAPHILVS, Apologia nominatum, parte eiuſdem III. tractans fuſiſſimè de Germanica Bibliorum verſione. Porrò lege in dictione, Libri non corrumpendi, & libri imprimendi viſitentur, in vocabulo, Liber, &c.

Pœna qua cenſetur obnoxij geſtatores librorum hæreticorum.

Concilium Senonenſe.

Fridericus Staphilus.

Hæretici vitandi, fugiendi, declinandi, & eorum ſocietas & commercia atque communio deteſtanda.] Hæc licet iam ſuperiùs in ſuperioribus paginis ferè omnibus luculenter monſtrata ſint, nihilominus præmonentes ſemper lectorem, quia vnaquæque diſtinctio eſt alterius corroboratio, & quadã mutua ſocietate glutinantur, vt vix valeant ſeparari aut ſenſu aut materia, volumus quod ſupereſt hac ſpeciali diſtinctione proferre, adhortantes vt ex ſupra memoratis & ex ſubſequẽtibus quod hic deerit ſuppleatur, nam non multum habent in diſciplina fidei & doctrinæ commercio diſcriminis. Itaque ſic de vitandis & declinandis hæreticis. CANON APOSTOLORVM 46. & 45. vbi hæreticorum baptiſma Epiſcopis interdicitur, & eorum conuerſatio, & frequentatio ſocietatis, & communionis interdicitur. CANON 63. *Si quis clericus, vel laicus in Iudæorum vel hæreticorum ſynagogam ingreſſus fuerit adorãdum, deponatur & ſegregetur, &c.* Hinc CLEMENS I. libro 6. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 1. *Ante omnia cauete Epiſcopi* (ait) *à formidãdis, grauibus, atque impiis hæreſibus, fugientes eas veluti ignem adurentem eos qui ad illum accedunt. Fugite quoque ſchiſmata, nam nec ad neſarias hæreſes fas eſt declinare mẽtem, neque ab eiuſdem ſententiæ fratribus, ob imperandi cupiditatem, licitum eſt recedere. Hæc enim cum quidam olim auſi fuiſſent, non effugerunt ſupplicium: Dathan enim & Abyron cùm aduerſus Moſen ſe oppoſuiſſent, terræmotus abſorbuit.* Idem repetit, & cap. 4. eiuſdem libri, vt ſuperiùs allegauimus. Vide & ſequenti diſtinctione,

Canon Apoſtolorum.

Clemens I.

Numeri 16.

& repete quæ ſuperioribus paginis ex IGNATIO MARTYRE epiſtola ad Mariam, & ad ſuos Antiochenſes dicta ſunt. Denique POLYCARPVS SMYRNENSIS, quantũ fugerit hæreticos ſtatim eius indicat epiſtola ad Philippenſes vnica, vt alibi protulimus: & MARTIALIS APOSTOLVS epiſtola ad Burdegalenſes, cap. 11. & reliquis. IRENÆVS LVGDVNENSIS etiam lib. 3. cap. 3. contra hæreſes, dum laudes Polycarpi proſequitur. *Extant* (ait) *adhuc, qui ex eo audierint Ioannem Domini diſcipulum Epheſi lauatum aliquando iuiſſe, & cùm in balneis Cerinthum videret, illotum inde profugiſſe, atque dixiſſe: Fugiamus obſecro, ne balneum, in quo Cerinthus veritatis inimicus eſt, concidat. Ipſe quoque Polycarpus, cùm ei Marcion in conſpectu veniret & diceret, Noſce nos, reſpondit: Noſco* (inquiens) *noſco & primogenitum Sathanæ, &c.* Idem Irenæus vitandos hæreticos multis alijs in locis docuit, quæ in ſuperioribus diſtinctionibus inſeruntur. Denique TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS, libro contra Hermogenem, & libro de præſcriptionibus aduerſus hæreticos, nihil aliud docet quàm vitanda hæreticorum commercia, vt habes luculenter in præcedentibus expoſita. CYPRIANVS CARTHAGINENSIS, libro primo Epiſtolarum, epiſtola tertia ad Cornelium. *Nulla* (ait) *cum hæreticis commercia copulentur, nulla cùm malis conuiuia vel colloquia miſceantur, ſimúſque ab eis tam ſeparati, quàm ſunt illi de Eccleſia profugi. Nulla ſocietas fidei & perfidiæ poteſt eſſe, qui cum Chriſto non eſt, aduerſarius Chriſti eſt. Qui vnitati & paci eius inimicus eſt, nobiſcum non poteſt cohærere. Si cùm precibus & ſatisfactionibus veniant, audiantur: ſi malè dicta & minas ingerunt, reſpuantur contra eoſdem per totam epiſtolam diſputat, quæ prolixa eſt, & poteris legere.* Hinc & ORIGENES ADAMANTIVS, lib. 2. in Iob, dum illud exponit: Chaldæi fecerunt tres turmas, &c. *Triplex* (inquit) *modo Iob tentatus diabolus, & nunc verò nouiſſimis temporibus, atque in hoc vltimo ſeculo, non in his ſolis tribus cornibus dimicat, non triplici modo cõgreditur: ſed mille modis ac multipliciter dimicat, congreditur & tentat, inſidiatur, ſeducit, atque ſubuertit per multitudinem hæreſum, per innumeros errores, per abundantes ſeductores, per pſeudochriſtos, & pſeudodoctores, quibus hic mundus repletus eſt. Quos nequiſſimus ſeminauit, quos atrociſſimus ille produxit, quos malignissimus fecit, florem & fructum in infidelitate atque errore afferre coegit: quibus hic* (vt diximus) *mundus repletus eſt, qui venerunt & veniunt in verbo Domini, in veſtitu ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, nomen Chriſtianorum habentes atque ſpeciem pietatis, & erroribus & impietatibus atque ſeductionibus referti ſunt. Iſti ſunt vere ianuæ mortis & viæ inferni, iſti ſunt qui a veritate plurimos præuaricantur, & à fide innumeros aberrare faciunt. Iſti ſunt miniſtri maligni diaboli, atque nuncij veritate carentes, iſti ſunt cæci duces cæcorum: iſti ſunt nubes ſine aqua, nebulæ à tempeſtate fugatæ quibus caligo vel nebula interiorum tenebrarum digne ſeruatur atque cuſtoditur. Iſtos ergò fugiamus, ò viri, iſtos late dubitemus, ò amici: iſtos odio habeamus, & infidelitatem atque errorem, qui in eis eſt, velut flammam ignis declinemus, ne cùm illis flamma inextinguibili in die furoris atque reuelationis iuſti iudicij Dei mancipemur.* Hinc ALEXANDER ALEXANDRINVS Epiſcopus, epiſtola ad omnes Epiſcopos de Arrianis, quam SOCRATES hiſtoriographus citat, libro primo, capite ſexto

Ignatius Martyr.

Polycarpus Smyrnenſis.

Martialis Apoſtolus.

Irenæus Lugdunenſis.

In Chriſtianis nihil eſt commune cum hæreticis.

Tertullianus Carthaginenſ.

Cyprianus Carthaginenſis.

Origenes Adamantius.

Mille artes Diaboli ad nocendum.

Igitur & Hæreticorum pater Diabolus.

Matth. 7.

Quam ſcitè depingit Caluiniſtas Origines iſte.

Alexander Alexandrinus Epiſcopus.

Socrates.

A & Nicephorus, libro octauo, capite octauo, ſummoperè eoſdem vitandos & declinandos dicit, vt in ſequenti etiam diſtinctione dicetur. Denique AMBROSIVS MEDIOLANENSIS, lib. 7. in Euāgelium Lucæ. cap. 10. dum illud exponit: Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. *Caue* (inquit) *ne tibi vocem tollat hæreticus, ſi prior eum non ipſe deprehenderis: ſerpit enim, dum latet, eius perfidia. Si tamen commenta impietatis eius agnoueris, iacturā piæ vocis timere non poteris. Caue igitur verſuta diſputationis venena, animā petunt, guttur inuadunt, vitalibus vulnus affigunt: & graues ſunt morſus hæreticorū, qui ipſis grauiores & rapaciores beſtiis nullum auaritiæ finem impietatisq́; nouerunt. Nec vos moueat, quod formam prætendere videntur humanam, nam & ſi foris homo cernitur, intus beſtia fremit, &c.* Vide infrà. Hinc IOANNES CHRYSOSTOMVS, homil. 2. in Geneſio, in illud: In principio fecit Deus cœlum & terram. *Hæreticum* (ait) *fuge velut furibundum. Habet ille fucatum colorem, & manſuetorum perſonas induit, ſequiq́; ſub ouilla pelle lupū. Sed tu ne deciparis, imo hac ipſa de cauſa illum magis exoſum habe, quòd manſuetudinem quidem erga proximum conſeruum ſimulat, contra Dominum autem vniuerſorum bellum gerit, & contra ſuam ipſius ſalutem curris inſanſitus, &c.* Porrò Concilium LAODICENVM, can 9. *Non permittantur* (ait) *Eccleſiaſtici ad hæreticorum cœmeteria, vel ad ea quæ ab iis martyria appellantur, orationis cauſa vel ſanitatis accedere. Huiuſmodi ſi fideles fuerint, certo tempore communione priuari, pœnitentes autem & confitentes ſe deliquiſſe, conuenit ſuſcipi.* IDEM can. 32. & allegat Gratianus, cauſa 1. q. 1. c. Non oportet: *Non oportet ab hæreticis Eulogias accipere, quia ſunt maledictiones potiùs quā benedictiones.* Et cano. 33. *Non oportet cum hæreticis & ſchiſmaticis pariter orare.* Et can. 34. *Non oportet omnem Chriſtianum deſerere martyrem Chriſti, & ire ad pſeudomartyres, id eſt, hæreticorū, & quos ipſos conſtet hæreticos extitiſſe: hi namque ſunt alienati à Deo. Sint igitur anathema, qui ad tales acceſſerint.* Vide Matrimonium non contrahendum cum hæreticis, & c. in vocabulo, Matrimonium. &c. Porrò hos canones recitat MARTINVS BRACARENSIS cap 70. ſui collectorij. Sed & eadem Concilium CARTHAGINENSE IV. ſtatuit, can. 70. & allegatur à Gratiano, cauſa 24 q. 3. cap. Clericus, & can 71. *Hæreticorum* (ait) *conuenticula non Eccleſia, ſed conciliabula appellātur.* Et præfato, can 70. *Clericus* (ait) *hæreticorum & ſchiſmaticorū tam conuiuia, quam ſodalitates euitet æqualiter.* Et can. 72. *Cum hæreticis nec orandum, nec pſallendum.* Prætereà patres Concilij AFRICANI poſtquam publicos congreſſus diſputationum Donatiſtis obtulerunt, & ipſi comparere noluerunt, decreuerunt impetrare patres munimen ab Imperatoribus, aduerſus eorundem inſidias & effrenatam audaciam, ſicque cap. 60 loquuntur: *Quia impletum eſt* (aiunt) *erga nos Epiſcopale ac pacificum officium, & illi qui veritati reſpondere nequiuerunt, ad immanes violentias ſunt conuerſi, ita vt multos Epiſcopos multosq́; clericos, vt de laicis taceamus, inſidiis oppreſſerint, Eccleſias etiam aliquas inuaſerint, aliquas inuadere perentauerint: ipſorum Imperatorum iam clementiæ eſt, conſulere, vt Eccleſia Catholica, quæ eos religioſè vtero genuit, & fidei firmitate nutriuit, eorum etiam proſpectione muniatur, ne temerarij homines religioſis temporibus (infirmos populos terrendo) præualeant, quoniam ſeducendo deprauare non poſſunt. Nota eſt enim, & ſæpe legibus conclamata circumcellionum, quæ furiunt, deteſtabilis manus, quæ etiam religioſiſſimorum ipſorum ſupra principum frequentibus ſanctionibus condemnata eſt* (habes ſuperiùs leges & edicta Imperatorum allegata) *aduerſus quorum furorem poſſemus non inſolita nec à ſcripturis ſanctis aliena implorare ſubſidia, quando Apoſtolus Paulus (ſicut in Apoſtolorum actibus fidelibus notum eſt) factioſorum conſpirationem militari etiam ſubuenit auxilio. Sed nos illud poſcimus, vt Catholicis Eccleſiis ordinum per ciuitates ſingulas, & vicinorum quorumcunque poſſeſſorum per diuerſa loca, ſine vlla diſſimulatione tuitio præbeatur. Simul etiam petēdum, vt illam legem, quæ à religioſa memoria eorum Patre Theodoſio, de auri libris decem, in ordinatores vel ordinatos hæreticos, ſeu etiā in poſſeſſores (vbi eorum congregatio deprehenditur) promulgata eſt, ita deinceps*

B *confirmari præcipiāt, vt in eos valeat, contra quos, propter eorum inſidias Catholici prouocati, conteſtationem depoſuerunt, vt hoc ſaltem terrore à ſchiſmatica vel hæretica prauitate deſiſtant, qui conſideratione æterni ſupplicij, emendari corrigiq́; diſſimulant. Petendum etiam, vt lex quæ hæreticis, vel ex donationibus, vel ex teſtamentis aliquid capiendi vel relinquendi denegat facultatem* (huius mentio facta eſt in ſuperioribus paginis) *ab eorum quoque pietate hactenus repetatur, vt iis relinquendi vel ſumendi ius adimat, qui pertinacia furore cæcati, in Donatiſtarum errore perſeuerare voluerint. Cæterùm illis, qui conſideratione vnitatis & pacis ſe corrigere voluerint, abſque interdicto huius legis, capiendæ hæreditatis aditus pateat, ſi adhuc in errore hæretico conſtitutis, aliquid ante donationis vel hæreditatis obuenit: his ſanè exceptis, qui lite pulſati putauerint ad Catholicam tranſeundum: quia de talibus credibile eſt non metu iudicij potiùs, quàm terreni commodi auiditate, vnitatem Catholicam præoptaſſe. Ad hæc autem omnia præſidio opus eſt poteſtatū ſuarum quarumcunque prouinciarum. Sanè pro vtilitatibus Eccleſiæ, quidquid intellexerint prodeſſe, agendi & impetrandi liberam decernimus legationem.* Denique can. 61. præfati Patres, gratiarum actiones reddunt pro vniuerſa Africa, & excluſione Donatiſtarum. Porrò, vt ad rem redeamus, de cauendis & declinandis hæreticis CYRILLVS ALEXANDR. libro Apologetico ad Orientales Epiſcopos, ſtatim in exordio. *Qui* (ait) *ſuam mentem ſanctiſſimo Deo dicarunt, & veritatis dogmata profiteri delegerunt, cauent & prophana irreligioſorum hæreticorum vaniloquia, confirmantur internum & abſconditum cordis oculum ſcriptura diuinitus inſpirata, & bonis cogitationibus & his qui recta peruertunt, obluctantur, idq́; ſtrenuè quaſi dicentes: zelando zelatus ſum Domino.* Eadem LEO PRIMVS, epiſt 41. ad Martianum Auguſtum, vt citauimus ſuprà dictione, Hæreticorum libri, &c. & alibi Hinc & Conciliū GENERALE V. Conſtantinopolitanum II. ſub Iuſtiniano, Principe, collatio. 8. allegat prædictum Cyrillum, libro contra Theodorum. *Euitandi ſunt* (ait) *illi, qui tam peſſimis culpis detinentur, ſiue in viuis ſint, ſiue non: à nocente enim ſemper refugere neceſſarium eſt, & non ad perſonam magis reſpicere, ſed ad hoc quod Deo placet.* Et Concilium VALENTINVM GALLIAE III. capite quarto, ait de hæreticis qui tunc temporis vigebant. *Eorum ſcripta, in quibus commentum eſt diaboli potiùs, quam aliquod argumentum fidei deprehenditur, à pio auditu fidelium penitus explodimus, & vt talia caueantur penitus authoritate Spiritus ſancti interdicimus, &c.* Porrò repete quæ in ſingulis ſupra memoratis diſtinctionibus continentur, & potiſſimè vide ea quæ ſuperiùs ſunt poſita, & iunge ſequentia.

Hæretici anathematizandi & exploden-

Ambroſius Mediolanenſis

Ioannes Chryſoſtomus, lege & folio ſequenti, pag. 2. ex eodem.

Conciliū Laodicenum ſub libe[rio] & Damaſo 1.

Vide quia Hæreticorū ſupplicia quod videtur alacri animo ſuſcipere vocat Pſeudomartyrium.

Martinus Bracarenſis.

Conciliū Carthaginenſe 4. cui Auguſtinus interfuit.

Concilium Africanum ſub Bonifacio 1.

Quis hæc omnia magni ſe condunt ad depingend[a] noſtra tempora annotare libere quæ ſedulò legas.

Hæreticorum inſidiæ declinandæ prohibitæ & remouendæ.

Actuum 23.

Theodoſij ſenioris lex in hæreticos.

Alia lex.

Hæretici conuerſi, vide & infra.

De his qui conuertuntur metu humano.

Cyrillus Alexandrinus.

3. Regum 19.

Leo 1.

Concilium Conſtantinopolitanum 2 generale

Concilium Valentinū Galliæ 3. cap. 4.

[...ne Nicepho- ...s lib. 6. cap ... ad calcem ...ulum Samo ...enum à ea ...lica eccle- ...proſcriptu ...rrat & eie- ...m & ordine ...tum, &c.]

di,&c. *Quod iam in ſupra memoratis diſtinctionibus eſt inſertum, hic non repetimus, quia in infinitum creſceret materia, & labor fieret impatiens. Spero autem quia cuncta prudens lector bene ſciet recolligere, tam ea quæ iam vocabulis, Excommunicatio, & excommunicatus, dicta ſunt, vbi ſæpius hæreticorum fit mentio, quàm etiam ea quæ in vocabulo, Epiſcopus hæreticus, &c. poſita ſunt, & præcedentia cùm ſequẽtibus coniungens, fortaſſis inueniet quod ſuo deſiderio ſatisfaciat. Sancta igitur quæ reſtãt perſtringenda ſunt. Itaque CLEMENS I. lib. 6. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 18. *Impios* (ait) *hæreticos, qui impœnitẽtes fuerint, ſegregatos à fidelibus eijcite, atque à Dei Eccleſia exterminate, præcipiteq; fidelibus, vt ab eorum conſuetudine omnibus modis ſe abſtineant, nec precum cum his, nec ſermonis communionem habeant ullam. Hi enim aduerſarij inſidiatoresq; ſunt Eccleſiæ, qui gregem labefactant & hæreditatem contaminant, oſtentatores atque ex omni parte deprauati, de quibus dicebat Salomon, in impietate eos ſimulare pietatem. Eſt enim* (inquit) *via quæ videtur quibuſdam recta, ſed extrema eius reſpiciunt profunda inferni. Hi ſunt illi de quibus amare ſeuereq; pronunciauit Dominus, dicens, quod ſunt pſeudochriſti & Doctores falſi, qui blaſphemia affecerunt Spiritum, eiuſq; donũ, poſt acceptam gratiam, reiecerunt: quibus non remittetur neque in hoc ſeculo, neque in futuro: qui Iudæos falſa religione ſuperant, Græcos impietate, qui Deo qui eſt ſuper omnia maledicũt, & filium eius deſpiciunt, atque doctrinam ſpiritus contemnunt, qui diuinos ſermones negant, & per hypocriſim ſe eos recipere ſimulant, in contumeliam Dei fraudemq; eorum qui eos ſequuntur, qui ſacram ſcripturam derident. Qui etiam Eccleſiam Dei labefactant, veluti vulpeculæ vineam, quos monemus vt fugiatis, ne laqueis animas veſtras impediatis, &c.* Hinc & IRENÆVS LVGDVNENSIS, libro 3. aduerſus hæreſes Valentini & ſimilium, capite 3. Narrat quod Apoſtoli hæreticos extra cõmunionem abiecerint, vt alibi dictum eſt. TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS, libro de præſcriptionibus aduerſus hæreticos, excommunicatos dicit à Romano Pontifice hæreticos, hoc modo. *Conſtat* (inquiunt) *Marcionem & Valentinum in Catholicam pene doctrinam credidiſſe apud Eccleſiam Romanenſem, ſub Epiſcopatu Eleutheri benedicti, donec ob inquietam eorum curioſitatem, qua fratres quoque vitiabant, ſemel & iterum eiecti eum ducentis H S quæ Eccleſiæ intulerat, nouiſſimè in perpetuum relegatis diſſidium venena doctrinarum ſuarum diſſeminauit.* Sic & EVSEBIVS CAESARIENSIS, lib. 5. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 28. narrat Theodotum Coriarium hæreticum ab Eccleſia excommunicatum, & iterum lib. 6. cap. 1. narrat Origenem illos excommunicatos exploſiſſe à cœtu fidelium. Sic & ALEXANDER ALEXANDRINVS epiſtola ad Epiſcopos Catholicos contra Arrianos, quam SOCRATES citat, lib. 1. cap. 6. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, & NICEPHORVS CALLISTVS, lib 8, cap. 8. Ibi idẽ Alexander multis verbis agens contra hæreticorum nequitiam, ſubdit. *Itaque* (ait) *cum & ſeruator noſter atque Dominus Ieſus Chriſtus per ſe nobis præceperit, & per Apoſtolum de iſtis ſignificauerit, ritè ſanè & ordine nos, qui auribus ipſi noſtris impietatem illorum audiuimus, eos, ſicuti antea diximus, anathemati ſubiecimus, & alienos prorſus ab Eccleſia & fide Catholica declarauimus, &c.* Hinc AMBROSIVS MEDIOLANENSIS ſermo 11. in Pſalm 118. ad calcem, exponẽs figuram illam trecentarum vulpium Sanſonis, per quas hæreticos fraudulentos ſignificari dicit: *Qui demiſſi, prædicatione* (inquit) *compoſita & falſa & ſimulata, vrere magis ſenſus conantur alienos. Meritò* (ſubdit) *ſcriptum eſt in canticis Canticorum: Prendite nobis vulpes puſillas exterminantes vineas, vt vineæ noſtræ floreant. Quo oſtenditur, quod vel Dominus Ieſus, vel Eccleſia fraudulentorum dolos à vinea ſua exterminandos eſſe præcipiunt, ne pauxillulis vineis noceant, quia adultis iam viribus nocere non poſſunt. Hæreticus enim imperfectum tentare poteſt, non poteſt ſupplãtare perfectum.* Et IOANNES CHRYSOSTOMVS, homil. 9. de reſurrectione. *Cauete* (ait) *dilectiſſimi ſciſſa illa ab integritate Catholicæ fidei hæreticorum dogmata. Dominum niſi integra veſtis non capit, fideles Domino non niſi integritatis captura conſtringat. Cauete dilectiſſimi, multa enim ſciſſuræ ſunt, ne quis aliquãdo ad ſchiſmatum pannos, ab huius veſtis integritate deſciſcat. Multi fidelium in captiuitatẽ deueniunt, multi hæreticos, dominos ſuſtinere coguntur. Sed ſi non coguntur ad ſacrificia, quid refert ſi coguntur ad ſacrilegia? &c.* Hinc LEO PRIMVS epiſt. 43 quæ eſt ad Pulcheriã Auguſtam, iubet, vt Eutyches Abbas Conſtantinopolitanus hæreticus eijciatur, & monaſterio cui pernicioſè indigneque præſedit Catholicus Abbas eius loco præponatur, qui illam ſeruorum Dei congregationem & à prauo dogmate liberare, & inſtitutis veritatis poſſit imbuere. IDEM epiſt. 68. ad Martianum Auguſtũ, repetit vt idem Eutyches in exilium longius relegetur, eo quòd adhuc blaſphemiarũ deſperatus venena profunderet. Hinc & THEODOSIVS SENIOR, referente NICEPHORO, lib. 12 cap. 13 hæreticos à cœtu fidelium ſegregauit, & in priuatis locis degere voluit, & quoſdam in exilium relegauit, vt antea meminimus ſuperioribus diſtinctionibus multis in locis. Hinc eſt quòd Concilium GENERALE V. Conſtantinopolitan. II. collat. ſeu confeſſione 8. anathemate 11. & 12. illos à communione Catholica cenſet ſeparandos, & à Dei Eccleſia, qui non anathematizauerint omnes cuiuſcunque ſectæ vel conditionis hæreticos, & eos, qui hæreticos fouerint & defenderint. Vide ſuperiùs, Hæretici non fouendi, &c. Vel eorum ſcripta ſequuntur, amplectuntur vel approbant, & qui in tali errore vſque ad mortem permãſerint, ne quis ſe ſeducat. Hoc autẽ volunt tam de clericis, quàm de laicis & monachis intelligi, & ſubſcripſerunt patres num. 165. Sed & Concilium LATERAN. ſub Martino I. coosultat 5. anathem 20 ſic anathematizat hæreticos. *Si quis* (ait) *ſceleroſos hæreticos quocunque modo, aut verbo, aut tempore, aut loco terminos remouens illicitè, quos poſuerũt firmius ſancti Catholicæ Eccleſiæ patres, id eſt, ſanctæ & vniuerſales quinque Synodi, nouitates præſumpſerit temerè exquirere & fidei alterius expoſitiones, aut typos, aut leges, vel definitiones, aut libellos, aut epiſtolas, aut conſcriptas, aut ſubſcriptiones aut teſtimonia falſa, aut ſynodos, aut geſta monumentorum, aut ordinationes vacuas, & Eccleſiaſticæ regulæ incognitas, aut loco ſeruaturas incongruas & irrationales, & cõpendioſè, ſi quid aliud impijſſimis hæreticis conſuetum agere, per diabolicã operationẽ tortuoſè & callidè agit contra pias orthodoxorum Catholicæ Eccleſiæ, ſynodales prædicationes, ad euerſionem ſynceriſſimæ in Dominũ Deum noſtrum confeſſionis: & vſque in finem ſine pœnitẽtia permanet hæc impiè agens, huiuſmodi in ſecula ſeculorũ condemnatus ſit, & dicat omnis populus. fiat, fiat.* Hinc LEO II. epi. Conſtant. Imper. 4. cognomine Pogonato directa, anathematizat oẽs hæreticos ab Arrio incipiens &

[Left margin fragments: ...emens 1. / ...a profectò & ...ſtruc eſſe ta... ...cernimus. / ...ouerb. 4. / ...æretici peio... ...e Iudæis & ...ræcis. / ...enæus Lugdu... ...nſis Martyr. / Tertullianus ...arthaginen... / ...ſebius Cæ... ...rienſis. / Alexander Ale... ...ndrinus Epi... ...opus. / ...mbroſius Me... ...iolanẽſis co... ...bris eius erat ...æc eum hæc ...ſiſtarem anno ...70.]

Iudicum 1

Cantico 2.

Ioannes Chryſoſtomus.

Leo 1.

Theodoſius Magnus. Nicephorus Calliſtus.

Concilium Conſtantinopolitanũ 2. generale 5.

Concilium Lateranenſe ſub Martino 1. Patrum 165.

Pſal. 40.7 11 Iudith 10.13.11

Leo 2.

Sabellio,& infrà: ſed & ſeptem Pontifices hæreticos, quorum ſuperiùs fecimus mentionem in vocabulo, Chriſti duplex volũtas & operatio, &c. inter quos numeratur & Honorius I. vnde ſæpius ſum miratus. Vide ibidem. Sed & in Concilio GENERALI VII. Nicæno II. actio. 1. lecta eſt hiſtoria * S. Sabbæ Abbatis & approbata, vbi ſic legitur. *Neolauritas cùm ſe a Catholica communione ſeparaſſent, Eutychium Patriarcha diuerſis rationibus aggreſſus eſt, & in octo menſes vſque varia admonitione & adhortatione vſus, cùm poſſet fieri voti compos, neque ad vnitatem Eccleſiæ eos perducere, Imperatoriis iuſſionibus obtemperans, illos per Anaſtaſium ducem à Neolaura expulit, regionem ab illorũ peſte liberans, &c.* Sic & Concilium BITERRENSE, præſidente in eo Epiſcopo Tornacenſi Apoſtolico legato, ca. 2 iubet anathematizari hæreticos & expelli. Sic Concilium LATERANENSE generale ſub Innocentio III. cap. 3. & allega extra. de hæreticis, cap. 13. *Excommunicamus (ait) & anathematizamus omnem hæreſim, extollentem ſe aduerſus ſanctam orthodoxam Catholicam fidem, condemnantes vniuerſos hæreticos quibuſcunque nominibus cenſeantur, faciem quidem habentes diuerſam, ſed caudas adinuicem colligatas, &c.* Vt iam in præcedentibus allegauimus. Idem repetit Concilium SENONENSE in generali decreto *Vniuerſos (ait) qui aliterquam Romana credit & prædicat Eccleſia, credere & pertinaciter aſſerere attentãt, Concilij authoritate, velut hæreticos & pertinaces, & à cõmunione fideliũ ſeparatos declaramus.* Et infrà: *Einſdem Concilij authoritate, credentes, receptatores, fautores hæreticorum* (vide ſuperiùs hæretici non fouendi, &c.) *excommunicationi ſubiacere decernimus. Suſpectos autem de hæreſi & notatos, poſt vnam aut alteram correptionem decernimus ab omnibus deuitandos: ſcientes, quia ſubuerſi ſunt, & ſuo planè iudicio cõdemnati.* Denique Cõcilium TRIDENTINVM generale infinitis in locis hæreticos anathematizat, & excõmunicandos cenſet, potiſſimum, ſeſſione 25 quæ eſt 9 ſub Pio IV. cap. vltimo in conclusione Concilij vbi hæreticos & eorum errores damnat & anathematizat. Sic & FACVLTAS LOVANIENSIS, art. 22. & PARISIENSIS, artic. 21. hæreticos extra Eccleſiam eſſe & excommunicatos confirmat. Porrò lege ea quæ ſuperiùs diximus, atque ea quę ſequũtur attende.

Concilium Nicenum 2 generale 7. Nunc compoſuit Simeõ Metaphraſt. quia inter vitas ab eo conſcriptas reperitur & hæc.

Concilium Biterrenſe.

Concilium Lateranenſe generaliſſimũ patrum 1215.

Concilium Senonẽſe ſub Antonio à Prato Legato.

Concilium Tridentinum generale nouiſſimum.

Facultas Louanienſis. Facultas Pariſienſis.

Hæretici an poſsint anathematizari poſt mortem.] Hoc inuenies poſitum ſuprà in vocabulo, Excommunica.

Hæreticorum nomina non recitanda, &c.] Hoc dependet ex his quæ in præcedentibus diximus in dictione, Epiſcoporum nomina, &c. vbi dictum eſt, quòd in diptychis nomina defunctorum Epiſcoporũ ſcribebantur & recitabantur, non tamen hæreticorum. Hoc confirmat LEO PRIMVS, epiſt. 38 ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, cap. 3. *Iniquum (inquit) nimis eſt & incongruum eos, qui innocentes & Catholicos ſua perſecutione vexarunt, ſanctorum nominibus ſine diſcretione miſceri, cùm damnatam impietatem non deſerentes, ipſi ſe ſua prauitate condemnent: quos conuenit aut percelli pro perfidia, aut laborare pro venia.* Ibidem autem mentionẽ facit Dioſcori Alexandrini Epiſcopi, & Iuuenalis Hieroſolymorũ, & Euſtathij aliorúmque hæreticorũ. Idem quoque repetit & epiſto 44. ad eundem Anatolium. Idem quoque GELASIVS I ſtatuit de Acacio Conſtantinopolitano Epiſcopo in errore defuncto, & de Timotheo, & reliquis, epiſtola ad Anaſtaſiũ Imperatorem: ſed & IOANNES CONSTANTINOPOLITANVS Epiſcopus, in libello fidei ſuæ, miſſo ad Hormiſdam I. Papã, hanc conſtitutionem citat & approbat. Idem & facit AVRELIVS CARTHAGINEN. Epiſcopus, in proteſtatione ſuæ fidei ad eundem Hormiſdam, vt habes in vocabulo, Romanæ Eccleſiæ Primatus, &c. Hinc ANASTASIVS II. Papa, epiſt ad Anaſtaſium Imperatorem, c. 3. precatur eundem, vt Acacij Epiſcopi Conſtantinop hæretici nomen de medio tollatur, & non recitetur. Quod & fieri iuſſit & ſtatuit IVSTINIANVS IMPER. epiſt. ad Ioannem Epiſcopum Metropolitanum II. Ciliciæ prouincię, de Theodoro impio & blaſphemo Mopſueſtienſi Epiſcopo, cuius nomen iubet è ſacris diptychis eradi. Idem iuſſit & altera epiſtola, quam miſit ad Coſmam ſucceſſorem prædicti Theodori, quæ recitata eſt coram Patribus generalis V. Synodi, collat 5. Vide ſuprà reliquum.

Leo Magnus.

Gelaſius 1.

Ioannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus, non Chryſoſtomus, ſed alius lõgè poſt Chryſoſtomum. Aurelius Carthaginenſis.

Anaſtaſius 2.

Iuſtinianus Imperator.

Hæretici ab Eccleſiaſticis ſacramenti miniſteriis & dignitatibus, & à publicis officiis & magiſtratibus arcendi.] Hoc quidem ſuperioribus foliis multoties inuenies prohibitũ, & præcipuè, in vocabulo, Excommunicatus, & excõmunicatio, & in dictione. Miſſa, & in multis aliis locis, vt in vocabulo. Ordinandi, & ordinati, atque cæteris huiuſmodi. Porrò hoc & Iudæis interdicitur: hæretici autem deteriores ſunt Iudæis & Gentilibus, vt Gregorius Nazianzen. Ioannes Chryſoſt. & Hieronymus affirmant & idcircò & iuſto iudicio illis denegatur, quod nõ eſt conceſſum, &c. Porrò lege, Iudex, & teſtis, vbi inueniuntur hæretici à publicis iudiciis & magiſtratibus arceri, nec poſſe ferre teſtimonium, quod & iam diximus ſuperiùs ex Cõcilio Lateranenſi ſub Innocentio III. vt autem quod propoſuimus etiam abſoluamus. Sic EVTYCHIANVS I. & allegatur à Gratiano, cauſa 11. q. 3. c. Si quis: *Si quis Epiſcopus, aut abbas preſbytero, aut monacho ſuo Miſſas iuſſerit pro hæreticis cantare, non licet: non enim expedit eis obedire.* Sic & GAIVS I. epiſt. ad Fœlicẽ Epiſcopum, hæreticos ab Chriſtianorum accuſatione ſubmouet, & priuat Eccleſiaſticis ſacramẽtis. GELASIVS I epiſt. ad Epiſcopos Dardaniæ, & allegat Gratian cauſa 24 q 2. loquẽs de Acacio Conſtantinopo. Epiſcopo hæretico, qui in errore defunctus erat nec abſolutus, iubet, vt eius & cõplicum nominibus refutatis, cùm nullo prorſus eorum participandum menſæ dominicæ puritati: *Quam (ait) maiores noſtri ſemper ab hæretica magnopere ſeruauerunt pollutione diſcretam, &c.* Lege etiã in vocabulo, Communio quibus non danda eſt, &c. Eadem quoque iniungit Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. par. 1. c. 27. vt in ſuprà memoratis diſtinctionibus allegatũ eſt. Vide & in vocabulis, Clericus hæreticus, & Epiſcopus hæreticus. Quod verò non debeant magiſtratus & officia publica exercere, ſuprà iam diximus, tam ex conſtitutionibus Imperatorum, quàm ſummorum Pontificum, vt ſtatim tibi occurret, ſi reuolueris. Sed & Concilium TOLOSANVM ſub ſancto Ludouico IX Rege, capite vndecimo: *Expreſſè (ait) prohibemus omnibus prælatis, baronibus, militibus & omnibus publicam adminiſtrationem poteſtate gerentibus, magiſtratus vicem illis committere qui hæretici ſunt, vel ſuſpecti ſunt de hæreſi: prohibentes inſuper, ne eos ſecum, vel in conſortium, aut conſilium admittere præſumant, qui infamia talis notantur, etiamſi ab omnibus non ſint ita habiti: quia tamen maior pars eos habet ſuſpectos, omnino a*

Eutychianus 1. Sacrificium Euchariſtiæ celebrandum pro hæreticis.

Gaius 1.

Gelaſius 1.

Cõcilium Lateranenſe ſub Alexãdro 3. patrum 280.

Hæretici non [illegible] aut magiſtratus publicos exercere.

Concilium Tholoſanum.

communi

communi & publica adminiſtratione repellimus. Sed & * Concilium BITERRENSE, cap. 5. expreſsè prohibet emptionem magiſtratuum ab hæreticis, vel de hæreſi ſuſpectis fieri. Et confirmat Concilium NARBONENSE, cap. 8. & RAIMONDVS THOLOSANVS comes, cap. 5. ſuorum ſtatutorũ. Legi & FRANCISCI I. II. Regum Franciæ, & HENRICI II. atque CAROLI IX. crebertima edicta, quæ vetant, ne hæretici fungantur officio publico & magiſtratu, & quæ ita temporis malitia exigéte & peccatis noſtris obſiſtentibus, ſilentio demandantur. Hoc & imperiales leges prohibent, vt habetur in Codice legum, & alijs in locis Lege quod ſequitur.

Hæretici ſuſpecti.] Quandoquidẽ in præcedẽte annotatione de hæreſis ſuſpectis loquebamur, & in ſuperioribus etiam nonnihil diximus, etiam hic libet quippiam addere de hæreticis ſuſpectis. Sic Concilium LATERANENSE generale ſub Innocentio III. cap. 3. *Qui inuenti (ait) fuerint ſola ſuſpitione notabiles, niſi iuxta conditionem ſuſpicionis qualitatemq́; perſonæ, propriam innocẽtiam congrua purgatione mõſtrauerint, anathematis gladio feriantur, & vſque ad ſatisfactionem condignam ab omnibus euitentur. ita quòd ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, ex tunc velut hæretici condemnentur.* Hinc etiam BONIFACIVS VIII. ſexto Decretalium, tit. 2. de hæret. *Cum contumacia in cauſa præſertim fidei, ſuſpitioni præſumptionem adijciat vehementem, ſi ſuſpectus de hæreſi vocatus a vobis, vt de fide reſpondeat, excommunicationis vinculo per vos fuerit innodatus, pro eo quod parere ſubterfugit, aut contumaciter ſe abſentat, quam per annum animo ſuſtineat contumaci: ex tunc velut hæreticus condemnetur, &c.* Vide & ea quæ poſuimus ex Cõcilio SANONENSI in decreto generali ſuprà. Denique prohibet & vetat Concilium TOLOSANVM, capite 9. ne ſuſpecti de hæreſi valeant quamlibet artem liberalem profiteri. Vide quæ ſuperiùs dicta ſunt, & ſequentia.

Hæretici verbo veritatis conuincendi.] Superfluum eſt hoc teſtimoniis cõprobare, quandoquidem & exemplis factum conſtat ab initio. Hinc enim IRENÆVS contra Valentinũ, TERTVLLIANVS contra Marcionem & Hermogenem, & alios plures. ORIGENES, contra Celſum, ATHANASIVS & HILARIVS, contra Arrium, BASILIVS contra Eunomium, AMBROSIVS contra Diuerſos, HIERONYMVS contra Heluidium, Vigilantiũ, Iouinianum & reliquos, AVGVSTINVS contra innumeros, verbo veritatis pugnauerunt, & alij plures, quorũ nomina non poſſet hæc charta complecti. Siquidẽ vt ait HIERONYMVS STRIDONENSIS, lib. 7. commentariorum in Eſayam, cap. 19. dum illud exponit. in die illa erit Ægyptus quaſi mulieres, & ſtupebit, &c. Eccleſiaſticum virum & doctrinis cœleſtibus eruditum, omnis hæreticus timet, & ad recordationem illius terretur, &c. Hinc & DIONYSIVS ALEXANDRINVS, referente NICEPHORO CALLISTO, lib. 6. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 27. Pauli Samoſateni hæreſim validiſſimè oppugnauit. Quomodo autẽ contra eandẽ hæreſim à Patribus ſit proceſſum, ibidem longo tractu exponit Nicephorus. *Reliqui (ait) Eccleſiarum Antiſtites velut ad vaſtantem & pernicioſam feram conficiendã, Antiochiam vndiquaque alius poſt alium congregabantur, reſplendentes enſes & cuſpides, vera Eccleſiæ dogmata præ ſe ferentes.* Deinde ponit Epiſcoporum nomina, & quomodo circa hoc negotium proceſſum. Porro omnia Concilia potiſſimum generalia idcirco congregantur, vt contra hæreticos verbo veritatis decertetur. Hinc TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS, libro de velandis virginibus ſtatim initio. *Hæreſes non tam nouitas (ait) quàm veritas reuincit, & quodcunque aduerſus veritatẽ ſapit, hoc erit hæreſis, etiã vetus conſuetudo, &c.* Hinc Patres Concilij CHALCEDONENSIS actio. 16. in præfatione, in expoſitionem Symboli Nicæni I. Concilij. *Aduerſus eos (aiunt) qui veritati reſiſtunt, variæ nobis certaminum cauſæ tributæ ſunt, à piis viris congruenter adhibitæ contra ea, quæ ab his fallaciter inferuntur, & credentibus quidem ſufficit ad vtilitatem fidei indiſcuſſa perfectio, ad confeſſionem pij dogmatis deuotos pertrahens animos: his autem qui doctrinam rectam peruertere moliuntur ad ſingula quæ male pariunt, oportet occurrere, & eorũ obiectis congrua quæque prouidere. Nam ſi omnes contenti eſſent fidei conſtituto, & pietatis ſemitam nulla innouatione turbarẽt, deceret Eccleſiæ filios nihil amplius excogitare, quàm ſymbolo conſtat eſſe declaratum, &c.* Hinc HIERONYMVS STRIDONENSIS, lib. 1. Commentariorum in Matthæum, cap. 6. exponens illud: Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam, &c. *Si non hæreticus (ait) in diſputatione percuſſerit, & dextrum dogma voluerit vulnerare, opponatur ei aliud de ſcripturis teſtimonium, & tandem verberanti ſuccedentes ſibi dexteras præbeamus, donec inimici ira laſſeſcat, &c.* Porrò quod ſit eis verbo veritatis occurrendum, nec ſit eis permittendum docere, ſuperiùs diximus. Hoc etiam MONACHI CONSTANTINOPOLITANI Hieroſolymorum, & II. Syriæ, epiſtola ad Agapetum I. Papam repetunt, quæ lecta eſt actio 1. V. generalis Concilij. Ibi deſcribunt quantum periculum proueniat animabus ex clandeſtinis conciliabulis hæreticorum, & ex eorum docendi libertate: quorũ libenter hic textum annecterem, ſed oneroſus eſſem lectoribus, quia prolixior eſt, & ſæpiùs in ſuperioribus paginis huiuſce rei fecimus mentionem. Eadem ſuggerunt EPISCOPI ORIENTALES epiſtola ad eundem Agapetum I. quæ lecta eſt etiã actione 1. eiuſdem Concilij, vt etiam ſæpiùs alibi meminimus. Ibi nõ tacent impiiſſimum Zoaram hæreticum monachum: *Qui omninò (inquiunt) diuinam ſcripturam & omnem ſacrum ordinem & Miſſam ignorat, ſed cum audacia (neſcimus vnde ſibi tradita) peſſundat Eccleſiaſticum ornatum atque ſtatum, per conuenticula & parabaptiſmata quæ quotidie temerariè aguntur, etiam Synagogam mulierculis comeſſationibus, & ebrietatibus, luxibusq́; & adulterationibus deditis implet.* Ita legitur epiſtola VIGILII I. collat. 7. eiuſdem Concilij, vbi anathemate ferit Ruſticum & Sebaſtianum, qui cùm eſſent hæretici contra canones publicè docere præſumpſiſſent. Hinc & VICTOR CARTHAGINENS. & reliqui Epiſcopi prædictæ prouinciæ, epiſtola ad Theodorum Papam, quæ lecta eſt in Concilio Lateranenſi ſub Martino primo. *[illegible] eſt (aiunt) canonica diſcretione [illegible] Catholicæ fidei obuiare, nec permittere noniter dici, quod Patrum venerabilium authoritas omnino non cenſuit. Nos enim humiles corde, quæ recta ſunt, adiuuante Domino, ſapientes, vno vinculo charitatis vobiſcum ſumus conſtricti, veram fidem ac religionem Catholicam in omnibus firmiter defenſantes. Studioſius itaque a Catholicis improbis probe [illegible] ſiſtere imminendum eſt, ne torpore deſidia oppreſſi, culpa taciturnitatis teneamur obnoxii: & quaſi finorem impu-*

[illegible] tria con- [illegible] Toloſa- [illegible] m. Biterren [illegible], & Narbo- [illegible] nſe nouiſſi [illegible] in lucem [illegible] odierũt gal- [illegible] o idiomate. Raimondus [illegible] oloſanus co- [illegible] es. [illegible] ranciſcus 1. & [illegible] enricus 2. & [illegible] arolus 9.

[illegible] ōcilium Lateranenſe generaliſsimum [illegible] b Innocen. [illegible] 3. patrum, [illegible] 15.

[illegible] onifacius 8.

[illegible] oncilium Senonenſe. [illegible] ōcilium Toloſanum.

[illegible] enæus. [illegible] ertullianus. [illegible] rigenes. [illegible] aſilius. [illegible] mbroſius. [illegible] ieronymus. [illegible] uguſtinus.

Hieronymus [illegible] tridonenſis.

[illegible] aretici vin- [illegible] tur cum do- [illegible] os catholi- [illegible] os cernunt. [illegible] ionyſius A- [illegible] exandrinus.

[illegible] ōcilium Antiochen [illegible] n [illegible] ra Paulum Samoſatenũ An- [illegible] he um B- [illegible] iſcopum.

Tertullianus Carthaginenſis.

Concilium Chalcedonenſe 1. generale 4.

Hieronymus Stridonenſis.

Monachi Conſtantinopolitani Hieroſolymorum, & 2 Syriæ.

Epiſcopi Orientales.

Zoaras nequiſſimus hæreticus.

Nec miſſam ignorabat, ideò nec diſſimilis [illegible] minus [illegible] quod ſequitur.

Vigilius 2.

[illegible] Carthaginenſis.

Fælix 3.

dentes iudicemur, dum aduerſa Catholicæ fidei propulſare negligimus. A beato namque Foelice *Apoſtolico veſtræ ſanctitatis prædeceſſore dictum eſt: Negligere quippe, cum poſſis deturbare peruerſos, nihil eſt aliud quam fouere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.* Lege & ſuprà in dictione, Epiſcopus hæreticos inſectetur, &c. Vide & ea quæ poſuimus ex Conc. Francfordiensi ſuperiùs dictione, Eccleſia, &c. vbi ſic leges. *Neceſſarium eſt omnibus Chriſtianis cunctiſque fidelibus, maximeque Apoſtolicis viris, contra hoſtes Eccleſiæ, fidei armis dimicare, &c.* Quæ ibi ſunt poſita. Denique patres Concil. Basileensis ſeſſio. 25. ſe congregatos affirmant ad conuincendos hæreticos, quod & grauiter præſtiterunt contra hæreſes Auguſtini de Roma Archiepiſcopi Nazareni, & Ioannis Huſs, qui & in Concilio Conſtantienſi exuſtus, de quibus vide alibi.

Concilium Francfordienſe.

Cōcilium Baſileenſe generale.

Augustinus Hipponenſis

Hæretici ſunt pertinaces, & difficulter conuertuntur.] Avgvstinvs Hipponensis, lib. 2 de quæſtionibus Euangeliorū, & in epiſtola ad Epiſcopos Donatiſtarum, ſummopere pertinaciam hæreticorū deteſtatur. Cyrillvs Alexandrinvs epiſtola ad Proclum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, quæ lecta eſt collat. 5. generalis V. Concilij. *Anima* (ait) *ægrotans peruerſorum intellectuum & dogmatum putredine, inſanabilem habet paſſionem.* Porrò repete ea quæ ſuperiùs in vocabulo, Hæreſis, &c. diximus. Hoc quoque in profeſſo eſt, quia intricatus animus laqueis diabo i multò fortiùs captious tenetur & ligatur, vnde rarò ab hæreſi conuerti videmus: quòd ſi conuertuntur ſignum eſt, quia nec fuerant veri hæretici: ſed, vt ait Auguſtinus, tantum aliqua imagine deluſi, verum quia quidam aliquoties conuertūtur, operæpretium eſt & conſequenter demonſtrare quid ſit de illis ſtatutum.

Cyrillus Alexandrinus.

Hæreticus conuerſus quomodo recipiendus & qualiter tractandus. Et quidem quòd conuerſi hæretici debeant ſuſcipi, ſuperiùs oſtendimus ex Abdia Babylonio, vbi narrat Iacobum Apoſtolū Hermogenem magum & hæreticum, reſipiſcentem ſuſcepiſſe. Lege quoque quæ etiam ex Concilio Africano, poſita ſunt, & vocabulo, Clerici hæretici conuerſi, &c. Porrò Dionysivs Alexandrinvs epiſtola ad Philemonem presbyterum Romanum, quam & allegat Nicephorus, lib. 6 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap 8. hæreticos conuerſos nō debere iterum baptizari docet, & hoc ſe à beato Heracla accepiſſe gloriatur. *Cum autem illi ad Catholicam fidem redirent, non debebant* (ait) *priùs admitti quam publicè omnia expoſuiſſent, quæ malè docuiſſent & tenuiſſent.* Inde eſt quòd nos huc uſque reſipiſcentes ab hæreſi, propalam in Eccleſia per recantationem ſeu reuocationem errorem ſuum cōfitentes compellimus, vt habes in recantatione Berengarij & aliorum. Hinc Evsebivs I. epiſt. 3. ad Epiſcopos Campaniæ & Tuſciæ. *Hæreticos* (ait) *omnes quicunque Dei gratia conuertuntur, & in ſancta Trinitatis nomine credentes baptizati ſunt, Romana Eccleſia regulam tenentes, per manus impoſitionem reconciliari præcipimus.* Prætereà Cōcilium Eliberinvm, can 51. *Ex omni hæreſi, qui ad nos fidelis venerit, minime eſt ad clerum promouendus, vel ſi qui ſunt in præteritum ordinati, ſine dubio deponētur.* Iden can. 22. *Si quis de Catholica Eccleſia ad hæreſim tranſitum fecerit, rurſuſque ad Eccleſiam recurrerit, placuit huic pœnitentiam non eſſe denegandam, eo quod cognouerit peccatum ſuum, qui etiam decem annis agat pœnitentiam, cui poſt decem annos præſtari communio debet.* Si verò infantes fuerint tranſducti, quòd non ſuo vitio peccauerint, incunctanter recipi debent. Idē ſtatuit Concilium Arelatense II. can. 17. de Bonoſiacis hæreticis. Verùm Conciliū Laodicenvm can 6. *Non concedendum* (ait) *hæreticis ingreſſum domus Dei in hæreſi permanentibus.* Et can. 7. *De his autem qui ab hæreticis conuertūtur, ſiue baptizati ſint illi, ſiue cathecumeni, nō ante ſuſcipiantur, quam omnes hæreſes anathematizent, & præcipuè illam qua detinebātur. Tunc demum hi qui apud eos dicebantur fideles, noſtra doceantur fidei ſymbolū, & vncti ſancto chriſmate ſic myſterijs communicent ſacroſanctis.* Idem ſtatuitur can. 8 de Cataphrygis. Hinc Concilium Constantinopolit. I. generale II. ſub Theodoſio ſeniore, can. 7. *Eos* (ait) *qui rectæ fidei adijciuntur, recipimus ſecundum ſubiectam hic conſuetudinem & conſequentiam. Arrianos quidē, & Macedonianos, & Sabbatianos, & Nouatianos qui dicunt ſeipſos Catharos & Ariſteros, hoc eſt, mundos vel ſiniſtros, & Teſſeradecatitas ſiue tetraditas, & Apollinariſtas recipimus. dantes quidem libellos, & omnem hæreſim anathematizantes, quæ non ſentit, vt ſancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia. & ſignatos ſiue vnctos primùm ſancto chriſmate, & frōtem, & oculos, & nares, & os, & aures, &c.* Et infrà. *Eunomianos qui in vnam demerſionem baptizantur, & Montaniſtas, qui hic dicuntur Phryges, & Sabellianos qui eundem eſſe patrem & filiū opinantur, vtrumque ſimul confundentes, & alia grauia & indigna facientes, & alias omnes hæreſes, quicunque ex his rectæ fidei aſcribi volunt, admittimus. Et primo quidem die, ipſos Chriſtianos facimus, ſecundo cathecumenos, deinde tertio exorcizamus, ſiue adiuramus ipſos, ter ſimul in faciem eorum & aures inſufflantes. Sic eos catechizamus ſiue inſtruimus & curamus, vt longo tempore verſentur in Eccleſiis, & audiant ſcripturas, & tunc eos baptizamus.* Sic & Ambrosivs Mediolan. lib. 3. Hexameron, cap. 13 ſummam vtilitatem ex conuerſione hæreticorū Eccleſię proueniſſe confirmat. Avgvstinvs Hipponensis, lib. vnico de baptiſmo ad Conſtantium, de hæreticis conuerſis non rebaptizandis tractat, vt etiam diximus in vocabulo, Baptiſmus non iterandus, & baptiſmus hæreticorum, &c. & ſubdit Auguſtinus. *Nec illius ſine diſtinctione præterimus, vt humiliorem agant pœnitentiam, qui iam fideles Eccleſiam Catholicam deſeruerunt, quam qui in illa nondum ſunt: nec ad clericatum admittuntur ſiue ab hæreticis rebaptizati ſint, ſiue prius ſuſcepti ad illos redierint, ſiue apud illos clerici vel laici fuerint, &c.* Hinc in Concilio Telensi lecta eſt epiſt 4. Syricii I. ad Epiſcopos Africanos, can. 8. vbi ſic legitur. *Hæretici conuerſi per manus impoſitionem ſuſcipiantur, præter eos quos rebaptizant.* Idem & Innocentivs I epiſt 2. ad Victricium Rhotomagenſem Epiſcopum, cap. 8 *Venientes* (ait) *à Nouatianis & Montenſibus, ſeu alijs hæreticis, per manus tantum impoſitionem ſuſcipiantur quia quamuis ab hæreticis, tamen in Chriſti nomine ſunt baptizati. Illi autem qui fortè a nobis ad illos tranſeuntes rebaptizati ſunt, ſi reſipiſcentes & ruinam ſuam cogitantes redire voluerint, ſub longa pœnitentiæ ſatisfactione admittendi ſunt.* Idem ſtatuit Concilium Hipponense, can 35. Hinc Anastasivs I. epiſt 1. ad omnes Burgundiæ & Germaniæ Epiſcopos, cap 13. eadem rememorat: & ſub eodem tempore. Concilium Tavrinense I. ſub Syricio I. can 5. mandat hos, qui ab hæreſi conuertuntur, ad gremium noſtris, Eccleſiæ ſuſcipiendos. Leo I. epiſto. 83.

Abdias Babylonius.

Hæretici conuerſi non rebaptizandi, vide & Baptiſmus non iterandus, &c.

Hæreti. palinodiā canebāt conuerſi.

Euſebius I.

Concilium Eliberinum.

Hæretici conuerſi non promouendi, vide & quot annis debeant pœnitere.

Concilium Arelatenſe 2.

Concilium Laodicenum ſub Damaſo I.

Concilium Conſtantinopolitanum generale ſecundum, contra Macedo[nium]

Forma recipiendorum Hæreticorum ad fidem.

Ambroſius Mediolanēſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Hæretici clericatum conuerſi non admittuntur.

Concilium Telenſe. Syricius I.

Innocentius I.

Concilium Hipponenſe. Anaſtaſius I.

Cōcilium Taurinenſe I. Leo I.

que

quæ eſt ad ſeptimum Epiſcopum Altinum: iubet, vt ſi quis ex Cœleſtianis & Pelagianis conuerſus ſit, cùm profeſſione ſatisfactionis legitimæ in communione catholica habeatur. Hinc Concilium MILEVITANVM canone 23. *Placuit, vt quicunque conuerſus ab hæreticis dixerit, ſe apud eos pœnitentiam accipere, vnuſquiſque catholicus Epiſcopus requirat, vbi & ob quam cauſam apud eoſdem hæreticos pœnitentiam ſuſceperit, vt cùm documentis certis hoc ipſum approbauerit, ſibi pro qualitate peccati, ſicut eidem Epiſcopo catholico viſum fuerit, tempus pœnitentiæ vel reconciliationis decernat.* Porrò in vocabulo, lapſus, etiam de hæreticis conuerſis & laicis in hæreſim præcipitatis agetur. Præterea Concilium ARAVSICANVM I. ſub Leone I. canone 2. *Hæreticos in mortis diſcrimine poſitos, ſi Catholici eſſe deſiderent ſi deſit Epiſcopus, à presbyteris cum chriſmate & benedictione conſignari placet.* Hinc & Concilium CONSTANTINOPOLITANVM ſub Flauiano actione 5. vt habetur actione 1. Concilij Chalcedonenſis, Eutychetem ad pœnitentiam & conuerſionem exhortatur, promittens ei ſpem veniæ pro præcedentibus & de futuris, communionem, ſi ſimilia confiteri voluerit quæ & ſancti patres in ſuis expoſitionibus reliquerunt. Sic quoque & Concilium GENERALE VII Nicenum 2 actione 1. quæſtionem mouit, an ſuſcipi & recipi in communionem deberent decem Epiſcopi hæretici, qui errorem publicè exuerant, & ſibi petierant condonari, quod imperitia deliquerant (vt dicemus infra in vocabulo, Imago) Itaque coram patribus huius Concilij allati ſunt ſanctorum libri, quibus cognoſcerent quænam in recipiendis certa ratio obſeruari debeat, & lectus eſt publicè Apoſtolicarum ordinationum canon (in ordine, vt ibidem notatur 53. ſed ſtat apud nos in ordine 51.) vt dicemus in vocabulo, pœnitens, &c. *Si quis* ait canon *presbyterum qui à peccato conuertitur non receperit, ſed reiecit, deponitur. Si quidem Chriſtum offendit, qui gaudium in cœlo ſuper peccatorem reſipiſcentem oboriri dixit.* Lectus eſt poſtea canon. 8. Concilij NICENI I de his qui ſe Catharos, id eſt, puros nominatunt. *Si ad communem Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam redierint, viſum eſt ſanctæ & magnæ ſynodo, vt accepta manus impoſitione in clero ſic maneant.* Lectus eſt & canon 3. Concilij EPHESINI I. generalis 2. *Si quis in qualibet ciuitate clericorum à Neſtorio, quique illius dogmata ſequuntur, prohibiti ſunt, vt minus rectè ſenſerint, hos vt gradum proprium recuperent, iuſtum cenſuimus. Quicunque autem clerici vniuerſali & orthodoxæ ſynodo conſentiunt, & nunc & in futurum etiam quouis tempore iubemus, ne omnibus Epiſcopis à ſacris canonibus & orthodoxa fide deficientibus & abſiſtentibus, eaque tranſgredientibus, ſubijciantur.* Lectus & alius canon eiuſdem Concilij contra Meſſalianos & Euchytas. *Placuit vt quicunque per prouinciam fuerint Meſſaliani inuenti furioſæ hæreſios cultores, ſiue etiam in ſuſpitionem venerint eiuſmodi morbi, ſiue clericorum de numero fuerint, ſiue ex laicis, excommunicari. Quòd ſi aliquis illud ipſum dogma fuerit, execratus, ſiquidem clericus extiterit, in ea ordinatione permaneat: ſi verò laicus, in Eccleſiæ communionem recipiatur.* Lectus eſt & locus epiſtolæ BASILII MAGNI ad Amphilochium contra Eucratitas, qui ne ad Eccleſiam redirent, baptiſmum ſibi vſurpauerant, & dicit eos qui ab hac hæreſi reuerſi ſunt, ad gremium Eccleſiæ in ſedem receptos: ſimiliter eiuſdem locus epiſtolæ 72 & 74 ad Enaiſenos, & Epiſcopos Orientales, atque alterius ad Terentium comitem in qua idem Baſilius ſignificauit communicationem & receptionem Euſtathij, qui ab hæreſi fuerat reuerſus, lecta eſt & epiſtola CYRILLI ALEXANDRINI ad Maximum Diaconum Alexandriæ, vbi de Neſtorianis, ſi toto corde conuertuntur, præcipit, vt eos diligenter examinet, & ſic eos recipiat. *Malumus enim* (ait) *eos negantes, quam inuerecundè animo collaudantes Neſtorij improbitatem. Sed res commoda adminiſtratione, multaque diligentia indiget.* Lecta eſt & epiſtola. Eiuſdem ad Gennadium Presbyterum & Archimandritam, vbi de Hieroſolymitani Epiſcopi, quem Ælienſium Epiſcopum nominat, agit receptione, à Proclo viro ſanctiſſimo Conſtantinopolitano Epiſcopo. Lecta eſt & epiſtola ATHANASII ALEXANDRINI ad Rufinianum, vbi ſynodali dicit ſtatuto definitum *Placuit vt hic & vbique gentium, quicunque* (ait) *lapſi fuiſſent proprio arbitrio, & anteſignani fuiſſent impietatis, ſi reſipiſcerent, ignoſcendum quidem illis, verùm non reſtitui debere in cleri numerum: qui verò non authores, ſed neceſſitate & violentia compulſi fuiſſent, viſum eſt quidem illis ignoſcendum, & in cleri locum debere reſtitui, maximè cùm probabilem defenſionem & excuſationem dederint. Atque hoc quoque œconomicè & rationabiliter factum videtur, quod & Romanorum Eccleſiam omnia comprobaſſe conſtat.* Epiſtolæ autem huius locus repetitus eſt à patribus referente THARASIO CONSTANTINOPOLITANO Epiſcopo, cùm de non reſtituenda dignitate ſacerdotij loqueretur. Sic autem ait Tharaſius. *Non de quouis hæretico redeunte ad mentem, beatus pater ſtatuit: ſed de eorum principibus & anteſignanis, quique in ſua hæreſi velut delicantur, & ſe oblectant, verbiſque artificioſis veritatem ipſam fuſcare ſtudent, haud aliter ac orthodoxi ſolent cum libertate. ipſi autem ſententiam ſcripturæ peruersè explicant.* Et repeti verba Athanaſij fecerunt, de non eis reſtituenda ſacerdotij dignitate. Igitur cœperunt patres quærere, an huiuſmodi decem Epiſcopi qui conuerſi fuerant, deberent in communionem recipi, cùm ſe ipſi faterentur non vi, nec violentia adactos ad huiuſmodi hæreſim, ſed in ea natos & conuerſatos, & in ea diu vixiſſe. Viſum eſt igitur patribus, vt viderent ordinationem eorum quos receperant, ſi eſſent ab hæreticis, an non, & poſtea de electione. Lectus eſt itaque ante eos locus hiſtoriæ Eccleſiaſticæ RVFINI PRESBYTERI libro 10. capite 28. *Pergit interea Euſebius Alexandriam, ibique confeſſorum concilio congregato, qui pauci quidem erant numero, ſed fide integri, diſcutiunt quo pacto poſt hæreticorum procellas & perfidiæ turbines, tranquillitas reuocaretur Eccleſiæ. Alijs videbatur fidei calore feruentibus, nullum debere vltrà in ſacerdotium recipi, qui ſe vtcunque hæreticæ communionis contagione maculaſſet. Sed qui imitantes Apoſtolum, quærebant, non quod ſibi vtile eſſet, ſed pluribus, vel qui imitarentur Chriſtum, qui cùm eſſet omnium vita, pro ſalute cunctorum humilians ſe, deſcendit in mortem, quo ſcilicet inueniretur & in mortuis vita: dicebant melius eſſe humiliari paululum propter deiectos, & inclinari propter eliſos, vt eos rurſus erigerent, nec ſibimet ſolis puritatis merito cœlorum regna defenderent, ſed eſſe glorioſius, ſi cùm pluribus illuc mererentur intrare. Et ideo ſibi rectum videri, vt tantùm perfidiæ authoribus amputatis, reliquis ſacerdotibus daretur optio, ſi fortè velint, abiurato perfidiæ errore, ad fidem patrum ſtatutaque conuerti, nec negare aditum redeuntibus, quin potius de eorum conuerſione*

Concilium Mileuitanum.

Lapſus.

Hæreticus in mortis articulo [illegible]. Concilium Arauſicanum 2.

Concilium Conſtantinopolitanum ſub Flauiano.

Concilium Nicenum generale 7.

Canõ Apoſtolorum approbatur hunc autem allegauimus 7 vocabulo Pœnitẽs recipiendis, &c. Luc. 15.

Concilium Nicenum 1

Concilium Epheſinum 1. generale 2.

Hæretici ſuſpecti.

Baſilius magnus.

Cyrillus Alexandrinus.

Athanaſius Alexandrinus.

Qui anteſignani fuerit hæreticos non recipiuntur in clerum qui vero ſolum modo ſeducti ſunt recipiuntur.

Tharaſius Cõſtantinopolitanus.

Proceſſus decẽ Epiſcoporum hæreticorum qui conuerſi fuerant.

Ruffinus Aquileienſis.

Concilium Alexandrinum celebratum ab Euſebio Cæſarienſi.

Lucæ 15.

gandere: quia & ille Euangelicus iunior filius, paterna depopulator ſubſtantiæ, ſed in ſemetipſum reuerſus, non ſolum ſuſcipi meruit, ſed & dignus paternis complexibus deputatur, & annulum fidei recipit, & ſtola circundatur, per quam, quid aliud quam ſacerdotij declarantur inſignia? nec probabilis extitit apud patrem ſenior filius, quod inuidit recepto, nec tantum meriti habuit non delinquendo, quantum nota contraxit non indulgendo germano. Cum igitur huiuſcemodi ſententiam, ex Euangelica authoritate probatam, ordo ille ſacerdotalis & Apoſtolicus comprobaſſet, ex eiuſdem Concilij ALAXANDRINI decreto, Aſterio cæteriſque qui cùm eo erant iniungitur Orientis procuratio, præfato verò Euſebio decernitur Occidentis, vt ibidem latiùs proſequitur Rufinus vide loco ſuperiùs allegato capite 29. Tandem cùm hæc relata eſſent in conſpectu Patrum ſupra memoratæ ſynodi Nicenæ 2. generalis 7. communi conſenſu decreuerunt, vt hæretici conuerſi reciperentur, ſi alia non ſubſit canonica cauſa quæ prohibeat. *Redeuntes* (aiunt illi) *placet omnibus vt recipiantur. Oportet enim vbique canonicas ordinationes ſeruare.* Et ſubſcripſerunt omnes. Poſteà verò quæſierunt de his, qui ab hæreticis ordinati ſunt, vt dicemus in vocabulo, ordinati ab Hæretic &c. Tum demum actione 2. & 3. eiuſdem concilij Gregorius Neocæſareæ Epiſcopus hæreticus, & eiuſdem cùm præfatis decem Epiſcopis fatinæ, ſe præſentauit patribus, abiurationem tenens erroris, & de eo ſicut de cæteris ſententia prolata eſt. Denique de hæreticis conuerſis ad fidem GREGORIVS I. libro 3. Dialogorum cap. 31. *Tunc gaudet* (ait) *ſancta catholica & Apoſtolica Eccleſia, quando inimici ſui, videlicet hæreticos, videt in vera confeſſione ad eam reuerti, Domino dicente: Gaudium erit ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, &c.* AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro de Prophetia, vt allegat ADRIANVS I. libro pro defenſione Imaginum ad Carolum magnum cap 56. *Quicunque ab hæreticis tranſirent ad Catholicam, non habebunt hoc opprobrium gentium, nec portant maledictum diſſenſionis: quia permanent in radice vnitatis, in plantatione charitatis.* Eadem confirmat Concilium LATERANENSE ſub Innocentio 3. cap. 3. & 4. vt alibi allegauimus, & allegatur extra: de hæretic. cap. 2. excommunicamus, &c. Concilium SENONENSE in generali decreto de damnatione hæreticorum, expreſſè ſtatuit, vt damnati de hæreſi, ſi ad vnionem fidei catholicæ redire voluerint, maneant de foro Eccleſię, & ad agendam perpetuam pœnitentiam in pane doloris & aqua triſtitiæ perpetuo carceri deputentur. Damnatos verò de hæreſi, ſi eam abiurare noluerint, ſi laici ſunt, ſtatim ſunt iudicio ſeculari relinquendi, ait, vt ſupra meminimus. Sic & Concilium TRIDANTINVM ſaluum conductum dedit multis proteſtantibus, vt ad Concilium properarent, & ita ſeſſione 17. quæ eſt prima ſub Pio 4. loquitur. *Non abs re putauimus eſſe omnes, qui in hæreſes quaſcunque lapſi ſunt, & adhuc irretiti ſunt, ad pœnitentiam inuitare cum ſalui conductus ampla conceſſione, ac promiſſione magna & ſingulari clementia & benignitatis, modo redeant ad cor, & ſancta Eccleſia catholica poteſtatem agnoſcant.* Lege reſiduum, clerici ab hæreſi conuerſi, & Epiſcop hæreticus conuerſus, &c & infra, pœnitens & lapſus.

Cōcilium Alexandrinū ſub Euſebio Cæſarienſe.

Hæretici conuerſi ſuſcipiendi.

Vide quomodo his fuerant hoſtes imaginum, vt nunc ſunt Hæretici, & tamen paſsimodum cōment agnoſcentes veritatem.

Gregorius 1.

Luc 15.

Auguſtinus Hipponenſis

Adrianus 1.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3.

Concilium Senonēſe ſub Antonio à Prato.

Concilium Tridentinum generale nouiſſimum.

Hæretici conuerſi, iterum, recidiuantes.] Lege quod ſuperiori diſtinctione tractatum eſt, & locis aliis ibidem præſignatis, infrà, pœnitens recidiuum patiens, & lapſus, &c. Porrò vt quod reſtat abſoluamus, Concilium SENONENSE in generali decreto & traxit ex ſexto decretalium cap. 1. de hæreticis. *Qui in hæreſim* (ait) *ſemel abiuratam reciderint, ac velut canes ad vomitum redierint, tanquam palmites aridos in vite non manentes foras mittendos decernimus, & ſeculari iudicio ſine vlla audientia relinquendos. Relapſos autem in hæreſim, iuxta decretum* ALEXANDRI IV. *declaramus eos, qui in iudicio hæreſim abiurarunt, & poſt committunt in ipſa, licet prius crimen hæreſis non plenè contra ipſos probatum fuiſſet. Inſuper eos, qui in vna ſpecie hæreſis commiſerunt, aut in vno fidei articulo errauerunt, & poſt ſimpliciter vel generaliter hæreſim abiurarunt, ſi ex tunc in aliam ſpeciem hæreſis committunt, velut relapſos in hæreſim decernimus iudicandos. Præterea, ſi de cuius lapſu in hæreſim ante abiurationem conſtiterit, vel nunc conſtat, ſi poſt illam hæreticos deducat, acceptet, vel aſſociet, ſeu dona aut munera eis mittat, aut fauorem eis impendat qui excuſari non poſſit, meritò debet iudicari relapſum, cùm illum ex approbatis à ſe erroris conſequentia, non ſit dubium id feciſſe. N[illegible] ſime, abiurans in iudicio hæreſim, propter vehementem præſumptionem ſi iteratò labitur, licet non [illegible] plenè probata, relapſus dicitur. Cæterùm relapſis & ſi reſipiſcentia non profecerit ad euitationem pœna temporalis, tamen cùm Eccleſia nulli claudat gremium redeunti: non ſunt ipſis relapſis, ſi pœnituerint & pœnitentiæ ſigna apparuerint, pœnitentia & Eucharistia ſacramenta deneganda.* Vide locis ſuperiùs allegatis.

Concilium Senonēſe ſub Antonio à Prato Cancellario & Archiepiſcop.

Alexander 4.

Relapſi quatuor modis agnoſcuntur.

HIERVSALEM.

Hieroſolymitanæ Eccleſiæ.[Cùm Antiochena diſſidium, habes ſuperiùs expreſſum vocabulo, Antiochia.

HISTRIO.

De hiſtrionibus.] Clericis vel aliis agentus in vocabulo, ludus, & ſpectacula De Hiſtrione etiam impudico & nefario, qui multos ſua arte perdebat & quæſtus inique conquirebat, agit CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro 1. epiſtolarum epiſtola 10. ad Euctatium. Vide locis allegatis.

Cyprianus Carthagi[illegible]

HOMILIA.

Homiliarum.] ſæpiùs fit mentio in antiquis patrum decretis, & potiſſimè in Concilio VASENSI II. ſub Leone 1. canone 2. vt dicemus in vocabulo, prædicatio, & prædicator, & alibi Hinc etiam Concil. TVRONENSE III. ſub Carolo Magno canone 17. *Viſum eſt vnanimitati noſtra, vt quilibet Epiſcopus habeat homilias continentes neceſſarias admonitiones, quibus ſubiecti erudiantur, de fide catholica, prout capere poſſunt) de retributione bonorum perpetua, & æterna damnatione malorum, & de reſurrectione quoque futura, & vltimo iudicio, & quibus operibus poſſit promereri vita beata, quibuſve excludi, & vt eaſdem homilias quiſque apertè transferre ſtudeat in propriam linguam, quo faciliùs cuncti poſſint intelligere quæ dicuntur.* Idem omninò Concilium RHEMENSE ſub eodem principe canone 15. & Concilium MOGVNTINVM II. ſub Rabano Archiepiſcopo cap. 2. omninò verbis ſimilibus. vide ſuperiùs, Epiſcopi officium, &c & infra prædicatio &c

Concilium Vaſenſe 2.

Concilium Turonenſe 3. ſub Leone 3.

Conciliū Rhemenſe.

Concilium Moguntinum 2.

Homo.

Homo cur ab initio non eſt perfectus creatus.] Lege hic quæ iam diximus in vocabulo, Adam, & infra, Liberum arbitrium. Porrò Irenævs Lvgdvnensis libro 4. contra hæreſes Valentini & ſimilium cap. 73. *Si dicat aliquis, quid enim? non poterat ab initio Deus perfectum facere hominem? Sciat quoniam Deus quidem, cùm ſemper ſit idem, & innatus, quantum ad ipſum eſt, omnia poßibilia ei. Quæ autem facta ſunt ab eo ſecundum quod poſtea facturæ initium habuerunt, ſecundum hoc & minora eſſe oportuit eo qui fecerit. Nec enim poterant infecta eſſe quæ nuper facta ſunt: propter quod autem non ſunt infecta, propter hoc & ideo deficiunt à perfecto. Secundum enim quod ſunt poſteriora,* (ait cap. 74.) *ſecundum hoc & infantilia, & ſecundum quod infantilia, ſecundum hoc & inſueta, & inexercitata ad perfectam diſciplinam,* &c. Tum cap. 75. *Quemadmodum Apoſtolus poterat quidem dare eſcam, tamen lac dabat, eò quòd illi eſcam non poterant accipere, quoniam infirmum adhuc & inexercitabilem ſenſum erga Deum conuerſationis habebant. Sic & initio Deus quidem potens fuit dare perfectionem homini, ille autem nunc nuper factus non poterat illud accipere, vel accipiens capere, vel capiens continere.* Vide & Tertvllianvm, allegatum in vocabulo, liberum arbitrium, vbi hoc idem probat. doctiſſimè tractat de hac re Clemens Alexandrinvs libro 2. Stromatum, non longè à fine, vbi inquirit quomodo intelligendum ſit, ad imaginem & ſimilitudinem Dei creatum eſſe hominem: ſimiliter & libro 3 ad calcem. Potiſſimum autem de hac materia ſufficientiſſimè diſſeruit Gregorivs Nissenvs libro de homine cap. 1. & 2. ſcripſerunt multi alij patres quos fruſtra conarer omnes hic producere.

Irenæus Lugdunenſis.

Tertullianus Carthaginenſis

Clemens Alexandrinus.

Gregorius Niſſenus.

Hominis corpus vnde.] Priſcillianiſtæ corpus hominis impiè diaboli eſſe figmentum, & ſemina conceptionum opere dæmonum in vteris mulierum figurari aſſerebant: quos falſitatis & impietatis arguit Leo I. epiſtola 91 ad Turibium Aſturienſem Epiſcopum cap. 8 talem potius, dicens, opinionem dæmonum eſſe figmentum, qui non in fœminarum ventribus formant homines, ſed in hæreticorum cordibus tales fabricantur errores, cap. autem 9. ſequenti eoſdem arguit, qui promiſſionis filios, ex matrum viſceribus quidem natos, ſed ex Spiritu ſancto dicunt eſſe conceptos: quia per Spiritum quidem ſanctum, promiſſionis quidem filij renaſcuntur. non in vtero carnis, ſed in virtute baptiſmatis, cùm tota materna viſcera peccati mortalitatiſque contagio comitetur infantes. Et cap 14. eos conuincit, qui corporis ſtatum ſub poteſtate ſyderum, atque ſignorum, proterua qualitate teneri affirmabant. vide ſuperiùs, fatum, & Gregorivm Nissenvm loco præallegato, & Epiphanivm Cypri libro 1. contra hæreſes, hæreſi 45. contra Seuerianos. Idem dicit & Concilium Bracarense I. capite 12. & 13. & multi alij patres. Avgvstinvs Hipponensis hoc aſſerit libro de Eccleſiaſticis dogmatibus cap 19 vbi diſputat ex quibus homo conſtet: & Ambrosivs Mediolanensis ſermone 10. in pſalmum 118. dum illud exponit: manus tuæ fecerunt me & pſalmauerunt me, &c. perge ad ſequentia.

Leo I.

Gregorius Niſſenus.

Epiphanius Cypri.

Concilium Bracarenſe I.

Auguſtinus Hipponenſis.

Ambroſius Mediolanēſis.

Hominis proprium.] Concilium Arausicanvm II. ſub Leone I. canone 22. *Nemo habet de ſuo, niſi mendacium & peccatum. Si quis autem habet homo veritatem atque iuſtitiam, ab illo fonte eſt, quem debemus ſitire in hac heremo, vt ex eo quaſi quibuſdam guttis irrorati non deficiamus in via.* Si hanc vellem dilatare materiam, non ſufficeret charta nec hora: ſed ſub ſilentio cuncta recondimus, quia iam in alio opere de hac materia tractauimus, in expoſitione videlicet 3. capitis ad Romanos, dum illud proſequeremur: omnis homo mendax &c. præterea vide, infra, opera, & peccatum originale & liberum arbitrium, & cætera huiuſmodi, vbi cuncta lucidiùs exponentur.

Concilium Arauſicanum 2.

Eſai 10. Pſal. 115.

Homicidivm.

Homicidiorum varia genera.] Clemens I epiſtola 1. ad Iacobum fratrem Domini, vbi vltima B. Petri Apoſtoli verba recenſet (& allegatur à Gratiano de pœnitentia diſtinct. 1. cap Homicidiorum) *Homicidiorum verò tria genera eſſe dicebat, & pœnam eorum parilem fore dicebat. Sicut enim homicidæ interfectores fratrum, ita & detractores eorum, eoſque odientes, homicidas eſſe manifeſtabat: quia & qui occidit fratrem ſuum, & qui odit, & qui detrahit ei, pariter homicida eſſe monſtratur. Vide, detractio,* &c. Sed ſigillatim omnia homicidiorum genera recenſebimus.

Clemens I.

Homicidium ſpirituale vetatur.] Bonifacivs I. (allegatur in codice librorum 5. libro 4 cap 21.) *Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, & ſcitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem. Ecce homicida eſſe probabiliter declaratur, qui à fraterna ſocietate diuiditur. Nam & ſi manus non moueat ad occidendum, pro eo tamen quia nititur ad nocendum, iam a Deo homicida tenetur. Viuit ille, & iſte iam interfector conuincitur.* Vide, inuidia &c. & detractio, &c. eſt aliud homicidium ſpirituale, de quo loquitur Concilium Triburiense capite 49. *Si quis (ait) ſiue ſit vir, ſiue mulier, aliquem a recta credulitate & catholica fide illuſione diabolica auerterit, expedit ei (vt Euangelicus intonat ſermo) vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris: quia qui ſcandalizauerit alios vt Deum offendant, ac de vera fide & ſalute recedant: multo melius eſſet ei, vt propriis vita ſua vitiis & immunditia pollutus puniretur, quam pro ſuis & aliorum peccatis in infernum demergerentur,* &c. Vide ſequentia.

Bonifacius I.

I. Ioan. 3.

Aliud homicidium Spirituale.

Concilium Triburienſe.

Matth. 18.

Homicidium veneno procuratum.] Idem Concilium vbi ſupra *Et ſi quempiam veneno, vel herbis, aut diuerſi generis maleficiis perdiderit, velut peſſimus homicida duplici mulctetur pœnitentia.* Vide infrà.

Homicidium ſuſpitioſum.] Concilium Arelatense II. cano. 51. *Si expoſitus ante Eccleſiam cuiuſcunque fuerit miſeratione collectus, conteſtationis ponat epiſtolam: & ſi is qui collectus eſt, intra decem dies quæſitus agnituſque non fuerit, ſecurus abeat qui collegit. Sanè qui poſt prædictum tempus calumniator exſtiterit, vt homicida, Eccleſiaſtica diſtrictione damnabitur, ſicut patrum ſanxit authoritas.* Lege ea quæ ſequuntur.

Concilium Arelatenſe 2. ſub Syluestr. I. anno 320.

Homicidium ſuipſius prohibetur, & eius oblatio qui ſeipſum occiderit reſpuatur.] Superius vocabulo, duellum ſeu Monomachia, oſtendimus quomodo homicidium, quod ex duello prouenit, vetatur, & tales ſic occiſi ab Eccleſiaſtica ſepultura prohibeantur, & Eccleſiaſticis ſuffragiis. De his etiam qui ſeipſos interimunt eſt Canon Apostolorvm XXI. &

Canones Apoſtolorum.

allegatur à Gratia. diſtinct. 3. *Qui ſeipſum mutilauerit, ne ſit clericus eſt enim ſui homicida, & Dei opificij hoſtis.* Et CANON XXIII. allegatur à Martino Bracarenſi cap. 21. collectorij, & a Gratiano diſtinctione 55. cap. Si quis, & ab Iuone lib. 3 decret. *)Si quis cum clericus fuerit abſciderit ſemetipſum, omnino damnetur, quia ſuus eſt homicida.* Et Canon 24. *Laicus ſemetipſum abſcindens, annis tribus communione priuetur, quia ſuæ vitæ inſidiator extitit.* Vide ſupra, Eunuchus Hinc Concilium ARELATENSE II cano. 34. *Si quis famulorum,*

Concilium Arelatenſe 2. ſub Sylueſtro 6.

cuiuſlibet conditionis aut generis, quaſi ad exacerbandam domini diſcretionem, ſe diabolico repletus furore percuſſerit, ſi ſe tantùm ſanguinis ſui reus erit, neque ad Dominum ſceleris alterius inuidia pertinebit. Sic AVGVSTINVS HIPPONENSIS exponens illod

Auguſtinus Hipponenſis.

Ioannis: Qui oderit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. homicidium

Ioannis 12.

ſui ipſius prohibet. *Vide* (inquit) *ne teipſum velis interimere, ſic intelligendo, quia animam tuam debes odiſſe. Hinc namque peruerſi & ſceleratiores quique, ſuipſius homicidæ flammis ſe donant, aquis præfocant, præcipitio colludunt & pereunt. Hoc Chriſtus non docuit, imò diabolo præcipitium ſuggerenti, redi* (inquit) *poſt me Sathana, &c.* Idem quoque epiſtola 61.

2. Machab. 14.

non laudat Raſiæ factum, quod ſemetipſum occiderit. *Deus quippe dixit: Innocentem & iuſtum non occides. Si iſte innocens & iuſtus non fuit, cur proponitur imitandum? Si autem innocens & iuſtus fuit, quare interfector innocentis & iuſti fuit? putatur ideo eſſe laudandus. &c.* Hinc eſt quod Concilium AVRELIANENSE II. canone 15. prohibet eorum

Concilium Aurelianēſe, ſub Vigilio 1.

oblationem ſuſcipi, qui probantur ſibi mortem proprijs manibus intuliſſe. Concilium ANTISSIODORENSE I. canone 17. *Quicunque ſe pro-*

Concilium Antiſſiodorenſe 1. ſub Deuſdedit Papa.

pria voluntate in aquam iactauerit, aut collo ligato ſe ſuſpenderit, aut de arbore præcipitauerit, aut ferro percuſſerit, aut qualibet occaſione voluntaria ſe morti tradiderit, illorum oblata non recipiantur. Omninò idem ſtatuit & Concilium BRACARENSE I.

Concilium Bracarenſe 1.

cap. 34. (& allegat Gratianus cauſa 23. quæſt 5. cap. placuit) præcipiens ne etiam pro huiuſmodi in oblatione commemoratio fiat. *Neque cum pſalmis* (ait) *ad ſepulturam eorum cadauera deducantur. Multi enim ſibi hoc per ignorantiam vſurpant. Similiter de his placuit fieri, qui pro ſuis ſceleribus puniuntur.* Vide, Reus.

Homicidium reorum qui in patibulo ſuſpenduntur.] Vide in vocabulo, Reus, quia ibi adhuc quædam dicenda ſunt.

Homicidium Eccleſiaſticorum & ſacerdotum, &c.] Poſuimus in vocabulo, clerici non cædendi nec lædendi, &c.

Homicidium clerici non perpetrent, &c. Vide ibidem.

Homicidium patris, matris, vel fratris, &c.] Concilium VORMATIENSE canone

Concilium Vormatienſe ſub Ludouico 2. Imperat. anno 868.

30 *Statuimus vt Parricidæ & fratricidæ per vnius anni circulum, antè fores Baſilicæ orantes domini clementiam, perſeuerent. Concepto autem anni circulo, introducantur in Eccleſiam, tamen inter audientes, vſque dum vnius anni ſpatium finiatur, ſtent, cùm ad Miſſarum ſolennia vel alia ſacra audire officia venerint. His autem peractis, ſi pœnitentiæ fructus in eis*

Pœnitentia eorum qui parentes occiderint.

conſpicitur, corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti participes fiant, vt deſperantia non indurentur caligine. Carnem non manducent omnibus diebus vitæ illorum, & ieiunent vſque ad horam nonam dici quotidie, exceptis feſtis diebus atque dominicis: Abſtineant à vino, medone, atque ceruiſia mellita, tres dies per heb-

A *domadam. Arma gerere non audeant, nec ſumere, niſi contra paganos & vbicunque ire voluerint, nullo vehiculo deducantur, ſed pedeſtri more proficiſci ſtudeant. Tempus autem huius pœnitentiæ in Epiſcoporum ponimus arbitrio, vt ſecundum conuerſationem illorum, aut extendere, vel minuere valeant. Ab vxoribus, ſi habuerint, non ſeparentur: ſi autem non habuerint, & ſe continere non valuerint, legitimas accipiant in coniugio fœminas, ne fornicationis voraginem incidere videantur, & ſi finis vitæ illorum venerit, antequàm duorum prædictorum annorum finiantur curricula, viaticum illis non negetur.* De Homicidio verò matris ſic NICOLAVS I. epiſtola ad Ratol-

Nicolaus 1.

dum Argentoratenſem Epiſcopum refert, & allegat Gratianus cauſa 33. quæſtione 2 latorem, &c.

B *Statuimus vt matris interemptor ſub pœnitentia iugo permaneat, ita vt per annum integrum Eccleſiam non ingrediatur, ſed antè fores ſtet, orans & deprecans*

Homicida ſeu interfector matris debeat pœnitere.

Deum perſeueret, qualiter tanto eripiatur piaculo. Completo anni circulo, introeundi in Eccleſiam licentiam habeat, tantum inter audientes ſtet, ſed nondum communicet. Completis autem trium annorum curriculis, ſacra communionis & gratia concedatur: oblationes vero non offerat, niſi prius aliorum ſeptem annorum curricula expleantur. His autem omnibus annis atque temporibus carnem non manducet, nec vinum habere præſumat, exceptis feſtiuis diebus atque dominicis, & a Paſcha vſque ad pentecoſten. Et quocunque ire voluerit nullo vehiculo deducatur, ſed pedibus proficiſcatur. Arma non ſumat, niſi contra paga-

Eadem ... rioem ...

C *nos. Ieiunet tribus diebus per hebdomadam vſque ad veſperam. Et propria & legitima coniuge non ſeparetur, ne in fornicationis voraginem corruat: quod ne fiat optamus. Si autem ante annorum trium curſum finis vitæ illius appropinquauerit, corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti particeps fiat: ſin autem, vt ſupra ſtatuimus efficiatur. Si tamen illius conuerſionem & lachrimarum fontem in bonis operibus demonſtrarit, humanius circa eum agatur.* Vide etiam mox in vocabulo, Homicidium fortuitum, &c.

D Homicidium vxoris] PIVS I. in decreto, quod allegat Gratianus cauſa 33. quæſt. 2. cap.

Pius 1.

Quicunque. *Quicunque propriam vxorem* * *abſque lege, vel ſine cauſa, & certa probatione interfecerit, aliamque duxerit vxorem, armis depoſitis publicam agat pœnitentiam & ſi contumax fuerit, & Epiſcopo ſuo inobediens extiterit anathematizetur quouſq; conſentiat. Eadem lex erit ei, qui ſuum ſeniorem interfecerit.* Hinc NICOLAVS I epiſtola ad Rodulphum Bituricenſem Archiepiſcopum, vt allegatur à Gratiano cauſa 33. quæſt. 2. cap. interfectores. *Interfectores ſuarum coniugum, ſine iudicio, cùm non addis adulterarum, vel aliquid huiuſmodi, quid aliud habendi ſunt quam homicidæ? ac per hoc ad pœnitentiam redigendi, quibus penitus coniugium denegatur, exceptis adoleſcentulis de quibus eſt beati* LEO-

Hoc non ſine cauſa ... tur, quia aliquo ... eius interemptio, ſi in opere ... matrimonij & thori fidem ... habes in vocabulo, A... & ... Nicolaus 1.

E NIS PAPAE *viceſima quinta regula decretalium, imo indulgentia obſeruanda.* Prætetea, vtrum adultera vxor debeat à marito occidi impunè, prædictus Nicolaus ad Alcuinum Epiſcopum Lanuenſem ſic dicit. *Licet hoc mundana lex permittat, tamen ſancta Dei Eccleſia mundanis nunquam conſtringitur legibus. Gladium non habet, niſi ſpiritualem, quo non occidit, ſed viuificat, &c* Vide, allegatum a Gratiano cauſa 33. quæſtione 2 capite inter hæc, Vide quoque ſupra in vocabulis, Adultera, & adulterium, &c.

Leo Papa.

An liceat ... adulteram vxorem occidere.

Homicidium ſeruorum & ancillarum.] Pete vocabula ſeruus, & Ancilla.

Homicidium filiorum & infantium.]

Cuncta

Cuncta penè quæ hic dicenda erant, poſita reperies in ſuperioribus, in vocabulo, Abortiuus, vel abortiuus natorum interemptionem grauiter execratur & interdicit PHILO IVDAEVS, libro de ſpecialibus legibus ad calcem: & TOLETANVM Concilium 3. canone 17. vt diximus: & Concilium VORMATIENSE, vt ibidem reperies Concilium TRIBVRIENSE canone 37. *Si qua mulier* (ait) *vt ſæpè contingit, infantem proprium propè ignem collocauerit, & alius, qui caldarium ſuper ipſum ignem pependerit & aquam infuderit, atque aqua ipſa per ignem feruens egreditur, & infanti ſuperfunditur, & propterea mortuus agitur, mater infantis propter negligentiam, iudicio ſacerdotum pœniteat, & homo qui caldarium pependit, ſecurus permaneat. Simili modo de cæteris ſimilibus, quæ ſæpè diuersè ſolent euenire, & iudicamus, & eſſe volumus.* Idem canone 3. *Si quis filium ſuum (quod abſit) non ſponte, ſed caſu contingente occiderit, iuxta homicidia ſponte commiſſa pœniteat, &c.* Vide infra, Homicidium voluntarium & fortuitum, &c. ALEXANDER III. Epiſcopo Tornacenſi (habetur parte 50. Lateranenſis Concilij quod celebrauit cap. 12.) mulierem recenſet ira percitam, ictu quodam proprium filium interfeciſſe, eò quòd (ait) cùm eum de quodam genuiſſet, ille tameo turgido vultu illi improperabat, quòd filius eius non eſſet. Ob id autem factum ſepténio exulare à comite Flandrenſi cogitur, vſque quo ſummi Pontificis licentia remearet. Adiit ergo ſummum pontificem, crucem parata ſuſcipere & Hieroſolymam proficiſci & eam pontifex, vt minus idoneam ad hoc peragendum iter, ad proprium remiſit Epiſcopum, mandans ei, vt prædictam mulierem in aliquod monaſterium ſui Epiſcopatus ſuaderet tranſire, vt ibi peccata ſua perpetua pœnitentia deploraret. Si autem repugnante carnis fragilitate ad hoc induci non poſſet, licentiam ei nubendi in domino tribueret: quia tutius eſt, vt in domino nubat, & vni ſoli, quàm multis adhæreat. Simile narrat, loco ſupra memorato cap. 22. LVCIVS III. Pariſienſi Epiſcopo, de muliere quæ furore diabolico accenſa filium proprium læthali vulnere iugulauit: propter quòd Dominus terræ, maritum eius ipſam coegit abiurare, & ſimili pœnitentia ſtringens, proprio remiſit Epiſcopo, viro proprio reddendam vide mox, Homicidium fortuitum & voluntarium, &c.

Philo Iudæus, vbi ſic ait ſi quis rixando cum muliere pugnos in ventrem, &c.
Concilium Toletanum 3.
Concilium Vormatienſe.
Concilium Triburiēſe ſub Arnulpho Imperatore.
Alexander 3. Exemplum mulieris infantis interfectricis.
Lucius 3.

Homicidium paganorum.] NICOLAVS I. epiſtola ad Oſualdum Epiſcopum Quadrantinum, & allegatur à Gratiano diſtinct. 50. cap. Clericum. *Clericum qui Paganum occiderit, non oportet ad gradum maiorem prouehi: qui carere etiam debet acquiſito, homicida enim eſt. Nam diſcreti ſunt milites ſeculi, a militibus Eccleſiæ, quibus militare ſeculo non conuenit.* Concilium TRIBVRIENSE cano. 34. *Hinc etiam ſtatuitur, vt ſi quis in bello contra paganos vna cum interfectis paganis etiam perimat Chriſtianos captiuos a barbaris, eo quòd in impetu belli nequeant diſtingui, cùm eò miſericordius agatur, ita vt quadraginta diebus pœnitentia indulgentius tranſactis, penes Epiſcopum ſit authoritas & poteſtas, vt perpendat culpam, agat pœnitentiam, &c.* Vide quæ ſequuntur.

Nicolaus 1.
Concilium Triburiēſe ſub Arnulpho Impera.

Homicidium fortuitum & caſuale, & inuoluntarium.] De hoc homicidio PHILO IVDAEVS elegantiſſimè diſſerit libro de ſpecialibus legibus, vbi ſic loquitur. *Sciendum tamen hoc quoque interdum accidere, vt aliquis nihil minus cogitans committat homicidium, non deſtinato conſilio, nec paratus ad id antea, ſed repentino furore percitus, impotens malo & obrepenti facilè, quod non minus nocet commoto quàm ſuſtinēti talem debacchationem. Interdum enim aliquis progreſſus in forum, vt agat ſua negotia, caſu hominis, vel lingua, vel manibus petulanti ſit obuius, laceſſituſque, aut ipſe contentionem exorſus, vt rixa citius dirimatur: aut pugno ferit, aut etiam lapide. Tum ſi lethali plaga ictus alter moritur, percuſſor quoque ferat quod intulit: quòd ſi non ſtatim ab ictu perit, ſed decumbit læſa valetudine, ac mox curatus, ſi non ſuis pedibus, ſaltem aliis ſuſtentantibus, aut ſcipione ſubnixus obambulat, duplicem mulctam* [illegible] *ut: tum eam qua rependatur percuſſi otium, tum qua ſatisfiat medico. Hac perſoluta immunis ſit à ſupplicio, etiam ſi percuſſus moriatur poſtea: fortaſſis enim non ex ictu per quem cœpit obambulare valeréque meliuſculè, ſed aliis de cauſis interiit, quæ repentè aggreſſæ vel ſana corpora enecant.* Lege reliquum. De Caſuali homicidio pulchrè AVGVSTINVS HIPPONENSIS epiſtola 154 quæ eſt ad Publicolam, agit, vbi ſic loquitur. *Non eſt reus mortis alienæ, qui cùm ſuæ poſſeſſioni murum circum duxerit, aliquis ex ipſius ruinis percuſſus intereat. Neque enim reus eſt Chriſtianus, ſi bos eius aliquem feriendo, vel equus calcem iaciendo aliquem occidat: aut ideò non debent boues Chriſtiani habere cornua, aut equus vngulas, aut dentes canis. Aut verò, quoniam Paulus Apoſtolus ſategit, vt in Tribuni notitiam perferrentur, inſidias ſibi à quibuſdam perditis præparari, & ob hoc deductores cœpit armatos, ſi in illa arma ſcelerati homines incidiſſent, Paulus in effuſione ſanguinis eorum ſuum crimen agnoſceret? Abſit vt ea quæ propter bonum licitum facimus aut habemus, ſi quid per hæc præter noſtram voluntatem cuiquam mali acciderit nobis imputetur. Alioquin nec ferramenta domeſtica & agreſtia ſunt habenda, ne quis eis vel ſe, vel alterum interimat: nec arbor aut reſtis, ne quis ſe inde ſuſpendat, neque feneſtra facienda eſt, ne quiſque per hanc ſe præcipitet. Quid plura horum commemorem, cùm ea commemorando finire non poſſim. Quid enim eſt in vſu hominum bono ac licito, vnde non poſſit etiam pernicies irrogari?* Idem libro de libero arbitrio cap. 4. & allegatur à Gratiano cauſa 25. quæſt. 5. cap. Homicidium. *Si homicidium eſt hominem occidere, poteſt accidere aliquando ſine peccato. Nam & miles hoſtem, & iudex vel miniſtri eius nocentem, & cui fortè inuito atque imprudenti telum manu fugit, non mihi videtur peccare, cùm hominem occidit.* Hinc & Concilium ANCYRANVM canone 22. *De homicidiis (ait) non ſponte commiſſis, prior quidem definitio poſt ſeptennem pœnitentiam perfectionem conſequi præcipit, Secunda verò quinquennij tempus explere. Modus autem huius pœnitentiæ in Epiſcoporum ſit arbitrio, vt ſecundum conuerſationem pœnitentium poſſint & extendere tardantibus, & minuere ſtudioſè feſtinantibus* (aduerte quia prius loquebatur de abortiuis, & homicidio voluntario, vt ſuis locis inſertum eſt.) Porrò huoc canonem profert, & allegat Concilium TRIBVRIENSE cano. 52. Idem quoque ſtatuit Concilium ELIBERINVM, canone 53. Hinc quoque & NICOLAVS I. epiſtola ad Oſualdum Epiſcopum Quadrantinum, & allegat Gratianus, diſtinctione 50. *Hi* (ait) *qui arborem incidere videntur, ſi contigerit, vt cadens arbor occiderit hominem, inculpabiles ſunt atque innoxij: quia nec voluntate eorum, nec deſiderio homicidium perpetratum eſt. Si verò aliqua culpa eorum, vel neglecta morientis hominis interitus cognoſcitur aduenisse, abſcindendi ſunt à gradu, & in ſacro ordine nullatenus ſuſcipiendi.* Eadem

Philo Iudæus.
Auguſtinus Hipponenſis.
Exempla varia pro re veritate elucidanda.
Actuum 23.
Quædam licita homicidia & excuſata.
Concilium Ancyranum ante Concilium Nicænum 1.
Concilium Triburienſe.
Concilium Eliberinum.
Nicolaus 1.

A diximus io vocabulo, clericus percuſſor, &c. ex Concilio Triburienſi. Eadem quoque repetit

Concilium Vormatienſe.

Concilium Vormatienſe ſub eiſdem verbis cano. 19. vbi & canone 27. prohibetur auaritiæ cauſa, aut odij fomite pagani interemptio. *Quandoquidem* (ait) *nec exteris gentibus, niſi oblatam pacem reſpuerint, bellum eſt populo antiquo inferre præceptum.* Tum cano 28. ſubdit. *Si quis inſaniens aliquem occiderit, ſi ad ſanam mentem peruenerit, leuior ei pœnitentia imponenda eſt, quam ei qui ſana mente tale quid commiſerit. Cui quamuis pœnitentia ſit imponenda, quia ipſa infirmitas cauſa peccati, licet fortaſſis occulta, contigiſſe creditur, tantum tamen leuior, quam ei qui ſanus aliquem occiderit, quantum*

Pagani interemptio prohibetur. Deutero. 22.

B *inter ſanum & inſanum, irrationale & rationale conſtat eſſe diſcrimen.* Vnde & Concil. Tribur. cano. 36. & allegat Gratianus diſtinctione 50. cap. Si contingat. *Si contingat* (ait) *Duos fratres ſimul arborem ſuccidere, ſiue in ſylua, ſiue quocunque loco, & cadente arbore, alter alteri, fuge, vel caue dixerit, & ipſe ſtans, ſiue fugiens ſubitò ipſam arborem deuenerit, & mortuus fuerit, ſuperſtes frater innocēs de morte defuncti diiudicetur. Quia non voluntate, non incuria eius, non denique conſenſu, nec vllo ſuo mortem incurrit reatu: ſed dum ambo inſiſterent operi neceſſario, incautum & inſperatus caſu arboris depreſſus eſt, nemine penitus adiuuare valente. Hanc eamdem ſtatuimus definitionē de cæteris ſimilibus, ſiue cognatis, ſiue nulla proximitate coniunctis. Iſtam definitionem*

Concilium Triburiēſe ſub Arnulpho Impera.

C *tenuere patres noſtri Apoſtolici viri, ideo eorum exempla ſequentes per futura tempora inuiolabilem eam cuſtodimus, & poſteris noſtris ſequendam tranſmittimus: quia graue peccatum eſt, & noſtro miniſterio contrarium, innocentem opprimere, & ſecurum crimine, ſcienter criminoſum habere. Quidam de ſapientibus ait: Premit inſontes debita ſceleri noxia pœna, iuſtuſque tulit crimen iniqui.* De homicidio præterea inuoluntario Concilium Nannetenſe ſtatuit, vt patrator huius quadraginta diebus in pane & aqua pœniteat, & biennio poſt ab oratione & communione ſeparetur, & tum demum ad orationem admiſſus poſt quinquennium ad plenam

Sententia cuiuſdam ſapientis.

D communionem recipiatur. Abſtinentia autem ciborum in arbitrio ſacerdotis maneat. Vide plura infra, & ea quæ ſequuntur, & quæ præcedunt.

Homicidium voluntarium, & dedita opera patratum, vt expiandum.] Ex his quæ iam ſuperiùs poſuimus, liquidò conſtat quàm graue ſit crimen homicidij, quod vt clariùs eluceſcat etiam quod ſupereſt abſoluemus paucis. Homicidis quippe voluntariis Martialis Apoſtolus epiſtola ad Burdegalenſes cap. 4. prohibet dari communionem. *Cauete* (inquit) *ab homicidiis, ne forte & vos occidamini: eſt enim indignus menſa domini qui hominem occiderit. Nam ſi*

Martialis Apoſtolus.

E *præſumit Euchariſtiam, reus eſt mortis animæ, & corporis ſui: reuiuiſcit enim anima per baptiſmum, & moritur per homicidium, &c.* Hinc & Philo Iudæus libro de ſpecialibus legibus. *Qui* (ait) *hominem occidit, appellatur homicida, ſed reuera eſt ſacrilegus, & quidem inſignis: quippe qui perpetrauit ſacrilegium maximum, ſublata e mundo re, pretioſiſſima ſacratiſſimaque, quando nihil eſt Deo tam ſimile, quam hoc ſigillum pulcherrimum expreſſum e matrice pulcherrima, ad exemplar ideæ rationalis effictum. Ergo quilibet homicida confeſtim pro impio ſceleratique habendus eſt, ob perpetratum facinus impium atque nefarium, & debet è medio tolli vt maleficus, meritus enim plurimas mortes, exoluit ſe vnica, quia natura non fert eum affici pluribus ſuppliciis. Nec iniquum*

Philon. Iudæus orbis diſertiſſimo, & eloquentiſſimus.

Exaggeratio homicidij.

A *videri poteſt ſi quod prior fecit, idem & ipſe patitur, quamuis idem non eſt, quod tempore, facto, propoſito, perſonaque diſtinguitur, &c.* Lege ſi otium eſt, quia pulchrè loquitur. Hinc Origenes Adamantius homilia 35. in Matthæum. *Homicidam* (ait) *ad vitam poſtulare, turpiſſimum eſt, &c.* Hinc Concilium Ancyranum cano. 22. allegaturque in Concilio Moguntino 2. ſub Rabano cap. 23 & in Concilio Triburienſi canone 54. vt infra videbitur *Qui voluntarie* (ait) *homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem iugiter ſe ſubmittant, perfectionem vero circa vitæ exitum conſequantur.* Concilium Eliberinum canone 6. *Si quis maleficio interficiat alterum, eo quod ſine idolo-*

Origenes Adamantius.

Concilium Ancyr.

Concilium Moguntinum 2.

B *latria perficere ſcelus non potuit, nec in fine impartiendam illi communionem decernit ſancta Synodus.* Præterea Ambroſius Mediolanenſis libro de Noe & arca capite 26 de homicidio ſummoperè vitando diſſerit. Auguſtinus Hipponenſis epiſtolá 54. ad Macedonium, & epiſtola 154 ad Publicolam, nec licitum ait aliquem occidere, timore ne alter occidatur. *De occidendis* (ait) *hominibus ne ab eis quiſque occidatur, non mihi placet conſilium, niſi fortè ſit miles, aut publica functione teneatur, vt non pro ſe hoc faciat, ſed pro aliis, vel pro ciuitate, vbi etiam ipſe eſt, accepta legitima poteſtate, ſi eius congruit perſonæ. Quod verò repelluntur aliquo terrore, ne malè faciant, etiam ipſis*

Concilium Eliberinū ſub Syluestro. 2.

Ambroſius Mediolanenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Homicidium factum ſub timore ne occidatur alter non ſit licitum.

C *aliquid fortaſſe præſtatur* Idem libro 1. de libero arbitrio cap. 4. *Si quis, metuens ne quid ei mali accidat, hominem occiderit, homicida erit: non tamen hoc cupiditatis dominatu caret, nam qui metuens hominem occidit, cupit vtique ſine metu viuere, &c.* Denique Ioannes Chryſoſtomus homilia 16. in Matth. exponens illud: Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio, &c. *Radix* (ait) *homicidij, iracundia eſt, &c.* Lege. Porrò Concilium Agathenſe cano. 37. homicidam à communione Eccleſiaſtica ſuſpendit, vt & allegat Gratianus cauſa 24. quæſt. 3. cap. Itaque, &c. Concilium Turonenſe I. ſub Leone 1. canone 7. *Homicidis* (ait) *penitus non communicandum, donec per con-*

Ioannes Chryſoſtomus. Matth. 5

Concilium Agathenſe ſub Cæleſtino 1.

D *feſſionem, pœnitentia ipſorum crimina diluantur.* Concilium Epaunenſe ſub Sigiſmundo Rege & Gelaſio 1. cui & interfuit S. Claudius (cuius vitam quinque libris verſibus exametris abſoluimus, dum in minoribus nouitiatus exercitiis ageremus) canone 31. *De pœnitentia* (ait) *Homicidarum qui ſeculi leges euaſerunt, hoc ſumma reuerentia de eis inter nos placuit obſeruari, quod Ancyrani canones decreuerunt.* (habet ſuperiùs hinc & Concilium Aurelianenſe IV. cap. 28. *Quiſquis homicidium voluntate commiſerit, ita vt occidere audeat innocentem, ſi a principibus, aut à parentibus quacunque re ſe reddiderit abſolutum, pro modo pœni-*

Concilium Turonenſe ſub Hilario vel Leone.

Concilium Epaunenſe ſub Gelaſio.

Opus authoris in vita S. Claudij.

Concilium Aurelianenſe 4.

E *tentiæ diſtringendum, in ſacerdotis poteſtate conſiſtat.* Denique Concilium Pariſienſe libro 3. capite 17. interdicit Imperatoribus Lothario & Ludouico homicidia frequentius perpetrari Concilium Triburienſe canone 54 allegat præmiſſum Ancyranum canonem, & ſic ſubiungit canone 55. *Si quis ſponte homicidium fecerit, quadraginta diebus ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & nihil manducet illis quadraginta diebus, præter ſolum panem & ſalem, neque bibat niſi puram aquam. Nudis pedibus incedat, lineis non induatur veſtibus, niſi tantum femoralibus, ſecularia arma non portet, nullo vehiculo vtatur, ad nullam fœminam, nec ad propriam vxorem his diebus miſceatur, nullam communionem illis 40. diebus cum aliis Chriſtianis, nec cum alio*

Concilium Pariſienſe 3.

Concilium Triburiēſe ſub Arnulpho Impera.

habeat

habeat pœnitente in cibo vel potu, aut alijs rebus. Si verò ſint aliqui vitæ ſuæ inſidiatores, vt præ illis non poſſit dignè pœnitere, interim differatur ei eadẽ pœnitentia, donec ab Epiſcopo proprio pax ei ab illis ſit facta. Si infirmus ſit, nec poßit ieiunare, donec conualeſcat adhibeatur ei miſericordia: ſi verò longa ſit eiuſmodi infirmitas, Epiſcopus diſponat de curatione peccatoris.

Si hæc obſeruarentur num... eſſent ſcelera in mundo.

Et can. 56. adhoc plura addũtur. *Poſt 40. dies adhuc anno vno ab Eccleſia introitu ſuſpẽdatur, & abſtineat à carne, vino, caſeo, &c. preterquam Dominicis & feſtis diebus: poterit tamen tertiam feriam, quintam, & Sabbathũ, ſi fortè peregrinetur, precio denarij, vel tres pauperes paſcendo, redimere. Deinde adhuc ſecundo, & tertio anno ſimiliter pœniteat. Itémque anno 4. 5. 6. 7. idem obſeruet, & in his ſingulis tres ieiunet Quadrageſimas, alijs verò diebus, licitè omnibus cibis vtatur. His ſeptem annis expletis, reconcilietur ex more pœnitentiũ ſacris altaribus, & ſancta communioni reſtituatur, atq; perfectionem conſequatur.* Sic tamẽ Cõcilium NANNETENSE cap. 17. ſtatuit, vt homicidium voluntarium perpetrans per quinquennium à communione orationum ſeparetur, & poſt quinquénium in cõmunionem receptus, adhuc 14. annis à communione corporis Chriſti arceatur. Sed & Patres Concilij TOLETANI II. cap. 5. vbi ſupplicium ſtatuerunt Epiſcopo qui alterius neptem, vel conſanguineam adulterina pollutione fœdauerit, (vt diximus, Fornicatio, &c.) vt ſcilicet proprij grados amiſſione mulctatos, perpetui exilij excõmunicatione feriatur, vſque ad finem vitæ, ſubduot: *Hanc ſane & illi ſententiam merebuntur, qui aut volentes homicidium fecerint, aut primatibus palatij, generoſiſq; perſonis, ſeu nobilioribus quibuſcunq; mulieribus, aut puellis aliquid per necem, aut per quãcunque irrogatam iniuriam viſi fuerint intuliſſe, &c.* Vide ſuprà, fornicatio Eccleſiaſticis interdicitur, &c. Hinc eſt quo omne homicidiũ illicitũ decernit CONSTANTIENSE Concilium ſeſſione 15. elidens falſam propoſitionem Ioannis Hoſſ. Hæretici qua defendebat, quod quilibet tyrannus poteſt & debet licitè & meritoriè occidi per quencunq; vaſſallum ſuum vel ſubditum, etiam per clanculares inſidias & ſubtiles blanditias vel adulationes, non obſtante quocunque præſtito iuramento ſeu confederatione factis cùm eo, non expectata ſententia, vel mandato iudicis cuiuſconque. Igitur hæretica hæc opinio & poſitio ab omnibus patribus eiuſdem Concilij reprobata eſt, & qui eam doctriná aſſerere auſus fuerit iuxta canonicas ſanctiones puniendus decernitur. Habeo ego hanc propoſitionẽ omnium patrum, ſaltem doctorum Theologiæ, proprijs Chyrographis adhuc roboratam in membrana exaratam, cui proprijs manibus ſubſcripſerũt innumeri Patres. Agebatur tũc de iniuſta nece Ludouici Ducis Aurelianẽſis, qui à Duce Burgundiæ fuerat, ſaltem ip'o procurãte, interfectus. Hic Dux Aurelianenſis iacet in ſacello deaurato in hoc noſtro monaſterio, cùm vxore Valentina filia Ducis Mediolanẽſis primi, & duobus filijs Carolo & Philippo, & multis principibus proceribus, ſeſſione 16. eiuſdem Concilij Conſtãtienſis, conqueſtio fit apud ſanctum Concilium de his, qui inhumaniter quoſdam ad Concilium properantes trucidauerant: atque ibi ſtatutum, vt tales occiſores vel prædones, qui auſi eſſent accedentes vel recedentes à Concilio moleſtijs afficere, extinctis candelis & ſonãtibus campanis excõmunicarẽtur ſingulis diebus Dominicis. Quod iterum rememorat Concilium BASILEENSE ſeſs. 1. & confirmauit, vbi tractatum edit de pace, inter Regem Franciæ, & Ducem Burgundiæ ſuprà dictum, ſuper interfectione iniuſtiſſima Ducis Aurelianẽſis memorati, & ſuper morte, & ſuper nece eiuſdem Ducis Burgundiæ, quæ paulò pòſt perfecta eſt, ſic impleta prophetia: *Qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Habes hiſtoriã apud ROBERTVM GVAGVINVM li. 9. Compẽdij ſui, in vita Caroli ſexti, & apud alios authores probatiſſimos. Hinc etiam Cõcilium TRIDENTINVM generale nouiſſimum, ſeſs. 14 quæ fuit 4. ſub Iulio 3. cap. 7. *Cum qui per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari euelli debeat, quia ſua voluntate homicidium perpetrauerit, etiam ſi crimen id nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum fuerit, nullo tempore ad ſacros ordines promoueri poſſit, nec illi aliqua Eccleſiaſtica beneficia, etiam ſi curam non habeant animarum, conferre liceat, ſed omni ordine ac beneficio & officio Eccleſiaſtico perpetuò careat. Si verò homicidium non ex propoſito, ſed caſu, vel vim vi repellendo, vt quis ſe a morte defenderet, fuiſſe commiſſum narretur, quam ob cauſam etiam ad ſacrorum ordinum, & altaris miniſterium, & beneficia quæcunq;, ac dignitates, iure quodammodo diſpenſatio debeatur committatur loci ordinario, aut ex cauſa Metropolitano, ſeu viciniori Epiſcopo, qui non niſi cauſa cognita, & probatis preceſſionibus, ac narratis, nec aliter, diſpenſare poſſit.* Vide Clerici non cædendi, & ea quæ ſuperiùs inſerta ſunt.

Concilium Nannetenſe.

Concilium Toletanum II. ſub Vitaliano I. Papa.

Omne homicidium illicitum iudicatur

Concilium Conſtantienſe generale.

Erronea propoſitio.

Ludouici illuſtriſſimi Ducis Aurelianenſis mors & ſepultura.

Concilium Baſileenſe generale.

Robertus Guaguinus

Concilium Tridentinum generale.

Homicida non promouendus ad ſacros ordines nec ad beneficia Eccleſiaſtica.

HONOR.

Honor Sacerdotibus & Eccleſiaſticis perſonis deferendus à laicis.] Superiùs quidem in vocabulo, Epiſcopus non leuiter accuſandus, &c. multa repoſita ſunt, quæ concernunt hãc propoſitionem: ſed & infrà in vocabulo, Laicus, quædam etiam dicenda reſeruantur. Interim paucis quod reſtat abſoluendum. CLEMENS I. lib. 2. Conſtitutionum Apoſtolic. c. 32. *Vnicuiq; gradui* (ait) *laici honorem tribuant in domo, atq; in omni vitæ veneratione.* Et infrà: *Nam ſi hi qui dæmones colũt in honore habeat ſacerdotem, eiuſq; nomen ſacroſanctũ exiſtimãt, in honorem inanimarum ſtatuarũ cultumq; improborum ſpirituum: ſi inquam, illi cum inania falſaq; opinentur, in nullaq; re firma ſpem ſuam collocent, tamen ſanctitatem imitari conantur, quanto eſt æquius vos, qui clariſſimam fidẽ, certiſſimámq; ſpem obtinetis, & glorioſam & æternam, & infallibilem promiſſionem amplectimini, in præpoſitis colere Dominum Deum, exiſtimantes eos Dei eſſe Epiſcopum.* Explicat hoc cap. 33. 34. & 36. multis Patrum geſtis. cap. 37. *Si* inquit *de Parentibus ſecundum carnem, lex diuina inquit: honora patrem tuum & matrem tuam, vt bene tibi ſit, & qui malè dixerit patri vel matri, morte moriatur, quãto magis de ſpiritualibus parentibus vobis præceptum eſt, vt eos honoretis, & diligatis tãquam beneficos legatoſq; ad Deum, qui vos per aquam regenerauerunt, qui vos Spiritu ſancto impleuerunt, verbo quaſi lacte educauerunt, in doctrina nutrierunt, in mandatis confirmauerint, ſalutari corpore & precioſo ſanguine dignos reddiderunt, à peccatis ſoluerunt, & ſacro ſancta Euchariſtia participes effecerunt, diuinæ promiſſionis cõſortes, cohæredeſq; ſtatuerunt? Hos venerabiliter colite varijs honoribus: hi enim à Deo vitæ & mortis poteſtatem acceperunt in peccatoribus iudicãdis dãnandiſq; in mortem ignis æterni, nec non in liberandis his qui redeunt, & in vita illis præſtanda.* Idem adhuc & c. 16. Idem & epiſtola 3 ad vniuerſum cœtum fidelium. *Pontificem quaſi Chriſti locum tenentem honorare omnes debet, eiq; ſeruire, & obedientes ad ſalutem; nam ſi aliter exiſtere, ſciẽtes quod ſiue honor, ſiue iniuria quæ ei*

Clemens I.

Libri huius conſtitutionũ Apoſtolicarũ meminitq; putat Epiphanius Cypri, & præcipuè libro 2. hæreſi 45. contra Squetianos.

Exod. 20.

Vide quanta debeamus ſacerdotibus & miniſtris Eccleſiæ, ſed quia officiũ negligunt modo ſacerdotes vt de re impleri, etiam obedientia & reuerentia ſublata ſuberabitur.

defertur, in Chriſtum redundat, & a Chriſto in Deum. &c. Eadem PONTIANVS I. epiſtola ad Fœlicem Succeſſorem, ſicut ſuperiùs allegauimus dictione Epiſcopus, &c. Hinc etiam CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro 1. epiſtolarum, epiſtola 3. ad Cornelium. *Cum ſcriptum ſit, neque maledici regnum Dei conſequentur, & iterum in Euangelio ſuo Dominus dicat: Qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit iudicio, &c. quomodo poſſunt cenſuram Dei euadere qui talia ingerunt, non ſolum fratribus, ſed & Sacerdotibus, quibus honor tantus de Dei dignatione conceditur, vt quiſquis ſacerdoti eius, & ad tempus hic iudicanti non obtemperaret, ſtatim necaretur?* quod ſcripturæ ſacræ teſtimonijs cõprobat. Vide alibi. Hinc Concilium MATISCONENSE II. ſub Pelagio II. cano. 15. *Statuimus, vt ſi quis ſecularium quempiam clericorum honoratorum in itinere obuium habuerit, vſque ad inferiorem gradum honoris venerantèr, ſicut condecet Chriſtianum, illi colla ſubdat, per cuius officia, & obſequia fideliſſima Chriſtianitatis iura promeruit. Et ſiquidem ille ſecularis equo vehitur, clericuſque ſimiliter, Secularis galerum de capite auferat, & clerico ſinceræ ſalutationis munus adhibeat. Si vero clericus pedes graditur, & ſecularis vehitur equo ſublimis, illico ad terram defluat, & debitum honorem prædicto clerico ſinceræ charitatis adhibeat, vt Deus, qui vera charitas eſt, in vtriſque lætetur, & dilectione ſua vtrumque adſciſcat. Qui vero hæc, quæ Spiritu ſancto dictante ſancita ſunt, tranſgredi voluerit, ab Eccleſia, quam in ſuis miniſtris dehonorat, quandiu Epiſcopus illius Eccleſiæ voluerit ſuſpendatur.* Porrò quãtum ſemper honorem Sacerdotibus deferendum cenſuerit CONSTANTINVS MAGNVS, huius exemplo & ſcriptis conſtat, vt in ſequentibus oſtendimus, & abundè deſcribit RVFINVS AQVILEIENSIS lib. 9. Hiſtoriæ Eccl. cap. 10. & ſeq. Nam mortuo Tyranno Maximino, refert quia ſæpiùs Conſtantinus ad Epiſcopos & ſacerdotes ſcriberet, & honor eis cum ſumma veneratione deferebatur, vt dicendum eſt in ſequẽtibus. Hinc Concilium AQVISGRANENSE II. cano. 10. De ordine rectorum, alloquens Imperatorem. *De Presbyterorum vita quæ (vt vos vere fatemini) ridiculo habetur, quantum nobis poſſe eſt, curabimus, vt minus perfecti eorum actus ad debitum reuocẽtur ſtatum. Veſtrum autem erit præcipere laicis, vt ipſi congruum eis & debitum impendant honorem. & in eos qui contra eos perperam eſſerunt congrua procedat caſtigatio, quatenus & illi corrigantur, & reliqui terreantur.* Eadem & cap. 7. de honorandis Epiſcopis tractat. Sed & de Principibus, & Sacerdotibus honorandis CAROLVS IVNIOR, in Concilio Meldenſi, cap. 2. & 3. edicta propoſuit. Sed & cùm Michael Imperator Cõſtantinopoli iniurias & conuicia in Sacerdotes, (vt nunc Caluiniſtæ faciunt) & ſedem Apoſtolicam effutiret, NICOLAVS I. epiſtola illa decantatiſſimè ad eũ miſſa, ſic eum alloquitur: *Sicut propter Deum, etiam à non vera dicentibus, iniurias nobis illatas æquanimiter ferimus: Ita quoque oportet pietatem veſtram ſacerdotibus qualeſcumque ſint, propter eum cui deſeruiunt, reuerentiam potius quam iniurias exhibere. Sed de his iam cùm ſancto Papa vobis loquimur GREGORIO, Nam in diuinis eloquijs Sacerdotes aliquando Dij, aliquando Angeli vocantur. Nam & per Moyſem de eo, qui ad iuramentum deducendus eſt, dicitur: Applica illum ad Deos, videlicet ad ſacerdotes. Et rurſus ſcriptum eſt: Dijs non detrahes, ſcilicet ſacerdotibus. Et Propheta ait: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. Quid ergo mirum, ſi illos imperialis pietas honoret, quibus in ſuo eloquio honorem tribuens, eos aut Angelos, aut Deos ipſe appellat Deus.* Eccleſiaſtica quoque hiſtoria authore Rufino, vt ſuprà diximus libro 10. cap. 3. *teſtatur, quia cum piæ memoriæ Conſtantino principi ſcripto oblata eſſent accuſationes contra Epiſcopos, libellos quidem accepit, & eoſdem qui accuſati fuerant Epiſcopos conuocans, in eorum conſpectu libellos quos acceperat combuſſit, dicens: Vos Dij eſtis, a vero Deo conſtituti. Ite, & inter vos cauſas veſtras diſponite, quia dignum non eſt, vt nos iudicemus Deos. In qua ſententia ſibi magis ex humilitate, quam illis aliquid præſtitit ex reuerẽtia impenſa. Ante eum quippe Pagani in Republica principes fuerunt qui verum Deum neſcientes, deos ligneos & lapideos colebant: & tamen eorum Sacerdotibus honorem maximũ tribuebant. Quid igitur mirum ſi Chriſtianus Imperator veri Dei Sacerdotes honoret, dũ Pagani (vt prædiximus) Principes honorem impendere Sacerdotibus nouerunt, qui dijs ligneis & lapideis ſeruiebant. Hæc ergò non tantum ſpecialiter, quantum generaliter pro omnibus aliorum Sacerdotibus, quoniam adhuc neſcimus, quis in terribili Dei iudicio qualis futurus ſit. Fortè ille quæ vos laudatis, ille reprehẽdet, & quæ vos reprehẽditis, ille laudabit. Non ergo quales ſint Sacerdotes Domini,* hoc allegat Gratianus cauſa 1. q. 1. cap. Non ergo. *ſed quid de Domino loquantur, eſt vobis magis opere prouidendum. Nec in Vicarijs beati Petri Apoſtoli vobis eſt attendendum, qui ſint, ſed quid pro correctione Eccleſiarum, quid pro ſalute veſtra ſatagant. Neque enim illos inferiores dicetis Scribis & Phariſæis ſedentibus ſuper Cathedram Moſis, de quibus Dominus præcepit, dicens: Quæcumque dixerint vobis, ſeruate: quæ autem faciunt, facere nolite.* Omninò eadem LEO IX. repetit epiſtolam ad Michaëlem Conſtantinopolitanum Epiſcopum, vt dicemus in vocabulo, Papæ poteſtas, &c. Prætereà in quanto honore habendi ſint Epiſcopi & Sacerdotes à Principibus ſecularibus, oſtendit Concilium generale VIII CONSTANTINOPOLITANVM IV. ſub Adriano II. can. 14. *Qui diuina [illegible] gratia Epiſcopalem ſortiuntur dignitatem, ordinem cœleſtis Hierarchiæ referuntur in terris. Quare meritò ſancimus, vt digno in honore tam a Principibus, quã a cæteris omnibus habeantur. Non oportet itaque vt principibus vel viris militari dignitate præditis, obuiã longiſſimè procedant ab eorum Eccleſijs, nec a mulis equiſve deſcendant in occurſum, aut timidè abiectéque ante gemmis procidant, velut adoraturi: imo verò non accedant ad menſas ſecularium Principum, ſed cum omni modeſtia, quæ ſpiritualem deceant dignitatem officia omnibus & debita tribuant. Cui vectigal, vectigal, cui honorem, honorem, dummodo Principes & pij imperatores agnoſcant ſibi æquales Epiſcopos, vt liberè audeãt reprehendere, increpareque & Principes & cæteros qui militari honore fruuntur, ſi quid peccauerint. Si quis verò Epiſcopus poſt hanc ſanctionem, ſuam dehoneſtauerit dignitatem cadens ab honore ſibi per canones debito, vixeritq́; abiectè ſecundum veterem, & abiectam & agreſtem conſuetudinem, amoueatur per annum, & Principes, qui in cauſa fuerit, excommunicetur per biennium.* Vide reliquum ſuprà, Clerici non ſeruiant laicis, &c. & infrà, Imperator, & Princeps, & Epiſcopos, &c.

Honoribus non ſuperbiendum.] Vide ſuperiùs, Vana gloria, &c. Hîc ENNODIVS DIACONVS libro Apologetico pro Symmacho I. Papa. *Milites Chriſti ſudore ſuo honorum ſibi incrementa parturiunt, dum conceſſa faſtigia celſiore humilitate caſtigant, inde laudum cumulos mercaturi, vnde*

adepta

Pontianus I.

Cyprianus Carthaginenſis.

1 Corinth. 6. Matth. 5.

Deuter 17. 1 Reg. 2. Concilium Matiſconenſe 2 partum 62.

1. Ioan 4.

Conſtantinus Magnus.

Ruffinus Aquileienſis.

Concilium Aquiſgranenſe ſub Ludouico Pio Imperatore anno 837.

Carolus Iunior rex Franciæ

Nicolaus I.

Gregorius I.

Exod. 22.

Malach 2.

Conſtantinus [illegible] tum detulerit ſacerdotibus

[illegible]

Leo 9.

Concilium [illegible] Imp[illegible]

Rom 13

[illegible] Dia[illegible]

adepta calumnia ſublimi parcitate moderantur. Vide Epiſcopatus, &c.

Horæ Canonicæ.

Horarum canonicarum antiqua inſtitutio, ratio, & numerus.] Quandoquidem omnia quæ obſeruat Catholica Eccleſia hæreticis noſtri temporis ſomnia & deliramenta videntur, non nobis vertitur in dedecus, ſi cuncta, more ſolito, ab antiquis Patribus priùs inſtituta doceamus, quæ impugnare ſolent. Itaque quoniam etiam inter cætera horas canonicas reiiciunt, oſtendemus non inuentum eſſe recens, ſed antiqua traditione deriuatum. Obſeruatum ergò numerum ſeptem horarum canonicarum ſub Apoſtolorum temporibus, teſtatur Clemens I. libro 8. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 40. dum ſic loquitur. *Preces veſtras facite diluculo, tertia hora, ſexta, nona, veſpere, & in gallicantu. Diluculo gratias agentes, quoniam illuminauit nos Dominus, expulſa nocte & inducto die. Hora tertia, quoniam illa hora Dominus ſententiam Pilati accepit: ſexta, quoniam tunc crucifixus eſt: Nona, quoniam omnia commota ſunt, crucifixo Domino per horreſcentia impiorum audaciam, & non ferentia ignominiam Domini: Veſpere gratias agentes, quod dedit nobis noctem diurnorum laborum requiem: In galli cantu, quoniam illo tempore nunciatur aduentus Domini ad exercenda opera lucis, &c.* Tum ſingulis horis, orationes proprias accommodat in capitibus ſequentibus. Denique horarum canonicarum etiam fiet mentio infrà in dictione, Hymnus, & Officium diuinum, & ſuprà, Cantus, &c. Harum quoque meminit Cyprianus Carthaginenſis in orationem Dominicam, ad calcem. *In orationibus (ait) celebrandis inuenimus obſeruaſſe, cùm Daniele tres pueros in fide fortes, & in captiuitate victores, horam tertiam, ſextam, & nonam, ſacramentum Trinitatis, quæ in nouiſſimis temporibus manifeſtari habebat. Nam hora in tertiam veniens, conſummatum numerum Trinitatis oſtendit: Itémque ad ſextam quarta procedēs, declarat alteram Trinitatem, & quando a ſeptima nona completur per ternas horas, Trinitas perfecta numeratur. Quæ horarum ſpatia iampridem ſpiritualiter determinantes adoratores Dei, ſtatutis & legitimis ad precem temporibus ſeruiebant, & manifeſta poſtmodum res eſt, ſacramentum olim fuiſſe quod antè ſic iuſti precabantur.* Et infrà: *Præter horas antiquitùs obſeruatas, orandi nunc & ſpatia & ſacramenta creuerunt. Nam & manè orandum eſt, vt reſurrectio Domini matutina oratione celebretur, &c.* Lege oro quod reſtat, quia rationem & ſacraméta reddit perſpicua canonicarum horarum. Earundem horarum meminit Basilius Magnus epiſtola 63. *Conſuetudines (ait) obtinentes nunc in omnibus Eccleſiis concinna ſunt, ac conſona. Ex nocte enim conſurgit apud nos populus ad domum orationis, & in labore ac tribulatione & aſſiduis lachrymis confitentes Deo. Poſtremùm ſurgentes ab orationibus, ad pſalmodiam conuenimus. Et nunc bifariam diuiſi alterna viciſſitudine inter ſe pſallunt, &c.* Vide Pſallendi diſciplina, &c. Et Ioannes Chryſoſtomus homilia 6. in epiſtolam ad Timothæum 1. cap. 2. *Atque id nouerunt fideles (ait) quomodo diebus ſingulis manè & veſpere orationes funduntur ad Dominum, &c.* Idem homilia 27. in actus Apoſtolorum, cap. 12. exponens illud: Oratio autem fiebat pro eo ab Eccleſia ad Deum, &c. *Eccleſia Dei (ait) mediis ſurgit noctibus, ſurge & tu, & vide aſtrorum choream, profundum ſilentium, magnam quietem, obſtupeſce Dei tui miram diſpenſationem, &c.* Hinc Ephrem Edeſſenus Diaconus in vitam S. Abrahæ Hæremitæ, expreſsè ad calcem horarum canonicarum numerum ponit, quas obſeruaſſe ille vir beatus deſcribitur. Ambroſius Mediolanenſis ſermone 19. in Pſalmum 118. cùm illud exponit: Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: *Diuide (inquit) Deo & ſeculo tempora tua, vel quando non poteſt agere in publico quæ ſunt iſtius mundi, & tenebræ prohibent noctis, Deo vacato, indulge orationibus, & ne obdormiſcas, pſallito, ſomnum tuum bona fraude fraudato, manè feſtina ad Eccleſiam, defer primitias pii voti, & poſtea, ſi vocat ſecularis neceſſitatas, non excluderis dicere, præuenerunt oculi mei ad te diluculo, &c.* Vide infrà, Hymnus, Horarum canonicarum. Meminit Concilium Laodicenum ſub Liberio I. & Damaſo, can. 18. *Semper ſupplicationes orationum (ait) & ad horam nonam, & veſperam oportet celebrari, &c.* Idem Damaſus I. in vita Marcelli I. Papæ. *Matrona (ait) nomine Lucina vidua, ſuſcepit beatum virum, quæ & domum ſuam nomine tituli beati Marcelli dedicauit, vbi die noctúque hymnis & orationibus Domino Ieſu Chriſto confitebantur.* Sed & Ioannes Caſſianus libro 3. De inſtitutis cœnobiorum, cap. 1. 2. 3. & 4. nil aliud agit, quàm reddere rationem numeri horarum canonicarum. *In Paleſtinæ (ait) vel Meſopotamiæ monaſteriis, ac totius Orientis, ſupradictarum horarum ſolennitates trinis Pſalmis (vt nunc apud nos fit) finiuntur, vt & orationum aſſiduitas ſtatutis temporibus Deo offeratur, & neceſſaria operationes officia, conſummatis iuſto moderamine ſpiritalibus obſequiis, nullatenus valeant impedire.* Lege quod ſequitur. Hunc numerum & ordinem obſeruat in regula ſua Benedictus Caſſinenſis cap. 16. vbi ſic exorditur: *Vt ait Propheta, Septies in die laudem dixi tibi, qui ſeptenarius ſacratus numerus à nobis (inquit) ſic implebitur, ſi matutina, prima, tertia, ſexta, nona, veſpera completoriéque tempore noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus.* Tum diſponit ibidem, & ſequentibus capitulis, qui Pſalmi in his horis dicendi ſint. Vide quid in hunc regulæ locū ſcripſerunt tria ordinis noſtri luminaria, Anthonius Pocquetus vir vt doctiſſimus, ita vt conuerſatione ſanctiſſimus atque excellentiſſimus: & Petrus Bardus præcedēti non inferior, & vita, & doctrina: & Symon du Corroy, etiam illis meritò comparandus. Ita illi hanc materiam nobis lucidam reliquerunt, vt nihil ſit nobis relictum ad inueſtigandum. Veruntamen quod cœpimus, proſequamur. Horarum canonicarum meminit & Palladius Cappadociæ Epiſcopus, in paradiſo Heraclidis, cap. 30. loquens de quodam S. Viro Adulio. *Hoc (inquit) in eo magnum, quòd à veſpertinis horis, vſque ad tempus matutinorum, quo rurſus cæteri fratres ad oratorium colliguntur, ille in monte Oliueti ſtans in eo loco vnde Saluator aſſumptus eſt, pſallendo & orando pernoctare conſueuerat, & ſiue ſub nimbis, ſiue ſub pluuiis, ſeu pruinis immobilis permanebat, &c.* Hinc Theodoretus Cyrenſis in Philotheo, de Marciano Dei ſeruo loquens, horarum canonicarum meminit, ſimúlque & de Euſebio loquens, nocturnas diurnáſque memorat horas perſoluiſſe. Iterúmque de S. Iacobo ſeruo Dei. Idem de Doumena ſancta muliere ait: *Sub galli cantu in propinquum templum profecta, vna cum aliis mulieribus & viris rerum omnium Domino pſallit. Hoc autem non in ortu tantùm, ſed etiam poſt Solis occaſum facere conſueuit, &c.* Denique & Symeon

Septem horæ canonicæ Apoſtolorum temporibus obſeruatæ. Clemens 1. Ratio & mi…

Cyprianus Carthaginenſis.

Baſilius magnus.

Ioannes Chryſoſtomus.

Ephrem Diaconus.

Ambroſius Mediolanenſis.

Attende præ…

Concilium Laod… Liberio 1. & Damaſo.

Damaſus 1.

Omnia hodie horum recolitur ſeruitas.

Ioannes Caſſianus.

Benedictus Caſſinenſis Abbas legiſlator noſter.

Anthonius Pocquetus Cæleſtinus.

Petrus Bardus Cæleſtinus. Symo du Corroy Cæleſtinus.

Palladius Cappadociæ epiſcopus.

Theodoretus C… epiſcopus.

Simeon Metaphraſtes.

Metaphraſtes in vita Alipij Cionitæ *(Vna voce* ait *) ſolent beneficiorem & vitæ ſuppeditatorem noctu & interdiu laudare ſepties, vt concorditer extollendo concentum Canticorum, Regem creatæ naturæ veri & ſynceri placent, &c.* Idem in vita Gregorij Agrigentini illum memorat cùm clericis ſuis ſolitum deſcendere in templum, ad cõſuetas preces perſoluendas debitis horis, matutinas, & veſpertinas laudes expreſsè nominans. idem & in vita Theodoſij Cœnobiarchæ. *Ita* inquit *ab eis peragebatur hymnodiæ regula, quæ, vt dictum eſt, ſepties in die offerebatur Deo vniuerſorum.* Pavlvs Diaconvs in vitam Mariæ Ægyptiacæ. *Zozimas* ait *) ſanctum ſolitus erat ſtatuto diei tempore, id eſt, tertia, ſexta, & nona, abſtinere ſe a ſuis itineris curſu orationis cauſa, eleuãſq; oculos ad ſuperna, &c.* Vt paucis abſoluamus Cõciliũ Aqvisgranense l. cap. 126. 127. 128. 129. & 130. canonicarum horarum veterem vſum, rationémque tradit, vbi ex Isydoro Hispalensi lib. 1. De diuinis officijs, cap. 2. 19. & 20. atque alijs authoribus, ſic loquitur: *Studeant ſummoperè canonici horas canonicas vigilantiſſima cura cuſtodire, & in his diuinum officium humiliter ac deuotè perſoluere. Mox enim vt datum fuerit ſignum, omnes ad Eccleſiam conueniant. Qui autem has horas frequentare, & in his, vt dignum eſt, cœleſte neglexerit officium perſoluere, digna correctione corripiatur, vt & ipſe emendetur, & cæteri timorem habentes huiuſcemodi negligentiam caueant. Sed quoniam aliud eſt ex toto omittere, aliud pigrè occurrere, qui ſegniter aut tardè ad matutinũ, aut aliud quodlibet diuinum obſequium peragendum occurrerit, dignum eſt, vt non cum alijs in choro, ſed omnium vltimus (vt certè erubeſcere diſcat) in loco huiuſcemodi negligentibus à prælatis conſtituto ſtet. foris verò nullatenus remanere præſumat, ne otio & fabulis vacet, & à Dei laudibus penitus alienus exiſtat. Cuſtodes præterea Eccleſiæ, harum horarum diſtinctiones bene norint, vt ſcilicet ſigna certis temporibus pulſent. Luminaria verò cum omni diligentia concinnanda prouideant, ſitq́; eorum ſtudij, vt nihil de commiſſis rebus Eccleſiæ pereant. Harum autem tertiam, ſextam & nonam, Daniel & tres pueri ſupplicationibus diuinis**(vt iam ſuperiùs oſtenſum eſt)* *ſcilicet, vt ab ortu diei in tempus ſupplicationis tres horæ porrectæ, Trinitatis nobis reuerentiam declararent. Pariliter à tertia ad ſextam, atque inde à nona, per paria lucis interualla ratis dimenſionibus terminata, Trinitas ter in die rogata coleretur. Denique ad probationem venerabilis Trinitatis, hora 3. Spiritus ſanctus deſcendit, hora 6 Chriſtus paſſus eſt, & in horam nonam patibuli cruciamenta pertexit. De hora autem veſpertina, quæ diurna & alterna lucis occaſus eſt, in veteri teſtamento ſolennis celebratio eſt. Hinc David ſacrificium veſpertinum commendat, & hac hora Chriſtus, vt veſperum oſtenderet ſeculi, in cœnaculo myſterium corporis & ſanguinis ſui Apoſtolis tradidit. De completorio autem celebrando, David ait: Si aſcendero in lectum ſtrati mei, ſi dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationẽ, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Et hac hora Chriſtus poſitus eſt in ſepulchro. De matutinorum antiquitate & authoritate teſte eſt David: In matutinis meditabor in te.* Tum Patres eiuſdem Concilij, proferunt iam memorati ſuperiùs Caſſiani. lib 3. cap. 4. De inſtitutis cœnobiorum. *Matutinæ ſolemnitatis officio nouo adhuc tempore inſtituto, primitus in Bethleem monaſterio vbi Chriſtus natus eſt, ſicq́; ex illa per vniuerſum mundum eiuſdem celebrationis inualuit cõſuetudo, &c.* Verùm an hoc verum ſit, ex ſuperioribus antiquorum Patrum teſtimonijs liquidò conſtat: nam & Clemens, Baſilius, & Chryſoſtomus, & alij, matutinarum horarum mẽtionem faciunt. Subdunt Patres: *Diluculo autem proinde oratur, quod reſurrectio Chriſti celebretur. De vigiliarum autem antiquitate ſatis Euangelia loquũtur, &c. vnde oportet his horis pſallendi, orandiq́; frequentiam nos in ſanctis habere officijs, finemq́; noſtrum, vt ... aduenerit ſub tali actu, expectare ſecuri. Eſt autem quidam genus h... orum, ſuperuacuas exiſtimantium ſacras vigilias ... ſpirituali opere infructuoſas dicentes eum iura teme ... diuina, qui noctem fec... ad requiem, ſicut diem ad laborem. Qui hæretici Græco ſermone Nyctazantes, hoc eſt, ſomniculoſi vocantur.* Deinde cap. 131. De Angelorum in ſacris horis aſſiſtentia loquuntur: *Nec dubitare licet* aiunt *) vbi corporis & ſanguinis Dominici geruntur myſteria, ſupernorum ciuium adeſſe conuentus, vnde ſtudendum ſolerter eſt, vt cum Eccleſiam vel ad diuinæ laudis debita ſoluẽda, vel ad agenda Miſſarum ſolẽnia, intramus, ſemper Angelicæ præſentiæ memores, cum timore & veneratione competenti cœleſte compleamus officium, ne ſi quod abſit id negligenter, aut inhoneſtè vel tepidè expleuerimus, & ad perficiendum pigri aduenerimus, in ſententiam, quæ dicitur, maledictus homo, qui opus Dei facit negligenter, miſerabiliter labamur. Ergo ſolerti induſtria nobis obſeruandum eſt, ne quid in Eccleſia Dei impium, ne quid peruerſum, ne quid indecens aut cogitatione, aut actibus, aut verbis perpetremus: quatenus & conſpectu Domini & Angelorum digni efficiamur, & Dominus ad nos veniens, nõ quod condemnet in nobis, ſed potius, quod remuneret inueniat.* Eadem Carolvs Magnvs in ſuis cõſtitutionibus. Reliquum habes in vocabulo, Officium diuinum, Cantus Eccleſiæ, Hymnus & Pſallendi diſciplina. &c.

Hospitalitas.

Hoſpitalitas commendatur, & iniungitur potiſsimum Eccleſiaſticis.] Impoſſibile nobis eſſet effari omnia, quæ in cõmendationem hoſpitalitatis Ioannes Chrysostomvs homilia 41. in Geneſin, in cap. 18. vbi narrat quomodo Abraham exceperit Angelos, diſſerit, & homilia 42. & iterum homil. 48. Ea recenſet etiam Gratianvs in Decreto, diſtinct. 42. per totum. Porrò Avgvstinvs Hipponensis lib 3. de verbis Domini, ſerm. 9. *Agnoſcite* (inquit) *fratres hoſpitalitatem, per hanc enim peruentum eſt ad Deũ. Suſcipis hoſpitem cuius tu comes es in via. quia omnes peregrini ſumus.* Et iterũ lib contra quinque genera hæreſum. *Diſcite Chriſtiani ſine diſcretione exhibere hoſpitalitatẽ, ne forte cui domum clauſeritis, cui humanitatẽ negaueritis, ipſe ſit Deus, &c.* Verùm ad propoſitum redeamus. Melito Sardensis Epiſcopus, referẽte Evsebio Caesariensi lib. 4. cap. 24. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, elegantiſſimum librũ de hoſpitalitate ſcripſit: ſed & Tertvllianvs Carthaginensis lib. 2. ad vxorem, Chriſtianis maximoperè hoſpitalitatem antiquitus commendabilem profitetur, Hoc & Bassianvs Ephesinvs Epiſcopus, cùm Epiſcopatu eſſet deiectus, agens cauſam ſuã coram Valentiniano & Martiano Imperatoribus, ſe à iuuenili ætate obſeruaſſe dicit, & vixiſſe cùm pauperibus, & Prochinm, id eſt, locũ ad recipiendos mẽdicos feciſſe, & in eo poſuiſſe ſeptuaginta lectos, & omnes languentes & vlceratos hoſpitio ſuſcepiſſe, hæc habentur & leguntur Actione 11. Concilij Chalced. Hinc & Concilium Arvernense, vt allegatur in Codice quinque librorũ partialium, lib 2. cap. 103. *Placuit vt Presbyteri ſuas*

Paulus Diaconus.

Concilium Aquiſgranenſe 1. ſub Ludouico 1 Imperat.

Iſidorus Hiſpalenſis.

Vide de negligentibus qui cũ cantu perſoluere horas canonicas.

Daniel. 6.

Exod. 19.

Pſal. 131.

Pſal. 62.

Matutinarum vſus antiquiſſimus vnde tum principium originẽ.

Angeli inter ... & ... Miſſæ.

Serm. 48.

Carol. Magn.

De horis canonicis ... lege in quibus hiſtoria ... Romanæ ... Sabbato ... Ioannes Chryſ. ...

Melito Sardenſis Epiſcopus ... Cæſa...

Baſſianus Epheſinus.

Cõcilium Ar...

plebes admoneant, vt hoſpitales ſint, & nulli iter facientibus manſionem denegent: & vt omnis occaſio rapinæ tollatur, nihil carius vendant tranſeuntibus, niſi quanto in mercato vendere poſſint. Quod ſi carius vendere voluerint, ad Presbyterum tranſeuntes hoc referant, & illius iuſſu, cum humanitate, eis vendant.

Optima certè ſtatuta, ſed nō obſeruantur, ita ſeculū noſtrum infelix eſt.

Concilium M A T I S C O N E N S E II. cap. 11. *Sectatores nos hoſpitalitatis eſſe non ſolum Dominus Ieſus admonet, cùm ſe dicit in hoſpitem receptum fuiſſe, ſed etiam eius Apoſtolus omnibus penè ſuis præceptis. Propterea vnumquemque noſtrum oportet nō ſolum ſemetipſum ad hoc opus hortari, ſed etiam omnium fidelium mētes, vt poſſint apud Deum miſericordiæ operibus pro noſtris peccatis intercedere, & nos ei per puram hoſpitalitatem reconciliare. Si quis ergò noſtrum non admonuerit, aut exemplum exhortationis ſuæ ipſe prius non comprobauerit opere, indignationem proculdubiò incurret Dominicæ maieſtatis. Prædicetur hoc noſtræ mediocritatis ſtatutum in auribus omnium Chriſtianorum, &c.* Idem cap. 13. dicit Epiſcopalem domum inſtitutam eſſe, vt omnes, ſine perſonarum acceptione, in hoſpitalitate recipiat.

Concilium Maticonenſ. 2.

Hinc & B E N E D I C T V S C A S S I N E N S I S cap. 53 Regulæ ſuæ. *Omnes* (ait) *ſuperuenientes hoſpites tanquam Chriſtus ſuſcipiantur, quia ipſe dicturus eſt: Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me. Et omnibus congruus honor exhibeatur, maximè domeſticis fidei & peregrinis* & reliqua. vide quod ſequitur, quia prolixū eſt caput. Deniq; Cōcilium generale VI. cano. 9. (eorum qui illegitimi tamen ſenſentur) hoſpitalitatem ſummoperè cōmendat & iniungit, prohibēs, ne merces pro hoſpitalitate recipiatur, & nulli hoſpitiū denegetur. Hoc & C A R O L V S M A G N V S in ſuis Conſtitutionibus renouat, & Concilium A Q V I S G R A N E N S E I. ſub Ludouico I. Imper. c. 141. vbi omnibus Epiſcopis & prælatis iniungit, vice ſua cuidā committere curam ſuſcipiendi hoſpites venientes & peregrinos, vtpotè Chriſtum in membris ſuis, qui ei neceſſaria libenter pro viribus adminiſtret. Hinc & præcipit Clericis, vt ſi alijs tēporibus non liceat, ſaltem Quadrageſimæ tempore pedes pauperum (vide ſuprà Ablutio) in competenti lauēt hoſpitali. *Quapropter expedit* (ait) *vt in competenti loco hoſpitale ſit pauperum, vbi perfacilis ad illud veniendi cōuentui fratrū poſſit fieri. Is autem cui hæc cura recipiendi hoſpites & pauperes ſi negligens fuerit, acerrimè corripiatur, potiſſimè ſi res pauperum in ſuos vſus aptauerit.* Memorabilis hoſpitalitatis exēpla N I C E P H O R V S C A L L I S T V S profert lib. 8. Eccleſ. hiſtoriæ, c. 48. vt de Spiridone qui tātum hoſpitalitatem dilexit, vt etiam tēpore Quadrageſimæ, cùm nihil haberet hoſpitibus apponendum, non erubuerit illis carnes quas potuit reperire apponere. Lege hiſtoriam pulcherrimam loco prætacto. Item lib. 11. cap. 38. aliud refert inſigne hoſpitalitatis exemplum de Mela, qui etiam ſuis inimicis benignè hoſpitalitatē exhibuit. Lege quoq; hiſtoriā. Præterea Conciliū P A R I S I E N S E III. lib. 1. cap. 14. ſic loquitur: *Operæ pretium duximus nos exhortando admonere, & admonendo exhortari, vt hoſpitalitatē præcipuè ſacerdotes Domino ſectari meminerint, ab Apoſtolo quippè inter cætera virtutum præconia, quæ Epiſcopo ineſſe debent, hoſpitalitas etiam habenda prædicatur. Epiſcopi nāq; domus, vt B. H I E R O N Y M V S ſcribit in epiſtolam ad Titum c. 1. omnium commune debet eſſe hoſpitium. Laicus enim vnum, aut duos, aut paucos recipiens, implebit hoſpitalitatis officium: Epiſcopus niſi omnes recipiat, inhumanus ab eo ſcribitur. Hoſpitalitas porrò quam Dominus remuneraturam ſe eſſe aſſeruit, illa eſt intelligenda quæ membris Chriſti, ſecto, ſandagētibus, & diuerſas neceſſitates patientibus, exhibetur. Vnde ait Iob: Foris non manſit peregrinus, oſtium meum viatori patuit, & Petrus: Hoſpitales inuicem ſine murmuratione: & alibi charitas fraternitatis maneat in vobis, & hoſpitalitatem nolite obliuiſci; per hanc enim placuerunt quidam, Angelis hoſpicio ſuſceptis.* Et Paulus: *Hoſpitalitatem ſectantes.* O R I G E N E S in 12. *cap. ad Roma. Dignè hoſpitalitatis magnificentiam vno ſermone cōprehendit. Dicens enim hoſpitalitatem ſectandā, non illud ſolum oſtendit quod venientem ad nos hoſpitem ſuſcipiamus, ſed requiramus, & ſoliciti ſimus, & ſectemur & perquiramus vbiq; hoſpites, necubi fortè in plateis ſedeant, aut extra tectum iaceant.* Hinc G R E G O R I V S I. *homi. 23 pulchrè de hoſpitalitate diſſerit. Proinde ſtudendum ſummopere Epiſcopis eſt,* (infert) *vt cū hoſpitalitatem ſubditis habendam prædicant, ipſi eam ante omnes primū factis adimpleant, vt quod verbis prædicant, operibus oſtendant.* Multa de ſectanda hoſpitalitate Concilium A Q V I S G R A N E N S E II. c. 3. & Concilium M E L D E N S E c. 58. dū de Epiſcopo viſitante tractat. Vide Viſitatio, &c. Præterea de amplectenda Epiſcopis hoſpitalitate Conciliū O X O N I E N S E in Anglia, c. 1. vbi etiam de pauperibus audiendis certa datur cōſtitutio. Vide in vocabulo, Pauper, &c. & ſuprà, Eleemoſyna. Deniq; Conciliū T R I D E N T I N V M generale ſeſs. 25. quæ fuit 9. ſub Pio IV. c. 8. decreti reformationis. *Admonet S. Synodus quoſcūq; Eccleſiaſtica beneficia ſecularia ſeu regularia obtinentes, vt hoſpitalitatis officium à S. Patribus frequenter cōmendatum, quātum per eorum prouentus licebit prōptè benignèq; exercere aſſueſcant, memores, eos qui hoſpitalitatem amant, Chriſtum in hoſpitibus recipere.* Reſiduum vide in vocabulo, Eleemoſyna, & infrà in dictione, Pauper, &c.

Benedictus Caſſinenſis.

Concilium Cōſtantinopolitanum 3. generale 6.

Carolus Magnus.

Concilium Aquiſgranenſ. 1.

Nicephorus Calliſtus. Spiridonis hoſpitalitas.

Concilium Pariſienſe 3.

1. Timoth. 3.

Hieronymus Stridonenſis.

Hoſpitalitas vera quæ ſit. Iob. 31.

1. Petr. 4. Hebr. 13. Geneſ. 18. & 19. Roman. 12.

Gregorius I.

Concilium Aquiſgranenſ. 2. Concilium Meldenſe.

Concilium Oxonienſe in Anglia.

Cōcilium Tridentinum generale nouiſſimum.

H O S P I T A L E.

Hoſpitalia erigenda.] Superiori annotatione ex B A S S I A N O E P H E S S O oſtenſum eſt, quia antiquo more hoſpitalia ſunt erecta ad ſuſcipiēdos pauperes. Hoc infinitis adhuc poſſem proferre authoritatibus & exēplis, niſi ea ſufficerent, quæ ſuperiori diſtinctione annotata ſunt, & adhuc hodie fides oculata, teſtaretur Patribus noſtris fuiſſe ſummū ſtudiū hoſpitales pauperū domos erigere. Quæ certæ hoſpitalia Conciliū C O L O N I E N S E III. part. 11. c. 1, 2. 3. 4. 5. & reliq. iubet, ſi ruinā minantur, reſtaurari. Iubetur præterea, vt ibidem priùs animæ pauperū curētur, quàm corpora, ſacramentorum, ſ. adminiſtratione, & in ea ſoli recipiantur, qui morbo, aut debilitate, aut ætate præpediti, victū & veſtitū ſuis manibus cōparare nō poſſunt: mendicātibus verò validis clauſa ſint. Præcipit quoq; hoſpitalium magiſtris, ne de bonis pauperū ſe ditent, & fiant pauperū deprædatores, raptoréſq; de alieno viuentes, ac velut, ex ſanguine pauperum ſaginati. Hoc D. Hieronymus grauiſſimè increpat. *Qui* (ait) *ex bonis parentum & ſuis opibus ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperū eſt accipiunt, ſacrilegiū profectò cōmittunt, & per abuſionē talium, iudiciū ſibi manducant & bibunt.* P R O S P E R A Q V I T. *Non eſt meū* (ait) *dicere quantū peccatum eſt eorū, qui cibos pauperū ſibi vſurpāt, & vnde pauper victurus erat præſumendo, ſuſcipiunt.* Inde præfatum Conciliū c. 7. eiuſdē partis, quò vigilātiores in officio ſint, ſingulis annis, aut ſæpiùs magiſtratui eius loci rationē de omnibus, præſente parocho, iubet reddere. Hoc approbat & cōfirmat Conciliū A V G V S T. c. 27. & Conciliū T R I D E N. ſeſs. 25. quæ fuit 9. ſub Pio IV. c. 8. decreti reformationis, vbi de bonis & facultatibus hoſpitaliorū, ſi fortè non ſint pauperes ſecundū reddituum & prouētuum quantitatem, in alios pios vſus prædictos fructus iubet cōuerti, qui eorum inſtitutioni proximiores ſunt,

Baſſianus Epheſius.

Concilium Colonienſe 3.

Salubris admonitio & conſideratio.

Hieronymus Stridonenſis.

Proſper Aquitanicus.

Concilium Auguſtēſe ſub Othone Cardinali. Concilium Tridentinum generale.

ac pro loco & tempore viliores, prout ordinario videbitur. Adminiſtratio autẽ non conceditur alicui horum locorũ vltra triennium, ſed alij ſubſtituantur, & reddant omnes vnoquoq; anno rationem, priuilegijs quibuſcunq; excluſis. Vide reſiduum infrà dictione, Pauperum oppreſſores, & ſuperiùs, Facultates Eccleſiæ quomodo diſpenſandæ, &c.

Hvmilitas.

Origenes Adamantius.

Duplex humilitas.

Humilitas maxima virtus.] Origenes Adamantivs homil. 20. in Ioſue, cap. 15. *Duas* inquit *humilitates eſſe certũ eſt: vnã laudabilem, de qua dicit Saluator: Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde & inuenietis requiem animabus veſtris. Et de hac humilitate dictum eſt: quia omnis qui ſe humiliat exaltabitur, &c. & alibi: Humiliamini ſub potentiſſima manu Dei. Eſt autẽ & alia humilitas culpabilis peccatorum, ſicut illa quam de illicito coitu dicit ſcriptura, quia humiliauit illã, quod de Amon ſcriptum eſt, quia humiliauit Thamar ſororem ſuã. Eſt ergò humilitas inanis quæ deſcendit ex peccato, &c.* De hac autẽ nõ loquimur, ſed de illa, quã ſic extollit Cyprianvs Carthaginensis ſerm. de Natiuitate Chriſti. *Hæc eſt primus religionis introitus, ſicut in mundũ primus Chriſti ingreſſus, vt quicunq; piè vult viuere, humiliter de ſe ſentiat, neq; ſupra ſe in mirabilibus ambulare præſumat. Fundamentũ ſanctitatis ſemper fuit humilitas, nec in cœlo ſtare potuit ſuperba ſublimitas. Hanc primam gratiã, ingrediẽs mundũ noſter paruulus attulit, & à cunabulis nos ſibi conformes fieri volẽs, teneri voluit in vita, quod exhibuit in perſona, &c.* Gregorivs Nazianzenvs oratione vigeſima prima de modeſtia in diſceptationibus obſeruanda, humilitatem miris effert præconiis. Ambrosivs Mediolanensis epiſtola ad ſacram Virginem, Demetriadem, in ordine 84. libro decimo. *Prima* (ait) *humilitatis ratio in communis vitæ verſatur officiis, quibus & diuina clementia conciliatur, & ſocietas humana connectitur. Aſſidium enim ad roborandã dilectionem valet, cum ſecundum doctrinam Apoſtoli inuicem ſe homines honore præueniunt, & alter alterũ ſuperiorẽ exiſtimãtes amant ſeruire ſubiecti, & neſciunt amare prælati: cum & pauper diuitẽ non ſibi dubitat anteferre, & diues pauperem ſibi gaudeat æquare, cum & ſublimes non ſuperbiunt de claritate proſapiæ, & pauperes non extolluntur de cõmunione naturæ: cum deniq; non plus tribuitur magnis opibus, quàm bonis moribus, nec maior ducitur phalerata iniquorũ potentia, quàm rectorũ inhonora iuſtitia. Ab hoc æquo & modeſto iure concordia, in quo nullũ eſt de gradu ſuperiore certamen, nec fœlicitas aut inflat propria, aut vrit aliena. Pulchrè & mirabiliter à pleriſq. proficitur ad illã humilitatis fortitudinem, quæ & ſe extra omnẽ conſtituit dignitatem, & multo aptã eſſe iniurijs accipiendis, quàm idoneã repellendis, &c.* Vide reliquum. Hinc Ioannes Cassianvs libro tertio, de inſtitutis Cœnobiorum, cap. 39. *(Contẽptu* ait) *& priuatione facultatum omnium humilitas acquiritur. Humilitas verò his indicijs cõprobatur. Primò, ſi mortificatas in ſe ſe habeat omnes voluntates. Secundo, ſi non ſolum actuũ ſuorum, verum etiam cogitationũ nihil ſuum celauerit ſeniorem. Tertiò, ſi nihil ſuæ diſcretioni, ſed iudicio eius vniuerſa cõmittat, ac monita eius ſitiens ac libenter auſcultet. Quartò, ſi in omnibus ſeruet obedientiam, manſuetudinem & patientiæ conſtantiam. Quintò, ſi non ſolum iniuriã inferat nulli, ſed nec ab alio quidem ſibimet irrogatam doleat atq; triſtetur. Sextò, ſi nihil agat, nihil præſumat, quod non vel communis regula, vel maiorum cohortantur exẽpla. Septimò, ſi omni vilitate contẽtus ſit, & ad omnia ſe, quæ ſibi præcipiuntur, velut operarium malum iudicauerit & indignum. Octauò, ſi ſemetipſum cunctis inferiorem non ſuperficie pronunciet labiorum, ſed intimo cordis credat affectu. Nonò, ſi linguam cohibeat, vel non ſit clamoſus in voce. Decimò, ſi non ſit facilis ac promptus in riſu. Talibus namq; indicijs, & his ſimilibus humilitas vera dignoſcitur, &c.* Idem & de humilitate vera quæ ſit, exponit liquidius collat. 18. Abbatis Pyamonis, cap. 11. & reliquis collationibus, quas mirabili induſtria Petrvs Pocqvetvs Cœleſtinus (vir omni virtutum & doctrinæ genere fulgens, & cuius authoritas etiam in cauſis forenſibus, vtpotè excellentiſſimi Iuriſcõſulti, ſæpiùs à Legiſperitis affertur) in compendium redegit. Verùm & Benedictvs Cassinensis capite ſeptimo, Regulæ ſuæ, in deſcribendis humilitatis gradibus eundem ordinem & formam tenuiſſe videtur, quàm ſuperiùs aſſignauit Caſſianus. Hoc caput poſteà Bernardvs Claraval. doctiſſimè expoſuit, & ex noſtris Antonivs Pocqvetvs Cœleſtinus in Scripturis ſanctis nobiliter doctus, cui via parem, aut ſecundum inueneris, ſi eius ſcripta enucleatiùs volueris diſcutere. Petrvs Barbvs Cœleſtinos, quarto eiuſdem ordinis Prouincialis vita ſanctiſſimus & doctrina excellentiſſimus, atque mihi familiariſſimus Simon Dv Corroy tertio & ipſe Prouincialis immutabilis vir vitæ, & conuerſationis atq; doctrina conſpicuus, luculenter in hanc regulam Benedicti diſſeruerunt, & eam etiam calliginoſis mentibus lucidam reliquerunt, vt hos verò omittamus, de humilitatis virtute & præſtantia excellentiùs cæteris Ioannes Chrysostomvs homilia 3. de Patiẽtia Iob, & homilia, de eo quod Sanctus Dauid dixit, Quis ſum ego, quod talem gratiam inueneram ante faciem tuam, &c. & homilia decima quinta in Matthæum capite quinto. *Vnuſquiſque* (ait) *humilitate ſuppoſita tutiſſime, cuncta alia ſuperponit ædificia: hac verò ſubducta etiamſi ad ipſum vſque cœlum conuerſationis ſublimitate perueniat, ſimul omnia ſubtrahuntur, atq; in finem peſſimum relabuntur. Nam ſiue orationem ſiue ieiunium, ſiue miſericordiam, ſiue pudicitiam, ſiue aliud quid bonorũ abſque humilitate congreges, ſtatim cuncta defluunt, cuncta depereunt, &c.* Hieronymvs Stridonensis epiſtola ad Celantiam, De Inſtitutione matrisfamilias, ſummoperè humilitatem cõmendat, & lib. 2. Commentariorum in epiſt. ad Epheſios, c. 4. *Omnis* (inquit) *humilitas non tam in ſermone, quàm in mente eſt, vt humiles nos eſſe conſcientia nouerit, & nũquam nos, vel ſcire, vel intelligere, vel eſſe aliquid æſtimemus, &c.* Præterea Avgvstinvs Hipponensis in multis locis, & his inenarrabilibus humilitatem prædicat, & præcipuè epiſtola 56. ad Dioſcorum: *Nulla alia eſt* (ait) *ad capeſſendam veritatem via, quàm humilitas. Et ea eſt prima humilitas, ſecunda humilitas, tertia humilitas, & quoties interrogares, hoc dicerem. Non quòd alia non ſint præcepta quæ dicantur, ſed niſi humilitas omnia quæcunque benefacimus, & præceſſerit, & comitetur, & conſecuta fuerit, & propoſita quam intueamur, & appoſita cui adhæreamus, & impoſita qua reprimamur, iam nobis de aliquo beneficio credentibus totum extorquet de manu ſuperbia. Vitia quippè cætera in peccatis, ſuperbia verò & in rectè factis timenda eſt, ne illa quæ laudabiliter facta ſunt, ipſius laud-*

Cyprianus Carthaginẽſis. Primus religionis introitus humilitas.

Gregorius Nazianzenus.

Ambroſius Mediolanẽſis.

Prima humilitas ratio.

Roma 12.

Ioannes Caſſianus.

Indicia quibus cognoſcitur humilitas.

Petrus Pocquetus Cœleſtinus.

Bened. Caſſinenſis.

Bernardus Claruallenſis.

Antonius Pocquetus Cœleſt.

Petrus Barbus Cœleſt.

Symon du Corroy Cœleſt.

Ioannes Chriſoſtomus.

Hieronymus Stridonenſis.

Augustinus Hipponenſis.

Attende [illegible] ſimum.

Demoſt[illegible]

cupiditate amittantur. Itaque ſicut Rhetor ille nobiliſſimus, cum interrogatus eſſet, quid ei primum videretur in eloquentia præceptis obſeruari oportere, pronunciationem dicitur reſpondiſſe. & cùm quæreretur, quid ſecundo, eandem pronunciationem. & quid tertio, nihil aliud quam pronunciationem dixiſſe: Ita ſi interrogares, & quoties interrogares de præceptis Chriſtianæ religionis, nihil me aliud reſpondere, niſi humilitatem liberet, & ſi fortè alia dicere neceſſitas cogeret. Hinc humilitati ſaluberrima, quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus, vt doceret humiliatus eſt, maximè aduerſatur quadam, vt ita dicam, imperitiſſima ſcientia, dum nos ſcire gaudemus, quid Anaximenes, quid Anaxagoras, quid Pythagoras ſenſerit, & cæteri huiuſmodi, vt docti eruditiq; videamur, cum hoc à vera doctrina & eruditione longè abſit, &c.

B

HYMNVS.

Hymnorum Eccleſiaſticorum concentus antiquiſsimus vſus.] Quandoquidem omnia hæretici peruertunt quæ ad laudem & honorem Dei conducunt, etiam Eccleſiaſticos cantus & hymnos auerſantes, tanquam quippiã abominandum, volumus ab initio repetere. Hymnorum Eccleſiaſticorum vſum in Eccleſia fuiſſe, licet iam præſtiterimus in præcedentibus, ſcilicet, in vocabulo Cantus, & Horæ canonicæ, & infrà etiam in dictione, Pſallere, &c. vt deſiſtant latrare canes, dum ſe nouerint graui vulnere ſauciatos, teſtimonijs, ſcilicet, ſanctorũ Patrũ. Igitur DIONYSIVS AREOPAGITA libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, parte 2. cap. 2. antiquiſſimum vſum cantandi in Eccleſia hymnos memorat, dum de illo recitat, qui properabat ad Baptiſmum, habuiſſe pro more hymnum aliquem ſacris libris inſertum, & ſimul cùm omnibus Eccleſiæ ordinibus in Eccleſia ante Pontificẽ cecinisse. Idẽ refert & parte 2. cap. 3. eiuſdem libri, cùm loquitur de ritu celebrandæ Miſſæ, vt dicemus infrà in vocabulo, Miſſæ ritus, &c. ABDIAS BABYLONIVS lib. 8. certaminis Apoſtolici, recẽſet fideles eum hymnis S. Bartholomæi corpus, & cum omni gloria deduxiſſe. PHILO IVDÆVS libro De vita contemplatiua, loquens de monachis qui Alexandriæ & in Ægypto degebãt, dicit, quia ſoliti erãt hymnos alternatim decantare, vt dicemus in vocabulo, Monachus, & pſallendi diſciplina. Porrò præfatus Dionyſius in epiſtola ad Demophilum, recenſet B. Carpum ad diuinos hymnos ſolitũ ſurgere. IGNATIVS MARTYR refert Nicephorus Calliſtus lib. 13. cap. 8. SOCRATES lib. 6. cap. 8. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ in Antiochena Eccleſia hymnos & antiphonas iuſſit decãtari. Nam vbi referunt prædicti hiſtoriographi, in Conſtantinopolitana vrbe ſupplicationes fieri ſolitas, in quibus decantabantur hymni, adducunt: *Catholica Eccleſia principio eiuſmodi pſalmodiæ hymnorumque canendorum inde ſumpto, adhuc vſque diem conſuetudinem hanc retinet, & ſacris cantilenis operatur. Morem autem Antiphonarum, hoc eſt, alterius per reſponſionem carminum concinnendorum, Eccleſia antiquitus iam inde ab Apoſtolis accepit. Diuinum namque Ignatium (qui tertius in Eccleſia Antiochena a Petro Apoſtolo Hierarcha fuit, & cùm Apoſtolis omnibus plurimo tempore vixit) cùm per ecſtaſim animi conſternatus eſſet, viſionem nouam vidiſſe ferunt, ſanctos, ſcilicet, Angelos alternis & ſibi inuicem reſpondẽtibus carminibus ſanctam Trinitatem hymnis & laudibus*

A *vehentes, & ipſe primus hanc concinendi formam Antiochenorum Eccleſiæ dedit. Vnde quaſi a fonte in omnes Eccleſias Dei omnes hæc conſuetudo propagata eſt. Hæc quæ Antiphonis & reſpondentibus ſibi inuicem hymnis accepi memoriæ poſteritatis commendanda duxi.* Vide hoc in vocabulo, Triſagium, vbi exponitur hymnus ille quem audiuit Ignatius. Denique IVSTINVS MARTYR Apologia ſecunda pro Chriſtianis ad Antoninum Pium, hymnorum Eccleſiaſticorum meminit. Et PLINIVS SECVNDVS epiſtola miſſa ad Traianum, de Chriſtianis, quæ ſic incipit: Solenne eſt mihi Domine omnia de quibus dubito, & cæter. EVSEBIVS CÆSARIENSIS libro Tertio, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ,
B capite vigeſimo ſexto. refert Chriſtianos tunc temporis ſolitos Deo ante lucanos hymnos canere. Idem Euſebius libro 8. cap. 9. de quibuſdam loquens martyribus, ait: *Expectabant locum martyrij pſallentes, & hymnos Deo canentes, vt hæc agentes etiam extremos ſpiritus in Dei laudibus exhalarent.* Vide in vocabulo, Cantus. Porrò HILARIVS PICTAVIENSIS edidit librum hymnorum, qui adhuc hodie in Eccleſia leguntur. De Athanaſio Magno GREGORIVS NAZIANZENVS oratione 18. teſtatur, quòd frequentiſſimè Pſalmodiam decantabat & hymnos. Idem & teſtatur de Baſilio Magno oratione 8. in eundem. Oratione 9 in Gorgoniam ſororem, boni pruden-
C tis pſalmodiarum meminit, quem prædicta ſoror ſacra Virgo deuotiſſimè frequentabat. Orationem autem 14. in Gregorium patrem, illum ſe exercuiſſe in pſalmodia tam nocturna, quàm diurna memorat. Porrò EPIPHANIVS CYPRI ad calcem operis contra hæreſes. *Matutini* (ait *hymni in ipſa Eccleſia fiunt perpetuò, & orationes matutinæ, lucernaléſque, ſimul Pſalmi & Orationes.* Hinc NICEPHORVS CALLISTVS libro 9. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 14. De hymno Gloria Patri, ſic refert: *Quidam Patrem & Filium eodem honore celebrantes.* (hæc ſub Conſtantino facta narrantur) *nonnulli Patrem in Filio,* præpoſitione interiecta obſcuriùs ſecundas partes Filio tribuentes) *alij, gloria Patri per Filium in Spiritu ſan-*
D *cto, quidam etiam, Gloria Patri & Filio in Spiritu ſancto, canebant. Primum omnium ferunt Antiochenum Flauianũ, monachorum coacta caterua clarè accinuiſſe: Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto. Quod quidem, vt nihil habens ſuſpitionis, in Eccleſijs Dei obtinuit.* Vide ſuprà, Gloria Patri, &c. Hinc AMBROSIVS MEDIOLANENSIS egregiè in componendis metricis verſibus hymnis verſatus eſt, quos & in Mediolanenſi Eccleſia cantari inſtituit, vt refert Auguſtinus, ſicut mox dicetur. PAVLINVS NOLANVS in vita eiuſdem Ambroſij, ad eundem Auguſtinum ſcri-
E pta, vbi ſic loquitur: *Hoc in tempore primo Antiphonæ, Hymni ac Vigiliæ in Eccleſia Mediolanenſi celebrari cœperunt: Cuius celebritatis deuotio vſque in hodiernum diem, non ſolùm in eadem Eccleſia, verùm per omnes ferè prouincias occidentis manet, &c.* Idem autem Ambroſius ſermone 19. in Pſalmum 118. exponens illud: Præuenerunt oculi mei ad te diluculo. *Quam iocundum eſt* (ait *inchoare ab Hymnis & Canticis, a beatitudinibus, quas in Euangelio legis, &c.* Idem enarratione in pſalmum quadrageſimum tertium, ſæpiùs concinnendi in Eccleſia hymni meminit. Porrò IOANNES CHRYSOSTOMVS, vt refert Socrates libro ſexto, capite

Margin notes, left:
De hymni dictis cãtibus ad laudem Dei & quis hymnos cõpoſuerit hic diſſeremus.
Dionyſius Areopagita.
Abdias Babylonius.
Philo Iudæus.
Ignatius Martyr.
Nicephorus Calliſtus.
Socrates.
Attende hæretice an iuſtam quẽ calumniaris vſum.

Margin notes, right:
Vide hunc vocabulum Triſagium
Iuſtinus Martyr.
Plinius ſecundus.
Euſebius Cæſarienſis.
Hilarius Pictauienſis.
Gregorius Nazianzenus.
Epiphanius Cypri.
Nicephorus Calliſtus.
Gloria Patri & Filio hymnum vnde, vide etiam ſupra Gloria, &c.
Ambroſius Mediolanenſis
Paulinus Nolanus.
Ioannes Chryſoſtomus.

Socrates hyſtoriographus.

8.& habetur in hiſtoria tripartita Caſſiodori lib. 10. *Orationes in nocturnis hymnis auxit.* Infrà vbi deſcribit Theodoſij Iunioris imperium: *Cunctis* (ait) *fideles Deo magno ſupplicantes, hymnos concorditer offerebant, & tota ciuitas velut vna pſallebat Eccleſia.* Sed & idem de ſe Chryſoſtomus loquitur, homi. 1. de verbis Eſayæ Prophetæ, Vidi Dominum ſedentem, &c. *Vnde* (inquit) *perſpicio ſermones meos ad opus profeciſſe? nimirum ex hoc concurſu, ex eo quod Eccleſiam omnium matrem ſtudioſe amplectimini: ex hac pernocte perpetua ſtatione, ex eo quod Angelicorũ oramum ſtationẽ imitamini, ſine ceſſationeq́; laudes & hymnos offertis conditori. O mira Chriſti dona! In ſupernis exercitus Angelorum canunt gloriam, in terris homines, in Eccleſijs choros agentes, ad illorum exemplum eandem canunt gloriam, &c.* Vtinã lector quod ſequitur non dedignetur perlegere. Idem homil. 56. in Matth. cap. 16. vbi monachorum ſui temporis deſcribit vitam & conuerſationem, dicit illos ante cibum, & poſt cibum hymnus Deo canere ſolitos. *Poſt cœnam.* (inquit) *pr[illegible] penitus ignorant, quoſdam gratiarum actionis hymnos ad Deum dicentes, huius etiã vocis meminerunt: Benedictus Deus qui me paſcis à iuuentute mea, qui omni carni cibũ prabet, reple lætitia & gaudio corda noſtra, vt ſemper ſatis habẽtes, ad omne bonũ opus abundemus, &c.* lege reliquũ. Hinc Conciliũ AGATHENSE. cap. 30. & allegat Gratianus de conſecr. diſtinct. 5. cap. conuenit. *Et quia conuenit* (ait) *ordinem Eccleſiæ ab omnibus æqualiter cuſtodiri, ſtudendum eſt ſicut vbiq; fit, vt poſt antiphonas collectiones, ab Epiſcopis vel preſbyteris dicantur, & hymni matutini, vel veſpertini decantẽtur diebus omnibus, & in concluſione matutinarum vel veſpertinarum & Miſſarum, poſt hymnos capitella de Pſalmis dicantur, & plebs collecta oratione ad Veſperam, ab Epiſcopo cum benedictione mittatur.* Hinc AVGVSTINVS HIPPONENSIS lib. 9. Confeſſionum, c. 6. *Quantum fleui* (ait) *in hymnis & canticis tuis, ſuaue ſonantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter! Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex eo æſtuabat inde affectus pietatis, & currebant lachrimæ, & benè mihi erat cum illis. Non longè cœperat Mediolanenſis Eccleſia genus hoc conſolationis & exhortationis celebrare,* (infert cap. 7.) *magno ſtudio fratrum concinentium vocibus & cordibus. Nimirum annus erat, aut non multò ampliùs, cùm Iuſtina Valentiniani Regis pueri mater, hominem tuum Ambroſium perſequeretur hæreſis ſuæ cauſa, qua fuerat ſeducta ab Arrianis. Excubabat pia plebs, mori parata cum Epiſcopo ſuo ſeruo tuo. Ibi mea mater ancilla tua, ſolicitudinis & vigiliarum primas partes tenens, orationibus viuebas. Nos autem adhuc frigidi à calore ſpiritus tui, excitabamur tamen ciuitate attonita, atque turbata. Tunc hymni & pſalmi, vt canerentur, ſecundum morẽ Orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabeſceret, inſtitutum eſt, ex illo in hodiernum diem retentum, multis iam & penè omnibus gregibus tuis per cæteras orbis partes imitantibus, &c.* Idem in Pſalm. 148. *Hymnus* (ait) *eſt cantatus cum laude Dei. Si laudas Deum, & non cantas, non dicis hymnum: Si cantas & non laudas Deum non dicis hymnum: Si laudas aliquid quod non pertinet ad laudem Dei, etſi cantando laudes, nõ dicis hymnum. Hymnus ergò tria iſta habet, & cãtum, & laudẽ, & Dei.* Idem omnino adhuc repetit, ſub ſimili verborum forma & ſententia, exponens Pſalm. 72. hinc eſt quod HAYMO HALBERSTATENSIS in c. 5. epiſt. ad Epheſios, exponens illud: Loquentes vobiſmet ipſis in Pſalmis, & hymnis & canticis ſpiritualibus. *Hymnus* (ait) *Græco eloquio Latinè ſonat laus Dei. Hymnus autem ſi componitur & non cantatur, non eſt hymnus.* Hymnos autem Latinos, Ambroſius & Hilarius clariſſimi viri compoſuerunt præcipuè, & antiquiſsimus ſcriptor Hildefonſus Toletanus, hymnos compoſuit, vixit anno 348. veruntamen & dictus PAVLVS DIACONVS illud excellentiſſimum hymnum compoſuiſſe ad laudem S. Ioan. Baptiſtæ, qui incipit: Vt queant laxis, &c. SEDVLIVS PRESBYTER illos compoſuit, qui in Natali & Epiphania cantãtur, ſ. A Solis ortus cardine, & Herodes hoſtis impie, &c. & illum, qui cantatur ad laudem virginis Mariæ, Salue ſancta parens, &c. AVRELIVS PRVDENTIVS diuerſos compoſuit in honorem Martyrum, è quorum numero ille eſt, qui in honorem vnius martyris decantatur, Beate martyr, proſpera, &c. Prætereà THEODVLPHVS AVRELIANENSIS Epiſcopus, illum hymnum pulcherrimum compoſuit, qui cantatur in feſto Palmarũ, ſ. Gloria laus & honor tibi ſit Rex Chriſte Redẽptor, &c. cùm à Ludouico Imperatore miſſus eſſet in carcerem. Cùm idem Imperator in die Palmarum iuxta eius carce[illegible] tranſiret, illos alta voce cœpit verſus canere [illegible] proptereà inde liberatus eſt, & verſus ab [illegible] recepit. HERMANNVS CONTRACTVS hymnos illos edidit qui ad laudem Deiparæ virginis quotidiè decantantur, ſ. Salue Regina miſericordiæ, &c. &, Alma Redemptoris mater, &c. Scripſit & ad laudem diuerſorum ſanctorum HILDEBERTVS CENOMANENSIS hymnos qui frequentãtur in Eccleſia, & ſcripſerũt alij multi viri, doctrina & vita præcellentes, quorum nomina ſubiiceo. Lege librum HANVLARII FORTVNATI Treuerenſis Epiſcopi de Eccleſiaſticis officijs, qui ſic exorditur, Satis & minimũ quidem, &c. vbi & de hymnis atque eorũ authoribus diſſerit, ſicut & facit libro De diuinis officijs. ANGELONIVS LVXONIENSIS vir doctiſſimus, & RVPERTVS TVITIEN. &, REMIGIVS ANTISSIOD. & alij plures authores, qui egregiè Eccleſiaſticũ cantũ & hymnorũ rationẽ expoſuerũt. Cuius etiã pſalmodiæ & cõcentus hymnorũ antiquitùs in Eccleſijs frequẽtari, meminit PALLADIVS CAPPADO. lib. Paradiſi Heraclidis, c. 37. de S. Elpidio loquẽs, & etiam alibi, vt ſuprà diximus in vocabulo, Horæ Canonicæ, &c. Hinc THEODORETVS CYREN. in Philotheo, loquens de quodã Epiſcopo Carrorum, qui dicebatur Abraam. *Poſthac* (ait) *quaſi fidei præco Pſalmis & hymnis clamat, omneſq́; conuocat, &c.* Lege & ea quæ ſuperiùs ex eodem protulimus. Porrò VIGILIVS TRIDENTINVS Epiſcopus, in vita ſanctorũ Martyrum Siſinij, Martini & Alexandri Cõcentus Eccleſiaſtici meminit, ſicut & lectoris, & Oſtiarij, & aliorum officiorum, qui ſeruiunt Eccleſiaſticis miniſterijs. SIMEON METAPHRASTES in vita Alipij Cionitæ, ſeptem horarum canonicarum, vt iam diximus, meminit, deſcribitq́; formam & modum priſcorum Patrum in decantandis hymnis, & pſalmodia perſoluẽda. Tum & Sebaſtiani Martyris vitam deſcribens. *Cùm mox* (inquit) *illa fuiſſet conſumpta in Pſalmis & Hymnis, vbi dies aduenit, accipiens, &c.* Sed & GREGORIVS I. lib. 4 Dialog. c. 10. De Abbate ſæpe loquẽs. *Quintodecimo igitur die* (ait) *ad monaſterium ſuũ, peracta prædicatione, reuerſus eſt, ibiq́; fratribus conuocatis aſtans, ſacramentũ Dominici corporis & ſanguinis ſumpſit, moxq́; cũ eis myſticos Pſalmorum cantus exorſus eſt, qui illis Pſallẽtibus, orationi intentus animã reddidit.* Lege eundẽ & eodẽ lib. c. 20. vbi pſalmodiæ meminit. GREGORIVS TVRONEN

Vide quia in Eccleſia, chorus pſallentium angelos imitatur, & hęretice.

Concilium Agathenſe, ſub [illegible] Santo [illegible].

Auguſtinus Hipponenſis.

Attende deuotionem & virtute [illegible].

Vide fidelem plebem & deuotum.

Hymnus quid?

Haymo Halberſtatenſis.

Paulus Diaconus.

Sedulius presbyter.

Aurelius Prudentius.

Theodulphus aureliancnſis.

Hermannus Contractus.

Hildebertus Cenomanuſ.

Hanualarius Fortunatus.

Angelonius Luxouienſis. Rupertus Tuitienſis. Remigius Antiſſiodorenſis.

Palladius Cappadocia.

Theodoretus Cyrenſis.

Vigilius Tridentinus.

Simeon Metaphraſtes.

Gregorius I.

Vide Euchariſtia [illegible] in articulo mortis.

Gregorius Turonenſis.

RONENSIS non vno in loco, in opere in gloriam plurimorum martyrum edito, hymnorum meminit, & potiſſimè cap. 12. eiuſdem operis, vbi narrat frequentatos hymnos in Eccleſia Vaſatenſi, cùm ab huius obſideretur, nocte & die à ſacerdotibus. In pluribus alijs locis eiuſdem rei facit mentionem.

Audoenus Rhotomagenſis.

AVDONEVS RHOTOMAGENSIS vbi vitam S. Eligij deſcribit, narrat B. Eligium interfuiſſe horis canonicis, & hymnis qui cantabantur in die anniuerſaria Paſſionis S. Martyris Dionyſij, & ibidem hominem omnibus mēbris contractum ſanaſſe, ſed hæc ſufficient. Vnde

Concilium Turonenſe 2.

& Concilium TVRONENSE II. ſub Pelagio I. can. 24. *Licet (ait) hymnos Ambroſianos habeamus in canone, tamen quoniam reliquorum ſunt aliqui qui digni ſunt forma, cantare volumus libenter, & amplecti eos, præter ea quorum authorum nomina non fuerint in limine prænotata: quoniam quæ fide conſtiterunt, dicendi ratione non obſtant, &c.* Hinc & Concilium

Ibidem 4. ſub Honorio I.

TOLETANVM IV. can. allegatur à Gratiano diſtinct. 1. cap. De hymnis. *De hymnis (ait) canendis, & Saluatoris & Apoſtolorum habemus exēplum. Nam & ipſe Dominus ipſum dixiſſe perhibetur, Matthæo Euangeliſta teſtante: Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti. Et Paulus Apoſtolus ad Epheſios ſcripſit, dicens: Implemini Spiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in Pſalmis & Hymnis & Canticis ſpiritualibus, &c. Et quia nonnulli hymni humano ſtudio in laudem Dei atque Apoſtolorum & Martyrum triumphos compoſiti eſſe noſcuntur, ſicut hi, quos beatiſſimi doctores Hilarius, atque Ambroſius ediderunt: quos tamen quidam ſpecialiter reprobant, pro eo quod de ſcripturis ſanctorum canonū vel Apoſtolica traditione non exiſtunt, reſpuant ergò & illum hymnum ab hominibus compoſitum, quem quotidiè publico priuatóque officio in fine omnium Pſalmorum dicimus, Gloria & honor Patri & Filio & Spiritui ſancto in ſecula ſeculorum, Amen. Nam & ille hymnus, quem nato in carne Chriſto, Angeli cecinerunt, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, laudamus te, benedicimus, &c. doctores Eccleſiaſtici compoſuerunt. Ergò nec ipſi in Eccleſijs canendi ſunt, quia in ſanctarum ſcripturarum libris non inueniuntur. Componuntur Miſſæ, ſiue preces, vel orationes, ſiue commendationes, ſeu manus impoſitiones, ex quibus ſi nulla decantentur in Eccleſia, vacant officia omnia Eccleſiaſtica. Admonet hæc fieri, atque hortatur Paulus Apoſtolus Timotheum dicens: Obſecro primùm fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, & gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus qui in ſublimitate ſunt, &c. Sicut ergò orationes, ita & hymnos in laudem Dei compoſitos, nullus vlterius improbet.* Idem can. 13. ſtatuit de hymno trium puerorum, vt in omnium Miſſarum ſolennitatibus in publico decantetur, vt Eccleſiæ in laudibus obſeruant. Omnes autem communione dicit priuandus, qui hūc & alios hymnos reiicere fuerint auſi, & hanc definitionem exceſſerint. Deniq; de hymno, Kyrie eleyſon, & Sanctus, &c. Conſtitutio eſt VASENSIS Concilij I. can. 3. & 4. præcipiens vt in omnibus Miſſis decantentur, vt reponemus in vocabulo, Kyrie eleyſon, & Sanctus, & Triſagium. vide ergò in his locis. Prætereà de hymno, Gloria in excelſis, iam ſuperiùs in vocabulo, Gloria, dictum eſt, quem hymnum ſicut & illum, Gloria tibi Domine, &c. Concilium AVGVSTENSE cap. 23. iuſſit detecto capite in Eccleſia cani. Vide Officium Eccleſiaſticū, Preces, Horæ canonicæ, Oratio, Triſagium, Sanctus, Kyrie eleyſon, Cantus, & Miſſæ cæremoniæ, &c.

Matth. 26.
Epheſ. 5.
Gloria patri, &c.
Et Gloria in excelſ.
1. Timoth. 2.
Concilium Vaſenſe 2. ſub Leone I.
Concilium [illegible] Othon. Cardinali.

HYPPODIACONVS.

Inuenies hoc vocabulum in antiquis Patrum decretis ſæpiùs memoratum, ſed repoſuimus in dictione, Subdiaconus, quia idē eſt & in alijs vocabulis, Ordo, Clericus, & eiuſmodi, vbi de Ordinum miniſtris fit mentio.

IDO

IDOLOLATRIA.

IDololatriæ abolitio.] Quod ipſa Idololatria debuerat ſub aduentu Chriſti ceſſare, vltra Sibylarum oracula, etiam ipſi dæmones hominibus demonſtrarunt. Vt autem prætermittam hoc ſæpiùs inſinuatū in geſtis Apoſtolorum, quæ ABDIAS BABYLONIVS conſcripſit, etiam SVIDAS in dictione Auguſtus referente etiā Nicephoro Calliſto, lib. 1. c. 17. refert Auguſtum prouectiore iam ætate ad oraculum Pythij Apollinis veniſſe, quæſiturus quiſnā poſt eum Romanū adminiſtraturus eſſet imperium. Cùm autem non redderet reſponſum, iterato ſacrificio denuò rogauit, Cur nunc tandem obmuteſceret, cùm pluribus verbis aliàs dare ſolitum eſſet reſpōſum. Tum illud parua interpoſita mora ad hūc modum reſpondet,

Abdias Babylonius.
Suidas.

Me puer Hebræus, diuos Deus ipſe gubernans
Cedere ſede iubet, triſtemque redire ſub Orcum.
Aris ergò dehinc tacitus abſcedito noſtris.

Verſus Pythij Apollinis de Chriſto.

Refert & PLVTARCHVS CHERONEVS in libro cui titulus eſt, Quòd oracula veterū defecerint, exemplum de Panis memorando interitu, quem accidiſſe teſtatur ſub Tiberio Cæſare imperante, ſub hora ſcilicet Paſſionis Chriſti. Hanc hiſtoriam & recenſet EVSEBIVS CÆSARIENSIS epiſtola ad Theodorum Epiſcopum, & PETRVS CRINITVS lib. 14. De honeſta diſciplina, c. 3. Hi dicunt tunc vocem Panis à nautis fuiſſe auditam, & ſe interijſſe cōfeſſum, quando Chriſtus Imperante Tiberio, in crucem eleuatus, ibiq; mortuus eſt. Quid aduerſus Idololatriā IVSTINVS MARTYR, & Apollinaris Hierapolitanus, & Irenæus Lugdunenſis, & Melciades Rhodon, Clemens Alexandrinus, Tertullianus Carthaginenſis, Lactantius Firmianus, Euſebius Cæſarienſis, Auguſtinus Hipponenſis, Fulgentius Ruſpenſis, & cæteri proceres Chriſtianæ Reipublicæ ſcripſerint diuerſis voluminibus, non eſt noſtræ facultatis euoluere. Adde quod idololatria ceſſauit noſtro tēpore, cui ſucceſſit in regnum non inferior peſtis hæreſeos, contra quā in omni hoc volumine dimicamus authoritate veterū, & Eccleſiaſticæ traditionis gladio. Diſtrictiſſimè autem fugiendā idololatriam ſanxerūt & abolendā præcepto Apoſtoli, vt refert CLEMENS I. lib. 2. Cōſtitut. Apoſtolic. c. 27. *Nullum (ait) peccatū idololatria reperitur grauius, ea eſt enim contra Deum impietas: ſed tamen ipſa quoq; per verā pœnitentiam condonatur.* Ad eandē abolendā quantū laborauerint Apoſtoli præfatus Abdias recenſet. & MARTIALIS Apoſtolus epiſtola ad Burdegalenſes, & iam nominatus IVSTINVS in ſermone exhortatorio ad Gētes, ad calcem, & Apologia 2. ad Antoninum Pium. *Cæterùm quod victimis & coronis (ait) ſimulachra in tēplis cōſecrata non honoramus, in cauſa eſt, quia ſcimus ea carere ſenſu atq; anima, ac ne formam quidem habere Deo ſimilem. Nequimus enim hanc eſſe Dei formam, quam quidam aiunt ſe expreſſiſſe: ſed iſta ſunt effigies, & nomina dæmonum, quos malos eſſe oſtendimus.*

Plutarchus Cheroneus.
Euſebius Cæſarienſis.
Petrus Crinitus.
Iuſtinus Martyr.
Apollinaris Hierapolitan.
Irenæus Lugdunenſis.
Melciades Rhodon.
Clemens Alexandrinus.
Tertullianus Carthaginenſis.
Lactantius Firmianus.
Euſebius Cæſarienſis.
Auguſtinus Hipponenſis.
Fulgentius Ruſpenſis.
Clemens I.
Martialis Apoſtolus.
Iuſtinus Martyr.

Vide Ieiunium 4. & 6. feriæ.

Vide iterum Ieiunium 4. & 6. feriæ.

Clemens Alexandrinus.

Euſebius Cæſarienſis.

Nicephorus Calliſtus.

Irenæus Lugdunenſis.

A *Currunt, neque ſub lege præcepti, neque vltra ſupremam diem, quãdo & orationes ferè hora nona concludas de Petri exemplo, quod Actus refert, &c.* Tum de ieiunio Quadrageſimæ agit. Vide Quadrageſima. Ieiunium autem CLEMENS ALEXANDRINVS lib. 3. Pædagogi, cap. 10 & lib. 7. Stromatum ieiunij die Mercurij & Veneris meminit. Porrò ſecundum ſecundum quòd EVSEBIVS CÆSARIENSIS libro Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. c. 24. Et NICEPHORVS CALLISTVS libro 4. cap. 39. narrant, antiquitus diuerſa fuit inter Patres quæſtio de obſeruatione ieiuniorum. Vnde IRENÆVS LVGDVNENSIS epiſtola ad Victorem I. Papam, ſic loquitur, dum de Paſchæ die celebrando loquitur, qui etiam variè obſeruabatur, vt dicemus in vocabulo Paſcha: B *Non modo* (inquit) *de die, verumetiam de ieiunij ſpecie controuerſia & quæſtio eſt. Quidam namque exiſtimant vnum ipſos oportere diem ieiunare, quidam duos, alij etiam plures. Nonnulli autem quadraginta horis diurnis & nocturnis diē metiuntur. Atque varietas hæc obſeruationum non ætate noſtra exorta eſt, ſed longè antea apud maiores noſtros extitit, qui ita vt decuit accuratè conſeruatam per ſimplicem ſinceritatem conſuetudinem ad poſteros demiſere: nihilominus tamen iſti omnes pacem tenuere, atq; etiam pacem inter nos retinemus, & ieiunij diſſenſio fidei conſenſum confirmat.* Hæc Irenæus. Lege ea quæ ſequuntur apud Nicephorum libro prætacto, & apud Euſebium ibidem. Denique C CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro de ſingularitate Clericorum, & alijs in locis ſæpius meminit ieiunij, vt habes in vocabulo, Quadrageſima, meminit & epiſtolarum libro 4. epiſtola 4. ad Presbyteros, & Diaconos: *Admoneo* (ait) *religioſam ſolicitudinem veſtram, vt ad placandum atque exorandum Dominum non voce ſola, ſed & ieiunijs & lachrimis, & omni genere deprecationis ingemiſcamus.* Idem ſermone de Ieiunio & Tentationibus. *Ieiunio vitiorum ſentina ſiccatur, petulantia marcet, concupiſcentia languent ſuggina, abeunt voluptates, &c.* ORIGENES ADAMANTIVS homilia 10. in Leuiticum, cap. 16. *Tu ſi vis ieiunare ſecundum Chriſtum,* (ait) *& humiliare animam tuam, omne tibi tempus aptum eſt totius anni, imò totius vitæ tuæ dies habeto ad humiliandam animam tuam: Si tamen* D *didici à Domino Saluatore noſtro, quia mitis eſt & humilis corde. Tu itaque ſi vis ieiunare ieiuna ſecundum præceptum Euangelij, & obſerua in ieiunijs Euangelicas leges, in quibus hoc modo Saluator de ieiunijs mandat: Tu autem cum ieiunas vnge caput tuū, & faciem tuā laua, &c. Vis tibi adhuc oſtēdam quale te oportet ieiunare ieiunium? Ieiuna ab omni peccato, nullum cibum ſumas malitiæ, nullas capias epulas voluptatis, nullo vino luxuriæ concaleſcas, Ieiuna à malis actibus, abſtine a malis ſermonibus, contine te à cogitationibus peſſimis, noli contingere panes furtiuos peruerſæ doctrinæ, non concupiſcas fallaces philoſophiæ ci-* E *bos, qui te à veritate ſeducant. Tale ieiunium Deo placet. Abſtinere verò à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & hoc facere cum his qui Chriſtum crucifixerunt, acceptum eſſe non poteſt Deo. Indignati ſunt aliquando & Phariſæi Domino, cur non ieiunarent diſcipuli eius: quibus ille reſpondit, quia non poſſunt filij ſponſi ieiunare, quandiu cum ipſis eſt ſponſus. Illi ergo ieiunent qui perdiderunt ſponſum, nos habentes nobiſcum ſponſum ieiunare non poſſumus. Non hoc tamen* (ait) *ideò dicimus, vt abſtinētiæ Chriſtianæ frena laxemus. Habemus enim Quadrageſimæ dies ieiunijs conſecratos, Habemus quartam & ſextam ſeptimanæ dies, quibus ſolēniter ieiunamus.*

Cyprianus Carthaginenſ. Ieiunij Vatius.

Origenes Adamantius.

Quomodo ſit ieiunandum.

Ieiunium Iudaicum.

Ne canat triumphum hæreticus ante victoriam, vide quid ſequitur.

A *Eſt certè libertas Chriſtiano per omne tempus Ieiunandi, non obſeruantiæ ſuperſtitione, ſed virtute continentiæ, &c.* Idem eiuſdem ieiunij meminit in Numeros, homil. 16. Sed antiquiſſimus ſcriptor THEOPHILVS ALEXANDRINVS libro 4. Paſchalis, ieiunij meminit, & delectus ciborum, vt dicemus dictione, Quadrageſima. EPIPHANIVS CYPRI ad calcē operis contra hæreſes & hæreſi. 75. contra Aerium. *Quarta* (ait) *& pro Sabbatho ieiunium ſtatutum eſt vſque ad horam nonam. nam illuceſcente quarta aſſumptus eſt Dominus, & pro Sabbatho crucifixus eſt. Tradiderunt Apoſtoli vt in his diebus ieiunia perent,* (habes ſuperiùs ex libro Clementis, De conſtitutionibus Apoſtolicis, quas idem Epiphanius approbat hæreſi 54. & alibi, cō- B tra Seuerianos) *ita vt impleatur dictum hoc: Cum ablatus fuerit ab eis ſponſus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Et non vt gratiam aut beneficium exhibeamus ei qui pro nobis paſſus eſt, ieiunium nobis conſtitutum eſt, ſed vt confiteamur ad noſtram ſalutem Domini paſſionem, quam pro nobis ipſe ſuſcepit, & vt pro peccatis noſtris ieiunia nobis apud Deum ſupputentur. Et per totum quidem annum ieiunium hoc ſeruatur in eadem ſancta Catholica Eccleſia: quarta, inquam, & pro Sabbatho vſque ad horam nonam, excepta ſola Pentecoſte per totos quinquaginta dies, in quibus neque genua flectuntur, neque ieiunium imperatum eſt.* Huic ſententiæ ſubſcribit AVGVSTINVS HIPPONENSIS epiſtola 86. vbi reddit rationē an liceat Sab- C batho ieiunare: *Diebus* (inquit) *quinquaginta poſt Paſcha non ieiunatur. In Romana Eccleſia quarta & ſexta & Sabbatho ieiunatur, reliquis diebus communis, Dominica ſcilicet, & deinde ſecunda, & tertia, prandetur.* Et infrà: *Cur autem quarta & ſexta maximè ieiunet Eccleſia, illa ratio reddi videtur, quòd conſiderato Euangelio, ipſa quarta Sabbathi, quam vulgò quartā feriam vocant, conſilium reperiuntur ad occidendum Dominum feciſſe Iudæi, &c. Sexta autē ieiunatur, quia in ipſa Chriſtus paſſus eſt. Sequitur Sabbathum, quo die caro Chriſti in monumēto requieuit, ſicut in primis operibus mundi requieuit Deus ab omnibus operibus ſuis. Hinc exorta eſt iſta in regia illa veſte* (ſic Eccleſiam vocat, ſiue eius externum cultum) *varietas vt alij, ſicut maximè populi Orientis, propter requiem* D *ſignificandam mallent relaxare ieiunium. Alij propter humilitatem mortis Domini ieiunare ſicut Romana & nonnulla Occidentis Eccleſia, &c.* Vide iterum infrà. Sed ad ordinem redeamus, EVSEBIVS I. in decreto, quod allegat Gratianus, De conſec. diſtin. 5. ca. Ieiunia, &c. *Ieiunia* (ait) *in Eccleſia à ſacerdotibus conſtituta, ſine neceſſitate rationabili non ſoluantur, &c.* Hinc & Concilium ELIBERINVM cano. 23. *Ieiunia ſiue abſtinentias per ſingulos menſes placuit celebrari, exceptis diebus duorum menſium Iulij & Auguſti, ob eorumdem infirmitatem.* Et cano. 26. *Errorem placuit corrigi, vt omni Sabbathi die ieiuniorum ſuperpoſitionem celebremus.* Vide infrà, Ieiunium E Sabbathi, &c. Et Concilium GANGRENSE canone 19. *Si quis eorum qui in propoſito ſunt continentiæ, præter neceſſitatem corporalem, & ſuperbiens ieiunia communia totius Eccleſiæ putauerit contemnenda, perfectam in ſua ſcientia vindicans rationem, anathema ſit.* Vide infrà de ieiunio Dominicæ, ex eodem. Denique ex eodem Concilio oſtendimus ieiunium ſextæ feriæ commendatum ſuprà. Et LIBERIVS I. in decreto, quod allegat Codex 16. librorum, libro 13. cap. 11. *Si euenerit fames, inæqualitas aeris, peſtilentia, vel talis qualiſcunq; tribulatio, ſtatim ieiuniis, eleemoſynis, & obſecrationibus Domini miſericordia deprecetur.* Idem & tempore ie-

Vide adhuc 4. & Ieiunij feriam.

Theophilus Alexandr.

Epiphan. Cypri.

Vide iterum ieiunium 4. feriæ & Sabbathi, id eſt 4. feriæ, vt [illegible] ex litera non pro ſabbatho [illegible] eſt quaſi ante ſabbatum.

Ratio ieiuniorum [illegible].

Non ieiunatur à Paſcha vſque ad Pentecoſt.

Auguſtinus Hipponenſis.

Ratio cur 4. & 6. [illegible] Eccleſia ex Auguſtino.

Ieiunium ſabbati.

Euſebius I.

Concilium Eliberinum.

Concilium Gangrenſe.

Liberius.

Concilium Carthaginen. 4

A iunij ſtatuit, vt nullæ lites & contentiones audiantur. Vide,lis. Et Concil. CARTHAG. IV cano 63. *Clericus qui tempore ieiunij abſque ineuitabili neceſſitate ieiunium rumpit, minor habendus.* Hinc GREG.

Gregorius Nazianzenus.

NAZIANZ. oratione 3 in ſanctum lauacrum, ieiunium quadrageſimale commendat. vt dicemus, Quadrageſima, Oratione 9. de Gorgonia ſorore ſua loquens. *Corpus (ait) a delitiis & effrenatis continebat voluptatibus, quibus illud ſoluitur ac dilaceratur, nequaquam confidens bene actis. Illa terram ieiuniis ſuperabat, alius autem vt in terra dormirent, pro remedio dimittebat. Ieiunium enim deprehendit animæ eſſe adiatoriam,* &c. Idem libro 1. de Theologia. *Quis (inquit) corpus ſuum crebris ieiuniis in ſeruitutem redigere ſtudet?* &c. Et EVSEB. EMIS. ho-

Euſebius Emiſſenus.

B mili 1. de initio Quadrageſimæ fructum Quadrageſimalis ieiunij diffusè enarrat, & exemplis confirmat, vt ſuo loco dicetur. Idem homil. 10. ad Monachos. *Ieiunia (ait) & vigiliæ, & ſancta afflictiones, humilia corpora macerant, ſed maculata corda purificant: membris ſubtrahunt fortitudinem, ſed conſcientiæ addunt nitorem,* &c. Et homilia 4. ad Monachos. *Agnoſcite (ait) quod ad ſalutem perpetuam conquirendam abſtinentia corporalis ſola non ſufficit, niſi & anima quoque ieiunium per abſtinentiam vitiorum fuerit ſatiatam. Quid enim iuuat, ſi ſit quiſpiam corpore caſtus, & mente pollutus,* &c. Et CYRIL. HIEROSOL.

Cyrillus Hieroſolymitanus

Catecheſi 4 illuminatorum Hieroſolymis cap. de cibis *Duplici modo circa cibos quorundam anima polluitur, qui ignorant debitas manducandi cauſas. Ieiunamus enim à vino, & a carnibus abſtinentes, nō quòd*

Vide delectum ciborum.

C *hæc tanquam abominationes oderimus, ſed quod præmium expectamus, vt ſenſibilia deſpicientes, ſpirituali deinceps & intellectuali menſa fruamur, & nunc ſeminantes in lachrimis, in futuro ſeculo in exultatione metamus,* &c. AMBROS. MEDIOL. lib 6. Exa-

Ambroſius Mediolanenſis.

meron cap. 4 *Si ſerpens hominis ieiuni ſputum guſtauerit, ſtatim moritur. Vide ergo quanta vis ſit ieiunij, vt de ſputo ſuo homo terrenum ſerpentem interficiat, & meritò ſpiritualem.* Idem lib. de Helia & ieiunio c.

Serpens hominis ieiuni ſputo moritur.

2, & 3. laudes ieiunij proſequitur. *Quid eſt (inquit) Ieiunium, niſi ſubſtantia & imago cœleſtis? Ieiunium refectio animæ, cibus mentis eſt, ieiunium vita eſt An-*

D *gelorum, ieiunium culpa mors, excidium delictorum, remedium ſalutis, radix gratiæ, fundamentum eſt caſtitatis. Hoc ad Deum gradu citius peruenitur, hoc gradu Helias aſcendit antequam curru, hanc hæreditatem ſobrietatis & abſtinentiæ, ad cœlum abiens diſcipulo dereliquit. In hac virtute & ſpiritu venit Ioannes, qui in deſerto & vacauit ieiuniis.* Lege & cap. 8. eiuſdem libri de vtilitatibus ieiunij, & reliquis. per totum enim illum librum ſatis exponit Eccleſiaſticum ieiunium ritè & deuotè inſtitutum, & IOAN.

Ioannes Chryſoſtomus.

CHRYSOST. quantoperè commendet ieiunium notū eſt ex ſermone 1 & 2 de ieiunio, tomo operum 5. vbi ita omnia dilucidè expoſuit, vt nil no-

E bis reſtet dicendum in commendationem ieiunij. Idem homilia 1. in Geneſin nihil aliud penè tractat, quàm de ieiunij virtute inſtituto & fructu. Huius homiliæ titulus eſt; ſermo admonitorius ſub initium ſanctæ quadrageſimæ, in qua opus ſex dierum enarrare cœpit. Si inciperem aliquid ex ea excerpere de ieiunio, nihil proficerem, quia vel totam homiliam hic oporteret recitare, vel ſententia mutila & imperfecta remaneret Lege ergo bone lector, ſi eum habes præ manibus, quia ex hac multum profectus reportabis. Lege quoque

Matth. 9.

de ieiunio eiuſdem homiliam 31. in Matthæum, dum illud exponit: non poſſunt filij ſponſi ieiunare, donec cum eis eſt ſponſus, &c. Porrò HIER-

Hieronymus Stridonenſis.

A ONYMVS STRIDON. libro 2. Commentariorum in epiſtolam ad Galathas capite 4. exponens illud. dies obſeruatis, & menſes, & tempora & annos, &c. *Ieiunia (ait) & congregationes inter dies, propter eos a viris prudentibus conſtituta ſunt, qui magis ſeculo vacant, quam Deo, nec poſſunt, imò nolunt toto in Eccleſia vitæ ſuæ tempore congregari, & antè humanos actus Deo orationum ſuarum offerre ſacrificium. Quotus enim quiſque eſt, qui ſaltem hæc pauca quæ ſtatuta ſunt, vel orandi tempora, vel ieiunandi ſemper exerceat? Itaque ſicut nobis licet vel ieiunare ſemper, vel ſemper orare, & diem dominicam accepto domini corpore indeſinēter celebrare gaudentibus,* &c. Idem epiſtola ad Nepotianum de vita

Rationem affert, cur inſtituta ſint ieiunia

B clericorum, ſummoperè commendat ieiunium, quod vult eſſe moderatum, quod & reperit epiſtola ad Demetriadē virginem Idem epiſtola ad Lucinium, quæ incipit, nec opinanti mihi, &c. vtrum ieiunium ſabbati obſeruandum ſit inſinuat, vt in ſequentibus diſtinctionibus inſeremus. Idem epiſtola ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis non longè à fine, etiam ieiunij mentionem facit, vt alibi citabitur. Porrò eſt AMBR. SABINI, ET BASS., aliorumque Epiſcoporum epiſtola miſſa ad Syricium 1 papam, qua ex veteris & noui teſtamenti paginis ieiunium probant contra Iouinianum hæreticum Præterea NICEPH. CALL. libro 12 cap. 34. veterum

Communicat Hieronymus diebus Dominicis. Ieiunium Sabbathi.

Ambroſius, Sabinus, & Baſſianus.

Nicephorus Calliſtus.

C vſum celebrandi ieiunia quadrageſimæ oſtendit prolixo ſermone, vt dicemus in dictione, Quadrageſima &c. Et SOZOM. SALAM. libro 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ capite 19. vide infra in vocabulo, ieiunium ſabbati &c. Sed & SOCRATES libro 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ capite 17. egregiam narrat hiſtoriam de Iudæo, qui ſimulatè volebat baptiſmum ſuſcipere à quodam Paulo Nouatianorum Epiſcopo, cui ieiunium multorum dierum indictum eſt Cum autem ad baptiſterium veniſſet repentè aqua diſparuit, eo quod ille iniqua fraude iteratum conſequi vellet baptiſmum vide & NICEPHORVM præfatum libro 14 capite 17. ad calcem, & capite 40 vbi de

Sozomenus Salaminius.

Socrates Hiſtoriograph.

D Burgūdionum ad fidem conuerſione tractat, quibus baptizandis ſeptem eſt dierum indictum ieiunium. Idem narrat multis aliis in locis, vt dicemus in vocabulo, Quadrageſima THEOD CYR. lib 4. Eccleſ hiſt & in Philothæo Martiani vitam deſcribens. Euſebij & aliorum ſanctorum, ieiunij admirabilis deſcribit obſeruationem. Si cuncta vellem narrare, oneroſior eſſem lectoribus Vt autem paucis abſoluamus, de ieiuniorum ſtatis diebus THEOPH. BVLG. in Euangelium Marci c. 14. exponens illud. erat autē Paſcha & azima poſt biduum, &c. *Feria 4, conſilium coniniunt, & propterea ieiunamus etiam nos quartis feriis,* &c. Qui adhuc

Theodoretus Cyrenſis.

Theophylact. Bulgariæ.

Vide Ieiunium 4. feria.

E multa in ſequētibus dicturi ſumus. quod ſupereſt breuiter perſtringemus. Ieiuniorum ab Eccleſia inſtitutorum rationem reddit Conc. COL. III par tis 9. cap. 2. & 3. *Nempe vt corpus (ait) per intemperantiam cibi & potus luxurians caſtigetur, in ſeruitutemque redigatur, quò animus vegetior ac liberior laudibus diuinis inſiſtat, diuinaque voluntati ſeſe attemperet. Magnum certe & generale ieiunium eſt* (vt ait AVG. ſerm. 230. de tēpore, & in pſ. 43. & ep. 86. ad Caſulanum, & lib de ſalutar. docum. cap 48. & multo vt allegat Grat. de conſec diſt 5. cap. ieiunium) *abſtinere ab omnibus iniquitatibus, & alicitis voluptatibus ſecali. Ad hoc perfectionis qui nondum peruenit, in Eccleſia indictum non contemnat.* Porrò præfatum Conciliū contra oblatratores hæreticos defendit;

Concilium Coloníenſe 3.

Bona inſtitutio Ieiuniorum.

Auguſtinus Hipponenſis in omnibus locis commendat ieiunium lege ij vacat.

Vide Ieiunium 4. & 6. feriæ.

Vide iterum Ieiunium 4. & 6. feriæ.

A *currant, neque ſub lege præcepti, neque vltra ſupremam diem, quãdo & orationes ferè hora nona concludat de Petri exemplo, quod Actis refert, &c.* Tum de ieiunio Quadrageſimæ agit. Vide Quadrageſima. Ieiunium autem CLEMENS ALEXANDRINVS lib. 3. Pædagogi, cap. 10. & lib. 7. Stromatum ieiunij die Mercurij & Veneris meminit. Porrò ſciendum ſecundum quòd EVSEBIVS CAESARIENSIS libro 5. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. c. 24. Et NICEPHORVS CALLISTVS libro 4. cap. 39. narrant, antiquitus diuerſa fuit inter Patres quæſtio de obſeruatione ieiuniorum. Vnde IRENÆVS LVGDVNENSIS epiſtola ad Victorem I. Papam, ſic loquitur, dum de Paſchæ die celebrando loquitur, qui etiam variè obſeruabatur, vt dicemus in vocabulo Paſcha: *Non modo* (inquit)

Clemens Alexandrinus.

Euſebius Caeſarienſis. Nicephorus Calliſtus.

Irenæus Lugdunenſis.

B *de die, verumetiam de ieiunij ſpecie controuerſia & quæſtio eſt. Quidam namque exiſtimant vnum ipſos oportere diem ieiunare, quidam duos, alij etiam plures. Nonnulli autem quadraginta horis diurnis & nocturnis diẽ metiuntur. Atque varietas hæc obſeruationum non ætate noſtra exorta eſt, ſed longè antea apud maiores noſtros extitit, qui ita vt decuit accuratè conſeruatam per ſimplicem ſinceritatem conſuetudinem ad poſteros demiſere: nihilominus tamen illi omnes pacem tenuere, atq; etiam pacem inter nos retinemus, & ieiunij diſſenſio fidei conſenſum confirmat.* Hæc Irenæus. Lege ea quæ ſequuntur apud Nicephorum libro prætacto, & apud Euſebium ibidem. Denique

C CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro de ſingularitate Clericorum, & alijs in locis ſæpiùs meminit ieiunij, vt habes in vocabulo, Quadrageſima, meminit & epiſtolarum libro 4. epiſtola 4. ad Presbyteros, & Diaconos: *Admoneo* (ait) *religioſam ſolicitudinem veſtram, vt ad placandum atque exorandum Dominum non voce ſola, ſed & ieiunijs & lachrimis, & omni genere deprecationis ingemiſcamus.* Idem ſermone de Ieiunio & Tentationibus. *Ieiunio vitiorum ſentina ſiccatur, petulantia marcet, concupiſcentia languent ſugitiua, abeunt voluptates, &c.* ORIGENES ADAMANTIVS homilia 10. in Leuiticum, cap. 16. *Tu ſi vis ieiunare ſecundum Chriſtum,* (ait) *& humiliare animam tuam, omne tibi tempus aptum eſt totius anni, imò totius vitæ*

Cyprianus Carthaginenſis. Ieiunij Virtus.

Origines Adamantius.

D *tuæ dies habeto ad humiliandam animam tuam: Si tamen didici a Domino Saluatore noſtro, quia mitis eſt & humilis corde. Tu itaque ſi vis ieiunare ieiuna ſecundum præceptum Euangelij, & obſerua in ieiunijs Euangelicas leges, in quibus hoc modo Saluator de ieiunijs mandat: Tu autem cùm ieiunas vnge caput tuũ, & faciem tuã laua, &c. Vis tibi adhuc oſtẽdam quale te oportet ieiunare ieiunium? Ieiuna ab omni peccato, nullum cibum ſumas malitiæ, nullas capias epulas voluptatis, nullo vino luxuriæ concaleſcas, Ieiuna à malis actibus, abſtine à malis ſermonibus, contine te à cogitationibus peſſimis, noli contingere panes furtiuos peruerſæ doctrinæ, non concupiſcas fallaces philoſophiæ ci-*

Quomodo ſit ieiunandum.

E *bos, qui te à veritate ſeducant. Tale ieiunium Deo placet. Abſtinere verò a cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & hoc facere cùm his qui Chriſtum crucifixerunt, acceptum eſſe non poteſt Deo. Indignati ſunt aliquando & Phariſæi Domino, cur non ieiunarent diſcipuli eius: quibus ille reſpondit, quia non poſſunt filij ſponſi ieiunare, quandiu cum ipſis eſt ſponſus. Illi ergo ieiunent qui perdiderunt ſponſum, nos habentes nobiſcum ſponſum ieiunare non poſſumus. Non hoc tamen* (ait) *ideò dicimus, vt abſtinentiæ Chriſtianæ frena laxemus. Habemus enim Quadrageſimæ dies ieiunijs conſecratos, Habemus quartam & ſextam ſeptimanæ dies, quibus ſolẽniter ieiunamus.*

Ieiunium Iudæorum.

Ne capiat triumphum hæreticus ex textu, vide quid ſequitur.

A *Eſt certè libertas Chriſtiano per omne tempus ieiunandi, non obſeruantiæ ſuperſtitione, ſed virtute continentiæ, &c.* Idem eiuſdem ieiunij meminit in Numeros, homil. 16. Sed antiquiſſimus ſcriptor THEOPHILVS ALEXANDRINVS libro 4. Paſchalis, ieiunij meminit, & delectus ciborum, vt dicemus dictione, Quadrageſima. EPIPHANIVS CYPRI ad calcẽ operis contra hæreſes & hæreſi. 75. contra Aerium. *Quarta* (ait) *& pro Sabbatho ieiunium ſtatutum eſt vſque ad horam nonam nam illuceſcente quarta aſſumptus eſt Dominus. & pro Sabbatho crucifixus eſt. Tradiderunt Apoſtoli vt in his diebus ieiunia fierent,* (habes ſuperiùs ex libro Clementis, De conſtitutionibus Apoſtolicis, quas idem Epiphanius approbat hæreſi 54. & alibi, cõ-

Vide adhuc 4. & 6 Ieiunij feriam.

Theophilus Alexandrinus.

Epiphan. Cypri.

Vide iterum ieiunium 4. feriæ & Sabbathi, id eſt 6 feriæ, vt colliges [illegible] ſimè ex [illegible] nam pro ſabbatho idem eſt quod ante ſabbatũ.

B *tra Seuerianos) ita vt impleatur dictum hoc: Cum ablatus fuerit ab eis ſponſus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Et non vt gratiam aut beneficium exhibeamus ei qui pro nobis paſſus eſt, ieiunium nobis conſtitutum eſt, ſed vt confiteamur ad noſtram ſalutem Domini paſſionem, quam pro nobis ipſe ſuſcepit, & vt pro peccatis noſtris ieiunia nobis apud Deum ſupputentur. Et per totum quidem annum ieiunium hoc ſeruatur in eadem ſancta Catholica Eccleſia: quarta, inquam, & pro Sabbatho vſque ad horam nonam. excepta ſola Pentecoſte per totos quinquaginta dies, in quibus neque genua flectuntur, neque ieiunium imperatum eſt.* Huic ſententiæ ſubſcribit AVGVSTINVS HIPPONENSIS epiſtola 86. vbi reddit rationẽ cur liceat Sab-

Ratio ieiuniorum noſtrorũ.

Non ieiunatur à Paſcha vſque ad Pentecoſt.

Auguſtinus Hipponenſis.

C batho ieiunare: *Diebus* (inquit) *quinquaginta poſt Paſcha non ieiunatur. In Romana Eccleſia quarta & ſexta & Sabbatho ieiunatur, reliquis diebus continuis, Dominica ſcilicet, & deinde ſecunda, & tertia, prandetur.* Et infrà: *Cur autem quarta & ſexta maximè ieiunet Eccleſia, illa ratio reddi videtur, quòd conſiderato Euangelio, ipſa quarta Sabbathi, quam vulgò quartã feriam vocant, conſilium reperiuntur ad occidendum Dominum feciſſe Iudæi, &c. Sexta autẽ ieiunatur, quia in ipſa Chriſtus paſſus eſt. Sequitur Sabbathum, quo die caro Chriſti in monumẽto requieuit, ſicut in primis operibus mundi requieuit Deus ab omnibus operibus ſuis. Hinc exorta eſt iſta in regia illa veſte* (ſic Eccleſiam vocat, ſiue eius externum cultum) *varietas vt alij, ſicut maximè populi Orientis, propter requiem*

Ratio cur 4. & 6. feria ieiunet Eccleſia ex Auguſtino.

Ieiunium ſabbathi.

D *ſignificandum mallent relaxare ieiunium. Alij propter humilitatem mortis Domini ieiunare, ſicut Romana & nonnulla Occidentis Eccleſia, &c.* Vide iterum infrà. Sed ad ordinem redeamus, EVSEBIVS I. in decreto, quod allegat Gratianus, De conſec. diſtin. 5. ca. Ieiunia, &c. *Ieiunia* (ait) *in Eccleſia à ſacerdotibus conſtituta, ſine neceſſitate rationabili non ſoluatur, &c.* Hinc & Concilium ELIBERINVM cano. 23. *Ieiunia ſiue abſtinentias per ſingulos menſes placuit celebrari, exceptis diebus duorum menſium Iulij & Augusti, ob eorumdem infirmitatem.* Et cano. 26. *Errorem placuit corrigi, vt omni Sabbathi die ieiuniorum ſuperpoſitionem celebremus.* Vide infrà, Ieiunium

Euſebius I.

Concilium Eliberinum.

E Sabbathi, &c. Et Concilium GANGRENSE canone 19. *Si quis eorum qui in propoſito ſunt continentiæ, præter neceſſitatem corporalem, & ſuperbiens ieiunia communia totius Eccleſiæ putauerit contemnenda, perfectam in ſua ſcientia vindicans rationem, anathema ſit.* Vide infrà de ieiunio Dominicæ, ex eodem. Denique ex eodem Concilio oſtendimus ieiunium ſextæ feriæ commendatum ſuprà. Et LIBERIVS I. in decreto, quod allegat Codex 16. librorum, libro 13. cap. 12. *Si euenerit fames, inæqualitas aeris, peſtilentia, vel talis qualiſcunq; tribulatio, ſtatim ieiunijs, eleemoſynis, & obſecrationibus Domini miſericordia deprecetur.* Idem & tempore ie-

Concilium Gangrenſe.

Liberius.

iunij

iuuij ſtatuit, vt nullæ lites & cootentioues audian tur. Vide, lis. Et Concil. CARTHAG. IV cano 63. *Clericus qui tempore ieiunij abſque inevitabili neceſſitate ieiunium rumpit, minor habendus.* Hinc GREG. NAZIANZ. oratione 3. in ſanctum lauacrum, ieiunium quadrageſimale commendāt. vt dicemus, Quadrageſima, Oratione 9. de Gorgonia ſorore ſua loquens *Corpus (ait) a delitiis & effrenibus continebat voluptatibus, quibus illud ſoluitur ac dilaceratur, nequaquam conſidens bene actis. Illa terram ieiuniis ſuperabat, aliis autem vt in terra dormirent, pro remedio dimittebat. Ieiunium enim deprehendit animæ eſſe adiutorium, &c.* Idem libro 1 de Theologia. *Quis (inquit) corpus ſuum crebris ieiuniis in ſeruitutem redigere ſtudet? &c.* Et EVSEB. EMIS. homili 1. de initio Quadrageſimæ fructum Quadrageſimalis ieiunij diffusè enarrat. & exemplis confirmat, vt ſuo loco dicetur. Idem homil. 10. ad Monachos. *Ieiunia (ait) & vigiliæ, & ſancta afflictiones, humilia corpora macerant, ſed maculata corda purificant: membris ſubtrahunt fortitudinem, ſed conſcientiis addunt uigorem, &c.* Et homilia 4. ad Monachos. *Agnoſcite (ait) quòd ad ſalutem perpetuam conquirendam abſtinentia corporalis ſola non ſufficit, niſi & anima quoque ieiunium per abſtinentiam vitiorum fuerit ſatiatum. Quid enim iuuat, ſi ſit quiſpiam corpore caſtus, & mente pollutus, &c.* Et CYRIL. HIEROSOL. Catecheſi 4 illuminatorum Hieroſolymis cap. de cibis *Duplici modo circa cibos quorundam anima polluitur, qui ignorant debitas manducandi cauſas. Ieiunamus enim a vino, & a carnibus abſtinentes, nō quòd hæc tanquam abominationē oderimus, ſed quod præmium expectamus, vt ſenſibilia deſpicientes, ſpirituali deinceps & intellectuali menſa fruamur, & nunc ſeminantes in lachrimis, in futuro ſeculo in exultatione metamus, &c.* AMBROS. MEDIOL. lib 6. Exæmerou cap. 4 *Si ſerpens hominis ieiuni ſputum guſtauerit, ſtatim moritur. Vide ergo quanta vis ſit ieiunij, vt de ſputo ſuo homo terrenum ſerpentem interficiat, & meritò ſpiritualem.* Idem lib. de Helia & ieiunio c. 2, & 3. laudes ieiunij proſequitur. *Quid eſt (inquit) Ieiunium, niſi ſubſtantia & imago cæleſtis? Ieiunium refectio animæ, cibus mentis eſt, ieiunium vita eſt Angelorum, ieiunium culpa mors, excidium delictorum, remedium ſalutis, radix gratiæ, fundamentum eſt caſtitatis. Hoc ad Deum gradu citius peruenitur, hoc gradu Helias aſcendit antequam curru, hanc hæreditatem ſobrietatis & abſtinentiæ, ad cœlum abiens diſcipulo dereliquit. In hac virtute & ſpiritu venit Ioannes, qui in deſerto & vacauit ieiuniis.* Lege & cap. 8. eiuſdem libri de vtilitatibus ieiunij, & reliquis. per totum enim illum librum ſatis expouit Eccleſiaſticum ieiunium ritè & deuotè inſtitutum, & IOAN. CHRYSOST. quantoperè commendet ieiunium notū eſt ex ſermone 1 & 2 de ieiunio, tomo operum 5. vbi ita omnia dilucidè expoſuit, vt nil uobis reſtet dicendum in commendationem ieiunij. Idem homilia 1. in Geneſin nihil aliud penè tractat, quàm de ieiunij virtute inſtituto & fructu. Huius homiliæ titulus eſt: ſermo admonitorius ſub initium ſanctæ quadrageſimæ, in qua opus ſex dierum enarrare cœpit. Si inciperem aliquid ex ea excerpere de ieiunio, nihil proficerem, quia vel totam homiliam hic oporteret recitare, vel ſententia muſila & imperfecta remaneret. Lege ergo boue lector, ſi enim habes præ manibus, quia ex hac multum profectus reportabis. Lege quoque de ieiunio eiuſdem homiliam 31. in Matthæum, dum illud exponit: non poſſunt filij ſponſi ieiunare, donec cum eis eſt ſponſus, &c. Porrò HIERONYMVS STRIDON. libro 2. Commentariorum in epiſtolam ad Galathas capite 4. exponens illud. dies obſeruatis, & menſes, & tempora & annos, &c. *Ieiunia (ait) & congregationes inter dies, propterea a viris prudentibus conſtituta ſunt, qui magis ſeculo vacant, quàm Deo, nec poſſunt, imo nolunt toto in Eccleſia vitæ ſuæ tempore congregari, & ante humanos actus Deo orationum ſuarum offerre ſacrificium. Quotus enim quiſque eſt, qui ſaltem hæc pauca quæ ſtatuta ſunt, vel orandi tempora, vel ieiunandi ſemper exerceat? Itaque ſicut nobis licet vel ieiunare ſemper, vel ſemper orare, & diem dominicam accepto domini corpore indeſinēter celebrare gaudentibus, &c.* Idem epiſtola ad Nepotianum de vita clericorum, ſummoperè commendat ieiunium, quod vult eſſe moderatum, quod & repetit epiſtola ad Demetriadē virginem. Idem epiſtola ad Lucinium, quæ incipit, nec opinanti mihi, &c. vtrum ieiunium ſabbati obſeruandum ſit inſinuat, vt in ſequentibus diſtinctionibus inſeremus. Idem epiſtola ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis non longè à fine, etiam ieiunij mentionem facit, vt alibi citabitur. Porrò eſt AMBR. SABINI, ET BASS., aliorumque Epiſcoporum epiſtola miſſa ad Syricium 1 papam, qua ex veteris & noui teſtamenti paginis ieiunium probant contra Iouinianum hæreticum. Prætera NICEPH. CALL. libro 12. cap. 34. veterum vſum celebrandi ieiunia quadrageſimæ oſtendit prolixo ſermone. vt dicemus in dictione, Quadrageſima &c. Et SOZOM. SALAM. libro 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ capite 9. vide infra in vocabulo, ieiunium ſabbati &c. Sed & SOCRATES libro 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ capite 17. egregiam narrat hiſtoriam de Iudæo, qui ſimulatè volebat baptiſmum ſuſcipere à quodam Paulo Nouatianorum Epiſcopo, cui ieiunium multorum dierum indictum eſt. Cum autem ad baptiſterium veniſſet repentè aqua diſparuit, eo quod ille iniqua fraude iteratum conſequi vellet baptiſmum vide & NICEPHORVM præfatum libro 14 capite 17. ad calcem, & capite 40 vbi de Burgūdionum ad fidem conuerſione tractat, quibus baptizandis ſeptem eſt dierum indictum ieiunium. Idem narrat multa aliis in locis, vt dicemus in vocabulo, Quadrageſima THEOD. CYR. lib 4 Eccleſ hiſt & in Philothæo Mariani vitam deſcribens. Euſebij & aliorum ſanctorum, ieiunij admirabilis deſcribit obſeruationem. Si cuncta vellem narrare, onerofior eſſem lectoribus. Vt autem paucis abſoluamus, de ieiuniorum ſtatis diebus THEOPH. BVLG. in Euangelium Marci c. 14. exponens illud. erat autē Paſcha & azima poſt biduum, &c. *Feria 4, conſilium conniunt, & propterea ieiunamus etiam nos quartis feriis, &c* Quia adhuc multa in ſequētibus dicturi ſumus. quod ſupereſt breuiter perſtringemus. Ieiuniorum ab Eccleſia inſtitutorum rationem reddit Conc. COL. III partis 9. cap. 2. & 3. *Nempe vt corpus (ait) per intemperantiam cibi & potus luxurians caſtigetur, in ſeruitutemque redigatur. quò animus vegetior ac liberior laudibus diuinis inſiſtat, diuinaque voluntati ſe ſe attemperet. Magnum certe & generoſe ieiunium eſt* (vt ait AVG. ſerm. 230. de tēpore, & in pſ. 43. & ep. 86. ad Caſulanum, & lib de ſalutar. docum. cap 48. & in lo vt allegat Grat. de conſec diſt 5. cap. ieiunium) *abſtinere ab omnibus iniquitatibus, & a licitis voluptatibus ſeculi. Ad hoc perfectionis qui nōdum peruenit, is Eccleſiæ indictum non contemnat.* Porrò præfatum Conciliū contra oblatratores hæreticos defendit

Concilium Carthaginen. 4. — Gregorius Nazianzenus. — Euſebius Emiſſenus. — Cyrillus Hieroſolymitanus. — Vide delectum ciborum. — Ambroſius Mediolanenſis. — Serpens hominis ieiuni ſputo moritur. — Ioannes Chryſoſtomus. — Matth. 9.

Hieronymus Stridonenſis. — Rationem affert cur inſtituta ſint ieiunia. — Communicat Hieronymus diebus Dominicis. Ieiunium Sabbathi. — Ambroſius, Sabinus, & Baſſianus. — Nicephorus Caliſtus. — Sozomenus Salaminius. — Socrates Hiſtoriograph. — Theodoretus Cyrenſis. — Theophylact. Bulgarus. — Vide Ieiunium 4. feria. — Concilium Colonienſe 3. — Ratio inſtituti ieiuniorum. — Auguſtinus Hipponēſis in omnibus ... ieiunium, lege ſi vacat.

ritè inſtitutum ieiunium, ex authoritatibus patrū Conciliorū, quas ſuperiùs poſuimus, nec eſt opus repetere. Idem facit & Concil. M *o* G IV. cap. 4. vbi ieiunium diuini eſſe præcepti demonſtrat, docetque fideles omnes ad ſtata Eccleſiæ ieiunia aſtringi quos nulla neceſſitas excuſat. *Tempora verò ieiunandi (ait) vt ab Eccleſia obſeruata & recepta ſunt iam inde ab Apoſtolorum temporibus, qui extra neceſſitatem non obſeruauerint, velut Eccleſiaſticæ diſciplinæ violatores, & conſuetudinum Eccleſiæ temerarij contemptores, ſeueritate pœnarum coerceri debent. &c.* Porrò multa alia dicta ſunt ſuperius in vocabulo, ciborum delectus quæ non eſt fas repetere, & multa adhuc dicenda ſunt in ſubſequentibus diſtinctionibus, quæ ô bone lector diligenter attende & ſuperioribus coniunge. Quidquid autem fecimus, hoc ad profectum legentium, & ad euitandam confuſionem, actitatum non dubites. Igitur vide quod ſequitur.

Cōcilium Moguntinum 4.

Ieiunium eſt diuini præcepti.

Ieiunia quæ à prælatis pro certis cauſis indicuntur, obſeruanda.] Et hæc quidem propoſitio ſuperiori diſtinctione abundè probata eſt. nam ibidem ſæpiùs dictum eſt indicta à patribus fuiſſe ieiunia, ad implorandam Dei clementiam, vel ſerenitatem aeris, vel ad aliquod ſubſidium impetrandum, ſicut ſi reuolueris reperies. Nunc ergo volumus demonſtrare, vltra ſtatuta Eccleſiæ ieiunia ſi alia pro qualibet neceſſitate, vt ferè fit, ieiunia fidelibus, ab Epiſcopis & prælatis indicuntur, eſſe ſeruanda. vnde ſic T E R T V L L I A N V S C A R T H A G I N E N S I S libro de ieiunio aduerſus Pſychicos. *Bene (inquit) Epiſcopi vniuerſæ plebi mandare ieiunia adſolent, non dico de induſtria ſtipium conferendarum, vt veſtra capitura eſt, ſed interdum & ex aliqua ſolicitudinis Eccleſiaſticæ cauſa, &c.* Idem & dicit Concilium G A N G R E N S E cano. 19. vt inuenies ſuperius citatum Concilium T V R O N E N S E III cano. 47. *Ieiunia (ait) quando generaliter pro aliqua neceſſitate inducuntur, diligenter ab omnibus cuſtodienda ſunt & obſeruanda, nec ſe aliquis improbitate gulæ patiatur corrumpi, vt de communi conſortio ſequeſtratus effectum ieiunij, quem cum cæteris abſtinendo conſequi debuit, ingluuie ventris vitiū turpiter amittat.* Idem renouat Concilium M O G V N T I N V M I ſub Carolo Magno cap. 35. & Concilium S A L A G V N S T A D I E N S E capite 15. Concilium R A T I S P O N E N S E ſub Laurentio Cardinali cap. 21. *Ieiunia ab Eccleſia inſtituta ſub debito obedientiæ ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, in poſterum indici debeat, omiſſo excommunicationis verbo, ne infirmorum conſcientia offendantur, cum his temporibus pietas penè omnis iaceat, ſacerdotibuſque parum deferatur, &c.* Vide ſeq.

Tertulianus Carthag.

Vide quā ſunt Pſychici illi Catuniſtis aſſines.

Concilium Gāgrenſe.

Concilium Turonenſe 4.

Concilium Moguntinum 1.

Concilium Salegunſtadienſe

Concilium Ratiſponenſe.

Ieiunium non ſibi quis ſine iuſſu imponat.] Vetat Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum, ne ieiunia noſtra ſint indiſcreta. vt infra dicetur. Et quia ſæpè diabolus ſolet infirmioribus inſidiari, vt ſub obtentu & prætextu pietatis importabilia ieiunia ſibi imponant, ideo Concilium * E R P H E S F V R T E N S E ſub Henrico rege capite 5. (narrat fidelis Burchardus libro 13. decretorum cap. 27.) ſic ſtatuit. *Statuimus, vt nemo, niſi conſentiente proprio Epiſcopo aut eius miſſo, ieiunium ſub obtentu religionis ſibi imponat, vnum diem præ aliis excipiendo. Hoc enim interdicimus, & factum diſplicet, & in futurum fieri prohibemus, quia plus cauſa ariolandi eſſe dignoſcitur, quam ſupplementum catholicæ legis.* Lege plura in his diſtinctionibus quæ ſequuntur.

Concilium Erphesfurtenſe. Ignoto nomen vrbis, tamē ſi legit Burchardus, cui, vt viro doctiſſimo & fideliſſimo, aſſentior.

Ieiunium 4. & 6. feriæ.] Habes è veterum

A monimentis comprobatum in ſuperiori diſtinctione generali, vt ſedulò in margine adpinximus, nec opus quod ſemel eſt præſtitum repetere. Vide quod ſequitur, & annotata adhuc in margine ſæpius conſpice.

* Ieiunium dominicæ, feriæ 5. Sabbati, natalis domini, & dierum 50. ante Pentecoſtem interdicitur. Obſerua hic, lector, quia fuit antiquis patribus, vt iam præmonuimus, non parua contentio de ieiunio dominicæ, ſabbati, & feriæ 5. & cæterorum dierum, an deberent ieiunari, vel non: autem hic etiam tuum adhibeas iudicium, decreta omnia tibi proponimus, & tum ſequenti diſtinctione, quod magis nunc obſer-

Lege infra ca. Epipha... dominica n... ieiunia ... [illegible]

B uandum ducitur, proponemus. Igitur C A N O N A P O S T O L O R V M LXV *Si quis clericus inuentus fuerit die Dominico ieiunare, vel ſabbato, præterquam vno * ſolo, deponatur: ſin autem laicus, ſegregetur.* Hunc canonem allegat Concilium G E N E R A L E V capite 15. Verumtamen E P I P H A N I V S C Y P R I libro 3. contra hæreſes hæreſi 75. contra Aerium, ſabbati ieiunium approbat, & hunc canonem dicit contra Marcioniſtas editum. qui nec à Romana Eccleſia recipitur. vide mox ſequenti diſtinctione. Idem etiam I G N A T I V S M A R T Y R epiſtola ad Philippenſes. *Si*

Canon Apoſtolorum.

ſc. Sabbathe in vigilia Paſche.

Aduerte.

Epiphanius Cypri.

Ignatius Martyr.

C *quis dominico die (ait) aut ſabbato ieiunauerit, præter vnum ſabbatum, is est Christi interfector.* T E R T V L L I A N V S C A R T H A G I N E N S I S libro de corona militis, vbi de traditionibus diſputat. *Die dominico (ait) ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate, à die Paſcha in Pentecoſten vſque gaudemus, &c.* Lege quid B E A T V S R H E N A N V S annotauerit in hunc locum. Idem Tertullianus libro de ieiunio aduerſus Pſychicos. *Cur, inquit, ſtationibus quartam & 6. ſabbati dicamus, & ieiunijs paraſceuem? Quamquam vos etiam ſabbatum ſi quando continuatis, nunquam niſi in Paſcha ieiunandum.* C L E M E N S I. libro 5. capite 21. Conſtitutionum Apoſtolicarum, refert Apoſtolos ſtatuiſſe hoc modo. *Poſt feſtum Pentecoſtes celebrate vnam hebdomadam, poſt quam ieiunate alteram*

Tertullianus Carthaginenſis.

Beatus Rhenanus.

Vide ieiunium 4. & feriæ & parum.

Clemens 1.

D *hebdomadam: æquum eſt enim, & lætari Dei dono, & ieiunare poſt hilaritatem. Etenim Moſes & Helias ieiunauerunt poſt quadraginta dies, & Daniel hebdomadis dierum tres, panem cupiditatum non comedit, nec caro neque vinum in os eius intrauit. Et beata Anna rogans Samuelem dicebat: vinum & omne quod inebriat non bibi, & effudi animam in conſpectu domini. Niniuitæ quoque cum per tres dies, & tres noctes ieiunaſſent, iram Dei periculum effugerunt, & Eſther, Mardocheus, Iudith, impiorum inſultationem, id eſt Holophernis & Aman, ieiunio declinauerunt. Dauid dicit: Genua mea infirmata ſunt à ieiunio, & caro mea immutata eſt propter oleum. Vos quoque per ieiunium ſupplicationes veſtras Deo offerte. Poſt heb-*

Exod. 24. & ...

3. Regum 19.

Daniel 10.

Reg. 1.

Ionæ 3.

Eſther. 4.

Iudith. 9.

Pſal. 108.

E *domadam ieiunij, in omnes quarta feria & Paraſceue præcipimus vobis vt ieiunetis, id quod à ieiunio ſupereſt pauperibus præbeatis. In omni ſabbato, excepto vno, atque die dominico conuentus celebrantes exhilaramini, abnoxius enim peccato eſt qui die dominico ieiunat, cum ſit dies reſurrectionis, deinceps quoque in Pentecoſte, atque omnino in * die feſto domini mæſtitiam præ ſe fert, per hos enim dies exhilarari oportet, nō lugere, &c.* Hinc M E L C. I. epiſt. ad Epiſc. Hiſpaniæ. *Ieiunium dominica die, & 5. feria nemo celebrare præſumat, vt inter ieiunium Chriſtianorū & gentiliū, veracium credentiū atque infidelium, & hæreticorum vera & non falſa diſcretio habeatur. Vnde ſcriptū eſt: Quæ pars Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? &c.*

Vide ieiunium 4. feriæ & 6.

Hoc eſt bona ... domini.

Melciades 1.

2. Corinth. 6.

Concilium Eliberinum. Concilium ELIBERINVM canone 26. *Errorem placuit corrigi (ait) vt omni ſabbati die ieiuniorum ſuperpoſitionem ieiunemus.* *Concilium Gangrẽſe anno 324.* Concilium GANGRENSE canone 18. & allegatur à Gratiano diſtinctione 30. cap. Si quis. *Si quis, tanquam hoc continentia conuenire iudicans, die dominico ieiunauerit, aut in eiuſdem dies contemptum, anathema ſit.* *Concilium Aquiſgranenſ. 1. & 2.* Hunc canonem & renouat Concilium AQVISGRANENSE I. canone 68. & AQVISGRANENSE II. De die Dominica & die Reſurrectionis, capite 17. ad calcem. *Concilium Carthagin. 4.* Concilium CARTHAGINENSE IV. canone 64. *Qui dominico die ſtudiosè ieiunat, non credatur Catholicus.* Hunc canonem recenſet *Martinus Bracarenſis.* MARTINVS BRACARENSIS capite 57. collectorij ſui, & allegatur à Gratiano diſtinctione 30. cap. Si quis, &c. Hinc B *Ambroſius Mediolanenſis.* AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro 8. in Lucam capite 17. vbi illud exponit: ſi peccauerit in te frater tuus, &c. *Paulus (ait) apud Corinthios hyemem agit, quorum erroribus angebatur, quòd eorum circa Dei cultum frigeret affectus. Cum* *L. dies ante Pentecoſten ieiunamus.* *Epheſius Pentecoſtem celebrat, atque his tradit myſteria, relaxat animum, quia fides cernebat ardere ferrentes. Ergo per hos quinquaginta dies ieiunium neſcit Eccleſia, ſicut Dominica qua Dominus reſurrexit, & ſunt omnes dies tanquam Dominica, &c.* Et *Hieronymus Stridonenſis.* HIERONYMVS STRIDONENSIS epiſtola ad Lucinium, quæ incipit: nec opinanti mihi, &c. *Non hoc dico (ait, quod præcedit ponamus in ſequenti diſtinctione) quod dominicis diebus ieiunandum putem, & contextas quinquaginta ferias auferam: ſed vnaquæque prouincia abundet in ſuo ſenſu, & præcepta maiorum leges apoſtolicas arbitretur, &c.* C Hinc & *Leo 1.* LEO I. epiſtola 91. ad Turibium Epiſcopum Aſturienſem cap. 4. Arguit Priſcillianiſtas ſequentes dogma Cerdonis, ac Marcionis, & Manichei, & dominicum diem, quem nobis ſaluatoris noſtri reſurrectio conſecrauit, exigebant in *Omnium idem faciunt Caluiniſtæ nam diebus prohibitis carnes in contemptu Eccleſiæ edunt & in aliis paſſibus.* mœrore ieiunij, eo quòd Epiſcopum dominum in vera hominis natura natum eſſe, non credebant, & reuereoriæ ſolis hanc continentiam deuouebant. D Hinc Concilium CAESARAVGVSTANVM Hiſpaniæ canone 2. (allegatur à Gratiano de conſecratione diſtinctione 3. cap. Ne quis.) *Ne quis ieiunet die dominica cauſa temporis, aut perſuaſionis, aut ſuperſtitionis.* Et *Concilium Bracarenſe 1.* Concilium BRACARENSE I. ſub Honorio I. canone 4. *Si quis Natalem Chriſti ſecundum carnem non verè honorat, ſed honorare ſe ſimulat ieiunans in eodem die, & in dominico, quia Chriſtum in hominis natura natum eſſe non credit, ſicut Cerdon, & Marcion, Manichæus, anathema ſit.* Multa ſunt alia teſtimonia, ſed ſufficient hæc. Vide quod ſequitur

Ieiunium diei ſabbati indicitur obſeruandum.] Si ſuperiorem euolueris diſtinctionem, omninò hæc tibi videbitur illi aduerſari, quoniam ibi dicitur, non eſſe ſabbato ieiunandum, hic autem præcipitur ſabbati ieiunium. E Itaque notandum, quod hoc ieiunium ſabbati non in omnibus Eccleſiis antiquitùs obſeruabatur, præcipuè in Eccleſiis Orientis nec in aliquibus Eccleſiis Occidentis, vt patet ex loco *Epiphanius Cypri.* EPIPHANII CYPRI hæreſi 75. contra Aerium & alio adhuc loco, & ex *Auguſtinus Hipponenſis.* AVGVSTINI epiſtola 86 ad Caſulanum, quam citauimus ſuperioribus *Nicephorus Calliſtus.* NICEPHORVS CALLISTVS lib. 12. hiſtoriæ cap. 34. & *Sozomenus Salaminius.* SOZOMENVS SALAMINVS libro 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 19. narrant, quia etiam ſub tempore Theodoſij ſenioris Romanis mos erat Sabbato quouis ieiunare. Quomodo A autem, & quo tempore inſtitutum ſit, inuenio quòd ſub tempore eiuſdem Theodoſij maximè viguerit. vnde *Ambroſius Mediolanenſis.* AMBROSIVS MEDIOLANENSIS, qui illo tempore floruit, libro de Helia & ieiunio capite 10. teſtatur, quòd cùm Quadrageſimæ ieiunium celebraretur, nihilominus tamen Sabbato & dominica non ieiunabatur. *Conſidera (ait) Quadrageſima, totis præter ſabbatum & dominicam, ieiunatur diebus. Hoc ieiunium Domini Paſcha concludit, &c.* Hinc & *Hieronymus Stridonenſis.* HIERONYMVS STRIDONENSIS Ambroſio coæuus, epiſtola ad Licinium, quæ incipit: nec opinanti mihi, &c. *De Sabbato, (ait) quod quæris vtrum ieiunandum ſit, & de Euchariſtia an accipienda quotidie, quod Romana Eccleſia & Hiſpania obſeruare perhibentur,* B *ſcripſit quidem & HYPPOLITVS vir diſertiſſimus, & carptim diuerſi ſcriptores è variis authoribus ediderunt. Sed ego illud te breuiter admonendum puto:* *Euchariſtia an quotidie ſumenda.* *Traditiones Eccleſiaſticas (præſertim quæ fidei non officiant) ita obſeruandas vt à maioribus traditæ ſunt,* *Traditiones obſeruandæ.* *nec aliorum conſuetudinem, aliorum contrario more ſubuerti. Atque vtinam omni tempore ieiunare poſſemus: quod in actibus Apoſtolorum diebus Pentecoſtes, & die Dominico Apoſtolum Paulum, & cum eo credentes feciſſe legimus. Nec tamen Manichææ hæreſeos accuſandi ſunt, cùm carnalis cibus præferri non debuerit ſpirituali, &c. Euchariſtiam quoque abſque* *Pſal. 33.* *condemnatione noſtri & pungente conſcientia, ſemper accipere & pſalmiſtam audire dicentem: Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt dominus, & cum eo canere:* C *Eructauit cor meum verbum bonum.* *Pſal. 44.* *Nec hoc dico quod dominicis diebus, &c.* Vide ſuperiori pagina poſitum. Denique Sabbati ieiunium indixit circa *Innocentius 1.* hæc tempora INNOCENTIVS I. epiſtola 1 ad Decentium Eugubinum Epiſcopum cap. 4 & allegat Gratianus de conſecratione diſtinctione 3. capite ſabbato, & Iuo Carnotenſis libro 2. decretorum. *Sabbato (inquit Innocentius) ieiunandum eſſe ratio euidentiſſima demonſtrat. Nam ſi diem dominicum, ob venerabilem reſurrectionem domini noſtri* D *Ieſu Chriſti, non ſolùm in Paſcha celebramus, verùm etiam per ſingulos circulos hebdomadarum ipſius diei* *Vide ieiunium 6. feriæ.* *imaginem frequentamus, ac feria 6. propter paſſionem domini ieiunamus, ſabbatum prætermittere non debemus, quod inter triſtitiam atque lætitiam temporis illius videtur incluſum.* *Ratio ieiunij Sabbathi.* *Nam vtique conſtat Apoſtolos biduo iſto, & in mœrore fuiſſe, & propter metum Iudæorum ſe occuluiſſe.* *Ioann. 20.* *Quod vtique non dubium eſt in tantum eos ieiunaſſe biduo memorato, vt traditio Eccleſia habeat, iſto biduo ſacramenta penitus non celebrari, quæ vtique forma per ſingulas tenenda eſt hebdomadas, propter id, quod commemoratio diei illius ſemper eſt celebranda.* *Ieiunia 6. feriæ & ſabbathi, à duobus illis Paſchatis dominicæ diebus ſumunt originẽ.* *Quòd ſi putant ſemel atque vno ſubbato ieiunandum, ergo & dominica, & ſexta feria ſemper in Paſcha erit vtique celebranda. Si autem dominici diei & ſextæ feriæ per ſingulas hebdomadas reperanda imago eſt, dementis eſt, bidui agere conſuetudinem, ſabbato* E *prætermiſſo, cùm non diſparem habeat cauſam, à ſexta videlicet feria, in qua dominus paſſus eſt, quando & ad inferos fuit, vt tertia die reſurgens, redderet lætitiam poſt biduanam triſtitiam præcedentem. Non ergo nos negamus ſexta feria ieiunandum, ſed dicimus & ſabbato hoc agendum, quia ambo dies triſtitiam Apoſtolis, vel his qui Chriſtum ſecuti ſunt, indixerunt. Qui die dominico exhilarati, non ſolùm ipſum feſtiuiſſimũ eſſe voluerunt, verùm etiam per omnes hebdomadas frequentandum eſſe duxerunt.* Hinc & *Concilium Arauſicanũ 1. Gregorius 7.* Concilium ARAVSICANVM I. citat codex 16. voluminum. lib. 14. c. 6. vt in ſequenti dicemus diſt. eadem ſtatuit GREG. VII. (allegatur à Grat. de conſec.

diſtinctione quinta, capite Quia dies.) *Quia dies ſabbati apud ſanctos patres noſtros in abſtinentia celebris eſt habitus, nos eorundem authoritatem ſequentes ſalubriter admonemus, vt quicunque ſe Chriſtianæ religionis participem eſſe deſiderat, ab eſu carnium eadem die, (niſi maiori feſtiuitate interueniente, vel infirmitate impediente) abſtineat.* Vide, & iunge ea quæ ſequuntur. Lege CASSIANVM lib 3. cap. 9. & 10.

Si vis lege Ioannem Caſſianum libro 3. de inſtitutis Cœnobiorũ, cap. 9. & 10. vbi huius myſterij rationem reddit.

Ieiunium hebdomadæ ſanctæ, ſeu tridui ante Paſcha mandatum.] * Iam ſuperioribus annotationibus ſatis probatum eſt ex Tertulliano, Epiphanio, Auguſtino, Innocentio & reliquis, quia feriæ 4. 6. & ſabbati ieiunium originem trahit ab illo triduo ante paſcha, & quod eorumdem dierum quædam repetitio & commemoratio eſt, vt facilè ex lectura præcedentium deprehendes. Verumtamen & hic de ieiunio Paraſceues, quàm hæretici volunt feſtiuam & hilarem ſine abſtinentia ducere, volumus demonſtrare antiquum morem & vſum & præceptum, licet Sabbatum paſchæ, ſuperiùs ex canone Apoſtolorum 65. oſtenderimus ſolenniter ieiunandum. Igitur paucis quod reſtat abſoluamus, connectendo hæc ſuperioribus CLEMENS I. libro quinto, Conſtitutionum Apoſtolicarum capite decimo ſexto, Apoſtolos ſic recenſet ſtatuiſſe. *Præcepit nobis dominus, vt ieiunaremus ſex his diebus,* (ſcilicet hebdomadæ paſſionis) *propter Iudæorum impietatem atque iniquitatem, admonens nos, vt eos ob interitum lugeamus atque deploremus: etenim ille quoque lachrimatus eſt ignorantibus tempus viſitationis ſuæ. In quarta feria & Paraſceue nobis ieiunium indixit, in illa ob perditionem, in hac ob paſſionem: deſinere autem ieiunium in ſeptima die in gallicantu. Iuſſit ipſo ſabbato ieiunare, non quod oporteat in ſabbato ieiunium ſeruare, cum in eo ceſſatio conditi operis ſit, ſed quòd in illo tantum ieiunare oportet, in quo opifex ipſe ſubtus terram manſit. In ipſo enim feſto ſuo detinuerunt dominum, vt impleretur ille ſermo: Poſuerunt ſigna ſua in medio feſtiuitatis eorum, & non cognouerunt* (Tum capite 19 ſubditur.) *In diebus Paſchæ ieiunate, incipientes à ſecunda ſabbati vſque ad Paraſceuem & ſabbatum, dies ſex, ſolo pane vtentes, ſale atque oleribus, & aqua in potum. A vino & carnibus vos abſtinete in illis diebus, ſunt enim dies luctuoſi, non feſti. Paraſceuem tamen & ſabbatum integrum ieiunent, qui quidem poſſunt nihil guſtantes vſque ad gallicantum noctis. Quod ſi quis non poteſt duorum dierum ieiunium continuare, ſeruet ſaltem ſabbatum. Ait quidam in loco de ſe dominus. Quando auferetur ab eis ſponſus, ieiunabunt in illis diebus. His igitur diebus ſublatus eſt à falſis Iudæis, & crucifixus eſt, & cum impijs reputatus eſt* (& capite 20. ſubditur.) *Quare mandamus vos vt ieiunetis per hos dies, quemadmodum nos etiam ieiunauimus, cum nobis ipſe ereptus eſt, vſque ad veſperam. In reliquis verò diebus ante paraſceuem, nona hora vel veſperi quilibet cibum capiat, vel quemadmodum quiſque poterit. A veſpera autem 5. diei vſque ad gallicantum vigilantes, atque in Eccleſiam conuenientes vigilate, orantes ac rogantes Deum, legentes in veſtra pernoctatione legem, prophetas, pſalmos, vſque ad gallicantum: baptizateque cathecumenis veſtris, & lecto Euangelio cum timore ac tremore luctum deſinite, rogateque Deum vt conuertatur Iſrael, & inueniat pœnitentiæ locum, atque impietatis remiſſionem.* Euſdem adhuc fit mentio ieiunij capite vigeſimo primo, ſed citauimus ſupra. Sed hæc approbat IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Philippenſes.

Quod in die Paraſceues ieiunandum ſit, & ille dies in mœrore tranſigendus ſicuti & ſequens Sabbathi dies & illa tota ante Paſcham hebdomada, cõtra Eraſmum & alios.

Clemens I.

Lucæ 19.

Pſal 73.

Vide delectum ciborum.

Matth 9. Lucæ 22.

De precibus quæ ſiendæ ſũt in die Paraſceues etiam vide preces, &c.

Ignatius Martyr.

Hebdomadam (inquit) *poſt diem paſſionis ne deſpiciatis, quarta & ſexta feria ieiunantes, & quæ ſuperſunt pauperibus porrigentes, &c.* Denique & ieiunij Paraſceues IVSTINVS MARTYR meminit, ad calcem Apologiæ ſecundæ, pro Chriſtianis ad Antoninum pium, vt facilè potes videre TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de ieiunio aduerſus Pſychicos. *Cur* (inquit) *ſtationibus quartam & ſextam ſabbati dicamus, & ieiunijs paraſceuem, quamquam vos etiam Sabbatum ſi quando continuatis, nunquam niſi in paſcha ieiunandum.* Denique Concilium ARAVSICANVM I. ſub Leone I. (allegatur in codice decimo ſexto, voluminum libro decimo quarto, capite ſexto.) *Statuimus, vt in Sabbato ſancto, hoc eſt, in vigilia Paſchæ ieiunium ante noctis initium, niſi à paruulis & infirmis, non ſoluatur, nec in ipſa paraſceue: quia Cœna Domini Paraſceue, & Sabbatum ad illos quadraginta dies reſpiciunt, nec diuina myſteria his duobus diebus celebrantur, canonibus iubentibus in biduo iſto, id eſt, paraſceue & ſabbato, ſacramenta penitus non celebrari.* Orationum autem & precum quæ in die Paraſceues dicuntur in Eccleſia pro Paganis, hæreticis, Iudæis, &c. meminit COELESTINVS I. epiſtola prima, ad Galliarum Epiſcopos capite vndecimo, vt inuenies repoſitum in vocabulo, preces, &c. Præterea huius Paraſceues & aliorum dierum ſequentium celebritatis meminit Concilium TOLETANVM IV Patrum 67. capite ſexto, & quoſdam arguit, qui eodem die clauſis Baſilicarum foribus nullum officium celebrant, nec paſſionis Chriſti prædicationem fieri permittebant. Iubet autem eo die myſterium crucis, quod ipſe dominus cunctis annunciandum voluit, prædicari, atque indulgentiam criminum clara voce omnem populum poſtulare, vt pœnitentiæ compunctione mundatus, venerabilem diem dominicæ reſurrectionis remiſſis iniquitatibus ſuſcipere mereatur, corporiſque eius & ſanguinis ſacramentum mundi à peccato ſumant. Prohibuit autem Concilium AVRELIANENSE III. capite viceſimo nono, & Concilium MATISCONENSE I. capite decimo quarto, ne die Paraſceues Iudæi audeant palam inter Chriſtianos ambulare, vt dicemus in dictione, Iudæus. Porrò præfatum Toletanum Concilium quartum ſic capite ſeptimo, loquitur. *Quidam in die paſſionis ciuſdem dominicæ, ab hora nona ieiunium ſoluunt, conuiuijs abutuntur, & dum Sol ipſe eadem die tenebris palliatus lumen ſubduxerit, ipſaque elementa turbata, mœſtitiam totius mundi oſtenderint, illi ieiunium tanti diei polluunt, epuliſque inſeruiunt. Et quia totum eundem diem * vniuerſalis Eccleſia, propter paſſionem domini in mœrore & abſtinentia peragit, quicunque in eo ieiunium, præter paruulos, ſenes & languidos, ante peractas indulgentiæ preces ſoluerit, à Paſchali gaudio depellatur, nec in eo ſacramentum corporis & ſanguinis domini, percipiat, qui diem paſſionis eius per abſtinentiam non honorat, &c.* Et Concilium BRACARENSE I. ſub eodem Honorio primo, canone decimo ſexto, *Si quis feria quinta, Paſchali, quæ vocatur Cœna domini, hora legitima poſt nonã, ieiunus miſſam Eccleſia non tenet, ſed ſecundũ ſectam Priſcillianiſtarum feſtiuitatem ipſius diei ab hora tertia per miſſas defunctorum, ſoluto ieiunio, colit, anathema ſit.* Idem prius ſtatuerat Concil. LAODICEN. can. 49. vt dicemus in vocabulo, Quadrageſ. &c. Idem & refert Martinus Bracarenſis cap. 50. collectorij vide ibidem.

Tertul. [illegible]

Concilium Arauſicanũ ſub Leone I.

Vide ieiunium quart.

Miſſa [illegible]

Concilium [illegible]

Die [illegible] dum. Concilium A. [illegible]

Iudæi nõ egre[illegible] die Paraſceues.

Igitur Calui[illegible] extra Eccleſiam, [illegible] hæc non cuſtodiunt.

Concilium Bracarenſe I.

Ieiunium Cœna domini.

Concilium Laodicenum.

Demque vide quod ſupra diximus in vocabulo, Cœna domini, &c. Quin & Concilium GENERALE VI. Conſtantinopolitanum 3. in trullo canone 89. *Dies ſalutiferæ paſſionis in Ieiunio, & oratione, & cordis compunctione peragentes fideles, vſque ad mediam magni ſabbati noctem ieiunare oportet: cùm diuini Euangeliſtæ Matthæus & Lucas, ille quidem per veſpere ſabbati, hic verò, per id ſummo mane, noctis nobis tarditatem deſcribat.* Vide ſequentia.

Concilium generale 6 Conſtantinopolit. 3. ſub Conſtantino Pogonato 4 Imper.

Ieiunium Quadrageſimæ.] Vide vocabulum, Quadrageſima.

Ieiunium vigiliarum dierum feſtorum.] Vide vocabulum, Vigilia, &c.

Ieiunium quatuor temporum anni obſeruandum.] Satis oſtendimus ſuperiùs, ex conſtitutionum Apoſtolicarum libro 5. cap. 16. & 21. & reliquis, quoſdam dies Apoſtolos mandaſſe obſeruari, per certa anni tempora, licet non ſpecialiter ea determinauerint: nam & Quadrageſimalis Ieiunij mentionem faciunt, vt ſuo loco dicetur. Poſt Apoſtolos autem CALIXTVS I. epiſtola 1. ad Benedictum Epiſcopum, quatuor anni tempora præfixit ieiunanda, & ſic allegatur etiam à Gratiano diſtinctione 76 capite Ieiunium quod ter, &c. *Ieiunium quod ter in anno apud nos (ait) celebrare didiciſtis, conuenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus, vt ſicut annus per quatuor voluitur tempora, ſic & nos quaternum ſolenne agamus ieiunium per anni quatuor tempora. Et ſicut replemur frumento vino & oleo ad alenda corpora ſic repleamur Ieiunio ad alendas animas, iuxta prophetæ Zachariæ vocem: Ieiunium 4. & ieiunium 7. & ieiunium 10. erit domum Iuda in gaudium, &c.* Huius ieiunij meminit ATHANASIVS ALEXANDRINVS libro de fuga ſua: & NICEPHORVS CALLISTVS libro 9. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 29 ſub eodem tempore dicit obſeruatum. *Hebdomada* (ait) *poſt ſanctam Pentecoſtem, ieiunio abſoluto, populus ad cœmeterium oratum egreſſus erat, &c.* IOANNES CASSIANVS collatione 21 quæ tractat de remiſſione quinquageſimæ, cap 17 & 18 atque reliquis huius ieiunij ſæpius recordatur, ſed prolixior eſt quàm hic poſſit proferri. Porrò HIERONYMVS STRIDONENSIS exponens caput 8. Zachariæ Prophetæ. per illa quatuor tempora ieiuniorum à propheta præmonſtrata, dicit ieiunium quatuor temporum Eccleſiaſticæ inſtitutionis intelligi, tomo operum 7. folio 156 litteris 6 & c vide ſi dubitas. Cui aſſipulatur IOANNES CHRYSOSTOMVS opere 2 in Matthæum: & ne videatur non ille eſſe author huius operis, idem ſermone 1 in natiuitate Ioannis baptiſtæ, ex cap 1. Lucæ. qui ſic incipit, (eſt in tomo 2.) de ſolſtitiis & æquinoctiis conceptionis, &c. *Hæc* (ait) *ieiunia quæ a propheta nominantur, nunquam a Iudæis ſeruata fuiſſe inuenimus. Non enim aliquando 4. feria ieiun inierunt, aut 7 quod dicitur ſabbatum, aut decima feria quæ nec poteſt dici. quamuis & ſi in ſabbato ieiunauerunt, non lege parendo, ſed opportuna neceſſitatis. Quærendum ergo eſt quæ ſint iſta ieiunia:* (& infrà) *Hi ſunt menſes in quibus dominus noſter & Ioannes Baptiſta concepti & nati ſunt. Ipſis quatuor temporibus, id eſt, verno, & æſtate, & autumno, & hyeme, per quæ annus vertens cognoſcitur, &c.* Denique LEO I. hoc ſatis approbat, ſingulis his quatuor ieiuniorum temporibus ſermones & homylias adaptans, quæ paſſim leguntur & ibi huius ieiunij rationem luculenter exponens. Et poſtea Concilium GERVNDENSE ſub Hormiſda 1. papa canone 2. *Expleta ſolennitate Pentecoſtes, in ſequenti ſeptimana à quinta feria in ſabbatum, per hoc triduum abſtinentia celebretur, &c.* Seu & Concilium MOGVNTINVM I. canone 34. *Conſtituimus, vt quatuor tempora anni ab omnibus cum ieiunio obſeruentur, id eſt, menſe Martio hebdomada prima, & feria quarta & 6. & ſabbato veniant omnes ad Eccleſiam hora nona, cum Litaniis ad Miſſarum ſolennia. Similiter in menſe Iunio hebdomada 2 feria 4 6. & ſabbato ieiunetur vſque ad horam nonam, & à carne ab omnibus abſtineatur. Similiter in menſe ſeptembri hebdomada tertia, & in menſe decembri hebdomada quæ fuerit plena ante vigiliam natiuitatis domini, ſicut eſt in Romana Eccleſia traditum.* Etiam fit mentio ieiunij 4. temporum in dictione, ordines quibus conſecrantur temporibus, &c. Concilium SALEGVNSTADIENSE I. canone 2. *De incerto autem ieiunio quatuor temporum hanc certitudinem ſtatuimus, vt ſi Calendæ Martij in 5. feria, ſiue antea euenerint, eadem hebdomada ieiunium celebretur. Si autem Calendæ Martij in 5 feriam, aut ſextam, aut Sabbatum diſtendantur, in ſequentem hebdomadam ieiunium differatur. Simili quoque modo, ſi Calendæ Iunij in quartam feriam, aut antea euenerint, in ſubſequente hebdomada ieiunium celebretur: Et ſi in 5. feriam, aut 6. aut ſabbatum contigerit, ieiunium in 5. hebdomadam reſeruetur. Et hoc ſciendum eſt, quod ſi quando ieiunium menſis Iunij in vigilia Pentecoſtes ſecundum ... regulam euenerit, non ibi celebrandum erit, ſed in ipſa hebdomada ſolenni Pentecoſtes, ... tunc propter ſolennitatem ſpiritus ſancti ... diacones dalmaticis vtantur, & alleluya cantetur, & flectamen genua, non dicatur Eodem modo & Septembris ieiunio conſtitutum eſt, vt ſi Calendæ ſeptembris in 4. feria euenerint, aut antea, ieiunium in 3. hebdomada celebretur: & ſi in ... aut 6. aut ſabbato contigerit, in 4. hebdomada ieiunandum erit. In decembri illud obſeruandum erit, vt proximo Sabbato ante vigiliam natiuitatis domini celebretur ieiunium, quia ſi vigilia in Sabbato euenerit, * ſimul vigiliam & ieiunium celebrare non conuenit.* Porrò iterum de ieiunio 4. temporum Concilium OXONIENSE in Anglia ſub Innocentio 3 capite 1. eadem, quæ ſuperiùs ſtatuta ſunt, confirmauit. Concilium NARBONENSE capite vltimo, de ieiunio 4 temporum menſe ſeptembri celebrando, & de feſto S. Matthæi eodem tempore occurrente meminit. Porrò illud idem Ieiunium 4. temporum contra Lutheranus Hæreticos vtiliter defendit Concilium SENONENSE decreto 7. & rationem huius rei reddit hoc modo. *Quæ a Calixto martyre in quatuor anni partes diſcreta ſunt Ieiunia, quarti, 5. 7. & 10. menſis legem referunt ac figuram adimplent: & velut quædam noſtri temporis primitiæ, ſub illis anni quatuor partibus offeruntur: ea quidem obſeruantia, vt duodena ieiuniorum dierum numerus, duodecim menſium numero reſpondeat.* Itaque tam quatuor temporum, Quadrageſimæ, vigiliarum ieiunia efficaciter Eccleſiaſticis à præſidibus ordinata, ad ſpiritualis profectus incrementum, ad retundendam carnis petulantiam, ad pellendum omne genus dæmoniorum ſtrictiſſimè iubent obſeruari, contemptores anathemate ferientes, cùm damnatis Hæreſiarchis Iouiniano Vigilantio Vuicleffo Vualdenſibus & cæteris, qui olim eam ob cauſam à ſacris Conciliis anathematizati ſunt. &c Vide quæ ſupra iam dicta ſunt, & quæ ſequuntur, & Quadrageſimæ Vigil, & Litaniæ, &c.

Calixtus I.

Ratio ieiunij quatuor temporum.

Zacharias 8.

Athanaſius Alexandrinus.

Nicephorus Calliſtus.

Ioannes Caſſianus.

Hieronymus Stridonenſis.

Ioannes Chryſoſtomus.

Zacharias 8.

Leo I.

Concilium Gerundenſe ſub Hormiſda.

Cōcilium Moguntinum I ſub Carolo Magno

Vide Litaniarum vſum amplius lege, Litania.

Concilium Salegunſtadienſe ſub Benedicto Papa 8. & Henrico ..

Vide, antiquū vſum ceremoniarum ieiunij vi c & Quadrageſima.

Hoc, anno præterito euenit iterum die Dominica ... domini, ... vero ... celebratur iterum, ſed propter Dominicam quæ nunquam ieiunatur.

Concilium Narbonenſe.

Concilium Senonēſe ſub Antonio à Prato Cancellario & legato.

Zachar. 8.

A

deferitur, in Chriſtum redundat, & a Chriſto in Deum, &c. Eadem Pontianus I. epiſtola ad Fœlicem Succiſbonum, ſicut ſuperiùs allegauimus dictione Epiſcopus, &c. Hinc etiam Cyprianus Carthaginensis libro 1. epiſtolarum, epiſtola 3. ad Cornelium. *Cum ſcriptum ſit, neque maledici regnum Dei conſequentur, & iterum in Euangelio ſuo Dominus dicat: Qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit iudicio, &c. quomodo poſſunt cenſuram Dei euadere qui talia ingerunt, non ſolum fratribus, ſed & Sacerdotibus, quibus honor tantus de Dei dignatione conceditur, vt quiſquis Sacerdoti eius, & ad tempus hic iudicanti non obtemperaret, ſtatim necaretur?* quod ſcripturæ ſacræ teſtimoniis cõprobat. Vide alibi. Hinc Concilium Matiſconense II ſub Pelagio II. cano. 15. *Statuimus, vt ſi quis ſecularium quempiam clericorum honoratorum in itinere obuium habuerit, vſque ad ſuperiorem gradum honoris veneranter, ſicut condecet Chriſtianum, illi colla ſubdat, per cuius officia & obſequia fideliſſima Chriſtianitatis iura promeruit. Et ſiquidem ille ſecularis equo vehitur, clericuſque ſimiliter, Secularis galerum de capite auferat, & clerico ſinceræ ſalutationis munus adhibeat.*

B

Si vero clericus pedes graditur, & ſecularis vehitur equo ſublimis, illico ad terram defluat, & debitum honorem prædicto clerico ſinceræ charitatis adhibeat, vt Deus, qui vera charitas eſt, in vtriſque lætetur, & dilectione ſua vtrinque adſciſcat. Qui vero hæc, quæ Spiritu ſancto dictante ſancita ſunt, tranſgredi voluerit, ab Eccleſia, quam in ſuis miniſtris dehonorat, quandiu Epiſcopus illius Eccleſiæ voluerit ſuſpendatur. Porrò quãtum ſemper honorem Sacerdotibus deferendum cenſuerit Constantius Magnus, huius exemplo & ſcriptis conſtat, vt in ſequentibus oſtendimus, & abundè deſcribit Rufinus Aquileiensis lib. 9. Hiſtoriæ Eccl. cap. 10. & ſeq. Nam mortuo Tyranno Maximino, refert quia ſæpiùs Conſtantinus ad Epiſcopos & ſacerdotes ſcriberet, & honor eis cum ſumma veneratione deferebatur, vt dicendum eſt in ſequẽtibus.

C

Hinc Concilium Aquisgranense II. cano. 10. De ordine rectorum, alloquens Imperatorem. *De Presbyterorum vita quæ [illegible] vt vos vere ſummine [illegible] calo habetur, quantum nobis poſſe eſt, curabimus, vt minus perfecti eorum actus ad debitum reuocentur ſtatum. Veſtrum autem erit præcipere laicis, vt ipſi congruum eis & debitum impendant honorem, & in eos qui contra eos perperam geſſerint congrua procedat caſtigatio, quatenus & illi corrigantur, & reliqui terreantur.* Eadem & cap. 7. de honorandis Epiſcopis tractat. Sed & de Principibus, & Sacerdotibus honorandis Carolus Iunior, in Concilio Meldenſi, cap. 2. & 3. edicta propoſuit. Sed & cùm Michael Imperator Cõſtantinopoli iniurias & conuicia in Sacerdotes, (vt nunc Caluiniſtæ faciunt) & ſedem Apoſtolicam effutiret, Nicolaus I. epiſtola illa decantatiſſimè ad eũ miſſa, ſic eum alloquitur: *Sicut propter Deum, etiam à non vera dicentibus iniurias nobis illatas æquanimiter ferimus: Ita quoque oportet pietatem veſtram ſacerdotibus qualeſcumque ſint, propter eum cui deſeruiunt, reuerentiam potius quàm iniurias exhibere. Sed de his iam cum ſancto Papa vobis loquimur* Gregorio. *Nam in diuinis eloquiis Sacerdotes aliquando Dii, aliquando Angeli vocantur. Nam & per Moyſen de eo, qui ad iuramentum deducendus eſt, dicitur: Applica illum ad Deos, videlicet ad ſacerdotes. Et rurſus ſcriptum eſt: Diis non detrahes, ſcilicet ſacerdotibus. Et Propheta ait: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. Quid ergo mirum, ſi illos imperialis pietas honores, quibus in ſuo eloquio honorem tribuens, eos aut Angelos, aut Deos ipſi appellat Deus. Eccleſiaſtica quoque hiſtoria* authore Rufino, vt ſuprà diximus libro 10. cap. 2. *teſtatur, quia cum piæ memoriæ Conſtantino principi ſcripto oblatæ eſſent accuſationes contra Epiſcopos, libellos quidem accepit, & eoſdem qui accuſati fuerant Epiſcopos conuocans, in eorum conſpectu libellos quos acceperat combuſſit, dicens: Vos Dii eſtis, a vero Deo conſtituti. Ite, & inter vos cauſas veſtras diſponite, quia dignum non eſt, vt nos iudicemus Deos. In qua ſententia ſibi magis ex humilitate, quam illis aliquid præſtitit ex reuerentia impenſa. Ante eum quippe Pagani in Republica principes fuerunt qui verum Deum neſcientes, deos ligneos & lapideos colebant:*

B

& tamen eorum Sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid igitur mirum, ſi Chriſtianus Imperator veri Dei Sacerdotes honoret, dũ Pagani (vt prædiximus) Principes honorem impendere Sacerdotibus nouerunt, qui diis ligneis & lapideis ſeruiebant. Hæc ergo non tantum ſpecialiter, quantum generaliter pro omnibus a[illegible] Sacerdotibus quoniam adhuc neſcimus [illegible] in terribili Dei iudicio qualis futurus ſit. Et [illegible] ipſe quæ vos laudatis, ille reprehẽdet, & quæ vos reprehẽditis, ille laudabit. Non ergo quales ſint Sacerdotes Domini, hoc allegat Gratianus cauſa 1. q. 1. cap. Non ergo. *ſed quid de Domino loquantur, eſt vobis magnopere prouidendum. Nec in Vicariis beati Petri Apoſtoli vobis eſt attendendum, qui ſint, ſed quid*

C

pro correctione Eccleſiarum, quid pro ſalute veſtra ſatagant. Neque enim illos inferiores dicetis Scribis & Phariſeis ſedentibus ſuper Cathedram Moſis, de quibus Dominus præcepit, dicens: Quæcumque dixerint vobis, ſeruate, quæ autem faciunt, facere nolite. Omninò eadem Leo IX. repetit epiſtolam ad Michaëlem Conſtantinopolitanum Epiſcopum, vt dicemus in vocabulo, Papæ poteſtas, &c. Præterea in quanto honore habendi ſint Epiſcopi & Sacerdotes à Principibus ſecularibus, oſtendit Concilium generale VIII Constantinopolitanum IV. ſub Adriano II. can. 14. *Qui diuina ait gratia Epiſcopalem ſortiuntur dignitatem, ordinem cæleſtis Hierarchiæ referuntur in terris. Quare meritò ſancimus, vt digno in honore tam a Principibus, quam a cæteris omnibus habeantur.*

D

Non oportet itaque vt principibus vel viris militari dignitate præditis, obuiã longiſſime procedant ab eorum Eccleſiis, nec à mulis equiſve deſcendant in occurſum, aut timide abiectèque ante geminaprocedant, velut adoraturi: imo verò non accedant ad menſas ſecularium Principum, ſed cum omni modeſtia, quæ ſpiritualem deceant dignitatem officia omnibus & debita tribuant. Cui vectigal, vectigal, cui honorem, honorem. dummodo Principes & pii imperatores agnoſcant ſibi æquales Epiſcopos, vt liberè audeãt reprehendere, increpareque & Principes & cæteros qui militari honore fruuntur, ſi quid peccauerint.

E

Si quis verò Epiſcopus poſt hanc ſanctionem ſuam dehoneſtauerit dignitatem cadens ab honore ſibi per canones debito, vixeritq; abiectè ſecundum veterem, & abiectam & aggreſtam conſuetudinem, amoueatur per annum, & Principes, qui in cauſa fuerit, excommunicetur per biennium. Vide reliquum ſuprà, Clerici non ſeruiant laicis, &c. & infrà, Imperator, & Princeps, & Epiſcopus, &c.

Honoribus non ſuperbiendum.] Vide ſuperiùs, Vana gloria, &c. Hic Ennodius Diaconus libro Apologetico pro Symmacho I. Papa. *Milites Chriſti ſudore ſuo honorum ſibi incrementa parturiunt, dum conceſſa faſtigia celſiore humilitate caſtigant, inde laudum cumulos mercaturi, vnde*

adepti

Pontianus.
Cyprianus Carthaginenſis.
1 Corinth. 6.
Matth. 5.
Deuter. 17.
1 Reg. 2.
Concilium Matiſconen. 2. patrum 62.
1. Ioan. 4.
Conſtantinus Magnus.
Ruffinus Aquileienſis.
Concilium Aquiſgranenſe ſub Ludouico Pio Imperatore. anno 837.
Carolus Iunior rex Francorum.
Nicolaus I.
Gregorius.
Exod. 22.
Malach. 2.
Conſtantinus quantum detulerit ſacerdotibus.
N[illegible] Sacerdotes [illegible]
Leo 9.
Conſtantinopolitanum [illegible] ſub [illegible] Imper.
Rom. 13.
Ennodius Dia[illegible]

A *adepta calumnia ſublimi parcitate moderantur.* Vide Epiſcopatus, &c.

Horæ Canonicæ.

Horarum canonicarum antiqua inſtitutio, ratio, & numerus.] Quandoquidem omnia quæ obſeruat Catholica Eccleſia hæreticis noſtri temporis ſomnia & deliramenta videntur, non nobis vertitur in dedecus, ſi cuncta, more ſolito, ab antiquis Patribus priùs inſtituta doceamus, quæ impugnare ſolent. Itaque quoniam etiam inter cætera horas canonicas reiiciunt, oſtendemus non inuentum eſſe recens, ſed antiqua traditione deriuatum. B Obſeruatum ergò numerum ſeptem horarum canonicarum ſub Apoſtolorum temporibus, teſtatur Clemens I. libro 8. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 40. dum ſic loquitur. *Preces veſtras facite diluculo, tertia hora, ſexta, nona, veſpere, & in gallicantu. Diluculo gratias agentes, quoniam illuminauit nos Dominus, expulſa nocte & inducto die. Hora tertia, quoniam illa hora Dominus ſententiam Pilati accepit: ſexta, quoniam tunc crucifixus eſt: Nona, quoniam omnia commota ſunt, crucifixo Domino per horreſcentia impiorum audaciam, & non ferentia ignominiam Domini: Veſpere gratias agentes, quod dedit nobis noctem diurnorum laborum requiem: In gallicantu, quoniam illo tempore nunciatur aduentus* C *Domini ad exercenda opera lucis, &c.* Tum ſingulis horis, orationes proprias accommodat in capitibus ſequentibus. Denique horarum canonicarum etiam fiet mentio infrà in dictione, Hymnus, & Officium diuinum, & ſuprà, Cantus, &c. Harum quoque meminit Cyprianus Carthaginensis in orationem Dominicam, ad calcem. *In orationibus (ait) celebrandis inuenimus obſeruaſſe, cùm Daniele tres pueros in fide fortes, & in captiuitate victores, horam tertiam, ſextam, & nonam, ſacramentum Trinitatis, quæ in nouiſſimis temporibus manifeſtari habebat. Nam hora in tertiam veniens, conſummatum numerum Trinitatis oſtendit: Itémque ad ſextam quarta procedẽs, declarat alteram Trinitatem, & quando a ſeptima nona completur per ternas* D *horas, Trinitas perfecta numeratur. Quæ horarum ſpatia iampridem ſpiritualiter determinantes adoratores Dei, ſtatutis & legitimis ad precem temporibus ſeruiebant, & manifeſta poſtmodum res eſt, ſacramentum olim fuiſſe quod antè ſic iuſti precabantur.* Et infrà: *Præter horas antiquitùs obſeruatas, orandi nunc & ſpatia & ſacramenta creuerunt. Nam & manè orandum eſt, vt reſurrectio Domini matutina oratione celebretur, &c.* Lege oro quod reſtat, quia rationem, & ſacramẽta reddit perſpicua canonicarum horarum. Earundem horarum meminit Basilius Magnus epiſtola 63. *Conſuetudines (ait) obtinentes nunc in omnibus Eccleſijs concinnæ ſunt, ac conſonæ.* E *Ex nocte enim conſurgit apud nos populus ad domum orationis, & in labore ac tribulatione & aſſiduis lachrymis confitentes Deo. Poſtremùm ſurgentes ab orationibus, ad pſalmodiam conueniunt. Et nunc bifariam diuiſi alterna viciſſitudine inter ſe pſallunt, &c.* Vide Pſallendi diſciplina, &c. Et Ioannes Chrysostomus homilia 6. in epiſtolam ad Timothæum 1. cap. 2. *Atque id nouerunt fideles (ait) quomodo diebus ſingulis manè & veſperè orationes funduntur ad Dominum, &c.* Idem homilia 27. in actus Apoſtolorum, cap. 12. exponens illud: Oratio autem fiebat pro eo ab Eccleſiæ ad Deum, &c. *Eccleſia Dei (ait) medijs ſurgit noctibus, ſurge & tu, & vide aſtrorum choream, profundum ſilentium, magnam*

A *quietem, obſtupeſce Dei tui miram diſpenſationem, &c.* Hinc Ephrem Edessenus Diaconus in vitam S. Abrahæ Heremitæ, expreſsè ad calcem horarum canonicarum numerum ponit, quas obſeruaſſe ille vir beatus deſcribitur. Ambrosius Mediolanensis ſermone 19. in Pſalmum 118. cùm illud exponit: Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: *Diuide (inquit) Deo & ſeculo tempora tua, vel quando non poteſt agere in publico quæ ſunt iſtius mundi, & tenebræ prohibent noctis, Deo vacato, indulge orationibus, & ne obdormiſcas, pſallito, ſomnum tuum bona fraude fraudato, manè feſtina ad Eccleſiam, defer primitias pij voti, & poſtea, ſi vocat ſecularis neceſſitatas, non excluderis dicere, præuenerunt oculi* B *mei ad te diluculo, &c.* Vide infrà, Hymnus, Horarum canonicarum. Meminit Concilium Laodicenum ſub Liberio I. & Damaſo, can. 18. *Semper ſupplicationes orationum (ait) & ad horam nonam, & veſperam oportet celebrari, &c.* Idem Damasus I. in vita Marcelli I. Papæ. *Matrona (ait) nomine Lucina vidua, ſuſcepit beatum virum, quæ & domum ſuam nomine tituli beati Marcelli dedicauit, vbi die noctúque hymnis & orationibus Domino Ieſu Chriſto confitebantur.* Sed & Ioannes Cassianus libro 3. De inſtitutis cœnobiorum, cap. 1. 2. 3. & 4. nil aliud agit, quàm reddere rationem numeri horarum canonicarum. *In Paleſtina (ait) vel Meſopotamiæ monaſterijs, ac totius Orientis, ſupradi-* C *ctarum horarum ſolennitates trinis Pſalmis* (vt nunc apud nos fit) *finiuntur, vt & orationum aſſiduitas ſtatutis temporibus Deo offeratur, & neceſſaria operationes officia, conſummatis iuſto moderamine ſpiritualibus obſequijs, nullatenus valeant impediri.* Lege quod ſequitur. Hunc numerum & ordinem obſeruat in regula ſua Benedictus Cassinensis cap. 16. vbi ſic exorditur: *Vt ait Propheta, Septies in die laudem dixi tibi, qui ſeptenarius ſacratus numerus a nobis* (inquit) *ſic implebitur, ſi matutina, prima, tertia, ſexta, nona, veſpera completoriíq́; tempore noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus.* Tum diſponit ibidem, & ſequentibus capitulis, qui Pſalmi in his horis dicendi ſint. Vide quid in hunc regulæ locũ D ſcripſerunt tria ordinis noſtri luminaria, Anthonius Pocquatus vir vt doctiſſimus, ita vt conuerſatione ſanctiſſimus atque excellentiſſimus: & Petrus Bardus præcedẽti non inferior, & vita, & doctrina: & Symon du Corroy, etiam illis meritò comparandus. Ita illi hanc materiam nobis lucidam reliquerunt, vt nihil ſit nobis relictum ad inueſtigandum. Veruntamen quod cœpimus, proſequamur. Horarum canonicarum meminit & Palladius Cappadocias Epiſcopus, in paradiſo Heraclidis, cap. 30 loquens de quodam S. Viro Adulio. *Hoc (inquit) in eo magnum, quòd a veſpertinis horis, vſque ad tempus matutinorum, quo rurſus cæteri* E *fratres ad oratorium colliguntur, ille in monte Oliueti ſtans in eo loco vnde Saluator aſſumptus eſt, pſallendo & orando pernoctare conſueuerat, & ſiue ſub niuibus, ſiue ſub pluuijs, ſeu pruinis immobilis permanebat, &c.* Hinc Theodoretus Cyrensis in Philotheo, de Marciano Dei ſeruo loquens, horarum canonicarum meminit, ſimúlque & de Euſebio loquens, nocturnas diurnáſque memorat horas perſoluiſſe. Iterúmque de S. Iacobo ſeruo Dei. Idem de Doumena ſancta muliere ait: *Sub gallicantu in propinquum templum profecta, vna cum alijs mulieribus & viris rerum omnium Domino pſallit. Hoc autem non in ortu tantùm, ſed etiam poſt Solis occaſum facere conſueuit, &c.* Denique & Simeon

Septem horæ canonicæ Apoſtolorum temporibus obſeruatæ.

Ratio numeri.

Cyprianus Carthaginen-ſis.

Baſilius magnus.

Ioannes Chryſoſtomus.

Ephrem Diaconus.

Ambroſius Mediolanenſis.

Diuide tempus tuum Deo & mundo.

Concilium Laodicenum ſub Liberio I. & Damaſo.

Damaſus I.

Omnia hodie horæ recitantur feſtiuitas.

Ioannes Caſſianus.

Benedictus Caſſinenſis Abbas legiſlator noſter.

Anthonius Pocquetus Cœleſtinus.

Petrus Bardus Cœleſtinus. Symo du Corroy Cœleſtinus.

Palladius Cappadociæ epiſcopus.

Theodoretus Cyrenſis epiſcopus.

Simeon Metaphraſtes.

METAPHRASTES in vita Alipij Crunitæ *Vna voce* ait) *ſolent benefactorem & vitæ ſuppeditatorem noctu & interdiu laudare ſepties. vt concorditer extollendo concentum Canticorum, Regem creatæ naturæ verè & ſyncere placent. &c.* Idem in vita Gregorij Agrigentini illum memorat cùm clericis ſuis ſolitum deſcendere in templum, ad cõſuetas preces perſoluendas debitis horis, matutinas, & veſpertinas laudes expreſsè nominans. Idem & in vita Theodoſij Cœnobiarchæ. *Ita* inquit *ab eis peragebatur hymnodiæ regula quæ, vt dictum eſt, ſepties in die offerebatur Deo vniuerſorum.* PAVLVS DIACONVS in vitam Mariæ Ægyptiacæ. *Zozimas* ait) *ſanctum ſolitus erat ſtatuto dies tempore, id eſt, tertia, ſexta, & nona. abſtinere ſe à ſui itineris curſu orationis cauſa, eleuãſq; oculos ad ſuperna, &c.* Vt paucis abſoluamus Cõcilium AQVISGRANENSE I. cap. 126. 127. 128. 129. & 130. canonicarum horarum veterem vſum, rationémque tradit, vbi ex ISIDORO HISPALENSI lib. 1. De diuinis officijs, cap. 2. 19. & 20. atque alijs autoribus, ſic loquitur: *Studeant ſummoperè canonici horas canonicas vigilantiſſima cura cuſtodire, & in his diuinum officium humiliter ac deuotè perſoluere. Mox enim vt datum fuerit ſignum, omnes ad Eccleſiam conueniant. Qui autem has horas frequentare, & in his, vt dignum eſt, cæleſte neglexerit officium perſoluere, digna increpatione corripiatur. vt & ipſe emendetur, & cæteri timorem habentes huiuſcemodi negligentiam caueant. Sed quoniam aliud eſt ex toto omittere, aliud pigrè occurrere, qui ſegniter aut tardè ad matutinũ, aut aliud quodlibet diuinum obſequium peragendum occurrerit, dignum eſt. vt non cum alijs in choro, ſed omnium vltimus (vt certè erubeſcere diſcat) in loco huiuſcemodi negligentibus à prælatis conſtituto ſtet. foris verò nullatenus remanere præſumat, ne otio & fabulis vacet, & à Dei laudibus penitus alienus exiſtat. Cuſtodes præterea Eccleſiæ, harum horarum diſtinctiones benè norint, vt ſcilicet ſigna certis temporibus pulſent. Luminaria verò cùm omni diligentia communicanda prouideant, ſitq; eorum ſtudij, vt nihil de commiſſis rebus Eccleſiæ pereant. Harum autem tertiam, ſextam & nonam, Daniel & tres pueri ſupplicationibus deuouerunt.* (vt iam ſuperiùs oſtenſum eſt) *ſcilicet, vt ab ortu diei in tempus ſupplicationis tres horæ porrectæ, Trinitatis nobis venerãtiam declararent. Pariliter à tertia ad ſextam, atque indè à nona per paria lucis internalla ratis dimenſionibus terminata, Trinitas ter in die rogata colatur. Denique ad probationem venerabilis Trinitatis, hora 3. Spiritus ſanctus deſcendit, hora 6 Chriſtus paſſus eſt, & in horam nonam patibuli cruciamenta peruexit. De hora autem veſpertina, quæ diurnæ & alternæ lucis occaſus eſt, in veteri teſtamento ſolennis celebratio eſt. Hinc David ſacrificium veſpertinum commendat, & hac hora Chriſtus, vt veſperum oſtenderet ſeculi, in cœnaculo myſterium corporis & ſanguinis ſui Apoſtolis tradidit. De completorio autem celebrando, David ait: Si aſcendero in lectum ſtrati mei, ſi dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationẽ, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Et hac hora Chriſtus poſitus eſt in ſepulchro. De matutinorum antiquitate & authoritate teſtis eſt David: In matutinis meditabor in te.* Tum Patres eiuſdem Concilij, proferunt iam memorati ſuperiùs Caſſiani lib 3. cap. 4. De inſtitutis cœnobiorum. *Matutinæ ſolemnitatis officio nouo adhuc tempore inſtituto, primitus in Bethleem monaſterio vbi Chriſtus natus eſt, ſicq; ex illa per vniuerſum mundum eiuſdem celebrationis inualuit cõſuetudo, &c.* Verùm an hoc verum ſit, ex ſuperioribus antiquorum Patrum teſtimonijs liquidò conſtat: nam & Clemens, Baſilius, & Chryſoſtomus, & alij, matutinarum horarum mẽtionem faciunt. Subdunt Patres: *Diluculo autem proinde oratur, quod reſurrectio Chriſti celebretur. De vigiliarum autem antiquitate ſatis Euangelia loquũtur. &c. vnde oportet his horis pſallendi, orandiq; frequentiam nos in ſanctis habere officijs, finemq; noſtrum, vel ſi aduenerit ſub tali actu, expectare ſecuri. Eſt autem quorundam genus hæreticorum, ſupernacuas exiſtimantium ſacras vigilias, ſpiritali opere infructuoſas dicentes eas, iura temerantes diuina, qui noctem fecit ad requiem, ſicut diem ad laborem. Qui hæretici Græco ſermone Nyctazontes, hoc eſt, ſomniculoſi vocantur.* Deinde cap. 132. De Angelorum in ſacris horis aſſiſtentia loquuntur: *Nec dubitare licet* aiunt) *vbi corporis & ſanguinis Dominici geruntur myſteria, ſupernorum ciuium adeſſe conuentus, vnde ſtudendum ſolerter eſt, vt cùm Eccleſiam vel ad diuinas laudes debita ſoluẽda, vel ad agenda Miſſarum ſolẽnia, intramus, ſemper Angelicæ præſentiæ memores, cùm timore & veneratione competenti cæleſte compleamus officium, ne ſi quod abſit id negligenter, aut inhoneſtè vel tepidè expleuerimus, & ad perficiendum pigri aduenerimus, in ſententiam, quæ dicitur, maledictus homo, qui opus Dei facit negligenter, miſerabiliter labamur. Ergò ſolerti induſtria nobis obſeruandum eſt, ne quid in Eccleſia Dei ineptum, ne quid peruerſum, ne quid indecens aut cogitatione, aut actibus, aut verbis perpetremus: quatenus & conſpectu Domini & Angelorum digni efficiamur, & Dominus ad nos veniens, nõ quod condamnet in nobis, ſed potius, quod remuneret inueniat.* Eadem CAROLVS MAGNVS in ſuis cõſtitutionibus. Reliquum habes in vocabulo, Officium diuinum, Cantus Eccleſiæ, Hymnus & Pſallendi diſciplina. &c.

Paulus Diaconus.

Concilium Aquiſgranenſe I. ſub Ludouico I. Imperat.

Iſidorus Hiſpalenſis.

Vide de negligentibus qui cũctantur perſoluere horas canonicas.

Daniel. 6.

Exod. 29.

Pſal. 131.

Pſal. 62.

Matutinarum vſus antiquiſſimus vnde iam pri[illegible] originẽ.

Iacentes & [illegible] & alij [illegible] ſic non tales ſunt.

Angeli interſunt horis [illegible] & ſacro Miſſæ.

Serm. 48.

Carolus Magn.

De horis canonicis & M[illegible] leges in q[illegible] hiſtoria, quod in [illegible] romontana [illegible] Vrbano 2. inſtituta ſunt, & ſabbato offi[illegible] cium de eadem eccleſ[illegible] Ioannes Chryſoſtomus.

HOSPITALITAS.

Hoſpitalitas commendatur, & iniungitur potiſsimum Eccleſiaſticis.] Impoſſibile nobis eſſet effari omnia, quæ in cõmendationem hoſpitalitatis IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 41. in Gèneſin, in cap. 18. vbi narrat quomodo Abraham exceperit Angelos, diſſeruit, & homilia 42. & iterum homil. 48 Ea recenſet etiam GRATIANVS in Decreto, diſtinct. 42. per totum. Porrò AVGVSTINVS HIPPONENSIS lib 3. de verbis Domini, ſerm. 9. *Agnoſcite* (inquit) *fratres hoſpitalitatem. per hanc enim peruentum eſt ad Deũ. Suſcipis hoſpitem cuius tu comes es in via, quia omnes peregrini ſumus.* Et iterũ lib contra quinque genera hæreſum. *Diſcite Chriſtiani ſine diſcretione exhibere hoſpitalitatẽ, ne forte cui domum clauſeritis, cui humanitatẽ negaueritis, ipſe ſit Deus, &c.* Verùm ad propoſitum redeamus. MELITO SARDENSIS Epiſcopus, referẽte EVSEBIO CAESARIENSI lib. 4. cap. 24. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, elegantiſſimum librũ de hoſpitalitate ſcripſit: ſed & TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS lib. 2. ad vxorem, Chriſtianis maximoperè hoſpitalitatem antiquitus commendabilem profitetur. Hoc & BASSIANVS EPHESINVS Epiſcopus, cùm Epiſcopatu eſſet deiectus, agens cauſam ſuã coram Valentiniano & Martiano Imperatoribus, ſe à iuuenili ætate obſeruaſſe dicit, & vixiſſe cùm pauperibus, & Ptochium, id eſt, locũ ad recipiendos mẽdicos feciſſe, & in eo poſuiſſe ſeptuaginta lectos, & omnes languentes & vlceratos hoſpitio ſuſcepiſſe, hæc habentur & leguntur Actione 11. Concilij Chalced. Hinc & Concilium ARVERNENSE, vt allegatur in Codice quinque librorũ partialium, lib 2. cap. 103. *Placuit vt Presbyteri ſuas*

Auguſtinus Hipponenſis.

Melito Sardenſis Epiſcopus [illegible] Caſa[illegible]

Tertullianus Carthaginenſis.

Baſsianus Epheſinus.

Cõcilium Aruernenſe.

plebes

A *plebes admoneant, vt hoſpitales ſint, & nulli iter facienti manſionem denegent: & vt omnis occaſio rapina tollatur, nihil carius vendant tranſeuntibus, niſi quanto in mercato vendere poſſint. Quod ſi carius vendere, voluerint, ad Presbyterum tranſeuntes hoc referant, & illius iuſſu, cum humanitate, eis vendant.* Concilium MATISCONENSE II. cap. 11. *Sectatores nos hoſpitalitatis eſſe non ſolùm Dominus Ieſus admonet, cùm ſe dicit in hoſpitem receptum fuiſſe, ſed etiam eius Apoſtolus omnibus penè ſuis præceptis. Propterea vnumquemque noſtrum oportet nō ſolùm ſemetipſum ad hoc opus hortari, ſed etiam omnium fidelium mētes, vt poſſint apud Deum miſericordiæ operibus pro noſtris peccatis intercedere, & nos ei per puram hoſpitalitatem reconciliare. Si quis ergò noſtrum non admonuerit, aut exemplum exhortationis ſua ipſe prius non comprobauerit opere,* B. *indignationem proculdubiò incurret Dominicæ maieſtatis. Prædicetur hoc noſtra mediocritatis ſtatutum in auribus omnium Chriſtianorum, &c.* Idem cap. 13. dicit Epiſcopalem domum inſtitutam eſſe, vt omnes, ſine perſonarum acceptione, in hoſpitalitate recipiat. Hinc & BENEDICTVS CASSINENSIS cap. 53. Regulæ ſuæ. *Omnes (ait) ſuperuenientes hoſpites tanquam Chriſtus ſuſcipiantur, quia ipſe dicturus eſt: Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me. Et omnibus congruus honor exhibeatur, maximè domeſticis fidei & peregrinis* & reliqua. vide quod ſequitur, quia prolixū eſt caput. Denique Cōcilium generale VI. cano. 9. (eorum qui illegitimi tamen ſenſentur) hoſpitalitatem ſummoperè cōmendat & iniungit, prohibēs, C ne merces pro hoſpitalitate recipiatur, & nulli hoſpitiū denegetur. Hoc & CAROLVS MAGNVS in ſuis Conſtitutionibus renouat, & Concilium AQVISGRANENSE I. ſub Ludouico I. Imper. c. 141. vbi omnibus Epiſcopis & prælatis iniungit, vice ſua cuidā committere curam ſuſcipiendi hoſpites venientes & peregrinos, vtpotè Chriſtum in membris ſuis, qui ei neceſſaria libenter pro viribus adminiſtret. Hinc & præcipit Clericis, vt ſi alijs tēporibus non liceat, ſaltem Quadrageſimæ tempore pedes pauperum (vide ſuprà ablutio) in competenti lauēt hoſpitali. *Quapropter expedit (ait) vt in competenti loco hoſpitale ſit pauperum, vbi perfacilis ad illud veniendi cōuentus fratrū poſſit fieri.* D *Is autem cui hæc cura recipiendi hoſpites & pauperes ſi negligens fuerit, acerrimè corripiatur, potiſſimè ſi res pauperum in ſuos vſus aptauerit.* Memorabilis hoſpitalitatis exēpla NICEPHORVS CALLISTVS profert lib. 8. Eccleſ. hiſtoriæ, c. 42. vt de Spiridone qui tātum hoſpitalitatem dilexit, vt etiam tēpore Quadrageſimæ, cùm nihil haberet hoſpitibus apponendum, non erubuerit illis carnes quas potuit reperire apponere. Lege hiſtoriam pulcherrimam loco prætacto. Item lib. 11. cap. 38. aliud refert inſigne hoſpitalitatis exemplum de Mela, qui etiam ſuis inimicis benignè hoſpitalitatē exhibuit. Lege quoque hiſtoriā. Prætereà Conciliū PARISIENSE III. lib. 2. cap. 14. ſic loquitur: E *Operæ precium duximus nos exhortando admonere, & admonendo exhortari, vt hoſpitalitatē præcipuè ſacerdotes Domini ſectari meminerint, ab Apoſtolo quippè inter cætera virtutum præconia quæ Epiſcopo ineſſe debent, hoſpitalitas etiam habenda prædicatur. Epiſcopi namque domus, vt B.* HIERONYMVS *ſcribit in epiſtolam ad Titum c. 1. omnium commune debet eſſe hoſpitium. Laicus enim vnum, aut duos, aut paucos recipiens, implebit hoſpitalitatis officium: Epiſcopus niſi omnes recipiat, inhumanus ab eo ſcribitur. Hoſpitalitas porrò quam Dominus remuneraturum ſe eſſe aſſerunt, illa eſt intelligenda quæ membris Chriſti, tecto, ſ. indigentibus & diuerſas neceſſitates patientibus, exhibetur. Vnde ait Iob: Foris non manſit* A *peregrinus, oſtium meum viatori patuit, & Petrus: Hoſpitales inuicem ſine murmuratione: & alibi charitas fraternitatis maneat in vobis, & hoſpitalitatem nolite obliuiſci: per hanc enim placuerunt quidam, Angelis hoſpicio ſuſceptis.* Et Paulus: *Hoſpitalitatem ſectantes.* ORIGENES in 12. cap. ad Roma. *Dignè hoſpitalitatis magnificentiam vno ſermone cōprehendit, Dicens enim hoſpitalitatem ſectandā, non illud ſolum oſtendit quod venientem ad nos hoſpitem ſuſcipiamus, ſed requiramus, & ſolicitiſſimus, & ſectemur & perquiramus vbique hoſpites, necubi fortè in plateis ſedeant, aut extra tectum iaceant.* Hinc GREGORIVS *I. homi. 23.* pulchrè de hoſpitalitate diſſerit. *Proinde ſtudendum ſummopere Epiſcopis eſt, (infert) vt cū hoſpitalitatem ſubditis habendam prædicant, ipſi eam ante omnes primū* B. *factis adimpleant, vt quod verbis prædicant, operibus oſtendant.* Multa de ſectanda hoſpitalitate Concilium AQVISGRANENSE II. c. 3. & Concilium MELDENSE c. 28. dū de Epiſcopo viſitante tractat. Vide Viſitatio, &c. Prætereà de amplectenda Epiſcopis hoſpitalitate Conciliū OXONIENSE in Anglia, c. 1. vbi etiam de pauperibus audiendis certa datur cōſtitutio. Vide in vocabulo, Pauper, &c. & ſuprà, Eleemoſyna. Denique Conciliū TRIDENTINVM generale ſeſs. 25. quæ fuit 9. ſub Pio IV. c. 8. decreti reformationis. *Admonet S. Synodus quoſcunque Eccleſiaſtica beneficia ſecularia ſeu regularia obtinentes, vt hoſpitalitatis officium à S. Patribus frequenter cōmendatum, quātum per eorum prouentus licebit prōpte benignèque, exercere aſſueſcant, memores, eos* C *qui hoſpitalitatem amant, Chriſtum in hoſpitibus recipere.* Reſiduum vide in vocabulo, Eleemoſyna, & infrà in dictione, Pauper, &c.

HOSPITALE.

Hoſpitalia erigenda.] Superiori annotatione ex BASSIANO EPHESIO oſtenſum eſt, quia antiquo more hoſpitalia ſunt erecta ad ſuſcipiēdos pauperes. Hoc infinitis adhuc poſſem proferre authoritatibus & exēplis, niſi ea ſufficerent, quæ ſuperiori diſtinctione annotata ſunt, & adhuc hodie fides oculata, teſtaretur Patribus noſtris fuiſſe ſummū ſtudiū hoſpitales pauperū domos erigere. Quæ certæ hoſpitalia Conciliū COLONIENSE III. part. 11. c. 1. 2. 3. 4. 5. & reliq. iubet, D ſi ruinā minantur, reſtaurari. Iubetur prætereà, vt ibidem priùs animæ pauperū curētur, quàm corpora, ſacramentorum, ſ. adminiſtratione, & in ea ſoli recipiantur, qui morbo, aut debilitate, aut ætate præpediti, victū & veſtitū ſuis manibus cōparare nō poſſunt: mendicātibus verò validis clauſa ſint. Præcipit quoque hoſpitalium magiſtris, ne de bonis pauperū ſe ditent, & fiant pauperū deprædatores, raptoréſque de alieno viuentes, ac velut, ex ſanguine pauperum ſaginati. Hoc D. Hieronymus grauiſſimè increpat. *Qui (ait) ex bonis parentum & ſuis opibus ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperū eſt, acci-* E *piunt, ſacrilegiū profectò cōmittunt, & per abuſionē talium, iudiciū ſibi manducant & bibunt.* PROSPER AQVIT. *Non eſt meū (ait) dicere quantū peccatum eſt eorū, qui cibos pauperū ſibi vſurpāt, & vnde pauper victurus erat præſumendo, ſuſcipiunt.* Inde præfatum Conciliū c. 7. eiuſdē partis, quò vigilātiores in officio ſint, ſingulis annis, aut ſæpiùs magiſtratui eius loci rationē de omnibus, præſente parocho, iubet reddere. Hoc approbat & cōfirmat Conciliū AVGVST. c. 27. & Conciliū TRIDEN. ſeſs. 25. quæ fuit 9. ſub Pio IV. c. 8. decreti reformationis, vbi de bonis & facultatibus hoſpitaliorū, ſi fortè non ſint pauperes ſecundū redditus & prouētus quātitatem, in alios pios vſus præditos fructus iubet cōuerti, qui eorum inſtitutioni proximiores ſunt,

Optima certe cōſtitutio, ſed nō obſeruatur, ita ſeculis noſtrum infelix eſt.

Concilium Matiſconenſe 2.

Benedictus Caſſinenſis.

Concilium Cōſtantinopolitanum 3. generale 6.

Carolus Magnus.

Concilium Aquiſgranenſe 1.

Nicephorus Calliſtus. Spiridonis hoſpitalitas.

Concilium Pariſienſe 3.

1. Timoth. 3.

Hieronymus Stridonenſis.

Hoſpitalitas vera quæ ſit. Iob. 31.

1. Petr. 4. Hebr. 13. Geneſ. 9. & 19. Roman. 12.

Gregorius I.

Concilium Aquiſgranenſ. 2. Concilium Meldenſe.

Concilium Oxonienſe in Anglia.

Cōcilium Tridentinum generale nouiſſimum.

Baſſianus Epheſius.

Concilium Colonienſe 3.

Salubris admonitio & conſideratio.

Hieronymus Stridonenſis.

Proſper Aquitanicus.

Concilium Auguſtēſe ſub Othone Cardinali.

Concilium Tridentinum generale.

ac pro loco & tempore vtiliores, prout ordinario videbitur. Adminiſtratio autẽ non conceditur alicui horum locorũ vltra triennium, ſed alij ſubſtituantur, & reddant omnes vnoquoq; anno rationem, priuilegijs quibuſcunq; excluſis. Vide reſiduum infrà dictione, Pauperum oppreſſores, & ſuperiùs, Facultates Eccleſiæ quomodo diſpenſandæ, &c.

Hvmilitas.

Origenes Adamantius.

Duplex humilitas.

Humilitas maxima virtus.] Origenes Adamantivs homil. 20. in Ioſue, cap. 15. *Duas* inquit *humilitates eſſe certũ eſt: vnã laudabilem, de qua dicit Saluator: Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde & inuenietis requiem animabus veſtris. Et de hac humilitate dictum eſt: quia omnis qui ſe humiliat exaltabitur, &c. & alibi: Humiliamini ſub potentiſſima manu Dei. Eſt autẽ & alia humilitas culpabilis peccatorum, ſicut illa quam de illicito coitu dicit ſcriptura, quia humiliauit illã. quod de Amon ſcriptum eſt, quia humiliauit Thamar ſororem ſuã. Eſt & longè humilitas inanis quæ deſcendit ex peccato, &c.* De hac autẽ nõ loquimur, ſed de illa, quã ſic extollit Cyprianvs Carthaginensis ſerm. de Natiuitate Chriſti.

Cyprianus Carthaginẽſis.

Primus religionis introitus humilitas.

Hic eſt primus religionis introitus, ſicut in mundũ primus Chriſti ingreſſus, vt quicunq; piè vult viuere humiliter de ſe ſentiat, neq; ſupra ſe in mirabilibus ambulare præſumat. Fundamentũ ſanctitatis ſemper fuit humilitas, nec in cælo ſtare potuit ſuperba ſublimitas. Hanc primam gratiã, ingrediẽs mundũ noſter paruulus, attulit, & à cunabulis nos ſibi conformes fieri volẽs, teneri voluit in vita, quod exhibuit in perſona, &c. Gregorivs Nazianzenvs oratione vigeſima prima de modeſtia in diſceptationibus obſeruanda, humilitatem miris effert præconijs.

Gregorius Nazianzenus.

Ambroſius Mediolanẽſis.

Ambrosivs Mediolanensis epiſtola ad ſacram Virginem, Demetriadem, in ordine 84. libro decimo. *Prima* (ait) *humilitatis ratio in communis vitæ verſatur officijs, quibus & diuina clementia conciliatur, & ſocietas humana conneritur. Multum enim ad roborandã dilectionem valet, cum ſecũdum doctrinam Apoſtoli inuicem ſe homines honore præueniunt, & alter alterũ ſuperiorẽ exiſtimãtes amant ſeruire ſubiectis, & neſciunt amere prælati: cum & pauper diuite non ſibi dubitat anteferre, & diues pauperem ſibi gaudeat æquare, cum & ſublimes non ſuperbiunt de claritate proſapiæ, & pauperes non extolluntur de cõmunione naturæ: Cum deniq; non plus tribuitur magnis opibus, quam bonis moribus, nec maior ducitur phalerata iniquorũ potentia, quam rectorũ inhonora miſeria. Ab hoc æquo & modeſto iure concordiæ, in quo nullũ eſt de gradu ſuperiore certamen, nec fælicitas aut inflat propria, aut vrit aliena. Pulchrè & mirabiliter à pleriſq; proficitur ad illã humilitatis fortitudinem, quæ & ſe extra omnẽ conſtituit dignitatem, & mauult apta eſſe iniurijs accipiendis, quam idonea repellendis, &c.* Vide reliquum. Hinc Ioannes Cassianvs libro tertio, de inſtitutis Cœnobiorum, cap. 39. (*Contẽptu* ait) *& priuatione facultatum omnium humilitas acquiritur. Humilitas verò his indicijs cõprobatur. Primò ſi mortificatas in ſe ſe habeat omnes voluntates. Secundò, ſi non ſolùm actuũ ſuorum, verum etiam cogitationũ nihil ſuum celauerit ſeniorem. Tertiò, ſi nihil ſuæ diſcretioni, ſed iudicio eius vniuerſa cõmittat, ac monita eius ſitiens ac libenter auſcultet. Quartò, ſi in omnibus ſeruet obedientiam, manſuetudinem & patientiæ conſtantiam. Quintò, ſi non ſolùm iniuriã inferat nulli, ſed nec ab alio quidem ſibimet irrogatam doleat atq; triſtetur. Sextò ſi*

Primo humilitas ratio.

Roma. 12.

Ioannes Caſſianus.

Iudicia quibus cognoſcitur humilitas.

nihil agat, nihil præſumat, quod non vel communis regula, vel maiorum cohortantur exẽpla. Septimò ſi omni vilitate contẽtus ſit, & ad omnia ſe, quæ ſibi præcipiuntur, velut operarium malum iudicauerit & indignum. Octauo, ſi ſemetipſum cunctis inferiorem non ſuperficie pronunciet labiorum, ſed intimo cordis credat affectu. Nonò, ſi linguam cohibeat, vel non ſit clamoſus in voce. Decimò, ſi non ſit facilis ac promptus in riſu. Talibus namq; indicijs & his ſimilibus humilitas vera dignoſcitur, &c. Idem & de humilitate vera quæ ſit, exponit liquidius collat. 18 Abbatis Pyamonis, cap. 11. & reliquis collationibus, quas mirabili induſtria Petrvs Pocqvetvs Cœleſtinus (vir omni virtutum & doctrinæ genere fulgens, & cuius authoritas etiam in cauſis forenſibus, vtpotè excellentiſſimi Iuriſcõſulti, ſæpiùs à Legiſperitis affertur) in compendium redegit. Verùm & Benedictvs Cassinensis capite ſeptimo, Regulæ ſuæ, in deſcribendis humilitatis gradibus eundem ordinem & formam tenuiſſe videtur, quàm ſuperiùs aſſignauit Caſſianus. Hoc caput poſteà Bernardvs Clareval. doctiſſimè expoſuit, & ex noſtris Antonivs Pocqvetvs Cœleſtinus in Scripturis ſanctis nobiliter doctus, cui vix parem, aut ſecundum inueneris, ſi eius ſcripta enucleatiùs volueris diſcutere. Petrvs Barovs Cœleſtinus, quandoque eiuſdem ordinis Prouincialis vita ſanctiſſimus & doctrina excellentiſſimus, atque mihi familiariſſimus Simon Dv Corroy tertio & ipſe Prouincialis immutabilis vir vitæ, & conuerſationis atq; doctrina conſpicuus, luculenter in hanc regulam Benedicti diſſeruerunt, & eam etiam calliginoſis mentibus lucidam reliquerunt, vt hos verò omittamus, de humilitatis virtute & præſtantia excellentiùs cæteris Ioannes Chrysostomvs homilia 3. de Patiẽtia Iob, & homilia, de eo quod Sanctus Dauid dixit, Quis ſum ego, quod talem gratiam inueneram ante faciem tuam, &c. & homilia decima quinta in Matthæum capite quinto. *Vnuſquiſque* (ait) *humilitate ſuppoſita tutiſſime, cuncta alia ſuperponit ædificia: hac verò ſubducta etiamſi ad ipſum vſque cœlum conuerſationis ſublimitate perueniat, ſimul omnia ſubtrahuntur, atq; in finem peſſimum relabuntur. Nam ſiue orationem ſiue ieiunium, ſiue miſericordiam, ſiue pudicitiam, ſiue aliud quid bonorũ abſque humilitate congreges, ſtatim cuncta defluunt, cuncta depereunt, &c.* Hieronymvs Stridonensis epiſtola ad Celantiam, De inſtitutione matrisfamilias, ſummopere humilitatem cõmendat, & lib. 2. Commentariorum in epiſt. ad Epheſios, c. 4. *Omnis* (inquit) *humilitas non tam in ſermone, quàm in mente eſt, vt humiles nos eſſe conſcientia nouerit, & nũquam nos, vel ſcire, vel intelligere. vel eſſe aliquid æſtimemus, &c.* Præterea Avgvstinvs Hipponensis in multis locis, & his inenarrabilibus humilitatem prædicat, & præcipuè epiſtola 56. ad Dioſcorum: *Nulla alia eſt* (ait) *ad capeſcendam veritatem via, quàm humilitas. Et ea eſt prima humilitas, ſecunda humilitas, tertia humilitas, & quoties interrogares, hoc dicerem. Non quòd alia non ſint præcepta quæ dicantur, ſed niſi humilitas omnia quæcunque benefacimus, & præceſſerit, & comitetur, & conſecuta fuerit, & propoſita quam intueamur, & appoſita cui adhæreamus, & impoſita qua reprimamur, iam nobis de aliquo beneficio credentibus totum extorquet de manu ſuperbia. Vitia quippè cætera in peccatis, ſuperbia verò & in rectè factis timenda eſt, ne illa quæ laudabiliter facta ſunt, ipſius laudis*

Petrus Pocquetus Cœleſtinus.

Benedictus Caſſinenſis.

Bernardus Clareuallenſis.

Antonius Pocquetus Cœleſt.

Petrus Barous Cœleſt.

Symon du Corroy Cœleſt.

Ioannes Chriſoſtomus.

Hieronymus Stridonenſis.

Auguſt. Hipponenſis.

Attende dictum dignum.

Idem alienus

cupi-

cupiditate amittantur. Itaque ſicut Rhetor ille nobiliſſimus, cùm interrogatus eſſet, quid ei primum videretur in eloquentia præceptis obſeruari oportere, pronunciationem dicitur reſpondiſſe, & cùm quæreretur, quid ſecundo, eandem pronunciationem, & quid tertio, nihil aliud quam pronunciationem dixiſſe: Ita ſi interrogares, & quoties interrogares de præceptis Chriſtianæ religionis, nihil me aliud reſpondere, niſi humilitatem liberet, & ſi fortè alia dicere neceſſitas cogeret. Huic humilitati ſaluberrimæ, quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus, vt doceret humiliatus eſt, maximè aduerſatur quædam, vt ita dicam, imperitiſſima ſcientia, dum nos ſcire gaudemus, quid Anaximenes, quid Anaxagoras, quid Pythagoras ſenſerit, & cæteri huiuſmodi, vt docti eruditiq́; videamur, cum hoc à vera doctrina & eruditione longè abſit, &c.

HYMNVS.

De hymnis dicis [illegible]ibus ad laudem Dei & quis hymnos cōpoſuer[it] hic diſſeremus.

Hymnorum Eccleſiaſticorum concentus antiquiſſimus vſus.] Quandoquidem omnia hæretici peruertunt quæ ad laodem & honorem Dei conducunt, etiam Eccleſiaſticus cantus & hymnos aoerſantes, tanquam quippiā abominaodum, volomus ab initio repetere. Hymnoorum Eccleſiaſticorum vſum in Eccleſia fuiſſe, licet iam præſtiterimus in præcedentibus, ſcilicet, in vocabulo Cantus, & Horæ canonicæ, & infrà etiam in dictione, Pſallere, &c. vt deſiſtant latrare canes, dum ſe nouerint graui vulnere ſauciatos, teſtimonijs, ſcilicet, ſanctorū Patrū. Igitur DIONVSIVS AREOPAGITA libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, parte 2. cap. 2. antiquiſſimum vſum cantandi in Eccleſia hymnos memorat, dum de illo recitat, qui properabat ad Baptiſmum, habuiſſe pro more hymnum aliquem ſacris libris inſertum, & ſimul cùm omnibus Eccleſiæ ordinibus in Eccleſia ante Pontificē cecinisse. Idē refert & parte 2. cap. 3. eiuſdem libri, cùm loquitur de ritu celebrandæ Miſſæ, vt dicemus infrà in vocabulo, Miſſæ ritus, &c. ABDIAS BABYLONIVS lib. 8. certaminis Apoſtolici, recēſet fideles cum hymnis S. Bartholomæi corpus, & cum omni gloria deduxiſſe. PHILO IVDÆVS libro De vita contemplatiua, loquens de monachis qui Alexandriæ & in Ægypto degebāt, dicit, quia ſoliti erāt hymnos alternatim decantare, vt dicemus in vocabulo, Monachus, & pſallendi diſciplina. Porrò præfatus Dionyſius in epiſtola ad Demophilum, recenſet B. Carpum ad diuinos hymnos ſolitū ſurgere. IGNATIVS MARTYR refert Nicephorus Calliſtus lib. 13. cap. 8. SOCRATES lib. 6. cap. 8. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, in Antiochena Eccleſia hymnos & antiphonas iuſſit decātari. Nam vbi referunt prædicti hiſtoriographi, in Conſtantinopolitana vrbe ſupplicationes fieri ſolitas, in quibus decantabantur hymni, addunt: *Catholica Eccleſia principio eiuſmodi pſalmodiæ hymnorúmque canendorum inde ſumpto, adhuc vſque dum conſuetudinem hanc retinet, & ſacris cantilenis operatur. Morem autem Antiphonarum, hoc eſt, alterius per reſponſionem carminum concinnendorum, Eccleſia antiquitus iam inde ab Apoſtolis accepit. Diuinum namque Ignatium (qui tertius in Eccleſia Antiochena a Petro Apoſtolo Hierarcha fuit, & cum Apoſtolis omnibus plurimo tempore vixit) cum per ecſtaſim animo cōſternatus eſſet, viſionem nouam vidiſſe ferunt, ſanctos, ſcilicet, Angelos alternis & ſibi inuicem reſpondētibus carminibus ſanctam Trinitatem hymnis & laudibus vehentes, & ipſe primus hanc concinendi formam Antiochenorum Eccleſiæ dedit. Vnde quaſi a fonte in alias Eccleſias Dei omnes, hæc conſuetudo propagata eſt. Hæc quæ Antiphonis & reſpondentibus ſibi inuicem hymnis accepi memoriæ poſteritatis commendanda duxi.*

Dionyſius Areopagita.

Abdias Babylonius.

Philo Iudæus.

Ignatius Martyr.

Nicephorus Calliſtus.

Socrates.

Attende hæret[ic]e [ant]iquum cū[m] ma[x]ima vſum.

Vide hinc in vocabulo, Triſagium, vbi exponitur hymnus ille quem audiuit Ignatius. Denique IVSTINVS MARTYR Apologia ſecunda pro Chriſtianis ad Antoninum Pium, hymnorum Eccleſiaſticorum meminit. Et PLINIVS SECVNDVS epiſtola miſſa ad Traianum, de Chriſtianis, quæ ſic incipit: Solenne eſt mihi Domine omnia de quibus dubito, & cæter. EVSEBIVS CÆSARIENSIS libro Tertio, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite vigeſimo ſexto, refert Chriſtianos tunc temporis ſolitos Deo ante lucanos hymnos canere. Idem Euſebius libro 8. cap. 9. de quibuſdam loquens martyribus, ait: *Expectabant locum martyrij pſallentes, & hymnos Deo canentes, vt hæc agentes etiam extremos ſpiritus in Dei laudibus exhalarent.* Vide in vocabulo, Cantus. Porrò HILARIVS PICTAVIENSIS edidit librum hymnorum, qui adhuc hodie in Eccleſia legitur. De Athanaſio Magno GREGORIVS NAZIANZENVS oratione 18. teſtatur, quòd frequentiſſimè Pſalmodiam decantabat & hymnos. Idem & teſtatur de Baſilio Magno oratione 8. in eundem Oratione 9 in Gorgoniam ſororem, tunc prudentis pſalmodiarum meminit, quem prædicta ſoror ſacra Virgo deuotiſſimè frequentabat. Orationem autem 14 in Gregorium patrem, illum ſe exercuiſſe in pſalmodia tam nocturna, quàm diurna memorat. Porrò EPIPHANIVS CYPRI ad calcem operis contra hæreſes. *Matutini* (ait) *hymni in ipſa Eccleſia fiunt perpetuò, & orationes matutinæ, lucernaléſque ſimul Pſalmi & Orationes.* Hinc NICEPHORVS CALLISTVS libro 9. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 24. De hymno Gloria Patri, ſic refert: *Quidam Patrem & Filium eodem honore celebrantes,* (hæc ſub Conſtantio facta narrantur) *nonnulli Patrem in Filio,* præpoſitione interiecta obſcuriùs ſecundas partes Filio tribuentes) *alij gloria Patri per Filium in Spiritu ſancto, quidam etiam, Gloria Patri & Filio in Spiritu ſancto, canebant. Primum omnium ferunt Antiochenum Flauianū, monachorum coacta caterua clarè accinuiſſe: Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto. Quod quidem, vt nihil habens ſuſpicionis, in Eccleſijs Dei obtinuit.* Vide ſuprà, Gloria Patri, &c. Hinc AMBROSIVS MEDIOLANENSIS egregiè in componendis metricis verſibus hymnis verſatus eſt, quos & in Mediolanenſi Eccleſia cantari inſtituit, vt refert Auguſtinus, ſicut mox dicetur. PAVLINVS NOLANVS in vita eiuſdem Ambroſij, ad eundem Auguſtinum ſcripta, vbi ſic loquitur: *Hoc in tempore primò Antiphonæ, Hymni ac Vigiliæ in Eccleſia Mediolanenſi celebrari cœperunt: Cuius celebritatis deuotio vſque in hodiernum diem, non ſolùm in eadem Eccleſia, verùm per omnes penè prouincias occidentis manet, &c.* Idem autem Ambroſius ſermone 19. in Pſalmum 118. exponens illud: Præuenerunt oculi mei ad te diluculo. *Quam iocundum eſt* (ait) *inchoare ab Hymnis & Canticis, à beatitudinibus, quas in Euangelio legis, &c.* Idem enarratione in pſalmum quadrageſimum tertium, ſæpiùs concinnendi in Eccleſia hymni meminit. Porrò IOANNES CHRYSOSTOMVS, vt refert Socrates libro ſexto, capite

Vide hinc vocabulum Triſagium.

Iuſtinus Martyr.

Plinius ſecundus.

Euſebius Cæſarienſis.

Hilarius Pictauienſis.

Gregorius Nazianzenus.

Epiphanius Cypri.

Nicephorus Calliſtus.

Gloria Patri & Filio hymnus vnde, vide etiam ſupra Gloria, &c.

Ambroſius Mediolanenſis.

Paulinus Nolanus.

Ioannes Chryſoſtomus.

Socrates hyſtoriographus.

8.& habe ut in hiſtoria tripartita Caſſiodori lib. 10. *Orationes in nocturnis hymnis auxit.* Infrà vbi deſcribit Theodoſij Iunioris imperium: *Cuncti* (ait) *fideles Deo magno ſupplicantes, hymnos concorditer offerebant, & tota ciuitas velut vna pſallebat Eccleſia.* Sed & idem de ſe Chryſoſtomus loquitur, homi. 1. de verbis Eſayæ Prophetæ, Vidi Dominum ſedentem, &c. *Vnde* (inquit) *perſpicio ſermones meos ad opus proficere? nimirum ex hoc concurſu, ex eo quod Eccleſiam omnium matrem ſtudioſè amplectimini: ex hac pernocte perpetua ſtatione, ex eo quod Angelicorũ ordinum ſtationẽ imitantes, ſine ceſſatione q́ laudes & hymnos offertis conditori. O mira Chriſti dona! In ſupernis exercitus Angelorum canunt gloriam, in terris homines, in Eccleſijs choros agentes, ad illorum exemplum eandem canunt gloriam, &c.* Vtinã lector quod ſequitur non dedignetur perlegere. Idem homil. 56. in Matth cap. 16. vbi monachorum ſui temporis deſcribit vitam & conuerſationem, dicit illos ante cibum, & poſt cibum hymnos Deo canere ſolitos. *Poſt cœnam.* (inquit) *pra[illegible] penitus ignorant, quoſdam gratiarum actionis hymnos ad Deum dicentes, huius etiã vocis meminerunt: Benedictus Deus qui me paſcit à iuuentute mea, qui omni carni cibũ præbet, reple lætitia & gaudio corda noſtra, vt ſemper ſatis habẽtes, ad omne bonũ opus abundemus, &c.* lege reliquũ.

Vide quia in Eccleſia, chorus pſallentiũ angelos imitatur, ô hæretice.

Hinc Conciliũ Agathenſe I. cap. 30. & allegat Gratianus de conſecr. diſtinct. 5. cap. conuenit. *Et quia conuenit* (ait) *ordinem Eccleſiæ ab omnibus æqualiter cuſtodiri, ſtudendum eſt ſicut vbiq; fit, vt poſt antiphonas collectiones, ab Epiſcopis vel presbyteris dicantur, & hymni matutini, vel veſpertini decantẽtur diebus omnibus, & in concluſione matutinarum vel veſpertinarum & Miſſarum, poſt hymnos capitella de Pſalmis dicantur, & plebs collecta oratione ad Veſperam, ab Epiſcopo cum benedictione mittatur.* Hinc Avgvstinvs Hipponenſis lib. 9. Confeſſionum, c. 6. *Quantum fleui* (ait) *in hymnis & canticis tuis, ſuaue ſonantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter! Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea æſtuabat inde affectus pietatis, & currebant lachrimæ, & bene mihi erat cum illis. Non longè cœperat Mediolanenſis Eccleſia genus hoc conſolationis & exhortationis celebrare,* (infert cap. 7.) *magno ſtudio fratrum concinentium vocibus & cordibus. Nimirum annus erat, aut non multò amplius, cùm Iuſtina Valentiniani Regis pueri mater, hominem tuum Ambroſium perſequeretur hæreſis ſuæ cauſa, qua fuerat ſeducta ab Arrianis. Excubabat pia plebs, mori parata cum Epiſcopo ſuo ſeruo tuo. Ibi mea mater ancilla tua, ſolicitudinis & vigiliarum primas partes tenens, orationibus viuebat. Nos autem adhuc frigidi à calore ſpiritus tui, excitabamur tamen ciuitate attonita, atque turbata. Tunc hymni & pſalmi, vt canerentur, ſecundum morẽ Orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabeſceret, inſtitutum eſt, ex illo in hodiernum diem retentum, multis iam & penè omnibus gregibus tuis per cæteras orbis partes imitantibus, &c.* Idem in Pſalm. 148. *Hymnus* (ait) *eſt cantatus cum laude Dei. Si laudas Deum, & non cantas, non dicis hymnum: Si cantas & non laudas Deum non dicis hymnum: Si laudas aliquid quod non pertinet ad laudem Dei, etſi cantando laudes, nõ dicis hymnum. Hymnus ergò tria iſta habet, & cãtum, & laudẽ, & Dei.* Idem omninò adhac repetit, ſub ſimili verborum forma & ſententia, exponens Pſalm 72. hinc eſt quod Haymo Halberstatenſis in c. 5. epiſt. ad Epheſios, exponens illud: Loquentes vobiſmet ipſis in Pſalmis, & hymnis & canticis ſpiritualibus. *Hymnus* (ait) *Græco eloquio Latinè ſonat, laus Dei. Hymnus*

Concilium Agathenſe 1. ſub [illegible]

Auguſtinus Hipponenſis.

Attende deuotum ſeueri ſpiritum.

Vide fidelem plebem & deuotam.

Hymnus quid?

Hayno Halberſtatenſis.

A *nus autem ſi componitur & non cantatur, non eſt hymnus* Hymnos autem Latinos, Ambroſius & Hilarius clariſſimi viri compoſuerunt præcipuè, & antiquiſsimus ſcriptor Hildefonſus Toletanus, hymnos compoſuit, vixit anno 548. verumtamen & dicitur Pavlvs Diaconvs illud excellentiſſimum hymnum compoſuiſſe ad laudem S. Ioan. Baptiſtę, qui incipit: Vt queant laxis, &c. Sedvlivs Presbyter illos compoſuit, qui in Natali & Epiphania cantãtur, ſ. A Solis ortus cardine, & Herodes hoſtis impie, &c. & illum, qui cantatur ad laudem virginis Mariæ, Salue ſancta parens, &c. Avrelivs Prvdentivs diuerſos compoſuit in honorem Martyrum, è quorum numero ille eſt, qui in honorem vnius martyris decantatur, Beate martyr, proſpera, &c. Præ-

B tereà Theodvlphvs Avrelianenſis Epiſcopus, illum hymnum pulcherrimum compoſuit, qui canitur in feſto Palmarũ, ſ. Gloria laus & honor tibi ſit Rex Chriſte Redẽptor, &c. cùm à Ludouico Imperatore miſſus eſſet in carcerem. Cùm idem Imperator in die Palmarum iuxta eius car[illegible] tranſiret, illos alta voce cœpit verſus canere[illegible] propterea inde liberatus eſt, & verſus ab [illegible]a recepti. Hermannvs Contractvs hymnos illos edidit qui ad laudem Deiparæ virginis quotidiè decantantur, ſ. Salue Regina miſericordiæ, &c. &, Alma Redemptoris mater,

C &c. Scripſit & ad laudem diuerſorum ſanctorum Hildebertvs Cenomanenſis hymnos qui frequentãtur in Eccleſia, & ſcripſerũt alij multi viri, doctrina & vita præcellentes, quorum nomina ſubticeo. Lege librum Hamvlarii Fortvnati Treuerenſis Epiſcopi de Eccleſiaſticis officijs, qui ſic exorditur, Satis & minimũ quidem, &c. vbi & de hymnis atque eorũ authoribus diſſerit, ſicut & facit libro De diuinis officijs. Angelonivs Lvxoniensis vir doctiſſimus, & Rvpertvs Tvitien. & , Remigivs Antissiod. & alij plures authores, qui egregiè Eccleſiaſticũ cantũ & hymnorũ rationẽ expoſuerũt. Cuius etiã pſalmodiæ & concentus

D hymnorũ antiquitùs in Eccleſijs frequẽtati, meminit Palladivs Cappado. lib. Paradiſi Heraclidis, c. 37. de S. Elpidio loquẽs, & etiam alibi, vt ſuprà diximus in vocabulo, Horæ Canonicæ, &c. Hinc Theodoretvs Cyren. in Philotheo, loquens de quodã Epiſcopo Carrorum, qui dicebatur Abraam. *Poſthac* (ait) *quaſi fidei præco Pſalmis & hymnis clamat, omneſq; conuocat, &c.* Lege & ea quæ ſuperiùs ex eodem protulimus. Porrò Vigilivs Tridentinvs Epiſcopus, in vita ſanctorũ Martyrum Siſinij, Martirij & Alexandri Cõcentus Eccleſiaſtici meminit, ſicut & lectoris, & Oſtiarij, & aliorum officiorum, qui ſeruiunt Eccleſiaſticis miniſterijs Simeon Meta-

E phrastes in vita Alipij Cionis, ſeptem horarum canonicarum, vt iam diximus, meminit, deſcribitq; formam & modum priſcorum Patrum in decantandis hymnis, & pſalmodia perſoluẽda. Tum & Sebaſtiani Martyris vitam deſcribens. *Cùm mox* (inquit) *illa fuiſſet conſumpta in Pſalmis & Hymnis, vbi dies aduenit, accipiens, &c.* Sed & Gregorivs I. lib. 4 Dialog c. 10. De Abbate ſæpe loquẽs. *Quintodecimo igitur die* (ait) *ad monaſterium ſuũ peracta prædicatione, reuerſus eſt, ibiq; fratribus conuocatis adſtans, ſacramentũ Dominici corporis & ſanguinis ſumpſit, moxq; cũ eis myſticos Pſalmorum cantus exorſus eſt, qui illis Pſallẽtibus, orationi intentus animã reddidit.* Lege eundẽ & eodẽ lib. c. 20. vbi pſalmodiæ meminit. Gregorivs Tv-

Paulus Diaconus.

Sedulius presbyter.

Aurelius Prudentius.

Theodulphus Aurelianenſis.

Hermannus Contractus.

Hildebertus Cenomanenſ.

Hamularius Fortunatus.

Angelonius Luxonienſis.

Rupertus Tuitienſis.

Remigius Antiſſiodorenſis.

Palladius Cappadocia.

Theodoretus Cyrenſis.

Vigilius Tridentinus.

Simeon Metaphraſtes.

Gregorius I.

Vide Euchariſtiæ ſumptionẽ in articulo mortis.

Gregorius Turonenſis.

RONENSIS non vno in loco, in opere in gloriam plurimorum martyrum edito, hymnorum meminit, & potiſſimè cap. 12. eiuſdem operis, vbi narrat frequentaros hymnos in Eccleſia Vaſatenſi, cùm ab huius obſideretur, nocte & die à ſacerdotibus. In pluribus alijs locis eiuſdem rei facit mentionem. AVDONEVS RHOTOMAGENSIS vbi vitam S. Eligij deſcribit, narrat B. Eligium interfuiſſe horis canonicis, & hymnis qui cantabantur in die anniuerſaria Paſſionis S. Martyris Dionyſij, & ibidem hominem omnibus membris contractum ſanaſſe, ſed hæc ſufficient. Vnde & Concilium TVRONENSE II. ſub Pelagio I. can. 24. *Licet (ait) hymnos Ambroſianos habeamus in canone, tamen quoniam reliquorum ſunt aliqui qui digni ſunt forma, cantare volumus libenter, & amplectimur eos, præter ea quorum authorum nomina non fuerint in limine prænotata: quoniam quæ fide conſtiterunt, dicendi ratione non obſtant, &c.* Hinc & Concilium TOLETANVM IV. can. allegatur à Gratiano diſtinct. 1. cap. De hymnis. *De hymnis (ait) canendis, & Saluatoris & Apoſtolorum habemus exēplum. Nam & ipſe Dominus ipſum dixiſſe perhibetur, Matthæo Euangeliſta teſtante: Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti. Et Paulus Apoſtolus ad Epheſios ſcripſit, dicens: Implemini Spiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in Pſalmis & Hymnis & Canticis ſpiritualibus, &c. Et quia nonnulli hymni humano ſtudio in laudem Dei atque Apoſtolorum & Martyrum triumphos compoſiti eſſe noſcuntur, ſicut hi, quos beatiſſimi doctores Hilarius atque Ambroſius ediderunt: quos tamen quidam ſpecialiter reprobant, pro eo quod de ſcripturis ſanctorum canonū vel Apoſtolica traditione non exiſtunt, reſpuant ergò & illum hymnum ab hominibus compoſitum, quem quotidiè publico priuatóque officio in fine omnium Pſalmorum dicimus, Gloria & honor Patri & Filio & Spiritui ſancto in ſecula ſeculorum, Amen. Nam & ille hymnus, quem nato in carne Chriſto, Angeli cecinerunt, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, laudamus te, benedicimus, &c. doctores Eccleſiaſtici compoſuerunt. Ergò nec ipſi in Eccleſijs canendi ſunt, quia in ſanctarum ſcripturarum libris non inueniuntur. Componuntur Miſſæ, ſiue preces, vel orationes, ſiue commendationes, ſeu manus impoſitiones, ex quibus ſi nulla decantentur in Eccleſia, vacant officia omnia Eccleſiaſtica. Admonet hæc fieri, atque hortatur Paulus Apoſtolus Timotheum dicens: Obſecro primùm fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, & gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus qui in ſublimitate ſunt, &c. Sicut ergò orationes, ita & hymnos in laudem Dei compoſitos, nullus vlterius improbet.* Idem can. 13. ſtatuit de hymno trium puerorum, vt in omnium Miſſarum ſolennitatibus in publico decantetur, vt Eccleſiæ in laudibus obſeruant. Omnes autem communione dicit priuandos, qui hūc & alios hymnos reijcere fuerint auſi, & hanc definitionem exceſſerint. Deniq; de hymno, Kyrie eleyſon, & Sanctus, &c. Conſtitutio eſt VASENSIS Concilij I. can. 3 & 4. præcipiens vt in omnibus Miſſis decantentur, vt reponemus in vocabulo, Kyrie eleyſon, & Sanctus, & Triſagium. vide ergò in his locis. Prætereà de hymno, Gloria in excelſis, iam ſuperiùs in vocabulo, Gloria, dictum eſt, quem hymnum ſicut & illum, Gloria tibi Domine, &c. Concilium AVGVSTENSE cap. 23. iuſſit detecto capite in Eccleſia cani. Vide Officium Eccleſiaſticū, Preces, Horæ canonicæ, Oratio, Triſagium, Sanctus, Kyrie eleyſon, Cantus, & Miſſæ cæremoniæ, &c.

Audoenus Rhotomagenſis.

Concilium Turonenſe 2.

Ibidem 4. ſub Honorio 1.

Matth. 26.

Epheſ. 5.

Gloria patri, &c.

Et Gloria in excelſ.

1. Timoth. 2.

Concilium Vaſenſe 2. ſub Leone 1.

Concilium [illegible] Carnali.

A

HYPPODIACONVS.

Inuenies hoc vocabulum in antiquis Patrum decretis ſæpiùs memoratum, ſed repoſuimus in dictione, Subdiaconus, quia idē eſt & in alijs vocabulis, Ordo, Clericus, & eiuſmodi, vbi de Ordinum miniſtris fit mentio.

IDO

IDOLOLATRIA.

IDololatriæ abolitio.] Quod ipſa Idololatria debueràt ſub aduentu Chriſti ceſſare, vltra Sibyllarum oracula, etiam ipſi dæmones hominibus demonſtrarunt. Vt autem prætermittam hoc ſæpiùs inſinuatū in geſtis Apoſtolorum, quæ ABDIAS BABYLONIVS conſcripſit, etiam SVIDAS in dictione Auguſtos referente etiā Nicephoro Calliſto, lib. 1. c. 17. refert Auguſtum prouectiore iam ætate ad oraculum Pythij Apollinis veniſſe, quæſiturus quiſnā poſt eum Romanū adminiſtraturus eſſet imperium. Cùm autem non redderet reſponſum, iterato ſacrificio denuò rogauit, Cur nunc tandem obmuteſceret, cùm pluribus verbis aliàs dare ſolitum eſſet reſpōſum. Tum illud parua interpoſita mora ad hūc modum reſpondet,

B

Abdias Babylonius. Suidas.

> *Me puer Hebræus, diuos Deus ipſe gubernans*
> *Cedere ſede iubet, triſtémque redire ſub Orcum.*
> *Aris ergò dehinc tacitus abſcedito noſtris.*

Verſus Pythij Apollinis de Chriſto.

C

Refert & PLVTARCHVS CHERONEVS in libro cui titulus eſt, Quòd oracula vetera defecerint, exemplum de Pane memorando interitu, quem accidiſſe teſtatur ſub Tiberio Cæſare imperante, ſub hora ſcilicet Paſſionis Chriſti. Hanc hiſtoriam & recenſet EVSEBIVS CÆSARIENSIS epiſtola ad Theodorum Epiſcopum, & PETRVS CRINITVS lib. 14. De honeſta diſciplina, c. 3. Hi dicunt tunc vocem Panis à nautis fuiſſe auditam, & ſe interijſſe cōfeſſum, quando Chriſtus Imperante Tiberio, in crucem eleuatus, ibiq; mortuus eſt. Quid aduerſus Idololatriā IVSTINVS MARTYR, & Apollinaris Hierapolitanus, & Irenæus Lugdunenſis, & Meleiades Rhodon, Clemens Alexandrinus, Tertullianus Carthaginenſis, Lactantius Firmianus, Euſebius Cæſarienſis, Auguſtinus Hipponenſis, Fulgentius Ruſpenſis, & cæteri proceres Chriſtianæ Reipublicæ ſcripſerint diuerſis voluminibus, non eſt noſtræ facultatis euoluere. Adde quod idololatria ceſſauit noſtro tēpore, cui ſucceſſit in regnum non inferior peſtis hæreſeos, contra quā in omni hoc volumine dimicamus authoritate veterū, & Eccleſiaſticæ traditionis gladio. Diſtrictiſſimè autem fugiendā idololatriam ſanxerūt & abolendā præcepto Apoſtoli, vt refert CLEMENS l. lib. 2. Cōſtitut. Apoſtolic. c. 27. *Nullum (ait) peccatū idololatria reperitur grauius, ea eſt enim contra Deum impietas: ſed tamen ipſa quoq; per verā pœnitentiam condonatur.* Ad eandē abolendā quantū laborauerint Apoſtoli præfatus Abdias recenſet, & MARTIALIS Apoſtolus epiſtola ad Burdegalenſes, & iam nominatus IVSTINVS in ſermone exhortatorio ad Gētes, ad calcem, & Apologia 2. ad Antoninum Pium. *Cæterùm quod victimis & coronis (ait) ſimulachra in tēplis cōſecrata non honoramus, in cauſa eſt, quia ſcimus ea carere ſenſu atq; anima, ac ne formam quidem habere Deo ſimilem. Neq; enim hanc eſſe Dei formam, quam quidam aiunt ſe expreſſiſſe: ſed iſta ſunt effigies & nomina dæmonum, quos malos eſſe*

D

E

Plutarchus Cheroneus.

Euſebius Cæſarienſis.

Petrus Crinitus.

Iuſtinus Martyr.

Apollinaris Hierapolitan.

Irenæus Lugdunenſis

Meleiades Rhodon.

Clemens Alexandrinus.

Tertullianus Carthaginenſis.

Lactantius Firmianus.

Euſebius Cæſarienſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Fulgentius Ruſpenſis.

Clemens.

Martialis Apoſtolus.

Iuſtinus Martyr.

ſtendimus. Nam quod ad materiam attinet, non ignoratis dedolata conflatáq; ab artificibus, & iterum recuſa e vilibus vaſculis, formas tantummodo per artem nouatis, & impoſitis eorum nominibus quod non ſolùm ab omni ratione alienum, verùm etiam cum iniuria Dei coniunctum exiſtimamus.&c. Idem quoque libro vnico, De Monarchia, oſtendit qualiter inuecta ſit in mundum Idololatria, veterum Philoſophorum & Poëtarum ſcriptis: quod & facit ATHANASIVS ALEXANDRINVS excellentiſſima illa oratione, quam habuit contra idola, vbi & originem & progreſſum, & abolitionem deſcribit. Hoc & fecit THEODORETVS CYRENSIS diuerſis in locis, & maximè in libro De curatione Græcarum affectionū. TERTVLLIANVS iam nominatus multis in locis contra idololatriam diſputat, & ſpecialiter libro Apologetico aduerſus gentes, cap.10.& 11. & reliquis, quando de dijs falſis, ſimulacris, & laribus agit. Item libro de Idololatria, vbi ſic exorditur: *Principale crimen generis humani, ſummus ſeculi reatus, tota cauſa iudicij, Idololatria. Nam & ſi ſuā ſpeciem tenet vnumquodque delictum, & ſi ſuo quoque nomine iudicio deſtinatur, in Idololatria tamen crimine expungitur.* Porrò idololatriam non eam ſolam eſſe dicendam, quæ dæmonis incendat aut immolet, ſed & peccata debent dici, quæ animam à Deo ſeparant & dæmonibus ſociāt. Hinc idē inuehitur in ſacerdotes adulteros, auaros & homicidas, eos appellans idololatras, & idolorum artifices: *Qui audent (ait) manus admouere corpori Domini, quæ dæmonijs corpora conferunt. Proh ſcelus! ſimel Iudæi Chriſto manus intulerunt, iſti quotidiè corpus eius laceſſant. O manus præſcindendæ! &c.* Contra idololatriam CLEMENS ALEXANDRINVS in exhortatoria oratione ad gentes diſſerit, & alijs in locis, & CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro contra Demetrianum, circa medium, eam dicens cauſam eſſe omnium, quæ in hoc mundo patimur. Edidit quoq; idem libellum cōtra idola. CONSTANTINVS MAGNVS, referente NICEPHORO CALLISTO libro 7. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap.46. *Chriſtianis omnes prophanos magiſtratus gerere permiſit: feſtos autem Græcorum dies, ſimulacrorum victimas & orgia, incantationes, & ſacra dæmonum prorſus prohibuit & interdixit. Multa etiam ex priſca conſuetudine in meliùs ab eo mutata. Apud Ægyptios enim cubitus non ampliùs in Græcorum delubra, ſed in ſacras noſtras ædes deportatus, atque ibi dedicatus eſt, quo incrementum exundantis Nili menſum dignoſcebatur. Spectaculum ſingulari certamine concertantium gladiatorum Romæ frequentari ſolitum, ex eo tempore prohibitum. &c.* Idem libro 9. cap.14. *Græcorum (ait) ſuperſtitio peſſum ijt, & ab improbis magis ad veram fidem tranſijt. &c.* Porrò idem de idololatria à Valente Imperatore liberè culta hiſtoriam horrificam ponit libro 11. cap.25. & 26. quam hic libenter infererem, niſi eſſet prolixior. Idem & Theodoſij iunioris imperium deſcribens ait: *Adeò religioſus Theodoſius fuit, vitamq; ſuam accuratè ita ad diuinas leges compoſuit. Quam ob cauſam quidquid fuit ex Idolis reliquum, ita eſt funditus diſiectum, vt poſteris eius ne veſtigium quidem prioris fraudis & ſeductionis cernere ſit datum.* Sententiam verò de eis, ſuam in conſtitutionem retulit, vt habes, l. omnia loca. C. de ſacrificijs pag. & Templi. Sed hæc omittamus, quia tempus deficeret antequam omnes poſſemus hiſtorias recenſere. Concilium ELIBERINVM, cano.1. *Placuit, vt quicunque poſt fidem baptiſmi ſalutaris adulta ætate ad templum idoli idololaturus acceſſerit, & fecerit quod eſt crimen capitale, nec in fine eum ad communionem recipere.* Et cano.41. *Admonere placuit fideles, vt quantum poſſunt prohibeant ne idola in domibus ſuis habeant.* Vide & ſuperiùs, Dies feſti Gentilium, & Gentiles. Hinc Concilium CARTHAGINENSE V. *Placuit ab Imperatoribus glorioſiſſimis peti, vt reliquiæ idololatriæ non ſolùm in ſimulacris, ſed in quibuſdam locis, vel lucis, vel arboribus omnimodò deleātur.* Idem Concilium AFFRICANVM ſub Bonifacio I. can.25.& 51. Concilium TOLETANVM III. can.16. Idololatriæ ſacrilegium omnibus viris Sacerdotibus iniūgit perquirere & extirpare. *Et omnes qui ad talem errorem concurrunt, (ait) ſaluo diſcrimine animæ, prædicti Sacerdotes quā poterunt animaduerſionem coerceant: alias puniantur & ipſi, & domini, qui hoc de poſſeſſione ſua extirpare neglexerint.* Idem de hæreſi & hæreticis ſtatutum eſt, videre eſt ſuperioribus vocabulis, Hæreſis & Hæreticus. Porrò Concilium TOLETANVM XII. can.11. *Omnis (ait) idololatria præceptis Domini inhibetur. Hac non in vltione, ſed in terrore delinquentium apponentes, non mortis ſententiam promulgamus, ſed cultores illorum veneratores lapidum, accenſores facularum, & excultores fontium admonemus, vt agnoſcant quod ipſi ſpontanea ſe morti ſubijciunt, qui Diabolo ſacrificare videntur. Mortis enim nomine Diabolus appellatur, ſicut de eo ſcriptum eſt: Et erat illi nomen mors. Ac proinde omne ſacrilegium idololatriæ, vel quidquid illud eſt contra ſanctam fidem, in quo inſipientes homines captiuati diabolicis culturis inſeruiunt, ſacerdotis vel iudicis ſententia inuentum, vt ſacrilegia eradantur, & exterminata truncentur. Eos verò qui ad talem errorem accurrunt, & verberibus, coerceāt, & onuſtos ferro dominis ſuis tradant: ſi tamen domini eorum per iuſiurandi atteſtationem permittant, ſe eos tam ſolicitè cuſtodire, vt vltra non liceat tale nefas committere: alias excommunicentur. Si verò ingenui ſunt, & his erroribus implicati tenentur, perpetua excommunicationis ſententia feriātur, & arctiori exilio vlciſcantur.* Hinc GREGORIVS II. Germanis ſuo tempore ad fidem conuerſis, de vitanda idololatria dat præcepta, epiſtola 4. & 5. miſſa ad populum Thuringiæ, vbi eum laudat populū, quod conſtanter idola adorare renuerit, petens vt fideliter perſeueret. Idem & epiſtola 6. ad Saxones, fallaciam idolorum demonſtrat. Denique GREGORIVS III. epiſtola 1. ad populum Germaniæ, eis omnem interdicit idololatriam, auguria, phylacteria, incantationes & eiuſmodi. Epiſtola 3 ad populum Baioariorum Alemaniæ, eos admonet, vt Gentilitatis ritum deponant, & ſacrificia mortuorum deponant. Illi eo tempore tam cæci erant, vt filios ſuos & ſeruos immolarent dæmonijs. Vide & omnes quos ſuprà enumerauimus Doctores.

Idolum conſtringens ſi occidatur.] Concilium ELIBERINVM can.60. *Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occiſus, quia in Euangelio non eſt ſcriptum, neq; inuenitur ab Apoſtolis vnquam factum, placuit in numerum eum non recipi martyrum.* Vide Perſecutio, & Martyr, &c.

IEIVNIVM.

Ieiuniorum Eccleſiæ vſus antiquiſſimus, & indictio ſaluberrima, inſtitutioque defenditur.] Vt faciliùs quod mente concepimus Lectoris oculis ingeramus, optimum fore duximus per diſtinctiones more ſolito

Athanaſius Alexandrinus.
Theodoretus Cyrenſis.
Tertullianus Carthag.
Quæ dicitur Idololatria.
Peccatum eſt idolum ſeu idolum.
Heu quam ſcitè Tertullianus depingit noſtram miſeriam.
Clemens Alexandrinus.
Cyprianus Carthaginenſis.
Conſtantinus magnus.
Nicephorus Callistus.
Concilium Eliberinum ſtatim poſt Nicænum 1. celebratum.
Concilium Carthaginenſe 5.
Concilium Affricanum [illegible]
Concilium Toletanum [illegible]
Concilium Toletanum [illegible]
Exodi [illegible] 23. Deuterono 17.
Apocalyp. 6.
Gregorius [illegible]
Gregorius [illegible]
Concilium Eliberinum.
Non eſt martyr qui ſi [illegible] cidatur Idol[illegible]

procedere, ne confundamus ordinem: vt, ſcilicet, de ieiunio generali primùm dicamus. Tum demùm de ieiunio 4 Temporum, de ieiunio Dominicæ, Sabbathi & Ferijs, & ſic de cæteris dicamus. Itaque ſciat Lector in ſingulis diſtinctionibus ieiunium cõmendari, & omnes diſtinctiones eundem ſcopum attingere, vt ieiunia Eccleſiaſtica licitè ordinata, & obſeruata cõprobent, contra maledicorum latratus. Procedemus autẽ ſolito more, & quãta poterit fieri breuitate. Iam verò multa de ieiunio nouerit Lector dicta in vocabulo, Ciborũ delectos, & infrà in vocabulo, Quadrageſima, ſpecialiter illius ieiunij obſeruatio demõſtrabitur, vt ſciat quod ibi deerit, in illis vocabulis requirendũ. De generali igitur ieiunij vocabulo hic agemus ſeriatim, tũ per ſingulas diſtinctiones antiquitatem repetemus, vt ſemper quod ſe offert, vetuſtiſſimum eſſe doceamus inſtitutum. Sic ergò CLEMENS I. lib. 7. Conſtitutionum Apoſtolic. cap. 24. ieiunia Eccleſiæ commendat: *Ieiunia veſtra (ait) aliena ſint à conſuetudine hypocritarum, qui ieiunant in ſecunda, & quinta Sabbathi, vos verò vel per totos quinque dies ieiunate, vel in quarta feria, & Paraſceue, quoniam in quarta iudiciũ contra Dominum prodijt, cùm Iudas pecunia accepta promiſit enim tradere, in Paraſceue verò, quoniam in ea Dominum crucis ſuppliciũ paſſus eſt ſub Pontio Pilato.* Idem indicit ieiunium hebdomadæ ſanctæ, vide in ſequenti diſtinctionibus. Idem IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Magneſios, & Philippenſes. Vide infrà, & ſuperiùs in vocabulo, Ciborum delectus, vbi citatur. Et ABDIAS BABYLONIVS lib. 3. Certaminis Apoſtolici recenſet, quòd cùm Andreas, pro peccatore quodã & inclyto fornicatio conuerſo ad pœnitentiam, ieiunijs & lachrymis vacaret, reſponſum accepit, ſuam quidem orationem exauditam, & ea conditione illi crimina remiſſa, quòd ſicut Andreas pro eo ieiunijs erat fatigatus, ita & ipſe ſtuderet per ieiunium macerari, vt ſaluaretur. Illi igitur prædicauit Apoſtolus abſtinentiam, quam & ipſe deuotè ſuſcepit, & non multò poſt migrauit à ſeculo. Idem lib. 5. Certaminis Apoſtolici author eſt, quòd Ioannes Apoſtolus ſe multis ieiunijs macerauit, cui ſuffragatur, & SIMEON METAPHRASTES in eiuſdem Apoſtoli vita. BEDA homilia in die natali eius in Euangelium, Dixit Ieſus Petro, &c. *Cum (ait) diſpoſuiſſet Ioannes ſcribere Euãgelium primum quidem ipſe ieiunium ſibi imperat, ieiunijs q́; ac propemodum corpore exhauſtus aliſq́; hoc ij ſunt cõſtituti, vt Deo digna ſcribere poſſet.* Et iterum, idem Metaphraſtes in eius vita loquitur: *Et his (inquit) qui ad fidem conuerſi ſunt indulgentiam flagitantes, ille … ſerpiens præcepit vnius hebdomada ieiunium, quo expleto baptizauit eos, &c.* Idem Abdias lib. 6. certaminis Apoſtolici, Iacobum Apoſtolum ieiunio maceratum deſcribit, tempore eo quo crucifixus eſt Chriſtus. Idem & lib. 7. ieiunij meminit, vt citauimus in Ciborum delectu. lib. 8. refert Bartholomeum dixiſſe: *Diabolus, quia per manducantem hominem vicerat, victoriam ſuam per ieiunantem & ſe continentem amiſit.* Et lib. 9. ſic refert: *Tranſacto 7. dierum ieiunio, baptizauit Iudæos Apoſtolus Thomas in nomine Trinitatis.* Conſequenter legitur idem Apoſtolus, ieiunium 7. dierum indixiſſe his qui conuerſi ad baptiſmum conuolabãt; Inſuper & legitur Mygdoniam ab eodem Apoſtolo de fide inſtructam, vigilijs & ieiunijs corpus ſuum maceraſſe. Ieiuniorum ſæpiùs mentionem facit in ſequentibus libris idem Abdias. Porrò Beatam virginem Mariam ieiunia frequentaſſe, teſtatur AMBROSIVS MEDIOLANENSIS lib. 2. de Virginibus. *Quid (inquit) exequar ciborum parſimoniam, officiorum redundantiam, alterum ſupra naturam ſuperfuiſſe, alterum penè ipſi naturæ defuiſſe? Illic nulla intermiſſa tempora, hic congeminatos ieiunio dies: Et ſi quando reficiendi ſucceſſiſſet voluntas, cibus plerumq́; obuius, qui mortem arceret, nõ delitias miniſtraret, &c.* Meminit & PHILO IVDAEVS lib. 2. vitæ Moſis, vt dicemus vocabulo, Quadrageſima, lib. De vita contemplatiua, loquens de monachis Ægypti. *Continentiam (inquit) velut fundamentum quoddam primùm in animo collocãt, & ita demùm reliquas ſuper hanc pergunt ædificare virtutes. Cibum potumq́; nullus eorum capit ante Solis occaſum, videlicet tempus lucis cum philoſophiæ ſtudijs, curam verò corporis cum nocte ſociantes.* Hæc etiam Philonis ſcripta confirmat EVSEBIVS CAESARIENSIS lib. 2. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 17. Et ille SVIDAS GRAECVS in dictione, Philo, vbi & librum præfatum Philonis, De vita contemplatiuæ apprimè laudat. Meminit & NICEPHORVS CALLISTVS lib. 2. cap. 17. Vide in dictione, Monachos. Ieiuniorum quoq; obſeruationis meminit IVSTINVS MARTYR in Dialogo cùm Triphone. Et TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS lib. De Reſurrectione carnis, ad calcem. Et lib. De pœnitentia, quando ieiunium dicit neceſſariũ illi qui peccata confitetur, vt diximus, Confeſſio auricularis, &c. Denique libro 2. ad Vxorem, Ieiuniũ antiquitùs à fidelibus obſeruatum docet, vbi & ſe timere dicit, ne ſi mulier iuncta infideli ſit, poſſit indicta ieiunia obſeruare, quando maritus vocat ad conuiuia. Idem libro De fuga in perſecutione, narrat Eccleſiam tempore perſecutionis diſciplinatiorem eſſe in ieiunijs, & ſtationibus, & orationibus, & humilitate, &c. Et libro ad Scapulã: *Quando (ait) nõ geniculationibus, & ieiunationibus noſtris etiam ſiccitates ſunt depulſæ?* Idem libro de Baptiſmo, meminit baptizandis indictum ieiunium. *Ingreſſuros (ait) Baptiſmum, orationibus crebris, ieiunijs, & geniculationibus, & peruigilijs orare oportet, &c.* Idem libro de Ieiunio aduerſus Pſychicos, ſic exorditur. *Mirarer Pſychicos ſi ſola luxuria tenerentur, qua ſæpiùs nubunt, ſi non etiam ingluuie laborarentur, qua ieiunia oderunt. Monſtrum, ſcilicet, haberetur libido ſine gula, cùm duo hæc tam vnita atque concreta ſint, vt disiungi omninò potuiſſent, ſi ipſi prius ventri pudenda non adhærerent. Spectã corpus, & vna regio eſt. Denique pro diſpoſitione membrorum, ordo vitiorum, prior venter, & ſtatim cætera ſagina ſubſtricta laſciuia eſt per edacitatem, ſalacitatis tranſit.* Et infrà: *Arguunt nos quòd ieiunia propria cuſtodiamus, quòd ſtationes plerumque in veſperam producamus, quòd etiam xerophagias obſeruemus ſiccantes cibum ab omni carne & omni iurulentia & vuidioribus quibuſque pomis, nec quid vinoſitatis vel edamus vel potemus, lauacri quoque abſtinentiam congruentem arido victui.* Et paulò infrà: *Certe in Euangelio illos dies ieiunijs determinatos putant, in quibus ablatus eſt ſponſus; & hos eſſe iam ſolos legitimos ieiuniorum Chriſtianorum, abolitis legalibus & propheticis vetuſtatibus. Vbi enim volunt agnoſcunt quid ſapiat lex & prophetæ vſque ad Ioannem. Itaque de cætero indifferenter ieiunandum ex arbitrio, non ex imperio nouæ diſciplinæ, pro temporibus & cauſis vniuſcuiuſque, ſic & Apoſtolos obſeruaſſe nullum aliũ imponentes iugum certorum & in commune omnibus obeundorum ieiuniorũ: proinde nec ſtationũ, quæ & ipſæ ſuos dies habeant 4. & ſexta feria, paſſim tamen*

Clemens I. ſed … Apoſtolorum verba quæ … ert.

… de … dies Mercurij & Veneris.

Ignatius Martyr.

Abdias Babylonius.

Simeon Metaphraſtes. Beda Venerabilis.

Ieiunium Ioannis Euangeliſt. … Iacobi & aliorum Apoſtolorum cele… ma recenſetur.

Mariæ virginis ieiunia.

… Iuſtinus Martyr.

Philo Iudæus.

Euſebius Cæſarienſis.

Suidas Græcus.

Nicephorus Calliſtus.

Iuſtinus Martyr.

Tertullianus Carthaginenſis.

Ea lem poſſent iuſte Caluini … his pſychicis Tertullianus obiicere ora at tende quæ hic dicuntur.

Vide delectum ciborum tempore ieiunij ab … pſy … Tertulliani commendatum, vide autem & in … ciborum delectus, &c.

Vide ieiunium 4. & 6. feria.

Vide iterum ieiunium 4. & 6. feriæ.

A *currunt, neque ſub lege præcepti, neque vltra ſupremam diem, quãdo & orationes ferè hora nona concludas de Petri exemplo, quod actus refert, &c.* Tum de ieiunio Quadrageſimæ agit. Vide Quadrageſima. Ieiuniorum autem CLEMENS ALEXANDRINVS lib. 3. Pædagogi, cap. 10. & lib. 7. Stromatum ieiunij die Mercurij & Veneris meminit. Porrò ſciendum ſecundum quòd EVSEBIVS CÆSARIENSIS libro 5. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. c. 24. Et NICEPHORVS CALLISTVS libro 4. cap. 39. narrant, antiquitus diuerſa fuit inter Patres quæſtio de obſeruatione Ieiuniorum. Vnde IRENÆVS LVGDVNENSIS epiſtola ad Victorem I. Papam, ſic loquitur, dum de Paſchæ die celebrando loquitur, qui etiam variè obſeruabatur, vt dicemus in vocabulo Paſcha: *Non modo* (inquit)

Clemens Alexandrinus.

Euſebius Cæſarienſis. Nicephorus Calliſtus.

Irenæus Lugdunenſis.

B *de die, verumetiam de ieiunij ſpecie controuerſia & quæſtio eſt. Quidam namque exiſtimant vnum ipſos oportere diem ieiunare, quidam duos, alij etiam plures. Nonnulli autem quadraginta horis diurnis & nocturnis diẽ metiuntur. Atque varietas hæc obſeruationum non ætate noſtra exorta eſt, ſed longè antea apud maiores noſtros extitit, qui ita vt decuit accuratè conſeruatam per ſimplicem ſinceritatem conſuetudinem ad poſteros demiſere: nihilominus tamen iſti omnes pacem tenuere, atq; etiam pacem inter nos retinemus, & ieiunij diſſenſio fidei conſenſum confirmat.* Hæc Irenæus. Lege ea quæ ſequuntur apud Nicephorum libro præfacto, & apud Euſebium ibidem. Denique

Cyprianus Carthaginenſ. Ieiunij Varius.

C CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro de ſingularitate Clericorum, & alijs in locis ſæpiùs meminit ieiunij, vt habes in vocabulo, Quadrageſima, memini & epiſtolarum libro 4. epiſtola 4. ad Presbyteros, & Diaconos: *Admoneo* (ait) *religioſam ſolicitudinem veſtram, vt ad placandum atque exorandum Dominum non voce ſola, ſed & ieiunijs & lachrimis, & omni genere deprecationis ingemiſcamus.* Idem ſermone de Ieiunio & Tentationibus. *Ieiunio vitiorum ſentina ſiccatur, petulantia marcet, concupiſcentia languent fugitiua abeunt voluptates, &c.* ORIGENES ADAMANTIVS homilia 10. in Leuiticum, cap. 16. *Tu ſi vis ieiunare ſecundum Chriſtum,* (ait) *& humiliare animam tuam, omne tibi tempus aptum eſt totius anni, imo totius vitæ*

Origines Adamantius.

D *tuæ dies habeto ad humiliandam animam tuam: Si tamen didici a Domino Saluatore noſtro, quia mitis eſt & humilis corde. Tu itaque ſi vis ieiunare ieiuna ſecundum præceptum Euangelij, & obſerua in ieiunijs Euangelicas leges, in quibus hoc modo Saluator de ieiunijs mandat. Tu autem cum ieiunas vnge caput tuũ, & faciem tuã laua, &c. Vis tibi adhuc oſtẽdam quale te oportet ieiunare ieiunium? Ieiuna ab omni peccato, nullum cibum ſumas malitiæ, nullas capias epulas voluptatis, nullo vino luxuriæ concaleſcas, Ieiuna à malis actibus, abſtine a malis ſermonibus, contine te à cogitationibus peſſimis, noli contingere panes furtiuos per-*

Quomodo ſit ieiunandum.

E *uerſæ doctrinæ, non concupiſcas fallaces philoſophiæ cibos, qui te à veritate ſeducant. Tale ieiunium Deo placet. Abſtinere verò a cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & hoc facere cum his qui Chriſtum crucifixerunt, acceptum eſſe non poteſt Deo. Indignati ſunt aliquando & Phariſæi Domino, cur non ieiunarent diſcipuli eius: quibus ille reſpondit, quia non poſſunt filij ſponſi ieiunare, quandiu cum ipſis eſt ſponſus. Illi ergo ieiunent qui perdiderunt ſponſum, nos habentes nobiſcum ſponſum ieiunare non poſſumus. Non hoc tamen* (ait) *ideò dicimus, vt abſtinẽtiæ Chriſtianæ frena laxemus. Habemus enim Quadraſimæ dies ieiunijs conſecratos, Habemus quartam & ſextam ſeptimanæ dies, quibus ſolẽniter ieiunamus.*

*Ieiunium Iudaicum.

Ne canat triũphum hæreticus aliquis, vide quid loquitur.

A *Eſt certè libertas Chriſtiano per omne tempus ieiunandi, non obſeruantiæ ſuperſtitione, ſed virtute continentiæ, &c.* Idem eiuſdem ieiunij meminit in Numeros, homil. 16. Sed antiquiſſimus ſcriptor THEOPHILVS ALEXANDRINVS libro 4. Paſchalis, ieiunij meminit, & delectus ciborum, vt dicemus dictione, Quadrageſima. EPIPHANIVS CYPRI ad calcẽ operis contra hæreſes & hæreſi. 75. contra Aerium. *Quarta* (ait) *& pro Sabbatho ieiunium ſtatutum eſt vſque ad horam nonam: nam illuceſcente quarta aſſumptus eſt Dominus, & pro Sabbatho crucifixus eſt. Tradiderunt Apoſtoli vt in his diebus ieiunia ferrent,* (habes ſuperiùs ex libro Clementis, De conſtitutionibus Apoſtolicis, quas idem Epiphanius approbat hæreſi 54. & alibi, cõtra Seuerianos)

Vide adhuc 4. & 6. Ieiunij feriam.

Theophilus Alexandr.

Epiphan. Cypri.

Vide iterum 4. feriæ & Sabbatho, id eſt [illegible], colliges facilimè ex litera nam pro ſabbato idem eſt quòd ante ſabbatum.

B *ita vt impleatur dictum hoc: Cum ablatus fuerit ab eis ſponſus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Et non vt gratiam aut beneficium exhibeamus ei qui pro nobis paſſus eſt, ieiunium nobis conſtitutum eſt, ſed vt confiteamur ad noſtram ſalutem Domini paſſionem, quam pro nobis ipſe ſuſcepit, & vt pro peccatis noſtris ieiunia nobis apud Deum ſupputentur. Et per totum quidem annum ieiunium hoc ſeruatur in eadem ſancta Catholica Eccleſia: quarta, inquam, & pro Sabbatho vſque ad horam nonam, excepta ſola Pentecoſte, per totos quinquaginta dies, in quibus neque genua flectuntur, neque ieiunium imperatum eſt.* Huic ſententiæ ſubſcribit AVGVSTINVS HIPPONENSIS epiſtola 86. vbi reddit rationẽ an liceat Sab-

Ratio ieiuniorum noſtrorũ.

Non ieiunatur à Paſcha vſque ad Pentecoſt.

Auguſtinus Hipponenſis.

C *batho ieiunare: Diebus* (inquit) *quinquaginta poſt Paſcha non ieiunatur. In Romana Eccleſia quarta & ſexta & Sabbatho ieiunatur, reliquis diebus continuis, Dominica, ſcilicet, & deinde ſecunda, & tertia, prandetur.* Et infrà: *Cur autem quarta & ſexta maximè ieiunet Eccleſia, illa ratio reddi videtur, quòd conſiderato Euangelio, ipſa quarta Sabbathi, quam vulgò quartã feriam vocant, conſilium reperiuntur ad occidendum Dominum feciſſe Iudæi, &c. Sexta autẽ ieiunatur, quia in ipſa Chriſtus paſſus eſt. Sequitur Sabbathum, quo die caro Chriſti in monumẽto requieuit ſicut in primis operibus mundi requieuit Deus ab omnibus operibus ſuis. Hinc exorta eſt iſta in regia illa veſte* (ſic Eccleſiam vocat, ſiue eius externum cultum) *varietas vt alij, ſicut maximè populi Orientis, propter requiem*

Ratio cur 4. & 6. feria ieiunetur ex ſententia Auguſtini.

Ieiunium ſabbati.

D *ſignificandum mallent relaxare ieiunium. Alij propter humilitatem mortis Domini ieiunare, ſicut Romana & nonnullæ Occidentis Eccleſiæ, &c.* Vide iterum infrà. Sed ad ordinem redeamus, EVSEBIVS I. in decreto, quod allegat Gratianus, De conſec. diſtin. 5. ca. Ieiunia, &c. *Ieiunia* ait) *in Eccleſia à ſacerdotibus conſtituta, ſine neceſſitate rationabili non ſoluantur, &c.* Hinc & Concilium ELIBERINVM cano. 23. *Ieiunia ſiue abſtinentias per ſingulos menſes placuit celebrari, exceptis diebus duorum menſium Iulij & Auguſti, ob eorundem infirmitatem.* Et cann. 26. *Errorem placuit corrigi, vt omni Sabbathi die ieiuniorum*

Euſebius I.

Concilium Eliberinum.

E *ſuperpoſitionem celebremus.* Vide infrà, Ieiunium Sabbathi, &c. Et Concilium GANGRENSE canone 19. *Si quis eorum qui in propoſito ſunt continentiæ, præter neceſſitatem corporalem, & ſuperbiens ieiunia communia totius Eccleſiæ putauerit contemnenda, perfectam in ſua ſententia vindicans rationem, anathema ſit.* Vide infra de ieiunio Dominicæ, ex eodem. Denique ex eodem Concilio oſtendimus ieiunium ſextæ feriæ commendatum ſuprà. Et LIBERIVS I. in decreto, quod allegat Codex 16. librorum, libro 13. cap. 12. *Si euenerit fames, inæqualitas aeris, peſtilentia, vel talis qualiſcunq; tribulatio, ſtatim ieiunijs, eleemoſynis, & obſecrationibus Domini miſericordia deprecetur.* Idem & tempore ie-

Concilium Gangrenſe.

Liberius.

Concilium Carthaginen. 4

iunij ſtatuit, vt nullæ lites & contentiones audiantur. Vide, lis. Et Concil. CARTHAG. IV cano 65. *Clericus qui tempore ieiunij abſque inenitabili neceſſitate ieiunium rumpit, minor habendus.* Hinc GREG.

Gregorius Nazianzenus.

NAZIANZ. oratione 3 in ſanctum lauacrum, ieiunium quadrageſimale commendât, vt dicemus, Quadrageſima, Oratione 9 de Gorgonia ſorore ſua loquens. *Corpus (ait) a delitiis & effrenibus continebat voluptatibus, quibus illud ſoluitur ac dilaceratur, nequaquam concedens bene actis. Illa terram ieiunijs ſuperabat, aliis autem vt in terra dormirent, pro remedio dimittebat. Ieiunium enim deprehendit animæ eſſe adiutorium, &c.* Idem libro 1 de Theologia. *Quis (inquit) corpus ſuum crebris ieiunijs in ſeruitutem redigere ſtudet? &c.* Et EVSEB. EMIS.

Euſebius Emiſſenus.

homil. 1 de initio Quadrageſimæ fructum Quadrageſimalis ieiunij diffusè enarrat, & exemplis confirmat, vt ſuo loco dicetur. Idem homil. 10. ad Monachos. *Ieiunia (ait) & vigiliæ, & ſancta afflictiones, humilia corpora macerant, ſed maculata corda purificant: membris ſubtrahunt fortitudinem, ſed conſcientiis addunt nitorem, &c.* Et homilia 4. ad Monachos. *Agnoſcite (ait) quod ad ſalutem perpetuam conquirendam abſtinentia corporalis ſola non ſufficit, niſi & anima quoque ieiunium per abſtinentiam vitiorum fuerit ſatiatum. Quid enim iuuat, ſi ſit quiſquam corpore caſtus, & mente pollutus, &c.* Et CYRIL. HIEROSOL.

Cyrillus Hieroſolymitanus

Catecheſi 4 illuminatorum Hieroſolymis cap. de cibis *Duplici modo circa cibos quorundam anima polluitur, qui ignorant debitas manducandi cauſas. Ieiunamus enim a vino, & a carnibus abſtinentes, nō quod hæc tanquam abominationes oderimus, ſed quod præmium expectamus, vt ſenſibilia deſpicientes, ſpiritualis deinceps & intellectualis menſa fruamur, & nunc ſeminantes in lachrimis, in futuro ſeculo in exultatione metamus, &c.*

Vide delectum ciborum.

AMBROS. MEDIOL. lib. 6. Exæmeron cap. 4. *Si ſerpens hominis ieiuni ſputum guſtauerit, ſtatim moritur. Vide ergo quanta vis ſit ieiunij, vt de ſputo ſuo homo terrenum ſerpentem interficiat, & meritò ſpiritualem.* Idem lib. de Helia & ieiunio c. 2. & 3. laudes ieiunij proſequitur *Quid eſt (inquit) Ieiunium, niſi ſubſtantia & imago cœleſtis? Ieiunium refectio animæ, cibus mentis eſt, ieiunium vita eſt Angelorum, ieiunium culpa mors, excidium delictorum, remedium ſalutis, radix gratiæ, fundamentum eſt caſtitatis. Hoc ad Deum gradu citius peruenitur, hoc gradu Helias aſcendit antequam curru, hanc hæreditatem ſobrietatis & abſtinentiæ, ad cœlum abiens diſcipulo dereliquit. In hac virtute & ſpiritu venit Ioannes, qui in deſerto & vacanis ieiunijs.* Lege & cap. 8. eiuſdem libri de vtilitatibus ieiunij, & reliquis, per totum enim illum librum ſatis exponit Eccleſiaſticum ieiunium ritè & deuotè inſtitutum, & IOAN.

Ambroſius Mediolanenſis.

Serpens hominis ieiuni ſputo moritur.

Ioannes Chryſoſtomus.

CHRYSOST. quantopere commendet ieiunium notū eſt ex ſermone 1 & 2 de ieiunio, tomo operum 5. vbi ita omnia dilucidè expoſuit, vt nil nobis reſtet dicendum in commendationem ieiunij. Idem homilia 1. in Geneſin nihil aliud penè tractat, quàm de ieiunij virtute inſtituto & fructu. Huius homiliæ titulus eſt: ſermo admonitorius ſub initium ſanctæ quadrageſimæ, in qua opus ſex dierum enarrare cœpit. Si inciperem aliquid ex ea excerpere de ieiunio, nihil proficerem, quia vel totam homiliam hic oporteret recitare, vel ſententia mutila & imperfecta remaneret Lege ergo bone lector, ſi enim habes præ manibus, quia ex hac multum profectus reportabis. Lege quoque de ieiunio eiuſdem homiliam 31. in Matthæum, dum illud exponit: non poſſunt filij ſponſi ieiunare, donec cum eis eſt ſponſus, &c. Porrò HIER-

Matth. 9

A ONYMVS STRIDON. libro 2. Commentariorum in epiſtolam ad Galathas capite 4. exponens illud: dies obſeruatis, & menſes, & tempora & annos, &c. *Ieiunia (ait) & congregationes inter dies, propter eos a viris prudentibus conſtituta ſunt, qui magis ſeculo vacant, quam Deo, nec poſſunt, imò nolunt toto in Eccleſia vitæ ſuæ tempore congregari, & ante humanos actus Deo orationum ſuarum offerre ſacrificium. Quotus enim quiſque eſt, qui ſaltem hæc pauca quæ ſtatuta ſunt, vel orandi tempora, vel ieiunandi ſemper exerceat? Itaque ſicut nobis licet vel ieiunare ſemper, vel ſemper orare, & diem dominicam accepto domini corpore indeſinenter celebrare gaudentibus, &c.* Idem epiſtola ad Nepotianum de vita

Hieronymus Stridonenſis.

Rationem affert cur inſtituta ſint ieiunia

B clericorum, ſummoperè commendat ieiunium, quod vult eſſe moderatum, quod & repetit epiſtola ad Demetriadē virginem Idem epiſtola ad Lucinium, quæ incipit, nec opinanti mihi, &c. vtrum ieiunium ſabbati obſeruandum ſit inſinuat, vt in ſequentibus diſtinctionibus inferemus. Idem epiſtola ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis non longè à fine, etiam ieiunij mentionem facit, vt alibi citabitur. Porrò eſt AMBR. SABINI, ET BASS., aliorumque Epiſcoporum epiſtola miſſa ad Syricium 1 papam, qua ex veteris & noui teſtamenti paginis ieiunium probant contra Iouinianum hæreticum. Præterea NICEPH. CALL. libro 12. cap. 34. veterum

Communicat Hieronymus diebus Dominicis.

Ieiunium Sabbathi.

Ambroſius, Sabinus, & Baſſianus.

Nicephorus Calliſt.

C vſum celebrandi ieiunia quadrageſimæ oſtendit prolixo ſermone, vt dicemus in dictione, Quadrageſima &c. Et SOZOM. SALAM. libro 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ capite 9. vide infra in vocabolo, ieiuniorum ſabbati &c. Sed & SOCRATES libro 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ capite 17. egregiam narrat hiſtoriam de Iudæo, qui ſimulatè volebat baptiſmum ſuſcipere à quodam Paulo Nouatianorum Epiſcopo, cui ieiunium multorum dierum indictum eſt Cum autem ad baptiſterium veniſſet repentè aqua diſparuit, eo quod ille iniqua fraude iteratum conſequi vellet baptiſmum vide & NICEPHORVM præfatum libro 14 capite 17. ad calcem, & capite 40 vbi de

Sozomenus Salaminius.

Socrates Hiſtoriograph.

D Burgūdionum ad fidem conuerſione tractat, quibus baptizandis ſeptem eſt dierum indictum ieiunium. Idem narrat multis aliis in locis, vt dicemus in vocabulo, Quadrageſima THEOD CYR. lib 4. Eccleſ hiſt & in Philothæo Maciani vitam deſcribens. Euſebij & aliorum ſanctorum, ieiunij admirabilis deſcribit obſeruationem. Si cuncta vellem narrare, oneroſior eſſem lectoribus Vt autem paucis abſoluamus, de ieiuniorum ſtatis diebus THEOPH. BVLG. in Euangelium Marci c. 14. exponens illud: erat autē Paſcha & azima poſt biduum, &c. *Feria 4, conſilium conueniat, & propterea ieiunamus etiam nos quartis feriis, &c.* Quia adhuc

Theodoretus Cyrenſis.

Theophylact. Bulgarus.

Vide Ieiunium 4. feria.

E multa in ſequentibus dicturi ſumus quod ſupereſt breuiter perſtringemus. Ieiuniorum ab Eccleſia inſtitutorum rationem reddit Conc. COL. III partis 9. cap. 2. & 3. *Nempe vt corpus (ait) per intemperantiam cibi & potus luxurians caſtigetur, in ſeruitutemque redigatur, quò animus vegetior ac liberior laudibus diuinis inſiſtat, diuinaque voluntati ſeſe attemperet. Magnum certe & generale ieiunium eſt* (vt ait AVG. ſerm. 230. de tēpore, & in pſ. 43. & ep. 86. ad Caſulanum, & lib de ſalutar. docum. cap 48. & in lo vt allegat Grat. de conſec. diſt 5. cap. ieiunium) *abſtinere ab omnibus iniquitatibus, & alicitis voluptatibus ſeculi. Ad hoc perfectionis qui nōdum peruenit, in Eccleſia indictum non contemnat* Porrò præfatum Conciliū contra oblatratores hæreticos defendit

Concilium Colonienſe 3.

Ratio inſtitutorum ieiuniorum.

Auguſtinus Hipponēſis in omnibus [illegible] ieiunium, lege ſi vacat.

Cõcilium Moguntinum 4.

Ieiunium eſt diuini præcepti.

ritè inſtitutum ieiunium, ex authoritatibus patrũ Conciliorũ, quas ſuperiùs poſuimus, nec eſt opus repetere. Idem facit & Concil. Mog. IV. cap. 4. vbi ieiunium diuini eſſe præcepti demonſtrat, docetque fideles omnes ad ſtata Eccleſiæ ieiunia aſtringi quos nulla neceſſitas excuſat. *Tempora verò ieiunandi (ait) vt ab Eccleſia obſeruata & recepta ſunt iam inde ab Apoſtolorum temporibus, qui extra neceſſitatem non obſeruauerunt, velut Eccleſiaſticæ diſciplinæ violatores, & conſuetudinum Eccleſiæ temerary contemptores, ſeueritate pœnarum coercers debent, &c.* Porrò multa alia dicta ſunt ſuperius in vocabulo, ciborum delectus quæ non eſt fas repetere, & multa adhuc dicenda ſunt in ſubſequentibos diſtinctionibus, quæ ô bone lector diligenter attende & ſuperioribus coniunge. Quidquid autem fecimus, hoc ad profectum legentium, & ad euitandam confuſionem. actitatum non dubites. Igitur vide quod ſequitur.

Ieiunia quæ à prælatis pro certis cauſis indicuntur, obſeruanda.] Et hæc quidem propoſitio ſuperiori diſtinctione abundè probata eſt, nam ibidem ſæpiùs dictum eſt indicta à patribus fuiſſe ieiunia, ad implorandam Dei clementiam, vel ſerenitatem aeris, vel ad aliquod ſubſidium impetrandum, ſicut ſi reuolueris reperies. Nunc ergo volumus demonſtrare, vltra ſtatuta Eccleſiæ ieiunia ſi alia pro qualibet neceſſitate, vt ferè fit, ieiunia fidelibus, ab Epiſcopis & prælatis indicuntur, eſſe ſeruanda. vnde ſic TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de ieiunio aduerſus Pſychicos.

Tertullianus Carthag.

Vide quã ſunt Pſychici illi & aluimalbe affines.

Bene (inquit) Epiſcopi vniuerſa plebi mandare ieiunia adſolent, non dico de induſtria ſtipium conferendarum, vt veſtra captura eſt, ſed interdum & ex aliqua ſolicitudinis Eccleſiaſticæ cauſa, &c. Idem & dicit Concilium GANGRENSE cano. 19. vt inuenies ſuperius citatum Concilium TVRONENSE III cano. 47. *Ieiunia (ait) quando generaliter pro aliqua neceſſitate indicuntur, diligenter ab omnibus cuſtodienda ſunt & obſeruanda, nec ſe aliquis improbitate gulæ patiatur corrumpi, vt de communi conſortio ſegreget, atque affectum ieiunij, quem cum cæteris abſtinendo cœpiſſe debuit, ingluuie ventris vitiùs turpiter amittat.*

Concilium Gãgrenſe.

Concilium Turonenſe 3.

Concilium Moguntinum 1.

Concilium Salegunſtadienſe

Concilium Ratiſponenſe.

Idem renouat Concilium MOGVNTINVM I ſub Carolo Magno cap. 35 & Concilium SALEGVNSTADIENSE capite 15. Concilium RATISPONENSE ſub Laurentio Cardinali cap. 21. *Ieiunia ab Eccleſia inſtituta ſub debita obedientia ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, in poſterum indici debent, omiſſo excommunicationis verbo, ne infirmorum conſcientiæ offendantur, cum his temporibus pietas pene omnis iaceat, ſacerdotibuſque parum deferatur, &c.* Vide ſeq.

Ieiunium non ſibi quis ſine iuſſu imponat.] Vetat Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum, ne ieiunia noſtra ſint indiſcreta, vt infra dicetur. Et quia ſæpè diabolus ſolet infirmioribus inſidiari, vt ſub obtentu & prætextu pietatis importabilia ieiunia ſibi imponant, ideo Concilium * ERPHESFVRTANSE ſub Henrico rege capite 5. narrat fidelis Burchardus libro 13 decretorum cap. 27. ſic ſtatuit. *Statuimus, vt nemo, niſi conſentiente proprio Epiſcopo, aut eius miſſo, ieiunium ſub obtentu vel gionis ſibi imponat, vnum diem præ aliis excipiendo. Hoc enim interdicimus, & factum diſplicet, & in futurum fieri prohibemus, quia plus cauſa arrolandi eſſe dignoſcitur, quam ſupplementum catholicæ legis.* Lege plura in his diſtinctionibus quæ ſequuntur.

Concilium Erphesfurtenſe ignoro nomen vrbis, tamen ſi legat Burchardus, eum, vt viro doctiſſimo & fideliſſimo, aſſentior.

Ieiunium 4. & 6. feriæ.] Habeaè veterum monimentis comprobatum in ſuperiori diſtinctione generali, vt ſedulò in margine adpinximus, nec opus quod ſemel eſt præſtitum repetere. Vide quod ſequitur, & annotata adhuc in margine ſæpius conſpice.

Lege infra ex Epiphanio, ſo dominica non ieiunanda.

Hic p... g Ioannem Caſſianum lib. 3. cap. 9. & 11. & Col... 21. cap. 19. & ... præ... eſt quã hic p... ſit proferri.

* Ieiunium dominicæ, feriæ 5. Sabbati, natalis domini, & dierum 50. ante Pentecoſtem interdicitur. Obſerua hic, lector, quia fuit antiquis patribus, vt iam præmonuimus, non parua contentio de ieiunio dominicæ, ſabbati, & feriæ 5. & cæterorum dierum, an deberent ieiunari, vel non autem hic etiam tuum adhibeas iudicium, decreta omnia tibi proponimus, & cum ſequenti diſtinctione, quod magis nunc obſeruandum ducimus, proponemus. Igitur CANON APOSTOLORVM LXV. *Si quis clericus inuentus fuerit die Dominico ieiunare, vel ſabbato, præterquam vno * ſolo, deponatur: ſin autem laicus, ſegregetur.* Hunc canonem allegat Concilium GENERALE VI. capite 15. Verumtamen EPIPHANIVS CYPRI libro 3 contra hæreſes hæreſi 75 contra Aerium, ſabbati ieiunium approbat, & hunc canonem dicit contra Marcioniſtas editum, qui nec à Romana Eccleſia recipitur. vide mox ſequenti diſtinctione. Idem etiam IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Philippenſes. *Si quis dominico die aut ſabbato ieiunauerit, præter vnum ſabbatum, is eſt Chriſti interfector.* TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de corona militis, vbi de traditionibus diſputat. *Die dominico (ait) ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paſcha in Pentecoſtem vſque gaudemus, &c.* Lege quid BEATVS RHENANVS annotauerit in hunc locum. Idem Tertullianus libro de ieiunio aduerſus Pſychicos. *Cur (inquit) ſtationibus quartam & 6. ſabbati dicamus, & ieiunijs paraſceuem? Quanquam vos etiam ſabbatum ſi quando continuatis, nunquam niſi in Paſcha ieiunandum.* CLEMENS I. libro 5. capite 21. Conſtitutionum Apoſtolicarum, refert Apoſtolos ſtatuiſſe hoc modo. *Poſt feſtum Pentecoſtes celebrate vnam hebdomadam, poſt quam ieiunate alteram hebdomadam. æquum eſt enim, & lætari Dei dono, & ieiunare poſt hilaritatem. Etenim Moſes & Helias ieiunauerunt poſt quadraginta dies, & Daniel hebdomadas dierum tres, panem cupiditatum non comedit, nec caro neque vinum in os eius intrauit. Et beata Anna rogans Samuelem dicebat: vinum & omne quod inebriat non bibi, & effudi animam in conſpectu domini. Niniuitæ quoque cum per tres dies, & tres noctes ieiunaſſent, iram Dei periculum effugerunt, & Eſther, Mardochæus, Iudith, impiorum inſultationem, id eſt Holophernis & Aman, ieiunio declinauerunt. Dauid ait: Genua mea infirmata ſunt à ieiunio, & caro mea immutata eſt propter oleum. Vos quoque per ieiunium ſupplicationes veſtras Deo offerte. Poſt hebdomadam ieiunij, in omni quarta feria & Paraſceue præcipimus vobis vt ieiunetis, idque quod à ieiunio ſupereſt pauperibus præbeatis. In omni ſabbato, excepto vno, atque die dominico conuentus celebrantes exhilaramini, obnoxius enim peccato eſt qui die dominico ieiunat, cùm ſit dies reſurrectionis dicatus: quique in Pentecoſte, atque omninò in * die feſto domini mœſtitiam præ ſe fert, per hos enim dies exhilarari oportet, nõ lugere, &c.* Hinc MELC. I. epiſt. ad Epiſc. Hiſpaniæ *Ieiunium dominica dies, & 5. feria nemo celebrare præſumat, vt inter ieiunium Chriſtianorũ & gentiliũ, veraciter credentiũ atque infidelium, & hæreticorum vera & non falſa diſcretio habeatur. Vnde ſcriptũ eſt: Quæ pars Chriſti ad Belialitæ quæ pars, idolo cum infideli? &c.*

Canon Apoſtolorum.

ſc. Sabbatho in vigilia Paſchæ

Aduerte.

Epiphanius Cypri.

Ignatius Martyr.

Tertullianus Carthagin.

Beatus Rhenanus.

Vide ieiunium 4. & 6. feriæ & paraſceues.

Clemens 1.

Exod. 24. & 34.

3. Regum 19.

Daniel 10.

Reg. 1.

Ionæ 3.

Eſther. 4.

Iudith. 9.

Pſal. 108.

Vide ieiunium 4. feriæ & 6.

Hoc eſt in natali domini.

Melchiades 1.

2. Corinth. 6.

Concilium Eliberinum.

Concilium Gangreſe anno 324.

Concilium Aquiſgranenſ. 1. & 2.

Concilium Carthagin. 4.

Martinus Bracarenſes.

Ambroſius Mediolanenſis.

L. dies ante Pentecoſten ieiunamus.

Hieronymus Stridonenſis.

Leo 1.

Omnino idem faciunt Caluiniani, nam diebus prohibitis omnes in contemptũ Eccleſiæ edunt & in aliis pillibus.

Concilium Bracarenſe 1.

A Concilium ELIBERINVM canone 26. *Errorem placuit corrigi (ait) vt omni ſabbati die ieiuniorum ſuperpoſitionem ieiunemus.* Concilium GANGRENSE canone 18. & allegatur à Gratiano diſtinctione 30. cap. Si quis. *Si quis, tanquam hoc continentia conuenire iudicans, die dominico ieiunauerit, aut in eiuſdem diei contemptum, anathema ſit.* Hunc canonem & renouat Concilium AQVISGRANENSE I. canone 68. & AQVISGRANENSE II. De die Dominica & die Reſurrectionis, capite 17. ad calcem. Concilium CARTHAGINENSE IV. canone 64. *Qui dominico die ſtudioſè ieiunat, non credatur Catholicus.* Hunc canonem recenſet MARTINVS BRACARENSIS capite 57. collectorij ſui, & allegatur à

B Gratiano diſtinctione 30. cap. Si quis, &c. Hinc AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro 8. in Lucam capite 17. vbi illud exponit: ſi peccauerit in te frater tuus, &c. *Paulus (ait) apud Corinthios hyemem agit, quorum erroribus angebatur, quod eorum circa Dei cultum frigeret affectus. Cum Epheſiis Pentecoſtem celebrat, atque his tradit myſteria, relaxat animum, quia fides cernebat ardore feruentes. Ergo per hos quinquaginta dies ieiunium neſcit Eccleſia, ſicut Dominica qua Dominus reſurrexit, & ſunt omnes dies tanquam Dominica, &c.* Et HIERONYMVS STRIDONENSIS epiſtola ad Lucinium, quæ incipit: nec opinanti mihi, &c. *Non hoc dico (ait) (quod præcedit ponemus in ſequenti diſtinctione) quod dominicis diebus ieiunandum pu-*

C *tem, & contextas quinquaginta ferias auferam: ſed vnaquæque prouincia abundet in ſuo ſenſu, & præcepta maiorum leges apoſtolicas arbitretur, &c.* Hinc & LEO I. epiſtola 91. ad Turibium Epiſcopum Aſturienſem cap. 4. Arguit Priſcillianiſtas ſequentes dogma Cerdonis, ac Marcionis, & Manichei. & dominicum diem, quem nobis ſaluatoris noſtri reſurrectio conſecrauit, exigebant in mœrore ieiunij, eo quòd Epiſcopum dominum in vera hominis natura natum eſſe, non credebant, & reuerentiæ ſolis hanc continentiam de-

D uouebant. Hinc Concilium CAESARAVGVSTANVM Hiſpaniæ canone 2. (allegatur à Gratiano de conſecratione diſtinctione 3. cap. Ne quis.) *Ne quis ieiunet die dominica cauſa temporis, aut perſuaſionis, aut ſuperſtitionis.* Et Concilium BRACARENSE I. ſub Honorio I. canone 4. *Si quis Natalem Chriſti ſecundum carnem non verè honorat, ſed honorare ſe ſimulat ieiunans in eodem die, & in dominico, quia Chriſtum in hominis natura natum eſſe non credit, ſicut Cerdon, & Marcion, Manicheus, anathema ſit.* Multa ſunt alia teſtimonia, ſed ſufficient hæc. Vide quod ſequitur

Ieiunium diei ſabbati indicitur obſeruandum.] Si ſuperiorem euolueris diſtinctionem, omninò hæc tibi videbitur illi aduerſari,

E quoniam ibi dicitur, non eſſe ſabbato ieiunandum, hic autem præcipitur ſabbati ieiunium. Itaque notandum, quod hoc ieiunium ſabbati non in omnibus Eccleſiis antiquitùs obſeruabatur, præcipuè in Eccleſiis Orientis nec in aliquibus Eccleſiis Occidentis, vt patet ex loco EPIPHANII CYPRI hæreſi 75. contra Aerium & alio adhuc loco, & ex AVGVSTINI epiſtola 86 ad Caſulanum, quam citauimus ſuperioribus NICEPHORVS CALLISTVS lib. 12. hyſtoriæ cap. 34. & SOZOMENVS SALAMINVS libro 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 19. narrant, quia etiam ſub tempore Theodoſij ſenioris Romanis mos erat Sabbato quouis ieiunare. Quomodo

Epiphanius Cypri.

Auguſtinus Hipponenſis.

Nicephorus Calliſtus.

Sozomenus Salaminius.

A autem, & quo tempore inſtitutum ſit, inuenio quòd ſub tempore eiuſdem Theodoſij maximè viguerit. vnde AMBROSIVS MEDIOLANENSIS, qui illo tempore floruit, libro de Helia & ieiunio capite 10. teſtatur, quòd cùm Quadrageſimæ ieiunium celebraretur, nihilominus tamen Sabbato & dominica non ieiunabatur. *Conſidera (ait) Quadrageſima, totis præter ſabbatum & dominicam, ieiunatur diebus. Hoc ieiunium Domini Paſcha concludit, &c.* Hinc & HIERONYMVS STRIDONENSIS Ambroſio coæuus, epiſtola ad Lucinium, quæ incipit: nec opinanti mihi, &c. *De Sabbato, (ait) quod quæris vtrum ieiunandum ſit, & de Euchariſtia an accipienda quotidie, quod Romana Eccleſia & Hiſpania obſeruare perhibentur,*

B *ſcripſit quidem & HYPPOLITVS vir diſertiſſimus, & carpim diuerſi ſcriptores è variis authoribus edidere. Sed ego illud te breuiter admonendum puto: Traditiones Eccleſiaſticas (præſertim quæ fidei non officiant) ita obſeruandas vt à maioribus tradita ſunt, nec aliorum conſuetudinem, aliorum contrario more ſubuerti. Atque vtinam omni tempore ieiunare poſſemus: quod in actibus Apoſtolorum diebus Pentecoſtes, & die Dominico Apoſtolum Paulum, & cum eo credentes feciſſe legimus. Nec tamen Manichea hæreſeos accuſandi ſunt, cùm carnales cibus præferri non debuerit ſpiritualis, &c. Euchariſtiam quoque abſque condemnatione noſtri & pungente conſcientia, ſemper accipere & pſalmiſtam audire dicentem: Guſtate &*

C *videte quoniam ſuauis eſt dominus, & cùm eo canere: Eructauit cor meum verbum bonum. Nec hoc dico quod dominicis diebus, &c.* Vide ſuperiori pagina poſitum. Denique Sabbati ieiunium indixit circa hæc tempora INNOCENTIVS I. epiſtola 1. ad Decennium Eugubinum Epiſcopum cap. 4 & allegat Gratianus de conſecratione diſtinctione 3. capite ſabbato, & Iuo Carnotenſis libro 2. decretorum. *Sabbato* (inquit Innocentius) *ieiunandum eſſe ratio euidentiſſima demonſtrat. Nam ſi diem dominicum ob venerabilem reſurrectionem domini noſtri*

D *Ieſu Chriſti, non ſolum in Paſcha celebramus, verùm etiam per ſingulos circulos hebdomadarum ipſius diei imaginem frequentamus, ac feria 6. propter paſſionem domini ieiunamus, ſabbatum prætermittere non debemus, quod inter triſtitiam atque lætitiam temporis illius videtur incluſum. Nam vtique conſtat Apoſtolos biduo iſto, & in mœrore fuiſſe, & propter metum Iudæorum ſe occuluiſſe. Quod vtique non dubium eſt in tantum eos ieiunaſſe biduo memorato, vt traditio Eccleſiæ habeat, iſto biduo ſacramenta penitus non celebrari, quæ vtique forma per ſingulas tenenda eſt hebdomadas, propter id, quod commemoratio diei illius ſemper eſt celebranda. Quòd ſi putant ſemel atque vno ſabbato ieiunandum, ergo & dominica, & ſexta feria ſemper in Paſcha erit vtique celebranda. Si autem dominici diei & ſextæ feriæ per ſingulas hebdomadas reparanda ima-*

E *go eſt, dementis eſt, bidui agere conſuetudinem, ſabbato prætermiſſo, cùm non diſparem habeat cauſam, à ſexta videlicet feria, in qua dominus paſſus eſt, quando & ad inferos fuit, vt tertia die reſurgens, redderet lætitiam poſt biduanam triſtitiam præcedentem. Non ergo nos negamus ſexta feria ieiunandum, ſed dicimus & ſabbato hoc agendum, quia ambo dies triſtitiam Apoſtolis, vel his qui Chriſtum ſecuti ſunt, indixerunt. Qui die dominico exhilarati, non ſolùm ipſum feſtiuiſſimũ eſſe voluerunt, verùm etiam per omnes hebdomadas frequentandum eſſe duxerunt.* Hinc & Concilium ARAVSICANVM I. citat codex 16. voluminum. lib. 14. c. 6. vt in ſequenti dicemus diſt. eadem ſtatuit GREG. VII. (allegatur à Grat. de conſec.

Ambroſius Mediolanenſis.

Hieronymus Stridonenſis.

Euchariſtia an quotidie ſumenda.

Traditiones obſeruandæ.

Pſal. 33.

Pſal. 44.

Innocentius 1.

Vide ieiunium 6. feriæ.

Ratio ieiunij Sabbathi.

Ioann. 20.

Ieiunia 6. feriæ & ſabbathi, à duobus illis Paſſionis [illegible] diebus ſumunt originẽ.

Concilium Arauſicanũ 1. Gregorius 7.

diſtinctione quinta.capite (Quia dies.) *Quia dies ſabbati apud ſanctos patres noſtros in abſtinentia celebris eſt habitus,nos eorundem authoritatem ſequentes ſalubriter admonemus,vt quicunque ſe Christianæ religionis participem eſſe deſiderat,ab eſu carnium eadem die,(niſi maiori feſtiuitate interueniente, vel infirmitate impediente, abſtineat.* Vide. & iunge ea quæ ſequuntur. Lege CASSIANVM lib 3.cap. 9. & 10.

Si vis lege Ioannem Caſſianum libro 3 de inſtitutis Cœnobiorũ, cap. 9 & 10. vbi huius myſterij rationem reddit.

Ieiunium hebdomadæ ſanctæ,ſeu tridu ante Paſcha mandatu . * Iam ſuperioribus annotationibus ſatis probatum eſt ex Tertulliano,Epiphanio,Auguſtino.Innocentio & reliquis, quia feriæ 4. 6. & ſabbati ieiunium originem trahit ab illo triduo ante paſcha,& quod eorumdem dierum quædam repetitio & commemoratio eſt ,vt facilè ex lectura præcedentium deprehendes. Verumtamen & hic de ieiunio Paraſceues ,quàm hæretici volunt feſtiuam & hilarem ſine abſtinentia ducere, volumus demonſtrare antiquum morem & vſum & præceptum , licet Sabbatum paſchæ,ſuperiùs ex canone Apoſtolorum 65. oſtenderimus ſolenniter ieiunandum Igitur paucis quod reſtat abſoluamus , connectendo hæc ſuperioribus CLEMENS I. libro quinto . Conſtitutionum Apoſtolicarum capite decimo ſexto . Apoſtolos ſic recenſet ſtatuiſſe *Præcepit nobis dominus,vt ieiunaremus ſex his diebus,* (ſcilicet hebdomadæ paſſionis) *propter Iudæorum impietatem atque iniquitatem , admonens nos , vt eos ob interitum lugeamus atque deploremus : etenim ille quoque lachrimatus eſt,ignorantibus tempus viſitationis ſuæ. In quarta feria & Paraſceue nobis ieiunium indixit,in illa ob perditionem, in hac ob paſſionem.deſinere autem ieiunium in ſeptima die in gallicantu, Iuſſit ipſo ſabbato ieiunare , non quod oporteat in ſabbato ieiunium ſeruare,cum in eo ceſſatio conditi operis ſit,ſed quod in illo tantum ieiunare oportet , in quo opifex ipſe ſubtus terram manſit. In ipſo enim feſto ſuo detinuerunt dominum , vt impleretur ille ſermo : Poſuerunt ſigna ſua in medio teſtimonij eorum , & non cognouerunt* (Tum capite 19 ſubditur.) *In diebus Paſchæ ieiunate , incipientes a ſecunda ſabbati vſque ad Paraſceuem & ſabbatum , dies ſex,ſolo pane vtentes,ſale atque oleribus, & aqua in potum. A vino & carnibus vos abſtinete in illis diebus , ſunt enim dies luctuoſi,non feſti. Paraſceuem tamen & ſabbatum integrum ieiunent , qui qui dem poſſunt nihil guſtantes vſque ad gallicantum noctis. Quod ſi quis non poteſt duorum dierum ieiunium continuare , ſeruet ſaltem ſabbatum. Ait quidam in loco de ſ. dominus. Quando auferetur ab eis ſponſus , ieiunabunt in illis diebus. His igitur diebus ſublatus eſt a falſis Iudæis,& crucifixus eſt,& cùm impijs reputatus eſt* (& capite 20. ſubditur.) *Quare monemus vos vt ieiunetis per hos dies,quemadmodum nos etiam ieiunauimus , cum nobis ipſe ereptus eſt . vſque ad veſperam. In reliquis verò diebus ante paraſceuem , nona hora vel veſperi quilibet cibum capiat , vel quemadmodum quiſque poterit. A veſpera autem 5. diei vſque ad gallicantum vigilantes,atque in Eccleſiam conuenientes vigilate,orantes ac rogantes Deum, legentes in veſtra pernoctatione legem,prophetas,pſalmos , vſque ad gallicantum : baptizantes que cathecumenis veſtris, & lecto Euangelio in timore ac tremore luctum deſinite, rogateque Deum vt conuertatur Iſrael . & inueniat pœnitentia locum, atque impietatis remiſſionem.* Eiuſdem adhuc fit mentio ieiunij capite vegeſimo primo, ſed citauimus ſupra. Sed hæc approbat IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Philippenſes.

Quod in die Paraſceues ieiunandum ſit, & in die illa in mœrore tranſigendum ſicuti & ſequens Sabbathi dies & illa tota ante Paſcham hebdomada, cõtra Eraſmum & alios

Clemens I.

Lucæ 19.

Pſal 73.

Vide delectum ciborum.

Matth 9. Lucæ 22.

De precibus quæ fiendæ ſunt in die Paraſceues etiam vide preces, &c Ignatius Martyr.

Hebdomadam(inquit)*poſt diem paſſionis ne deſpiciatis , quarta & ſexta . feria ieiunantes, & quæ ſuperſunt pauperibus porrigentes, &c.* Denique & ieiunij Paraſceues IVSTINVS MARTYR meminit,ad calcem Apologiæ ſecundę,pro Chriſtianis ad Antoninum pium, vt facilè potes videre TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de ieiunio aduerſus Pſychicos. *Cur* (inquit *ſtationibus quartam & ſextam ſabbati dicamus , & ieiunijs paraſceuem ? quamquam vos etiam Sabbatum ſi quando continuatis, nunquam niſi in paſcha ieiunandum.* Denique Concilium ARAVSICANVM I. ſub Leone I. (allegatur in codice decimo ſexto , voluminum libro decimo quarto , capite ſexto.) *Statuimus , vt in Sabbato ſancto,hoc eſt, in vigilia Paſchæ ieiunium ante noctis initium,niſi a paruulis & infirmis, non ſoluatur , nec in ipſa paraſceue · quia Cœna Domini Paraſceue . & Sabbatum ad illos quadraginta dies reſpiciunt , nec diuina myſteria his duobus diebus celebrantur, canonibus iubentibus in biduo iſto , id eſt . paraſceue & ſabbato,ſacramenta penitus non celebrari.* Orationum autem & precum quæ in die Paraſceues dicuntur in Eccleſia pro Paganis,hæreticis. Iudæis, &c. meminit COELESTINVS I. epiſtola prima , ad Galliarum Epiſcopos capite vndecimo, vt inuenies repoſitum in vocabulo, preces, &c. Præterea huius Paraſceues & aliorum dierum ſequentium cælebritatis meminit Concilium TOLETANVM IV Patrum 67. capite ſexto,& quoſdam arguit, qui eodem die clauſis Baſilicarum foribus nullum officium celebrant, nec paſſionis Chriſti prædicationem fieri permittebant. Iubet autem eo die myſterium crucis, quod ipſe dominus cunctis annunciandum voluit , prædicari , atque indulgentiam criminum clara voce omnem populum poſtulare , vt pœnitentiæ compunctione mundatus, venerabilem diem dominicæ reſurrectionis remiſſis iniquitatibus ſuſcipere mereatur,corporiſque eius & ſanguinis ſacramentum mundi à peccatis ſumant. Prohibuit autem Concilium AVRELIANENSE III capite viceſimo nono,& Concilium MATISCONENSE I. capite decimo quarto, ne die Paraſceues Iudæi audeant palam inter Chriſtianos ambulare , vt dicemus in dictione, Iudæus Porrò præfatum Toletanum Concilium quartum ſic capite ſeptimo. loquitur. *Quidam in die paſſionis eiuſdem dominica, ab hora nona ieiunium ſoluunt , conuiuijs abutuntur , & dum Sol ipſe eadem die tenebris palliatus lumen ſubduxerit, ipſaque elementa turbata , mœſtitiam totius mundi oſtenderint , illi ieiunium tanti diei polluunt, epuliſque inſeruiunt. Et quia totum eundem diem * vniuerſalis Eccleſia , propter paſſionem domini in mœrore & abſtinentia peragit, quicunque in eo ieiunium , præter paruulos,ſenes & languidos , ante peractas indulgentia preces ſoluerit,a Paſchali gaudio depellatur, nec in eo ſacramentum corporis & ſanguinis domini , percipiat, qui diem paſſionis eius per abſtinentiam non honorat , &c.* Et Concilium BRACARENSE I. ſub eodem Honorio primo , canone decimo ſexto, *Si quis feria quinta. Paſchali , quæ vocatur Cœna domini,hora legitima poſt nonā,ieiunus miſſam Eccleſia non tenet,ſed ſecundū ſectam Priſcilliani feſtiuitatem ipſius diei ab hora tertia per miſſas defunctorum,ſoluto ieiunio,colit , anathema ſit.* Idem prius ſtatuerat Concil. LAODICEN. can.49.vt dicemus in vocabulo. Quadrageſ. &c. Idem & refert Martinus Bracarenſis cap.50. collectorij vide ibidem.

Tertullianus Carthaginenſ.

Concilium Arauſicanum I ſub Leone I.

Vide ieiunium quart.

Miſſa non celebratur ...

Cœleſtinus I

Concilium Toletanum 4. Honorio I.

Die Paſchæ communicandum

Concilium Aurelianenſe 3.

Iudæi nõ egre... die Paraſceues.

Igitur Caluiniſtæ ... Eccleſiam, qui hæc non cuſtodiunt.

Concilium Bracarenſe I.

Ieiunium Cœnæ domini.

Concilium Laodicenum.

Concilium generale à Conſtantinopolit. 3. ſub Conſtantino Pogonato 4 Imper.

A Denique vide quod ſupra diximus in vocabulo, Cœna domini, &c. Quin & Concilium Generale VI. Conſtantinopolitanum 3. in trullo canone 89. *Dies ſalutiferæ paſſionis in ieiunio, & oratione, & cordis compunctione peragentes fideles, vſque ad mediam magni ſabbati noctem ieiunare oportet: cùm diuini Euangeliſtæ Matthæus & Lucas, ille quidem per veſpere ſabbati, hic verò per id ſummo manè, noctis nobis tarditatem deſcribat.* Vide ſequentia.

Ieiunium Quadrageſimæ.] Vide vocabulum, Quadrageſimæ.

Ieiunium vigiliarum dierum feſtorum.] Vide vocabulum, Vigilia. &c.

B Ieiunium quatuor temporum anni obſeruandum.] Satis oſtendimus ſuperiùs, ex conſtitutionum Apoſtolicarum libro 5. cap. 16. & 21 & reliquis, quoſdam dies Apoſtolos mandaſſe obſeruari, per certa anni tempora, licet non ſpecialiter ea determinauerint: nam & Quadrageſimalis ieiunij mentionem faciunt, vt ſuo loco dicetur.

Calixtus 1.

Poſt Apoſtolos autem CALIXTVS I. epiſtola 1. ad Benedictum Epiſcopum, quatuor anni tempora præfixit ieiunanda, & ſic allegatur etiam à Gratiano diſtinctione 76 capite Ieiunium quod ter, &c. *Ieiunium quod ter in anno apud nos (ait) celebrare didiciſti, conuenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus, vt ſicut annus per quatuor voluitur tempora, ſic & nos quaternum ſolenne agamus ieiunium per anni quatuor tempora. Et ſicut replemur frumento vino & oleo ad alendas corpora, ſic replemur ieiunio ad alendas animas, iuxta prophetæ Zachariæ vocem: Ieiunium 4. & ieiunium 7. & ieiunium 10. erit domui Iuda in gaudium, &c.*

Ratio ieiunij quatuor témporum.

C Zacharia 8.

Huius ieiunij meminit ATHANASIVS ALEXANDRINVS libro de fuga ſua: & NICEPHORVS CALLISTVS libro 9. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 29. ſub eodem tempore dicit obſeruatum. *Hebdomada (ait) poſt ſanctam Pentecoſtem, ieiunio abſoluto, populus ad cœmeterium oratum egreſſus erat, &c.*

Athanaſius Alexandrinus. Nicephorus Calliſtus.

IOANNES CASSIANVS collatione 21. quæ tractat de remiſſione quinquageſimæ, cap 17 & 18 atque reliquis huius ieiunij ſæpius recordatur, ſed prolixior eſt quàm hic poſſit proferri.

Ioannes Caſſianus.

D Porrò HIERONYMVS STRIDONENSIS exponens caput 8. Zachariæ Prophetæ, per illa quatuor tempora ieiuniorum à propheta præmonſtrata, dicit ieiunium quatuor temporum Eccleſiaſticæ inſtitutionis intelligi, tomo operum . folio 116 litteris 6 & c vide ſi dubitas.

Hieronymus Stridonenſis.

Cui aſſipulatur IOANNES CHRYSOSTOMVS opere 2. in Matthæum: & ne videatur non ille eſſe author huius operis, idem ſermone 1 in natiuitate Ioannis baptiſtæ, ex cap. 1. Lucæ, qui ſic incipit, (eſt in tomo 2.) de ſolſtitiis & æquinoctiis conceptionis, &c.

Ioannes Chryſoſtomus.

Zacharia 8.

E *Hæc (ait) ieiunia quæ a propheta nominantur, nunquam a Iudæis ſeruata fuiſſe inuenimus. Non enim aliquando 4. feria ieiunauerunt, aut 7 quod dicitur ſabbatum, aut decima feria quæ nec poteſt dici. quamuis & ſi in ſabbato ieiunauerunt non lege parendo, ſed opportuna neceſſitate. Quærendum ergo eſt quæ ſint iſta ieiunia:* (& infrà) *Hi ſunt menſes in quibus dominus noſter & Ioannes Baptiſta concepti & nati ſunt. Ipſis quatuor temporibus, id eſt, verno, & æſtate, & autumno, & hyeme, per quæ annus vertens cognoſcitur, &c.*

Leo 1.

Denique LEO I. hoc ſatis approbat, ſingulis his quatuor ieiuniorum temporibus ſermones & homilias adaptans, quæ paſſim leguntur. & ibi huius ieiunij rationem luculenter exponens. Et poſtea Concilium GERVNDENSE

Concilium Gerundenſe ſub Hormiſda.

A ſub Hormiſda 1. papa canone 2. *Expleta ſolennitate Pentecoſtes, in ſequenti ſeptimana à quinta feria in ſabbatum, per hoc triduum abſtinentia celebretur, &c.*

Cōcilium Moguntinum 1. ſub Carolo Magno.

Sed & Concilium MOGVNTINVM I. canone 34. *Conſtituimus, vt quatuor tempora anni ab omnibus cum ieiunio obſeruentur, id eſt, menſe Martio hebdomada prima, & feria quarta & 6. & ſabbato veniant omnes ad Eccleſiam hora nona, cùm Litaniis ad Miſſarum ſolennia. Similiter in menſe Iunio hebdomada 2. feria 4. 6. & ſabbato ieiunetur vſque ad horam nonam, & à carne ab omnibus abſtineatur. Similiter in menſe ſeptembri hebdomada tertia, & in menſe decembri hebdomada quæ fuerit plena ante vigiliam natiuitatis domini, ſicut eſt in Romana Eccleſia traditum.*

Vide Litaniarum vſum ſimpliciter lege, Litania.

B Etiam fit mentio ieiunij 4. temporum in dictione, ordines quibus conſecantur temporibus, &c.

Concilium Salegiſtadienſe ſub Benedicto Papa 8. & Henrico ...

Concilium SALEGVNSTADIENSE I. canone 2. *De incerto autem ieiunio quatuor temporum hanc certitudinem ſtatuimus, vt ſi Calendæ Martij in 5. feria, ſiue antea euenerint, eadem hebdomada ieiunium celebretur. Si autem Calendæ Martij in 5 feriam, aut ſextam, aut Sabbatum diſtenduntur, in ſequentem hebdomadam ieiunium differatur. Simili quoque modo, ſi Calendæ Iunij in quartam feriam, aut antea euenerint, in ſubſequente hebdomada ieiunium celebretur. Et ſi in 5. feriam, aut*

C *6. aut ſabbatum contigerit, ieiunium in 5 hebdomadam reſeruetur. Et hoc ſciendum eſt, quod ſi quando ieiunium menſis Iunij in vigilia Pentecoſtes ſecundum prædictum regulam euenerit, non ibi celebrandum erit, ſed in ipſa hebdomada ſolenni Pentecoſtes ... tunc propter ſolennitatem ſpiritus ſancti Diacones dalmaticis vtantur, & alleluja cantetur, & flectamus genua, non dicatur. Eodem modo & Septembris ieiunio conſtitutum eſt, vt ſi Calendæ ſeptembris in 4. feria euenerint, aut antea, ieiunium in 3. hebdomada celebretur: & ſi in ... aut 6. aut ſabbato contigerit, in 4. hebdomada ieiunandum erit. In decembri illud obſeruandum erit, vt proximo Sabbato ante vigiliam natiuitatis domini celebretur ieiunium, quia ſi vigilia in Sabbato euenerit, * ſimul vigiliam & ieiunium celebrare non conuenit.*

Vide, & itaquè vium ceremoniarum ieiunij ... & Quadrageſimæ.

Hoc, anno præterit ... contigit cùm die Dominica eſſe ... ſed dominus, hoc verò anno ... celebrabitur ..., ſed propter Dominicam qua nunquam ieiunatur.

D Porrò iterum de ieiunio 4. temporum Concilium OXONIENSE in Anglia ſub Innocentio 3 capite 1. eadem, quæ ſuperiùs ſtatuta ſunt, confirmauit.

. Concilium Narbonenſe.

Concilium NARBONENSE capite vltimo, de ieiunio 4 temporum menſe ſeptembri celebrando, & de feſto S. Matthæi eodem tempore occurrente meminit.

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato Cancellario & ... Zach. 8.

Porrò illud idem Ieiunium 4. temporum contra Lutheranos Hæreticos viriliter defendit Concilium SENONENSE decreto . & rationem huius rei reddit hoc modo. *Quæ a Calixto martyre in quatuor anni partes diſcreta ſunt Ieiunia, quarti, 5. 7. & 10. menſis legem referunt ac figuram adimplent. & velut quædam noſtri temporis primitia, ſub illis anni quatuor partibus offeruntur. ea quidem obſeruantia, vt duodenarius dierum numerus,*

E *duodecim menſium numero reſpondeat.* Itaque tam quatuor temporum, Quadrageſimæ, vigiliarum ieiunia efficaciter Eccleſiaſticis à præſidibus ordinata, ad ſpiritualis profectus incrementum, ad retundendam carnis petulantiam ad pellendum omne genus dæmoniorum ſtrictiſſimè iubent obſeruari, contemptores anathemate ferientes, cùm damnatis Hæreſiarchis Iouiniano Vigilantio Vuicleffo Vualdenſibus & cæteris, qui olim eam ob cauſam à ſacris Conciliis anathematizati ſunt. &c. Vide quæ ſupra iam dicta ſunt, & quæ ſequuntur, & Quadrageſimæ Vigil., & Litaniæ, &c.

Ieiunium Rogationum ſeu litaniarum.] A Vide, litaniæ. & Rogationes. Sequuntur autem quædam inſtituta ieiunia quæ ad deuotionem celebrantur, quia nec ea nouit Eccleſia.

Ieiunium poſt feſtum omnium ſanctorum. (Hoc ieiunium ſoli Religioſi & clauſtrales, qui ſub regula S. Benedicti degunt, & alij quidam obſeruant, quòd vocatur ieiunium quatuor Coronatorum vt cenſeo) de hoc ieiunio ſic Concilium MATISCON. I. cano. 9. *Statuimus, vt à feria ſancti Martini vſque ad Natalem domini, ſecunda 4. & 6. ſabbati ieiunetur,* (nos omnem hebdomadam obſeruamus) *& ſacrificia quadrageſimali debeant ordine celebrari. In quibus diebus canones legendos eſſe ſpeciali deffinitione cenſemus, vt nullus ſe fateatur per ignoratiam deliquiſſe.* B Si laici olim hæc obſeruarint ieiunium ignoro verumtamen ſcio, quia non in Galliis obſeruetur Lege ſequentia. Mentio etiam fit ieiunij celebrandi poſt Calendas Ianuarij in Concilio TOLETANO IV. canone 10. de quo vide in vocabulo, Quadrageſima. Vide quod ſequitur.

Concilium Matiſconēſe 1. ſub Pelagio & Guntrāno rege.

Concilium Toletanum 4.

Ieiunia monachis preſcribuntur.] Et quidem ſatis patres illi qui Regulas inſtituerunt monachorum, & eis modum viuendi præſcripſerunt, vt BASILEVS, HIERONYMVS, AVGVSTINVS, BENEDICTVS, & reliqui, de ieiuniorum ſtatis diebus eiſdem mandauerunt, vt ex eorum decretis agnoſcimus, lege caput 49. regulæ Benedicti. Verumtamen & Concilium TVRONENSE II. ſub Pelagio 1. canone 18. C *De ieiuniis antiqua a monachis inſtituta conſeruentur, vt de Paſcha vſque* * *Quinquageſimam, excepto Rogationibus, omni die fratribus prandium præparetur. Poſt quinquageſimam tota hebdomada exactè ieiunent. Poſtea vſque ad Calendas Auguſti ter in ſeptimana ieiunent, ſecunda, quarta & ſexta die, exceptis his qui aliqua infirmitate conſtricti ſunt. In Auguſto, quia quotidie Miſſa ſanctorum ſunt, prandium habeant. In ſeptembri toto, & octobri & Nouembri, ſicut prius dictum eſt, ter in ſeptimana. De decembri* D *vſque ad natalem domini, omni die ieiunent. Et quia inter Natalem domini & Epiphaniam, omni die feſtiuitates, itemque prandebunt. Excipitur triduum illud, quo ad calcandam Gentilium conſuetudinem* vide ſupra, dies feſti Gentilium & *patres noſtri ſtatuerunt priuatas in Calendis Ianuarij fieri litanias, vt in Eccleſia pſallatur, & hora 8. in ipſis Calendis, circumciſionis Miſſa Deo propitio celebretur. Poſt Epiphaniam verò vſque ad quadrageſimam, ter in ſeptimana ieiunent, &c.* Vide in vocabulo, Monachus, &c. lege ſequentia.

Baſilius. Hieronymus. Auguſtinus. Benedictus.

Concilium Turonenſe 2. ſub Pelagio 1.

* Id eſt per illa quinquageſima vſque ad pentecoſtem.

Ieiunia moderata & diſcreta ſint.] Diximus nonnihil in vocabulo, ciborum delectus more hæreticorum reprobandus. Porrò IOANNES CASSIANVS collatione 2. Abbatis Moyſi capite 17. de immoderatis ieiuniis & vigiliis E tractat, vt poteris legere. Sed & HIERONYMVS STRIDONENSIS epiſtola ad Ruſticum monachum, quæ incipit: nihil Chriſtiano fœlicius, &c. *Monachus balnearum fomenta non quærat,* ait, *qui calorem corporis ieiuniorum cupit frigore extinguere. Quæ & ipſa moderata ſint, ne nimia debilitent ſtomachum, & maiorem refectionem poſcentia erumpant in cruditatem, quæ parens libidinum eſt. Modicus ac temperatus cibus, & carni, & animæ vtilis eſt.* Idem in epiſtola ad lætam de inſtitutione filiæ, ſic incipit: Apoſtolus Paulus, &c. *Diſplicent mihi, in teneris maximè ætatibus, longa & immoderata ieiunia, in quibus iunguntur hebdomades. Oleum in cibo,*

Ioannes Caſſianus.

Hieronymus Stridonenſis.

A *ac poma vetantur. Experimento didici aſellum in via cùm laſſus fuerit, diuerticula quærere. faciant hoc cultores Iſidis & Cibeles, qui guloſa abſtinentia Phaſides aues ac fumantes turtures vorant, ne cerealia dona contaminent. Hoc in perpetuo ieiunio ſit præceptum, vt longo itineri vires perpetes ſuperent, ne in prima manſione currentes, in medio corruamus, &c.* Vide reliquum. Idem epiſtola ad Demetriadem de virginitate ſeruanda, quæ incipit: inter omnes materias, &c. *Sic debes ieiunare vt non palpites & reſpirare vix poſſis, & comitum tuarum vel portes vel traharis manibus, ſed vt fracto corporis appetitu, nec in lectione nec in pſalmis, nec in vigiliis ſolito quid minus facias. Ieiunium non perfecta virtus, ſed cæterarum virtutum fundamentum eſt, & ſanctificatio, atque pudicitia, ſine* B *qua nemo videbit Deum, &c.* Hinc PINARNIVS HAREMITA, vt recenſet Buchardus libro 13. cap. 23. & legitur in vitis patrum. *Sint tibi* ait *quotidiana ieiunia, & refectio ſatietatem fugiens. Nihil enim prodeſt tibi biduo triduoque tranſmiſſo vacuum portare ventrem, ſi pariter obruatur. Si compenſantur ſaturitate ieiunia, illa mens repleta torpeſcit, & irrigata terra, corporis humi, ſpinas & carduum germinat, &c.* Hæc in commendationem ieiunij ex antiquis patrum ſtatutis protulimus, illorum cæcitati condolentes qui tam ſalubria decreta paruipendunt, vt corruptibili carni inſeruiant. Putant ieiuniis debilitari corpus, cùm è contrario ſit maximè & corporis, & animæ ieiunium ſalutare. Scio hominem qui à nouem vel C decem annis nec carnem guſtauit, nec ſeptem menſium iuge & continuum ſoluit ieiunium: & tamen nec cuilibet cedat hæretico, tam in robore & ſanitate corporis, quàm animi & mentis integritate & præſtantia. Sed de his hactenus. reliqua locis ſuperiùs memoratis perquire ſcilicet, Quadrageſima, Vigiliæ, Litaniæ, Rogationes, & huiuſmodi.

Loquitur ſuper Noea.

Saluberrimum ieiunium.

Pinarnius heremita.

IESVS.

D De nomine Ieſu.] Tot & tanta à Patribus inſcriptis mandantur, vt non breui poſſint compendio explicari: ſed nec opus eſt diutius ſuper notis ſignificationibus immorari. Quid AMBROSIVS, CHRYSOSTOMVS, HIERONYMVS, & AVGVSTINVS, atque alij patres ſuper interpretatione vocabuli huius, & de eius virtute diſeruit, non eſt neceſſe reuoluere, omnibus enim eorum ſcripta ita nota ſunt, & manibus ſingulorum geſtantur. Adde quòd ſuperiùs in vocabulo, Chriſtus, & filius diffusè ſatis de hoc nomine tractatum eſt. Verùm nè hic locus vacuus remaneat, ſufficiat quod ex ſcriptis magni illius CYRILLI ALEXANDRINI libro de incarnatione vnigeniti capite 5. proferimus, reliquum E quære in dictione, Emmanuel, &c. *Et quidem in teſtimonium* ait *quia oporteat a nobis vnum dici filium, tantumdem eſt Chriſtus, Emmanuel, & Ieſus. Et idem vero quaſi ex re nomen eſt factum: ipſe enim ſaluabit populum ſuum a peccatis eorum. Quemadmodum Emmanuel ſignificat, per generationem ex muliere nobiſcum factum fuiſſe Dei verbum, & Chriſtus. Porrò, quia factus eſt homo vnctus dicitur iuxta nos humana, ita etiam Ieſus quòd ſaluauit nos, id eſt, ſuum populum, quod maximè eum demonſtrat Deum vere ex natura omnium dominum, &c.* Lege reliquum. Præterea plura LEO I. epiſtola 95. ad Leonem Auguſtum, de myſterio huius nominis diſſerit. Sed & in pluribus locis AVGVSTINVS, & ſpecia-

Ambroſius. Chryſoſtomus. Hieronymus. Auguſtinus.

Cyrillus Alexandrinus. Matth. 1.

Leo I.

Auguſtinus Hipponenſis.

liter,

liter, lib. 13. de Trinitate, cap. 10. & libro meditationum, cap. 19. & aliis in locis de hoc nomine diſſerit. Denique Concilium BASILEENSE, ſeſſio. 21. ſtatuit, vt omnes caput inclinent in choro dum hoc nomen Ieſus, profertur Quod & conſtitutiones noſtræ ſtatuunt etiã de nomine virginis Mariæ, ſicut & Bernardus, atque alij docuerunt.

Concilium Baſileenſe generale.

IGNIS ET LVMINARIA.

Philo Iudæus.

Ignis nouus in feſto Paſchæ benedicendus.] PHILO IVDAEVS, lib. 2 vitæ Moſeos, benedictum ignem à Moſe in tabernaculo ſemper arſiſſe deſcribit. AMBROSIVS MEDIOLANENSIS, lib. 3. officiorum, cap. 14. egregiè de illo igne diſſerit, qui benedictus erat, & de altari ſublatus, abſconſus in puteo à Neemia fuerat. Huius autem loco aquam craſſam poſtea inuentam iuſſit ſacrificus ſuperfundi, & ſtatim accenſus eſt ignis magnus. Sed vt rem acu tangamus, benedicti illius ignis ſolenniter meminit GREGORIVS I. in illo hymno pulcherrimo, qui incipit: Exultet iam Angelica, &c. Sed ſi antiquiores authores poſtulas, quamuis non inuenerim certos canones qui de illo igne ſtatuant: tamen ex veterum monumentis colligo, cæremoniam eſſe antiquiſſimam, vt etiam in vocabulo, Cereus Paſchalis, poſuimus ſupra. Ignis illius & cerei Paſchalis meminit AVRELIVS PRVDENTIVS, qui erat tempore Ambroſij Mediolanenſis, in illo hymno quem ad laudem huius ignis compoſuit, qui ſic incipit:

Ambroſius Mediolanenſis. 2 Machabeo 1. Gregorius 1. Aurelius Prudentius.

Inuentor rutili dux bone luminis,
Qui certis vicibus tempora diuidis
Merſo ſole, Chaos ingruit horridum.
Lucem Chriſte tuis redde fidelibus, &c.

Ibi ſæpiùs ignis illius meminit Denique ZACHARIAS I. epiſt. 5. ad Bonifacium Moguntinenſem. *De igne* (ait) *Paſchali, quod inquiſiſti, a ſanctis priſcis Patribus, ex quo per Dei & Domini noſtri gratiam, & precioſo ſanguine eius Eccleſia dedicata eſt, quinta feria Paſchæ dum ſacrum chriſma conſecratur, tres lampades magnæ capacitatis, ex diuerſis candelis, Eccleſiæ oleo collectæ in ſecretiori Eccleſiæ loco ad figuram interioris tabernaculi in ... e ite, indeficienter cum multa diligẽtia inſpecta ardebant, ita vt oleum ipſum ſufficere poſſit vſque ad tertium diem De quibus candelis, ſabbato ſancto pro ſacro fonte baptiſmate, ſumptus ignis per ſacerdotem renouabitur. De cryſtallis autem, nullam habemus traditionem, &c.* Vide quod ſequitur.

Zacharias 1. Attende myſterium.

Ignis & luminariorum vſus in Eccleſia.] Oſtendimus in vocabulo, Cereus, non recens eſſe inuentum, ſed ab omni vetuſtate comprobatum, vt cerei, lampades, & luminaria in Eccleſiis ad Dei ſeruitium accendantur. Hoc egregiè contra Cattarus Vigilantij HIERONYMVS defendit, vt ibidem citauimus: & ex aliis adhuc locis poſſumus hoc confirmare. Siquidem NICEPHORVS, lib. 13 SIMEON METAPHRASTES, & cæteri, qui Ioannis Chryſoſtomi vitam ſcribũt, narrant hoc factum cùm eius corpus per Theodoſij iunioris curam fuiſſet Conſtantinopolim de exilio deportatum. *Omnes* (inquit) *occurrerunt, cereos & lampades accendentes pro reuerſione paſtoris, &c.* Et infrà. *Huius doctoris reliquiæ, ſequenti tempore in regiam deductæ ſunt ciuitatem. Rurſusq́; fideliſſimus populus per pelagus, quaſi per terram currens, vndas Boſphori lampadibus & cereis obuelauit, &c.* Eadem LEONARDVS IVSTINIANVS,

Hieronymus Stridonenſis. Nicephorus Calliſtus Symeon Metaphraſtes. Leonardus Iuſtinianus.

A & idem METAPHRASTES in vitam S. Nicolai narrant, ſcilicet, ad tumulum Nicolai cereos & lampades iugiter accenſas permanere PAVLINVS NOLANVS natali III. in vitam Felicis martyris:

Metaphraſtes. Paulinus Nolanus.

Cera coronantur (ait) *denſis altaria lychnis,*
Lumina ceratis adolentur adora papyris,
Nocte dieq́; micant, &c.

Idem natali ſexto.

Eſt aliis pictis accendant lumina ceris,
Multifóreq́; cauis lychnos laquearibus aptent,
Vt vibrent tremulas funalia pendula flammas
Martyris hi tumulum ſtudeant perfundere nardo, &c.

B Porrò præfatus Metaphraſtes in vita Spiridonis. *Spiridon* (ait) *vir diuinus de more veſpertina peracturus cantica templum ingreſſus eſt, iubens plus ſolitò plura accendi lumina, &c.* Idem in vita Porphyrij Epiſcopi. *Præcedebant* (ait) *Patres illuſtres, & omnis dignitas cum ordinibus militaribus, omnes portantes cereos, vt putarentur aſtra cerni in terra, &c.* GREGORIVS I. lib. 1 Dialogorum, cap. 5. miraculum inſigne recenſet factum in lampadibus Eccleſiæ quia cum oleum defuiſſet, diuinitùs ad preces Stephani, viri Dei, aqua repletæ, & igne accenſæ arſerunt. IDEM lib. 3 cap. 24. etiã lampadarum & luminarium Eccleſiæ meminit, & cap. 26 *Effuſò deſuper lumine, omnes quæ extinctæ fuerant lampades accenſæ ſunt.* IOANNES DAMA-

Gregorius 1. Ioannes Damaſcenus

C SCENVS in vita Barlaam & Ioſaphat, ad calcem. *Multitudo innumerabilis* (ait) *ex omnibus ciuitatibus, & in circuitu regionibus, ad adoranda & videnda beatorum illorum virorum corpora confluebant honorifice, cum hymnis & canticis, & lampadibus, & cereis ardentibus. Inde quidam ibi, congruenter ſatis & valde idoneè, dixit, luminaria circa luminis filios & heredes, &c.* Hinc GREGORIVS TVRONENSIS in opere in gloriam plurimorum martyrum, cap. 57 *Cum ad Aramanti* (ait) *martyris cereos frequenter deuotio Chriſtiana deferretur, quodam die contigit. vt quidam præ longinquitate itineris incrementum ignis, quo accenderetur cereus, non exhibens acceptam ſilicem ferro verberaret, quaſi ignem elicituros.*

Gregorius Turonenſis Epiſcopus.

D *Quod dum ageret, & crebris ictibus lapidem quatiens nihil ſcintillæ poſſet excutere, cœleſti lampade, cereus qui iam beato ſepulchro affixus erat, illuminatur, &c.* IDEM cap. 32. operis in gloriam ſanctorũ martyrum, dum de beato Thoma Apoſtolo loquitur. *Huius* (ait) *vrbi poſitus atque illuminatus ante locum ſepulturæ eius perpetualiter die noctuq́; diuino nutu reſplendet, a nullo fomentum olei ſcirpiq́; accipiens, neque vento extinguitur, neque caſu dilabitur, neque ardendo minuitur, habetq́; incrementum per Apoſtoli virtutẽ, quæ neſcitur ab homine, &c.* IDEM cap. 50 eiuſdem operis. *Ad beati* (ait) *Benigni ſepulchrum quidã dum exinde multa beneficia perciperet, cereum detulit, quo accenſo domum rediit Puerulus autem paruulus hæc obſeruans, illo abeunte deſcendit ad tumu-*

Hæc magnoperè conducunt ad confirmandam fidelium deuotionem. Hic quieſcit in Diuionẽſi vrbe.

E *lum, vt ardentem cereum extingueret & auferret quo deſcendẽte, ecce ſerpens miræ magnitudinis de illa parte veniens, cereum circumcingit, puer autẽ timens ſurſum rediit, & bis, aut tertio cereum auferre tentans, obſiſtente angue non potuit, &c.* IDEM in opere de miraculis S. Martini Epiſcopi, cap. 18. lib. 1. *Quidam* (ait) *paralyticus ad ſepulchrum Martini adueniens, cereum in ſtaturæ ſuæ altitudine nocte tota vigilans retinuit, qui manè facto vt lux reddita eſt mundo abſolutis greſſibus, populo teſte, incolumis exiuit.* Et lib. 2. cap. 11. *Coniunx Auiani Tribuni, nomine Vnimida, vſum vnius pedis perdiderat, quæ ad beati Martini pedes depoſita, nocte tota cereum manu pro voto detinuit, no-*

Res miranda.

bis in baſilica vigilantibus: manè autem ſubitò integrè ſanata eſt. Poſſem plura producere teſtimonia, ſed qui hæc neglexerit, etiam alia non recipiet. Vide ſuprà, [illegible] & infrà, Miſſæ cæremoniæ, & Euãgelium, & cætera vocabula quæ ſæpiùs huiuſce rei mentionem faciunt.

IGNORANTIA.

Ignorantia quàm damnabilis, præcipuè in viris Eccleſiaſticis.] Superiùs in vocabulo, Epiſcopus, iam multa de ſacerdorum & Epiſcoporum ignorantia dicta ſunt, quam multùm criminanda in illis eſt, qui cæteros docere debent & inſtruere. Sed quædam etiam huic loco reſeruauimus inſerenda, quæ in aliis commodè locis nõ potuerunt præſtari. Itaque CLEMENS I epiſt. 3 ad vniuerſum cœtum fidelium. *Origo* (inquit) *totius mali ab ignorantia deſcendit, & ipſa eſt omnium malorum mater, quæ incuria & ignauia gignitur. Negligentia verò alitur & augetur, atque in ſenſibus hominum radicatur, dum amatur: quam ſi quis fortè doceat effugandam, velut antiquis & hæreditariis ſedibus moleſtè & indignanter auellitur. Et ideò paululũ laborandum nobis eſt, vt indignantis ignorantiæ præſumptionem ſcientiæ ratione reſecemus, in his præcipuè qui in aliquibus minus rectis opinionibus prauenti ſunt, per quas, quaſi ſub ſpecie alicuius ſcientiæ ignorantia in his vehementius radicata eſt. Nihil enim eſt grauius, quàm ſi id quod ignorat, quis ſcire ſe credat, & defendat verum eſſe, quod falſum eſt. Quod tale eſt, quale ſi quis ebrius ſobrium ſe putet: & agat quidem cuncta vt ebrius, ſobrium ſe tamen & ipſe putet, & dici à cæteris velit. Ita ſunt ergo & hi qui ignorantes quod verum eſt, ſpeciem tamen alicuius ſcientiæ tenent, & mala quaſi bona gerunt, atque ad perniciem, quaſi ad ſalutem, feſtinant. Propter quod ante omnia properandum eſt ad agnitionem veritatis, vt poſſimus, quaſi lumine inde nobis accenſo, eorũ tenebras depellere. Grande enim malum eſt, vt diximus, ignorantia: ſed quia ſubſtantiam non habet, facilè ab his qui ſtudioſi ſunt effugatur. Non enim aliud eſt ignorantiam, niſi non cognouiſſe quod expedit: vbi autem cognoueris, perit ignorantia.* Hinc DIONYSIVS AREOPAGITA, libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, cap. I. Sacerdotes ad effugandam ignorantiam adhortans. *Subſtantia* (inquit) *ſacerdotij noſtri, ſcriptura ſacra eſt nobis diuinitus tradita, &c.* Vide Traditio. TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS, libro Apologetico aduerſus gentes, cap. I. de ignorantiæ vitio multa diſſerit. *Teſtimonium* (inquit) *ignorantiæ eſt, quæ iniquitatem dum excuſat, condemnat, &c.* Et EPIPHANIVS CYPRI, lib I. contra hæreſes, hæreſi 37. contra Ophitas, quantum malum per ignorantiam in mundum ſit inuectũ, demonſtrat. Et AMBROSIVS MEDIOLANENSIS in 2. ad Corinth. cap. II. *Qui imperitus eſt in ſermone* (ait) *reus non eſt apud Deum: qui autem ſcientiam Dei non habet, reus eſt ignorantiæ: quia non licet ignorare, maximè quod pertinet ad ſalutem, &c.* Et IOANNES CHRYSOSTOMVS, homilia 6 in Matthæum, cap. 2. *Non de his tantummodo puniendi ſumus* (ait) *quæ ſciendo peccamus, verumtamen pro illis, quæ ignorando committimus.* Et homil. 75. in Ioannem, ſtatim initio. *Timidam & effœminatam animam ignorantia efficit, quemadmodum magnam & ſublimem cæleſtis doctrinæ eruditio: quia, quæ non fruitur meticuloſa eſt, non natura, ſed voluntate, &c.* Et HIERONYMVS STRIDONENSIS, lib. I Dialogi aduerſus Pelagianos, multis verbis & exemplis docet ignorantiã ſummum eſſe peccatũ: ſed etiam AVGVSTINVS HIPPONENSIS, lib 22. de ciuitate Dei, cap 22. per totum de ignorantiæ malo copioſè diſſeruit: item & lib. 3 de libero arbitrio, cap 22. vbi docet quando ignorantia excuſari debeat, & quando vituperari. Sed his omiſſis ad propoſitum redeamus. LEO PRIMVS epiſt 13. ad Pulcheriam Auguſtam. *Ignorantia* (ait) *in graues nonnunquam incidit lapſus, & plerumque in diabolicos [illegible] incauta ſimplicitas.* Et iterum idem epiſt 22 ad clerum & plebem Conſtantinopolitanam, ex aſſenſu patrum Concilij ROMANI qui cum eo erant, & allegatur à Gratiano, diſt 8. cap Si laicis. *Ne quiſpiam* (ait) *ſibi audeat de ſacerdotali honore blandiri, qui potuerit in execrandi ſenſus impietate conuinci. Nam ſi vix in laicis tolerabilis videtur ignorantia, quantò magis in his qui præſunt nec excuſatione eſt digna, nec venia: maximè cum etiam defendere peruerſarum opinionum commenta præſumunt, & in conſenſum ſuum aut gratiam inſanabiles quoſque traducunt.* IDEM epiſt 70. ad Iuuenalem Epiſcopum Hieroſolymitanum. *Nulli ſacerdotum licet neſcire quod prædicat, quoniam qui ignorat, ignorabitur.* Et Coocilioin TOLETANVM IV. cap. 24 & allegat Gratia. diſtinct. 38 cap. Ignorantia. *Ignorantia mater cunctorum errorum maximè in ſacerdotibus Dei deuitanda eſt, qui docendi officium in populis ſuſceperunt. Sacerdotes enim legere ſanctas ſcripturas frequenter admonet Apoſtolus dicens: Intende lectioni & exhortationi, doctrinæ quoque, & permane ſemper in his, &c. Sciant igitur ſacerdotes ſcripturas ſanctas, & canones meditentur* (vide ſuprà Canon, & Prædicatio infrà) *vt omne opus eorum in prædicatione diuina & doctrina conſiſtat: atque ædificent cunctos, tam fidei ſcientia, quàm operum diſciplina.* Idem omninò Concilium ARELATENSE IV. ſub Carolo Magno, can. 3. Concilium TOLETANVM II. *Quantum quis* (ait cap. 2.) *præcelſum culminis obtinet locum, neceſſe eſt vt præcellat cæteros gratia meritorum, &c.* Lege reliquum poſitum ſuprà Epiſcopus, &c. Hinc Concilium AQVISGRANENSE I. ſub Ludouico Imperatore, cap. 6. allegans ISIDORVM Hiſpalenſem, lib. 3. de Summo bono, cap. 35. *Sicut iniqui & peccatores miniſterium ſacerdotale aſſequi prohibentur, ita indocti & imperiti à tali officio retrahuntur. Illi enim exemplis ſuis vitam bonorum corrumpunt, iſti ſua ignauia iniquos corrigere neſciunt. Quomodo enim docere poterunt, quod ipſi non didicerunt? Deſinat locum docendi [illegible] pere, qui neſcit docere: Ignorantia quippe præſulum, vitæ non congruit ſubiectorum. Cæcus enim ſi cæco ducatum præbet, ambo in foueam cadunt. Sacerdotes indoctos per Eſaiam Prophetam ita Dominus improbat. Ipſi* (ait) *paſtores ignorauerunt intelligentiam.* Et iterum. *Speculatores eius cæci omnes, id eſt, imperiti Epiſcopi, neſcierunt vniuerſi, canes muti non valentes latrare, hoc eſt, plebes commiſſas non valentes reſiſtendo malis per verbum doctrinæ defendere, &c.* Idem docet Concilium RATISPONENSE, cap. 32. & prohibet ne inter epulas & conuiuia de fide diſputent. Vide ea quæ ſequuntur.

Ignorantia laborantes nõ promoueantur.] Infrà in vocabulo, Ordinandi, de his dicemus qui minimè ſacris debent initiari ordinibus, ex cano. 3. Concilij ROMANI ſub Hilario I. vbi & ſpecialiter inſcij literarum nominantur. Similiter & tales prohibet ordinari GELASIVS I. epiſt I. ad Epiſcopos Lucaniæ & Brutiorum, &c. vt ibidem dicitur. Hinc quoque ſtatuit Cõcilium

Clemens I. Attende ſi noſtra tempeſtate non regnet hoc vitium in his, qui cæteris præſunt, qui tamẽ, ita ſunt ob cæcati vt non minimam grauitatem & ſtudiantiam prætendant, & hoc illis accreſcit damnationis, quia in aliis inuident & criminãtur, quod ſibi non neceſſe conſpiciunt, ô extrema dementiam.

Quid ſit ignorantia.

Dionyſius Areopagita.

Tertullianus Carthaginenſ.

Epiphanius Cypri.

Ambroſius Mediolanenſis.

Ioannes Chryſoſtomus.

Hieronymus Stridonenſis.

Auguſtinus Hipponenſis

Leo I.

Perſtringit ignorantiam [illegible] fides [illegible] ta vel ſiout [illegible] tiuus.

[illegible] Toletanum [illegible]

Concilium Arelatenſe 4. ſub Leone 3. Papa.

Concilium Toletanum 2.

Concilium A[illegible] Iſidorus Hiſpalenſis.

Matth 15. Luc 6. Idem.

[illegible] Ratiſponenſe.

Concilium Romanum ſub Hilario I.

Gelaſius I.

Concilium Aurelianenſe ſub Vigilio I.

Concilium Toletanum 8.

O vtinam hæc obſeruaret noſtrum ſeculũ.

Avrelianense II. cano.16 *Presbyter vel diaconus ſine literis, vel ſi baptizandi ordinẽ neſciat, nullatenus ordinetur* Ex Conciliũ Toletanvm VIII. cano.8. *Reperimus quoſdam diuinis officiis mancipatos tanta neſcientiæ ſocordia plenos, vt nec in illis probentur inſtructi cõpetenter ordinibus, qui quotidianos verſantur in vſus. Proinde feliciter conſtituitur atque decernitur, vt nullum cuiuſcunque dignitatis Eccleſiaſticæ percipiant gradum, qui non totum pſalterium, vel canticorum vſualium, vel hymnorum, ſiue baptizandi perfecte nouerint ſupplementum. Illi ſane qui iam honorum dignitate funguntur, huiuſce tamen ignorantiæ cæcitate vexantur, aut ſponte ſumant intentionem neceſſariam perdiſcendi, aut à maioribus ad lectionis exercitia cogantur inuiti.* Vide Ordinandi qui non ſint, &c.

Imago.

Semper imagines virorũ præſtantiũ ad monimentum virtutis eorum & ad eruditionẽ poſterorũ depictæ ſunt & erectæ.

Imperatorum imagines.

Gregorius Nazianzenus.

Imaginum erigendarũ venerandarumq; vſus antiquiſſimus defenditur. Iam de erigenda & adoranda cruce ſuo loco diximus. & de imagine, agnus Dei, egimus ſuo loco, & de adoratione ſuo loco dictum eſt, & de imaginibus nonnihil diximus vocabulo, Eccleſia. Igitur quæ in ſupra memoratis locis iam diximus, non repetemus, ſed lectoris ſtudio relinquentes reoluenda, ad cætera tranſimus. Quòd autem ab initio penè creaturæ ſemper ſolenne fuerit Heroum, & Principum, & illorum qui præclarè quippiam egiſſent, & nomeo cùm laude ad poſteros demiſiſſent, imagines depingere, vt homines earum intuitu ad virtutis ſtudium raperentur, penè omnes tam Gentiles Ethnici, quàm Iudæi & cuncti Philoſophi meminerunt. Nobis non eſt otium cunctos authores hic recitare, qui id tam fideliter atteſtantur, quàm certo ſemper factum fuiſſe conſtat. Et quidem quòd Imperatorum & Principũ imagines antiquitus ſemper fuerint erectæ & depictæ, poſt authorum memorabiliũ ſyluam Catholicus mihi ſanctiſſimus & fideliſſimus teſtis occurrit Gregorivs Nazianzenvs, qui oratione prima in Iulianum Imperatorem, ait: *Lex eſt regia, non apud cunctos homines qui regio ſubſunt imperio, ignoro, apud Romanos vero ſummo ſtudio obſeruata, publicè imaginibus honorare imperantes. Haud enim ſufficiunt coronæ, & diademata, purpuráque florida, & vt tributa, ac præfectura enumerentur, ob quæ & ſubditorum multitudo, imperio applaudere ſolet: verùm neceſſe eſt, vt etiam imperatores ipſi adorentur, quò magis venerandi videantur & non ſolùm ipſi, ſed & imagines eorum picta ac ficta, vt veneratio ſit inexplebilior ac perfectior. His imaginibus, alij aliud quid Imperatoribus appingere gaudent, quidam enim ciuitates clariores dona ferentes adiungunt: alij autem victorias capiti coronas imponẽtes, nonnulli militiæ præfectos adorantes ac Principes ſignis honorantes, aliqui ferarum confectiones, aciesq; inſtructas, quidam multiplices barbarorum deuictorum, aut pedibus proſtratorum ſeu caſorum figuras: non ſolùm enim rerum quibus maximè gloriantur veritatem, ſed & illarum amant ſimulachra, &c.* Hæc ille De imaginibus verò Philoſophorum, quæ in gymnaſiis depingi ſolebant, poſt Sidonivm Apollinarem epiſtola ad Fauſtum Petrvs Crinitvs, lib.1.de boneſta diſciplina, cap.11. narrat qualiter in Areopagis vel gymnaſiis Zeuſippus depingebatur curua ceruice, Aratus panda, Zenon fronte contracta, Epicurus cute diſtenta, Diogenes barba comante, Socrates coma candente, Ariſtoteles brachio exerto, Xenophanes crure collecto, Heraclitus fletu oculis clauſis, Democritus riſu labris apertis, Criſippus digitis propter numerorum indicia couſtrictis, Euclides, propter menſuram ſpatia, laxatis, Cleantes, propter vtrumque, corroſis, & ſic de aliis. Hæc præmiſimus, vt doceamus non eſſe recens, quod tam antiqua memoria factum prodit. Verùm obijciant hæc quidem paganos confinxiſſe, ſed non licere Chriſtianis propter idololatriæ ſcandalum. Dicimus ergò nos nõ ea intentione imagines formare, qua Gentiles, vt ſcilicet, relicto veri Dei cultu illis cultum ſoli Deo debitum impendamus Honoramus autem & erigimus imagines, vt imagines eorum, qui viui cùm Chriſto regnantes, iuſtè adorandi & venerandi ſunt, ſicut apertiùs ex ſequentibus clareſcet teſtimoniis. Si verò vſum vis noſſe antiquiſſimum depingendarum imaginum, ſit ipſe Saluator, qui imaginem ſuam linteo expreſſam Veronicæ tradidit, & Pictori Agbari Regis, exẽplum primarium, vt Nicephorvs Callistvs, lib. 2. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap.7. recenſet. Verùm ſi hoc fictitium cenſetur, non poteſt hoc eſſe falſum, quòd ille Lvcas Evangelista, imaginem Deiparæ virginis depinxit, quæ adhuc Romæ cernitur, vt locupletiſſimus eſt teſtis Simeon Metaphrast. in vita eiuſdem Euangeliſtæ. Idem Nicephorus, lib 2. cap 43. ſic loquitur. *Fertur* (inquit) *Lucas primus Chriſti, & quæ eum ita vt Deum decebat genuit matris, atque item principum Apoſtolorum effigiem pingendi arte adumbraſſe: vnde & in omnem deinde habitabilem orbem, tam venerandum & pretioſum opus eſt illatum, &c.* Idem Nicephorvs hæc iterum repetens, lib 6. cap 16. *Cùm* (inquit) *ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ipſiusq; adeo Chriſti, & quæ eum mirificè genuit virginis matris coloribus adumbratas imagines plurimas ad hunc vſque diem conſeruatas eſſe nouimus. Ac Lucas quidem Apoſtolus primus ipſius accuratè, opus id exorſus, manibus ſuis depinxit: deinde verò ex veteribus alij quoque viri, pro eo atque par erat, veluti ſeruatores ſuos in ſignis & picturis ſeruantes, idem fecere. Ethnica quidem illi fortaſſè conſuetudine ducti, & morem eum colere ſoliti, abſque tamen neceſſaria obſeruatione obtinere id, tradiderunt. Sed Eccleſia inde acceptum magis ac magis adauxit (prouidentia Dei curante atque diſponente) non modo effigies & ſtatuas, verumetiam veſtes, baculos, & lectos ſanctorum illorum virorum conſeruans, ad memoriam eorum ſempiternam. Sicut & Iacobi thronum ad multa tempora ſeruatum eſſe ſcimus, quem fratrem ipſum Domini primum Hieroſolymorum Epiſcopum ab ipſo Chriſto, & Apoſtolis creatum eſſe ſacra monumenta tradidere, venerati ſunt, enim hunc ſucceſſores eius aſſeruatum, ſatis apertè declarantes, quo cultu & ſtudio Deo dilectos viros ſunt proſequuti: quemadmodum id quoque ad nos eſt tranſmiſſum, apud quos multa etiam memoriæ gratia aſſeruantur, &c.* Deſcribit quoque cap.15. eiuſdem libri inſigne miraculum ad imaginem ſaluatoris factum in Paneadis ciuitate, cuius priùs meminit antiquiſſimus Evsebivs Cæsariensis, lib 7. cap 14. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & poſt eum Caſſiodorus Senator, lib 6. cap.41. Tripartitæ hiſtoriæ, & Nicephorus loco præfixo Sic autem loquitur Euſebius. *Quia Paneadis vrbis* (ait) *fecimus mentionem, iuſtum videtur commemorare etiam illud in ea quod hiſtoria dignum duximus. Mulierem quam ſanguinis profluuio laborantem, à ſaluatore curatam Euangelia tradiderunt, huius vrbis ciuem con-*

Trophea principum ſimul cũ imaginibus depingebantur.

Imagines Philoſophorum & ſapientum.

Sidonius Apollinaris.
Petrus Crinitus.

Ratio erigendarum imaginum.

Vſus imaginũ antiquiſſimus.

Nicephorus Calliſtus.

Simeon Metaphraſtes.
Nicephorus.

Obſecro hæc diligenter, lector, notes, quia hæc ſufficientiam retundendam hæreticorũ peruicacia quamquam & adhuc pluribus ſimus corroboraturi teſtimoniis.

Nota hæc.

Hiſtoria digna fide nam vetuſtiſſimus author teſtis oculatus hæc narrat, cui meritò credimus.

ſtat

ſtas fuiſſe, domumq́; eius in ea etiam nunc oſtenditur. Pro foribus vero eiuſmodi ipſius, baſis quadam in loco editiore collocata monſtratur, in qua mulieris ipſius, velut genibus prouoluta palmasq́; ſuppliciter tendentis, imago ære videtur expreſſa. Aſtat vero alia ære nihilominus fuſa ſtatua, habitu viri ſtola compte circundati, & dexteram mulieri porrigentis. Huius ad pedes ſtatuæ è baſi herba quadam noua ſpecie naſcitur, quæ cum exorta fuerit, excreſcere vſque ad ſtolæ illius ærei indumenti fimbriam ſolet: quam cum ſummo vertice creſcens herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos languoresq́; conquirit: ita vt quæcunque illa fuerit infirmitas corporis, hauſtu exiguo madefacti ſalutaris graminis, depellatur, nihil omnino virium gerens ſi antequam æreæ fimbriæ ſummitatem creſcendo contigerit, decerpatur. Hanc ſtatuã ad ſimilitudinem vultus Ieſu formatam tradebant, quæ permanſit ad noſtra vſque tempora, ſicut ipſi oculis noſtris conſpeximus. Et nihil mirum, ſi hi qui ex gentilibus crediderant, pro beneficiis quæ à ſaluatore fuerant conſecuti, huiuſmodi velut munus videbantur offerre, cum videamus etiam nunc Apoſtolorum Petri & Pauli, & ipſius ſaluatoris imagines deſignari, tabulisq́; depingi. Sed & antiquas ipſorum imagines à quibuſdam conſeruatas nos vidimus: quod mihi videtur ex gentili conſuetudine indifferenter obſeruatum, quod ita ſoleant honorare quos honore dignos duxerint. Inſignia enim veterum reſeruari ad poſterorum memoriam, illorum honoris, horum verò amoris indicium eſt. Hæc Euſebius. Denique in Eccleſia imagines depictas EPIPHANIVS CYPRI, epiſtola ad Ioannem Hieroſolymitanum Epiſcopum, ſe vidiſſe teſtatur: quæ epiſtola inſerta eſt tomo 2. epiſtolarum Hieronymi Stridonenſis. Sic & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS in ſermone de inuentione Geruaſij & Prothaſij, illorum imagines depictas apertè ſe vidiſſe deſcribit: & venerandarum imaginum meminit ſermone 10. in Pſalm 118. dum illud exponit: manus tuæ fecerunt me, &c. vt latiùs in ſequentibus oſtendetur. Vide & IOANNEM CHRYSOST. infrà teſtimonium perhibentem imaginibus venerandis, & multos alios Patres, quos producemus ex Concilio generali VII. Interim etiam NICEPHORVS iam memoratus lib. 14. cap. 46. ſub tempore Theodoſij iunioris inſigne narrat miraculum: narrat quippe quoddam Templum Cyrum Epiſcopum conſtruxiſſe in honorem virginis Mariæ, & hac occaſione extruxiſſe. *Cupreſſus* (ait) *in eo loco vbi poſtea condidit templum, ingens & procera fuit, in qua ſuperioribus temporibus neſcio quomodo imaginem Dei genitricis quidam occultauit. Cùm autē multum præteriſſet temporis, & imago lateret, ipſa ſeipſam indicauit. cupreſſus enim immēſo coruſcans lumine, perinde atque ſi tota ardere viſa eſt: & ingens etiam miraculorum vis ab obſcura & latenti efficacia manauit. Vbi autem quidam curioſitate laudata arborem conſcendit, imago ea vnde miraculorum vis profluxit, apparuit. Quapropter Cyrus loco ei honorem habens, pulcherrimum & maximum Dei genitrici conſtruxit delubrum, &c.* IDEM libro 16. cap. 27. de Xenaia impio loquens, qui ſe mentitus eſt presbyterũ, cùm nec dũ eſſet baptizatus, & poſtea à Petro Gnaphæo Antiocheno Epiſcopo hæretico Hierapoli Epiſcopus creatus eſt, & eum Philoxenum nominauit. *Xenaias* (ait) *iſte primus (ò audacem animum & os impudens) vocem illam euomuit, Chriſti & eorum qui illi placuere imagines venerandas non eſſe, &c.* Lege reliquum. Porrò ſcripſit IOANNES DAMASCENVS, libros tres pro veneratione ſanctarũ imaginum eruditione plenos, quos non ita pridem in noſtram linguã tranſtulimus, contra Leonem III. Imperatorem Iſaurum, qui imagines euertit è templis, vt infrà dicemus. Sed ne quis fortè ſuſpicetur Ioannem Damaſcenum illos libros non edidiſſe, fidem facit qui eius vitam conſcripſit eleganti & polito ſtylo IOANNES HIEROSOLYMITANVS, qui ſic refert. *Ingruerant vniuerſo orbi nox horrida & profunda tenebræ, ita vt obſcurarentur venerabilium imaginum præclara figura. Illarum author fuit non à triuio aliquis, aut plebeius, qui in exigua tantum parte orbis malitiam ſuam diſſeminaret: ſed vir ille, vt ſic dicam, manu fines orbis complectens, Romanorum videlicet princeps Leo III. Ac Ioannes Damaſcenus aduerſus ſingularem hunc ſerpentem ſtrenuus atque impauidus pugnabat. Quamuis autem ille ſtrenuiſſimus meus athleta tanto locorum interuallo abeſſet à tyranno, libris tamen & ſermonibus cor illius diſſecabat. Præterea longos aliquot ſermones conſcripſit, item libros de præclara adoratione venerabilium imaginum, &c.* Quibus autem argumentis & teſtimoniis vſus fuerit, dicemus in ſequentibus. Porrò adorationis & erectionis imaginum, CLERICI APAMÆI epiſtola ad Patres generalis V. Synodi ſub Iuſtiniano Imperatore, contra Petrum Epiſcopum ſuum qui imagines è templis euerterat, vt diximus dictione, Hæreticus, &c. meminerunt. Concilium GENERALE V. ſub præfato Principe collat. 7. mentionem facit imaginis ſancti Theodoreti Epiſcopi Cyri, quã clerici eiuſdem ciuitatis Rhedæ impoſuerunt, & pſallentes in prædictam ciuitatem introduxerũt. Huius rei meminit & VIGILIVS I. vt ad calcem eiuſdem collat. 7. legitur. GREGORIVS I. lib. 7. regiſt. epiſt. 53. ad Secundinum incluſum. *Quòd imaginem* (ait) *illius quem colis tibi dirigendam per Dulcidium diaconum rogaſti, valde nobis tua poſtulatio placuit. quia illum in corde tota intentione quæris, cuius imaginem præ oculis habere deſideras, vt viſio corporalis quotidiana reddat expertum vt dum picturam vides, ad illum animo inardeſcas cuius imaginem videre deſideras. Ab re non facimus, ſi per viſibilia inuiſibilia demonſtramus. Sic homo qui alium videre ardenter deſiderat, aut ſponſam amans videre conatur, ſi contigerit eam ad balneum, aut ad Eccleſiam ire, ſtatim per viam incedenti ſe præparat, vt de viſione eius hilaris recedat. Scio quidem quòd imaginem Saluatoris noſtri non ideo petis, vt pro Deo, aut quaſi Deum colas: ſed ob recordationem filij Dei, & in eius amore recaleſcas, cuius te imaginem videre deſideras. Et nos quidem non quaſi ante diuinitatem ante illam proſternimur, ſed illum adoramus quem per ipſam imaginem, aut natum, aut paſſum, ſed & in throno ſedentem recordamur: & dum nobis ipſa pictura ad memoriam filium Dei reducit, animum noſtrum, aut de reſurrectione lætificat, aut de paſſione demulcet. Ideoq́; direximus tibi ſurtarias duas, imaginem Dei ſaluatoris, & ſanctæ Dei genitricis Mariæ, beatorumq́; Apoſtolorum Petri & Pauli continentes, per ſupradictum filium noſtrum diaconem, & vnam crucem, clauium etiam pro benedictione à ſanctiſſimo corpore Petri Apoſtolorum Principis, vt per ipſum à maligno ſis defenſus, per cuius ſignum munitum te eſſe credis, & ab eo te protegat, qui mueualia ſemper ſuggerit recordari, &c.* Fit in Concilio GENERALI VI mentio imaginis agni Dei, vt ſuo loco poſuimus in dictione, Agnus Dei relege ſi placet. Denique PLATINA CREMONENSIS in vita Gregorij II. & alij authores mentionem faciunt cuiuſdam imaginis, in qua

Res digna fide quia ipſa quæ loquitur vidit & teſtimonio perhibet veritati.

Epiphanius Cypri.

Ambroſius Mediolanenſis.

Ioannes Chryſoſtomus.

Nicephorus.

Attende obſcuru.

Xenaias primus fuit hæreticus qui imagines abhorruit.

Ioannes Damaſcenus.

Ioannes Hieroſolymitan. patriarcha.

Clerici Apamæi.

Concilium Conſtantinop. generale ſub Iuſtiniano Imp.

Vigilius & Gregorius I.

Vide [illegible] ratione [illegible] imagines.

Quid apertius?

Concilium Conſtantinop. generale 6. Platina Cremonenſis.

erant

erant ſex generales Synodi depictæ, habitæ in ſummo honore & veneratione ab Anaſtaſio Imperatore: *Quæ & priſtino loco* (ait) *reſtitutæ eſt, vt huius fidei feruore ab Eccleſia omnis ceſſaret quæſtio.* Vide & Pictura. IDEM in vita Adriani Papæ I. refert quòd ille Pontifex altare ſancti Petri pallio exornauit auro intertexto, in quo depicta hiſtoria ierat, quemadmodum Angelus beatum Petrum è vinculis liberauerat. De huiuſmodi picturis & imaginibus THARASIVS CONSTANTINOPOLITANVS Patriarcha, qui II. Niceno Cōcilio interfuit, epiſtola miſſa ad Ioannem Anachoretam, quæ præfatæ Synodo præmittitur.

Actum II. Tharaſius Cōſtantinopolitanus Epiſcopus

Cùm (inquit) *inter nos de variis eſſet agminum, veritas & Deo placens voluntas indicata eſt: quòd, iuxta antiquam inſtitutionem ſanctorum Patrū noſtrorum, imaginum picturam, atque inſtructionem, & memoriam mentis noſtræ, & participationem ſanctificationis Eccleſiæ recepit. Quidquid enim ſanctum Euangelium per lectionem nobis demonſtrat, hoc idem imagines per inſpectionem. Quidquid item libri de paſſionibus martyrum narrant, hoc ipſum etiam imagines ſignant. Has enim recipimus tanquam effigurationem prototyporum, nihilominus credentes in vnum Deum in Trinitate laudatum, eidemq; ſoli latriam exhibentes, poſcimus interceſſionem intemeratæ Dominæ noſtræ ſanctæ Deiparæ, ſanctorum item Angelorum, omniumq; diuinorum & Patrum noſtrorum.*

Interceſſio ſanctorum.

Porrò actione I. Concilij NICAENI II. generalis ponitur ad Patres eiuſdem Concilij epiſtola miſſa (nomen præfert CONSTANTINI IMPERATORIS V. qui fuit filius impij Leonis III. Iſauri Iconomachi, cuius ſuprà iam mentio facta eſt, & Irenæ matris) quæ mentionem facit, cuiuſdam impiæ Synodi vel citiùs conciliabuli Conſtantinopoli, congregati ſub Paulo eiuſdem vrbis Patriarcha Tharaſij præfati ſucceſſore, quod generale VII. vocabant Concilium. Verùm quia ſine voluntate & aſſenſu Apoſtolicæ ſedis, ad perſuaſionē hæretici Imperatoris, & propter hæreticā de imaginibus definitionem congregatum eſt, merito damnatur, & diiudicatur potiùs conciliabulum quàm Synodus. Ideo autem congregata eſt Nicæna Synodus II quæ generalis VII nomen ſortita eſt, Oecumenica & vera, cui Apoſtolicæ ſedis legati interfuerunt præſides. In ſuprà memorata autem epiſtola Conſtantinopolitani Imperatoris Conſtantini V. exprimitur præfati Pauli Patriarchæ in extremis agentis querela & conqueſtio.

Concilium generale 7 Nicenum 2.

Conſtantinus Imperator 5.

Concilium Adulterinum & illegitimū Cōſtantinop. celebratum contra S. Imagin. ſub Leone 3. Iſauro

Dolebat enim (ait Imperator) *Synodum quandam hic indictam, quæ ſubuertere contendebat picturas imaginum, quas ſancta Eccleſia Catholica ſeruat & amplectitur, & ad memoriam præfiguratorum ſuſcepit. Idipſum eſt* (aiebat) *quod animum meum commouet, quod meam conſcientiam vrget, quomodo iudicium Dei effugere queam? Hæc* (ait Imperator) *& plura alia locutus vitam finiuit.* Quod perpendēs Imperator & horrens hæreticam cogitationem, conſilio inito ſacram Synodum indixit in præfata vrbe Nicæna, quæ de ſanctorum imaginibus eorúmque ſuffragiis implorandis definiret. In hac Synodo tres Epiſcopi affuerunt hæretici, qui in prædicto Conſtantinopolitano Concilio adulterino imagines damnauerant, qui errorem abiurarunt, & vnuſquiſque confeſſionem Catholicam, abiurationem erroris continentem, Patribus præſentarunt. Primus fuit Baſilius, Ancyræ: ſecundus Theodorus Epiſcopus Myron: tertius Theodoſius, Epiſcopus Amorij. Confeſſio autem BASILII ANCYRANI Epiſcopi, quam legatis ſedis Apoſtolicæ

Confeſſio in extremis agentis Patriarchæ & pœnitentis.

Sanctorum interceſſio.

Recantatio Epiſcoporū hæreticorū & hæreſis abiuratio.

Baſilius Ancyranus Epiſc.

& Tharaſio Conſtantinopolitano Epiſcopo præſentauit, talis eſt. *Credo & confiteor in Deum patrem omnipotentem, & in vnicum Dominum Chriſtum filium eius vnigenitum, & in ſanctum Spiritum Dominum viuificantem, Trinitatē conſubſtantialem, in throno eodem conſedentem, in vna Deitate, poteſtate, authoritate, adoratam & glorificatam, in vnius ſanctæ Trinitatis, & Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti œconomia, quēadmodum ſex ſacræ œcumenicæ Synodi tradiderunt. Hæc omnia ſic confiteor. Vniuerſam autem hæreticorū linguæ virulentiam & incontinentiam abijciens execror, quemadmodum ipſi ſeſe reddiderunt execrabiles. Interpellans etiam intemeratæ virginis noſtræ Deiparæ, ſanctarum cœleſtium poteſtatum, omniumq; ſanctorum interceſſionem, horum etiam ſanctas reliquias cum omni honore ſuſcipiens & amplectens, honorificè vereor, ſimiliter credens me illorū ſanctitatis fieri poſſe participem. Eodem modo venerandas imagines, quæ œconomiam Ieſu Chriſti Domini noſtri, qui propter noſtram ſalutem homo factus eſt, & inuiolatæ virginis Dominæ noſtræ Deiparæ, ſanctorumq; Apoſtolorum, Prophetarum, martyrum, & omnium ſanctorum ſuſcipio & amplector, atq; honorem debitum exhibeo. Abijciens & execrans ex toto animo & corde congregatam ex deprauata mente & inſania, & appellatam ſeptimam Synodum, apud eos qui rectè ſapiunt nimirum quàm iniquè & canonicè ψευδοσύνοδον, hoc eſt, falſum conciliabulum appellatum. vtpote ab omni impietate & religione alienam, & à Deo traditæ Eccleſiaſticæ legiſlationi audacter & perfractè, ne dicam impiè, oblatrantem, venerandaſq; imagines contumelia afficientem, iubentemq; eas è medio ſacrarum Eccleſiarum tolli, cui præfuit Theodoſius falsò nominatus Epheſi Epiſcopus, Siſinnius Pergæ, &c. Hæc ita confiteor, & in his acquieſco, ob id ſimplici corde & rectè animi arbitrio, Deum teſtem citans, ſubiectas execrationes (hoc eſt anathematiſmos) conſtituo.* Prima: *Chriſtianorum accuſatores & calumniatores, ſiue εἰκονοκλάστας, hoc eſt, imaginum demolitores, execror.* Secunda: *Qui ſacræ ſcripturæ verba de idolis & Gentium ſtatuis, ad venerandas Chriſtianorum imagines exponentes trahunt, execrandi.* Tertia: *Qui venerandas & ſanctas imagines non amplectitur.* Quarta: *Qui aſſerunt Chriſtianos, imagines vt Deos adorare.* Quinta: *Qui fauent ex animo violatoribus & ignominia afficientibus ſanctas imagines.* Sexta *Qui præter Chriſtum Deum noſtrum dicunt alios eſſe, qui nos liberarunt à cultu idolorum* Septima: *Qui doctrinas ſanctorum Patrum, & traditionem Catholicæ Eccleſiæ contemnunt, quique cauſantur & voces Arrij & Neſtorij, Eutychis, & Dioſcori iactant, dicentes quòd niſi ſatis ex veteri & nouo Teſtamento inſtructi eſſemus ſanctorum Patrum, ſacrarum ſex Synodorum doctrinas, & Catholicæ traditiones ſequeremur.* Octaua *Qui audent dicere Catholicam Eccleſiam aliquando idola ſuſcepiſſe.* Nona: *Qui inquirunt diabolicarum inſidiarum inuentum, ſacrarum imaginum culturam & ædificationem, nequaquam autem ſanctorum Patrum traditionem. Hæc quidem ſic confiteor & approbo ex tota anima corde & ore demonſtro, &c.* Eius itaque Baſilij Ancyrani confeſſio à ſancta Synodo II. Nicæna, laudata eſt, & ſuſcepta eſt. Similem THEODORVS EPISCOPVS MYRON confeſſionē præſentauit Patribus, quam, eò quòd à præcedenti nec ſenſu, nec fide diſcordat, ſubticemus. Hæc autem pariter à ſanctis Patribus cùm omni exultatione laudata, & approbata eſt. Sed & THEODOSII AMORII confeſſio conſequenter lecta eſt, & approbata, cuius tenorem ad confirmationem fidelium hic ſubnectere

Eius confeſſio.

Sanctorum interceſſio.

Reliquiæ Sanctorum.

Anathematiſmi præfati Baſilij.

Traditiones Eccleſiaſticas improbantes anathematizati.

Theodorus Epiſcopus Myron.

Theodoſius Epiſcop. Amorij.

Rius confeſſio pulcherrima.

operæ pretium duximus. Sic habet: *Sacra huic & uniuerſali Synodo, ego Theodoſius Chriſtianorum minimus, ſic confiteor. Imprimis approbo, ſuſcipio, ſaluto, & veneror ante omnia intemeratam Domini noſtri Ieſu Chriſti veri Dei noſtri imaginem, & eius quæ ipſum ſine ſemine peperit ſanctæ matris Virginis: cuius etiam auxilium, protectionem & interceſſionem noctu dieq́; vt peccatori mihi ſubueniat, inuoco, vt quæ eam poteſtatem habet ab illo, quem in mundum edidit, Chriſto Deo noſtro. Quin etiam ſanctorum & multis rationibus prædicatorum Apoſtolorum, Prophetarum, martyrum, patrum & heremum colentium imagines ſuſpicio: & veneror, non vt Deos (abſit) verum vt mentis meæ affectum & deſiderium, quo in illos affectus ſum, hoc modo indicans, ex toto animo omnes obteſtor, vt ad Deum pro me intercedant, quo in oculis eius in die iudicij miſericordiam conſequar.*

Interceſſio ſanctorum.

Eadem ratione & reliquias ſanctorum veneror, & honore proſequor, & ſaluto, velut athletarum & certatorum pro Chriſto, qui gratiam a Deo conſecuti ſunt, & remedia præſtare, morbos curare, dæmones eijcere, quemadmodum Chriſtiana Eccleſia, velut per manus accepit a ſanctis Apoſtolis & Patribus vſque in præſens ſeculum.

Reliquiæ ſanctorum venerandæ.

Probo ſimiliter quæ à primordio recepta traduntur imagines, principio Ieſu Chriſti Domini noſtri, & ſanctæ Deiparæ virginis, ſiue ex auro, ſiue ex argento, ſiue colorum ductibus, ſiue quacunque materia exprimuntur: vt omnibus manifeſta fiat eius in carne œconomia. Neque diſſimili probantur a me ſanctorum & omnibus ſeculis laudatorum Apoſtolorum, Prophetarum, martyrum geſta, poſitaq́; vt in oculis omnium prælia & certamina quæ pro Chriſto ſubierunt, hæreant atque id in compendioſam veluti ſcripturam, narrationem & eruditionem populi maxime ſimplicioris. Nam ſi Imperatorum vexillis ſanctioribus & imaginibus in ciuitates & prouincias miſſis, omnis populus cum cereis & ſuffimentis odoratis occurrunt, quantò iuſtius eſt in Chriſti Dei noſtri Eccleſiis, imaginem ſeruatoris noſtri Dei, & intemeratæ matris eius, ſanctorum etiam omnium Patrum & ſanctorum erigere?

Traditio.

Quemadmodum diuus BASILIVS MAGNVS ſermone in 40. martyres ait *Verumetiam in bello fortia virorum certamina & facinora hiſtorici & pictores ſæpe denotãt: hi quidem oratione exornantes, hi verò in tabulis depingentes, vtrique etiam multos ad virtutem excitarũt.* IDEM alibi: *Quantum tibi laborandũ eſt, vt vnum aliquem e ſanctis inuenias, quem pudeat Chriſti, &c.*

Baſilius Magnus. Ioannes Chryſoſtomus.

Et IOANNES CHRYSOSTOMVS *Sanctorum enim gratiam* (ait) *morte non amputatur, merita non obtunduntur, ſed & poſt mortem viuentibus ſunt potentiores, &c. aliaq́; multa, quæ dici vix poſſunt, & ob id obteſtor vos ſancti Dei, & exclamo, Peccaui in cœlum & coram vobis, ſuſcipite me, vt Deus ſuſcepit prodigum, meretricem & latronem. Quæritote me, quemadmodum ouem perditam quæſiuit Chriſtus, quam ex humeris ſuis ſuſtulit. Contingat mihi gratia in oculis Dei ſanctorumq́; eius Angelorum, vt per pœnitentiam ſalutem conſequar, dum vos Domini ſancti pro me intercedatis.*

Interceſſio ſanctorum.

Lucæ 15.7. & 23

Et ſubnectit ſuos anathematiſmos, omninò conformes his quos ſuperiori pagina ex Baſilio Ancyrano poſuimus, & ideo non repetemus. His factis, cùm lachrymis ab omni Synodo, tanquam veritatis præco, ſuſceptus eſt. Poſt tres autem illos Epiſcopos, qui ab hæreſi reuocati erant, venerunt & ſeptem adhuc alij Epiſcopi hæretici, qui præfato damnato conciliabulo interfuerant contra ſanctas imagines, qui errorem abiurantes, prædictorum trium confeſſionem ſecuti ſunt, & ei ſubſcripſerunt.

Conuerſio ab hæreſi ſeptem aliorum Epiſcoporum & abiuratio eorundem.

Horum nomina ſunt, HYPATIVS NICÆÆ Epiſcopus, LEO RHODI Epiſcopus, GREGORIVS PISSIDIÆ Epiſcopus, GREGORIVS alter PESSINVNTON Epiſcopus, LEO alter ICONII Epiſcopus, NICOLAVS HIERAPOLEOS Epiſcopus, LEO alter CARPATHI Epiſcopus. Hi omnes ſe imperitia erraſſe confeſſi ſunt, & ignorantia, & propterea ſe velle ſecundum fidem à ſanctis Apoſtolis traditam viuere, & recipi.

Iuſtè erat iure patres & authores ad[illegible], qui veritatis fortes teſt[illegible] extiterunt.

Gregorius quidem præfatus Peſſinuntôn Epiſcopus ſic loquutus eſt. *In ANTIOCHENA* ait *Synodo ſanctorum Apoſtolorum dictum eſt, Senatus non debere amplius ad idola aberrare, ſed certum dum eſſe ante columnam Dei hominisq́; Ieſu Chriſti Domini noſtri.*

Greg[illegible] tôn.

Concilij Antiocheni ca[illegible] quem non [illegible] nec [illegible] Conciliū impreſſum.

Sed & diuus ISIDORVS PELVSIOTES (ait idem) *[Greek: illegible].* *hoc eſt, Templi nulla ratio, quod non ornatur imagine.*

Iſidorus Peluſiotes.

Ex Chryſoſtomo adhuc ſupramemorato adfert authoritatem. *Ego & ex cera fuſilem picturam pietate plenam amaui.*

Ioannes Chryſoſtomus.

Et LEO RHODI Epiſcopus præfatus poſtea, ait: *Ex legali, prophetica, apoſtolica, patrumq́; traditione inſtructi ſumus, hanc eſſe veritatem pietatemq́;, vt in ſanctis Eccleſiis venerandæ imagines colantur, docente idem multorum annorum conſuetudine ab Apoſtolorum temporibus hucuſque probata.*

Leo Rhodi.

Huiuſmodi Epiſcoporum ſententiis approbatis, actum eſt an & ipſi deberent in communionem recipi, cùm hæretici fuiſſent, ſicut ſuperiùs poſuimus in vocabulo, Hæretici conuerſi, &c. Cùm autem multa eſſet quæſtio oborta, vnus patrum dixit, *Hæreſis iſta omnibus hæreſibus peior eſt, malorum omnium peſſima, vt pote, quæ œconomiam ſeruatoris noſtri ſubuertat.*

Hæreſis [illegible] ginibus [illegible] nerandis omnium peſſima iudicatur.

Sequitur & actione 2. eiuſdem NICÆNI II. Concilij generalis 7. reſipiſcentia & alterius GREGORII NEOCAESARIENSIS Epiſcopi, qui aliorum collegio ſociatus, ſimul & cùm eis errorem abiurauit veniam humiliter petens. Huius autem cauſa actio. 3 examinata eſt, & idem de eo ſtatutum, ſicut & de cæteris ſequitur porrò eadem actio. 2. epiſtola ADRIANI I. ad Conſtantinum V. Imperatorem & Irenem matrem eius, quæ coram Patribus publicè lecta, magnum præſtitit veritatis documentum, quantum ad venerationem ſanctarum imaginum reliquiarúmque attinet: nam omnes percurrit Patrum authoritates, veteris nouique teſtamenti teſtimonia, quæ huic doctrinæ fidem faciunt.

Adrianus pa[illegible]

Laus epiſtolæ Adriani 1. de veritate adorandarum imaginum.

In hac epiſtola Adrianus Conſtantino præfato & matri, narrat ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli imagines Romæ aſſeruari (id ſuperiùs ex Euſebio docuimus) & Conſtantino magno antequam baptizatus eſſet à Sylueſtro, apparuiſſe, & eundem à lepra, quam ſanguine innocentum mundare diſponebat, integrè curaſſe: eúmque inſtruxiſſe de fide, & Eccleſiis cõſtruendis. Qui non immemor accepti beneficij, ſtatim baptizatus, Eccleſias Dei ædificare cœpit, columnas earum paſſim ſacris imaginibus, in memoriam incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti omniúmque ſanctorum reuerentiam, exornauit.

Imagines Petri & Pauli Conſtantino Magno [illegible].

Conſtant[illegible] Magnus imagines depingi curauit.

Nec alia (ait Adrianus) *de cauſa, quam vt Chriſtianiſſimum in lucem, & veritatem, Deiq́; cultum proueheret, & omnes gentes a cultu idolorum, & diabolica deceptione conuerteret. Quemadmodum etiam diuus pater* GREGORIVS I. *Apoſtolorum ſucceſſor prædicauit, ob id depingi in templis Euangelicas hiſtorias, vt homines illiterati, & qui ſacros libros legere nequeunt (quorum ſane maxima pars eſt) conſpectu illis redderent Deo gloriam, & reducerent in mentem, quæ in carne conuerſatio Domini noſtri Ieſu Chriſti fuiſſet. Vt taceam* (ait) *interim Orthodoxos alios &*

Gregorius.

Ra[illegible] de[illegible] pingantur ſ[illegible]

Chriſtia

A *Chriſtianiſſimos Imperatores, cum ſacerdotibus omnibus & honeſtis viris Deum colentibus, ſimul etiã cum vniuerſo populo Chriſtiano, qui omnes iuxta antiquam Patrum traditionem, venerandas imagines & receperunt & tenent, & in memoriam & compunctionẽ cordis conſtruant, & in hunc vſque diẽ venerantur.* Teſtes profert prædeceſſores ſuos, Greg Zach Steph.& reliquos, qui pro reſtituẽdis imaginibus imperatoriã maieſtatẽ interpellarũt. Hoc & ſe facere pro eadem cauſa dicit, incipienſq; à primis veteris teſtamenti Patribus, qui altaria erexerunt, & imagines viderunt diuerſas, per quas Deus illis loquebatur, Adam nominat, qui ad imaginem Dei factus eſt, Abel, Noë, Abraham, Iſaac, Iacob, qui & ipſe adorauit ſummitatem virgæ Pharaonis, fide dilectionis id agens. *Non quod virgam illam* (ait) *Apoſtolus ſed tenentem illam, in ſignum dilectionis adorauit.* Moſen refert, qui propitiatorium de auro, Cherubin aureos, & ſerpentem æneum fabricauit. *Fecit* (ait) *Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit illum, & ſeruati ſunt. Si ergo Iſraeliticum populũ per inſpectionem ænei ſerpentis, ſeruatum a ſua peſte credimus: Chriſti Dei & ſeruatoris noſtri, omniumq; ſanctorum figuras contemplantes & venerantes, dubitamus nos ſeruari? abſit vt hoc dubitemus.* Deinde profert Salomonem, qui in templo Domini Cherubin gloriæ diuerſis coloribus adornauit. Profert inſuper teſtimonia diuerſa Prophetarũ, & ſpecialiter illud. ſignatũ eſt ſuper nos lumẽ vultus tui Domine. C *Qua de cauſa* (ait) Auguſt Hipp. *magnus ille doctor, in ſermo. adhortatorius ſuis inquit. Quid eſt imago Dei aliud, niſi vultus Dei, in quo ſignatus eſt populus Dei? In cuius conſenſum &* Greg. Niſſ. *Epiſc. de Patriarcha Abrahã ſermonẽ faciens, dixit: Vidi non infrequenter paſſionis figurã, neque ſine lachrymis einſcemodi picturã tranſij, cum ſcilicet opus artificij in perſonã ſignificatam demonſtratũ eſſe viderem.* Adfert eiuſdẽ teſtimoniũ in Cantic. cantico huic ſimile. Deinde profert teſtimoniũ Baſil. Magn. in epiſt qua in Iulianum deſertorem inuehitur. *Suſcipio* (inquit) *ſanctos Prophetas, Apoſtolos & martyres, qui pro me apud Deum ſupplicant, quo per illorum mediationem propitius ſit mihi Deus, & remiſſionem peccatorũ mihi gratis largiatur.* D *Quam ob cauſam & hiſtorias imaginum illorum honoro, & palàm adoro. Hoc enim nobis traditum a ſanctis Apoſtolis, non eſt prohibendum, ſed in omnibus Eccleſiis noſtris eorum hiſtorias erigimus. Et ſerm. in 40. mart. idẽ aſtruit.* Porrò profert idẽ Adr. I. ep. ead. & teſtimoniũ Io. Chryſ ſerm in parabolã de ſemente. *Nónne* (ait) *iniuria afficit Regẽ, qui regiam veſtem violat? Non nouiſti quod is qui iniuria afficit Imperatoriam imaginem, in Imperatorẽ ipſum veluti exemplar imaginis, eiuſq; dignitatem iniurius eſt? Neſcis quod quicunque ex ligno & coloribus imagini conuicia dicit, illum non damnari, veluti in rem inanimatã, ſed contra Regẽ ipſum dixeris? Indicatur enim occulte regi iniuriã intuliſſe.* E Et rurſus Idẽ ſer. in ſanct. 5. diẽ Paſchæ, eadẽ quæ ſuperiùs profert. Deinde inducit teſtimoniũ illius magni Cyr. Alex. ex interpr. in Matth. *Imaginum vſum nobis* (ait) *ſupplent parabolæ, quæ ſignorũ virtutẽ nobis ſubijciunt, nimirũ per oculorũ appoſitionem, manuũ tactum, & quæ in nudo intellectu contemplationẽ obſcure habent.* Profert inſuper & teſtimoniũ & authoritatẽ ATHAN. & AMBR. MEDIOL. lib 3 ad Gratianum, cap. 9 *Quid ergo* (ait) *nunquid cum diuinitatẽ & carnẽ adoramus, Chriſtũ diuidimus? nũ quando in eo & diuinam imaginẽ & crucẽ adoramus, ipſum partimur? Abſit.* Profert poſtea teſtimoniũ Steph. Boſtr. Epiſc *Quicunque* (ait) *ille imagines honora... ſtentur, non errãs,*

ſiquidem omne opus factum in nomine Dei, bonum & ſanctum eſt. Omnis enim imago, ſiue Angelorum, ſiue Prophetarum, aut Apoſtolorum, aut martyrum, aut alioqui iuſtorum virorum, in nomine Dei facta, ſancta eſt. Non enim ipſum lignum adoratur, ſed ipſum illud quod in ligno datur contemplandum atque ita per recordationem veneratio exhibetur Omnes enim Principes, etiam ſi peſſimi ſint peccatores, adoramus, & reuerenter ſalutamus. Quid vetat igitur, quo minus non liceat & ſanctos Dei miniſtros venerari, & in memoriã eorum imagines ſtruere & erigere, ne in obliuionem perpetuam veniant? Verum (inquis) *Deus ipſe manufacta prohibuit adoranda. Dic mihi, ô Iudæe, quid eſt quod ſuper terram extet, quod non ſit manu hominum* B *factum, poſtquam a Deo fuerat creatum? Quid? Arca Dei, quæ ex lignis Sethim conſtructa eſt atque ædificata, nónne opus eſt hominum? Quid altare? Quid propitiatorium? Quid vrceus, in quo manna recondebatur? Quid menſa & candelabra? Quid interiores & exteriores cortinæ? Sunt ne opera manuum hominum, quæ Salomon fieri mandauit? Quamobrem ea quæ ... ſanctorum dicuntur, cum ſint manufacta: præterea Cherubin & ſex alata illa, quæ circa altare Domini fuerũt, cum ſint animalia, & imagines Angelorum opera manuum hominum, non fuerunt eiecta, nec à Iudæis proculcata? Non aliam ſanè ob cauſam, quam quòd Dei mandato imagines fuerunt Angelorũ ſacrata. Gentium autem idola, quia imagines fuerunt dæmonum, Deus* C *eiecit & condemnauit. Nos verò in memoriam ſanctorum imagines facimus. Quorum, ais? Abrahæ, Moſis, Heliæ, Eſaiæ, Zachariæ, reliquorumq; Prophetarum, Apoſtolorum, & martyrum ſanctorum, qui propter Chriſtum tribulati ſunt: quo omnis qui eos in imagine contemplatur, illorum & meminerit, & glorificet Deũ, qui illos quoque magnificit. Decet ſiquidem eos honor & veneratio, propter iuſtitiam eorum, vt omnis qui viderit eos in imitationem illorum operum ducatur. Qualis verò iſte eſt adorationis honor? profectò non alius, quàm is, quo nos peccatores quoque inuicem proſequimur, ſalutantes nos inter nos per honorationem & dilectionem. Quid aliud apud Dominum Deum noſtrũ tenemus, quam adorantes, glorificantes & trementes* D *eum? Imago enim nihil aliud eſt, quàm figura illius qui in pictura expreſſus eſt. Impij verò qui ipſi nihil boni faciunt, neque ſanctorum recordantur, caueant bona operantes impedire, ne ſcandalo ſint his, qui ſanctos Dei ſeruos honore afficiunt. Boni enim operis, bonam mercedem adipiſcentur. Impij verò quemadmodũ animo ſuo voluerũt, ita infidelitatis ſuæ manſionẽ inuenient, quãdo iuſtitiã negligentes à Deo deſciuerũt Ex his liquidò conſtat, ob recordationẽ ſanctorũ imagines tantũ pingi, venerari & coli, quos clarè cõſtat ſeruos eſſe Dei, & pro nobis apud Deitatem obſecrãtes & intercedẽtes. Dignũ namque eſt, vt ducũ noſtrorũ memores ſimus, & Deo gratias agamus.* Tum Adrianus proſequitur. *Accedant his, quæ* B. HIERON. STRIDON. *presbyter* E *Hieroſolymitanus in quodam ſermone ſcripta reliquit. Etenim vt conceſſit omnibus Gentilibus adorare quæ manufacta ſunt, Iudæis quidẽ cruſtas illas quas fabricauit Moyſes, præterea duo Cherubin aurea: ita nobis Chriſtianis crucẽ largitus eſt, & bonorũ operũ imagines pingere & venerari, atque ita noſtrũ opus apud eũ probare, &c.* Hæc quidẽ & alia Adrian. præfatus excerpſit è ſanctor. libr. monumẽtis, & ad Imperat. matremq; eius, vt diximus direxit, obſecrãs eũ, vt iam memoratũ conciliabulũ Conſtãtinop ſumma poteſtate anathematizare velit. Hoc fideliter narrat ANAST. BIBLIOT. qui hanc gener. Synod. 7. de Græco in Latinũ trãſtulit Poſtea IDEM ADR. I. epiſtolam direxit ad Tharaſium Conſtantinopo-

Traditio.

Gregorius 2. ... 2. Stephanus 2.

Antiquus vſus erigendarum imaginum ex veteris & noui teſtamenti pagina probatur. Gen. 14. 28. 35 & 49. Hebr. ... Exodi 37 & 40 Numer 21. Regum 6. Pſal. 4.

Auguſtinus Hipponenſis.

Gregorius Niſſenus. 4.

Idem Damaſcenus refert li... de venerandis imaginibus.

Interceſſio ſanctorum probatur à Baſilio ...

Traditio.

Ioannes Chryſoſtomus.

Cyrillus Alexandrinus.

Athanaſius ...

Quid pertinet

Reſpondet Boſtrenſis obtrectantibus Caluiniſtarum.

Adoratio & honor qui exhibetur imaginibus qualis?

Interceſſionẽ ſanctorum Stephanus Boſtrẽſis approbat.

Hieronimus Stridonenſis.

Anaſtaſius Bibliothecarius.

A

litanum Epiſcopum, quæ ead actio 1. inſeritur, vbi poſtquam imaginem agni, quæ à Ioanne Baptiſta demonſtratur, ex can. 82. Concil. GENERALIS VI. comprobauit (vt diximus in dictione, Agnus Dei, &c.) eum imitat ad ſpiritualia arma ſumenda contra earundem imaginum expugnatores, vt & ipſe eaſdem fideliter colat & veneretur iniungit, & id à Patribus cógregatis in prælibata Nicæna II. Synodo impetret. *Alias (ait) niſi ſacras & venerandas imagines in priſtinum locum reſtituerint, noſtram confirmationem nullomodo audemus tradere.*

Concilium Conſtantinop. 3 generale 6.

Hoc igitur quàm fideliter THARASIVS CONSTANTINOPOL. præceptum curauerit adimplere nec nó & reliqui eiuſdem Concilij Nicæni II patres, demonſtratur actio 2. memorati Concilij, vbi omnes Patres ſubſcripſerunt ſententiæ, hoc modo dictatæ: *Nos per ſcripturam inquirendo, argumentando, & demonſtrando exquirentes, & patrũ quoque præceptis imbuti, concordamus & vim literarũ litterarum (Adriani I quæ ſuperiùs expreſſæ ſunt) confirmamus, & imaginum picturas ſecũdum priſcam Patrum noſtrorum traditionem recipimus, & has desiderio noſtro adoramus* (de modo autem adorandi. Vide ſuperiùs, Adoratio, &c.) *vt in nomine Chriſti Dei noſtri, & intemeratæ Dominæ noſtræ Deiparæ virginis, ſanctorumq; Angelorum & omnium ſanctorum factas. Sed apertis verbis teſtimur nos duntaxat in vnum Deum verum latriam, hoc eſt, cultum & fidem noſtram referre & reponere. Vniuerſa ſancta Synodus ſic docet.*

Tharaſius Cõſtantinopolit.

Sententia patrum concilij generalis 7. & cilij.

Traditio.

Qualiter adorari dicamus imagines.

C

Et inter Patres EVTHYMIVS SARDENSIS Epiſcopus. *Ego (ait) amplectus beatiſſimi Papæ veteris Romæ literis, ſincere & irrepugnabiliter inhæreo, conſentio, & confiteor de orthodoxa fide, deq; ſanctis videlicet & venerandis imaginibus, non veluti hoc ſit nouum aliquod dogma, aut nuperum inuentum recipiens, ſed clarè cognoſcens ex Apoſtolica traditione, ſanctorumq; doctorum in Eccleſia iuſſu per manus nobis traditũ. ob eam cauſam venerandas imagines ex toto corde cum debito honore, & ſalutari adoratione ſuſcipio. Eos verò qui ſecus ſentiunt, ac reclamant, contrariáve docent, alienos à Catholica Eccleſia arbitror, renuncio, & hæreticos proclamo.* Idem omnes qui aderant ſingulari ſentétia, & particulari confirmarunt, nc prolixus ſim in recitandis ſingulis: adde quòd infrà vniuerſale decretũ apponemus.

Euthymius Sardenſis.

Iconoclaſtæ hæretici.

D

Ergo Caluiniſtæ heretici ſunt

Poſtea ſequitur prædicti THARASII epiſtola pulcherrima confeſſionem ſuam continens, quam ad Epiſcopos Orientales tranſmiſit, eſtque inſerta actio 3. eiuſdem magni Concilij Nicæni II generalis VII. in qua quidem confeſſione, Trinitatis myſteriũ & Dominicę incarnationis diſpenſationem, formam præcedentium ſynodorum ſequens, comprehendit, nec non venerandas imagines, atque ſanctorum interceſſiones, & reliquias confitetur. Parum autem à præmiſſa confeſſione reſipiſcentium Epiſcoporum differt, & huic doctrinæ contradicentes anathemate percellit, ſex apprimè laudás præcedentes Synodos & approbans. &c. quæ iam in vocabulo, Agnus Dei, inſerta ſunt, confirmans. Eadem 3. actio ponitur, & coram Patribus legitur EPISCOPORVM ORIENTALIVM epiſt. ad eundem Tharaſium, quæ etiá continet confeſſionem Catholicæ fidei, & omnia præmiſſa confirmat. Sic autem loquuntur illi: *Apoſtolicas traditiones Eccleſiæ, quibus veneratio culturaq; ſanctorum docetur, recipimus, & veneramur: eos autem vt miniſtros amicos ac ſeruos Dei exiſtentes, honoramus. Honor enim* (idem docet Damaſcenus lib. 4.) *qui à conſeruis idem ſentientibus inuicem exhibetur, indicium eſt beneuolentiæ erga Dominũ. Sunt*

Tharaſius.

Sanctorum interceſſio.

E

Reliquiæ Sanctorum

Epiſcoporum Orientalium Deo digna cõfeſſio.

Traditio.

A

enim promptuaria Dei & pura Chriſti habitacula, Spiritus ſancti immaculata ſpecula. Quinetiam animæ eorum in manu Dei ſunt, vt ſcriptum eſt. Deus enim vita exiſtens, cum ſancti in manu Dei ſint, in vita & lumine neceſſum eſt vt exiſtant. Et ob id precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Hi viuentes in libertate Deo aſtiterunt. Seruator noſter Chriſtus fontes ſalutares, ſanctorũ reliquias nobis reliquit, multis modis beneficia in debiles fundentes, vnguentum redolentis ſuauitatis ſcaturientes. Et vt ait magnus doctor (ſine dubio ATHANASIVS) *cui ab immortalitate nomen eſt, martyrum oſſa morbos fugant, infirmis medicantur, cæcis viſum impartiunt, lepras emundant, tentationes & mærores ſoluunt: atque id per Chriſtum, qui in eis habitat. Denique humanitatis Chriſti imaginem coloribus depingentes adoramus: quanquam ſciamus, ipſum imaginem & typum Deitatis, quæ cum carne illius immaculata inconuulſim vnita eſt, minimè poſſe figuram præſtare. Inuiſibilis enim eſt diuina natura nec figurari aut depingi ſe permittit. Deum enim nemo vidit vnquam. Adoramus ergo humanitatis eius imaginem, quemadmodum facies eius viſa eſt, non tamen à Deitate ſeparata: abſit vt ita ſentiamus, cum ab ipſa prima conceptione cum Deitate vnita ſit. Veneramur etiam & adoramus imaginem Deiparæ, & Dominæ noſtræ irreprehenſibilis, immaculatæ, & inexplicatæ caſtitatis matris, quæ illum peperit. Quinetiam ſanctorum Apoſtolorum, Prophetarum, victorumq; martyrum, ſanctorumque & beatorum amicorum Dei imagines colimus, non in materia aut coloribus honorẽ conſtituentes, ſed per hoc officium noſtrum, quod ipſis, quorũ typum imagines diſtant, debemus impartientes: cum ſciamus, iuxta* BASILII MAGNI *ſententiam, quod imagini honor exhibitus, ad ipſum prototypũ refertur.*

Sapient. 3.

Pſal. 115.

Reliquiæ Sanctorum.

Athanaſius Alexandrinus.

B

Ioann. 1.

C

Hæc quidem memorati Epiſcopi Orientales, epiſtola prędicta, concluſerunt: quæ vbi lecta eſt coram Patribus, ab omni Synodo acclamatum eſt. *Qui ita non confitetur, anathemati à trecentis decem & octo Patribus hic congregatis ſubijciatur, fiat, fiat, fiat.* Et ſubſcripſerunt omnes huic confeſſioni, à primo vſque ad nouiſſimum. Et poſtea acclamatum eſt. *Obſtaculum inimicitiæ ſublatum eſt, Oriens enim & Occidens, Septemtrio, & Meridies ſub iugũ vnũ inclinant, & vnam concordiam acceptant. Gloria tibi Deus, qui nos vnos reddideris.*

Baſilius Magnus.

Anathema ſanctorum patru in hæreticos.

D

Vide impie Caluiniſta, cui bellum indicis vniuerſi orbis fides.

Poſtea coram eiuſdem 318. Patribus Nicæni II. Concilij memorati, lectæ ſunt authoritates ſacræ ſcripturæ id confirmantes. Ex libro Exodi de propitiatorio, & Cherubin aureis: ex libro Numeri, de tabernaculo, & arca teſtimonij ex Ezechiele, de templo & ſculptura eiuſdem: ex epiſtola ad Hebræos, de Arca teſtamenti, vbi recondita erant, vrna aurea habens manna, virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ teſtamẽti. Quibus authoritatibus lectis, ſic Patres diffinierunt. *Veteris ſcriptura habuit Cherubin obumbrantia propitiatorium, nos quoque imagines Ieſu Chriſti, & Deiparæ virginis, ſanctorumq; habebimus, obumbrantes altaria.*

Exod. 25.
Numeri 7.
Ezech. 41.
Hebr. 9.

E

Deinde coram eiſdem lectæ ſunt plurimæ authoritates ſanctorum Patrum, & primo IOAN. CHRYSOST. ex encomio in Miletium, cuius imaginem paſſim in triuijs, in foro, in agris, in cõpitis, in annulis, in poculis, in phialis, in thalami parietibus, & vbique multi pingebant: *Vt non tantum (ait) ſanctam illam appellationem audirent, ſed & vbique corporis formam inſpicientes, duplicem haberent peregrinationis conſolationem.* Eiuſdem adhuc eſt lecta authoritas, quam ſuperiùs iam citauimus. Lecta eſt & authoritas GREGORII NISSENI, homilia de Deitate filij & Spiritus, & in Abraham. *Vidi* (ait) *ſæpius inſcriptionis imaginem, & ſine la-*

Ioannes Chryſoſtomus

Gregorius Niſſenus

chrymis

lacrymis tranſire non potui, cum tam efficaciter pictura ob oculos poneret hiſtoriã. Procumbit enim ante aram Iſaac genibus innixus, circunductas ferens in tergo manus. Ille verò à tergo pueri, innixus pedem curuamini, ſiniſtra comam pueri apprehendit ad ſe trahens declinat autem faciem ad puerũ, miſerabiliter intuens, dextram autem gladio obarmatam geſtat, quam etiam ad cædem dirigit: iamq́; gladij acies ipſum corpus propemodum attingit, cùm illum diuina vox à facto deterret, &c. Tunc ſubnectunt hoc lecto Patres. *Frequenter B. Pater hiſtoriam legit, ſed obiter. poſtquam autem picturam expreſſam vidit, fleuit. Si tanto doctori hiſtoria perſpecta peperit vtilitatem & lachrymas, quantò magis rudibus & idiotis vtilitatem & commoditatem adferet? nónne & nos lachrymas fuderimus, ſi dominũ & nos viderimus cruci affixum?* Lecta eſt poſthæc iterum coram eis authoritas CYRIL. ALEX. epiſt. ad Acacium Scythopoleos Epiſcopum, de malorum depulſore, hanc eandem Abrahæ hiſtoriam depictam referentis. *Vbi diuerſis in locis (ait) pictura ſæpe viſa, vbique pictoris artificio eandem præſentabat facti rationem.* Profertur & coram eis authoritas illius magni doctoris GREG. NAZIAN. ex lib. Carminum, ſerm. de Virtute, vbi refert meretricem à Iuuene vocatam, viſa Polemonis imagine repreſſam receſſiſſe. *Hæc imago adeo veneranda erat (ait) vt viuum crederet, quem pictura monſtrabat.* Lecta eſt ſubſequenter authoritas ANTIPATRIS BOSTRENSIS Epiſcopi, ex oratione de muliere ſanguinis fluore laborante, quæ cùm ſanata eſſet ſtatuam Chriſto erexit. Hanc recenſuimus hiſtoriã ex Euſebio in præcedentibus, igitur relegas ſi volueris. Lecta eſt deinde authoritas ASTERII AMASÆÆ Epiſcopi in Euphemiã martyrem, cuius imaginem arte mirabili in tabula depictam, & martyrij eius hiſtoriam contemplatum ſe fatetur cum ingenti dulcedine & lachrymarum copia. *Nam mihi (ait Aſterius) hæc paſſia vocem aufert, vt amplius loqui nequeam. Nam tam exactè ſanguinis guttas defluentes ex dentibus pictor depinxerat, vt intuentis à labiis profluere. Virgo autem iterũ carcerem petens, in pulla veſte ſola ſedet, manusq́; ad cœlum extendens, Deum malorum depulſorem alloquitur. Faciente autem hãc orationem, apparet ſupra caput illius ſignum, quod ſcilicet Chriſtianorum conſuetudine adoratur, & paſſim inſcribitur: erat autem, vt arbitror, ſymbolum pœnæ, quam illa erat ſubitura. Deinde quoque pictor aliàs ignem vehementem, rutilante colore, hinc inde accenderat, etiam flammam faciens corpoream, &c.* Tum ſubdit idem Aſterius *Tempus verò eſt, vt & tu, modo velis, picturam abſoluas, &c.* Quem ſic ſubſequenter Patres exponunt. *Adhortatur pater, & facultatem dat, vt qui velint martyrum certamina pingere, faciant. Ergo maior eſt imago, quàm oratio. Atque hoc prouidentia Dei contigit, propter idiotas homines In ſanctis illis ... idem compunctionem imagines excitarunt, quanto magis igitur in nobis:* Lecta eſt & alia authoritas deſumpta ex vita ſancti ANASTASII MART. Perſæ, cuius initium eſt: coogeneres filius & verbum Dei, per quod, &c. Ibi legitur, quòd quidam vir Perſarum metuens, cùm precum fundendarum gratia in Eccleſiam introiſſet, videt ſanctorũ Martyrum hiſtorias depictas: & Anaſtaſium interrogãs, quid hæc eſſent, audiuit ab eo, quænam eſſent à ſanctis miracula deſignata, quamq́; intolerabiles cruciatus à tyrannis pertuliſſent: quod ille audiens baptiſma petiit. Aliud profertur exemplũ ex eiuſdem martyris vita. Nam cùm martyrio finiſſet vitam, & eius reliquiæ ciuitati Cæſareæ Palæſtinæ religionis appropinquaſſent, vt omnibus res fuit declarata, ingenti lætitia perfuſi ſacra ſigna pulſantes muicem (nec vſus campanarum adhuc erat) obuiam facti ſunt in veneranda virginis Deiparæ æde, quæ appellatur noua. Illinc cùm cruce & ſupplicatione egreſſi, læti & gaudentes cùm gratiarũ actione ſacris reliquiis occurrerunt. Cùm autem ſacræ reliquiæ in vrbem adlatæ fuiſſent, ciues cõmuni ſententia martyri oratorium propè tetrapylum (locus eſt is in medio ciuitatis) conſtruere decreuerunt, quinetiam illius imaginem illic conſtituerunt. Quædam autem mulier cæteris ad tactum ſanctarum reliquiarum confluentibus dixit: Ego reliquias è Perſide venientes nunquã venerabor. Hæc autem ſubito dolore correpta, quatuor diebus in cruciatibus ſubſtitit, donec ad templũ S. Martyris deducta errorẽ confitens, ad eius imaginis conſpectum & reliquiarum contactum priſtinam recepit ſanitatem. Hoc igitur Patres verũ confirmant, & hanc imaginem cùm ſacro capite Romæ vſque in hãc horam aſſeruari profitentur in monaſterio, teſtanturq́; mulierem profectam ex Silicia Romam cùm dæmonio vexaretur, & ad imaginem præfatã fuiſſe ſanatã. *Vide ſane (aiunt) ex prædictis ... ſanctorum imagines etiam miraculis clareſcere, & medelas facere.* Poſtea lecta eſt coram eiſdem authoritas ATHANA. ALEX. in ſermo. de imagine Ieſu in Beryto (lege ergò inter opera eiuſdem Athanaſij, ne quis hoc æſtimet fabuloſum) vbi narrat in Beryto ciuitate quæ eſt in finibus Tyri & Sidonis, Iudæos plurimos habitaſſe, & ſtatuiſſe ibi ſynagogam. *Contigit (ait) vt prope ſynagogam quidam è Chriſtianorũ numero, domicilium à quodam conductum habitaret. Hic ex aduerſo lectuli, imaginem Ieſu Chriſti Domini fixerat: erat hæc ſane veneranda, quod integram Chriſti Domini portionem exprimeret. Nam vt poſtea iuſſus eſt eam Nicodemus, qui venit ad Ieſum nocte, proprius manibus compoſuerat, & Gamalieli tradiderat. Gamaliel autem Paulo, & ſic per manus ad eum deuoluta erat. Contigit autem non ita diu poſt id temporis Chriſtianum manſionem ... quanto ampliorem quærere. neque hoc omninò fortuito factum eſt, ſed ex diuina diſpenſatione. qua omnes cupit in agnitionem veritatis venire, & ſaluos fieri, exhibens miracula his qui illum colunt & pie in illum credunt: verùm in redargutionem diffidentiũ, confirmationem autem & ſtabilimentum credentibus. Mutabat itaque, vt diximus, ædes maiores, quas cùm inueniſſet è priori domo migrauit, & ſecum omnia aſportauit, præter illam imaginem, quã ex obliuione reliquit. Iudæus autem præfatam domum, commoditate loci captus, conduxit, & non imaginem animaduertens aliquandiu illic habitauit. Cùm autem die quodam aliquos vicinos Iudæos in domum ad conuiuiũ inuitaſſet, quidam eorum ſublatis oculis imaginem Chriſti conſpexit, & conuiuatorem corripiens qua fronte (inquit) audes tu, cùm Iudæus ſis, imaginem huiuſmodi dom. habere. Et infinitis conuiciorum plauſtris imaginem aggredientes, omnia in eam genera ſuppliciorum renouarũt, quæ Chriſtus in carne pertulit. Cùm autẽ veniſſent ad transfixandũ latus, ex eo confeſtim ſanguinis & aquæ riuuli emanare cœperunt. Hoc cernentes, in deorſum vrnã aſportantes ſanguine defluente impleuerunt, & in ſynagogam detulerunt, & conuocantes infirmos, in eos ſpargere cœperunt. Nam ſi vera ſunt (aiunt) quæ de Chriſto dicuntur, cõtinuò ſanabuntur, ſin aliàs aſſentus habeãtur à nobis cuncta, quæ à ſuis ſequacibus aſſerũtur de eo. Hæc dicentes quoſcunque languidos ... introducentes in ſynagogam ſanguine ſperſerunt atque factum eſt, vt inter eos quidam ... in m-*

Pulchrum ſpectaculum ...

Cyrillus Alexandrinus.

Gregorius Nazianzenus.

Antipater Boſtrenſis Epiſcopus.

Aſterius Amaſæ Epiſcop.

Hæc lege.

Vide crucis imaginem ... & ... ponimus in vocabulo crux.

Hiſtoria Anaſtaſij ... vt hic ſcribit ... arbitror fuiſſe Simeonẽ Metaphraſtem.

Crucis in proceſſionibus ſe... authoritas.

Vide rem dignã omni admiratione.

Athanaſius Alexandrinus.

Hiſtoria pulchra & fide digna.

Vide in imagine ... nouam paſſionem ...

Res mira & ſtupenda.

A *brorum à natiuitate detentus, repente vt fuit perunctus, de ſuo grabato exiliens, ad laudem filij Dei incolumis redditus ad propria remeauit. Deinde adducētes cæcos nonnullos, loca eorum luminū perungere ſtuduerūt, qui ſtatim in Ieſu Chriſti nomine, diſcuſſa cæcitate, poſt multos annos lumen amiſſum recipere meruerunt. Ægrotantes autem plurimi ad hoc ſpectaculū ſunt adducti, manibus poſt terga reuinctis: cumq; & illi fuiſſent perunctis, mirabili virtute Dei vndiq; perfuſi, ſenſu redintegrato priſtino, ad propria ſaniſſimi ſunt reuerſi. Omnes denique cæci, paralytici, leproſi, ſurdi, claudi, muti, illuc adducti, ſanati ſunt. His viſis prodigiis, Iudæi omnes, tam ſenes quàm iuuenes, parui & magni in Dominum noſtrum crediderunt, & ex hydria illa in ampullis vitreis ſanguis infuſus, per ſingulas directus eſt* B *orbis nationes, iubente eiuſdem Epiſcopo: qui & quinto Idus Nouembris huius miraculi feſtū, vt diem Paſcha, vel natalis Domini, inſtituit celebrari. Et dicitur ille eſſe ſanguis Dominicus, qui apud pleroſque repertus eſſe dicitur: nec eſſe aliter æſtimandum à verè Catholicis, propter id quod ſcribitur à nobis, quaſi ex carne & ſanguine Chriſti aliquid poſſit in mundo inueniri, niſi illud quod in ara altaris per manum ſacerdotū quotidiè ſpiritualiter efficit.* Hæc ex Athanaſio decerpta & collecta ſunt, cuius authoritatem magni fecerūt Patres, & hoc inſigne miraculum vehementer ſtupuere, mirantes non tantùm ſanctorum imagines venerandas, ſed etiam maximas medicandi rationes ab his proficiſci. Cur autem noſtræ imagines C hodiè non faciūt miracula, reſpondent Patres inquirentibus. *Quia miracula* (aiunt) *non dam ſunt credentibus, ſed illis, qui in incredulitate verſantur. Et quia imaginem illi Iudæi tum tractabant, datum eſt illis ſignum, vt ea ratione ad fidem conuerterentur.* Lecta eſt etiam conſequenter coram eiſdem Patribus authoritas. Nili Episcopi viri ſanctiſſimi, ex eius epiſtola, quam ad Heliodorum ſilentiariū ſcripſit, de ſancto martyre Platone. Hic cuidā iuueni captiuo à barbaris, in ea effigie, qua in Eccleſia pictura figurabatur, apparuit, & ipſum liberans patri lugenti reddidit. Nam hūc eſſe Platonem martyrē, captiuus ex viſa ſæpiùs imagine, D cognouit. Simile quid narrat & Theodorus Myrorum Epiſcopus, qui tunc cùm aliis Patribus aderat, in ſua Eccleſia factū, meritis ſancti Nicolai eiuſdem vrbis quondam Epiſcopi. Nam Nicolaus eadem imagine, qua in Eccleſia cernebatur, diacono apparēs in ſomnis, prædicto Theodoro negotij, quo detinebatur, finem celerem & ſucceſſum bonum pollicitus eſt. Lecta eſt etiam conſequenter eiuſdem iam memorati Nili Episcopi epiſtola ad Olympiodorum Proconſulem, qua videtur omnes ſuperfluas imaginum picturas abhorrere, ſcilicet iumentorum animantium, piſcium, & huiuſmodi. *Verùm* (ait Nilus idē) E *veteris & noui teſtamenti hiſtoriis hinc inde parietes templi repleri, doctiſſimi pictoris opera velim* (vide in vocabulo, Pictura) *vt hi qui literas non norunt, neque ſacram ſcripturam legere queunt, contemplatione picturæ in memoriā reducant quinam germanè vero illi Deo per fortia facta ſeruierunt, atque in certamen excitentur glorioſorum & laudatorum facinorum, per quæ cum cælo terram commutarunt, venerātes per contemplationem ea quæ non viderunt. In communi verò domo, in qua multa fuerunt habitacula, ſufficit ſingulis veneranda crucis imago.* Hæc ille. Huius ſententiæ patris Nili, legati ſummi Pontifices ſubſcribentes, narrant Ioannem cùm templum Romę extrueret in vtroque pariete templi hiſtoriam noui & veteris teſtamenti inſcripſiſſe, hinc quidem Adam

A exeuntem de Paradiſo, illinc verò latronem Paradiſum ingredientem, &c. Lecta eſt & coram Patribus authoritas Maximi Confessoris, ex libro dogmatum quæ agitata ſunt inter illum & Theodoſium Epiſcopum Cæſareæ Bythiniæ, vbi memorantur, in confirmationem eorum quæ locuti erant, manum ſuper Euangelia ſancta venerandàmque crucem, & imaginem Dei ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, & dominæ Deiparæ ſalutantes poſuiſſe, & Patres ſubnectunt. *Itaque niſi fuiſſent neceſſariæ imagines, eas propter ſtabilitionē factorum non fuiſſent oſculati, vt etiā cum ſanctis Euangeliis, & venerāda cruce æquiualeant.* Poſthæc oblatus eſt, à legatis Apoſtolicæ ſedis, legendus liber B Leontii Neapoleos Cypri Epiſcopi, & lectus eſt locus libri quinti Apologiæ pro Chriſtianis, & cōtra Iudæos, & de imaginibus ſanctorum. In hoc loco contra Iudæos, de Cherubin, & aliis in veteri lege imaginibus expreſſis diſputat, & quod imagines non adoremus tanquam Deos, ſed in eis veneremur Archetypum, vt iam à nobis ante demonſtratum eſt. Tandem idem Leontius ſimilitudines ſic proponit. *Quemadmodum qui Imperatoris mandatum ſuſcepit, illius ſigillum oſculando, non ipſam ceram, aut characterem, aut plumbum veneratur, verùm Imperatori ipſi adorationem & cultum exhibuit: ita quoque Chriſtianorū filij typum crucis adorantes, non naturam ligni adoramus, ſed ſigil-* C *lum, & annulum, & characterem, & Chriſtum ipſum aſpicientes, per hoc eum qui in illo crucifixus eſt, ſalutamus & adoramus. Et quemadmodum gemini filij, peregrinante longo tempore Patre, ingenti amore ex animo erga eum affecti, quidquid illius in domo viderunt, ſiue baculum, ſiue ſedem, ſiue chlamydem: hæc, inquam, omnia cum lachrymis attrectantes, amplexantur, non illa honorantes, ſed Patrem deſiderantes & venerantes. Sic & nos fideles omnes crucem Chriſti, tanquam virgam adoramus: vt ſedem verò & cubile illius, ter ſanctum ſepulchrum: præſepe autem & Bethleem reliquaque illius habitacula, vt domum. Sic Apoſtolos illius beatoſq; martyres, & reliquos ſanctos, veluti amicos illius colimus. Sicut autem, ò Iudæe, tu ado-* D *ras librum legis, non naturam membranarum aut atramenti adorans, ſed verba Dei quæ in illo continentur: ſic & ego imaginem Chriſti adorans, non lignorum aut colorum naturam adoro (abſit) ſed inanimatum characterem Chriſti.* Et poſtquam ex lege recenſuit plures adorationes factas, ait: *Tu* (inquit) *nos idololatras vocas. Iam ſi conſtat me idola adorare, quid cauſæ eſt, quamobrem martyres qui idola deſtruxerunt veneror vt Deos, & glorifico? quo pacto ipſos martyres, qui ſtatuas ligneas confregerunt, honore proſequor? Si ligna vt Deos glorifico, quomodo veneror & adoro martyres & Apoſtolos, qui lapideas effigies perdiderunt? Quomodo honore afficio, laudo, tēpla erigo, feſta celebro* E *tribus illis pueris, qui in Babylone imaginem auream non adorarunt? Verè magna eſt Iudæorum* * *cæcitas, magna impietas, in veritatem iniurij ſunt, ingrata Iudæorum lingua in Deum conuicia dicum.* * *A ſanctorum martyrum reliquiis & imaginibus ſæpè dæmones fugantur: hæc tamen ſceleſti illi contumeliis afficiunt, peruertunt, illudunt, & ſubſannant, dic mihi, quot inundationes, quot ſcaturigines, ſæpe etiam & ſanguinis fluores ex imaginibus & reliquiis martyrū extiterunt? Hi tamen corde inſenſati videntes non credunt, verùm fabulas iſta & nugas fuiſſe arbitrantur.* Et vbi miracula facta, per lignum, per virgam, per defuncti Heliſæi corpus, & cætera commemorauit, quæ etiam Iudæi confiteri cogebantur, & adorare, vt propitiatorium arcam, &c. ſubdit. *Cùm igitur* (ait

crucem

Iudæi conuertuntur.

Reſeruatio ſanguinis imaginis crucifixi e ſiā nunc Mantuæ cernitur.

Vide ſacrificiū Miſſæ Athanaſio ſolenne.

Cur imagines hodiè non operentur miracula.

* Ego autem teſtis ſum oculatus, in imagine Deiparæ virginis remanſiſſe pilæ palmariæ ictum, quā impudens hæreticus in eius vultum proiecerat apud vrbem Senonenſem. Nota ſunt miracula, quæ quotidiè operatur illa imago ab hæreticis Pariſiis eō fracta, tempore Franciſci Regis 1. in cuius locum argentea imago repoſita cùm ſumma reuerentia cernitur, ſunt & alii quæ breuitatis cauſa prætereo.

Nilus Epiſcopus

Theodorus Myrorum Epiſcopus.

Vide crucis impreſſionem & imaginū à Nilo viro vetuſtiſſimo authore probatam.

Maximus confeſſor

Vide antiq... impoſit... ſuper ... Budgeli... ... matur.

Leontius Neapolis C... ſcriben... i Tu... ... cabile dom...

Huius Leontij ... confer... teſtim... nonet... ... pro ver... ne ... imagin...

Crucem ... adorare ... mur, Vide Crux, & Adoratio ſupra.

Iudæ... ... ... legis.

Quā probè & ... des C... ... pe... dæorum. his Leontius.

Daniel 3.

Sed multo ma... ... cior C... ſtarum ...

Reliquiarum vi... & ... gium.

Crux adoranda.

Ierem...

A *crucem Chriſtianos adorare cõſpexeris, ſcito quia crucifixo Chriſto bonos impenditur, tantum abeſt vt lignũ colant. Nam ſi ligni naturam adorarent, profectò omnes ſyluas & arbores adorando venerarentur, quemadmodum tu aliquando hac adoraſti, ligno & arbori dicens: Tu mihi eſto Deus, Tu me produxiſti. Nos crucem non ita affamur, neque etiam ſanctorum imagines, Dy noſtri eſtis. Non enim Dy noſtri ſunt, ſed tantùm ſimilitudines, & imagines Chriſti, & ſanctorum illius, ad commemorationem, honorem, & decorem Eccleſia venerandæ. Nam qui martyrem colit, Deum ipſum colit: qui matrem illius adorat, ipſi honorem aſſignat: qui Apoſtolum honore proſequitur, ipſum qui Apoſtolum miſit, honorat. Qua verò fronte contra me, imaginum &*

Gene. 23. & 47. Exod. 18. Daniel 2.

B *crucis cauſa, inſurgis, cùm noris Abraham idolatras adoraſſe, Iacob Pharaonem, Moſes Iethro, Daniel Nabuchodonoſorem? Hi Prophetæ & iuſti cùm ſint ab beneficia quadã illis præſtita, in terra exiſtentes illos idolatras adorarunt, & tu crucem ſanctorumq́ effigies, à quibus infinita beneficia Deo procurante nobis obtigerunt, adorantem deſpicies. Quandoquidem qui Regem metuit, filium eius iniuria non afficit: qui Deum autem timet, hic omninò etiam filium Dei, crucisq́ illius typum, & ſanctorum illius effigies colit & adorat.* Hæc & plura Leontius, qui à Patribus multum laudatus eſt. Poſtea lecta eſt authoritas Anaſt. Theop. ex epiſt. ad quendã, quę ſic incipit: Si doctrina exiſtimaretur, &c. vbi de adorationis imaginũ forma & modo doctè diſputat, vt inuenies inſertũ ſuperiùs in vocabulo, Adoratio, &c. Lectũ eſt quoque eiuſdẽ teſtimoniũ de imaginibus adorandis, ſimilitudine ducta ab imagine Regis, quæ viciſſim à piis adoratur, tanquam ipſe Rex, & à malis impetitur tanquam in Regem temulenti inſiliunt lectus eſt & poſthæc coram eiſdem Patribus locus S. Sophr Hieroſol. Patriar. ex encomio in SS. Cyrũ & Ioannẽ, vbi adhortatur fideles ad ornãda variis donis & picturis templa prædictorum martyrum, recepturos denuncians eorum interceſſionibus pro temporalibus æterna præmia Lectum eſt ex eodem encomio miraculum in ordine 306. vbi dicitur, & nunciatur inſigne miraculum de imagine Chriſti, & Deiparæ virginis, & præcurſoris baptiſtæ, qui in vtero ſaltu illum indicauerat. Ante hanc imaginem, narrat Sophronius Prophetarum choros & Apoſtolorũ cœtus collocatos genibus flexis, & capitibus in ſolum inclinatis ante Dominum procidere, & prædictos etiam martyres aſtitiſſe, & pro quodam ſibi deuoto, qui hæc cuncta ſpectabat, exoraſſe ante imaginem, & ita exauditos deuotũ ſuum à morbo, pro quo, eos adierat, liberatum, & valetudine recuperata, ad propria remiſiſſe. Eiuſdem Sophronij teſtimonium profertur è limonario, vbi narrat, referẽte THEODORO ÆLIOTA, de quodam incluſo, qui à maligno ſpiritu ſcortationis oppugnanatur: cúmque illi vehementer dæmon inſultaret, ille ait: Vſquequo non dereliuques me? At dæmon oculati aſpectu ſe exhibens: Iùra mihi, inquit, quòd ea quæ tibi dicam nemini ſignificabis, & ego tecum amplius non pugnabo. Spopondit ille. At dæmon: Imaginem iſtam, ſi nolis me tecum luctari, caue ne ampliùs adores, habuit autem imago, figuram Dominæ noſtræ Deiparæ virginis Mariæ geſtantem Ieſum Chriſtũ. Cùm autem hic incluſus retuliſſet præfato Theodoro Æliotæ, ille amplius eum excitauit ad adorandam imaginem, & pactũ frangendum, & de cætero nihil tale moleſtiæ ſenſit, & inferunt Patres. *Præſtat iurantē peierare, quam planè iuramentum in deſtructionem venerandarum*

Anaſtaſius Theopolitanus epiſcopus.

C

Sophronius patriarcha Hieroſolymitanus.

Sanctorum interceſſio.

D

Attende fide dignum miraculũ ſtupendũ. Sophronio referente.

Theodorus Æliota.

E

Res admiranda & prorſus ſtupenda, quod [illegible] Dæmon odio proſequitur imagines [illegible] ſanctorum ſi per miniſtros [illegible] ſtas illas [illegible] infringit

A *imaginum ſeruare.* Leguntur & alia teſtimonia coram Patribus, ex libro vitæ & miraculorum ſanctorum Coſmæ & Damiani (dicitur author eſſe SIMEON METAPHRASTES) de quodã narratur, qui fiſtula in iunctura coxæ laborat, cumq́; pro recuperanda ſanitatẽ templum ſanctorũ martyrum fuiſſet ingreſſus, ad eorum monitum quotidiè illud frequentabat: nec tamẽ inde ſanitatem reportauit, donec ædem ſacram egreſſus, videt in porticus limine à dextro latere imaginem ſeruatoris noſtri poſitam. Appicta autem erat & ſancta Deipara Domina noſtra, beatiq́; viri Coſmas & Damianus, & quidam ex magnatibus, qui tabulã ſuſpenderat, Leontius nomine. Obſecrationibus

Simeon Metaphraſtes.

Primum miraculum.

B igitur rurſum factis, cùm domum reduſſet vidit noctu ſanctos viros, & in medio eorum virginem matrem, qui illi medicamen & ſanitatem cõtulerunt. Aliud narratur ex eorundem martyrũ vita, de quodam Conſtantino, qui iugiter ſecum imaginem ſanctorum martyrum geſtabat, ſperãs eorum interceſſionibus adiuuari, cuius vxor dum graui dolore ſiniſtræ maxillę teneretur, nec poſſet ampliùs dolores ferre, Conſtantinus de imagine ſanctorum illi ſpopondit auxilium. Statim autem nocte inſecuta, ſanctos martyres ſibi videt aſſiſtẽtes ea in forma, qua in effigie cernebantur, qui ei omnimodam contulerunt ſanitatem Nam vxori ſanatæ proferens è ſinu imaginem, quam ferebat,

Secundum.

C oſtendit, quæ omninò illos huic eſſe ſimiles qui ſibi apparuerant noctu, profeſſa eſt, & hanc imaginem protinùs adorauit. Tertium profertur miraculum ex eodem libro, de muliere tormioibus agitata, quæ ſingulari deuotione S. Martyres pro ſubleuamine impetrando obſecrabatur, eorumq́; templum frequentabat. Non illi autem hoc agere quotidiè fuit ſatis, quinetiã omnibus ædiũ ſuarũ parietibus imagines eorũ appinxit. Cumq́; vehementi dolore conſtringeretur, & in grabato reſideret, erigẽs ſe præ pœnarũ magnitudine ad locũ repere cœpit, in cuius parietibus ſanctorũ effigies

Tertium.

D depinxerat, fide vſa pro ſeipſa. Chriſma autem accipiens in aquam effudit, illamq́; bibit, & cõfeſtim ſanitati, ſanctorũ interceſſione, reſtituta eſt. His perlectis ſubiungit vnus è Patrum collegio MAVZON PRACANON Epiſcopus, quod dũ in ſuam ciuitatem è Conſtantinopoli reduſſet, ſubitò morbo adeo correptus eſt, vt amicorũ ſuaſu teſtamentum condere cogeretur. *Sed iuſſi* (ait) *vt inferrent ad me, ſanctã ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti imaginem, quam cùm vidiſſem, dixiſſemq́: Domine qui das ſanctis gratiã reſpice in me, impoſuiſſemq́ loco dolenti, morbus ab eo repulſus eſt, & ſanitatẽ recuperaui.* Subnectitur & IOAN. CHRYSOST authoritas, ex oratione eius in peluim, cuius initium: Omnia

Mauzon epiſcopus Pratanon rem in ſe expertus miraculum, confitetur.

E facta ſunt ad gloriam Dei &c. *Nubes* (ait) *in plurimarum adminiſtrationem, terra in fructuum productionem, mare in mercium copiam, omnia tibi ſeruiunt Deo: imò imagini Dei, non enim cùm Regia imagines & figura in ciuitatem adferuntur, magiſtratus & populus gratulandus tabulas veneratur, neque ex cera fuſilem imaginem, ſed Regiam figuram: ſic & creatio nõ terreſtrem formam ſed cœleſtem caracterem veneratur.* Lecta eſt corã eiſdem Patribus eadem actio. 3. & authoritas ATHAN. ALEX. lib. 4. contra Arrianos *Qui imaginem* (inquit) *Regis adorat, adorat & ipſum Regem: illius enim forma, & figura eſt imago.* Tum Patres intulerunt. *Hæc ſanè rerum natura docet, quod honor imagini exhibitus, ad ipſum tranſit primũ referatur, ſicut & cõtumelia.* Hoc probat ex Baſil. Magn. lib. de Sp. S. ad Amphil. c. 17. qui eadẽ refert,

Ioannes Chryſoſtomus.

Athanaſius Alexandrinus.

Baſilius magnus

ſcilicet quòd imaginis honor ad primum veluti fontem dirigitur. Legitur & coram eis einſdem Baſilij authoritas libro contra Sabellianos & Arrianos, cuius initium eſt: Iudaiſmus cùm gentilitate pugnat, vtraque autem cùm Chriſtianiſmo, &c. *Ex patre genitus filius exiſtens, & naturaliter exprimens in ſeipſo patrem, vt imago quidem, incommutabilem habet: vt verò genitum, conſubſtantiale conſeruat. Non enim qui in foro regiam imaginem diligentius intuens, regemq́ illam dicens, eum qui in tabula pictus eſt, duos reges fatetur, nimirùm ipſam imaginem, & eum cuius eſt imago. Neque ſi quis in tabula pictum indicauerit, dixeritq́, ecce Regem, ob id primum & verum exemplar, ipſum ſcilicet Regem, appellatione priuauit, profectò videtur magis honorem Regis per huiuſcemodi confeſſionem ſtabiliuiſſe. &c.* Ex hac authoritate concludunt patres falſum fuiſſe axioma Conſtantinopolitani conciliabuli, contra ſanctas imagines, quo dicebatur: *Quicunque imaginẽ Chriſti adorat, Chriſtum in duo diuidit: & quicunque imaginem aſpiciẽs aut inſcripſerit ei Hic eſt Chriſtus, Chriſtum diuidit. Stultum id ſane eſt* (aiunt Patres) *nam diuinus pater Baſilius honorem imaginum ad ipſum exemplar primum redire teſtatus eſt: & qui imaginem regis contemplatus inſpexerit in ea regem, ſiue adorauerit, non ſane duos reges, aut adorat, aut videt, ſed vnum regem tantùm. Clarè enim dixit beatus Pater, quod & Rex dicatur regis imago, neque tamen duo Reges: adeo vt tam clarum ſit, quod ſi quis adorauerit imaginem, & dixerit, hic eſt Chriſtus, non peccauerit. Indicat enim quod Chriſtus verus eſt Dei filius, & Patri conſidens in cœlis, idq́ in proprio ſuo corpore. Verùm per imaginem quæ per colores exprimitur potentia eius adoratur & glorificatur, & per ſenſum in cognitionem eius poteſtatis peruenimus. Vnde & beatus Pater indicauit non eſſe duas adorationes, ſed vnam ipſius imaginis & exemplaris primi.* Hoc autem præfati patres Nicaeni II. Concilij tomo 2. confutationis prælibatæ Conſtantinopolitanæ Synodi illegitimæ, argumentis fortioribus probant. *Ex duabus* (inquiunt) *naturis, & in duabus naturis eſſe Chriſtum ſcimus, nempe indiuiſim diuina & humana. Altera quidem ex his indepingibilis, altera verò pingi valens in vno Chriſto conſideratur. Et imago non quidem ſecundum ſubſtantiam exemplo primo ſimilis exiſtit, ſed tantummodo nominis ratione, & diſpoſitione expreſſorum lineamentorum per membra. Non enim cùm quiſquam imaginem alicuius hominis pingit, animam in imagine quærit. Et quidem anima hominis & diuina natura differentia diſcreta exiſtit: hæc enim increata eſt, & temporis neſcia, illa verò & creata & temporaria, & ab hac condita. Nullus autem qui ſapit aliquid, hominis imaginem videns, cogitauit ab anima hominem per pictorem ſeparari. Non enim dumtaxat anima priuata eſt imago, ſed & ipſa corporis ſubſtantia, carne, oſſibus, neruis, elementis, ſanguine, humore, &c. quorum ſanè commixtio in imagine videri haudquaquam poteſt. Hæc enim in imagine ſi conſpici poſſent, hominem vtique eam, & non imaginem hominis appellaremus.* Hoc probant ex Dionysio Areopagita, libro de cœleſti Hierarchia, quòd quando Chriſti humanitas pingitur, eius diuinitas non tangitur. *Non enim ſi exacta ſimilitudo* (ait Dionyſius) *cauſatis & cauſis: habent enim cauſata cauſarum contingentes imagines, ipſa verò cauſæ ſecundum proprij principij rationem exempta ſunt & ſupereminent. &c.* Porrò, vt ad ordinem redeamus, poſt eliſam illam falſam hæreticorũ propoſitionem, lecta eſt adhuc coram Patribus præfati Baſilij adhuc authoritas, quam ſuperiùs iam

A

Axioma falſum cõcilij A dulterini, re probatur & re tunditur vinis argumentis & authoritatibus

B

C

Concilium generale 7 cõtra Conſtantinopolitanum conciliabulũ, cuius falſam argumentatio cum ſua promiſſam cõtra ſanctas imagines eliſit.

D

E

Dionyſius Areopagita.

citamus, ex epiſtola Adriani I. lecta eſt conſequenter & authoritas Theodoreti Cyrensis Epiſcopi, ex libro de vita S. Simeonis, cuius initium: Simeon inter præcipuos, &c. *Aiunt* (inquit Theodoretus) *eũ in Roma, maxima ſcilicet illa, tam fuiſſe fama nobilem, vt in omnibus etiam officinarum veſtibulis exiguas eius imagines collocarint, cuſtodiam quandam & ſecuritatem rebus ſuis illinc promittentes.* Lecta eſt & authoritas deſumpta ex vita Simonis eiuſdem in mirãdo monte cap. 118. quod ſcilicet, quædam mulier à dæmonio exagitata eſt, & ſterilis exiſtens meritis eius ſanata eſt, quæ & imaginem ſancti viri in domo ſua collocauit. Legitur & de alia Emnrrhoiſſa, quæ tantummodò beati viri inſpecta imagine ſanata eſt, dum adhuc ille viueret. De quodam etiam ciue Antiocheno, qui à dæmonio vexatus, & à Simeone præfato ſanatus, imaginem eius in veſtibulo ædium ſuarum poſuit, quam improbi quidam & infideles de loco deturbantes, valdè puniti ſunt. Narrat quid ſimile in ſua patria contigiſſe vnus è Patrum collegio Constantinus Constantiae Cypri Epiſcopus. *Vir quidam* (ait) *Cyprius, Armentarius de ciuitate Conſtantia, in ſacellum virginis Deiparæ orandi gratia ſeceſſit, & inter orandum ſuſpiciens, imaginem virginis ex coloribus in pariete expreſſam animaduertit, atque: Quorſum hæc? Et ſtimulo quo boues vrgebat ſublato, imagini dextrum oculum exculpſit. Egreſſus autem templum cùm pecus pungeret, ſtimulus fractus eſt, parsq́ ea cui ferrum infixum eſt, in hominem delapſa, in oculum illius dextrum infixa eſt, hunc ego virum vidi, & vnoculum eſſe etiamnum cognoſco. Alius quidam in ciuitate quæ dicitur Citium, die 15. menſis Auguſti, cùm feſtum Virginis celebratur, ingreſſus templum vt velis ornaret illud, clauum in parietẽ malleo adigendo, frontem imaginis diui Petri in pariete depicta transfodit. Funiculo itaque velo alligato, cõfeſtim illius caput frontémque intolerabilis doloris cruciatus inuaſit, qui conſtanter per duos feſtiuitatis illius dies permanſit. Epiſcopus autem Citij re cognita hominem increpauit, iuſſitq́, vt abiens clauum iterum eximeret ex imagine: quo facto dolor continuò mitigatus eſt. Interrogetur, ſi libet, Epiſcopus: adeſt enim in hac congregatione. Interrogatus autem Epiſcopus Citij iureiurando affirmauit rem ita ſe habere in medio Synodi.* Aliud narrat præfatus Conſtantinus. *Ante biennium* (ait) *duæ naues in Syria ciuitatem Gabala, cum aliquot viris Cyprijs nauigauerunt. Cùm autem in Gabala peruenißent, ſagittarij aliquot Agareni circa mare deambulabant, & quidam eorum cum Cyprijs ingreſſus templum in ciuitatem, cùm vidiſſet in pariete pictam imaginem, quærit à Chriſtianis quidnam prodeſſet iſthic imago. Ad quem Chriſtianus inquit: veneramur eam immò, ignominia verò afficientes nocet. Ad quem Sarracenus ait: En ego effodiam illius oculum, vt cognoſcam quid poſſit. Arrepto igitur conto quem manibus ferebat, in dextrum imaginis oculum intruſit: quo facto ſtatim quoque illius oculus dexter in terram cecidit, ardenti febre correptus, à comitibus ſuis ad propria reductus eſt. Hæc nobis narrauerunt redeuntes Cyprij, qui triginta duo numero fuere, &c.* Lecta eſt poſthæc coram Patribus & authoritas Basilii Magni ex oratione in Sanctum Barlaam martyrem, cuius initium. Prius quidem ſanctorum mortem. Inter reliqua. *O clari athleticorum rectè factorum pictores* (ait) *exurgite, veſtris artibus militis mutilatam imaginem magnificate. Obſcurius à me corona dignũ virum deſcriptum, coloribus artis veſtræ lucidũ & ſplendentem facite, & in oſtendendis præclaris facinoribus*

Theodoretus Cyrenſis meminit huius Simeonis, & Nicephorus.

B

Vide antiquiſſimum ... ſuper aliis demorum imagi...

de ſubſecutum

C

Conſtantinus Epiſc. ... ſtan... polis Cypri ... le Nouem ... & Decemb ... fortiter expugnata à Turc... tandem C... ſtianorũ ignauia & perfidia, in ... manus deuenit ò dolẽdam iacturam.

D

Attende inſigne miracula.

E

Baſilius Magn.

Imagines depingi voluit.

martyris, victrix abeat pictura. Gaudeo in hoc certaminis genere me eſſe vobis inferiorem, videam manus excellentiſſimum opus, quo certamen pingitur, videam clariorem pictum in veſtra imagine pugilem. Poſtea lectus eſt liber de vita S. Mariæ Ægyptiacæ, (

Paulus Diaconus.

authoreſt PAVLVS DIACONVS, vt alibi citauimus) vbi illa peccatrix prohibita ab ingreſſu templi, imaginem deiparæ virginis conſpiciens côuerſa ad eam ſic loquebatur: *O virgo domina quæ Deum verbum iuxta carnem peperiſti, noui non eſſe decorum me ſordidam & inquinatiſſimam feminam, imaginem, corpus, & animam caſtitatis tuæ, & ſemper virginitatis continentem inſpicere. Iuſtum eſt enim impuram adeò me à tua caſtitate & munditia odio haberi & execrari.*

O verba dulcia & diuino ſpiritu plena.

Verùm quandoquidem, vt audiui, propter hoc Deus, quem tu genuiſti, homo factus eſt, vt peccatores ad pœnitentiam vocaret: auxiliare mihi ſoli, & non habenti qui mihi ſuppetias ferat, iube, vt mihi quoque contingat in templum ingreſſus: fac ne priuer aſpectu ligni, in quo iuxta carnem ad fixus fuit, quem tu genuiſti, proprium ſuum ſanguinem in redemptionem mei effundens. Iube vt & mihi quoque fores pateant, & diuinam illam crucem adorem. Eo enim fideiuſſorem tibi Deum, qui ex te ortus eſt, me non amplius corpus hoc meum turpi commixtione conſpurcaturam. Verùm vt tantummodo crucem filij tui inſpiciam, confeſtim mundo omnibuſque rebus mundi valedico & renuncio.

Crucis adoratio.

Igitur intrare permiſſa crucem adorans, & gratias agens Imagini, quærit quid ſibi faciendum imperet, nec mora vocem audiuit clamantem: *Siquidem Iordanem tranſieris, requiem inuenies bonam, &c.* Tum vnus Patrum. *Talem (ait) Imaginem nos vidimus in ſancta Chriſti Dei noſtri ciuitate, eamque ſepius ſalutauimus.* Lectus eſt etiam coram patribus liber vitæ S. PROCOPII MARTYRIS, cuius initium: per ea tempora regnum obtinebat Diocletianus, &c. vbi ſic legitur: *Neanias quidam ad fidem conuerſus, ex auro ſatagebat crucem fabricari ſibi, & ad officinas auri fabrorum Scythopolim pergens omnes de vaſe componendo quæſiuit. Indicatus eſt autem ei vnus excellentis ingenij, nomine Marcus, qui cùm prædicti viri votum didiciſſet, timore correptus ſe nullatenus hoc audere profitebatur. ſecurior redditus, noctu in abdito loco crucem auream fabricauit. Cum opus conſummatum erigeretur, tres in eo Imagines apparuerunt, & ſcriptum erat Hebraico ſermone in ſuperiore parte, Emmanuel, & vtrinque in ſummitate alarum, Michael & Gabriel volens autem Marcus ſibi timens expungere imagines, verumtamen non potuit, confeſtim enim manus illius ſicca permanſit. Sub gallicinium autem præfatus Neanias, ad ædes Marci, quo ſibi crucem auferret, properauit. Videns autem illam, protinus adorauit, & de inſcriptione ac reliquis Imaginibus interrogans, cùm virtutem quandam in hic eſſe cognouiſſet, adorata cruce, Marco artifici copioſam mercedem ſoluit, profectuſque eſt in ciuitatem ſuam.*

Crucis fabricatio.

Hiſtoria digna fide & lectione.

Crucis adoratio.

Lectum eſt aliud miraculum ex vita S. THEODORI ARCHIMANDRITAE Monaſterij Siceanon, cuius initium: Benedictus Deus & pater, &c. vbi narrantur Bubones læthales, homines iſtius prouinciæ inuaſiſſe, à quibus etiam inuaſus erat præfatus Theodorus annos natus 12. Hoc morbo dum grauiter ægrotaret, deportatus eſt ad Eccleſiam S. Ioannis baptiſtæ, & depoſitus in limine ingreſſus altaris, ſupra quem locum, in trabe crucis Imago Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti ſtabat. Eo autem ex Bubone eiulante, inſtillarunt in illum guttas roris ea Imagine, & confeſtim gratia Dei leniùs à dolore ſe habuit, ſanitatique priſtinæ reſtitutus eſt. Idem etiam ab eadem Imagine in pſalmodiæ & hymnorum melodia, arte inſtructus eſt.

Alia hiſtoria miraculoſa.

Crucifixi imago.

Poſtea lecta eſt epiſtola GREGORII ad Germanum Patriarcham Conſtantinopolitanum, in qua ipſum ad conſtantiam prouocat. *Bellum tibi erat (ait) cum impiis, in quo licet non apertò, inſignem tamen belli ſocium habuiſti, Deum noſtrum Ieſum Chriſtum: cuius quidem* * *labarum inſigne geſtaſti, ipſam dico viuificantem crucem, magnum illud poſt mortem illius trophæum, in quo mundi fines quadripartitè deſcripſit, partes etiam eius litteris treis indicant. Deinde etiam ſanctam omnium dominæ caſtæ Dei matris imaginem. cuius faciem diuites populi ſupplicant. Sanctum enim eſt, vt patribus videtur. Nam quicunque eam ita venerantur, his ſine dubio magna retribuit. Quandoquidem imaginis veneratio in prototypum, iuxta magnum* BASILIVM, *redit. Pietate enim plenum eſt venerandarum picturarum argumentum, vt ait magnus ille doctor* CHRYSOSTOMVS. *Si quis alius ego certè (ait) ex cera fuſilem picturam pietate plenam amaui. Vidi enim Angelum turmas barbarorum in imagine perſequentem, & Dauid verè dicentem: domine in ciuitate tua Imaginem ipſorum ad nihilum rediges. Neque vnquam Eccleſia errauit in hoc quòd dixerit Deum nobis imagines conceſſiſſe, neque etiam hoc Ethnicam traditionem ſapit. Nam & in Paneadem ciuitatem Hemorrhoiſſæ Imago tranſmiſſa, in memoriam miraculi, quo herbæ creſcentes omnibus ægritudinibus auxiliares erant, celebrantur: idque ſumma erga nos Dei bonitate.* Hanc hiſtoriam ſuperioribus paginis intextam. Tum ea vetere & noua lege idem Gregorius profert teſtimonia, quæ & nos ſuperiùs poſuimus. & addit. *Neque nos quiſpiam accuſet, quod idolatræ ſimus, neque enim volumus vt in Eccleſia Dei Idolum aliquod ſit, abſit. Non enim vaccas adorauimus, neque vitulum in Choreb fudimus, non Beelphegor, non Adonim, non ſolem, non Lunam, non Bel, non Dagon, neque etiam gentium dijs ſubiecti fuimus. Non enim his rebus quæ nihil ſunt, nomen illud quod ſupra omne nomen eſt, inferius Chriſti populus vſque in hunc præſentem diem indicat, ſed viuificantem Trinitatem colimus & adoramus, abſint impura illa à nobis. Modus enim quo idola coluntur, ſatis manifeſtus eſt: Chriſtianis autem pietatis ſtudioſis, omnium dominus eſt quem adorant. Quòd ſi autem quiſpiam Iudaico animo nobis obiiciat ea, quæ in eos quaſinſano in Idola amore ferebantur, dici ſolent, Eccleſiamque noſtram Idololatriæ propter venerandarum Imaginum diuina & admiranda ad promotionem & adductionem ad pietatem ſtudia accuſet, habeatur hic non aliud ac canis oblatrans, & vt in funda à nobis quàm procul abiiciatur. Vtinam ſanè & Iſraelem Iudæus imitetur, cui iuſſum erat per viſum, vt typica Deum commemoratione adoraret, neque vitulum & muſcas ante tabulas teſtamenti extuliſſet. Vtinam ſacrum altare illi placuiſſet, & non vacca Samariæ: Vtinam virgam Aaron proſpexiſſet, & non Aſtarthen. Profectò longè honeſtius ac iuſtius fuiſſet illis, Petram, per quam Deus aquam dedit, ſalutare, quàm Baal, &c.* Hæc Gregorius. Omninò autem & GERMANVS CONSTANTINOPOLITANVS, cui hæc à Gregorio ſcribebantur, idem ipſe ſcripſit, epiſtola ad Ioannem Synuadon, quæ lecta eſt coram patribus actione 4. *Sane (inquit) creaturas non adoramus (abſit) neque cultum diuinæ dominationi debitum in conſeruos deducimus, abſit. Neque principes aut Reges ſuper terram adorantes, æqualem illis cùm Deo adorationem præſtare videmur: Neque Imaginum ex cera & colore effigiationem, in errorem perfectionis diuini cultus ſuſcipimus,*

Gregorius vt eo cognomine nominis 3.

* ſeu vexillum

Intercessio ſanctorum.

Baſilius.

Ioannes Chryſoſtomus.

Pſal. 72.

Nota hæc diligenter.

Contra Caluiniſtas qui nos Idolatriæ inſimulant.

Germanus Cõſtantinopolitanus Patriarcha.

Pulchre ſanè ſatisfacit timoratis Caluiniſtis.

non enim inuiſibilis Deitatis Imaginem, ſimilitudinem, aut figuram inueſtigare omninò poſſumus, ſed quando vnigenitus Dei filius carnem & ſanguinem aſſumpſit, non aliter quam nos, hanc ob cauſam ſanctæ illius carnis characterem in Imaginibus delineantes ſalutamus, & cultu & honore omni quo decet dignamur, nec ob aliud, niſi in recordationem diuinitatis illius viuifica ac inexpreſſa humanitatis. Eadem ratione & intemerata eius matris ſancta Deipara virginis ſimilitudinem referimus, eo quòd Chriſtum in ventre ſuo conceperit, & ex ſe incarnatum genuerit. Ad hæc ſanctos martyres Chriſti, Apoſtolos, Prophetas tanquam conſeruos noſtros, & veros Dei miniſtros admiramur, & beatos prædicamus, nec non ad recordationem fortitudinis eorum, & toleratam pro Chriſto ſeruitutem, ſimilitudines eorum depingimus: non quòd de diuina natura participes per hoc demonſtrare volentes, neque debitum tantummodo diuina poteſtati & gloria honorem illis tribuentes, verùm deſiderium noſtrum & amorem, quo erga eos affecti ſumus, ita declaramus. Nam quæ per auditionem tanquam vera credidimus, hæc etiam per pingibilem imitationem, ad ſtabiliorem noſtram inſtructionem collocamus. Quando & ipſi ſancti Dei, in vnum & ſolum Deum cultum adorationis, & glorificationem, & procreationem conſeruantes, pro Chriſto ſanguinem ſuum effuderunt, & veræ confeſſionis coronam acceperunt. Hæc imaginum apparatus ratio eſt, non quòd nos adorationem in ſpiritu & veritate, incomprehenſibilis & inueſtigabilis Deitatis decentem, in manufactas Imagines aut in opera hominum arte facta, aut ſanè in ea quæ ſub ſunt Deo, ſiue viſibilia ſint, ſiue inuiſibilia, transferre ſtudeamus, verum vt dilectionem noſtram, quam iuſte in ſanctos Dei ſeruos habemus, per iſtum modum exhibeamus. Idem Germanus adhuc eadem intimat epiſtola miſſa ad Conſtantinum Epiſcopum Natoliæ, & alia epiſtola, ad Thomam Epiſcopum Cladiopoleos, quibus ex ſanctorum patrum authoritatibus & ſacris ſcripturis vſum Imaginum eſſe licitum, & nihil aliud in his epiſtolis agit, quàm quod iam ſuperiùs ex alijs patribus monſtratum eſt. Epiſtola verò vltima ad Thomam prolixiſſima eſt, quam hic apponere onerosum eſſet & graue, circa tamen finem concludit. *Summa* (inquit) *rerum in hoc concludi poteſt, quòd extra omnem controuerſiam eſt, ſanctorum Imagines mirifica deſignare miracula, vt & debilibus valetudo bona per eas conciliatur, ſæpeque in ſomnis apparentes optima quæque nobis conſulunt. Extra omnem controuerſiam eſt in Zozopoli Piſidiæ ciuitate, quòd Imago virginis matris intemeratæ, quæ ex picta etiam manu ſua vnguentorum ſcaturiginem effundit, cuius ſanè miraculi plures teſtes ſunt.* Et vbi recenſuit hiſtoriam Hæmorroiſſæ Panneadis, quæ ſuperius ex Euſebio poſita eſt, ſubdit: *Manifeſtum eſt* (ait) *quòd ex inſigni Dei miſericordia huiuſcemodi dona contingunt, quemadmodum nobis in ſuperioribus demonſtratum eſt.* Tum proferens Euſebium teſtem, qui Imagines Petri & Pauli ſe vidiſſe aſſeruit, vt ſupra retulimus infert. *Hæc autem non dicimus, quòd arbitremur nobis circa artem ſtatuarum operoſitatem laborandum, ſed tantummodo vt admoneamus veterem conſuetudinem non eſſe reſcindendam.* Tunc vniuerſa Synodus acclamauit: *Diuinoloquorum Patrum doctrina nos correxerunt, ex his veritatem haurientes admoniti ſumus, ipſis adhærentes mendacium perſecuti ſumus, ab his eruditi venerandas imagines ſalutamus. Patribus annunciantibus bona filiis, obedientes ſumus, gloriamur in facie matris ſanctæque Eccleſiæ traditionis, credentes vnum Deum in Trinitate laudatum, venerandas imagines veneramur.*

Hæc diligentius mẽte pertracta, & ſæpius reuolue.

Ratio pingendarum imaginum.

Imagines teſte Germano, miracula operantur.

Miraculum cui ſtentius numereceniſet.

Traditio vetus colendarum imaginum.

Per vim ſententia traditio.

*Qui ſic non credunt, anathema: Qui aliter ſentiunt, longe ab Eccleſia abijciantur. Nos veteri Eccleſiæ legiſlationi inſiſtamus, nos ſtatuta patrum conſeruemus, nos qui addunt aut auferunt aliquid de Eccleſia anathematizamus. Nos ſuperam Chriſtianorum accuſatorem inuentionem anathematizamus, nos venerandas Imagines ſalutamus, nos, qui ſic nolunt, anathemati ſubijcimus. Chriſtianorum accuſatoribus, videlicet Iconoclaſtis, anathema. Qui ex ſcriptura ſententias contra Idola dictas, in ſanctas Imagines torquent, anathema. Qui ſacras Imagines Idola vocant, anathema. Qui dicunt Chriſtianos tanquam deos Imagines complecti, anathema. Qui * communionem habet cum his, qui ſanctas Imagines reijciunt aut contemnunt, anathema. Qui dicunt præter Chriſtum aliquem nos à cultu idolorum liberaſſe, anathema. Qui dicere audent ſanctam Catholicam Eccleſiam Idola vnquam accepiſſe, anathema.* Et ſubſcripſerunt, primò quidem legati ſummi Pontificis. Deinde Tharaſius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, & omnes alij Epiſcopi numero 358. Symbolumque ediderunt, vt videbis in vocabulo Symbolum Niceni 2. concilij. Porrò his peractis, adhuc coram eiſdem patribus allatus & lectus eſt actione quinta, ſermo Ioannis Thessalonicensis quondam Epiſcopi contra Gentiles, cuius initium eſt: Huc vſque aduerſus Dominum Ieſum Chriſtum tentator præualuit. &c. vbi Catholicus in morem Dialogi altercatur cùm gentili, & cùm ei imponit quia colit Idola & ea adorat, viciſſim & gentilis reſpondet, cur & ipſe in Eccleſiis ſanctis ſuis Imagines pingat. Reſpondet ei Catholicus. *Imagines ſanctorum, qui re vera in carne fuerunt ſerui Chriſti fingimus, atque in memoriam eorum, pingentes eos vt re ipſa fuerunt, nihil indecorum efficimus. Neque enim è nobis fingimus, neque rerum incorporearum corporeas formas cudimus, neque ipſi Imagines, vt dicis adoramus, ſed eum qui per picturam indicatur glorificamus: neq; hos etiã vt Deos, ſed vt veros Dei ſeruos & amicos, & poteſtatẽ habẽtes pro nobis apud Deum intercedendi. Dei autem Imaginem, (dico Ieſu Chriſti ſeruatoris noſtri) quemadmodum ipſe ſuper terram cùm hominibus conuerſatus eſt, pingimus, non vt ipſe natura Deus eſt. Quæ enim poſſet eſſe Dei ſimilitudo? aut quæ figura incorporei non effigiabiliſque verbo patris?* Tum de Angelorum Imaginibus Gentili obijcienti reſpondet, quod iam iuuenes inſertum in vocabulo, Angeli cur effigientur. Similiter iterum coram patribus lectus eſt Leontius Neapoleos Cypri Epiſcopus, iam ſuperiùs allegatus, è libro diſputationum Iudæi & Chriſtiani, vbi cauſa redditur, cur Imagines veneremur, ſed quia iam habes ſuperiùs memoratum, hic ſuperſedebimus. Lectus eſt & liber (quem tamen omninò vt Apocriphum reiiciunt, vt diximus ſuperius in vocabulo, Apocripha, &c.) qui Itinerarium Apoſtolorum dicitur. In hoc libro ſæpiùs crucis adorandæ & venerandarum Imaginum fit mentio. Mentionem poſthæc faciunt quorundam Xenæi, & Seueri Epiſcoporum hæreticorum, qui Imagines deturbandas cenſuerunt, & illos recenſuimus in vocabulo, Hæreticus. Tum patribus præſentatus eſt liber de veneratione ſanctarum Imaginum, cuius folia abſciderant hæretici, ea præcipuè quæ veritatem fidei & doctrinæ catholicæ continebant. Et cùm ille libellus argenteas haberet, & vndique ſanctorum Imaginibus decoratus fulgeret, folia ſolum quæ doctrinam de Imaginibus continebant lacerarunt, linquentes Imagines, quod ſanè extremæ dementiæ

Anathema in Caluiniſtas & hæreticos alios.

Videat ſibi qui [illegible] eſt Cal[illegible] ſe [illegible] & Iconoclaſtis iungunt.

Symbolum Niceni 2. Concilij generalis 7.

Ioannes Theſſalonicenſis epiſcopus.

Attende quæ dicuntur.

Interceſſio ſanctorum.

Itinerarium Apoſtolorum Apocryphum [illegible]

Vide quia Hæreticus ſem[illegible] [illegible] doctrinæ ſuæ ſententiam [illegible]

facinus

A ſacinus eſt. Memorati autem ſunt hæretici, non
ſolùm hunc librum ſed & in alia ciuitate pluſ-
quam triginta libros cobuſſiſſe, & delati ſunt
etiam alij libri diuerſorum patrum, vt pote
CONSTANTINI DIACONI, ET CAR-
THOPHILACIS in omnes ſanctos Martyres,
vbi eandem tradit doctrinam de venerandis ima-
ginibus laceraſte. Prolati ſunt denique alij diuer-
ſi libri ab incertis ſcriptoribus exarati, omninò
conformem doctrinam prædicantes: qui tamen
multis in locis mutilati & excisi erant ab hæreti-
cis. *Sed*(aiunt patres)*impia Iconoclaſtarum, hoc eſt*
imaginum demolitorum, & libros exurentium, impie-
tas, veritatem reddidit clariorem. Fit porrò mentio
B imaginis Christi, quam dicitur ad Abgarum mi-
ſiſſe, (eadem actione 5.) quæ ciuitatem ſæpius ab
hoſtibus liberauit, vt ſcribit EVAGRIVS EPI-
PHANIENSIS libro 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ,
& Nicephorus, vt ſupra retulimus. Hincque rei
fidem facit LEO LECTOR Eccleſiæ Conſtan-
tinopolitanæ, ibi cùm patribus aſſiſtens. Hic cùm
Edeſſam aliquando petiiſſet, venerandam Imagi-
nem prędictam non factam hominum manu ado-
rari & venerari à populo vidit. Hanc etiam hiſto-
riam vt veriſſimam confirmat ADRIANVS I.
libro ad Carolum Magnum pro imaginibus ve-
nerandis capite 18. Eamque hiſtoriam confirmaſ-
ſe dicit STEPHANVM I. prædeceſſorem ſuum
C in Concilio Epiſcoporum, vt etiam allegat ſuo
parte 4. decretorum capite 85. Præterea coram
patribus recitantur & alia multa miracula. Pri-
mum quidem de quadam muliere, quæ cùm Pu-
teum cùm magno ſumptu & labore fodi feciſſet,
nec aquam potuiſſet habere, admonita eſt in ſom-
nis, vt ſimulachrum Abbatis THEODOSII,
qui in ſcopulo viuebat, ad ſe adferret, quòd eùm
feciſſet, & in puteum deſcendiſſet, confeſtim
aqua ſcaturiit, vt bona pars putei impleretur. A-
liud de quodam viro ſancto, qui peregrinationes
longiſſimas aggreſſus, imagini Deiparæ virginis,
quàm in ſpelunca ſecum habebat & ſeruabat, can-
delam ardentem commiſit, vt inextinctum vſque
D ad reditum conſeruaret, quod & factum eſt: nam
poſt tres aut quatuor menſes rediens à peregri-
natione ſanctorum locorum, ſuſceptam candelam
ſemper ardentem quam reliquerat, & vt relique-
rat deprehendit. Sub ſequitur aliud, narrante
IOANNE VICARIO trium ſedium Orienta-
lium, de quodam Iudæo, qui Ezedo regi perſuaſit
ſub certa futuri præmij expectatione, vt omnem
imaginem & picturam, ſiue ea in tabulis, ſiue in
vaſis ſacris, aut parietibus aut indumentis, aut al-
taribus, & quæcunque in Eccleſiis Chriſtiano-
rum reperirẽtur, deleri, expungi, auferri, & ex to-
to ſubuerti mandaret: quod ſine mora tyrannus,
E præſtigiatori autem libenter accommodans, iuſ-
ſit impleri per vniuerſam prouinciam. *Hoc itaque*
modo(ait prædictus Ioannes)*primum Eccleſiæ orna-*
menta procurante Hebræo venefico, ablata ſunt. Hoc
flagitium cùm Christiani ſuis manibus detrectarent,
perpetrare, miſſi ſunt Hebræi & Arabes homines in
Deum impij, qui imaginibus excuſſis Eccleſiarum quaſ-
dam calce, quaſdam aliis coloribus dealbarunt & in-
cruſtarunt. Quem autem finem veneficus Hebræus
impius peruaſor & perſuaſor habuerit, ſimiliter & Ty-
rannus Ezedus ſatis claruit. Nam Ezedus quidem,
qui facinus perpetrauerat, vltra annum cùm dimi-
diato non vixit, in ignemque æternum deſcendit, &
poſtquam mortuus fuit, in priſtinum ordinem & ſta-
tum imagines reſtitutæ ſunt. Filius autem illius nomine

A *Vlidus, Hebræo indignatus interfectori patris, turpiſ-*
ſima morte eum mori coegit. Tunc omnes patres
eiuſdem Concilij 7. GENERALIS Nicæni 2.
his auditis, ad calcem 5. actionis omnia illa ana-
themata renouarunt, quæ iam habes ſuperius ad
calcem 1. paginæ præcedentis folij, nec eſt opus
repetere, quia de verbo ad verbũ eodem ordine
repetuntur. Deinde actione 6. ſequenti, decreta
reuoluentes ſæpius memorati Conciliabuli Con-
ſtantinopolitani contra S. Imagines, ea omninò
irrita & damnata decernunt & abrogant. Cùm
enim Epiſcopi præfati concilij adulterini (quo-
rum princeps erat Gregorius Neocæſarienſis, qui
vt ſuperiùs meminimus ad fidem rediit, confeſ-
B ſione patribus oblata, & qui per omnia impia de-
creta loquitur) Concilium congregaſſent ſub
Leone 3. Iſauro, in æde diuæ Mariæ virginis, quæ
Blachernis nominatur, ab exordio mundanæ fa-
bricatæ machinę contexere orationem incipiunt,
& homines Idololatriæ deditos, ita inferunt per
Chriſtum ab ea purgatos, vt de cætero in ſpiritu
& veritate ſolus adoraretur, & propterea dam-
nantes imaginum ſanctarum vſum, ea inſtituunt,
quæ hodie hæretici Caluiniſtæ obſeruare con-
tendunt. Nec mirum certè, quia familiare ſemper
eſt in tuenda nequitia & impugnanda veritate
omnibus hęreticis contubernium, non autem ſta-
tuenda doctrina. Vnuſquiſque enim in ſuo vult
C ſenſu abundare, & qui excellentior inter eos eſt,
fœdioribus hæreſum diuerſarum ſolet lacubus in-
uolui. Ex hoc autem in illegitimo concilio argu-
mentum validum aſſumunt, ſed hinc ſibi non
poſſunt magnum ſperare emolumentum, quan-
do conſtat illud ab vniuerſa Eccleſia in legitimo
illo Nicæno 2. concilio patrum innumerabilium
iuſtè & maturo iudicio reprobatum: quia ad
quoſlibet hæreticorum articulos & propoſitio-
nes ita à patribus doctè reſponſum eſt, vt nil re-
linquatur ambiguum. Siquidem cùm illi Epiſco-
pi hæretici Eccleſiam, & ſex Synodos præceden-
tes approbent & acceptent, vt iudices, ipſi ſe ſuo
gladio perimunt, quia ex hac illorum confeſſio-
D ne. Patres ſancti, oſtendunt omnes in priſcos
Chriſtianorum mores impingere. *Quos ſi vellent*
(aiunt)*approbare, non damnarent picturarum appa-*
ratum, qui ab eo tempore fuit quo prædicatum eſt E-
uangelium. Nam ab eo tempore quo celebrata eſt vlti-
ma generalis & 6. ſacroſancta Synodus, vſque ad con-
ciliabulum illud illegitimum, quo conuenerunt contra
ſanctas imagines, non minus quam ſeptuaginta anni
ſunt. Omnibus autem notum eſt, illis annis ſanctorum
picturas non fuiſſe contemptas: omnibus, inquam, hoc
notum eſt. Verùm ab illis temporibus, Imò ab Apoſto-
lorum prædicatione extiterunt, quemadmodum omni
loco ex earumdem inſpectione in ſacris templis doce-
E *mur, id quod & patres ſancti teſtificantur, & hiſto-*
riarum enarratores tradunt, quorum commentaria
etiam in hunc vſque diem ſeruantur. Et ſanè euiden-
ter hæc ad noſtra vſque tempora oſtendantur, dura-
buntque per ſecula, quantumuis amaritudine & bile
hæreticorum lingua contra Eccleſiam & ſex ſynodos
flagrent. Ipſa autem Dei nutu per diuerſa tempora con-
gregata, quo hæreticos illos ſubuerterent, ea quæ in Ca-
tholica Eccleſia, & per ſcripta, & ſine ſcriptis tradita
ſunt, confirmarunt & ſtabilierunt. Inter hæc & imagi-
num etiam confirmationem, quod claret ex Concilio
GENERALI VI. *canone 82. vbi de imaginibus*
ſingularis traditio comprobatur. Vide dictionem
Agnus Dei, &c.) Et hæc quidem. Patres præfati
GENERALIS VII. Concilij, tomo 1. contra

memoratum

Margin notes (left): Conſtant. [illegible] Carthophilax. — Nota. — Imago Chriſti [illegible]garo tranſmiſſa. — Euagrius Epiphanienſis. — Leo lector Cõſtant. — Adrianus 1. — Stephanus 1. — Miracula fide digna & ſcitu atque laude. — Aliud miraculum. — Aliud notabile. Ioannes Vicarius trium ſedium. — Imaginũ euer[illegible] — Vide [illegible] ſimile noſt[illegible] [illegible]ibus factũ [illegible].

Margin notes (right): Concilium Nicenum 2 generale, abrogat omnia quæ Cõſtantinopolitanum falsò dictum general. 7. ſub Leone 3. I[illegible], impie ſtatuerat. — Argumentũ Ca[illegible] & natura eorũdem. — Hæretici concilia approbant generalia, vnde & ſe ſuo gladio iugulant. — Vide antiquiſſimum vſum. — Igitur fruſtra laboras ô Caluiniſta. — Sex generales ſynodi imaginum vſum defendunt. — Concilium Cõſtan[illegible]opolitanum 1 generale.

memoratum conciliabulum, ediderunt Tomo autem 2. iterum ſanctorum Patrum, & doctorum, & ſacræ ſcripturæ authoritatibus venerationem ſanctarum comprobant imaginum, & ſimul interpretantur, & elucidant illa teſtimonia, quæ ab hæreticis contra venerationem earumdem obiiciebantur. Verum, quia hoc iam ſemel in præcedentibus præſtitimus, non eſt nobis ſatis otij vt ea repetamus. Interea grauiter hæreticos illos corripiunt eo quòd Eccleſiam Catholicam Idololatriæ inſimulare audeant, cum ipſi verè Sycophantæ & Eccleſiæ detractores exiſtant. Hæc omnia ſunt in ſuperioribus tractata, & illis eſt reſponſum, qui nos vocant Idololatras: reliquum verò habes in vocabulo, adoratio, & infra, pictura, &c. Tomo autem 3. poſtquam inter hæreticos eos recenſuerunt, ſubdunt. *Germani igitur filij, & non nothi & adulterini, ſponſa exornata Chriſti, quæ neque maculam neque rugas habet, Catholica Eccleſia, ſoli Deo cum ob-ſeratione ſacrificia & cultum præſentantes, venerandam Chriſti imaginem, veraque & indubitata virginis noſtræ deiparæ, ſanctorum Angelorum, & omnium denique ſanctorum, ſenſu viſus intuentes ſanctificant, & in memoriam eorum animo & corde perpendant, vt in vnum Deum per iuſtitiam credant, & ore confiteantur ad ſalutem.* Porrò ſubſequenter patres argutias falſo intellectu ex ſcriptura deprompras ſoluunt, ſiue de prohibitione Idolorum in antiqua lege ſermocinentur, ſiue de verbis Apoſtoli ad Roma 1. gloriantur. Hæc omnia nihil contra fidem facere apertiſſimè oſtendunt cum alius ſit modus, quo imagines veneramur, & quo Idola Gentiles aut Iudæi adorarunt, vt ſæpiùs iam oſtenſum eſt. Tomo autem 5. hæretici ſyluam authoritatum afferunt Epiphanij videlicet, Theodoti Ancyrani Epiſcopi, Euſebij Pamphili, & aliorum, ſed manifeſtè à patribus conuincuntur erraſſe in citandis authoribus, cùm neutiquam tanti patres authores fuerint huius impietatis, ſicut ex eorumdem dictis probatur. Liber enim, quem dicunt eſſe EPIPHANII, contra venerandas imagines editus nunquam anteà viſus eſt recitari aut legi, præterquam in iſto conciliabulo, licet iam quadringenti anni fluxiſſent. *Quod ſi tanto tempore* aiunt patres *in Eccleſia non ſunt recepti, quamobrem nunc à nobis recipi debent.* Denique hoc ad teſtimonium confirmationis noſtræ valet. Idem Epiphanius in epiſtola, quam pro ſe hæretici allegant, ſic ad finem habet. *Sæpe cum miniſtris meis de imaginum ablatione egi, ſed ab his non ſum receptus, neque vel in paucis vocem meam audire ſuſtinuerunt. Si ergo ſancti Patres* Baſilius Magnus, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Niſſenus, Ioannes Chryſoſtomus, Ambroſius, Amphilochius, *& alij qui per ea tempora floruerunt, noluerunt enim in hac opinione recipere: quomodo ea quæ ſancti patres non probauerunt, nos qui circa fines temporum & ſeculorum occurrimus, quique verbi & cognitionis ſu deſtituimus, & indigni ſumus, vt illorum diſcipuli vocemur, recipiemus, præſertim cum falſa contra Eccleſiam edita ſint?* Denique legitur, quod diſcipuli eiuſdem Epiphanij templum in Cypro, quod eiuſdem patris nomine appellarunt, ædificauerunt, & cum multis aliis picturis, illius quoque imaginem ibidem collocarunt. *Quod ſi aiunt patres, autem is tantopere venerandarum imaginum inſpectionem fugiet execratus, quomodo tantam ana. cum illius diſcipuli cruperent, vt imaginem collocarent? luce notum ſit ſcripta hæc non eſſe Epiphanij, ſed cuiuſdam Manichæi. Sic de*

reliquis iudicandum. quia & ſi quædam hæretici vera teſtimonia proferunt, aut ſenſum peruertunt, aut mutilant ſententiam. Deindè poſtquam præfatos patres nil pro hæreticis dixiſſe patres comprobarunt, ſubdunt *Demonſtratum ſatis eſt, ea quæ à ſanctis patribus rectè tradita ſunt, ab his qui extra diuinum ... ſunt peruerti.* Præterea GREGORIVM NAZIANZENVM, cognomento Theologum, in oratione in Natalem domini, ſic loquentem hæreticis obiiciunt *Bethleem honore affice ... præſepe adora, nam quæ ... oblata ſunt, eius participatione & contrectatione ſancta ſunt. Denique ſancto, honor ſanctuarii illius non aliter conſeruatur, quam per noſtram deuotam adorationem.* Proferunt & ATHANASIVM ALEXANDRINVM epiſtola ad Eupſichium, cuius initium eſt. In quibus Exiſtimaſti nos piiſſimè. &c. Et CYRILLVM ALEXANDRINVM epiſtola ad ſucceſſum, cuius initium: iocidi in commentarium. &c quæ ſuperiùs iam ſemel nobis allegata eſt. Proferunt eundem, in oratione contra libidinoſos, cuius eſt initium: longam nuper de veritatis dogmatibus contexuimus orationem, &c. vbi & imaginum ſatis vſum exprimit. Tum Tomo 6 prædicti Concilij 7. GENERALIS Patres addunt *Iſque adeo enim venerandarum imaginum demonſtratio in Eccleſia obtinuit, vt ab eo tempore quo Euangelium prædicari cœptum eſt, ad hæc vſque tempora recepta fuerint. Iam autem cognoſcimus omne quod antiquitate excellit venerandum eſſe. Quid enim aliud ſibi mandat Apoſtolus, ſeruate dicens, traditiones quas accepiſtis. & Rurſus, Prophanas vocum nouitates deuita? Omnes ergo Chriſtiani qui in Eccleſia Catholica geniti ſumus, traditiones quas accepimus ſeruamus, & in his ſtabiliti ſumus, nouamque hæreticorum vaniloquentiam reiicimus, & quæcunque patribus pro tempore ſuper fundamentum Apoſtolorum ædificare placuit, recipimus. quæ verò ſecus ſe habent, vt hoſtilia reſpuimus.* Addunt præterea quot tormenta eo tempore Chriſtiani paſſi ſunt, quot ludibria Chriſti templa & imagines pertulerint. Vide in ſequenti diſtinctione. Subſequuntur & * anathemata fulminata in eos qui aliter credere præſumpſerint, ſimulque omnes vnanimi conſenſu ſubſcribunt, & nefariæ ſuæ doctrinæ contra ſanctas imagines calculum ſuum adhibent impij illi conciliabuli hæretici, non verentes eam Apoſtolicam nominare fidem & patrum traditionem. Hoc quàm ſit à veritate alienum ex ſuperioribus facilè eſt colligere. Inſuper anathemate ſuo hæretici illi percellunt tres illos patres viros pios & ſanctos, qui contra eorum vezaniam libros compoſuerant & dialogos: GERMANVM videlicet CONSTANTINOPOLITANVM Epiſcopum, (cuius in ſuperioribus vſi ſumus authoritate) qui his conſentire nolens contra illorum doctrinam dialogos, & GEORGIVM CYPRIVM eis ſimiliter contradicentem, & MANZVR, ſic vocant Ioannem Damaſcenum quem doctorem impietatis appellant & Saracenicum. Hic quidem (vt antea diximus) Imaginum adorandarum defenſionem tribus libris contra Leonem 3 Iſaurum aggreſſus eſt, quos & latinos reddidit Godefridus Tilmanus Carthuſienſis, & nos ſuperioribus annis in noſtram linguam retulimus. Hinc ſancto doctori duplicant & triplicant anathema, ita ſe modeſtos hæretici omnes, in eos qui pugnant contra eorum veſaniam, monſtrantes. Verùm ſancti patres præfati Concilij 2. NICAENI

breui

Vide ſynceram Catholicorum mentem.

Vide quot modis ſemper authoritatibus patrum hæretici falſo intellectis, qui nec ipſi volunt admittere, & hic contra illos vtantur, & attende, quia eorundem authorum teſtimoniis refelluntur.

Epiphanius Cypri.

Epiphanij imago erecta.

Gregorius Na...

Athanaſius Al...

Cyrillus Ale...

Titum 3.

Ab hære...

Hoc loquendi ...

Ioannes Dama...

braui demonſtratione repetentes vſum imagi-
num,venerationem eſſe licitam. ex ſupra memo-
ratia patrum ſententiis, vnanimi conſenſu adhuc
hinc ſententiæ & doctrinæ veritatis ſubſcripſe-
runt omnes & Symbolo recitato publicè.(pro vt
editum eſt in Cõcilio Nicæno primo, & in Con-
cilio Conſtantinopolitano 1 generali 2. vt habes
dictione,Symbolum) omnes hæreticos Arrium,
Eunomium,Sabellium,& reliquos,qui contra fi-
dem Catholicam inſurrexerunt,& quos iam præ-
Anathematizãtur Hæretici.
cedentes ſex Synodi generales anathemati ſub-
iecerant,ipſi anathematizant. hos autem omnes
qui auſi fuerint aliud ſentire,aut docere de figura
crucis,& ſanctis imaginibus, & reliquiis ſancto-
rum,quas ſenſerint eſſe germanas & veras, com-
munione priuant,& anathemate percellunt, ſub-
ſcribentibus, primò Apoſtolicæ ſedis legatis.
Deinde cæteris patribus generaliter, his decem
Epiſcopis comprehenſis qui à præfata hæreſi ad
catholicam redierant, vt ſuperius oſtendimus.
Concluſio general 17 Concilij Nicæni 2.
Omnia etiam anathemata repetunt. quæ ſuperiùs
reperies.& ſic optato fine clauditur ſancta ſyno-
dus,approbatis interim & receptis tribus his do-
ctoribus prænominatis.quos hæretici illi anathe
Interceſſio ſanctorum.
mate notauerant infructuoſo. *Quorum* (aiunt pa-
tres) *diſpenſationibus inhærentes, digni reddamur mi-
ſericordiis & gratia primi & magni & ſupremi ſa-
cerdotis Ieſu Chriſti domini noſtri. intercedente ſimul
inuiolata domina noſtra deipara, & omnibus ſanctis,
fiat,fiat. Amen.* Hæc omnia quæ acta ſunt in Con-
cilio generali 7. Tharasivs Constan-
Tharaſius Cõſtantinop.
Conſtantinus Imperat.Imagines quas pater eue rterat reſtaurauit.
tinopolitanvs Epiſcopus tranſmiſit ad
Adrianum 1 epiſtola ad eundem miſſa quæ actio-
ne 7. eiuſdem Concilij habetur ,eum certificans,
quod Imperatores omnibus in locis venerandas
imagines reſtituerunt,cùm in ſacris templis, tum
etiam in portis regiarum, quibus Imperatoribus
Adrianus 1.
fœlicia precatur. His acceptis Adrianvs I.
edidit librum pro defenſione ſanctarum ima-
ginum contra ſæpius memoratum conciliabu-
lum Conſtantinopolitanum. quem miſit ad Ca-
rolum Magnum Francorum Regem. vtpote Ro
D
manæ ſedis atque Catholicæ Eccleſiæ protecto-
Caluiniſtæ falſo librum aſcribũt Carolo Magno contra S imagines.
rem Hæretici autem Caluiniſtæ inuulgarunt li-
brum ſub titulo Caroli Magni, contra ſanctam
& generalem Nicænam 2. ſynodum præfatam
& dicunt illum tranſmiſiſſe Adriano I. eum tan-
tum abſit vt Rex ſanctiſſimus opus hoc ediderit,
Contra falſam hæreticorũ mẽtem,qui inuulgarunt ſub titulo ſanctorũ virorum.
quòd ſub eius nomine deplorati homunciones
ediderunt, quòd etiam eius libri confutationem
Carolus ab Adriano petierit & Pontifex granter
& fideliter præſtiterit. vt Ivo Carnoten-
sis in ſuis decretis teſtatur,aliquando ſub nomi-
ne Adriani quædam ex hoc libro proferens te
ſtimonia. Præterea certum eſt quòd contra Ico-
nomachos. qui iterum ſurrexerant, Carolus ipſe
E
Rex duodecim Epiſcopos ad Concilium La-
Concilium Lateranenſe ſub Stephano III.
teranense ſub Stephano III.miſit qui hære-
ticis obuiarent, vt dicetur in ſequentibus. Men-
tionem itaque facit Adrianus 1. cap 2. præfati li-
bri Synodicæ epiſtolæ ſeu confeſſionis fidei,
Theodorus Hieroſolymitanus.
quam Thaooorvs Hierosolymita-
nvs Patriarcha, Cosmas Alexandri-
Coſmas Alexandrinus.
Theodorus Antiochenus
nvs ſimiliter Patriarcha,& alius adhoc Theo-
dorvs Antiochenvs Patriarcha cùm
cæteris Epiſcopis Orientalibus, miſerunt Paulo
Papæ huius nominis primo. Hanc poſtea latino
eloquio redditam, Stephanvs II. Papa
Concilium Romanum ſub Stephano II.
in Concilio Romae in Baſilica Saluatoris,quæ
appellatur Conſtantiana præſidens.cùm patribus

A
Franciæ atque Italiæ pro imaginibus ſacris com-
probauit,atque ita eorum fidem laudauit. *Si quis
(ait) aliud terminum fidei,ſiue ſymbolum, aut doctri-
nam habet, præterquam quod traditum eſt a ſanctis
magnis & vniuerſalibus ſex ſynodis, & confirmatum
eſt ab his ſanctis patribus qui in eis conuenerunt, &
non adorat imaginem ſiue figuram domini noſtri Ieſu
Chriſti,neque humanationem eius confitetur, ſicut qui
deſcendit & incarnatus eſt propter genus humanum,
talem impium anathematizamus, & alienum extra-
neumque deputemus ſancta Catholica & Apoſtolica
Eccleſia.* Tum ex ſacræ teſtimoniis ſcripturæ,con-
tra imaginum demolitores Adrianus præfatus
cap 15. 17. 19. & reliquis eiuſdem libri inuehitur,
B
vt ſtatim videbimus. Capite autem 30. producit
Auguſtinus Hipponenſis. Pſal.98.
Avgvstinvm interpretantem verſiculum il-
lum: adorate ſcabellum pedum eius, quoniam
ſanctum eſt,vt poſuimus ſupra, Euchariſtia ado-
randa, &c. Quia verò prædicti hæretici ſuſtine-
bant adorationem imaginum non eſſe Apoſtoli-
Dionyſius Areopagita.
cam traditionem,probat hoc ex Dionysio
Areopagita, cuius mentio fit Actuum 17.
Hic enim epiſtola directa ad S. Ioannem Euan-
Adoratio imaginũ Apoſtolica traditio eſt.
geliſtam,ſic ait. *Quid mirum, ſi Chriſtus vera di-
cit, & iniqui diſcipulos ex vrbibus expellunt, qui ſibi
ea quæ meriti ſunt tribuunt,& à ſanctis ſceleſti ac ne-*
C
*farij homines diſtinguuntur atque diſcedunt? Sunt re-
uera ea quæ videntur, eorum quæ ſub aſpectum non
cadunt,certa claraque imagines. Neque enim in ſecu-
lis quæ ventura ſunt, cauſa erit Deus iuſtarum à ſe
ſecretionum, &c.* Idem libro de cœleſti Hierarchia
cap 1. *Itaque ſanctiſſimam noſtram Hierarchiam,
prima illa ſacrorum myſteriorum inſtitutio,cùm diui-
na cœleſtium Hierarchiarum imitatione dignam in-
dicaſſet, & Hierarchias quas omni materia carere di-
xi, figuris corporeis variiſque formis diſtinxiſſet, tra-
didit,vt pro captu noſtro ſimulachris ſacroſanctis illis,
ad ſimplicium illarum & minimè figuris adumbrata-
rum rerum vitam ſimilitudinemque efferamur. Non
enim mens noſtra ad illa cœleſtium Hierarchiarum
materia expertem contemplationemque excitari con-
tenderéque poteſt,niſi rerum corporearum ſibi notarum*
D
*præſidio vtatur,eum pulchritudinem quæ videatur,ſpe-
ciei ac pulchritudinis occulta atque recondita ſimula-
chrum quoddam eſſe cogitans, tum ſuaues odores qui
ſub ſenſum cadunt,effigies eſſe eius ſuauitatis, quæ ſola
ratione intelligatur* Præterea eò quòd obiiciebant
Imponebant S Gregorio hæretici quod Imaginũ vſum prohibuiſſet. Gregorius 1.
hæretici S. Gregorium omninò imaginum vſum
prohibuiſſe, probatur contrarium ex eiuſdem
Gregorii I. epiſtola ad Ianuarium Epiſco-
pum Calaritanum. qui ſic dicit *Iudæi de ciuitate
veſtra huc venientes queſti nobis ſunt, quòd Synago-
gam eorum quæ Caralis ſita eſt, Petrus, qui ex eorum
ſuperſtitione ad Chriſtianæ fidei cultum,Deo volente,
perductus eſt, adhibitis ſibi quibuſdam indiſciplina-
tis ſequenti die bapiiſmatis ſui,hoc eſt dominico,in ipſa
feſtiuitate Paſchali cum graui ſcandalo ſine veſtra*
E
*occupauerit voluntate,atque imaginem illic genitricis
Dei dominique noſtri,& venerandam crucem,vel bir-
rum album,quo de fonte ſurgens indutus fuerat, po-
ſuiſſet.* (Et poſt pauca) *conſiderantes hac de re veſtra
voluntatis intentum ac magis iudicium, his hortamur
affatibus,vt ſublata exinde, cum ea qua dignum eſt
veneratione, imagine atque cruce debeatis quod vio-
lenter ablatum eſt reformare. Quia hi non trahendi
ſunt inuiti ad fidem, licet ſint vt conuertantur admo-
nendi,&c.* Vide infra Iudæus, &c. Idem libro 9.
epiſtola 9. ad Serenum Maſſilienſem Epiſcopum,
*Aliud eſt picturam adorare, aliud per picturæ hiſto-
riam quid ſit adorandum addiſcere. Nam quòd legen-*

tibus

tibus ſcriptura, hoc idiotis pictura præſtat cernentibus, quia in ipſa ignorantes vident quid ſequi debeant, in ipſa legunt qui litteras neſciunt. (Et rurſus.) *In locis venerabilibus ſanctorum depingi hiſtorias, non ſine ratione vetuſtas admiſit.* Et rurſus. *Quia picturas Imaginum, quæ ad ædificationem imperiti populi fuerant factæ, vt neſcientes literas ipſam hiſtoriam attendentes, quid actum ſit diſcerent, &c.* Porrò iam ſupra eiuſdem Gregorij authoritatem citauimus. ad Secundinum incluſum, &c. Deinde deridentibus hæreticis apparitiones, quæ fiunt ſanctorum viuis & amicis hos inuocantibus, reſpondet obijciens viſionem AMBROSIO factam à ſanctis Geruaſio & Protaſio, ſicut ipſe teſtatur, & ante meminimus. Denique & viſionem GREGORIO NAZIANZENO à fratre ſuo Cæſario factam, ſicut ipſimet oratione in eundem teſtatur. Præterea præfatus GREGORIVS I. ſæpius in Dialogis meminit apparitionum ſanctæ Mariæ & Apoſtolorum & aliorum ſanctorum, quæ factæ ſont viris deuotis: *Et hoc cognouerunt* (ait) *omnino per picturam præcedentem.* Contexuit etiam idem ADRIANVS I. loco præfato omnium prædeceſſorum ſuorum nomina, Silueſtri, Damaſi, Cœleſtini, Sixti, Leonis, Vigilij, Pelagij, Gregorij & aliorum. Sicut de Nicolao I. PLATINA CREMONENSIS recenſet, quòd miro ornatu picturis Eccleſias decorarit, & imagines erexerit, & cruces compoſuerit) qui ſacras ædes ædificauerunt, & eas picturis exornarunt. *Quæ hactenus à nobis venerantur,* (ait) *& ſi enarrare voluerimus per ordinem, quot & quantas conſtruxerint noſtri prædeceſſores Eccleſias, vſque nunc mirificè in eis ſacras imagines erigentes, atque diuerſas hiſtorias pingentes, nec non & venerantes Apoſtolicè, audemus dicere, deficeret nobis tempus enumerandi, atque eorum ædificia cum ſacris imaginibus & hiſtoriis explanandi.* Quapropter nobis patrum traditiones ſeruandæ ſunt, vt ait AMBROSIVS de fide cap. [illegible] *Seruemus* (ait) *præcepta maiorum, nec hæreditaria ſignacula [illegible] rudi temeritate violemus. Librum ſignatum [illegible] propheticum [illegible] poteſtates, [illegible] Archangeli aperire auſi ſunt, ſoli [illegible] prærogatiua ſeruata eſt. Librum ſacerdotalem quis noſtrum reſignare audeat, ſignatum [illegible] & multorum iam martyrio conſummatum? Quem qui reſignare coacti ſunt, poſtea tamen damnata fraude [illegible] qui violare non auſi [illegible] martyres extiterunt. Quomodo fidem eorum poſſumus denegare, quorum victoriam prædicamus?* Et GREGORIVS III. epiſtola ad ſæpiùs memoratum Leonem 3. Iſaurum & Conſtantinum Copronymum Imperatores hæreticos. *Pro ſacris imaginibus* (ait) *omnia, & ipſa noſtra tradimus, ſi contigerit, corpora, nam nunquam nouitatem recipimus, aut à religione paterna vlla declinamus ratione. Diuina enim vox interminatur, quæ per omnia debet præcaueri. Si totum mundum quis lucretur & animæ ſuæ detrimentum faciat, lucratus eſt nihil.* Porrò eſt pro confirmatione venerandarum imaginum Concilium FRANCFORDIENSE ſub Carolo Magno celebratum, in quo damnatum eſt ſæpius memoratum conciliabulum Conſtantinopolitanum ſub prædictis Imperatoribus Leonem III. & Conſtantino Copronymo. Contra eoſdem hæreticos, & eos qui imagines deteſtantur, ſcripſit PHOTIVS CONSTANTINOPOLITANVS Epiſcopus eo in libro quem ſcripſit de 7. Conciliis Oecumenicis ad Michaelem Bulgariæ Principem, vbi cùm ad

Derident hæretici viſiones quæ fiunt ſanctorum.
Ambroſius Mediolanenſis.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius I.
Platina Cremonenſis.
Ambroſius Mediolanenſis.
Traditiones patrum ſeruandæ.
Apocal.
Gregorius 3
Matth. 16.
Concilium Francfordienſe generale patrum 300.
Photius Conſtantinop. lib.

7. Concilium Nicænum 2. venit doctè quidem & diſertè de imaginibus, cruce, & Reliquiis venerandis diſputat. Iam ſuperiùs ſatis probata ſunt, quæ dicit. Scripſit & eodem tempore NICOLAVS I. epiſtola ad Epiſcopos Aſiæ & Lybiæ miſſa, contra Michaelem Imperatorem, vbi & memorati generalis Concilij 7. Nicæni 2. celebrem facit mentionem. Deinque celebratum eſt poſtea Concilium GENERALE VIII. quod dicitur Conſtantinopolitanum 4. ſub Baſilio Imperatore & Adriano 2. patrum 3. vbi actione 1. à cunctis patribus acclamatum eſt. *Anathematizamus omnes hæreſes, ſimul cum Iconomachis,* Et actione 8. ſic loquuntur patres eiuſdem Concilij. *Anathema Concilio quod adhuc fremit contra venerabiles imagines, his qui ſumunt diuinæ ſcripturæ dicta quæ ſunt aduerſus Idola, contra venerandas imagines anathema.* Et canone 3. decretorum ſuorum ſtatuunt librum Euangelij adorandum, vt repoſuimus in vocabulo, Euangeliorum liber, &c. canone 7. ſubdunt. *Valde proficuum eſt & venerabiles imagines pingere, ſed & proximos diſciplinas diuina ac humana ſapientia docere, non autem bonum eſt nec omnino proficuum, ab indignis horum aliquid fieri. Huius rei gratia nequaquam imagines operari in ſacris templis, ſed neque in quouis loco docere, anathematizatos ab hac ſancta & vniuerſali Synodo definimus, & promulgamus quouſque à propria ſeductione ac malitia conuertantur. Quiſquis ergo poſt hanc definitionem, ac pictura ſanctarum imaginum in Eccleſiis, aut doctrina actionem, quoquomodo eas admiſerit, ſiquidem clericus fuerit, proprio gradu periclitetur, ſi laicus, communione priuetur.* Eiuſdem rei meminit LEO IX. epiſtola ad Michaëlem Conſtantinopolitanum, & Leonem Acridanum Epiſcopos capite 22. Porrò de veneratione ſacrarum imaginum eodem agit argumento quo ſupra memoratum Concilium Nicænum 2. Concilium SENONENSE decreto 14. cuius poſſem & proferre ſententiam, niſi iam ſæpiùs idem à me productum eſſet, profert autem teſtimonium IOANNIS DAMASCENI libro 4 Orthodoxæ fidei capite 11. & 17. vbi egregiè de adoratione crucis & imaginum diſſerit authoritate ſacræ ſcripturæ, *Non ab re* (ait illa Damaſcenus) *Apoſtoli viuificam crucem & ſacras erexerunt imagines, quæ cùm ab initio naſcentis Eccleſiæ debita ſemper ab orthodoxis veneratione colantur, nihil illis à ſacroſanctis quatuor vniuerſalibus Conciliis derogatum eſt: quas & ab* AVGVSTINO *libro de viſitatione infirmorum proponi iubentur, & à* GREGORIO MAGNO *tum ad Reccaredum, tum ad Secundinum miſſa leguntur.* Superius dictum eſt in vocabulo, Crux, & Reliquiæ &c. Poſtquam autem idem Concilium Senonenſe propoſuit Concilium Nicænum 2. ſuperiùs memoratum ait. *Carolus* (loquit) *ille Magnus Francfordienſi conuentu eiuſdem erroris ſuppreſſit inſaniam, quam infeliciſſimus quidam Fœlix in Gallias & Germaniam inuexerat. Quiſquis igitur de Chriſti vel ſanctorum imaginibus aliter ſenſerit, is Chriſto & ſanctis iniurius, cum Valdenſibus peſtiferam hæreſeos labem ſe nouerit incurriſſe, &c.* Iterum Concilium MOGVNTINENSE IV. capite 41. *Imaginum* (ait) *vſum, velut pro erudienda plebe, & omnium animis excitandis, in Eccleſiis retineri ſeruo mandamus, dummodo paſtores populum accuratè moneant, imagines non ad id proponi, vt adoremus, aut colamus eas, ſed vt quid adorare aut imitari, aut quarum rerum vtiliter meminiſſe debeamus, per imagines recordemur.* Tum procaces & laſciuas damna

Nicolaus I.
Concilium Conſtantinopolitanum 4. generale patrum 373.
Ergo Caluiniſtæ Anathema.
Leo IX.
Concilium Senonenſe [illegible]
Legati & Cardinalis [illegible]
Damaſcenus.
Mirum o Cal[illegible]
dimonè putas [illegible]
fides [illegible]
num laborans.
Fœlix hæ[illegible] primus [illegible] hæreſi illa [illegible] Imagine [illegible] detes[illegible]
Concilium Moguntinum.

Quæ conſiderãda ſint in imaginum veneratione ſalubria decreta.

Concilium Tridentinum generale.

Imagines,vt in dictione Pictura,dicemus. Denique nouiſſimè Concilium TRIDENTINVM, ſeſſione 25.quæ fuit 9.ſub Pio IV. *Decreuit ſancta Synodus Imagines Chriſti Deiparæ virginis, & aliorum ſanctorum in templis præſertim habendas & retinendas, eiſdem debitum honorem & venerationem impertiendã;non quòd credatur ineſſe aliqua in his diuinitas vel virtus,propter quã ſint colendæ,vel quòd ab eis ſit aliquid petendum, vel quòd fiducia in Imaginibus ſit figenda,veluti olim fiebat à Gentibus,quæ in idolis ſpem ſuam collocabant; ſed quoniam honos qui eis exhibetur, refertur ad prototypa quæ illæ repræſentant, ita vt per Imagines,quas oſculamur, & coram quibus caput aperimus & procumbimus,Chriſtum adoremus, & ſanctos, quorum illæ ſimilitudinem gerunt, veneremur. Id quod Conciliorum,præſertim Nicænæ II.Synodi Decretis contra Imaginum oppugnatores eſt ſancitum.*

Epiſcopi doceãt populum quid attendere debeat in imaginibus.

Illud verò diligenter doceant Epiſcopi, per hiſtorias myſteriorũ noſtræ redemptionis,picturis vel alijs ſimilitudinibus expreſſas,erudiri & confirmari populum in articulis fidei cõmemorandis,& aſſiduè recolẽdis;Tum verò ex omnibus ſacris Imaginibus magnum fructum percipi;non ſolùm quia admonetur populus beneficiorum,& munerum, quæ à Chriſto ſibi collata ſunt, ſed etiam quia Dei per ſanctos miracula & ſalutaria exẽpla oculis fidelium ſubijciuntur; vt pro his Deo gratias agant,ad ſanctorumq́; imitationem vitam, moresq́; ſuos componant, excitenturq́; ad adorandum ac diligendum Deum,& ad pietatem colendam. Si quis autem his decretis cõtraria docuerit, aut ſenſerit,anathema ſit. In has autem ſanctas & ſalutares obſeruationes ſi qui abuſus irrepſerit, eos prorſus aboleri ſancta Synodus vehementer cupit; ita vt nullæ falſi dogmatis Imagines,& rudibus periculoſi erroris occaſionem præbentes, ſtatuantur.

Abuſus circa imagines tollendus.

Quòd ſi aliquando hiſtorias, & narrationes ſacræ Scripturæ, cùm id indoctæ plebi expediet,exprimi,& figurari contigerit; doceatur populus non propterea diuinitatem figurari, quaſi corporeis oculis conſpici,vel coloribus, aut figuris exprimi poſſit. Omnis porrò ſuperſtitio in ſanctorum inuocatione,reliquiarum veneratione,& Imaginum ſacro vſu tollatur, omnis turpis quæſtus eliminetur,omnis denique laſciuia vitetur,ita vt procaci venuſtate Imagines non pingantur,nec ornentur, & ſanctorum celebratione, ac reliquiarum viſitatione homines ad comeſſationes atque ebrietates non abutantur, quaſi feſti dies in honorem ſanctorum per luxum & laſciuiam agantur. Poſtremò tanta circa hæc diligentia & cura ab Epiſcopis adhibeatur, vt nihil inordinatum,aut præpoſtere, aut tumultuariè accommodatum,nihil prophanum, nihilque inhoneſtum appareat,cùm domum Dei deceat ſanctitudo. (Vide ſuprà, Dies feſti non choreis.) *Hæc vt fideliùs obſeruentur,ſtatuit ſancta Synodus, nemini licere vllo in loco, vel Eccleſia, etiam quomodolibet exempta,vllam inſolitam ponere,vel ponendam curare Imaginem,niſi ab Epiſcopo approbata fuerit,nulla etiã admittenda eſſe noua miracula,nec nouas reliquias recipiendas,niſi eodem recognoſcente & approbante Epiſcopo. Qui ſimul atque de his aliquid compertum habuerit, adhibitis in Concilium Theologis,& alijs pijs viris, ea faciat quæ veritati & pietati conſentanea iudicauerit. Quòd ſi aliquis dubius, aut difficilis abuſus ſit extirpandus,vel omninò aliqua de his rebus grauior quæſtio incidat; Epiſcopus, antequam controuerſiam dirimat,metropolitani & comprouincialium Epiſcoporum in Concilio prouinciali ſententiam expectet, ita tamen vt nihil,inconſulto ſanctiſſimo Romano Pontifice, nouum aut in Eccleſia hactenus inuſitatum decernatur.*

Non ad libitum erigendæ imagines, nec noua excitanda miracula, nec reliquiæ propalandæ.

Facultas Louanienſis.

Hanc doctrinam de venerandis Imaginibus FACVLTAS LOVANIENSIS ſub Carolo Imperatore V.anno ſalutis 1544.congregata arti.27.28.& 29.confirmat. FACVLTAS autem PARISIENSIS anno 1543.cõgregata ſub Frãciſco I. Rege, artic.16. *Nullo modo* (ait) *addubitandum eſt quin genu flectere coram Imagine Crucifixi,& beatæ Mariæ,& ſanctorum,ac rogãdum Chriſtum & ſanctos opus ſit bonum,ac pium,&c.* Lege locos aſſignatos. Porrò pro tuẽda veneratione ſanctarum Imaginum plures quidem authores, & veteres,& moderni ſcripſerũt,quorum dicta non poſſem breui chartula complecti. Nolo autem ſilentio præterire opus illud eruditũ, quod vnus è noſtræ religionis familia CLAVDIVS BONDANVS, vir quidem ſtylo politus, clarus & ornatus eloquio,dilectione ſincerus, & cõuerſatione deuotus,ſecundo noſtræ prouinciæ Gallicanæ iam viſitator electus,mihi dilectus,& ego illi,heroïcis verſibus nuper conſcripſit de mutua Hugoniſtici belli & Catholicę pacis collatione,quod ſic incipit:

Facultas Pariſienſis.

Claudius Bõdanus Cœleſtinus

Gallica deterius quo ſæuit in arua Tyrannus,
Ex Erebi,Mauors tenebris pallentibus ortus.
Hoc pax mitior eſt,dum Franco regnat in orbe,
Quã Deus ætherea demiſit ab arce ſupremus,&c.

Hoc certè opuſculo mirabili induſtria ita ſcitè Imaginum figuras expoſuit. & de particulari illarum proprietate ita excellẽter diſſeruit, vt Delio laudatore potius, quàm mea inepta & agreſti egeat oratione. Lege circa medium voluminis, vbi omnium penè ſanctorum Imagines diuerſa arte & ſtatu cõpoſitas exponit,vbi etiã ita narrat:

In reliquis quæ ſunt pingenda inſignia diuis,
Pingantur noſtræ myſteria facta ſalutis,
Quorum prima fuit,&c.

Sed hæc Imaginũ venerationẽ non ineptè defendit,vnus etiam è noſtræ religionis familia FRANCISCVS LARBENVS mihi olim dum Mantæ ageret, Prioris officium ſatis familiaris, vir certè in ſcripturis non mediocriter eruditus,& conuerſatione laudabilis,illo inſigni opere,quod Muſica fidei prænotauit,cap.33. vbi illud Symboli exponit: Sãctorum communionem. Sunt & alij qui de Imaginum veneratione locuti ſunt,quos breuitatis ſtudio pertranſeo. Lege quod etiam teſtat in vocabulis, Adoratio, Agnus Dei, Crux, Reliquiæ, Sanctorum interceſſio,& ſimilibus vocabulis, & ſequentia.

Frãciſcus Larbenus Cœleſtinus.

Imaginum euerſores olim vt nunc dãnati.] De Imaginum demolitoribus, dum ageremus de hæreticis qui ſemper profanis ſacra miſcuerunt,ſatis abundè tractauimus, quin & ſuperiori diſtinctione ſæpiùs notati ſunt, & tamen vt ſpecialiter iniquos illos demonſtremus ratio ſuaſit,quatenus videant Caluiniſtæ quos imitentur in ſcelere,vt ergò omittam quæ ex NICEPHORO in initio præmiſſæ diſtinctionis poſuimus, Concilium NICÆNVM II.generale VII. cuius toties fecimus mentionem, actione 1.5.& 7. longo tractu, primos Imaginum euerſores fuiſſe recenſet Manichæos,& Marcioniſtas,Petrũ Guapheum,& Xenæum Hierapolitanum Epiſcopum, quem Nicephorus præfatus vocat Xenaiam, vt ſuperiùs oſtendimus,& Seuerum, cuius mentionem fecimus ſuperiùs,& alios plures. His ſucceſſit Leo III. Iſaurus Imperator nequiſſimus,qui miſſis iuſſionibus decreuit,vt in nulla Eccleſia Imaginẽ cuiuſlibet ſancti,aut martyris aut Angeli haberetur. Maledicta enim omnia aſſerebat, vt recenſet PLATINA CREMONENSIS in vita Gregorij II. Et IOANNES LAZIARDVS Cœleſtinus,

Nicephorus.

Qui fuere primi imaginum euerſores.

Concilium Nicænum generale 7.

Platina Cremonenſis.

Ioannes Laziardus Celeſtinus.
Antonius Sabellicus.

A libro 3. Epitomatis vniuerſalis hiſtoriæ, cap. 84. & 85. Et ANTONIVS SABELLICVS lib 7. Eneadis 8 & alij authores. Ad hoc facinus inclinare ſtudebat Pontificem magnis præmijs & grauis promiſſis, & ſi contemneret, minitabatur eū gradu proprio exturbaturum. Sed conſtantiſſimè vir ſanctus deſpexit Imperatoris iuſſionem, & deteſtans hæreſim, ſe contra Imperatorem, vt contra hoſtem armauit. Cui Venetiarum & aliarum Ciuitatum non defuit auxilium, & diuerſorum populorum, qui Pōtificis neci nuſquam condeſcenderent, potiuſque mori eligerēt Chriſtiani, quàm huiuſmodi peſtifera hæreſis creſceret. Contra hāc hæreſim & Imperatorē tres ſcripſit libros IOANNES DAMASCENVS, ſicut ſuperiùs retulimus.

Ioannes Damaſcenus.
Gregorius 3.
Concilium Romanū ſub Gregorio 3.

B Sub hac etiam perſecutione GREGORIVS III. floruit, qui pro veritate defendēda & hæreſi extirpanda innumeras perſecutiones ſuſtinuit. Et Concilium ROMANVM Patrum 93. celebrauit (vt præfatus Sabellicus etiam teſtatur) decernēs, vt ſi quis antiquæ conſuetudinis & Apoſtolicę fidelem vſum contemnens, aduerſus eandem ſacrarum Imaginum depoſitor, atque deſtructor & prophanator, vel blaſphemus exiſteret, eſſet extorris à corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel totius Eccleſiæ vnitate atq; compage. Hoc decretum ſua ſubſcriptione & omnium Epiſcoporum firmauit, & ipſe in Eccleſia B. Petri ef-

C figies Saluatoris, & Apoſtolorum, & ab alio latere Dei genitricis & ſanctarū Virginum collocauit, quas poſtea argento veſtiuit. Verùm vt altiùs repetamus, præmiſſum Concilium Nicænum II. actione 5. producit contra euerſores Imaginum diuum CYRILLVM HIEROSOLYM. qui ſupplicīū depingit Nabuchodonoſor, propter Cherubin & cætera vaſa direpta è templo Domini.

Cyrillus Hieroſolymitanum.
Simeon Stilites.

Producit & teſtimonium SIMEONIS STILITÆ, epiſtola 5. ad Iuſtinum Imperatorem iuniorem, vbi conqueritur de templorum euerſoribus & ſanctarum Imaginum demolitoribus: *Nam cùm videamus* (ait) *pias veſtras leges, quæ imaginem aut ſtatuam Imperatoris iniuria aut ignominia afficiunt, extremo & iuſto mortis ſupplicio plecti, qua tan-*

D *dem pœna puniendi ſunt qui in Imaginem Domini noſtri eiuſque Matris infando facinore graſſati ſunt? Profectò non video quid mihi dicendum ſit, tantum enim ſcelus eſt commiſſum, vt nec vlla humanitatis mica amplius supereſſe credatur. Quamobrem obſecramus victorioſam veſtram potentiam, ne vlla poſthac miſericordia oſtendatur, neque amplius parcere illis quiſpiam velit, neque vllam apologiam, aut excuſationem illorum nomine accipere, ne poſthac peiora aggrediatur.* Huic ſententiæ ſubſcripſerunt Patres NICAENI Cōcilij II. generalis VII. dicentes, eadem actione 5. eos eſſe, qui ſacras Imagines demoliuntur Samaritis hæreticis peiores, nec eſſe excuſabiles, aut au-

Demolitores Imaginum puniendi.
Cōcilium generale 7. Nicenum 2.

E diendos. Lege etiam quod de Ezedo Rege diximus ſuprà, qui ſacras Imagines ad inſtantiam Iudæi euerti mandauerat, referente hiſtoriā IOANNA VICARIO trium ſediū Orientalium. Porrò anathematizat præfatum Nicænum II. Concilium omnes qui præſumpſerint Imagines è templis deiicere, quod & Concilium generale 8. can. 3. repetit. vt ſuperiori pagina allegatum eſt. Quanto autem furore in noſtra Gallia & inſania ſit graſſatum ab Hugoniſtis in ſacras Imagines & Templa, non ſiccis oculis videmus & horreſcimus referre. Nec enim tantā barbariem à Turcis & Sarracenis, & inhumanis quibuſq; gētibus expectare poſſemus, ſicut & ſatis opportuno carmine

Ioannes Vicarius trium ſedium Orientalium.
Concilium Conſtantinopolitanum 4. generale 8. ſub Baſilio Impera.

Claudius Bōdanus Celeſtinus.

defleuit memoratus noſter CLAVDIVS BONDANVS Cœleſtinus Deo dilectus, nobiſq; familiari dilectionis & charitatis vinculo iunctus, cuius ſuperiori pagina fecimus mentionem, potiſſimum vbi ſic canit:

Haud ſcelus eſt vllum quod non tentare malignus
Audeat, hunc prodis cunctis damnoſa latronum
Turba furens, ſurgit raptorum turba virorum,
Sacrilegi emergunt, caliceſque crucémque ſceleſtis
Surripiunt manibus, delubráque ſacra prophanāt,
Euertúntque ſacras ædes, altaria frangunt.
Sacramenta pio quæ ſunt celebranda decore
Conculcant pedibus, miſcētes ſacra prophanis, &c.

Verū ſuperiùs ſufficienter de his egimus, reuolue.

IMMVNITAS.

De Immunitate Eccleſiæ eiúſq; libertate egimus pluribus in locis, & potiſſimè in vocabulo, Eccleſiarum immunitas & libertas, & in dictione, Clericus, nonnihil diximus lege ergò.

IMPERATOR.

Imperator quis ſit, & qualis eſſe debeat, & quid promittere teneatur.] Vide in vocabulis, Rex, & Princeps. Verùm ne locum vacuum relinquamus, ſic TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro Apologetico aduerſus Gentes, cap 30. *Nos* (ait) *pro ſalute Imperatorum Deum vocamus æternum. Sciunt enim quis illis dederit imperium, ſciunt qui & homines, qui & animas ſentiunt enim Deum eſſe ſolum, in cuius ſolius poteſtate ſunt, à quo ſunt ſecundi, poſt quem primi, ante omnes & ſuper omnes Deos. Quidni, cum ſuper omnes homines qui vtique viuunt, & mortuis antiſtent? Recogitent quouſque vires Imperij valeant, & ita Deum intelligant, aduerſus quem valere non poſſunt, per eum valere ſe cognoſcant. Cœlum denique debellet Imperator, cœlum captiuum triumpho ſuo inuehat, cœlo mittat excubias, cœlo vectigalia imponat, non poteſt, ideo magnus eſt, quia cœlo minor eſt. Illius enim eſt ipſe cuius & cœlū eſt, & omnis creatura. Inde eſt Imperator, vnde homo, antequam Imperator. Inde poteſtas illi vnde & ſpiritus. Illud ſuſpicientes Chriſtiani pro Imperatore precantur* Vide Oratio, & Preces. tum cap. 33. iterum Tertullianus Imperatorem adhortatur, vt ſe hominem non Deum conſideret. *Satis* (inquit) *habeat appellari, Imperator. Grande & hoc nomen eſt, quod à Deo traditur. Negat illum Imperatorem qui Deum dicit: niſi homo ſit nō eſt Imperator. Hominem ſe eſſe etiam triumphans in illo ſublimiſſimo curru admonetur: ſuggeritur enim ei à tergo. Reſpice poſt te, hominem memento te. Etiam vtique hoc magis gaudet tanta ſe gloria coruſcare, vt illi admonitio conditionis ſuæ ſit neceſſaria, &c.* Et iterum, cap. 34. docet nec Imperatorem Dominum, niſi more cōmuni appellandū. De laude verò Imperatoris egit copioſè LVDOVICVS COELIVS RHODIGINVS libro 10. lectionum Antiquarum, cap. 52. ex varijs & antiquiſſimis authoritatibus. Qualis autem eſſe debeat Conciliū PARISIENSE III. lib. 2. cap. 1. vbi de Regis officio tractauit, vt dicetur ſuo loco, etiam de Imperatore ex FVLGENTIO RVSPENSI lib. de veritate prædeſtinationis & gratiæ ſic agit. *Imperator Clementiſſimus* (ait Fulgentius) *non ideò eſt vas miſericordiæ præparatum in gloriam, quia apicem terreni Principatus accepit, ſed ſi Imperiali culmine recta fide viuat, & vera cordis humilitate prædit us, culmen regiæ dignitatis*

Tertullianus Carthaginenſis.
Orandum pro Imperatoribus vnde & Oratio, & Preces.
Ludouicus Cœlius Rhodiginus.
Concilium Pariſienſe 3. ſub Ludouico & Lothario Impera.
Fulgētius Ruſpenſis.
Ambroſius Mediolanenſis.

ſancta religioni ſubiiciat. Si magis in timore ſeruire Deo, quàm in timore dominari populo delectetur: Si in eo lenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas poteſtatem: Si ſe magis diligendum, quam metuendum cunctis exhibeat, ſi ſubiectis ſalubriter cõſulat, ſi iuſtitiam ſic teneat, vt miſericordiam non relinquam, ſi præ omnibus ita ſe ſanctæ matris Eccleſiæ meminerit Filium, (vide infrà) *vt eius paci atque tranquillitati per vniuerſum mũdum prodeſſe ſuum faciat principatum. Magis enim Chriſtianum regitur atq; propagatur imperium, dum Eccleſiaſtico ſtatui per omnem terrã conſulitur, quàm cùm in parte quacunque terrarum pro temporali ſecuritate pugnatur.*

Ambroſius Mediolanenſis.

Et AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro Epiſtolarum, 5. epiſt. 33. ad Marcellinam ſororem ſuam (vbi illi narrat, quid in cauſa de baſilicis non tradẽdis actum ſit) de Imperatoris officio pulchrè diſputat, vt in ſequentibus oſtendemus.

Iſidorus Hiſpalenſis.

ISIDORVS HISPALENSIS lib. 3 Ethimolog. c. 49. *Qui rectè vtitur* (ait) *regni poteſtate, ita præſtare ſe omnibus debet, vt quanto magis honoris celſitudine claret, tantò ſemetipſum mente humiliet.*

Concilium Aquiſgranenſe 2. Legatũ concilij Baſileenſis generalis.

Eadem repetit Concilium AQVISGRANENSE II. cap. 1. cap. 4. Concilij BASILEENSIS legati oratione habita ad Imperatorem Conſtantinopolitanum: *Maieſtas veſtra* (ait) *licet omnium virtutum officijs dedita ſit, & totius honeſtatis moribus ornata, nihil tamen Regali dignitati decentius eſt, nihil Imperiali veſtræ maieſtati amplius conuenit, quam procurare pacẽ Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ.*

Auguſtinus Hipponenſis.

Neque enim (*vt egregius doctor* AVGVSTINVS *ait*) *Chriſtianos Reges vel Imperatores fœlices eſſe dicimus, quia diutius imperant, vel quia filios ſuos regnantes & imperantes placida morte relinquunt, vel quia hoſtes Reipublicæ potenter domant, quoniam hæc & alia huius vitæ ærumnoſæ munera ſiue ſolatia Gentiles & infideles principes à Deo frequenter obtinent, qui tamen non pertinent ad regnum Dei quo tendere debent Principes Catholici: ſed fœlices Reges & Imperatores Chriſtianos eſſe dicimus, ſi iuſtè imperant, ſi Deum timent, ſi Deum colunt, ſi Deum diligunt, ſi pacem eis datam, ad dilatandum cultum Dei diuinæ Maieſtati ſeruire faciunt, &c.*

Vbi ſita ſit fœlicitas Imperatorum.

Require plura in vocabolo Princeps, & Rex, & alibi, (multa his locis reſecuantur) & ſequentia.

Imperator non ſe ſacris immiſceat, nec Eccleſiam aut eius præcepta contaminet, &c.]

Ambroſius Mediolanenſis.

AMBROSIVS MEDIOLANENSIS lib. 5. Epiſtolarum, epiſt. 33. ad Marcellinam ſororem, referens illi quid in cauſa de baſilicis tradendis actum ſit. *Mandatur tradere baſilicam. Reſpondeo, Nec mihi fas eſt tradere, nec tibi accipere Imperator expedit, domum priuati nullo potes iure temerare: domum Dei exiſtimas auferendam? Allegatur, Imperatori licere omnia, ipſius eſſe vniuerſa. Reſpondeo, Noli te grauare Imperator, vt putes te in ea quæ diuina ſunt imperiale aliquod ius habere, Noli te extollere, ſed ſi vis diutius imperare, eſto Deo ſubditus, Scriptũ eſt, Quæ Dei, Deo: Quæ Cæſaris, Cæſari. Ad Imperatorem Palatia pertinent, ad Sacerdotem Eccleſiæ, publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt, non ſacrorum, &c.*

Matth. 22.

Denique particam illam epiſtolam nihil aliud agit, quàm docere Imperatorem ſubditum eſſe Eccleſiæ, non ſupra Eccleſiam: quod Oratione elegantiſſima fuſius probat, quæ præfatam epiſtolam præcedit. Lege ſi vacat.

Nicephorus Calliſtus.

Hinc narrat NICEPHORVS CALLISTVS libro 13. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 20. Epiſcopos Arcadium ita conueniſſe. *Tibi quidem humanorum negotiorum adminiſtratio à Deo, nobis autem Eccleſiaſticarum rerũ procuratio commiſſa eſt. Itaque ne tu Sacerdotibus fieri magis, vel canonibus rectior & æquabilior eſſe velis, ſed nobis Epiſcopis Dei talium rerum curã cede, &c.*

Gelaſius 1.

Hinc & GELASIVS I. epiſtola ad Anaſtaſium Auguſtum, & allegatur diſtinct. 96. à Gratiano, cap. Duo quippe, &c. *Abſit quæſo à Romano principe* (ait) *vt intimatam ſuis ſenſibus veritatem arbitretur iniuriam: duo quippe ſunt* (*Imperator Auguſte*) *quibus principaliter mundus hic regitur, Authoritas ſacra Pontificum, & regalis poteſtas, in quibus tantò grauius eſt pondus Sacerdotum, quantò etiam pro ipſis regibus hominum in diuino reddituri ſunt examine rationem.*

Duæ poteſtates Eccleſiaſtica & regalis.

Noſti enim (*fili clementiſſime*) *quod licet præſideas humano generi dignitate, rerum tamen præſulibus diuinarum deuotus colla ſubmittis, atque ab eis cauſas tuæ ſalutis expetis, in quæ ſumendis cœleſtibus ſacramentis, eiſque, vt competit, diſponendis ſubdite debere cognoſcis religionis ordine potius quàm præeſſe. Itaque noſti inter hæc ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuã velle redigi voluntatem. Si enim,* (*quantum ad ordinẽ pertinet*) *publicæ diſciplinæ, cognoſcentes imperium tibi ſuperna diſpoſitione collatum, legibus tuis ipſi quoque parent religionis antiſtites, ne vel in rebus mundanis excluſæ videantur obuiare ſententiæ; quo rogo te decet affectu eis obedire, qui prærogandis venerabilibus ſunt attributi myſterijs. Proinde ſicut non leue diſcrimen incumbit Pontificibus ſiluiſſe pro diuinitatis cultu, quod congruit: ita his* (*quod abſit*) *non mediocre periculum eſt, qui cum parere debeant, deſpiciunt.*

Imperator inter eſt ſacerdotibus.

Et ſi cunctis generaliter Sacerdotibus rectè diuina tractantibus fidelium conuenit corda ſubmitti: quanto potius ſedis illius Præſuli, conſenſus eſt adhibendus, quem cunctis Sacerdotibus & diuinitas ſumma voluit præminere, & ſubſequens Eccleſiæ generalis iugiter pietas celebrauit. Vbi pietas tua euidenter aduertit, nunquam quolibet penitus humano conſilio eleuare ſe quenquam poſſe illius priuilegio vel confeſſioni, quem Chriſti vox prætulit vniuerſis, quem Eccleſia veneranda confeſſa ſemper eſt, & habet deuota primatem. Impeti poſſunt humanis præſumptionibus quæ ſunt diuino iudicio conſtituta, vinci autem quorumlibet poteſtate non poſſunt, &c.

Imperator Papæ obtemperet, non & Papa.

Matth. 16.

Idem epiſt. ad Orientales Epiſcopos. *Imperator nullum ius, nec poteſtatem exercere poteſt in Eccleſiam, cùm conſtet de Pontificibus nunquam, niſi Eccleſiam, iudicaſſe.* (Vide ſuperiùs, Epiſcopus qualiter iudicandus, &c. *Nec eſt humanarum legum de talibus ferre ſentẽtiam. Obſequi ſolent principes Chriſtiani decretis Eccleſiæ, non ſuam præponere poteſtatem. Epiſcopis caput ſubdere Princeps ſolitus, non de eorum capitibus iudicare, &c.*

Imperator ſubditus Epiſcopis.

Concilium Romanum 6. ſub Symmacho.

Hinc Conciliũ ROMANVM 6. ſub Symmacho 1. & allegatur à Gratiano diſtinct. 10 ca. Non licet. & cauſa 11. q. 3. cap. Iniuſtum, & in volumine 16. librorum, lib. 15. c. 6. *Non licet Imperatori, vel cuiquam pietatem cuſtodienti aliquid contra mãdata diuina præſumere, nec quicquam, quod Euangelicis propheticiſq; & Apoſtolicis regulis obuiat, agere. Iniuſtum enim iudicium & definitio iniuſta, regio metu vel iuſſu à iudicibus ordinata, nõ valet; nec quicquam quod contra Euangelicam, vel Propheticam, vel Apoſtolicã doctrinam, conſtitutionemq; eorum, ſiue ſanctorum Patrum actum fuerit, ſtabit, & quod ab infidelibus, aut hæreticis factum fuerit omninò caſſabitur, &c.*

Adrianus 1.

Hæc porrò repetit ADRIANVS I. lib. ad Carolum Magnũ pro defenſione 7. Concilij generalis NICAENI II. Sed & EPISCOPI ORIENTALES epiſt. ad Tharaſium Epiſcopũ Conſtantinopolitanum, quæ lecta eſt actio. 3. eiuſdem Nicæni 2. Cõcilij: *Sacerdotalis* (aiunt) *dignitas Imperij ſanctificatio eſt, & confirmatio: Imperium verò, Sacerdotalis dignitatis robur & potentia. Qua de re ſapiens quiſpiam Rex dicere ſolebat: maxima dona*

Epiſcopi Orientales.

Sacerdotalis dignitas Imperialem antecedit.

Sapientiſſimi Regis ſententia.

Sapientiſſimi Regis ſententia.

A *quæ à Deo hominibus donata ſunt, Sacerdotij dignitatem & Imperium exiſtimans. Illa enim cæleſtia curat & diſpenſat, hoc autem legibus æquis & iuſtis omnia quæ in terris ſunt procurat.* Conciliũ PARISIENSE III. cap.3. poſtquam præmiſſum Gelaſium allegauit, etiam Fulgentium, lib De veritate Prædeſtinationis & gratiæ, ita loquentem: *Quantum pertinet ad huius tẽporis vitam, in Eccleſia nemo Pontifice potior, & in ſeculo Chriſtiano Imperatore nemo celſior inuenitur.* Et poſt pauca præfatũ Concilium ait: *Cum hæc ita ſe habeant, certum eſt, Primo Sacerdotalem dignitatem longe Regalem & Imperialem antecellere, &c.* Hæc repetit Conciliũ AQVISGRANENSE II. cap 1. & 2. cap. 4. Et ex ISIDORO HISPALENSI ita loquitur: *Principes ſeculi nonnunquam intra Eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenent, vt per eandem poteſtatem diſciplinam Eccleſiaſticam muniãt. Cæterum intra Eccleſiam poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi vt quod non præualet Sacerdos efficere per doctrinæ ſermonem, poteſtas hoc imperet per diſciplinæ terrorem. Sæpe per regnum terrenum, cæleſte regnum proficit, vt qui intra Eccleſiam poſiti, contra fidem & diſciplinam Eccleſiæ agũt, rigore Principum conterantur: Ipſamq; diſciplinam, quam Eccleſiæ vtilitas exercere non præualet, ceruicibus ſuperborum poteſtas principalis imponat, &c.* Præterea Imperatorem non debere de rebus Eccleſiaſticis iudicare oſtendit NICOLAVS I. epiſtola ad Michaelem Imperatorẽ, & allegatur à Gratiano, diſtinct. 96. c. Vbinã, &c. *Dicite quæſumus, vbinã legiſtis Imperatores anteceſſores veſtros ſynodalibus cõuentibus interfuiſſe, niſi forſitã in quibus de fide tractatũ eſt, quæ vniuerſalis eſt, quæ omniũ cõmunis eſt, quæ nõ ſolũ ad clericos, verũ etiã ad laicos & ad omnes omnino pertinet Chriſtianos. Vos autem non ſolum Synodo in cauſa Sacerdotis collectæ interfuiſtis,* (de Synodo agit Conſtãtinopolitana cõtra S. virum Ignatium eiuſdem vrbis Epiſcopũ) *verum etiam numeroſa ſecularium millia foris ad videndum eius opprobrium aggregaſtis, cum magis debueratis in hoc imitari Conſtantinũ Piũ Auguſtum, de quo ſcriptum eſt, quòd dixerit* (vide ſuprà honor Eccleſiaſticis exhibendus, &c.) *quia ſi vidiſſem aliquẽ eorum, qui religioſo circumamicti ſunt habitu, turpitudinem aliquam operantem, clamidem meam explicaſſem & cooperuiſſem eum, ne videretur à quoquam. Sed hoc in viro S. hæc omnia obliuioni traduntur. Fit plauſus de Domini ſacerdote ſcurris & hiſtrionibus, &c.* Et infrà: *Nolite quæſumus præiudicium Dei Eccleſiæ irrogare, quia nullum illa præiudicium imperio veſtro infert, cum magis pro ſtabilitate ipſius æternam diuinitatem exoret, & pro incolumitate veſtra, & perpetua ſalute iugi deuotione precetur* (vide Preces) *Nolite quæ ſua ſunt vſurpare, nolite quæ ipſi ſoli commiſſa ſunt velle ſurripere, ſcientes, quia tanto à miniſtro à ſacris debet omnis mundanarum rerum adminiſtrator eſſe remotus, quanto quemlibet ex catalogo clericorum & militantium Deo nullis conuenit negotijs ſecularibus implicari. Deniq; hi quibus tantùm humanis rebus & non diuinis præeſſe permiſſum eſt, quomodo de his per quos diuina miniſtrantur iudicare præſumant.* (vide & Laicus) *penitus ignoramus. Fuerunt hæc ante aduentum Chriſti, vt quidam typice reges ſimul & ſacerdotes exiſterent. Quod ſanctus Melchiſedech fuiſſe dicitur, quod in membris ſuis diabolus imitatus (vtpotè qui ſemper quæ diuino cultui conueniunt ſibimet tyrannico ſpiritu vindicare contendit) vt Pagani Imperatores. Idem & Maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum eſt eundem Regem atque Pontificem, vltra ſibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium vſurpauit. Quoniam idem mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, ſic actibus proprijs & dignitatibus diſtinctis, officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit, propriam volens medicinali vtilitate ſurſum efferri, non humana ſuperbia rurſus in inferna demergi, vt & Chriſtiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterentur, quatenus ſpiritualis actio carnalibus diſtaret incurſibus, & ideo militans Deo minimè ſe negotijs ſecularibus implicaret, ac viciſſim non ille rebus diuinis præſidere videretur, qui eſſet negotijs ſecularibus implicatus, vt & modeſtia vtriuſque ordinis curaretur, ne extolleretur vtroque ſuffultus, & competens qualitatibus actionum, ſpecialiter profeſſio aptaretur.* B *Quibus omnibus ritè collectis, ſatis euidenter oſtenditur à ſeculari poteſtate nec ligari prorſus nec ſolui poſſe Pontificem quem conſtat à Pio Principe Conſtantino Deum appellatum, nec poſſe Deũ ab hominibus iudicari manifeſtum eſt.* (vide ſuprà, Epiſcopus iudicandus, &c. & Clericus, &c. Sed & THEODOSIVS IVNIOR Sanctæ Epheſinæ primæ Synodo ſcribens dicit: *Deputatus eſt igitur Candidianus magnificentiſſimus Comes ſtrenuorum domeſticorum tranſire vſque ad Sanctiſſimam Synodum veſtram, & in nullo quidem quæ facienda ſunt de pijs dogmatibus quæſtiones, ſed potius expoſitiones communicare. Illicitum namque eſt eum qui non ſit ex ordine ſanctiſſimorum Epiſcoporum, Eccleſiaſticis intermiſceri tractatibus.* C Hæc autem allegantur etiam à Gratiano diſtin. 96 & alijs in locis. Vide infrà, Laicus clericos non iudicet, & ſuprà, Epiſcopus non facilè accuſandus, &c. & Princeps.

Sapientiſſimi Regis ſententia. — *Concilium Pariſienſe 3.* — *Fulgentius Ruſpenſis.* — *Concilium Aquiſgranenſe 2.* — *Iſidorus Hiſpalenſis.* — *Non licet vt Imperator de Eccleſiaſticis rebus iudicet. Nicolaus 1.* — *Conſtãtini dictum.* — *Hoc allegat Gratianus diſtinct. 96. cap. Denique.* — *Geneſ. 14.* — *Hæc Gratianus diſtinct. 96 cap. Cum ad verum.* — *1. Timoth. 2.* — *Secularis poteſtas …* — *Conſtantinus Magnus. Theodoſius Iunior.*

Imperator primus Eccleſiæ, & ſummi Põtificis filius appellatus.] Forſan quiſpiã hoc iudicet de nouo inuentum, vt Papa Imperatorem aut Regem filium appellet, ſed hoc omni tempore obſeruatum legimus, ſicut & præcedenti diſtinctione etiam oſtenſum. Verùm vt etiam teſtimonijs agamus, EPISCOPI GALLIARVM numero 44. epiſtolã quam miſerunt ad Leonem I. ſummum Pontificem, quæ ſequitur immediatè epiſtolam 49. eiuſdẽ Leonis Imperatorem ſummi D Põtificis & Eccleſiæ filiũ ſic appellant: *Optaſſemus (aiunt) ad filium veſtrum glorioſiſſimum, ad fideliſſimum Principem Martianum ſuper eadem cauſa literas dare, quibus congratulantes fidei ipſius, &c.* Similiter Patres Concilij CHALCEDONENSIS epiſtola miſſa ad Pulcheriã Auguſtam, Actione 3. de damnatione Dioſcori, eam filiam vocat. & ſuprà GELASIVS I. epiſtola ad Anaſtaſium Imperatorem eum filium vocat, vt ſuperiori folio probatum eſt. ANASTASIVS II. Papa epiſtola ad eundem Anaſtaſium Auguſtum in ipſo ſalutationis exordio, ſic ſcribit: *Glorioſiſſimo & clementiſſimo filio Anaſtaſio Auguſto, Anaſtaſius Epiſcopus, &c.* HORMISDA I. ſcribens eiuſdẽ ſucceſſori E Iuſtino Auguſto eũ filium appellat. FOELIX III. Zenonem, epiſtola ad eum miſſa contra Petrũ Antiochenum, ſanctiſſimum filium appellat, quẽ ad ſuccurrendũ Eccleſiæ exemplo Martiani prouocat, & aliorũ Imperatorum VIGILIVS I. Regem Franciæ filiũ vocat, quẽ ſimiliter ad ſuccurrendum Eccleſiæ exẽplo prædeceſſorũ hortatur, epiſtola miſſa ad Aurelianũ Arelatenſem Epiſcopum, vt diximus in vocabulo, Frãcia. Hinc ZENO IMPER. epiſtola ſcripta ad Epiſcopos & populũ Alexandriæ, Ægypti, Lybiæ & Pentapolis, &c. referente NICEPHORO lib. 16. cap. 12. & LIBERATO CARTH. cap. 1 Breuiarij, de cauſa Neſtoriana. *Oratione, ſtudio, ac legibus … ate) autumus*

Epiſcopi Galliarum. — *Concilium Chalcedonenſe generale 4.* — *Gelaſius 1.* — *Anaſtaſius.* — *Hormiſda 1. Fœlix 3.* — *Vigilius 1.* — *Zeno Imperator.* — *Nicephorus Caliſtus. … Carthaginenſis.*

multiplicare per eam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam incorruptam. & ſine obitu matrem noſtrorum ſceptrorum,&c. Agatho 1. Papa AGATHO I. epiſtola ad Conſtantinum Pogonatum Imperatorem IV. Heraclium, & Tiberium fratres,&c. lecta, actione 4. Concilij generalis 6. ſeruiſſimos eos appellat. Iterum reperi & alia epiſtola, quæ præcedentem ſubſequitur Idem & Zacharias 1. ZACHARIAS I. epiſtola 9.& alijs Carlomanum Regem Franciæ filium ſæpiùs appellat. Denique eodem loquendi genere vtitur Adrianus 1. ADRIANVS I. epiſtola ad Conſtantinum V.& Irenem matrem pro Imaginibus conſeruandis, quæ legitur actione 2. Concilij 2. Anaſtaſius Bibliothecarius. Nicæni, referente ANASTASIO BIBLIOTHE. Sic & eadem epiſtola Carolum Regem Francorum & Lõgobardorum laudat. *Filius* ait) *& ſpiritualis Compater Carolus, noſtris obtemperans monitis,&c.* Et eidem Carolo ſcribens, mittens ei librũ quem pro defenſione Imaginum ediderat, eũ ſæpiùs filium nominat. Idem & epiſtola ad Epiſcopos Galliæ & Hiſpaniæ, contra errores Elipandi Toletani Epiſcopi, ſtatim in initio Cõcilij Francfordienſis eadem repetit. Nicolaus 1. Et NICOLAVS I. ſæpiùs, vt refert in eius vita Platina, Ludouicum II. Imperatorem filium nuncupat, quem & ſeuerè corripit, vt Pater. Idẽ Epiſtola ad Michaëlem Imperatorem Conſtantinopolitanum, filium eum nominat; vnde & eum ſic alloquitur circa finem epiſtolæ. *Patres* (inquit) *veſtri per gratiam Chriſti ſumus, & vos tanquam chariſſimos diligimus filios.* Porrò in pluribus alijs eiuſdem epiſtolæ locis eũ filium nuncupat, & in calce cõcludens epiſtolam dilectiſſimum eũ filium nominat, quem precatur & ſuis monitis & ſcriptis obedire. Adrianus 2. Itẽ ADRIANVS II. ſcribens per legatos Baſilio Imperatori pro Concilio generali 8. congregando, eum deſiderabiliſſimum & Chriſtianiſſimum filium vocat. Leo 9. Idem & LEO IX. epiſtola 6. quæ eſt ad Conſtantinum Monomachum Imperatorem, glorioſiſſimum filium vocat, & eadem epiſtola Henricum Imperatorem Occidentis etiam filium nominat. Ioannes 23. IOANNES XXIII. Sigiſmundum Imperatorem, ſeſsione 1. Concilij Conſtantienſis, filium æquè vocat. Iterum in Concilio Ferrarienſi, ſtatim initio actorum eiuſdem. Eugenius 4. EVGENIVS IV. Ioannem Conſtantinopolitanum Imperatorem filium nominat. Sed & in Appendice Concilij Baſileenſis. Idem Imperator, & Imperator Trapezuntij, & Burgũdiæ Dux, & Rex Frãciæ ſæpius in ſuis Epiſcopis ad Patres Baſileenſes ſe filios Eccleſiæ vocitant. Iulius 2. Et IVLIVS II. in bulla indictionis Concilij Lateranenſis, Maximilianum Romanorum Imperatorem, & Ludouicum XII. Regem Franciæ filios ſuos dilectos vocat. Adrianus 6. Vide etiã Rex. ADRIANVS VI. ſcribẽs Federico Saxoniæ Duci Lutheranæ hæreſis labe polluto, vt eum ad viam veritatis reuocet ſæpiùs filium dilectũ nominat. Paulus 3. Iterũ PAVLVS III. in Bulla pro inchoatione Concilij Tridentini, Carolum V. Imperatorem, & Franciſcum Regem Franciæ, filios ſuos in Chriſto chariſſimos appellat. Ferdinandus 1. Prædicti Caroli V. frater FERDIN. I Imperator ſcribens Pio IV. pro cõtinuatione Cõcilij Tridẽtini, ſe primũ Eccleſiæ & ſummi Põt. filiũ nominat. Vide iterũ in vocabulo Rex.

Imperator Eccleſiæ ſuccurrere tenetur vt illius Patronus.] De hac materia differimus aliquid dicere vſq; ad vocabulum, Princeps. Ibi enim hoc latiſsimè inuenies diſpoſitum.

INCANTATIO.

De incantationibus prohibitis.] Vide, Magia, & Magicos, & Mulier malefica, &c. & alijs in locis.

INCARCERATVS.

Incarcerati viſitandi.] Concilium Aurelianenſe 5. ſub Pelagio 1. Concilium AVRELIANENSE V. canon. 10. *Id miſerationis intuitu æquum duximus cuſtodiri, vt qui pro quibuſcunq; culpis in carceribus detinentur, ab Archidiacono ſeu à propoſito Eccleſiæ diebus Dominicis requirantur, vt neceſſitas vinctorum ſecundum præceptum diuinũ miſericorditer ſubleuetur, atque a Pontifice, inſtituta fideli & diligenti perſona, quæ neceſſaria prouideat, competens victus de domo Eccleſiæ tribuatur,&c.* Vide & Pauper,&c.

INCARNATIO.

De incarnatione Chriſti.] Egimus in vocabulo, Chriſtus incarnatus &c.& deinceps.

INCENSVM & THVS.

Incenſi & thuris antiquiſsimus in Eccleſia vſus.] Exod. 30. Leuit. 2.4.5.24. Numeri 5. 3 Regum 11.& 13. 2. Paralipo. 9. Nehemiæ 13. Vt omittamus infinita teſtimonia veteris legis, quibus Incenſi & Thuris oblatio Deo acceptabilis recenſetur, quæ notata habes in margine, etiam incenſi & thuris Eccleſiæ Catholicæ meminit Canon Apoſtolorum. CANON APOST. IV. *Offerre* (inquit) *non liceat ad altare præter nouas ſpicas, & vuas, & oleũ, & thymiama id eſt, incenſum,&c* Deniq; Dionyſius Areopagita. DIONYSIVS AREOPAGITA libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, parte 2. cap. 3 veterem vſum offerendi incenſi in altaris ſacrificio docet, vt inuenies poſitum in vocabulo, Miſſæ celebrãdæ ritus,&c. Hinc eſt quòd Concilium Rhotomagen. Concilium RHOTOMAG cap. 1. vt docet Buchardus libro 3. Decretorum, cap. 227. ſic ſtatuit: *Vt tempore quo Euangelium legitur finitóque offertorio ſuper oblationem incenſum, in memoriam videlicet Redemptoris noſtri, ponatur decreuimus,&c.* Meminit incenſi & thuribuli Ioannes Chryſoſtomus. IOANNES CHRYSOSTOMVS oratione in Babylam Martyrẽ, quia & Imperatorem, qui hoc prophanare auſus eſt, ſæua vindicta coercuit.&c Ambroſius Mediolanenſis. AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro de Iſaac & anima, cap 5. Gregorius 1. Et GREGORIVS I libro 7. epiſtola 53. ad Secũdinum Incluſum: *Thus* (inquit) *& cæteras odorum ſpecies, Aloem, Thymiama, Storacem, & Balſamũ ſanctorum martyrum corporibus offerendas tranſmiſimus.* Hieronymus Stridonenſis. Porrò HIERONYMVS STRIDO. tomo 8. operum, exponens illud Ioannis: Data ſunt ei incenſa, multas Eccleſiæ incenſum, & thus vult ſignare fidelium orationes & deuotiones, quæ trãſmittuntur ad Deum. Concilium Auguſtense. Hoc Concilium AVGVST. cap. 23. confirmat, volens populo dari thuris interpretationem, eam, ſcilicet, quòd cùm incenditur ſignificat orationes deſideriaque noſtra, cum odore bonorum operũ ad Deum aſcendere oportere. Lege ſuper hac re copioſiùs differentes Hamularius Fortunatus, Angelomius Luxonienſis, Remigius Antiſſidoren. Rupertus Tuitienſis. HAMVLARIVM FORTVNATVM, Angelonium Luxonienſem, Remigiũ Antiſſiodorenſem, Rupertum Tuitienſem authores vetuſtiſſimos, in libris quos ediderũt de Eccleſiaſticis & diuinis officijs, vbi & incenſi & altarum cæremoniarum rationem expoſuerunt, & eorum verba prætereo, ne videar lectoris animum retardare.

INCENDIARIVS.

De Incendiarijs.] Qui domos vel Eccleſias incendũt tam dictum eſt in vocabolo, Hæreticus: Verumtamen breuiter quod ſupereſt, eſt notandum. Itaque de talibus. Eutychianus 1. Sic EVTYCHIANVS I. vt allegat Gratianus cauſa 23. q. 8. Si quis, &c. *Si quis membrorum truncationes, & domorum incendia fecerit, ſiue fieri iuſſerit, aut facienti conſenſerit, quouſque de his vnicuiq; legaliter, & amicabiliter coram Epiſcopo ciuitatis illius, cuiibus non emendauerit, ſo*

primatum cognoſcat. Si vero poſt ſecundam & tertiam conuentionem cunctaui quibus arguitur non emendauerit, tanquam Ethnicus & publicanus ab omni Chriſtianorum collegio ſeparetur. IVLIVS I. vt iam allegauimus in vocabulo, Eccleſiarum incéſores,&c. *Si quis Eccleſiam igne comburit 15. annos pœniteat & eam ſedulè reſtituat, & precium ſuum diſtribuat Pauperibus, &c.* Allegat hūc canonem Burchardus lib. 3. decret. c. 204. & Iuo lib. 2. Hinc & EVGENIVS II. decret. 9. *Innouamus, vt ſi quis pro vindicta vel odio ignem appoſuerit, vel apponi fecerit, non abſoluatur, niſi damno cui intulerit, ſecūdum facultatem ſuam reſarcito, iuret ſe vlterius ignem non appoſiturum, & pœnitentia ei detur, vt Hieroſolymis, aut in Hiſpania in ſeruitio Dei per annum pœniteat.* Vide Eccleſia, & Hæreticus, &c.

Iulius 1.

Eugenius 2.

INCESTVS.

Inceſtus & inceſtuoſa matrimonia omninò prohibentur, & quomodo perpetrata debeant expiari.] Obſecro te Lector, ſi hic non inueneris quodcunq; quæſieris, repete vocabulum, Conſanguineos, vbi de Conſanguineorum matrimonio diximus ex Concilio Toletano II. Grego. I. & alijs infinitis authoribus. Habent enim hæc affinitatem permaximam, ita vt quod in vno dicitur, poſſit & in altero intelligi. Porrò de inceſtu ſic ABDIAS BABYLONIVS lib 3. certaminis Apoſtolici, circa mediū, narrat. *Dum Andreas in Philippos Macedonia vrbē tranſiret, accidit vt duo viri fratres germani eſſent nobiles, & quibus erat magna domi facultas, eranú; alteri filij duo, alteri totidem filiæ. Hi cum in omnibus nulli forent qui digné generationi illorum iungi poſſent, inito fœdere obligauerunt ſe mutuo, vt vnam domum facerent, & vnius filij alterius filias in matrimonium acciperent. Cum iam dies nuptiarum eſſet conſtitutus, factum eſt verbum Domini ad eos dicens: Nolite coniungi liberos veſtros, donec huc veniat famulus meus Andreas, ipſe enim vobis quæ agere debeatis oſtendet. Aduenit itaque Apoſtolus, & cum audiſſet quæ geſta eſſent, Nolite, ait, filioli, nolite ſeduci, nolite decipere hos iuuenes, quibus poteſt fructus apparere iuſtitiæ, ſed magis pœnitentiam agite, quia deliquiſtis in Dominum, vt proximo ſanguine velletis polluere coniugia filiorum veſtrorum. Neque verò nos nuptias euertimus aut vitamus, cum ab initio Deus maſculum iungi præcepiſſet & fœminam; verùm inceſta potius damnamus, &c.* Hinc Conciliū NEOCÆSARIENSE cano. 2. *Mulier ſi duobus nupſerit fratribus, abiiciatur vſque ad diem mortis. Sed propter humanitatem in extremis ſuis ſacramentis reconciliari oportet, ita tamen vt ſi fortè ſanitatem recuperauerit, matrimonio ſoluto, ad pœnitentiam admittatur. Quod ſi defuncta fuerit mulier in eiuſmodi conſortio conſtituta, difficilis erit pœnitentia remanenti. Quæ ſententia tam viri quàm mulieres teneri debebunt.* Hunc canonem allegat MARTINVS BRACARENSIS cap. 79. collectorij, & Concilium Triburienſe, vt mox dicemus. Concilium ANCYRANVM can. 24. *Quidam ſponſam habens, ſorori eius intulit violentiam, eique inhæſit tanquam ſuæ, & grauidam reddidit, poſtmodum deſponſatam ſibi duxit vxorem, illa verò quæ corrupta eſt laqueo ſe peremit. Omnes hi qui facti huius ſunt conſcij, decem annis in pœnitentiam redigantur, ſecundum Canones cōſtitutos.* Vide Conſanguineus, &c. Concilium ELIBERINVM canone 61. *Si quis poſt obitum vxoris ſuæ ſororem eius duxerit, & ipſa ſit fidelis, quinquennio à communione placuit abſtinere, niſi fortè velocius dari pacem neceſſitas coegerit infirmitas.* Et cano. 66. *Si quis priuignam ſuam duxerit vxorem, eo quod ſit inceſtus, placuit nec in fine dandam ei eſſe communionem.* Hos canones allegat prædictus Martinus Bracarēſis, cap. 9. Collectorij, & Concilium VORMATIENSE cano. 63. vt infrà allegabimus. Hinc & Conciliū AGATHENSE ub Cœleſtino I. can. 61. & allegat Gratianus cauſa 36. quæſt. 2. & 3. cap de inceſtis, & allegatur in Concilio COLONIENSI II. cap. 6. *De inceſtis coniunctionibus* ait Cōcilium Agathenſe *nihil prorſus veniæ reſeruamus, niſi cum adulteriū ſeparatione ſanauerint. Inceſtuoſos verò, nullo coniugij nomine deputandos, quos etiam deſignare funeſtum eſt. Hos enim cenſemus eſſe: Si quis relictam fratris, quæ penè prius ſoror extiterat, carnali coniunctione polluerit. Si quis frater germanam acceperit vxorem: ſi quis nouercam duxerit: ſi quis conſobrinæ ſe ſociauerit: ſi quis relictæ vel filiæ auunculi miſceatur, aut patrui filia, vel priuigna ſua, aut qui ex propria conſanguinitate aliquam, aut quam conſanguineus habuit, concubitu polluat, aut duxerit vxorem. Quos omnes & olim, atque ſub hac conſtitutione, Inceſtos eſſe non dubitamus, & inter Cathecumenos vſq; ad legitimam ſatisfactionem manere & orare præcipimus. Quod ita præſenti tempore prohibemus, vt ea quæ ſunt hactenus inſtituta, non diſſoluamus. Sanè quibus coniunctio illicita interdicetur habebunt ineundi melioris coniugij libertatem.* (Vide Conſanguineus, &c.) Idem omninò Conciliū EPAVNENSE ſub Sigiſmundo Rege, cap. 30. ſtatuit ſub ſimili verborum forma & ſententia. Concilium ILARDENSE I ſub Theodorico Rege, cano. 4. & allegat Gratianus cauſa 35 quæſt. 2. & 4. cap. De his. Et præfatum Colonienſe 2. cano. eodem. *De his qui ſe inceſtus pollutione commaculant, placuit, vt quouſque in ipſo deteſtando & illicito carnis contubernio perſeuerant, vſque ad miſſam tantum Cathecumenorum in Eccleſia admittantur: cum quibus etiam nec cibum ſumere vllum Chriſtianorum, ſicut Apoſtolus iuſſit, oportet.* Hinc & Concilium AVRELIANENSE I. ſub Hormiſda I. cano. 10. *Nec ſuperſtes frater thorum defuncti fratris aſcendat, nec ſe quiſquam amiſſa vxoris ſorori audeat ſociare: quòd qui fecerint Eccleſiaſtica diſtrictione feriantur.* Idem omninò de filia vxoris, & relicta fratris, de conſobrinis, de vxore auunculi, de duabus ſororibus in coniugium non ſumendis ſtatuit cap. 27, 28. 29. 30. 31. 32 Cōcilium ANTISSIODORENSE I. vt iam ſuperius ex alijs Concilijs prohibita poſuimus. Hæc quoque renouat Concilium TVRONENSE II. capite vigeſimo ſecundo, vbi allegat præmiſſum Concilium Epaunenſe, capite trigeſimo. Et Concilium ARVERNENSE, capite 11. & locum veteris legis, Leuit. 18. & Deuter. 27. vbi inceſtus omninò prohibetur. Cōcilium AVRELIANENSE II. can. 10. *Nullus nouercæ ſuæ, id eſt, vxori patris ſui vlla copulatione iungatur, quòd ſi præſumpſerit, nouerit ſe anathematis ſupplicio feriendum.* Reliquum de nouerca ſuperiùs poſuimus ex Gregorio I. Porrò Concilium ANGLICANVM I. canone 9. referente Beda libro 4 hiſtoriæ Anglicanæ, cap. 5. Omnem inceſti ſpeciem, & fornicationis cum alia coniuge, prioribus ſubſcribens decretis, prohibuit. Denique Concilium AVRELIANENSE III. canone 10. *De inceſtis (ait) coniunctionibus ita quæ ſunt ſtatuta ſeruentur, vt hi qui aut modò ad baptiſmum veniunt, aut quibus patrum ſtatuta ſacerdotali prædicatione antea in notitiam non venerunt, ita pro nouitate conuerſionis ac fidei ſuæ credidimus conſulendum, vt contracta huc vſque huiuſmodi coniugia non ſoluantur,*

Abdias Babylonius.

Grande ſcelus

Concilium Neocæſarienſe ante concilium Nicenū 1.

Martinus Bracarenſis Epiſcop.

Concilium Ancyranū etiā ante conciliū 1. Nicenum

Concilium Eliberinū ſub Syluestro 1. vel Marco.

Conciliū Vormatienſe.

Concilium Agathenſe

Concilium Colonienſe ſub Carol Craſſo Imperat. 1.

Inceſti qui ſint.

Concilium Epaunenſe, ſub Gelaſio 1. Conciliū Ilerdenſe ſub Symmacho 1.

Concilium Aurelianenſe 1 ſub Clodoueo Rege.

Concilium Antiſſiodorenſe 1 ſub Deuſdedi. Concilium Turonenſe 2.

Concilium Aruernenſe.

Concilium Aurelianenſe 2 ſub Vigilio 1.

Concilium Anglicanum 1.

Concilium Aurelianenſe 3. ſub Vigilio 1.

ſed in

In non Chriſtianis inceſtuoſa matrimonia non dirimuntur.

A *ſed in futurum, quod de inceſtis coniunctionibus in anterioribus Canonibus interdictum eſt, obſeruetur, id eſt, vt ne quis ſibi ſub coniugij nomine ſociare præſumat relictam patris, filiam vxoris, relictam fratris, ſororem vxoris, conſobrinam, aut ſobrinam, relictam auunculi aut patrui. Quod ſi qui in hoc inceſto adulterio potius quàm coniugio fuerint ſociati, quandiu ſe non ſequeſtrauerint à communione Eccleſiaſtica repellantur. Illud etiam adijciendum eſſe credidimus, vt in Epiſcopi diſcuſſione conſiſtat de his, qui in ciuitate ſua aut territorio conſiſtunt, & tali ſunt ordine ſociati, vtrum ignoranter ad illicita coniugia venerint, an per contumaciam, quæ ſunt interdicta, præſumpſerint. Quia ſicut his qui per ignorantiam lapſi ſunt, ſubuenitur, ita illis quibus prius Patrum ſtatuta in notitiam venerunt, quique etiam contra Sacerdotum interdicta in* B *tali permixtione verſantur, priorum canonum in omnibus ſtatuta ſeruentur, vt non prius ad communionem recipiantur, quàm inceſti adulterium, ſicut ſcriptum eſt, ſeparatione ſanauerint, quia in lege Domini manifeſtè legitur: Maledictus qui dormit cum vxore patris ſui, cum priuigna, vel vxoris ſuæ ſorore, & reliqua his ſimilia. Quo fit, vt quos Deus maledixit nos niſi emendatos benedicere non poſſimus.* Idem omninò interdixit Concilium Arvarnense canone vndecimo, & Concilium Parisense I. canone quarto. Eiſdem penè verbis & ſententijs. Concilium Lugdunense II. capite quarto, ſic breuiter loquitur: *De inceſtis coniunctionibus hoc placuit cuſtodiri, quod priſca Canonum ſtatuta ſanxerunt, &c.* Concilium Matisconense II. Epiſcoporum 6ↄ. capite 18. C *Inceſtam copulationem, in qua nec coniunx, nec nuptiæ rectè appellari leges ſanxerunt, Catholica omninò deteſtatur atque abominatur Eccleſia, & grauioribus pœnis eos afficere promittit, qui natiuitatis ſuæ gradus libidinoſo ardore contemnentes, in merda, quod nefas eſt, vt ſues teterrimi conuoluuntur, &c.* Deniq; Concilium generale VI. Constantinopolitanum III. cano. 54. pœnitentiam ſeptennem imponit his, qui matrimonium contraxerint, ſcilicet, pater filius cum matre & ſorore, cum fratris ſui filia, cum duabus puellis ſororibus pater & D filius, vel cum duobus fratribus mater & filia; & hos omnes à nefario contubernio ſeparans, allegat Basilium Magnum hoc idem in ſuis canonibus præcipientem. Quod & renouat Concilium Romanum ſub Gregorio II. cano. 1.2.3.4.5.6.7.8 & 9. *Si quis presbyteram duxerit in coniugium, anathema ſit, ſi quis diaconam, ſi quis monacham, quã Dei ancillam appellamus: ſi quis commatrem ſpiritualem.* Vide & Pattinus) *Si quis fratris vxorem: Si quis neptem, ſi quis nouercam, aut nurum, ſi quis conſobrinam, ſi quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit duxerit vxorem, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.* Idem Concilium Moguntinum I. cano. 53. & 5ↄ. E *Si quis vxorem viduam duxerit, & poſtea cum filiaſtra ſua fornicatus fuerit, ſeu duabus ſororibus nupſerit; aut ſi qua duobus fratribus nupſerit, ſeu cum patre & filio, tales copulationes anathematizare & disiungi præcipimus, nec vnquam amplius coniugio copulari, ſed ſub magna diſtrictione fieri.* Iterum hæc renouat Concilium Moguntinum II. Præſide Rabano, capite 29. Concilium Ticinense I. canone 1. ſub Ludouico II. Imperatore. Nicolau I. ad conſulta Bulgarorum, & allegatur à Gratiano cauſa 33 quæſtione 2. *Si quis cum duabus ſororibus fuerit fornicatus aut cum his perſonis de quibus ſancta ſcriptura prohibet, ſi dignam egerit pœ-*

Deuter. 27.

Concilium Aruernenſe 1. ſub Vigilio 1.

Concilium Pariſienſe 1.

Concilium Lugdunenſe 2.

Concilium Matiſconenſe 2.

Concilium Conſtantinop. 3. generale 6. in Trullo.

Baſilius Magnus.

Concilium Romanũ ſub Gregorio 2.

Concilium Moguntinum 1. ſub Carolo Magno.

Concilium Moguntinum 2. ſub Rabano Mauro.

Concilium Ticinenſe.

Nicolaus 1.

A *nitentiam & caſtitatis non valuerit continentiam ſuſtinere, liceat ei legitimam in coniugio vxorem accipere. Similiter & mulier quæ tali fuerit ſcelere lapſa, vt fornicationis non perducatur ad chaos. Sed hoc de laicis viris ac mulieribus ſolummodo ſtatuimus.* Idem omninò & ſub iiſdem verbis Concilium Vormatiense capite 33. Tum capite 36. ſic ſtatuit: *Si vir viduam in coniugium duxerit, quæ ex priori marito filiam habuit, & cum eadem filia poſtmodùm concubuerit, coniugium modis omnibus diſſoluatur, & vir ille pœnitentiæ ſubiaceat ſanctionibus, ita vt per triennij tempus à ſacro corpore Domini noſtri Ieſu Chriſti ſuſpendatur & ſanguine, carnem non manducet, & abſtineat à vino, & ſingulis diebus ieiunium celebrare feſtinet, exceptis feſtis die-* B *bus atque Dominicis: Orationibus omni inſiſtere ſollicitudine, integritérque perficere ſummopere ſtudeat. Similiter autem de mulieribus, quæ clanculo patri ſe in concubitum ſubſternunt & filio, obſeruandum eſt. Taliter quidem & de his ſancimus, qui duabus ſe abſconſe ſororibus pollutos cognoſcuntur.* Hinc Lucius III. Rapalcuſi Epiſcopo quærenti, ſi cuius vir matris thorum polluit (parte 45 Concilij Lateranenſis ſub Alexandro III. cap 6. ad alia vota, cùm filios deſideret, viuo poſſit & viuente viro tranſire, reſpondet. *Illa ſanè cuius vir cum matre adulterium & inceſtum commiſit, nec viro ſuo coniungi carnaliter, nec eo viuente cum alio matrimonium* C *inire valebit.* Et Alexander III Albanenſi Epiſcopo. Ibidem parte 5ↄ capite 4. De Adoleſcente qui mulierem quandam cognouit, cuius filiam poſteà ſibi matrimonio copulauit. *Si crimen occultum eſt* (ait) *non debet ſeparari, ſi verò manifeſtum, ab vxore debet ſeparari, & ſine ſpe coniugij permanere, &c.* Et capite 5. ſequenti. Verulano Epiſcopo præcipit de eo qui ſororem vxoris ſuæ carnaliter cognouit, vt eum Hieroſolymam pro pœnitentia mittatur, & addit: *Deinde cùm ad propria redierit, ne ex abſtinentia fortè illorum deterius contingat, diſſimulari poſſit quod vxori ſuæ cohabitet, non tamen vt eis ad hoc licentiam aut fauorem aliquatenus indulgeri videatur.* Porrò Concilium Triburiense ſub Arnulpho Imperatore, D canone quadrageſimo primo. *Si quis duxerit vxorem legitimam, & impediente quacunque infirmitate vxorium opus non valens implere, cùm illa frater eius, ſuadente diabolo, adamatus ab ipſa clanculum eam violauerit, omninò ſeparentur, & à neutro vlterius eadem mulier contingatur. Igitur coniugium quod erat legitimum, fraterna commaculatione eſt pollutum, & quod erat licitum, illicitum eſt factum, vt* Hieronymus *ait: Mulier duorum fratrum non aſcendat thorum, ſi autem aſcendit, adulterium perpetrabit. Poterunt autem acta pœnitentia cum iudicio Epiſcopi, ſi continere non valent, matrimonio alio copulari.* Idem Concilium canone quadrageſimotertio, eadem ſta- E tuit de illo, qui cum qualibet fornicatus eſt neſciente, poſteà filius eius vel frater violauerit illam, vt peracta legitima pœnitentia iterato poſſint coniugio copulari, ne in voraginem fornicationis incidere videantur, ſi tamen hoc inſcij ſe feciſſe confiteantur. De muliere verò quæ tantum nefas commiſit, vlterius pœnitere, atque continens & innupta permanere volunt. Idem & cano quadrageſimus quartus, de illo, qui cum aliqua fornicatus fuerit, frater eius ignarus duxerit illam vxorem. Illum quidem, qui prior fornicatus eſt, pœnitentia dura caſtigari volunt, vt qui non iudicauerit

Concilium Vormatienſe.

quæ ſit pœnitentia inceſti & inceſtuoſi.

Lucius 3. Hæc habentur in decretalibus Gregor. 9.

Alexander 3.

Concilium Triburienſe ſub Arnulpho Imperat.

Iterum recenſetur ſpecies Inceſtus.

Hieronymus Stridonenſis.

fratri: poſſe tamen poſt pœnitentiam actam iterum matrimonio iungi aſſerunt. De muliere verò allegat ſuperiùs memoratum Concilij Neocæſarienſis decretum. *Hæc quia duobus fratribus nupſit abiiciatur (ait) vſque ad mortem: veruntamen in exitu propter miſericordiam fructum pœnitentiæ cõſequatur, ſi promiſerit, quod facta incolumis huius coniunctionis vincla diſſoluat. Quod ſi defecerit aut vir, aut mulier, in talibus nuptijs difficilis erit pœnitentia in vita permanenti: Epiſcopus tamen adiicere aut minuere pœnitentiam poterit. tamen vlterius continens & à viro disiuncta permaneat.* Idem omninò ſanxit & de illo qui cum duabus ſororibus pollutus eſt, vt vſq; in finem & exitum vitæ pœnitens & continens permaneat. *Similiter & ſoror (ait) quæ poſterior maculata & polluta eſt. Si autem improuisè contingit, digna caſtigetur diſtrictione, & ſi velit legitima vtatur viri cõiunctione.* Statuit porrò ca. 42. de illo qui in aliũ tranſmigrauit Epiſcopatum, vbi inceſtuosè cũ filia ſororis ſuæ, vel amitæ, materteræ, auũculi, &c. concubuerit, vt Epiſcopus illius Diœceſis poteſtatem & ius habeat ſecũdum canonicam authoritatem, & noſtram ſynodalem inſtitutionem flagitioſum coercere, & ad pœnitentiã emollire. Vide plura in vocabulis, Conſanguineus, Concubitus, Adulterium, Matrimonium, &c.

INCESTVOSVS.

C Inceſtuoſi peruestigandi, & coercendi.] Quidquid in ſuperiori diſtinctione & annotatione dictum, ad hoc ſpectat, ne vltra videbatur neceſſe aliquid loqui, niſi quædã me mouiſſent decreta, quæ ſingularem exigebant diſtinctionem. Itaque Concilium MOGVNTINVM I. can. 53. Epiſcopi, *Inceſtuoſos an' pariter inueſtigare ſtudeant omninò præcipimus; & ſi pœnitere noluerint, de Eccleſia expellãtur donec ad pœnitentiam reuertãtur.* MOGVNTINVM II. cap. 28. addit. *Quòd ſi ſacerdotum noluerint admonitionibus aurem accommodare, volentes in priſtinis perdurare criminibus, oportet eos per ſecularis potentiæ diſciplinam a tam praua conſuetudine coerceri.* Hoc renouat CAROLVS MAGNVS cap. 5 Conſtitutionum ſuarum. Concilium SVESSIONENSE apud S. Medardũ, cap. 8 ſtatuit, Vt inceſtuoſi Epiſcoporũ examen refugiẽtes per iudices publicos ad eorum præſentiam deducantur, ne alterius illecebram peccati nutriat impunitas vitiorũ. Idẽ omninò Conciliũ VVORMATIENSE cano. 79. repetit ſub ſimili forma verborum. Repete quæ ſuperiùs dicta ſunt. Denique Concilium NARBONENSE cap. 6. iubet, vt ſingulis Dominicis publicè in Eccleſia excommunicentur.

Cõcilium Moguntinum I. ſub Carolo Magn.

Concilium Moguntinum ſub Rabano Mauro.

Carolus Magn.

Concilium Sueſſionẽſe ſub Pipino.

Concilium Vormatienſe

Concilium Narbonenſe nu[illegible] in facem.

INCONTINENTIA.

De incontinentibus paſſim egimus in vocabulo, Pœnitens, Pœnitentia, Lapſus, Cœlibatus, Virgo, Vidua, &c. & alijs huiuſmodi. De qua etiã E incontinẽtia ſic loquitur AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro contra Iulianum, vbi allegat Ambroſium libro de Philoſophia. *Mater (ait) vitiorum omnium incontinentia, quæ etiam licita vertit in vitium.*

Auguſtinus Hipponenſis.

INDVLGENTIÆ.

Indulgentiæ vnde habeant originem, & quæ ſit earum vis.] Quamuis certis teſtimonijs euidentibus patrum, hoc nomen non poſſimus approbare, quandoquidem nec eo vocabulo antiqui Patres vtebantur: vniuerſi tamen Patres ſemper hoc in confeſſo habuerunt, ſummũ Pon-

A tificem poteſtatem habere ligandi & ſoluendi, & quos vult poſſe abſoluere, atque quos vult ligare vt videbis apertiſſimè confirmatum in dictione, Romanæ Eccleſiæ, Primatus, & Papa. Inde concluditur, quia etiam antiquitus ſummi Pontifices indulgẽtias cõceſſerint, vt in locis plurimis in hoc opere deprehendes. Sed ſi vſum velis noſſe in Eccleſia primò frequentatum. Noſter IOAN LAZIARDVS Cœleſtinus lib. 3. Epitomatis vniuerſalis hiſtoriæ, cap 4 . dum vitã Gregorij I. deſcribit, ſic loquitur: *Hic in ſingulis Romanæ vrbis Eccleſijs in remiſſionem peccatorum ſtationes ſingulis diebus Quadrageſimæ ordinauit per fideles deuotione propiſſima celebrandas. Et quia in dictis ſtationibus, ipſarum inſtitutor B. Gregorius, & plures in ſua Pontificio*

Ioannes Laziardus Cœleſtinus, hic tribuit [illegible] ſtationes [illegible].

B *ſucceſſores ſingulis eas digredientibus conceſſere indulgentias, vnde annuatim diebus Quadrageſimæ plebs Romana frequentat, arbitrans pœnæ debitæ ex ſcmiſe peccati relaxationem.* Quia nouiſſimè quidã Pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, ſecta ſcilicet peſtifera Bohemorum, in ſuis perfidis traditionibus conantur aſtruere indulgentias nullo modo prodeſſe, nec aliquid valere, nouem veritates ponit pro defenſione indulgentiarum, quas facilè poteris reuoluere: prolixior eſt enim quàm hic poſſit allegari. Denique indulgentiarum meminit VRBANVS II. præſidens Concilio CLAROMON. quando contra Sarracenos fideles Chriſtianos

Gregorius I.

Vrbanus 2. Concilium Claromontanum.

C cruce ſignauit, vt diximus in vocabulo, Bellũ. Sed & ALEXANDER III. Archiepiſcopo Cãtuarieñſi (allegatur parte 35. Concilij Lateranenſis, quod celebrauit cap. 4.) *Quòd conſuluiſti (ait) vtrum remiſſiones quæ fiunt in Eccleſiarum dedicationibus, & an conferentibus ad ædificationem pontium, alijs proſint, quam his qui remittentibus ſubſunt: Hoc tuam diſcretionem volumus firmiter tenere, quòd cum à non ſuo Iudice nullus ligari valeat vel abſolui, remiſſiones prædictas illis prodeſſe tantummodo arbitramur, quibus vt prodeſſent Paſtores proprij ſpecialiter indulſerunt, & in hoc intelligas eam quæſtionem ſolutã, in qua quæritur, vtrum his qui excommunicato communicat, a non ſuo Epiſcopo abſolutionis gratiam debeat implorare.* Idem Alexander ad nobiliſſimum Ducem Venetiarum

Alexander 3.

D ſcribens, parte 44. cap. 5. præfati Concilij. Benefactoribus templi ſeptimã partem, iniunctæ pœnitentiæ indulget. Porrò de indulgẽtijs ſic loquuntur Patres 1215. Concilij LATERANENSIS cap. 62 ſub Innocentio III *Ad hæc, quia per indiſcretas & ſuperfluas indulgentias, quas quidam Eccleſiarum Prælati facere non verentur, & claues Eccleſiæ contemnuntur, & pœnitentialis ſatisfactio eneruatur, decernimus, vt cum dedicatur Baſilica, nõ extẽdatur Indulgentia extra annum, ſiue ab vno ſolo, ſiue à pluribus Epiſcopis dedicetur. Ac deinde in anniuerſario dedicationis tẽpore, quadraginta dies de iniunctis pœnitẽtijs, indulta remiſſio non excedat. Infra hunc quoque*

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. [illegible] fuerunt patrum 1215.

Indiſcretæ indulgentiæ prohibentur.

E *dierum numerum Indulgentiarum literas præcipimus moderari, quæ pro quibuslibet cauſis aliquoties conceduntur, cum Romanus Pontifex, qui plenitudinem obtinet poteſtatis, hoc in talibus moderamen conſueuit obſeruare.* Denique præfati patres Indulgentias multas donant, ad calcem Concilij, cruce ſignatis pro recuperanda terra ſancta, quod & alij plurimi Pontifices & Cardinales conceſſiſſe probantur. Indulgentias largiſſimas conceſſit noſter inſtitutor COELESTINVS V. ſuis fratribus Cœleſtinis, vt in eius priuilegio eis indulto latius continetur, cuius alibi fecimus mentionem. Sed & qui eius vitam admirandã ſcripſerunt. PETRVS ALLIACENSIS Cardinalis, & DIONYSIVS

Cœleſtinus 5.

Petrus Alliacenſis.

FABER,

Dionyſius Fabri Cœleſtinus

Fabri, quondam noſtri ordinis ſplẽdor, & Pariſienſis monaſterij Prior, cap. 30. *Ipſe* inquit, *coronationis ſuæ die, pariter & octaua, peccatorum omnium culpam & pœnam præſentibus confeſſis & pœnitentibus remiſit. Inſuper & quotannis eodem coronationis die reuoluto, in Eccleſia S. Mariæ de Collemadio Ordinis Cœleſtinorum, quam ædificari curauerat, & vbi coronatus eſt, conſimilem erogat criminum & pœnarum indulgentiam, &c.* Quas indulgentias confirmarunt, & Apoſtolicarũ eius ſucceſſores ſummi Pontifices, vt ſatis euidenter percipitur. Porrò

Bonifacius 8.

Bonifacivs VIII. qui prædicto Cœleſtino ſucceſſit, in ſexto decretalium titulo 10. de Pœnitentijs & remiſſionibus, multa de virtute indulgentiarum diſſeruit, vbi & præcedens Lateranenſis Concilij decretum roborat, & obſeruari mandat. Sedulus lector facilè poteſt euoluere, ne diutius hic immoremur. Porrò

Ioannes 23. Indulgentiæ cõceſſæ his qui aſſiſtunt miſſæ ſacrificio, &c.

Ioannes XXIII. indulgentias conceſſit omnibus his qui aſſiſterent Miſſæ ſacrificio, quod omni hebdomada feria 5. celebratur, dum Concilium celebratur, ſeſſ. 1. Cõcilij Conſtantienſis. Prætereà idem Concilium

Concilium Cõſtantienſe.

Constantiense ſeſſ. 8. reprobat errorem Ioannis Vviclef, qui fatuum eſſe dicebat credere indulgentijs Papæ & Epiſcoporum.

Bonifacius 8.

Bonifacivs VIII. multas conceſſit indulgentias viſitantibus limina Apoſtolorum. Vide Iubilæus Sed & multa eſt largitus indulgẽtias

Vrbanus 4.

Vrbanvs IV. celebrantibus feſtum Euchariſtiæ (Vide ad calcem vocabuli, Miſſæ, vbi de Euchariſtiæ ſolemnitate dicemus) quas & renouat

Clemens 5.

Clemens V. in Concilio Vienenſi, & allegatur titulo 15. Clementinarum, cap. De Reliquijs & veneratione Sanctorum. Sic &

Martinus 5.

Martinvs V. Indulgentias conceſſit his, qui comitantur corpus Chriſti dum defertur ad infirmos, vt alibi diximus. Multi alij Pontifices, dum alicuius feſti inſtitutionem celebrandam ſanciunt, etiam addunt fidelibus deuotè celebrãtibus indulgentias. Deniq; in Extrauagantibus communibus, cap. 1. De indulgentia anni Iubilæi agitur à Bonifacio VIII. conceſſa, vt dicemus alibi. Lege autem (oro) quid dicat gloſſa, quæ præfatam Extrauagant. interpretatur de Pœnitentijs & remiſſionibus. Has indulgentias renouauit

Clemens 6.

Clemens VI. Archiepiſcopo Terraconenſi & eius ſuffraganeis, cap. 2. prædictæ extrauagantis, vbi ſic incipit: Vnigenitus Dei filius vbi theſaurum quẽ Chriſtus ſuis meritis Eccleſię acquiſiuit,

Indulgentiarũ fundamentum.

dicit relictũ fuiſſe diſpẽſandũ Petro & ſucceſſoribus eius, proprijs & rationalib⁹ cauſis, nũc pro totali, nũc pro partiali remiſſione pœnæ tẽporalis pro peccatis debitæ, tã ſpecialiter, quam generaliter (prout cũ Deo expedire cognoſcerẽt) verè pœnitẽtibus & confeſſis miſericorditer applicãdũ. *Ad hunc theſauri cumulum* ait *beatæ Dei genitricis & omnium electorum, à primo iuſto vſque ad vltimum, merita adminiculum præſtare noſcuntur. De cuius conſumptione ſeu minutione non eſt aliquatenus formidandum, tam propter infinita Chriſti merita, quàm pro eo quòd quantò plures ex eius applicatione trahuntur ad Iuſtitiam, tantò magis accreſcit ipſorum cumulus meritorum.* Hoc quidem latiùs explicat

Ioannes Gerſon Cancellarius Pariſienſis

Ioannes Gerson ſpeciali tractatu quem ſcripſit de indulgentijs, qui ſic incipit: Quæcunque alligaueritis ſuper terram, &c. & eſt tom. 2. operum. Lege ſi vacat. Deniq;

Sixtus 4.

Sixtvs IV. De indulgentijs ob pia opera cõcedendis, & de vario modo eas largiendi tractat in extrauaganti, quæ incipit: Et ſi Dominici gregis ſaluti, &c. Immenſas inſuper indulgentias Patres Concilij

Concilium Baſilienſe generale.

Basileensis conferunt his, qui contribuerunt in ſubſidium pro reductione Græcorum, quæ magnis expenſis erat facienda, vt liquet ex ſeſſ. 24 eiuſdẽ Concilij. Et omnibus confeſſis & contritis, authoritate omnipotẽtis Dei, illam plenariam remiſſionem impertiuntur ſemel in vita & ſemel in mortis articulo, quam Eccleſia cõcedere ſolet omnibus euntibus Romã tẽpore Iubilæi, vel cruce ſignatis ad recuperationem terræ ſanctæ tẽpore paſſagij generalis, ſub hac cõditione quòd per annum integrum, ſi vixerint, ſingulis 6. ferijs ieiunabunt, aut ſi nequeant, confeſſoris iudicio ieiunium in aliud piũ opus commutabunt: & ſi ſunt clerici 7. Pſalmos, ſi laici 7. Pater noſter, & Aue Maria dicere aſtringuntur, & cætera, quæ indulgentiarum tenorem

B exprimunt. Et omninò in concedendis indulgentijs ea forma Patres procedunt, quæ adhuc hodiè à ſummis Pontificibus obſeruatur, ne quiſquam ſine ratione indulgentias dari arbitretur. Qualiter autem denariorum collectio fieri debeat, ibidem aſſignatur, ſed quia pro eo tempore indultum in vſu fuit, reliquum ſubticemus. Indulgentias porrò largiuntur his qui S. Mariæ virginis feſtũ Conceptionis celebrauerint, ſeſſ. 36. & qui Viſitationem eiuſdẽ celebrauerint, ſeſſ. 44. Deniq; ſeſſ. 45. illis indulgentijs largiũtur, qui Conſilio Baſileenſi incorporantur, quæ certè immenſæ ſunt. Quòd autem indulgentias poſſit cõferre Concilium ge-

C nerale, Patres prædicti probant epiſtola Synodali ad calcem vltimæ ſeſſionis quæ talem præfert titulum. Quòd Concilium generale poſſit concedere plenarias indulgentias Vide allegatam ſuperiùs verbo, Conciliorũ authoritas, &c. Et vt breuiter concludamus Conciliũ

Concilium generale poteſt indulgentias conferre.

Tridentinvm generale nouiſſimum ſic loquitur ſeſſ. 25. quę fuit 9. ſub Pio IV. c. vlt. *Cum poteſtas conferendi indulgentias à Chriſto Eccleſiæ conceſſa ſit, atque huiuſmodi poteſtate diuinitus ſibi tradita antiquiſſimis etiã temporibus illa vſa fuerit, ſacroſancta Synodus indulgentiarum vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem, & ſacrorum Conciliorum authoritate probatum in Eccleſia retinendum eſſe docet & præcipit, eoſq; anathemate damnat qui aut inutiles eſſe aſſerunt, vel eas concedendi*

Concilium Tridentinum generale.

Indulgentiarũ vſus ſalutaris.

D *in Eccleſia poteſtatem eſſe negant. In his tamen concedendis moderationem iuxta veterem & probatam in Eccleſia conſuetudinem adhiberi cupit, ne nimia facilitate Eccleſiaſtica diſciplina eneruetur. Abuſus verò qui in his irrepſerunt, & quorum occaſione inſigne hoc indulgentiarum nomen ab hæreticis blaſphematur, emendatos & correctos cupiens, præſenti decreto generaliter ſtatuit, prauos quæſtus omnes pro his conſequendis, vnde plurima in Chriſtiano populo abuſuum cauſa fluxit, omninò abolendos eſſe. Cæteros verò qui ex ſuperſtitione, ignorantia, irreuerentia, aut aliunde quomodocunq; prouenerunt cùm ob multiplices locorum & prouinciarum apud quas hi committuntur, corruptelas commodè nequeant ſpecialiter prohiberi, mandat*

In cõcedendis indulgẽtiis moderamen & ratio.

E *omnibus Epiſcopis, vt diligenter quiſque huiuſmodi abuſus Eccleſiæ ſuæ colligat, eóſque in prima Synodo prouinciali referat, vt aliorum quoque Epiſcoporum ſententia cogniti ſtatim ad ſummum Romanum Pontificem deferantur, cuius authoritate & prudentia, quod vniuerſali Eccleſiæ expediet ſtatuatur, vt ita ſanctarũ indulgentiarum munus piè ſanctè & incorruptè omnibus fidelibus diſpenſetur.* Hanc doctrinã approbat

Facultas Louanienſis Facultas Pariſienſis.

Facvltas Lovaniensis at. 22. & 30. Parisiensis Facultas art. 23 ait: *Certum eſt vnum eſſe iure diuino ſummum in Eccleſia Chriſti viſibilem Pontificẽ, cui omnes Chriſtiani parere tenẽtur; qui quidẽ poteſtatẽ habet & indulgẽtias cõferendi quæ & poſſunt*

his qui in purgatorio detinentur,prodeſſe. Vide in vocabulis, Purgatorium, Abſolutio, Confeſſio, & Excommunicatio,&c.

Concilium Tridentinum generale.

Indulgentiarum quæſtores abrogantur.] Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 21.quæ fuit 5. ſub Pio IV. cano.9.decreti reformationis. *Cum multa* (*sit*) *a diuerſis antea Concilijs,tam* LATERANENSI, *ac* LVGDVNENSI, *quam* VIENNENSI, (vt habes in Decretalibus ſexto decretalium & in Clementinis) *aduerſus prauos eleemoſynarum quæſtorũ abuſus remedia tũc adhibita,poſterioribus temporibus reddita fuerint inutilia,potiuſque eorum malitia ita quotidie magno fidelium omnium ſcandalo & querela excreſcere deprehẽdatur,vt de eorum emendatione nulla ſpes amplius relicta videatur,ſtatuit, vt poſthac in quibuſcunque Chriſtianæ religionis locis eorum nomen atque vſus penitus aboleatur, nec ad officium huiuſmodi exercendum vllatenus admittantur,non obſtantibus priuilegijs Eccleſijs,monaſterijs,hoſpitalibus,pijs locis,& quibuſuis cuiuſcunq, gradus,ſtatus & dignitatis perſonis conceſſis, aut conſuetudinibus etiam immemorabilibus. Indulgentias verò aut alias ſpirituales gratias,quibus non ideo Christi fideles decet priuari, deinceps per ordinarios locorum, adhibitis duobus de capitulo, debitis temporibus populo publicandas eſſe decreuit: quibus etiã eleemoſynas atque oblata ſibi charitatis ſubſidia, nulla prorſus mercede accepta, fideliter colligendi facultas datur, vt tandem cœleſtes hos Eccleſiæ theſauros, non ad quæſtum, ſed ad pietatem exerceri verè omnes intelligant.* Repete quæ ſuperiùs dicta ſunt.

Concilium Lateranenſe ſub Innocent.3. Concilium Lugdunenſe ſub Gregorio 10. Concilium Viennenſe.

B

C

INFAMIS.

Stephanus 1.

Infames qui dicantur.] STEPHANVS I. epiſt.1.ad Hilarium Epiſcopũ, & allegatur à Gratiano cauſa 6.q.1 cap Infames, & ab Iuone lib.4. decret. *Quod conſuluiſti ſedem Apoſtolicam,qui ſunt infames,aut qui ad gradus Eccleſiaſticos non ſunt admittendi,& noſſe te credimus, & pro authoritate ſedis Apoſtolicæ te informare non denegamus. Infames autem eſſe eas perſonas dicimus,quæ pro aliqua culpa notantur infamia,id eſt, omnes qui Chriſtianæ legis normam abijciunt, & ſtatuta Eccleſiaſtica contemnunt. Similiter fures,ſacrilegos,& omnes capitalibus criminibus irretitos. Sepulchrorum quoq, violatores, & Apoſtolorum atque ſucceſſorum eorum reliquorũmque patrum ſtatuta libenter violantes, & omnes qui aduerſus Patres armantur,qui in omni mundo infamia notantur. Similiter & inceſtuoſos,homicidas,periurios,raptores,maleficos,veneficos, adulteros, de bellis fugientes,& qui indigna ſibi petunt loca tenere, aut facultates Eccleſiæ abſtrahunt iniuſtè,& qui fratres calumniantur, & accuſant,& non probant,vel qui contra innocentes principum animos ad iracundiam prouocant,& omnes anathematizatos pro ſuis ſceleribus ab Eccleſia pulſos, & omnes quos Eccleſiaſtica vel ſeculi leges infames pronunciant. Hos verò non ad ſacros ordines licet promouere,nec ſeruos ante legitimam libertatem*, (Vide ſerui non ordinandi) *nec pœnitentes, nec bigamos, nec eos qui Curiæ deſeruiunt, vel qui non ſunt integri corpore,aut ſanam non habent mentem,vel intellectum aut inobedientes ſanctorum decretis exiſtunt,aut furioſi manifeſtantur. Hi omnes nec ad ſacros ordines debent promoueri,nec iſti,nec liberti, nec ſuſpecti,nec rectam fidem vel conuerſationem non habentes,ſummos Sacerdotes poſſunt accuſare.* Vide in vocabulo, Ordinandi qui non ſint,&c.& in cunctis vocabulis prætactis. Idem porrò IVLIVS I.epiſt.1.ad Orientales Epiſcopos pro Athanaſio.

De his omnibus in ſuis quibuſdã locis & vocabulis egimus.

Non promouendi infames.

Vide & ſeruus, Curiales,& Bigamus, &c. Et membrum,&c.

D

E

A Infames non ordinandi.] Hoc iam ſuperiori diſtinctione probatum eſt,cui aſtipulatur & CANON APOSTOL. LX. *Si aduerſus fidelem aliqua accuſatio intẽdatur,vel fornicationis,vel adulterij,vel alicuius prohibitæ actionis, & conuictus fuerit, ad clerum nec promoueatur.* Vide quæ ſuperiùs dicta ſunt.

Infames repelluntur ab accuſatione.] Lege in vocabulo, Accuſator, Teſtis,& Epiſcopus, & alijs in locis.

INFANS.

Infantum necatores.] Vide Abortiuus, &
B Homicidium infantum,&c.

Infantum Baptiſmus.] Lege Baptiſmus paruulorum ſuprà.

Infantes ſine Baptiſmo decedentes.] Vide ibidem ex Gregorio I.

INFERNVS.

Infernus eſſe probatur.] Omnes Philoſophi & Ethnici ſemper in confeſſo habuerunt eſſe locum, vbi animæ, quas immortales eſſe ſciebant, pro demeritis & malè geſtis punirentur. Hoc & PLATO DIVINVS in libris De Republica,atque alijs Dialogis ſæpiùs teſtatus eſt, cũ Erum
C quendam militẽ reſuſcitatũ inducit,vt animæ immortalitatem cõprobet,ſicut & in Phedone hoc latiùs explicat. Meminit & infernalis Regionis CICERO in Somnio Scipionis Deniq; ſententia omnium veterum de inferorum loco luculentiſſimè exponit MACROBIVS AVRELIVS lib. 1.expoſitionis in Somnium Scipionis, cap.10.11. & 12.quem velim vt perlegas ſi vacat. Simul & de re ſimili diſputat LVDO CAELIVS Rhodiginus lib.6.lectionum antiquarum,cap.12.& 13.vbi veteres Ethnicos in medium producit,& quid quiſque de inferorum pœnis ſenſerit,exponit. Inferorum quoque meminit PLVTARCHVS CHERONAEVS lib.de his qui ſeriùs à Deo puniũtur,
D & IVLIVS OBSEQVENS lib de Prodigijs, imperfecto multis in locis,& ex Poëtis VIRGILIVS MARO lib.6.Æneid.vbi ſic incipit:

Spelunca alta fuit,vaſtóque immanis hiatu
Scrupea,tuta lacu nigro nemorumq; tenebris,&c.

Et LVCRETIVS lib.3.De natura. Et OVIDIVS NASO lib 15.Metamorphoſeos, vbi Pythagorã inducit loquentem. Et IVVENALIS SATYRA 13.vbi ſic loquitur:

Cur tamẽ hos tu euaſiſſe putes,quos diri cõſcia facti
Mens habet attonitos,& ſurdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum.
Pœna autem vehemens & multo ſæuior illis,
E *Quas & Cæditius grauis inuenit & Radamantus,*
Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem,&c.

Verùm vt hos omittamus fixa manet Catholicæ Eccleſiæ authoritas, quæ innixa veteris & noui teſtamenti ſententijs, indubitanter credit Inferos eſſe vbi cruciantur damnati,quod & vetuſtiſſimi Scriptores aſſeuerant. ABDIAS BABYLONIVS libro quinto Certaminis Apoſtolici refert quendam à Ioanne Apoſtolo ſuſcitatum, quibuſdam alijs, qui ad vomitum erant reuerſi, & diuitias repetebant, ſic loquutum: *Iam regnum paratum vobis, & ex coruſcantibus gemmis zetas inſtructas plenas gaudij, plenas epulis, plenas delitijs, plenas denique vita perpetua, &*

Plato.

Cicero.

Macrobius.

Ludouicus Calius.

Plutarchus.

Iulius Obſequens.

Virgilius Maro.

Lucretius.

Ouidius Naſo. Iuuenalis.

Abdias Babylonius.

Infernorum ſupplicia recenſet.

A *lumine æterno paruo tempore amiſiſtis, & acquiſiuiſtis vobis loca tenebrarum plena draconibus, plena ſtridentibus flammis, plena cruciatibus & incomparabilibus pœnis, plena doloribus, plena anguſtijs, plena timore, & tremore horrifico. Amiſiſtis loca floribus immarceſſibilibus plena, fulgentia, plena vocibus organorum, & acquiſiuiſtis è contra vobis loca, in quibus diu noctùque non ceſſat mugitus & vlulatus, & luctus, &c.*

Iuſtinus Martyr contra Creſcentis ſententiam.

Porrò IVSTINVS MARTYR, apologia 1. pro Chriſtianis ad Senatum, mendacij conuincit & arguit Creſcentē Philoſophū, qui dicebat Chriſtianos de pœnis inferni & ignis æterni loqui ad incutiendum terrorem mortalibus, & metu magis quàm virtutis amore continere homines in officio, dicit Iuſtinus: *Quia ſi pœna non eſſet quæ iniuſtos puniret, conſtat aut non eſſe Deum, aut virtutem ac vitium eſſe vana nomina, aut iniuſtè legiſlatores in eius violatores animaduertere. Hoc quam ſit abſurdum nullus eſt qui ignorat.* Idem & apologia 2. ad Antoninum Pium. *Scimus (ait) dixiſſe Chriſtum Ieſum: Quæ hominibus impoſſibilia videntur, Deo*

Eſſe locum infernum quo miſeri puniuntur probat Iuſtinus.

B *ſunt poſſibilia, & nolite timere eos qui occidunt vos, nec habent quod faciant poſteà. Timete eum qui poteſt animam quoque interimere, corpore in gehennam coniecto. Eſt autem gehenna locus deſtinatus pœnis eorum qui malè vixerunt, non credentes vera quæ Deus per Chriſtum prædixit.* Et paulò pòſt: *Nos autem didicimus immortalitatem eorum tantum eſſe qui honeſtè ſanctéque coram Deo vixerunt: malis contrà pœnas æternas deberi, ut maturè mentem meliorem aſſumant.*

Irenæus Lugdunenſis.

Præterea IRENÆVS LVGDVNENSIS lib. 4 contra Valent. cap. 78. De Inferno & igne intolerabili agit, quando & præparatum à Deo dicit impijs, ſicut & electis requiem. *Non autem Diabolum (ait) authorem eſſe, aut genuiſſe impios, licèt eius dicantur filij. quia nihil quicquam legitur diabolus feciſſe: ſed æterno igne crematur cum his, qui eum imitādo, quodāmodo ab eo geniti ſunt.*

Diabolus non eſt pater impiorū per creationem, &c.

Tertullianus Carthaginenſis.

Et TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro De reſurrectione carnis, probat. Nūc animas torqueri fouerique penes inferos, licèt nudas, licèt adhuc exules carnis, &c. *Et tunc grauius puniuntur, (ait) cum corpori conuncta, pro operibus etiam carnis cruciabuntur.* Idem eodem lib. cap. 45. *Ridemur, (ait) Deum prædicantes iudicaturum, ſic enim & Poetæ & Philoſophi tribunal apud inferos ponunt. Si gehennam comminemur, quæ eſt ignis arcani ſubterraneus ad pœnam theſaurus, proinde decachinnamur: ſic enim & Periphlegeton apud mortuos amnis eſt.* Idem ad calcem libri De anima, & teſtimonijs gentiliū abundè tractat de locis pœnarum, vbi animæ impiorū cruciabuntur. Caput autem ſic incipit: *Omnes ergo animæ penes inferos, &c.* Porrò quid cæteri doctores ſenſerint de inferni locis & pœnis, non eſt noſtræ facultatis aut otij euoluere.

Auguſtinus Hipponenſis.

Lege AVGVSTINVM HIPPONENSEM lib. 12. ſuper Geneſ. cap. 34. vbi ſic loquitur: *Sub terris autē dicuntur inferi vel creduntur, &c.* Idem & lib. de triplici habitaculo, cap. 1. vbi ſic loquitur: *Hominum huius mūdi alij eleuantur ad cælum, alij trahuntur ad infernum, &c.* Et lege per totum, quia ibidem & pœnas inferorum pulchrè deſcribit, ſicut & GREGORIVS I. in Dialogis, & multi alij faciunt. Vide Reſurrectio mortuorum, &c.

Gregorius 1.

INFIRMVS.

Concilium Neocæſarienſe.

Infirmus baptizatus non promouēdus.] Concilium NEOCAESAR. can. 12. & allegatur à Gratiano diſtinct. 57. cap. Si quis. *Si quis in ægritudine fuerit baptizatus, ad honorem Presbyterij non poteſt promoueri (quod non ex propoſito fidei eius, ſed ex neceſſitate deſcendit) niſi fortè propter ſequens ſtudiū meius, & fidem, atq; hominum raritatem talis poſſit admitti.* Et Concilium LAODIC. can. 47. *Oportet eos qui in ægritudine percipiunt Baptiſma poſtquam conualuerint, fidem perdiſcere, & ſcire cuius muneris participes facti ſunt, &c.* Horum duorum Conciliorum decreta renouat & repetit Concilium PARIS. III. lib. 1. cap. 6. & 8. Vide ſequentia.

Conciliū Laodicenum.

Concilium Pariſienſe 3.

Infirmus in articulo conuerſus an ſuſcipiendus.] CYPRIANVS CARTHAG. lib. 4. Epiſtolarum, epiſt. 7. ſuadet, vt ſuſcipiātur, ſcribēs, Magno, de his qui in lecto gratiam cōſequuntur, &c. Verùm epiſtola quidem pulcherrima eſt & prolixa, vnde illam hic inſerere omittimus. Hinc

Cyprianus Carthaginenſis.

B aſtipulatur Concilium ARELAT. I. ſub Silueſtro I. can. 6. *De ijs qui in infirmitate credere volunt, placuit debere his manū imponi.* Et Cōcilium CARTHAG. III. ſub Syricio I. can. 34. & allegatur à Gratiano, de conſecr. diſtinct. 4. cap. Ægrotantes. *Ægrotantes ſi pro ſe reſpondere non poſſunt, cum voluntatis eorum teſtimonium hi qui ſui ſunt periculo proprio dixerint, baptizentur.* Idem omninò Concilium HIPPONENSE cap. 34. & Cōcilium AFRICANVM cap. 12. vide plura in dictione, Pœnitens, & lege ſequentia.

Concilium Arelatenſe 1.

Conciliū Carthaginenſe 3.

Conciliū Hipponenſe.

Concilium Africanum 1.

Infirmorum viſitandorum forma à Sacerdotibus obſeruanda.] Infirmorum viſitationem fidelibus antiquitùs iniunctam meminit

C TERTVLLIANVS CARTHAG. li. 2. ad Vxorem, vbi mulierem Infideli viro iunctam, à tam ſancto opere, mariti nequitia, cellaturam conqueritur. *Quis enim (ait) ſinat coniugem ſuam, viſitandorum fratrum gratia, vicatim aliena, & quidem pauperiora quæque tuguria circuire? Quis in carcerem, ad oſculanda vincula martyris, reptare patietur, &c.* Meminit AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro ſpeciali de viſitatione Infirmorum, & alia homilia ad Paſtores, quæ reperitur tomo 4. Operum Hieronymi Stridonenſis. Sed & Concilium NANNETENSE, can. 4. *Cum Sacerdos (ait) audierit aliquem infirmari in ſua plebe, quàm citiùs ad eum pergat, & ingreſſus cubiculum aquam benedictam ſuper eum, & per omne cubiculum aſpergat, cum Antiphona, Aſperges me Domine, &c. & Verſu, Exurgat Deus, &c. Deinde dicat Orationem, Deus qui Sacerdotibus tuis totam præ cæteris gratiam contuliſti, &c. Deinde cantet ſeptem Pſalmos cum precibus pro infirmis. Poſthac omnes iubeat extra cubiculum ſecedere, & appropinquans lecto quo infirmus decumbit, eum blandè leniterque alloquatur, vt omnem ſpem ſuam in Deo ponat, vt flagellum Dei patienter toleret, vt hoc ad purgationem & caſtigationem ſuam prouenire credat, vt peccata ſua confiteatur, vt emendationem promittat, ſi Dominus vitam conceſſerit. Pœnitentiam pro culpis commiſſis ſpondeat. vt ſubſtantiam ſuam, dum adhuc ſenſus & ratio in eo vigent diſponat. vt peccata ſua eleemoſynis redimat, vt his qui in ſe peccauerunt indulgeat, vt rectam fidem & credulitatem teneat, vt de Dei miſericordia nunquam deſperet. Cum his & huiuſmodi allocutionibus fuerit mens infirmi releuata, data benedictione recedat Sacerdos, non poſt multum reuerſurus, détque locum vt ægrotus de peccatis ſuis poſſit cogitare.* Idem omninò iniungit faciendum Presbyteris Concilium OXONIENSE in Anglia, capite 2. *Sacerdotes (ait) illud Euangelicum memorialiter recolentes, quod in nouiſſimo examine viſitatores infirmorum regno remunerabuntur æterno, quoties fuerint accerſiti, celeriter accedant & hilariter ad ægrotos.* Vide & ea quæ in ſubſequente diſtinctione iniunguntur.

Tertullianus Carthaginenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Cōcilium Nannetenſe.

Pſal. 50.

Pſal. 67.

Oratio in viſitandis infirmis.

Quæ ſuggerēda ſunt infirmis.

Cōciliū Oxonienſe, in Anglia.

Matth. 25.

Infirmo

Concilium Chalcedonenſe.

Infirmorum cura Epiſcopis demandatur.] Concilium CHALCEDONENSE generale IV. epiſtola ad Valentinianum & Martianum Auguſtos, actione 3. *Magna ægritudines (ait) & medicamine forti, & medico indigent ſapiente, &c.* Hinc & iam memoratus AVGVSTINVS in ſermone ad Paſtores, qui inſeritur tomo 4. operum S. Hieronymi, eos ad viſitationem infirmorum & corum prouocat. Sed & Concilium EPAVNENSE canone 18. Idem mandat, & multa alia decreta, quæ repoſita inuenies in vocabulo, Pauper, &c.

Auguſtinus.

Concilium Epaunenſe ſub Gelaſio 2.

Infirmos viſitãtes Medici.] Vide Medicus.

Infirmi peccata confiteantur.] Hoc iam ex Concilio NANNATENSI canone 4 & 5. ſuperiùs oſtenſum eſt. Verùm & Concilium MOGVNTINVM II. cano. 26. *Ab infirmis in mortis articulo poſitis, per Preſbyteros pura inquirenda eſt confeſſio, non tamen illis imponenda quantitas pœnitentia, ſed innoteſcenda, & cum amicorum orationibus, & eleemoſynarum ſtudijs pondus pœnitẽtiæ ſubleuandum, vt ſi forte migrauerint, ne obligati excommunicatione alieni ex conſortio bonorum fiant, à quo periculo, ſi diuinitùs erepti conualuerint, pœnitentiæ modum à ſuo confeſſore impoſitum diligenter obſeruent. Et ideò ſecundum canonicam authoritatem, ne illis ianua pietatis clauſa videatur, orationibus & conſolationibus Eccleſiaſticis, ſacra cum vnctione Dei annuati, ſecundum ſtatuta Patrum communione viatici reficiantur, &c.*

Cõcilium Nannetenſe. Concilium Moguntinum 2. ſub Rabano Mauro.

Infirmis deferenda Euchariſtia.] Vide ſuperiùs Euchariſtia, &c.

Infirmis extrema vnctio adminiſtrãda.] Vide dictionem Vnctio, &c.

Infirmis in agonia diabolus præſto eſſe ſolet.] Hoc quidem in multis hiſtorijs reperimus & legimus eſſe factum. Verùm vt ea quæ occurrunt certiora commemorem, refert ABDIAS BABYLONIVS libro 5. certaminis Apoſtolici, Ioannem Apoſtolum dum ex hac vita migrare deberet, ſic oraſſe ad Dominum, poſtquam in defoſſum ſepulturæ ſuæ locum deſcendit, vt diem clauderet extremum. *Aperi mihi pulſanti* (ait) *Domine ianuam vitæ. Principes tenebrarum non occurrãt mihi, &c.* Idem lib. 9. de Thoma Apoſtolo narrat in vltima oratione antequam ſpiritum exalaret oraſſe. *Quia* (ait) *detuli fidele ſeruitium, adeſto Domine Ieſu, ne præſentiant me latrones, ne aduerſus me retia ſua mittant. Circundet famulum tuum gloria tua, vt tanta amictum gratia aduerſariæ poteſtates impedire non audeant. Adeſto Domine, vt cum pace & gratia tranſeam, & dirigas iter meum, & diabolus in me non intendat. Excæcentur oculi eius, lumine tuo conticeſcat os eius, quia nihil in me dignum ſuis operibus inuenit, quod loquatur. Hæc præfatus militibus poteſtatem dedit vt conſummarent præceptum Regis, & lãceis transfuerberatus occubuit* Sic & glorioſa Martha in extremis diaboli inſidias expaueſcens, orauit ad Dominum, ſic & SEVERVS SVLPITIVS lib. 1 vitæ Martini narrat diabolũ in extremis agẽti Martino apparuiſſe. Sed & ipſe Dominus de ſe ait: Venit enim princeps mũdi huius, & in me non habet quicquam. Deniq; experimentu didicimus hoc eſſe veriſſimum, ſicut & CLAVDIVS FIRMINVS Cœleſtinus, in opere ſuo De viris illuſtribus noſtri ordinis, multis exemplis reddit conſpicuum Sed hæc ſatis.

Abdias Babylonius.

Pulcherrima oratio in extremis dicenda.

Seuerus Sulpitius.

Claudius Firminus Cœleſtinus.

INIMICVS.

Inimici diligendi, & pro eis orandum.] Narrat ABDIAS BABYL. lib. 6. certaminis Apoſtolici, & EVSEB. CÆSAR. lib. 2. Hiſtoriæ Eccl. c. 23 Iacobum Apoſt. dum lapidaretur pro inimicis deprecatũ. Idẽ Euſebius lib. 5. c. 3. narrat martyres Lugdunenſes in pœnis more Steph. pro perſecutoribus exoraſſe. Hinc & TERT. CARTHAG. lib. Apologetico aduerſus gentes. c. 31. ſuadet pro inimicis orandum, quia & pro tyrannis & perſecutoribus, fideles, orationes fudiſſe commemorat. Idẽ docet c. 36 & 37. Chriſtianos hoc ſemper obſeruare debere, vt omnes æquè ament, & malum pro malo non reddant. Hinc CLEMENS ALEXAND. lib. 2. Stromatum: *Inimico* (ait) *ferendum eſt auxiliũ, ne maneat inimicus. Auxilio enim vincitur quidem beneuolentia, diſſoluuntur vero inimicitiæ.* Et CALLIXTVS I. epiſt. 1. ad Benedictũ Epiſcopum. *Nullus bonorum inimicũ habet, niſi malum, qui ideo eſſe permittitur, vt aut corrigatur, aut per ipſum bonus exerceatur.* Et iterum: *Hominis religioſi parum eſſe debet inimicitias aliorũ non exercere, vel nõ augere male loquendo, niſi etiã eas extinguere bene loquendo ſtuduerit.* Et CLEMENS I. lib. 1. Conſtitut. Apoſt. c. 57. *Si quid aduerſus fratrẽ tuum habes, vel ipſe aduerſus te, nec orationes tuæ exaudientur, neq; Euchariſtia tua recipiẽtur, propter ſubiectã iracundiã. Oportet autem aſſidue orare fratres. Sed quoniam Deus eos, qui in iracundia iniuſte inimicitias habent, non exaudit etiam ſi ter in hora orauerint: ideò neceſſe eſt omnes inimicitias & animi imbecillitatem deponere, vt corde puro & immaculato orare valeamus.* Et Concilium AGATH. can. 31. allegatur à Gratiano diſtinct. 90. c. Placuit. *Placuit etiã vt, ſicut plerumq; fit, quicumq; odio aut longinqua inter ſe lite diſſenſerint, & ad pacẽ reuocari diutina intentione nequiuerint, à ſacerdotibus ciuitatis primitus arguantur: & ſi inimicitias deponere pernitioſa intentione noluerint, de Eccleſia cœtu iuſtiſſima excõmunicatione pellãtur.* Hinc Conciliũ ARELAT. II. ſub Silueſtro I. 31. *Si qui publice inter ſe odijs exardeſcunt, ab Eccleſiaſticis conuentibus ſunt remouendi, donec ad pacẽ recurrant.* Et MARTIALIS APOST. epiſtola ad Tholoſanos, c. 16. Inimicitias & odiũ ſummè fugiendũ docet. *Odiũ* (inquit fratribus) *nolite tenere, &c.* Et Concilium COLON. III. par. 3. c. 17. Inimicitias & odia inter Clericos ſummè inhibet ſub diſtrictiſſima pœna. Vide Cõtentio, Diſcordia, Lis, & huiuſmodi, vbi iam de his egimus copioſè.

Euſebius Cæſarienſis. Tertullianus Carthaginenſis.

Clemens Alexandrinus.

Callixtus I.

Clemens I.

Luc. 18. 1. Theſſa. 5.

Concilium Agathenſe ſub Cæleſtino I.

Concilium Arelatenſe 2.

Martialis Apoſtolus.

Cõcilium Colonenſe 3.

INIVRIA.

Iniuria cuiquam inferri prohibetur.] CANON APOST. LIV. *Si quis Clericus Epiſcopũ contumelia affecerit, deponatur. Principi enim populi tui non malediceS.* Et CANON LV. *Si quis Clericus Preſbyterum vel Diaconum iniuria affecerit, ſegregetur.* Et Canone 83. *Quiſquis regem vel principem, præter ius, contumelia affecerit, pœnas luat: & ſi ſit quidem clericus, deponatur: ſi verò laicus, ſegregetur.* Hinc eſt quod FLAVIANVS CONSTANTINOPOLITANVS, epiſtola ad Leonem Papam I. damnatum dicit impium Eutychetem, qui in Imperatorem maledicta ingeſſerat. Hinc Concilium TOLETANVM V. can. 5. inhibet ne quis in Principẽ maledicta congerat, quod ſi quis fecerit communione Eccleſiaſtica priuetur. Et CLEMENS I. lib. 1. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 5. *Cum iniuriam patimini, nolite iniuriam referre, ſed æquo animo pati, quoniam inquit Scriptura Noli dicere, vlciſcar inimicum meum, de his quæ in me iniuſtè fecit, ſed expecta vt pro te vindicet Dominus, & vltionem inferat iniuriam inferenti tibi.* Idem repetit & libro 2. cap. 50. Hinc eſt quod Concilium CARTHAGINENSE IV. (allegatur à Gratiano diſtinctione 45, cap. Seditionarios.) Cano 6. ſtatuit, vt Clericus non ordinetur, qui

Canones Apoſtolorum. Exod. 22 Actuum 23.

Flauianus Conſtantinopolitanus.

Concilium Toletanum 5.

Clemens I.

Prouerb. 20.

Concilium Carthaginenſe 4.

eſt iniuriarum vltor. Sed vt ad propoſitum redeamus IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 43. in Matthæum cap. 12. *Fugiamus (ait) fugiamus huiuſmodi delicta, ſtudeamuſque vt nec verbo, nec re iniuriam inferamus, &c.* Et homil. 81. in eundem, de iniuriarum condonatione deuotiſſimè tractat. Hinc HIERONYMVS STRIDONENSIS epiſtola ad Heliodorum. *Conuicium (ait) in fratrem, homicidij eſt reatus.* Et CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro 1. epiſtolarum epiſtola 3. ad Cornelium. *Neque qui audit, ſed qui facit conuicium, miſer eſt: nec qui fratrē vapulat, ſed qui fratrem cadit, in lege peccator eſt.* Quòd verò clerici iniuriam inferre prælatis non debeant, diximus in vocabulo Clericus, vt facilè reperies ex epiſtola PROCLI Conſtantinopolitani Epiſcopi ad Dominum Epiſcopum Antiochenum. Similiter de non iniuriandis clericis poſitum reperies ex Concilio TRIBVRIENSI & aliis in dictione, clerici non cædendi, &c. & in aliis locis paſſim hoc opere expoſitis.

Ioannes Chryſoſt. ... Hieronymus Stridonenſis. Cyprianus Carthaginenſis. Proclus Conſtantinop. Concilium Triburienſe.

Iniuria hilari animo ferenda.] Vide Perſecutio, & Martyrium, & ea quæ iam ſuperius dicta ſunt. Adde quod dicit NICOLAVS I. epiſtola ad Michaelem Imperatorem, qui multa et conuicia ſedi Apoſtolicæ intulerat, eò quòd nollet prędictus Pontifex aſſentire conſecrationi Photij intruſi in locum ſanctiſſimi Ignatij Epiſcopi Conſtantinopolitani iniuſtè expulſi. *Tu (ait) ab iniuriis inchoaſti, nos ab orationibus. Tu conuiciis, nos à laudibus inchoamus. Et quidem nos iniurias nobis ſpecialiter irrogatas, & maximè pro iuſtitia laborantibus, & à iuſtitia impugnatoribus ingeſtas libenter ferimus. Diſcipuli enim ſumus illius de quo Apoſtolorum Princeps ait: Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. De talibus enim veritas loquitur: Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius. Et rurſum eos qui propter nomen illius perſecutionem & maledicta toleraturi erant, beatos eſſe pronunciat, dicens: Beati eſtis cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes, propter nomen meum, &c. Vbi ergo teſte conſcientia Deus in cauſa eſt, & vbi mendacium ſanit, ibi conuicia nulla timenda, &c.* Vide Detractio & Perſecutio.

Nicolaus 1. 1. Petr. 2. Matth. 10. Matth. 15.

Iniuria remittenda.] Narrat NICEPHORVS CALLISTVS libro 11. cap. 43. Macarium ſanctum ſenem ſic interrogaſſe aliàs magnum Antonium. *Quomodo ita erga homines iniuriarum memoriam retinentes, vim animæ reminiſcendi enecamus, aduerſus dæmones autem cum acceptorum ab eis malorum reminiſcimur, detrimentum nullum ſentimus? Cùm autem Antonius quid reſponderet non haberet, atque id diſcere vellet, Rogauit vt illud Macarius inſinuaret. Propterea (reſpondit) quod prior illa affectio præter naturam, poſterior autem, ſecundum naturam ira eſt.* Remittendas autem eſſe iniurias CLEMENS I. libro 2. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 50. præcipit ex traditione Apoſtolorum, & multi atque innumerabiles patres, in quibus recenſendis nimium immoraretur AVGVSTINVS HIPPONENSIS in Pſalmum 54. *Quid tibi prodeſt (ait) ſi exigis iniurias quas pertuliſti? Vlti te reficit: ergo de malo alieno gaudebis. Paſſus es malum, ignoſce &c.* Lege quæ ſuperiùs in vocabulo, inimicus, poſita ſunt, & quæ in ſequentibus aliis vocabulis dicentur.

Nicephorus Calliſtus. Quomodo homo tam facile iniuriarum recordetur. Clemens 1. Auguſtinus Hipponenſis. Interdictum (lector) eſt quædam prohibitio, quum in aliqua terra vel eccleſia vel perſonis interdicitur adminiſtratio ſacramentorum, vel diuinorum officiorum celebratio, ſeu exequtio aliquorū ſpiritualium, &c.

INTERDICTVM.

De interdicto iam.] in multis vocabulis lo-

A cuti ſumus, vt pote excommunicatio. &c. & clerici non cædendi, & de Eccleſiis interdictis etiam egimus. Verùm de interdicto Concilium BASILIENSE ſeſſione 20. ſic ſpecialiter ſtatuit. *Quoniam ex indiſcreta interdictorum promulgatione multa conſueuerunt ſcandala euenire, ſtatuit hæc ſancta ſynodus, vt nulla ciuitas, oppidum, caſtrum, villa, aut locus, Eccleſiaſtico ſupponi poſſint interdicto, niſi ex cauſa ſeu culpa ipſorum locorum, aut dominij ſeu rectorum vel officialium. Propter culpam autem ſeu cauſam alterius cuiuſcunque priuatæ perſonæ, huiuſmodi loca interdici nunquam poſſint authoritate quacunque ordinaria vel delegata, niſi talis perſona prius fuerit excommunicata ac denunciata ſeu in Eccleſia*

B *publicata: ac domini ſeu rectores vel officiales ipſorum locorum, authoritate iudicis requiſiti, huiuſmodi perſonam excommunicatam infra biduum inde cum effectu non eiecerint, aut ad ſatisfaciendum compulerint: quæ etiam poſt biduum eiecta, recedente vel ſatisfaciente, mox diuina reſumi poſſint. Quod etiam in pendentibus locum habeat.* Et BENEDICTVS XII. in conſtitutiones Benedictinorum cap. 9. *Qui per ſex menſes ſuſtinuerit interdictum, ſit à diuinis & à collatione beneficiorum eo ipſo ſuſpenſus, & collatio beneficiorum ad priorem, ſeu alium prælatum maiorem poſt Abbatem ſeu prælatum monaſterij ſeu alterius loci ordinis, ſeu religionis huiuſmodi, abbatem proprium non habentem, durante ſuſpenſione, liberè deuoluatur.* Ve-

Benedictus 12.

C rùm tamen inſtitutor noſter COELESTINVS V in priuilegio ſuis Cœleſtinis indulſit. *Cum (inquit) generale terræ fuerit interdictum, in monaſteriis Eccleſiis & oratoriis veſtris & aliis quibuſcunque locis competentibus, ſi in terra ſic interdicta conſiſteritis, clauſis ianuis, interdictis excluſis, non pulſatis campanis, ſubmiſſa tamen voce, vobis liceat celebrare diuina, & Eccleſiaſtica recipere ſacramenta, dum modo cauſam non dederitis interdicto, nec id contingat vobis per ſedem Apoſtolicam ſpecialiter interdici, neque monaſteria, Eccleſiæ, & oratoria eadem aliàs fuerint eiuſdem ſedis authoritate ſpecialiter interdicta.* Vide in vocabulis ſupra memoratis, & notatis.

Cœleſtinus 5. ... ab interdicto liberat Cœleſtinos.

INVIDIA.

D Inuidia exitiale peccatum prohibetur.] MARTIAL. APOST. epiſt. ad Burdegalenſes cap. 7. *Nulla ſit (ait) in vobis inuidia, quia per hanc ſpiritus ſanctus mentem derelinquit. Recedente autem ſpiritu ſancto à tabernaculo mentis, euacuatur homo dulcedine, & impletur omni amaritudine, nulluſque locus ei eſt in cœlo, quia alienum ſe fecit à bonitate.* Et IVSTINVS MARTYR epiſt. ad Zenam & Serenum fratres. *Ab inuidia & æmulatione fidelis homo procul abeſſe debet, ac potiùs precari quotidie, vt & verbis abundemus & polleamus operibus: membra enim ſumus inuicem. quamobrem dolenti condoleamus &c.* Et DIONYS. PAPA I. epiſt. 1. ad Vrbanum

Martialis Apoſtolus. Iuſtinus Martyr.

E præfectum. *Summum bonum eſt amare amantes ſe, & è contra peius malum non eſt, quàm vt ciues ciuibus inuideãt.* Idem omninò dicit DAMAS. I. epiſt. ad Stephanum & Epiſcopos Affricæ cap. 7. CYPR. CARTHAG. lib. de Zelo & liuore. *Si quis penitus inſpiciat (ait) Inueniet nihil magis Chriſtiano cauendum, nihil cautiùs prouidendum, quàm ne quis inuidia & liuore capiatur, ne quis fallentis inimici cæcis laqueis implicatus, dum Zelo frater in fratris odia conuertitur, gladio ſuo neſciens ipſe perimatur.* Deinde inuidiæ originem à diabolo deducit per totum ſermonem, qui ſatis prolixus eſt. Deinque EPIPH. CYPRI lib. 3. contra hæreſes hæreſi 77. contra Dimoeritas. *Inuidia (ait) ſemper magnis ſucceſſibus aduerſatur.* Et IOAN. CHRYSOST. hom. 46.

Dionyſius 1. Damaſus 1. Cyprianus Carthaginenſis. Epiphanius Cypri. Ioannes Chryſoſtomus.

in Geneſim ſub finem. *Sicut vermis, qui à ligno producitur, lignum primò conſumit, ita & inuidia illam primò animam corrumpit à qua nata eſt & ei cui inuidetur planè diuerſa quàm vult affert. Ne igitur vide ad principium eorum quibus inuidetur, ſed ad finem reſpice, & attende quia malitia inuidentium, eos quibus inuidet, clariores efficit. Nam is cui inuidetur, ſubſidiarium habet Dei auxilium, & gratia fruitur, qui autem inuidet gratia ſpoliatur, & facilè vincitur ab omnibus, & antea à ſuis affectionibus quàm externis hoſtibus infeſtatus quaſi conſumitur, & quaſi occultis mox illis deuoratur, & abſumptus, vt ita dicam, ſubmergitur. Quæ cùm nobis comperta ſint, obſecro fugiamus affectionis huius damnum, & omnibus viribus ab animabus noſtris eliminemus.*

B

Pernicioſiſſima enim eſt omnium affectionum, noſtramque ſalutem corrumpit, vt pote diaboli inuentum, &c. Idem hom. 15. in Ioannem, ſtatim initio. *Graue vitium inuidia eſt, dilectiſſimi, graue, inquam, & exitioſum, non his quibus inuidetur, ſed ipſis inuidentibus. Primùm enim eos offendit, conſumitque tanquam mortiferum quoddam virus eorum animos occupans. Si quo autem pacto eum cui inuidetur lædit, paruum quidem & nullius ferè momenti detrimentum eſt: Quodque plus emolumenti quàm damni adferat, neque inuidia ſolum, ſed etiam in cæteris vitiis, non qui malo afficitur, ſed qui afficit, is damnum accepit, &c.*

Dicta notatu digniſſima.

C

Et HIERON. STRID. lib. 3. commentariorum epiſt. ad Galatas cap. 5. exponens illud: manifeſta autem ſunt opera carnis. &c. *Hæreſes (ait) ſequitur inuidia, quam non putemus idem eſſe quod zelum, quia Zelus & in bonam partem accipi poteſt, cùm quis nititur ea quæ meliora ſunt æmulari. Inuidia verò aliena fœlicitate torquetur, & in duplicem ſcinditur paſſionem, cùm aut aliquid eſt in eo, in quo alium eſſe non vult, aut alium eſſe videns meliorem, dolet ſe ei non eſſe conſimilem. Pulchrè quidam de Neotericis Græcum verſum transferens, Elegiaco metro de inuidia luſit, dicens.*

Hieronymus Stridonenſis.

Inuidia non idem ac zelū.

Iuſtius inuidia nihil eſt, quæ protinus ipſum
Authorem rodit, excruciatque animum.

Verſus.

D

Scripſit & beatus Cyprianus librum de zelo & liuore valdè optimum, quem qui legerit, non dubitabit annumerare operibus carnis inuidiam. Inter inuidum autem & inuidioſum hoc intereſt, quòd inuidus fœliciori inuidet, inuidioſus autem is eſt qui ab alio patitur inuidiam. AVGVSTIN. HIPPON. lib. 15. de ciuitate Dei cap. 5. præclara de inuidia ſcripſit, & lib. 50. homiliarum homil. 15. per totã dicit. *Qui inuidet ſic eſt quomodo tabes, quomodo vulnus, quomodo apoſtema. Non vis congaudere glorificato? videt in te inuidiæ morbum, cœleſtis medicus, & præcidet te de ſuo corpore. Nolis ergò inuidere de dono Dei, de virtutibus quas non habes, ne præcidaris à corpore? congaude illi cui Deus aliquam gratiam donauit. Habet ille fortè virginitatem, ama illum, & tua eſt. Iterum tu habes fortè maiorem patientiam, diligat te, & ſua eſt. Ille poteſt ſatis vigilare, ſi non inuides tuum eſt ſtudium eius. Tu fortè potes amplius ieiunare, ſi amat te, ſuum eſt ieiunium tuum, qui per charitatem tu in illo es, & ipſe in te eſt, cognoſcant inuidi omnes qui de aliorum, etiamſi inimici eorum ſint, tribulationibus gaudent quia membra ſunt putrefacta, abſciſſa, & mortua, ideo non habent ſenſum, & cùm deſcendunt ab aliis membris non ſentiunt, quia ſine ſenſu ſunt, &c.*

Inuidus & inuidioſus.

Auguſtinus Hipponenſis.

E

Lege apud LVDOVICVM COELIVM Rhodiginum lib. 11. lectionum antiquarum c. 30. inuidiæ deteſtationem & quid ſit inuidia multis veterum teſtimonium probatum. Et hinc eſt quòd Concilium CARTHAGINENSE IV. cano. 54. & allegat Gratianus diſtinctione 46 cap. clericus, &c. *Clericus inuidens fratrum profectibus, donec in vitio eſt non promoueatur.* Concilium TVRONENSE III. cano. 32. *Nullus pro terreno ac caduco quæſtu quis inuidiæ ſtimulis agitatus fœlicitatis fratris inuideat, ſed potius bona quæ ſibi optat eadem & proximis æqualiter cupiat.* Hinc & Concilium AQVISGRANENSE I. ſub Ludouico 1. Imperato. canone 105. GREOORIVM I. allegat libro 3. paſtoralium cap. 11. *Admonendi ſunt inuidi, (ait) vt perpendant quantæ cæcitatis ſunt, qui alieno profectu deficiunt, aliena exaltatione contabeſcunt, quantæ infœlicitatis ſunt, qui melioratione proximi deteriores fiunt, dùmque augmenta alienæ proſperitatis aſpiciunt, apud ſemetipſos anxiè afflicti cordis ſui peſte moriuntur.*

LudouicusCœlius Rhodiginus

Concilíũ Carthaginenſe 4 cui interfuit Auguſtinus.

A

Conciliũ Turonenſe 3.

Concilium Aquiſgranenſe 1.

Gregorius 1.

B

Quid inuidis infœlicius, quos dum conſpecta fœlicitas afficit, pœna nequiores reddit? Aliorum verò bona quæ habere non poſſunt, ſi diligerent ſua feciſſent, noſtra namque ſunt bona aliorum, quæ & ſi imitari non poſſumus amamus in aliis, & amantium fiunt quæ amantur in nobis. Hinc ergò penſent inuidi (ait Idem libro 6. moralium capite 34.) *charitas quanta virtutis eſt, quæ alieni laboris opera, noſtra ſine labore facit. Dum ſe inuidi minimè à labore cuſtodiunt, in antiquam verſuti hoſtis nequitiam demerguntur. De illo namque ſcriptum eſt: inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum.*

Hæc ſuperius Auguſtinum dicebat.

Sapient. 2.

C

Quia enim ipſe cœlum perdidit, conditio hoc homini inuidit, & damnationem ſuam perditus adhuc alios perdendo cumulauit. Cognoſcant inuidi quantis lapſibus ſuccreſcentis ruinæ ſubiaceant, qui dum liuorem à corde non proiiciunt, ad apertas operum nequitias deuoluuntur. Dicendum eſt inuidis, quia dum ſe iſta intrinſecus peſte conſumunt, etiam quidquid in ſe aliud boni habere videntur interimunt. Vnde ſcriptum eſt: vita carnium ſanitas cordis, putredo oſſium inuidia, &c.

IRA.

Ira quantopere fugienda.] Seripſit SENECA PHILOSOPHVS libros de Ira tres ad Nouatum, quibus doctiſſimè de illo vitio diſſerit, & ab illo vitio cuncta alia vitia deriuari, verùm quia omnibus noti ſunt & prolixo tractu diffuſi, non diutius immoramur, & quia ſi illos perlegeris, inuenies vnde animo prouideas leui motu excitato, & quos certè aliàs non cum medica voluptate perlegi.

Annæus Seneca Philoſophus Neronis præceptor.

D

Scripſit & doctiſſimus PHILO IVDAEVS de Ira in eo libro qui intitulatur, Quod Deus ſit incommutabilis. Scripſit & elegantiſſimè LACTANT. FIRMIANVS librum de Ira Dei ad Donatum, vbi & miro docendi genere Iræ vitium ita depingit, vt nil in Deo habeat, nec cum Deo commune: verum quia hi quidem diffuſo ſtylo diſcurrunt, eorum lectionem lectori ſedulo reuoluendam relinquimus. Sic autem CLEM. I. lib. 2. cap. 40. loquitur. *Vbi ira reperitur, inde abeſt dominus. Nam ira cùm ſit Satanæ amica (illa inquam quæ præter rationem excitatur per falſos fratres) nunquam in Eccleſia concordiam eſſe patitur, &c.*

Philo Iudæus.

Lactantius Firmianus.

Clemens 1.

E

Et IVSTINVS MARTYR epiſt. sd Zenam & Serenum fratres copioſè de ira diſſeruit. *Iraſcendum (ait) ſi fieri poteſt nunquam, nam hæc eſt quædam ſpecies inſaniæ: quòd ſi quando ira incumbit, vtendum eſt hac ad ſanandum proximum. Nam qui rationem ei non adhibet, & ſeipſum & proximum odio proſequitur ſe perturbans, & illum afficiens moleſtia: ſcriptum eſt enim, quòd quiſquis iraſcitur fratri ſuo temerè, reus erit iudicio. Hunc motum quiuis mentis compos conſiderare poteſt.* Hinc AVGVST. HIPPON. epiſt. 115. ad Nebridium. *Ira eſt turbulentus appetitus auferendi ea quæ facilitatem actionis impediunt. Itaque plu-*

Iuſtinus martyr.

Auguſtinus Hipponenſis.

rumque

rumque non hominibus tantùm, ſed calamo iraſcimur in ſcribendo, eumque colliſimus atque frangimus, & aleatores teſſeris, & pictores penicillo, & cuique inſtrumento quilibet, ex quo difficultatem ſe pati arbitratur. Hac itaque aſsiduitate iraſcendi fel creſcere etiam medici affirmant, Cremento autem felis rurſus & facile, & prope nullis cauſis exiſtentibus iraſcimur, &c. Lege ea quæ ſequuntur.

Grego. 1.

Ira principum.] GREGORIVS I. lib. 7. epiſt 126. ad Reccaredum Gothorum atque Sueuorum regem cap. 6. *Ipſa quoque regni gubernacula erga ſubiectos magno ſunt moderamine temperanda ne poteſtas mentem ſurripiat, ne fiat citius omne quod libet. Ira quippe etiam cum delinquentium culpas exquirit, non debet menti quaſi domina præire, ſed poſt rationis tergum, velut ancilla, famulari, vt ad facienda iuſſa veniat. Nam ſi ſemel mentem poſſidens cœperit, iuſtum eſſe deputat etiam quod crudeliter facit. Hinc enim ſcriptum eſt: Ira viri iuſtitiam Dei non operatur. Hinc rurſus dicitur: ſit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.*

Iacob. 1.

Concilium Aquiſgranenſe 1. ſub Ludouico 1. Impera. Iſidorus Hiſpalenſis.

Ira Paſtorum.] Concil. AQVISGR. I. cap. 33. allegat ISIDOR. HISPAL. lib. 3. de ſummo bono cap 40. *Iracundi Doctores per rabiem furoris, diſciplinæ modum ad immanitatem crudelitatis conuertunt, & vnde emendare ſubditos poterant, inde potius vulnerant. Ideo ſine menſura vlciſcitur culpas præpoſitos iracundos, quia cor eius diſperſum in rerum curis, non colligitur in amorem vnius deitatis. Mens enim ſoluta in diuerſis, cathena charitatis non aſtringitur, ſed malè laxata, malè ad omnem occaſionem mouetur.* Et GREGOR. I allegat lib 5. moralium.

Gregorius 1.

Neceſſe eſt vt qui Zelo rectitudinis mouetur, attendat ne ira extra mentis dominium transeat, ſed in vltione peccati tempus modumque conſiderans, ſurgentem animi perturbationem ſubtilius retractando reſtringat, animoſitatem reprimat, & motus feruidos ſub æquitate diſponat. vt eo fiat iuſtior vltor alienus, quo prius extitit victor ſuus. quatenus ſic culpas delinquentium corrigat, vt ante ipſe qui corrigit per patientiam creſcat, vt feruorem ſuum tranſcendendo diiudicet, ne intemperanter excitatus ipſo Zelo rectitudinis aberret. Vide ſupra, correptio, & correctio, &c. & Epiſcopus non ſit turbulentus, &c.

IVBILAEVS.

Clemens 1.

Iubilæi anni inſtitutionis ratio.] CLEM. I. lib. 7. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 36. *Hebdomas vna eſt inſignis. & hebdomades ſeptem, & menſis ſeptimus. & annus 7. cuius replicata conuerſio Iubilæum efficit anni quinquageſimi, in quo eſt dimiſſio, videlicet, ne vlla occaſione homines ignorantiam poſſint excuſare, &c.* GREGOR. NAZIANZ. oratione in S. Pentecoſtem 5. *Ex annis ſeptimus remiſſionis eſt annus, idque non ſolùm in ſeptimanis, verùm etiam in ſeptimanarum tam dierum quàm annorum obſeruatur ſeptimanis Dierũ igitur ſeptimana quinquageſimum generauit diem, qui apud ipſos dies ſanctus appellatur. Annorum verò ſeptimana annum illum, qui apud eos Iubilæus vocatur. conſtituunt, qui terræ remiſſionem pariter & ſeruorum continet libertatem, emptorumque poſſeſsionum ad priores dominos reuerſionem. Offert enim gens illa non ſolum germinantium & primogenitorum. ſed & dierum & annorum primitias Deo, &c.* Eiuſdem Iubilęi multi authores meminerunt, quorum nec nobis eſt otium euoluere. Inter hos etiam AMBR. MEDIO. ſermone 5. in Pſal. 118 dum illud expoñit: legem pone mihi domine viam iuſtificationum, &c. & lib.

Gregorius Nazianzenus.

Ambroſius Mediolanenſis.

Apologiæ Dauid cap. 8. de titulo pſal. 50. & numero quinquagenario *In lege habes (ait) quia Iubilæus dicitur numerus quinquaginta annorum recurſus, celebrabilis admodum, quo debita vacuantur, confirmantur Hebræorum libertates, poſſeſsionum refuſiones. Hũc numerum læti celebramus per domini paſsionem, remiſſa culpa totius debito, chirographo quoque vacuato ab omni nexu liberi. & ſuſcipimus aduenientem in nos gratiam ſpiritus ſancti die Pentecoſtes vacante ieiunio. laus dicitur Deo. allelu-ia cantatur, &c.* Et GREG. I. meminit Iubilæi ſub hac interpretatione lib. 1. moralium c 11. & lib. 16 moralium cap 26 & lib 25. cap. 7. vbi & rationem reddit verbis prolixioribus cur Iubilæus annus obſeruari mandetur. verùm POLYD. VERG. lib 8. de Rerum Inuentoribus cap. 1. primos authores Iubilæi Romæ inſtituti, & ſtationum quæ ibidem fuit. recenſuit, ſicut iam in vocabulo, Indulgentiæ, dictum eſt, & dicetur in dictionibus, Peregrinatio & Reliquiæ, &c. Primus autem Iubilæi anni author cenſetur BONIF. VIII. vt habes in 6. decretalium anno ſalutis 1300. quo quidem pœnarum remiſſionem præſtitit his qui limina Apoſtolorum viſitaſſent, quamquam iam ante Bonifaciũ limina ipſa frequentabantur, vt diſces ex vocabulo, peregrinatio. Verùm quia Populus Romanus manibus ſolebat ludis certis annorum reuolutis curriculis intendere præfatus Pontifex, vt eum ab his reuocaret, centeſimo quoque anno Iubilæum ſeruari mandauit, quo tempore viſitantibus limina ipſa omnium peccatorum remiſſionem largitus eſt. Tanta autem vis mortalium ea de cauſa tum Romam confluxit, vt vix commeãdi per vrbem amplam quidem & vaſtam eſſet facultas. Quinquageſimo poſt inſtante anno, CLEM. VI. ſanxit Iubilæum celebrari quinquageſimo quoque anno, cùm ætas hominis vix Iubilæum illum centum annorum attingere poſſet. qui verus fuit Iubilæus Poſtremò SIXTVS IV. Iubilæum ad viceſimum quintumquemque annum reduxit, primuſque celebrauit, qui fuit annus 1475. noſtræ ſalutis, idque fecit vt quæque ætas eius numeris diuini particeps fieret. vide, Indulgentiæ, Reliquiæ, Peregrinatio, &c.

Gregorius 1.

Polydorus Vergilius.

Bonifac. 8.

Clemens 6.

Sixtus 4.

IVDAS TRADITOR.

Iudas traditor an Euchariſtiæ communicauerit.] Quòd non acceperit cum reliquis Apoſtolis corpus Domini infœlix ille Iudas, teſtatur CLEM. I. lib. 5. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 15. ſic loquentibus Apoſtolis, & cap. 16. *Cum Antitypa myſteria precioſi corporis & ſanguinis ſui nobis tradidiſſet, quibus non aderat Iudas, exiit ad montem Oliuarum propè torrentem cedron, &c.* Idem adhuc eodem lib. repetit cap. 17. Idem quoque defendit IVST. MART. quæſt. 23. ad Orthodoxos: eiuſdem rei & MARTIAL. APOSTOLVS meminit epiſt ad Toloſanos cap 13. Qui ſe interfuiſſe huic cœnæ, & Chriſti venditioni profitetur. IOANNES CHRYSOST. homilia de proditione Iudæ tomo 3 contrarium ſentire videtur, non longè à fine. *Cum manducarent (inquit) ac biberent, accepit Ieſus panem ac fregit, & dixit: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis traditur. Agnoſcunt quid loquor, qui ſunt diuinis conſecrati myſteriis. Et iterum accepit calicem, & dixit: Hic eſt ſanguis meus qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Et præſens Iudas erat Chriſto dicente, iſte eſt ſanguis. Dic Iudas, quem triginta denariis vendidiſti, iſte eſt ſanguis, de quo ante cum Phariſæis pacta*

Clemens 1.

Iuſtinus Martyr

Martialis Apoſtolus.

Ioannes Chryſoſtomus.

A

feciſti.O Chriſti miſericordia! ô Iuda Dementia,&c. Lege per totũ.nã ibi ſatis exprimit ſacroſanctis participaſſe myſteriis. AVGVST. HIPP. tractatu 55 in Ioannem. *Venit(ait)ad conuiuium Iudas diſcipulus,vt traderet magiſtrum, &c.* Et ſermone 1. de Reſurrectione idem manifeſtè probare videtur. Denique THEOPHIL. BVLGAR. in cap. 26. Matthæi exponens illud: Bibite ex hoc omnes.&c. *Pro multis autem dicit effundi, hoc eſt, pro omnibus: ſunt enim & omnes multi. Quare autem ſupra quidem non dixit: accipite comedite omnes, hoc autem loco, Bibite ex eo omnes? ſunt qui dicant propter Iudam hoc dictum. Iudas enim panem accepit & non comedit, ſed occultauit, vt monſtraret Iudæis quod panem ſuum, corpus ſuum vocaret Ieſus: poculum autem inuitus bibit,cum nõ poſſet occultare. Propterea hoc loco dicebat, Bibite omnes, &c.*

Auguſtinus Hipponenſis.

Theophylactus Bulgarienſis.

Iudas Hæreticus ſacramentum prodidit & Chriſtum.

B

Verumtamen vt vno verbo abſoluam, qui poſt illos omnes ſcripſerunt concorditer penè opinantur Iudam non participaſſe corpori Chriſti & ſanguini, quia eo indignus erat, nec eſt veriſimile Chriſtũ hinc porrexiſſe, quem non ignorabat iniquum. Eſt autem huiuſce ſententiæ RVPERT. TVITIANS. in tribus locis: primo quidem lib. 10. de gloria & honore filij hominis in 26 caput Matthæi, dum illud exponit, veſpere autem facto diſcumbebat cum duodecim,&c. Et iterum lib 7. in Euangelium Ioannis, exponens illud ca.7. nunquid & vos vultis abire, &c. Item & lib 1 in eundem Ioannem cap.13. exponens illud poſt buccellam introiuit in eum Sathanas, &c. In his tribus locis conſtanter ex ſcripturis demonſtrat Iudam non interfuiſſe communioni ſacræ,& ſic in nouiſſimè allegato loco ait. *Sciendum verò eſt, quia ſicut & ante nos dictum eſt, ſi poſt buccellam continuo Iudas exiuit, ſicut paulo poſt Euangeliſta dicit, proculdubio nequaquam diſcipulis tunc interfuit quando dominus noſter ſacramentum illud corporis & ſanguinis ſui diſtribuit. Nec enim vel ille panis intinctus, quem Iudæ porrexit, corpus eius fuit, vel catinus ille, in quo traditor manum cum illo intingebat, calix ſanguinis eius extitit, nec antè hanc cœnam paſcha veteris ſacramentum corporis & ſanguinis ſui diſcipulis tradidit, ſed poſtquam cœnauit. Quod cum cæteri Euangeliſta apertiſſime dicãt, ſolus Lucas aliter dixiſſe viſus eſt, quia videlicet verba quæ in priori cœna dominus de traditore ſuo dixit, idem Lucas ſic præpoſterauit, vt priorem paſchæ cœnam & ſequentem dominici corporis & ſanguinis conſecrationem narrando coniungeret, & tunc demum verba quæ in vtraque conuiuio dicta ſunt continuaret.* Hæc ille.

Rupertus Tuitienſis

C

Iudas non interfuit communioni ſacræ.

D

IVDÆVS.

Iudæorum commercia, cæremoniæ, conuiuia, &c. Chriſtianis interdicuntur.] De Matrimonio quidem non cum Iudæis contrahendo dicemus in vocabulo. matrimonium, quia ſic expedit. De reliquo autem CANON APOSTOL. LXIII. *Si quis clericus, vel laicus in Iudæorum Synagogam ingreſſus fuerit ad orandum, deponatur & ſegregetur.* Et CANON LXIX. *Si quis Epiſcopus vel presbyter,vel Diaconus, vel omninò ex clericorum catalogo ieiunat cum Iudæis,* (vide & ieiunium ſupra) *vel cum ipſis feſtos dies agit, vel ab ipſis xenia accipit,vt(verbi gratia)azima,vel quid tale,deponatur: ſi verò laicus ſit,ſegregetur.* Et CANON LXX. *Si quis Chriſtianus oleum deferat in templum Gentium,vel in ſynagogam Iudæorum in eorum feſtis, vel lucernam accendit, ſegregetur.* Hos canones repetit Concil. GENER. VI. cano.11. vbi etiam ne cum eis azima comedatur, nec in morbis accerſcantur, vel ab eis medicina accipiatur, vel vnà cum eis in

E

Canon Apoſtolorum.

Concilium Conſtantinopolitanum 5. generale 6 ſub Cõſtantino 4 imper.

A

balneis lauetur, præcipit, aliàs ſi clericus hoc fecerit, deponatur, ſi laicus, ſegregetur. Hinc IGNAT. MART epiſt ad Philippenſes. *Habeo (ait) quod Epiſcopo & Preſbyteris in domino mandem. Si quis cum Iudæis paſcha peregerit, aut feſti eorum ſymbola ſuſceperit, is particeps eſt & ſocius eorũ qui dominum occiderunt, & Apoſtolos eius.* Et CLEM. I. lib. 6. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 27. *Quod ſi quidam(ait) Iudaicas conſuetudines obſeruant, fluxum ſeminis, nocturnas pollutiones, legitimos concubitus, dicant nobis his horis vel diebus quibus horum aliquid ipſis accidit, abſtinent ne ſe ab oratione, vel à libro tangendo? Si affirmabunt, perſpicuum eſt eos ſpiritu ſancto deſtitui, qui ſemper cum fidelibus verſatur. Nam nec legitimus concubitus, nec cubile, nec ſanguinis fluxus, nec nocturna pollutio poteſt hominis naturam contaminare, vel ſpiritum ſanctum auferre, ſed ſola impietas & actio iniuſta.* Hinc Concil. ELIBERT. cano. 50. *Si aliquis clericus ſiue fidelis fuerit, qui cum Iudæis cibum ſumpſerit, placuit eum à communione abſtinere, vt debeat emendari.* Et Conc. LAODIC. cano 29. *Non oportet Chriſtianos Iudaizare & otiari in Sabbato, ſed operari eos in eodem die. Præferentes autem in veneratione dominicum diem* (vide Dominicus dies & Paſcha,&c.) *ſi vacare voluerint, vt Chriſtiani hoc faciant. Quod ſi reperti fuerint Iudaizare, anathema ſint à Chriſto.* Idem cano. 39. *Non oportet à Iudæis vel hæreticis quæ mittuntur munera feſtiua ſuſcipere, nec cum eis feſta celebrare* (vide etiam ſupra hæreticus & Gentilis & dies feſti.&c. Et cano. 38. *Non oportet azima à Iudæis accipere, & communicare impietatibus eorum.* Eadem renouat Conc. CARTHAG. I. cano.30. & allegat Gratia. diſt. 42. cap nulli Epiſcopo.&c. Et CARTHAG. IV. cano.89. & allegat idem Gratia. cauſa 26. quæſt. 5. cap. Augur. Hinc etiam ſtatuit Concil. AGATH. cano.40. & allegat idem Gratia. cauſa 28. quæſt.1. cap. omnes. *Omnes deinceps clerici ſiue laici Iudæorum conuiuia euitent, nec eos ad conuiuium quiſquam excipiat, quia cum apud Chriſtianos cibis communibus non vtantur, indignum eſt atque ſacrilegum eorum cibos à Chriſtianis ſumi, & cum ea quæ Apoſtolo permittente nos ſumimus, ab illis iudicentur immunda: qui ſic inferiores eſſe incipiant Chriſtiani quàm Iudæi, ſi nos quæ ab illis ponuntur, vtamur, illi verò, à nobis oblata, contemnant.* Idem omninò ſtatuit Concil. VENET. cap. 12. & Concil. EPAVNEN. ſub Gelaſio 1. cano.15. ſub ſimili forma verborum & Concil. AVREL. III. cano 13. *Chriſtianus(ait) inter decimos conuiuia Iudæorum, in quibus ſi fortè fuiſſe probantur, annuali excommunicationi pro huiuſmodi contumacia ſubiacebunt.* Idem quoque repetit Concil. ARVERN. cano. 8. *Ne(inquit) Iudæi Chriſtianis populis iudices præponantur, &c.* quæ dicemus infra. De eorum verò conuiuiis euitandis ſimile Concil. MATISC. I. cano 15. decretum priori ſtatuit, vbi etiam prohibet ne Iudæi habeant ſeruos Chriſtianos, vide infra. Et Conc. MILD. cano. 73 cui omnes decreto patres ſubſcripſerũt. *Omnes deinceps clerici ſiue laici Iudæorum conuiuia euitent, & nec eos ad conuiuium quis excipiat, propter cauſas in ſuperioribus canonibus ſcriptas, nec cum vllo clerico noſtro panem comedat, quiſquis Iudæorum conuiuio fuerit inquinatus.* Idem repetit Concil. METENSE cano. 4. & Concil. NARBONENSE cap. 2. interdicit Iudæis, ne præſumant edere carnes diebus in quibus abſtinent Chriſtiani, aut eas emere à Chriſtianis laniis, aut in macello Chriſtianorum. Hinc & de eorum vitando commercio Concilium TOLETANVM IV. cano. 61. & allegat Gratianu

Ignatius Martyr

Clemens 1

Nota.

B

Concilium Elibertinum.

Concilium Laodicenum, ſub Marc[illegible].

C

Concilium Carthaginenſe 4.

Concilium Agathenſe ſub Cœleſtino 1

D

Concilium Veneticum.

Concilium Epaunenſe ſub Sigiſmundo rege.

Concilium Aurelianenſe 3. ſub Vigili[illegible]

Concilium Aruernēſe ſub eodem.

Concilium Matiſconenſe [illegible]

Concilium Meldenſe.

E

Concilium Metenſe [illegible]

cauſa 29. quæſt. 1. cap. Sæpè. *Sæpè malorum conſortia etiam bonos corrumpunt, quanto magis eos qui ad vitia proni ſunt? Nulla ergo communio vltra ſit Hebræis ad fidem Chriſtianam translatis, cùm his qui adhuc in veteri ritu conſiſtunt, ne fortè eorum participio ſubuertantur. Quicunque ergo a modo ex his qui baptizati ſunt, infidelium conſortia non vitauerint, & hi Chriſtianis donentur, & illi publicis cædibus deputentur.* Et Concilium BASILEENSE generale ſeſſione 19. *Sacros canones renouantes, præcipimus tam Diœceſanis, quam poteſtatibus ſæcularibus, vt modis omnibus prohibeant ne Iudæi aut alij infideles, aut Chriſtianos, aut Chriſtianas in familiares ſeu ſeruientes, aut filiorum ſuorum nutrices habeant.* (Vide mox) *Ac ne Chriſtiani cum ipſis in eorum feſtiuitatibus, nuptiis, & conuiuiis, aut balneis, ſeu aliqua conuerſatione communicent, aut medicos, vel matrimoniorum proxenetas, ſeu aliorum contractuum mediatores de publico conſtitutos aſſumant, nec alijs publicis præponant officiis,* (vide infra) *aut ad gradus quoſcunque ſcholaſticos admittant, nec eis locentur prædia, vel alij reddituus Eccleſiaſtici. Prohibeantur etiam libros Eccleſiaſticos, calices, cruces, & alia Eccleſiarum ornamenta, ſub pœna perditionis rei, emere, aut pignori, ſub pœna amiſſionis pecuniæ mutuatæ, accipere. Sub grauibus quoque pœnis cogantur, aliquem deferre habitum, per quem a Chriſtianis euidenter diſcerni poſſint. Quorum, vt euitetur nimia conuerſatio, in aliquibus ciuitatum & oppidorum locis a Chriſtianorum cohabitatione ſeparatis habitare compellantur, & ab Eccleſiis longius quàm fieri poteſt, nec diebus dominicis, & aliis ſolemnibus feſtiuitatibus apothecas apertas tenere, vel in publico laborare præſumant vt etiam de his infra ſtatuitur.*

Concilium Baſileenſe generale.

Iudæorum domicilia à Chriſtianorum ſepararentur domibus.

Iudæi publica non poſsint officia, aut magiſtratus gerere.] Concilium MELDENSE capite 73. allegat THEODOSII, ET VALENTINIANI IMPERATORVM edictum, quod ſic habet. *Iudæis & paganis cauſas agendi, vel militandi licentiam denegamus, quibus Chriſtianæ legis nolumus ſeruire perſonas,* (vide mox) *ne occaſione Domini ſectam venerandæ religionis immutent. Omnes igitur perſonas erroris infauſti iubemus excludi, niſi his matura emendatio ſubueniat.* Et iterum. *Hac victura in omne æuum, lege ſancimus, neminem Iudæum ad honores & dignitates accedere, nulli adminiſtrationem patere ciuilis obſequij, nec defenſoris ſaltem fungi officio. Nec fas quippe credimus, vt ſupernæ maieſtati, & Romanis legibus inimici, ſub ſpecie cuiuſlibet officij Chriſtianos, vel etiam ſacerdotes, ſub quacunque occaſione, iniuriis audeant fatigare, vel legis noſtræ aliquos aut condemnare, aut adiudicare præſumant, nec carcerali cuſtodia poſſint, ne Chriſtiani (vt fieri ſolet) nonnunquam abſtruſi, cuſtodum odiis alterum carcerem patiantur. Nullam denuo audeant ſtruere ſynagogam, nam ſi fecerint, nouerint hanc fabricæ Eccleſiæ Catholicæ profuturam, & quinquaginta pondera auri auctores fabricæ eſſe mulctandos, ruinas tamen ſynagogarum ſuarum, permiſſa licentia reparandi. Quicunque Iudæus ſeruum, ſeu ingenuum inuitum, vel ſuaſione plectenda, ex cultu Chriſtianæ religionis in nefandam ſectam ritum-ve traduxerit, amiſſis facultatibus capite puniatur, iuſtiſſima pœna ſanguinis deſtinatus, qui fidem alterius expugnauit peruerſa doctrina. Quicunque ex his ad honores irrepſit, habeatur vt ante conditionis extremæ, ne videamur hominibus execrandis contumelioſum immunitatis beneficium præſtitiſſe.* Hoc ergo editum præfatum Concilium allegat & confirmat, nec rem eamdem neceſſarium iudicamus repetere. Ante autem idem ſtatuit & decreuit Concil. TOLET. III cano. 14 vt allegat Gratianus diſtinct. 54. cap Nulla. &c. *Nulla officia publica Iudæos opus eſt agere, per quæ eis occaſio tribuatur Chriſtianis pœnam inferre. Si qui verò Chriſtiani ab eis Iudaiſmi ritu ſunt maculati, vel etiam circumciſi, non reddito pretio ad libertatẽ, & religionem redeant Chriſtianam.* Et Concil. MATISC. I. can. 13. prohibet, ne Iudæi Chriſtianis populis Iudices deputentur, aut Telonarij eſſe permittantur, per quod illis (quod Deus auertat) Chriſtiani videantur eſſe ſubiecti. Idem omninò ſtatuit Conc. ARVERN. I. cano 8. TOLET. Concil. IV. cano. 64. & allegat Grat. cauſa 17. quæſt. 4 cap. Conſtituit. *Conſtituit ſanctum Concilium, vt Iudæi, aut hi qui ex Iudæis ſunt officia publica nullatenus appetant, quia ſub hac occaſione Chriſtianis iniuriam faciũt. Ideo autem iudices prouinciarum, cum ſacerdotibus eorũ ſubreptiones fraudulenter relictas ſuſpendant, & officia publica eos agere non permittant. Si quis autem hoc permiſerit, velut in ſacrilegum excommunicatio proferatur, & is qui ſubrepſerit, publicis cædibus deputetur.* Et hoc etiam renouat Conc TOLET. XII. cano. 9. Denique Concil. LATER. ſub Innocentio 3 patrum 1215. cano. 69. præfati Toletani Concilij decretum allegat, & præcipit vt quidquid Iudæus in officiali dignitate fuerit forſam adeptus. in vſus pauperum Chriſtianorum conuertatur, & cogatur cùm pudore officium dimittere, quod irreuerenter aſſumpſit. Hoc idem extenditur ad Paganos. Hæc iterum renouat Concilium NARBONENSE ſub Ludouico 9. cano 2. vide & ſequent.

Concilium Meldenſe.

Theodoſius & Valentinianus Imperatores.

Iudæi qui aliquem inuitũ ad religionẽ ſuam traxerint.

Concilium Toletanum 3. ſub Pelag. 2.

Concilium Matiſconenſe 1.

Concilium Aruernenſe

Concilium Toletanum 4 ſub Honorio 1.

Concilium Toletanum 12.

Concilium Lateranenſe ſub Innocẽtio III.

Cõcilium Narbonenſe ſub S. Ludouico.

Iudæi non poſsint ferre teſtimonium.] Hoc ex ſuperiori collige verùm Conc. TOLET. IV. cano. 63. allegatur à Grat. cauſa 2. quæſt. 7. cap. non poteſt, &c. *Non poteſt erga homines eſſe fidelis, qui Deo extiterit infidus. Iudæi ergo qui dudum Chriſtiani effecti ſunt, & nunc Chriſti fidẽ præuaricati ſunt ad teſtimonium dicendum admitti nõ debent, quamuis eſſe ſe Chriſtianos annuncient, quia ſicut in fide Chriſti ſuſpecti ſunt, ita in teſtimonio humano dubij habentur. Infirmari ergo oportet eorum teſtimonium, qui in fide falſi docentur, nec eis eſt credendum, qui veritatis a ſe fidem abiecerunt.* Hæc reperit TOLET XII. cano. 9. Et Concilium LATER. ſub Alexandro 3. parte 1. cap. 26. vide plura in vocabulo, Teſtis, &c.

Concilium Toletanum 4.

Iudæi patrocinio non fouendi] Idem TOLET. IV. cano. 57. illos corripit ſacerdotes & alios quoſlibet, qui accipientes à Iudæis munera perfidiam eorum ſuo patrocinio fouent, qui non immeritò ex Chriſti eſſe noſcuntur corpore ſeiuncti, quia contra Chriſtum faciunt. *Quicunque ergo deinceps* (ait) *Iudæis contra fidem Chriſtianam ſuffragium, vel munere, vel fauore præſtiterit, verè vt prophanus & ſacrilegus anathema effectus ab Eccleſia Catholica, & regno Dei habeatur extraneus: quia dignus eſt vt à corpore Chriſti ſeparetur, qui inimicis Chriſti patronus efficitur.* Hoc decretum renouat Concilium MELDENSE canone 73. vide ſequentia.

Concilium Toletanum 12.

Concilium Lateranenſe ſub Alexãdro III.

Toletanum 4.

Cõcilium Meldenſe.

Iudæi clericos ad ſecularem Iudicem non trahant.] Hoc habes abunde probatum in vocabulo. clericus iudicio ſeculari non ſiſtendus, &c.

Iudæi qui Chriſtianos cogunt Iudaizare coercendi.] Lege THEOD. ET VALENTINIANI edictum ſuperiùs poſitum, vbi Iudæos capite puniri decernunt qui hoc præſumpſerint. Sed & Concilium AVRELIANENSE IV. canone 31 *Hoc decernimus obſeruandum, vt quicunque Iudæus, Proſelytum (qui aduena dicitur) Iudæum facere præſumpſerit, aut Chriſtianum ad Iudaicam ſuperſtitionem adducere, vel ſi Iudæus Chri-*

Theodoſius & Valentinianus

Concilium Aurelianẽſe 4 ſub Pelagio 1.

ſtianam ancillam ſuam ſibi crediderit ſociandam, vel ſi de parentibus Chriſtianis natum, Iudæum ſub promiſſione fecerit libertatis, mancipiorum amiſſione mulctetur: Ille verò qui de Chriſtianis natus Iudæus factus eſt, ſi ſub conditione fuerit manu miſſus, vt in ritu Iudaico permanens habeat libertatem, talis conditio non valebit, quia iniuſtum eſt vt ei libertas maneat, qui de Chriſtianis parentibus veniens Iudaicis vult cultibus adhærere, &c. Vide quod ſequitur.

Iudæi ſeruos non habeant Chriſtianos.] Hoc iam in ſuperioribus annotationibus, ſi reuolueris, multoties prohibitum inuenies, verumtamen habemus adhuc ſpecialia quæ hoc prohibeant Patrum decreta. Sic quippe Concilium AVRELIANENSE III. canone 13. *De mancipiis (ait) Chriſtianis, quæ in Iudæorum ſeruitio detinentur, ſi eis quod Chriſtiana religio vetat, à dominis imponitur, aut ſi eos de Eccleſia, excuſatos tollent pro culpa, quæ remiſſa eſt, affligere aut cædere fortaſsè præſumpſerint, & ad Eccleſiam iteratò confugerint, nullatenus a ſacerdote reddantur, niſi precium offeratur & detur, quod mancipia ipſa valere pronunciauerit iuſta taxatio.* Idem & AVRELIANENSE IV. vt ſuperiori diximus pagina. Denique CONSTANTINVS MAGNVS edictum ſtatuit, quod allegat Concilium MELDENSE canone 73. vbi ait: *Si quis Iudæorum Chriſtianum ſeruum, vel cuiuslibet alterius ſectæ emerit, & circumciderit, & quod temerè præſumptum, aut alienatum eſt, à Iudæi ipſius poteſtate ſublatum in libertate permaneat, &c.* Hinc Concilium TOLETANVM III. canone 14. *Suggerente Concilio, id Glorioſiſſimus dominus noſter Recaredus canonibus inſerendum præcepit, vt Iudæis non liceat Chriſtianas habere vxores, vel concubinas, neque mancipium Chriſtianum in vſus proprios comparare, ſed & filios qui ex tali coniugio nati ſunt aſſumendos eſſe ad baptiſmum.* Et Concilium MATISCONENSE I. canone 16. *Licet quod de Chriſtianis, qui aut captiuitatis incurſu, aut quibuſcunque fraudibus Iudæorum ſeruitio implicantur, debeat obſeruari, non ſolum canonibus, ſed & legum beneficio iampridem fuerit conſtitutum: Tamen quia nunc quorumdam ita querela exorta eſt, quoſdam Iudæos per ciuitates aut municipia conſiſtentes in tantam inſolentiam & proteruiam prorupiſſe, vt nec reclamantibus Chriſtianis liceat vel precio de eorum poſſe ſeruitute abſolui, Deo authore ſancimus, vt nullus Chriſtianus Iudæo deinceps debeat deſeruire, ſed datis pro quolibet bono mancipio * 12. ſolidis, ipſum mancipium quicunque Chriſtianus, ſeu ad ingenuitatem, ſeu ad ſeruitium licentiam habeat redimendi: quia nephas eſt, vt Chriſtus dominus quos ſanguinis ſui effuſione redemit, perſecutorum vinculis permaneant irretiti. Quod ſi acquieſcere his, quæ ſtatuimus, quicunque Iudæus noluerit, quamdiu ad pecuniam conſtitutam venire diſtulerit, liceat mancipium ipſum ſuum cum Chriſtianis vbicunque voluerit habitare.* Idem mandat GREGORIVS I. libro 7. epiſtola 113. ad Brunichildem Reginam cap. 4. vbi prohibet, ne Iudæi Chriſtiana mancipia poſſideant, quia Chriſtiani membra ſunt Chriſti, & Chriſtus caput eſt. *Qui ergo (ait) volunt caput honorare, non permittant membra ipſius hoſtibus calcanda tribui.* Idem omninò ſtatuit CHILDEBERTVS I. Rex Francorum, vt Concilium Meldenſe narrat canone 73. & confirmat Concilium TOLETANVM IV. cann. 65. *Statuit ſanctum Concilium, vt Iudæis non liceat Chriſtianos ſeruos, nec Chriſtiana mancipia emere, nec cuiuſquam conſequi largitates, nefas enim eſt vt membra Chriſti ſeruiant Antichriſti miniſtris. Quod ſi deinceps ſeruos Chriſtianos vel ancillas Iudæi habere præſumpſerint, ſublati ab eorum dominatu libertatem à Principe conſequantur.* Hoc S. virum Eligium, memorat AVDOENVS RHOTOMAGENS. libro 1. vitæ eius, ſæpiùs feciſſe, quia vir ſanctus à Iudæis mancipia rapta, vel reddito precio libertati reſtituebat. Denique præmiſſa edicta Concilium TOLETANVM XII. canone 9. confirmat vbi pro ea de cauſa ERINGII Regis compellatio ad Concilij Patres inſeritur, & habes allegatum à Gratiano diſtinctione 54. Hinc eſt etiam quòd ZACHARIAS I. vt habetur in eius Vita, Venetos arguit, qui in vrbem Romanam aduenerant conducturi multitudinem mancipiorum virilis & fœminei generis, quæ in Affricam ad paganam gentem nitebantur deducere. Hoc nempe prædictus Pontifex prohibuit, dicens iuſtum non eſſe, vt Chriſti abluti baptiſmo Paganis gentibus deſeruirent, & dato eiſdem Veneticis precio, quod in illorum emptione dediſſe probabantur, cunctos à iugo Chriſtianos ſeruitutis redemit, ac more liberorum degendos abſoluit. Sed vt ad rem redeamus etiam Concilium LATERANENSE ſub Alexandro 3. parte 1. capite 26. eadem ſtatuit, & parte 20. capite 2. ſic habetur. *Interdicitur omnibus Chriſtianis ſub Eccleſiaſtica diſtrictione, ne ipſi Iudæorum ſeruitio aſſiduè pro aliqua mercede ſe exponant. Obſtetricibus etiam & nutricibus Chriſtianis omnibus prohibemus, ne infantes Iudæorum in domibus eorum nutrire præſumant, quia Iudæorum mores & noſtri, non concordant, & ipſi de facili ob frequentem conuerſationem & aſſiduam familiaritatem, inſtigante humani generis inimico, ad ſuam ſuperſtitionem & perfidiam ſimplicium animos inclinarent.* Et cap. 4. ſubditur. *Ad hoc cum ſacris canonibus cautum ſit, ne Iudæi Chriſtiana mancipia habeant, præſentium authoritate præcipimus, quatenus, ſublato appellationis remedio, anathematis interminatione publicè iubeatur, ne quis Chriſtianorum alicuius Iudæi mãcipium efficiatur. Si quis autem contra prohibitionem iſtam venire præſumpſerint, ſublato appellationis remedio, Eccleſiaſtica cenſura compellantur.* Idem ALEXANDER III. Bituricenſi Archiepiſcopo, (allegatur parte 50. eiuſdem Concilij cap. 36.) qui Ludouico Regi Francorum, vt mancipia Chriſtiana licitè poſſent Iudæi habere, petenti omnino denegauit, & hoc vetuit expreſsè. Hoc & Concilium BASILEENSE generale ſeſſione 19. confirmauit, vt etiam in ſequentibus dicetur, & in præcedentibus oſtenſum eſt.

Iudæi matrimonia non contrahant cùm Chriſtianis.] Illud reſeruauimus in vocabulo, matrimonium non contrahendum cùm Iudæis, paganis, & hæreticis, probandum, quia ſi viſum eſt expedire. Vide ergo.

Iudæi cùm Chriſtianis mulieribus coniugio ſociati.] Hoc dependet ex præcedenti propoſitione, quæ ſuo loco reſeruatur declaranda. Iterum hæc propoſitio à patribus Concilij TOLETANI IV. ponitur canone 62. & allegat Gratianus cauſa 28. quæſt. 1. cap. Iudæi. *Iudæi qui Chriſtianas mulieres in coniugio habent, admoneantur ab Epiſcopo ciuitatis ipſius, vt ſi cum eis permanere cupiunt, Chriſtiani efficiantur [illegible] ſi admoniti noluerint, ſeparentur, quia non poteſt fidelis in eius permanere coniunctione, quæ iam in Chriſtianam tranſlata eſt [illegible] Filij autem [illegible] ex talibus nati exiſtunt, fidem atque conditionem matris ſequantur. Similiter & hi qui procreati ſunt [illegible] infidelibus mulieribus,*

Concilium Aurelianenſe 3. ſub Vigilio I.

Aurelianen. 4.

Conſtantinus Magnus. Concilium Meldenſe.

Concilium Toletanum 3. ſub Pelagio 2.

Concilium Matiſconenſe ſub eodem Pelagio 2. & [illegible] rege.

Vtinam ſciremus ſolidorum iſtorum valor, quorum duodecim libertas [illegible] oitas cõſtabat.

Gregorius I.

Childebertus I.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio I.

Audoenus Rhotomagenſis.

Concilium Toletanum 12. Eringius rex.

Zacharias I.

Serui Chriſtianorum non Paganis donandi.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Alexander 3.

Concilium Baſileenſe generale.

Concilium [illegible] 1.

G

& fidelibus viris, Chriſtianam religionem ſequantur, non Iudaicam ſuperſtitionem. Hoc renouat Concilium Meldanse, canone 73. Vide Matrimonium, &c.

Cõcilium Meldenſe.

Iudæi ad fidem inuiti non trahendi.] Gregorivs I. epiſtola ad Ianuarium Calaritanum Epiſcopum, quendam Petrum arguit, qui cùm de Iudaiſmo eſſet ad Chriſti fidem conuerſus, in odium Iudæorum ingreſſus eorum ſynagogam cruces & imagines erexerat, quas iuſſit auferri, vt diximus in vocabulo, Imago, &c. *Admonendi enim ſunt* (ait) *atque ſcire debet, quia hac circa eos temperantia magis vtendum eſt, vt trahatur ab eis velle non reniti, quia ſcriptum eſt: voluntariè ſacrificabo tibi, &c.* Hinc Concilium Toletanvm IV. cap. 56. allegatur à Gratiano, diſtinct. 45. cap. de Iudæis. *De Iudæis præcepit ſancta Synodus, nemini deinceps ad credendũ vim inferre: cui enim vult Deus miſeretur, & quem vult indurat. Non enim tales inuiti ſaluandi ſunt, ſed volentes, vt integra ſit forma iuſtitiæ: quia ſicut homo propria arbitrij voluntate ſerpenti obediens periit, ſic vocante gratia Dei propria mentis conuerſione homo quiſque credendo ſaluatur. Ergò non vi, ſed libera arbitrij voluntate ſuadendi ſunt, vt conuertantur, non penitus impellendi. Qui autem iam pridem ad Chriſtianitatem venire coacti ſunt, ſicut factum eſt temporibus religioſiſſimi Principis Siſebuti, quia iam conſtat eos diuinis ſacramentis ſociatos, & baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe, & chriſmate vnctos eſſe, & corporis Domini & ſanguinis extitiſſe participes, oportet vt fidem etiam quam vi vel neceſſitate ſuſceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blaſphemetur, & fides quam ſuſceperunt vilis ac contemptibilis habeatur.* Obſerua autem quod ea omnia quæ in hoc vocabulo ſunt, deſumpta reperies ex Concilij Toletani IV. decretis. Confirmat etiam Concilium Toletanvm VI. in multis locis præcedentem propoſitionem, cano. 3. & Toletanvm VIII. cano. 12. atque iterum Toletanvm XII. cano. 9. vbi multa de Iudæis ſtatuuntur. Ex edicto Eringii Regis, quæ ſuis locis repoſita ſunt. Denique Cõcilium Lateranense ſub Alexandro III. par 20. cap. 5. *Statuimus, vt nullus Chriſtianus, Iudæos inuitos vel nolentes ad baptiſmum venire compellat: ſed ſi eorum quilibet ad Chriſtianos fidei cauſa confugerit, poſtquam voluntas eius fuerit patefacta, Chriſtianus abſque calumnia efficiatur. Veram quippe Chriſtianitatis fidem habere non creditur, qui ad Chriſtianorum baptiſmum non ſpontaneum, ſed inuitus cognoſcitur peruenire.* Veruntamẽ Concilium Basileense, ſeſſio. 19. iniungit diœceſanis, vt habeant quoſdam in literis benè eruditos, quos mittant ad prædicandum Iudæis, & explanãdum Catholicæ fidei veritatem: ad quã prædicationem compellendos cenſet infideles cuiuſcunque ſexus in annis diſcretionis conſtitutos. Et vt fructuoſior ſit prædicatio, ſtatutum renouat Concilij Viennensis ſub Clemente V. quo iubetur, vt trium linguarum exercitium fiat in ſcholis, quo omnibus poſſit prædicatio vtilis eſſe. *Si quis autem* (ait) *eorum, vel Iudæorum, vel Neophitorum ad fidem Catholicam conuerti voluerit, bona ſua quæcunque habet ei intacta illaſaq; permaneant: ſi huiuſmodi bona ex vſura, aut illicito quæſtu fuerint acquiſita, ac nota ſint perſonæ, quibus fieret de iure reſtitutio facienda (quia non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum) illis reſtitui omninò oportet. Hi verò perſonis non extantibus quia talia per manus Eccleſiæ in pios eſſent vſus cõuertenda. Hæc ſancta Synodus, vicem gerens vniuerſalis Eccleſiæ, in fauorem conuerſi ſuſcepto baptiſmatis, tanquã in pium vſum apud ipſos remanere debere, ſub pœna diuini anathematis tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus interdicens, vt nullam ſuper hoc, quouis quæſito colore, moleſtiam inferant, aut inferri patiãtur: ſed magnum ſe feciſſe lucrum exiſtiment, dum tales Chriſtũ lucrati fuerint. Quòd ſi conuerſionis tempore inopes aut indigentes fuerint, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri omnes tam Eccleſiaſticos, quàm ſeculares, hæc ſancta Synodus exhortatur, vt ipſis conuerſis manum porrigant adiutrices. Ipſi quoque diœceſani non ſolùm Chriſtianos ad ſubueniendum illis exhortentur, ſed tam de redditibus Eccleſiarum, prout poterunt, quàm de his quæ ad pauperum vſum per ipſos conuertenda deuoluuntur, huiuſmodi neophytos ſuſtentare non negligant, ipſoſq; à detractionibus, contumelijs paterna affectione defendant. Porrò de his ſollicitudinem gerant ſacerdotes, vt fidei ac legis articulis imbuantur.* Vide mox etiam in diſtinctione, Iudæi conuerſi, &c.

Gregorius 1.
Pſal. 53.
Concilium Toletanum 4.
Roman. 9.
Geneſ. 3.
Obſerua.
Concilium Toletanum 6.
Toletanum 8.
Toletanum 12.
Eringius rex Hiſpaniæ.
Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.
Iudæi ſunt ad fidẽ prouocan-di.
Concilium Baſileenſe.
Concilium Vienneſe generale.
Iudæorum con-[…] b[…] miſſe acqui-[…] quomodo reddenda.
Iudæi conuerſi ſi pauperes ſunt, ſuſtentandi.

Iudæi non moleſtandi, nec lædendi.] Concilium Lateranense præfatum ſub Alexandro III. part. 20. cap. 1. *Licet Iudæi velint in ſua duritia permanere, quia tamen defenſionem & auxilium noſtrum poſtulant* (loquitur Alexander III.) *ex Chriſtianæ pietatis manſuetudine, prædeceſſorum noſtrorum fœlicis memoriæ* Calixti II. Evgenii II. vel III. *Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, ipſorũ petitiones admittimus, eiſq; protectionis noſtræ clypeum indulgemus. Statuimus ergo, vt nullus Chriſtianus inuitos vel nolentes* (vide ſuperiori diſtinctione) *eos ad baptiſmum venire compellat. Nullus etiam Chriſtianus eorum quemlibet, ſine iudicio poteſtatis terrenæ, vulnerare vel occidere, vel ſuas eis pecunias auferre præſumat, aut bonas, quas hactenus in ea quam prius habitabant regione habuerũt, conſuetudines immutare, præſertim in feſtiuitatũ ſuarum celebratione. Quiſque fuſtibus vel lapidibus eos nullatenus perturbet, nec ab eis coacta ſeruitia exigat, niſi ea quæ ipſi præterito tempore facere conſueuerunt. Ad hæc malorum hominum prauitati & nequitiæ obuiantes decernimus, vt nemo cœmeterium Iudæorum mutilare vel inuadere audeat, ſiue obtentu pecuniæ corpora humana effodere. Si quis autem huius decreti tenore agnito, quod abſit, temerè contraire præſumpſerit, honoris & officij ſui periculum patiatur, aut excommunicationis ſententia plectatur, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit.* Aduerte quidem hæc illis concedi, verùm nouas erigere ſynagogas non permittuntur, ex edicto Theodoſij, quod ſuperioribus paginis inſertum, & ex decreto eiuſdem Alexandri III. par. 50. eiuſdem Concilij, cap. 36 Eboricenſi Archiepiſcopo: nam hoc etiam exigenti Lodouico Regi Franciæ denegauit, vt ſcilicet ſynagogas non erigerent nouas, vbi aliâs nullatenus habuerunt. Conceſſit autem, vt ſi veteres ruinam minarentur, reſtaurarent, nõ tamen pretioſiores aut excelſiores quàm antea fuerant. *Et hoc* (ait) *pro magno habere debent, quòd in veteribus ſynagogis & ſuis obſeruantiis tolerantur.* Verùm de huiuſmodi priuilegiis Iudæis non indulgendis, vergentibus in detrimentum Catholicæ fidei, patres Concilij Basileensis tractant ſeſſione 19. vbi caſſa & irrita huiuſmodi decernunt, etiam ſi à ſummo Pontifice & Imperatore, contra libertatem & iura Eccleſiæ fuerint indulta. Vide ſeq.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.
Callixtus vetera Eugenius 2. vel 3.
Lege Gratianum diſtin. 45. cap. Qui ſyncere, &c.
Alexander 3.
Concilium Baſileenſe generale.

Iudæi conuerſi vt admittendi.] Conciliũ Agathense, cano. 34 allegatur à Gratiano de conſecratione, diſtinct. 4. cap. Iudæi: *Iudæi quorum perfidia frequenter ad vomitum redit, ſi ad legem Catholicam venire voluerint, octo menſes interea Hecu-*

Concilium Agathenſe ſub C[…]

menos Eccleſiæ limen introeant: & ſi pura fide noſcuntur venire, tum demum baptiſmatis gratiam mereantur quod ſi caſu aliquo periculum infirmitatis intra præſcriptum tempus incurrerint, & deſperati fuerint, baptizentur Et Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III par 1. cap. 26. *Si qui Iudæi, Deo inſpirante, ad fidem conuerterint Chriſtianam, a poſſeſſionibus ſuis nullatenus excludantur, cum melioris conditionis conuerſos ad fidem eſſe oporteat, quam antequam fidem acceperant habebantur Si autem ſecus factum fuerit, principibus vel poteſtatibus eorundem locorum ſub pœna excommunicationis iniungimus, vt portionem hæreditatis, & bonorum ſuorum ex integro eis faciant exhiberi.* Lege quod ex Concilio BASILIENSI ſtatim initio huius paginæ poſuimus, & ſequentia.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Concilium Baſileenſe generale.

Iudæi ad vomitum reuerſi.] Concilium TOLETANVM IV. cano. 58. & allegat Gratianus de conſecratione diſtin. 4 cap Pleriſque: *Pleriſque ex Iudæis dudum ad Chriſtianam fidem promoti ſunt, nunc blaſphemantes in Chriſtum non ſolum Iudaices ritus perpetraſſe noſcuntur, ſed etiam abominandas circumciſiones exercere præſumpſerunt. De hoc decreuit Concilium, vt huiuſmodi tranſgreſſores Pontificali authoritate correcti, ad cultũ Chriſtiani dogmatis reuocentur, vt quos voluntas propria non emendat, animaduerſio ſacerdotalis coerceat. Eos autem quos circunciderant, ſi filij eorum ſint, a parentum conſortio ſeparentur: ſi ſerui, pro iniuria corporis ſui libertati tradantur.* Vide ſequentem. Porrò hunc canonem allegat & confirmat Concilium NICÆNVM II. generale 7 cano. 8. & Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III. cap 70. & allegatur extra de apoſtatis, cap 4.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

Concilium Nicænum 2. generale 7. Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3 patrum 1215.

Iudæorum filij ſi ſunt baptizati, eis auferantur] IDEM TOLETANVM IV. can 59. & allegatur à Gratiano, cauſa 28 quæſt. 1. cap. Iudæorum: *Iudæorum filios vel filias baptizatos, ne parentum vltra inuoluantur erroribus, ab eorum conſortio ſeparari decernimus, et deputatos aut monaſterijs, aut Chriſtianis viris ac mulieribus Deum timentibus, vt ſub eorum conuerſatione cultum fidei diſcant, atque in melius inſtituti, tam in moribus quam in fide proficiãt.* Et ſubnectit, cano. 60. quod allegat idem Gratianus, cauſa 1. quæſt. 4 cap Iudæi: *Iudæi baptizati, ſi poſtea præuaricantes in Chriſtum qualibet pœna damnationis extiterint, a rebus eorum fideles filios excludi non oportebit, quia ſcriptum eſt: filius non portabit iniquitatem patris.* Idem omninò TOLETANVM XII can. 9. ex edicto Regis ERINGII confirmatur Hos quoque canones allegat & confirmat Concilium NICÆNVM II. generale 7 can. 8. & Concilium MALDENSE, can. 73. Vide ſeq.

Concilium Toletanum 4.

Ezechie. 18. Concilium Toletanum 12. Erigius rex Concilium Nicænum 2. generale 7. Cõcilium Meldenſe.

Iudæi baptizati publicè conuerſentur.] Hoc depender ex præcedentibus, verumtamen etiam quod reſtat paucis abſoluendum eſt Itaque ſic ſtatuit Concilium TOLETANVM IX. can. 17. *Baptizati Iudæi, quocunque loco cætero tempore conuerſentur feſtis tamen præcipuis, noui teſtamenti ſcrie conſecratis, ac diebus illis, quos olim ſanctione veteris legis ſibimet cenſebant eſſe ſolennes, in ciuitatibus publicisq́; conuentibus cum ſummis Dei ſacerdotibus celebrare præcipimus, vt eorum conuerſationem & fidem, & Pontifex approbet, & veritas ſeruet. Huius verò temeratio edicti, prout ætas permiſerit, aut flagris, aut abſtinentia ſubiacebit.*

Concilium Toletanum 9.

Iudæi ſerui.] CLEMENS I. lib. 6. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 24. *Romani Iudæos (ait) vectigales habent, atque ſuis vtilus eos vti non permittunt* Et cap. 25. *Quoniam ſponte ſeruitutem ſibi impoſuerũt dicentes, non habemus Regem niſi Cæſarem, & niſi occidamus Chriſtum omnes in eum credent, & venient Romani, & tollent locum noſtrum & gentem, atque omnis vera prædixerũt Nam & in eum gentes crediderunt, ipſiq́; à Romanis poteſtate ſpoliati ſunt, prohibitiq́; ea facere quæ ſibi patrijs legibus præcepta fuerant. Maledictus enim (ait) qui non manet in omnibus ſcriptis in libro legis, vt ea faciat: fieri autem non poteſt, vt cum diſperſi vagiq́; inter gentes viuant, omnia faciant quæ lex præſcribit: vetat enim dominus Moyſes altare extra Hieroſolymam conſtitui legémque extra Iudæa finis legi, &c.* Hæc latiùs proſequitur & IRENÆVS LVGDVNENSIS, lib. 4. contra hæreſes Valentini, &c. cap 17 & IVSTIN. MARTYR in Dialogo cùm Triphone Iudæo. TERTVLLIANVS, lib contra Iudæos, & multi alij Patres Si autem vis omnia hæc figuris & prophetijs à Patribus prædicta, ſcilicet ſeruitutem & diſperſionem Iudæorum, videre, lege lib. 2. noſtræ Pandectæ, cap. 132. Narrat autem IOSEPHVS IVDÆVS, lib 13 cap. 28. & ſequentibus Antiquitatum, & lib. 1. de bello Iudaico, cap. 12. Et IVSTINVS, lib. 36. & CORNELIVS TACITVS, lib. 21. & CICERO oratione pro L. Flacco, & alij multi, Iudæos vectigales à Pompeio magno redditos. De eorum autem ſeruiture & diſperſione poſt aſcenſionem agit IDEM Ioſephus, lib. 2. cap. 13 & 6. de bello Iudaico, & ſequentibus, & CORNEL. TACITVS, lib. 21 SVETONIVS TRANQVILLVS in Veſpaſiano & Tito, & EGESIPPVS de excidio Hieroſolymitano per totum, & NICEPHORVS CALLISTVS, lib. 3. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 6. 7. 8. & reliquis. Qui tamen Nicephorus etiã lib. 2. cap. 26. Iudæos è Roma expulſos & durè tractatos à Claudio Imperatore recenſet: ſimul & lib. 3. cap. 3. Iterum à Nerone Iudæos malè tractatos & grauiter affectos memorat. Lege hiſtorias ſi vacat Extremum quoque Hieroſolymorum excidium & gentium captiuitatem. Idem lib. 3. cap 24. ſub Adriano Imperatore deſcribit, & inducit ARISTONEM PELLÆVM inſignem hiſtoriographum de Iudæorum obſidione & captiuitate abundè diſſerentem, quem nunquam vidimus. Lege etiam EVSEBIVM CÆSARIENSEM, lib. 4 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite 8. & ſequentibus, atque PAVLVM OROSIVM, lib 7. cap. 13. Tempus autem mihi deficeret ſi vellem perſequi qualiter miſeri Iudæi, propter ſuam in Chriſtum nequitiam, à principibus ſunt affecti. Sufficiat ergò præfatos authores curſim tranſeundo citaſſe. reliqua facilè ex eorum allegatis hiſtorijs deprehendes, cùm hoc parum ad noſtrum inſtitutum pertineat.

Clemens. 1.

Ioannis 19. & 11.

Deutero 27.

Irenæus Lugdunenſis. Iuſtinus Martyr. Tertullianus.

Iuſtinus Hiſtoriogra.

Cornelius Tacitus. Cicero.

Ioſephus 6. libro cap. 5. belli Iudaici & libro 7. cap. 16. Cornelius Tacitus Suetonius Tranquillus. Egeſippus. Nicephorus Calliſtus.

Ariſtio Pellæus hiſtoriographus.

Euſebius Cæſarienſis.

Paulus Oroſius.

Iudæorum liuor & odium in Chriſtum & Chriſtianos.] CLEMENS I. epiſt. 3 ad vniuerſum cœtum fidelium. *Iudæi (ait) ex initio aſſere aliquando hunc virum, per quem cuncta repararentur, veriſſima traditione ſuſceperunt, & quotidiè meditantes ac proſpicientes quando fieret eius aduentus, vbi adeſſe eum viderũt, & ſigna & prodigia (ſicut de eo ſcriptum erat) adimplentem, excæcati agnoſcere nequiuerunt præſentem, in cuius ſpe lætabãtur abſentis. Hoc autem prouidentia Dei factum eſt, vt agnitio boni huius etiam gentibus traderetur, & hi qui nunquã de eo audierant nec à prophetis didicerãt, agnoſcerent eum: illi verò qui quotidianis meditationibus euanuerant, ignorarent.* Hæc iterum repetit IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Magneſianos in medio, & IVSTINVS MARTYR, prolixè quidem in Dialogo cum Triphone. Quid autẽ cæteri doctores

Clemens.

Ignatius Martyr. Iuſtinus Martyr.

ſentiant ne attinet dicere, quia hoc non eget ampliori probatione, cùm ſatis ex Euangelio eorum liuor & odium in Chriſtum attendatur. Quanto autem in Chriſtianos odio ſemper efferbuerint, abundè narrant Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores.

Euſebius Cæſarienſis.

EVSEBIVS CAESARIENSIS, lib.3 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap.15. vbi de S Polycarpi martyris ſepultura agit, & iterum cap.18. eiuſdem libri, vbi de Iuſtino præfato martyre texit hiſtoriam.

Nicephorus Calliſtus.

NICEPHORVS CALLISTVS, lib 4 c.6. eadem refert, & lib.7. cap 36 & iterum lib.14. cap.16 vbi narrat quomodo Iudæi in loco, qui dicitur Neſtar, ſeruatori Chriſto & Chriſtianis, puero in cruce excarnificato, improbiſſimè illuſere. Lege adhuc eundem lib.18. cap.55 & 56 & alijs in locis.

Concilium Aurelianenſe 3. ſub Vigilio 1.

Iudæis prohibetur egreſſus inter Chriſtianos triduo illo Paſchæ.] Concilium AVRELIANENSE III. cano.29. *Quia Deo propitio ſub Catholicorum Regum dominatione conſiſtimus, Iudæi à die cœnæ Domini, vſque in ſecundam ſabbati in Paſcha, hoc eſt, ipſo quatriduo procedere inter Chriſtianos, neque Catholico populo ſe vllo loco vel quacunque occaſione miſcere præſumãt.*

Concilium Matiſconenſe 1. ſub Pelagio 2.

Idem omninò Concilium MATISCONENSE I. cap.14 coniungit, ſimul Iudæis præcipiens, vt reuerentiam cunctis ſacerdotibus Domini vel clericis impendant, nec ante ſacerdotes conſeſſum niſi ordinati habere præſumant, & qui aliter fecerint à iudicibus locorum diſtringantur. Eadem Aurelianenſis Concilij conſtitutio renouatur in Concilio MELDENSI, cann.73. & memoratur eſſe CHILDEBERTI Regis, quam etiam confirmat & renouat.

Concilium Meldenſe.
Childebertus rex.
Concilium Lateranẽſe ſub Innocentio 3.

Idem ait Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III. cap. 68. & allegatur Extra. de Iudæis & Sarracenis, cap.13. Idem repetit Concilium NARBONENSE, cano.2. de eandem toties repetere non neceſſarium æſtimamus, lege tantùm locos quos allegamus, & inuenies eſſe verum, quod dicimus, ſi diffiteris.

Concilium Narbonẽſe ſub S. Ludouico.

Iudæi parochias ſeu beneficia Eccleſiaſtica non valeant poſsidere.] Certum eſt nos hoc ſæpiùs intimaſſe, dum in vocabulo, Beneficium, de illis non à laicis poſſidendis diximus: verùm ſpeciale eſt decretũ quod prætereundum non fuit.

Alexander 3.

Sic quippe ALEXANDER III. vt habetur par.20. Concilij Lateranenſis quod celebrauit, cap.3. ſtatuit. *Non ſine multa admiratione auditur & creditur, quòd Iudæi parochias Eccleſiarum per prouinciam veſtram emptionis, ſiue conductionis, aut etiam pignoris titulo, contemptu Dei & fidei Chriſtianæ inſtitutionis, detinent occupatas: & cum reddituus eiſdem Eccleſiis non ſoluantur, hæ Eccleſiæ penitus deperiſſe iam noſcuntur. Quod omninò prohibemus fieri, quin diſtrictè iubemus eos compelli ad eas dimittendas, aut ſi receptas detinuerint, aut parochias à modo receperint, ipſi cum omni diſtrictione cogantur, vt Eccleſiis, quarum hæ dem parochiæ ſunt, debitos & collectas reddituus cùm integritate perſoluant, prohibentes omnibus Dei fidelibus, ſub interminatione anathematis, ne quis Iudæis hominia vel fidelitates faciant, quoniam contrarium eſt ſacris canonibus vt Chriſtiani debeant Iudæis aſtringi. Si quis verò contra inhibitionem noſtram venire præſumpſerit, contradictione & appellatione ceſſante, in eos excommunicationis ſentẽtia proferatur.* Vide ea quæ ſuperiùs dicta ſunt.

Iudæis homi nia aut fidelitates non præſtentur.

Iudæis vſura inhibetur.] Vide Vſura.

IVDEX.

Iudex qualis eſſe debeat, & vt eligendus, eiuſq; officium & munus.] CLEMENS I. lib 2. Conſtitutionum Apoſtolicarum, vbi cap.51. præſcripſit ex traditione Apoſtolorum iudicandi formam, vt mox dicemus, ſic ſubnectit.

Clemens 1.

Aſtate (ait iudicibus) *vtramque perſonam accuſatoris & rei non corrupti muneribus, neque in alteram partem propenſi, ſed cum iuſtitia tanquam vitæ æternæ mortiſque ſententiam ferentes: iuſte enim (ait) quod iuſtum eſt perſequeris. Nam qui iure à vobis ſupplicio afficitur atque eijcitur, à vita gloriaq; æterna expellitur, & apud homines ſanctos infamia notatur, & apud Deum iudicatus habetur.*

Iudicibus pęſſimum Eccleſiaſticis loquitur.

Et cap.55. ſubinfert. *Dicimus non oportere iudicia ex altera tantum parte conſtituere, nam ſi vnam tantum perſonam audieritis, abſente altera neque ſe defendente aduerſus obiectum crimen, temereq; ſententiam damnationis tuleritis, rei interitus & participes criminatoris eſſe apud Deum iuſtum iudicem reperiemini. Nam qui alterius iudicio præeſt, ſimilis eſt ei qui candam canis manibus tenet.*

Deutero. 1 & 16.

Elegans comparatio

Et ANACLETVS I. epiſt.1. ad omnes Epiſcopos, & allegat Gratianus, cauſa 3. quæſt.6. cap. vnaquæque, & cauſa 2. quæſt.6. cap. Omnis oppreſſus.

Anacletus 1.

*Vnaquæque prouincia tam iuxta Eccleſiæ, quam iuxta ſeculi leges ſuos debet iuſtos, & non iniquos habere iudices, & non externos, niſi Apoſtolicæ ſedis huius decreuerit authoritas. quatenus quicunque cauſam habuerit, apud ſuos iudices iudicetur, & non ad alienos cauſa vagandi, ſimulante proteruia ſuam deſpiciens patriam, tranſeat: ſed ad duodecim eiuſdem prouinciæ iudices, ad quorum iudicium omnes cauſæ ciuitatum referuntur, deferatur negotium. Si autem fuerit Eccleſiaſticum, apud Epiſcopos (interueniente primate) ſiquidem maior cauſa fuerit, ſi vero minor metropolitana: ſi verò fuerit ſeculare, apud eiuſdem ordinis viros, iudicio tamen Epiſcoporum, cùm Apoſtoli primatorũ Chriſtianorum cauſas magis Eccleſiis deferri, & ibidem ſacerdotali iudicio terminari voluit. Omnis enim oppreſſus liberè ſacerdotum, ſi voluerit, appellet iudicium, & à nullo prohibeatur, ſed ab his fulciatur & liberetur. Si autem difficiles cauſæ, aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorem ſedem referantur: & ſi illic facilè diſcerni nõ poterunt, aut iuſte terminari, vbi fuerit ſummorum * congregata congregatio, quæ per ſingulos annos bis fieri ſolet & debet: iuſtè & Deo placitè, coram Patriarcha aut Primate Eccleſiaſtico, & coram Patricio ſeculari iudicentur negotia in commune. Quòd ſi difficiliores orta fuerint quæſtiones, aut Epiſcoporum, vel maiorum iudicia, aut maiores cauſæ fuerint, ad ſedem Apoſtolicam, ſi appellatum fuerit, referantur: quoniam Apoſtoli hoc ſtatuerũt iuſſione ſaluatoris, vt maiores & difficiliores quæſtiones, ſemper ad ſedem deferantur Apoſtolicam, ſuper quam Chriſtum vniuerſam conſtruxit Eccleſiam, dicente ipſo ad Petrum Principem Apoſtolorum: Tu es Petrus & ſuper hanc petram, &c.*

De electione & inſtitutione iudicum eccleſiaſticorũ.

De his paſſim in vocabulis, Clerici vt iudicandi, Epiſcopi vt iudicandi. & Accuſatio, & in ſeruentur molta à nobis dicta ſimiliter, & in dictione cauſa & Appellatio & ſimilib. 1. Corinth. 6.

Vide etiam illo tempore Apoſtolorũ, concilio bis in anno celebrata, vide concilia, &c.
Matth.16.

Hoc decretum allegat Concilium COLONIENSE II. cano.3. Idem verò ſtatuit IDEM Anacletus I epiſt.2. ad Epiſcopos Italiæ: idem & ALEXANDER I epiſt.1. ad omnes fideles. Vide in vocabulo. Romana Eccleſia, & in vocabulis in margine notatis. De officio verò iudicis & eius munere luculẽter ſic ſtatuit beatus ELEVTHERIVS I. Papa, epiſto.1. ad Galliæ prouincias, & allegat Gratianus, cauſa 30. quæſt.5. cap. Iudicantem, & cauſa 3. quæſt.3. cap. Induciæ, & cauſa 2. quæſt.1. cap Nihil contra, & cauſa 3. quæſt 9. cap. Caueant. Ait ergò. *Iudicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcentere, interrogandi ac proponendi adijciendiq; præbita patientia ab eo, vt ibi actio ambarum partium limitata ſit pleniter: nec litigantibus iudex priùs ſua velit ſententia ob-*

Con illum Colonienſe 2. ſub Carolo Craſſo Imperat.

Alexand. 1.

Iudicis munus & offi cium.
Eleutherius 1.

niare,

niare, niſi quando ipſi iam peractis omnibus, nihil habeant in quæſtione quod proponãt. & tandiu actio ventiletur, quouſque res veritas inueniatur. Frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermiſſum fortè remaneat quod conuicti commentat: inducias enim non modica ad inquirendum danda ſunt, ne aliquid præpropere agi a quacunque parte videatur, quia per ſurreptionem multa coueniunt. Nihil tamen abſque legitimo accuſatore fiat, nam & Dominus noſter Ieſus Chriſtus Iudam furem eſſe ſciebat, ſed quia non eſt accuſatus, ideo non eſt eiectus. Quidquid inter Apoſtolos egit, pro dignitate miniſterij ratum manſit: nam ſi leges ſeculi accuſatores requirunt: quanto magis Eccleſiaſtica regula? Docent enim terreſtria & humana, quæ ſunt Eccleſiaſtica atque cœleſtia. Et infrà. *Caueant iudices Eccleſiæ, ne abſente eo cuius cauſa ventilatur, ſententiã proferant, quia irrita erit imò etiam & cauſam in Synodo pro facto dabunt. Proditoris verò nec vox, nec calumnia audiatur: nemo enim debitorem amplius poteſt cognoſcere, quam ille qui iniuriam eius, ſuſtinuit nequitiam: oppreſſus namque ab omnibus in cunctis ſubueniatur cauſis. Hæc omnia ſummoperè ſunt attendenda, nec criminatio minorum: quanto magis Epiſcoporum facile eſt recipienda, dicente Domino, non ſequeris turbas ad faciendum malum. Et alibi, non ſuſcipies vocem mendacij.* Vide ſuperiùs, Epiſcopi non facilè accuſandi, &c. Eadem autem ſtatuit, & his conformia

Exod. 23.

Zepherinus 1. Fabianus 1.

ZEPHERINVS I. epiſt. 1 ad Epiſcopos Siciliæ, & FABIANVS I. epiſt. 2. ad Epiſcopos Orientales. IVLIVS II. epiſtola ad Orientales Epiſcopos pro Athanaſio, cap. 31. & allegat Gratianus cauſa 30. quæſt. 5. & Iuo lib. 4. decret. *Non temerè* (ait) *quiſpiam ſuam præſumat enumere iniquitatem, ſed iudicantem cuncta oportet rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere: nec de illis quæ illi inconceſſa ſunt vllo modo iudicium præſumere, interrogandi ac proponendi adijciendiq; patientia præbita ab eo, vt ibi actio partium limitata ſit plenitèr: nec priùs iudex litigantibus ſua velit ſentẽtia obuiare, niſi quando illi peracti omnibus iam nil amplius habuerint in quæſtione quod proponant: nec oportet quenquam iudicari aut damnari, antequam ſuos accuſatores præſentes habeat, locumque defendendi accipiat, ſpatioſum ad abluenda crimina.* Et cap. 34. ſubdit. *Similiter ſtatuit Nicena Synodus, vt nullum ſententia* (vide mox *niſi à ſuo iudice dicta conſtringat. Iudices autem alij eſſe non debent, quàm quos ipſe qui impetitur, elegerit, aut quos ſuo cum conſenſu hæc ſancta ſedes, aut eius primates authoritate eius ſancta ſedis delegauerint.* Quia autem hic Iulius citat Nicænum canonem, qui nõ reperitur in ordine cæterorum: ſic tamen & Gratianus, cauſa 11. quæſt. 1. cap. Iudicet, allegat Concilium NICÆNVM I generale 1. *Iudices autem eſſe non debent* (ait) *niſi quos qui impetitur elegerit, aut quos ſuo conſenſu hæc ſancta ſedes, aut eius primates authoritate huius ſanctæ ſedis delegauerint.* Hoc etiam dicit FOELIX II. epiſt. ad Athanaſium & reliquos Epiſcopos, canone vltimo, & allegatur à Gratiano, cauſa 3. quæſt. 5. cap De iudiciis. *Iudices* (ait) *& accuſatores tales eſſe debent, qui omni careant ſuſpicione, & ex radice charitatis ſuam deſiderẽt promere ſententiam. His ergò tam legaliter quam & canonicè prolatis, etiam omnium Chriſtianorum reuerentiam congaudere depoſcimus, ſpirituali intercedente dilectione, & timore Dominico, per quem humana remouetur offenſio, & Eccleſiarum ædificatio præponitur vniuerſis, vt magis vniuerſi ad ædificationem Patrum laborent, quam ad damnationem: quoniam ait Dominus, in hoc cognoſcent omnes quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis adinuicem.* Hæc repetit

Concilium Nicenum 1. generale 1. Attende ex his quia ſunt plures canones Niceni quam nunc extant.

Fœlix 2.

Ioan. 13.

A Concilium CARTHAGINENSE IV. can. 30. & allegat Gratian. cauſa 3. quæſt. 9. cap. Caueant: *Caueant iudices Eccleſiæ, ne abſente eo cuius cauſa ventilatur ſententiam proferant, quia irrita erit: imò cauſam in Synodo pro facto dabunt* Quod & iam ſuperiùs allegatum eſt. Vide infrà, Iudicium non ferendum, &c. & ſuprà, Accuſator Porrò Conciliũ TVRONENSE III cano 34. admonet iudices, ne viles & indignas perſonas coram ſe permittãt ad teſtimonium accedere. quoniã multi ſunt qui peierare pro nihilo ducũt, intantum vt pro vnius diei ſatietate, aut pro quolibet paruo pretio ad iuramentum conduci poſſint, animãque ſuo periurio perdere minimè formident: quamobrem tales nequaquam ad quodlibet teſtimoniũ admittendi ſunt. Vide Teſtis, & Periurium, &c. Deni-

Concilium Carthaginenſe 4. celebratum ſub Auguſtino.

Cõcilium Toronenſe 3.

B que de munere & officio iudicum eleganter IOANNES CHRYSOSTOMVS, homil. 59. in Ioannem diſſerit, dum illud exponit: diſſenſio itaque facta eſt inter Iudæos propter ſermones hos, &c. Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS ſermone ad Iudæos, in ſabbato poſt Dominicam tertiam in Quadrageſima, ordine quidem 94 Lege ſi vacat. Prætereà Conciliũ PARISIENSE III in multis locis, potiſſimum lib. 3. cap. 23. Imperatores adhortatur, vt in iudicibus conſtituendis magnam curam adhibeant, & illud attendant quod dicitur Moyſi. *Proinde de omni populo viros*

Ioannes Chryſoſtomus.

Auguſtinus Hipponenſis

Concilium Pariſienſe 3 ſub Lothario & Ludouico Auguſto.

Exod. 18.

C *potentes & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, qui iudicent populũ omni tempore.* Et alibi. *Iudices & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus dederit tibi, per ſingulas tribus tuas, vt iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent.* Et alibi legitur. *Conſtituit Rex Ioſaphat iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda munitis per ſingula loca, & præcipiẽs iudicibus: videte* (ait) *quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, ſed Domini: & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit: ſit timor Domini vobiſcũ, & cum diligentia cuncta facite. non enim eſt apud Dominum Deum noſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum.* Denique eadem renouat

Deuter. 1.

2. Paralipo. 19.

D & iniungit Concilium AQVISGRANENSE II. capitib 8. & 10. atque 11. Plura vide in vocabulo, Accuſatio, Accuſator, Teſtis, Cauſa, Epiſcopus, Clericus, &c. vbi de iudicandi methodo etiã actum eſt, & ſequentia attende.

Concilium Aquiſgranẽſe 2.

Iudex non muneribus aut pecuniis corrumpatur.] Hoc ex ſuperiori iam annotatione lucidum factum eſt, verùm quod etiam teſtat abſoluendum. Narrat NICEPHORVS CALLISTVS, lib 8. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 49. per iudices pecunia corruptos, iuſtum virum Athanaſium fuiſſe damnatum Verùm hiſtoria eſt prolixior quàm hic poſſit inſeri, lege illam eodem in

Nicephorus Calliſtus.

E loco, ſi vacat. Vnde & AVGVSTINVS HIPPONENSIS, epiſt. 54. quæ eſt 2. ad Macedonium. *Non debet* (ait) *iudex vendere iuſtum iudicium, nec teſtis verum teſtimonium: quia vendit aduocatus iuſtum patrocinium, & iuriſperitus verum conſilium: illi enim inter vtramque partem ad examina adhibentur, iſti ex vna parte conſiſtunt. Cum autem iudicia & teſtimonia, quæ nec iuſta ſunt vendenda, iniqua & falſa venduntur, multo ſceleratius vtique & pecunia ſumitur, quia ſceleratè quãuis etiã a volentibus datur, &c* Hinc Cõcilium TARRACONENSE cano 10 & allegatur à Gratiano, cauſa 15. quæſt. 2. cap Obſeruandum. *Obſeruandum quoque decreuimus, ne quis ſacerdotum vel clericorum, more ſecularium*

Auguſtinus Hipponenſis.

Cõcilium Tarraconenſe ſub Fœlice 3.

iudicum,

A iudicum, audeat accipere pro impenſis patrocinijs munera, niſi fortè in Eccleſijs oblata gratuitò: quæ non ſuntore muneris videantur accepta, ſed collatione deuotionis illata. Quòd ſi quis iſta probatur accipere, veluti exactor fœnoris, aut vſurarum poſſeſſor, ſecundùm ſententia Patrum ſe nouerit degradandum. Vide Vſura. &c. & Sacramenta, &c. Idem omninò Cócilium AVRELIANENSE II. can.3. Vide alibi in vocabulo, Sacramento, &c. Cócilium VERNENSE, cano.25. *Quia* (ait) *vbi dona intercurrunt, iuſtitia euacuatur, &c.* Hinc eſt quòd Reccaredum Gothorum & Sueuorum Regem GREGORIVS I. lib.7. Regiſtri, epiſt.126. ad eundem, ſummè laudat quod conſtitutionem contra Iudæos factam nunquam voluerit retractare, licèt ſumma ei auri offerretur. *Formam* (ait) *dans iudicibus talia faciendi, &c.* Et Concilium ARELATENSE IV. cano 13. *Statuimus, vt comites, iudices, ſeu reliquus populus obedientes ſint Epiſcopo, & inuicem conſentiãt ad iuſtitias faciendas, & munera pro iudicio non recipiant, nec falſos teſtes, ne per hoc peruertant iudicia iuſtorum: quia ſcriptum eſt. iuſtitia eleuat gentem, iniuſtitia verò miſeros facit populos & Pſalmiſta: Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore.* Idem omninò repetit Concilium CABILONENSE II. canone 2. Concilium TVRONENSE III. cano.35. *Nullus Chriſtianus pro quolibet placito vel iudicio, à qualibet perſona munera exigere aut accipere debet: quoniam id diuina ſcriptura multis in locis magna interdicit authoritate.* Hinc præfatum Concilium Cabilonenſe, cano.21. addit. *Sed & miniſtros, quos vicarios & centenarios vocant, iuſtos habere debent, ne fortè eorum auaritia, aut rapacitate populus grauetur, & amiſſis facultatibus in paupertatem redigatur, &c.* Eadem conſtituit Conciliũ MOGVNTINVM I. canone 30. & Concilium RHEMENSE, cano.39. Concilium MOGVNTINVM II. cano.19. *Qui ad ſubuertendam iuſtitiam à duobus munera accipiunt, hoc eſt, ab eo qui quod ſibi iniuſtè ablatum eſt iuſtè requirit, & ab eo qui eadem iniuſtè cupiſit: admonendi ſunt & fortiter increpandi, ne regnum Chriſti, quod omnibus rectè facientibus patet, ſibi ſine vlla retractione ſecludant.* Egimus de ſacramẽtis non vendẽdis ſuoquoque vocabulo, & in vocabulo, Epiſcopatus, & Simonia.

Concilij Aurelianenſe 2.

Concilium in Palatio Vernæ ſub Pipino celebratum. Gregorius I.

Concilium Arelatẽſe 4. ſub Carolo magno.

Prouer. 14. Pſal. 105.

Concilium Cabilonenſe 2. ſub eodẽ principe

Conciliũ Turonẽſe 3. ſub eodem.

Exod. 18. Deutero.16.

Conciliũ Moguntinenſe ſub eodem Principe.

Conciliũ Rhemenſe ſub eodem

Cócilium Moguntinum 2. ſub Rabano Mauro.

Iudex Epiſcopo obtemperet.] Hoc Concilium ARELATENSE IV. cano.13. vt ſuprà iam citauimus ſtatuit, cui conſentit Concilium TVRONENSE III. cano. 33. *Comitibus* (ait) *iudicibus reliquoq; populo expedit, vt ſuis ſint Epiſcopis conſentientes & obedientes propter Dei amorem, ſuiq; gradus honorem: & ſemper ab eis vtile quærant conſilium, illorumq; ſalubria non ſpernant conſilia & monita, ſed intenta cordis aure audiant. Similiter verò & Epiſcopi prædictas perſonas humiliter ſuſcipiant, honorificeq; erga eos in omnibus agant, & ſic ſeſe mutuis ſtudeant ſubleuare conſolationibus.* Idem ſtatuit Cõcilium CABILONENSE II. cano.20. præfatum autem canonem Concilium MOGVNTINVM III. cano.24. allegat, ſed non eſt neceſſe repetere. Vide ſuprà, Honor, & infrà, Paſtor, atque Obedientia, &c.

Cócilium Arelatenſe 4.

Cócilium Turonenſe 3 ſub Leone 3.

Cócilium Cabilonenſe 2.

Conciliũ Moguntinũ 3. ſub Arnulpho Impera.

Iudex non poteſt clericos ſuis tribunalibus, aut temporalibus applicare ſeruitus.] De his ſufficienter egimus ſuprà in dictione, Clericus non coram iudicibus ſecularibus ſiſtendus. Hinc etiam Concilium AVRELIANENSE IV. cano.13. *Si quis* (ait) *iudicum clericos de quolibet corpore venientes atque altario mancipatos, vel quorum nomina in matricula Eccleſiæ tenentur inſcripta, publicis actionibus applicare præſumpſerit, ſi à ſacerdote admonitus emendare noluerit, cognoſcat ſe pacem Eccleſiæ non habere. Similiter & ad vllam adminiſtrationem Pontificus preſbyteros atque diaconos ideo excuſatos eſſe decernimus, quia quod lex ſeculi etiam paganis ſacerdotibus & miniſtris ante præſtiterat, iuſtum eſt vt erga Chriſtianos ſpecialiter conſeruetur.* Idem omnino Concilium ANTISSIODORENSE, cap.43. vbi dicitur ſic. *Quòd ſi quis iudex aut ſecularis clerico iniuriam inferre præſumpſerit, ab omnium Chriſtianorum conſortio habeatur extraneus.* Vide loco memorato.

Cócilium Aurelianenſe 4. ſub Pelagio 1.

Cócilium Antiſſiodorenſe 1. ſub Oenodedit Papa.

B Iudex publicus non poſſit Eccleſias, aut monaſteria viſitare.] De viſitandis Eccleſijs & cui hoc munus competit, ſimiliter & de viſitatione monaſteriorum dicemus in ſuo loco, ſcilicet viſitatio, & nũc breuiter quod propoſuimus eſt abſoluendũ. Concilium CABILONENSE I. ſub Eugenio I. cano.11. *Peruenit ad ſanctam Synodum, quod iudices publici contra veteranam conſuetudinem per omnes parochias vel monaſteria, quæ mos eſt Epiſcopos circuire, ipſi illicita præſumptione videãtur diſcurrere: etiam & clericos, vel abbates, vt coram eis compareant, iniuſtos atque diſtrictos ante ſe faciant exhiberi. Quod omnimodis religioni non conuenit, nec canonum permittit authoritas. Vnde omnes vnanimiter conſtituimus ſententiantes, vt deinceps iſta debeant emendare: & ſi præſumptione vel poteſtate, qua pollent, C excepta inuitatione abbatis aut archipreſbyteri, in ipſa monaſteria, vel parochias aliquid fortaſſe præſumpſerint, à communione omnium ſacerdotum eos conuenit ſequeſtrari.* Hinc Concilium MELDENSE, canone 10. ſcribens Carolo Regi iuniori, de hoc ſic conqueritur. *Peruentum eſt ad nos, quod auditu lugubre, & dictu nefas, actuq; horribile, ac nimis triſte dignoſcitur: quia contra omnem authoritatem, contra Patrum decreta, & totius Chriſtianæ religionis conſuetudinem in monaſterijs regularibus laici in media ſacerdotum & leuitarum ac cæterorum religioſorum virorũ, vt Domini & magiſtri ſedeant: & velut abbates de illorum vita & conuerſatione decernant, eoſq; diiudi- D cent, ac regimina animarum, ac diuina eis ſecundum regulam, nõ ſolum ſine præſentia, verumetiam ſine conſcientia Epiſcopi committant ſacraria: & ita præſumptione doceant, qui noluerunt fieri diſcipuli veritatis, & ſaltim inordinato magiſtri fiant erroris. Quod quam temerario auſu præſumptum ſit, omnis ſcripturarum demonſtrat authoritas, adeo vt ſicut ſcriptum eſt, nec in perſecutione Dominica, ſine miniſtris Pontificum, reſpublica ad comprehendendum Dominum: quanto magis ad ordinanda diuina ſeruitia auderent tranſmittere? Ait enim: Iudas autem cùm accepiſſet cohortem, & à Pontificibus & Phariſæis miniſtros. Denique poſt examinationem Pontificis Pilatus non ante ſuſce-* E *pit: & Paulus Pontifici deſert iudicij honorem. Huic eſt illa abominatio quæ in templo ſeſſura eſt, cùm tales apocryphi rectores in medio Eccleſiæ præſident. Vnde zelo diuino accenſi, authoritate Dei ex quo omnis ſecundum Apoſtolum in cœlo & in terra nominatur, decernimus, vt quidquid huiuſmodi hactenus actum eſt, ſacerdotali ac regali rigore ſeu diſpoſitione caſſetur, & ad ſtatum authoritatiuum reducatur, & talis abbatia, quæ paternitas Latino eloquio dicitur, funditùs remoueatur. Et ſi quis hoc de cætero præſumpſerit, & admonitus à tali præſumptione ſe corrigere non voluerit, & idem & qui ei fauerit & cõſenſerit, à corpore Chriſti ſeparetur & ſanguine: qui autem de monachis per talem manum obedientiam regularem ſuſceperit, grauioris culpæ vindicta puniatur. Quòd ſi poſt quiſquam illorum præſumpſerit, iudicio ſancti Spiritus præſentis*

Conciliũ Cabilonenſe 1. ſub Eugenio 1.

Conciliũ Meldenſe ſub Carolo Rege.

Laicis interdicitur monaſteriorum viſitatio vide & Viſitatio, &c.

Ioannis 18.

Actuum 23.

Marci 13.

Ephes.3.

decreti

decreti authoritate, anathematizetur: ſi autem monachus contemnens gradum Eccleſiaſticum habuerit, eo priuetur: & ſi non habuerit gradũ, pane & aqua contentus ergaſtulo diebus 40. retrudatur. Et de miniſterio indebitè adepto, vltionem canonicam, qui à qualibet ſeculari poteſtate, prædictum honorem Eccleſiaſticum vult obtinere ex hoc decreto ſuſtineat: & Epiſcopi qui hoc permiſerint in ſuis parochiis, tribus menſibus, hoc ſynodali iudicio, à Miſſarũ ſolennus ſe abſtineant, & ſua tantum Eccleſiæ cõmunione contenti fiant. Vide plura in vocabulo, Laicus, & Viſitatio, &c.

Iudex laicus Eccleſiaſtica non terminet negotia.] Ea quæ ſuperiori annotatione poſuimus, huic etiã probandæ propoſitioni inſeruiunt. Denique EVGENIVS II. decreto 4. *Decernimus, vt laici Eccleſiaſtica negotia terminare non præſumant.* Et NICOLAVS I. ad conſulta Bulgarorum, allegatur à Gratiano, diſt. 28. *De presbyteris vobis qui laici eſtis, nec iudicandum eſt, nec de vita eorum quicquam inueſtigandum, ſed Epiſcoporum iudicio quidquid id ſit eſt reſeruandum.* Hæc Concilium ROMANVM ſub Nicolao II. repetit, vt dicemus opportunè infrà in vocabulo, Laici clericus non iudicent, &c. Vide ergò.

Eugenius 2.

Nicolaus 1.

Cõcilium Romanum ſub Nicolao 2. Epiſcoporum 113 contra Berengarium

Iudices locorum ſingulis annis conueniant.] Vide in vocabulo, Fiſcus, & alibi.

Iudices vitiis extirpandis inuigilent.] GVNTRANVS REX, epiſtola ad vniuerſos ſui regni Epiſcopos, iudices ſic adhortatur. *Cuncti iudices iuſta ſicut Deo placet ſtudeant dare iudicia: nam non dubium eſt, quòd acrius illos condemnabit ſententia noſtri iudicij, à quibus non tenetur æquitas iudicandi. Non vicarios autem quoſcunque de latere ſuo per regionem ſibi commiſſam inſtituere vel deſtinare præſumant, qui (quod abſit) malis operibus conſentiendo venalitatem exerceant, aut iniqua quibuſcunque ſpolia inferre præſumant clericorũ tranſgreſſiones, cum aduerſario inſtigante contigerint. Quantum illis pro diuino amore reuerentia maior impenditur, tantùm conuenit vt acrius reſecentur: quoniam ſi ſancti paſtores aut inſtituti iudices (quod nefas eſt) ſubiectorum ſuorum ſcelera potiùs occuluere, quam reſecare tentauerint, ſi ex hoc amplius reos eſſe vel noxios non ignorent, &c.* Vide Correctio, &c.

Gũtramnus rex

Iudex pupillorũ cauſam iudicet.] Concilium VERNENSE, cano. 23 *Statuimus, vt comites & iudices ad eorum placita primò viduarum, orphanorum, vel Eccleſiarum cauſas audiant & definiant in eleemoſynam Domini Regis, & poſtea alias cauſas cùm iuſtitia rationabiliter iudicent, &c.* Vide Pauper, Orphanus, &c.

Concilium in palatio Verno celebratũ ſub Pipino rege, anno 755.

Iudex hæreticos perquirat & inſectetur.] Vide ſuprà in vocabulo, Hæreticus, &c. Sed etiam Concilium AVRELIANENSE III. cano. 30. *Iudex ciuitatis vel loci (ait) ſi hæreticũ vel cuiuſlibet hæreſis ſacerdotem quamcunque perſonam de Catholicis rebaptizaſſe cognouerit, quia Reges nos cõſtat habere Catholicos, non ſtatim rebaptizantes attrinxerit, & ad Regis fidem atque iuſtitiam propterea diſtringendos adduxerit, annuali excommunicationi ſubdatur.* Statuit etiam vt iudices hæreticos perquirant & inſectentur Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III. vt habes locis ſuprà memoratis.

Cõcilium Aurelianenſe 3 ſub Vigilio 1.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3.

Iudex non poteſt eſſe teſtis.] Vide dictio, Accuſator, & Teſtis. DAMASVS I. epiſtol ad Stephanum & Concilia Africæ, vbi ait: *Accuſatores verò & iudices non idem ſint, ſed per ſe accuſatores, per ſe iudices, per ſe teſtes, per ſe accuſati, vnuſquiſque in ſuo ordinabiliter ordine, &c.* Vide Accuſator, &c. Ex GELASIO I. NICOLAVS I. epiſtola ad Michaëlem Imperatorem, profert pro cauſa Ignatij Conſtantinopolitani Epiſcopi iniuſtè eiecti, teſtimonium. *Quæro (inquit) ab his iudicium quod prætendunt, vbinam poſſit agitari: an apud ipſos, vt ijdem ſint inimici teſtes & iudices: ſed tali iudicio nec humana debent committi negotia. Quòd ſi iudicio, vbi ijdem ſint inimici qui iudices, nec humana debent committi negotia: quantò minus diuina, id eſt, Eccleſiaſtica?* Concilium OXONIENSE, can. 24. *Ne in cauſa ſua præſumant pariter eſſe iudices & actores, videlicet cum dubium venerit, vtrum quid ab his exigere debeant.* Vide ſequentia.

Damaſus 1.

Gelaſius 1.
Nicolaus 1.

Concilium Oxonienſe in Anglia ſub Innocentio 3.

Iudex ſuſpectus reprobetur.] Vide Accuſator, & Teſtis. Porrò præfatus NICOLAVS I. epiſtola prætacta profert edictum IVSTINIANI IMPERATORIS, quod ſic habet. *Liceat ei qui ſuſpectum iudicem putat, antequam lis inchoetur eum recuſare, vt ad alium recurratur. Nam quodammodo naturale eſt ſuſpectorũ iudicum inſidias declinare, & inimicorum iudicium ſemper velle refugere. Hinc ſanctus Athanaſius inimicorum ſæpe declinauit inſidias. Hinc ſanctus Ioannes os aureum Concilij contra ſe congregati renuit intrare collegium. Quinimo huic & Pſalmiſta Dauid, & Helias eximius Prophetarum, Saulis vel Achab refugiunt prorſus inſaniã.* Hæc ſub nomine Nicolai I. allegat Gratianus, cauſa 3 quæſt. 5. Hinc ALEXANDER III. ad Ianuenſem Epiſcopum, & inſeritur par. 10 Concilij Lateranenſis quod celebrauit, cap. 27. *Parochianus (ait) quilibet non ſolùm pro inimicitia, ſed etiam pro manifeſta cauſa ſuſpicionis poteſt ſui Epiſcopi iudicium euitare, & ad ſuperiorem iudicem recurrere, cùm nullus a ſuſpecto iudice debeat iudicari.* Porrò de recuſando vel reprobando ſuſpecto iudice ſic Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III. ſtatuit. *Quòd ſi quiſpiam allegauerit ſe iudicem habere ſuſpectum, coram eodem cauſam iuſtæ ſuſpicionis aſſignet, & ipſe cum aduerſario, vel ſi fortè aduerſariũ non habeat, cum iudice arbitros communiter eligat: aut ſi fortè communiter conuenire non poſſunt, eligant abſque malitia, ipſe vnum, & ille aliũ, qui de ſuſpicionis cauſa cognoſcant: & ſi nequiuerint in vnam concordare ſententiam, aduocent tertium, vt quod duo ex ipſis decreuerunt, robur obtineat firmitatis. Sciant quoque ſe ad id exequendum fideliter ex iniuncto a nobis in virtute obedientiæ, ſub atteſtatione diuini iudicij, diſtricto præcepto teneri. Cauſa verò ſuſpicionis legitima coram ipſis infra competentem terminum non probata, ſua iuriſdictione iudex vtatur: ipſa probata legitimè, de recuſatoris aſſenſu perſonæ idoneo committat negotiũ recuſatus, vel ad ſuperiorem tranſmittat, vt in eo ipſe procedat ſecundum quod fuerit procedendum.* Vide etiam de hac materia quod tractatum eſt, Accuſator, Teſtis, & Appellatio, &c.

Iuſtinianus Imperator.

1 Regum 19.
3. Regum 19
Alexãder 3.

Concilium Lateranenſe ſub Innocen. III capitulum 1.

Iudicis delegati poteſtas & authoritas.] ALEXANDER III. Senonenſi Archiepiſcopo, vt allegatur par. 7. Concilij Lateranenſis ſub eodem celebrati, cap 17. *Super hoc quòd nos conſulere voluiſti, vtrum liceat iudici delegato non ordinario ſine literis citatoriis cogere contumacem vt veniat, aut damnare ſi non venerit: hoc tibi præſentium authoritate innoteſcat, quòd quamuis ei cauſa ſimpliciter delegetur, ſatis poteſt partes authoritate noſtra cõpellere, & contumaces ſeueritate Eccleſiaſtica coercere, etiam ſi literæ commiſſionis id non contineant, aut partes mandatum non habeant vt accedant: quia ex eo quòd cauſa ſibi committitur, ſuper his omnibus quæ ad cauſam ipſam pertinere noſcuntur plenariam recipit poteſtatem, &c.* Porrò capite 5. eiuſdem partis Concilij LATERANENSIS dictum eſt *Si Epi-*

Alexander 3.

Hoc ſcitu dignum.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

A ſcopus iudex Apoſtolicæ ſedis authoritate, ſuper quibuſdam negotiis conſtituto, pro debilitate vel aliqua graui neceſſitate tractandis cauſis adeſſe non poſſit, liberum ſit ei aliis perſonis idoneis & diſcretis vices ſuas committere: qui tamen iudicem Epiſcopū conſulere debeant, ſi res tanti eſt: quòd ſi fortè grauis ſit cauſa, eiuſdem Epiſcopi iudicio terminetur. Cauſa autem intra certum terminum decidendæ, niſi dies ab Apoſtolico præfixus de communi conſenſu prorogetur, eo tranſacto mādatum expirat. Et de iiſdem iudicibus delegatis iterum, cap. 8. eiuſdem partis ſic dicitur. Iudex ab Apoſtolica ſede delegatus cauſam ſibi commiſſam poteſt alij vel pluribus delegare, aut totam audiendam & terminandam, aut etiam vt audiāt rationes, & allegationes, & atteſtationes recipiant, & ſententiam ſibi ſeruent, vel vt horum aliquid faciāt tantùm iuxta voluntatem & beneplacitum delegantis, quanquam non poſſint eandem cauſam alij appellatione poſtpoſita delegare, & ſi ſit ſibi appellatione remota commiſſa. Si verò

Delegatus poteſt delegare, intellige quomodo.

B duobus cauſa committitur, etiam ſi non apponatur, vt vnus ſine altero in ea procedat, nihilominus vnus ex ipſis, ſine ſuo coniudici, ſiue alij, vices ſuas in hac parte committere poteſt. Et cap. 10. eiuſdem part. 7. Sententiam à delegato iudice latam, ſi ad mandatum ipſius iudicis diœceſanus Epiſcopus executioni mandare neglexerit, is qui ex delegatione Romani Pontificis ſententiam tulit, eam executioni mādandi plenam & liberā habeat facultatem. Et cap. 11. Delegatus iudex, ſi ordinarius iudex, cum ſententiam noluerit effectui mancipare,

C cauſam authoritate ſibi commiſſa poteſt executioni mādare: & ſi quis ſibi reſtiterit, eum Eccleſiaſtica cenſura coërcere. Et cap. 14. Si lis infrà certum terminum præcipiatur decidi, non poterit negotiū vltra præfixum terminū, niſi de communi conſenſu partium, prorogari. Verùm ſi iudex delegatus aliter fecerit, & fines mandati exceſſerit, eius iuriſdictionem non dubium eſt expirare. Et cap. 16. Si autem quæritur, vſque ad quod tempus iudex delegatus ſe poſſit interponere, vt ſtetur rei iudicatæ vel tranſactioni, reſpondetur: Quòd ex quo iudex delegatus per ſe, aut per alium, ſi potuit, executioni mandauerit, vel pro ſe petierit mandari, eius authoritas & iuriſdictio ceſſat, quia ſemel functus eſt officio ſuo. Porrò tantam habet iudex delegatus poteſtatem,

Quæſtio vſque ad quod tēpus delegatus authoritate vtatur.

D vt cauſam quæ inter Epiſcopum & clericum vertitur de mandato ſpeciali poſſit terminare, licèt non ſit ſuperior Epiſcopo: ſed quia vices gerit ſummi Pontificis, in hac cauſa maior illis conſtituitur. Ideo igitur ſi Epiſcopus vel alius illi rebellis extiterit, poterit cōpelli, & ipſum poterit ab ingreſſu Eccleſiæ prohibere, & ei ſacerdotale officiū interdicere, vt habetur cap. 20. eiuſdem partis, loquens Alexander III. Carnotenſi Epiſcopo. Idem Alexander eadem repetit ad Noruuicenſem Epiſcopum, & habetur par. 49. eiuſdem Concilij, cap. 8. Si iudex ordinarius vel alius,

E cui iudex delegatus mandauit, vt citaret partes, vel exequeretur ſententiam, tenetur delegato obedire, & ad hoc poteſt eum delegatus cogere ad efficiendum quod mandauit, & ei qui obedire contempſerit pœnam infligere competentem. Plura BONIFACIVS VIII. tractat de officio iudicis delegati in 6. Decretal. tit. 14. cap. Statuimus, &c. Lege ergò, & Clementinas Clementis V. & Decretales Gregorij IX.

Bonifacius 8.

IVDICIVM.

Iudicium temerarium de viuis & mortuis prohibetur.] CLEMENS I. lib. 2. Conſtitutionum Apoſtolicarum, c. 40. expreſsè temerarium iudicium tam de clericis, quàm de laicis prohibet, vt etiā aliâs diximus. Vide locum, ſi otium eſt. Et EVARISTVS I. epiſto. 2. ad Epiſcopos

Clemens

Euariſtus 1.

A Ægypti, vt allegatur à Gratiano, cauſa 2. q. 7. cap. Sunt nonnulli, & cauſa 2. q. 1. cap. Deus omnipotens, & Iuo, lib. 4 decret. Sunt nonnulli qui præpoſitos ſuos peruerſe reprehendunt ſi vel parum ipſis moleſti extiterint. Deus autem omnipotens, vt nos à præcipitata ſententiæ prolatione compeſceret, cùm omnia nuda & aperta ſint oculis eius, mala Sodomæ noluit audita iudicare priuſquam manifeſtè agnoſceret quæ dicebātur. Vnde ipſe ait: Deſcendam & videbo vtrum clamorē qui venit ad me opere compleuerint, an non eſt ita, vt ſciam. Deus omnipotens cui nihil abſconditum eſt, ſed omnia ei manifeſta ſunt etiam antequam fiant, non ob aliud hæc inquirere per ſe dignatus eſt, niſi vt nobis exemplum daret, ne præcipites in diſcutiendis & iudi-

Geneſ. 18.

B cādis negotiis eſſemus, & ne mala quorumq; prius præſumamus credere quàm probare. Cuius exemplo monemur, ne ad proferendam ſententiā vnquam præcipites ſimus, aut temerè indiligenterq; indiſcuſſa quæque quoquomodo iudicemus, dicente veritatis voce: Nolite iudicare, vt nō iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, &c. Et ZEPHERINVS I. epiſt. 1. ad Epiſcopos Siciliæ. De occultis alieni cordis temerariè iudicare peccatū eſt, & eum cuius non videntur opera niſi bona, iniquum eſt ex ſuſpitione reprehendere, cùm eorum quæ hominibus ſunt incognita ſolus Deus iudex ſit. Ipſe verò nouit abſcondita cordis & non alius. Iniuſta enim iudicia ab omnibus cauenda ſunt, maximè tamen à ſeruis Dei, &c. Idem omninò

Matth. 7.

Zepherinus I. epiſtola 1.

Pſal. 43.

C dicit EVSEBIVS I. epiſt. 1. ad Epiſcopos Galliæ, & SIXTVS II. epiſt. 2 ad Epiſcopos Hiſpaniæ, vbi de verbo ad verbum prædicti Zepherini verba recenſet, & addit: Vnde ſcriptum eſt, incerta non iudicemus quouſque adueniat Dominus qui illuminabit abſcondita tenebrarū, & manifeſtabit conſilia cordium, &c. Et quamuis vera ſint, non tamen credenda ſunt, niſi certis indiciis comprobētur, niſi quæ manifeſto iudicio conuincuntur, niſi quæ iudiciario ordine publicantur. Nullus ergò poteſt humano condemnari examine, quem Deus ſuo iudicio reſeruauit. Eadem repetit Concilium RHEMENSE, can. 19. GREGOR. NAZIANZENVS orat. 28. de modeſtia in diſceptationibus obſeruāda, ad calcē. Multùm (inquit)

Euſebius 1. Sixtus 2.

1. Corinth. 4.

Concilium Rhemenſe ſub Carolo Magn. Gregorius Nazianzenus.

D iactari & tolerare oportet priuſquam alicuius cognoſcatur impietas, nequaquam ſimile eſt aliquam plantam excindere, aut florem etiam odoriferum, ac hominem. Imago Dei es, & imaginem Dei condemnas? Iudicaberis & tu, qui iudicas alienum ſeruum, & quem alius gubernat. Ita fratrem tuum probato, tanquam & tu eadem menſura ſis iudicādus, &c. Et IOAN. CHRYS. ſerm. 4. de prouidentia vel de fato. Quis nunc (ait) latrones vias obſident, quot fures parietes perfodiunt, quot teſtamenta morientium rumpunt, quot alienis coniugiis inſidiantur, quot venenis mortiferis multos perdunt? num propter hos obloqueris iudici? Nequaquam,

Aurea verba.

Roma. 2 & 14.

Ioannes Chryſoſtomus.

E ſed ſi ſententiam ferendo, malè ab alio affectum puniret, & malè facientem honoraret atque abſolueret, tunc tota maliſq; extremis dignus eſſet: cùm verò nondum iudicii ſunt oblati, neque ferendæ ſententiæ tēpus adeſt, & nondum iudex rationes exquirit, tu ne præueniendo condemnabis. At oportet (dices) etiam hic peccatoribus irrogari pœnas. Homo, ingredere in conſcientiam ſuam, & cogita vt tu ipſe hactenus vixeris, mutabisq; opinor ſententiam, & cancellato ſuffragio tuo, Deum ob longanimitatem ſuam miſericordem iudicabis & prædicabis. Nam ſi à quouis iuxta peccata ſua hic eſſet ſumenda pœna, non duraſſet vſque ad noſtra ſecula genus humanum, &c. AVGVSTINVS HIPPONENSIS de temerario iudicio eleganter ſcripſit lib. 2. de ſermone Domini in monte, capite 6. Sunt (inquit) quædam media, quæ ignoramus quo animo fiant, quia & bono & malo fieri poſſunt, de qui-

Auguſtinus Hipponenſis.

bus temerariũ eſt iudicare, vt condemnemus, &c. Lege reliquũ. Compoſuit quoq; homiliã in illud Euangelij: nolite iudicare & non iudicabimini, vbi diſertè de temerariis iudiciis agit. Quòd autem nec de mortuis ſit iudicandũ, ſic monuit ANAST. II. Papa, epiſt. ad Anaſtaſium Imperat. *Legatione* (ait) *fungimur pro Chriſto, nec eos propter offenſionẽ vel ſcãdalum patiamini publicè nominari, quorũ merita vel actus illum iudicẽ latere non poſſunt, in cuius iam ſunt iudicio conſtituti. Nec illic ſe poteſt interferere in corpore mortalis adhuc temeraria præſumptio, in quo non ſolùm confeſſio facta aperta merita ſingulorũ, ſed etiam ſilentij ipſius nõ poteſt latere ſecretũ.* Et ſubdit, cap. 2. *Itaque monente nos beatiſſimo Paulo Apoſtolo, ne quod ſit in hoc offendiculũ in Eccleſia, dum, quod facere non poſſumus, de his qui iam tranſierũt, iudicare conemur, obſeruandũ eſſe trãquillitas tua cognoſcit. Ait enim de his, qui de rebus ad Deum ſolùm pertinẽtibus iudicare præſumũt: nemo enim noſtrũ ſibi viuit, & nemo ſibi moritur. Siue enim viuimus, Domino viuimus, ſiue morimur, Domino morimur. Siue ergò morimur, ſiue viuimus, Domini ſumus, &c.* De viuis autẽ non ferendũ iudicium IOAN. I. epiſt. 1. ad Zachariam Epiſc. *De occultis cordis alieni temerè iudicare iniquum eſt, & eum cuius nõ videtur opera niſi bona, peccatũ eſt ex ſuſpicione reprehendere.* Lege & GREGOR. I. ad calcẽ homil. 4. in Ezechielem, & cæteros Patres.

Matth 7.
De mortuis iudicium non ferendum.
Anaſtaſius 2.
Rom. 14.
Ioannes 1.
Gregorius 1.

Iudicium extremum.] Vide in vocabulo, Reſurrectio mortuorum, &c.

Iudicij ferendi forma.] CLEMENS I. lib. 2. Conſtitut. Apoſtol. cap. 52. 53. & 56. ex traditione Apoſtolorum formam iudicandi ſic tradit. *Noliste pro omni peccato eãdẽ ſententiã ferre, ſed vnicuique propriam pœnã ſtatuite, cùm multa prouidentia iudicãtes ſingula delicta parua & magna: atque aliter quidem æſtimabitis peccatũ operis vel ſermonis, aliter propoſiti vel cõuicij vel ſuſpitionis: atque alios quidem minis ſubijcies, alios ſubſidiis pauperũ, alios ieiuniis affliges, alios ſegregabis pro delicti magnitudine. Nam lex quoque non omnibus delictis eandem pœnam decreuit, ſed aliter puniebat quæ in Deũ, & quæ in ſacerdotem, & in ſacrum, & in hoſtiam cõmittebantur, aliter quæ in Regem & Principem, atque ea quæ in militem, & in ſubditum, & æqualem, ſiue quæ in ſeruum, vel in bona, vel in bruta delinquebantur.* Et ſubdit cap. 53. *Sedentes igitur pro tribunali præſentibus ambabus perſonis (non enim eos dicemus fratres, quouſque pacem inter ſe conciliauerint) exquirite diligenter de his quæ in iudicium adducuntur: & primùm de accuſatore, an nunc primum accuſauerit, an aliorum nomen detulerit: num ex ſimultate ipſorum, an ex contentione crimen natum videatur: qualis ſit eius vita conſuetudo.* Vide & ſuperiùs Accuſator qualis eſſe debeat, & infrà Teſtis. *Ac cùm talis bona conſcientia repertus fuerit, tamen non habeatur fides ſoli, eſt enim id contra leges: ſed habeat is alios teſtes ſimilibus moribus præditos, prout lex iubet: in ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum. Eam autem ob cauſam diximus mores eorum inueſtigandos eſſe cuiuſmodi ſint, quoniam ſæpenumerò euenit, vt duo vel plures in re mala teſtimonium dicãt, & concorditer falſum defendant. Quod factum eſt Babylone à duobus ſenibus, & Samariæ à filiis iniquorum in Nabuthe, & in Hieruſalem à multitudine Iudæorũ in Dominum, & in Stephanum eius prothomartyrem.* Vide Teſtis. De his lege IVSTIN. IMPER. lib. 4. Inſtit. tit. 17. de officio iudicis, & tit. 18. de publicis iudicijs, & ea quę ſuperiùs in voce Iudex, diximus.

Clemens 1.
Diuerſi inferẽdæ pœnę modi.
Quæ obſeruanda ſint iudicibus.
Deut. 16. & 19. Matth. 18. 2. Corinth. 13 Daniel 13. 3. Regum 21. Matth. 26. & 27 Actuum 6. & 7.
Iuſtinianus Imperator.

Iudicium non ferendum vbi pars vna litigantium deeſt.] Hoc ſuperioribus paginis iam multoties expreſſum eſt. Ex CLEMENTE I. ELEVTHERIO I. & Concilio CARTHAGINENSI IV. His ſubſcripſit NICOLAVS I. vt allegat Gratianus, cauſa 3. quæſt. 9. cap. Reuera: *Reuera iuſtus mediator non eſt, qui vno litigante & vno abſente, amborum emergentes lites decidere non formidat.* Et iterum ibidem cap. Iudicas: *Iudicas Hermanum Epiſcopum ſuper quibuſdam frequenter fuiſſe accuſatum, pro quibus qui ex parte ipſius perſona deeſt, nos vni parti ad diſcrimen alterius credere proculdubio non poſſumus. Neceſſe eſt ſecundum ſacrarũ ſcripturarum documentum, ac ſecundum iuſtitiæ tramitem, & accuſatum, & accuſatorem ſimul adeſſe, & vnam partem quantacunque & qualicunque prædita ſit authoritate ſic prorſus audiri, vt alteri parti nullum præiudicium irrogetur.* Hinc ALEXANDER III. in Concilio Lateranenſi quod celebrauit, parte 3. cap. 1. ſtatuit, quod in Eccleſiaſticis perſonis, & negotij rigor, & diſtrictio iuris nõ requiritur, nec exercetur: ſed cùm propter hoc iuſtitia non periclitatur, admitti debet, & patienter tolerari, cùm reus per cautionem ſtandi iudicio ſe aſtringit. IDEM cap. 2. ſequenti ſtatuit, vt in cauſis pecuniariis victus victori in expenſas condemnetur, niſi fortè, ſicut cautum eſt, pro abſente ſententia feratur. & cap. 5. *Non ſpectas* (ait) *ad iuris ordinem diem peremptoriũ, maximè cùm de rebus Eccleſiaſticis agitur, niſi maxima ingruẽte neceſſitate ita maturare, neque inter eos qui cõtumaciter ſe abſentant ſentẽtiam taliter promulgare, niſi quod aduerſa pars in poſſeſſionẽ mittatur, vt ſic eadẽ affecto iuſtitia ſtare cogãtur, &c.* Vide in locis ſuperiùs aſſignatis, & quod ſequitur.

Clemens 1.
Eleutherius 1.
Concilium Carthaginenſe 4.
Nicolaus 1.
Alexander 3.

Iudicium iniuſtum & prauum non tenetur.] CLEMENS I. lib. 2. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 46. *Si falſa fuerit criminis accuſatio, vos q; paſtores vna cum diaconis, vel ob perſonarum gratiam, vel ob munerum pactionem falſum pro vero acceperitis, volẽtes criminatori gratificari, reumq; accuſatum illum quidẽ, ſed innocẽtem ab Eccleſia eieceritis, rationem reddetis in die Domini: quoniam ſcriptum eſt: Innocentem & iuſtum, non occides, non capiens munera, vt percutias animam: munera enim excæcant oculos ſapientum, & perdunt verba iuſta, &c.* Et Patres EPHESINI Concilij I. generalis III. epiſt. 5. ad Imperatores Theodoſium & Valentinianum. *Iudicium quod nihil habet in ſe quod canonicum ſit & iuſtum, nihil eſt niſi conuiciũ.* Et poſthæc damnant Concilium Epiſcoporum 30. ſchiſmaticorum in Concilio Epheſino congregatorũ, contra Cyrillum & Memnonem ſanctiſſimos Epiſcopos, qui ab eiſdem depoſiti & cuſtodiæ mancipati fuerant, decernuntq; nec ſynodũ dici poſſe paucorum quorundam crimini cuipiam ſubiacentiũ, ideoq; pœnæ metu à ſancta Synodo ſeſe auellentium factionẽ, &c. Denique ſic ſtatuit ALEXAN. III. Eboracenſi Epiſc. ſcribẽs, & inſeritur par. 36. Conc. Lateranenſis quod celebrauit, c. 5. *Cùm aliqua cauſa, appellatione remota, cõmittitur, & ſententia fertur iniqua, eam euacuari oportet, nec debet ei ſtari ſi manifeſtam contineant iniquitatem.* Vide Appellatio, & ſuperiores diſtinctiones. Deniq; ex epiſt. 2. MARCEL. I. ad Orientales Epiſcopos, diximus non licere Imperatori cuiquam, vel alij pietatem cuſtodienti cõtra diuina mãdata iniuſtũ exercere iudiciũ. *Iniuſtũ enim iudiciũ* (ait) *& definitio iniuſta regis metu vel iuſſu, à iudicibus ordinata non valeat: nec quicquam quod cõtra Euangelica, vel Prophetica, aut Apoſtolica doctrina conſtitutionem, ſucceſſorúmue eorum ſiue ſanctorum Patrum actum fuerit, ſtabit: & quod ab infidelibus aut hæreticis factum fuerit omninò caſſabitur.* Vide locis ſuprà memoratis, & ſequen.

Clemens 1.
Exod. 23.
Concilium Epheſinum 1. generale 3. ſub Theodoſio Iuniore.
Alexander 3.
Marcellinus 1.

Iudicia externa & peregrina prohibentur.] Scio de talibus iudiciis me ſæpiùs verba

feciſſe,

feciſſe, dum de Epiſcoporum iudicio diſſererem: verumtamen quod ſupereſt abſoluẽdum cenſeo.

Higinus 1. Papa.

Sic ergò HIGINVS I. epiſt. 1 ad omnes Chriſti fideles, & allegat Gratianus, cauſa 3. q. 6. cap. Peregrina: *Peregrina negotia & iudicia prohibemus, quia indignum eſt vt ab externis iudicentur, qui prouinciales & à ſe electos debent habere iudices.*

Fabianus 1.

Et FABIANVS I. epiſt. 3. ad Hilarium Epiſcopum, & allegat ibidem Gratia. cap Si quis. *Peregrina iudicia, ſiunt in omnibus Apoſtolica authoritate, generali ſanctione prohibemus, quia indignũ eſt ab externis vt iudicetur, qui prouinciales & a ſe electos debet habere iudices, niſi fuerit appellatum. Vnde oportet ſi aliquis Epiſcoporum ſuper certis accuſetur criminibus, vt ab omnibus audiatur qui ſunt in prouincia Epiſcopis: quia nõ oportet accuſatum alicubi quàm in foro ſuo audire.* Vide Appellatio, &c. & Epiſcopus vt iudicandus, &c.

Iulius 1.

Idem omninò repetit IVLIVS I. cap. 16. ſuorũ decretor. ad Orientales Epiſcopos pro Athanaſ. vt habes allegat. etiam ex aliorum Patr. decret. ſuprà.

Innocentius 1.

Iudicium poteſt retractari.] INNOCENT. I. epiſt. ad Rufum, Gerontium, Sophronium & reliquos Epiſcopos Macedoniæ, & allegat Gratia. cauſa 35 q. 9. c Graue: *Graue non oportuit videri pyſſimis mentibus veſtris cuiuſcunque retractari iudiciũ, quia veritas exagitata ſæpius magis ſplendeſcit in lucẽ, & pernicies reuocata in iudicium grauius & ſine pœnitentia condemnatur: nam fructus diuinus eſt iuſtitiã ſæpius recenſeri, &c.* Lege quod poſuimus in vocabulo, Apellare à ſede Apoſtolica non liceat, &c.

Nicolaus 1. Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. Patrum 1215.

Ex NICOLAO I. epiſt. ad Michaëlem Imperatorem. Porrò Cõcilium LATERANENSE ſub Innocentio III. can. 36 liberè permittit retractare iudicium, ſeu interlocutionem aut cõminatoriam ſententiã reuocare iudici ordinario ſeu delegato. Vide Appellatio, &c & ea quæ ſuperiùs in vocabulis præſignatis monſtrata ſunt, & infrà, Iuramentum aliquoties reuocandum, &c.

Iudicia ſecularia non adeant clerici.] Poſuimus ſuprà. Clericus coram ſeculari iudice non ſiſtendus, &c.

Concilium Lateranenſe prætactum.

Iudicij acta ſcribenda.] Concilium LATERANENSE prætactum ſub Innocentio III. can. 38. *Quoniam contra falſam aſſertionem iniqui iudicis innocens litigator, quandoque non poteſt veram negationem probare, cum negantis factum per rerum naturam nulla ſit directa probatio, ne falſitas veritati præiudicet, aut iniquitas præualeat æquitati. Statuimus vt tam in ordinario iudicio quã extraordinario, iudex ſemper adhibeat aut publicã (ſi poteſt habere) perſonã, aut duos viros idoneos qui fideliter vniuerſa iudicij acta conſcribant, videlicet, citationes, dilationes, recuſationes, exceptiones, petitiones, & reſponſiones, interrogationes, confeſſiones, teſtium depoſitiones, inſtrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renũciationes, concluſiones, &c. quæ occurrunt competenti ordine conſcribenda, deſignando loca, tempora, & perſonas, & omnia ſic conſcripta partibus tribuantur, ita quòd originalia penes ſcriptores remaneãt: vt ſi ſuper proceſſu iudicis fuerit ſuborta contentio, per hæc poſſit veritas declarari. Hoc adhibito moderamine, quatenus ſic honeſtis & diſcretis deferatur iudicibus, quod per improuidos & iniquos innocentũ iuſtitia nõ lædatur. Iudex autem qui conſtitutionẽ iſtam neglexerit obſeruare, ſi propter eius negligentiã aliquid difficultatis emerſerit, per ſuperiorẽ iudicẽ animaduerſione debita caſtigetur, nec pro ipſius præſumatur proceſſu, niſi quatenus in cauſa legitimis conſtiterit documentis.* Vide præcedentia.

Hoc eſt quod gallicè vocamus, Plaiz.

Iudicia ſeu * placita diebus feſtis & ieiuniorum non exerceantur.] Hoc ſæpius inueníes inſertum in vocabulo, diebus feſtis ſecularia negotia & opera ſeruilia ceſſent &c vel ieiunium, quia hoc tempore iubentur illa placita ceſſare, vt ibid. reperies & Epiſcopus, &c. Hinc & Conciliũ

Concilium Meldenſe.

MALDENSE, can. 76. prohibet iudicibus à fer. 4. in cap. ieiunij, in qua omnes pœnitẽtes manus impoſitionem ad vacandũ ſolùmmodò pœnitentiæ & diuinis officiis accipiũt, deinceps placitum tenere præſumãt.

Liberius 1.

Hoc prius ſtatuerat LIBERIVS I. vt citat Buchard lib 13. decret c. 13 *In ieiuniorũ diebus* (ait) *nullæ lites, nullæ contentiones eſſe debẽt, ſed in Dei laudibus & opere perſiſtendũ. Arguit enim eos qui cõtentiones & lites quadrageſima tempore faciũt, & qui debita à debitoribus exigunt, Dominus per Prophetam*

Eſay 58.

dicens. Ecce in die ieiunij veſtri inueniuntur voluntates veſtræ, & omnes debitores veſtros repetitis, ecce ad lites & contentiones ieiunatis, &c. Vide Quadrageſima, & Ieiunium, &c.

Concilium Erphesfurtenſe, ſed nec dum in lucem prodiit quòd ſciam.

Hinc Concil. ERPHESFVRT. ſub Henrico Rege, c 2. vt idem Buchar. lib. 13 c. 21. allegat. *Placita* (ait) *ſecularia Dominicis diebus vel aliis præcipuis feſtis, ſeu etiam in his diebus in quibus legitima ieiunia celebrantur, ſecundũ canonicã conſtitutionem minime fieri decreuimus. Inſuper etiã ſancta Synodus decreuit, vt nulla iudiciaria poteſtas licẽtiam habeat ſua authoritate Chriſtianos ad placitã bãnire, in ſupradictis diebus: ſcilicet ſeptem dies ante natalem Domini vſque in octauas Epiphaniæ, & a quinquageſima vſque in octaua Paſchæ, & 7 dies ante natiuitatẽ Ioannis Baptiſtæ: quatenus adeundi Eccleſiã orationibusq́; vacãdi liberius habeatur facultas, &c* Et Conc.

Conciliũ Sueſſionenſe ad S. Medardum anno 853.

SVESSIONENSE apud S. Medardum, cano 6. *Statuit ſancta Synodus, vt in locis ſacratis diebus Dominicis vel aliis ſolennitatibus iudicia publica nõ exerceãtur. Neque enim fas eſſe ibi reos puniri, vbi reſpectu diuinæ reuerentiæ miſericordiã conſequi fidelium conſequantur.*

Concilium Triburienſe ſub Arnulpho Imperatore.

Eadem omninò renouat Concil. TRIB. can. 35. *Secundum ſanctorũ ſtatuta Patrum in hoc ſancto præiudicamus Cõcilio, vt nullus comes nullusq́; omnino ſecularis diebus Dominicis vel ſanctorũ, in feſtis, ſeu quadrageſima aut ieiuniorũ placitũ habere, nec populum illo præſumat coërcere: quia inde iraſcitur Deus cum tãto ſuo ſeruitio debet populus deſudare, inueniãtur lites & cõtentiones frequẽtare. Diebus verò Dominicis & ſanctorũ feſtis, vigiliis, & orationibus inſiſtendũ, & ad Miſſas cuilibet Chriſtiano cùm oblationibus eſt currendũ, & tantũmodo Deo vacandũ: diebus quadrageſimæ & ieiuniorũ ſumma deuotione ieiunandum, & omni intẽtione eſt orãda, atque vnicuiq; pro facultatibus ſuis eleemoſyna tribuenda, & nullæ lites vel contentiones habendæ. Ideo prohibemus, ne vllus præfatis diebus placitũ habere, & populũ a Dei ſeruitio audeat impedire. Præterea ſancimus & præcipimus, vt nullus comes aliquẽ pœnitentẽ ad placitũ ire cõpellat, nec ipſe veniat, ne fortè dum ieiunare & orare, atque pro ſalute ſuæ animæ debet inuigilare, vaniloquiis & contentionibus cogatur laborare.* Vide, Dies feſti, Dominicus, Ieiunium, Quadrageſima, &c.

IVRARE.

Pius 1.

Iurare per Dei nomen vel membra, vel per ſanctorum nomina, aut per ſacra Chriſtianis interdicitur, neque per creaturas.] PIVS I. allegatur à Grana cauſa 22. q. 1. c. Si quis: *Si quis per capillum Dei vel caput iurauerit, vel alio modo blaſphemia contra Deum vſus fuerit: ſi in Eccleſiaſtico ordine eſt, deponatur: ſi laicus, anathematizatur: & ſi quis per creaturas iurauerit, acerrimè caſtigetur, & iuxta hoc quod ſynodus iudicauerit, pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifeſtauerit, non eſt dubium quin diuina condemnatione ſimiliter coërceatur. Et ſi Epiſcopus iſta emẽdare neglexerit, acerrime cor-*

Conciliũ Carthaginenſe 4.

ripiatur. Concilium CARTHAG. IV. cano. 61. & allegatur à Gratiano, cauſa 22. q. 1 Clericum. *Clericum per creaturas iurantem acerrime obiurgandum, ſi perſtiterit in vitio, excommunicandum decernimus.* Et

Ioannes Chryſoſtomus. Exod. 23. Deut. 6.

IOANNES CHRYSOST. opere 2 in Matth. homilia 13. *Ecce in lege præcipitur, vt per nullum iuretur, niſi per Deum. Qui ergo iurat per cœlum, aut per terrã, aut quidquid illud eſt per quod iurat, deificat illud: & propterea idolatrã ſe facit qui per aliquid aliud à Deo iurat, etiam ſi iurare licet: quia non reddit Domino Deo ſuo iuramenta ſua, ſed elementis. & ſic dupliciter peccat: primum quia iurat, deinde quia deificat per quẽ*

Auguſtinus Hipponenſis.

iurat, &c. AVGVST. HIPPONENSIS, epiſt. 154. ad Publicolam. *Sine vlla dubitatione minus malum eſt per falſum iurare veraciter, quàm per Deum verum fallaciter. Quantò enim per quod iuratur magis ſanctum eſt, tanto magis eſt pœnale periurium?* Pro-

Deuter. 6.

pterea idem lib. quæſt. in Deuter. q. 18. *Quod ait Dominus, & in nomine meo iurabis, non ita præceptũ accipiendum eſt, quaſi iurari iuſſerit, ſed in alicuius alterius Dei nomine iurari prohibuit. Melius autem fit ſi ſecundum Euangelium nec iuraueris: non quia mala eſt vera iuratio, ſed ne in periurium incidatur facilitate iurandi. Qui enim iurat, non ſolum verũ, ſed etiã falſum iurare poteſt: qui autẽ omninò non iurat, à periurio longe ambulat* (vide Periurium, & Blaſphemia, &c. Lupus Ferrarienſis Carolo Caluo miſit ſermonẽ S. Auguſtini, quo iurandi conſuetudinẽ diſſuadet, vt peſſimum iurationis vitium è curia

Philo Iudæus.

diſturbet, eique id inculcat epiſt 96. Et PHILO IVDAEVS, lib. 3. vitæ Moſis. *Ne quis* (ait) *Moſis diſcipulus aſſueſcat vllo modo appellationem Dei contemnere, ſemper cum amabilis eſt ac plauſibilis. Quod ſi quis non dico blaſphemauerit hominum Deorumq́; Dominũ, ſed auſus fuerit vel nomen eius intempeſtiuè promere, noxam luat capite: quandoquidem ne mortalium quidem parentum nomina proferunt hi quibus cordi eſt pietas, ſed omiſſis propriis honoris gratia vtũtur naturalibus, patrem appellantes matremq́;, atque ita profitẽtur accepta immenſa beneficia, ſimulq́; ſuam gratitudinem. Quomodo igitur merentur veniam, qui temerè abutuntur ſanctiſſimo Dei nomine tantum ad explendũ ſermonem, non aliter quam profanis vocibus, &c.*

Concilium Turonenſe 3. ſub Leone 3. Exod. 20.

Hinc Cõcilium TVRONENSE III. can. 43. *Omnes homines admonemus, ne p ſingula verba, quaſi ad confirmationem ſuæ aſſertionis, nomen Domini in vanum adſumãt. Hoc ipſe Dominus interdicit faciendũ, vbi ait. Ne aſſumas nomen Dei tui in vanũ. In vanũ enim nomẽ Dei aſſumitur, quãdo aliquis ad ſingula verba, quibus vult vt ſibi ab alio credatur, Deum omnipotetem teſtem rei, de qua ait, inuocat, eumq́; ſibi in eſſe adiutorem, ſicut ea vera ſunt quæ loquitur. Nam & ipſe Dominus in Euãgelio hoc modo prohibens omne*

Matth. 5.

genus iuramenti, nolite (inquit) *omninò iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque per caput tuũ, &c.*

Conciliũ Meldenſe.

Et Concilium MELDENSE, cano. 38. *Nullus deinceps veritatis Epiſcopus ſolito ſuper ſacra iurare præſumat, quod myſterij cauſa ſancti quæſierint Patriarchæ & fecerint. Non enim in heſitatione, & malitia*

Iurare ſuper ſacra prohibentur Chriſtiani.

exigentis, ſed in charitate non ficta fides ſeruatur. Hoc qui tranſgredi auſu temerario præſumpſerit quolibet modo illicitè, cenſura Eccleſiaſtica ſine retractatione ſubiaceat. Et can. 39. *Multiplex iuramentorum & periuriorum confuſio, per quam multa fidelium animæ in toto hoc regno perditæ cognoſcuntur, quam ſit deteſtanda & Deo odibilis attentius omnibus annuncietur,*

Leuitici 19.

ſicut ipſe Dominus oſtendit dicens: non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini Dei tui. Ego Dominus. Tantum namque hoc malum eſt, vt ad ſanctuaria martyrum, vbi diuerſorum ægritudines ſanantur, ibi periuri, licet manifeſtè interdum vexari non videantur, iuſto Dei iudicio à dæmonibus arripiantur.

Gregorius 1.

Sicut teſtatur S. GREGORIVS I. homil. 32. in Euangelia. *Ad bonũ* (inquit) *corpora ægri veniunt, & ſanantur: dæmoniaci veniunt, & curantur, periuri veniunt, & à dæmonio vexantur, &c.* Idem teſtatur

Gregorius Turonenſis.

& S. GREGORIVS TVRONENSIS opere in gloriam beatorum Martyrum, cap. 38. de Pancratio martyre loquens. Porrò de his qui in beatæ Virginis & Sanctorum contemptũ blaſphemare

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

non ceſſant, decretum propoſuit Concilium LATERANENSE ſub Leone X. ſeſſio. 9. quod allegauimus ſuprà in vocabulo Blaſphemus, & Blaſphemia, &c. Vide ergò, & Periurium, &c.

Clemens 1.

Iurare per idola & gentilium ſacra interdicitur Chriſtianis.] CLEMENS I. libro 5. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 11. *Prohibitum eſt* (ait) *iurare per idola, & in ore habere illorum abominabilia nomina, vel ea colere, vel timere veluti Deos, &c.* Et cap. 12. *Non ſolum de idolis prohibitum eſt, ſed etiam de luminaribus, lege eſt ſancitum, ne quis per illa iuret, &c.*

Ierem. 5. Zachar. 5. Deuter. 4. [illegible]

Martialis Apoſtolus.

Idem MARTIALIS APOSTOLVS, epiſt ad Tholoſanos, cap. 25. Et Concilium GENERALE VI. Conſtantinopolitanum III. cano. 94. ſub graui cenſura prohibuit iurare per gentilium ſacramenta. Vide locum, & ea quæ ſuperiùs dicta ſunt.

Concilium generale.

IVRAMENTVM.

Philo Iudæus.

Iuramentum quid & cur inſtitutum.] PHILO IVDÆVS, libro de Decalogo, circa medium exponens illud: non aſſumes nomen Dei in vanum. *Multis* (ait) *& variis modis in hac parte peccant homines, proinde vtiliſſimum fuerit, & rationali natura conuenientiſſimum omnino abſtinere à iureiurando: & ſic veritati aſſueſcere, vt ſimplex ſermo vim iuramenti habeat. Secundaria verò, iuxta prouerbiũ, nauigatio, eſt rectè iurare: iam enim qui iurat ſuſpectus eſt de perfidia. Sit igitur cunctator & procraſtinator, ſi fortè differendo poſſit euitare ne iuret. quod ſi qua incumbat neceſſitas, diſpiciendа ſunt curioſè ſingula, de quibus fit controuerſia. Eſt enim iuſiurandum non exiguum negotium: tametſi contemnitur propter conſuetudinem, videlicet teſtimonium Dei*

Iuramentum quid.

de rebus dubiis. Deum autem citare teſtem mendacij, ſcelus eſt nefarium. Introſpice ſi libet falſo iurãtis animum, aſpicies eum non quieſcere, ſed plenum tumultu, trepidationeq́;, accuſatum à ſeipſo, & ſibi ipſi facientem

Periuri & falſò iurantis [illegible]

contumeliam modis omnibus. Inſita enim à natura cuique conſcientia non ſolet admittere quicquam culpabile, propter natiuum virtutis amorem & vitiorum odium: eadem accuſatrix ac iudex: primò indignatione pudorem incutiens, deinde more iudicis docens, monẽs, præcipiens mutare propoſitũ. Quæ ſi perſuadere valuerit, gaudens accuſatum recipit in gratiam, ſin minus, iraſcitur infenſa hoſtiliter, noctè dieq́; vrgens, ſtimulãs, infligens inſanabilia vulnera, donec abrumpat vitam exceratam & miſeram, &c.*

Verba [illegible]

IDEM libro de ſpecialibus legibus eadem repetit, vt dicemus in ſequẽtibus. Sed adhuc manifeſtiùs IOAN. CHRY.

Ioannes Chryſoſtomus.

homil. 9. in Actus Apoſtol. non longè à fine. *Age* (inquit) *dic: Quamob cauſam introductũ eſt iuramẽtum, & quare cõceſſum? Dicamus originẽ eius, & vnde natum ſit iterum, & quomodo & à quibus narrãtes remunerabimus vos hac oratione, pro veſtra audiendi facilitate. Tam enim qui iuſte ſit is neceſſe eſt, & ſapiẽtiæ ſtudioſum eſſe: & qui nondum talis, neque dignus eſt qui audiat ſermonẽ. Fecit olim pacta Abraham & immolauit victimas & hoſtias obtulit. & nondum erat iuramentum. Vnde igitur ingreſſum eſt iuramentum?*

Cur iuramentum ſit introductum.

Quando mala creuerunt, quando omnia ſimul ſurſum

ac deor

ac deorſum facta ſunt, quādo ad idololatriam inclinarunt. tunc ſane quando infideles apparuerūt Deum vocabant teſtem, quaſi fideiuſſorem dantes dictis ſatisfacturum. Iuramentū enim eſt fideiuſſio, vbi mores fidem non habent. Vnde primum taxatur is qui iurat, ſi ei fides non habeatur abſque fideiuſſore, & fideiuſſore maximo: & quia tam parum homines ſibi mutuū credunt, non hominem quærunt fideiuſſorem, ſed Deum. Secundo idem crimen eſt eius qui iuramentum recipit, ſi pro contractibus Deum ad fideiuſſionem trahat, & dicat ſe non crediturum niſi illum accipiat. O excellentem ſtuporem! O contumeliam! vermis ac terra ac cinis exiſtens & fumus, audes talem Dominum tuum in fideiuſſorem rapere, & illum cogis accipere? &c. Lege reſiduum, nam vſque ad fidem Homiliæ de iuramento tractat, & AVGVSTINVM in Pſal. 109. legito, dum illud exponit. Iurauit Dominus, &c.

Iuramentum quid.

Optima definitio & breuis.

Iuramenti forma.] Elicitur iurandi forma ex Concilio GENERALI VI. Conſtantinopolitano 3. in Trullo actione 13. & 14. vbi modus iſte iurandi ſæpiſſimè reperitur publicè ac iudicialiter profitendus. *Per has ſanctas ſcripturas & Deum, qui per eas locutus eſt, &c.* Et tunc tangebantur propoſita ſacroſancta Dei eloquia. Hoc iuramento vſus eſt bis GEORGIVS CARTOPHILAX in eadem ſynodo, cùm de certitudine voluminum, quæ in patriarchio inuenerat, affirmare voluit. Idem quoque fieri ſolitum iuramentum ſuper ſacra eloquia & Euangelia teſtantur decreta patrum plurima, vt ea reperies in vocabulo, Purgatio canonica clericorum, &c. Porrò alia forma vtuntur plurimi, vt manus ſuper femor & pectus ponant, quod & in religioſorum affirmationibus ſolet obſeruari. & Paulus Apoſtolus alio modo iurandi vſus eſt. Inde colligimus diuerſas eſſe iuramenti formas. Vide quod ſequitur.

Conciliū Conſtantinopolitanum 3. generale sub Conſtantino 4. Imperatore.

Greg. Cartophilax.

Iuramentum ſuper Euangelia.

Iuramenti ſynodalis forma.] EVTYCHIANVS I. vt allegat Gratianus, cauſa 35. q. 6 cap. Epiſcopus: *Epiſcopus in Synodo reſidens, poſt congruam allocutionem, ſeptem ex plebe eius parochiæ vel eo amplius, prout viderit expedire, maturiores, honeſtiores, ac veraciores viros in medium debet aduocare. & allatis ſanctorum pignoribus vnumquemque illorum tali ſacramento conſtringere, vt a modo in ante quidquid noſti, aut audiſti, aut poſtmodum inquiſiturus es, quod contra voluntatem Dei & rectam Chriſtianitatem in iſta parochia factum ſit, aut futurum erit, ſi in diebus tuis euenerit, tantum vt ad tuā cognitionem quocunque modo perueniat, ſi ſcis aut iudicatum fuerit tibi, ſynodalem cauſam eſſe, & ad miniſteriū Epiſcopi pertinere, quod tu nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter præmiū, nec propter parentelam vllatenus celes Epiſcopo, aut eius miſſo, cui hoc inquirere iuſſeris, quandocunq; ex hoc te interrogauerit: ſic te Deus adiuuet, & iſta ſanctorū reliquiæ. & illud ſacramentū, quod iuſte iurauit de ſynodali cauſa, quod in illud ex te ita obſeruabis inquātū ſapis, aut audiſti, aut ab hac die in antea inquiſiturus es, ſic te Deus adiuuet.*

Eutychianus 1.

Iuramentum eius qui ſe innocentem purgat.] Vide Purgatio, &c. Et Cōcilium TRIBVRIENSE, cano. 22. *Si quis fidelis libertate notabilis aliquo crimine, aut infamia deputatur, vtatur iure, iuramento ſe excuſare. Si verò tanto taliq; crimine publicatur, vt criminoſus a populo ſuſpicetur, & propterea ſuperiuretur, aut confiteatur & pœniteat, aut Epiſcopo vel ſuo miſſo diſcutiente, per ignem candenti ferro caute examinetur.*

Concilium Triburienſe ſub Arnulpho Imperatore.

Iuramētum de calumnia.] EVGENIVS III. Cardioni Romanæ Eccleſiæ ſubdiacono, vt allegatur pat. 23. Concilij Lateranenſis ſub Alexandro III. cap. 2. *Romana Eccleſia in quibus cauſis de decimis & eccleſiarum ... vel spiritualibus tantum agitur, iuramentum calumniæ nec dare, nec recipere conſueuit. Et quidem huiuſmodi cauſæ non ex legum diſtrictione, ſed canonum æquitate finem debitum ſortiuntur. Canones autem iuramentum calumniæ nullo prorſus indicunt. Vnde de iuramento calumniæ præſtando contentione dimiſſa, ad vlteriora fraternitas tua procedat.* Idem cap. 3. ſequenti. *In pertractandis cauſis iuramentum, de calumnia non paſſim exhiberi præcipimus. ſed cum fieri ſinimus, & cauſæ & principalium perſonarū grauitate diligenter inſpecta, quandoque per principales perſonas, quandoque per œconomos ſibi indultos, qui cauſam omninò non neſciunt, in animas principalium perſonarum præſtari iubemus.* Et cap. 4. omninò inhibet, nec iuramentum calumniæ à clericis monachis vel abbatibus exigatur (vide infrà) ſed ſi opus fuerit id præſtare, ſicut imperiales conſtitutiones conſentiunt. Oeconomum ſtatuant, qui pro eis petere & expetere, atque iuramentum de calumnia cùm neceſſe fuerit valeat exhibere. Vide mox. Verùm LVCIVS III. Epiſcopo Elienſi & Cantuarienſi, & allegatur eadem parte cap. 5. & 6. permittit, vt ſi clericus vel aliud debitū vel aſſertiones denegauerit, conſuetudine quæ legi contraria eſt non obſtante, ſacramentum calumniæ ſubire cogatur. Vide ſeq.

Eugenius 3.

Lucius 3.

Iuramentum clerici aut Epiſcopi præſtare non cogantur.] Hæc propoſitio reſpondet ſuperiori qua prohibebatur, ne clerici iuramētum calumniæ præſtare cogantur. Sed nec quodlibet aliud iuramentum, vt præſtare teneantur, ſic CORNELIVS I. epiſt. 2. ad Ruffum vel Ruſticum Epiſcopum Orientalem, vt allegatur à Gratiano, cauſa 2. quæſt. 4. cap. Sacramentum, &c. *Sacramentū* (ait) *hactenus a ſummis ſacerdotibus vel Dei miniſtris exigi, niſi pro fide recta minime cognouimus, nec ſpontaneos iuraſſe reperimus. Summopere ergò ſanctus Iacobus prohibens ſacramentum loquitur dicens: ante omnia fratres mei nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentū. Nos ergo hæc ſequentes ſanctorum Apoſtolorum eorumq; ſucceſſorum iura firmamus, & ſacramenta incauta fieri prohibemus. &c.* Hinc legitur actione Concilij CONSTANTINOPOLITANI ſub Flauiano contra Eutychen, quæ lecta eſt actio. 1. Concilij Chalcedonenſis, quòd cùm Patres præfati Cōcilij à magiſtratibus cogerentur ſub ſacramento dicere, ſi veræ eſſent depoſitiones & profeſſiones ab vtraque parte illatæ, Baſilius Epiſcop. Seleucienſiū Eccleſiæ ſic reſpōdit pro omnibus. *Hactenus iuramentum Epiſcopis neſcimus oblatū, ſed eſt præceptum nobis a Domino non iurandū, neque per cœlum, neque per terram. &c. Vnuſquiſque verò ſicut ante altare ſtans Dei timorem habens præ oculis, & propriam conſcientiam mundam ſeruans Deo, quod in memoria retinet nullatenus habet intermittere.* Hinc Concilium CABILONENSE II. ſub Leone III. can. 13. *Dictum eſt de quibuſdam fratribus, quod eos quos ordinaturi ſunt iurare cogant, quod digni ſint, & contra canones non ſint facturi. & obedientes ſint Epiſcopo qui eos ordinat, & Eccleſiæ in qua ordinatur. Hoc iuramentum, quia periculoſum eſt, omnes vnà inhibendum ſtatuimus.* Porrò Concilium TRIBVR. can. 21. & allegatur, cauſa 2. à Gratia. q. 4. c. Si quis, rarò iuramentū à clericis exigendū ſic diffinit. *Si ſit controuerſia inter laicum & presbyterū coram Epiſcopo terminetur & laicus quidem per iuramentum, ſi neceſſe ſit, ſtringatur: presbyter verò, vice iuramenti, per ſanctam conſecrationē interrogetur, quia ſacerdotes*

Cornelius 1.

Iacob. 5. Eccl. 23. Matth. 5.

Conciliū Conſtantinopolitanum ſub Flauiano Archiepiſcopo.

Matth. 5.

Concilium Cabilonenſe 2. ſub Carolo Magn.

Conciliū Triburienſe ſub Arnulpho Imperat.

Attende. Matth. 5.

ex leui cauſa iurare non debent. Manus enim, per quã corpus & ſanguis Chriſti conficitur, iuramento polluetur? Abſit, cùm Dominus in Euangelio diſcipulis ſuis, quorum vicem nos indigni in ſancta gerimus Eccleſia, dicat: Nolite omninò iurare, ſit autem ſermo veſter, eſt, eſt, non, non. Quod autem his abundantius eſt, à malo eſt. Non dixit, quod amplius eſt, malum eſt, ſed à malo ſed eſt, à malo homine, de cuius incredulitate cogimur iurare. Vt enim in quadam homilia beati Bedæ *presbyteri legimus, ſi fortè nos incautius iuraſſe contigerit, quod ſcilicet obſeruandum, peiorem vergat in exitum, liberè illud mutandum nouerimus ſalubriori conſilio.* Vide infrà. De clericis porrò non cogendis ad iuramentum Honorius II epiſtola ad omnes Epiſcopos Orientales. vt refertur par. 23. Concilii Lateranenſis ſub Alexandro III. cap 1. ſic dicit: *Legibus cautum eſſe comperimus, vt nullus clericus iurare præſumat: alibi verò reperitur ſcriptũ, vt omnes principales perſonæ in primo litis exordio iuſiurandum de calumnia ſubeant. Nonnullis legisperitis & aliis ſapientibus venit in dubium, vtrum clericus iuſiurandum præſtare debeat, an alii perſonæ liceat hoc officium delegare. Quia enim illud conſtitutionis edictum, vt iurare clerici prohibeantur, à* Marco Augusto Constantino *præfecto Prætorii de Conſtantinopolitanis clericis conſtitutum promulgatum fuiſſe, ideo ad alios pertinere non creditur. Vt ergo dubietas illa penitus auferatur ab omnibus, deciſionem etiam filii noſtri* Honorii *quondam Imperatoris anno ſui imperii (vt accepimus) factam tertio, nos eius, inquam, interpretatione corroboramus, & prædicti Marci conſtitutionem ita interpretari debere decernimus, vt ad omnium Eccleſiarum clericos generaliter pertinere iudicetur. Nam cùm* Iustinianus Imperator *decreuerit, vt canones Patrum vim legum habere oporteat, & in nonnullis canonibus reperiatur, vt iurare clerici omninò non audeant: dignum eſt vt totus clericalis ordo, à præſtando iuramento immunis eſſe procul dubio cenſeatur. Propterea ſtatuti Principis tenor penes nos talis eſſe dignoſcitur. Nos itaque vtriuſque legis diuinæ & humanæ intentione ſeruata decernimus, & imperiali authoritate irretractabiliter diffinimus, vt nõ Epiſcopus, non presbyter, non cuiuſlibet ordinis clericus, nõ abbas, non monachus, nõ ſanctimonialis, in quacunque cauſa vel controuerſia, ſiue criminali, ſiue ciuili iuſiurandum compellatur qualibet ratione ſubire: ſed aliis defenſoribus idoneis, ſi expedire Eccleſiæ ſuæ nouerint, huiuſmodi officium liceat delegare: verum cùm hac moderatione, vt Epiſcopus inconſulto Romano Pontifice, vel quilibet clericus inconſulto Prælato ſuo, minimè iurare audeat. Omnibus autem Epiſcopis ac generaliter cunctis ſacerdotibus ac vniuerſo clero ita cuſtodiri debere mandamus, vt ſi quis in hanc conſtitutionem commiſerit, veniam ſibi deinceps nouerit denegari: non ſumentes exemplum ſiue formam à nobis, quod aliter in cauſa fratrum & coepiſcoporum noſtrorum Areanæ & Senonenſis Eccleſiæ nuper fecimus, quoniam eorum voluntati & poſtulationi communimus.** Sic & poſtea Concilium Lateranense generale ſub Innocentio III. cap. 43. ſtatuit, ne clerici laicis iuramenta præſtent, quia, ſecundum Apoſtolum, ſeruus Domino ſuo ſtat aut cadit. Concilium Coloniense III. par. 13. cap. 13. de nõ præſtando à clericis iuramẽto ſtatuit. Vide ſequentia.

Beda Venerabilis. Honorius 2. Opportuna ſatis quæſtio. Marcus Auguſtus Conſtantinus. Honorius Imperator. Iuſtinianus Imperator quantum patrum decretis detulerit, quæ hodie Caluiniſtæ ſubſannant.

*lege plura parte 7 Concilii Lateranenſis ſub Alexandro 3. cap. 8 2. 3 & 4. Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. patrum 11 3. Rom. 14. Concilium Colonienſe 3. Cornelius 1.

Iuramentum pueri præſtare nõ cogantur.] Cornelius I. epiſt. 2. ad Rufum ſeu Ruſticum Epiſcopum Orientalem (allegatur à Gratiano, cauſa 22 q. 5.) poſtquam clericis inhibuit pręſtare iuramentũ, vt ſuperiùs allegauimus, ſic ſubdit: *Statuimus, vt pueri ante annos 14. non cogantur iurare. Honeſtum autem videtur, vt qui in ſanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat, cum omni honeſtate, & timore Dei multa.* Buchardus alia decreta citat, quæ non reperi in ipſis exemplaribus. Allegat autem Concilium Hibernense, cap. 3. quod nec dum vidimus typis excuſſum, quod ſic ſtatuit. *Si puella ſita in pueriii ætate in domo Patris, illo neſciente, ſe iuramento conſtrinxerit, & ſi pater ſtatim vt audierit contradixerit, vota eius & iuramenta irrita erunt, & [illegible] emendabitur.* Porrò Concilium Eliberinum, docente Gratiano, cauſa 22. q. 5 c Pueri, & Iuone lib 8 decretorum, omninò idem ſtatuit quæ Cornelius, & præfatum Hibernenſe Concilium, quod ideo non repetimus, quia idem in verbis ſonat.

Buchardus lib. 12. cap. 20 decretorum. Concilium Hibernenſe. Concilium Eliberinum.

Iuramentum vtræque partes præſtare non cogantur.] Cõcilium Valentinum Galliæ III. ſub Lothario Imperatore, can. 11. *Quia impia & Deo inimica, & Chriſtianæ religioni nimis contraria, ex iniquiſſima ac deteſtabili conſtitutione quorundam ſecularium legum conſuetudo inualuit, vt in forenſi iudicio litigantes ex vtraq; parte contendentium æqualiter iuramentum dare cogantur: vbi ſine dubio duobus contra ſe iurantibus, vnus periurus efficitur: tanti ſceleris immanitatem & animarum perditionem dolentes ſtatuimus, vt quicunque vno iuramẽto legitimè dato, quod ſecundum legem diuinam omnis humanæ controuerſiæ finis eſſe debet, alterum è contrario iuramentum opponere præſumpſerit, ab ipſis liminibus Eccleſiæ, quæ ſua impietate prophanauit, excluſus omnium Chriſtianorum conſortio atque conuiuio reddatur extraneus, niſi ſe continuò admonitus ad agendam pœnitentiam tanti reatus humili ſatisfactione inclinauerit.* Deinde agit contra illos qui iuramento ab vtraq; parte præſtito, vſque ad armorũ certamina ſolent prorumpere, de hoc egimus in vocabulo, Duellũ.

Concilium Valentinum Galliæ 3. Hebr. 6.

Iuramẽtum teſtium duplex.] Vide Teſtis.

Iuramentum non facilè exigendum nec præſtandum.] In ſuperioribus annotationibus nihil aliud penè inſinuatum eſt, quàm difficulter eſſe iurandũ: quod & adhuc Concilium Coloniense III. par 13. cap. 13. Concilium Moguntinum IV. cap. 87. *Cum ſcriptura admoneat virum crebrò iurantem iniquitate repleri, ac plagis multis obnoxium fieri: iurationem namque multa comitari pericula, quæ nõ tam peierantem, quàm eum qui periurio cauſam cùm debet & poteſt non ſubtrahit, inuoluunt. Nos igitur crebram illam iuramentorum exactionem in capitulis, ſi non vt iniuſtam, certè vt periculoſam cenſemus coartandam: iniuſta verò & illicita iuramenta, per quæ nonnunquam via debita correctionis præcluditur, & prælati à promouenda Eccleſiarum ſuarum diſciplina & vtilitate impediuntur, omninò tolli debet. Et nos ergo cum hac ſancta Synodo talia omnia damnantes, locorum ordinariis & capitulorũ prælatis ad eiuſmodi correctionem per præſentes facultatẽ impertientes, diſtrictè eis præcipiendo iniungimus, vt Eccleſiarum ſtatuta diligenti cura reuideant, & iuramenta non neceſſaria à ſede Apoſtolica non confirmata in primis verò iniuſta & perniciosã, non obſtantibus quibuſcumque conſuetudinibus (cùm iniquitati longinquitas temporis patrocinari non debeat) corrigant, caſſent, & tollant: quod ſi facere inferiores prælati & ordinarii diſtulerint, pœnis ſe nouerint ſubiacturos. Inſuper monemus cauſidicos, ne tam faciles ſint in exigendis malitiæ ac aliis iuramentis quia eadem manet pœna temerè exigentem, quæ manet fruſtra præſtantem iuramentum.* Hoc Chryſoſtomus teſtatur, & Augustinus Hipponensis, libro quæſt. ſuper

Concilium Colonienſe 3. Concilium Moguntinum 4. Sebaſtiano Archiepiſcopo. Eccleſ. 23. Auguſtinus Hipponenſis.

Leuiticum, quæſt.1. & ſerm.28. de verbis Apoſtoli, allegatúrque à Gratiano, cauſa 22. quæſt.1. cap. Si peccatum, & quæſt.2. cap. Homines, & à Petro Lombardo, lib.2 ſeutentia. diſtinct.39. cap.2. & alibi. Vide & Periurium.

Philo Iudæus.

Iuramentum licitè poteſt reuocari & mutari.] Vide ſuperiori pagina, ex Bedæ venerabilis authoritate hoc probat. Verùm vt altiùs hoc repetamus, PHILO IVDAEVS, libro de ſpecialibus legibus, non longè ab exordio. *Quiſquis iuratum (ait) iura violat, ſciat ſe non peierare quidem: attamen ea peſſum dare, ad quæ conſtabilienda iuramentum inuentum eſt: addit enim culpa culpam, dum ſacramento abutitur, cum debuiſſet potiùs abſtinere à maleficiis. Abſtineat igitur & ſupplex*

B *Deum exoret, vt pro ſua clementia temeritati inconſultè ignoſcat, quæ ad iurandum præceps actus eſt: nam duplicare noxam, cùm te poßis exonerare dimidio, maxima eſt inſania vix vnquam curabilis, &c.* Et SOTER I. vt allegat Gratianus cauſa 22. quæſt 4. cap. Si aliquid. *Si aliquid fortè incautiùs nos iuraſſe contigerit, quod obſeruatum in peiorem vergat exitum, illud ſalubri conſilio mutandum nouerimus, & magis inſtante neceßitate periurandum nobis, quàm pro facto iuramento in aliud crimen maius diuertendum.* Hoc decretum non ſub nomine Soteris, ſed ſub nomine ALEXANDRI I. citat & confirmat NICOLAVS I. epiſtola ad Epiſcopos Galliæ cap.1. vt etiam meminit Gratianus cauſa 15. quæſt.6. Præterea Concilium HIBERNENSE (quod Burchardus allegat lib. 12. decretorum cap.25.) canone 1. ſic loquitur. *Definitio incauta laudabiliter ſoluenda, nec præuaricatio eſt, ſed temeritatis emendatio.* Porrò longa diſceptatione Patres Concilij TOLETANI VIII. cano. 2. perquirunt, vtrum iuramentum incautum poſſit mutari & reuocari, & vbi ex lege veteri, & ex prophetis teſtimonia in medium protulerunt, quibus non aſſumendum nomen Dei in vanum iuſſuatur, tandem ſic concludunt, (& allegat Gratianus cauſa 22 quæſt 4. cap Si publicis) iuramentum non ita hominem ligare vt miſericordiæ iniuriam faciat, atque ideo poſſe aliquando reſolui.

Vide quàm pulchre loquitur.

Soter I.

Alexander I. Nicolaus I.

Concilium Hibernenſe non ... ſed ſideliſe quo producit teſtes eſt Bochardus.

Concilium Toletanum 8.

Exod 20. Leuitic.19.

D *Etenim (aiunt) ſi publicis ſacramentorum geſtis (quod Deus auertat) à quibuſlibet illicita vel non bona extitiſſet conditio alligata, quæ aut iugulare animam Patris, aut agere compelleret ſtuprum ſacratiſſimæ virginis, nunquid non tolerabilius eſſet, ſtultæ promißionis reiicere vota, quam per inuiolatam promiſſorum cuſtodiam, exhorrendam criminum implere menſuram? Quòd ſi ita eſſet, quomodo crederetur vnius obſeruantia iuſsionis eſſe fons pietatis, cùm emitteret tribulos vltionis? Aut quæ non illa eſſet ſacra obſeruatio legis, quæ ſacrilegia committeret prauitatis?* Et iuramentum quidem pro honeſta & licita cauſa ſanctè eſſe aſſumendum, probant patres ſacræ lectionis teſti-

E monio, *Nam quomodo (aiunt) pacis fœdera, inter gentium diſsidia ligabuntur, ſi non iuramenti pacta ſanctiori integritate ſeruentur? Etenim omne quod in pacis fœdere venit, tunc ſolidiùs ſubſiſtit, cùm iuramenti hoc interpoſito roborat. Sed & omne quod amicorum animos conciliat, tunc fideliùs durat, cùm ea ſacramenti vincula ligant. Omne enim quod teſtibus aſtipulatur, tunc veriùs conſtat, cùm id adiecto iurationis adfirmat. Quod ſi & teſtis deficiat, Innocentiæ fidem ſola iuſiurandi taxatio manifeſtat. Hinc vt mentibus humanis diuina voluntas panderet quod volebat, ne labens fragilitas pro incerto teneret, quod inuiolata veritatis promiſſio exprimebat, per Eſayam loquitur dicens: In memetipſo iuraui. Ego dominus, &*

Iuramentum licitè pro honeſta cauſa aſſumitur.

Hoc allegat Gratianus cauſa 22 quæſt. 1. cap. Oē quod

Eſay.45.

A *non eſt alius. &c. Verùm licet iuramentum, vt prædictum eſt, tantopere commendetur, tamen ne videantur in nobis miſerationum concluſiſſe præcordia, vt nullam de pietatis affectu animæ viſcera concipiant indulgentiam paritura, ſic ſtabilitis contractibus iuramento ſinum miſericordiæ aperimus, atque ita cunctis Deo placita miſeratione miſereri cenſemus, vt nos nec iuramenti teneat cautio reos, nec inhumanitas faciat execrandos. Denique duo mala licet ſint omnino cautiſſimè præcauenda, tamen ſi periculi neceßitas ex his vnum temperare compulerit, id debemus reſoluere, quod minori nexu noſcitur obligari.* Quod ita probant. *Etenim dum periurare cōpellimur, creatorē quidem offendimus, ſed nos tantūmodo maculamus. Cū verò noxia cōplemus promiſſa, & Dei iuſſa ſuperbè con-*

Hoc allegat Gratianus diſtinct 13 cap Duo mala.

B *temnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipſos crudeliori gladio trucidamus. Reſtat ergo, vt hæc noſtra pergat ſententia, quæ miſericordiæ patioris via. Sed ne ad periurij reuocet culpam, quod aliquoties iuramenta dicamus abſolui pro intuitu, nec à ſancta fidei regula hanc aſſerat venire ſententiam, tam diuina authoritatis oracula, quàm præcedentium patrum aſſerta hinc narrationi curauimus innectenda. Etenim incommutabilis eademque ſemper exiſtens Dei natura, parcens, ſæpè ſua in ſacris litteris legitur mutaſſe promiſſa, & pro miſericordia temperaſſe ſententiam. Vnde quamlibet ſit impaßibilis, atque immutabilis, eiuſdemque deitatis, licet ſint dicta firmiſſima, crebro tamen eius & iuramenta leguntur, & pœnitentia. quæ ſacris extant myſteriis adoperta. Iurare namque*

Periurium vt liceat quatenus maius incommodum vitetur.

Sacræ ſcripturæ & patrū teſtimonijs aſſertio roboratur. Hoc allegat Gratianus cauſa 22 quæſt 4 cap. Incommutabilis.

C *que Dei eſt, à ſeipſo nullatenus ordinata conuellere: Pœnitere verò, ea ordinata, cum voluerit, immutare. Sic enim per Hieremiam dicit: Repentè loquar aduerſum gentem, & aduerſum regnum, vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa ſuper malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, vt facerem ei. Et per Ezechielem: Si dixero iuſto viro, quòd vita viuat, & conuerſus à iuſtitia ſua fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradentur. & in iniquitate, quam operatus eſt, in ipſa morietur. Si autem dixero impio, morte morieris, & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, vita viuet, & non morietur, &c.*

Ionæ 3. 4.Reg.20. Eſay.38. Ieremiæ 18.

Ezechiel 33.

Iurare Dei quid & pœnitere eius.

D *Si ergo noſtra conuerſio ſic diuinam mutat ſententiam, cur miſerorum tanta lachryma vel preſſura, tam crudam non temperat ex miſeratione vindictam? Hinc etiam Iſraelitico populo ſententia vltio promiſſa ſuſpenditur, & Niniuitarum perditio diuina ſententia permutatione ſedatur.* At verò illuſtrium laudum titulo præclarus author AMBROS. MEDIOL. libro 1. officiorum cap. 50. huiuſce rei cauſa ſic loquitur. *Eſt etiam contra officium nonnunquam ſoluere promißum, & ſacramentum cuſtodire, vt Herodes qui iurauit, quoniam quidquid petitura eſſet daret filiæ Herodiadis, & necem Ioannis præſtitit, ne promiſſum denegaret. Nam de Iephte quid dicam, qui immolauit*

Ambroſius Mediolanenſis.

E *filiam, quæ ſibi victori primum occurrerat, quo votum impleret, quod ſpoponderat, vt quidquid ſibi primum occurriſſet, offerret Deo? Meliùs fuerat nihil tale promittere, quàm promiſſam ſoluere parricidio. Idem ibidem libro 3. cap. 12. Purum ergo ac ſyncerum oportet eſſe affectum, vt vnuſquiſque ſimplicem ſermonem proferat, vas ſuum in ſanctitate poſſideat, nec fratrem circumſcriptione verborum ſeducat. Nihil promittat inhoneſtum: at ſi promiſerit, tolerabilius eſt promiſſum non facere, quàm facere quod turpe ſit. Sæpè plerique conſtringunt ſe iuſiurandi ſacramento, & cùm ipſi cognouerint promittendum non fuiſſe, ſacramenti tamen contemplatione faciunt, quod ſpoponderint. Sic de Herode ſuprà dictum eſt, qui ſaltatrici præmium turpiter*

Math.14. Marc 6 Iudicum 1.

promiſit, crudeliter ſoluit. Turpe eſt, quòd regnum pro ſaltatione promittitur, crudele, quòd mors propheta pro iuſiurandi religione datur. Quantò tolerabilius tale fuiſſet periurium ſacramento? Et poſt pauca de Iephte differens idem Ambroſius: Mirabilis (inquit) neceſſitas, qua ſoluitur parricidio. Melius eſt non vouere, quàm vouere id quod ſibi is, cui promittitur, nolit exolui: (& poſt pauca.) Non ſemper igitur promiſſa ſoluenda omnia ſunt. Denique ipſe Deus, ſicut ſcriptura indicat, frequenter ſuam mutat ſententiam. Vir quoque ſanctiſſimus AVGVSTINVS HIPPONENSIS, *veſtigationis acumine canus, inueniendi arte præcipuus, aſſerendi copia profluus, eloquentiæ flore venuſtus, ſapientiæ fructu fœcundus, hæc in ſuis narrat affatibus: Duo ſunt omninò genera mendaciorum, in quibus non magna culpa eſt, ſed tamen non eſt ſine culpa, cum aut iocamur, aut pro miſericordia, mentimur. Illud primum in iocando, ideo non eſt pernicioſiſſimum, quia non fallit. Nouit enim ille, cui dicitur, ioci cauſa eſſe dictum. Secundum autem mitius eſt illo, quia retinet nonnullam beneuolentiam. Idem: Non auferat (inquit) veritas miſericordiam, nec miſericordia impediat veritatem. Si enim pro veritate, aut quaſi rigida veritate oblitus fueris miſericordiam, non ambulabis in via domini, in qua miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi. Beatus etiam* GREGORIVS I. *& vita meritis honorandus, atque in Ethicis aſſertionibus pene cunctis meritò præferendus, ſic in libris infert moralibus: Quia antiquus Behemoth iſte tam inexplicabilibus modis ligat, vt plerumque mens in dubium adducta, vnde ſe à culpa ſoluere nititur, inde in culpa arctius aſtringatur, rectè dicitur: Nerui teſticulorum eius perplexi ſunt. Argumenta namque machinationum ipſius, quo magis laxantur, vt relinquant, eo magis implicantur, vt teneant. Eſt tamen, quod ad deſtruendas eius verſutias vtiliter fiat, vt cum mens inter maxima & minora peccata conſtringitur, ſic omninò nullus ſine peccato aditus euadendi patet, minora ſemper eligantur: quia & qui murorum ambitu ne fugiat clauditur, ibi ſe in fugam præcipitat, vbi breuior murus inuenitur. Noſtri quoque ſeculi doctor Egregius Eccleſiæ Catholicæ nouiſſimum decus, præcedentibus ætate poſtremus, doctrina comparatione non infimus, & quod maius eſt, in ſeculorum fine doctiſſimus, atque cum reuerentia nominandus* ISIDORVS HISPALENSIS, *in libro ſententiarum 2. Hac pro tali narrat negotio, non eſt conſeruandum ſacramentum, quod malè & incautè promittitur, veluti ſi quiſpiam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius eſt enim non implere ſacramentum, quàm permanere in ſtupri flagitio. Similiter in Synonimis lib. 2. In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum. Quod incautè vouiſti non facias: impia eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur. Hæc de ſacris paginis authoribuſque præcipuis breuiſſimè ſufficiat praliбaſſe. Nam plurima colligere, qui hæc attentius legendo quæſierit. Cæterùm quibus hæc nequaquam ſufficiunt, vel hinc ſumant cum robore ſilentium, quia optat vas electionis anathema eſſe à Chriſto pro fratribus ſuis, quàm perdurare crudelibus in delictis.* Hæc patres dixerunt, pro eo quod eis incautum iuramentum de non relaxanda pœna reis maieſtatis, obiiciebatur, quod videbatur crudele, ſed ſoluendum poſſe cum tempore ſic decernunt. Eſt & alia conſtitutio NICOLAI I. allegata à Gratiano cauſa 6. quæſt. 4. cap. Quod bene. *Quod bene ſemel definitum eſt, & interpoſito iuramento roboratum, nulla debet iteratione (niſi fortaſſis vbi maior fuerit authoritas) retractari.* In Concilio LATERANENSI ſub Alexandro 3. parte 8. cap. 13. de teſtibus dicitur, quòd iuramentum præſtitum & non publicatum maximè cùm vergit in ruinam, poteſt retractari & mutari, & tales qui ſic iurauerint, in teſtimonium recipiendi ſunt vt ante. Vide, Periurium, & Teſtis.

Auguſtinus Hipponenſis laus.

Duo genera mendaciorum quibus non ineſt culpa magna.

Pſal. 84.

Gregorij Magni laus.

Iob 40.

Iſydori Hiſpalenſis laus.

Hæc allegat Gratianus cauſa 22. quæſt. 4. cap. Noeſt, &c.

Nicolaus 1.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Iuramentum præſtitum Regibus. Poſuimus, ſuprà Fides, &c.

IVS.

Iuris repetitio.] Concilium AVRELIANENSE I. cano. 8. *Si quis ab Epiſcopo ſuo, vel de Eccleſia, vel de propria, crediderit aliquid repetendum, ſi nihil conuitij aut comminationis obiecerit, eum pro ſola contentione à communione Eccleſiæ non liceat ſubmoueri.* Vide, contentio, lis, &c. & ſequentia.

Ius Eccleſiæ. Concilium OXONIENSE ſub Innocentio 3. cap. 1. *Authoritate Dei & patris, & beatæ virginis, & omnium ſanctorum, & præſentis Concilij excommunicamus omnes illos, qui malitioſe Eccleſias ſuo Iure priuare præſumunt, aut per malitiam aut contra iuſtitiam libertates earumdem infringere vel perturbare contendunt, &c.* Reliquum vide in vocabulo, Eccleſiæ libertas, & Facultates, &c.

Concilium Aurelianenſe ſub Hormiſda.

Concilium Oxonienſe in Anglia.

Ius patronatus quod, & qui poſsint obtinere.] Ius patronatus illud vocamus, quando quidam Eccleſias, aut Baſilicas erigentes, aut fundantes ſibi & ſucceſſoribus reſeruant huius adminiſtrationem, vel collationem eiuſdem Eccleſiæ, vel nomen fundatoris, atque poteſtatem habent miniſtros eligere, & præſentare Epiſcopis, ad miniſterium huius Baſilicæ vel Eccleſiæ, vt latiùs in ſequentibus demonſtratur. Itaque ſic de illis etiam diximus in vocabulo, Baſilicæ fundator, &c. Vide ſi placet. Tum Concilium TRIBVRIENSE cano 32. ſic loquitur. *Quæcunque Eccleſia à compluribus cohæredibus ſit obſeſſa, concordi vnanimitate vndique procuretur, ne propter aliquas diſceptationes ſeruitium Dei minuatur, & cura populi irreligioſè agatur. Si verò contingat per ea comparticipes diſſidere, & ſub vno presbytero nolle eam procurare, & propterea iurgia & contentiones iam inter ipſos, quàm inter clericos incipiant frequentare, quia iuxta Apoſtolum ſeruus Dei non oportet litigare, Epiſcopus tollat inde reliquias, & ſub magna cura honorificè collocet eas, atque eiuſdem Eccleſiæ claudat oſtia, & ſub ſigillo conſignet ea, vt ſacrum miniſterium nullus celebret in ea antequam concordi vnanimitate vnum omnes eligant Presbyterum, qui idoneum ſit ſacroſanctum locum procurare, & populo Dei vtiliter præeſſe. Hanc autem habeant authoritatem Epiſcopi, vt in nullis Eccleſiis nec conſtituantur presbyteri, nec expellantur illis inconſultis & non conſentientibus.* Hæc ex epiſtola Clementis affirmat, vt alibi dictum eſt. Vide & ſuprà de iure patronatus vocabulo, electio, &c. Denique LVCIVS III. Et parte 15. Concilij Lateranenſis ſub Alexandro tertio, capite 14. eadem omninò quæ ſuperiùs dicta ſunt, repetit ALEXANDER III. parte eadem cap. 2. ſcribens Eboracenſi Epiſcopo. *Si (ait) laici clericis vel collegiis de conceſſionibus vel donationibus inſtrumenta conceſſerint, in hæc verba vel ſimilia, Conceſsi, vel dedi Eccleſiam, & præſenti charta confirmaui, ſi conſenſus Epiſcopi non acceſſerit, nil actum vel datum videtur. A laico enim Eccleſia dari non poteſt. Patronatum autem de authoritate & aſſenſu Epiſcopi certum eſt à laico in eſdem iure conferri.* Et ſubdit cap. 3. *Cum laici [illegible] Epiſcopis neſcientibus, aut*

Concilium Triburienſe ſub Arnulpho Imperatore.

Lucius 3.

Alexander 3.

[illegible] Baſilica, &c.

tian

non conſentientibus Eccleſias concedunt, in quibus habent ius patronatus, & poſtea pœnitentia ducti alios ad Eccleſias ipſas, Epiſcopis præſentant, & illi ad eorum præſentationem in eiſdem Eccleſiis ab Epiſcopis inſtituuntur, eorum debet inſtitutio ſtare & firmiter obſeruari, qui authoritate Epiſcopi fuerint inſtituti, cõceſſione priori quæ nulla eſt, omninò euacuata. Non enim licet laicis, in Eccleſiis clericos propria præſumptione ordinare. Idem eadem repetit cap. 4. & 5. & 6. ſequent. ad Vvintonenſem Epiſcopum. *Si aliquis* (ait) *Laicus inconſulto Epiſcopo Eccleſiam non vacantem concedat alicui religioſæ domui, & poſtea cùm vacauerit ad præſentationem eius laici aliquis clericus ibi fuerit per Diœceſanum Epiſcopum inſtitutus, prior conceſſio ſecundam conceſſionem, quo minùs rata habeatur, infirmari non poteſt. Nec debet aliquatenus impediri, cùm illa conceſſio de iure nullius poſſit eſſe momenti, tum quia de re non vacante facta eſt, tum quia laicus ſine authoritate Epiſcopi, nemini poteſt Eccleſias dare, licet religioſo loco vis patronatus conferendi liberam habeat facultatem. Si verò ius patronatus, Eccleſia vacante, religioſo loco contulerit, & aliquis poſtea ſine præſentatione fratrum eiuſdem loci fuerit in ipſa Eccleſia inſtitutus, eius inſtitutio ſecundum rigorem iuris eſt irritanda.* Tum LVCIVS III. præfatus capite 8. eiuſdem partis 15. ſcribens Noruuicenſi Epiſcopo. *Cùm aduocatus* (ait) *clericum vnum idoneum præſentauerit Epiſcopo, & poſtulauerit poſtmodum, eo non inſtituto, alium æquè idoneum in Eccleſiam eandem admitti. quis eorum alteri præferatur, Epiſcopi iudicio credimus relinquendum, ſi laicus fuerit, cui competit ius præſentandi. Verùm ſi collegium vel religioſa perſona præſentationem habuerit, prior tempore, potior iure meritò videtur.* Et cap. 9. Idem Lucius 3. irritas decernit donationes & conceſſiones laicorum, ſine authoritate Epiſcopi & eius conſenſu. Et capite 10. Idem, ius præſentandi clericos ad Eccleſias adeptum emptionis titulo vel aliis modis reprimit, & prohibet, ne iura patronatus in Eccleſiis aut in Eccleſias acquirantur. Quod & cap. 13. eiuſdem partis adhuc repetit. Idem LVCIVS III. & cap. 16. vbi ait. *Cùm ius patronatus annexum ſit Spirituali, nemini licitum ſit vendere illud.* Et cap. 17. iterum repetit, & ſi venditum fuerit, iubet contractum reuocari. Capite verò 11. eiuſdem partis 15. Conceſſiones Eccleſiarum factas viuentibus adhuc poſſeſſoribus irritas decernit, & addit cap. 12. *Si verò aliquando ordinatio alicuius Eccleſiæ ad tuam inſtitutionem ſpectat.* (alloquitur præfatum Epiſcopum Noruuicenſem) *& pro controuerſia laicorum de iure Patronatus inter ſe diſcrepantium ordinationes malitioſe differuntur, fas tibi ſit de authoritate noſtra, nullius contradictione & appellatione obſtante, in eadem Eccleſia perſonam idoneam inſtituere, ita quod ipſa eadem præſentetur ab eo qui ius patronatus euicerit.* Porrò hæreditario iure & authoritate propria Eccleſias occupari prohibet. Idem Lucius cap. 15. nec eas, licet filiis aut nepotibus, pro libito dare ſine Epiſcopi conſultu Sed & cap. 18. decernit, vt nullus laicus decimas aut Eccleſiam aut quidquid Eccleſiaſtici iuris eſt, ſine conceſſione ſui Pontificis nec Monaſteriis, nec canonicis offerat. *Et ſiquis* (ait) *Epiſcopus improbitatis cauſa & auaritiæ conſentire voluerit, Romano Pontifici nuncietur, & quod offerendum eſt, tunc eius licentia offeratur.* Idem & ſequenti cap. 2[illegible]. & capite 21. ſtatuit vt ſi quando in Eccleſiis vacantibus, in quibus perſona Eccleſiaſtica præſentationem non habet, vel quia perſonæ minùs idoneæ Epiſ-

Lucius 3.

[illegible], emptione vindicatū infirmatur.

Non eſt licitū vendere iura patronatus.

A copo præſentantur, vel alia de cauſa. de iure perſonas non poterit inſtituere in Eccleſiis ipſis, contradictione & appellatione ceſſante ponat œconomos qui debent redditus Eccleſiarum percipere, & eos aut in vtilitatem Eccleſiarum expendere, aut futuris perſonis fideliter obſeruare. Et cap. 23. concludit. *Licet ergo in donationibus Eccleſiarum requirendus ſit & expectandus patronorum conſenſus, Eccleſiæ tamen ipſæ, niſi authoritate Pontificalis interuenerit, canonice concedi non poſſunt. Vnde ſi Eccleſia donata ſit ſimpliciter à domino fundi, eidem, quam poſtea alius etiam donatione alterius patroni, cum authoritate & conſenſu Epiſcopi, obtinuerit, illa debet præferri quæ poſterius donatio facta eſt,*
B *quæ conſenſu domini fundi, & Epiſcopi authoritate fulcitur.* Plura habes tractata de iure Patronatus Parte 47. eiuſdem Concilij. vbi loquitur ALEXANDER III. Regi Anglorum cap. 4. 5. & 6. Epiſcopo Hereſordienſi cap. 10 parte quoque 50. cap 32. Anglorum regi. Vide & ſupra in vocabulo, Beneficium, & Baſilicæ, &c. De iure quoque Patronatus agit Concilium LATERANENSE ſub Innocentio 3. cap. 45. & Concilium OXONIANSE ſub eodem cap. 1. vbi ſic dicitur. *Si duo præſentati fuerint ad vnam Eccleſiam, neutri, pendente lite, cuſtodia committatur, donec conſenſerint ambo qui ius patronatus habent, alias Epiſcopus neutrum ordinabit.* Vide & in Clementinis ex
C Concilio VIANNENSI ſub Clemente 5. titulo duodecimo de iure patronatus, &c. Agit quoque de iure Patronatus moderando per Archidiaconum, Concilium COLONIENSE III. parte 1. cap. 15. ſi fortè indigni præſentati fuerint. COLONIENSE IV. capite 10. medij 2. *De ſecularibus habentibus ius præſentandi aliquem ad beneficium Eccleſiaſticum, ſiue curatum, ſiue à cura liberum, qui contra regulas canonicas admittuntur pleno iure conferre abſque inſtitutione canonica, aut præſentatum via facti intrudere, decernimus eum toto concilio, tales conatus irritos ac nullos eſſe. Et ſi qui tale quiddam facere tentauerint, hos ipſo facto iure præſen-*
D *tandi pro vice illa priuatos eſſe: Illum verò qui beneficium tali titulo recipit, aut ſe ei intromittit, nihil per hoc iuris acquirere, & procul ab illius occupatione remoueri debere, & per ordinarium in eius locum ſubrogari alium: quin & iura decernunt vtrunque, & intrudentem, & recipientem anathemate feriendos.* Porrò Concilium MOGVNTINVM IV. de his, qui habentes ius patronatus & beneficia Eccleſiaſtica parentibus & amicis minus idoneis procurant capite 68. præcipit, vt collatione priuentur, quæ tamen poſſit eorum hæredibus aut ſucceſſoribus integre reſtitui. Idem de his qui conferendo beneficia ſibi portionem reſeruant præcipit, vt qui confert & qui tali conditione re-
E cipit, beneficio priuetur, & eidem alius idoneus præficiatur. Vide, Penſio. De iure Patronatus Concilium TRIDENTINVM generale ſeſſione 25. quæ eſt 9. ſub Pio 4. capite 9. decreti reformationis, & prius quidem ſeſſione 14. quæ fuit 4. ſub Iulio 3. cap 12. *Nemo* (ait) *cuiuſuis dignitatis Eccleſiaſtica vel ſecularis, quacumque ratione, niſi Eccleſiam, Beneficium, aut capellam de nouo fundauerit & conſtruxerit, ſeu iam erecta, quæ tamen ſine ſufficienti dote fuerit, de ſuis propriis & patrimonialibus bonis competenter dotauerit, ius patronatus impetrare, aut obtinere poſſit, aut debeat. In caſu autem fundationis aut dotationis huiuſmodi inſtitutio Epiſcopo, & non alteri inferiori reſeruetur.* Et cap. 13. *Non licet præterea Patrono cuiuſuis priuilegij præ-*

Alexander 3. in concilio Lateranenſi.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. Concilium Oxonienſe in Anglia.

Concilium Vienenſe generale.

Concilium Colonienſe 3.

Concilium Colonienſe 4.

Concilium Moguntinum 4.

De his qui cõferendo beneficia, ſibi portionem reſeruant. Multis talis nominibus, vt de Penſio.

C[illegible]m Tridentinum generale nouiſſimum.

A *tentu aliquem ad beneficia ſui iuris patronatus, niſi Epiſcopo loci ordinario, ad quem prouiſio ſeu inſtitutio ipſius beneficij, ceſſante priuilegio, iure pertineret, quoquomodo præſentare: aliàs præſentatio, ac inſtitutio forſan ſecuta nullæ ſint, & eſſe cenſeantur.* Tum ſeſſione 25 quæ ſuperiùs notata eſt ſequitur. *Vt debita in omnibus ratio obſeruetur, decernit ſancta ſynodus, vt titulus iuris patronatus ſit ex fundatione vel dotatione, qui ex authentico documento, & aliis iure requiſitis oſtendatur, ſiue etiam ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, aliaſue ſecundum iuris diſpoſitionem. In his verò perſonis, ſeu communitatibus, vel vniuerſitatibus, in quibus id ius plerumque ex vſurpatione potius quæſitum præſumi ſolet, plenior & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur: nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragetur, quàm ſi præter reliqua ad eam neceſſaria, præſentationes etiam continuatæ, non minori ſaltem, quàm 50. annorum ſpatio, quæ omnes effectum ſortita* B *ſint, authenticis ſcripturis probentur. Ad hæc liceat Epiſcopo præſentatos à Patronis ſi idonei non fuerint refellere.* Vide, Clericus, Baſilica, Beneficium, &c.

Ivstificatio.

Iuſtificatio impij.] Iam de iuſtificatione, quæ fit per gratiam Dei citra omne meritum, quę tamen poſtea conſeruatur fide & bonis operibus, diximus dum de fide & operibus tractabamus. Verùm quia etiam hoc nomen inuiſum habent hæretici, in promptu habemus oſtendere, quia & ſi iuſtificationem non præcedant merita, tamen illam debeant ſubſequi, vt mereamur ſalutem adipiſci. Vnde ſic loquitur eo conſenſu Avgvstinvs Hipponensis, exponens Pſalmum 31. *Ex fide (inquit) iuſtificatus eſt Abraham, ſed ſi fidem opera non præceſſerunt, tamen ſecuta ſunt, &c.* Et paulo poſt ſubdit. *Si fides ſine dilectione ſit, ſine opere erit. Ne autem multa cogites de opere fidei, adde illi ſpem & dilectionem, & noli cogitare quid opereris. Ipſa dilectio vacare non poteſt.* Et Ambrosivs Mediolanensis libro 1. de vocatione Gentium cap. 1. *Fides qua iuſtificatur impius (ait) niſi ex Dei munere non habetur, eaque nullis meritis præcedentibus tribuitur, ſed ad hoc donatur, vt principium poſſit eſſe meritorum, vt cùm ipſa data fuerit non petita, ipſius iam petitionibus bona cætera conſequantur.* Et Arnobivs in Pſalmum 106. *Audi Nouatiane. Tu dicis: qui adhuc non ſunt redempti, ipſi poſſunt ad indulgentiam peruenire. Nos dicimus: Illi per fidem ſolam ad indulgentiam attingunt: Illi autem qui redempti ſunt, non per fidem ſolam, quia iam crediderunt, ſed per pœnitentiam perueniunt ad miſericordiam redemptoris.* Et Origenes Adamantivs libro 3. in epiſtola ad Roma. cap 3. *Si quis iniuſtè agat poſt iuſtificationem, ſine dubio iuſtificationis gratiam ſpreuit, neque ob hoc quis veniam accipit peccatorum, vt rurſum ſibi putet peccandi licentiam datam, &c.* Et Hieronymvs Stridonensis lib. 4 commentariorum in epiſtolam ad Galatas capite 5. *Conſideremus quia Paulus non dixit, volo a vobis diſcere vtrum ex operibus ſpiritum accepiſtis, ſed adiecerit ex operibus legis. Sciebat enim & Cornelium centurionem ſpiritum ex operibus accepiſſe, ſed non ex operibus legis quam neſciebat. Si autem e contrario dicitur, ergo & ſine auditione fidei accipi ſpiritus poteſt? Nos reſpondebimus accepiſſe quidem eum ſpiritum, ſed ex auditu fidei & naturali lege, quæ loquitur in* A *cordibus noſtris bona quæque facienda, & vitanda mala, per quam dudum quoque Abraham, & Moſen, & cæteros ſanctos iuſtificatos retulimus. quam augere deinceps poteſt operum obſeruatio legis quoque iuſtitiæ, &c.* Et Ioannes Chrysostomvs in homilia de fide & lege. *Nullus (ait) ſine fide vitam habuit, latro autem credidit duntaxat, & iuſtificatus eſt a miſericordiſſimo Deo: qui ſi ſuperuixiſſet, fideique & operum fuiſſet negligens, a ſalute excidiſſet.* Hæc ibi. Vide eundem homilia 7. in cap. 3. ad Romanos per totam. Denique Leo I. epiſtola 46. *Omnis bonorum operum deuotio (ait) diuina præparatio eſt, nec propria quiſquam iuſti, cæterum virtute, quoniam gratia vnicuique principium iuſtitiæ, & bonorum fons, atque origo meritorum eſt.* Et Cyril-B lvs Alexandrinvs libro 1 in Euangelium Ioannis cap. 15. *Fides (ait) ſalutem affert, & gratia multiplicat mandata verò legis condemnant magis.* Tum libro 4. cap. 25. ſic ſubdit. *Iuſtificantur non ex operibus legis, ſed gratia Chriſti, quæ deſurſum nobis per miſericordiam Dei conceſſa eſt.* (Et poſt pauca) *Et certe qui bonis moribus apud Iudæos viuebant, quique veritatis amatores erant, gratia Dei opitulante ſalutem per fidem adepti ſunt.* Verùm his præmiſſis teſtimonijs lucidiùs per Patrum definitiones procedamus. Sic ergo de iuſtificatione Concilium Mogvntinense IV. capite 7. poſtquam dixit per baptiſmum Chriſti ab omni peccato hominem mundari originali & actuali, atque hac ratione iuſtificari homines confite-C tur, ſic ſubſequitur. *Cum qui immundi, & naturæ iræ filij, & damnationis rei ſunt per Chriſti meritum, peccatorum ſuorum remiſſione impetrata, renouantur ſpiritu Dei per Chriſtum ſecundum internum hominem, vt iam iuſtificati gratia ipſius, & reconciliati Deo, & ab æterna damnationis reatu abſoluti, heredes ſint ſecundum ſpem vitæ æternæ. Talis autem iuſtificationis initium ex Dei gratia prouenıat, qua ante omne meritum Dei inimici adhuc & peccatores ſunt excitati & adiuti, & eadem gratia ſic excitanti & adiuuanti conſentientes, & operantes, ad iuſtificationem diſponuntur. Hæc verò præueniens gratia, cùm per alia media, tum potiſſimum in prædicatione verbi ad con-*D *uerſionem hominis operatur, dum homo peccatorum ſuorum admonitus & a Deo iuſto iudice conſtituta peccatis ſupplicia metuens, mox excitatus & adiutus Dei gratia a timore peccati ad Dei miſericordiam cogitatione deiectus, & cùm alia omnia in ſcripturis reuelata, hoc præcipuè firma fide capit, Deum peccatoribus propter Chriſtum miſereri velle. Qua ſubnixus fiducia ſpem concipit, & timorem animo eijcit, ac Deum, quem ad miſerendum procliuem ſibique iam propitium credit, diligere, & peccata quæ ipſum a Deo ſeparabant odiſſe incipit, iamque Deo per Baptiſmum vniri ſi nondum eſt in Chriſto regeneratus, aut ſi poſt acceptam iuſtificationis gratiam in peccata relapſus* E *eſt, per pœnitentiam Deo reconciliari deſiderat, eique per vitæ nouitatem placere, & per mandatorum ipſius obſeruationem perpetuò adhærere velle proponit. Sicque is qui tunc primo fidei Chriſtianæ initiandus venit, regenerationis lauacro ſuſcepto, aut ſaltem votis expetito, dum ſuſcipiendi facultas non ſuppetit. Ille verò qui poſt acceptam iuſtificationis gratiam per peccatum rurſus excidit, per pœnitentiæ remedia iuſtificationem accipit, quæ cum peccatorum remiſſione, etiam ſanctificationem & interni hominis innouationem confert, quatenus per meritum paſſionis Chriſti, quod iam credenti communicatur, cùm venia peccatorum, homo etiam Dei gratiam & per Spiritum ſanctum vnà cum fide ſimul charitatem in corde diffu-*

Auguſtinus Hipponenſis
Ambroſius Mediolanenſis
Arnobius Preſbyter.
Origenes Adamantius.
Hieronymus Stridonenſis.
Ioannes Chryſoſtomus.
Leo I.
Cyrillus Alexandrinus.
Concilium Moguntinenſe 4
Rom. Titum 3.
Iuſtificationis initia.
Geneſ 3. & 23. Actuum, Ioan. 1 & 1 Roman. 3.

Roman. 5.

ſam ac ſpem accipit. Hiſque Dei donis in ipſo permanentibus, non iam ſolum reputatur aut nominatur, ſed verè exiſtit iuſtus: non tamen ſua propria, aut ſuis meritis comparata, ſed ex gratia Dei per Chriſtum donata & communicata iuſtitia. Itaque hominem iuſtificari gratis per fidem, quia nullis precedentibus

Romano. 3. Epheſ. 2.

meritis iuſtificatio acquiritur, ſed ex Dei gratia per Chriſtum donatur his, quibus in eum credentibus mortis eius & fuſi pro peccatoribus ſanguinis meritum applicatur. Tum infert capit. 8. *Charitatem verò, ſine qua iuſtus eſſe non poteſt, iam tum cùm in iuſtificatione hominis accedit, operibus bonis grauidam eſſe*

1. Ioan. 3.

nec otioſam manere in verè iuſtificatis, quin oblata occaſione & facultate permiſſa promat de ſe opus bonum, & quotidiana faciat iuſtitiæ incrementa ſecundum ſcripturam: Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc. Ea

Apocali. 22. Roman. 6. Galat. 5.

verò, quæ iuſtificati etiam membra ſua exhibentes arma iuſtitiæ in ſanctificationem (fide per dilectionem operante,) fecerint opera, tum quia Deus benè operantibus & in ipſo ſperantibus mercedem miſericorditer promiſit, tum etiam quia eiuſmodi iuſtificatorum opera gratia Dei effectus ſunt, & monente & adiuuante Spiritu ſancto fiunt verè bona & Deo grata ac remuneratione vitæ æterna digna eſſe. Non enim ſecundum

Ioan. 15. Roma. 4.

humanas vires æſtimanda ſunt iuſtificationum opera, ſed ſecundum eam gratiam quam in ipſos influit Chriſtus, ex qua deinde bona ipſorum opera promanant, & ſecundum eam dignitatem quam de Spiritu ſancto, velut omnis boni operis motore & operatore, ſumunt. Sic enim extenuanda vires humanæ, vt non ſimul & gratia Dei vilis reputetur, ſic in bono opere faciendo deprimenda eſt facultas hominis, vt interim cogitemus Spiritus ſancti motum & in nobis efficaciam, & apud Deum acceptum ac pretioſum eſſe, &c. De iuſtificatione latiùs tractat Concilium, TRIDENTINVM ſeſſione 6. pluribus capitulis, & primo quidem cap. ſic orditur.

Concilium Tridentinum generale œcumenicum.

Declarat ſancta Synodus ad iuſtificationis doctrinam probè & ſyncerè intelligendam, oportere, vt vnuſquiſque agnoſcat & fateatur, quòd cum omnes homines in præuaricatione Adæ innocentiam perdidiſſent, facti immundi, & vt ait Apoſtolus, natura filij iræ, (quemadmodum in decreto, de

Epheſio 2.

peccato originali expoſuit) (Vide, peccatum originale) *vſque adeo ſerui erant peccati, & ſub poteſtate diaboli ac mortis, vt non modo gentes per vim naturæ, ſed ne Iudæi quidem per ipſam etiam literam legis Moyſi inde liberari, aut ſurgere poſſent, tametſi in eis liberum arbitrium minimè extinctum eſſet, viribus licet attenuatum & inclinatum.* (Et ſubdit cap. 2.) *Quo factum eſt, vt cæleſtis pater Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, Chriſtum Ieſum filium ſuum, & ante legem, & legis tempore multis ſanctis patribus declaratum ac promiſſum, cùm venit beata illa plenitudo temporis, ad homines miſerit, vt &*

Galath. 4. Romano. 8. Epheſio. 2. 1. Ioannis 2.

Iudæos qui ſub lege erant, redimeret, & gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, iuſtitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum reciperent. Hunc propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius pro peccatis noſtris, non ſolum autem pro noſtris, ſed etiam pro totius mundi. (Et cap. 3. ſubdit) *verùm & ſi ille pro omnibus mortuus eſt, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, ſed hi dumtaxat quibus communicationis eius meritum communicatur. Nam ſicut reuera homines, niſi ex ſemine Adæ propagati naſcerentur, non naſcerentur iniuſti, cùm ea propagatione per ipſum, dum concipiuntur, propriam iniuſtitiam contraherent: ita niſi in Chriſto renaſcerentur, nunquam iuſtificarentur, cùm ea renaſcentia per meritum paſſionis eius gratia, qua iuſti ſunt illis, tribuatur. Pro hoc beneficio Apoſtolus gratias nos ſem-*

Coloſſenſ. 3.

A *per agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine, & eripuit de poteſtate tenebrarum, tranſtulitque in regnum filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem & remiſſionem peccatorum.* (Et cap. 4) *Quibus verbis iuſtificationis impij deſcriptio inſinuatur, vt ſit translatio ab eo ſtatu in quo homo naſcitur filius primi Adæ, in ſtatum gratiæ & adoptionis filiorum Dei, per ſecundum Adam Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum ſaluatorem noſtrum. Quæ quidem translatio, poſt Euangelium promulgatum ſine lauacro regenerationis aut eius voto fieri non poteſt, ſicut ſcriptum eſt: niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Ioannis 3.

Declarat præterea ipſius iuſtificationis Iuſtificationis exordium.

B *exordium* (ſubſequitur cap. 5.) *in adultis à Dei per Ieſum Chriſtum, præueniente gratia, ſumendum eſſe, hoc eſt, ab eius vocatione, qua nullis eorum exiſtentibus meritis vocantur, vt qui per peccata a Deo auerſi erant, per eius excitantem atque adiuuantem gratiam, ad conuertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtificationem, eidem gratiæ liberè aſſentiendo & cooperando, diſponantur: ita, vt tangente Deo cor hominis per Spiritus ſancti illuminationem neque homo ipſe nihil omninò agat, inſpirationem illam recipiens, quippe qui illam & abiicere poteſt, neque tamen ſine gratia Dei mouere ſe ad iuſtitiam coram illo libera ſua voluntate poſſit.*

C *Vnde in ſacris literis cùm dicitur: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, libertatis noſtræ ad monemur. Cùm reſpondemus: conuerte nos domine ad te, & conuertemur, Dei nos gratia præueniri confitemur.* (Et capite 6.) *Diſponuntur autem ad ipſam iuſtitiam, dum excitati diuina gratia & adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum, credentes vera eſſe quæ diuinitùs reuelata & promiſſa ſunt, atque illud in primis, à Deo iuſtificari impium per gratiam eius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, & dum peccatores ſe eſſe intelligentes, à diuina iuſtitia timore, quo vtiliter concutiuntur, ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe conuertendo in ſpem eriguntur, fidentes Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore, illumque tamquam omnis iuſtitiæ fontem diligere incipiunt, ac* Zachar. 1. Threno. 5.

Eadem omni no ſuperius ex concilio Moguntino 4 dicta fuerunt ſcias ſacra ſibi concilia conueniſſe.

D *propterea mouentur aduerſus peccata per odium aliquod & deteſtationem, hoc eſt, per eam pœnitentiam, quam ante baptiſmum oportet agi: denique dum proponunt ſuſcipere baptiſmum, inchoare nouam vitam, & ſeruare diuina mandata. De hac diſpoſitione ſcriptum eſt: Accedentem ad Deum oportet credere quia eſt, & quod inquirentibus ſe remunerator ſit. Et confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et timor domini expellit peccatum. Et, pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti. Et, Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæ mandaui vobis. Denique, præparate corda veſtra domino,*

Hebr. 11. Matt. 9. Eccleſ. 1. Actuum 2. Lucæ 14. Matth. 28. 1. Regum 7. Epheſ. 1.

E *&c. Hanc diſpoſitionem ſeu præparationem, iuſtificatio ipſa conſequitur, quæ non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ, & donorum vnde homo ex iniuſto fit iuſtus, & ex inimico amicus, vt ſit heres ſecundum ſpem vitæ æternæ.* (Tum ſubdit cap. 7.) *Huius iuſtificationis cauſæ ſunt, finalis quidem, gloria Dei, & Chriſti, & vita æterna: Efficiens verò, miſericors Deus qui gratuitò abluit, & ſanctificat, ſignans & vngens ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hereditatis noſtræ: meritoria autem, dilectiſſimus vnigenitus filius ſuus dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cùm eſſemus inimici propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, ſua ſanctiſſima paſſione in ligno*

Iuſtificatio quid. Epheſ. 1. Iuſtificationis cauſæ finalis. Efficiens. Meritoria.

crucis

Inſtrumentalis

Formalis

crucis nobis iuſtificationem meruit, & pro nobis Deo patri ſatisfecit. inſtrumentalis item, ſacramentum baptiſmi, quod eſt ſacramentum fidei, ſine qua nulli vnquam contigit iuſtificatio: demum vnica formalis cauſa, eſt iuſtitia Dei, non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit. Qua videlicet ab eo donati, renouamur ſpiritu mentis noſtræ, & non modo reputamur, ſed verè iuſti nominamur & ſumus, iuſtitiam in nobis recipientes, vnuſquiſque ſecundum ſuam menſuram quam ſpiritus ſanctus partitur ſingulis, prout vult, & ſecundum propriam cuiuſque diſpoſitionem & cooperationem. Quanquam enim nemo poſſit eſſe iuſtus, niſi cui merita paſſionis domini noſtri Ieſu Chriſti communicantur, id tamen in hac impij iuſtificatione fit, dum eiuſdem ſanctiſſimæ paſſionis merito, per ſpiritum ſanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum qui iuſtificantur, atque ipſis inhæret, vnde in ipſa iuſtificatione cum remiſſione peccatorum hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per Ieſum Chriſtum, cui inſeritur, fidem, ſpem & charitatem. Nam fides, niſi ad eam ſpes accedat & charitas, neque vnit perfectè cum Chriſto, neque corporis eius viuum membrum efficit. Qua ratione veriſſimè dicitur, fidem ſine operibus mortuam & otioſam eſſe. & in Chriſto Ieſu neque circumciſionem aliquid valere, neque præputium, ſed fidem quæ per charitatem operatur. Hanc fidem ante Baptiſmi ſacramentum ex Apoſtolorum traditione Catechumeni ab Eccleſia petunt, cùm petunt, fidem, vitam æternam præſtantem, (vide Cathecumenus) *quam ſine ſpe & charitate fides præſtare non poteſt. Vnde & ſtatim verbum Chriſti audiunt: Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata, &c. Itaque veram & Chriſtianam iuſtitiam accipientes, eam ſeu primam ſtolam pro illa quam Adam ſua inobedientia ſibi & nobis perdidit, per Chriſtum Ieſum illis donatam, candidam & immaculatam iubentur ſtatim renati conſeruare, vt eam perferant ante tribunal domini noſtri Ieſu Chriſti, & habeant vitam æternam* (Tum ſubdit cap. 8.) *Cùm vero Apoſtolus dicit, iuſtificari hominem per fidem & gratis, ea verba eo ſenſu intelligenda ſunt, quem perpetuus Eccleſiæ catholicæ conſenſus tenuit & expreſſit, vt ſcilicet per fidem ideo iuſtificari dicamur, quia fides eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum, & radix omnis iuſtificationis, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, & ad filiorum eius conſortium peruenire: Gratis autem iuſtificari ideo dicamur, quia nihil eorum quæ iuſtificationem præcedunt, ſiue fides, ſiue opera, ipſam iuſtificationis gratiam promeretur. Si enim gratia eſt, iam non* [illegible] *operibus: alioquin, vt idem Apoſtolus ait, Gratia iam non eſt gratia.* Et capite 9. ſubdit.) *Quamuis autem neceſſarium ſit credere neque remitti neque remiſſa vnquam fuiſſe peccata niſi gratis diuina miſericordia propter Chriſtum, nemini tamen fiduciam & certitudinem remiſſionis peccatorum ſuorum iactanti & in ea ſola quieſcenti peccata dimitti vel dimiſſa eſſe dicendum eſt. Cum apud hæreticos & ſchiſmaticos poſſit eſſe, imo noſtra tempeſtate ſit & magna contra Eccleſiam Catholicam contentione prædicetur, vana hæc & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud aſſerendum eſt, oportere eos qui verè iuſtificati ſunt abſque vlla omnino dubitatione apud ſemetipſos ſtatuere ſe eſſe iuſtificatos, neminémque à peccatis abſolui ac iuſtificari, niſi eum qui certo credat ſe abſolutum & iuſtificatum eſſe, atque hac ſola fide abſolutionem & iuſtificationem perfici, quaſi qui hoc non credit, de Dei promiſsis deque mortis & reſurrectionis Chriſti efficacia dubitet, nam ſicut nemo pius de Dei miſericordia & Chriſti merito deque ſacramentorum virtute & efficacia dubitare debet, ſed quilibet dum ſeipſum ſuámque propriam infirmitatem & indiſpoſitionem*

Rom. 5.

Iacob. 2. Galat. 5.

Petitio Cathecumenorū, vi de Cathecumenus.

Matth. 10.

Rom. 5.

Occupatio, & expoſitio verborum Apoſtoli.

Hebræo. 1.

Roman. 11.

Contra hæreticos.

reſpicit, de ſua gratia formidare ac timere poteſt cùm nullus ſcire valeat certitudine fidei cui non poteſt ſubeſſe falſum ſe gratiam Dei eſſe conſecutum Et cap. 10. ſic ſubdit.) *Sic ergo iuſtificati, & amici Dei, ac domeſtici facti, euntes de virtute in virtutem renouantur, vt Apoſtolus inquit de die in diem: hoc eſt, mortificando membra carnis ſuæ, & exhibendo ea arma iuſtitiæ in ſanctificationem, per obſeruationem mandatorum Dei & Eccleſiæ, in ipſa iuſtitia per Chriſti gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, creſcunt, atque magis iuſtificantur, ſicut ſcriptum eſt: Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Et iterum ne verearis vſque ad mortem iuſtificari. Et rurſus: Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum. hoc vero iuſtitiæ incrementum petit ſancta Eccleſia, cùm orat: da nobis domine fidei, ſpei, & charitatis augmentum, &c.* Hæc quidem Concilium Tridentinum de iuſtificatione ſtatuit. Subdit autem conſequenter, præcepta Dei, iuſtificato non eſſe impoſſibilia, & prædeſtinationis temerariam præſumptionem cauendam. Tum agit de perſeuerantiæ munere, & de lapſorum reparatione, (vide hæc omnia ſuis locis repoſita) & ſubdit omnibus his anathema, qui contra præfatam doctrinam credere vel docere auſi fuerint. Verùm ſi latiorē cupis de iuſtificatione legere tractatum, ANDREAS VEGA vir doctiſſimus, in præfatam ſeſſionem 6. Concilij Tridentini eruditiſſimos edidit commentarios, quos ſi perlegeris non te pœnitebit, mentem ille ſanctorum Patrum, & ſynceram Catholicæ fidei veritatem, ita explicat, vt nil amplius queas deſiderare. Si verò etiam eſt otium, reuolue opera clariſſima modernorum doctorum, qui noſtro ſeculo tamquam fulgentiſſima luminaria radiant, quorum doctrinam & vitam nullus eſt qui non miretur & amplectatur. Igitur egregiè de iuſtificatione ſcripſit STANISLAVS HOSIVS, vir nullis ſatis commendandus vocibus & ſcriptis, qui præfato Concilio præſidens extitit, & interfuit, in opere ſuo confeſſionis Catholicæ fidei Chriſtianæ, in Concilio Petricouienſi, &c. capite cap. 70. quod ſic incipit: Conſtitutum itaque iam eſt, quòd iuſtitia noſtra charitas eſt ex corde puro conſcientia bona & fide non ficta, &c lege & diſces. Denique ſcripſit de eadem iuſtificationem GVILELMVS LINDANVS, vir grauiſſimus & eloquentiæ ſplendore ornatiſſimus, libro 3. Panopliæ ſuæ Euangelicæ cap. 19. quod ſic incipit: De perfectione iuſtitiæ Chriſtianæ, quæ pijs ex operibus naſcitur atque paratur dicturis, &c. Scripſit quoque non ſuperioribus patribus inferior FRANCISCVS SONNIVS Buſcoducenſis Epiſcopus, in opere Demonſtrationis religionis Chriſtianæ ex verbo Dei, libro 2. tractatu 2. capite 1. & reliquis, de fide & iuſtificatione. Sunt capita 12. huius tractatus quibus luculentiſſimè totam fidei & iuſtificationis exprimit rationem. Sunt alij multi qui de re eadem ſcripſerunt, verùm hi patres præmiſſi omnibus tantò fiducialiùs anteponuntur, quantò doctiùs & enucleatiùs ſcripſerunt. Subdemus autem & determinationes facultatum Theologicarum more noſtro, quæ eandem quam præmiſimus iuſtificationem ſic confirmant FACVLTAS LOVANIENSIS ſub Carolo 5. congregata anno 1544 articulo 8. poſtquam de libero arbitrio determinauit, (vt habes ſuo loco) ſic ſubinſert. *Ad iuſtificationem promerendam ante omnia omnibus eſt indictum & neceſſarium, qui ad diſcretionis annos peruenerunt, firmiter credere Ieſum Chriſtum*

Epheſ. 2.
Pſal. 3.
2 Corinth. 4.
Apocalip. 22.
Eccleſiaſt. 18
Iacob. 2.

Andreas Vega.

Stanislaus Hoſius.

Guilelmus Lindanus

Franciſcus Sonnius.

Facultas Louanienſis.

ſua

ſuæ paſſionis merito nobis à Deo Patre propoſitum eſſe Mediatorem & Propitiatorem peccatorum noſtrorum: ſine qua fide hæc iuſtificatio acquiri non poteſt, bonis operibus. & pœnitentiæ actibus quibuſlibet præmiſſis, ſicut etiam conſequenter, ſola fide abſque pœnitentiæ actibus & bono propoſito viuendi & adimplendi mandata Dei, hæc iuſtificatio obtineri non poteſt. Vide ſuprà, Fides. & infrà, Opera, & Liberum arbitrium, &c.

Ivstitia.

Iuſtitia quid, & quàm neceſſaria virtus.] Philo Ivdaevs in multis locis in laudes Iuſtitiæ prorumpit, & eius definitionem diffuſis verbis exprimit: potiſſimè verò libro I. Allegoriarum legis, dũ illud exponit: Fluuius egrediebatur de Paradiſo voluptatis, qui inde diuiditur in quatuor capita, &c. Siquidem per quatuor illa capita eleganter quatuor virtutes cardinales intelligi docet, quæ ſunt: Prudẽtia, Temperantia, Fortitudo, Iuſtitia. *Quæ* (ait) *ex Dei ſapientia, hoc eſt, ex verbo Dei* (ſic loquitur) *deriuatur. Rigat quippe paradiſum* (ait) *hæc vniuerſalis virtus, id eſt, particulares virtutes irrigãt. Capita verò accipiuntur non localiter, ſed principaliter: Nam vnaquæque virtus princeps reuera & regina eſt. Hæc autem vox diſterminatur, idem valet, quod, finitur terminis. Prudẽtia quid agẽdum determinans, Fortitudo quid ſuſtinendum, Iuſtitia quid cuique tribuendum.* Denique per Phiſon, qui eſt primus fluuius, Prudentiam intelligit. Per Geon, qui eſt ſecundus, Fortitudinem. Per Tigrim qui tertius eſt Temperantiam, & per quartum, qui eſt Euphrates, figuratè Iuſtitiam denotari. *Quæ certò virtus* (ait) *reuera fructifera & mentem exhilarans. Hæc ergò* (ait) *quando exoritur? Cùm tres partes animæ inter ſe conſonant. Hæc conſonantia fit, dum penes præſtantiorem eſt Imperium, vt quando ambæ iraſcibilis concupiſcibiliſque parent habenis partis rationabilis, tũc ſequitur iuſtitia. Iuſtum enim eſt, vt quod præſtat, ſemper & vbique imperet, quod deterius eſt, imperata faciat, atqui rationale præcellentius eſt, viliora concupiſcibile & iraſcibile. Sed vbi hæ duæ partes retrogradæ contumacéſque aurigam, id eſt, rationem, impetu vehementi abſtractum ſuperauerint, & vltra vis earum momorderis frenum, ibi ſumma eſt iniuſtitia, neceſſum eſt enim, vt ignaro auriga repente ferãtur in voragines & præcipitia, ſicuti è contra vt virtute huius peritiáque ſeruentur, &c.* Porrò idem iterum de Iuſtitia tractat libro de Abrahamo, & libro, De eo qui rerum diuinarum hæres ſit; vbi, ſecundum Græcam vocem, Iuſtitiam dicit virtutẽ eſſe quæ æqualiter diuidit vnicuique quod ſuum eſt. Idem adhuc libro I. Vitæ Moſis, vbi de legibus diſſerit, & quidem doctiſſimus. Habeo & ego libellum eruditiſſimum antiquiſſimis caracteribus manu ſcriptum, qui authorem præfert Martinvm Episcopvm: cuius autem hic Martinus vrbis Epiſcopus fuerit non conſtat, ſed nec Tritemius libro De Scriptoribus Eccleſiaſticis meminit, ſed eum tãtum Dumienſis cœnobij quondam Rectorem memorat, & vixiſſe ſub Iuſtiniano Auguſto anno Domini 540 verùm haud illud ſilentio prætereo, quod in præferendo libelli initio, & nominando Rege, cui dicatur. Hallucinatur Tritemius, aut libellus quem habeo vitioſus eſt Siquidem Tritemius teſtatur eum librum ſiue formulam vitæ honeſtæ miſiſſe ad Mitionem Regem Galiciæ, cuius initiũ eſt: Glorioſiſſimo & tranquilliſſimo, &c. Libellus autem quem habeo, ſic habet: Liber vitæ honeſtæ beati Martini Epiſcopi de quatuor virtutibus ad Mitidonem Regem, Prologus: Non ignoro clementiſſimè Rex flagrantiſſimam tui animi ſitim, &c. Tum librum ſic inchoat: *Quatuor virtutum ſpecies multorum ſapientum ſententijs ſunt definita, quibus humanus animus comptus ad honeſtatem vitæ poſſit accedere. Harum prima eſt Prudentia, ſecunda, Magnanimitas. Tertia, Continentia. Quarta, Iuſtitia, &c.* Vbi autem de Iuſtitia loquitur, ſic infert: *Iuſtitia poſt hæc virtus eſt. Quid eſt Iuſtitia, niſi naturæ tacita conuentio in adiutorium multorum inuenta? Et quid eſt Iuſtitia, niſi noſtra conſtitutio, & diuina lex, & vinculum ſocietatis humanæ? In hac non eſt quod æſtimemus quid expediat, expedit quidquid illa dictauerit. Quiſquis ergo hanc ſectari deſideras, time prius Deum, & ama eum, vt ameris à Deo. Amabis enim Deum, ſi illum in hoc imitatus fueris, vt velis omnibus prodeſſe, nulli nocere, & tunc te vnum iuſtum appellabunt omnes, ſequentur, venerabuntur & diligent. Iuſtus enim vt ſis, non ſolùm nocebis, ſed etiam nocentes prohibebis: Nam ſibi nihil nocere, non eſt iuſtitia, ſed abſtinentia alieni eſt. Ab his ergo incipe, vt non aſferas, & ad maiora procedere, vt etiam ablata reſtituas. Raptores quoque ipſos, ne alijs ſint timendi, caſtiga, & cohibe. Ex nulla vocis ambiguitate controuerſiam nectas, ſed qualitatem animi ſpeculare. Nihil tibi interſit an firmes, an iures. De religione & fide ſcias agi, vbicunque de veritate tractatur. Nam etſi iureiurando Deus inuocetur, etiam non inuocantis teſtis eſt. Tamen non transferas veritatem, ne Iuſtitiæ tranſeas legem. Quod etſi aliquando coarteris vti mendacio, vtere non ad falſi, ſed ad veri cuſtodiam. Etſi contigerit fidelitatem mendacio redimi, non mentieris, ſed potius excuſabis: quia vbi honeſta cauſa eſt, Iuſtus ſecreta non prodit Tacenda enim tacet, loquenda loquitur: atqui illi apta ita pax eſt ſecuráque tranquillitas, dum alij à malis vincuntur, ab illo mala. Hæc ergò ſi ſtudere curaueris, lætus & intrepidus curſus tui finem expectans proſpiciens triſtia huius mundi hilaris, tumultuoſa quietus, extrema ſecurus. His ergò inſtitutionibus hæ quatuor virtutum ſpecies perfectum te ſacient virum, ſi menſuram rectitudinis earum æquo viuendi fine ſeruaueris, &c.* Repetit autem iterũ eaſdem virtutes breui compendio. Porrò de Iuſtitia ſcripſit Lactantivs Firmianvs librum vnum ad Conſtantinum Imperatorem, qui ſtat in ordine aliorum 5. in cuius cap 5. ſic loquitur: *Iuſtitia nihil aliud eſt, quàm Dei vnici ſola pia & religioſa cultura.* Vide quod ſequitur. Sed & Ambrosivs Mediolanansis lib. I. Officiorum, cap. 27. 28. 29. multa de Iuſtitia & eius effectu diſſerit, & præfatas quatuor Virtutes ita annexas dicit, vt à ſe inuicẽ nequeant ſeparari, euidenti probãs ratione & exemplo. Verùm prolixioribus agit verbis, quàm hîc poſſint inſeri. Denique de Iuſtitiæ laude & effectu ex veterũ lectione abundanter diſſerit Lvdovicvs Callivs Rhodiginus lib. 12. lectionum antiquarum, cap. 46. 47. & 48. & ideò optu vt locum adeas. Porrò Concilium Vernense can. 26. *Statuimus, vt omnes faciant iuſtitiam, tam laici, quam Eccleſiaſtici.* Denique ſic Lvdovicvs II. Imperator in Concilio Ticinenſi ſtatuit edictum, vt ſinguli conuẽtus & exactores Reipublicæ in ſuis miniſterijs legalẽ procurẽt populo facere iuſtitiã, & pupillos & viduas protegãt, deprauata legaliter emẽdare cõpellant, ſolicitudinemq; gerãt, ne quis rapinã patrare præſumat. Vide Iudex, & Iudiciũ, & alijs in locis.

Iuſtitiæ executor.] Vide ſuprà, Carnifex. &c.

Margin notes: Philo Iudæus. — Pulchra paradiſi terreſtris expoſitio moralis ad 4. Virtutes. — Iuſtitiæ origo. — Martinus Epiſcopus Dumienſis cœnobij quondam rector. — Iuſtitia quanta virtus. — Attende. — Lactantius Firmianus. — Ambroſius Mediolanenſis. — Ludouicus Callius. — Concilium in Palatio Verno ſub Pipino celebratum. — Ludouicus 2. Imperator

K

KYRIE ELEYSON.

Concilium Vaſenſe 2.

Kyrie eleyſon, inſtitutio antiquiſsima.] Sæpiùs huius hymni meminimus ſuperiùs in vocabulis, Hymnus, Cantus, Antiphona, & Officium diuinum, & Miſſæ, Cæremoniæ, &c. Huius autē hymni decantandi mentio fit primùm in Concilio II. VASENSI ſub Leone I. cano. 3. vbi ſic legitur: *Quia tam in ſede Apoſtolica, quàm etiam per totas Orientales atque Italiæ prouincias dulcis & nimium ſalubris conſuetudo intromiſſa eſt, vt Kyrie eleyſon frequentiùs cum grandi affectu ac compunctione dicatur. Placuit etiam nobis, vt in omnibus Eccleſijs noſtris iſta conſuetudo ſancta & ad matutinum, & ad Miſſas, & ad veſperam, Deo propitiante, intromittatur.* Eundem hymnum ſuper mortuorum funera decantandum Concilium ARELATENSE III. ſtatuit, vt repoſuimus in vocabulo, Defunctus. Porrò reprehendens quorundam murmurationes GREGORIUS I. libro 7. Regiſtri, epiſtola 63. ad Ioannem Epiſcopum Syracuſanum, rationem reddit de Miſſæ ordinatione, & præfatum Ioannem redarguit, qui Alleluia, Kyrie eleyſon non Romanæ Eccleſiæ more in Miſſa, ſed Græcorum, decantari iuſſiſſet: *Nam veſtra* (inquit) *Eccleſia numquid traditionem a Græcis accepérunt? Vnde habent ergò hodie vt Subdiaconi lineis in tunicis procedant, niſi quia hoc à matre ſua Romana Eccleſia perceperunt? Kyrie eleyſon autem nos neque diximus ſicut à Græcis dicitur. In Græcis ſimul omnes dicunt, apud nos autem à Clericis dicitur, & à populo reſpondetur: & totidē vicibus etiā Chriſte eleyſon dicitur, quod apud Græcos nullo modo dicitur. In quotidianis autem Miſſis alia quæ dici ſolent, tacemus, tantummodo Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon dicimus, vt in his deprecationis vocibus paulò diutius occupemur, &c.* De quo que vide quid HAMVLARIUS FORTUNATUS, ANGELONIUS LUXOVIENSIS, REMIGIUS ANTISSIODORENSIS vetuſtiſſimi ſcriptores, & RUPERTUS TUITIENSIS in libris, quos de diuinis & Eccleſiaſticis officijs ediderunt, de Kyrie eleyſon & alijs hymnis ſcriptum reliquerunt libro 1. cap. 20. Rupertus ſic ait: *Interim* (ait) *Chorus concinit Kyrie eleyſon, quod ſignificat omnes vniuerſales Eccleſiæ preces, &c.* Vide & in dictione, Litania, & Hymnus.

Igitur ante illud Concilium ſolitum erat decantari.

Concilium Arelatenſe 3. ſub eodē Leone 1.

Gregorius 1.

Hamulatius Fortunatus. Angelonius Luxouienſis. Remigius Antiſſiodorenſis. Rupertus Tuitienſis.

L

LAICVS.

Extra ordinem clericorū ſtare cōguntur.

Laici à ſacrorum tactu, & ab Eccleſiaſticis munus arcentur.] Certum eſt, quia dum de quolibet ſacramēto tractamus, & de miniſtro eiuſdem ſimiliter tractatur, Clericos autem miniſtros eſſe ſacramentorum in omnibus penè locis probatum inuenies, ita vt etiam habeas in dictione, Clericus, &c. quia clerici inferioris ordinis nō queant ſacra tractare. Et infra in vocabulo, Mulier, dicemus: quia etiam fœminæ arcētur à tactu ſacrorū, ſicut iam in pluribus locis, vt in Euchariſtia, Baptiſmus, &c. reperimus. Prolixiori ergò hoc non eget probatione, quod omnibus ſeculis

A cōſtat interdictū & obſeruatū: verumtamen pauca, adhuc quæ dicenda reſtant enarrabimus. Igitur ſequentes attentè reuolue diſtinctiones, & quod defuerit, ea locis aſſignatis ſcito ſupplendū. CLEMENS I. lib. 3. Conſtitut. Apoſtolicarū, cap. 10. narrat ſic Apoſtolos ſtatuiſſe. *Neq; laicos concedimus aliquod ſacerdotale munus exercere, veluti Sacrificium, Baptiſmu, manus impoſitionē, vel benedictionē, magnam ſiue paruam. Non enim ſibi quis ſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo, & per Epiſcopi manus datur hæc dignitas, & qui ad eam promotus non eſt, ſed eam ſibi vſurpat, Oziæ pœnam ſuſtinebit.* Vide & in vocabulo, Sacerdotes nō omnes eſſe, &c. & ordo, &c. Idem in decreto quod allegat Gratianus De cōſecr. diſtinct. 2. cap. Ordinatio Clementis.

Clemens 1.

Hebr. 5. 2. Paralip. 26.

B *Nulli laicorum liceat in eo loco, vbi ſacerdotes & reliqui clerici conſiſtūt, quod Preſbyterium nuncupatur, quando Miſſa celebratur conſiſtere, vt liberè ac honorificè poſſint ſacra officia exercere.* SOZOMENUS SALAMINIUS lib. 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 24. Et THEODORETUS CYRENSIS libro 5 hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, c. 18. grauiſſimi ſcriptores, narrant S. virum Ambroſium ſic reſpōdiſſe ingerenti ſe in loca ſanctuarij. *Adyta templi ſcito, ô Imperator, Solis peruia eſſe Sacerdotibus, cæteris verò vniuerſim impervia nec licere cuiquam ea contingere. Quare egreditor, cumque cæteris in commune cōſiſtito. Purpura enim Imperatores non item Sacerdotes facit, &c.*

Sozomenus Salaminius.

Theodoretus Cyrenſis.

Ambroſij zelus.

Quis valeat laudando temperet à lachrymis?

C Hinc Concilium generale VI CONSTANTINOPOLITANUM III. in Trullo celebratum, cano. 58. *Nemo eorum* (ait) *qui ſunt in ordine laicorum diuina ſibi myſteria impertiat, præſente Epiſcopo vel Preſbytero vel Diacono. Qui autem tale quid auſus fuerit, vt præter ea quæ ſunt conſtituta faciens, vna ſeptimana ſegregetur, vt ex eo doceatur non amplius ſapere, quàm oportet ſapere.* Eiſdem laicis cano. 69. interdicit ingreſſum in ſanctuarium & intra ſacrum altare, præterquam Imperatori ſoli. Hinc Concilium TURONENSE II. ſub Pelagiano 1. cano. 4. *Laici ſecus altare, quo ſancta myſteria celebrantur, inter clericos tam ad vigilias quàm ad Miſſas ſtare penitus non præſumant, ſed pars illa quæ a cancellis verſus altare diuiditur, choris tantùm pſallentium pa-*

Concilium Conſtantinop. 3. generale 6. ſub Conſtantino 4. Imper.

Concilium Turonenſe 2.

D *teat clericorum. Ad orandum verò & cōmunicandum laicis & fœminis, ſicut mos eſt, pateant ſancta ſanctorum.* Hoc decretum renouat Concilium COLONIENSE III. partis 3. cap. 31. *Antiquiſſimis* (ait) *canonibus in pleriſque etiam Concilijs ſancitum eſt, ne laici ſecus altare inter laicos miniſtrent, nève licentiam habeant ingrediendi in ſacrarium, quod Græci Diaconicum appellāt, nève vaſa Dominica contingant. Præterea ne reliquias ſanctorum & veſtimenta Eccleſiaſtica, quæ honeſta eſſe decet.* Vide infrà, Vaſa ſacra, & veſtes ſacræ, &c. *niſi tantùm à ſacratis miniſtris attrectetur.* (Diximus hoc in dictione Clerici inferioris ordinis ſacra non contrectēt, &c.) *adeo vt ne ſacratis quidem Deo fœminis* (Vide Monialis, & Mulier.)

Concilium Colonienſe 3.

Diaconicum.

E *ac monachabus aut lectoribus etiā ſacra vaſa vel ſacratas pallas contingere, vel incenſum circa altare præferre licuerit, verum id ſolis Diaconis permiſſum ſit, expreſſum autem laicis vetitum, ne pallas Eccleſiæ, vela, aut altaris ornamenta abluant. Neque Patres hic ſcripturis deſtituuntur. Iam verò eò ventum eſt, vt quatuor minores ordines, nempe Oſtiarij, Exorciſtæ, Pſalmiſtæ, ac Lectores, non temerè ab Eccleſia inſtituti ac recepti, propter nomen nihil in Eccleſia retinuerint, illorūq; loca teneant aliquot homines laici, qui per Eccleſiæ prælatos minoris compendij gratia ſubrogantur, illorum officijs ſeſe ingerant, idq; indecorè, quippè nullo penitus clericali habitu amicti, inter quos*

Quatuor Minores ordines ... ab Eccleſia ... ruti, ... vide Ordines Minores.

Contra irreligioſam noſtri ſeculi conſuetudinem.

ſunt quos appellamus Campanarios,quos ad minimum cateris accendendis aliiſq; in choro miniſtrationibus intentos) deceres ſuperpelliceis indui. Ne interim prateteamus ablutionem pallarum, veſtimentorúmque altarium breuiter ſacrarum cuſtodiam talibus,per cuſtodes ſeu Theſaurarios noſtri temporis commiſſis, quos hac contingentes antiquitas nefarij criminis ſimul cum ſurrogantibus damnaſſet. Quare cautius poſthac agendum,ne ob talem præſumptionem Dominus iratus plagam populo, qua ſimul innocens cùm nocente inuoluatur,immittit. Vide in vocabulis præmonſtratis.

Gregorius 1.

Laici non promouendi ad dignitates Eccleſiaſticas.] Hoc habes repoſitum ſuperius, & hoc vetat ſtrictiſſimè GREGORIVS I.libro 2. Regiſtri, epiſtola 19.ad Benenatū Epiſcopum,& epiſtola 26.eiuſdem libri ad Ioannem Epiſcopum Squilatinum, & lib.5.epiſtola 21.ad Petrum Epiſcopum Hydrūtinum,& lib.7.epiſtola 25.ad Fortunatum Epiſcopum Neapolitanum , & epiſtola 26.ad Clerum & plebem Meſſanam, & eodem libro epiſtola 110.ad Syagrium & Betherium Epiſcopos,&c.& eodem libro epiſtola 113 ad Brunichidem,&c.Vide loco ſuperiùs aſſignato.

Laici Eccleſiaſtica beneficia non poſſideant.] Hoc precor lege repoſitum ſuprà Beneficia.

Laici monaſteria non regant.] Vide ſuprà,Abbas,&c.& infrà in dictione, Monaſteria, non deputentur laicis,&c.

C

Laici ad ſacros ordines qualiter promouendi.] Habes infra, Ordinandus,&c. & Neophitus,&c. Verumtamen ſic SYRICIVS I. Epiſtola 3.ad vniuerſos orthodoxos: *Illud non eſt prætermittendum,vt quod ſemel aut ſecundo neceſſitas hæreticorum intulit cōtra Apoſtolica præcepta, velut lege ſancitum , præſumi, Neophitum vel laicum,qui nullo functus fuerit officio,inconſideratè, vel presbyterum vel Diaconum ordinare,quaſi meliores Apoſtolis ſint,quorum audeant mutare præceptum. Et qui non didicit, iam docere compellitur. Ita nullus reperitur Idoneus Clericorum? Nec inter Diaconos,nec inter alios Clericos inueniuntur,qui ſacerdotio digni habeantur,ſed ad condemnationem Eccleſiæ Laicus poſtulatur? Quod ne fiat vltra admoneo.* Lege ſuprà Epiſcopus,&c.Hinc INNOCENTIVS I. epiſtola.4 ad Fœlicem Mcerianom Epiſcopum,cap.2. & allegat Gratianus diſtinct.51.cap.Deſignata,&c. *Religio tua de laicis conſuluit,quos canones ordinare prohibeant.Certum eſt quidem hoc regulas Eccleſiaſticas continere,ſed non ita definitum eſt,vt de omnibus ſit laicis conſtitutum.Neque enim Clerici naſci,& non fieri poſſunt,ſed deſignata ſunt genera,de quibus ad Clericatum peruenire non poſſunt, id eſt, ſi quis fidelis militauerit, ſi quis fidelis cauſas egerit,hoc eſt,poſtulauerit,ſi quis fidelis adminiſtrauerit.De Curialibus autē manifeſta eſt ratio.* Vide ſuprà Curialis, &c. *quoniā etſi inueniantur huiuſmodi viri qui debeant Clerici fieri,tamen quoniam ſæpius ad curiam repetuntur, cauendum ab his eſt , propter tribulationem, quæ ſæpè de his Eccleſiæ prouenit.* Et cap.4.ſubdit,allegátque Gratianus diſtinct.33. c.Laici,&c. *Laici vero qui habentes vxores baptizati ſunt,ac ſic ſe inſtituerunt,vt opinio eorum in nullo vacillet,vt aut clericis iuncti ſunt, aut monaſterijs ex quo baptizati ſunt hæſerint,etſi non concubinam, non pellicem nouerit,ſi in bonis operibus vigilauerint,non prohibentur huiuſmodi ad clericatus ſortem admitti.* Et ſubdit cap.5. *Ita ſanè vt in eos tempora à maioribus conſtituta ſeruentur.* (Vide Ordo) *nec citò quilibet lector,citò Acolythus,citò Diaconus,citò Sacerdos fiant: quia in minoribus officijs ſi diu perdurent , & vita rerum pariter & obſequia comprobantur,vt ad ſacerdotium poſthac, Emenſis ſtipendiorum meritis veniant, nec præripiant quod vita probata meretur accipere. Quoniam ergò certa definitione monſtratum eſt, qui debeant admitti,quive reprobari,ex his omnibus, quos videt dignatio tua non poſſe reprobari, eligere debebis quos clericos facias. Si enim nullam gratiam hominibus aut beneficium præſtare velimus , tales inuenire poſſumus,de quorum aſſumptione nec incurrere ſcandalum, nec erubeſcere valeamus.* Idem eadem repetit epiſtola 24.ad Synodum Toletanam , cap.2.3. & 4. vbi etiam præcipit ordinatos & ordinatores deponi,ſed nō eſt neceſſe repetere.Hoc renouauit & Concilium ARALATENSE III. ſub Leone I. cano.2.vt ſuperiùs produximus dictione,Epiſcopus,&c. Hinc etiam GELASIVS I. epiſtola ad Epiſcopos Lucaniæ,Brutiorum,&c.cap.4.allegatur à Gratiano,diſtinct 77.cap.Finali,Si verò,&c. *Si verò* (ait , *laicus quiſpiam Eccleſiaſticis eſt aggregandus officijs,tantò ſolicitiùs in ſingulis* (quæ in monachis prius dixerat, vide Monachus,&c.) *huiuſmodi decet examinari perſonam,quantum inter mundanam religioſamque vitam conſtat eſſe diſcriminis: quia vtique conuenientia Eccleſiæ miniſteria reparanda ſunt,non inconuenientibus meritis ingerenda , tantóque magis,quod ſacris aptum poſſit eſſe ſeruitijs,in eorum quærendum eſt inſtitutis,quantum de tempore,quo fuerant hæc aſſequenda , decerpitur, vt morum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior conſuetudo non contulit: nec per occaſionem ſupplendæ penuriæ clericalis,vitia potiùs diuinis cultibus intuliſſe, non legitima familiæ computemur procuraſſe compēdia, quorum promotionibus,ſuper anni metas, ſex menſes nihilominus ſubrogamus: quoniam (ſicut dictum eſt) diſtare conuenit inter perſonam diuino cultui deditam, & de laicorum conuerſatione venientem. Quæ tamen eatenus indulgenda credidimus, vt illis Eccleſijs, quibus infeſtatione bellorum vel nulla penitus,vel exigua remanſerunt miniſteria,renouentur: quatenus his Deo propitio reſtitutis, in Eccleſiaſticis gradibus ſubrogandis canonum paternorum vetus forma ſeruetur, nec contra eos vlla ratione præualeat,quod pro accidentis defectus remedio prouidetur, non aduerſus ſcita maiorum noua lege proponitur, cæteris Eccleſijs ab hac occaſione ceſſantibus,quas non ſimili clade vaſtatas priſtinam faciendis ordinationibus cōuenit tenere ſententiam. Quo magis hac opportunitate commoniti obſeruantiam venerandorum Canonum propenſiùs delegamus, ſingulorum graduum conſcientias admonentes, ne in illicitos prorumpere moliantur exceſſus.* Eadem omninò repetit Concilium BRACARENSE I.cano.38. iubens, vt laicus ordinandus ad ſacerdotium anno integro in ſacris ordinibus perſeueret,& per gradus eruditus ad ſacerdotium veniat. Vide Ordines gradatim ſuſcipiendi,&c.Et Conciliū EPAVNENSE ſub eodem Gelaſio,cano.37. *Ne laicus* (ait) *niſi religione promiſſa Clericus ordinetur.* Et Concilium AVRELIANENSE I. ſub Hormiſda I.canone ſexto. *De ordinationibus Clericorum id obſeruandum eſſe decreuimus , vt nullus ſecularium ad clericatus officium præſumat accedere,&c.* Hinc eſt quod in CONCILIO GENERALI V.actione prima, Petrus Epiſcopus Apamearum damnatus eſt, quod repudiatis Clericis quendam laicum Conſtantinum Diaconum ordinauerat. Et Concilium AVRELIANENSE III.canone 6. *Id omnimodis obſeruetur, ne vllus ex laicis ante annualem conuerſionem vel ætatem legitimam, id eſt,viginti quinque annorum Diaconus, & triginta Presbyter,ordinetur.* Vide ordinandorum ætas,&c.

Syricius 1.

Neophytos nō ordinādos nec laicum.

Innocentius 1.

Curiales non promouendi.

Hæc 1.Ianuarii anno 1171.ſecit

Ordines non per ſaltum nec ſimul omnes conferantur,vide & infra, in vocabulo Ordo,&c.

Concilium Arelatenſe 3.

Gelaſius 1.

Vide quantum deferat ſacris patrum decretis quæ nunc tam facile vides ab his cōtemni qui ſibi ſapientes apud homines non apud Deum videntur,ſeu quod loquar.

Concilium Bracarenſe 1.

Concilium Epaunenſe.

Concilium Aurelianenſ 1.

Concilium Conſtantinopolitanū 1.generale 5.

Concilium Aurelianenſ 3.

Hormiſdas I.

Vide reliquum ex 4. epiſtola HORMISDÆ I. & aliorum Patrum ſuperiùs.

Laici non interſint electionibus Prælatorum.] Habes hoc repoſitum dictionibus Electio, & Epiſcopus.

Laici extra Concilium ſunt.] Quia hoc promiſimus præſtandum dum de Concilijs ageremus, ideò paucis deſideramus promiſſum perſoluere. Scio quidem huic ſententiæ NICEPHORUM CALLISTUM reſtagari, qui libro 8. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, cap. 14. ita loquitur de magno Nicæno Concilio: *Atque* (inquit) *vt ſimpliciter dicam, martyrum plane populus in vnum conuenit locum. Affuere ibi etiam plurimi alij ex præſtantibus & laicis docti & eloquentes, ac primiq; ſacrarũ literarum nec non prophanarum quoque diſciplinarũ periti præclari viri, alterutri parti momentum afferre alacriter parati &c.* Hæc Nicephorus.

Nicephorus Calliſtus.

Verùm quidem laicos Concilijs adeſſe poſſe, non eſt incongruum, ſententiam autem ferre non licet, quia Concilia Epiſcoporum ſunt, non laicorum, vt docet FLAVIANUS CONSTANTINOPOLITANUS epiſtola ad Theodoſium Imperatorem, quam inuenies ſtare 9. inter epiſtolas Leonis I. Extat & epiſtola PULCHERIÆ AUGUSTÆ, quæ in initio Cõcilij Chalcedonenſis inſerta eſt, qua mouet Bythiniæ Strategum, vt clericos, monachos, laicos, quos nulla ratio ad Concilium vocat, omninò de Ciuitate, deque locis ipſis vbi Concilium haberetur, expelleret.

Flauianus Conſtantinopolitanus Epiſcop.

Pulcheria Auguſta.

Narrat quoq; SOZOMENUS SALAMINIUS lib. 6. cap. 7. Eccleſiaſticę Hiſtorię, Valentinianum Imperatorem, cùm Epiſcopi eum rogaſſent, vt ipſis conuenire permitteret ad corrigendum dogma, reſpondiſſe ſic: *Mihi qui in ſorte ſum plebis, fas non eſt talia curioſius perſcrutari. Sacerdotes, quibus iſta cura ſunt, inter ſeipſos quocunque loco voluerint conueniant.* Idem Conſtantinum Magnum reſpondiſſe narrat AUGUSTINUS HIPPONENSIS epiſtola in ordine 68. & 166.

Sozomenus Salaminius.

Auguſtinus Hipponenſis.

Quod autem legis in Concilijs quoſdã Imperatores præſediſſe, non ob eam rem affuiſſe credendi ſunt, vt aliquid ipſi ſtatuerent de rebus ad fidem pertinentibus, vtq; ſibi earum cognitionem, aut iudicium vſurparent: verùm vt authoritatem, vnitatem & concordiam Concilij tuerentur, & quæ ſalubriter eſſent in ea conſtituta, ea vt ſeruarentur ab omnibus prouiderent. Vide ſuprà Imperator, &c. Deniquè expreſsè Cõcilium MOPSUESTIENSE, vt habetur collatione 5 generalis 5. Synodi, definit laicos eſſe extra Cõcilium, vt alibi repoſuimus. Et Conciliũ CABILONENSE can. 6. vt citat Buchardus lib. 15. Decret. cap. 11. (ego inter canones non inueni præfati Concilij) ſic loquitur: *Quando ea quæ canonica ſunt ventilantur, vel quando regularia examinantur, neque aliquos laicos interesse, niſi religioſus, oportet: & niſi hos tãtummodo qui in propria appellantur perſona.* Porrò Conciliũ generale 8. CONSTANTINOPOLITANUM IV. ſub Baſilio Imperatore, & Adriano Papa II Patrum 3·3. can. 1·. etiam Principes extra Cõcilium eſſe ſic oſtendit: *Illud autem* (ait) *tanquam peroſum ab auribus noſtris repulimus, quod à quibuſdam imperitis dicitur, non poſſe Synodum abſq; principali præſentia celebrari, cum nuſquam ſacri Canones conuenire ſeculares Principes in Concilijs ſanxerint, ſed ſolos antiſtites. Vnde non interfuiſſe illos Synodis, exceptis Concilijs vniuerſalibus, inuenimus. Neque enim fas eſt ſeculares Principes ſpectatores fieri rerum, quæ Sacerdotibus Dei nonnunquã eueniunt.* Hinc & BASILIUS IMPERATOR actio. 6. eiuſdẽ Concilij, alloquens Patres, ſe non vt Iudicem ſedere, ſed vt humilẽ ſuſcipi peroptauit. *Primus* (inquit) *memet ſuper pauimentum proiicio, purpuram & diadema paruipendens. In hoc curam gero gloriæ meæ, ſatium vt vidiam communem vnitatem, & vnam Eccleſiam, &c.* Reliquum mox habebis ſequenti diſtinctione. Vide infrà, Princeps, & ſuprà Imperator, & ea quæ ſequuntur.

Concilium Mopſueſtienſ.

Concilium Cabilonẽſe I.

Concilium Conſtantinop. 4 generale 8.

Baſilius Imperator.

O Prin[illegible] humilitaté [illegible] potentia eſſe [illegible].

Laici non intermiſceãt ſe negotijs Eccleſiaſticis, aut Clericos, & Sacerdotes dijudicent vel accuſent, &c. Doleo quòd non ſemper illud in hoc opere potuerit obſeruari, vt ſub vno vocabulo cuncta redigerentur, quæ ei cõuenire noſcebantur. Hoc enim fieri non potuit, quãdoquidem dum vni putaremus ſatisfactum, alteri quod ſibi eſſet debitum ſubtraheretur. Sed ita tamen congruè ſtuduimus vniuerſa concordare, vt facilè de vno poſſis ad aliud te conferre. Itaque de laicis, quòd non valeant Eccleſiaſticis negotijs inſeruire, nec clericos iudicare, habes in vocabulis, Clericus, Epiſcopus, & ſimilibus, atque Eccleſia, &c. ſæpiùs confirmatum: nec tamen quod reſtat ſilendum oportuit, vt quod in alijs locis dictum non eſt, in hoc opportunè ſuppleatur. Lege ergò in ſuperiori vocabulo, Clericus, vbi potiſſimum allegauimus MATISCONENSE I. Concilium, can. 7. lege inſuper vocabulo, Epiſcopus, &c. lege quoque vocabulo, Imperator: quia in omnibus his locis reperies propoſitionem præmiſſam ſufficienter probatam. Verùm quod reſtat abſoluamus. STEPHANUS I. epiſto. 2. ad omnes Epiſcopos, vt allegatur à Gratiano, cauſa 3. quæſt. 4. cap. Clericus, &c. *Laici* (ait) *quamuis religioſi ſint, nulli tamen de Eccleſiaſticis facultatibus aliquid reſpondendi legitur vnquam attributa facultas. Scimus quia carnales ſemper ſpirituales ſolent perſequi, & maleuoli beneuolos infamare & lacerare. Ideoq; Apoſtoli, & ſucceſſores eorum, ac reliqui ſancti Patres noluerunt fieri facilem Epiſcoporum accuſationem, quoniam ſi facilis eſſet, aut nullus, aut vix aliquis modo inueniretur. Throni enim Dei vocantur, ideo non debent moueri, aut affligi, vel perturbari.* Idem omninò repetit Concilium TAURINENSE I. can. 3. Et EUSEBIUS I. epiſtola I. ad Epiſcopos Galliarum, vt etiam iam alibi loco præfixo citauimus. *Similiter* (ait) *Clericos à laicis non debere accuſari hactenus obſeruatum & conſtitutum eſt, quia eiuſdem non ſunt conuerſationis. Et oppido quidam eis infeſti exiſtunt, quippe cum vita eorum & conuerſatio debeat eſſe ſecreta & à laicorum actibus remota, &c.* Hinc narrat NICEPHORUS CALLISTUS fideliſſimus hiſtoriographus libro 8. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 16. *Multi* (ait) *qui libenter diuturnas & acres etiam inimicitias gerebant, Epiſcopos quoſdam criminabantur, & querelas ſuas ſcriptas Conſtantino dabant, quibus ille omnibus colligatis ſigillum annuli ſui impreſſit, eaſque diligenter ſeruari præcepit. Poſt conuentionem eam dies conſtitutus cùm veniſſet, libellos eos omnes in manibus tenẽs: Hæ* (inquit) *querelæ & accuſationes magno illi Iudici decidendæ remittuntur, ſtatutúmque tempus extremi iudicij ſit dies, cui iudici occulta etiam manifeſta ſunt. Mihi quidem homini errori obnoxio, nefas eſſe videtur Eccleſiaſticorum virorum accuſationes recipere & audire. Neque etiam omninò conuenire puto Dei miniſtros tales ſe præſtare debere, vt vel à me, vel ab alio iudicentur. Si namque ſacerdotum delicta plurimis innoteſcant, maxima præbetur eis offendiculi occaſio, qui impunè nullo timore peccare conſtituere. Quapropter agite, Chriſtum æmulati, per mutuam veniam alij aliis commiſſa remittamus: Oportere ſiquidem ab eo remitti*

Concilium Matiſconenſe I.

Stephanus I.

Traditio Apoſtolica.

T[illegible] Euſebius I.

Nicephorus Calliſtus.

Vide Conſtantini viri [illegible] [illegible] etc., homines [illegible] [illegible] [illegible] Pe[illegible] ex[illegible] &c [illegible] [illegible] &c.

debita

A

debita, ille dicit, quis ipſe gratiam delicti petat. Hu verbis dictis libellos in conſpectu eorum combuſſit, iurans nihil ſe prorſus quæ in eis ſcripta eſſent legiſſe Addidit & illud. Si in Epiſcopum incideres alienum coniugium violantem, ſe purpura ſua piaculum id obtecturum eſſe, ne tam fœdum facinus ſpectatoribus occaſionem mali crearet. Hinc ad calcem Concilij

Concilium Aquileienſe, cui interfuit Ambroſius Mediolanenſis.

AQVILEIENSIS ſub finem altercationis Ambroſij Mediolanenſis & Palladij Arriani, ſic loquitur Ambroſius Palladio: *Sacerdotes de laicis iudicare debent, non laici de Sacerdotibus.* Et paulò pòſt idem Ambroſius authoritate omnis Concilij loquitur: *Imperator (ait) clementiſſimus, & Chriſtianus, Sacerdotum Concilio cauſam, vt & ipſi arbitri eſſent altercationis commiſit. Igitur nobis iudicium videtur delatum, interpretes eſſe Scripturarum, &c.*

B

Concilium Epaunenſe ſub Sigiſmundo Rege.

Veromiameo ſic Concilium EPAVNANSE ſub Gelaſio 1. cano. 24. *Laicus (ait) contra cuiuſlibet gradus Clericum, ſi quid criminale parant obiicere, dummodo vera ſuggerant, proponendi permittimus poteſtatem.* Vide Clericus, & Epiſcopus vt accuſandus, &c.

Marcellinus.

Verùm MARCALLINVS I. epiſtola 2. ad omnes Epiſcopos Orientales, & allegat Gratianus cauſa 11. quæſtione 1. capite Clericus. *Clericus (ait) cuiuſcunque ordinis, abſque Pontificis ſui permiſſu, nullum præſumat ad ſeculare iudicium pertrahere, nec laico quilibet Clericum liceat accuſare.*

Concilium Aurelianenſe 3.

Idem omninò ſtatuit Concilium AVRELIANENSE III. canone 31. & allegat Gratianus, cauſa 2. quæſtione 7. capite Laico. *Non laico (ait) liceat inconſulto Sacerdote Clericum in ſeculare iudicium exhibere.*

C

Concilium Aurelianenſe 4.

Idem omninò & AVRELIANENSE IV. canone 13. Vide dictione Clericus, &c. & ſuprà in vocabulo, Iudex, vbi allegauimus prædictum canonem, &c.

Eugenius 2.

Denique EVGENIVS II. Decreto 4. *Decernimus (ait) vt laici Eccleſiaſtica negotia terminare non præſumant.*

Concilium Romanum ſub Nicolao 2. cũ 113. Epiſcopis.

Et Concilium ROMANVM Patrum 113 ſub Nicolao II. *Cuiuſlibet (ait) ordinis Clericos laici non iudicent, nec de Eccleſijs eijciant.*

Nicolaus 1.

Et NICOLAVS I ad conſulta Bulgarorum (allegat Gratianus diſtinctione 28.) *De Preſbyteris (ait) vobis, qui Laici eſtis, nec iudicandum eſt, nec de vita eorum quicquam inueſtigandum, ſed Epiſcoporum iudicio quidquid id ſit eſt reſeruandum.*

D

Idem epiſtola ad Ludouicum II. Imperatorem, allegat Gratianus diſtinctione 96. *In Scripturis (ait) narratur Conſtantinus Imperator dixiſſe* (habes ſuperiùs) *verè ſi proprijs oculis vidiſſem Sacerdotem Dei, aut aliquem eorum qui monachi habitu circumamicti ſunt peccantem, chlamydem meam expoliarem & cooperirem eum, ne ab aliquibus videretur.*

Geneſ. 9.

Hoc dicimus eamos vos reddere cupientes, vt ſic de Domini Sacerdotibus (qui iure Patres animarum dicuntur) aliquid contigerit vos audire, quod confuſionem pijs mentibus ingerat, non infrunitum, ſed pudoratos filios Noe imitantes paternam de reliquo verecundiam contegatis, vt affluentis, quemadmodum & illi, benedictione repleti mode... ante Domino mereamini.

E

Vide ſuprà, Epiſcopus non iudicandus, Imperator, &c. & Honor Sacerdotibus exhibendus, &c.

Baſilius Imperator.

Porrò de laicis ſic BASILIVS IMPERATOR, cuius in præcedenti pagina fecimus mentionem, in oratione quam habuit ad Patres Concilij generalis VIII. præſidentibus legatis Apoſtolicæ ſedis. *Laicis (ait Imperator) nullo modo licet de Eccleſiaſticis cauſis ſermonem mouere, neque penitus reſiſtere integritati Eccleſiæ & vniuerſali Synodo aduerſari.*

Sacer... ... dicatas.

Hæc enim inueſtigare & quærere, Patriarcharum Pontificum, & Sacerdotum eſt, qui regiminis officium ſortiti ſunt, qui ſanctificandi, qui ſoluendi, qui ligandi poteſtatem habent, qui Eccleſiaſticas & Cæleſtes adepti ſunt claues, non noſi non qui paſci debemus, qui ſanctificari, qui ligari, vel a ligamento ſolui egemus.

Attende oro.

Quantacunque enim religionis & ſapientia laicus exiſtat, vel etiam ſi vniuerſa virtute interius polleas, donec laicus eſt, ouis vocari non deſinet. Rurſus Epiſcopus quantacunque ſit irreuerentia plenus, & nudus omni virtute, donec antiſtes eſt, & veritatis verbum rectè prædicauerit, Paſtoris vocationis, & dignitatis dãna non patitur. Quæ ergò nobis ratio eſt in ordine ouium conſtitutis, Paſtores verborum ſubtilitatem diſcutiendi, & ea quæ ſuper nos ſunt quærendi & ambiendi habent. Oportet nos ergò cum timore & fide ſincera hos audire, & facies eorum vereri, & nihil amplius, quàm ea quæ noſtri ſunt ordinis requirere.

B

Alexander 3.

Et ALEXANDER III Salernitano Epiſcopo, ponitur parte octaua Concilij Lateranenſis quod celebrauit capite octauo. *De cætero laicos in accuſationem vel teſtimonium contra clericum, in criminali cauſa, non eſſe aliquatenus admittendos cenſura ſacrorum canonum manifeſtiùs edocet, niſi fortè ſuam vel ſuorum iniuriam perſequantur: nec tunc etiam ad teſtimonium, ſed accuſationem poſſunt admitti.*

Concilium Colonienſe 4.

Et Concilium COLONIENSE IV. capite quarto, medij 6. *Cùm Matrimonij ſacramentum (ait) vt ſacramenta reliqua in theſauris Eccleſiæ numeretur, ne ſit ciuilis quidam contractus, vt olim putarunt Ethnici, ad ſolius Eccleſiæ iudicium, præſertim vbi quæſtio iuris verſatur, eius diſcuſſio pertinet.*

C

Matrimoniorũ cauſæ nõ à laicis terminãdæ.

Idcircò ſtatuimus cum præſenti Concilio, & ſub excommunicationis pœna prohibemus, ne Magiſtratus, aut Iudices ſeculares, in Matrimonialibus aut alijs ſpiritualibus quibuſcunque cauſis, ad cognitionem ſolum Eccleſiaſtici Iudicis ſpectantibus, inter ſuos ſubditos aut alienos iudicent, nec diſpenſandi aut tranſigendi poteſtatem in Matrimonio ac gradibus prohibitis ſibi vſurpent, ſed eiuſcemodi cauſas omnes ad iudicis Eccleſiaſtici cognitionem & definitionem remittant. Vide Matrimonium, Conſanguineus, Inceſtus, &c.

Concilium Mogũtinum 4.

Hæc renouat Concilium MOGVNTINVM IV. capite ſeptuageſimo ſexto, & hæc prohibet ſub excommunicationis pœna fieri, & addit: *Similiter Iudex Eccleſiaſticus cauſas, quas laici adinuicem habent, iudicandas ſibi non aſſumat, niſi cauſa tales ſint quæ ad forum Eccleſiaſticum de iure vel conſuetudine pertinere noſcuntur.*

D

Concilium Treuerenſe 2.

Concilium Tridentinum generale.

Idem Concilium TREVERENSE II. capite decimo ſeptimo. Et Concilium TRIDENTINVM ſeſſione vigeſima quarta, quæ eſt octaua ſub Pio IV. *Si quis (ait) dixerit cauſas Matrimoniales non pertinere ad Iudices Eccleſiaſticos, anathema ſit, &c.* Pete locos aſſignatos in ſuperioribus.

Laici ſuis prælatis obediant.] Vide obedientia.

Concilium Seſſionenſe ad S. Med... ſub Childerico Rege, & Pipini Duce.

Laicorum vita.] Concilium SVESSIONENSE ad ſanctum Medardum, Patrum XXIII. *Decernimus, vt laici homines legitimè viuant, & diuerſas fornicationes non faciant, & periurijs in Eccleſia non conſentiant, & falſa teſtimonia non dicant, & Eccleſiam Dei in omni neceſſitate conſeruent.* Habes de his omnibus ſuis quibuſque locis certa decreta.

E

Laici docere non præſumant.] In vocabulo Prædicatio, &c. & Mulier, &c. idem repetitur ſæpiùs: verumtamen pauca quæ dicenda ſunt, non omittam.

Concilium Carthaginenſe 4.

Concilium CARTHAGINENSE IV. canone nonageſimo octauo. *Laicis (ait) præſentibus clericis, niſi ipſis iubentibus, docere non permittimus.*

Leo 1.

Idem repetit LEO PRIMVS epiſtola ſexageſima ad Maximum Antiochenum

Epiſcopum, vt dicemus alibi. Denique idem renouat & confirmat CONCILIVM GENERALE VI. Conſtantinopolitanum III. ſub Conſtantino Pogonato Imperatore, canone 64. *Non oportet (ait) laicum publicè diſputare vel docere, docendi authoritatem ex eo ſibi vendicantem, ſed ordini à Domino tradito cedere, & aurem his, qui docendi gratiam acceperunt, aperire, & diuina ab eis doceri, In vna enim Eccleſia diuerſa membra fecit Deus, vt eſt vox Apoſtoli, quem apertè interpretans* GREGORIVS THEOLOGVS (Nazianzenus is eſt) *eum, qui in his eſt, ordinem commendat dicens. Hunc ordinem reuereamur fratres, hunc ſeruemus, hic quidem ſit auris, ille verò lingua, hic autem manus, hic verò aliquid aliud. Hic quidem doceat, ille verò diſcat.* (Et pauló poſt) *Et docens in docilitate, & ſuppeditans in hilaritate & opem ferens ac ſubminiſtrans in alacritate. Ne ſimus omnes lingua, quod eſt promptius, ne omnes Apoſtoli, ne omnes Prophetæ, ne omnes interpretemur.* (Et pòſt pauca) *Cur te ouium paſtorem facis? cur caput efficeris cùm ſis ſpecies, cur Imperator eſſe conaris cum relatus ſis in numerum militum? Et alibi iubet ſapiētia, ne ſis velox in ſermonibus, ne cùm ſis pauper vna cū diuite extendaris, ne quæras ſapiētibus eſſe ſapiētior: Si quis autē præſentem canonem labefactans deprehenſus fuerit, quadraginta diebus ſegregetur.* Et BONIFACIVS VIII. 6 Decretalium titulo 2. de hæreticis. *Iubemus, ne cuiquam laica perſona liceat publicè vel priuatim de fide Catholica diſputare & qui cōtra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur.* Vide ſuprà Diſputatio, & infrà Prædicatio, & Mulier, &c.

Concilium Conſtantinop. generale 6.

Et quid ſibi volunt igitur miniſtri ... qui nec authoritatem habent, nec docendi gratiam.

1. Corinth 12. Epheſ. 4 & 5.

Bonifacius 8.

Laici Dies feſtos obſeruent & frequentent.] Vide Dies feſti, &c. & Parochia. &c.

LAPSVS.

Lapſi Clerici quomodo admittendi.] Illos intelligimus lapſos, qui in infidelitatem vel hæreſim lapſi ſunt, & Catholicam fidem reliquerunt, vel aliàs, qui in aliud horrendum crimen inciderint. Talibus pœnitentiam Nouatus denegauit, vt dicemus in ſequētibus. Porrò de lapſis Epiſcopis vel Clericis iam ſuo loco egimus, ſcilicet, Clerici ab hæreſi conuerſi, &c. & Epiſcopus hæreticus conuerſus, & etiam in vocabulo, hæreticus conuerſus. De his autem iterum Concilium CARTHAGINENSE V. canone 11. & allegatur à Gratiano diſtinctione 50. capite Confirmandum eſt. *Confirmandum eſt, vt ſi quando presbyteri vel Diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos à miniſterio neceſſe fuerit remoueri, non eis manus tanquam pœnitentibus, vel tanquam fidelibus laicis imponatur, neque vnquam permittendum vt rebaptizati ad clericatus gradum promoueantur.* Hæc repetit LEO PRIMVS epiſtola 90 ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum capite 2. & allegatur ibidem à Gratiano, capite Alienum eſt. *Alienum eſt à conſuetudine Eccleſiaſtica* (ait) *vt qui in Presbyterali honore, aut in Diaconii gradu fuerint conſecrati, hi pro crimine aliquo ſuo, per manus impoſitionem remedium accipiant pœnitendi. Quod ſine dubio ex Apoſtolica traditione deſcendit, ſecundum quod ſcriptum eſt: Sacerdos ſi peccauerit, quis orabit pro eo? vnde huiuſmodi lapſis ad promerendam miſericordiam Dei priuata eſt expetenda receſſio, vbi illis ſatisfactio, ſi fuerit digna, ſit etiam fructuoſa.* Et FOELIX III. epiſtola decretali, quæ lecta eſt & probata in Concilio Romano, quod idem celebrauit, capite 1. ſic loquitur: *Clerici ſi lapſi ſint in hæreſim, & Baptiſmi reiterationem ſuſceperint, ſi ad hoc impulſi fuerint, & de re tali doluerint, præparato furore ſuccurrendum eſt irretitis, ne inimico liceat gaudere de captura. Conterendus eſt venantis laqueus, vt infucatum lamentantibus lapſum, tam iuſtitia moderatione, quam compunctione pietatis ad aulam, quam reliquerant, ſit regreſſus. Sacerdotali vigore eos & humanitate tractemus, vt in eos fides, quæ niſi eſt vna, iam nulla eſt, adiutorio diuini Iudicis ad ſalutem ſine noſtra operationis offenſionem reparentur: quia cùm peccatoris à nobis ſatisfactio protrahitur, nō præter laudem noſtrā, atq; lætitiam mens eius ad veniā purgatior muniatur. Et ideo meminerītis hanc ſuper his nos habere ſententiam, vt ſeruata diſcretione peccantium, non eadem cuncti qui lapſi ſunt lance penſentur, quoniam maioris caſtigationis exigendus eſt vſura, cui domus Domini commiſſa fuerit diſciplina.* Et capite 2. ſubdit: *Vt ergò ab Eccleſia ſummitatibus inchoemus, eos, quos Epiſcopos, Presbyteros, vel Diaconos fuiſſe conſtiterit, & ſeu optantes forſitan, ſeu coactos lauacri illius vnici ſalutariſque claruerit feciſſe iacturam, & Chriſtum, quem non ſolum dono regenerationis, verùm etiam gratia percepti honoris induerant, exuiſſe, cùm conſtet neminem ad ſecundam tinctionem venire potuiſſe, niſi ſe palam Chriſtianum negauerit, & profeſſus fuerit ſe eſſe paganum. Quod cùm generaliter ſit in omnibus execrandum multo magis in Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus auditu ſaltem delinquis probatur horrendum. Sed quia idem Dominus atque Saluator clementiſſimus eſt, & neminem vult perire, vſque ad exitus ſui diem in Pœnitentia ſi reſipuſcunt, iacere conueniet: nec orationi non modo fidelium, ſed nec cathecumenorum omnimodis intereſſe, quibus communio laica tantùm in morte reddenda eſt.* Vide & Pœnitens, infrà. *Quam rem diligentiùs explorare vel facere probatiſſimi Sacerdotis cura debebit.* Tum capite tertio, ſubdit: *De clericis autem, aut monachis, aut puellis Dei, aut ſecularibus, ſeruari præcipimus hunc tenorem, quem* NICÆNA SYNODVS *circa eos, qui lapſi ſunt, vel fuerint, ſeruandum eſſe conſtituit* (Habes in vocabulo Pœnitens non promouendus, infrà) *vt ſcilicet qui nulla neceſſitate, nullius rei timore, aut periculo, ſe, vt rebaptizentur hæreticis impiè dediderunt, ſi tamen eos ex corde pœniteat, tribus annis inter audientes ſint: ſeptem autem annos ſubiaceant inter pœnitentes manibus Sacerdotum. Duobus autem annis oblationes modis omnibus non ſinantur offerre, ſed tantummodo ſecularibus in ordine ſocientur. Nec confundantur Deo colla ſubmittere, qui non eum timuerunt abnegare. Quòd ſi, vtpote mortales, intra metas præſcripti temporis cœperit vita finis vrgere, ſubueniendum eſt imploranti, & ſeu ab Epiſcopo, qui pœnitentiam dederit, ſeu ab alio, qui tamen datam eſſe probauerit, aut ſimiliter à Presbytero viaticum abeunti de ſeculo non negetur.* Et canone quarto, infert: *Pueris autem, quibus (quòd adhuc imberbes ſunt) à pubertate vocabulum eſt, ſeu Clericis, ſiue laicis, aut etiam ſimilibus puellis, quibus ignorantia ſuffragatur ætatis, aliquandiu ſub manus impoſitione detentis, reddenda communio eſt: nec eorum expectanda pœnitentia, quos excipit à coertione cenſura. Quod eſt à nobis proinde conſtitutum, ne hi, quibus in terreni labe contagij plus minuſue reſtat ad vitam, dum adhuc in pœnitentia ſunt, pœnitenda committant. Quòd ſi ante præfinitum pœnitentiæ tempus deſperatus à medicis, aut euidentibus mortis preſſus indicijs, recepta quiſquam communionis gratia conualeſcit, ſeruemus in eo quod Niceni Canones ordinarunt, vt habeatur inter eos, qui in oratione ſola communicant, donec impleatur ſpatium temporis eidem præſtitutum.* Denique capite 5. ſequenti, vetat idem Fœlix III ne rebaptizati ad Ec-

Concilium Carthaginenſe 5. Epiſcop. 7.

Leo 1.

Regum 2.

Fœlix 3.

Concilium Romanum ſub Fœlice 3.

Diuerſa peccatorum ...

Hæc allegat Grat... diſtinct. 4.

Concilium Nicænum 1.

Lapſorum pœnitentia.

Pueri ...

Con... Ni...

cleſiaſticam militiam admittantur, & habes citatum à Gratiano, cauſa 1. quæſtione 7. capite Qui in qualibet, &c. Porrò omnia hæc ſupradicta renouat & confirmat VIGILIVS I. epiſto. ad Ætherium, ſeu Eleutherium, capite 3. loquens de his, qui in Eccleſia Catholica baptizati ad Arrianorum ſe baptiſma conuerterunt: & poſteà redeunt, vt allegabimus infrà in ſequentibus diſtinctionibus. Deinque eadem repetit Concilium ILERDENSE canone 9. aſſerens authoritatem Nicæni Concilij I. canone 11. qua iubetur, vt hi qui præuaricati ſunt, & baptiſmum iterarunt, ſine aliqua neceſſitate aut tormento, ſeptem annis inter catechumenos orent, & poſtea moderatione & miſericordia Epiſcopi fidelibus in oratione Euchariſtiæ communicent. Vide Pœnitens, &c. & locos ſuprà notatos, & ea quæ ſequuntur.

Vigilius 1.

Concilium Ilerdenſe.

Clerici lapſi ad ſacerdotium non promoueantur.] Hæc dependet ex ſuperiori, in qua de lapſis Clericis tractauimus. Porrò hanc propoſitionem MARTINVS I. epiſtola 2. ad Amandum Epiſcopum ſic confirmat, vt allegatur à Gratiano diſtinctione 1. cap. Qui ſemel, & Si poſt. *Qui ſemel* (ait) *poſt ſuam ordinationem in lapſum ceciderit, deinceps iam depoſitus erit, nullúmque gradum ſacerdotij poterit adipiſci, ſed ſufficiat ei lamentationibus, fletibúſque aſſiduis quouſque aduixerit in eadem pœnitentia perdurare, vt commiſſum delictum diuina gratia extinguere valeat. Si enim tales quærimus ad ſacros ordines promouendos, quibus nulla ruga nullúmque vitæ contagium præpediat, quantò magis ſi poſt ordinationem ſuam quiſpiam in lapſum ceciderit, & præuaricationis peccato deprehendatur obnoxius, omninò prohibendus eſt cum manibus lutulentis atque pollutis myſterium noſtræ ſalutis tractare? ſitque huiuſmodi ſemper, iuxta ſacrorum Canonum ſtatuta, in hac vita depoſitus, vt ab illo, qui mentis interiora ſcrutatur, nullúmque de omnibus errare congaudet, dum aſpexerit ſinceram pœnitentiam eius, in terribili iudicio habeat reconciliatum.* Vide ſuprà, Clerici criminoſi, &c.

Martinus 1.

Lapſi contra Nouatum ad pœnitentiam recipiendi, & qualiter admittantur.] Quod ſuperiori de lapſis clericis annotatione dictum eſt ex Fœlicis III. decreto, & cæteris, etiam huic inſeruit probandæ propoſitioni: verumtamen longè vetuſtiora habemus ex Apoſtolica traditione præcepta de lapſis ſeu pœnitentibus admittendis contra eundem Nouatum, quæ repoſita inuenies in vocabulo, Pœnitentes admittendi, &c. verùm quia hoc nomen Pœnitens generale nomen eſt, & publicam pœnitentiam exigit, lapſi autem non ita: ideò ſpeciali vocabulo de lapſis admittendis ad pœnitentiam nunc tractamus, generaliter autem in vocabulo, Pœnitens de alijs lapſis & pœnitentibus diſſeremus. Igitur quia Nouatus ille infœlix lapſis pœnitentiam denegabat, priſci illi Patres contra illum & ante illum quidem fortiter hoc defenſarunt, lapſi non eſſe denegandam pœnitentiam. Inter illos Apoſtolicus ille Pontifex CALIXTVS I. qui etiam ante Nouatum extitit, epiſtola ſecunda ad Epiſcopos Galliæ, quam & Iuo libro 4. decretorum allegat. *Errant* (ait) *qui putant Domini Sacerdotes poſt lapſum, ſi condignam egerint pœnitentiam, Domino miniſtrare non poſſe, & ſuis honoribus frui, ſi bonam deinceps vitam duxerint, & ſuum ſacerdotium condigne cuſtodierint. Et ipſi qui hoc putant, non ſolum errant, ſed etiam contra traditas Eccleſiæ claues diſputare & agere videntur de quibus dictum eſt: Quæcunque ſolueritis in terra, erunt ſo-*

Contra Noua.

Calixtus 1.

[illegible]

luta & in cœlis, &c. Aliequin h[illegible] aut Domini non eſt, aut vera eſt. Nos [illegible] tam Domini Sacerdotes, quam reliq[illegible] poſt dignam ſatisfactionem poſſe redire ad honores credimus, teſtante Domino per Prophetam: Nunquid qui cadit, non adijciet vt reſurgat, & qui auerſus eſt, non reuertetur? Tum alia multa idem Calixtus profert teſtimonia. Denique excellentiſſimus ille & verè Apoſtolicus DIONYSIVS ALEXANDRINVS, epiſtola ad Fabianum Antiochenum Epiſcopum, ſcribens quomodo egregiè diuerſi martyres pro Chriſto mortem obierant, vt refert EVSEBIVS CAESARIENSIS libro 6. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite 32.) ad calcem epiſtolæ ſic addit: *Hi igitur diuini Martyres, qui cum Chriſto in cœleſtibus reſident, & regni eius participes ſunt atque iudices, qui cum ipſo de lapſis ſratribus iudicant: iſti inquam ipſi ſuſceperunt lapſos, & pœnitentiam conuerſionémque eorum non reſpuerunt, ſcientes quod Deus noſter, cuius ipſi erant martyres, non vult omninò mortem morientis, ſed conuerſionem eius & Pœnitentiam quærit. Si ergò iſti receperunt quoſdam, & in Eccleſia ſtatuerunt, in oratione quoque eis & in cibo communicauerunt, quid nos facere vultis fratres? Quid nobis agendum putatis? Nónne ſequi nos eorum ſententias, & iudicium conuenit, atque erga eos, quos illi miſerati ſunt, non exiſtere crudeles & truces? Non puto quod expediat nobis ſententias eorum in irritum reuocare, miſerationes infringere, benefacta turbare & rectè religioséque inſtituta violare.* Hæc Dionyſius de lapſis faciens ſermonem. Subiungit cap. 33. Euſebius: *Quo tempore Nouatus Romanæ Eccleſiæ Presbyter, elatione quadam tumidus, ſpem penitus eis ſalutis ademerat, etiamſi dignè pœnituiſſent. Ex quo & princeps hæreſeos extitit Nouatianorum, qui ab Eccleſia ſeparati ſemetipſos καθαρὰς, id eſt, mundos appellarunt, Ob quam rem Concilium Romæ Sacerdotale celeberrimum congregatum eſt, Epiſcoporum quidem ſexaginta numero, Presbyterorum quoque totidem, cum diaconis plurimis. Præterea etiam per ſingulas quaſque prouincias de hac re magna deliberatione habita, decretis ſignificatur quid facto opus eſſet. Statuitur ergò Nouatum quidem cum his, qui eum mentis elatione tumidum ſequerentur, quique ad inhumanam iſtam, & nihil fraternæ charitatis ſeruantem ſententiam declinarent, alienum eſſe ab Eccleſia: eos verò, qui lapſi in certamine fuerant, fraterna miſeratione curandos, & fomentis pœnitentiæ medicandos. Scribit de hac re &* CORNELIVS I. *vrbis Romæ Epiſcopus ad Eccleſiam Antiochenam indicans Fabiano eius Epiſcopo quid ſtatuerit in vrbe Romana Concilium congregatum, quod etiam Itali[illegible], Aſiæ, cæteriſque Occidentalibus viſum ſit.* CYPRIANVS CARTHAGINENSIS *de his librum magnificentiſſimè ſcriptum edidit, in quo & lapſos ad pœnitentiam cohortaudos, & contradicentes alienos eſſe a Chriſti viſceribus ſtatuit.* Hæc Euſebius. Lege ſi vacat quod ſequitur. Idem autem Cyprianus, cuius hic Euſebius meminit, etiam cum libro qui de lapſis inſcribitur, etiam libro primo Epiſtolarum, epiſtola ſeptima ad Epictetum, de lapſis admittendis, ſcribit. Item libro tertio, epiſtola decimaquarta, decimaquinta & decimaſexta, atque reliquis nihil aliud agit, ſicut deprehendes ſi legeris. Verumtamen in lectura prædictarum epiſtolarum manifeſtè agnoſcimus, non facilè lapſos admittendos ad pacem, neque ad Euchariſtiam, atque communionis, vt præcipuè inſinuat epiſtola decimaoctaua eiuſdem libri, & epiſtola 19. quæ ſic incipit: Dominus loquitur

Ierem. 8.

Dionyſius Alexandrinus.

Euſebius Cæſarienſis

Si non habes Euſebium, lege apud Nicephorum eandē hiſtoriam libr. 6. ca. 2. 3. 4. &c.

Vide quanti deferat iſte Sāctus doctor Dionyſius patrum decretis.

Cathari vnde dicti, ſæpius fit eorum mentio in concilio Niceno, & vt alibi dictum eſt, vide, Pœnitens.

Concilium Romanū ſub Cornelio 1.

Cornelius 1.

Cyprianus Carthaginenſis.

Eſai.66.

quitur,& dicit: Super quem reſpiciam, niſi ſuper humilem & quietum & trementem ſermones meos. *Hoc (inquit) cum debemus omnes eſſe, tum huiuſmodi illi e... debent, quibus laborandum eſt, vt poſt grauem lapſum, vera pœnitentia & humilitate to-ta promereri d...minum ...int,&c.* Et epiſtola 20. ſequenti, quæ eſt ad Calydonium. *Rectè (inquit ſenſiſti circa impertiuam fratribus noſtris pacem, quam ſibi ipſi vera pœnitentia, & Dominica confeſſionis gloria reddiderunt, ſermonibus ſuis iuſtificati, quibus ſe ante damnauerant. Cum ergò abluerint omne delictum, & maculam priorem aſsiſtente ſibi Domino, poſteriore virtute deleuerunt, iacere vltra ſub diabolo quaſi proſtrati non debent, qui extorres fac..., & bonis ſuis alibus ſpoliati erexerunt ſe, & cum Chriſto ſtare cœperunt. Atque vtinam ſic & cæteri poſt lapſum pœnitentes in ſtatum priſtinum reformentur, quos nunc vrgentes & pacem temere, atque importune extorquentes, quemodo diſpoſuerimus, vt ſcires librum tibi cum epiſtolis numero quinque miſi, quas ad clerum, ... ad plebem, & ad martyres quoque & conf...ſſores feci, &c.*

Concilium Nicænum 1. ſub Conſtantino Magno. Concilium Valentinum in Gallia ſub Gratiano & Valentiniano Imperatoribus.

Huic ſententiæ Concilium NICÆNUM I. canone 11. & Concilium VALENTINUM GALLIAE I. ſub Damaſo I cano. 3. ſubſcribunt. *Circa perſonas eorum vltimum qui ſe poſt vnum & ſanctum lauacrum, vel prophanis ſacrificijs dæmonum, vel inceſta lauatione polluerunt, eam cenſura formam duximus eſſe ſeruandam, vt his ſatiſ...ctionis quidem aditus non negetur, ne ab infœlicibus lachrymis vel ſ...lat... ianua deſperatione claudatur: Acturi vero pœnitentiam vſque in diem mortis, non ſine ſpe tamen remiſſionis, quam ab eo pene ſperare debebant, qui eius largitatem & ſolus obtinet, & tam diues miſericordia eſt, vt nemo deſperet. Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.* Et Concilium AGATHENSE I. can. 60.

Auguſtinum Agatenſe ſub Cæleſtino 1.

Lapſis, id eſt, qui in Catholica fide baptizati ſunt, ſi præuaricatione damnabili poſt in hæreſim tranſierunt, grãdem redeundi difficultatem ſanxit antiquitas. Quibus nos annorum multitudine breuiata, pœnitentiam biennij conditione infra ſcripta obſeruationis imponimus, vt præſcripto biennio, tertio ſine relaxatione ieiunent, & Eccleſiam ſtudeant fre...uentare. In pœnitentium loco ſtandi & orandi humilitatem ita nouerint obſeruandam, vt etiam ipſi cum Cathecumenis egredi commoneantur, abſcedant. Hoc ſi obſeruare voluerint, conſtituto tempore admittendi ad altarium obſeruatio relaxetur. Quod ſi ardua vel dura forte putauerint, ſtatuta præteritorum Canonum implere debebunt. Vide & Pœnitens.

Attende ex ſuperioribus eam ſententiam indictam pœnitentiam, quæ hic paululum remiſſa eſt.

Leo 1.

Hinc LEO I epiſtola 3 quæ eſt ad Iulianum Aquileienſem Epiſcopum, & allegatur à Gratiano, cauſa 1. quæſt. 1. cap Si quis. & cauſa 1. quæſt 7 cap Saluberrimum, & cauſa 1. quæſtio. 5. cap Omnis, & Si quis, & ab Iuone libro 3. Decretorum. *Ad animæ (ait) periculum pertinet, ſi quiſquam de his, qui à nobis in Hæreticorum atque Schiſmaticorum ſectam delapſus eſt, & ſe vtcunque hæretica communionis contagionem maculauit, reſipiſcens, in communione Catholica ſine profeſſione legitima ſatisfactionis habeatur. Saluberrimum enim, & ſpiritualis medicinæ vtilitate plen...ſſimum eſt, vt ſiue pre...yteri, ſiue Diaconi, ſiue Sub...iaconi, aut cuiuſlibet ordinis Clerici, qui correctos videri volunt, atque ad Catholicam fidem, quam iampridem amiſerãt, rurſum reuerti ambiunt, prius errorem ſuum & ipſos hæreſis authores damnari a ſe ſine ambiguitate fateantur, vt ſenſibus prauis etiam peremptis, nulla ...perandi ſuperſit occaſio, ne vllum membrum talium po...t ſocietate violari, cum per omnia illis profeſſio propria cœperit obuiare: circa quos etiam illam canonum conſtitutionem præcipimus cuſtodiri, vt in magno habeant beneficio, ſi adepta ſibi omni ſpe promotionis,* (Vide Hæret...us conuerſus, &c. & Clerici conuerſi ab hæreſi, &c) *in quo inueniuntur ordine, perpetua ſtabilitate permaneant, ſi tamen iterata tinctionis ſacrilegio non fuerint maculati. Non leuem enim apud Deum noxam incurrit qui de talibus ad ſacros ordines promouendum aliquem iudicarit. Quod ſi cum grande examinatione promotio conceditur inculpatis, multo magis non debet licere ſuſpectis.*

Vide quomodo admittendi ſint lapſi Clerici.

Obſeruabilis locus.

N... pr...uendi lapſi.

Idem ſtatuit epiſtola 10. ad Flauianum de Eutychete hæretico, vt ſi reſipiſceret recipe-retur ad communionem ſatisfactione peracta. Quod & pollicetur adhuc epiſtola 11. ad Pulcheriam Auguſtam ad calcem. Et iterum epiſtola 17. ad eandem, vt habes in locis ſuprà aſſignatis. Prædicta omnia decreta confirmat Concilium EPAUNENSE ſub Gelaſio I. cano. 29. VIGILIUS I. cuius ſuperioribus paginis fecimus mentionem, ſubſcribens Fœlicis III. decreto, quod allegatum habes ſuprà, ait: *In lapſis illis recipiendis illud ſpeciali charitate conuenit obſeruari, vt quia pro peccatis plurimis ingruentibus iniquitas ipſa ſurrexit, in æſtimatione fraternitatis tuæ aliorumque Pontificum per ſuas diœceſes relinquatur: vt ſi qualitas & pœnitentis deuotio fuerit approbata, indulgentiæ quoque remedio ſit vicina. Quorum tamen reconciliatio non per impoſitionem* (de Clericis loquitur) *illam manus, quæ per inuocationem ſancti Spiritus fit, operatur: ſed per illam, qua pœnitentiæ fructus acquiritur, & ſanctæ communionis reſtitutio perficitur, &c.*

Concilium Epaunenſe ſub Sigiſmundo Rege.

Vigilius 1 epiſtola ad Eleutherium Epiſcopum, cap. 1.

Hinc Concilium AURELIANENSE IV. ſub Pelagio I. cau. 8. *De his (ait) qui poſt Baptiſmi ſacramentum ad hæreſis lapſum carne ſuadente deſcendunt, & agnoſcentes reatum ad vnitatem fidei Catholicæ venire deſiderant, in Epiſcoporum poteſtate conſiſtant, cùm eos viderint dignam pœnitentiam agere, quando vel qualiter communioni priſtinæ reformentur.* Idem & cano. 15. ſtatuit ob erandum de eo, qui poſt Baptiſmum ad immolata dæmonijs relapſus eſt. Vide ſuprà, Cibus vetitus, &c. Idque GREGORIUS I. libro 7. Regiſtri, epiſtola 53. ad Secundinum incluſum, authoritate canonum dicit Sacerdotale officium poſt lapſum, ſi pœnitentia ſecuta fuerit, in priſtinum gradum poſſe reſtitui, hoc multis ſacræ Scripturæ authoritatibus cõfirmans; & quidem præcipuè teſtimonio Hieremiæ: *Nunquid qui cadit non adiiciet vt reſurgat? &c. & qui auerſus eſt non reuertetur? &c* Et ex Ezech. *In quacunq; die conuerſus ingemuerit, tunc ſaluus erit, &c.* Adfert quoque alia plura. Vide Clericus, Epiſcopus, Pœnitens, Hæreticus, &c in locis præſignatis, quia ibi multo plura dicta ſunt.

Concilium Aurelianenſe 4.

Gregorius 1.

Ierem. 8.

Ezech. 18.

Lapſi in peccatum poſt iuſtificationem.] Concilium TRIDENTINUM ſeſſione 6. cap. 14. vbi de iuſtificatione tractat, ſicut ſuperioribus folijs allegauimus, ſubdit: *Qui ab accepta iuſtificationis gratia per peccatum exciderunt, rurſus iuſtificari poterunt, cum excitante Deo per pœnitentiæ ſacramentum merito Chriſti ami...am gratiam recuperare procurauerint. Hic enim iuſtificationis modus, eſt lapſi reparatio, quam ſecundam tabulam deperditæ gratiæ poſt naufragium ſancti Patres aptè nuncuparunt. Etenim pro his qui poſt Baptiſmum in peccata labuntur Chriſtus Ieſus ſacramentum inſtituit Pœnitentiæ cum dixit Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Vnde docendum eſt Chriſtiani hominis pœnitentiam poſt lapſum, multo aliam eſſe a Baptiſmali, eáque contineri non modo ceſſationem a peccatis, & eorum deteſtationem, aut cor contritum & humiliatum, verum etiam eorum*

T... generale ...

...onda ...

Ioan. 20.

... Col...

...em ſa

Contra nouos Calatnologos.

dem ſacramentalem confeſſionem, ſaltem in voto ſuo, & tempore faciẽdam, & ſacerdotalem abſolutionem. Itémque ſatisfactionem per ieiunia, eleemoſynas, orationes, & alia pia ſpiritualis vita exercitia, non quidem pro pœna æterna, quæ vel ſacramento, vel ſacramenti voto vna cum culpa remittitur, ſed pro pœna temporali: quæ (vt ſacræ literæ docẽt) nõ tota ſemper, vt in Baptiſmo fit, dimittitur illis qui gratia Dei quam acceperunt ingrati Spiritum ſanctum contriſtauerunt, & templum Dei violare non ſunt veriti. De qua pœnitentia ſcriptum eſt: Memor eſto vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Et iterum: Quæ ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Et rurſus: Pœnitentiam agite & facite dignos fructus pœnitentiæ, &c. Vide infrà, Pœnitens, & Pœnitentia, &c.

Apocal. 2. Matth. 7. Luch. 3.

L A V S.

Clemens 1.

Laus humana fugienda.] CLEMENS I. epiſtola 1. ad Iacobum fratrem Domini, vltima Petri Apoſtoli verba recenſens, ea fuiſſe teſtatur: *Satage magis & refuge, ne lauderis ab iniquis, & ne à peſſime agentibus diligaris, ſed potiùs propter iuſtam diſpenſationem & æquiſſimam regulam diſciplinæ à Chriſto collaudari merearis, &c.* Laudes porrò humanas fugiendas abundè docet DIONYSIVS AREOPAGITA capite vltimo libri de diuinis nominibus, & IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Magneſianos, & alia ad Tarſenſes. Vide ſuperiùs vocabolo, Animus, & Gloria inanis, &c. Hinc IOAN. CHRYSOSTOMVS homi. 4. in Matth. *Vſque adeo (ait) vitium inanis gloriæ notatur, vt ſicut laudamus omnes eum, qui non fornicationem, non adulterium concupiſcit: ita etiam prædicemus iſtum magiſque miremur, qui amorem refugit gloriandi. Cum e regione accuſare potiùs, quàm laudare ſoleamus eos, qui hominum laudes requirunt, &c.* Idẽ homi. 41. in eundem ad calcem. *Certè quot homines in populo ſunt, tot vinculis conſtringitur, tot Dominis ſubijcitur, qui vulgi laude gaudet, quodq; indignius eſt, quamuis diuerſis vtantur ſententijs, &c.* Hinc AVGVSTINVS HIPPONENSIS epiſtola 56. ad Dioſcorum: *Non ſatiat (ait) auidum ſpiritum vanitas laudis humanæ, quia nihil ad edendum affert, niſi inane & inflatum: & ideò cogitur eam ipſa auiditas referre in aliud quaſi vberius & fructuoſius, quod nihilominus, ſi temporali lapſu præterfluit, ita eſt quaſi ſi fluuius ducat in fluuium, vt non ſit finis miſeriæ, quãdiu finis officiorum noſtrorum in re inſtabili collocatur.* Idẽ libro 83. quæſtionum, quæſt 58. *Quorum facta aliena laude fulciuntur, eadem ſubtracta deficiunt, & de conſuetudine ſemper inquirit id animus, vnde gaudere ſolet. Itaque qui hominum corda non vident, teſtimonium volunt habere apud Deum, qui cordis inſpector eſt.* Quantum autem ſit laus humana periculoſa, docet idem libro 1. de ſermone Domini in monte, cap. 1. Lege ſi vacat, & alios doctores.

Dionyſius Areopagita.

Ignatius Martyr.

Ioannes Chryſoſtomus.

Auguſtinus Hipponenſis.

C

D

L E C T O R.

Lectorum ordinatio, ſors, & officium.] De Lectoribus paſſim iam diximus in vocabulis, Clericus, Cantus, Diaconus, & infrà in dictione, Ordines minores, &c. Nec eſt nobis verbo otium exprimendi quot in locis iam lectorum mentionem fecerimus. Pauca tamen quæ reſtant, quia ſe occaſio offert, dicenda. Itaque ſic de lectoribus CLEMENS 1. lib. 8. Conſtit. Apoſtol. c. 2[?]. mentionem facit, & ſic Apoſtolus inſtituiſſe teſtatur: *De lectoribus ego Matthæus, qui & leui olim Publicanus diſpono. Qui lectorem conſtituit imponens ei manum & orans dicat: Reſpice ſuper famulum tuum, qui promouetur ad legendum tuas ſanctas Scripturas populo tuo. Da ei Spiritum ſanctum, Spiritum propheticum, qui ſeruum tuum Eſdram inſtruxiſti ad legendum leges populo tuo, & nunc inuocatus a nobis inſtrue ſeruum tuum, & da ei, vt laudabiliter perfecto commiſſo ſibi munere altiori gradu dignus efficiatur, &c.* Lectorũ quoq; meminit IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Antiochenſes. Concilium CARTHAGINENSE IV. can. 8. & allegat Gratianus diſtinct. 23. cap. Lector. *Lector (ait) cum ordinatur, faciat de illo verbum Epiſcopus ad plebem, indicans eius fidem ac vitam atq; ingenium. & poſthæc ſpectante plebe tradat ei codicem de quo lecturus eſt, dicens ad eum: Accipe & eſto lector verbi Dei, habiturus, ſi fideliter & vtiliter impleueris officium, partem cum eis qui verbum Dei miniſtrauerunt.* Hinc Concilium MILEVITANVM can. 15 & allegat Gratianus diſtinct. 72. cap. Placuit. *Placuit, vt quicunque in Eccleſia vel ſemel legerit, ab alia Eccleſia ad clericatum non teneatur.* Hoc repetit iterum Concilium AFFRICANVM ſub Bonifacio I. cap. 57. De illorum porrò ſorte Concilium CARTHAGINENSE III. can. 19. allegatur à Gratiano diſtinct. 23. cap Lectores. *Placuit, vt Lectores, cùm ad annos pubertatis venerint, cogantur aut vxores ducere, aut continentiam profiteri.* In vetuſtis codicibus, ſic legitur: *Vt Lectores vſq; ad annos pubertatis legant, deincept autem niſi vxores cuſtodita pudicitia duxerint, aut cõtinentiam profeſſi fuerint, legere non ſinantur.* Hunc canon. allegat & repetit MARTINVS BRACA. cap. 4 Collectorij, & allegatur à Gratiano diſtinct. 34. cap. Lector. Hunc quoq; canonem citat & producit Conciliũ VORMATIENSE c. 68. Sed & Cõcilium HIPPONENSE cano. 2. ſtatuit, vt lectores populum non ſalutent. Ait CARTHAGINENSE V. can. 3. *Vt Lector fidelis, ſi viduam alteram vxorem duxerit, amplius nihil ſit, ſtatuit ſancta Synodus, ſed ſemper lector habeatur.* Vide Bigamus, &c. Et Concilium VASENSE II. ſub Leone I. can. 1. *Placuit, vt omnes pueri, qui ſunt in Parochijs conſtituti, ſecundum conſuetudinem, quam per totam Italiam ſatis ſalubriter teneri cognouimus, Iuniores lectores quantocunque, ſiue vxores habuerint, ſecum in domo vbi habitare videtur recipiant, & eos quomodo boni Patres ſpiritualiter nutrientes Pſalmos parare, diuinis lectionibus inſiſtere, & in lege Domini erudire contendant, vt & ſibi dignos ſucceſſores prouideant, & à Domino præmia æterna recipiant. Cum verò ad ætatem perfectam peruenerint, ſi aliquis eorum pro carnis fragilitate vxorem habere voluerit, poteſtas ducendi coniugẽ non negetur, &c.* Hinc Concilium TARRACONENSE ſub Fœlice III. can. 9. *Si quis lector adulteræ mulieris voluerit miſceri, vel adhærere cõſortio, aut relinquat adulterũ, aut a clero habeatur extraneus. Simili ſentẽtia Oſtiariũ perſtringatur.* De eorũ verò officio Cõcilium BRACAR. I. can. 25. allegatur à Gratiano diſt. 23. c. Nõ liceat. *Placuit, vt nõ liceat cuilibet ex lectoribus ſacra altaris vaſa portare, niſi qui ab Epiſcopo fuerint ordinati.* Vide hoc iam probatũ, in dictione Clerici inferioris ordinis, &c. Hunc canonẽ producit MARTINVS BRACAR. iam nominatus cap. 45 Collectorij, & allegatur à Gratiano diſt. 92. c. Nõ licet, &c. Porrò Concilium AQVISG. I. c. 3 profert ISIDORVM ISPAL. lib. 2. de officijs Eccleſiaſticis, c. 11. *Lectorũ ordo formam & initiũ a Prophetis accepit. Sunt igitur lectores, qui verbũ Dei prædicant, quibus dicitur: Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocẽ tuã. Iſti quippè dũ ordinantur, primùm de eorũ conuerſatione Epiſcopus verbũ facit ad populum. Deinde coram plebe tradit eis codicẽ apicum diuinorũ, ad Dei verbũ annũciandum. Qui autem ad huiuſmodi prouehitur gradum, iſte erit*

Clemens 1.

Ordinis in ordinando lectores.

A

Ignatius Martyr.

Concilium Carthaginenſ. 4. cui Auguſtinus interfuit.

B

Concilium Mileuitanum ſub Innocentio 1.

Concilium Africanum.

Concilium Carthaginenſe 3.

Martinus Bracarenſis.

Concilium Vormatienſe.

Concilium Hipponenſe.

Concilium Carthaginenſe 5.

Concilium Vaſenſe 2.

Concilium Tarraconenſe.

Concilium Bracarenſe 1. ſub Nomitio 1.

E

Concilium Aquigranenſ. 1. anno 816.

Iſidorus Hiſpalenſis.

Lectorum ordinis initium. Eſay. 58.

doctrina

doctrina & libris imbutus ſenſuumq́; ac verborum ſcientia perornatus, ita vt diſtinctionibus ſententiarum intelligat vbi finiatur iunctura, vbi adhuc pendeat oratio, vbi ſententia extrema claudatur. Propterea & accentuum vim oportet lectorem ſcire, vt nouerit in qua ſyllaba vox protendatur pronunciatis, quàm hoc tritum ſit ſatis conſtat. Plerumque enim imperiti lectores in verborum accentibus errant, & ſolent nos irridere imperitiæ qui videntur habere peritiam, detrahentes & iurantes penitus nos neſcire quod dicimus. Vetus opinio eſt, lectores pronunciandi cauſa præcipuam curam vocis habuiſſe vt exaudiri inter multum poſſint, vnde & dudum lectores, præcones, vel proclamatores vocabantur. De eorum autem electione, habes dictum in Vocabulo, Cantor, lege ergò.

LEGATVS.

Legatorum ſummi Pontificis antiqua inſtitutio & authoritas.] Quia tam perditi ſunt hæretici, vt omnia ſubſannent quæ congruũt diſciplinæ Catholicæ, nec vereantur impuris vocibus detrahere antiquis regulis maiorum, ita vt & legatorum nomen irrideant, & fictitium ſomniẽt, & recenter inuentũ, volumus oſtẽdere per exempla antiquiſſimorũ patrum, quia ſemper mos fuit ſummis Pontificibus à latere ſuo legatos mittere, qui & authoritatem in conſtituendis vel definiẽdis regulis, & etiam in recipiendis & reiiciendis his, quæ vel ſuæ doctrinæ conuenirent, vel illi contradicerent. Inſuper & eius poteſtatem ſupra cæteros orbis Pontifices repræſentarent. Vt ergò incipiamus, conſtat in primo illo & generali NICÆNO Concilio I. legatos ſummi Pontificis Syluestri præſediſſe, vel Iulij I. nam iam Syluester obierat: ſic enim narrat PLATINA CREMONENSIS in Silueſtri I. vita. Quòd autem legati (vt dictum eſt) affuerint ſic recẽſet NICEPHORVS CALLISTVS libro 8. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 14. dum conuentum narrat ad præfatum Concilium. *Et Romanus* inquit *Antiſtes propter ætatem decrepitam, Conſtantinopolitanus vero propter multam imbecillitatem in ſedibus ſuis remanſere, ſed eorum nomine bini preſbyteri miſſi ſunt à Iulio quidem Romano Pontifice, Vitus & Vincentius: ab Alexãdro autem Conſtantinopolitano duo alij, & vita & eruditione plurimum excellentes. Habebant hi ab illis mandatum & cautionem, vt in conuentu locum illorum obtinerent, & quod ibi ritè atq; ordine actum decretumq́; eſſet comprobarent, &c.* Sed & CONSTANTINOPOLITANO Concilio I. generali II. ſub Theodoſio ſeniore contra Macedonium congregato præcederunt legati Damaſi Papæ, vt ex actibus eius liquet: nam & patres eiuſdẽ Concilij ad Damaſum I. epiſtolas fecerunt, vt dicemus ſuo loco, & hoc præfatus Nicephorus teſtatur libro 12. cap. 12. & 13. Et SOZOMENVS SALAMINIVS lib. 7. hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. 7. & 8. & reliquis. Quòd autem & interfuerint legati ſummi Põtificis Cœleſtini I. Concilio EPHESINO I. generali 3. ſub Theodoſio Iuniore, eiuſdem acta probant. Nam hinc vice Papæ præſedit Cyrillus Alexandrinus, vt narrat idem Nicephorus libro 14. cap. 34. & 35. & reliquis contra Neſtorium. Sic autem loquitur Nicephorus, cap. 34. *Cœleſtinus* inquit *) Romæ Epiſcopus propter nauigationis pericula, ipſe Synodo adeſſe detrectans, ad Cyrillum tamen, vt locũ ibi ſuum obtineret, ſcripſit. Ex quo tempore fama eſt neutrum illum, & Papæ appellationem atque vt vniuerſi orbis Iudex appellaretur, accepiſſe. Quæ autem de omnia per ſucceſſionem ad eos etiã peruenerunt, quibus Alexandrinæ Eccleſiæ thronus legitime obuenisset. Sacros Epiſcopos, &c.* Hæc ille. Hinc Patres præfati Concilij Epheſini epiſtola 5. ad Valẽtinianũ, & Theodoſium Imperatores, eundem Cyrillum legatum ſummi Pontificis caput congregatorum Epiſcoporum nominarunt, id eſt, totius concilij. Deniq; cõſuetudinem eſſe legatos ad Concilia vice ſummi Pontificis mittere, qui eandem in omnibus habeant definiendi & loquendi authoritatem, teſtatur Concilium AFRICANVM I. ſub Bonifacio I. cano. 61. *Legatio* (ait) *libera ab omnibus prouincijs ad Concilium dirigatur.* Et repetit iterũ, can. 64. Quòd ſi ab omnibus prouincijs, multò fortiùs à ſummo Pontifice, cui ſolet eſt præſidere Cõcilijs generalibus per legatos, vt diximus in vocabulo, Concilium, hoc teſtatur & LEO I. epiſtola 13. quæ eſt ad Pulcheriam Auguſtam, cùm ſe excuſat à profectione Synodi Epheſinæ 2. à Theodoſio Iuniore contra Eutychem indictæ, eò quod nec prædeceſſorum ſuorum exemplo (Vide Cõcilium, &c. prouocatus, nec vrgentium rerum ſollicitudine detentus poſſit adeſſe. Idem & epiſtola 14. ad præfatam Synodum Epheſinam, 2. & epiſtola 16. ad Theodoſium Auguſtum repetit: Et iterum epiſtola 34. ad Martianum Presbyterum manifeſtè legatorum ſuorum mentionem facit. Hic etiam ad Concilium CHALCEDONENSE I. generale 4. Legatos ſuos miſit, qui ſua vice fungerentur: *In quibus Legatis* (ait) *mea eſt æſtimanda præſentia.* Idem refert epiſtola 41. ad Martianum Auguſtum, & epiſtola 42. ad eundem, & epi. 43. ad Pulcheriam Auguſtam, & epiſtola 45. ad Chalcedonenſem præfatam Synodum. *Inuitati* (ait) *ſumus, vt venerabili Synodo noſtram præſentiam præberemus. Hoc quidem nec neceſſitas temporis, nec vlla conſuetudo poterat permittere. Tamen in his fratribus, Paſchaſino & Lucentio Epiſcopis, Bonifacio & Baſilio presbyteris, qui ab Apoſtolica ſede directi ſunt, me Synodo veſtra fraternitas æſtimet præſidere, non abiuncta à vobis præſentia mea, qui nunc in vicarijs meis adſum, & iamdudum in fidei Catholicæ prædicatione non deſum, vt qui non poteſtis ignorare quid ex antiqua traditione credamus, non poſſitis dubitare quid cupiamus.* Et iterum epiſtola 47. ad Martianum Auguſtum, præfatis legatis etiã addidit Iulianum Epiſcopum: *Quem* (inquit) *vice mea Synodo conuenit præſidere.* Hos legatos commendatos cupit epiſtola 48. ad eundem principem. Denique & epiſtola 52. ad eundem, mentio fit eorumdem legatorum, Quomodo ſcilicet Epiſcopo Conſtantinopolitano in faciem reſtiterunt, vt habes in vocabulis, Romanæ Eccleſiæ, & Conſtantinopolitanæ diſſidium, & in Prouincia, &c. Legati quoque ipſi ſuam authoritatem oſtendunt in relatione ſua, quæ habetur actione 1. eiuſdem Synodi Chalcedonenſis. Porrò in præſentia Patrum eiuſdem Chalcedonẽſis Concilij QVINTVS PHOCENSIS Epiſcopus actio. 3. in Damnatione Dioſcori Alexandrini Epiſcopi hæretici, primatum defert legatis eiuſdem Pontificis Leonis I. & primi ſententiam ſuam pronunciarunt, & Dioſcorum Epiſcopatu ſpoliarũt. Authoritate S. Petri & ſummi Põtificis, quos cæteri omnes Epiſcopi ſecuti ſunt, & damnationi prædictæ ſubſcripſerunt: Verum priores legati ſubſcripſerunt. Tum reliqui Patres numero 630. Sed & vniuerſa Synodus præfata de eiſdem legatis Apoſtolicæ ſedis loquitur, epiſtola ad Leonem I. miſſa, quæ habetur actione 3. eiuſdem Synodi. *Omnibus* (inquiunt Patres) *nobis tu quidem ſicut membris caput præeras, in his qui tuum tenebant ordinem beneuolentiam præferens*

Concilium Nicænum 1.

Platina Cremonenſis.

Nicephorus Calliſtus.

Concilium Conſtantinopolitanũ 1. generale 2.

Sozomenus Salaminius.

Concilium Epheſinum generale 3.

Nicephorus.

Concilium Africanũ ſub Bonifacio 1.

Leo 1.

Synodus Epheſina 2. quæ damnata eſt.

Concilium Chalc[illegible] generale 4.

Q[illegible] Phocenſis Epiſcop.

Impera

Confeſſio Patrum Chalcedonenſium de Primatu ſedis Apoſtolicæ, [illegible] Concilium generale Conſtantinopol. 2. ſub Vigilio & Agapeto 1. Euthychius Conſtantinop. Epiſcop.

A *Imperatores verò, ad ornandum decentiſſimè præſidebant, &c.* Porrò in Concilio CONSTANTINOPOLITANO II. generalis V. ſub Iuſtiniano Imperatore, & Agapito I. ſummo Pontifice, fit mentio actione I. legatorum Apoſtolicæ ſedis, Sabini videlicet, Epiphanij & Aſterij atque aliorum, qui vice Domini Papæ præſidebāt. Vnde eadē actione ſeu collatione 1. ponitur EVTYCHIVS CONSTANTINOPOLITANI Epiſcopi, epiſtola ad Vigilium Papam, cùm eſſent Patres congregati in præfata Synodo, de tribus capitulis agere diſponentes, vnde quibuſdam quæſtio nata erat. *Ideò* (ait) *petimus præſidente nobis veſtra beatitudine, ſub tranquillitate & ſacerdotali manſuetudine, &c.* B Qui quidem Vigilius præſentialiter nō affuit propter imbecillitatem corporis, vt oſtēditur ex fine eius epiſtolæ, quia legatio à Synodo ad eum miſſa eſt, vt eius aſſenſum requirerent, ad tria capitula quæ ibi tractata ſunt, ſcilicet condemnationem Theodori Mopſueſtienſis hæretici Epiſcopi, & Scriptorum Theodoreti, & Ibæ Edeſſeni, confirmauit. Innuitur nihilominus ex lectione collationis octauę eiuſdem Concilij, quia Vigilius Synodo præſens erat. Porrò, celebris memoratur ſuſceptio legatorum Summi Pontificis Agathonis I. à Cōcilio COSTANTINOPOLITANO III. Generali VI. ſub Conſtantino huius nominis Imperatore IV. Pogonato dicto, in actibus eiuſdem Concilij, & in vita præfati Pontificis. C Ibi quippè legitur, quòd tanta gratia Dei omnipotentis conceſſa eſt miſſis biſdem ſedis Apoſtolicæ legatis, vt ad lætitiam Populi & ſancti Concilij, vnus è numero legatorum Ioannes Epiſcopus Portuenſis legatuſ Dominico die octauarum Paſchæ in Eccleſia ſanctæ Sophiæ Regiæ vrbis publicas Miſſas coram Principe & Patriarchæ Latinè celebrarer, & omnes vnanimiter in laudes & victorias piiſſimorum Imperatorum Latinis vocibus exclamarent. Denique actione I. eiuſdem Concilij cùm omnes Patres ſediſſent primi locati ſunt legati, locum præſentantes ſanctiſſimi Papæ Apoſtolicæ ſedis antiquæ Romæ Agathonis, &c. D Legati quoque Adriani I ſummi Pontificis in Concilio NICAENO II. generali VII. affuiſſe & præſediſſe, & ſemper primi leguntur in ſingulis ſeſſionibus ſubſcripſiſſe, vt meminimus in vocabulo, Imago. Quos certè legatos etiam THARASIVS CONSTANTINOPOLITANVS Epiſcopus, epiſtola miſſa ad prædictum Adrianum, quæ habetur & actione 7. eiuſdem Concilij, teſtatur ab Imperatore & Patribus cum Maximiano honore fuiſſe ſuſceptos, & ante omnia eorum lectas fuiſſe quas deferebant literas. Item à GREGORIO II. Legatus per cunctam Germaniam & Franciā creatus eſt, Bonifacius Moguntinenſis primus Archiepiſcopus (vt ſæpius diximus) quia primus Germano ad fidem Catholicam perduxit, E & præſedit vice & nomine ſummi Pontificis Concilio Francico ſub Carolomanno Principe, vt iam in alijs locis meminimus Legati quoq; à latere miſſi ſunt à NICOLAO I. ad ſedandam diſcordiam Conſtantinopoli excitatam, propter iniuſtam expulſionem Ignatij ſanctiſſimi Patriarchę, & intruſionem Photij laici & curialis, vt alibi diximus, & ex epiſtola eiuſdem Nicolai I liquet miſſa ſuper hac re ad Epiſcopos Aſiæ & Lybiæ. Denique Concilio CONSTANTINOPOLITANO IV. generale 8. ſub Baſilio Imperatore deuotiſſimo, & Adriano II Papa eiuſdem Pontifici legati memorantur. Donatus & Stephanus Epiſcopi, & Marinus Diaconus præſediſſe vt clarè innoteſcit ex Actione I. eiuſdem Concilij, vbi eorum miſſio memoratur. Qui cum à Patribus interrogarentur & exigerentur, vt literas oſtenderent, quibus notam facerent poteſtatem ſuam, & deberent Synodo præſidere, produxerunt epiſtolā præfati Pontificis Adriani II. ad prædictum Imperatorē Baſilium, vbi manifeſtè ſuos legatos mādat benignè ſuſcipi. Sic quippè idem ADRIANVS II. ibidem ſcribit. *Precamur* (ait) *Legatos noſtros ob amorem præcipuorum Apoſtolorum Petri & Pauli, à quorum ſede mittuntur, benignè ſuſcipias, & tanquam nobis ſiue ipſis aures credulitatis accommodes, &c.* B Illi autem legati actione 7 præfati Concilij à Bahane Patricio oratione contra Photium nominantur Iudices, & eorum ſententiam Imperator Baſilius pro condemnatione hæreticorum expectat. Denique cùm eſſet finitū Concilium primi omniū ſubſcripſerunt; vnde & primus Legatus ſicait: *Ego Donatus Dei gratia Epiſcopus Oſtienſis Eccleſiæ, locū obtinēs Domini mei Adriani Pontificis, & vniuerſalis Papæ, omnia quæ ſuperius leguntur, huic ſanctæ & vniuerſali Synodo præſidens, ad voluntatem eiuſdem eximij Præſulis promulgaui, & manu propria ſubſcripſi.* Idē duo alij fecerunt, & ſubſcripſerunt. Idē verò Adrianus II. epiſtola 6. ad Conſtantinum Monachum Imperatorem, legatos eidem miſit pro implorando auxilio aduerſus Romanæ Eccleſiæ hoſtes, quos C legatos vt dignè & reuerenter ſuſcipiat, tanquam propriam perſonam, mandat. Poſſem etiam certo affirmare, quòd Legati ſummi Pontificis Concilijs prouincialibus vice ſummi Pontificis præſederunt. Habemus quòd Legati Zozimi I. Cōcilio CARTHAGINENSI VI. interfuerunt, & Legati Bonifacij I. Concilio AFFRICANO I. vt colligitur facilè ex decretis eorundem Conciliorum, vt etiam præmiſimus. Sed hęc miſſa facientes, cœptum proſequamur. Legitur GREGORIVS VII. Legatos miſiſſe ad ſedandam diſcordiam inter Henricum IV. Imperatorem & Rodulphum, vt locupletiſſimi ſunt teſtes PLATINA CREMONENSIS in vita eiuſdē Gregorij, & IOAN D NES LAZIARDVS Cœleſtinus, lib. 3. Epitomatis vniuerſalis hiſtoriæ, cap. 193. præcipiens Imperatoribus, vt illis legatis obtemperarent, & eorum decretis tam Imperator, quàm cæteri principes omnes & Eccleſiaſtici, parerent. Miſſi ſunt quoque legati ab Alexādro III. ad Henricum Regem Angliæ, rei veritatem indagaturi ſuper nece Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi, quibus Rex omiſſo Hybernico bello honoris cauſa apud Normanniam occurrit. Idem verò Alexāder III. Legatorum ſic authoritatem deſcribit ad Cantuarienſis Eccleſiæ ſuffraganeos, & habetur parte 44. Concilij Lateranēſis quod celebrauit cap. 3. & iterum cap. 66. *Legatus* (ait) *ſi fuerit Archiepiſcopus,* E *poteſtatem habet Epiſcoporum ſuffraganeorum, tanquam vices gerens ſummi Pontificis audire cauſas, & determinare ac iudicare, ſiue ad eum appellatum fuerit, ſiue non, quod alias non licet ſimplici Metropolitano.* Vide in vocabulo, Metropolitanus ius ſeruetur, &c. Legatorum quoq; ſæpiùs fit mentio & in alijs Concilijs per quos ſummi Pontifices Cōcilijs generalibus præſident. Sic Concilio CONSTANT. & Concilio BASILEENSI, cui Martinus V præſedit, per Iulianum S. Angeli Diaconū Cardinalē quem & confirmauit poſt mortē Martini V. Eugenius IV. vt liquet ſeſſ. 1. eiuſdē Concilij, vbi & mentio fit Concilij SENENSIS generalis, cui idē Martinus per Legatos præſedit. Præterea nouiſ

Concilium generale 6. Conſtantinopol. 3. ſeu Trullo celebratum.

Vide lætitiam in excipiendis legatis Apoſtolicæ ſedis.

Concilium generale 7. Nicenum 2. ſub Cōſtantino 5. filio Impij Leonis 3. Iſauri. Tharaſius Conſtantinopolitanus.

Gregorius 2.

Concilium Frācicum hoc eſt in Francia [illegible] ſub Carolomanno Rege [illegible] [illegible]

Concilium generale 8. Conſtantinopolitanum 4.

Adrianus 2.

Legati etiam præſidebant Cōcilijs prouincialibus.

Concilium Carthaginenſ. 6

Concilium Affricanum.

Gregorius 7.

Platina Cremonenſis.

Ioannes Laziardus Cœleſtinus.

Alexander 3.

Henricus ille qui occidit Thomam Cantuarienſem, Legatis ſummi Pontifici honorē exhibet

Legatorum authoritas.

Concilium Cōſtantienſe generale.

Concilium Baſileenſe generale.

Concilium Senenſe generale cuius acta non habem[us]

Concilium Tridentinũ generale nomiſſimum.

ſimè ſacro & vniuerſali Concilio TRIDENTINO præſidit Paulus III. per legatos. Nam in initio Bullæ, quàm præmittit, tribus legatis poteſtatem concedit vice ſua, & authoritate Cõcilio intereſſe, hoc & factũ nominis. Et hinc eſt quòd in initio omnium ſeſſionum ſic legitur: *Sacroſancta, Oecumenica, generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata præſidentibus in ea tribus Apoſtolicæ ſedis legatis &c.* Vide Plura, Concilium, Papa, & Romana Eccleſia.

LENOCINIVM.

Concilium Eliberinum.

Lenocinium inhibetur.] Concilium ELIBERITANVM cano. 12. *Mater vel parentes, vel quilibet fidelis, ſi lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus, vel potius ſuum, placuit eam nec in fine accipere communionem.* Vide Meretrix, & Virgines lapſæ, &c. & Cõcubitus, &c. Quantú autem fuerit laudatus Sanctiſſimus Nicolaus, qui hoc nefarium opus prohibuerit ſua pietate, prodit in eius vita LEONARDVS IVSTINIANVS, & SIMEON METAPHRASTES. Denique priſcis tẽporibus Heliopolitani lenocinio impio ſuas virgines antè nuptias proſtituebant, vt memorat NICEPHORVS CALLISTVS libro 10. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, cap. 9. Et PETRVS ALEXANDRINVS in opere ſuo. De Locij ſumma in Catholicos apud Alexandriam crudelitate, vt habes in eodem Nicephoro, lib. 11. cap. 28. Talis autem concubitus & lenocinium Conſtantino Magno, & Theodoſio Imperatoribus è medio ſublatum eſt, vt habes apud eundem Nicephorum, lib. 7 cap. 46. & alijs in locis. Vide vocabula ſuprà memorata.

Leonardus Iuſtinianus. Simeon Metaphraſtes.

Nicephorus Calliſtus. Petrus Alexandrinus Epiſcopus.

LEPROSVS.

Concilium Ancyranum.

Leproſi proprio vitio effecti.] Concilium ANCYRANVM cano. 17. *Eos qui rationis expertia animantia inierunt, & eoſdem non ſolùm leproſos crimine huiuſmodi factos, ſed & alios illo ſuo morbo replentes, præcepit ſancta Synodus inter eos orare, qui ſpiritu periclitantur immundo.* Vide Concubitus, &c.

Concilium Lugdunenſe à ſub Pelagio 2.

Leproſi ſequeſtrandi, & publicis fouendi ſumptibus, &c.] LVGDVNENSE II. can. 6. *Placuit vniuerſo Concilio, vt vniuſcuiuſque ciuitatis leproſi, qui intra territorium ciuitatis ipſius, aut naſcuntur, aut videantur conſiſtere, ab Epiſcopo Eccleſiæ ipſius ſufficientia alimenta, & neceſſaria veſtimenta accipiant, vt illis per alias ciuitates vagandi licentia denegetur.* Et GREGORIVS III. epiſtola 4. ad Bonifacium Moguntinenſem Epiſcopum. *Leproſis, ſi Chriſtiani fideles fuerint, Dominici corporis & ſanguinis participatio tribuatur, cùm ſanis autem conuiuia celebrare negetur.* Hoc ſub eiſdem verbis reperit Concilium VVORMATIENSE canone 31. Et CAROLVS MAGNVS in Conſtitutionibus ſuis capite 20. interdicit leproſis ſe immiſcere populo Chriſtiano iunge verò ea quæ ſequuntur.

Gregorius 3.

Leproſis an danda Euchariſtia.

Concilium Varmatienſe. Carolus Magn.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3. 1 Corinth. 12.

Leproſorum priuilegia.] Concilium LATERANENSE ſub Alexandro 3. cap. 23. *Cùm dicat Apoſtolus abundantiorem honorem membris infirmioribus deferendum, Eccleſiaſtici quidam quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti quærentes, leproſis, qui cùm ſanis habitare non poſſunt, & ad Eccleſiam cum alijs conuenire, Eccleſias & Cœmeteria non permittunt habere, nec proprijs iuuari miniſterio Sacerdotis. Quod quia procul à pietate Chriſtiana eſſe dignoſcitur, de benignitate Apoſtolica conſtituimus, vt vbicunque tot ſimul ſub communi vita fuerint congregati, qui Eccleſiam ſibi cum cœmeterio conſtituere & proprio gaudere valeant presbytero, ſine contradictione aliqua permittantur habere. Caueant tamen vt iniuriosi veteribus Eccleſijs de iure parochiali nequaquam exiſtant. Quod autem eis pro pietate conceditur, ad aliorum iniuriam nolumus redundare. Statuimus etiam, vt de hortis & nutrimentis animalium ſuorum decimas tribuere non cogantur.*

Allegatur dist. [illegible] 45. cap. Qui iuste.

Alexander 3.

Leproſi an debeant à coniugibus ſeparari.] & ALEXANDER III. Baionenſi Epiſcopo, vt habetur parte 37. Concilij Lateranenſis ſub eodem celebrati, cap. 2. & allegat Gratianus cauſa 3. quæſtione 2. capite Vnaquæque. & cauſa 32. quæſtione 4 capite Si vxorem, &c. *Peruenit ad nos, quod cùm hi, qui lepra morbum incurrunt, de conſuetudine generali à communione omnium ſeparentur, & extra ciuitates & villas ad loca ſolitaria transferantur, nec vxores viros, nec viri vxores taliter ægrotantes ſequantur, ſed ſine ipſis manere præſumant. Quoniam igitur cùm vir & vxor vna caro ſunt, nec debet alter ſine altero diutius eſſe; fraternitati tuæ mandamus, quatenus ſi qui ſunt in prouincia tua viri vel mulieres, qui lepra morbum incurrunt, vxores vt viros, viri et vxores ſuas ſequantur, & eis coniugali affectione miniſtrent, ſollicitis exhortationibus inducere laboretis. Si verò ad hoc induci non poterunt, eis arctius iniungatis, vt vterque altero viuente continentiam ſeruet; & ſi qui contra mandatum noſtrum venire præſumpſerint, eos contradictione & appellatione ceſſante, vinculo anathematis aſtringas.* Et capite tertio, ſubdit: *Quoniam ex multis authoritatibus, & præcipuè ex Euangelica veritate apparet, neminis licere vxorem ſuam, excepta cauſa fornicationis, dimittere: conſtat quod ſiue mulier lepra percuſſa fuerit, ſiue aliqua infirmitate detenta, non eſt propterea à viro ſuo ſeparanda. Leproſis autem ſi ſe continere noluerint, & aliquam quæ ſibi nubere velit, inuenerint: liberum eſt eis ad matrimonium conuolare. Quòd ſi virum ſiue vxorem diuino iudicio leproſum fieri contigerit, & infirmus à ſano carnale debitum exigat, generali præcepto Apoſtoli, quod exegerit eſt ſoluendum, cuius præcepti nullam in hac cauſa inuenimus exceptionem.* Vide Matrimonium indiſſolubile, &c. &, Matrimonium vt ſoluatur, &c.

Matth. 5 & 19.

Leproſi liberè poſſunt nubere.

1. Corinth. 7.

Lucius 3.

Leproſi Paſtores.] LVCIVS III. Lincolnienſi Epiſcopo, & habetur parte 37. prædicti Concilij Lateranenſis ſub Alexandro III. cap. 4. *Super eo quod quæſiſti de rectoribus Eccleſiarum, lepra macula adeo infectis, quod altari nulla poſſunt ratione deſeruire, neque ſine magno ſcandalo illorum, qui ſani ſunt, ingredi Eccleſias. Hoc inam volumus fraternitatem tenere, quod eis dandus eſt coadiutor, qui curam habeat animarum, & de facultatibus Eccleſiæ ad ſuſtentationem ſuam congruam recipiat portionem.*

LEGISLATOR.

Philo Iudæus.

Legiſlatoris munus.] PHILO IVDÆVS lib. 2. Vitæ Moſeos, non longè à principio. *Cæterùm ante omnia tractandum de Legiſlatoris habitudine. Non ignoro quòd in legiſlatore, primò requirantur omnes virtutes integræ: ſed quemadmodum in familijs alij propius cognati ſunt, quam alij, quamuis in eadem cognatione: ſic quibuſdam rebus certæ virtutes naturaliter cohærent propius, reliquæ minus familiares habentur. Facultati legiſlatoriæ quatuor hæc ſunt commodiſſima: Charitas erga proximos, Iuſtitia, amor virtutum, & vitiorum odium. Quiſquis enim ad leges ferendas animum appulit, ab his cauſis ſingulis permotus*

[illegible] neceſſaria legiſlatori.

eſt. Siquidem charitas docet ſententias vtiles proferre in medium, Iuſtitia honoratur, vt æquabilitas ſuum cuique tribuens, virtutum amor approbat quidquid natura bonum eſt, & id omnibus dignis exhibet ſine inuidia. Odium autem vitiorum exagitat contemptores virtutis, ſuſpectos habens vt hoſtes humani generis publicos & perpetuos. Hæc vel ſingula magnum eſt alicui contingere, mirandum vero ſi vniuerſa vnus poſſit conſequi, &c. Porrò de diuerſis legiſlatoribus tractat LVDOVICVS CŒLIVS Rhodiginus libro decimo, capite decimo nono lectionum antiquarum. Si licet per otium adi authorem, tractat & POLYDORVS VERGILIVS multis ſermonibus libro 2 de Rerum Inuentoribus, capite 1. de iuris ac legum origine, & qui primi mortalibus leges dederint, & quæ cauſa à principio dandi fuerit. Hos adeas.

Ludouicus Cœlius Rhodiginus.

Polydorus Vergilius.

Lex.

Lex quid.] Supra memoratos authores lege locis citatis: verùm ne tranſeamus ſub ſilentio aliquid breuiter annotabimus. Siquidem BLONDVS FLAVIVS Foliuienſis libro quarto, de Roma Triumphante, paulò antè medium, poſtquam quid ſit ius ciuile, ius prætorium, & honorarium, & ius proprium, &c definiuit, ſic legis definitionem proſequitur. MARTIANVS (ait) *legumlator elegantiſſimus hanc legum commendationem à Græcis affert, quæ plurimi facienda eſt. Lex vt* DEMOSTHENES ORATOR *diffinit, eſt cui omnes homines decet obedire propter multa & varia, & maximè quia in omnes lex eſt: inuentio quidem ac donum Dei, dogma autem omnium ſapientium, correctio omnium voluntariorum, & non voluntariorum peccatorum, ciuitatis compoſitio communis, ſecundum quam omnes decet viuere qui in ciuitate ſunt. Et Philoſophus ſumma ſtoicæ ſapientiæ* CHRYSIPPVS *ſic incipit librum ſuum quem fecit: Lex eſt diuinarum & humanarum rerum notitia: oportet autem eam præeſſe & bonis & malis, & principem & ducem eſſe, & ſecundum hoc regula eſt iuſtorum & iniuſtorum, & eorum quæ natura licita ſunt: præceptorum quidem faciendorum, & prohibitorum non faciendorum.* Lege quod ſequitur. Diuerſarum legum meminit MACROBIVS AVRELIVS libro tertio Saturnaliorum capite decimo ſeptimo, & ſequentibus. Similiter & aliam legis definitionem dat AVLVS GELLIVS libro decimo Noctium Atticarum cap. 20. & in diuerſis locis eiuſdem operis diuerſas enumerat leges. Sed nihil ad nos, ad propoſitum redeamus.

Blondus Flauius Foroliuienſis.

Martianus.

Demoſthenes Orator.

Chryſippus Stoicus.

Macrobius Aurelius.

Aulus Gellius.

Lex naturæ.] CLEMENS I. libro primo Conſtitutionum Apoſtolicarum capite ſecundo. *His qui Deo ſunt obedientes vna eſt Dei lex impoſita, quæ ſimplex, vera, viua exiſtit: Quod in te ab altero fieri non vis, id tu in alterum ne feceris. Non vis, vt aliquis in vxorem tuam turpiter conijciat oculos animo eam vitiandi, nec tu in vxorem proximi tui improbè oculum defigas. Non vis veſtimentum tuum tolli, neque tu alterius veſtimentum tollas. Non vis percuti, contumeliam ferre, petulantiam perpeti, neque tu in alium hæc ipſa committas.* De hac lege copioſè diſſeruit CLEMENS ALEXANDRINVS libro 1. Stromatum, non longè à fine. TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro contra Iudæos cap. 1. *Ante legem* (Inquit) *Moyſi ſcriptam in tabulis lapideis, legem fuiſſe contendo non ſcriptam, quæ naturaliter intelligebatur, & à patribus cuſtodiebatur. Nam vnde Noe iuſtus inuentus eſt, ſi non illum naturalis legis iuſtitia præcedebat? Vnde Abraham amicus Dei deputatus, ſi non ex æquitate & iuſtitia legis naturalis?* Et ſic de cæteris proſequitur prolixo ſermone. Pulchrè quoque de iſta lege ſcribit ORIGENES ADAMANTIVS libro tertio in epiſtolam ad Romanos, exponens illud capite tertio: Scimus quoniam quæcunque lex loquitur, his qui in lege ſunt loquitur, nam hoc ad naturalem legem referri doctiſſimè probat, vt nos in expoſitione eiuſdem capitis alias diffusè tractauimus. Idem libro ſexto in eandem epiſtolam capite ſeptimo, exponens illud. Sine lege enim peccatum mortuum erat: ego autem ſine lege viuebam aliquando. *Aperte* (ait) *hic legem naturalem dicit tandiu ignorari à nobis, quandiu ætatis proceſſu non nouimus bonum & malum diſcernere, & à conſcientia noſtra audierimus. loquitur enim intra nos conſcientia, & dicit: non concupiſces. Sed quoniam non ſemper nec ex initio, vt naſcitur homo lex iſta inuenitur in homine, ſed aliquandiu dum ætas nondum patitur ſine hac lege viuitur, ſicut ipſe Paulus fatetur, cum dicit: Ego autem viuebam ſine lege aliquando: in illo tempore quo ſine lege vixi, non concupiſcentiam neſciebamus. Non dixit, non habebam, ſed dixit, neſciebam, Tanquam quæ eſſet quidem, ignoraretur tamen, quia eſſet concupiſcentia. Vbi autem venit ratio & lex naturalis, locum in nobis proceſſio ætatis inuenit, docere nos cœpit quæ eſſent bona, & prohibere à malis, &c.* Lege AMBROSIVM MEDIOLANENSEM in eoſdem Apoſtoli locos, & eundem epiſtolarum libro nono epiſtola 71 ad Irenæum vbi illud exponit: vbi non eſt lex nec præuaricatio. *Conſulendum* (inquit) *arbitratus es cur lata ſit lex, ſi nihil proderat, imo oberat, quæ operaretur iracundiam, & præuaricationem introduceret. Equidem ſecundum interrogationem tuam certum eſt non fuiſſe legem neceſſariam, quæ per Moyſen data eſt. Nam ſi naturalem legem, quam Deus creator infudit ſingulorum pectoribus, homines ſeruare potuiſſent, non fuerat opus ea lege, quæ in tabulis ſcripta lapideis implicauit, atque innodauit magis humani generis infirmitatem, quam elaqueauit, atque abſoluit, eſſe autem legem naturalem in cordibus noſtris etiam Apoſtolus docet, qui ſcribit: Quia plerumque & gentes naturaliter ea quæ legis ſunt faciant, & cum legem non legerint, opus tamen legis ſcriptum habent in cordibus ſuis. Ea igitur lex non ſcribitur, ſed innaſcitur, nec aliqua percipitur lectione, ſed profluo quodam naturæ fonte, in ſingulis exprimitur, & humanis ingenijs hauritur. Quam debuimus vel ſi non iudicij metu ſeruare, cuius teſtis conſcientia noſtra tacitis cogitationibus apud Deum ipſa ſe prodit, quibus vel redarguatur improbitas, vel defenditur innocentia. Itaque cum ſemper pateat domino, tum maximè in die iudicij manifeſtabitur, quando occulta cordis in examen venient, quæ putabantur latere, quorum tamen proditio, occultorum ſcilicet, nequaquam noceret, ſi lex naturalis ineſſet pectoribus humanis. Eſt enim ſancta, ſine verſutia, ſine fraude, conſors iuſtitiæ, expers iniquitatis, &c.* Lege reliquum. Pulchrè de eadem lege ſcribit, quam diuidit in tres partes, in capite quinto epiſtolæ ad Romanos. Vide ſi lubeat Hinc & IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 12. ad populum Antiochenum de creatione hominis, ſic circa medium loquitur. *Ab initio Deus hominem formans, legem ipſi naturalem indidit. Et quid tandem eſt lex naturalis? Conſcientiam nobis expreſſit, & per ſe diſcibilem conſtituit bonorum & contrariorum ſcientiam.*

Clemens 1.

Thobiæ 4. Matth. 7.

Clemens Alexandrinus.

Tertullianus Carthaginenſ.

Origenes Adamantius.

Doctiſſime interpretatur ſen ſum Apoſtoli.

Ambroſius Mediolanenſis.

Lex Moſis non neceſſaria.

Rom. 2.

Ioannes Chryſoſtomus.

Lex naturalis quid?

Non enim opus habemus diſcere, quod malum eſt fornicatio, & bonum continentia, ſed ab initio hoc ſcimus: & vt diſcas quod ab initio hoc ſcimus, legiſlator leges poſtea ferens, & dicens, Non occides, non intulit, malum enim cades, ſed ſimpliciter, non occides, inquit: prohibuit enim peccatum dumtaxat, non docuit. Quare igitur qui dixit, non occides, non addidit, quod malum cades? quoniam præueniens conſcientia nos hoc docuit, & tamquam ſcientibus & intelligentibus ita loquitur, &c. Vide quod ſequitur. Idem epiſtola 8. quæ eſt ad Olympiam ſtatim initio immutabiles naturæ leges confitetur præterea eadem confirmat HIERONYMVS STRIDONENSIS libro 14 commentariorum in Eſayam cap. 51. exponens illud: Audite me qui ſcitis iudicium. &c. & priùs libro 7. commentariorum in eundem cap. 24 exponens illud. Quia tranſgreſſi legem ſunt, mutauerunt ius. &c *Audiant* (ait) *Iudæi, qui ſe ſolos legem accepiſſe Domini gloriantur, quod vniuerſæ primum gentes, totuſque orbis, naturalem acceperit legem, & idcirco poſtea lex data ſit per Moyſem, quia prima lex diſſipata eſt, de qua Apoſtolus loquitur: Cum enim gentes quæ non habent legem naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Qui igitur has leges obſeruauerint præmia conſequentur, qui autem neglexerint, eas ſuſtinebunt quæ nunc ſermo propheticus comminatur, &c* Porrò AVGVSTINVS HIPPONENSIS in Pſalmum 57 ait *Manu formatoris noſtri in ipſis cordibus noſtris veritas ſcripſit. Quod tibi non vis fieri, alij ne facias. Hoc & antequam lex daretur, nemo ignorare permiſſus eſt, vt eſſet vnde iudicarentur, & quibus non eſſet data lex, ſed ne ſibi homines aliquid defuiſſe quærerentur, ſcriptum eſt & in tabulis, quod in cordibus non legebant: non enim ſcriptum non habebant, ſed legere nolebant, oppoſitum eſt oculis eorum, quod in conſcientia videre cogerentur, & quaſi forinſecus admota voce Dei ad interiora ſua homo compulſus eſt dicente ſcriptura In cogitationibus enim impij interrogatio erit, vbi interrogatio ibi lex. Sed quia homines appetens ea quæ foris ſunt, etiam à ſeipſis exules facti ſunt, data eſt eis etiam conſcripta lex, non quia in cordibus ſcripta non erat, ſed quia fugitiuus eras cordis tui, ab illo qui vbique eſt comprehenderis, & ad teipſum intro reuocaris, &c.* Lege quæ ſequuntur.

Exod. 20. Deuter. 5.

Tomo 1

Hieronymus Stridonenſis.

Rom. 2.

Qui legem naturalem obſeruauerit præmia conſequetur.

Auguſtinus Hipponenſis.

Sapient. 1.

Lex ſcripta ſeu lex Moyſis.] Ex ſuperiori annotatione datur ſatis intelligi, quòd propter violationem legis naturalis lex Moyſi fideli populo data Hinc datæ rationem, & tempus dationis doctiſſimè proſequitur IOANNES ANNIVS in ſecundam partem Breuarij Philonis Iudæi de temporibus Hic etiam in Beroſum Chaldaicum, & Metaſthenem Perſam clariſſima edidit commentaria, quæ cum præfato Breuiario excuſſa ſunt. Proſequitur quoque illud idem EVSEBIVS CAESARIENSIS libro 1. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ capite 1. & NICEPHORVS CALLISTVS clariſſimus hiſtoriographus libro ſimiliter 2. capite 3 Verùm his præmiſſis etiam ab exordio partum teſtimonia produeamus CLEMENTEM I. libro 6. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap 19. *Cognoſcitis* (ait) *Deum per Chriſtum, vniuerſamque eius diſpenſationem à principio inſtitutam, quod dedit iis his legem ſimplicem, ad auxilium naturalis legis, puram, ſalutarem, ſanctam, in qua & proprium nomen repoſuit, perfectam, abſolutam, decem præcepta continentem, plenam, reprehenſione carentem, conuertentē animas, &c.* Et capi-

Ioannes Annius Viterbenſis.

Euſebius Caeſarienſis.

Nicephorus Calliſtus.

Clemens 1.

A te vigeſimo, ſubdit.) *Lex eſt decalogus, quam antequam populus vitulum, hoc eſt, Apim Ægyptium faceret, Deus tulit voce, quæ auribus audiretur: Hæc lex iuſta eſt, ob quam cauſam lex dicitur, quoniam ſecundum naturam iuſte iudicia facit, quam Simon improbat, putans ſe ab ea iudicatum ſupplicium effugere non poſſe. Hæc lex bona eſt, ſancta, libera, &c, inquit enim: Si feceris mihi altare, ex terra facies mihi ipſum. Non dixit, fac, ſed ſi feceris · non nec ſitatem impoſuit, ſed libera poteſtati permiſit. Non enim ſacrificio opus habet Deus, cum nulla re ſuapte natura indigeat, ſed quemadmodum iam ſuperiori tempore, Deo charus Abel, & Noe, atque Abraham, & reliqui non rogati, ſed naturali lege commoti, ſua ſponte Deo ſacrificia offerebant, à grato animo profecta, ita permittit* B *modo Hebræis non iubendo, ſed ſi voluerint, concedendo, ac ſi recta animi ſententia obtulerint, benignè recipiendo ſacrificia ipſorum. Ideo (inquit) ſi ſacrificare deſideras, non indigenti mihi ſacrifica, nulla enim re opus habeo: meus eſt enim orbis terræ & perfectio eius. Cum verò eius populi homines, huius rei immemores fuerunt, & vitulum pro Deo Deum adorauerunt & inuocauerunt, eique cauſam profectionis ab Ægypto tribuerunt, dicentes: hi ſunt dij tui Iſrael qui te eduxerunt de terra Ægypti, & colentes ſimilitudinem vituli comedentis fœnum, negauerunt Deum, qui per* C *Moſen viſitauerat ipſos in tribulatione ipſorum, &c. Tunc ira incenſus Deus, vt qui eos ingratos videbat, obligauit eos vinculis arctiſſimis oppreſſione onerum, atque duritia catheuæ, & non amplius dixit, ſi feceris, ſed, fac altare, & aſſidue ſacrifica, immemor enim es gratiæ. Offer igitur iuge holocauſtum, vt memor ſis mei. Nam quoniam male vſus es libertate, poſthac tibi impono neceſſitatem, atque certis cibis te prohibeo, & animalium mundorum & immundorum delectum tibi præſcribo, &c.* Hæc igitur legis ratio ſecundum Apoſtolorum traditionem. Interroganti autem Triphoni Iudæo, an qui vixerunt iuxta legem per Moſen traditam, viuent poſt reſurrectionem ex mortuis, IVSTINVS MARTYR ſic affirmat in dialogo cum eodem. *Nam Moſis* D *lex* (ait) *præſcribit quidquid naturaliter honeſtum, pium, iuſtúmque eſt, data propter durum cor populi, & obſeruata ab obedientibus, quoniam & illi qui æternas naturæ leges honeſtiſſimas ſequebantur, Deo placebant, & per hunc ipſum Chriſtum, in reſurrectione pariter, tum poſteriores, tum illi priores, Noe, Enoch, Iacob, & his ſimiles cæteri ſeruabuntur, cum agnoſcentibus hunc Chriſtum eſſe Dei filium.* (Et paulò poſt.) *Eos verò, qui agnitum hunc Chriſtum confeſſi, poſt deſciuerunt, quacunque de cauſa ad legem Moſaycam, ſimulque Chriſtum Ieſum negarunt, niſi ante obitum pœniteant, haudquaquam ſeruandos pronuncio Abrahami quoque prognatos ſemine ſecundum legem viuentes, niſi ante finem vitæ in hunc Chriſtum crediderint, ſimiliter animo ſalute carituros,* E *illos præcipuè, qui in ſuis ſynagogis deuouerunt hunc Chriſtum atque deuouent, quibus ſuadeo, vt ad ſalutem aſpirent, caueantque ſibi ab ignis æterni ſupplicio, &c.* Libet hic addere quod IVVENALIS POETA de lege Moyſi refert Satyra 14.

Quidam ſortiti metuentem Sabbata patrem,
Nil præter nubes, & cœli numen adorant.
Nec diſtare putant humana carne ſuillam,
Qua pater abſtinuit, mox & præputia tollunt,
Romanas autem ſoliti contemnere leges,
Iudaicum ediſcunt, & ſeruant ac metuunt ius.
Tradidit arcano quodcunque volumine, Moſes.

Sed & de lege Moyſi doctiſſimè diſſerit IRENAEVS LVGDVNENSIS libro 4. contra

Lex quid ſit.

Contra Simonem Hæreticum.

Exod. 20.

Sacrificia cur acceptauerit Deus.

Pſal. 49.

Exodi 32.

Quæſtio.

Iuſtinus Martyr.

Lex naturæ.

Lex Moyſi ſalute hominem nocet.

Iuuenalis poeta.

Irenæus Lugdunenſis.

Tertullianus Carthaginenſis.

hæreſes valent cap. 8. TARTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro 2. contra Marcionem circa medium Moſaicæ legis ritus, & ſacrificia, atque cæremonias, acriùs propugnat, quandoquidem hæc omnia impoſita ſunt, vt maius malum vitaretur. *Sacrificiorum* (inquit) *onera, & operationum, & oblationum, negotioſas ſcrupuloſitates nemo reprehendat, quaſi Deus talia ſibi propriè deſideraverit, qui tam manifeſtè exclamat: Quo mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum. Et quis exquiſiuit iſta de manibus veſtris: ſed illam Dei induſtriam ſentiat, qua populum pronum in Idololatriã, & tranſgreſſionem, eiuſmodi officiis religioni ſuæ voluit aſtringere, quibus ſuperſtitio ſeculi agebatur, vt ab ea auocaret illos, ſibi iubens fieri quaſi deſideranti, ne ſimulachris faciendis delinqueret. Sed & in ipſis commerciis vitæ, & converſationis humanæ, domi ac foris uſque curam vaſculorum omnifariam diſtinxit, vt iſtis legalibus diſciplinis occurrentibus vbique, ne vllo momento vacarent à Dei reſpectu. Quid enim faceret hominem beatum, quàm in lege domini voluntas eius, & in lege domini meditabitur die ac nocte. Quam legem non duritia promulgantis authoris, ſed ratio ſummæ benignitatis populi potiùs duritiam edomantis, & rudem obſequio fidem operoſis officiis dedolantis, vt nihil de arcanis attingam, ſignificantiis legis ſpiritalis, ſcilicet, & prophetica, & in omnibus pene argumentis figurata. Sufficit enim in præſenti ſi ſimpliciter hominem Deo obligabat, vt nemo eam reprobare debeat, niſi cui non placet Deo deſeruire. &c.* Hinc GREGORIVS NAZIANZENVS oratione in ſanctum Paſcha. *Propterea* (ait) *lex nobis in ſubſidium datur, tamquam vallum quoddam inter Deum, & Idola medium, vt ab illis nos abduceret, ad illum verò reduceret, ac parvum quid ſub initium concedit, vt etiam quod maius eſſet accipere poſſet. Sacrificium enim conſque concedit, vt Deum eſſe oſtenderet, inde tempore ſuo ſacrificia quoque diſſolueret, ac ſapienter nos parua ſubalternauit ſurreptione, iamque perſuaſione exercitatos ad Euangelium traduxit. Sic itaque & propter hæc lex ingreſſa eſt ſcripta in Chriſto nos congregans, & iſta ſacrificiorum eſt ratio, quemadmodum meus oſtendit ſermo, &c.* Lege quod ſequitur.

Gregorius Nazianzenus.

Epiphanius Cypri.

Denique EPIPHANIVS CYPRI libro primo, contra hæreſes, hæreſi octaua contra Epicureos. *Quæ ipſis* (ait) *guſtanda eſſent, & quæ reprobanda, aliáque quæ legis diſtinctione ſeruare ipſis præceptum eſt, nondum manifeſtè adnotatum eſt. Vbi verò egreſſi eſſent ex Ægypto, in ſecundo exitus ipſorum anno, legiſlatione Dei digni fiunt, per ipſius Moſis manum. Lex autem à Deo ipſis data inſtar pædagogi, ſicut etiam erat lex pædagogus. corporaliter quidem diſtinctionem faciens, ſpiritualem verò habens expectationem. Docebat circumcidi, ſabbatum agere, decimare omnes ipſorum fœtus, & omnia quæ apud ipſos gignebantur, ab homine vſque ad pecus, & primitias dare, & quinquageſimam, & trigeſimam: credere Deo ſoli, ipſumque colere, & in Monarchia quidem ac vnius principatu prædicabatur nomen, in Monarchia verò Trinitas ſemper annunciabatur, & inter eminentiſſimos apud ipſos credebatur, hoc eſt, prophetas & ſanctos, ſacrificiáque ac cultus diuerſos vniuerſorum regi Deo in deſerto offerebant in celebritate, fixorum tentoriorum à Moſe conſtructa per formas ipſi à Deo indicatas, &c.* Vide reliquum. Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS propoſitione trigeſima in epiſtolam ad Romanos. *Data eſt Lex ad oſtendendum, quantis vinculis peccatorum conſtringerentur, qui de ſuis viribus ad implendam iuſtitiam præſumebant. Sic abundauit peccatum ex concupiſcentia, ex prohibitione ardentior facta eſt, & peccantibus contra legem præuaricationis crimen acceſſit.* Lege quod ſequitur.

Trinitas in veteri lege inuenitur.

Auguſtinus Hipponenſis.

Lex Gratiæ ſeu lex Euangelij] Diſce & ex ſuperiori huius propoſitionis veritatem, tum etiã diligenter attende quod ſequitur. CLEMENS I. libro 6. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 22. *Chriſtus Dei filius cum veniſſet legem ratam habitam impleuit, inducta ſuſtulit ſi non omnia, at grauiora, legem confirmans, his finem imponens: voluntatemq́ humanam rurſum dimiſit liberam, vt non hic temporanea mortis iudicium exerceat ſed in alio ſtatu rationes ſit cogniturus.* (Et paulo poſt. *Quod ſi ante ſuum aduentum loco ſacrificij cor mundum poſtulabat, & ſpiritum contritum, modo cum iam venerit multo magis hæc, quæ per ſanguinem fiebant, cum dicimus ſuſtuliſſe Suſtulit autem cum prius illa impleuerit: etenim circumciſus eſt & a pe. ſuis ſacrificia quoque obtulit & holocauſta, atque aliis moribus vſus eſt, ipſeque legiſlator effectus eſt perfectio legis, non ſublata lege naturali, ſed extinctis his quæ per deuteroſim inducta fuerant, quamquam non omnibus.* (Et ſubdit cap. 23 *Neque vero naturales affectiones excidi iuſſit ſed illarum exuperantiam.* (Et infrà.) *Nec ſuſtulit a nobis legem. ſed vincula. Nam de lege Moyſes inquit: Meditaberis verbum, quod ego tibi mando, ſedens domi ſurgens & ambolans, & Dauid ait: In lege domini voluntas eius. & in lege eius meditabitur die ac nocte. Vbique enim nos legibus obſequentes eſſe vult, non legum contemptores.* Porrò non obſeruanda legalia. Idem apertè cap. 30. eiuſdem libri indicat. Præterea de lege Gratiæ, quomodo in veteri continebatur & veterem deſtruxerit ſuo aduentu, docet apprimè. IRENAEVS LVGDVNENSIS lib. 4. cap 8. & 21. vbi oſtendit vnius & eiuſdem eſſe ſubſtantiæ, quæ ſecundum legem ſunt & quæ ſecundum Euangelium & quemadmodum nouum teſtamẽtum prædicatum eſt à Prophetis. Hoc ORIGENES ADAMANTIVS hom. 11. ſuper Numeros, cùm illud exponit: niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum, &c. *Chriſtus nos redemit* (inquit) *de maledicto legis, non nos redemit de maledicto mandati, nec de maledicto teſtimonij, nec de maledicto iudiciorum, ſed de maledicto legis, id eſt, ne ſubiecti eſſemus circumciſioni carnis, nec obſeruationi ſabbatorum, aliiſque horum ſimilibus, quæ non in mandatis, ſed in lege dicenda ſunt contineri. Quomodo ergo abundat iuſtitia noſtra pluſquam Scribarum & Phariſeorum, ſi illi de frugibus terræ ſuæ guſtare non audent, priuſquam primitias ſacerdotibus efferant, & Leuitis decima ſeparentur: & ego nihil horum faciens, fructibus terræ ita abutar, vt ſacerdos neſciat, leuites ignoret, diuinum altare non ſentiat. Illud ſanè neceſſario commouendum eſt, quod lex dupliciter dicitur. Nam generaliter omnia iſta, hoc eſt, mandatum, iuſtificationes, præcepta, teſtimonia, iudicia, lex appellantur. Specialiter autem pars aliqua ex his, quæ in lege ſcripta ſunt, lex dicitur, vt ſunt iſta de quibus ſuperius diſſeruimus. Generalis autem lex ſignificatur, verbi gratia, vt cùm de Saluatore dicitur: Quia non venit ſoluere legem, ſed adimplere. Et item alibi: Plenitudo ergo legis eſt dilectio: In quo vtique omnia ſimul quæ ſcripta ſunt in lege, legem nominauit. Hæc diximus aſſerentes mandatum de primitiis frugum vel pecorum debere etiam ſecundum litteram ſtare, &c.* Quomodo autem Chriſtus legem veterem per nouam deſtruxerit. Idem docet libro 3. in epiſtola ad Romanos cap. 3. ſimiliter & contra Celſum libr. 7. IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 1. in Matthæum ſtatim in initio. *Poſtquam* (ait) *omnis*

Clemens I.

Legis veteris abrogatio quãtum ad ea quæ cæremonialia & grauiora erant.

Deuteron. 6. Pſal. 1.

Irenæus Lugdunenſis.

Origenes Adamantius.

Attende quomodo Chriſtus legem non ſoluerit.

Lex dupliciter dicitur. Nota hoc diligenter.

Ioannes Chryſoſtomus.

populus Iudæorum in vitiorum ima delapſus eſt, neceſſario iam inde litteræ dantur ac tabulæ, & ea quæ per has adminiſtrantur admonitio, & hoc non tantum veteris teſtamenti ſanctis, ſed etiam noui accidiſſe perſpicimus. Si quidem nec Apoſtolis ſcriptum aliquid, ſed pro litteris ſancti Spiritus ſe illis daturum gratiam repromiſit: Ille (inquit) docebit vos omnia. Atque vt diſcatis quia hoc ſit multò illo melius, audi Dominum per prophetam loquentem: & diſponam inquit, vobis teſtamentum nouum. (Et infrà) *Diligenter hæc quæ ſcripta ſunt ponderemus, & diſcamus quemadmodum vetus lex promulgata ſit, quemadmodum etiam nouum ſit conditum teſtamentum. Quonam igitur modo illa lex tunc data eſt, & vbi, & quando, &c. Poſt Ægyptiorum profectò perniciem, in heremo, in monte Sina, & fumo & igne aſcendente de monti, & tuba terribiliter inſonante, & tonitruo crebrius comminante, & coruſcante fulgure, & Moſe in ipſam Caliginem nubis intrante. In nouo verò non ita. Non enim in heremo, neque in monte, non cum fumo & caligine, non cum tenebris & procellis, ſed lucente prorſus die, in domo ſedentibus cunctis multa cum manſuetudine vniuerſa fiebant. Si quidem adhuc illis ferocioribus & effrenioribus humano quodam terrore opus erat, vt ſolitudine, monte, igni, fumo, tubarum ſono, & cæteris talibus. ſublimiores verò ac perfectiora doceri faciles, & qui iam corporalium intellectum vſu virtutis exceſſerant, horum, quæ diximus, non egebant. Quod ſi & ſuper Apoſtolos factum eſſe ſonum referunt, non propter ipſos tantum, ſed ob præſentiam factus eſt Iudæorum, propter quod & diuiſus ille in ſpecie linguarum ignis apparuit. Si enim poſt hæc etiam mirabilia dixerunt, quia pleni eſſent muſto Apoſtoli: quanto magis ſi nihil tale vidiſſent. Et in veteri quidem teſtamento cum Moſes aſcendiſſet in montem deſcendit Deus: in nouo verò cum noſtra in cælum, imò in ipſum regalem thronum, eſſet euecta natura, ſpiritus ſanctus deſcendit de cælo. Qui ſi eſſet minor, vt eorum blaſphemat impietas, nunquam illa quæ aduentu eius facta ſunt maiora eſſent magiſque miranda: Nam & tabulæ iſtæ ſunt abſque dubio meliores, & virtutum merita clariora. Non enim deſcenderunt Apoſtoli de monte tabulas lapideas afferentes in manibus, ſed ſanctum ſpiritum mente portantes, & theſaurum quemdam dogmatum donorúmque geſtantes, cunctorúmque fontem ex ſe effundentes bonorum omnia circuibant, viuique, quidē libri, viuæque leges effecti per gratiæ largitatem, &c.* Et Epiph. Cypri lib. 1. contra hæreſes hæreſi 8. contra Epicureos. *Figura* (inquit) *in lege fuerunt, veritas autem in Euangelio. Illic enim circumciſio fuit carnalis, quæ inſeruit tempori vſque ad magnam circumciſionem, hoc eſt, baptiſmum, qui circumcidit nos à peccatis, & obſignat nos in nomen Dei. Et erat illic Sabbatum detinens nos in magnum ſabbatum, hoc eſt, in requiem Chriſti, vt in Chriſto ſabbatum agamus à peccatis. Et erat illic agnus irrationalis, qui ſacrificabatur, deducens nos ad magnum agnum ac cæleſtem pro nobis & toto mundo mactatum: Et erat illic decimatio, muniens nos, vt ne ignoremus litteram, iota, denarium numerum, primum elementum nominis Ieſu, &c.* Avgvstinvs Hipponensis lib. de Spiritu & littera. *Lex data eſt, vt gratia quæreretur: gratia data eſt, vt lex impleretur. Neque enim ſuo vitio implebatur lex, ſed vitio prudentiæ carnis, quod vitium per legem demonſtrandum, per gratiam ſanandum fuit. Quod enim impoſſibile erat legi, in qua infirmabantur per carnem, miſit Deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtitia legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum.*

Apoſtolis ſcriptum nil tradidit Chriſtus. Ioann. 14. Ieremia 31.

Actuum 2.

Exodi 19.

Epiphanius Cypri.

Auguſtinus Hipponenſis.

Lege eundem lib. 4 contra epiſtolas duas Pelagianorum cap. 5. & alijs in locis

Lex humana ſeruanda. Calixtvs I. epiſt. 2. ad Epiſcopos Galliæ. *Quis dubitat leges humanas rationi & honeſtati non repugnantes eſſe amplectandas, præſertim vbi vel publicæ conſulunt vtilitati, vel Eccleſiaſticæ dignitatis authoritatem defendunt, ac pro adminiculo inuentur, &c.* Et Cyrillvs Hierosol. Catecheſi 17 illuminatorum Hieroſolymis, humanas leges homines obligare demõſtrat, vt dicemus in vocabulo Traditio Hoc & manifeſtè docet Ioan. Chrysostomvs hom. 17 in Matthæum, exponens illud: neque per caput tuum iuraueris. Sic quoque docet Avgvstinvs Hipponensis lib. de libero arbitrio cap 6. *Iſta lex quæ litteris promulgatur, hominibus hac vita viuentibus opitulatur* (Et infrà) *Lex illa quæ ſumma ratio nominatur, cui ſemper obtemperandum eſt, & per quam mali miſeram, & boni beatam vitam merentur, per quam denique illa, quæ temporalis vocatur, rectè fertur rectéque mutatur, non poteſt cuiquam intelligenti non incommutabilis, æternaque videri, quia non poteſt aliquando iniuſtum eſſe, vt mali miſeri, boni autem beati ſint. Vnde iſta æterna & incommutabilis lex eſt.* Lege eundem libro primo quæſtionum veteris & noui teſtamenti quæſt. 4. & ea quæ ſuperiùs diximus.

Calixtus 1.

Cyrillus Hieroſolymitanus.

Ioannes Chryſoſtomus.

Auguſtinus Hipponenſis.

Lex tricennalis ſiue 30. annorum, & trium atque 4. annorum.] Sæpiùs huius legis fit mentio in decretis patrum vt iam meminimus vocabulo, Beneficia, vbi de illa, quæ dicitur lex 3. & 4. annorum dicitur, actum eſt: dictione verò, Facultates Eccleſiæ non capiendæ, &c. ex Concilio generali 8. cano. 8. de lege 30. annorum iam diximus. Verùm hic quædam reſeruata ſunt, ſcitu quidem & lectu vtilia, quæ paucis inſinuabimus Mentio autem fit huius legis in Concilio Chalcedonensi generali 4. actione 15. canone 17. & allegatur à Grat. cauſa 16. quæſt. 3. cap. per ſingulas. *Per ſingulas Eccleſias, ruſticanas parochias in poſſeſſionibus manere apud eos immobiles, qui eas retinent Epiſcopos, & maximè qui eas ſine violentia iam per triginta annos tenentes gubernauerunt. Si verò intra triginta annos etiam facta fuerit, aut fiat de his altercatio, licere eis qui ſe dixerint læſos propter eas, mouere apud Synodum prouinciæ certamen. Si quis verò putauerit ſe à proprio Metropolitano grauari, apud Primatem Diœceſeos agat iudicium. Si verò quælibet ciuitas per authoritatem imperialem renouata eſt, aut ſi renouetur in poſterum, ciuilibus & publicis ordinationibus, etiam Eccleſiarum parochianarum ſequatur ordinatio.* Hæc conſtitutio facta eſt, propter Anaſtaſij Epiſcopi Nicæni, & Eunomij Epiſcopi Nicomedienſis contentionem, quæ ventilata fuerat actione 13. huius Concilij Chalcedonenſis: eò quòd Anaſtaſius ſe Metropolitanũ iactans vſurpauerat Eccleſiam Baſilinopolitanam, & clericos eiuſdem Eccleſię pręſumpſerat excommunicare, cùm nihil iuris haberet, ſed eſſet ſubdita hæc parochia, Eccleſiæ Nicomedienſi Ideo hæc lex facta eſt, vt vnicuique iura ſeruentur. Vide. Parochia, Prouincia, & Metropolitanus, &c. Hunc autem canonem allegat & confirmat Concil. Gener. VI. Conſtantinop. 3 cano. 25. & Conc. Triuer. c. 14 Vide etiam vocabulum, Decimæ, &c. mentio fit eiuſdem legis Tricẽnalis in epiſt. Gelas. I ad Epiſ. Siculos c. 2. & allegat Grat. cauſa 13. q. 2. cap. Facultates, &c. *Illud annecti placuit, vt ſi, quod abſit, Facultates Eccleſiæ, nec non & diœceſes, quæ ab aliquibus poſſidentur Epiſcopis, iure ſibi vendicent*

Lex Tricennalis valde obſeruanda.

Concilium generale 8.

Concilium Chalcedonenſe generale 4.

Cauſa huius ordinationis.

Concilium Conſtantinop. 3 generale & Concilium Triburenſe Gelaſius

quod

quod Tricenalis lex concluſit. quia & filiorum noſtrorum principum, ita emanauit authoritas, vt vltra triginta annos nulli liceat pro eo appellare, quod legum tempus excluſit. Vide, facultates Eccleſiæ &c. loco ſupra allegato. Idem alia epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ. *Repeti (ait) non poſſunt, quæ triginta annis quiete poſſidentur. Poſt quingentos (ait) annos conſtituta Chriſti quoſdam audio velle ſubuertere, cùm 30. annorum lex humanam non poſſit abrumpi.* Hoc Gelaſij decretum profert & Buchardus libro 3. decretorum cap. 149.

Concilium Aruernenſe.

Concilium ARVERNENSE, vt habetur in codice 16. librorum partialium libro 1. cap. 20. *Quicunque Epiſcopus alterius Epiſcopi Diœceſim per triginta annos, ſine aliqua interpellatione, poſſederit, admittenda non eſt contra eum actio repoſcendi, niſi intra terminum: extra verò nullo modo. ne dum diœceſis defenditur prouinciarum termini confundantur.* Hæc lex iterum confirmatur in Concilio

Concilium Hiſpalenſe 2.

HISPALENSI II. canone 2. vbi diſceptatio ſoluitur de quadam parochia, quam contendebant ad ſe duo Epiſcopi pertinere. Et ad hanc autem miſi ſunt, qui conſiderarent, ſi hæc Baſilica ſeu Parochia verè eſſet in diœceſi huius qui poſſidebat, & tunc competitor nil vltra ſperaret, ſin autem non poſſet ex limitibus, vel alio teſtimonio agnoſci. & longa temporis proferetur retentio appellatio repetentis Epiſcopi non valeret, quia illi tricenalis obiectio ſilentium imponet, & hoc & ſecularium principum edicta præcipiunt, & præſulum Romanorū decerneret authoritas. Sin verò infra metas tricennalia temporis extra alienos terminos Baſilicæ iniuſta retentio repetitur, repetentis Epiſcopi iuri, ſine mora reſtituetur.

Concilium Toletanum 4.

Idem repent & Concilium TOLETANVM IV. canone 33. & allegat Gratianus cauſa 16. quæſt. 3. cap. Quicunque Epiſcopus, ſed omninò eadem ſunt verba, quæ modo ex Concilio Aruernenſi protulimus, & ideo non eſt fas repetere. Subdit autem cano. 34 & allegatur ibidem cap. Sicut, &c. *Sicut Diœceſim alienam Tricenalis poſſeſſio tollit, ita territorij conuentum non adimit. Ideoque Baſilicæ, quæ nouæ conditæ fuerint, ad eum proculdubio Epiſcopum pertinebunt, cuius conuentus eſſe conſtiterit.* Hoc allegatur à Buchardo etiam lib. 3. cap. 147. qui etiam cap. 150. profert Concilium

Concilium Matiſconenſe 1. vel 2.

MATISCONENSE cano. 7 ſic dicens. *De rebus Eccleſiarum, quæ ab eis per 30. annorum ſpatium ſine vlla interpellatione poſſeſſa ſunt, teſtimonia non recipiantur, ſed eo modo contineantur, ſicut res ad fiſcum dominicum pertinentes contineri ſolent.*

Concilium Toletanum 9.

Et Concil. TOLETANVM IX. cano. 8. allegatur à Gratiano cauſa 16. quæſt. 3. cap. Si ſacerdos, &c. *Si ſacerdos vel miniſter dum gubernacula Eccleſiarum adminiſtrare videtur, contra Patrum ſanctiſſimas ſanctiones de rebus Eccleſiæ definiſſe aliquid dignoſcitur, non ex die quo talia ſcribendo decreuit, ſed ex quo talia moriendo definita reliquit, ſupputationis ordo ſubſtabit. Numquam enim ad Tricennium* tricennium ponit Gratianus loco allegato, quia in hac quæſtione de tricennali lege loquitur *temporis pertinebit terrię hoc indicaatis, quia ſtatus contractuum initia non ſumpſit ab origine æquitatis.*

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3. Alexand. 3. Salernitano Epiſcopo, & Rhemenſi Epiſcopo & Ab... & Monachis S. Andreæ.

Et in Concilio LATERANENSI ſub Alexandro 3. parte 38. cap 1. 2. 3. & 4. Lex tricennalis multipliciter approbatur. *Quis decimas, vel aliud ſe poterit probare per 30. annos quiete & inconcuſſe poſſediſſe, per tres perſonas idoneas, ea deinceps ſine inquietatione poſſideat.*

Clemens Alexandrinus.

Allegaturque ibi CLEMENS ALEXANDR. in libris Stromatum, vbi ait, ab Euphegio ſeu Enpheſimo legiſlatore, propter vitandam miſerorum ſegnitiem, & longi temporis errorem, & confuſionem, vigorem legis impoſitum tricennali & quadragenali poſſeſſioni.

Gregorius 1.

Allegatur etiam GREGOR. I. Syracuſæ Epiſcopo cap 6. eiuſdem partis. *Ne religioſorum (ait) virorum cauſa Eccleſiaſticarum rerum contentio a malis, quod abſit, charitate diſiungat, magna eſt ſolicitudine ſtudendum, vt facillimum finem res poſſit in altercationem deducta percipere.* (Et in fra.) *Hortamur ergo, vt ad loca prædicta de quibus contentio eſt, debeatis accedere, & vtraque parte conſtituta, cominus loca, quæ in lite ſunt, veſtra faciatis præſentia terminari. 40. tamen annorum ab vtraque parte ſeruata præſcriptione.* Et cap. 7. ſubditur. *Sanctorum patrum authoritas, & humanæ leges, irrefragabiliter*

Confirmatio legis 30. annorum.

conſtituentes confirmauerunt, & nos in præſenti Concilio cum omnibus qui adſunt nobiſcum inuiolabiliter confirmamus, vt omnes poſſeſſiones ad ſingulas prouincias noſtrorum fratrum pertinētes, a quibus per triginta annos poſſeſſæ ſunt, quietè & ſecurè abſque ſynodali proclamatione perpetuò detineantur, nullaque vox audiendi alicui aduerſario concedatur. Iterum repetitur cap 8. ſequenti. Vide etiam in locis quos ſupra aſſignauimus.

LIBERTAS.

Libertas Chriſtiana quæ ſit.] Quia tantoperè de libertate contendunt hęretici quam efflagitantur, & vi atque cruore perſequuntur, quę illa ſit libertas, quæ Chriſtianis amplectenda eſt patres Concilij

Concilium Moguntinenſe 4.

MOGVNTINENSIS IV. cap 10 ſic docuerunt, poſtquam præcepta Dei non eſſe impoſſibilia affirmarunt vt dicemus in vocabulo, præceptum, &c. *Eam (aiunt) libertatem ſuam (quam lex ſpiritus, quæ eſt ipſa charitas diffuſa in cordibus noſtris affert) Chriſtiani intelligant, non vt non impleant ea quæ in mandatis Dei exiguntur, ſed quatenus ad ea adimplenda, non vt alij homines pœnarum metu & imperio legis compellantur, ſed ea iam non inuiti, imò verò volentes faciant, ita vt obedientia ipſorum ſecundum animi promptitudinem & in rectè facti lætitiam, vera libertas, ſecundum præcepti adimpletionem, plena & pia ſeruitus exiſtimetur. Alioquin cupiditatibus frena laxare, & carnis curam ſecundum eius deſideria facere, non Chriſti libertas, ſed pernicioſa diaboli ſeruitus reputanda eſt.*

Rom. 5.

Roman 13.

LIBERTVS.

Concilium Arauſicanū 1.

Liberti Eccleſiæ non opprimendi.] Concilium ARAVSICANVM I. ſub Leone 1. can. 7. allegatur ab Iuone lib 2. decretorum. *In Eccleſia manumiſſos, & per teſtamentum Eccleſiæ commendatos ſi quis in ſeruitutem, vel obſequium, vel ad colonariam conditionem imprimere tentauerit, animaduerſione Eccleſiaſtica coercebitur.*

Concilium Aurelianenſe 4.

Et Concilium AVRELIANENSE IV. ſub Pelagio 1. cano. 9 *Si Epiſcopus de ſeruis Eccleſiæ libertos fecerit numero competenti, in ingenuitate permaneant, ita vt ab officio Eccleſiæ non recedant.* Eadem omninò iubet Con-

Concilium Toletanum 3.

cilium TOLETANVM III. cano. 6. & allegat Gratianus cauſa 12. quæſt 2. cap. de libertis. addit autem. *Ab aliis quoque libertate traditi, & Eccleſiis commendati, patrocinio Epiſcopi colligantur, & ne cuiquam donentur, à principe hoc Epiſcopus poſtulet.*

Concilium Toletanum 4.

Et Concilium TOLETANVM IV. cano. 71. allegatur à Gratiano diſt. 87. cap. liberti. *Liberti qui a quibuſcunque manumiſſi ſunt, & Eccleſiæ patrocinio commendati exiſtunt, ſicut regula antiquorum patrum ſtatuerunt, ſacerdotali defenſione, à cuiuſlibet inſolentia protegantur, ſiue in ſtatu libertatis eorum, ſiue in peculio quod habere noſcuntur.* Vide in vocabulo, Eccleſiæ libertas, &c. & quod ſequitur.

Concilium Agathenſe allegatur à Grati... cap. Liberti.

Eadem Concilium AGATHENSE cano. 29.

Concilium Toletanum 4.

Liberti Eccleſiæ à quo, & qualiter fie debeant.]Concilium TOLETANVM IV. canone 67. allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſt. 2. cap. Epiſcopus. *Epiſcopus qui mancipium iuris Eccleſiæ,non retento Eccleſiaſtico patrocinio,* (Vide ſequentem diſtinctionem) *manumitti deſiderat, duo meritis eiuſdem & peculij coram Concilio Eccleſiæ cui præeminet,per conuocationem, ſubſcribentibus ſacerdotibus,offerat,vt rata & inita inueniatur diffinitio commutantis. Tunc enim liberam manumiſſionem ſine patrocinio Eccleſiæ concedere poterit, quia eum, quem libertati tradere diſponit,iam iuri proprio acquiſiuit. Huiuſmodi autem liberto aduerſus Eccleſiam, cuius iuris extitit,accuſandi vel teſtificandi denegetur ſententia. Quod ſi præſumpſerit, placet,vt ſtante commutatione in ſeruitutem propriæ Eccleſiæ reuocetur,cui nocere conatur.* Quòd autem aliter non poſſit libertos facere Epiſcopus Idem Concilium cano. 66 declarat. & allegatur a Gratiano cauſa 12. quæſt. 2. capite,Et ſi illi. *Et ſi illi, qui nulla ex rebus ſuis pauperibus Chriſti diſtribuunt,æterni iudicij voce in futuro condemnabuntur, quanto magis hi qui auferunt Pauperibus,quæ non dederunt. Quapropter Epiſcopi,qui nihil ex proprio ſuæ Eccleſiæ iuiſti compenſauerunt. Hanc diuinam ſententiam metuant, & libertos ex familiis Eccleſiæ ad condemnationem ſuam facere non præſumant. Impium eſt enim, vt qui res ſuas Eccleſiæ non contulerit, damnum inferat, & ius Eccleſiæ alienare contendat. Tales ergo libertos ſucceſſor Epiſcopus abſque aliqua oppoſitione ad ius Eccleſiæ reuocabit,quia eos non æquitas, ſed improbitas abſoluit.*

Liberti nõ poſſunt ſtare contra Eccleſiam.

Et canone 68 *Statuit, vt ſacerdotes, qui aut res ſuas Eccleſiis relinquunt, aut nihil habentes aliqua tamen prædia aut familias, Eccleſiis ſuis conquirunt, licebit illis aliquos de familiis eiuſdem Eccleſiæ manumittere iuxta rei collatæ modum, quem antiqui canones decreuerunt,ita vt cum peculio & poſteritate ſua ingenui ſub Patrocinio Eccleſiæ maneant, vtilitates iniunctas ibi,iuxta quod potuerint,proſequentes.* Hinc de alijs libertis Concilium GENERALE VI. Conſtantinopolitanum 3 canone 85 *Seruos,qui a ſuis dominis manumittuntur, ſub tribus eo honore frui teſtibus decernimus, qui præſentes libertati vires & firmitatem adferent, & vt his quæ ipſis facta fides habeatur, efficiant.* Plura de his IVSTINIANVS IMPERATOR libro 3. inſtitutionum diſſerit titulo 8. de ſucceſſione libertorum, qui incipit: Nunc de libertorum bonis videamus, &c. Et titulo 9. de aſſignatione libertorum, ſic incipit. In ſumma (quod ad bona libertorum attinet) admonendi ſumus &c Vide ſequentia

Concilium generale 6.

Libertis efficiendis tres teſtes adhibentur.

Iuſtinianus Imperator.

Liberti Eccleſiæ ab ea non recedant,& qui contumaciter receſſerint reuocandi.] Hoc in ſuperiori diſtinctione probatum eſt, nam ſub hac conditione liberti efficiuntur,vt Eccleſiæ perpetuò famulatum exhibeant & ſeruiant, ſicut antè à patribus ſtatutum eſt Vnde Concilium AGATHENSE cano 49. *Libertos* (ait) *quos Sacerdotes vel Diaconi de Eccleſia ſibi commiſſa facere voluerint,actus Eccleſiæ proſequi iubemus: & quòd ſi facere contempſerint,placuit eos ad proprium reuerti ſeruitium.* Hinc Concilium HISPALENSE II. canone , decretum ſtatuit de ſeruis Eccleſiæ contumacibus & ſuperbis atque ingratis, propter quendam, de quo ſuggeſtum eſt Concilio prædicto,quòd poſtquam libertati datus eſt proprium voluit Epiſcopum veneficis actibus extinguere, & patronam Eccleſiam libertatis immemor prædemnauit. Actio igitur aduerſus eum canonum ac legum authoritate directa eſt, vt

Concilium Agathenſe ſub Leone 1 can 40. & allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſt. 2.

Concilium Hiſpalenſe ſub Honorio 1.

A immeritæ libertatis damno mulctatus, ad ſeruitutis nexum reuocetur, vt quorum libertas pernicioſa eſt ſit ſalutifera ſeruitus. & qui ſuperbire nouerunt adepta libertate prædìti, diſcant obedire ſubiecti Hinc ſuffragatur Concilium TOLETANVM IV. canone 69. & allegatur à Gratiano cauſa 12. quæſt. 2. cap Liberti. *Liberti Eccleſiæ,quia nunquam moritur eorum patrona, a patrocinio eiuſdem nuſquam diſcedant, nec poſteritas quidem eorum, ſicut priores canones decreuerunt. Ac ne fortè libertas eorum in futura prole non pateat,ipſaque poſteritas naturali ingenuitate obuitens, ſe ſe ab Eccleſiæ patrocinio ſubtrahat,neceſſe eſt vt tam hi liberti, quam ab eis progeniti profeſſionem Epiſcopo ſuo faciant,per quam ex familia Eccleſiæ libertos effectos ſe*
B *eſſe fateantur,eiuſque patrocinium non relinquant, ſed iuxta virtutem ſuam, obſequium ei vel obedientiam, præbeant* Et ſubdit canone 70 & allegatur ibidem. *Liberti Eccleſiæ, quia patrocinio eius diſcedentes quibuſlibet perſonis adhæſerunt, ſi admoniti redire contempſerint, manumiſſio eorum irrita ſit, quia per inobedientiæ contemptum ingrati actione tenentur.* Hæc decreta repetit & confirmat TOLETANVM VI. capite 9. & allegatur ab eodem Gratiano cauſa 12. quæſt 2. cap longinquitate, &c. loquens præcipuè de præmiſſa profeſſione libertorum,tum addit. *His nos adijcimus,vt quotius curſum vitæ ſacerdos impleuerit,& de hac vita migrauerit,mox cum ſucceſſor eius aduenerit,omnes liberti Eccleſiæ, vel ab eis progeniti chartulas ſuas in conſpectu*
C *omnium debeant ipſi,qui ſubſtituitur Pontifici, publicare,& profeſſiones ſuas in conſpectu Eccleſiæ renouare,quatenus ſtatus ſui vigorem & illi obtineant,& obedientia eorum Eccleſia non careat. Si autem aut ſcripturas libertatis ſuæ intra annum ordinationis noui Pontificis manifeſtare contempſerint, aut profeſſiones renouare,vacuæ & inanes chartulæ ipſæ remaneant,& illi originis ſuæ redditi ſint perpetuò ſerui.* Idem canone 10. *Et enim decet, vt hi, quorum parentes titulum libertatis de familiis Eccleſiæ perceperunt, intra Eccleſiam, cui obſequium debent, cauſa eruditionis enutriantur. Contemptus quippe eſt patronorum, ſi ipſis neglectis, alius ad educandum detur progenies*
D *manumiſſorum. Itaque cenſemus, vt ſine ſtatus ſui præiudicio, ab Epiſcopo habeantur in doctrina obſequio,quatenus & illi reddant debitum famulatum, & nullum patiantur ſuæ ingenuitatis detrimentum. Eos verò, qui aliter quam ſententia noſtra decreuit, agere tentauerint, inuitos iubemus, ab Epiſcopis ad hoc ipſum reduci. Quòd ſi fortè parentes eorum eos pontificibus ſuis dare contempſerint, & alios ſibi patronos adoptauerint, ingratorum feriantur lege libertorum* Eadem renouat Concilium TOLETANVM IX. canone 15. & 16. *Libertis* (ait) *Eccleſiæ, eorumque propagini, ex omnibus, quæ de iure Eccleſiæ noſcuntur habere, nil licebit in extraneum dominum,*
E *tranſactione quacunque deducere, ſed ſi ex his qualibet vendere fortaſſe voluerint, ſacerdoti eiuſdem Eccleſiæ offerant conuenienter emenda, earumque pretia rerum, vt eis placuerit, aut diſpenſent, aut habeant. Nam & in dominium partis alterius, res ſua cenſum nullo modo tranſire permittimus. Suis autem filiis vel propinquis eiuſdem Eccleſiæ vel ſeruitio, vel patrocinio ſubiugatis, quæcunque vendere vel donare voluerint, aditus omnino patebit.* Vide in vocabulo, Seruus, & ea quæ ſequuntur.

Concilium Toletanum 4 ſub eodem Honorio 1.

Profeſſio libertor. Eccleſiæ.

Concilium Toletanum 6.

Filij libertorum Eccleſiæ circa Eccleſiæ patronum ſeruiunt.

Concilium Toletanum 9.

Liberti an contrahere valeãt] Satis hoc innuitur ex præcedentibus decretis,vbi frequentiùs de filijs libertorum fit mentio. Verumtamen Concilium TRIBVRIENSE, can 38 *Statuimus*

A *vt quiſquis liber libertam, hoc eſt, ex ancilla per manumiſſionem & regalem largitionem liberam factam, legitimè in matrimonium duxerit, vlteriùs habere debebit, tanquam vnam ex genere nobili progenitam, excepta fornicationis cauſa. & quandiu illa viuat nullam aliam accipiat. Eſt enim ingenua facta & dotata legitime, & in publicis honeſtata nuptiis, & propterea iam non eſt concubina, ſed vxor legibus acquiſita. Hæc eadem lex pro qualitate ſexus, ſit fœminis & viris libera.* Vide Concubina, &c & ſeruorũ matrimonia, &c.

Concilium Eliberinũ ſub Melciade vel Sylueſtro.

Liberti an poſsint promoueri ad ordines.] Concilium ELIBERINVM, cano. 80. & allegat Gratianus diſtinct. 54. cap. Prohibendum: *Prohibendum eſt, vt liberti, quorum patroni in ſeculo fuerunt, ad clerum non proueh antur.* Et Concilium

Concilium Toletanum 4.

B TOLETANVM IV. can. 72. & allegatur à Gratiano, diſtin. 54. cap. Quicunque: *Quicunque libertatem à Dominis ſuis ita percipiunt, vt nullum ſibi in eis obſequiũ patronus retentet, iſti ſi ſine crimine ſunt, ad clericatus ordinem liberè ſuſcipiantur. quia directa manumiſſione abſoluti eſſe noſcuntur. Qui verò retento obſequio manumiſſi ſunt, pro eo quod adhuc à patrono ſeruitutis tenẽtur obnoxij, nullatenus ſunt ad Eccleſiaſticum ordinem promouendi, ne quando voluerint eorum Domini fiant ex clericis ſerui.* IDEM cano. 73. *De familiis Eccleſiæ conſtituere presbyteros & diaconos per parochias liceat, quod tamen vitæ rectitudo & probitas morum commendat: ea tamen ratione, vt antea manumiſſi libertatem ſtatus ſui percipiant, & denuò ad Ec-* C *cleſiaſticos honores ſuccedant. Eſt enim irreligioſum obligatos exiſtere ſeruituti, qui ſacri ordinis ſuſcipiunt dignitatem. Quicquid autem talibus aut per libertatem conceſſum, aut ſucceſſione extiterit debitum, non à quolibet quoquomodo collatum, nõ licebit eis quippiam inde in extraneas perſonas tranſmittere, ſed omnia ad ius eius Eccleſiæ, à qua manumiſſi ſunt, poſt eorum obitum pertineant. His quoque, ſicut & cæteris Eccleſiæ libertis, accuſandi vel teſtificandi aduerſus Eccleſiam aditus* (hoc iam ſuperiùs dictum eſt) *intercluditur: quod ſi id ſpreuerint, non ſolùm libertatis beneficio careant, ſed etiam honoris gradu, quem non dignitate naturæ, ſed tempore neceſſitatis promeruerunt.* Eadem

Concilium Toletanum 9.

D omninò ſtatuit Concilium TOLETANVM IX. canonib. 11. 12. 13. 14. vbi de libertis Eccleſiæ ſic dicitur. *Quòd ſi honeſta vita claruerint mortuis, tunc demum iam ordinibus initiati maioribus fungantur officiis: & quòd ſi aliter vixerint quàm oportet, eos ad priſtina ſeruitia reuocari.* Eis etiam prohibetur commixtio cùm alienigenis: quòd ſi fecerint, proles inde nata ad perpetua obſequia deputatur Eccleſiæ, nulla ſpe libertatis adepta. Plura quidem diceremus, ſed hæc ſufficient. Vide vocabulum, Seruus, Ancilla, &c. & Matrimonium, & ea quæ iam dicta ſunt ſuperiùs.

Concilium Agathenſe ſub Cœleſtino 1.

Libertos Eccleſia protegat.] Concilium AGATHENSE, can 29. & allegatur à Gratiano, E diſtinct 87. cap Libertos: *Libertos legitimè à dominis ſuis factos, Eccleſia, ſi neceſſitas exegerit, tueatur. Quòd ſi quis antè audientiam aut peruadere, aut expoliare præſumpſerit, ab Eccleſia repellatur.* Vide & repete ea quæ ſuperiùs poſita ſunt.

LIBERVM ARBITRIVM.

Fuerunt hi Lutherus, Oecolampadius, Melanchthon, Caluinus, & reliqui.

Liberum arbitriũ hominis defenditur.] Quia hæretici ita infirmum dicunt hominem, vt etiam cùm voluerit non peccare, non poſſit, imò dicunt, omne opus bonum eſſe peccatũ, nec poſſe hominem libero vti arbitrio, aut actiuitatem habere in ſuis operationibus, eo quòd illum non

A agere, ſed pati potiùs contendunt: volumus ex aſſertione omnium Patrum à primordiis fidei demonſtrare hominem libero eſſe arbitrio præditum, & Dei gratia adiutum poſſe ſuam ſalutem operari: quod iam pro parte eſt oſtenſum in vocabulis, Fides, Fatum, Iuſtificatio, & infrà in vocabulo, Opera meritoria, &c. Quod autẽ reſtat hic producemus. Sic autem CLEMENS I. epiſt. 3. ad vniuerſum cœtum fidelium loquitur. *Si quis, audiens ſermonem veri Prophetæ, velit aut nolit recipere, & amplecti onus eius, id eſt, mandata vitæ, habet in ſua poteſtate. liberi enim ſumus arbitrij. Nam ſi hoc eſſet, vt videntes ea, iam non haberent in poteſtate aliud facere quam audierant, vis erat quædam naturæ, per* B *quam liberum non eſſet ad aliam migrare ſententiam. Aut ſi rurſus ex audientibus nullus omninò reciperet, & hoc naturæ vis erat, quæ vnum aliquid fieri cogeret, & alteri parti non daret locum.* Nunc autem, quia liberum eſt animæ in quam velit partem declinare iudicium ſuum, & quam probauerit eligere viam, conſtat euidenter ineſſe hominibus arbitrij libertatem. &c.* Et DIONYSIVS AREOPAGITA libro de cœleſti Hierarchia, cap. 9. *Si quis (ait) inquirere pergas, quid ſit cur Hebræorum populus ſolus ad Dei diuinarumq; rerum intelligentiam ſubuectus ſit: reſpondendum, non oportere imputari rectiſſimè gubernantibus Angelis, ſi gentes aliæ ad rerum, quæ dij non ſunt, culturam deuolutæ ſint, ſed illas ipſis imprimis, qui mo-* C *tibus propriis à recto calle, quo ad Deum aſcẽdere poſſent, ſua ſponte deuiarunt. Cuius erroris adeo pernicioſi cauſa fuit amor ſui, atque ſuperbia, & (quod ſequi neceſſe erat) eorum cultura, quæ diuinum aliquid habere putauiſſent. Huius rei etiam ipſi Hebræorum populo crimen impingitur, atque ideo idipſum paſſus memoratur: ſcientiam enim Dei (ait) repuliſti, & poſt cor tuum ambulaſti. Neque enim coactam habemus vitam, neque liberi arbitrij gratia diuinitùs indulta mortalibus prouidẽtia diuina luce & ſplẽdore obtũditur.* Iterum IDEM Dionyſius cõfirmat liberum arbitrium, libro de diuinis nominibus parte 4. cap. 4. ad calcem. Vbi de malo diſputat. Et PHILO IVDÆVS in eo libro, qui inſcribitur, quòd Deus D ſit incommutabilis, paulò poſt initium *Homo* (inquit) *liberam facultatem & ſui iuris ſententiam ſortitus, ex deſtinato pleraque faciens, meritò vituperium incurrit, ſi prudens ſciensq; peccat, ſicut e diuerſo laudem quando ſua ſponte benefacit. Nam ſtirpium animaliumq; nec vbertas laudatur, nec ſi malè proueniãt vituperantur, quòd vterque hic motus, & vtraque mutatio non eſt voluntaria, ſed ſola hominis anima, quæ accepit à Deo motum voluntarium. Hactenus illi ſimilis à moleſtiſſima grauiſſimaq; hera neceſſitate quantum licuit manumiſſa iure accuſari poſſet, ſi liberatorem ſuum non coleret, non euaſura pœnam, quæ animaduertit in libertorum ingratitudinem. Itaque recogitauit, & intra ſe dixit Deus, non nunc primum, ſed* E *iam dudum firmiter, quod feciſſet hominem, id eſt, qualem eum condidiſſet. Condideras enim liberum, vt relictus voluntati propriæ, quidquid placeret ageret: idq; hanc ob cauſam, vt ſciens quid bonum ſit, quid malum, & quid interſit inter honeſta turpiaq; reputans, quid, inquam, inter æqua & iniqua, & in vniuerſum, inter virtutem & vitium, eligeret meliora, deteriora fugeret. In eam ſententiam & oraculum extat in Deuteronomio: Ecce poſui ante faciem tuam vitam & mortem, bonum & malum, tu vitam elige. Et ergo vtrumque hinc diſcimus, quòd & inſita ſit hominibus boni ac mali ſcientia, & meliora deterioribus anteferre debeant, cum habeant deliberationem tanquam incorruptum iudicem, quæ rectæ rationis monitis pareat, reiectis cõtrariis*

Clemens 1.

Vbi amiſit Lutherus oculos.

Dionyſius Areopagita.

Opportuna quæſtio & de ea, cur gentes à Deo defecerint.

Nota hæretici

Philo Iudæus. Sæpius hunc producimus, quia ſummoperè in Eccleſiaſticis hiſtoriis commendatur, & à B. Petro Apoſtolo valdè dilectus, eo ſius doctrinæ mea non indiget nimis tenui commendatione.

queſtionibus,&c. Porrò IVSTINVS MARTYR ſub finem Dialogi cum Triphone. *Deus* (inquit) *cùm vellet Angelos & homines obſequentes habere, viſum eſt ei facere hos libera poteſtate ad bene agendũ, ratione præditos, vt ſcirent ſuam originem, & a quo vt ſint acceperunt: futurumq́, vt iuxta ipſius leges iudicandi ſint, ſi quid a recto deflexerint: nam ſuapte conſcientia & homines & Angeli coarguẽtur, niſi maturè mutentur in melius.* IDEM Apologia 1 pro Chriſtianis ad Senatum Romanum. *Sed neque fato* (ait) *agunt homines, aut patiuntur quicquam, vt appareat, quippe qui voluntaria bona mala'q́; faciant, niſi quòd interdum à malis geniis contra probos viros incitantur, vt Socratem ac ſimiles, quos perſequuntur & tradunt in carcerem, cum interim Sardanapalus & Epicurus, ſimilesq́; in honoribus atque deliciis ſibi placeãt. Hoc non intelligentes Stoici, ad fati neceſſitatem retulerunt omnia. Cæterum Angeli hominesq́;, quoniam initio cum crearentur acceperunt a Deo liberum arbitrium, iuſte pœnam peccatorum luent in æternis ignibus. Eſt autem genitarum rerum omnium hæc natura, vt virtutis ac vitij capaces ſint: nulla enim laude quicquam eſſet dignum, ni eſſet ad vtrumlibet flexile. Atteſtantur mihi quicquot rationem veram ſecuti ſunt legiſlatores vel Philoſophi, dum alia iubent, vetant alia: quin & ipſi Stoici cum de moribus diſſerunt, in eadem ſunt ſententia, vt appareat eos de principiis & rebus corporeis non rectè ſapere. Si enim contendant fatis regi res hominum, aut negabunt Deum in tanta ſubuerſione, mutatione, reſ[o]lutioneq́; in ſuas origines, vt nihil præter corruptibilia percipiant, ac ne ipſum quidem Deum a corruptione prorſus immunem faciant: aut tollent e rebus diſcrimen virtutis ac vitij. Hoc quid poteſt cogitari abſurdius, & ab omni ratione alienius.* IDEM Apologia 2 ad Antoninum Pium. *Deus* (inquit) *principio præditum intellectu, & ſcientem intelligere vera, fœlicitatemq́; ſectari condidit hominem, ne quis apud Deum excuſationem habeat: mentis enim & contemplationis ſedis ſunt compotes.* Tum doctè vbi de fato diſſerit *Hominem* (ait) *longe alia, quam arbores aut quadrupedes diſcernendi eligendiq́; facultate carentes, conditum creauit Deus: alioquin, nullam laudem mereri potuiſſet, ſi non ſponte virtutem prætuliſſet vitio: ſed vt virtuti natus, neque ſi malus fuiſſet pœnam merebatur, cum non ſuapte natura talis eſſet, qua vtique nequit eſſe alius. Didicimus autem hæc à ſancto prophetico ſpiritu: quo afflatus Moyſes narrat Deum ſic loquutum, recens a ſe facto homini. Ecce ante faciem tuam bonum & malum. tu bonum eligito.* Itaque PLATO DIVINVS ait *Culpa penes eligentem eſt, Deus vero extra culpam.* IDEM Iuſtinus quæſt 8. ad Orthodoxos. *Non ſolum vt ſimus, ſed vt bonum & malum ſciamus ac faciamus, poteſtatem nobis dedit Deus, ſed etiam liberum arbitrium nobis largitus eſt, nosq́; dominos fecit præferendi ac eligendi quod nobis videatur ex his quæ cognoſcuntur: atque vt boni aut mali ſimus, id non poſuit in cognitione eorum quæ cognoſcuntur, ſed in electione eorum quæ eliguntur. Itaque non eſt cognitio cauſa, vt ſimus boni aut mali, ſed propoſitum, &c.* Denique de libero arbitrio IRENAEVS LVGDVNENSIS, libro 4. contra hæreſes Valentini & ſimilium, cap. 71. *Liberum hominem Deus fecit ab initio, habentem ſuam poteſtatem, ſicut & ſuam animam, ad vtendum ſententia Dei voluntariè, & non coactum à Deo. Vis enim à Deo non fit, ſed bona ſententia adeſt illi ſemper. Et propter hoc conſilium quidem bonum dat omnibus. Poſuit autem in homine poteſtatem electionis, quemadmodum & in Angelis. Etenim Angeli rationabiles, vti hi quidem qui obediſſent, iuſte bonum ſint poſſidentes,*

A *datum quidem à Deo, ſeruatum verò ab ipſis. Qui autem non obedierunt, iuſtè non inuenientur cum bono, & meritam pœnam percipient: quia Deus quidem dedit benignè bonum, ipſi verò non cuſtodierunt diligenter illud, neque precioſum arbitrati ſunt, ſed ſupereminentiam bonitatis contempſerunt.* Et cap. 72. ſubdit. *Si autem naturaliter quidam boni, quidam vero mali facti fuiſſent, neque laudabiles eſſent, quia boni ſunt, tales enim facti fuerant. Sed neque illi vituperabiles, & ipſi enim tales fuerant inſtituti. Sed quoniam omnes eiuſdem ſunt naturæ, & potentes retinere, & operari bonum, & potentes rurſum amittere id, & non facere, iuſtè etiam apud homines ſenſatos, quantò magis apud Deum, alij quidem laudantur, & dignum percipiunt*
B *teſtimonium electionis & perſeuerantiæ: alij vero accuſantur, & dignum percipiunt damnum, eo quòd iuſtum & bonum reprobauerint.* Porrò toto illo capite, nil aliud probat Irenæus, quàm liberum arbitrium. Vnde & ſubſequenter ait: *Quoniam libera ſententiæ ab initio eſt homo, & libera ſententia eſt Deus, cuius ad ſimilitudinem factus eſt, ſemper cõſilium ei datur continere bonum, quod perficitur ex ea quæ eſt ad Deum obedientia: non tantum in operibus, ſed etiam in fide liberum, & ſuæ poteſtatis arbitrium hominis ſeruauit Deus dicens: Secundum fidem tuam fiat tibi, propriam fidem hominis oſtendens, quoniam ſuam habebat ſententiam, &c.* Cur autem nõ fuerit ab initio factus homo perfectus, ex eodem Irenæo. Vide in voca-
C bulo, Homo, &c. Præterea TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS, lib. 2. contra Marcionem non longè à principio. *Liberum** (inquit) *& ſui arbitrij inuenio hominem, & ſuæ poteſtatis a Deo inſtitutum, nullam magis imaginem & ſimilitudinem Dei in illo animaduertens, quàm eiuſmodi ſtatus formam. Neque enim facie & corporalibus lineis tam variis in genere humano ad vniformem Deum expreſſus eſt, ſed in ea ſubſtantia quam ab ipſo Deo traxit, id eſt, animæ ad formam Dei reſpondentis, & arbitrij ſui libertate, & poteſtate ſignatus eſt.* Tum multis prolatis rationibus liberi arbitrij infert. *Tota ergò libertas arbitrij in v-*
D *tramque partem conceſſa eſt homini, vt ſui dominus conſtanter occurreret, & bono ſponte ſeruando, & malo ſponte vitando, quoniam & aliàs poſitum hominem ſub iudicio Dei, oportebat iuſtum illud efficere, de arbitrij ſui meritis liberi, ſcilicet. Cæterùm nec boni, nec mali merces iure penſaretur ei, qui aut bonus, aut malus neceſſitate fuiſſet inuentus, non voluntate. In hoc & lex conſtituta eſt, non excludens, ſed probans libertatem de obſequio ſponte præſtando, vel tranſgreſſione ſponte committenda, ita vt vtrumque exitum libertas patuit arbitrij,* & cætera multa quæ infert contra Marcionem de liberi arbitrij volũtati teſtimonia. Eodem quoque libro, circa finem iterum liberum coofirmat arbitrium, dum illud exponit: Adam vbi es?
E *Interrogat* (ait) *Deus quaſi incertus, vt & hunc liberi arbitrij probans hominem in cauſa, aut negationis, aut confeſſionis.* Vide poſitum in vocabulo, Confeſſio. IDEM libro de Monogamia. *Nec ideo* (ait) *duritia imputabitur Chriſto, de arbitrij cuiuſcunque liberi vitio. Ecce* (inquit) *poſui ante te bonum & malum, elige quod bonum eſt. Si non potes, quia non vis (poſſe enim te ſi velis oſtendit, quia tuo arbitrio vtrumque propoſuit) diſcedas oportet ab eo, cuius non facis voluntatem.* IDEM libro de Trinitate, in initio. *Cùm omnia Deus in ſeruitutem hominis dediſſet, ſolum liberum eſſe voluit, & ne in periculum caderet rurſum ſoluta libertas, mandatum poſuit, quo tamen non ineſſe malum in fructu arboris diceretur, ſed futurum ſi fortè ex voluntate hominis de contemptu data legis promoueretur. Nam & liber eſſe debuerat, ne in-*

congruen

Iuſtinus Mar.

Fato non regi homines, aut cætera quę eue niut, docuimus etiam in vocabulo, Fatum.

attende.

Geneſ 1. & 2 Deuter. 30.

Plato Diuinus

Irenęus Lugdunenſis.

Quid Iucidius?

Doctiſſimè probat liberum arbitrium Angelorum & hominum.

Tertullianus Carthaginenſ.

* Vbi ergo eſt amicus Hæreticus.

Vide quam docte reſpondet Hæreticæ fallaciæ.

Deuteron. 30.

A *congruenter Dei imago ſeruiret: & lex addenda, ne vſque ad cõtemptum dantis libertas effrenata prorumperet: vt & præmia condigna & merita pœnarũ conſequenter exciperet, ſuum iam habens illud quod motu mentis in alterutram partem agitare voluiſſet, ex quo mortalitatis inuidia vſque in ipſum rediit, qui cum illam de obedientia poſſet euadere, in eandem incurrit, dum ex conſilio peruerſo Deus eſſe feſtinat.* Et CLEMENS ALEXANDRINVS oratione adhortatoria ad gentes liberum defendit arbitrium, & libro primo Stromatum. *Diabolus* (ait) *cum haberet liberum arbitrium, & duci poſſet pœnitentia, & furari, ipſe quoque furti cauſa eſt, &c.* Et lib. 2 Stromatum, vbi de pœnitentia agit. *Præter naturam* (ait) **B** *animæ motus, ex ea quæ eſt rationi inobedientia ſiue perturbationes, ſeu animi affectiones: defectio autem & receſſus, & inobedientia ſunt in noſtra poteſtate, ſicut etiam eſt in noſtra poteſtate obedientia: quocirca iudicantur etiam quæ ſunt voluntaria.* Iterum lib 7. confirmat liberum arbitrium. Et CYPRIANVS CARTHAGINENSIS in prologo operis de cardinalibus Chriſti operibus, multis verbis liberum confirmat arbitrium. Et ORIGANES ADAMANTIVS, homil 20. in Numeros *Sui* (inquit) *arbitrij eſt anima, in quam voluerit partem eſt ei liberum declinare: & ideo iuſtum Dei iudicium eſt, quia ſponte ſua, ſiue bonis, ſiue peſſimis monitoribus paret.* IDEM lib. 3. in epiſt. ad Romanos. *Vnuſquiſque in manu ſua habet & in arbitrij poteſtate, vt aut* **C** *peccati ſeruus ſit, aut iuſtitiæ. &c.* IDEM lib 2. Periarchon, cap. 9. vbi de mundo agit, contra hæreticos diſputat, qui negabant liberum arbitrium. *Verum* (ait inter cætera) *quomodo rationabiles ipſa creatura, ſicut frequenter oſtendimus, & in loco ſuo nihilominus oſtendemus, arbitrij facultate donatæ ſunt, libertas vnumquodque voluntatis ſuæ, vel ad profectum per imitationem Dei prouocauit, vel ad defectum per negligentiã traxit, & hæc extitit cauſa* (*ſicut & antea iam diximus*) *diuerſitatis inter rationales creaturas, nõ ex creatoris voluntate vel iudicio originem trahens ſed propria libertatis arbitrio.* IDEM lib. 3. Periarchon cap. 1. quod intitulatur: de libertate arbitrij, nihil **D** aliud agit, quàm defendere liberum arbitriũ contra hæreticos varijs & infinitis teſtimonijs ſcripturarum, quæ nobis non licet per otium hic afferre: ſed poteris ſi vacat & ipſe perlegere. Verùm vt ad reliquos trãſeamus, THEOPHILVS ALEXANDRINVS qui ſub hac ætate florebat, lib. 3. Paſchal. *Non ambigitur* (ait) *quin in vtramq; partem vel faciendi, vel non faciendi bona habeamus liberam facultatem: & oppreſſis prauis recta naſcuntur, tuncq; virtutum inter ſe cõtinui chori, cùm vitiorum in animis ſit ſolitudo.* Porrò contra veteres Philoſophos quis liberum negabat arbitrium & omnia fatis aſcribebãt, EVSEBIVS CÆSARIEN. **E** lib. 6. de præparatione Euangelica doctè ſcribit cap. 2. cuius talis eſt titulus: quod gentes hominũ voluntates fatis agi arbitrabantur, liberum negantes arbitrium, idque Deorum conſilijs perſuaſi. Igitur multis verbis Euſebius eos aggreditur, & totis cap. 2. 3 4. 5. & 6. eos errotis conuincit: cui ita certum eſt liberum arbitrium, vt eo ſolo argumento veſaniam illorum corripiat. *Miranda* (inquit cap. 7.) *eſt huius ſermonis inconſtantia. Nam quemadmodum dulce amaro, & nigrum albo, & calidum frigido contrarium eſt: ſic & fatum libertati noſtræ contrarium. Nam quæ fatata ſunt, ſiue nolis, ſiue velis omnino, fiunt: quæ verò in noſtra poteſtate ſunt, ea ſicut volumus diligentia noſtra diſponũtur, &c.* Hinc eſt etiam quòd GRAGORIVS NISSEN. **A** Baſilij magni frater, poſtquam ſpeciali libro de fato, cap 3 aduerſus Stoicos diſputauit, qui dicunt liberam electionem eſſe à nobis, euentum verò à fato, ſubſequenti libro, quem de libero arbitrio inſcripſit, ſic orditur ſermone, cap. 1. *Sermo de libero arbitrio, hoc eſt, de eo quod eſt in nobis, primam habet quæſtionem, ſi ſit quid in nobis & in noſtra poteſtate, multi enim hoc inficiãtur: ſecundam, quænam ſint ea quæ ſunt in nobis, & quorum poteſtatem habemus: tertiam verò cauſam ſcrutari, propter quam creans nos Deus liberi arbitrij fecerit.* Has tres autem quæſtiones tribus capitulis exponit, quibus doctè noſtri tẽporis hæreticis obiectionibus ſatisfacit, & præcipuè circa medium 2. cap. & per totum caput 3. **B** Verùm ſcio quia à pluribus opus illud ſancti doctoris habetur, & ideo prolixitatem euitãs ſuperſedeo. Scripſit quoque BASILIVS MAGNVS præfati Gregorij frater ſermone de libero arbitrio, qui & inter eius opera habetur, vbi inter cætera ſic loquitur. *Qui verbo Dei non ſunt exculti, ac fruſtra inflati, hi per proprium liberum arbitrium, occaſionem ac impetum peccati ſe abolere putant, cum per ſolum crucis myſterium peccatũ aboleatur. Nam quòd in hominis poteſtate eſt ſitum liberum arbitrium, in eligendo, aut non eligendo, vt diabolo reſiſtat, ſitum eſt, nõ in eo quòd poſſit penitus robur habere contra affectus, &c.* Et GREGORIVS NAZSANZENVS oratione 30. in dictum Euangelij, &c. quæ incipit: **C** Ieſus qui piſcatores elegit, &c ad calcem, vbi de Eunuchis loquitur. *Videntur quidam* (ait) *homines a natura ad bonum aſpirare. Naturã autem cum dico, nequaquam voluntatem liberam reijcio, ſed vtraq; pono, & ad bonum aptitudinem, & ex natura ad opus perducentem idoneitatem. Quidam enim ſunt, quos verbum expurgat, & eorum paſſiones caſtrat, & illos eſſe puto qui ab hominibus caſtrantur, cum inſtruens ſermo deteriùs à meliore ſecernit, hoc quidem reijciens, illud verò ſtatuens, &c.* Et HILARIVS PICTAVIENSIS in expoſitione Pſalmi ſecundi. *Vnicuique* (ait) *noſtrum libertatem vitæ ſenſumq; permiſit, non neceſſitatem alterum affigens, vt vnumquemque ex natura bonum malúmve lex cogeret. Sed qui* **D** *nos per beneuolentiam vtendæ beatitudinis ſuæ creaſſet, profectum nobis ad id meritum vitæ innocentis honeſtæq; conſtituit.* IDEM in expoſitione Pſalm. 118. *Voluntas noſtra hoc proprium ex ſe habere debet, vt velit Deus incipienti incrementum dare, quia cõſummationem per ſe infirmitas noſtra nõ obtinet: meritum tamen adipiſcendæ conſummationis eſt ex initio voluntatis.* Et infrà *Vnicuique ad id quod volet via eſt propoſita, viuendi & appetendi atque agendi permiſſa libertas: & ob id vniuſcuiuſque aut pœna, aut præmio afficitur, &c.* Et circa hæc tempora EVSEBIVS EMISSANVS, homil. 9 de Paſcha, non longè à principio. *Homo* (inquit) *qui proprio tranſgreſſionis* **E** *crimine tenebatur obnoxius, qui per culpam ſuam incurrerat ſeruitutem, non violentia liberandus fuit, ſed miſericordia: & quia Deus æquitas & iuſtitia eſt, ipſe ſibi lex eſt: & quia homo iudicij & iuris ſui ac liberi arbitrij præditus voluntate erat, qui voluntarius ceciderat, iniuſtum erat vt erigeretur inuitus: æquius & ſalubrius fuit, vt qui per ſuperbiam perſuaſus a diabolo fuerat ad mortem, à Deo per humilitatem ſuſcitaretur ad vitam, &c.* IDEM homil. 11. in eodem feſto. *Poterat miſer per miſericordiam redimi, non poterat reus per potentiam liberari: innocentibus enim authoritate, crimenoſis interceſſione, & humilitate ſuccurritur. Propterea homo ſi inobedientia lapſu & libera mentis aſſenſu à diabolo ſeductus fuerat, non coactus, à totius rationis æquitatiſq; authore, inuitandus erat non at-*

trahen

Clemens Alexandrinus Pantenus illius magni diſcipulus & auditor.

Cyprianus Carthaginenſ

Origenes Adamantius.

Nihil liquidius poteſt dici.

Theophilus Alexandrinus vetuſtiſſimus author.

Euſebius Cæſarienſis.

Fatum & liberum arbitrium contraria.

Gregorius Niſſenus.

Ita plane & nunc Hæretici o ſancte doctor.

Baſilius Magn.

Gregorius Nazanzenus.

Hilarius Pictauienſis

Euſebius Emiſſenus, vel Emeſenus, ſic enim Nicephorus eũ vocat.

A

trahendum, iniquiſſimum videtur ſiquidem, vt qui ceciderat voluntarius, erigeretur inuitus. Vides quia dignantiſſimi medici ſtudium, infirmi ſui requirit adſenſum? Per liberum arbitrium eſt excepta captiuitas, per liberum rurſus arbitrium erat reſtituenda libertas, &c.

Cyrillus Hieroſolymitanus à H[redacted] & Nicephoro multum commendatus.

Et CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Euſebio præmiſſo coætuus catecheſi 4. illuminatorũ Hieroſolymis cap. de ſtatu hominis. *Deus* (inquit) *& animæ & corporis eſt opifex. Cognoſce autem animã eſſe ſui iuris, ſeu voluntatis liberæ, opus Dei pulcherrimum, ſecundum factoris imaginem immortale per eum, qui immortalitate illud donauit, animal rationale, incorruptibile per eum qui gratiam illi cõtulit, poteſtatem habẽs facere quæ velit, &c.*

Ambroſius Mediolanenſis.

Et AMBROSIVS MEDIOLANENSIS, libr. de vocatione gentium, cap. 1 ſic orditur. *Inter defenſores liberi arbitrij, & prædicatores gratiæ Dei, magna & difficilis dudum vertitur quæſtio, &c.* Tum cap 2. infert. *Sed iam auxiliante Chriſto quod tractando concepimus, inchoemus. Omnis humana anima, quantum intelligere atque experiri datur, naturaliter qualiſcunque ineſt voluntas, quæ aut appetitur quod placet, aut declinatur quod diſplicet. Huius voluntatis quantum ad naturalem pertinet motum, ex quo prima præuaricationis infirmum, genera ſunt duo, ſecundum quæ voluntas hominis aut ſenſualis aut animalis eſt. Sed cum adeſt gratia Dei, accedit ei per donum ſpiritus tertium genus, vt poſſit eſſe ſpiritualis & per hunc excellentiorem motum omnes affectus vndecunque naſcentes ſuperna rationis lege diiudicet.*

Quod Iuſtidius dic & reſpondeat poteſt Hæretico?

C

Verum hæc prolixis proſequitur verbis, quæ lectoris ſedulitati relinquimus. Subdit verò cap 3. *Non ergo putet de viribus ſuis, quæ etiam cùm eſſent integra non ſteterunt, ſed per illum quærat victoriam, qui ſolus non eſt victus & omnibus vicit. & ſi quærit, non dubitet quærendi affectum ab illo ſe accepiſſe quem quærit. Nec quia ſpiritu Dei agitur, ideo ſe putet liberum arbitriũ non habere, quod ne tunc quidem perdidit, quando diabolo voluntate ſe dedit, a quo iudicium voluntatis deprauatum eſt, non ablatum. Quod ergo non interfectum eſt per vulnerantem, non tollitur per medentem. vulnus ſanatur, nõ natura remouetur, ſed quod in natura periit, non reſtituitur, niſi ab authore naturæ, &c.*

Quid ergo Lutherus obgannit?

D

IDEM libro 10. Epiſtolar. epiſt. 84. ad virginem Demetriadem. *Operante* (ait) *ſpiritu Dei ſanatur liberum arbitriũ, non aufertur & hoc agit gratia, vt voluntas peccato corrupta, vanitatibus ebria, ſeductionibus circumſepta, difficultatibus impedita non remaneat in languoribus ſuis, ſed per opem miſerantis medici curata conualeſcat, & gaudeat ſe non interrogante edoctam & non quærentem eſſe quæſitam, &c.* IDEM expoſitione in Pſal 40 expoonens illud: Etenim homo pacis meæ in quo ſperaui. &c *Bene* (ait) *ſperaui, quia homini dedit eligendi arbitrium quid ſequatur. Poſui, inquit, ante te bonum & malum. Si malum elegeris, non natura delinquis, ſed eligentis affectu, &c.*

E

Ioannes Chryſoſtomus.

Et IOANNES CHRYSOSTOMVS, homil. 19. in 4. cap. Geneſeos in initio. *Sæpe Deus ſi volueris, etiam qui malus eſt mutatur & fit bonus. & qui bonus per ignauiam excidit & fit malus, quia liberi arbitrij eſſe noſtram naturam fecit omnium dominus. Ipſe enim quæ ſua ſunt pro ſua miſericordia ſemper exhibet, &c.* IDEM homil. 23 in Geneſin ſub finem. *Vidiſtis miram induſtriam Domini miſericordiam, quomodo omnia facit & tractat, vt non ſolum eos qui ab ſe conditi ſunt, ſaluet, ſed & ineffabilibus bonis ditet. Et propterea liberum arbitrium nobis datum eſt, & in natura conſcientiæq. noſtræ repoſita ſcientia boni & mali, & diabolus vt eſſet permiſſum, non vt gehennam experiremur, neque regno priuaremur.* IDEM homilia de

A

Adam & Eua, tomo primo, ad calcem homiliæ. *His* (ait) *Eccleſiaſticis regulis & diuinis [illegible] authoritate documentis, ita adiuuante Domino [illegible] ſumus, vt omnium bonorum eſſe [illegible] atque op[illegible] & omnium ſtudiorum omniumq. virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum profiteamur authorem, & non dubitemus ab ipſius gratia omnia hominis merita præuenire. per quem item fit, vt aliquid boni & velle incipiamus & [illegible]. Quo vtique auxilio & munere Dei, non aufertur liberum arbitrium, ſed liberatur vt de tenebroſo lucidum, de prauo rectum, de languido ſanum, de imprudente ſit prouidum. Tanta eſt enim erga homines bonitas Dei, vt noſtra velit eſſe merita quæ ſunt ipſius dona, &c.* IDEM homilia in

B

illud Eſayæ: Si volueritis & audieritis me, &c tomo primo, in initio homiliæ. *Cum diuinæ legis edicta in Eccleſia pendeant quibus quid fieri Deus aut velit aut nolit eius familia inſtruatur, vt libera quis voluntatis arbitrio præcepta aut impleat, aut contemnat, vnde ſibi quiſque quod meretur inſtituat, nec poſſe aliud mereri quam velit: quippe cui legis propoſitus tenor ſit, ex quo quod velit eligat, & quod nolit contemnat, vt iudicio hominis Dei iudicium celebretur, vt qui libertatem conceſſam in obſequium dederit numeretur qui in contemptum duxerit condamnetur, dicente Domino: Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, ſi autem nolueritis, &c.* IDEM homil. 45. in Ioannem, expoonens illud Ioan. 6. Nemo poteſt venire ad me niſi pater meus traxerit eum, &c. *Hic* (ait) *inſurgunt Manichæi, nihil nos ex nobis ipſis poſſe, huius teſtimonio particulæ contendentes. Sed plane nos poſſe quæ volumus per hoc oſtenditur. Inquiunt enim ſi quis venit ad eum, quid opus eſt vt trahatur. Verum hoc noſtrum non tollit arbitrium, ſed diuino egere auxilio oſtendit, & non inuitum, ſed omni conatu contendentem venire, &c.*

Eſaye 10.

He[illegible] hic non etiam renouatur a C[illegible] ſis, vnde ſedulo aduertenda eſt.

C

IDEM homilia de proditione Iudæ. tomo 3. *Quoniam bona atque mala in noſtra Deus poſuit poteſtate, electionis liberum donauit arbitrium: & nos inuitos non retinet. ſed volentes amplectitur, &c.* IDEM epiſt. 6. ad Theodorum monachum, tomo 5. *Liberi* (inquit) *nos arbitrij eſſe natura permiſit, vt quod volumus hoc faciamus. Eligamus igitur bonũ potius, quia boni Dei creatura ſumus, ne nos diaboli opprimant mala, &c.*

D

Verùm alijs 10 locis multoties idem Chryſoſtomus probat liberum arbitrium, ſed hæc ſufficiant. IOANNES CASSIANVS collat 3. Abbatis Panutij, cap. 11. & 12. ſatis copioſè liberum commendat arbitriũ. Item & collat 7. Abbatis Sereni, cap. 8 quod ſic intitulatur: reſponſio ſuper adiutorio Dei & liberi arbitrij poteſtate: & iterum agit de libero arbitrio collat. 13. Abbatis Cheremonis, cap. 10. & 18. Verùm, quia PROSPER AQVITANICVS, lib. de libero arbitrio eundem erraſſe conuincit, idcirco nihil aliud ex eiuſdem ſcriptis proferemus.

[redacted] Caſſianus monachus, ſub eo tempo[redacted] corpus Maſſilia req[redacted]

Proſper A[redacted] Rhegiense[redacted]

E

Lege ergò præfati doctoris Proſperi librum de libero arbitrio, quo multorum hæreticorum deliramenta conuincit. Vt autem ordinem repetamus, de libero arbitrio ſcribit HIERONYMVS STRIDONENSIS, lib. 2. contra Iouinianum. *Liberi* (inquit) *arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia neceſſitate trahimur: alioquin vbi neceſſitas eſt, nec dãnatio, nec corona eſt. Sicut in bonis operibus perfector eſt Deus (non enim eſt volentis neque currentis, ſed miſerentis & adiuuantis Dei vt peruenire valeamus ad calcem) ſic in malis atque peccatis ſemina noſtra ſunt incẽtiua & perfectio diaboli, &c.* IDEM in cap 9. epiſtolæ ad Romanos, dum illud exponit: non volentis nec currentis, ſed miſerentis eſt Dei. *Hoc loco* (ait) *Paulus Apoſtolus vſque*

Hieronymus Stridonenſis.

R man.

ad illum

A *ad illum locum,quid enim adhuc queritur? Voluntati enim eius quis reſiſtere poterit? perſonam de contrario aſſumit venientis & dicentis,non eſſe in nobis aut rectè aut malum agere, ſed in Dei arbitrio conſtitutum. qui cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. Homo tu quis es qui contradicas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit,quid me feciſti ſic? Nunc Apoſtolus contradicentem ſibi ſuperius increpat,oſtendens hoc ipſum quod dicit:Cui vult miſeretur,& quem vult indurat, & quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis reſiſtere poterit? Ex hoc igitur demonſtrat eum eſſe proprij arbitrij,vel volũtatis. Quod ſi vt ipſi è contrario veniens dicit cuius vult miſeretur Deus,& quem vult indurat,nihil differt,quod figulus tractat in manibus,*

Hoc obijciũt Hæretici verũ vide quomodo S. doctor exponit.

B *quod fingendi ex ſe vas aliquid contradicere non poteſt quid ex eo vult efficere. Hic autem in eo in quo contradicit, queritur de Dei voluntate, oſtendit liberi eſſe arbitrij,qui audet de Dei iudicio retractare. Item, ſi non eſt volentis neque currentis, vt quidam putant, quare ipſe currit dicens,curſum conſummaui, & alios vt currerent adhortatus eſt dicens: Sic currite vt comprehendatis? Vnde intelligitur, quia hoc interrogantis voce vtitur, & redarguentis potius quàm negantis.*

2.Timoth.4. 1.Corinth.9.

Auguſtinus Hipponenſis.

AVGVSTINVS HIPPONENSIS, lib.3. contra epiſtolas Pelagianorum. *Per peccatum Adæ arbitrium liberum de hominum natura periſſe non dicimus, ſed ad peccandum valere in hominibus ſubditis diabolo:ad benè autem pieq; viuendum non valere,niſi*

C *ipſa voluntas hominis Dei gratia fuerit liberata,& ad omne opus actionis, ſermonis & cogitationis adiuta.* IDEM epiſt.89.ad Hilarium 1. *Valet liberum arbitrium ad opera bona, ſi diuinitus adiuuetur:quod fit humiliter petendo & faciendo.* Idem libro de gratia & libero arbitrio,cap 4.& aliis eruditè ſcribit de liberi arbitrij facultate. Et in Enchiridio ad Laurentium,cap.104 *Quia Deus hominem male vſurum libero arbitrio,hoc eſt, peccaturum eſſe praſciebat, ad hoc potiùs preparauit voluntatem ſuam,vt bene faceret ipſe,& de malè faciente: ac ſic hominis voluntate mala non euacuaretur,ſed nihilominus impleretur omnipotentis bona. Sic enim oportebat prius hominem fieri,vt benè velle poſſet,& male:nec gratis ſi benè,nec*

D *impunè ſi malè: poſtea verò ſic erit,vt malè velle non poſſit. Nec ideo libero carebit arbitrio.multo quippe liberiùs erit arbitrium, quod omninò non poterit ſeruire peccato. Neque enim culpanda eſt voluntas:aut voluntas non eſt,aut libera dicenda non eſt,qua beati ſic eſſe volumus, vt eſſe miſeri non ſolùm nolimus,ſed nequaquam velle prorſus poſſimus. Sicut ergo habet anima noſtra etiam nunc nolle infœlicitatem, ita tunc nolle iniquitatem ſemper habitura eſt. Sed ordo prætermittendus non fuit,in quo voluit oſtendere Deus,quam bonum ſit animal rationale,quod etiam non peccare poſſit:quamuis ſit melius,quod peccare non poſſit,ſicut fuit minor immortalitas,ſed tamen fuit in qua poſſet etiam non mori, quamuis maior ſit futura in qua non poſſit*

E *mori Illam namque natura humana perdidit per liberum arbitrium,hanc eſt acceptura per gratiã,quam fuerat, ſi non peccaſſet, acceptura per meritum, quãuis ſine gratia nec tunc vllum meritum eſſe potuiſſet. Quia & ſi peccatum in ſolo erat libero arbitrio conſtitutum, non tamen iuſtitiæ retinendæ ſufficiebat liberum arbitrium,niſi participatione immutabilis boni diuinum adiutorium præberetur,&c.* IDEM lib.22.de ciuitate Dei cap. 30. liberum arbitrium commendat & defendit,& ſermo 13 de verbis Apoſtoli,& lib. de correptione & gratia,cap.11. & libro de perfectione iuſtitiæ hominis ratiocinatione nona, & libro de ſpiritu & litera ad Marcellinum, cap.3. per totum caput.Lege oro. Verùm hæc ſufficient,

A ad alia tranſeamus. Sic autem Concilium CARTHAGINENSE VI. in epiſtola ad Innocentium I. ſcribens de Cœleſtino hæretico, quem anathematizauit cùm ſuis, eo quòd damnabili opinione,non defendendo liberum arbitrium, ſed potiùs ſuperbia ſacrilega extollẽdo illud plus ſatis, nullum relinquebant locum gratiæ Dei, qua Chriſtiani ſumus,qua & idipſum noſtræ voluntatis arbitrium verè fit liberum, dum à carnalium concupiſcẽtiarum dominatione liberatur,dicente Domino:*Si vos filius liberauerit vere liberi eritis.* Hoc auxilium fides impetrat,quæ eſt in Chriſto. *Illi autem aſſerunt* (ait præfatum Concilium) *ſicut à fratribus,qui eorum libros legerunt cognouimus,in eo*

Concilium Carthaginenſe 6. nam concilium Carthagenẽſe ſub Anaſtaſio I. celebratum eſt. Cœleſtius Hæreticus Caluiniſtarũ patriarcha fuit.Habẽt enim in ſingulis hæreſum generibus ſingulos patriarchas, in libero arbitrio Cœleſtium & Pelagium, in Purgatorij impugnatione Aerium, in votorũ detectatione Iouinianum, in reliquiarum vituperatione Vigilantium & ſic de cæteris.

B *Dei gratiam deputandam,quod talem hominis inſtituit creauitq; naturam, quæ per propriam voluntatem legem Dei poſſit implere, ſiue naturaliter in corde conſcriptam,ſiue in literis datam. Eandem quoque legem ad gratiam pertinere,quod illam Deus in adiutorium hominibus dedit. Illam vero gratiam, qua, vt dictum eſt,Chriſtiani ſumus,cuius Apoſtolus prædicator eſt dicens:Condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati,quæ eſt in membris meis: Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Nolunt cognoſcere omnino,nec aperte quidem oppugnare audẽt.*

C *Sed quid aliud agunt, cum hominibus animalibus nõ percipientes quæ ſunt ſpiritus Dei perſuadere non ceſſant, ad operandam perficiendamq; iuſtitiam & Dei mandata complenda ſolam ſibi humanã ſufficere poſſe naturam, non attendentes quod ſcriptum ſit: Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram. Et non volentis neque currentis,ſed miſerentis eſt Dei. Et gratia Dei ſum id quod ſum: & quia idonei non ſumus aliquid cogitare ex nobiſmetipſis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Denique iſtorum ſacrilegas diſputationes neceſſario ſequitur,vt nec orare debeamus,vt non intremus in tentationẽ,aut ne deficiat fides noſtra:quod pro Petro Apoſtolo ſe rogaſſe Dominus teſtatus eſt. Si enim poſſibilitate naturæ & arbitrio voluntatis in poteſtate ſunt conſtituta,*

Rom.7. 1.Corinth.2. Rom.8. Rom.9. 2.Corinth.3. Matth.6. Lucæ 22.

D *quis non ea videat inaniter à Domino peti & fallaciter orari,cum orando poſcuntur quæ naturæ iam ita conditæ ſufficientibus viribus obtinentur,& ea poſſibilitate naturæ quam non nunc accipimus, ſed quam cum crearemur accepimus: nec debuiſſe dicere Dominum Ieſum. Vigilate & orate, ſed tantummodo vigilate ne intretis in tentationem: & Petro, rogaui pro te, ſed impero ac præcipio ne deficiat fides tua,&c.* Porrò INNOCENTIVS I eidem Synodo reſcribens, epiſt.25. pluribus verbis eandem hæreſim cõuincit. *Quid tam iniquum eſſe poteſt* (ait) *tam barbarum, tam totius religionis ignarum,tam Chriſtianis mentibus inimicum, quàm huic te negare debere quidquid in quotidiana gratia conſequeris, cui te ipſe confiteris*

Innocentius I.

E *debere quod natus es. Ergo eris tibi in prouidẽdo præſtantior,quam poteſt is eſſe qui te vt eſſes effecit? Et cùm te putas ei debere quod viuis, quomodo te non putas ei debere,quod (quotidianam eius conſequendo gratiam) taliter viuis? Et qui nos adiutorio negas indigere diuino,quaſi ex noſtra in totum poſſibilitate perfectos, quomodo non adiutorium in nos, cùm tales à nobis etiam eſſe poſſimus, prouocamus.* Et cætera quæ per totam epiſtolam diffuſè tractat pro liberi arbitrij aſſertione,& gratiæ diuinæ adiutorio:ſed non eſt nobis otium totum hic textum apponere lege ſi vacat. Habes autem iterum citatum à COELESTINO I. epiſt.1.ad Epiſcopos Galliæ,cap.4. nam eadem Innocentij verba profert, atque producit

Cœleſtinus I.

etiam

Zozimus I.

etiam decretum ZOZIMI I. quod nec inter eius decreta inuenitur: & per totam epiſtolam capitibus omnibus eandem diſputationem proſequitur, quam oneroſum eſſet totam hic annectere cùm poſſis minimo negotio ex ſcriptis eius haberi. Subſcripſit autem eiſdem Patribus Concilium ARAVSICANVM II. cap. 3 4 5 6.7.8.9 10.11 12.13 14.15.16 17 18. 19.20 & 21 his omnibus capitibus doctè probat, quod ſine gratia & diuino adiutorio, non obſtante libero arb[illegible]nem poteſt ad baptiſmi gratiam perueni[illegible] ii elis effici aut ſaluari, & ſine Spiritu ſanct[illegible]piratione & infuſione à peccatis purgari, quia no[illegible]ta voluntas à Domino præparatur, & per eius gra[illegible]donum ab impietate ad gratiam redimus. Hoc multis confirmat authoritatibus, ſicut & præcedentes Patres quos allegauimus. & obſecro, vt lector non detrectet eorum ſcripta, vt ea allegauimus, perlegere. Eandem doctrinam tuetur Concilium VALENTINVM GALLIÆ III. canone 6 & LEO PRIMVS epiſt. 4. ad [illegible] Antiochenum Epiſcopum, in qua ſummam Romanæ fidei exponit. Vide in alijs locis eius authoritatem, videlicet in vocabulo Gratia, Fides, & Opera, &c. Porrò ſic adhuc de libero arbitrio CYRIL. ALEXANDRINVS, lib. 2. in Ioannem, cap. 54. exponens illud hoc autem iudicium, quia lux venit in mundum. &c. *Liberum (ait) iudicium hominis his verbis oſtendit, qui ad alterutrum ſecundum animi ſui iudicium poteſt proficiſci. Sic enim iuſtè laudem ſi bene agimus, & contrarium ſi mala committimus, inuenimus. Hoc per Prophetam etiam quendam dixit: Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis: quod ſi nolueritis nec audieritis me, gladius deuorabit vos, &c.* IDEM lib. 4. in eundem cap. 7. *Non poſſumus (ait) ſecundum Eccleſiæ veritatem, dogmata liberam poteſtatem hominis (quod liberum arbitrium appellamus) vllo modo negare. Ita iuſti quidem præmiis propter iuſtitiam afficiuntur, qui verò male vixerunt, non iniuria puniuntur, &c.* Et THEODORETVS CYRENSIS in poſteriorem ad Corinthios, c. 8. exponens illud: Notum facimus vobis gratiam Dei, &c. *Dei autem gratiam vocans (ait) bonorum poſſeſſionem, non liberum arbitrium eiiciens, ſed docens quod per diuinum auxilium cogi poſſent opus virtutis, &c.* IDEM lib. 5. Epitomans diuinorum decretorum, cap. De antichriſto, meminit liberi arbitrij: & ſerm. 5 Græcarum affectionum, de natura hominis, ſtatim in initio multa profert ex ſcripturis teſtimonia pro defenſione liberi arbitrij: vnde & ſubdit. *Alia permulta id genus, & in Euangelius, & in Apoſtolorum monumentis facile quicunque velit inueniet, quibus plane oſtenditur abſolutum hominis voluntas liberumq; arbitrium.* Et oro lege. IDEM in Pſalm. 67. exponens illud: Pluuiam voluntariam ſegregabis, &c. *Pluuiam (inquit) doctrinæ irrigationem vocat: voluntariam autem appellauit ob liberũ arbitrium. Non enim ex neceſſitate irrigatur aliquis, ſed doctrina acquieſcens conſequitur gratiam.* IDEM ſectio. 3 in Ezechielem, exponens illud: Dabo eis cor vnum & ſpiritum nouum, &c. Dabo in viſceribus eorum, &c. *His (ait) non euerſionem liberi arbitrij declarauit, ſed futurum ab ipſe auxilium ſocietatemq; ad efficienda opera bona.* Et MAXENTIVS IOANNES ad calcem libelli fidei, quem obtulit legatis Apoſtolicæ ſedis Conſtantinop. &c. Habes illum ad calcem operũ Fulgentij impreſſum. *Liberum autem naturale arbitrium (ait) ad nihil aliud valere credimus, niſi ad diſcernenda tantùm & deſideranda carnalia ſiue ſecularia, quæ non apud Deũ, ſed apud homines poſſunt fortaſſis videri glorioſa. Ad ea verò, quæ ad vitam æternam pertinẽt, nec cogitare, nec velle, nec deſiderare, nec perficere poſſe niſi per infuſionem Spiritus ſancti, &c.* Et THEOPHILACTVS BVLGARIENSIS in cap. 15. Lucę, dum illud exponit: Dixit adoleſcentior filius Patri: Pater da mihi portionẽ ſubſtantiæ, &c. *Rationalis (inquit) ad quam ſubſequitur liberum arbitrium, ſubſtantia eſt hominis: Omne autem rationale liberi arbitrij eſt. Dat igitur nobis Dominus rationem, vt ea libere vtamur, tanquam noſtra ſubſtantia. Dat autem omnibus ex æquo: omnes enim ex æquo rationales ſunt, & æquè liberũ habent arbitriũ. At alij vtimur hac libertate ſecũdum rationem, alij autem dilapidamus donum diuinũ, &c.* IDEM in cap. 20. Lucæ, exponens illud Homo quidam plantauit vineam, & locauit eam colonis, &c. *Hanc igitur vineam (ait) cùm collocaſſet agricolis, miſericors peregrè profectus eſt, hoc eſt, permiſit eos in ea liberum arbitrium ingredi, &c.* IDEM in cap. 5 Ioannis contra Manichæos diſputat, qui liberum negabant arbitrium, dum illud exponit: Scrutamini ſcripturas, &c. Iterum in cap. 6. eiuſdẽ, dũ illud exponit: Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit me traxerit eum, &c. *Hoc autem dixit (ait) non vt libertatem tollat arbitrij, abſit, ſed vt oſtendat quòd multa habeat opus cooperatione a Deo is qui crediturus eſt, &c.* Et iterum exponens illud eiuſdẽ 6. cap. Dixit Ieſus ad duodecim: nunquid & vos vultis abire, &c. *Non dixit (ait) abite, hoc enim repellentis fuiſſet, ſed interrogauit, num vultis abire? quo verbo eos liberũ faciebat ſequẽrentur nec ne, & demonſtrabat quòd nolet eos reuerẽtia erga ſe comitari ſe, ſed vt ſcirent beneficium eſſe quod ſe ſequantur.* Et IOANNES DAMASCENVS, lib. 2. Orthodoxæ fidei, cap. 25. ſtatim initio. *De libero arbitrio, hoc eſt, quod in noſtra poteſtate ſitum eſt, ſermo primam quæſtionem habet, ſi quid in nobis in noſtraq; poteſtate eſt, nam multi ſibi in hoc aduerſantur. Secundam, quæ ſunt ea quæ in nobis ſunt, & quorum habemus poteſtatem. Tertiam cauſam exponere, ob quam qui fecit nos Deus libera poteſtatis fecerit.* Hæc autem capitib. 25.26.27.28. & reliquis diffuſè proſequitur, vt ſedulus lector facilè poterit legere. Denique NICEPHORVS CALLISTVS, lib. hiſtor. Eccleſ. cap. 3 pulchrè hominem libero arbitrio pręditum deſcribit, vt clarè legẽtibus patet. Et BEDA VENERABILIS, lib. 1. in cantica Canticorũ, de gratia Dei contra Iulianum ſtatim initio diſputat, & ita liberum defendit arbitriũ, vt nihilominus infirmum valdè dicat, niſi Dei gratia adiuuetur, vt iam in ſuperioribus dictum eſt. Denique IDEM exponens illud Euangelij Marci: verebuntur filiũ meum. *Hoc (ait) non de ignorantia dicit, ſed ſemper ambigere dicitur Deus, vt libera voluntas homini reſeruetur, &c.* Hęc eadem verba iterum repetit, lib. 5. in Lucam, ca. 20. Sed ſat progreſſi ſumus, nec enim ambigitur quin tantis Patribus fides adhibẽda ſit potiùs, quàm ceruicoſis hæreticis, cõtra quos etiã * Concilium SENONENSE decreto 15. ſic diſputat. *Et ſi nulla pene ſit tam aperta Catholica veritas, nullus tam manifeſtus ſacra ſcriptura locus, quem non hæretici ſuis cauillis & tergiuerſationibus eludant: nulla tamen in re tam impudenter, tantaq; vis Chriſtiana ſcelera debacchati ſunt, quàm in exterminando, profligandoq; libero arbitrio. Nam quid Chriſti fidelibus pernicioſius excogitare potuit hoſtis ille veritatis, quàm ſi vel a Pelagio ſeducti omnia ſine præſidio gratia ſibi tumidiùs arrogent, vel ſatiſcenti puſilloq; animo, cum Vvicleffo, neceſſitati ſubiecti, cõmutant omnia. Nihil profectò relictum erit tum diuinis legibus, tum*

Concilium Arauſicanum.

Concilium Valentinum, sub Lothario Imperatore. Leo I.

Cyrillus Alexandrinus.

Theodoretus Cyrenſis.

Maxentius Ioannes.

Theophilactus Bulgarienſis Epiſcop.

Ioannes Damaſcenus.

Nicephorus Calliſtus.

Beda Venerabilis.

Marc. 12.

humanis, nullis conſilijs, aut electioni, nullis precibus aut obiurgationi cæteriſq; id genus locus, nulla denique iuſtitia futura eſt, qua quibuſdam pœna, quibuſdā conſtituta ſint præmia, ſi pro Vuicleffi & Lutheranorum ſententia omnia de neceſſitate eueniant. Prodierat hic error primùm apud Gentiles (vt oſtendimus in vocabulo, Fatum, & in hoc ipſo vocabulo ex Iuſtino & alijs *ſed ſummo omnium conſenſu mox exploſus eſt, adeo liberum eſſe arbitriū velut euidenti quodam experimento cognitum omnibus mentibus ſeſe inculcat. Cùm igitur reliquerit Deus hominem in manu conſilij ſui, appoſueritq; coram eo ignem & aquam, bonum & malum, vt ad quocunq; voluerit porrigat manum ſuā: nec ab re beatus ille dicatur, qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus, facere mala & non fecit, quòd ſub eo ſit appetitus eius & dominetur illius, ac denique percurrenti ſacram Scripturam, paſſim obuium ſit quod liberam in vtramuis partem hominis aſſeueret arbitrium, ſatis eſſe viſum eſt ſacro prouinciali Concilio, libertatis huiuſmodi vires & metas exponere Neq; enim liberum arbitrium aſſerentes, diuinam excludimus propterea gratiam, quod illi falſò toties imponere non verentur, atque hoc fumo credulorum oculos perſtringere: ſed iuxta ſacram ſcripturam eo extendimus, vt voluntas humana miſericordia præuenientis auxilio ſuffulta, & interiori quodam & occulto ſecretioris inſpirationis afflatu contacta, ſeſe conuertat in Deum. Deo appropinquet, & ad veram illam gratiam ſe preparet, qua tandem accepta ſit ad vitam æternam. Neque tamen tanta gratiæ neceſſitas libero præiudicat arbitrio, cùm illa ſemper ſit in promptu, nec momentum prætereat in quo Deus non ſtet ad oſtium & pulſet: cui ſi quis aperuerit ianuam, intrabit ad illum, & cœnabit cum illo. Nec denique tale ſit huiuſmodi Dei trahentis auxiliū, cui reſiſti non poſſit. Quoties enim Dominus voluit congregare filios Hieruſalem, ſicut Gallina cōgregat pullos ſuos ſub alas, & noluerunt? Fruſtra certe Stephanus Iudæos dura ceruicis & incircumciſi cordis argueret, quòd ſemper Spiritui ſancto reſiſterent. Fruſtra Paulus Theſſalonicenſes admoneret, Spiritum ne extinguerēt, ſi diuinis inſpirationibus homines ineuitabiliter raperentur. Trahit quidem Deus, ſed in eius odorem currimus, non vi, non vnco rapimur Prædeſtinat, eligit, vocat: ſed eos demum adultos glorificat qui in fide & charitate radicati, per bona opera, certam ſuam vocationem electionemq; fecerint. Et licèt attingat a fine vſque ad finem fortiter, diſponit tamen omnia ſuauiter. Hanc igitur hæreſim arbitrij libertatem prorſus auferentem, non tam damnamus, quippe quæ iam olim ab Eccleſia & ſacroſanctis Concilijs damnata ſit.* Vt nos ex Cōcilio CARTHAGINENSI IV. cano 1. diximus in vocabulo, Diabolus, &c. Et ex Concilio GENERALI VI. actio 8. probauimus in vocabulo, Chriſtus conſtans duabus naturis & voluntatibus, &c. *quàm communi omnium conceptioni, & apertis ſcripturæ teſtimonijs declaramus eſſe contrariam.* Porrò, vt paucis concludamus, ſic definiuit FACVLTAS LOVANIENSIS anno 1544. ſub Carolo V. Imperatore congregata art. 7. & PARISIENSES anno 1543. ſub Franciſco I. artic. 2. *Credendum eſt certa & firma fide hominem ineſſe liberum arbitrium, quo poteſt bene vel male agere, & per quod, ſi etiam in peccato mortali fuerit, Deo adiuuante ad gratiam reſurgere valet.* Hanc doctrinam confirmat Concilium TRIDENTINVM, vt habes ſuperiùs in vocabulo, Iuſtificatio, Vide etiam vocabulo, Fides, Opera, Fatum, meritum, &c.

Contra Vuicleffum fati aſſertorem & Lutherum eius complicem.

Eccleſ. 15

Eccleſ. 31. Genes. 4.

Liberi arbitrij aſſertionē tolli gratiā Dei.

Pſal. 32. [illegible] 4. Zachar. 1. 1. Reg. 17. Amos 5. Apocalip. 3. Matth. 25. Actuum 7. 1. Theſſal. 5. Cantic. 1. Petr. 2. Sapient. 8.

Concilium Carthaginenſ. Concilium generale 6.

Facultas Louanienſis. Facultas Pariſienſis.

Concilium Tridentinum.

LIBER.

Librorum ſacrorum ſeu canonicorum numerus & authoritas.] Laborioſum eſſet

A omnium Patrū nomina hic exprimere, qui librorum canonicorum iudicem teſuerunt, vel qui in eos commentaria ediderunt: ſufficiet nobis illorū authoritatem è ſacris Conciliorum decretis demonſtrare, quanquam in quibuſdam locis aliquid iam præſtiterimus, vt in vocabulo, Apocalypſis, Apocrypha, &c. Volo interea vt lector attēdat diligenter, quia non ſemper in ſingulis decretis recitatur completus librorū numerus, & quòd non ideo factum æſtimandum eſt, quaſi illud excludāt quod non proferunt: nam vel ante in alijs decretis hi libri citati ſunt, vel quorundā fortè incuria omiſſi ſunt. Videbis tamen omnes quos habemus libros canonicos plurium decretorū authoritate
B ſuffultos, vt quod in vno deficit in alio ſuppleatur. Incipiemus autem à catalogo librorū canonicorum veteris & noui teſtamenti, quem nobis Apoſtoli reliquerunt. Sic quippe CANON APOSTOLORVM 84. *Sint vobis* (ait) *omnibus clericis & laicis libri venerandi & ſancti, veteris quidem teſtamenti Moſis quinque. Geneſis, Exodus, Leuiticus. Numeri, Deuteronomiū. Ieſu Naue vnus, Iudicum vnus. Ruth vnus, Regnorum 4. Paralipomenon, id eſt, derelictorum libri dierum 2. Eſdra duo. Heſter vnus, Machabæorum tres, Iob vnus, Pſalterium vnus, Salomonis tres, Prouerbia, Eccleſiaſtes, Cantica canticorum, Prophetarū duodecim vnus, Eſayæ vnus, Hieremiæ vnus, Ezechielis vnus, Daniel vnus. Extrinſecus autem a vo-*
C *bis intelligatur debere veſtros adoleſcentes diſcere, ſapientiam eruditiſſimi Sirach. Noſtra autem, id eſt, noui teſtamenti Euāgelia 4 Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. Pauli epiſt. 14. Petri epiſtolæ duæ, Ioannis tres, Iacobi vna, Iudæ vna, Clementis epiſtolæ duæ, & ordinationes vobis Epiſcopis per me Clementem in octo * libris editæ (quæ non ſunt omnibus diuulgandæ, propter ea quæ ſunt in eis myſtica) & actus noſtri Apoſtolorum.* Hæc canon. Omnium horum librorum paſſim mentionem facit DIONYSIVS AREOPAGITA, vnde & generaliter illos nominat lib. Eccleſiaſt. Hierarchiæ, cap. 1. *Huiuſmodi* (ait) *plena venerationis eloquia dicimus, quæque a beatiſſimis Patribus noſtris, à quibus ſacris myſterijs imbuti ſumus,*
D *in ſanctis ac Theologicis commendata ſunt libris, &c.* Vide Traditio. Sæpiùs quoque authoritatem profert ex epiſt. Iacobi, & ex epiſt. ad Hebr. & ex Apocalypſi, vt ſuis locis repoſuimus, quos libros etiā damnant hæretici. Sic & antiquiſſimi ſcriptores CYPRIANVS CARTH. omnium illorum libr. paſſim meminit, & ſpecialiter in lib. exhortationes ad Martyrium, c. 1. & lib de ſingularitate clericor. Machab libros approbat, & GREG. NAZIAN. orat. 20. in Machab. & EVSEB. EMISSE. orat in eoſdem, & AMBROSIVS MEDIOL. lib 2. de Iacob & vita Beata, cap. 9. 10. 11. & 12 lege obſecro. Et IOANNES CHRYSOSTOMVS, homil. 4.
E de verbis Eſayæ Prophetæ, tomo 1. vbi ſingulariter matrem 7. Machabæorum & hiſtoriam egregia laude proſequitur. De epiſtola verò Iudæ, quæ in præfato canone non habetur, tamen in ſequentib. decretis inſeretur. CLEMENS ALEXANDR. loquitur lib 3. Stromatum, vbi illam epiſtolam in teſtimonium citat circa initium, vt etiam meminit EVSEBIVS CÆSARIENSIS, libro ſexto, hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite decimoſeptimo, hic etiam libro ſecundo, capite vigeſimotertio, profitetur epiſtolam Iacobi canonicam eſſe, & illam Iudæ, dicens: *Quamuis* (ait) *quidam non recipiant, nos tamen ſcimus etiam iſtas cum cæteris ab omnibus penè Eccleſijs recipi.* Idem Euſebius, libro tertio, cap. 2. teſtatur de epiſtola ad Hebræos, & iterum

Canon Apoſtolorum.

Attende quæ ſequuntur in calce huius canonis annotata.

* Horum librorum meminit Euſebius lib. 6. cap. 17. hiſtoria, &c.

Dionyſius Areopagita.

Cyprianus Carthaginenſ.

Libri Machabæorum.

Epiſtola Iudæ.

Clemens Alexandrinus.

Euſebius Cæſarienſis.

lib.6.cap.12. Verùm tempus deficeret ſi pergerem authoritatem illorum librorum ex ſcripturis Patrum hic afferre.

Tertullianus Carthagineuſ.

Lege TERTVLLIANVM lib de præſcriptionibus aduerſus hereticos,& lib.4.aduerſus Marcionẽ ad calcem voluminis

Irenæus Lugdunenſis.

Lege IRENAEVM Lugdunenſem,lib 3.contra hæreſes Valentios & Similium,c.12 &c.vt diximus vocabulo,Euãgeliſta.Deoique texuit iudicem ſacrorũ voluminum

Cyrillus Ieroſolymitanus.

CYRIL. HIEROSOL. catech.4.illuminatorum Hieroſolymis,cap.de libris ſcribit autem ita.*Veteris quidem teſtamenti viginti duos meditare libros,&c.* Tum de Iudæ & Iacobi epiſtolis ſpecialiter mentionẽ facit.Vide locum.

Epiphanius Cypri.

Sic EPIPHAN. CYPRI. canonic.libr.iudicem cõtexuit,lib.2.contra hæreſes hær.8.quæ eſt contra Epicureos,& iterum,lib.de menſuris & ponderibus adhuc libros canonicos numerat.

Hieronymus Stridonenſis.

Habes & HIER. STRIDON. epiſt ad Paulinum,quæ incipit:frater Ambroſius,& iterum prologũ eius Galeatum in libros Regum,vbi ſæpiùs librorum canonicor. meminit. Vt autem ad Patrũ decreta his præmiſſis reuertamur

Euſebius Cæſarienſis.

EVSEB.Cæſarienſis præfatus,lib.3.Eccleſ.hiſtor.c 19 &

Ordo & numerus canonicorum librorum

Cyprianus Carthaginenſ.

CYPRIAN. Carthaginen. expoſitione in Symbolum,canonic.libr.iudicem à Patribus receptum attexuerunt, quem poſtea

Concilium Laodicenũ cõfirmatur in 6. generale Synodo in Trullo.

Concilium LAODICEN. ſub Liberio I.& Damaſo I.ſic ordinauit,can 59. *Non oportet* (ait) *ab idiotis Pſalmos compoſitos & vulgares in Eccleſiis dici,neque libros,qui ſunt extra canonem,legere,niſi ſolos canonicos noui & veteris teſtamenti. Quæ autem oporteat legi & in authoritatem recipi hæc ſunt.Ex veteri teſtamento,Geneſis,Exodus,id eſt,exitus ex Ægypto. Leuiticus,Numeri,Deuteronomium,Ieſu Naue,Iudicum,Ruth,Heſter.Regum 1 2.3.& 4 Paralipomenon 1.& 2.Eſdræ 1.& 2.liber Pſalmorum 150. Prouerbia Salomonis,Eccleſiaſtes,Cantica canticorum,Iob,duodecim Prophetæ,Eſayas,Hieremias,Baruch,Lamentationes,& epiſtolæ Ezechiel,Daniel. Noui autem teſtamenti hæc Euangelia 4. ſecundum Matthæum,ſecundum Marcum,ſecundum Lucam,ſecũdum Ioannem,Actus Apoſtolorũ.epiſtolæ Catholicæ,Iacobi vna,Petri duæ,Ioannis tres,Iudæ vna,Pauli Apoſtoli numero 14.ad Romanos vna,ad Corinthios duæ,ad Galathas vna ad Epheſios vna,ad Philippẽſes vna,ad Coloſſenſes vna,ad Theſſalonicenſes duæ,ad Hebræos vna,ad Timotheum duæ,ad Titum vna,ad Philemonem vna.*

Non meminit Iudith nec Thobię vide infrà.

Hęc Concilium denique * Concil.CARTH. III. can.47. ſub Syricio I.cui interfuit Auguſt.

* Scripſit Auguſtinus & catalogum ſacrorum librorum lib 2 de doct. Chriſtian

Concilium Carthaginenſ.

Placuit,vt præter ſcripturas canonicas,nihil in Eccleſia legatur ſub nomine diuinarum ſcripturarum. Sunt autem canonicæ ſcripturæ,Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri,Deuteronomium,Ieſu Naue,Iudicum,Ruth, Regnorum 4. libri,Paralipomenon duo,Iob, Pſalteriũ Dauidicũ,Salomonis lib.5.lib.12. Prophetarũ, Eſayas, Hieremias,Ezechiel,Daniel,Thobias, Iudith, Heſter, Eſdræ lib.2. Machabæorum lib.2. Noui autem teſtamenti Euangeliorum lib.4. Actuum Apoſtolorum liber vnus,Pauli Apoſtoli epiſt.13.eiuſdem ad Hebræos vna.Petri Apoſtoli duæ.Ioannis Apoſtoli tres, Iudæ Apoſtoli vna,& Iacobi vna.Apocalypſis Ioannis,liber vnus. Hæc Concilium.

Diuerſa decreta proferimus, vt quod eſt in vno omiſſum, oſtendamus in altero ſuppleri,vt hic habes de Iudith & Thobia, & Sapientia ,& Eccleſiaſtico,nec dum recẽſita.

Concilium Hipponenſe.

Innocentius 1.

Hunc numerum & ordinem adhuc ſemel innouat Concil. HIPPON. can.30.& INNOC. I.eoſdem per ordinem libros iterum memoratur epiſt.3.ad Exuperium Epiſcopum Toloſanum,ca.7 nec eſt opus repetere,quoniam nõ eſt diuerſitas in illius & huius catalogo. Addit verò Innocentius cætera autem (inquit) quæ vel ſub nomine Mathiæ ſiue Iacobi minoris vel ſub nomine Petri & Ioannis, quæ à quodam Leucio ſcripta ſunt,vel ſub nomine Andreæ, quæ à Nexocharide & Leonide Philoſophis, vel ſub nomine Thomæ quæ à Manichæis vt dicit Cyrillus Hieroſolymitanus,vbi ſuprà & ſi qua ſunt alia,non ſolùm repudienda,verùm etiam noueris eſſe damnanda Vide ſuprà Apocrypha libri, &c.

Concilium Toletanum 1

Eum quoque ordinem ſequitur Concilium TOLETANVM I. in confeſſione ſuæ fidei ad calcẽ, & addit contra Priſcillianiſtas. *Si quis dixerit vel crediderit alias ſcripturas, præter quas Eccleſia Catholica recipit , in authoritate habendas vel venerandas eſſe,anathema ſit* Porrò licèt ordo præfatorum librorum iam ſit ſufficienter expreſſus,tamen libet adhuc eundem proferre , ſicut ordinatus eſt in

Concilium Ro[illegible] ... laſio 1. habes ... Græ[illegible] ... ſtend[illegible] ... Ep[illegible] &

Concil ROMANO quod celebrauit Gelaſius I. Epiſcopor. 70. *Hi libri canonici Geneſis liber vnus. Exodi liber vnus , Numeri liber vnus , Leuitici liber vnus,Deuteronomij liber vnus, Ieſu Naue liber vnus, Iudicum liber vnus,Ruth liber vnus,Regnorum lib 4. Paralipomenon lib 2 Pſalmorum 150. liber vnus,Salomonis libri tres, Prouerbia. Eccleſiaſtes . & Cantica canticorum, item Sapientia liber vnus , Eccleſiaſticus liber vnus, item ordo Prophetarum , Eſaiæ liber vnus, Hieremiæ liber vnus,Cinoth,id eſt,de Lamẽtationibus ſuis , Ezechielis liber vnus , Danielis lib.1. Oſeæ li 1 Iohel lib 1 Amos liber 1.Michea liber 1. Abdiæ liber 1 Ionæ liber 1.Nahum liber 1 Abacuc liber 1 Sophoniæ liber 1.Aggæi liber 1 Zachariæ liber 1.Malachiæ liber 1.Item ordo hiſtoriarum,Iob liber 1.Thobiæ liber 1.Eſdræ liber 1 * Heſter liber 1 Machabæorum liber 1. Item ordo ſcripturarũ noui & æterni teſtamenti.Euangeliorum lib.4. ſecundum Matthæum librum vnum. ſecundum Marcum librum vnum , ſecundum Lucam librum vnum, ſecundũ Ioannem librũ vnum.Actuum Apoſtolorum librum vnum , Epiſtolæ Apoſtoli Pauli, numero 14. ad Romanos epiſt.1. ad Corinthios epiſt.2. ad Galathas epiſt 1 ad Theſſalonicẽſes epiſt.2 ad Epheſios epiſt.1.ad Philippenſes epiſt.1. ad Coloſſenſes epiſt.1 ad Timotheum epiſt 2.ad Titum epiſt 1. ad Philemonẽ epiſt.1.ad Hebræos epiſt.1.Apocalypſis Ioannis liber 1 Item canonica epiſt.num.7.Iacobi Apoſtoli epiſt 1 Petri Apoſtoli epiſt.2 Ioannis Apoſtoli epiſt.3 Iudæ Zelotis Apoſtoli epiſt 1.*

* H[illegible] ... Nõ ... hos libros ... confirmant & ... Eccleſia

Hic repete ea quæ inuenies, Eccleſiæ authoritas, vbi hæc omnia decreta confirmatur ex Concilio LATERAN. ſub Innocentio III.

Calliſtus.

Porrò NICEPH. CALLISTVS , ex Origene in expoſitione Pſal 1. Catalog canonic. libr.ponit lib 5. hiſtor Eccleſ c.16 quem libenter hic inſeruiſſem,ſed non differt à præcedentibus.

Conci[illegible] T[illegible] generale.

Præterea Concil. TRIDENT. generale nouiſſimum,ſeſſio.4 ſub Paolo III io initio ſic loquitur. *Sacroſancta Oecumenica & generalis Synodus orthodoxorum Patrum exempla ſecuta,omnes libros tam veteris,quàm noui teſtamenti cum vtriuſque vnus Deus ſit author) nec non traditiones , tum ad fidem, tum ad mores pertinentes,tanquam vel oretenus à Chriſto vel à Spiritu ſancto dictatas,& continua ſucceſſione in Eccleſia Catholica cõſeruatas, pari pietatis affectu ac reuerentia ſuſcipit ac veneratur* (Sacrorum vero ſo- fert) *librorũ indicem huic decreto aſcribendũ cenſuit, ne cui dubitatio ſuboriri poſſit,quinam ſint qui ab ipſa Synodo ſuſcipiantur Sunt vero infraſcripti Teſtamenti veteris,5 lib.Moſis,ſcilicet Geneſis,Exodus,Leuiticus, Numeri, Deuteronomiũ deinde,Ioſue,Iudicum. Ruth, Regum 4 Paralipomen.duo,Eſdræ duo,primus [illegible] & ſecũdus,qui dicitur Nehemias,Thobias,Iudith,Heſter,Iob,Pſalterium Dauidicum 150.Pſalmor.Parabolæ Salomonis,Eccleſiaſtes.Cantica cãticorum. Sapientia. Eccleſiaſticus,Eſaias,Hieremias cũ Baruch,Ezechiel Daniel. Duodecim Prophetæ minores, ſcilicet Oſea. Iohel,Amos,Abdias,Ionas, Micheas, Nahum, Aba-*

cuc.

A *cuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum, primus & ſecundus. Teſtamenti noui quatuor Euangelia, ſecundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem, Actus Apoſtolorũ a Luca Euangeliſta conſcripti, quatuordecim epiſtolæ Pauli Apoſtoli, ſcilicet ad Romanos, ad Corinthios duæ, ad Galathas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad Theſſalonicenſes duæ, ad Timotheum duæ, ad Titũ, ad Philemonem, ad Hebræos, Petri Apoſtoli duæ, Ioannis Apoſtoli tres, Iacobi Apoſtoli vna, vna Iudæ Apoſtoli, & Apocalypſis Ioannis Apoſtoli. Si quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueuerunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro ſacris & canonicis non*

B *ſuſceperit, & traditiones prædictas ſciens & prudens cõtempſerit, anathema ſit. Illa vetus & vulgata editio, quæ longo tot ſeculorũ vſu in Eccleſia ipſa probata eſt, in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus, & expoſitionibus pro authentica habeatur, & eam nemo reiicere quouis prætextu, audeat vel præſumat.* Vide & in vocabulo, Sacra ſcriptura, &c. Porrò ſi plora noſſe cupis de Catalogo ſacræ Scripturæ, IOANNES DRIEDO, tomo 1. operum lib. 1 de Eccleſiaſticis ſcripturis & dogmatibus, cap. 1 de his ſufficientiſſimè ſcripſit, & doctiſſimè librorũ canonicorum authoritatem è ſcripturis probauit, quem velim vt adeas. Scripſit & nõ cum minori laude GEORGIVS EDER, etiam nunc, vt cre-

C do, in viuis agens, eo excellẽti opere quod emiſit nuper in lucem, & vocatur Oeconomia Bibliorũ, &c. dicauitque ſummis Eccleſiæ & Imperij monarchis, Pio V. Pontifici Maximo, & Maximiliano II Imperatori Auguſto poteris facilè eorum lecturis animum paſcere, & quod minùs hic eſt præſtitum reuoluere.

In vituperatorem & corruptores ſacrorũ codicum.

Ioannes Driedo à Turnhout Louanienſis doctor celeberrimus.

Georgius Eder floret nunc in Germania.

Libri apocryphi qui ſint.] Habes in vocabulo, Apocryphum. Lege obſecro.

Libri authentici & legendi qui ſint.] CLEMENS I. lib. 1. Conſtitutionum Apoſtol. cap. 6 & 7. ſic Apoſtolos memorat ſtatuiſſe. *Abſtine te ab omnibus gentilium libris. quid enim tibi cum externis libris, vel legibus, vel falſis prophetis, quæ quidem leues à fide abducũt. Nam quid tibi deeſt in lege*

D *Dei, vt ad illas gentium fabulas confugias? Nam ſi hiſtorica percurrere cupis, habes Reges: ſi ſophiſtica & poetica, habes Prophetas & Iob, & Prouerbiorum authorem, in quibus omnis poeticæ ac ſapiẽtiæ accuratam rationem inuenies, quoniam Domini Dei, qui ſolus eſt ſapiens, voces ſunt. Quod ſi cantilenas cupis, habes Pſalmos: ſi rerum origines noſſe deſideras, habes Geneſin: ſi leges & præcepta, glorioſam Dei legem. Ab omnibus igitur externis & diabolicis libris vehementer te contine. Verumtamen legem quoque perleges, inducta illa atque adiecta quæ appellantur, reiice quod ſi non omnia, at quædam quæ ſunt in traditionibus ſeniorum, Deuteroſes quæ appellantur. Solum autem hiſtoriæ cauſa, illa*

E *lege, vt cognoſcas & glorifices Deum, qui te à talibus ac tantis vinculis liberauit, &c.* Et Conciliũ CARTHAGINENSE III can. 47. *Liceat* (ait) *legi paſſiones martyrum, cum anniuerſarij dies eorum celebrantur.* Scripſit autẽ in laudem martyrum PHILEAS THEBAIDIS Epiſcopus inſigne volumen omni pietate & eruditione plenum, & reliqui multi Patres quorum ſcripta commẽdantur. Denique Concilium ROMANVM ſub Gelaſio I. 70 Epiſcoporum, vt iam allegauimus ſæpiùs, apocryphorum, canonicorum, & authenticorum voluminum iudicem texuit, vt ſuis locis repoſuimus. De authenticis autem libris ſic loquitur, & allegatur à Gratiano, diſt. 15 cap. Sancta Romana.

Clemens 1. horum librorum ſuperiùs meminimus & laudat Epiphanius libr. 1. hæreſi 45. contra Seuerianos.

Paſſiones martyrum legi iubentur.

[illegible] Carthaginenſe 3. cui interfuit Aug[illegible]

Phileas Thebaides Epiſcopus.

Concilium Romanum ſub Gelaſio 1.

A *Sancta Romana Eccleſia poſt illas veteris & noui teſtamenti, quas regulariter ſuſcepimus, etiã has non prohibet ſuſcipi ſcripturas, id eſt, ſanctam Synodum Nicænam* (vide plura in vocabulo, Conciliorum authoritas, Canon, & Traditio) *Patrum 318 mediante Maximo Conſtantino Auguſto, in qua Arrius hæreticus condemnatus eſt: ſanctam Synodum Conſtantinopolitanam, mediante Theodoſio ſeniore Auguſto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit: ſanctam Synodum Epheſinam, in qua Neſtorius condemnatus eſt conſenſu beatiſſimi Cæleſtini Papæ, mediante Cyrillo Alexandrinæ ſedis antiſtite, & Archadio Epiſcopo ab Italia deſtinato: ſanctam Synodum Chalcedonenſem mediante Martiano Auguſto, & A-*

B *natolio Conſtantinopolitano Epiſcopo, in qua Neſtoriana & Eutychiana hæreſis, ſimul cum Dioſcoro, aliiſq; complicibus damnatæ ſunt. Sed & ſi qua ſunt Concilia, à ſanctis Patribus hactenus inſtituta: poſt horum authoritatem, & cuſtodienda, & recipienda & decernimus, & mãdamus. Item opuſcula beati Cypriani martyris, & Carthaginenſis Epiſcopi, item opuſcula beati Gregorij Nazianzeni Epiſcopi, itẽ opuſcula beati Baſilij Cappadociæ Epiſcopi, item opuſcula beati Athanaſij Alexandrini Epiſcopi, item opuſcula beati Cyrilli Alexandrini Epiſcopi, item opuſcula beati Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi, item opuſcula beati Theophili Alexandrini Epiſcopi, item opuſcula beati Hilarij Pictauienſis Epiſcopi, item opuſcula beati Ambroſij*

C *Mediolanenſis Epiſcopi, item opuſcula beati Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi, item opuſcula beati Hieronymi presbyteri, item opuſcula Proſperi viri religioſiſſimi, item epiſtola beati Leonis Papæ ad Flauianũ Conſtantinopolitanum deſtinata, cuius textum ſi quis vſque ad vnum iota diſputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema ſit. Item opuſcula & tractatus omnium orthodoxorum Patrum, qui in nullo à ſancta Romana Eccleſia conſortio deuiarunt, nec ab eius fide vel prædicatione ſeiuncti ſunt, ſed ipſius communionis per gratiam Dei, vſque in vltimum diem vitæ ſuæ fuere participes, legendos decernimus. Item decretales epiſtolas quas beatiſſimi Papæ diuerſis temporibus ab vrbe Romana pro diuerſorum Patrum conſo-*

D *latione dederunt, venerabiliter recipiendas, item geſta ſanctorum Martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confeſſionum triumphis irradiant. Quis iſta Catholicorũ dubitet, & maiora eos in agonibus fuiſſe perpeſſos, nec ſuis viribus, ſed gratia Dei & adiutorio vniuerſa toleraſſe? Sed ideo ſecũdum antiquam conſuetudinem, ſingulari cautela, in ſancta Romana Eccleſia non legũtur, quia & eorum qui conſcripſere nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut idiotis ſuperflua, aut minus apta, quã rei ordo fuerit, ſcripta eſſe putantur, ſicut cuiuſdam Cyrici & Iulitæ, ſicut Georgij, aliorumq; eiuſmodi paſſiones, quæ ab hæreticis perhibentur compoſitæ, propter quod, vt dictum eſt, ne vel leuis ſubſannandi oriretur occaſio, in ſancta Ro-*

E *mana Eccleſia, non leguntur. Nos tamen cum prædicta Eccleſia omnes martyres, & eorum glorioſos agones, qui Deo magis quam hominibus noti ſunt, omni deuotione veneramur. Item vitas Patrum Pauli, Antonij, Hilarionis, & omnium heremitarum, quas tamen vir beatiſſimus deſcripſit Hieronymus, cum omni honore ſuſcipimus.* Scripſit autem lib. 1. de vitis ſanctorum Patrum PETRONIVS BONONIENSIS Epiſcopus ſub Theodoſio & Valentiniano ante Hieronymum anno 385. ne fortè etiam ipſe Pater author fuerit libelli qui Hieronymo aſcribitur. Scripſit & PALLADIVS CAPPADOCIÆ vitas diuerſorum Patrum heremitarum, vt alibi meminimus, ſed hæc dicta ſint breuiter. *Item actus*

Nicenum 1 generale

Generale 2.

Generale 3.

Generale 4.

Conciliorum approbatio & authoritas

Epiſtolæ Leonis 1. authoritas iam aliis in locis commendata eſt, puta neputes quia hac admittendo reliquas quæ multæ ſunt damnari, nec damnat authores quorum hic non meminit. Geſta martyrum.

Quirici.

Petronius Bononienſis.

Palladius Cappadociæ Epiſcopus author traditi quiſque [illegible] dicitur.

* Hic lege Nicephorum lib. 7 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 32 & 33 qui horum libelli meminit.
1. Theſſal 5
* Hiſtoriam de Inuẽtione crucis Nicephorus [illegible] eſſet lib. 8 cap. 23 & Ambroſius Mediolaneſis in oratione de obitu Theodoſij Imperatoris.
* Hiſtoria de inuentione capitis Ioannis Baptiſtæ habetur inter opera Cypriani Carthaginenſis.

*beati Sylueſtri Apoſtolicæ ſedis præſulis,licet * eius qui* A
conſcripſit nomen ignoretur, a multis tamen in vrbe
Roma Catholicis legi cognouimus,& pro antiquo vſu
multa hæc imitantur Eccleſia. Item ſcripturam de in-
*uentione crucis * Dominicæ, & aliam ſcripturam de*
inuentione capitis Ioannis Baptiſtæ, nonnullæ quædam
ſunt reuelationes,& nonnulli eas Catholici legunt. Sed
cum hæc ad Catholicorum manus aduenerint beati A-
poſtoli Pauli præcedat ſententia:Omnia probate,quod
bonum eſt tenete. Item Rufinus vir religioſus plurimos
Eccleſiaſtici operis edidit libros, nonnullas etiam ſcri-
pturas interpretatus eſt,ſed quoniam eum beatus Hie-
ronymus in aliquibus de arbitrij libertate notauit, illa
ſentimus, quæ prædictum beatum Hieronymum ſentire B
cognoſcimus:& non ſolum de Rufino,ſed etiam de di-
uerſis,quos vir ſæpius memoratus zelo Dei,& fidei re-
ligione reprehendit. Item Origenis nonnulla opuſcula,
quæ vir beatiſſimus Hieronymus non repudiat, legen-
da ſuſcipimus: reliqua autem omnia cum authore ſuo
dicimus eſſe renuenda. Item chronica Euſebij Cæſa-
rienſis, & eiuſdem hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libros, quam-
uis in primo narrationis ſuæ libro tepuerit,& poſtea in
laudibus atque excuſatione Origenis ſchiſmatici vnum
conſcripſerit librum, propter rerum tamen notitiam
ſingularem,quæ ad inſtructionem pertinent, vſquequa-
que non dicimus renuendos. Item Oroſium virum eru-
ditiſſimum collaudamus, qui valde nobis neceſſariam
aduerſus paganorum calumnias dignam ordinauit hi-
ſtoriam miraq. breuitate contexuit. Item venerabilis C
viri Sedulij Paſchale opus,quod heroicis deſcripſit ver-
ſibus,inſigni laude præferimus. Item Iuuenci nihilomi-
nus laborioſum opus non ſpernimus, ſed miramur. Cæ-
tera quæ ab hæreticis ſiue ſchiſmaticis conſcripta vel
prædicata ſunt, nullatenus recipit Catholica & Apo-
ſtolica Romana Eccleſia. Hæc Gelaſius I. omnia au-
tem qui in præmiſſo decreto continentur, ex-
preſsè ſe tenere & approbare fatetur IVSTINIA-
NVS IMPERATOR in epiſtola, quam direxit

Iuſtinianus Imperato.

Patribus Concilij V generalis, quæ inſeritur col-
latione prima prædictæ Synodi,& ea ſe defende-
re,& quæcunque in prænominatis libris haben-

O Principis zelum & religionem eximiam.

tur,& Cõcilijs ab Eccleſia receptis,vſque ad mor-
tem ſe paratum oſtendit,cõtraria omninò iubens D
his reſpui. Huic etiam quædam citat volumina,
quæ tanquam impia & hæretica deteſtari ſe dicit,
quæ ab hæreticis conſcripta fatetur,& ideo prot-
ſus aſpernanda & euitanda mandat. Eius autem
verba vna cum profeſſione fidei Patrum præfati

Concilium generale Conſtantinopolit. 2. ſub eodem principe & Vigilio 1.

Concilij GENERALIS V. quæ habentur col-
latione tertia,hæc ſunt. *Confitemur* (ait Imperator
& poſt eum Patres præfati) *fidem tenere,& prædi-*
care ab initio,donatam a magno Deo & ſaluatore no-
ſtro Ieſu Chriſto ſanctis Apoſtolis, & ab illis in vni-
uerſo mundo prædicatam, quam & ſancti Patres con-
feſſi ſunt, & explanauerunt, & ſanctis Eccleſiis tradi-
derunt:& maxime qui in ſanctis quatuor Synodis con- E

Nicena 1. Conſtantinopolitana 1. Epheſina 1. Chalcedonenſis 1.

uenerunt, quos per omnia & in omnibus ſequimur &
ſuſcipimus,cum aliis ſanctis Patribus,& ſanctas qua-
tuor Synodos,id eſt,trecentos decem & octo Patres Ni-
cææ congregatos,centum quinquaginta, qui Conſtanti-
nopoli conuenerunt,& Epheſi primo ducentos,& Chal-
cedone ſexcentos triginta, & omnia quæ à prædictis
ſanctis quatuor Conciliis pro vna eademq; fide definita
ſunt, ſuſcipimus,& omnes condemnatos prædictis ſan-
ctis quatuor Conciliis,tanquam condemnatos & ana-
thematizatos habemus, vna cum aliis hæreticis. His
ita ſic habentibus certum facimus, quòd omnia quæ a
prædictis ſanctis quatuor Conciliis, ſicut prædictum eſt,
pro recta fide definita ſunt,& de ſtatu Eccleſiaſtico re-
gulariter diſpoſita, & ſeruauimus & ſeruamus, licet

A *enim per diuerſa tempora,cõtra exortos hæreticos præ-*
dicta ſancta Synodi quatuor facta ſint, tamen vnam
eandemq; confeſſionem rectæ fidei ſeruauerunt & præ-
dicauerunt:& ideo omnia quidem conſonantia his,quæ
a memoratis ſanctis quatuor Conciliis pro recta fide
definita ſunt, ſuſcipimus. Omnia verò quæ non conſo-
nant his,quæ definita ſunt ab his ſanctis quatuor Con-
ciliis pro recta fide,vel ad iniuriam, vel ad contrarie-
tatem earundem quatuor Synodorum,vel vnius ex eis
vel ad defenſionem hæreticorum, & eorum impietatis
ſcripta ſunt, aliena pietatis iudicantes, condemnamus
& anathematizamus, &c. Super hæc ſequimur per
omnia,& ſanctos Patres & Doctores Eccleſiæ, Atha-
naſium, Hilarium, Baſilium, Gregorium Theologum,
B *& Gregorium Niſſenum, Ambroſium, Auguſtinum,*
Theophilum,Ioannem Cõſtantinopolitanum,Cyrillum,
*Leonem, * Proculum,& ſuſcipimus omnia quæ de re-*
cta fide & condemnatione hæreticorum expoſuerunt.
Suſcipimus autem & alios ſanctos & orthodoxos Pa-
tres,qui in ſancta Dei Eccleſia Catholica & Apoſtoli-
ca ſeruanda & prædicanda rectam fidem irreprehenſi-
biliter vſque ad finem vitæ ſuæ prædicauerunt. Hac
igitur recta cõfeſſione in ſancta Dei Catholica & Apo-
ſtolica Eccleſia ſeruanda & prædicanda,ſi quis ſemet-
ipſum ab eius cõmunione ſeparet, contraria ei ſapiens,
talis ſemetipſum alienans recta fidei & hæreticis com-
munerans,iuſte a ſancta Dei Eccleſia condemnatur &
anathematizatur,&c. De quatuor autem Concilijs
C & alijs habes ſuo loco multoplura teſtimonia,ſci-
licet Conciliorum authoritas, &c. & Canon, &
Traditio. Vbi etiam, ſcilicet in vocabulo, Tradi-
tio,Omnes præfati doctores iterum nominantur,
ex epiſtola Patrum Concilij MEDIOLANEN-
SIS ad Conſtantinum IV. Imperatorem Iterum
habes eos commendatos & nominatos ſuprà in
vocabulo,Chriſtus duplici volũtate & operatio-
ne præditus,&c. Ex Concilio GENERALI VI.
Conſtantinopolitano III. ſub eodem Conſtan-
tino,Pogonato,& Agathone I. Vide præfatos lo-
cos. Denique iterum prædicta decreta confirmat
Concilium LATERANENSE ſub Martino I.
conſultatione ſeu ſecretario 5. perge ad vocabu-
D la,Concilium,Canon,& Traditio,&c. huiuſmodi
& Scriptura,&c.

Multo plura habes in vocabulo, Conciliorum authoritas,&c. & Canon, & Traditio,&c.

* Huius Proculi nec Hieronymus, [illegible] meminerunt, ne Nicephorus [illegible] qui [illegible] quendam hæreticum [illegible] doctore de Proclo intelligendum Conſtantinopolitano Epiſcopo, [illegible] hoc [illegible] dicto remitto.

Concilium Mediolanenſe.

Concilium generale 6.

Concilium Lateranenſe ſub Martino 1.

Libri canonici non vulgari lingua eden-
di.] Quia multæ inde hæreſes ortæ ſunt, de ſcri-
pturis videlicet (vt ait Auguſtinus) malè intelle-
ctis & verſis,ideo ſalubri conſilio prouidit Con-
cilium TOLOSANVM ſub Ludouico IX. Rege
Francorum,can. 8. *Diſtricte* (ait) *præcipimus,ne no-*
uum & vetus teſtamẽtum laicis vulgari lingua tranſ-
latum permittatur,& manibus geſtari prohibemus,niſi
ſit pſalterium, vel horæ beatæ Virginis, quas quilibet
ſpeciali deuotione habere voluerit. Lege FRIDE-
RICI STAPHYLI, par 2. Apologiæ ſuæ. De
E Germanica bibliorum verſione,vbi clariſſimè do-
cet quot in orbem incommoda,ex eiuſmodi edi-
tione in vulgarem linguam,inuecta ſint. Lege &
iam memorati IOANNIS DRIEDONIS,
tomo 1 operum lib. 2. de Eccleſiaſticis ſcripturis &
dogmatibus,cap de tranſlatione ſacræ Scripturæ.
Porrò Concilium SENONENSE, cap. 34. prohi-
bet,ne libri vernacula lingua compoſiti,de fide &
moribus tractantes,legi vulgo concedantur, niſi
fuerint antè a diœceſanis viſitati & approbati: &
iubet vt hoc ſtatutum ter aut quater in anno pu-
blicetur. Vide quod ſequitur.

Concilium Toloſanum [illegible] ſiue [illegible] locum concilium.

Fridericus Staphylus.

Ioannes Driedo [illegible] Louanienſis.

Concilium Senonenſe.

Libri hæreticorum comburendi & ca-
uendi,&c. Lege ſupra,vbi hæc ſufficienter tra-
ctata ſunt.

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

A Libri imprimendi viſitentur, nec imprimantur ſine priuilegio.] Concilium LATERANENSE ſub Leone X. ſeſſio. 10. *Quoniam multi ea arte abutuntur, qua ad releuandam bonarum artium propagationem ſalubriter eſt inuenta, hoc ſacro approbante Concilio, vt negotium impreſſionis librorum huiuſmodi eo proſperetur fœlicius, quo deinceps indago ſolertior diligentius & cautius adhibeatur. Statuimus & ordinamus, quòd de cætero futuris temporibus nullus librum aliquem, ſeu aliam quamcunque ſcripturam tam in vrbe noſtra, quam aliis quibuſuis ciuitatibus & diœceſibus imprimere ſeu imprimi facere præſumat, niſi prius in vrbe per vicarium noſtrum & ſacri Palatij magiſtrum, in aliis verò ciuitatibus & diœceſibus per Epiſcopum, vel alium habentem peritiam ſcientiæ libri ſeu ſcripturæ. Huiuſmodi imprimenda ab eodem Epiſcopo ad id deputandum, ac inquiſitorem hæreticæ prauitatis ciuitatis ſiue diœceſis, in quibus librorum impreſſio huiuſmodi fieret, diligenter examinentur, & per eorum manu propria ſubſcriptionem, ſub excommunicationis ſententia gratis & ſine dilatione imponendam, approbentur. Qui autem ſecus præſumpſerit, vltra librorum impreſſorum amiſſionem, & illorum publicam combuſtionem, ac centum ducatorum fabricæ Principis Apoſtolorum de vrbe, ſine ſpe remiſſionis, ſolutionem, ac anni continui exercitij impreſſionis ſuſpenſionem, excommunicationis ſententia innodatus exiſtat: ac demum ingraueſcente contumacia, taliter per Epiſcopum ſuum vel vicarium noſtrum, reſpectiuè per omnia iuris remedia caſtigetur, vt alij eius exemplo ſimilia minimè attentare præſumant.*

Multa in Typographos præſumptores, vel num adhuc eadem conſtringeretur.

C Hoc decretũ renouat Concilium SENONENSE cano. 33. & 34. conſtitutionum, vbi & librorum impreſſio vetatur, aut in vernaculam linguam editio, ſiue approbatione & viſitatione Epiſcopi, vel eius cui hoc commiſerit negotium. Sic & Concilium COLONIENSE III. par 12. cap 1. 2. 3. 4. 5. Bibliopolis & Typographis inhibet, ne præſumant librum recens editum imprimere, vel venum exponere publicè vel occoltè, niſi fuerit reuiſus, & charta, vel picturam, vel ſcripturam contineos per deputatos diligẽter perſpecta ſit priùs, quæ & Typographi nomen & cognomen complectantur, atque eam ciuitatem ſeu oppidum in quo excuſſa ſunt nominatim deſignent. Quæ verò his caruerint nullo pacto venum exponantur, & Typographus, geruli que librorum, præter confiſcationem librorũ, pœnis legalibus ſubiaceant: malè certè hæc decreta apud nos practicantur. Denique Concilium MOGVNTINVM IV. cap. 99. hæc decreta renouat, nec eſt opus, vt toties rem eandem repetamos. Sic autem & Concilium TRIDENTINVM, ſeſſio. 4. ſub Paulo III. vbi canonicorum librorum catalogum contexuit, quem ſuprà citauimus. *Sed & impreſſoribus* (ait) *modum in hac parte, vt par eſt, imponere volens ſancta Synodus, qui iam ſine modo, hoc eſt, putantes ſibi licere quidquid libet, ſine licentia ſuperiorum Eccleſiaſticorum, ipſos ſacræ Scripturæ libros, & ſuper illos annotationes & expoſitiones quorumlibet indifferẽter, ſæpè tacito, ſæpe etiam ementito prælo, & (quod eſt grauius) ſine nomine authoris imprimunt, alibi etiam impreſſos libros huiuſmodi temerè venales habent: decernit & ſtatuit, vt poſthac ſacra Scriptura, potiſſimum verò vetus & vulgata editio quam emendatiſſimè imprimatur, nulliq; liceat imprimere, vel imprimi facere, quoſuis libros de rebus ſacris, ſine nomine authoris, nec illos in futurum vendere, aut etiam apud ſe retinere, niſi primum examinati probatiq; fuerint ab ordinario, ſub pœna anathematis, & pœna in canone Concilij nouiſſimi Lateranenſis appoſita.* Habes præcedenti pagina. *Et ſi regulares fuerint, vltra examinationem & probationem huiuſmodi licentiam quoque a ſuis ſuperioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris iuxta formam ſuarum ordinationum. Qui autem ſcripto eos communicant vel euulgant, niſi antea examinati probatiq; fuerint, eiſdem pœnis ſubiaceant, quibus impreſſores, & qui eos habuerint vel legerint, & niſi authores prodiderint, pro authoribus habeantur. Ipſa verò huiuſmodi librorũ probatio in ſcriptis detur, atque adeo in fronte libri, vel ſcripti, vel impreſſi authentice appareat: idq; totum, hoc eſt, & probatio & examen gratis fiat, vt probanda probentur, & reprobentur improbanda.*

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato.

Concilium Colonienſe 3.

Concilium Moguntinum 4.

Concilium Tridentinum generale nouiſſimum.

B Hæc duobus edictis HENRICVS II. poſtea diſtrictiſſimè mandat obſeruari & practicari: priore quidem edicto anno 1547. in caſtro Belloaqoenſis fontis publicato & firmato: poſteriore anno 1551. Pariſijs euulgato 27 die Iunij. capitibus 8. 9. 10 11. & 12. lege ſi ad manum habes. Sed & paternum zelum FRANCISCVS II. Rex Franciæ, & CAROLVS IX. eiuſdem frater, qui modo regni Francorum moderatur habenas, imitati, conſtitutionibus Aureliæ editis articulo vigeſimoſexto, eadem confirmarunt. Vide & dictione, Hæreticorum libri, &c.

Henricus 2. rex Chriſtianiſſimus.

Franciſcus 2.

Carolus 9.

LIBELLVS.

Libelli diffamatorii inhibentur.] Concilium ELIBERINVM, cano. 52. & allegat Gratianus, cauſa 5. quæſt 1 cap Si qui: *Si qui inuenti fuerint libellos famoſos in Eccleſia ponere, anathematizentur.* Denique Concilium CONSTANTIENSE, ſeſſio. 6. eo quòd Hieronymus de Praga libellus famoſos contra fidem & ſtatum Eccleſiæ in portis Eccleſiæ ciuitatis Conſtantienſis affixerat, generali decreto ſanxit hoc modo. *Inhibet hæc ſancta Synodus omnibus cuiuſcunque ſtatus, gradus, dignitatis vel conditionis exiſtunt, ne libellos famoſos per ſe, vel per alium, ſeu alios faciant contra quemcunque, ſub pœna excommunicationis, quam monitione canonica*

D *præmiſſa ferimus in his ſcriptis contra contrarium facientes, etiam ſub pœna carceris. Quódque contra tales, qui in præmiſſis culpabiles ſeu infamati reperientur, procedatur authoritate huius ſacri Concilij, vt fuerit rationis.* Sic & LEO DECIMVS in vltima ſeſſione Concilij Lateranenſis, quod celebrauit, Lutherum excommunicauit & eius ſcripta, eo quòd in ſummum Pontificem & Romanam Eccleſiam libellos famoſos ſparſerat. Lege Gratianum præallegata cauſa, & alios doctores.

Concilium Eliberinum ſub Melciade, vel Sylueſtro 1.

Concilium Conſtantienſe generale.

Leo 10.

LINGVA.

E Lingua cuſtodienda & reprimẽda mandatur.] Multa iam dicta ſunt in vocabulo, Detractio: verumtamen quod reſtat breuiter præſtandum eſt. Sic ergò ANACLETVS I. epiſt. 3. ad omnes Epiſcopos *Parcat vnuſquiſque à laceratione vel detractione linguæ ſuæ, caueatq; ne aut linguam, aut aures habeat prurientes, id eſt, ne aut aliis deroget, detrahatq; quibuſcunque, aut alios audiat derogantes vel detrahentes, cuſtodiatq; quiſque ſermones ſuos, & ſciat quia quicunque de aliis loquitur, ſua ſententia iudicabitur.* Idem omninò replicat ANTERVS I. epiſt. 1. ad Epiſcopos prouinciæ Beticæ & Toletanæ, & ſuperioribus allegatis addit. *Nemo inuite audiuere libenter ſiſtit. Officium ſingulorum ſit non ſolùm oculos caſtos ſeruare, ſed & linguam.* Idem

Anacletus.

Anterus.

Hieronymus Stridonenſis. Dionyſius I. Papa.

omninò HIERONYMVS STRIDONENSIS in epiſtola ad Nepotianum:& DIONYSIVS I. epiſt.2.ad Seuerum Epiſcopum. *Lingua noſtra bonis fomentum ſit, prauis aculeus, timidos retundat, iratos mitiget, impigros exacuat, deſides hortando ſuccendat, refugientibus ſuadeat, aſperis blandiatur, deſperatos conſoletur.* &c. Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS, libro de natura & gratia, cap.14. *Lingua plena veneno mortifero, vtique nocentior eſt quam beſtiarum atque ſerpentium, quia illud carnem inficit, hoc animam.* Et ſermo.18.de verbis Apoſtoli. *Noli ... animam tuam. Ab alio occidi ... poteſt, a te poteſt, non lancea, ſed lingua.* Et ſerm. 4.lib 1.de verbis Domini. *Linguam nullus hominum domare poteſt. Homo domat feram, & non domat linguam: domat Leonem, & non frenat ſermonem, domat ipſe, & non domat ſeipſum: domat quod timebat, & vt ſe domet non timet quod timere debebat.* Et IOANNES CHRYSOSTOMVS concione 4.de Lazaro, de cohibenda lingua egregiè diſſerit: & homil.4. ad baptizandos, tomo 5. *Vndique (ait) diabolus nobis inſidias præparare conſueuit, ſed facilius lingua & ore peccante: nullum enim æque congruum illi organum in miniſterium eſt interitus atque peccati. Nam inde nobis mors, inde lapſus, inde perditio, inde naufragium præparatur. Nam & mentium lapſus ex linguæ garrulitate venientes, quidam declarans ait: Multi ceciderunt per gladium, ſed non tanti, quanti per linguam,* &c. Vide etiam homiliam eius 3 ad populum Antiochenum, de detractione. Scripſit ERASMVS ROTERODAMVS inſigne opuſculum, quod prænotatur, lingua, vbi mitè linguæ mala & incommoda perſtringit. Non ſine cauſa BENEDICTVS CASSINENSIS inter gradus humilitatis, nonum eſſe dixit: Si linguam ad loquendum prohibeat monachus, &c. Si deſideras delitioſo pabulo ſcripturarum ſaginari linguæ defectus exprimentium, lege commentarios in hunc Benedicti locum, quos ediderũt viri clariſſimi noſtri ordinis, ANTHONIVS POCQVETVS, PETRVS BARDVS, SYMON DV CORROY, Cœleſtini vita & conuerſatione decantatiſſimi, & doctrina rutilantiſſimi hi copioſè quidquid de vitio linguæ dicendum fuit, ibidem repoſuerunt. Vide quod ſequitur.

Ioannes Chryſoſtomus. Eccleſiaſt. 28. Eraſmus Roterodamus. Benedictus Caſſinenſis c. 7. Regulæ. Anthonius Pocquetus. Petrus Bardus. Symon du Corroy.

Lingua non nocet bonæ conſcientiæ.] Varijs impetitus iniurijs & contumelijs & falſis delationibus atque criminationibus. SIXTVS III. epiſt 1.ad Epiſcopos Orientales, quam allegat ſub nomine Gregorij Gratianus, cauſa 11 q.3. cap Inter verba, ſic ſe conſolatur. *Propter inſidiantium vituperationes, aut accuſationes, vel propter adulantium laudationes, nec ad dexterã, nec ad ſiniſtram declinare debemus: ſed inter verba laudantium vel ... imperantium ad mentem ſemper recurrendum eſt: & ſi in ea non inuenitur bonum, quod de nobis dicitur, magnam triſtitiam generare debet: & rurſum ſi in ea nõ inuenitur malum, quod de nobis homines loquuntur in magnam debemus lætitiam proſilire. Quid enim ſi omnes laudent, & conſcientia nos liberos demonſtret? Habemus Paulum dicentem: Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Et Iob: *Ecce in cælis teſtis meus. Si ergo nobis teſtis in cælo, teſtis in corde, dimittamus ſtultos foris loqui quod volunt. Quid enim aliud detrahentes faciunt, niſi in puluerem ſufflant, atque in oculos ſuos terram excitant. & vnde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant, vocandi tamen ſunt etiam ipſi, & tranquillè admonendi, eisq; ſatisfieri modis omnibus debet, ſciens quòd de Iudæis veritas ait: Ne fortè ſcandalizemus eos. Si autem ſcandalum fieri ſibi ex veritate voluerint, habes conſolationẽ quam in Euangelio aſpicias, quia cum Domino dictum fuiſſet, ſcis quia audito hoc verbo ſcandalizati ſunt, reſpondit: Sinite illos cæci ſunt, & duces cæcorum. Paulus quoque Apoſtolus admonet dicens: Si fieri poteſt quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes dicturus, cum omnibus pacem habentes, quia hoc difficile eſſe perſpexit, præmiſit, ſi fieri poteſt. & ſubiunxit, quod fieri poteſt, cum dixit. Quod ex vobis eſt. Quia ſi nos in mente charitatem erga audientes ſeruare cupimus, & ſi illi pacem nobiſcum non habent, nos tamen cum illis ſine dubio habemus,* &c.

Sixtus 3. Verba digna ſide & imitatione. 2. Corinth. 1. Iob. 16. Matth. 19. Matth. 15. Rom. 12.

LINGVA PRO IDIOMATE.

Linguæ peregrinæ diſcendæ.] AVGVSTINVS HIPPONENSIS, lib.2. de doctrina Chriſtiana. *Contra ignota ſigna propria* (ait) *magnũ remedium eſt linguarum cognitio: & Latinæ quidem linguæ homines, quos nunc inſtituendos ſuſcepimus, & duabus aliis ad ſcripturarum diuinarum cognitionem habent opus, Hebræa ſcilicet & Græca, vt ad exemplaria præcedentia recurratur, ſi quam dubitationem attulerit Latinorum interpretum infinita varietas: quanquam & Hebræa verba non interpretata ſæpe inuenimus in libris, ſicut Amen, Alleluya, & Racha, & Oſanna, & ſi qua ſunt alia.* &c. Denique Concilium BASILEENSE, ſeſſione 19. renouat decretum CLEMENTIS V. in Concilio Viennenſi, vbi iubetur fieri in ſcholis exercitium trium linguarum, vt poſſint prædicatores mitti ad infideles & Iudæos, vt eorũ ſit fructuoſior prædicatio, vt iam diximus in vocabulo, Iudæus. Vide & Scholæ, &c. Hæc autem videtur etiam innuere Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III.can.9. & allegatur Extra. de officio iudicis, cap.14. *Quoniam* (ait) *in pleriſque partibus intra eandem ciuitatem atque diœceſim permixti ſunt populi diuerſarum linguarum, habentes ſub vna fide varios ritus & mores, diſtrictè præcipimus, vt Pontifices huiuſmodi ciuitatũ, ſiue diœceſum prouideant viros idoneos, qui ſecundum diuerſitates rituum & linguarum, diuina officia illis celebrent, & Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrent, inſtruendo eos verbo pariter & exemplo.*

Auguſtinus Hipponenſis. Concilium Baſileenſe generale. Clemens 5. Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III.

Linguæ Latinæ defenſio.] NICOLAVS I. epiſtola ad Michaëlem Imperatorem, linguam Latinam defendit, quam iniurijs & contumelijs prædictus Imperator proſcribebat. Ille quippe eam barbaram & Scythicam appellabat in eius ignominiam qui eam condidit: ſed titulum habuit ea lingua ſcriptum cruci ſuperpoſitum, in myſterium quod per omnes linguas euangelizaretur, quarum præcipua hæc erat, quæ per orbem diſcurrit. Plura verò de excellentia illius linguæ ſuprà Græcam & cum Græca, profert ex monimentis Græcorum, qui ea frequenter vtuntur. Nam huius linguæ forma & dictione, Conſtantinopolitana Eccleſia lectionem Apoſtolicam & Euangelicam in ſtationibus fertur primitus recitaſſe, ſicque demum Græco ſermone, propter Græcos, ipſas lectiones pronunciaſſe. De re eadem LEO NONVS diſſerit epiſtola ad Michaelem Epiſcopum Conſtantinopolitanum, & Leonem Epiſcopum Acridanum, cap.23. vbi primatum Romanæ ſedis aſtruit, eo quòd Græcis Latinæ legantur lectiones. *Ob reuerentiam* (ait) *illius matris, quæ tam cunctis paganorum crudelitatibus, & diuerſorum tormentorum quæſtionibus vexata & impugnata, ac velut aurum minus perſecutorum flammis decocta, delicioſam filiam videlicet: Eccleſiam Conſtantinopolitanam*

Nicolaus. Leo 9.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3.

edidit. Præterea Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III cap. 4. agit de ſuperbia Græcorum contra Latioos, qoi ſi fortè Latini aliquos baptizaſſent, illi rebaptizabant. qoi ſi hoc de cætero atteotauerint, excommonicationis ſententia feriuotur.

LIS.

De lite fugienda.] Habes dictum in vocabulis, Contentio, Controuerſia. Diſcordia, & ſimilibus. Denique quòd non ſint exercendæ lites tempore ieiunij, habes ſuperiùs io vocabulo, iudicia, ſeu Placita &c. & in vocabulo, ieiunium, ex decreto liberij Papæ, &c. & aliorum.

Lis Epiſcoporum dirimenda, &c.] Iam in vocabulis, Epiſcopus, Prouiocia, Lex 30. annorum, Metropolitanus, &c. dicetur de huiuſmodi materia. Sic autem Concilium SARDICENSE ſub Iulio 1. cano. 3. *Prouidendum eſt, vt ſi in aliqua Prouincia aliquis Epiſcopus contra fratrem ſuum Epiſcopum litem habuerit, ne vnus è duobus ex alia prouincia aduocet Epiſcopos ad iudicium.* Hinc Concilium CARTHAGINENSE IV. canone 19. allegatur à Gratiano cauſa 14. quæſt. 1. ſtatuit, vt Epiſcopus pro rebus tranſitorijs non litiget prouocatus, & canone 25. qui & allegator à Gratiano diſtinct. 60. cap. diſſidentes. *Diſſidentes (ait) Epiſcopos ſi non timor Dei, Synodus reconcilict.* Et Concilium AVRELIANENSE IV. cano. 11. *Si inter Epiſcopos de rebus terrenis aut poſſeſſionibus ſub repetitionis aut retentationis titulo naſcatur contētio, intra anni ſpatium pro ſtudio charitatis, quæ cunctis debet rebus temporalibus ante ferri, per epiſtolas fratrum affectuosè commoniti, aut inter ſe, aut in præſentia electorum, iudicium negotium ſanare feſtinent. Quòd ſi diſtulerint, donec ipſa cauſatio abrogetur, à charitate fratrum, qui diſtulerit, habeatur extraneus, quia iniuſtum eſt, vt qui cunctis proſunt, inter ſe quacunque cauſatione diſſentiant.* De pace verò & concordia ioter Epiſcopos & Sacerdotes, & lite terminanda ſimiliter ſtatoit Coocilium TVRONENSE II. canone 2. hinc Concilium LVGDVNENSE I. cano. 1. *Si quid (ait) inter fratres, id eſt, Coepiſcopos noſtros contentionis ortum fuerit, ſi de vna prouincia ſint, Metropolitani cum comprouincialibus ſuis iudicio ſint contenti. Si verò diuerſæ Prouinciæ duo fuerint ſacerdotes, inter quos aliqua diſceptatio oriatur, conuenientibus in vnum Metropolitanis ipſorum omnis eorum actio illorum iudicio terminetur. Ita vt ſi vnus ex Epiſcopis, ab alio Epiſcopo, aut à quacunque perſona iniquè fuerit aggrauatus, communi fratrum ſtudio cùm Dei ſolatio defenſitur. Quòd ſi quis ſe ab hac conditione, quacunque calliditate ſubtraxerit, tribus menſibus ſe à charitate fratrum nouerit eſſe ſequeſtratum.* Et Concilium AQVISGRANENSE II. canone 4. *Interdicit Apoſtolica authoritas litigium omni Epiſcopo, quam & nos authoritatem benigno amplectentes animo, conſtituimus, vt nullus Epiſcoporum, ſe litigioſis immiſceat contentionibus, ſed neque irreligioſis, vel indiſciplinatis locutionibus tam in domibus, quàm in forinſecis conuenticulis omninò indulgeat.* Et Concilium VALENTINVM GALLIAE III. cano. 13. & 14. *Concordia mutua (ait) inter Epiſcopos & Epiſcopos, atque inter Epiſcopos & ſubditos, propter periculum animarum firma permaneat, &c.* Vide, Epiſcopus, clericus, &c. cauſæ &c.

Concilium Sardicenſe Oecumenicū (vt volunt) vſpote patrum 300.

Concilium Carthaginen. 4.

Concilium Aurelianen. 4. ſub Pelag. 1.

Concilium Turonenſe 2. ſub Pelagio 1.

Cōcilium Lugdunenſe 1. ſub Pelagio 1.

Concilium Aquiſgranēſe 2. ſub Ludouico Pio Imperato. anno 837.

1 Timoth. 3.

Concilium Valentinum Galliæ 3.

Litium venatores.] Concilium LATERANENSE ſub Innocentio 3. cap. 37. *Sub prætextu Apoſtolicarum literarum, quas impetrarunt venatores litium abſque dominorum mandato, quarum vel reo, ne propter eas laborum & expenſarum diſpendio moleſtetur, aut aduerſario per ipſas aduerſa item indebita vexationis fatigat, venales exponunt: de eiſdem ſtatuitur, vt ſi quis tales literas ſine ſpeciali mandato Domini impetrare præſumpſerit, literæ illæ non valeant. & ipſe tanquam falſarius puniatur, niſi fortè de illis perſonis extiterit, à quibus non debet exigi de iure mandatum.* Vide, Clericos falſarius, Cauſæ, & Iudicium, &c.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3.

Litis confirmatio.] ALEXANDER III. legato ſuo. parte 44. Coocilij Lateraneoſis cap. 10. *Si quis litigioſæ rei confirmationem, à ſede Apoſtolica impetrauerit, non minùs Iudex de cauſa poteſt cognoſcere, & eam ſine debito terminare. Sed ſi rem tunc pacificè poſſidebat, cum inde confirmationem obtinuit, non eſt tutum aut licitum Iudici, de quæſtione ſuborta poſtea ſine mandato Romani Pontificis decernere, aut eam definire.* Vide Accuſatio, Iudicium, Cauſa, &c.

Alexander 3.

LITANIAE.

Litania quid.] Concilium MOGVNTINVM I. canone 31. *Litaniæ Græco nomine appellantur, quæ Latina dicuntur Rogationes. Inter Litanias autem & Exomologeſes, hoc differt, quòd Exomologeſes, pro ſola peccatorum confeſſione agantur, Litaniæ verò, quæ indicuntur propter rogandum Deum & impetrandum, in aliquo miſericordiam eius. Sed nunc iam vtrumque vocabulum, ſub vna deſignatione habetur.*

Concilium Moguntinū 1. ſub Carolo Magno.

Litaniarum ſeu Rogationum antiqua inſtitutio & conſequenter Proceſsionum.] TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS, libro ad vxorem 2. & libro de Baptiſmo, & alijs in locis ſicut libro de Corona militis, ſæpiùs meminit Stationum, quæ fiebaot temporibus ieiuniorum per quas ſtationes haud dubiè litanias ſeu Rogationes. aut ſi mauis etiam proceſſiones iotelligimus illis temporibos fuiſſe obſeruatas. ſicut etiam iam nos meminimus in vocabulo, ieiunium. Earumdem meminit & Concilium LAODICENVM canone 17. vt repoſuimus in vocabulo, cantor, & etiam ſpeciali vocabulo dicemus, Proceſſio. Sed & vetuſtiſſimus author BASILIVS MAGNVS epiſtola 63. quæ eſt ad clericos Eccleſiæ Neocæſarianæ, vbi de Pſallendi diſciplina mira retulit quæ reponemus in vocabulo, Pſallendi diſciplina, &c. ſic infert. *Illuceſcente iam die pariter omnes velut ore vno ac corde vno confeſſionis Pſalmum domino offerunt, ac ſuis quiſque verbis reſipiſcentiam profitentur. Horum gratia ſi nos fugitis, fugietis ſimul & Ægyptios, fugietis Libyam vtramque, Thebaos, Paleſtinos, Arabes, Phœnices, Syros, & qui ad Euphratem habitant, & vt ſemel dicam, omnes apud quos Vigiliæ ac preces communeſque pſalmodiæ in pretio ſunt. Sed iſta dicitis tempore Gregorij Magni (Neocæſarienſis) non fuiſſe. Verum, neque Litaniæ, quas vos iam in vſu habetis, illius tempore fuerunt. Quod non reprehendendi gratia dixerim. Optarim enim vos in lachrymis & iugi pœnitentia viuere, quandoquidem & nos nihil aliud facimus, quàm quod pro peccatorum noſtrorum remiſſione ſupplicamus, dempto eo quòd non humanis verbis quemadmodum vos ſoletis, ſed oraculis ſpiritus Deum noſtrum placamus.* Hæc ille, narrat qooqoe fideliſſimus NICEPHORVS CALLISTVS libro 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & EVAGRIVS EPIPHANIENSIS libro 1. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 17. quòd ſub Theodoſio iuniore maximus terræmo-

Tertullianus Carthaginenſis.

Concilium Laodicenum

Baſilius Magnus

Hæc attendat Caluinus.

Vide quia approbat Litaniarum inſtitutionem.

Nicephorus Calliſtus. Euagrius Preſbyter Epiphanienſis, quem Nicephorus multum commendat.

tus & admirandus extitit, qui priores omnes magnitudine, celeritate, & temporis diuturnitate facilè ſuperauit, & poſtquam deſcripſit quæ inde damna prouenerunt, ſubdit. *Bizantij autem in maximum coniecti metum, a ruinis & ædificiorum ſibi timentes, muros reliquerunt, & extra vrbem in Campo morati ſunt, vna cum Imperatore Theodoſio & Patriarcha Proclo continuis precibus incumbentes, Deumque vt propitius eis eſſet, & ab imminenti calamitate orbem liberaret obſecrantes. Et cum aliquando motu eo graſſante, terra veluti fluctuans concuteretur, & homines per metum eam ex fundamentis ipſis exterpatum iri vererentur, & omnes Litaniis & ſupplicationibus dediti collachrymarent, & ex profundo intimóque animo miſericordiam diuinam implorarent, tum miraculum præter opinionem omnium, quod ſenſum & mentem omnem excedat, ſubſecutum eſt. Subito namque e medio, inſpectantibus omnibus, diuina quadam vi puer in aerem ſublimis ad cœleſtem vſque tractum, ita vt iam non appareret, ſublatus, diuinam vocem, qua Angelis Deum laudibus ferre mos eſt, audiuit, eáque voce percepta, rurſum priore per aerem via reuerſus deſcendit, & Epiſcopo Proclo ipſique Imperatori & multitudini omni ſupplicationibus operanti, Deúmque hymnis celebranti, ab Angelis canentibus ſe verba hæc audiſſe renunciauit. Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis miſerere noſtri. Quæ vbi Proclus intellexit, ſtatim ad eum modum populum pſallere iuſſit, & terra motus ſtatim etiam conſtitit, omniúque conquieuit. Imperator porrò Theodoſius, & inter fœminas admiratione omnium digna Pulcheria, tanto miraculo perculſi, conſtitutioni Imperiali confeſtim, vt per orbem omnem diuinus hymnus ille caneretur, decreuerunt. Et ex eo tempore Eccleſia Chriſti eum acceptum, non quolibet tantum die vſurpat, ſed etiam (vt ſimpliciter dicam) cuiuſlibet carminis & laudis Dei initio ante omnia, pleno ore præmittit. Puer verborum eorum miniſterium executus, ſtatim vita functus eſt, & in magna Eccleſia, quæ Pacis nomen obtinet, conditus, &c.* Antè tamen hæc tempora & Litanias fuiſſe in vſu docet Evsebivs Emissenvs, homilia habita in Litaniis, ſic incipiens. *Congruum ac valdè neceſſarium eſt, dilectiſſimi fratres, vt ſicut priori tempore feciſtis, & publicè primata deuotio totum annum commendatura ſucceſſit, ita etiam triduanis ſupplicationibus vno animo parique conſenſu feruentibus ſtudiis præcingamur, dum adhuc de labore proximo impenetrabili contritione pſallemus, dum adhuc pinguet ieiuniis ſumus, dum adhuc recentibus calemus officiis, dum adhuc petitionibus ſupplicantium acquiſitus tunc ſacro tempore fructus patrocinantur. Exoraturi enim ſumus, vt dominus infirmitatibus, plagis, tribulationibus interdicat, malum peſtilentiæ, hoſtilitates, grandines, ſiccitates repellat, cœli temperiem pro ſalute corporum, pro terrarum fœcunditate componat, elementorum pacem cum temporum tranquillitate concedat, peccata dimittat, flagella ſubmoueat. Inter hæc autem ille ſe ab oratione communi reddat alienum, qui ſe his periculis non ſentit obnoxium, &c.* Scripſit & paulò pòſt hæc tempora Maximvs Tavrinensis Epiſcopus homiliam in Litaniis de pœnitentia Niniuitarum, vt memioir Gennadius, quæ ſic habet. *Legimus in Prophetis, cum Niniue ciuitati ſubuerſio diuinitus immineret, &c.* Vbi & ſupplicationum & ieiuniorum ſingularem facit mentionem, vt patet legentibus. Sed & ſub eodem Tempore, ſcilicet ſub Archadio & Honorio Imperatoribus teſtatur Nicephorvs Callistvs libro 13. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 8. publicè in vrbe Conſtanti-

Oratione lega diuina fide & admiratione hiſtoriam.

Puer mirificè in aerem ſublatus, & inde remiſſus.

Euſebius Emiſſenus floruit ſub Conſtantio Conſtantini Magni Filio vt narrat Nicephorus.

Vide rationem inſtitutionis Litaniarum etiā ex antiqua traditione.

Maximus Taurinenſis floruit ſub Honorio Impera. vt vult Gennadius.

Nicephorus Calliſtus.

A nopolitana ſupplicationes & Litanias celebratas, moderante Eccleſiam Ioanne Chryſoſtomo. Hoc & confirmat Sozomenvs Salaminivs libro 5. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. cap. 8. *Siquidem Arriani (ait) ſub Theodoſio ſacris ædibus ex[illegible], extra vrbis mœnia Eccleſias conuentuſque [illegible] agebant. Prius autem nocturno tempore in publicis porticibus congregati, atque in choros [illegible] carmina quadam alternis, antiphona [illegible] modo ſibi inuicem reſpondentia, ad hæreſis ſuæ placita accommodata concinnè canebant, & noctem multam in huiuſmodi pſalmodia conſumebant: ſub auroram autem publicè eadem concinentes, extra vrbem in ea, vbi Eccleſias habebant, loca procedebant. Faciebant id maximè ſolennioribus feſtorum dierum temporibus, & prima eademque vltima Hebdomadis die, quam Dominicam vocamus, quibus temporibus etiam Synaxes in Eccleſiis fieri ſolent. Poſtea verò cantus tales ad contentionem quoque inſtituebant: vbi nam ſunt (dicentes) qui Trinitatem eiuſdem ſubſtantiæ & eiuſdem honoris colunt? &c. Hæc & alia præterea eiuſcemodi verba carminibus aſpergebant. Sed cum Ioannes (*Chryſoſtomus*) ne aliqui ex Eccleſia ſua eius generis cantibus demulſi ab illis ſeducerentur, ad eundem modum contra illos pſalmodiam ſuam inſtituit, & breui ea celebrior quam aduerſariorum eſſet facta eſt, vt quæ &*
C *multitudine & honorifico progreſſu illos ſuperaret. Nam in ea cruces argenteæ, cereos incenſos habentes, præibant, &c.* Denique de eodem Chryſoſtomo Palladivs Helenopolitanvs Epiſcopus in dialogo in vitam eiuſdem doctoris meminit quod dum ille regeret Conſtantinopolitanam Eccleſiam, *Iſauri (ait) ferociſſimi Roſum Seleuciámque vaſtabant. Porphyrius verò & Valentinianus comes cum exercitu Catholicorum Eccleſiam prædabantur, crucis ſignum venerabile, quod illi ferentes in humeris Litanias in campo agebant, pedibus ſuis conculcantes, &c.* Hæc Palladius. Verùm non eſt nobis otij ſatis cunctas percurrere hiſtorias, quæ mentionem inſtitutarum Litaniarum faciunt & ſupplicationum, quarum etiam meminit Sy-
D meon Metaphrastes in vita S. Porphyrij Gazæ Epiſcopi. *Perſuaſit (ait) Porphyrius cum edixiſſet ieiunium, iuſſit omnes veſpere congregari in ſancta Eccleſia, vt illic vigilias perageremus. Fecimus verò, tota nocte, triginta preces, & totidem genuflexiones præter choros & lectiones. Cum fuiſſet autem manè accepto ſigno venerandæ crucis, quod nos præcedebat, egreſſi ſumus cum hymnis ad antiquam Eccleſiam, quæ eſt à parte Occidentali ciuitatis, quam aiunt ædificaſſe ſanctiſſimum & beatiſſimum Aſclepam Epiſcopum, qui multas ſuſtinuit afflictiones pro fide orthodoxa, cuius vita & facta ſcripta ſunt in Paradiſo deliciarum. Cum ergo fuiſſem, in dicta Eccleſia illic quoque fudimus totidem preces, & illinc egreſſi iuimus in ſanctum martyrium glorioſi Martyris Timothei,*
E *&c.* Lege. Verùm & etiam adhuc quippiam loquamur de Litaniis, quæ triduo ante Aſcenſionem Domini celebrantur. Harum inſtitutionem grauiſſimi ſcriptores Platina Cremonensis in vita Leonis 1. Polydorvs Vergilivs libro 6. de Rerum inuentoribus cap. 11. & Ioannes Laziardvs Cœleſtinus libro 3. Epitomatis vniuerſalis hiſtoriæ cap. 1[illegible] & plurimi alij, dicunt factam ſub Leone 1. *Nam eo tempore (aiunt) Proſper Aquitanicus doctor egregius, & Mamertus Archiepiſcopus Viennenſis, qui Litanias inſtituit ante Aſcenſionem Domini, floruerunt. Inſtitutionis cauſa ponitur, quia terræ motus in vrbe Eccleſias domoſque ſubuertebat, nec*

So[illegible] Salaminius.

Ariani proceſſione celebrabant.

Cantus Arrianorum blaſphemus.

Litanias inſtituit Chryſoſtomus præcedente cruce, &c.

Palladius Helenopolitanus.

Simon ſacerdo[illegible] Catholica [illegible] indicium.

Symeon Metaphraſtes.

[illegible] ferrur in Litaniis.

L[illegible] ante [illegible]

Platina Cremonenſis. Polydorus Vergilius. Ioannes Laziardus Cœleſtinus.

non & feritas luporum aliarumque beſtiarum ſylueſtrium toto anno per vrbem vagantium homines deuorabat, Palatium etiam Regis fuit cœleſti igne combuſtum. & propter hoc dictus Archiepiſcopus cum clero & populo iram Dei placare volens, inſtituit Litanias. Hæc illi. Has Litanias dicit Polydorus Virgilius memoratus, Agapetum(primus ne an ſecundus fuerit non meminit) narrat primum conſtituiſſe in ſingulos dominicos dies in templis vel circa templa habendas, quod hodie fere vbique gentium ſeruatur. Sed ante Agapetum legu has Litanias fuiſſe inſtitutas, pace tanti viri dixerim. Nam EPIPHANIVS TYRIVS huiuſmodi proceſſionum meminit, vt repoſuimus in vocabulo, hæreticus, & hiſtoriæ quas præmiſimus ſatis indicant Polydorum non ita verè opinatum. Præterea celebratum Concilium AVRELIANENSE I. ſub Hormiſda 1. qui ſucceſſit Symmacho 1. longè antè Agapetum 1. cano. 29 & allegatur à Gratiano de conſecratione diſtinct. 3. capite Rogationes, ſic inſtituit. *Rogationes, id eſt, Litanias ante Aſcenſionem Domini placuit celebrari, ita vt præmiſſum triduanum ieiunium in dominica aſcenſionis ſolennitate ſoluatur, & per quod triduum ſerui & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs vniuerſa conueniat, & quo triduo omnes abſtineant, & quadrageſimalibus cibis vtantur.* Hoc decretum renouat Concilium MOGVNTINVM I. ſub Carolo Magno canone 33. *Placuit nobis* (ait)*vt Litania maior obſeruanda ſit à cunctis Chriſtianis diebus tribus, ſicut legendo reperimus, & ſicut ſancti patres noſtri inſtituerunt, non equitando, nec precioſis veſtibus induti, ſed diſcalceati, cinere, & cilicio induti, niſi infirmitas impediat.* Quæ decreta iterum confirmat Concilium COLONIENSE III. capite 7. partis 9. & ſic rationem inſtitutionis allegat. *Vt populus Dei clementiam exoret, quo peſtes, clades, calamitates, fames, bella, & id generis aduerſa, quæ nobis iuſtiſſimo Dei iudicio ob peccata noſtra infliguntur, ac ſub id anni tempus, nempe, veris, cum bella emergere, atque fructus terræ, qui tum in flore atque teneritudine adhuc ſunt, facilè corrumpi ſolent, potiſſimum imminent, auertat & tollat. Vt autem Eccleſia fiduciam erga Deum(quam orantes ac petentes habere neceſſe eſt) tum nobis adaugeat, Heliam proponit hominem nobis ſimilem & paſſibilem, qui oratione orauit, vt non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres & menſes ſex, & rurſum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & dedit terra fructum ſuum. Quod ſi ſolus Helias petens exauditus eſt, num Chriſtus Eccleſiæ ſuæ preces auerſabitur? Hic interim populus docendus, quod non ſolum quæ animi, ſed & quæ corporis & externa bona ſunt à Deo omnium authore poſtulare oporteat, & redarguendi illi (haud ita multo quam gentes meliores) qui vel fortuna vel ſua induſtria bona temporaria accepta ferunt.* Denique Concilium GERVNDENSE in Hiſpania ſub Hormiſda 1. cap. 3. vbi de ieiunio 4. temporum ſtatuit, etiam ſic Litaniarum meminit. *Secunda Litania facienda eſt Calendis Nouembris* (ſecundam, vt credo. dicit à priore quæ præmiſſa eſt) *ea tamen conditione ſeruata, vt ſi iiſdem diebus dominica interceſſerit, in alia Hebdomada ſecundum prioris abſtinentia obſeruationem à 5. feria incipiatur, & in Sabbati veſpere miſſa facta finiatur: quibus tamen diebus à carnibus & vino decreuimus abſtinendum.* Sed & Litaniarum meminerunt antiquiſſimi ſcriptores. ASCLEPIADES TRALLIARVM Epiſcopus epiſt. miſſa ad Petrum Antiochenum Epiſcopum, vbi meminit eiuſdem euentus, qui ſub Proclo Conſtantinopolitano Epiſcopo accidit, vt ſuperius narrauimus. Nam hymnum illum idem Petrus Antiochenus corruperat, vt dicemus in vocabulo, Triſagium. Eiuſdem rei meminit & ACACIVS CONSTANTINOPOLITANVS Epiſcopus epiſtola ad eundem Petrum: & FOELIX III. Romanus Pontifex epiſtola ad eundem Petrum. Hi tres doctores Litaniarum vſum commendant, quorum epiſtolas ſi cupis perlegere, habes inſertas in initio Generalis 5. Synodi Conſtantinopolitanæ, vbi & inſerta eſt epiſtola QVINTIANI CAMVLIANORVM ſeu Acullianorum Epiſcopi, qua eundem Petrum Antiochenum hæreticum Epiſcopum hortatur, vt ſicut Litaniis celebratis & prædicto hymno decantato tempeſtas ſedata eſt. *Sic tu*(ait *Litanias fac, & pauſabit ira quæ contra te proferenda eſt*, &c. Sub eodem tempore floruit PELAGIVS I. qui, referente Platina & aliis hiſtoriographis, cum affligeretur vehementer ab æmulis conſilio inito, Data Litania(ſic enim hiſtoria narrat) à ſancto Pancratio cum hymnis & canticis ſpiritualibus venerunt ad ſanctum Petrum Apoſtolum, vbi Pelagius tenens Euangelia & crucem Domini ſuper caput ſuum in ambonem conſcendit. Denique Concilium LVGDVNENSE I. ſub Pelagio 2. cui ſucceſſit Gregorius 1. canone 6. *Placuit*(ait) *vniuerſis fratribus, vt in prima Hebdomada noni menſis, hoc eſt, ante diem dominicam, quæ prima in ipſo menſe illuxerit, Litania ſicut ante aſcenſionem domini ſancti patres fieri decreuerunt, deinceps in omnibus Eccleſiis ſeu Parochiis celebrentur.* Sub eodem tempore Concilium TVRONENSE II. canone 18. meminit Litaniarum celebrandarum inter Natalem domini & Epiphaniam, cuius nunc octauas ſolennes ducimus anno 1571 vt dicemus alibi. Sed & huic decreto videtur eſſe conforme, quod Concilium BRACARENSE II. canone 9. & allegat Gratianus de conſecratione diſtinctione 3 capite Placuit, ſtatuit, Litanias ſcilicet celebrandas per triduum poſt diem Epiphaniæ cum Pſalmis & per ſanctorum Baſilicas ambulandum, & tertio die Quadrageſimæ ieiunium populo nunciandum. Sed & GREGOR. I. libro Regiſtri vndecimo epiſtola 2. iubet, vt plebs faciat ſeptem Litanias diuiſim ſecundum ſtatus, vno die. *Litania*(ait)*clericorum exeat ab Eccleſia Ioannis Baptiſtæ, Litania virorum ab Eccleſia beati Martyris Marcelli, Litania Monachorum ab Eccleſia beatorum Martyrum Ioannis & Pauli, Litania ancillarum Dei ab Eccleſia beatorum martyrum Coſmæ & Damiani, Litania fœminarum coniugatarum ab Eccleſia beati Primi martyris Stephani, Litania viduarum ab Eccleſia Martyris Vitalis, Litania pauperum & infantium ab Eccleſia beatæ martyris Cæciliæ*, &c. Idem quoque inſtituit illam Litaniam, quam nunc maiorem dicimus, in die S. Marci Euangeliſtæ, vt narrat PLATINA CREMONENSIS in eius vita. Vicetiam in vita Leonis 3. Papæ narrat, quod illas prædictus Pontifex Litanias confirmauit & celebrari inſtituit quotannis, nec non illas in triduo aſcenſionis domini, quo etiam tempore dum illas celebraret, ipſe diem clauſit extremum, harum Litaniarum meminit BEDA VENERABILIS in homilia eiuſdem celebritatis. Quis veſtrum habebit amicum, &c. Qui etiam libro 1. hiſtoriæ Anglicanæ cap. 25. de Auguſtino, & reliquis Epiſcopis loquens, ait. *At illi non dæmonica, ſed diuina virtute præditi veniebant crucem pro vexillo ferentes argenteam.*

Proceſſiones ſeu ſupplicationes quæ fiunt diebus dominicis.

Epiphanius Tyrius.

Concilium Aurelianenſe 1. ſub Hormiſda 1. & Cloduueo rege 1. Francorũ.

Ieiunium Rogationum.

Concilium Moguntinum 1.

Concilium Colonienſe 3.

Ratio inſtitutarũ Rogationum.

Iacob. 5. 3. Regum 17.

Concilium Gerundenſe in Hiſpania ſub Hormiſda 1.

Porro Litanias vide quot authores commendant.

Aſclepiades Trallianus.

Acacius Conſtantinopol.

Fœlix 3.

Quintianus Camulianus.

Pelagius 1.

Concilium Lugdunenſe 1. ſub Pelagio 2.

Concilium Turonenſe 2.

Concilium Bracarenſe 2. ſub Honorio 1.

Gregorius 1.

Litania celebris S. Marci. Platina Cremonenſis.

Leo 3.

Beda Venerabilis.

Vide crucem deferri ſolitã in Litanijs.

tam, & imaginem domini ſaluatoris in tabula depictam. Litaniaſque canentes pro ſua ſimul & eorum propter quos & ad quos venerant ſalute æterna domino ſupplicabant. &c. Porrò Concilium TOLETANVM V. ſub Honorio primo capite primo ſtatuit, vt Litaniæ celebrarentur à die Iduum Decembrium triduo vbique annua ſucceſſione, vt indulgentia peccatorum lachrymis impetretur. Quod ſi dies dominica interceſſerit, in ſequenti Hebdomada celebrentur, quia idus incidunt in die ſanctæ Luciæ, poſt cuius feſtum quatuor temporum ieiunium celebrari inſtitutum eſt. Denique Concilium TOLETANVM VI. canone 2. iterum Litaniarum mentionem facit, & præmiſſum confirmat decretum iubens, vt ad implorandam Dei miſericordiam ſpecialiter obſeruentur. Denique tempore GREGORII II. vt in eius vita narrat Platina & alij, cùm Tiberis fluuius exundans inſolito more iam per dies 7. aqua Romanam vrbem inuaſiſſet, crebro Litaniæ celebratæ memorantur (cumque in oratione & Litanijs permitteret prædictus Pontifex per octauam iam diem miſertus Deus aquam remouit, & fluuius ad proprium reuerſus eſt alueum. Hinc ZACHARIAS I. epiſtola 4. ad Bonifacium Epiſcopum Moguntinenſem, eum confortans ſuper tribulationibus & preſſuris quas ſuſtinebat ait *Populus tibi commiſſus prædica ieiunium & ſupplicationes Litaniarum apud Dominum. & ſuper eminens eius clementia adiuuabit te.* Eiuſdem Tyberis fluuij innũdatio, ſub ADRIAN I. facta eſt. quæ & ſedata memoratur eiſdem deuotis obſequijs. Sed vt breuiter concludamus, Concilium AQVISGRANENSE II. capite 10. ſecundi capituli communi conſenſu ſtatuit, de Litania. quæ dicitur maior, in die S. Marci. & de Rogationibus triduo ante Aſcenſionem domini, vt celebrentur perpetuò iuxta morem Romanum. Vide, & Sanctorum Interceſſio, &c. Proceſſio. &c.

Concilium Toletanum 5. ſub Honorio 1.

Concilium Toletanum 6.

Gregorius 2.

Zacharias 1.

Adrianus 1.

Concilium Aquiſgranenſe 2. ſub Ludouico Pio Imperat.

LOCA SANCTA.

De Locis ſanctis.] Deuotionis gratia viſitandis habes omnia repoſita ſedulò in vocabulo, Peregrinatio ad loca ſancta, &c.

LVCRVM.

Lucrum vt vitandum.] Vide, vſura. Denique LEO I. epiſtola 90 ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum cap. 10 & allegat Gratianus de pœnitentia diſtinctione . cap. Qualitas. *Qualitas lucri negotiantem aut excuſat aut arguit, quia eſt & honeſtus quæſtus & turpis. veruntamen pœnitenti vtilius eſt etiam diſpendia pati, quam periculis negotiationis obſtringi, quia difficile eſt inter ementis & vendentis commercium non interuenire peccatum, &c.* Hinc AVGVSTINVS HIPPONENSIS in Pſalmum 123. *Dulcedo huius ſeculi ad tempus fauces indulcat, ſed in magnam amaritudinem poſtea conuertetur. Ecce peccaſti, lucrum feciſti, ſed vt lucrum faceres Deum offendiſti, vt augeres pecuniam, fides diminuta eſt, & aurum creſcit. Acquiſiuiſti aurum, perdidiſti fidem, compara fidem auro. Si venalis eſſet in nundinis fides, haberet pretium. Lucra tua cogitas, damna non cogitas, & de arca gaudes, de corde non plangis. plus perdidiſti quam acquiſiſti, & perdidiſti quod nec naufragio tibi potuiſſet auferri.* Lege & quod paulò infrà loquitur.

Leo 1.

Auguſtinus Hipponenſis.

Quam pulchrè loquitur.

LVDVS ET SPECTACVLA.

Ludi ſcenici & turpes & quæcunque ſpectacula Eccleſiaſticis & Chriſtianis alijs interdicuntur vtque debeant Theatrici caſtigari.] Concilium ELIBERINVM canone 67. *Prohibendum ne qua fidelis vel Cathecumena, aut comicos aut viros Scenicos habeat, quæcunque hoc fecerit à communione arceatur.* Et Concilium ARELATENSE I. canone 5. *De Theatricis, & ipſos placuit, quandiu agunt, à communione ſeparari.* Idem omninò ARELATENSE II. cano 20. Concilium CARTHAGINENSE III cano 35. allegat Gratianus de conſecratione diſtinctione 2. cap Scenicis. *Scenicis atque hiſtrionibus, cæteriſque huiuſmodi perſonis, vel Apoſtaticis conuerſis vel reuerſis à Domino, gratia vel reconciliatio non negetur.* Idem Concilium HIPPONENSE canone 13 & 35. Concilium AFFRICANVM can. 12 & canone 30. *Si quis* (ait) *ex qualibet ludicra arte ad Chriſtianitatis gratiam venire voluerit, ac liber ab illis maculis permanere, non eum liceat à quoquam iterum ad eadem exercenda reduci vel cogi.* Quòd autem non debeant huiuſmodi ludi vel ſpectacula frequentari ſic Concilium LAODICENVM cano. 54 *Non oportet ſacerdotes aut clericos quibuſcunque ſpectaculis in ſcenis aut in nuptiis intereſſe, ſed antequam thymelici, id eſt, tibicines exurgere eos conuenit, atque inde diſcedere.* Vide & Nuptiæ. &c) Hunc canonem allegat Concilium Aquiſgranenſe 1. canone 83. Simile quid Concilium CARTHAGINENSE III. iam allegatum canone 11. *Statuimus, vt filij Epiſcoporum vel clericorum ſpectacula ſecularia non exhibeant. ſed nec ſpectent. quando quidem ab ſpectaculo & omnes laici prohibeantur. Semper enim Chriſtianis omnibus hoc interdictum eſt, vt vbi blaſphemi ſunt, non accedant.* Et Concilium CARTHAGINENSE IV. canone 88. allegatur à Gratiano diſtinct. 1. cap. Qui die. *Qui die ſolenni, prætermiſſo ſolenni Eccleſiæ conuentu, ad ſpectacula vadit excommunicetur.* Hos canones allegat MARTINVS BRACARENSIS cap. 59. collectur. Denique Concilium AFFRICANVM canone 28 *Illud petendum eſt à ſacratiſſimis Imperatoribus, vt ſpectacula theatrorum cæterorumque ludorum, die Dominica vel cæteris religionis Chriſtianæ diebus celeberrimis, amoueantur, maximè quia ſancti Paſchæ octauarum die populi ad circum magis, quàm ad Eccleſiam conueniunt: & debere transferri deuotionis eorum dies, ſi quando occurrerint, nec oportere etiam quemquam Chriſtianorum cogi ad hæc ſpectacula, maximè quia in his exercendis quæ contra præcepta Dei ſunt, nulla perſecutionis neceſſitas à quoquam adhibenda eſt. ſed vti oportet homo in libera voluntate ſubſiſtat ſibi diuinitus conceſſa. Cooperatorum enim maximè periculum conſiderandum eſt, qui contra præcepta Dei magno terrore coguntur ad ſpectacula conuenire.* Hæc decreta renouat Concilium GENERALE VI. Conſtantinopolitanum 3. cano. 51. ſedet canone 24. ſic loquitur. *Ne cui liceat eorum, qui in ſacerdotali ordine enumerantur, vel Monachorum, in equorum curriculis vel Scenicos ludos ſuſtinere. Sed & ſi quis clericus ad nuptias vocetur, quando ad deceptionem comparata ludicra ingreſſa fuerint, ſurgat & diſcedat, patrum noſtrorum ſic iubente doctrina* (habes ſuprà) *Si quis autem huius rei conuictus fuerit, vel ceſſet, vel deponatur.* Idem omninò ſtatuit Concilium SENONENSE cap 25. conſtitutionum. *Clerici* (ait) *ne in publico ludant pila aut aliis ludis, maximè cum laicis, à ludo alearum aliiſque qui à ſorte pendent abſtineant, neque ludentium fautores, ſpectatores aut teſtes exiſtant. Non ſe admiſceant choreis publicis, tripudiationibus aut*

Concilium Eliberinum ſub Sylueſtro.

Concilium Arelatenſe 1. ſub eodem.

Concilium Arelatenſe.

Concilium Carthaginenſe 3. ſub Syricio.

Concilium Hipponenſe. Concilium Affricanũ ſub Bonifacio 1.

Concilium Laodicenum.

Concilium Carthaginenſe 3. ſub Syricio.

Concilium Carthaginenſe 4.

Martinus Bracarenſis. Concilium Affricanum.

Concilium Conſtantinopolitanum generale 6.

Concilium Senonenſe.

ſaltationibus,

Hæc ſcribens per verecundiam tabeſco, miſerrimum noſtri ſeculi ſtatū recolens.

ſaltationibus, non turpes, amatorias aut laſciuas depromant cantilenas, ſeu cantantibus fauean͡t aut adſint, & non in ſcenam velut hyſtriones prodeant, non comedias vernaculas agant, non ſpectaculum corporis ſui faciant in publico priuatóve loco, quæ omnia ſacerdotibus ſunt indecora, & ordini Clericali multum detrahentia. Concilium MOGVNTINVM IV. cap. 74 Et Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 22. quæ eſt 6. ſub Pio 4. cap. 1. decreti reformationis. Denique ſic quoque ſtatuit Concilium COLONIENSE IV. cap. 17. *Spectacula & comedias fieri in monaſteriis virginum prohibemus, quæ virginibus voluptatem commoueant. Hæc ſpectacula etiam ſi de rebus ſacris, & piis exhiberentur, parum tamen boni, mali verò plurimum relinquere in ſanctimonialium mentibus poſſe geſtus externos ſpectantibus & mirantibus, cæterùm verba non intelligentibus. Ideo vetamus & prohibemus poſthac, vel comedos admitti in virginum monaſteria, vel virgines comedias ſpectare, &c.* Denique de ſpectaculis magnificè loquitur TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro vnico de ſpectaculis, vbi & ea Chriſtianis omnibus interdicit, multa inde incommoda prouenisse recenſens vocansque ea diaboli negotium: meminit cuiuſdam mulieris, quæ dum iuiſſet ad ſpectacula, diabolus eam inuaſit, qui cum exorciſmis vrgeretur, dixit ſe iuſtè eam inuaſiſſe. *Quia (ait) eam in meo opere inueni.* Alteram narrat ſimiliter à diabolo ibidem ſuffocatam. Tum de ludis diſſerit, quibus ſe debent exercere Chriſtiani Lege ſi vacat Eadem memorat & AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro de Cathechizandis rudibus cap. 16. lege ſi cordi eſt Porrò horum iam meminimus in vocabulo, dies feſti non choreis ducendi, &c. & non eſſe in Eccleſia celebranda diximus ex Concilio Baſileenſi.

Concilium Moguntinū. Concilium Tridentinum generale. Concilium Colonienſe 4.

Tertullianus Carthaginenſ.

Auguſtinus Hipponenſis.

* LITTERAE.

Hoc vocabulū non debet hic ſtare ſed omiſeramus locus eius eſt in ſuperiori pagina

Litteræ quomodo dandæ vel recipiendæ.] Vide ſupra, Eulogia. & formata Porrò Concilium ELIBERINVM can 81. *Ne fœminæ ſuo potius, quàm maritorum nominibus laicis ſcribere audeant, quæ fideles ſunt, vel litteras alicuius pacis eas ad ſuum ſolum nomen ſcriptas, accipiant.* Sic quoque Concilium COLONIENSE III. cap. 18. partis 10. præcipit Monachis ac monialibus ne vllas vel dare vel accipere litteras audeant abſque abbatis aut Abbatiſſæ, vel eius qui eorum loco miniſterio præeſt ſcientia. &c. Hoc antè BENEDICTVS CASSINANSIS cap. 54. Regulæ ſic dicit. *Nullatenus liceat Monacho, neque a parentibus ſuis, neque a quoquam hominum, nec ſibi inuicē litteras aut eulogia vel qualibet munuſcula accipere, aut dare ſine præcepto Abbatis, &c.* Mentio fit in Concilio LAODICENO cano 14. Eulogiarum quæ per feſtiuitatem paſchalem prohibentur mitti ad alias parochias Similiter & in Concilio NANNETENSI cano. 9. Vide locis ſupradictis, & in vocabulo, Panis Benedictus. &c.

Concilium Eliberinum.

Concilium Colonienſe 3.

M

MAGVS MAGIA MAGICVS.

MAgiæ exercitium inhibetur.] Quædam ad hanc propoſitionem ſpectantia iam dicta ſunt in vocabulo, Augur. Auguria. &c. Verùm quæ reſtant paucis inſinuanda, quia non eſt

A nobis otium de origine Magiæ diſſerere, nam & ſatis inſinuat BEROSSVS CHALDAEVS ſacerdos libro 3. de antiquitate Iani Patris. Zoroaſtem authorem magiæ fuiſſe ſcribens in eo libro quid ſit geſtum à diluuio vſque ad colonias miſſas per orbem. Nota autem quod ſolum eum Zoroaſt, nominat, non Zoroaſtem. Sic autem loquitur. *Tunc ſanctiſſimus (ait) omnium pater Noa, iam antea edoctos Theologiam & ſacros ritus, cœpit etiam eos erudire humanam ſapientiam, atque plantauit & vinum conficere docuit, cuius vim inexpertus & vaporem, ebrius effectus minus pudice in terram cecidit. Erat ille, vt diximus, filius ex tribus primis adoleſcentior. Cham, qui ſemper magica & venefica ſtudēs Zoroaſt nomen conſecutus erat. Is patrem Noam odio habebat, quia alios vltimo genitos ardentius amabat, ſe verò deſpici videbat. Potiſſimè verò idem erat infenſus patri ob vitia. Idem nactus opportunitatem, cum Noa pater madidus iaceret, illius virilia comprehendens tacitéque ſubmurmurans carmine magico patri illuſit, ſimul & illum ſterilem perinde atque caſtratum effecit, neque deinceps Noa fœmellam aliquam fœcundare potuit, &c.* Hæc Beroſus. Verùm latiùs de Magiæ inuentione tractat Diogenes Laertius lib. 1. de vita Philoſopho. in initio, Et LVDOVICVS COELIVS Rhodiginus libro 5. lectionum Antiquarum capite 42. ſic. *Qui accuratius introſpicere iſta enixi ſunt, Magiæ ſpecies duas deprehenderunt. Altera infamis eſt, ac immundorum ſpirituum commerciis inauſpicata, Reliquam ſi penſitatius explores diſpiciáſve, non ferè aliud eſt, quam naturalis Philoſophiæ apex, &c.* Vide reliquum. Et PETRVS CRINITVS libro 9. de honeſta diſciplina capite 5. ſic *De Magia, quæ apud populos Ægyptios celebrata ſit, permulti apud veteres ſcripſerunt, nam & Græcorum quidam ad eam perdiſcendam illuc enauigarunt, &c.* Lege. Deinque POLYDORVS VERGILIVS libro 1. de Rerum inuentoribus capite 22. *Exigit locus, vt & de origine magicæ artis prius dicatur, quàm libri finem faciamus, quandoquidem natam primum à Medicina nemo dubitat. Hæc itaque à Zoroaſtre in Perſide authore PLINIO libro 30. vt inter authores conuenit, ortum habuiſſe fertur.* IVSTINVS *in principio ſuæ Epitomes, hunc Zoroaſtrem, qui magicam artem reperit, Bactrianorum regem fuiſſe dicit, quis teſte* EVSEBIO *de temporibus, & libro 10. de præparatione Euangelica plus 800. fere annis ante Troiana tempora fuit, quo etiam tempore Abraham & Ninus fuerant, &c.* Lege quod ſequitur. His præmiſſis, ad dogmata Eccleſiaſtica & præcepta deſcendamus. CLEMANS I. lib. 7. Conſtitutionum Apoſtolicarum c. 4. ſic Apoſtolos docuiſſe memorat. *Non dabis operam Magicæ arti. Non laſtrabis, luſtratores enim non ſinetis viuere.* Verùm dignum ducimus hic aſcribere quæ PHILO IVDAEVS in eo libro quem ſcripſit in Decalogum, ſiue de ſpecialibus legibus, hæc eadem verba interpretans, annotare ſtuduit, quia bifariam Magiam deſcribit, dum contra Mœchos diſputat. Sic autem loquitur. *Veram illam Magiam, hoc eſt, perſpicatiſſimam ſcientiam per quam naturæ opera cernuntur clarius, vt honeſtam expetendámque non plebeij ſolùm ſectantur, ſed etiam * Reges regum maximi, præſertim Perſici, iam curioſi harum artium, vt regnare non liceat, niſi cum Magis verſato familiariter. Ex hac adulterata deprauatáque deſcendunt, quas maximè proprio vocabulo, malas artes dicimus, circulatorum ariolorúmque ſtudia, & miſerum mancipiorúmque nequiſſimorum expiationes luſtrationéſque profiten-*

B C D E

Beroſus Chaldæus.

Noe.

Hæc pro parte habentur Geneſis 9.

Attende hiſtoriam fideliſſimi Beroſi.

Ludouicus Cælius Rhodiginus.

Petrus Crinitus.

Polydorus Vergilius.

Plinius 2. Iuſtinus Hiſtoriographus.

Euſebius Cæſarienſis.

Clemens 1.

Philo Iudæus.

Duplex magia

* Hinc & Magi ad Chriſtū adorandum venerunt, qui & Reges dicuntur

tium, mutationeſque amoris in odium, aut è diuerſo odij in amorem, per quaſdam potiones amatorias, & incantamenta idonea, atque his dolis inuocant ſimpliciſſimum quemque donec in calamitate ingentes pertrahant, vt nonnumquam magnæ familiæ cognationeſque paulatim ſidendo ſua ruina ſtrepitu intercidant, &c. Multa ibidem tractat de veneficijs. Lege, ſi licet per otium. De hac magia tractat HELIODORVS TRICENSIS Epiſcopus libro 6. Æthiopicæ hiſtoriæ, circa finem de quadam ano loquens, quæ inter defunctorum cadauera exiſtens defuncti filij corpus rediuiuum ſuis incantationibus ſurgere fecit, & ab eo multa futura didicit. Hæc ſpectans Chariclæa ſollicita, quid Theageni ſuo eueniſſet, volebat ab anu ſimiliter ſciſcitari, ſed à Calaſiri prohibita eſt, ſic eam docente. *Non ſolum (ait) huiuſmodi præſtigia atque incantamenta videri & obſeruari prohibentur ſacerdotibus & prophetis, quandoquidem futura prædicere & præcinere, prophetis conceditur, legitimis ſacrificiis & deuotis precibus præmiſſis. At talibus Præſtigiatoribus, qui Magicas ſic artes obſeruant execrabilibus cæremoniis, nec credendum, nec deferendum eſt, quoniam ex fortuito caſu hæc illis conceſſa ſunt ad eorum interitum, vt ex euidentia ſufficienter probatur de his, quæ præſenti mulieri magicæ acciderunt.* Lege hyſtoriam. De hac etiam euitanda arte docet TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro Apologetico aduerſus Gentes capite 23. & alij multi. ſed hoc nil ad rem. Verùm tantum decreta proſequamur Concilium ANCYRANVM, allegatum in ſententijs à Gratiano cauſa 26. quæſt. 1. 2. 3. & præcipuè quæſt. 4 & 5. Item libro 6. cap. 7. Sexdecim librorum Partialium. *Statuimus, (ait) vt Epiſcopi eorúmque miniſtri omnibus viribus elaborare ſtudeant, vt pernicioſam & à diabolo inuentam ſortilegam & maleficam artem penitus ex parochiis ſuis eradicent. & ſi aliquem virum aut fœminam huiuſcemodi ſceleris ſectatorem inuenerint, turpiter dehoneſtatum de parochiis ſuis eiciant, &c.* Poſt hæc illos arguit Concilium, qui dæmonum illuſionibus & phantaſiationibus ſeducuntur, credentes ſe nocturnis horis multa terrarum ſpatia ſuper beſtias æquitando pertranſire, dæmonum eſſe affirmans præſtigias, & qui talia & his ſimilia credit, fidem perdidiſſe. Idem docet Concilium GENERALE VI. Conſtantinopolitanum 3. cano. 61 & omninò inhibet huiuſmodi incantationum & diuinationum commenta. Vide. Auguria, &c. Porrò Concilium LAODICENVM ſub Damaſo i canone 36. & allegatur à Martino Bracarenſi cap. 60. collectorij & à Gratiano cauſa 26. quæſt. 5. cap. Non oportet, &c. *Non oportet ſacris officiis deditos aut clericos, Magos aut incantatores exiſtere, aut facere Phylacteria, quæ animarum ſuarum vincula comprobantur. Eos autem qui his vtuntur, ab Eccleſia pelli præcipimus.* Idem omnino & ſub ſimilibus verbis repetit Concilium AGATHENSE ſub Cœleſtino 1. canone 68. nec eſt opus vt recenſeamus, quoniam à priori non differt. Sic verò canone altero ſtatuit, vt citat Iuo Carnotenſis libro 8 Decretorum, de muliere Malefica. *Perquirendum eſt (ait) ſi aliqua fœmina eſt, quæ per quædam maleficia & incantationes mentes hominum immutare ſe poſſe dicat, id eſt, vt de odio in amorem, vel de amore in odium conuertat, vt bona hominum aut damnet aut ſurripiat. Et ſi eſt quæ ſe dicat cum dæmonum turba in ſimilitudinem mulierum transformata certis noctibus æquitare ſuper quaſdam beſtias, & in eorum conſortio annumeratam eſſe, hæc talis omnimodis ſcopis correcta*

Heliodorus Tricēſis. huius meminit Nicephorus libr. 12. cap. 34. cuius hiſtoriā Aethiopicam Græcam & Gallicam vidi, non Latinā.

Tertullianus Carthaginenſ.

Concilium Ancyranū ante Nicenum.

Concilium generale 6. Cōſtantinop. 3.

Concilium Laodicenum.

Concilium Agathenſe.

Mulier malefica expellenda.

ex parochia eiciatur. Sic notat hæreticos EPIPHANIVS CYPRI libro 1. contra hæreſes, hæreſi 27. contra Carpocratiſtas eoſdem. *Aggrediuntur (inquit) hi qui ex neſtria hac ſch[o]la ſunt omnigenos conatus horribilium ac pernicioſorum operum. Ma[gi]a enim apud ipſos excogitata eſt, incantationes quæ diuer[ſ]as ad omnem machinationem inuenerunt, ad amorem & ad illectamenta, quin [...] aſſ[...] dæmones ſibi ipſi attrahunt, ad hoc vt [...] multi[...] præſtigias in magna poteſtate omnibus a[...] quibus velint, & [...] vnuſquiſque quamcu[...] actionem aggredi audeat, nimirum ſeipſos decipientes, ad perfectionem obcæcata mentis ipſorum, &c.* Denique GREGORIVS NAZIANZENVS Oratione 1 in Iulianum Imperatorem, eundem Magiæ accuſat, & quidem doctiſſimè, ſicut & reuera Magus fuit & diuinationibus dæmonum deditus, vt meminimus in vocabulo. Crux. & Auguria, &c. Præterea de Magia euitanda AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro 8. de ciuitate Dei capite 19. *Magicas (ait) artes, de quibus quoſdam minus infœlices & minus impios, etiam gloriari libet, in nomine dæmonum non ſ[ecu]ndum leges Chriſtianas, ſed etiam ſecundum Paganorum dogmata, generi humano pernicioſas eſſe non dubium eſt. Ait enim poeta clariſſimus* VIRGILIVS libro 4 Æneidos *Teſtor chara Deos, & te germana, tuumque dulce caput magicas inuitam accingier artes. Illud etiam quod alio loco* Bucolicorum Egloga 8. *dicit Atque ſatas alio vidi traducere meſſes, eo quod hac peſtifera ſceleratáque doctrina, fructus alieni in alias terras transferri perhibentur. Nomine in duodecim tabulis, id eſt, Romanorum antiquiſſimis legibus* CICERO *commemorat eſſe conſcriptum, & ei qui hoc fecerit ſupplicium conſtitutum. Poſtremò ipſe Apuleius nunquid etiam apud Chriſtianos iudices de magicis artibus accenſatus, &c.* Vide reſiduum. Idem de Miraculis quæ fiunt per Magicas artes abunde diſſerit libro 3. de Trinitate cap. 6. & allegat PETRVS LOMB. libro 2. ſententiarum diſtinct 7 cap Quorum ſcientia. &c. *Occurrit (ait Auguſtinus) cogitationi infirmæ, cur miracula magicis artibus fiunt. Nam & Magi Pharaonis ſerpentes ſicut Moſes fecerunt, & alia ſimilia. Sed amplius eſt admirandum quomodo magorum illa potentia, quæ ſerpentes facere potuit, vbi ad muſcas minutiſſimas ventum eſt omnino defecit. Cyniſes enim muſculæ ſunt breuiſſimæ, qua tertia plaga ſuperbus Ægyptiorum populus cædebatur. Ibi certe deficientes Magi dixerūt, digitus Dei eſt hic. Vnde intelligi datur, ne ipſos quidem transgreſſores Angelos & aereas poteſtates in imam iſtam caliginem, tanquam in ſui generis carcerem ab illius ſublimis æthereæ puritatis habitatione detruſas, per quas Magicæ artes poſſunt valere aliquid, niſi data de ſuper poteſtate. Datur autem illis vel ad fallendos fallaces ſicut Ægyptios, & in ipſos etiam Magos data eſt, vt in eorum ſpirituum ſeductione viderentur admirandi, a quibus fiebant à Dei veritate damnandi, vel ad admonendos fideles, ne tale aliquid facere pro magno deſiderent, propter quod etiam nobis ſcripturæ authoritate ſunt prodita, vel ad exercendam, probandam manifeſtandámque iuſtorum patientiam. Neque enim parua viſibilium miraculorum potentia Iob cuncta quæ habebat amiſit, & [...] ipſam corporis ſanitatem, &c.* Lege eadem apud eundem libro 83. quæſtionum quæſtione 79 & alibi. Porrò de Magicæ artis inuentione & eiuſdem exercitio ſcribit copioſè DIOGENES LAERTIVS libro 1. de vita Philoſophorum non longè à principio quem poteris legere, & annumerare cæteris quos ante produximus, quia

Carpocratiani [...] magi[...] Epiphani[...]

Gregorius Nazianzenus.

Iulianus Ma[gus].

Auguſtinus Hipponenſis.

Cicero.

Petrus Lombardus. Magi [...] ſolita.

Diogenes Laertius.

& ip[ſ]e

& ipſe duplicem magiam deſcribit, vitioſam &
honeſtam. Vt autem ad propoſitum redeamus, de
fugiendo, ſcilicet magicæ artis exercitio, ſic

Concilium Turonenſe 3. ſub Leone 3.

Conciliũ TVRONENSE III. ſub Carolo Ma-
gno, cano. 42. *Admoneant* (ait) *Sacerdotes fideles
populos, vt nouerint magicas artes incantationéſque
quibuſlibet infirmitatibus hominum nihil poſſe remedij
conferre, non animalibus languentibus, claudicantibúſ-
ve, vel etiam moribundis quicquam mederi, non liga-
turas oſſium, vel herbarum cuiquam mortalium adhi-
bitas prodeſſe. ſed hæc, eſſe laqueos & inſidias antiqui
hoſtis, quibus ille perfidus genus humanum decipere
nititur.* Hæc eadem Concilium PARISIENSE

Concilium Pariſienſ. 3. ſub Ludouico & Lothario Auguſtis.
Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

III. prohibet libro 3 cap. 2. vbi tales qui has artes
profitentur iubet acriter puniri & corrigi. Et
Concilium LATERANENSE ſub Leone 10.
ſeſſione 9. *Cùm ſecundum leges ciuiles* (ait) *& ſa-
crorum canonum cenſuras, ſortilegia per inuocationem
dæmonum, incantationes ac diuinationes ſuperſtitio-
néſque prohibita ſint, Statuimus, decernimus, & ordi-
namus, vt clerici, qui in præmiſſis culpabiles inuẽti fue-
rint, arbitrio ſuperiorum infamia notentur. Si verò non
deſtiterint, deponantur, atque ad monaſterium ad tem-
pus arbitrio ſuperioris, perfiniendum detrudantur, be-
neficijſq; & officijs Eccleſiaſticis priuentur. Laici verò
vtriuſque ſexus excommunicationis & alijs pœnis iuris
tam ciuilis, quam canonici ſubiaceant.* Idem omni-

Concilium Ratiſponenſe ſub Laurentio Cãpegio Cardinali S. Anaſtaſiæ.
Concilium Treuerenſe 1.
Concilium Moguntinũ 4.

nò Concilium RATISPONENSE cano. 31. &
Concilium TREVERENSE I. cap. 6. de Sor-
tilegijs Sacerdotibus & laicis, vt ſi noluerint con-
uerti, anathemate feriantur, & populus ab eorum
illuſionibus & ſuſurrijs liberetur. Idem quoque
ſtatuit Concilium MOGVNTINVM IV. cap.
10. & deſumitur ex Gratiano cauſa 26. quæſt. 5.
cap. Non oportet. & capit. Si quis, &c. *Sortilegia*
(ait) *quæ ad iniuriam ſacræ religionis noſtræ dete-
ſtando malorum dæmonum commercio exercentur, om-
nibus Chriſtianis prohibenda, in Clericis verò omni
pœnarum acerbitate coercenda cenſemus. Proinde Cle-
ricum ſortilegum protinus ab omni functione Eccleſia-
ſtica & ordine remouendum, & excommunicationis
ſententia cenſemus alligandum, à qua, niſi in articulo
mortis, à nemine quam à ſuo diœceſano, aut à ſummo
Pontifice ſeu legato eius ad id poteſtatem habente, ab-
ſolui debet, & ſi incorrigibilis eſſe perrexerit, ad mona-
ſterium arctum pro agenda pœnitentia detrudatur, aut
prorſus abiiciatur. Laici verò ab hac arte execrabili
publicatione bonorum ſuorum, aut peruicacia eorum
exigente perpetua captiuitate, aut grauiore etiam ani-
maduerſione coerceri debent.*

MAGISTER.

Clemens 1.

Magiſtri honorandi.] Vide in dictione Ho-
nor, &c. & infrà Paſtor, &c. Porrò CLEMENS
I. libro 7. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 10.
*Explicantem tibi ſermonem Dei honora, eúmque in
memoria habe diu noctúque. In honore autem habe
eum, non vt ortus vitæq; tuæ authorem, ſed vt eum qui
tibi dedit vt benè ac laudabiliter viueres, vbi enim do-
ctrina viget de Deo, ibi adeſt Deus. Exquires quotidie
faciem ſanctorum, vt acquieſcas in ſermonibus iſtorum.*
Idem eadem docet & epiſtola 3. ad fideles, &c.

MAGISTRATVS.

Clemens 1.

Magiſtratus honorandi.] CLEMENS I.
libro 4. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 13
*Omni regno ac magiſtratibus ſubditi eſtote, in eo quod
Deo placet tanquam Dei miniſtris & impiorum vlto-*
A *ribus, timorem illis debitum præſtate, omne vectigal,
omne tributum, omnem honorem, munus, cenſum. Dei*

Romano 13.

*enim eſt præceptio, nemini quicquam debere. niſi ami-
citiæ ſignum, quod Deus ſtatuit per Chriſtum.* Eadem
adhuc repetit libro 7. cap. 17. Hinc etiam de ma-
giſtratibus honorandis & non facilè dijudicandis

Concilium Colonienſe 3.

Concilium COLONIENSE III. cap. 15. part. 6.
narrat, & quod pro eiſdem debeant orationes &
ſuffragia fieri. Tum cap. 18. ſubditur: *Hoc obſerua-
re iubentur Concionatores, vt moderatè in magiſtratus
inuehant, ne per incautam reprehenſionem plebis ad ſe-
ditionem magis ac rebellionem incitetur: quin potius
docendus eſt populus obedire magiſtratibus, parere præ-*

1. Petri 2. Iob 34.

poſitis etiam diſcolis admonendúſque eſt, vt ſi ſint Ma-
B *giſtratus interdum vitioſi, id euenire quod dominus re-
gnare facit malos & hypocritas propter peccata populi,
&c.* Vide Rex, Regnum, Prædicatio, Accuſatio, &
cætera huiuſmodi.

MALVM.

Augustinus Hipponenſis.

Malum vnde ortum.] Habes ſuprà dictio-
ne, Diabolus, de quo etiam breuiter AVGVSTI-
NVS HIPPONENSIS libro de fide ad Petrum,
parte 2. cap. 21. *Nulla eſt mala natura, quia omnis
natura inquantum natura, bona eſt. Sed quia in ea bo-
num, & minui & augeri poteſt, intantum mala dici-
tur, in quantum bonum eius minuitur. Malum enim*
C *nihil aliud eſt: niſi priuatio boni. Vnde conſtat gemi-
num eſſe creaturæ rationalis malum, vnum quo volun-
tariè deficit à ſummo bono creatore ſuo alterum, quo in-
uita punietur igni æterni ſupplicio, illic paſſura iuſtè
quod hic admiſit iniuſtè, & quia ordinem in ſe non ſer-
uauit diuinæ inſtitutionis, ordinem diuinæ non effugiet
vltionis.* Eadem latiùs proſequitur libro 2. de Ge-
neſi contra Manichæum, cap 29. & libro contra
epiſtolam fundamenti, cap. 33. & alijs in locis.

MALVS.

Sixtus 2.
Matth. 18.

Mali cur permittantur.] SIXTVS II. epiſtola
ad Epiſcopos Hiſpaniæ. *Iuſto iudicio Dei datur ple-
rúmque peccatoribus poteſtas, quæ ſanctos ipſius perſe-
quantur, vt qui Spiritu Dei iuuantur & aguntur fiant*
D *per laborũ exercitia clariores. Illi tamen qui hoc agunt,
nullatenus euadent pœnam, quia (vt ait Dominus) væ
illi per quem ſcandalum venit.* Et FOELIX I. epi-
ſtola 1. ad Paternum Epiſcopum. *Omnes qui in
Chriſto piè volunt viuere, neceſſe eſt vt ab impijs & diſ-
ſimilibus patiantur opprobria, & deſpiciantur tanquã
ſtulti & inſani, qui præſentia bona perdunt, vt inuiſibi-
lia & futura bona acquirant. Deſpectio tamen & ir-
riſio talium in ipſos detorquebitur qui ipſos infeſtant,
quia ex abundantia eorũ inaegeſtatẽ, & ſuperbia trãſi-
bit in cõfuſionem, & quidquid iſtis aduerſitatum vel
malorum irrogatur, non eſt pœna criminis, ſed virtutis
examen: & ſicut aurum quanto plus excoquitur tanto*
E *melius efficitur: ſic iuſtus, quãto plus tribulatur ſi ipſam
tribulationem patienter portauerit multo purior, &
charior Deo redditur.* Vide Patientia, Perſecutio,

Fœlix 2.

& Martyrium, &c. Et FOELIX II. epiſt. 1. ad Atha-
naſium & Epiſcopos Ægypti Alexandriæ cõgre-
gatos, cap. 13. *Sæpiſſimè* (ait) *boni à malis perſequũ-
tur, qui non ceſſant ſuis calumnijs eos denigrare, & ideo
ſummopere prouidendum eſt ne hæc fiant.* Pulchrè

Ioannes Chryſoſtomus. Pſal. 25

IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia in il-
lud Pſalmi: Redime me & miſerere mei. tom. 1. de-
ſcribit rationem cur mali in hac vita proſperẽtur,
& ſinuntur malos bonos perſequi, verùm proli-
xiori tractatu diffluit. Et AVGVSTINVS HIP-

Augustinus Hipponenſis.

PONENSIS in Pſal. 54. *Omnes mali cùm mali ſint*

(ait) *exercens bonos. Si bonus es inimicum non habebis, niſi malum. Porrò ea tibi bonitatis regula præfixa eſt, vt imiteris bonitatem patris tui, qui facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Neque tu habes inimicum? & Deus non habet. Tu quidem habes inimicum qui tecum creatus eſt, ille verò quem creauit. Inimicos ergo Dei malos & iniquos ſæpè in ſcripturis legimus, & parcit eis ille qui non habet illi inimicus, cui inimicus omnis ingratus eſt, &c.* Lege infrà Perſecutio, &c.

M A N S V E T V D O.

Ioannes Chryſoſtomus.

Manſuetudo inſignis virtus.] I O A N N E S C H R Y S O S T O M V S homil. 34. in Geneſ. ſtatim initio *Hæc eſt* (ait) *optima philoſophia: Neque contumelia afficit ferociſſimus, etiamſi contemptiores & magis inopes nobis ſint qui nobiſcum contendunt, ſed manſuetudine & lenitate furorem comprimamus. Nihil enim illa potentius, nihil illa fortius. Illa animam noſtram in perpetua tranquillitate, & quaſi in portu conſtituit, & omnis recreationis ac quietis occaſio eſt, &c.*

Liberatus Carthaginenſis.

Hinc & L I B E R A T V S C A R T H A G I N E N S I S cap. 16 breuiarij de cauſa Neſtoriana, tantam deſcribit manſuetudinem in Timotheo Epiſcopo Alexandrino, vt inimici & hæretici ei loquerentur in plateis & in Eccleſijs: *Vel ſi tibi non excommunicamus, tamen amamus te.*

Hieronymus Stridonenſis.

Hinc H I E R O N Y M V S S T R I D O N E N S I S epiſt ad Theophilum aduerſus errores Ioan. Hieroſolymitani multis verbis & exemplis oſtēdit manſuetudinē Prælato eſſe neceſſariam. Et lib 3. Commentariorum in epiſtolā ad Galatas, cap. 5 *Poſt idem* (ait) *manſuetudo numeratur, quæ aduerſa eſt iræ, rixis, diſſenſionibus, & nunquam ad ſui contraria prouocatur, verè de bona ſpiritus arbore bonos fructus germinās. Per hūc famulus Dei Moyſes teſtimonium ſcripturæ meruit accipere dicentis: Moyſes manſuetus erat ſuper omnes homines qui habitāt terram, &c.* Vide Inimicus, &c.

M A N V S I M P O S I T I O.

Manus impoſitionis antiquitus vſus probatur. Credo quòd iā in mille locis manus impoſitioni mentio facta eſt, & præcipuè nihil aliud reperies probatum penè in vocabulo Confirmatio, ex V R B A N O I. & E V S E B I O I. atque cæteris Patribus. Si non dedignatis paululum folia reuoluere. Diximus & de re eadem in vocabulo, Chriſma, fermè per totum vocabulum. Sed & in

Plures citātur qui alios allegāt ſunt.

dictione, Corepiſcopus, ex Damaſo I Leone I Ioāne III. Gelaſio I ac reliquis Patribus mentionem fecimus impoſitionis manuum, cùm ſcilicet ad ſolos Epiſcopos nō ad alios hoc officiū pertinere dicebatur.

Clemens I.

Porrò C L E M E N S I. libro 7. Conſtitutionis Apoſtolicæ, cap. 39. de manus impoſitione ſuper cathecumenos loquitur, vt ſuo dictū eſt loco. Verùm & ſi pluribus in locis de huiuſmodi ſacramento ſit mentio habita, adhuc tamen pauca dicenda, quæ ex veterum traditione reſtant inſinuanda. Idem Clemens I. lib. 8. Conſtitutionum Apoſtolicarū, cap 45. meminit impoſitionis manuum, quę fiebat ab Epiſcopo ſuper populum inclinatum.

Dionyſius Areopagita.

Denique D I O N Y S I V S A R E O P A G I T A libro De Eccleſiaſtica Hierarchia parte 2. & 3. cap 5. docet cur manus imponātur ſuper Epiſcopum & Presbyterum & Diaconum, vt ſuo vocabulo reſeruatum eſt. Sic autem etiā ibidem loquitur: *Porro Pontificalis impoſitio manus inſinuat vna & protectionem Dei, qua vi ſancti pij paterno fruentur affectu, ipſi habitum virtutemque ſacratiorem largientem, aduerſariaſq; virtutes ab eis procul abigentem docet itidem ſacras omnes conſummanteſq; actiones, quaſi ſub Deo eos qui ſacris ordinibus mancipantur efficere perfectos ipſum operationum ſuarū habētes in omnibus ducem ac rectorem, &c.*

Ratio impoſitionis manuū Iuſtinus Martyr.

Manuū impoſitionis meminit & I V S T I N V S M A R T Y R quęſtione 14 ad orthodoxos, dum tractat de baptiſmate hæreticorum Vide Baptiſmus, &c.

Iuſtinus Martyr.

Tertullianus Carthaginenſ. Clemens Alexandrinus.

Meminit & T E R T V L L I A N V S C A R T H A G I N E N S I S libro de Baptiſmo Vide ibidem. & C L E M E N S A L E X A N D R I N V S lib. Pædagogi cap. 11.

Euſebius Cæſarienſis.

Meminit & E V S E B I V S C Æ S A R I E N S I S lib. 7. Eccleſiaſticę hiſtorię, cap. 32 & alijs locis infinitis, dum de Paulo Samoſateno loquitur, cui Antiochenæ Eccleſiæ effecto Paſtori manus fuiſſe impoſitas à Theotecno Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopo deſcribit.

Nicephorus Calliſtus Hiſtoriographus.

N I C E P H O R V S C A L L I S T V S lib. 9 Eccleſiaſticæ hiſt. cap. 43 atq; S O C R A T E S Hiſtoriographus lib. 2. Hiſtoriæ Eccl. cap. 40. dum acta deſcribunt Concilij habiti Seleuciæ à Conſtantio Imperatore, ſæpiùs manuum impoſitionis meminerunt, quam & dicunt Spiritum ſanctum dare, vt habetur in actibus Apoſtolorum. Idē Socrates lib. 6. cap 2. & reliquus, & Nicephorus lib. 13. cap 2 iterum narrāt Io. Chryſoſtomo à Theophilo Alexādrino fuiſſe manus impoſitas, dum eſt in Conſtantinopolitanū Epiſcopum conſecratus, vt alibi in dictione Epiſcopus, meminimus. Qui Nicephorus etiā libro eod 13. cap 9. *Manus* (ait) *ſacras Gerontio Nicomedienſi Epiſcopo impoſuit Heraclius, &c.* Et cap 17 (*Chryſoſtomus* (ait) *Epiſcopalia munia obiens clerum conſecrabat.* Sed non eſt nobis otium vniuerſas hiſtorias percurrere.

Concilium Laodicenum.

Hinc etiam impoſitionis manuum meminit Concilium L A O D I C A N V M can 4. *Statuimus* (ait) *non licere manus impoſitionem ſuper ordinandos præſentibus cathecumenis fieri.* Vide Ordinādi, &c.

Ambroſius Mediolanenſis.

Denique A M B R O S I V S M E D I O L A N E N S I S in priorem ad Timoth. cap. 4. exponēs illud: Noli negligere gratiam quæ eſt in te, quæ data eſt tibi per prophetiā cùm impoſitione manuum Presbyterij, &c. *Prophetia* (ait) *eſt qua eligitur quaſi doctor futurus idoneus. manus verò impoſitiones, verba ſunt myſtica, quibus confirmatur ad opus electus, accipiens authoritatem teſte conſcientia ſua, vt audeat vice Domini ſacrificiū Deo offerre, &c.*

Auguſtinus Hipponenſis.

Et A V G V S T I N V S H I P P O N E N S I S lib. 3. de Baptiſmo cōtra Donatiſtas, cap. 16. *Manus impoſitio* (ait) *nō ſicut Baptiſmus repeti non poteſt Quid eſt enim aliud, niſi oratio ſuper hominem.* Iterum mentionem facit impoſitionis manuum, lib 1. De pec. merit. & remiſ cap. 26.

Concilium generale 7. Nicenum 2.

Hinc Concilium generale VII N I C E N V M II. can. 14. allegatur à Gratiano diſtinct. 69. cap. Quoniam videmus. *Quòd in ſacerdotio ordo verſatur eſt omnibus manifeſtum, & ſacerdotij manuū impoſitiones ſeruare Deo gratum eſt. Quoniam ergò videmus nonnullos à pueris cleri tonſuram accipientes nōdum accepta Epiſcopi manuum impoſitione, & in congregatione in ſuggeſtu legentes, & id non canonicè facientes, hoc à præſenti canone non fieri permittimus. Hoc ipſum etiam in monacho ſeruari. Lectoris autē manuum impoſitionem licet in proprio monaſterio etiam ſibi vnicuique monaſterij præfecto facere, ſi ipſi præfecto, ſcilicet ab Epiſcopo, manus eſt impoſita, qui ſit & ipſe presbyter. Similiter & ex antiqua traditione Corepiſcopos, Epiſcopi permiſſa, oportet per manū impoſitionē lectores creare, &c.* Vide Corepiſcopus ſuo loco

Concilium Pariſienſe 3.

Deniq. crebro facit mentionem impoſitionis manuum Conciliū P A R I S I E N S E III cap. 33 lib. 1. dum ſtatuit quo tempore ſit celebrandum Confirmationis ſacramentum. Vide Confirmatio, &c.

Concilium Colonienſe 3.

Hinc Concilium C O L O N I E N S E III. part. 1. *Impoſitio manuum* (ait) *eſt oſtium, per quod intrant qui Eccleſiarum guberna-*

Oro attende.

*culis admonentur. Proinde quia einſcemodi oſtium di-
ligenter cuſtoditum non eſt, factum eſt vt tanta mala
quæ ſentimus, agminatim in Eccleſiam Dei eruperint.
Huius ianuæ vigilantiſſimi cuſtodes fuerunt Apoſtoli
Chriſti, & quotquot ipſis ſucceſſerunt Apoſtoli Epiſco-
pi. Imprimis vero diuiniſſimus Paulus, qui dilectiſſimis*

1 Timoth. 3. Titum 3.

*diſcipulis Timotheo & Tito einſcemodi cuſtodiæ for-
mulam ex profeſſo præſcribit. Quod & Apoſtoli legun-
tur, Act. 1. in electione Mathiæ, Actuum 6. in electione
Stephani, Act. 13. in miſſione Barnabæ & Pauli obſer-
uaſſe, & Paulus 1. Timoth. 5. Nemini citò manus impo-
ſueris, neque excommunicaueris peccatis alienis. A qua
regula cùm longè latéque diſceſſum ſit, affectibus priua-
tis ſibi omnia vendicantibus morbus obortus eſt pluri-
mus, atque ita radicatus, vt vix ſpei medendi relicta ſit.
Neque tamen in medijs & exulceratiſſimis morbis de
remedio deſperandum erit, ſed tanto magis de pharma-
co idoneo cogitandum prouidendúmque. Quamobrem*
(infert cap. 3.) *omnibus qui præficiendi Eccleſiaſticis
munijs miniſtros poteſtatem habent, illa quam paulo
ante retulimus Paulina admonitio ſemper ob oculos
verſabitur. Manus citò nemini impoſueris, & ne com-
municaueris peccatis alienis. Si enim ad honores mun-
di ſine ſuffragio temporis, ſine merito laboris indignum
eſt peruenire, & notari ambitu ſolent, quos probitatis
documenta non adiuuant, quam diligens & quam pru-
dens habenda eſt diſpenſatio diuinorum munerum, &
cœleſtium dignitatum.* Vide Electio, &c. Porrò

Albertus Carpenſis.

Impoſitio manuum multiplex.

ALBERTVS CARPENSIS comes in reſpõ-
ſione ad Eraſmi epiſtolam, multiplicé impoſitio-
nem manuum deſcribit. *Impoſitio* (ait) *manus mul-
tiplex ex Apoſtolorum actu dignoſcitur: vna, qua cõ-
firmabatur & incrementum ſuſcipiebat gratia baptiſ-
matis, ſcilicet, qua ſpiritus virtute conferebantur dona
linguarũ & prophetia. Altera qua ſacerdotij caracter
conferebatur, vt ab Epiſcopis qui Antiochiæ erant
Paulo & Barnabæ ſegregandis manus impoſitæ ſunt,
Act. 13. &c.* De his latiùs IOAN. ALBINVS Ar-

Ioannes Albinus.

chidiacon⁹ Tholoſanus ſcripſit in eo opere quod
edidit vernacula lingua, De legitima vocatione
miniſtrorum Eccleſiæ, vbi doctè hoc ſacramen-
tum Impoſitionis manuum proſequitur. Vide
quod ſequitur.

Manuum impoſitionis miniſter.] Hoc
ſufficienter ex ſuperioribus colligitur & ex locis
ibidem notatis, ideò diligenter repete. Denique

Damaſus 1.

DAMASVS I. epiſt. 4 ad Proſperum & reliquos
Epiſcopos Numidiæ, poſtquam de Abrogatione
Chorepiſcoporum ſtatuit, quibus aufert poteſta-
tem imponendi manus, vt dictum eſt ſuo loco.
Quod ſolis Apoſtolis (ait) *eorumque ſucceſſoribus
proprij ſit officij tradere Spiritũ ſanctum, liber actuum
Apoſtolorum docet, præſertim cum nullus ex ſeptua-
ginta diſcipulis legatur donum ſancti Spiritus per ma-
nus impoſitionem, vt prædictum eſt tradidiſſe.* Et EV-

Euſebius 1.

SEBIVS I. epiſtola ad Epiſcupos Tuſciæ, & Cã-
paniæ, &c. *Manus impoſitionis ſacramentum*, ait
*magna veneratione tenendum eſt, quod ab alijs perfici
non poteſt, niſi à ſummis Sacerdotibus, nec tẽpore Apo-
ſtolorum ab alijs, quàm ab ipſis Apoſtolis legitur aut
ſcitur peractum eſſe, neque ab alijs ſicut iam dictum eſt,
quam ab illis qui eorum locum tenent vnquam perfici
poteſt aut fieri debet. Nam ſi aliter præſumptum fuerit,
irritum habeatur & vacuum, nec inter Eccleſiaſtica
vnquam reputabitur ſacramenta.* Hæc vt puto iam
repoſita ſunt in vocabulo, Confirmatio.

MANVMISSIO.

Concilium Africanum ſub Bonifacio 1.

CONCILIVM AFRICANVM can. 31. De
manumiſſionibus ſanè in Eccleſia celebrandis. *Si
id noſtri Conſacerdotes per Italiam facere reperiãtur,*

A *noſtra etiam erit fiducia iſtorum ordinem ſequi, data
planè licentia, miſſo legato, vt quæcunque digna fide pro
ſtatu Eccleſiæ & animarum ſalute agere potuerit, nos
laudabiliter in conſpectu accepturos.* Idem repetitur
can. 49. Idẽ canon renouatur & citatur in Cõcilio
MOGVNTINO II. cano. 9. Porrò de manumiſ-
ſionibus Seruorum Eccleſiæ habes ſuprà in voca-
bulo, Libertus, &c.

Concilium Moguntinum 2. ſub Rabano Mauro.

MARIA VIRGO.

Mariæ perpetua virginitas defenditur.]
Nullus vnquam fuit hæreticus tam modeſtus, qui
à beatiſſimæ Virginis iniurijs & blaſphemijs ſeſe
cohiberet, vnde & ab initio in eam inſurgentes
rabidis dentibus conati ſunt, & lingua venenata
eius gloriã obfuſcare, modò eã Dei genitricé de-
B negantes, modò eius virginitatem impugnantes.
Sed Virgo ſemper ſola dicitur hæreſes omnes in-
teremiſſe, quia quidquid impiè illæ conabantur
inferre, veritatis iaculo extitit infirmatum. Et licet
eius perpetua virginitas luce clarioribus Scriptu-
ræ teſtimonijs patenter aſtruatur, verumtamen
ex præcellentiorum & vetuſtiorum Patrum teſti-
monijs illud poterimus confirmare. Illam quippe
diuinus DIONYSIVS AREOPAGITA lo-
cis innumeris perpetuã appellat Virginem, quàm
& in die obitus eius veritatis deſcribit, vt infrà di-
cetur. Denique IVSTINVS MARTYR Apolo-
gia 2. pro Chriſtianis ad Antonium Pium, vbi fi-
C guris & oraculis Chriſto demonſtrauit incarnan-
nandum, ſic infert: *Verba illa, Ecce Virgo concipiet,
ſignificant non ex coitu cõcepturam virginem, alioquin
non eſſet virgo amplius, ſed virtutem Dei ſuperuenien-
tem virgini obũbraturam eã, vt ſalua virginitate fiat
grauida, ſicut miſſus tunc ad ipſam Angelus attulit ei
lætum nuncium, dicens: Ecce concipies de Spirituſancto
& paries filium, qui Altiſſimi Filius vocabitur, &c.*
Hæc clariùs elucidat IRENAEVS LVGDV-
NENSIS lib. 3. contra hæreſes Valentini & ſimi-
lium, cap. 24. 24 & 26. vbi contra Iudæos diſputat,
qui Chriſtum ex Ioſeph ſemine eſſe natum con-
tendunt, eò quòd interpretes Eſaiæ vaticiniũ, Ec-
ce Virgo concipiet, &c. pro virgine adoleſcentu-
lam poſuerunt. Oſtendit autem nõ de adoleſcen-
D tula corrupta, ſed de virgine immaculata Maria
conceptum & natum & poſt partum virginem
permãſiſſe, hocq; probare ex hoc, quia primus ho-
mo de virgine terra natus eſt, vnde fuit neceſſariũ
vt ſecundus Adam ex virgine naſceretur. Poſt hęc
in alios hæreticos inuehitur, qui nihil Chriſtum
de Maria accepiſſe mẽtiebãtur, vt diximus (Chri-
ſtus incarnatus, &c. Idem libro 5 circa medium.
Quemadmodum (ait) *Eua ſeducta eſt per Angelum
vt & Maria vt portaret Deum euangelizata eſt per
Angelũ, & ſicut ſeducta eſt vt effugeret Deum, ſic hæc
ſuaſa eſt obedire Deo, vt virginis Euæ virgo Maria
fieret aduocata. & quemadmodum aſtrictum eſt morti
genus humanum per virginem, ſoluatur per virginem
E æqua lãce diſpoſitus virginalis inobedientiæ per virgi-
nalem obedientiam, &c.* Eadem & TERTVLLIA-
NVS CARTHAGINENSIS libro De carne
Chriſti paulò poſt medium, omninò eodem ſen-
ſu eãdem repetit ſententiã. *In Virginem* (inquit)
*Euam irrepſerat verbum ædificatorium mortis, in vir-
ginem æque introducendum erat Dei verbum extru-
ctorium vitæ, vt quod per huiuſmodi ſexum abierat in
perditionem, per eundem ſexum redigeretur in ſalutem.
Crediderat Eua ſerpenti, credidit Maria Gabrieli, &
quod illa credendo deliquit, hæc credendo deleuit. Sed
Eua nihil tale concepit tunc in vtero ex diaboli verbo,
imo concepit: nam exinde vt abiecta pareret & in do-*

Dionyſius Areopagita.

Iuſtinus Martyr.

Irenæus Lugdunenſis.

Attende Eſaiæ vaticiniũ corruptum.

Mariæ & Euæ comparatio.

Tertullianus Carthaginenſ.

lenibus pareret, verbum diaboli ... fuit. Enixa eſt denique diabolum fratricidam, & contra Maria eum edidit, qui carnalem fratrem Iſrael interemptorem ſuum ſaluum quandoq; præſtaret. In vuluam ergo Deus verbum ſuum detulit bonum fratrem, vt memoriam mali fratris redderet. Inde prodeundum fuit Chriſto ad ſalutem hominis, quo homo iam damnatus intrauerat. Tum ad calcē libri de Mariæ perpetua virginitate diſſerit, & libro de Virginibus velādis cōtra Ebionem diſputat, qui Mariam corruptā diſſerebat authoritate Scripturæ, quæ eā mulierem nominat. Docet quippè ibidē Tertullianus, mulierem etiam poſſe virginem ſignificare Mariam: *Quam ait virginem vtiq; conſtat fuiſſe, licet Ebion reſiſtat. Agnoſco & Angelum Gabrielē ad Virginem miſſum, ſed cum benedicit illam inter mulieres etiam virgines deputat. Benedicta tu inter mulieres. Sciebat & Angelus mulierem etiam virginem dici. Quod ſi ex virgine natus eſt Chriſtus, licet ex deſponſata, tamen integra, agnoſce mulierem etiam virginem etiam integram dici, &c.* Eandem propoſitionem defendit & CLEMENS ALEXANDRINVS vetuſtiſſimus author lib. 7. Stromatum, & hoc multis authoritatibus & exemplis contra Ebionitas, & EPIPHANIVS CYPRI lib. 1. contra hæreſes, hæreſi 28. cōtra Cerinthianos ſiue Merinthianos, qui ſomniabant Ioſeph cognouiſſe Mariam. *Neq;,* inquit, *quod Ioſeph vſus ſit virgine omnino reperitur, poſt partum enim genuit virgo impolluta permanſit,* *&c.* & CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Cate. heſi 12. illuminatorum Hieroſolymis, De incarnato & humanato Chriſto ad calcem. *Puriſſima* (ait) *corporea generatio virginis de virgine, etiamſi contradicant hæretici veritati, redarguit eos Spiritus ſanctus, vndiquè ſit virtus Altiſſimi adūbrans, aduerſus illos conſiſtet Gabriel contrario vultu in die iudicij. Confundet eos locus præſepij qui ſuſceperat Dominum. Paſtores teſtabuntur, qui tunc Euangelizabāt, & exercitus Angelorū laudātium & canentium, &c.* Lege quod ſequitur, quia perpetuā Mariæ virginitatem defendit. Hoc defendit ORIGENES ADAMANTIVS homilia in illud Matth. *Cum deſponſata eſſet mater Ieſu Maria Ioſeph, &c.* qui etiam homilia 26. in Matth cap. 23. exponens illud: Ecce ego mitto ad vos Prophetas & Sapiētes, &c aſſerit Zachariam patrem Ioānis, occiſum fuiſſe à Iudæis, eo quòd Mariam perpetuo virginem defenderet. Hoc Origenes ſibi antiqua traditione conſtare dicens: Porrò non eſt nobis otiū cunctos hic Patres citare, quoniam omnes vnanimiter eandem fidem prædicant, *Et vt,* ait Bernardus, *iuuenes & ſenes paruuli & adulti elegerūt millies mortibus mori potius, quàm ab ea fide declinare, ita vt hoc nobis credibile faciat credētium multitudo.* Hoc in canticis lætitiæ habet mater Eccleſia iugi deuotione ſolenne, quod deuotiſſimus SEDVLIVS PRESBYTER ſalutando Virginem deprompſit. *Salue ſancta Parens enixa puerpera Regem, &c.* Et infrà: *Nec primam ſimilem viſa eſt nec habere ſequentem, &c.* Et alibi: *Vera fides genitis purgauit crimina mūdi, & tibi virginitas inuiolata manet.* Porrò HIERONYMVS STRIDONENSIS librum De perpetua virginitate Mariæ edidit contra Heluidium, quo ſatis veritatem ex ſcripturis expreſſit. Eandem quoq; fidē AVGVSTINVS HIPPON. defendit libro De fide & Symbolo, quem ſcripſit in Africano Concilio Hipponæ celebrato, & alijs in locis. Hæc quoq; fides demonſtrata eſt in illo generali Concilio EPHESINO I. cōtra Neſtorium, vt habes apud Nicephorum lib. 14. c. 34.

Contra Ebionem.

Maria cur mulier vocata eſt.

Clemens Alexandrinus.

Epiphanius Cypri.

* Et hæreſi 79. contra Antidicomarianitas.

Cyrillus Hieroſolymitanus.

Origenes Adamantius.

Zacharias necatus eſt propter defenſionem perpetuæ virginitatis Mariæ.

Bernardus.

Sedulius preſbyter.

Hieronymus Stridonenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Concilium Epheſinum generale 3.

A & deinceps. Vide plura Chriſtus, & Symbolum, vbi hæc fides diuerſis Patrum decretis confirmata eſt, & quod ſequitur.

Maria Dei genitrix defenditur.] Hæc propoſitio ex ſuperiori dependet & cōfirmatur. Porrò olim ante Neſtorium cōtra hanc veritatē ab antiquis hæreticis fuerat præſumptū, ſed ille infœlix hanc vocem blaſphemiæ auſus eſt proferre, vt diceret Mariam virginem nō Deum, ſed hominē ex carne protuliſſe, & non eſſe dicendā Dei genitricem ſed tantūm hominis Chriſti matrem. Habes hiſtoriā eleganter deſcriptam à NICEPHORO CALLISTO lib. 14. cap. 32 33 34 & reliquis, cuius etiam meminit doctiſſimus vir SVIDAS in
B vocabulo Neſtorius, & Maria. Neſtorium quippè narrat tertiū fuiſſe ducem Iudaicæ hæreſis Pauli Samoſateni & Theodori Cilicis, eumq; perpetuū geſſiſſe contra virginem matrem bellum: qui ſcilicet Theodorum ipſum patrem habuerit, & Cilicem iorer maiores ſuos numerauerit. Si verò loquitur Nicephorus præfatus, vbi eius zelum prius in extirpādis hæreticis deſcripſit, cùm in Conſtātinopolitanum Epiſcopatum ab Antiochia fuiſſet euocatus. *Quo tempore* (ait) *ad Theodorum Mopſueſtenſem* (*hæreticum*) *diuertit, dogmatibuſq; eius imbutus à vera pietate Neſtorius ipſe trāſuerſim actus eſt, quemadmodū Theodulus in epiſtola ſcribit. & verba aliquando in Eccleſia Conſtātinopolitana ad Chri-*
C *ſti fidelem populum faciens, hoc propalam & aperte dicere auſus eſt, Mariam θεοτόκον, hoc eſt, Dei genitricem nemo vocato. Maria enim homo fuit, vt autē ab homine Deus gignatur fieri non poteſt. Dolum hunc cum primū Euſebius Rhetor deprehendiſſet, eundemq; deinde & clerus, & pietate in populo præſtantiſſimus quiſq; grauiter ferret, & elocutionem eiuſmodi blaſphemam eſſe putaret non paruus tumultus excitatus eſt, &c.* Lege reliquum. Ad eū item Neſtorium plures doctores (vt hanc hæreſim abiiceret) ſcripſerunt, & præcipuè IOANNES ANTIOCHENVS Epiſcopus ad Neſtorium epiſtolā dedit, admonēs hominem ne à patria fidei profeſſione deficeret, ſed rectè Filium Dei ex ſancta Dei genitrice Maria genitū eſſe profiteretur, neq; in duo eum partiretur, neq;
D etiam iuxta progreſſum ſeu profectum deificatū eſſe diceret. Apoſtolicam etiam illi vocē ſubiiciēs, quæ eſt: *Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere.* Inſuper ſimul illi ſuaſit, ne ſententiam ipſe ſuam, vt rectam & certam retineret, ſed potius quod in commune commodum atq; vtile eſſet, ſequeretur. Scripſit ad eundem COELESTINVS I. ad varias literas, vt eum à tanta blaſphemia reuocaret, quas nec voluit impius attendere. Scripſit & CYRILLVS ALEXANDR. ad eundem egregiā epiſtolam. Vbi & duodecim anathematiſmos inſeruit, quorum primus talis eſt: *Si quis non confitetur Deum eſſe veraciter Emmanuel, & propterea Dei ge-*
E *nitricem ſanctam virginem* (*peperit enim ſecundum carnem, carnem factum Dei verbum, ſecundum quod ſcriptum eſt, Verbum caro factum eſt*) *anathema ſit. In defenſione autem eiuſdem anathematiſmi 1. ſic eum interpretatur. Sancti Patres Dei genitricem nominauerunt ſanctam virginem. Crediderunt enim quòd incarnatum & hominem factum genuerit Filium, per quem omnia fecit Pater, peperiſſe confitemur. & nos contra Neſtorium, virginem carnem factum ſecundum Scripturas Dei verbum, hoc eſt, hominem peperiſſe autē illū carnaliter, hoc eſt, ſecundum carnem, quia Deus & Pater ſecundū diuinitatem genuit ex ſe Deum exiſtentem Filium. Quoniam autem quod natum ex carne, caro eſt, genuit Virgo, vt caro exiſtens carnaliter. Carna-*

Nicephorus Calliſtus.

Suidas.

Blaſphemia Neſtorij.

Ioannes Antiochenus Patriarcha.

Cœleſtinus I.

Cyrillus Alexandrinus.

Ioann. 1.

liter

A *liter enim dicere, non eſt tollentis admirabilem Natiuitatem, neque ſubuertentis Spiritus ſancti operationem, qua in vtero formauit partum, ſed docentis potius, quod ſicut gignit Deus diuine, hoc eſt digne Deo ſecundum ſuam naturam, ita & homo humane, hoc eſt, carnaliter. Deus autem exiſtẽs ſecundum naturã verbum, quamuis caro factum proceſſit, hoc eſt, vt decet eum qui ſecundum veritatẽ eſt Deus. Solus enim habuit matrem nuptias non expertam, & ſeruauit virginem eam qua ipſum peperit ſecundum carnem. Admiror autem quod grauantur dicere ipſam ſanctam virginem Dei genitricem, cum Deo dignè ipſam genuiſſe fateréntur: non enim homo communis gignitur Deo digne.* Tum ſententiam ſuam Cyrillus meminit ſanctorũ Patrum

Aduerte quia ſemper hæretici contraria ſibi dicunt, & propria gladio perimuntur.

B authoritatibus. Adduxit autem in teſtimonium Petrum Alexandr. Epiſcopum (licet autem in quo libro non definiat, credo tamen quòd ſit in libro De diuinitate, qui lectus eſt in Cõcilio Chalcedonenſi actione 1. corã Patribus) & Athanaſij locum mox citandum *Quod dixit* (ait prædictus Petrus) *Gabriel, Dominus tecum, pro hoc eſt dictum, Dominus verbum tecum. Significat enim ipſum gigni in vtero, & fieri carnem ſicut ſcriptum eſt: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei, &c.* Hęc Petrus. Producit & Athanaſium Alexandr. in epiſtola ad Epictetum Corinthiorum Epiſcopum. *Quomodo* (inquit) *&*

Petrus Alexandrinus.

Athanaſius alexandrinus.

C *ambigere audent qui vocantur Chriſtiani? Dominus qui è Maria proceſſit, Filius quidem ſubſtantia & natura Dei eſt: quod autem ſecundum carnem ex ſemine, eſt Dauid, carne autem ſancta Maria. Qui autem tam audaces fuere, vt dicerent Chriſtũ carne paſſum & crucifixum non eſſe Dominum & Saluatorem & Deum & Filium Patris? vel quo pacto volũt nominari Chriſtiani, qui dicunt in hominem ſanctum, ſicut in vnum Prophetarum, veniſſe verbum? Et non ipſum hominem factũ, qui ſumpſit ex Maria corpus, ſed aliũ eſſe Chriſtum, & aliũ Dei verbum, cum ante Mariam & ante ſecula Filium exiſtentem Patris! vel quomodo Chriſtiani eſſe poſſunt, dicentes alium eſſe Filium, & alium Dei verbum? &c. Has nos ſanctorum ſequemur ſenten-*

D *tias. Si quis autem diuerſum docet, & diuerſum ſapit, extra rectam & regiam fertur viam.* Placeat tibi plura legere in vocabulo, Chriſtus, Filius, Emmanuel, &c. Eandem confeſſionem Epiſcopi ſchiſmatici Concilij Epheſini 2. contra Cyrillum & ſuos complices miſerunt ad Reges, circa finem relationis ſuæ. Eadem ſentit & Theodoretus Cyrenſis in reprehenſione 1. anathematiſmorum Cyrilli. *Qui* (ait) *ante ſecula eſt, & Deus eſt, & apud Deum eſt, & cum Patre eſt, & cum Patre cognoſcitur & adoratur, templum ſibi in vtero virginali fingens erat cum concepto & ficto & formato & nato. Qua gratia & ſanctam illam virginem Dei genitricem appellamus, non tanquam Deum naturaliter genuerit, ſed tanquam hominem vnitum Deo qui*

Concilium Epheſinum 2.

Theodoretus Cyrenſis.

E *finxit eum. Si autem non eſt homo qui in vtero virginis factus eſt, ſed Deus verbum quod ante ſecula eſt, factura igitur Spiritus Dei verbum: Quod enim in ea naſcetur* (inquit Gabriel) *ex Spiritu ſancto eſt. Si autẽ increatũ eſt vnigenitum Dei verbum Patriq; conſubſtantiale & coæternum, non eſt figmentum aut creatura Spiritus. Si vero non Deum verbum in vtero virginis Spiritus ſanctus finxit, relinquitur intelligi ſeruꝰ formam & fictam & formatam & conceptam & natam naturaliter. Quæ vero non nuda eſt a Dei forma, ſed templum erat inhabitantis verbi, ſecundum Pauli vocem* (*In ipſo* inquit) *complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare corporaliter, non hominis genitri-*

Coloſſ. 1.

A *cem, ſed & Dei genitricem virginem appellamus: hãc quidẽ figmento & formationis & conceptus, hanc autem vnitati ponentes appellationem, &c.* Hanc fidem defendit & Epiphanius Cypri lib. 3. contra Hæreſes, hæreſi 78. contra Antidicomarianitas per totum. Hanc & propugnat fidem Leo I. epiſt. 10. ad Flauianum Conſtantinopolitanum contra Eutychẽ diſputãs, qui hæreſim Neſtorij renouabat. Similiter & epiſt. 81. ad Paleſtinos Monachos, vbi & Neſtoriũ anathematizat. *Anathematizetur* (ait) *Neſtorius, qui B. virginem Mariam hominis tantummodo credit genitricem, vt aliam perſonam carnis, aliã faceret Deitatis: nec vnum Chriſtum in verbo Dei & carne ſentiret, ſed ſeparatim atque ſeiunctim alium Fi-*

Epiphanius Cypri.

Leo 1.

Lucæ 1.

B *lium Dei, alium hominis prædicaret, cum manente illa incõmutabili verbi eſſentia, quæ ei cum Patre & Spiritu ſancto intemporalis atq; coæterna eſt, ita intra virginea viſcera Verbum caro ſit factum, vt vno conceptu vnoq; partu eadem virgo ſecundum vnionem vtriuſq; ſubſtantiæ, & ancilla Domini eſſet, & mater. Quod etiã Elizabeth* (*ſicut Lucas Euãgeliſta declarat*) *intellexit, & dixit: Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me, &c.* vide Chriſtus. Idẽ & epiſt. 95. ad Leonẽ Auguſtum, vbi & producit Gregorium Nazianz. homilia in Epiphaniã, ſed alibi eundem citauimus. Idẽ Leo I. epiſt. ad Iulianũ Coenſem Epiſcopũ cõtra Eutychetẽ. *Arbitror Eutychem* (ait)

Gregorius Nazianzenus.

Leo 1.

C *habere perſuaſum, quod anima quam Saluator aſſumpſit prius in cœlis ſit commorata, quam de Maria virgine naſceretur, eamq; ſibi verbum in vtero copularet. Sed hoc Catholicæ mentes auresq; non tolerant, quia nihil ſecum Dominus de cœlo veniens noſtræ conditionis exhibuit. Nec animam enim quæ anterior extitiſſet, nec carnem quæ non materni corporis eſſet accepit. Natura quippe noſtra non ſic aſſumpta eſt, vt prius creata poſt aſſumeretur, ſed vt ipſa aſſumptione crearetur. Natiuitas enim Domini ſecundum carnem quamuis habeat quædam propria, quibus humanæ conditionis initia tranſcendat, ſiue quod ſolus ex ſancto Spiritu ab inuiolata virgine ſine concupiſcentia carnis eſt conceptus & natus, ſiue quod ita viſceribus noſtris eſt editus, vt & fœcunditas pareret & virginitas permaneret, non alte-*

D *rius tamen naturæ erat eius caro quam noſtra, nec alio illi quam cæteris hominibus anima eſt inſpirata principio, quæ excelleret non diuerſitate generis, ſed ſublimitate virtutis. Nihil enim carnis ſua habebat aduerſum, nec diſcordiam deſideriorum gignebat cõpugnantia voluntatum. Senſus corporis vigebant ſine lege peccati, & veritas affectionum ſub moderamine Deitatis & mẽtis, nec tentabatur illecebris, nec cedebat iniurijs.* Eadem & Hilarius Pictavienſis lib. 2 De Trinitate, qui & allegatur à prædicto Leone epiſt. 95. ad Leonẽ Auguſtũ. Deniq; generalis eſt diffinitio Concilij Epheſini I. vbi præfatus Neſtorius dãnatus, vt ſatis probatur ex Nicephoro ſuperiùs allegato, & ex actis eiuſdẽ Cõcilij. Si-

Hilarius Pictavienſis.

Concilium Epheſinũ 1 ſub Theodoſio Iuniore.

E militer & Concilium Chalcedonenſe I. generale 4. Patrũ 630. actio. 5 ſic ſtatuit. *Fides* (ait) *fraudem non patitur. Sancta Maria Theotocos ſcribatur. In Symbolo ſic addatur: Sancta Maria Theotocos eſt. Qui ſic non ſcribit & ſapit, hæreticus eſt.* Idẽ actione 16 exponens Symbolum Nicænum eadem repetit. Sic confitetur Iuſtinianus Imperator Mariam glorioſam Dei genitricẽ, & ſemper virginẽ confitetur in ſua cõfeſſione fidei, quã miſit ad Ioannem 2. Papam, vt diximus iam in vocabulo, Chriſtus, conſtans duabus naturis. Sed & Concilium generale V Conſtantinopolitanum II. cõtra Theodorum Mopſueſtenſem eandẽ fidẽ defendit collat. 5. vbi & præmiſſa

Concilium Chalcedonenſe. 1. ſub Martiano Imperat.

Iuſtinianus Imperator.

Conciliũ generale 5. Conſtantinopol. 2. ſub eodẽ Principe 1 anathematiſmus editus ibidem, quorum hic eſt ſextus.

A verba Cyrilli allegantur, & anathematiſmus 6. in ordine producitur, & ſic dicitur: *Si quis abuſiue, & non vere Dei genitricem dicit, ſanctam glorioſam ſemper virginem Mariam, vel ſecundum relationem quaſi homine puro nato (non enim Deo verbo incarnato & nato ex ipſa, referenda autem, ſicut illi dicunt, hominis natiuitate ad Deum verbum, eo quod cum homine erat naſcente) & calumniatur ſanctam Chalcedonenſem Synodum, tanquã ſecundum impiũ illum intellectum quem Theodorus execrãdus aſſumerit, Dei genitricem virginem dicentem, vel qui hominis genitricem vocat aut Chriſtotocon, id eſt, Chriſti genitricẽ, tanquam ſi Chriſtus Deus non eſſet, & non proprie & vere Dei genitricem ipſum confitetur, eo quod ipſe qui ante ſecula ex Patre natus eſt Deus verbum, in vltimis diebus ex ipſa incarnatus & natus eſt, & ſic pie & ſanctam Chalcedonenſem Synodum Dei genitricem eam eſſe confeſſam, talis anathema ſit.* Poſſemus plura teſtimonia producere, verùm hæc ſufficiant, lege, & adde quod ſequitur.

Mariæ immaculata conceptio aſtruitur.] Propoſuimus breuiter de ſolennitatibus B. Virginis per ordinem dicere, quæ ab Eccleſia meritò recoluntur feſtiuis laudibus, & primò occurrit eius immaculata conceptio. quæ ſic poteſt ſanctorum Patrum authoritatibus aſtrui. HILDEFONSVS TOLETANVS virgini Chriſtiferæ deuotiſſimus, libro quem ſpecialiter edidit de virginitate Mariæ, ait: *Conſtat eam ab ipſo peccato originali fuiſſe immunem, per quam non ſolum Euæ matris eſt diluta maledictio, verum etiam omnibus condonata benedictio. Quod quidem prætendebat arca illa iuſſu Domini a Noe fabricata, quæ aquis diluuij vniuerſam terram & altiſſimos montes ſupergreſſis ſola ipſa ſupernatans ferebatur in ſublime. Audis literã, audi & myſticam intelligentiam. Arca eſt virgo Maria, per quam a peccati naufragio totum genus humanum & à damnationis æternæ diluuio liberatum eſt. Quamuis igitur ſancti Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli tanquam montes excelſi virtute & ſanctitate ſint obrupti ſint aquis & inundatione peccati originalis; ipſa tamen arca noſtra vniuerſos montes iſto ſupergreſſa, ferebatur etiam in ipſo conceptionis initio in ſublime puritatis, nec eſt immerſa huic voragini ſoraui originalis. Quare de ipſa non abſurde dicitur. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, id eſt, animæ fideles in adoptionem filiationis Dei per gratiam aſſumptæ præclaras virtutum diuitias ſibi coacernarunt, tum ſupergreſſa vniuerſas, quia cùm ſit omnibus virtutum ornamentis cumulata, immunitatem inſuper originalis contagionis in conceptu habuiſti, a qua cæteræ non ſunt exemptæ.* Hæc Hildefonſus, de quo mirã teſtatur IOANNES TRITEMIVS libro De ſcriptoribus Eccleſiaſticis, eumq; ponit ante Firmianum Lactantium vixiſſe, vt clarum eſt, ſub Conſtantino magno anno 320. quia eodem tẽpore Lactantius florebat. Hic cùm prædictum librum de virginitate ſcripſiſſet, apparuit ei Maria virgo ſacratiſſima ipſum librum habens in manibus, & gratias agens illi pro tali ſeruitio, quod ſibi gratiſſimum eſſe affirmabat. Ille verò cupiens eam altius honorare, conſtituit vt celebraretur ſolennitas eius ſingulis annis octaua die ante Natalem Domini, quæ ſolennitas iam obtinuit, vt per vniuerſam fidelium Eccleſiam in honore puriſſimæ cõceptionis eius celebretur 6 Iduũ Decemb. Vnde rurſum & beata Dei genitrix apparens veſtimentũ ſacerdotale, quod nos Albam vocamus, & cathedrã illi attulit, de quibus multa miranda & glorioſa narrãtur. Hæc Tritemius. Verũ vt ad ordinẽ redeamus, ſic AVGVSTINVS HIPPON. libro De natura & gratia, c. 36. *Excepta itaq; hac ſancta virgine Maria, de qua propter honorẽ Domini cum de peccatis agitur, nullam prorſus volo quæſtionem habere: ſcimus enim quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad peccatum ex omni parte vincendum, quæ illum concipere & parere meruit, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum. Hac ergo virgine excepta, ſi omnes ſanctos & ſanctas cum hic viuerent congregare poſſemus, & interrogare vtrum eſſent ſine peccato, omnes vna voce clamarent. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus & veritas in nobis non eſt, &c.* Deniq; SOPHRONIVS HIEROSOLYMITANVS Patriarcha in confeſſione fidei, quam miſit ad Sergium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, quæ lecta eſt corã Patribus Concilij generalis

B VI. CONSTANTINOPOLITANI III. actio. 11 ſub Imper. Conſtantino 4 Pogonato ipſo audiente. Poſtquam incarnationem vnigeniti Filij Dei proſequutus eſt, ſic loquitur: *Credo quòd Deus verbum vnigenitus Patris Filius, qui ante omnia ſecula & tempora impaſſibiliter de eodem natus eſt Deo & Patre, miſerationem induens & humanitatis miſericordiam circa humanum noſtrũ lapſum ſpontanea voluntate, & Dei genitoris conſilio, & diuino complacito Spiritu, non ſeparatus a gremio generantis ad nos humiles deſcendit, ſicut eiuſdem voluntatis Patris & Spiritus, ita & eſſentiæ inexplicabilis, & naturæ circũſcriptionem nullo modo ſuſtinens, aut ſecundum nos localem tranſmeatum naturaliter ſciens efficere diuinã operationem, &*

C *vterum intactum virginitatis ingreſſus, caſtitatem luſtratam Mariæ ſanctæ præclaræq; & quæ Dei ſunt ſapientis, & ab * omni contagione liberatæ & corporis & animæ & intellectus, incarnatus qui erat incarneus: & formam ſuſcepit noſtram, qui ſecundum diuinam eſſentiam, quantum ad habitũ & ſpeciem inexformabilis, & corporatur ſecundum nos incorporeus. Hic itaque homo & cognoſcitur, & homo ſecundũ veritatem factus eſt ab ipſo ſummo conceptu de ſanctiſſima virgine. Homo enim fieri voluit, vt ſimili cõſimilem mundificaret, & cognato cognatum ſaluificaret. Ideò virgo * ſancta accipitur, & anima corpuſq; ſanctificatur, quæ ita miniſtrauit in incarnatione Creatoris, vt munda & caſta atq; incontaminata, &c.* Et infrà: *Ex inuiolabili namq; & virginali ſanguine ſancta atque*

D *immaculata virginis Mariæ, Verbũ verè factum eſt incarnatum, & veraciter homo, & in vtero virgineo deportatus, & tempus explens legitimi puerperij, & per ſingula naturalia & peccatum non trahentia nobis hominibus ſimilis factus, noſtrãq; non dedignatus paſſibilem vilitatẽ naſcitur Deus humano corpore, ſimiliterq; & habitu anima rationalem & incorpoream habens, quod ipſe in ſemetipſo, & nequaquã alter rationali animauit ſpiritu, & virginẽ generantẽ cõſeruauit, & ſic illæſam, eam propriè & veraciter demõſtrauit: vel ſi Neſtorius vecors ſcinditur, & eius Deo rebellis exercitus lachrymatur, & eiulat, lamentatur, & eum ho diſcerpitur, &c.* Eandem fidẽ CONSTAN. POGON.

E huius nominis IV. Imperator generali edicto cõfirmauit, quod inſeritur actio. 18. prædictæ generalis VI. Synodi Eandẽ & Conciliũ generale VII. NICÆNVM II. act 3. & ſpecialiter THARA. CONSTANT. Patriarcha, qui huic Concilio aderat, & THEOD. HIEROSOLY. Patriarcha in Catholicis ſuis Confeſſionibus, quas prædictæ Synodo præſentarunt, & lectæ ſunt corã Patribus eadem actio. 3 Eandem Confeſ. etiã fecerũt Epiſcopi illi qui illegitimo Conciliabulo Cõſtantinopolitano cõtra S. Imagines interfuerũt ſub impio illo Leone III Iſauro Imperatore definitione 15. quorum quia non ſuos catholicè veritatẽ amplexati, etiam non annectimus doctrinam. Vt autem inſtitutum proſequamur, RICHARDVS V. VICTORIS

Hildefonſus Toletanus vixit anno 346. vide apud Tritemiũ de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Geneſ. 6.

Prouerb. 31.

Ioannes Tritemius.

Attende deuotam hiſtoriam.

Auguſtinus Hipponenſis.

1. Ioan. 1.

Sophronius Hieroſolymitanus.

Concilium generale 6.

* Attende [illegible] Virginem immaculatã [illegible] Sophronius.

* Nota etiam.

Conſtantinus Imperator 4. [illegible] Pogonatus.

Concilium generale 7. Nicenum [illegible]

Tharaſius Conſtantinopolitanus.

Theodoretus Hieroſolymitanus Epiſcopus.

Richardus S. Vict. [illegible]

Doctor ſatis celebris, lib. 2. de Emmanuele, ca. 31. *Non miror* (ait) *non decuit, ut caro Mariæ qualitercunq; fieret obnoxia culpa. Nam Dei ſapientia indignũ credimus, ut quam ad hæc prædeſtinauerat puritatis, tenebris peccati ſineret inuolui: nec erat ingratus matri propriæ, qui omnibus matribus præcepit honorem exhiberi. Quin potius ſentiendũ eſt, quod quemadmodũ hoc ſingulari honore Dei Filius matrem ſuam decorauit, ut virginitatẽ fœcunditati coniunctã ſola inter mortales haberet: ita & hoc eidẽ naſcenti contulit priuilegium, ut in cõceptus ſui exordio labis ab origine traductæ fuerit expers, ut aptiſſimè dicatur ei à Filio, quod Scriptura teſtatur Aſſuerum Heſther Reginæ dixiſſe. Non enim pro te, ſed pro omnibus hæc lex cõſtituta eſt. Quid mirũ ſi obligatio contrahendi culpam originis in prima productione obſtringit omnes filios Adæ, eã tamen non detineat, quæ à Deo præordinata eſt, ut illud graue iugum Adæ, ſcilicet mortis æternæ, debitum à nobis tolleretur? Nõ igitur pro ea, ſed pro omnibus cæteris hæc lex contrahendæ ab origine culpæ poſita eſt, &c.* Hioc non diſſentit ANSELMVS CANTVAR. lib. De cõceptu Virginali, ca. 5. *Decebat* (ait) *ut Filij Dei conceptio de matre puriſſima fieret, & ut ea puritate, quæ ſub Deo maior nequit intelligi, virgo illa niteret, cui Deus Pater unicũ Filium ſuum, quem de corde ſuo æqualem ſibi genitũ tanquam ſeipſum diligebat, ita dare diſponebat, ut naturaliter eſſet vnus idemq; cõmunis Dei Patris & virginis Filius: & quã ipſe Filius, ut ſubſtãtialiter faceret, ſibi matrem eligebat, & de qua Spiritus ſanctus volebat, & operaturus erat ut conciperetur & naſceretur ille de quo procedebat. Si enim ex terra virgine & non ſubiecta maledicto formatus eſt primus Adam, qui fuit forma & imago ſecundi, longè perfectioris & dignioris conſtat & ſecundum Adam Chriſtum Dominũ etiã ex virgine natũ nõ ſubdita maledictioni. Virgine, inquam, quæ per Prophetã terra dicitur, ſed à Deo benedicta. Benedixiſti* (inquit) *Domine terram tuam. Virgo Maria terra fuit fœcunda atq; fructifera, de qua orta eſt veritas, & quæ dedit fructũ ſuum toti mundo ſalutarẽ. At vbi eſt præueniens Dei benedictio, locum habere non poteſt originalis contagio, quæ ex maledictione & condemnatione ortum habuit. Nunquam igitur fuit in ea labes originis, alioquin ſincerior erit formatio primi Adam, qui de terra terrenus eſt, quam ſecundi, qui de cœlo eſt cœleſtis, &c.* Hinc Concilium OXONIENSE in Anglia ſub Innocẽtio III cap. 1. vbi diuerſa ſanctorum feſta celebranda memorat, ut dicimus vocabulo, Dies feſti, &c. etiam inter ipſa feſta ſic loquitur: *Et feſtũ conceptionis beatæ Mariæ licet adhuc celebre non fuerit, per vniuerſum orbem, &c.* Hanc autem huiuſce Concilij conſtitutionem renouans Cõcilium BASILEENSE ſeſs. 36. Mariam ſine peccato originali cõceptam, eius quoq; annuale Conceptionis feſtũ celebrari mãdat, hoc modo: *Hactenus* [illegible] *quæſtio in diuerſis partibus, & cora hac ſancta* [illegible] *modo ſuper Cõceptione glorioſæ virginis Mariæ matris & exordio ſanctificationis eius facta eſt. quibuſ* [illegible] *dicentibus ipſam virginem & eius animam per aliquot tempus aut inſtãs temporis ſubiacuiſſe actualiter originali culpa, alijs autem è conuerſo dicentibus à principio creationis ſuæ Deum ipſum diligentem gratiam eidem contuliſſe, per quam à macula originali illam beatiſſima perſonam liberaſs & præſeruans* [illegible] *ſancti* [illegible] *genere redemit, cum fundaret eam altiſſimus ipſe* [illegible] *ipſam fabricaret Filius Dei Patris, ut eſſet mater eius in terris. Nos vero* [illegible] *inſpectis aut* [illegible] *ritatibus & rationibus, quæ iã a pluribus annis* [illegible] *relationibus ex parte vtrinſque doctrina corã hac ſancta Synodo allegata ſunt, aliiſq; etiam plurimis ſuper hac re viſis & matura cõſideratione* [illegible] *doctrinam illã aſſerentem glorioſam virginẽ Dei genitricẽ Mariã, præueniente & operante diuini muneris gratia ſingulari, nunquã actualiter ſubiacuiſſe originali peccato, ſed immunẽ ſemper fuiſſe ab omni originali & actuali culpa, ſanctamq; & immaculatã, tanquã piã & conſonã cultui Eccleſiaſtico, fidei Catholicæ, rectæ rationi, & ſacræ Scripturæ ab omnibus Catholicis approbandã fore tenendã & amplectendam diffinimus & declaramus, nulliq; de cætero licitum eſſe in contrariũ prædicare & docere. Renouantes præterea inſtitutionem de celebranda ſancta eius Conceptione, quæ tã per Romam, quam per alias Eccleſias vj. Idus Decemb. antiqua & laudabili conſuetudine celebratur, Statuimus & ordinamus eandẽ celebritatem præfata die in omnibus Eccleſijs, Monaſterijs & Conuentibus Chriſtianæ religionis ſub nomine conceptionis feſtiuis laudibus colendam eſſe. Cunctiſq; fidelibus verè pœnitentibus & confeſſis ea die Miſſarum ſolemnijs centum, primis autem vel ſecundis Veſperis totidẽ, ſermoni vero verbi Domini de ea feſtiuitate intereſſentibus centum quinquaginta dies. conceſſione perpetuis tẽporibus duratura de iniunctis ſibi pœnitentijs hæc ſancta Synodus elargitur. Datum Baſileæ anno 1439 &c.* Eſt ſimiliter ſuper eadẽ ſolennitate duplex Bulla SIXTI IV. in Extrauag. Prior ſic incipit: Cùm præcelſa meritorum inſignia, &c. In hac autẽ Bulla prædictus Pontifex feſtiuitatem prædictã deuotè celebrãtibus omninò cõformes indulgẽtias elargitur, quæ ab Vrbano IV. & Martino V feſtũ corporis Chriſti celebrãtibus indultæ ſunt. Poſterior autẽ Bulla ſic incipit. Graue nimis gerimus & moleſtũ, cùm ſiniſtra nobis de quibuſdã Eccleſiaſticis perſonis referũtur, &c. In hac verò omnes, qui aſſerere auſi fuerint glorioſam & immaculatã Dei genitricẽ in originali peccato conceptã, contrariumq; ſẽtire hæreticũ eſſe, & libri eorũ anathematizẽtur, & dãnãtur, nõ obſtãtib. cõſtitutionib. & ordinationib. Apoſtolicis cõtrarijsquibuſcũq;. Hãc autẽ Sixti IV cõſtitutionẽ approbat Cõciliũ TRIDEN. generale ſeſs. 5. cũ de peccato originali diſſerit. vide repoſitũ in vocabulo, Peccatum originale, &c. Deniq; ALPHON. à CASTRO lib. 1. de iuſta punitione hæreticorũ, cũ aſſerit hæreticũ dicendum eſſe, qui de cætero negare voluerit virginẽ Mariã præſeruatã eſſe à peccato originali. De hac autem materia PETR. LOMB. lib. 3. Senten diſt. 3. per totã, & hi oẽs Patres qui hunc ediderũt cõmentarios, fuerũt & innumeri alij doctores, qui tractatib. ſpecialibus hanc fidẽ & cõfeſſionẽ multis argumẽtis cõfirmarunt, quorũ nomina, quia multi ſunt, non ſunt hic inſerẽda. Scripſerũt & noſtris viri doctiſſimi, C. RAPINAS Cœleſtinus ſermone elegãtiſſimo in eiuſdẽ virginis Cõceptionẽ, cui⁹ eſt initiũ. Præclara ſanctæ diei huius ſolẽnia. Sed & DION. FAB. Cœleſt. egregiũ opus edidit in laudẽ virginis cõceptus, verſib. Her. qđ in lucẽ prodijt, ſicq; incipit.

Nullus originea Mariam rubigine læſam
Aſtruat, vltricem ne pignoris excitet iram
Hoc ius, hoc ratio vetat, hæc ſententia Patrum
Explodit, mare, terra, poluſq; reclamat, & ipſe Filius.

In hoc opere infinita recenſet miracula, quæ certiſſima de virginis immaculata conceptione mõſtrata ſunt. lege & diſces. Scripſit & ANTH. POCQ. Cœleſtinus, vir in S. Scripturis exercitatiſſimus, & ſuprà quã credi poſſit conſũmatiſſimus, fidẽ huic rei factũt opera, quæ luce clariora S. Pater edidit de Virginis conceptione quoſdã tractatus, quibus ex Scripturæ figuris, & ænigmatibus ſatis veritatẽ huiuſce ſacramenti aperuit. Scripſit non cum minori laude PETRVS BARDVS Cœleſtinus vir integerrimus, & conuerſatione doctiſſimus, ſed & in Scripturis etiam egregiè verſatur, & multi

Margin notes: Heſter 5. — Anſelmus Cantuarienſis. — Roma. 5. — Pſal. 84. — Concilium Oxonienſe in Anglia. — Concilium Baſileenſe generale. — Si antiqua eſt cõſuetudo, igitur nõ eſt quod Hæreticus oblatrent. — Sixtus 4. — Concilium Tridentinum. — Alphonſus à Caſtro. — Petrus Lombardus. — Claudius Rapinas. — Dionyſius Fabri. — Anthonius Pocquetus. — Petrus Bardus.

aliȷ, quorũ nomina nõ mũdo nota, ſed in libro vitæ cœleſtis aſcripta referũtur, hæc dicta ſufficiãt.

Mariæ Natiuitatis ſolennitas.] Licèt non conſtet nobis quo tempore ab Eccleſia ſit hæc feſtiuitas inſtituta, quamquam ex Scripturis & Hiſtorijs nõnulla didicerimus quæ nobis minus certa viſa ſunt, certum eſt tamen quòd ante Auguſtini tempora iam in Eccleſia celebris colebatur. Scripſit namq; idem AVGVSTINVS HIPPONENSIS ſermones plures in Natiuitate eiuſdem Virginis, quos poſſemus hic referre, ſed hoc nil ad propoſitum faciet. Sufficit enim noſſe non eſſe recens, quod à multis ſeculis conſtat in vſu fuiſſe. Scripſit & FVLBERTVS CARNOTENSIS Epiſcopus excellentiſſimum tractatum de natiuitate virginis Mariæ, vbi ſic loquitur: *Inter omnes ſanctos huius beatiſſimæ Virginis memoria & frequentius atque feſtiuius agitur, quo maiorem apud Deum inueniſſe gratiam creditur. Vnde poſt alia quædã ipſius antiquiora ſolennia non fuit contenta deuotio fidelium, quin natiuitatis eius ſuperadderet diem feſtiuum, &c.* Deniq; BERNARDVS CLAREVALLENSIS in natiuitate eiuſdẽ egregios ſermones edidit, & præfati Patres noſtri quos ſuprà citauimus. Vide ſæpius ex Cõciliorũ decretis diẽ eiuſmodi feſtiuũ agi ſolitum, vt repoſuimus in vocabulo, Dies feſti.

Auguſtinus Hipponenſis.

Fulbertus Carnotẽſis floruit circa annos domini mileſ.10.

Bernardus Clareuallenſis.

Mariæ Præſentationis feſtum.] Hoc feſtum in Eccleſia olim fuiſſe in vſu plures doctores atteſtantur & quidem antiquiſſimi GERMANVS CONSTANTINOPOLITANVS Epiſcopus, cuius aliàs meminimus, orationem encomiaſticã habuit ad populum in ea ipſa die ſolenni, quæ ſic incipit: Ecce rurſus dies feſtus & celebris matris Domini; ecce progreſſus ſponſæ, in quam non cadit vlla reprehenſio, ecce primus proceſſus futuræ eius gloriæ, &c. Quòd autem de præſentatione loquitur, ſequentia manifeſtant, & titulus orationis, qui talis eſt: Encomium ſanctiſſimæ Dei parentis quando adducta fuit in tẽplum à ſuis parẽtibus, cùm eſſet tres annos nata. Scripſit & in eãdem ſolennitatem GEORGIVS NICOMEDIENSIS Archiepiſcopus orationem de exitu ſanctiſſimæ Dei parẽtis quãdo fuit oblata in templo, quæ ſic incipit: Pulchra nobis principia argumenti dicendi oſtendit hic dies feſtus, parauit pulchras conſenſionum ſemnas, &c. Conſtat ergò in Oriẽte ſolenne eſſe feſtum Præſentationis Virginis, quod etiam dum officio deuoto de tranſmarinis partibus primus in Franciam dicitur PHILIPPVS DE MASERIIS Cancellarius regni Cypri, eo tẽpore quo Petrus Luſignanus regnum moderabatur illud, & regno Franciæ præerat Carolus V. fundatore huius noſtri Cœnobij Parienſis, cuius hic Philippus erat à ſecretis Cõcilijs, deduxiſſe. Hic vir deuotiſſimus & doctiſſimus multos egregios tractatus cõpoſuit, qui intus conſeruatur, & nobiſcũ vt domeſticus manſit per 25. annos, & ſepultus eſt in Capitulo noſtro ſub lapidea tumba ſemipedalis altitudinis, cui inſcribuntur & geſta & tempora, quæ ſub Regibus atq; ſummis Pontificibus tranſegit. Poſteà autẽ ſub titulo prædictæ feſtiuitatis in honorẽ B. virginis Mariæ fundatum eſt Monaſterium noſtrũ Metenſe, & illic cùm octauis ſolenniter quotannis celebratur. Tũ PAVLVS II. qui Pio II ſucceſſit, cùm multa in orbem mala erepiſſent, anno ſalutis 1464. feſtum Præſentationis approbauit & celebrari mandauit. Nouiſſimè autẽ ad petitionem quorundã deuotorũ fratrũ, anno ſalutis 15‥ in Capitulo noſtro generali Pariſijs congregato, moderante Prouinciam R. Patre F. Claudio Bondano pro ſecũda vice electo, inſtituta eſt hæc ſolẽnitas Præſentationis per vniuerſa noſtri Ordinis monaſteria Gallicana, ſub titulo feſti duplicis minoris perpetuis tẽporibus celebranda, ad B. Virginis laudẽ, gloriam, & honorem, quam nemo vnquam ſatis cõmendare & laudare dignè potuit, &c.

Germanus Cõſtantinopolit.

Georgius Nicomedię Archiepiſcopus.

Philippus de Maſerijs.

Paulus 2.

Mariæ Annunciationis feſtum.] Huius ſolẽnitatis crebro AVGVSTINVS, AMBROSIVS, BERNARDVS aliȷq; Patres meminerunt ſermonibus ad populum ea die habitis & editis homilijs. Lege ſuprà vocabulo, Annunciatio, vbi de die illa celebri ex Patrũ & Conciliorum doctrina fit mentio.

Auguſtinus, Ambroſius Bernardus.

Mariæ Viſitationis feſtum.] Hanc ſolennitatẽ multis retro ſeculis neglectã, authoritate tamen Euangelica ſatis præſignatã & cõmendatam, VRBANVS VI. ſecundũ formã ſacramenti Euchariſtiæ, ad impetrandã vnionem quæ ſchiſmate vigente rupta erat meritis B. Virginis, inſtituit per vniuerſum orbẽ celebrandam. Verùm quoniam multis diſſentionibus Eccleſia vexatur, non facilè potuit hoc effectui mancipare, & cùm eſſet pax maxima optata nec veniret, tamen à BONIFACIO IX. qui in ſchiſmate Vrbano ſuffectus eſt, iterũ approbatur. Cùm autẽ ad ſedandũ ſchiſma Concilium Conſtantienſe fuiſſet congregatum, & eſſet Martinus V. electus ceteris reprobatis, iterum prædictum feſtum confirmatum eſt, & aliquanto poſt tẽpore Concilium BASILEENSE generale ſeſſione 43 ſic ſtatuit: *Inter aſſiduas moleſtantis Eccleſiæ turbationes & procellas quibus ipſa dietim affligitur, illa ſingularis iocunditas & egregia exultatio communitati fidelium relicta eſt, vt Dominum creatorem noſtrum intimis præcordijs diligentes eundem in ſanctis ſuis deuotè glorificent. Per hoc enim & ipſe Dominus, qui gratiam illis præſtitit, dignè collaudatur, & ipſorum ſanctorum promptiora erga nos redduntur patrocinia. Quod quidem ſingulariter eſt agendum cum calamitates irruunt, quæ abſq; demeritis hominũ non contingunt, vt per ipſorũ ſanctorũ preces & merita miſericordia Domini ſuper peccatis hominũ imploretur, & humanum genus ab imminentibus malis & innumeris periculis præſeruetur. Inter autem omnes, qui cœleſtem regem pro nobis interpellent, præcipuè ad glorioſiſſimam illam & omni laude digniſſimam Dei genitricem Mariam eſt recurrendum, quæ quanto altior exiſtit, tanto humilius ad nos reſpiciens, omnes ad ſe trahere cupiens, pro quibus in vtero geſtauit Saluatorem. Hæc apud Deum, quem ipſa peperit ſedula pro nobis aduocata nos iuuat, nos tuetur, nos protegit, nos exaltat. Hæc omnibus, qui ad eã recurrũt, promptiſſimum exhibet patrocinium. Huic igitur ſanctiſſimæ virgini, & ſi plures feſtiuitates venerãda ſanctorũ Patrum antiquitas conſecrauit, irruentibus tamen dietim maioribus mũdi calamitatibus & anguſtijs, quæ ad expetenda eiuſdẽ virginis auxilia vehemẽtius vrgent, iocunditatẽ illã ſibi cœlitus datam non immeritò cõuenit celebrari, dũ virgo eadẽ beatiſſima cœleſti edocta nuncio & Spiritu ſancto duce aſcendens cũ feſtinatione in mõtana, humilem Zachariæ domũ intrauit.* Et vbi de myſterio ſecundũ Euãgelicã narrationẽ tractauit præfatũ Concilium ſubdit: *Hæc ſingularibus ſolennitatibus celebranda, in qua & Dominus qui geſtatur in vtero & virginem quæ portat, & ſterilem quæ concipit, & præcurſorem qui viſitatur, concedentibus proſequi debemus honoribus, in cuius commemoratione qui tribulati ſunt Mariam implorant, quæ gaudiorum huiuſmodi memor vt ſperandum eſt non ſolum ſupplicantes exaudiet, ſed ſicut ex ſua clementia conſueuit,*

Vrbanus 6.

Bonifacius 9.

Concilium Baſileenſe generale.

Nota ceſſione … rum & … Sancti …

etiam

A *etiam ſupplicare volentium preces praueniet. Quæ conſideramus hæc ſancta Synodus, cùm in hoc tēpore tota, proh dolor, Chriſtianitas in laboribus & anguſtijs conſtituta cernatur, cùmque ferè vbique diuiſiones & bella per humani generis hoſtem introducta vigeant, & ipſa etiam Eccleſia militans non mediocribus agitetur procellis, dignum eſſe iudicauit ſolennitatem hanc, quæ congruè viſitatio beatiſſimæ Virginis appellatur, in ſingulis Chriſtianorum Eccleſijs celebrari, vt honorata in hac celebritate per pias & deuotas fidelium mentes, mater gratiæ & omnis conſolationis ſaceriima virgo Maria benedictum filium ſuum, iam multis hominum peccatis offenſum ſua interceſſione conciliaus, pacem & vnitatem fidelibus largiatur. Ideóque ſtatuit & decreuit*
B *eadem ſancta Synodus ad honorem ipſius virginis Dei genitricis, vt poſt expleta Reſurrectionis Dominicæ, Pentecoſtes, glorioſæ Trinitatis, ſacri corporis Chriſti, Ioannis Baptiſtæ, Petri & Pauli ſolennia, in quibus Eccleſia poſt ſolennitatem Annunciationis Dominicæ, quam præfata Viſitatio tēporis ordine confeſtim ſequebatur, eſt occupata, per ſingulas Chriſtianorum Eccleſias, quilibet anno 6. nonas Iulij, feſtum huiuſmodi Viſitationis glorioſæ Virginis celebretur. Hoc igitur ſolenne feſtum amplectantur Chriſti fideles, & omnes qui beatam Virginem ſingulari deuotione proſequuntur, ſecum in hac ſolennitate ſua exultationis, congaudeant: quam, vt eo libentiùs in diuinis honorent ſeruitijs, quo magis ſpiritualibus fuerint excitati muneribus, ipſa*
C *ſancta Synodus omnibus Chriſti fidelibus, qui Matutinis, Proceſſioni, Sermoni, Miſſarum ſolennijs, vel primis aut ſecundis Veſperis huius glorioſæ Virginis feſtiuitatis interfuerint, pro vnoquoque officiorum prædictorum centum dies de iniunctis pœnitentijs miſericorditer elargitur. Datum in ſeſſione, &c.* Porrò præfatus Bonifacius antea hoc feſtum celebrantibus omninò conformes conceſſit indulgentias, quas Vrbanus IV. celebrantibus feſtum corporis Chriſti conceſſit. Legitur autem eiuſdē Bonifacij bulla in lectionibus matutinalibus prædictæ ciuitatis, ita vt nullus poſſit ſe excuſare. Sed & cantum atque officium nos habemus ab ADAMO PRAEMONSTRATENSI & Cardinali deuotiſſimè editum, officio prædictæ ſolennitatis Euchariſtiæ
D per omnem modum in modulatione conforme. Hanc autem ſub titulo duplicis minoris celebramus feſtiuitatē. Refert autē CLAVDIVS FIRMINVS Cœleſtinus huius quondam monaſterij Prior, in opere, quem edidit de viris Illuſtribus ordinis noſtri, deuotum fratrem cuius & nomen exprimit tantò flagraſſe deſiderio diuini amoris, & tanto B. Virgini ſe deuouiſſe ſeruitio, vt importunè à Patribus Capituli generalis precibus continuis obtinuerit, vt ſolenniter etiam prædictæ feſtiuitatis Viſitationis per ordinem noſtrū octauæ celebrarentur, vt & factū eſt. Non multò poſt autem ille frater diuina gratia euocatus, in extre-
E mis aſſiſtentem ſibi vidit B. Virginem, quæ eius animam ad cœleſtia, perpetuo regnaturam euehendam ſuſcepit. Eioſdem rei teſtis eſt ANTHONIVS SOLARIVS vir doctiſſimus in eo opere, quod de veneratione & interceſſione ſanctorum conſcripſit, & multi ſunt adhuc qui fidem faciunt prædictis. hæc ſufficiunt.

Deuotiſſima adhortatio.
Indulgentiæ.
Adamus Præmonſtratenſis.
Claudius Firminus Cœleſtinus.
Antonius Solarius.

Mariæ Purificationis ſolennitas.] Credo quòd non ſit huius ſolennitatis ignotus dies omnibus Chriſtianis, quem ab antiquo obſeruatum grauiſſimi Patres proteſtantur. Quamuis autem NICEPHORVS CALLISTVS lib. 17. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 28. aſſerat per totum orbem hunc diem ſolennem Iuſtinianum Imperatorem

Nicephorus Calliſtus.

A inſtituiſſe, ſicut & diem Dormitionis eiuſdē Virginis, vt dicemus infrà. Tamen ante Iuſtinianum vtrumq; feſtum diem in Eccleſia celebrem fuiſſe non ambigimus, vt de dormitione quidem infrà patebit. De purificatione autē ſatis manifeſtat illa oratio antiquiſſimi doctoris GREGORII NISSENI De occurſu Domini, & de Dei parente, & de iuſto Symeone, quæ ſic incipit: Qui cœleſtium rerum ſapientia eſt ſublimis & terrenarum rerum deſpicientia excelſus, &c. & paulo infrà ſic loquitur: *Ne efficiamini* (ait) *pueri mente, ſed eſtote malitia infantes. Sic enim cū perfectiſſime, & æterno Deo, cuius diem feſtum hodie celebramus, qui propter nos ſecundum carnem infans fuit in extremis diebus, &c.*
B Prolixa autem oratio eſt, quæ verſatur tota in laudibus huius ſolēnitatis. Sic & AMPHILOCHIVS ICONII Epiſcopus elegantem habuit in eadem ſolennitate ſermonem, qui ſic incipit: Multi ea magnis viris admirantur virginitatem, eſt enim admirabilis, vt quæ ſit congenita cum Angelis, &c. In hoc ſermone clarè exprimit huius ſolennitatis ſacramēta. Compoſuit autem & orationem in eadem ſolennitate CYRILLVS HIEROSOLIMITANVS quæ ſic incipit: *Lætare valde Filia Syon prædica lætitiam Filia Hieruſalem. Duc choros populi ciuitatis Dei. Hodie glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Hodie cœleſtis ſponſus cum thalamo Dei matris venit in templum. Filia Hieruſalem egredimini in oc-*
C *curſum eius, lampades alacriter accēdamus vero lumini, iunicæ animarum paremus Sponſo Chriſto, cum Sion Gentiū populi lucem ferentes occurramus in templo, ad Deum Chriſtum conueniamus, cum Angelis hymnum canamus. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabbaoth, &c.* lege reliquum. Porrò TIMOTHAEVS PRESBYTER Hieroſolymitanus orationem eodem die feſto elegantiſſimā habuit, de Propheta Simeone Dei ſuſceptore, & de eo quòd eſt, Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, &c. ſic incipit: *Age dilecte vltimum iuſtum oratione inueamur. & quis eſt ille vltimus iuſtus? qui nuper a nobis eſt lectus in Euangelio ſecundum Lucam nomine Simeon. Hic eſt & primus & vltimus: vltimus*
D *legis, primus gratiæ. Iudæus religione, Chriſtianus gratiarum actione, Chriſtianus lectione, Angelus lingua, &c.* Oratio quidē deuotiſſima eſt & corda deuota reficiens, quæ huius diei myſteria excellenter cōplectitur. Præterea IOANNES CHRYSOST. eo ipſo die ſolenni homiliā habuit ad populū, quæ ſic incipit: Non ſolùm fert carnem Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſed etiā ea lege circunciditur, vt auferat prætextum Iudaicæ incredulitatis, &c. & AMBROSIVS MEDIOLA. ſermo. eodē die habuit ad populum, vbi etiā ſic loquitur: *Iterum chariſſimi fratres vt attendatis qua deuotione ſolennitatē huius diei celebrare debeatis, nō vile ſit vobis illud ſpectaculū, in quo Filius Virginis Deus & homo cōplecti-*
E *tur, in quo virgo & mater oſtenditur, in quo Propheta, imo omniū Prophetarum expectatio adimpletur, in quo multa Eccleſiæ ſacramenta declarantur, &c.* Scripſit & in eadē ſolennitate AVGVST. HIPPO ſerm. qui legitur in lectionibus Matutinalibus per omnes Eccleſias. Hi omnes Patres ante Iuſtinianum fuerunt, qui tamen Purificationis feſtū debitis venerati ſunt officijs. Poſt illos autē BEDA VENERAB. iure recenſetur, qui in ea die homilias compoſuit, & ſacramenta diei huius luculenter expoſuit. Sed & BERN. CLAREVAL. tres ſermones in die ſolēni Purificationis cōpoſuit, vbi & Proceſſionis & luminariorū expoſuit myſteriū. Denique Concilium MOGVNT. I. ſub Carolo Magno,

Gregorius Niſſenus.
Amphilochius Iconij Epiſcopus.
Cyrillus Hieroſolymitanus Epiſcopus.
Vide vſum accendendi luminaria in hac die.
Timotheus Ieroſolymitanus presbyter.
Ioannes Chryſoſtomus.
Ambroſius Mediolanenſis.
Auguſtinus Hipponenſis.
Beda Venerabilis.
Bernardus Clareu. ſis. Concilium ... ſub Carolo

gno, cano. 36. dum proponit decretum de feſtis ſolennibus, huius ſpecialiter meminit, vt videbis in vocabulo, Dies feſti, &c. Scripſerunt & alij multi Patres antiqui homilias & ſermones, quibus dies huius ſolennis ſacramenta apertiſsimè expreſſerunt ſed hæc ſufficiunt.

Mariæ dormitionis, & Aſſumptionis ſolennitas.] DIONYSIVS AREOPAGITA capite 3. lib. De diuinis nominibus, ſic huius dormitionis meminit. *Nã & apud ipſos diuino ſpiritu plenos Pontifices noſtros, cum & nos (vt noſti) & plerique ex ſanctis fratribus ad contuendum corpus illud: quod authorem vitæ Deumq́; ceperat, conueniſſemus (aderat autem & frater Domini Iacobus, & Petrus ſupremum decus & antiquiſſimum Theologorum culmen) vbi poſt contuitum placuit, vt infinitæ potentem diuinæ infirmitatis bonitatem pontifices laudarent omnes, quiſque pro captu ſuo. Ille denique (vt noſti) poſt Apoſtolos omnibus alijs laudatoribus ſuperior erat, &c.* Hæc Dionyſij verba, refert iterum NICEPHORVS CALLISTVS lib. 2. Hiſtoriæ Eccleſ. cap. 22. lege ſi placet. Quo autem tempore Maria dormierit, idem narrat, cap. 21. eiuſdem libri. *Eo tempore (ait) cùm Claudius quintum imperaret annum, & immaculatam Dei verbi matrem mortem obire oporteret (quandoquidem & filius eius verum ſe hominem eſſe probans, ad grandiorem exoleta ſenectutis ætatem non peruenit) ſexageſimum illa agens annum nuncium à filio per Angelum de migratione & aduentu ad ſe eius, ita vt antea cum ipſe ad eum venturus fuerat, accipit, &c.* Lege quod ſequitur. Miraculum autem ſubinde recitat factum ad eius tumulum, cùm impij Iudæi inuidia tabeſcentes illi conarentur offendiculum ponere, ne cum honore ſepeliretur. Narrat quoq; poſt tertium diẽ funeris corpus eius in paradiſum tranſlatum, & authoritatẽ cap. 23 producit IVVENALIS HIEROSOLYMITANI Epiſcopi, qui in ſcriptis reliquit. *Dicit enim totum triduum Apoſtolos ad monumentum id diuinorum hymnorum carmina audientes, perſeueraſſe. Accidit autem rurſum, vt Thomas ab eis abeſſet, videlicet, vt nota perſpectaq; diuinæ Genetricis fieret aſſumptio, itidẽ vt antea filij eius pro eo atq; dicebat, poſt diẽ tertium reſurrectio ingẽti afficiebatur dolore, neq; quieto animo eſſe poterat Thomas, quippe qui tanti boni non fuiſſet particeps. Sacer autem ille chorus, iniquum eſſe iudicans, ſi ille quoq; diuinum Virginis matris corpus non ſpectaret atq; complecteretur aperiri monumentum iubet. Quod quidem, vbi ita eſt factum, deſideratum illud corpus non comparuit, ſepulchralia tantum linearia compoſita loco ſuo manebant, iisdem vt filij quoq; eius in ſepulchro relicta. Quæ & ipſe, & qui cũ eo aderant cum veneratione exoſculati, incredibiliq; voluptate odoriſq; ſuauitate repleti, ſepulchrum quidem ad priſtinum cõformant modum, miraculum autem ipſum quaſi per manus ſubinde poſteris traditum ad nos quoq; tranſmiſerunt. Quòd vero diuinum hoc Dei Genitricis tabernaculum reſurrecturum fuerat, propheta quoque Dauid prædixit. Exurge Domine tu & arca ſanctificationis tuæ. Inde fama eſt,* non ita pridem ſanctæ Virginis quoq; ſacra primum celebrari cœpta fuiſſe.* Hæc Iuuenalis, & Nicephorus vbi ſuprà. Sed & EPIPHANIVS CYPRI, quòd cum corpore iam glorioſo reſurrexerit ita affirmat duobus in locis. Et primo quidem lib. 1. contra hæreſes, hæreſi 42. contra Marcioniſtas, vbi de fide reſurrectioni diſputat, ſic loquitur: *Quomodo Maria ſancta, vna cum carne regnum cœlorum non cernat, quæ neq; laſciuierit, neq; fornicata fuerit, neq; adulterium commiſerit ſed neq; aliquod infandum carnis opus pa-*

Dionyſius Areopagita.

Vide antiquũ morem laudãdi ſanctos.

Nicephorus Calliſtus.

Aetas Mariæ Virginis cum deceſſit.

Iouenalis Hieroſolymitanus Epiſcopus.

Vide exequias ad defuncti tumulos hæretice.

Quid faceret hæreticus ſi ſpectator eſſet.

* Ecce ſolẽnitas aſſumptionis antiquiſſimo viu obtinuata.

Epiphanius Cypri Mariam cum corpore aſſumptã prædicat.

A *trauerit, ſed impolluta permanſerit? &c.* Idem lib. 3. contra hæreſes, hæreſi 78. contra Antidicomarianitas iterũ eadẽ profitetur, & quamuis pro certo hoc affirmare nolit, tamen credibiliùs eſſe dicit hãc raptam cum corpore, quam in corruptionem ſolutam eſſe. Hoc & HIERONYMVS STRID. in illo tractato quem de aſſumptione Mariæ edidit, licet non affirmet, tamen hoc nõ vult eſſe impoſſibile: imò qui penitus ſcripta illius conſiderauerit, illam potiùs aſſumptam cum corpore dicit, quàm remanſiſſe in terris, cùm conſtet nuſquam illius corpus comparere. Sic & AVGVSTINVS HIPPONENSIS elegantiſſimo ſermone defendit pluribus authoritatibus & exemplis Virginis
B ſacræ corpus, non vidiſſe corruptionem, ſed beata iam reſurrectione potiri & gloria circundari. Hoc ex hiſtorijs patenter defenditur. Nam eius zonam pro magnis reliquijs inuentam conſeruauit PVLCHERIA Auguſta, & tẽplum Virgini matri ædificauit, vbi eam repoſuit, referente Nicephoro lib. 15. cap. 49. quæ etiã Pulcheria ſepulchrales faſcias, & tumulũ Virginis ſummo duxit honore, vt lib. 14. Idem recitat cap. 2 vbi & à beato Luca Virginis tumulum fuiſſe depictum teſtatur. Hoc iterum repetit lib. 15 cap. 14. per totum, vbi & iterum narrator illa deuotiſſima Auguſta Pulcheria, Iuuenalem pręfatũ Hieroſolymorum Epiſcopum cum ad Concilium Chalcedonenſe
C veniſſet, interrogaſſe de veritate Aſſumptionis eiuſdem virginis Mariæ, quæ eidem retulit ea quæ ſuperius relata ſunt. Obſecro te (Lector) lege locũ Nicephori allegatũ lib 15. c. 14. per totum. Hic autẽ NICEPHORVS lib. 17. c. 28. narrat Mauritium Imperatorem poſt Iuſtinianum quintodecimo Auguſti Mẽſis die ſacroſanctæ Dei genitricis dormitionem celebrari præcepiſſe: verùm ex ſuperioribus conſtat, quia longè ante præfatum imperatorem dies ille ſolennis habebatur. Meminit autem eiuſdem ſolennitatis CONSTANTINVS CONSTANTIÆ CYPRI Epiſcopus In relatione quam habuit ad Patres ſacri generalis Concilij 7 vt allegauimus in vocabulo Imago, &c. Deniq; Concilium MOGVNTINVM I. can.
D 3., etiam inter dies feſtos hunc ſignanter recolit, vt diximus, Dies feſti. GREGORIVS TVRONENSIS in opere edito in gloriam plurimorum martyrum, cap. 18 De Maria virgine loquitur. *Huius (inquit) feſtiuitas ſacra mediãte menſe Auguſto celebratur, &c.* Vide reliquum. Deniq; Aſſumptionem eius cum corpore defendit BERNARDVS CLARAVALLENSIS in ſermonibus in Aſſumptione eius habitis, & HVGO. S. VICTORIS Doctor celeberrimus libro ſermonum, ſermone 47. ANSELMVS CANTVARIENSIS libro de excellentia Virginis, cap. 8. & Illi Patres ordinis noſtri quos ſupra citauimus in ſermonibus quos habuerunt in eadem feſtiuitate. Deniq;
E ſic tota fatetur Eccleſia hoc ſufficit.

Mariæ interceſsio, &c.] Repete omnia ex vocabulo Sancti implorandi, &c. nam ibi generaliter omnia reponuntur.

Mariam ſemper Hæretici oderunt.] Quis poteſt per ordinẽ enarrare quot ab initio fuerint hęretici, qui virulẽtis linguis Mariã pręſumpſerũt impetere? Quis Ebionẽ, Cherinthũ, Baſilidẽ, Marcionẽ, Valentinũ, Neſtoriũ, Eutychẽ, Aëtiũ, Heluidiũ, reliquoſq; omnes recẽſeat, quot blaſphemijs B. Virginẽ deturparint? verũ vt ſydus clarior ſemper refulſit, dum impiorũ linguis laceſſita eſt. hoc in multis iam locis oſtendimus, nec fas eſſe cenſe-

Hieronymus Stridonenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Pulcheria.

Nicephorus Calliſtus.

Conſtantinus Cypri Epiſcopus.

Concilium Moguntinum.

Gregorius Turonenſis.

Bernardus Clareuallenſis. Hugo à Victore.

Anſelmus Cantuarienſis.

mus

mus rem eádem toties repetere. Habes egregium Chriſtophorus Vitzius Cœleſtinus. volumen CHRISTOPHORI VITZII, quod Hæreſobrachologia nuncupatur, quo vniuerſarum hæreſum diſcas authores, & quo tempore fuerint à Patribus gladio veritatis confoſſæ. Hic mihi familiariſſimus in literis & bonis ſtudijs exercitatiſſimus de die in diem vberrimam ſatagit ſrugem collectis è meſſe Domini repoſtare, cuius ſæpius admiratus eum diuino feruore ingenium, & laudaui viri pietatem & doctrinam amplexatus ſum. Denique ſatis nobis rei veritatem aperiunt moderni hæretici, qui ita ſunt in glorioſam Virginem exacerbati & debacchati, vt originis eorum nulla ſit ambiguitas, quin ex ſcæno omniũ hæreſiarcharum promanarit. Narrat SVIDAS Suidas Græcus. GRAECVS in vocabulo, Conſtantinus, Conſtantinum Constantini Copronymi in Virginem blaſphemia. Copronymum Imperatorem Græcum tanto exarſiſſe odio in diuinam virginem, vt publico edicto ſtatuerit, ne quis Mariæ interceſſionem imploraret. *Non enim* (inquit) *opitulari cuiquam poteſt*. Et alia multa blaſphema verba protulit, quæ inſeremus dum de diuinorum interceſſione tractabimus. Sed non euaſit impunitas, vt hiſtoriæ fides comprobat. Dignam ſcitu narrat hiſtoriam NICAPHORVS CALLIXTVS libro 18. cap 33. de quibuſdam Gentilibus, qui blaſphemare & conuitijs eam proſcindere auſi fuerant. Lege eam ſi vacat per otium. Lege autem in vocabulo, Hæreticus, quomodo eam ſemper virginem hæretici linguis & maledictis inſectati fuerint, qui nec nobis tempus conceditur vniuerſa complecti.

MARTYR.

Clemens 1. Martyrum gloria.] CLEMENS I. libro 2. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 24. *Iuſtus ab ab aliquo iniuſte occiſus, in requie apud Deum manebit in æternum.* Idem lib. 5. cap. 1. *Qui propter nomen Domini Dei condemnatur, is martyr ſanctus eſt, frater Domini, filius altiſſimi, habitaculũ Spiritus ſancti, per quẽ vnuſquiſque fidelis illuminationem gloriæ ſancti Euangelij accepit, eo quod meruit incorruptibilem coronam martyrij paſſionum ipſius, & ſocietate ſanguinis ipſius, conſignratus morti Chriſti in adoptionem filiorum, &c.* Dionyſius Areopagita. DIONYSIVS AREOPAGITA c. 7. de diuinis nominibus. *Itaque* (ait) *noſtrates diuina ſapientiæ principes ac Duces pro veritate moriuntur, omni die teſtimonium perhibentes, vt dignum eſt, & verbo & omni opere ſingulari, Chriſtianorum, veraq́ ſcientia omnibus hanc eſſe & ſimpliciorem & diuiniorem, imò ipſam eſſe ſolam veram & vnicam & ſimplicem diuinam notionem.* Lege in vocabulo, Sancti venerandi, & implorandi, &c. & ſequentia.

Martyrum conſtantia.] Scripſit elegantiſ- Phileas Thebaidis Epiſcopus. ſimum librum PHILEAS THEBAIDIS Epiſcopus De laude & conſtantia martyrum, & ſcripſerunt alij innumeri hiſtoriographi quorum verba recenſere eſt impoſſibile, quæ & habentur ſatis conſpicua ex ipſorum martyrum geſtis, Clemens 1. quæ quotidie fidelium auribus proponuntur. Sic verò CLEMENS I. lib. 5. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 7. *Si ad martyrium* (ait) *vocemur conſtanter confiteri precioſum nomen, ac ſi propter hanc cauſam ſupplicio afficiamur, lætemur quod ad immortalitatem properamus, perſecutionem patiẽtes nolimus, quaſi in re noua, obſtupeſcere.* Et infrà: *Profitentes pulchram illam confeſſionem fidei, non ſolum ipſi ſaluamur, ſed etiam nuper illuminatos confirmamus, & cathecumenos fideles reddimus. Qui verò martyrium conſequi* Vide quanta exaltatio Chriſti pati Martyrium reputetur pro baptiſmo. *meruit, gaudeat in Domino, quod tantam coronam eſt adeptus, & per confeſſionem dum clauſit extremum, ac* A *quamuis fuerit cathecumenus, lætus diſcedat. Paſſio enim quam pro Chriſto ſuſtinet, cedet ei in veriorem baptiſmum, quoniam ipſe reipſa commoritur Chriſto, alij in figura. Gaudeat igitur, quod imitatus magiſtrũ, & cuius illius diſcipulus eſſe cupit, æmuletur eius certamina, imitetur patientiam, ſciens quamuis ab hominibus igne comburatur, nihil tamen ſe paſſurum, veluti illi tres pueri. Quòd ſi patiatur aliquid, tamen præmiũ* Daniel 3. *a Domino conſequetur fidem habens vni & ſoli vero Deo ac Patri per Ieſum Chriſtum, Pontificem & Redemptorem animarum, certaminumq́ remuneratorem, &c.* Martyrium quàm conſtanter & auidè ſi- Ignatius Martyr. tierit IGNATIVS MARTYR ex epiſtola eius ad Epheſios, & alia ad Romanos colligitur, vbi eos deprecatur, ne eius martyrium impediant, in- B ter cætera ſic loquens: *Rogo vos ne erga me intem-* O vir ſanctiſſimam mentem. *peſtiuè beneuoli ſitis. Sinite me beſtiarum eſcam eſſe, per quas Deum aſſequi licet. Triticum Dei ſum ego, & beſtiarum dentibus molor, vt purus panis Dei reperiar. Allicite beſtias, vt mihi ſepulchrum ſint, nihilque relinquant de corpore meo, ne dum obdormiero cuiquam oneroſus inueniar: tunc verò verus Ieſu Chriſti diſcipulus ero, quando ne meum corpus quidem mundus videbit, &c.* Et infrà: *A Syria Romam vſque cum beſtijs depugno, per terram, per mare nocte dieq́, colligatus decem Leopardis, hoc eſt, decem militibus qui me cuſtodiunt, qui etiam beneficijs affecti deteriores euadunt. Verùm in iniurijs eorum magis edoceor, ſed non* C *idcircò iuſtificatus ſum. Vtinam fruar beſtijs illis quæ mihi præparatæ ſunt, quas velim mihi veloces reperiri, quas etiam alliciam vt compendio me deuorent, non vt quoſdam territæ non attigerunt. Hæcq́, niſi voluerint, vltrò ego vim inferam. Ignoſcite mihi, quid mihi proſit equidem ſcio, nunc incipio diſcipulus eſſe. Abſit quicquam eorum deſiderem quæ videntur, quæque non videntur, vt Ieſum Chriſtum aſſequar. Ignis, crux, beſtiarum concurſiones, diſſectiones, diſtractiones, oſsium diſperſiones, conciſiones membrorum, totius corporis contritio, & tormentum diaboli in me veniant, tantùm vt Ieſum Chriſtum adipiſcar, nihil me iuuabunt extrema mundi, neque Regna ſeculi huius. Reſtat vt ego moriar propter Ieſum Chriſtum, potius quam regnem in finibus terræ. Ieſus enim eſt vita fidelium. Ne me velitis* D *mori, mors enim eſt vita ſine Chriſto: me Dei eſſe volentem ne mundo me donetis. Sinite me puram lucem percipere, illuc cum peruenero homo Dei ero. Permittite mihi vt ſim imitator paſſionis Chriſti Dei mei. Et hæc vobis ſcribo amore captus moriendi propter Chriſtum: meus amor crucifixus eſt. In me ignis non eſt qui quippiam amet, ſed aqua viua, quæ exilit in me, mihiq́ intrinſecus ait: Veni ad Patrem, &c.* Vide Perſecutio. &c. Et MARTIALIS APOSTOLVS epi- Martialis Apoſtolus. ſtola ad Tholoſanos. *Pro Chriſti* (inquit) *fide & viſione Dei adipiſcenda, etiam millies corpus noſtrũ ſub omnibus tormentis morti dare optamus.* Eadẽ & Andreas Apoſtolus, referente ABDIA BABYLO- Abdias Babylonius. E NIO lib. 3 Certaminis Apoſtol. *Ego* (inquit ad Ægeam) *non ſolum interfici ſed diuerſis etiam pœnis excruciari, paratus ſum.* Idem refert lib. 8. de Simone & Iuda. Denique de martyrum conſtantia abundè tractat IVSTINVS MARTYR apologia 1. pro Iuſtinus Martyr. Chriſtianis ad Senatum. *Quando* (ait) *Platonica doctrina delectabar, cùm audirẽ calumnijs Chriſtianos appeti, nec mortem horrentes, nec aliud quicquam cæteris terribile, cogitabã eſſe impoſſibile tales vitijs ſeruire ac voluptatibus. Quis enim voluptati deditus, aut intẽperans, aut ſuauiter veſcens humanis viſceribus poſſet morte gaudere, vt priuetur ſuis delicijs? &c.* Et iterum, Apolog. 2. ad Anto. Pium. *Vos dũ auditis nos regnũ expectare, temere de humano ſuſpicamini, cùm nos*

de regno

de regno Dei loquamur: ſicut liquet ex his, in quos an Chriſtiani ſint inquiritis, qui fatentur ſe Chriſtianos, quamuis ſciant mortem huic confeſſioni propoſitam. Nam ſi humanum regnum expectaremus, negaremus vt euaderemus, & conaremur fallere, vt expectata poteremur. Sed quoniam ſpes noſtra præſentia non affectant, non timemus eos qui occidunt, quando mors debetur omnibus. Plura de cõſtantia martyrum IRENEVS LVGDVNENSIS lib. 3. contra hæreſes Valentini, cap. 20 vbi cõtra illos, diſſerit qui martyres inhonoros dicebant. Sed & TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro 4. contra Marcionem circa medium, & alio libro quem ſcripſit ad Martyres, illos ad agonem conſtanter tolerandum prouocat etiam exemplo Gentilium. Iterum quàm ille conſtanter pro martyribus perorauerit, liquet ex eius libro ad Scapulã Carthaginis Præſidem, qui extrema Chriſtianis ſupplicia minabatur. *Abſit* (inquit) *vt indignè feramus ea nos pati quæ optamus, aut vltionem à nobis aliquam machinemur, quam a Deo expectamus. tamen doleamus neceſſe eſt, quod nulla ciuitas impune latura ſit, ſanguinis noſtri effuſionem, &c.* Idem libro Apologetico aduerſus gentes, cap. 45. ad calcem: *Prælium eſt nobis quod prouocamur ad tribunalia, vt illic, ſub diſcrimine capitis pro veritate certemus. Victoria eſt autem, pro quo certaueris, obtinere. Ea victoria habet & gloriam placendi Deo, & prædam viuendi in æternum. Sed obducimur certè cùm obtinuimus. Ergò vicimus cùm occidimur, denique euadimus cùm obducimur. Semen ergo eſt ſanguis Chriſtianorum. Chriſtianos immolate, cruciate, torquete, damnate, atterite nos: probatio eſt enim innocentiæ noſtræ iniquitas veſtra.* Idem in Scorpiaco aduerſus Gnoſticos cõtra Valẽtinianos & hæreticos diſſerit, qui martyrio derogabant. *Martyrium* (ait) *non de communi aliqua militia certat cum Idololatria, ſed de ſua gratia. liberat enim ab Idololatria, quod a malo liberat, quis non bonum pronunciabit? quid aliud eſt aduerſatio Idololatriæ atque martyrij, quam mortis & vitæ? tantum vitæ à martyrio deputabitur, quantum mortis Idololatriæ.* Tum exemplis priſcorum martyrum probat quàm conſtanter martyrium ſubierint. *Ita ver ſit* (ait) *vt recedant à literis ſuis ſenſus. Quæ tamen Apoſtolos paſſos ſcimus, manifeſta doctrina eſt. Hanc intelligo ſolam, acta decurrens. Nihil quæro, carceres illic & vincula, & flagella, & ſaxa, & gladij, & impetus Iudæorum, & cœtus nationum, & Tribunorum elogia, & Regum auditoria, & Proconſulum Tribunalia, & Cæſaris nomen interpretem non habent, quod Petrus cæditur, quod Stephanus opprimitur, quod Iacobus immolatur, quod Paulus diſtrahitur, ipſorum ſanguine ſcripta ſunt, & ſi fidem commentari voluerit hæreticus, inſtrumenta imperij loquentur vt lapides Hieruſalem.* Lege quod reſtat in vocabulo, Petrus. Denique de ſubeundo martyrio lætis animis & conſtantia martyrum CLEMENS ALEXANDRINVS ſcripſit lib. 4. Stromatum, per totum librum, vbi laudat ſummopere martyres, & eorum conſtantiam, ſcripſit & CYPRIANVS CARTHAGINENSIS librum de laude martyrij, & alterum de duplici martyrio: in quibus de ſanctorum martyrum laude, virtute, conſtantia, gloria, & excellentia abũdè diſſeruit. Denique EVSEBIVS CÆSARIENSIS lib. 5. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 1. mira recenſet de conſtantia Martyrum Viennenſium & Lugdunenſiũ, de Blandina præcipuè, & alijs. item lib. 6. cap. 29. refert Dionyſius Alexandrinus tanto amore flagraſſe martyrij, vt etiam tyrannum incitaret: quod

Irenæus Lugdunenſis.

Tertullianus Carthaginenſ.

Vide oro.

De laude martyrij.

Trophea priſcorum martyrum.

Clemens Alexandrinus

Cyprianus Carthaginenſ.

Euſebius Cæſarienſis.

A & de origine dicit libro 6. cap. 1. Idem verò DIONYSIVS ALEXAN. ad Fabianum Antiochenum Epiſcopum epiſtolã dirigit, quæ martyrum conſtantiam ſub Decio agonizantium commendaret, in qua & Apolloniam beatiſſimam Virginem, dentium euulſione, & ignis incendio coronatam collaudat: Et Nouato mandat epiſtolam qua ſic loquitur: *Non eſt inquit inferior gloria ſuſtinere martyrium pro eo ne ſcindatur Eccleſia, quam eſt illa ne Idolis immoletur: imò ſecundum meam ſententiam, maius hoc puto eſſe martyrium. Ibi namque vnuſquiſque pro ſua tantum anima, in hoc verò pro omni Eccleſia martyrium ſuſtinet, &c.* Lege & Cyprianũ memoratum lib. 1. epiſtolarum, epiſt. 1. ad Cornelium, & lib 2. epiſt. 6. quæ ſcripta eſt ad martyres, B & lib. 3. epiſt. 25. per totam, & lib. 4. epiſt. 1. ad Sergium Rogatianum & reliquos in vinculis detentos. Iterum eiuſdem libri epiſt. 3. & 6. vbi de conſtantia martyrum loquitur. Lege librum eiuſdem de exhortatione ad martyriũ, & reliquos authores. Lege quoque NICEPHORVM CALLISTVM lib. 5. cap. 26. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, & cap. 27. & 28. & præcipuè 29. vbi ſic loquitur: *Qui firmi ſtabileſque erant, totumque Chriſtum in pectoribus ſuis gerebant, ab eo confirmati & condignum inexpugnabilis fidei, & conſtantia ſua robur conſecuti, præclaros atque illuſtres ſe regni eius exhibuerunt teſtes & martyres, &c.* Idem de conſtantia martyrum ſub Diocletiano lib. 7. cap. 6. C *. vbi etiam ſic loquitur: *Animaduertere erat in hominibus noſtris alacritatem, & fidei in Chriſtum ardorem viuidum. Cum enim vix contra priores ſententia condemnationis a Iudice prolata eſſet, alij aliunde confluentes Chriſtianos ſe eſſe confitebantur, pro tribunali ipſo exultantes, neque tormentorum acerbitatem reſpicientes, ſed interrita prorſus libertate pro Chriſto decertantes. cùm magna animorum lætitia libentiſſime ſupremam excipiebant ſententiam, vſque adeò, vt cum gratiarum actione ad finem vſque per quam decenter hymnos laudéſque Deo canerent, &c.* Lege reliquũ, & omnes eos authores qui de martyrũ cõſtãtia ſcripſerũt. * Lege HORMISDAM Epiſtola ad monachos Paleſtinos &c.

D Martyres falſi.] CLEMENS Libro 5. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 9. *De falſis* (ait) *martyribus Scriptura dicit: Nomen impiorum extinguetur, teſtis enim fidelis non mentitur, & profert falſa teſtis iniquus. Nam qui ſine mendacio martyrium pro defendenda veritate eſt executus, is verax martyr putatur fideliſque, eo quod verbo pietatis per proprium ſanguinem eſt patrocinatus.* Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS in ſermone de ſanctis Geruaſio & Prothaſio, ait: *Martyris nomen eſt Græcum, ſed tam iſto nomine conſuetudo vtitur pro Latino. Latine autem martyres, dicũtur teſtes. Sunt ergò martyres veri, ſunt & falſi. quia ſunt teſtes veri & falſi. Sed dicit Scriptura: teſtis falſus non erit impunitus.* E *Si teſtis falſus non erit ſine pœna, nec teſtis verus ſine corona.* Idem ſermone 6. de martyribus. *Nemo ſe extollat & glorietur de paſſione, nam ſi attendamus ſolas paſſiones: coronantur & latrones, ſi de paſſione gloriandum eſt, poteſt & ipſe diabolus gloriari. Eius vbique tẽpla euertuntur, Idola franguntur, Sacerdotes eius arrepti cæduntur, numquid poteſt dicere & ego martyr ſum quia tãta patior? Ergò homo Dei prius eligat cauſam, & ſecurus accedat ad pœnam, & poſt pœnam accipiet coronam.* Non attinet dicere de falſis martyribus Caluiniſtarum ſiquidem illorũ cauſa iniuſta eſt, vt per hoc opus ſatis probatur: & ideò ſi quid patiuntur propter iniuſtitiam, maledicti dicendi ſunt, non beati, hæc dicta ſufficiant.

Dionyſius Alexandrinus.

Nota hæc

Cyprianus Carthaginenſis.

Nicephorum Calliſtum lege [illegible]

Martyrum [illegible] alacritas.

* H[illegible] habes [illegible] epiſtolam [illegible] actione 1. concilij 5 genera[illegible] [illegible] Clemens 2.

Hi ſunt Caluiniſtarum martyres [illegible] Deum, [illegible] cleſiam in Regem, [illegible] blicam in omnem [illegible] martyres vel [illegible] appell[illegible] pro [illegible] puniuntur. Prouerb. [illegible] 14.

Augustinus Hipponenſis. Leo 1.

Martyres honorandi & implorandi.] Egregiè de implorandis martyribus & venerandis. Auguſtinus Hipponenſis loquitur lib 8. de ciuitate Dei cap. 27. & lib. 20 contra Fauſtum cap. 21. & Leo I epiſt. 7ª. ad Epiſcopos campaniæ Samnij & Piceni &c. Vide ſuo loco ſancti venerandi & implorandi, &c.

Martyrum ſepulchra viſitanda.] Vide in vocabulo, Peregrinatio, &c.

Martyrum dies feſti celebrandi] Habes ſuperiùs ſuo loco, Dies feſti, &c.

MATRICIDA.

De matricidis.] Egim' in vocabulo, humicidiũ Patris, Matris vel fratris, &c lege ergo, nec differas.

MATRIMONIVM.

Clemens alexandrinus.

Matrimonij diffinitio.] CLEMENS ALEXANDRINVS lib. 2. Stromatum ait. *Matrimonium eſt prima legitima viri & mulieris coniunctio, ad liberorum procreationem.* Menander autem comicus. *Ad ſeminandos liberos tibi meam trado filiam Quærimus autem an ſit vxor ducenda, &c.* Concludit autem ibidem matrimonium non eſſe omnibus neceſſarium Porrò AVGVSTINVS HIPPONENSIS lib. 19. contra Fauſtum cap. 26. *Matrimonium (ait) ex hoc appellatum eſt, quod non ob aliud debeat fœmina nubere, quàm vt mater fiat, &c.* Et ALEXANDER III. Ianoenſi Epiſcopo, vt habetur parte 50. Concilij Lateranenſis quod celebrauit cap 12. *Matrimonium (inquit) eſt coniunctio maris & fœminæ, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, &c.*

Augustinus Hipponenſis. Alexander 3.

Matrimonium legitimè inſtitutum, nec damnandum.] Repoſuimus iſta in vocabulo, Nuptię licitę &c. ſatiſq; ex ſequentibus probatur.

Matrimonium ſacramentum eſt] Vide, Nuptiæ licitæ, &c. nonquam autem dubitatum fuit ab antiquis quin Matrimonium ſacramentum eſſet FVLGENTIVS RVSPENSIS epiſtola 2. ad Gallam de ſtatu viduali. *Sancta quidem ſunt (ait) Chriſtianorum coniugia, quia & coniugalis ibi caſtitas cuſtoditur in corpore, & puritas fidei ſeruatur in corde. Nam & Apoſtolica dicit authoritas: honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Non eſt ergo connubium ex colluuione peccati, ſed ex inſtitutione Dei: & in eo quòd ſibi coniuges inuicem carnis debitum reddunt, inquantum id modeſte faciunt, Chriſti præcepta cuſtodiunt, quia nullatenus a coniugali charitate & caſtitate diſcedunt, &c.* Hanc autem materiam latiùs proſequitur HENRICVS VIII. Rex Angliæ in aſſertione 7 ſacramentorum contra Lutherum, ad Leonē ſummum pontificem huius nominis 10. vbi ſic ordiţur. *Matrimonium ſacramentorum omnium primum, inter primos homines celebratum, primo Chriſti miraculo cohoneſtatum, quod propter ſacramenti nomen ipſum tam diu tam religioſe cultum eſt. Lutherus nunc demum, ne coniugalem fidem tanti quiſquam putet in poſterum, negat eſſe ſacramentum vllum, & cum alia ſacramenta ſic ſuſtulerit vt in vno negaret inſtitutum ſignum in alio negaret promiſſam gratiam, in matrimonio negat vtrumque, &c.* Hæc ille & alia multa quibus conuincit Lutherum mendacij, & matrimonium eſſe ſacramentum doctiſſimè probat Quod facit & IOAN. ROFF. contra captiuitatem Babylonicam ipſius Lutheri cap. 12. & omnibus his copioſius illud probauit STANISL. HOS. cap. 55. Confeſſionis Catholicæ fidei editæ in Concilio Petricouienſi, vbi pro defenſione veritatis ſyluam doctorum producit, quorum ſententias nec nobis eſt otij memorare. Vt autem breuiter ex traditione ſacrorum Conciliorum abſoluamus, inter ſacramenta recenſuit Sacramentum matrimonij EVGEN. IV. in generali Concilio Florentino, decreto ad calcem addito, cum Gręcis & Armenis formam ſeptem ſacramentorum tradidit. *Septimum (ait) ſacramentum eſt Matrimonij, quod eſt ſignum coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ ſecundum Apoſtolum dicentem: Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia. Cauſa efficiens matrimonij, regulariter eſt mutuus conſenſus per verba de præſenti expreſſus. Aſſignatur autem triplex bonum matrimonij. Primum eſt proles ſuſcipienda, & educanda ad cultum Dei: Secundum eſt fides quam vnus coniugum alteri ſeruare debet: Tertium indiuiſibilitas matrimonij, propter hoc quod ſignificat indiuiſibilem coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ Quamuis autem ex cauſa fornicationis, liceat thori ſeparationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas eſt, cùm matrimonij vinculum legitime contracti perpetuum ſit.* (Vide infra) Vnde & ſubdit Concil. SENON. decreto 10. de Matrimonij Sacramento. *Quis negat* (inquit) *matrimonium eſſe ſacramentum, aut denique ſeptem ſacramenta non admittit, inter hæreticos habeatur.* Et Concil. TRIDENT. ſeſſione 24. quæ eſt 8 ſub Pio 4. *Cum matrimonium in lege Euangelica veteribus connubiis per Chriſtum gratiam præſtet, meritò inter noua legis ſacramenta annumerandum ſancti patres noſtri Concilia, & vniuerſalis Eccleſiæ traditio ſemper docuerunt. Itaque ſi quis dixerit, matrimonium non eſſe vere & propriè vnum ex ſeptem legis Euangelicæ ſacramentis a Chriſto Domino inſtitutum, ſed ab hominibus in Eccleſiam inuectum, neque gratiam conferre, anathema ſit.* Vide in vocabulo. Nuptiæ licitæ, &c. & ea quæ ſequuntur diligentius intuere.

Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus. Henricus 8. Rex Angliæ. Ioannes Roffenſis. Stanislaus Hoſius. Eugenius 4. Epheſ. 5. Cauſa efficiens. Triplex matrimonij bonum. Concilium Senonenſe. Concilium Tridentinum generale.

Matrimonium quomodo contrahatur, & vt debeat celebrari.] EVARIST. I. epiſt 1. ad Epiſcopos Affricanos. & allegatur à Grat. diſt. 35. cap. legitimum, & ab Iuone lib. 6. *Aliter legitimum (vt a patribus accepimus, & a ſanctis Apoſtolis eorúmque ſucceſſoribus traditum inuenimus) non fit coniugium, niſi ab his qui ſuper ipſam fœminam dominationem videtur habere, & à quibus cuſtoditur vxor, petatur, & à parentibus aut propinquioribus ſponſetur, & legibus dotetur, & ſuo tempore, ſacerdotaliter, vt mos eſt, cum precibus & oblationibus a ſacerdote benedicatur* (Vide & infra Nuptiarum benedictio, &c.) *& à paranymphis, vt conſuetudo docet, cuſtodita & conſociata a proximis congruo tempore petita legibus docetur, & ſolemniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & caſtitatē cuſtodiant, vt bonæ ſobolës generentur, & domino in actibus ſuis placeant. Taliter enim & domino placebunt, & filios non ſpurios ſed legitimos atque hæreditabiles generabunt. Quapropter filij chariſſimi & merito illuſtres, fide Catholica ſuffragante, ita peracta legitima ſcitote eſſe connubia, aliter verò præſumpta, non coniugia, ſed aut adulteria, aut contubernia, aut ſtupra, aut fornicationes potius quam legitima cōiugia, eſſe nō dubitate, niſi voluntas propria ſuffragata fuerit, & vota ſuccurrerint legitima Nā fructus diuinus eſt præcepta diuina cuſtodire, ea quoq; deſerere, præſumptionem fieri nulli dubium eſt.* Hinc NICOLAVS I ad conſulta Bulgarorum, & allegat Grat cauſa 30. q 5 c Noſtrates. *Noſtrates tam mares quàm fœminæ, non ligaturam auream vel argenteam aut ex quolibet metallo compoſitā, quando nuptialia fœdera contrahunt, in capitibus deferunt, ſed poſt ſponſalia, quæ futurarum ſunt nuptiarum promiſſa fœdera quoq; conſenſu eorum qui hæc contrahunt, & horum quorum in poteſtate ſunt, celebrant, & poſtquam aeris ſponſam*

Euariſtus 1. Vide nuptiarū celebrandarum ritus antiquiſſimos. Nicolaus 1. Nuptiarū contractus vt fiat.

A ſibi ſponſus per digitum fidei annulo inſignitam deſponderit, dotémque vtrique placitam, ſponſus eius ſcripto pactum hoc continente coram inuitatis ab vtraque parte tradiderit, aut mox aut apto tempore, ne videlicet ante tempus lege diffinitum tale quid facere præſumant, ambo ad nuptialia fœdera perducuntur, & primum in Eccleſiam domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo per ſacerdotis manum, ſtatuuntur, ſicque demum benedictionem & velamen cœleſte ſuſcipiunt. Idem ad Conſulta Bulgarorum, & allegat Gratianus cauſa 27. quæſt. 2. cap. Sufficiat. Sufficiat ſolus ſecundum leges conſenſus, de quorum quarumque conſenſu & coniunctionibus agitur. Qui ſolus ſi defuerit, cætera etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur. Idem, & allegatur à Gratiano cauſa 30. quæſt. 2. Vbi non eſt conſenſus vtriuſque, ibi non eſt coniugium, ergo qui pueris dant puellas in cunabulis, & e conuerſo nihil faciunt, niſi vterque puerorum poſtquam venerit ad annos diſcretionis conſentiat. Vide & infra de matrimonio impuberum, &c. Hæc autem renouantur in Concilio SENONENSI cap. 10. & alijs, vt dicemus in vocabulo, Nuptiæ, &c. Vide ergo, & iunge quod ſequitur.

Matrimonium ſolo conſenſu perficitur.

Concilium Senonenſe.

B

Matrimonium ſolus conſenſus perficit, & contractum per verba de præſenti aut de futuro ratum eſſe cenſetur.] Ex occaſione præmiſſæ ſententiæ Nicolai 1. ad conſulta Bulgarorum, qua docet conſenſum ſolum, perficere Matrimonium, etiam hic libet addere quod ALEXANDER III. ad Salernitanum Epiſcopum, & habetur parte 6. Concilij Lateranenſis quod celebrauit cap. 8 Conſuluiſti nos, vtrum inter virum & mulierem præſtito vel non præſtito ſacramento, ſi legitimus conſenſus interuenerit de præſenti, carnali copula non ſecuta, liceat mulieri alij nubere, vel ſi nupſerit alij, & carnalis fuerit copula ſecuta, an ab ipſo debeat ſeparari. Super hoc reſpondemus, quod ſi legitimus conſenſus ea ſolennitate qua fieri ſolet, præſente ſcilicet ſacerdote, aut etiam eius notario, ſicut etiam in quibuſdam locis adhuc obſeruatur, coram idoneis teſtibus interuenerit de præſenti, ita quod vnus ad alium in ſuũ mutuo conſenſu verbis expreſſis recipiat, vtrinq; dicẽdo, Ego te recipio in meũ, & ego te in meum, ſiue ſit iuramentum, ſiue non, non licet mulieri alij nubere: & ſi nupſerit, & ſi fuerit carnalis copula ſubſecuta, ab eo ſeparari debet, & vt ad primum redeat Eccleſiaſtica diſtrictione compelli, quamuis alij aliter ſentiant, aliter etiam à quibuſdam prædeceſſoribus noſtris ſit aliquando iudicatum. Idem cap 18. eiuſdem partis ſtatuitur de muliere, quæ cùm ſit deſponſata viro, ab alio poſtea deſponſatur & cognoſcitur, vt ſi vir & mulier ad ætatem coniugio aptam deuenerint, debet primo reſtitui, licet alijs videatur, quòd cum ſecundo viro debeat remanere. Et cap 31. eiuſdem 6. partis Concil. LATER ſub eodem Alexandro 3. diffinitum eſt, vt illa puella, quæ legitimo conſenſu interueniente ſpontanea voluntate, ſeſe coniugem eſſe conſenſerit, & patri vſque ad ſtatutam diem commendata fuerit, de cætero alteri nõ poſſit conſentire, quia præſens confirmatum eſt, non futurum promiſſum. Idẽ & vir nõ poſſit alteri miſceri Et cõcluditur c 33. Hi qui matrimonio contrahendo pure & ſine omni contradictione fidem dederunt, aut iuramentum fecerunt commonendi ſunt diligẽtius & exhortandi, & omnibus modis inducendi, vt fidem præſtitam vel iuramentum factum obſeruent, & ſicut promiſerunt coniungãt. Capite quoque 12 eiuſdẽ 6 partis dicitur. Quod ſi quis præſtito iuramẽto mulierem ſe ducturam promiſerit, & poſtea ea incognita in exteras nationes proficiſcitur, liberum erit mulieri ad alia vota tranſire, recepta prius de periurio pœnitentia, ſi per ſe non ſteterit quo minus matrimonium copularetur. Si verò aliquis ſub huiuſmodi verbis iuramẽtum præſtiterit alicui mulieri: Ego te accipio in vxorem ſi tantum mihi donaueris, reus periurij non habebitur, ſi eam nolentem ſibi ſoluere quod iuramento ſibi petiit dari non acceperit in vxorem, niſi conſenſus de præſẽti, aut carnalis ſit inter eos cõmixtio ſubſecuta. Et c. 11 ſequitur quæſtio, an ille qui in matrimoniũ cõſenſit alicuius mulieris ſub cõditione hac ſi pater aſſenſum præſtaret ad conſummandũ Matrimoniũ ſit cõpellendus, cui reſpõdetur. Cum aſſenſus liber dici non poſſit, qui alieno reſeruatur arbitrio & conditioni, profecto niſi voluntas patris poſtmodum intercedat, nequaquã ad contrahendum matrimoniũ eſt cogendus. Nam licet ſit in prædeceſſorũ noſtrorũ ſtatutis diffinitum quod deſpõſalia interpoſita conditione certa, conditione ipſa minime obſeruata, ſi conſenſus de præſenti intercedat, vel carnalis copula ſubſequatur, diſſolui non debent, ſed firmiter obſeruari, nequaquã eſt noſtra diffinitioni cõtrarium, cum huiuſmodi conſenſus nequaquam ſit de præſenti habendus, licet per verba de præſenti, euidentius exprimatur, quod in alieno arbitrio non habito, ſed habendo, conſiſtunt: aliã tamen non poteſt ducere vxorẽ. Porrò ad ea quæ propoſita ſũt, an matrimoniũ promiſſum per verba de præſenti, aut de futuro, ratũ ſit, aut debeat teneri, reſpõdetur c. 3 eiuſdẽ part. 6. Conc. Later. ſub eodem Alex. & allegatur à Grat cauſa 30. q 2 c. vbi. Si aliquis puellam infra duodecimum annum deſponſauerit, antequã ad annos matrimonio aptos ambo peruenerint, non poſſunt a pactione nuptiali recedere, & ad aliud matrimonium conuolare, Sed cum puella ad nubiles annos, & ſponſus ad annos aptos matrimonio peruenerint, tũc de pactione ipſa complenda vel remittenda ſunt audiendi & ad implendum matrimonium, ab his qui matrimonium iurauerunt, commouendi. Et ſubditur c. 5. Quicunque ſub conditionis nomine aliquam deſponſauerit, (vel de præſenti vel de futuro, cum inhoneſta fuerit conditio) & poſt eam relinquere voluerit, dicimus, quòd cõditio frangatur, & deſponſatio firmiter teneatur. Et c. 7. fit mentio Gulelmi cuiuſdam, qui filiam minoris ætatis deſponderat, quæ poſtmodum aſſenſum præbere noluit, celebratúmq; eſt inter eos diuortium, procedentéq; tempore puellæ patre defuncto, Gulielmus matrem eius ſibi matrimonio copulauit, quod videbatur inceſtuoſum eſſe matrimoniũ. Sed ita lis diſſoluitur. Si probabile eſt puellam deſponſatam infra duodecimum annum, & poſtea cum ad nubiles annos perueniſſet noluiſſe conſentire vt præfatum virum acciperet, & non eſſet ſeptennis quando præmemorato viro deſponſata fuit, promiſſum matrimonium diſſoluatur, & matrimonium inter matrẽ puellæ celebratum & prædictum Gulielmum inuiolabiliter obſeruetur & proles inde nata denuncietur eſſe legitima. Deſponſationes enim & matrimonia ante ſeptimũ annum fieri non poſſunt ſi conſenſus poſtea non interuenit. Sane ſi præfata puella ante huiuſmodi deſponſationem ſeptimum annum compleuerat, licet prædictus vir à deſponſatione ipſius puellæ ipſo iure fuerit abſolutus, cum ea in eum conſentire nolebat, inhoneſtum tamẽ videtur vt matrem eius habeat, cuius filia ſibi fuerit deſponſata. Si tamen propter iuſtam cauſam id factũ fuerit, & Eccleſia tolerauerit, filij ex eo matrimonio nati a ſucceſſione non poſſunt paterna vel materna hæreditatis prohiberi. Itẽ c. 10 ſubiũgitur. Puella, quæ infra nubiles annos cuidã viro in vxorẽ tradita, aſſentientibus parentibus eã legitimæ ætatis exiſtere, cùm ad nubiles annos perueniſſet, licentiã alij nubẽdi poſtulauit, aſſerẽs ſe in illũ virũ nullatenus conſenſiſſe: prædictus vero vir a

Matrimonium ſolus conſenſus perficit.

Concilium Senonenſe.

Alexander 3.

Satis idonea quæſtio & reſponſio.

Hæc Gratian cauſa 27. quæſt vltima.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3

Hæc ſatis a[...] dignæ ſunt.

Matrimonium p[...] verba de præſenti, vel de futuro [...] ſit & tenendũ.

Matrimonia ante 7 annum contr[...] tenent.

C D E

contra proponit, quòd licet eadem puella nondum fortè annũ duodecimũ attigiſſet cùm tradita ei fuiſſet in vxorem, vſque adeò tamen fuit ætati proxima, quòd ipſam carnali commixtione cognouit: illa autem dicit ſe viro incognitam. Statuimus vt fides potius adhibeatur viro, eo quod in decretis expreſſum eſt, quod ſi vir dixerit quod vxorem ſuam cognouerit & mulier negauerit, viri ſtandum eſt veritati ſi id iuramento firmauerit: atque ita puella proxima, licet duodecimo anno, vel circa duodecimum annum fuerit, tamen ſuo conſenſu & voluntate deſponſata, & benedicta, & cognita ab eodem viro ſeparari non debebunt, præſertim cùm parentes ipſam legitimæ ætatis fuisſe fuerentur. Si verò puella infra nubiles annos, & ætati proxima alicui deſponſata fuerit benedicta atque traducta, non licet alicui de conſanguinitate eius, cui deſponſata fuerit, eam ducere, nec fas eſt, eadem ſponſo de conſanguinitate puellæ ſibi aliquam copulare. Hæc & ſimilia repetuntur capite 4. & 23. eiuſdem 6. partis Concilij Lateranenſis ſub Alexandro 3. & capite 11. prohibetur ne prætextu huiuſmodi rationis, quia non eſſet ætatis legitimæ puella, aliquoties canonicè contracta matrimonia leuitate aliqua diſſoluantur. Hinc c 29. ſic ſubditur. *De illis qui infra annos aptos exiſtentes matrimonijs contrahẽdis ſponſalia contrahunt, ſiue vterque, ſiue alter, antequam ad annos aptos matrimonijs contrahendis perueniãt, redamẽt & poſtulent ſeparari, non ſunt aliquatenus audiẽdi. Si verò alteruter eorũ ad annos aptos contrahẽdis matrimonijs peruenerit infra eoſdẽ annos altero exiſtente, ſponſalia contrahuntur ſi is qui minoris eſt ætatis, cùm ad annos illos peruenerit, reclamauerit, nec in alterũ voluerit conſentire, iudicio Eccleſiæ poterunt ab inuicem ſeparari. Virum autem mulier, quæ poſtquam ad annos matrimonijs contrahendis aptos veniat, nupſit, ab eo ſi quærat diſſidium debeat ſeparari, dicimus, quòd cùm in eum ſemel conſenſerit amplius conſentire non poteſt aliquatenus vel diuertere, niſi fortè illa nupſit poſtquam ad annos aptos matrimonijs contrahendis peruenerit, & in eum ſuum omnino negauerit præſtare conſenſum* Lege plura in vocabulo, conſanguineorum matrimonia, &c. de illo qui matrem puellæ (quàm ante annum 7. deſponſauerat) poſtea in vxorem accepit &c Capite verò 6. ſequenti eiuſdem partis abſoluitur puer qui matrimonium nondum nubili puellæ promiſit, ſi antè coniugium probatur eius conſanguineam cognouiſſe, vt ibidem dicitur. Plura huiuſmodi narrantur in ſequentibus capitibus, quæ repoſita ſunt ſuis locis, ſcilicet, Conſanguineus, Inceſtus, & Leproſus, & eiuſmodi. De his autem plura habes in 6. decretalium, & alijs in locis. Lege autem ea quæ ſequuntur, quia ſibi omnia cohærent.

Fides viro magis quam fœminæ in tali dubio adhibenda

Hæc habentur in Gratiano cauſa 27. q. 2. c. Si deſponſa.

Matrimonium impuberum prohibetur.] Vt reuoluas præmiſſam annotationem conſentaneum eſt, quia ibi de multis periculis quæ inde proueniunt tractatum eſt Ante autem pro hac cauſa decretum propoſuerat Concilium FOROIVLIANAE ſub Adriano 1. canone 9. *Illud per omnia præcauentes prohibere decernimus, vt nullus præſumat ante annos pubertatis, id eſt, infra ætatem, puerum vel puellam in matrimonium ſociare, nec diſſimili ætate, ſed coætaneos ſibique conſentientes. Multa enim ſæpius ex huiuſcemodi nuptiali contractu ruinas animarum factas audiuimus, & tales fornicationes perpetratas, quales nec inter gentes: ita planè vt cum contigit puerum adultum e[illegible] & puellam paruulam, & è contrario ſi puella maturæ ætatis, & puer ſit tenere, & per virum cognita, & ſocrus deprehenditur adultera, & per puellam frater, vel pater*

Concilium Foroiuliense ſub [illegible] Magno

A *pueri tanti peccati flagitio pereant [illegible] Vnde [illegible] hac prohibita de cætero [illegible] ſurpare [illegible] ab omni Eccleſiaſtico conſ[illegible] ſit alienus [illegible] ſit immunis iudicis.* Lege ea quæ ſupe[illegible] pagina ex Nicolao 1. & Alexandro 3. iam producta ſunt ſuper talium matrimonio. Sic autem idem ALEXANDER III. parte 6. eiuſdem Concilij Lateranenſis cap 6 *Manifeſtum eſt* ait, *eum puberem eſſe, qui de geſticulatione ſui corporis talis eſt, vt iam procreare poſſit, licet ad metas legibus diffinitas non peruenerit.* Plura BONIFACIVS VIII in ſexto decretalium titulo 2 de deſponſatione impuberum. Vide & ea quæ ſequuntur.

Alexander 3.

Bonifacius 8.

Matrimonium conſanguineorum prohibetur.] Hæc diffuſè habes tractata ſuperiùs in
B vocabulo, conſanguineus, ne pigeat reuoluere.

Matrimonia inceſtuoſa prohibentur.] Habes ſimiliter ſuperiùs hoc ſuo loco repoſitum. Vocabulo, Inceſtus.

Matrimonia publicè contrahenda, & clandeſtina damnantur. Non nihil iam ſuperius dictum eſt, dum de forma contrahendi Matrimonij tractabamus, ſed & quædam in vocabulo, Nuptiæ dicenda ſunt, quæ verò reſtant, breuiter inſinuenda ſunt. Sic autem ſtatuit Concilium ARELATENSE III ſub Leone: vt allegat Gratianus cauſa 30. quæſt. 5. cap Nullum. *Nullum ſine dote fiat coniugium. [illegible] poſſibilitatem fiat dos, nec ſine publicis nuptiis q[illegible] nubere vel vxorem ducere præſumat.* Hoc renouat
C Concilium VERNENSE cano. 15. *H[illegible] laici (ut) publicas nuptias faciant, tam nobiles quam ignobiles.* HORMISDAS I. in decreto quod allegat Gratianus cauſa 30 quæſt. 5 cap. Nullus. *Nullus fidelis cuiuſcunque conditionis ſit occultè nuptias faciat, ſed benedictione accepta à ſacerdote publicè nubat in domino.* Hoc iterum decretum allegatur, in Concilio LATERANENSI ſub Alexandro 3 parte 49. cap 10. & additur. *Si quis ergo Sacerdos aliquos occultè coniunxiſſe inuentus fuerit, ab officio triennio ſuſpendatur.* Ibidem parte 50. cap. 17. Idem Alexander, Beluacenſi Epiſcopo, Clandeſtina Matrimonia reprobat, quando legitimi
D teſtes non apparent. Verumtamen licitum eſt perſonis contrahentium publicare tandem, & tunc niſi rationabilis cauſa præpediat comprobantur tanquam à principio in conſpectu eccleſiæ contraherentur. Si qui autem de clandeſtino matrimonio poſtmodum ab Eccleſia comprobato & rato habito geniti fuerint, eos legitimos filios & hæredes haberi vult Quædam ſimilia ex Concil. FOROIVL. & alijs poſuimus vocabulo, Cõſanguineus, vbi ab euitandum conſanguinitatis periculum iubentur matrimonia publicè fieri & proclamationes eorumdẽ. Hoc poſtea renouauit Conc. LATERA. ſub Innocent. 3. c. 51. & ha-
E betur. Extra de clandeſtinis deſponſationibus c. 3. *Cum inhibitio copulæ coniugalis, ſit in tribus [illegible] gradibus vltimis reuocata,* (habes hoc expreſſum in vocabulo Conſanguineorum Matrimonia, &c. *Eam in aliis volumus diſtrictè obſeruari. Vnde prædeceſſorum noſtrorum inhærentes veſtigiis clandeſtina coniugia penitus inhibemus, prohibentes etiam ne quis ſacerdos talibus intereſſe præſumat. Quare ſpecialem quorumdam locorum conſuetudinem ad alia generaliter prorogando, ſtatuimus, vt cum matrimonia fuerint contrahenda, in Eccleſiis per presbyteros publicè proponantur competenti termino præfinito, vt [illegible] [illegible], qui voluerit & valuerit, legitimum impedim[illegible] opponat. Et ipſi presbyter [illegible]*

Concilium Arelatenſe 3.

Concilium [illegible] ſub [illegible] Hormiſda 1.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Concilium [illegible] ſub Adriano [illegible]

Proclamationes [illegible] Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. [illegible]

A *aliquod impedimentum obſiſtat. Cum autem probabilis apparuerit coniectura contra copulam contrahendam, c[illegible]r actus interdicatur expreſſe, donec quid fieri debeat [illegible] per eo manifeſtis conſtiterit documentis. Si qui verò huiuſmodi clandeſtina vel proſſus interdicta coniugia inire præſumpſerint, in gradu prohibito etiam ignoranter ſoboles de tali coniunctione ſuſcepta proſſus i[llegi]tima cenſeatur, de parentum ignorantia nullum habitura ſubſidium, cum i[lli] taliter contrahendo non expertes ſcientiæ vel ſ[alt]em affectatores ignorantiæ videantur. Pari modo illegitima proles cenſeatur, ſi ambo parentes impedimentum ſcientes legitimum, præter omne interdictum in conſpectu Eccleſiæ contrahere præſumpſerint. Sanè ſi parochiales ſacerdos tales coniunctiones prohibere contempſerit, aut quilibet etiam regularis qui eis præſumpſerit intereſſe, per triennium ab officio ſuſpendatur grauius puniendus ſi culpæ qualitas poſtulauerit. Sed & his qui taliter copulari præſumpſerint etiam in gradu conceſſo condigna pœnitentia iniungatur. Si quis autem ad impediendum legitimam copulam malitioſe impedimentum obiecerit, Eccleſiaſticam non effugiet vltionem.*

Concilium Senonenſe.

Idem renouat Concilium SENONENSE cap. 39 conſtitutionum, vbi & illum tollit abuſum qui inualuit in quibuſdam partibus, vt benedictio nuptialis & Miſſa celebretur ſtatim poſt mediam noctem, ſtatuitque vt talia deinceps non fiant, niſi poſt ortum ſolem ac illuceſcentem diem.

Hæc adhuc ob ſeruãtur [illegible] cõ trahentiũ perniciem.

Concilium Colonienſe 3.

Idem iterum Concilium COLONIENSE III. parte 7 cap. 47 *Optandum* ait [illegible] *canon Euariſti pontificis* (habes illum ſuprà) *concilio generali renouetur, tollanturque illa clandeſtina matrimonia, quæ inuitis parentibus ac propinquis, Veneris potius quam Dei cauſa contrahuntur.* (Et ſubdit cap 4[illegible].) *Coniunctionem verò per ſacerdotem cum benedictione ſacerdotali ac precibus inter miſſarum ſolemnia in tẽplo ſecundum antiquos canones* (Vide nuptiarum benedictio, &c.) *& Eccleſiaſticum ritum fieri decernimus, & omnino illa Iudaica quæ in templis poſt coniunctionem fieri conſueuerunt veluti in pulſando ſponſo, atque alia eiuſdem generis penitus tollantur, nam res ſeria, quam Deus ipſe inſtituit benedixit inuiolabilemque decreuit, agitur, &c.* Eadem omninò repetit

Nuptiarum benedictio.

Tollantur nuptiarũ Iudaica. &c.

Concilium Auguſtenſe ſub Othone Cardinali.

Concilium Colonienſe 4.

Concilium AVGVSTENSE cap. 21 & Concilium COLONIENSE IV. cap. 31 circa finem vbi prohibet ne clandeſtina matrimonia contrahantur, ſed præcedat trina proclamatio & debeant ſponſus & ſponſa coniũgi in Eccleſia & tempore ab Eccleſia non interdicto (Vide, Nuptiæ quo tempore celebrandæ. &c.) Hoc & TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro 2. ad vxorem ſuo tempore obſeruatum affirmat. *Vnde* (inquit) *ſ[uff]iciam ad enarrandam fœlicitatem eius coniugij, quod Eccleſia conciliat, confirmat oblatio, obſignatum Angeli renunciant, pater ratum habet, &c.*

Tertullianus Carthaginenſ.

Concilium Moguntinum 4.

Iterum Concilium MOGVNTINVM IV. cap. 38 præmiſſa Lateranenſis Concilij allegat & confirmat. Similiter & generale nouiſſimum celebratum Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 24. quæ eſt 8 ſub Pio 4. decreto 1. de reformatione Matrimonij, vbi ſuperiora ad literam repetit. & illud ſolicitè præcipit nihilominus obſeruandum, vt coniuges ante benedictionem ſacerdotalem in templo ſuſcipiendam in eadem domo non cohabitent. *Benedictio autem a* [illegible] ait) *nullo præterquam a proprio parocho aut ordinario fiat, vel cui licentiam conceſſerit. Quod ſi quis parochus vel alius ſacerdos ſiue regular[is] [ſi]ue ſecularis ſit, etiam ſi id ſibi ex priuilegio vel immemorabi[li] conſuetudine licere contendat, alterius paro[chi]æ ſponſos ſine illorum*

Concilium Tridentinum generale nouiſſimum.

parochi licentia matrimonio coniũgere aut benedicere auſus fuerit, ipſo iure tandiu ſuſpenſus maneat, quandiu ab ordinario eius parochi qui matrimonio intereſſe debebat, ſeu a quo benedictio ſuſcipienda erat, abſoluatur. Habeat Parochus librum in quo coniugum & teſtium nomina, diémque & locum contracti matrimonij deſcribat, quem diligenter apud ſe cuſtodiat. Poſtremo ſancta Synodus coniuges hortatur, vt antequam contrahant vel ſ[al]tem triduo ante matrimonij conſummationem ſua peccata diligenter confiteantur, & ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum piè accedant. Si quæ Prouinciæ alijs, vltrà prædictas, laudabilibus conſuetudinibus & cæremonijs hac in re vtuntur, eas omninò retineri ſancta Synodus vehementer optat.

Coniuges [illegible] hẽtur [illegible] municare.

B *Hæc autem decreta ab omnibus obſeruanda decernit & in Eccleſiis publicari, &c.* Vide ea quæ ſequunt.

Matrimonium vinculum indiſſolubile defenditur.] * In quibuſdam caſibus certum eſt Matrimonium ſolui poſſe, vt iam ſuperioribus folijs oſtendimus, de pueris antè ætatem matrimonio aptam coniunctis, & de conſanguineis qui & ſi matrimonio iuncti ſint, tamen, ſi inueniuntur poſtea conſanguinei, ſoluitur matrimonium, vt diximus in vocabulo, Conſanguineus: ſimiliter & de inceſtuoſis matrimonijs iudicandum. Item ſoluitur etiam cum ſecunda vxore matrimonium, ſicut & in alijs caſibus quos immediatè poſt hanc annotationem ſubnectemus.

* Agitur & de ca[illegible] q[uibus] matri[mo]nium diſſ[olui]tur.

C Hic autem loquimur de Matrimonio legitimè contracto, obſeruatis omnibus quæ concernunt illud ſacramentum, quod patrum decretis indiſſolubili vinculo ſic oſtendere intendimus coniunctum. CANON APOSTOLORVM XLVIII. *Si quis laicus vxorem propriam pellens, alteram, vel ab alio dimiſſam, duxerit, communione priuetur.* Iterum canone 98. generalis Concilij VI. hic canon renouatur, & dicitur. *Qui alteri deſponſatam mulierem eo adhuc viuo cui deſponſata eſt in nuptiarum ducit ſocietatem. Adulterij crimini ſubijcaitur.* Porrò Matrimonij legem indiſſolubilem TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS defendit nec diuortio interrumpendam, libro quarto, contra Marcionem poſt medium. Siquidem de diuortio in lege permiſſo tractans, quod in Euangelio Chriſtus ſuſtulit, ait.

Canon Apoſtolorum.

Solenni[illegible] matrimonij cenſura.

Con[illegible] 3. generalis [illegible]

Tertull[ianus] Ca[rthaginenſis]

D *Dico illum conditionaliter non feciſſe diuortij prohibitionem, ſi ideo quis dimittit vxorem vt aliam ducat. Qui dimiſerit (ait) vxorem & aliam duxerit, adulterium commiſit, & qui à marito dimiſſam duxerit, æquè adulter eſt, ex eadem vtique cauſa dimiſſam, quia non licet dimitti vt alia ducatur. Illicite enim dimiſſam pro indimiſſa ducens, adulter eſt. Manet enim Matrimonium quod non ritè diremptum eſt. Manente matrimonio nubere adulterium eſt. Ita ſi conditionaliter prohibuit dimittere vxorem, non in totum docet aliquoties illicitum a iure poſſe diuortium*

[illegible] Marc. [illegible]

E *fieri*, (vt infrà dicetur.) Hæc eadem repetit libro de Monogamia. Similiter & CLEMENS ALEXANDRINVS libro 2 Stromatum ad calcem: Matrimonium indiſſolubile tuetur, exponens illam Euangelij authoritatem: non licet dimittere vxorem niſi fornicationis cauſa, &c. Et antè hos omnes idem docet IGNATIVS MARTYR in omnibus pene ſuis Epiſtolis & præcipuè in ea quæ eſt ad Philippenſes, & ea quæ eſt ad Tarſenſes atque ad Philadelphienſes. Vide ſuperiùs in vocabulo, Amicitia coniugalis, &c. Porrò Concilium ELIBERINVM canone octauo. *[F]minæ* (ait) *quæ nulla præcedente cauſa reliq[uer]unt [vi]ros ſuos & alteris ſe copulauerunt, nec in [fi]ne*

Clemens Alexandrinus

Matth. 19.

Ignatius Martyr.

Concilium Eliberinum.

accipiant

accipiant communionem. Et canone 9. allegatúrque à Gratiano cauſa 32. quæſt. 8 cap. Fidelis. *Fidelis fœmina quæ adulterum maritum reliquit fidelem, & alterum duxerit, prohibeatur ne ducat. Si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is quem reliquit de ſeculo exierit, niſi neceſſitas infirmitatis dari compulerit.* Et cano. 10 *Si ea, quam Cathecumenus reliquit, duxerit maritum, poteſt ad fontem lauacri admitti. Hoc & circa fœminas cathecumenas erit obſeruandum. Quòd ſi ducitur ab eo qui inculpatam reliquit uxorem, & eum ſcierit habere uxorem, quam ſine cauſa reliquit, placuit nec in fine huius dari communionem.* Hinc conforme GANGR. Concilium edidit decretum canone 14. & allegat Gratianus diſt. 30. cap. Si qua, &c. *Si qua mulier, derelicto viro diſcedere voluerit ſoluto vinculo coniugali nuptias contemnendo, anathema ſit.* Vide & in vocabulo, Nuptiæ licitæ, &c. eiuſdem Concilij decretum. Denique INNOCENTIVS I. epiſt. 9. ad Probum vt allegatur à Gratiano cauſa 34. quæſt. 1. & 2. cap. Cum enim, & ab Iuone lib. 6. decret. recitat quendam nomine Fortunium, vxore ſua nomine Vrſa in captiuitatem abducta, aliam nomine Reſtitutam ſibi matrimonio copulaſſe. Verùm cùm fuiſſet reuerſa Vrſa, ſtatuit Innocentius, vt poſteriore repudiata, fide catholica ſuffragante, prior coniugij iura reciperet, conuentum aſſerens ſecundæ vxoris priore ſuperſtite nec diuortio eiecta nullo pacto poſſe eſſe legitimum. Hinc ſtatuit Concilium MILEVITAN. ſub eodem Innocentio I. cano. 17. & allegat Gratianus cauſa 32. quæſt. 7. cap. Placuit. *Placuit, vt ſecundum Euangelicam & Apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab vxore, neque dimiſſa a marito.* Vide quia approbat præmiſſum canonem Apoſtolicum *alteri coniungantur, ſed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur. Quòd ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur, in qua cauſa legem Imperialem petendam promulgari, &c.* Idem ſtatuit Concilium AFRICANVM cano. 69. & Concilium AGATHENSE ſub Cœleſtino I. cano. 25. allegatur à Gratiano cauſa 33 quæſt. 2. cap. Seculares. *Si ſeculares qui coniugale conſortium ſine culpa grauiori dimittunt, vel etiam dimiſerunt, & nullas cauſas diſſidij probabiliter proponentes, propterea matrimonia ſua dimittant, vt aut licita aut aliena præſumant, ſi antequam apud Epiſcopos comprouinciales diſſidij cauſas dixerint, & prius vxores quam iudicio damnentur abiecerint, a communione Eccleſiæ & ſancto populi cœtu (pro eo quod fidem & coniugia maculent) excludantur.* Idem omninò Concilium VENETICVM cano. 2. Hinc etiam LEO I. epiſt. 77. ad Nicetam Epiſcopum Aquileenſem cap. 1. & allegat Gratianus cauſa 34 quæſt. 1. & 2. cap. cum per bellicam. & Iuo libro ſexto decretorum. *Cum per bellicam cladem* (inquit Leo) *& per grauiſſimos hoſtilitatis incurſus ita quadam dicatis diuiſa eſſe coniugia, vt abductis in captiuitatem viris fœminæ eorum remanſerint deſtitutæ, quæ viros proprios aut interemptos putarint, aut numquam a dominatione crediderint liberandos, & ad aliorum coniugium ſolitudine cogente tranſierint. cumque nunc ſtatu rerum auxiliante domino in melioru conuerſo nonnulli eorum qui putabantur periiſſe remeauerint, merito charitas tua videtur ambigere, quid de mulieribus quæ aliis iunctæ ſunt viris, à nobis debeat ordinari. Sed quia nouimus ſcriptum, quod a Deo iungitur mulier viro, & iterum præceptum agnouimus, vt quod Deus iunxit homo non ſeparet, neceſſe eſt vt legitimarum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, & remotis malis quæ hoſtilitas intulit, vnicuique hoc quod [illegible] habuit [illegible] formetur, omníque ſtudio p[illegible] recipiat vnuſquiſque quod proprium eſt.* (Et capite 2. ſubdit. *Nec tamen culpabilis iudicetur, [illegible] iuris peruaſor, qui perſonam eius mariti qui iam non eſſe æſtimabatur aſſumpſit. Sic enim multa, quæ ad eos qui in captiuitatem ducti ſunt pertinebant, in ius alienum tranſire potuerant, [illegible] tamen plenum iuſtitiæ eſt vt iiſdem reuerſis propria reformentur. Quòd ſi hoc mancipiis vel in agris aut etiam in domibus ac poſſeſſionibus rite ſeruatur, quanto magis in coniugiorum redintegratione faciendum eſt, vt quod bellicæ neceſſitate turbatum eſt pacis remedio reformetur?* (Et cap. 3 ſubdit.) *Et ideo ſi viri poſt longam captiuitatem reuerſi ita in dilectione ſuarum coniugum perſeuerant, vt eas cupiant in [illegible] conſortium [illegible] omittendum eſt & inculpabile iudicandum quod nec [illegible] intulit, & reſtituendum [illegible].* & ſubdit cap 4.) *Si autem aliquæ mulieres ita poſteriorum virorum amore ſunt captæ, vt malint his cohærere quam ad legitimum redire conſortium, merito ſunt notandæ, ita vt Eccleſiaſtica communione priuentur, quæ de re excuſabili contaminationem criminis elegerunt, [illegible] tes ſibimet pro ſua incontinentia placere, quod iuſta remiſſio potuit expiare. Redeunt ergo in ſuum ſtatum voluntaria redintegratione coniugia, neque vllo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditio neceſſitatis extorſit. quia ſicut hæ mulieres quæ reuerti ad viros ſuos nolunt impiæ habendæ ſunt, ita illæ quæ in affectum initum ex Deo redeunt merito ſunt laudabiles iudicandæ.* Hinc Concilium M[illegible]ENSE canone 7. quandam excommunicat fœminam quæ maritum dimiſerat, & ad eum redire nolebat. Præfatum Leonis I. decretum confirmat & approbat Concilium GENERALE VI. canone 93. & has mulieres notat adulterij crimine, quæ antequam de morte maritorum certiores eſſent factæ nupſerunt. & coniugium decernit irritum, ſi voluerit prior maritus priſtino gaudere coniugio. Verùm ALEXANDER III. Epiſcopo Placentino, vt habetur parte [illegible] Concilij Lateranenſis quod celebrauit capite 23. decernit filios 2. mariti legitimos, ſi illud matrimonium in facie Eccleſiæ approbetur. Hinc indiſſolubile Matrimonij vinculum Concilium AVRELIANENSE II. canone 11. ſic decernit. *Contracta matrimonia accedente infirmitate nulla voluntatis contrarietate ſoluantur: & ſi qui ex coniugibus fecerint, nouerint ſe communione priuandos.* Idem omninò Concilium ANGLICANVM I. cano. 9. vt docet Beda Venerabilis libro 4. hiſtoriæ Anglicanæ capite 5. & GREGORIVS I. libro 9. Regiſtri epiſtola 39. ad Theoctiſtam Patriciam, & allegat Gratianus cauſa 27. quæſtione 2. capite Sunt qui, &c. *Sunt qui ſub obtentu religionis coniugia ſoluunt, ſed ego eos & omnes Catholici Epiſcopi atque vniuerſa Eccleſia anathematizamus, quia veritati contraria ſentiunt & contraria loquuntur. Si enim dicunt religionis cauſa coniugia debere diſſolui, ſciendum eſt, quia & ſi hoc lex humana conceſſit, lex diuina tamen prohibuit. Per ſe enim veritas dicit: Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Quæ etiam ait: non licet dimittere vxorem, excepta cauſa fornicationis. Quis ergo huic cœleſti legiſlatori contradicat? Scimus quia ſcriptum eſt: Erunt duo in carne vna. Si ergo vir & vxor, vna caro ſunt, & religionis cauſa vir vxorem dimittit vel mulier virum in hoc mundo remanentem, vel fortaſſe ad illicita migrantem, quæ eſt iſta conuerſio, in qua vna eademque caro, & ex*

Concilium Gangrenſe ſub Syluestro 1. anno 324.

Innocentius 1.

Matrimonium ſolutû cum ſecunda côiuge, vide & infra in ſpeciali annotatione.

Concilium Mileuitanum ſub Arcadio & Honorio Imperatoribus.

Concilium Africanum ſub Bonifacio 1. Concilium Agathêſe ſub Sixto 3. & Cœleſtino 1.

Concilium Veneticum ſub Leone 1.

Gen. cap. 2. Matth. 19.

Cõiux ſolutio [illegible] maliciose matrimonium.

Concilium Meteñſe ſub Arnulpho Imperat.

Concilium Conſtantinopolitanum 3. generale 6.

Alexander 3.

Cõcilium Aurelianêſe 2 ſub Vigilio 1. & Childeberto rege.

Concilium Anglicanum 1.

Gregorius 1.

Matth. 19. Mar. 10. Luc 16. 1. Cor. 7. Gen. 2. Epheſ. 5.

Non licet religionis cauſa vxorē relinquere vide infra iterum.

parte tranſit ad continentium, & ex parte remanet in pollutione. Si verò vtrique conueniat, continentem vitam ducere, hoc quis audeat accuſare, quando certum eſt, quod omnipotens Deus qui minora conceſſit, maiora non prohibuit? Et quidem multos ſanctorum nouimus cum ſuis coniugibus, & prius continentem vitam duxiſſe, & poſtmodum ad ſancta Eccleſiæ regimina migraſſe, &c. Iterum de non ſoluendo Matrimonio

Concilium Toletanum 11 ſub Leone 2.

Concilium Toletanum XI cano. 8. allegatur à Gratiano cauſa 32. quæſt. 5. cap Præceptum

Matth. 5. & 19.

Præceptum Domini eſt vt excepta cauſa fornicationis vxor a viro dimitti non debeat. Ideo quicunque extra culpam criminis ſupradicti vxorem ſuam quacumque occaſione dimiſerit, quia quod Deus iunxit ille ſeparare diſpoſuit, tamdiu ab Eccleſiaſtica communione priuatus, & à cœtu omnium Chriſtianorum maneat alienus, quandiu ſocietatem relicta coniugis ſinceriter amplectatur & foueat. Hi tam qui iam admoniti a ſacerdote ſemel bis terque vt corrigerentur, ad thorum ſua coniugis noluerint redire, ipſi ſe ſuis meritis & a Palatina dignitatis officio ſeparabunt, & ipſi per generoſæ dignitatis teſtimonium quandiu in culpa fuerint amittent, quia earum ſuam de ſidu iugo tradiderunt. Eadem repetit Concilium

Concilium Sueſſionenſe ad S. Medardum

Sveſſionense apud S Medardum Epiſcoporum 23. ſub Childerico Rege & Pipino duce. Hinc etiam ſtatuit Concil Foroivliense

Concilium Foroiulienſe ſub Carolo Magno.

ſub Adriano 1 cano. 10. *Placuit vt reſoluto fornicationis cauſa iugalis vinculo, non liceat viro quandiu adultera viuit aliam vxorem ducere, licet ſit illa adultera, ſed nec adultera, qua pœnas grauiſſimas vel pœnitentia tormentum luere debet, alium accipere virum, nec viuente nec mortuo.* vide ſupra dictione. Adultera, &c. *) quem non erubuit defraudare marito.*

Adultera à viro ſeparata nō poſſit vnquam nubere.

Nam & ſi legatur in ſacris Euangelicis paginis ſola fornicationis cauſa dixiſſe, Dominum dimittere virum vxorem ſuam, non tamen legitur conceſſiſſe aliam viuente illa in coniugio ſibi ſociare. Prohibuiſſe quidem modis omnibus non ambigitur, ait enim. Quicunque

Matth 5. & 10.

dimiſerit vxorem ſuam niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Qua de re ita diffinire proſpeximus, vt iuxta eiuſdem Domini multiſinam vocem nemo hac interdicta violator inculcare præſumat. Sed quoniam in medio

Exponitur illud Euangelij niſi ob fornicationem.

ambiguus interponitur ſermo, id eſt, niſi ob fornicationem. quæri nimirum poteſt, vtrum ad ſolam licentiam dimittendi vxorem qui dimiſerit vxorem niſi ob fornicationem, an etiam ad vtrumque dictum referetur, hoc eſt, ad aliam viuente illa accipiendam, quaſi dixerit, qui dimiſerit vxorem ſuam & aliam niſi ob fornicationem duxerit, mœchatur. Et idcirco peritiſſimi viri beati Hieronymi

Hieronymus Stridonenſis.

libellum commentariorum recenſeri nobis ſtudioſè mandauimus, anxiè vtique cognoſcere feſtinantes qualiter idem famoſiſſimus doctor hæc ſacrata domini verba, iuxta capacioris ingenij ſui ſubtilitatem, ſenſiſſe monſtraretur, cuius nimirum ſenſum ſagaciter explorantes, in promptu nihilominus patuit ad ſolam dimittendi vxorem licentiam pertinere. Nam cum more ſuo vir ſanctus huius capituli ſummatim ſeriem exponendam tranſcurreret, inter cætera, & poſt pauca ſic ait in capite 19. Matthæi. Et quia poterat (inquit) accidere vt aliquis calumniam faceret innocenti, & ob ſecundam copulam nuptiarum veteri crimen impingeret, ſic priorem dimittere iubetur vxorem, vt ſecundam prima viuente non habeat. Non enim debet imitari malum adulteræ vxoris. & ſi illa duo, imo vnam carnem, per ſciſſuras fornicationum diuiſit in tres, diuidat in quatuor. Vnde patenter datur intelligi quandiu viuit adultera non licet viro, nec poteſt impunè ſecundas contrahere nuptias. Eiuſdem eſt

ſententiæ Concilium Parisiense III. lib 3. cap 2. & Nicolavs I. epiſt. ad Regem Francorum allegatur à Gratiano cauſa 27 quæſt. 2. cap Scripſit. *Scripſit nobis (ait) Teberga Regina regia dignitate vel maritali copula velle exui, & ſola vita priuata eſſe contentam deſiderare, cui nos ſcripſimus non aliter fieri poſſe, niſi eandem vitam coniux eius Lotharius elegerit. Nam licet ſit ſcriptum. Quod Deus coniunxit homo non ſeparet, Deus tamen & non homo ſeparat, quando diuini amoris intuitu ex conſenſu vtriuſque coniugis matrimonia diſſoluuntur, aliter autem fieri mutuam ſeparationem extrà prohibemus* Vide etiam infra Matrimonio iuncti an poſſint monaſterium intrare, &c. Idem ad conſulta Bulgarorum, allegatur à Gratiano cauſa 32. quæſt 5. cap Quidquid *Quidquid mulier contra te cogitauerit, vel ſi te accuſauerit, non eſt excepta cauſa fornicationis reiicienda vel odio prorſus habenda.* Iterum epiſtola ad Carolum Moguntinenſem Epiſcopum allegatúrque ab eodem cauſa 32. quæſt. 8. cap Hi qui *Hi qui matrimonium ſani contraxerunt, & vni ex duobus dementia, aut furor, aut aliqua infirmitas acceſſerit, ob hanc infirmitatem & cauſam coniugia talium ſolui non poſſunt.* (Idem diximus de leproſis in vocabulo Leproſus &c. Similiter ſciendum eſt de his qui ab aduerſarijs excæcantur, aut membris truncantur aut à barbaris execti fuerint.

Concilium Pariſienſe 3. Ludouico ... Lothario ... Francorum

Vide ... gij Dom grat.

Denique Alexander III. parte 50. Concilij Lateranenſis cap 22. ad quæſtionem Carnotenſis Epiſcopi, an liceat viro vxorem propter furtum vel quodlibet flagitium relinquere, & aliam ſibi legitimo coniugio copulare, reſpondet omnino non licere. ſed ſi vir coniugem ſuam ad errorem traxerit, & ad maleficium mulier à viro recedere poterit & ſeparari, ita quòd ei alij nubere non licebit, quia licet ſeparentur, tamen coniuges ſemper erunt, &c. Idem parte 6. eiuſdem Concilij cap. 25. iubet cuidam vxorem ſuam recipere qui eam cum filijs quos ex ea procreauerat reliquerat, & à cohabitatione receſſerat. Vide infra. Matrimonium cum 2. vxore voluendum, &c. Idem parte 33 eiuſdem Concilij cap. 2. Epiſcopo Bathonienſi mandat, vt quæcunque vxor per diuortium à viro ſeparatur iudicio Eccleſiæ, dotem illi vir reddere compellatur appellatione remota, aut ſecundum terræ conſuetudinem in præſentia Epiſcopi iuſtitiæ plenitudinem exhibeat: filij autem, qui ante diuortium ex illo matrimonio nati ſunt debeant iure hæreditario frui, & parentum bonis enutriri, nec occaſione diuortij inter parentes eorum celebrati, eis à quoquam moleſtiam vel grauamina ſuſtineantur inferri Poteſt quoque diuortium celebrari inter virum & mulierem, (vt ait Gregorivs VIII & habetur parte 49 eiuſdem Concilij Lateranenſis cap. 4.) quando probatur teſtibus veris mulier antè matrimonium contractum cum conſanguineo viri ſui probabilibus coniecturis coiſſe, & adhuc per contractum matrimonium iterato in eundem actum rediſſe, vel quando mulier à marito ſe ſimulans concepiſſe, alienum partum iam baptizatum mentita peperiſſe, iterum rebaptizari permittit vt virum decipiat, vel quando viro mortis parauit inſidias, vt iam diximus in dictione. Adultera, & Conſanguineus, &c.) & tunc vir habet licentiam aliam ducendi in domino ea mortua, illa verò etiam viro mortuo debet ſine ſpe coniugij perpetuò perſeuerare. Eadem iterum repetuntur ex Concilio Vormatiense parte 50. eiuſdem Concilij Lateranenſis ſub Alexan-

Alexander 3.

Soluitur coniugium vbi vnus coniugum al... ad ... vel maleficia trahit.

Diuortium vt faciendum.

Gregorius ...

Lucius 3.

dro III. cap.46. Præterea patris eiuſdem, cap.5 ſic LVCIVS III Pariſienſi Epiſcopo ſcribens, iubet mulierem viro reddi, quæ peracta pœnitentia (eo quòd proprium filium interemerat) tandem à ſummo Pontifice abſoluta eſt. Et cap.26. eiuſdem part.50. ALEXANDER III. Atelatenſi Epiſcopo ſcribens, matrimonium decernit indiſſolubile, licèt viro crebris flagellis inſtigante ad hoc vxor coacta ſit inter ſe & virum confiteri parentelam, niſi hoc teſtibus probetur legitimis (quia cùm duobus cauſa committitur, ſententia vnius non tenet) iubétque vir vxorem, ſub excommunicationis interminatione maritali affectu tractare. Eadem parte IDEM ſcribens Ambianenſi Epiſcopo, cap 29 iubet, vt ille coniugem recipiat quam prætextu parentelæ, eo quòd defunctæ vxoris proponeret eſſe cognatam, reliquerat abſque iudicio Eccleſiæ, ſine quo nuſquam potuit ab ea ſeparari. Si verò ipſum matrimoniũ ab alijs imperatur, diligenter cauſa examinetur, & ſecundum ſtatuta terminetur. Vide vocabulum, Conſanguineus, &c. Ibidem cap.42. Epiſcopo Ianuenſi ſcribens, cenſet matrimoniũ indiſſolubile cùm vir & mulier ſeſe receperunt expreſſo conſenſu mutuo de præſenti: & cùm duo ætatis teneræ iunguntur, qui ita ætati ſunt proximi, quòd carnali coniungi copula potuerint. Vt ſuperioribus folijs poſitum habes. Denique indiſſolubile cenſet matrimonium inter ſeruum & liberam mulierem, ſi mulier ab eo ſit cognita, & ſeruo ſcienter cohabitauerit, & vir vendicat eam ſibi in vxorem, oſtendens publicum inſtrumentum quo ſeſe coniuges nouerant: maxime autem ſi fama loci habet quòd vir ipſam in menſa in lecto, ſicut vxorem tenuerit, licèt hoc mulier totis viribus improbare nitatur. Vide Seruorum matrimonia, &c. Sed & cap.63 eiuſdem part.50. Alexander III. Florentino Epiſcopo ſcribens mulierem cogit ad accipiendum virum, quem propter hæreſim fortè reliquerat, ſi ad Catholicam veritatem redierit, niſi diuortium inter eos celebratum ſit, vt nullus eorum alteri vnquam poſſit coniungi. Plura poſuimus in vocabulis, Adulter, & adulterium, & adultera, de his qui in adulterio procreant filios, & debent ſeparari. Vide ergò in illis locis. Porrò Concilium TRIDENTINVM, ſeſſio.24. quæ eſt 8. ſub Pio IV. matrimonium omnino decernit indiſſolubile. *Matrimonij perpetuum (ait) indiſſolubilémque nexum primus humani generis parens diuini Spiritus inſtinctu pronunciauit cùm dixit: Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea. Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Hoc autem vinculo duos tantummodo copulari & coniungi Chriſtus Dominus apertius docuit, cum poſtrema illa verba tãquam à Deo prolata referens dixit: Itaque iam nõ ſunt duo, ſed vna caro, ſtatimq; eiuſdem nexus firmitatem ab Adamo tanto ante pronunciatam his verbis confirmauit: Quod ergo Deus coniunxit homo nõ ſeparet. Gratiam verò quæ naturalem illum amorem perficeret, & indiſſolubilem vnitatem confirmaret coniugeſq; ſanctificaret, ipſe Dominus venerabilium ſacramentorum inſtitutor atque perfector ſua nobis paſſione promeruit, vt Paulus Apoſtolus innuit dicens: Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam & ſeipſum tradidit pro ea, mox ſubiungens: Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia. Itaque his anathema qui dicunt matrimonium ratum per ſolennem profeſſionem alterius coniugum poſſe dirimi, &c.* Hoc replicat, FACVLTAS LOVANIENS. articu.18. *Matrimonium contractum & conſummatum inter Chriſtianos omnino eſt indiſſolubile, licet alter coniugum aut adulter ſit, ſterilis, aut hæreticus: ideo aliter ſentientes anathemate percutiendi ſunt.* Vide quod ſequitur.

Alexander 3.

Mirum negotium.

B

Seruorum matrimonia.

C

D

Concilium Tridentinũ pro hac re nouiſſimum

Gene. 2.

Matth. 19. Mar.10.

E

1 Corinth.6. Epheſ.5.

Facultas Louanienſis.

Matrimoniũ promiſſum an ſoluat emiſſio voti.] Hoc nouiſſimæ allegatum Concilij Tridentini decretum omnino negat. Sic autem in Concilio LATERANENSI ſub Alexandro III. par.5.cap.5 ſtatuitur. *Si quiſquam qui ſe religioni deuouit, & habitu ſuſcepto profeſſionem fecit poſtmodum ſibi aliquam copulauerit, cogendus eſt ab ea diſcedere, & ad Eccleſiam cui ſe contulerat debet ſine contradictione tranſire. Quòd ſi habitum ſuſcepit & non profeſſionem fecit, ſed ſolum votum emiſit, & ſe ad religionem tranſire promiſit: licet poſtmodum matrimonium contraxerit, non eſt ab ea cogendus ad monaſterium tranſire, & matrimonij vota reſcindere.* Eadem omnino repetuntur, par.21.cap.3. Capite verò 10. prædictæ par 5. ſubditur. *Didicimus, quòd quædam mulier cuidam viro abſenti fide data ſe nupturã promiſit, ſed poſtmodum audiens plura de ſeueritate & inhumanitate ipſius viri ei nulla ratione voluit copulari. Cùm itaque timeret, ne illi nubere cogeretur, in manibus ſui ſimpliciter votum continentiæ compromiſit, non tamen veſtem aut locum mutauit: quo audito prædictus vir aliam ſibi copulauit, & ex ea prolem ſuſcepit. Nos itaque attendẽtes tutius eſſe vt præfata mulier poſt fidem & votum ſimplex oblatum matrimonium contrahat, quàm fornicationis reatum incurrat, mandamus, quatenus ſi plus non proceſſerit, nec veſtem aut locum mutauit, nec profeſſionem fecit, prædicta mulieri de fide mentita & voto violato congrua ſatisfactio indicatur, & ei cui vult nubendi in Domino licentia tribuatur.* Capite verò 2. eiuſdem partis 5. agitur de quodam, qui reſtragante vxore monaſterium petierat, qui & iuſſus eſt ad thorum redire. An autem ea mortua teneatur ad monaſterium regredi, an aliam accipere vxorem, dicitur, quòd votum cuiuſtum non tenuit. Vnde ratione voti non tenetur ad monaſterium redire, vlteriùs non poteſt accipere vxorem, quia promiſit ſe non exigere debitum quod in eius poteſtate erat, & ideo tenuit votum: non reddere autem, non erat in eius poteſtate, ſed mulieris. Vnde Apoſtolus: *Vir non habet poteſtatem corporis ſui, ſed mulier.* Eadem autem repetuntur adhuc par 6. eiuſdem Concilij Lateranenſis ſub Alexandro III. cap 9. verùm ea quæ in ſubſequenti diſtinctione ſequuntur clariorem huius dabunt intelligentiam, ideo ſedulè attendantur.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Hæc tanguntur in decreto diſtinct. 32.cap. Seriatim.

Matrimonio iuncti an valeant ad religionem tranſire.] Superiùs ex Gregorio I. diximus hoc omnino non poſſe fieri, niſi coniuges ambo caſtitatem voueant, & vnus alteri licentiam tribuit. Iidem & ex Nicolao I. probatum eſt. Non eſt autem opus ea iterum repetere, quod verò ſequitur & reſtat ſubnectendum eſt. Sic quippe etiam Concilium AGATHENSE ſub Cœleſtino I. vel Sixto III. cano.16. ſtatuit. *Sanè ſi coniugati conſenſerint ordinari, etiam vxorum voluntas ita requirenda eſt, vt ſequeſtrato manſionis cubili religione promiſſa, poſteaquam pariter conuerſi fuerint, ordinentur.* Verum autem coniugati poſſint eligere vitam monaſticam, & ſeparari ab inuicem, Conciliũ LATERANENSE ſub Alexandro III parte 5. cap.1 ſic reſpondet. *Poſt conſenſum legitimum de præſenti, licitum eſt alteri altero etiam repudiante monaſterium eligere, ſicut quidam etiam de nuptijs vocati fuerunt: dum modo inter eos carnis commixtio non in-*

Gregorius 1.

Nicolaus 1.

Concilium Agathenſe ſub Sixto 3

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Vnde magis quærendum eſt, an valeant monachi a[d] matrimonium tranſire quia plures ſunt qui hoc allegant quā illu videre vocabulo monachus.

terueneris : & alter remanens ſi continentiam ſeruare noluerit continentiam, licitum eſſe videtur vt ad ſecunda vota tranſire poſſit: quia cùm non fuiſſent vna caro effecti, poteſt vnus ad Dominum tranſire, & alter in ſeculo remanere. Et cap 8. idem Alexander III. ſic ſcribit Brixienſi Epiſcopo. de Epiſcopo Veconenſi qui quandam mulierem Matthæam nomine ex communicationis vinculo innodauerat, eò quòd ad religionem tranſire diſponens, go'echem virum reliquerat *quod ſi conſtat prædictam mulierem a præfato viro deſponſatam, nondum tamen ab ipſo cognitam, & ad religionem velle tranſire, recepta ab ea ſufficienti cautione, quod vel ad religionem tranſire, vel ad virum ſuum redire infra duorum menſium ſpatium debeat, ipſam contradictione & appellatione ceſſante a ſententia qua tenetur abſoluas: ita quod ſi ad religionē tranſire maluerit, vterque reddatur alteri, ſi qua alter ab altero habuit & vir ipſe ea religionis habitum aſſumente, ad alia vota licentiam habeat tranſeundi. Sane quod Dominus in Euangelio dicit. Non licet viro vxorem ſuam niſi cauſa fornicationis dimittere, intelligendum eſt ſecundum interpretationē ſacri eloquij, de his quorum matrimonium eſt carnali copula conſummatum, ſine qua matrimonium conſummari non poteſt. Et ideo ſi prædicta mulier non fuerit a viro ſuo cognita, licitum eſt ei ad religionem tranſire: ſecus autem ſi in copulatione carnali commixti ſunt.* Cap. 2. part. 5. eiuſdem Concilij dicitur, quod quidam intrauit monaſterium inuita vxore. & eadem repetente coactus eſt ad eam redire & ſubditur, cap 3.

Math. 5. & 19.

Sanctorum Patrum conſtitutione traditum eſt, vt vir vxore ſua in ſeculo remanente, aut mulier viro non aſſumente religionis habitum non debet ad religionem tranſire: quia cum vir & vxor vna caro ſint, vt ait Apoſtolus, non poteſt alter alterum relinquere, vt alter ad Deum conuertatur, & alter in ſeculo remaneat. Inde eſt quòd Apoſtolica authoritate prohibemus ne vir vel vxor, niſi vterque ad religionem migrauerit, tranſire permittantur ſ[e]d ſi voluerint ad Deum conuerti vterque ad ſingulem melioris vita tranſeat. Verùm ſi vxor ita ſenex eſt & ſterilis, quòd ſine ſ[uſ]pitione poſſit eſſe in ſeculo d[i]mal[ictis] poterit vt vir ea in ſeculo remanente & caſtitatem promittēte ad religionem tranſeat. Tom cap 4. *Quæritur vtrum laicus vxoratus, qui præſentibus [cl]ericis & monachis Epiſcopo ignorante de licentia & permiſſione vxoris ſua monaſterium eſt ingreſſus & [po]ſtè profeſſionem fecit vxore in ſeculari habitu remanente, nec ad religionem tranſeunte, aut perpetuam continentiam vouente, ab Epiſcopo ſuo poſſit ad thorum vxoris reuocari. an illa compellenda ſit ad obſeruationem perpetua continentia: dicimus, quod niſi, vbi ſubeſt timor incontinentia, vxor ad religionem tranſierit, vel in conſpectu Eccleſia continentiam ſeruare promiſerit, ad eam redeat, & poteſt ab Epiſcopo reuocari: quia cùm ſint vna caro effecti, non debet vna pars in ſeculo remanere, & altera ad religionē tranſire: veruntamen vxor commonenda eſt, & propenſius exhortanda vt ad religionem tranſeat & caſtitatem ſeruare promittat.* Eadem iterum renouantur, cap. 6. *Coniugatus in monaſterium conuerti deſiderans, ſuſcipi prohibetur, niſi vxor illius ſimiliter conuertatur. Nam dum vnum vtrinque corpus poſt coniugij copulationē ſit factum, incongruum eſt partem conuerti & partem in ſeculo remanere: nec recipitur illius viri apud Deum conuerſio, cuius ſequitur coniugalis fœderis proſtitutio. Cùm igitur ſenatus clericorum longè præmineat cœtui monachorum, ita vt aliquando bonus monachus vix bonum clericum faciat, nullus coniugatorum eſt ad ſa[cros] ordines promouendus, niſi ab vxore continentiam propriæ fuerit abſolutus. vt [ne] deinceps de carnali*

Hoc confirmatur in decreto Gratian cauſa 27. quæſt. 2. cap. Non dubium, &c.

Epheſ. 5.

Hæc confirmantur in decret. diſt. 20. cap. Si quis.

Opportuna quæſtio.

Sed quid ſi econtrario vxoris perpetuam habuiſſet continētiam, maritus cum ea in habitu ſeculari?

Coniugati non poſſunt promoueri.

A

copula ſpirituale coniugium. Et cap. 7. ſubditur. *Sane coniugati cùm ſint vna caro* hoc reſpondet memorato decreto Agathenſi *etiam vxoris ...* *requirenda eſt. & ſequeſtrato manſionis cubiculo religione promiſſa, poſtquam pariter conuerſi fuerint ... Prohibemus inſuper, ne vxoratus in ... pum o ... niſi prius vxor continentiam profeſſa ſacrum velamen ſibi imponat, & religioni congrua ... etiam vt viro promotio, vxori ... poſſit perditionis occaſio.* Prædicta adhuc renouantur. par. 6. eiuſdem Concilij Lateranenſis, cap. 17. vbi & additur. *Licet mulier ... & a viro non cognita ad religionem tranſire ... tamen vir non poteſt ducere in vxorem.* Denique par 45 cap 5. Alexander III. Vintonienſi Epiſcopo ſcribens. *Non ſunt* (inquit) *vna caro vir & mulier, niſi carnali copula cōſ[e]nſerint.* Et Lucius III. habetur ibidem par. 50 cap 24 Burgenſi Epiſcopo ſcribens, prohibet eam monaſterio includi, quæ certis probationibus matrimonio iuncta dicitur ſine aſſenſu viri, vt iam ſat inſinuatum eſt ſuperiùs. Hinc iterum Alexander III. Epiſcopo S. Agathos habetur ibidem par. 50. c. 29. eadem decernit ſuper cauſa mulieris, quæ licèt fidem matrimonij dederit, tamen nec dum coniugio ſociata eſt, poteſt [v]ouere continentiam & monaſterium intrare: ſi verò in ſeculo remanere vellet, debet fidem promiſſam matrimonio conſummari. Vide infrà. Monachi non poſſint nubere, &c. & quod ſequitur.

B

C

Matrimonium cum ſecunda vxore ſoluendum.] Iam in ſuperioribus ex Innocentio I. & Leone I. hoc confirmatum eſt, & ex alijs Patrum decretis, vt etiam in vocabulo, Digamus reperies. Quibus decretis etiā libet ea quæ ſequuntur addere. * Sic quippe Alexander III. Vingorenſi Epiſcopo ſcribens, & habetur par 6. Concilij Lateranenſis quod celebrauit, cap. 2. loquitur. *Conſuluit nos fraternitas tua, quid faciendum ſit de illo, qui in manu tua fidem dederit, quod mulierem quandam duceret in vxorem, & ſpreta religione fidei ipſe ſibi aliam copulare præſumpſit. Super hoc vtique conſultationi tua taliter reſpondemus, quòd licet non ſit tutum contra fidem ſuam venire, ſi tamē aliam in ſuam receperit, nec in facto primæ mulieris vltra proceſſerit niſi quod fidem dedit, à muliere ea ſeparari non debet, ſed ei de læſione fidei pœnitentia eſt indicenda* Et cap 13. eiuſdem part 6. refert, de quodam qui in vincula coniectus, coactus eſt vt exiret iurare quod talem acciperet vxorem, & cùm euaſiſſet aliam in vxorem accepit de qua filios procreauit De hoc diffinitum eſt, vt rei veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi conſtiterit quòd ei vis illata fuerit vt prædictam iuraret in vxorem accipere, & qoòd ſponte in eam non conſenſerit, nec poſt præſtitum iuramentum ipſum carnaliter cognouerit, ad illam quam poſtea accepit reuertendi licentiam habeat. appellatione ceſſante ſi autem conſtat quòd poſt præſtitum iuramentum eam cognouit, non permittatur ad ſecundam vxorem reuerti ſub interminatione anathematis. Capite quoque 14. eiuſdem par 6. refertur de quodā milite, cui ſuggeſtum eſt vxorem ſuam cum quodam ſuo conſanguineo commiſiſſe inceſtum, & propterea à ſe mulierem eiecit ſine iudicio & authoritate Eccleſiæ: dimiſſa verò muliere non valens continere illa ab alio viro ſobolem ſuſcepit, nec poſtulat priori marito reſtitui, aſſerens ſe ab ipſo iniuſtè fuiſſe dimiſſam, & eundem virum materiam ſibi adulterandi dediſſe *Itaque* (ait) *ſi*

D

E

Vxoratus in Epiſcopum ... de & ſuperius Epiſ... tur, &c.

Lucius 3.

Alexander 3.

Innocentius 1.

Leo 1.

Alexander 3.

* Habes Cœleſtini 3. decretum quod allegat Gratianus cauſa ... quod incipit videtur nobis quod ... &c. ſed ... me eſt ... poteris legere ... ter ſcripta ... cta.

He... G[r]atiano ... cap. ...

Hic aliquid re quirunt quod deeſt, alias ſen ſus obſcurior.

quæritur, vtrum mulier priori viro debet reſtitui, & illa debeat ad eius receptionem compelli, reſpondetur, quòd ſi manifeſtum eſt mulierem ipſam adulteriũ commiſiſſe poſt dimiſſionem, ſed non * idem, ſi antè, ad eam recipiendam præfatus vir cogi non debet, niſi conſtiterit ipſum cum alia adulterium commiſiſſe. Tum cap. 15. ſubdiiut. Quidam parrochianus cum vxorem duxiſſet, ea dimiſſa aliam ſcilicet prioris conſanguineã ſibi copulare præſumpſit, & eam carnali commixtione cognouit, & ſ cum tenere minime dubitauit: cùmque prior mulier ſuper hoc querelam mouiſſet, matrimoniũ eius denegauit, & ſecunda copulam profeſſus eſt. Vnde cùm primum coniugium aduerſus eum per teſtes probaretur fuiſſe, quoniam à ſecunda recedere noluit, ad audientiam noſtram appellauit. Super quo reſpondemus, quòd ſi prima mulier & ſecunda, ſe vel prima vel ſecunda linea contingunt, vir vtraque omni contradictione & appellatione ceſſante careat, & ſine ſpe coniugij perpetuò maneat. Si verò eas interdicto gradu ſolummodo, vel ſuprà ſeſe attingere conſtiterit, compellatur à ſecunda recedere, & de commiſſo pœnitentia ſibi condigna impoſita, priorem vxorem ſuam recipere & maritali affectione tractare conſtringatur. Eadem & cap. 16. ſequenti repetuntur, vbi fit mentio adulteræ quæ mortem viri machinata eſt ſub ſpe alterius coniugij. Vide Adultera. &c cap. 17. ſic infert. Si vir & mulier pari conſenſu contraxerint matrimonium, & vir ea incognita aliam duxerit in vxorem, & eam cognouerit, cogendus eſt ſecundam dimittere & ad primam redire: quia quamuis exinde ſit diuerſa quorundam ſententia, & non eadem conſuetudo Eccleſiæ, tutiùs tamen videtur, vt primam hanc quàm ſecũdam habeat, cùm à prima iudicio Eccleſiæ ſeparari non debeat, poſtquam cum ea pari voto & conſenſu matrimonium contraxit. Eadem reperiuntur, cap. 18 eiuſdem 6. part. Concilij Lateranenſis ſub Alexandro III. cap. verò 21. recenſetur factum cuiuſdam villici, qui antè iudicium Eccleſiæ pendente lite ſuggeſta falſitate diuortium inter ſe & vxorem propoſuit, & aliam mulierem facti neſciam, in coniugiũ ſumpſit. Et licèt (ait) poſtea ſit ab Eccleſia tale diuortium approbatum, tamen villico pœnitentia iniungenda eſt, & poſtea poterunt copulari. Cap. verò 25. quidam iubetur (qui vxorem cùm filijs dimiſerat & alteri ſe coniunxerat) ſuperinducta dimiſſa ad vxorem priorem redire, & eam maritali affectione tractare, & reatum condigna pœna expiare, aliàs excommunicationis vinculo innodari præcipitur. Tum cap 27. quæritur, vtrum ille qui ſimplicibus verbis filiam deſponſauit, & antequam ad nuptias perueniat morte præuenta eſt, eius ſororem poſſit in coniugiũ accipere. Reſpondetur, ſecundum legem diuinam non aliter virum & mulierem poſſe fieri vnam carnem niſi carnali copula ſibi cohæreant. Qui ergò (ait) nequaquam mixtus eſt extraneæ mulieri fœdere nuptiali, quo pacto per nuda ſponſionis verba poſſunt vna caro fieri nullatenus valemus intueri? Propinquitas enim ſanguinis verbis dicitur, non verbis efficitur: ſed nec oſculum parit propinquitatem, quod facit nulla ſanguinis commixtionem. Nil ergò vetat quin is eam in coniugium accipiat, cuius ſororem decreuerat deſponſare. Nam cur hoc prohibeamus, quod prohibitum nunquam ſacra Scriptura declarauit? ſed neque mundana leges commemoratis perſonis quibus inter ſe nuptias contrahere non licet, de huiuſmodi aliquid dicuntur negotio. N ergò abnegetur, quod nulla abnegandum ratione monſtratur. Tum cap. 18. recenſetur factum cuiuſdam, qui puellæ fidem matrimonij promiſerat, & nihil defuit niſi ſolennitas, in facie Eccleſiæ celebranda, quæ inſtante quadrageſima non potuit effectui mancipari. Interea (ait) vir ad ſecunda vota tranſiuit, & in facie Eccleſiæ aliam ſibi ſolenniter copulauit vxorem, & mulier hoc videns, cum ei interdictum eſſet, & ipſa nupſit alteri viro. Quorum cauſa ad ſedem Apoſtolicam delata, iudicatum eſt, quòd ſi nihil conſtiterit quod impediat præter conſenſum qui inter prædictos duos aſſeritur præceſſiſſe, ſecunda matrimonia ſublato appellationis diffugio inuiolabiliter obſeruẽtur. Licèt enim contra interdictum Eccleſiæ ad ſecunda vota nequaquam tranſire debuerint, conueniens non videtur vt ob id ſolum ſacramentum coniugij diſſoluatur. Pœna tamen debet eis imponi, quòd contra prohibitionem Eccleſiæ hoc fecerunt. Porrò par. 45. eiuſdem Concilij, cap. 1. ALEXANDER III. Exonienſi Epiſcopo, de quadam copulatione inter virum & vxorem tractat, ex qua filium & filiam ſuſcepit vir, promiſſa fide quòd eam in vxorem duceret. Interim (ait) fortuitò accidit quòd in cuiuſdam domo pernoctans eius filiam cognouit, quam deſponſare pater inuitum coegit. Vnde ſuper hoc negotio decernimus, quòd ſi primam poſt fidem datam cognouerit, debet eam in vxorem inuiolabiliter habere: ſin autem poſt fidem datam eam cognouerit, poterit ſecundæ adhærere. Item cap. 3. ad eundem Exonienſem Epiſcopum. [illegible] præcipis qui virginem defflorauit, & ex ea filium ſuſcepit vel filiam, teneatur eam omni appellatione ceſſante ſub anathematis diſtrictione in vxorem ſuſcipere. Præterea cap 17. part. 49. eiuſdem Concilij dicitur, quòd eius qui vult redire ad priorem vxorem quam priùs negauit, teſtimonium Eccleſia nõ recipit, quia variauit verbum ſuum, & contra ſemetipſum teſtimonium tulit, & abſtulit ſibi fidem in vtroque, vt coniugij ſacramentum adinuicem non eſſe videretur, & opus carnalis commercij contradiceretur, &c. Vide ea quæ ſequuntur.

Hæc confirmatur in decretis Gratiani, cau ſa 35. quæſt. 3. De affinitati- [illegible], &c. vide ſupra, Conſan- guineorum matrimonium, &c.

Quæſtio idonea.

Qui deſponſa- habuit, ante nuptias mortuam, poteſt eius ſororem habere cóiugem.

Hæc confirmat [illegible] cau ſa 27. quæſt. 4 [illegible] Nam oper [illegible]

Alexander 3.

Hæc habentur in decret. cauſ. 27. quæſt 4 cap. Inter cætera.

Matrimonium an ſoluat impotentia coeundi.] Concilium LATERANENSE toties allegatum ſub Alexandro III par. 6. cap. 24. Ob coeundi impotentiam prohibemus fieri diuortium. Si enim non poteſt eam ſicut vxorem habere, quæ procreet ei filios, vel qui ei non poſſit debitum reddere, ipſam habeat ſicut ſororem. Vide ea quæ iam ſuperiùs dicta ſunt. Et ALEXANDER III. Epiſcopo Ambianenſi, & habetur par. 50. eiuſdem Concilij cap. 28. Ex tua parte nobis eſt intimatum, quòd quædam mulier tui Epiſcopatus cuidam viro nupſit, ignorans quòd propter vtriuſque inguinis rupturam genitalia eius eſſent abſciſſa, nec ab eo cognita fuiſſet: qui vtique modo factus leproſus ſe pariter & ſua domui dedit infirmorum, mulier verò ad domum reuerſa paternam, ſicut iuuenis alij viro deſiderat nubere & coniugali fœdere coniungi. Verum licèt Eccleſia Romana non conſueuerit propter naturalem frigiditatem, aut propter alia maleficia legitimè coniunctos diuidere, ſi tamen conſuetudo Gallicanæ Eccleſiæ habet vt huiuſmodi matrimonia diſſoluantur, nos patienter tolerabimus, ſi ſecundum illam conſuetudinem eidem mulieri cui voluerit in domino conceſſeris nubendi facultatem. Sicut enim puer qui non poteſt reddere debitum, non eſt aptus coniugio, ſic quoque qui impotentes ſunt, minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur. Adde ea quæ ſequuntur.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Alexander 3.

Euentus mirabilis.

Quantum deferat conſuetudini [illegible]

Matrimonij debitum non fraudetur.] Hæ omnes diſtinctiones quodam nexu coniunguntur, quia vna reſpondet alteri, & ex præcedentibus ſequentia dependent, ſicut è conuerſo. Licèt ergò in ſuperioribus de debito coniugali iam multa dicta ſint, tamen breuiter hoc duximus annotandum, quod ALEXANDER III. Rhe-

Alexander 3.

menſi

menſi Archiepiſcopo ſcribit, & habetur par.49. eiuſdem Concilij Lateranenſis ſob eodem celebrati.cap.18 *Vir corporis ſui poteſtatem non habet, ſed mulier, nec mulier ſui corporis poteſtatem habet, ſed vir. Poteſt ergo vir ſine mulier peccato ſuo facere, vt poteſtatem in corpore alterius perdat. ſed facere non poteſt alteri poteſtatem ſui corporis quantum in ſe eſt tollat. Quod ſuum iure eſt perdere poteſt. quod ſuum non eſt tollere non poteſt. Si faciat ergo vt debitum ſuum in corpore alterius iure exigere non poſſit, non tamen facere poteſt vt debitum alterius in ſuo corpore negare poſſit.* Plura de hac materia tractant illi Patres qui locum epiſtolæ Pauli 1. ad Corinth. cap.7. expoſuerunt, quos breuitatis cauſa pertranſeo. Lege & PETRVM LOMBARDVM, lib.4. Sententiarũ, diſtinct.32 per totum, vbi de debito reddendo & non reddendo tractat, & ſyluam doctorum, qui in hanc diſtinctionem commentarios ediderunt. Non eſt autem otium nobis plura de hac materia loquendi. Vide quæ ſequuntur.

[Margin: 1.Corinth.7. — Petrus Lombardus Epiſcopus Pariſienſis.]

Matrimonium quando poteſt diſſolui.] In præcedentibus diſtinctionibus iam infinitis illud authoritatibus & exemplis oſtendimus, ſicut & in vocabulo, Conſanguineus & Inceſtus, ita vt ſuperfluum videatur aliam ſpecialem diſtinctionem facere. Verùm quæ alijs in locis vt minùs congrua non appoſuimus, huic conuenientia ſupplemus. Sic autem EVTYCHIANVS I vt allegat Gratianus, cauſa 28. quæſt 1 cap Si quis: *quis gentilis* (ait) *gentilem vxorem dim[iſ]ſerit ante baptiſmum, poſt bapt[iſ]mum in poteſtate eius erit eam habere vel non habere.* Idem ibidem. *Similis modo ſi vnus ex coniugatis baptizatus eſt, & alter gentilis, & ſequi non vult, ſicut dicit Apoſtolus: Infidelis ſi diſcedit, diſcedat.* Quòd verò matrimonium ſoluatur cum 2. vxore iam ſuperiùs dictum eſt, & COELESTINVS I. confirmat prolixo decreto, quod allegat Gratianus, cauſa 35. quæſt 6 *Videtur nobis qu[o]d [illegible] apud [illegible] onem Eccleſia duxit non ſit vx[or] [illegible] primam non haberet deſponſatam. N[am] quod contra interd[ict]um & ordinem Eccleſiæ f[act]um eſt, ratum non haberi tam humana quàm diuina le[x] [illegible]* Cætera lege apud Gratianum loco allegato, quia nec inter ſcripta Cœleſtini hoc decretum reperies. Similiter ſoluitur matrimonium inter impuberes contractum, vt ſuperioribus folijs dictum eſt ex Concilio FOROIVLIENSI, cano.9. ſoluitur etiam inter conſanguineus cõtractum, vt diximus in vocabulo, Conſanguineus & Inceſtus & inter etiam eos qui pariter pueros de fonte leuarunt. Vide infrà vocabulo, Patrinus. Et Concilium TRIDENTINVM, ſeſſio.14. quæ eſt 8. ſub Pio IV. *Si quis* (ait) *dixerit Eccleſiam errare cum ob multas cauſas ſeparationem inter coniuges quo ad thorum ſeu quo ad cohabitationem, ad certum incertùmve tempus fieri poſſe decernit, anathema ſ[it].* Vide ſequentia.

[Margin: Euthychian 1. — 1.Corinth.7. — Cœleſtinus 1. — Concilium Forojulienſe ſub Adriano 1. — Concilium Trident. [illegible]]

Matrimonium ſoluitur inter compatres, &c. & eos qui ſimul infantes de fonte leuarunt, &c.] Vide infrà. Patrinus. &c.

Matrimonium cum alienigenis contractum an ſoluatur.] Concilium TRIBVRIANE, can.39. *[illegible] alienigenam, hoc eſt, alterius gentis fœminam [illegible] verbi [illegible] Francus mulierem Baioricam [illegible] vtrorumque [illegible] propinquorum le[gi]time vel [illegible] lege acquiſitam in coniugium duxe[rit] [illegible] tenenda erit, nec [illegible] ab eo ſeparanda, excepta fornicationis cauſa. Quamuis enim* (ait) *vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma vtrique communis ſit nationi, legem tamen habent diuer[ſam]* [illegible] *quantum ad ſeculum [illegible] disiun[gere] [illegible] duas diuidere [illegible] copulam nuptialem [illegible] disiunge re [illegible] ſua gentis lege iura matrimonij contr[ax]e, & idcirco ſeparari poſſe, canonica inſtitutione [illegible], & noſtro omniumq; orthodoxorũ iudicio [illegible], [illegible] quod legis imperfectum ſit perficiatur, & iure matrimon[ij] [illegible] reſoluatur* * SYNODVS ROMANA ait quòd non dimittenda ſit vxor poſt baptiſmum quæ habita eſt antè baptiſmum. *In baptiſmo ſoluuntur c[r]imina* (ait) *non tamen legitima coniugia. Cum enim [in] baptiſmo tranſmigrat de vita in vitam & non mu[tat] [illegible] legitimam, quomodo [illegible] eam qui non [illegible] tranſit de gente ad gentem? [illegible] quia iam [illegible] non habent ſeparandi, impleant dictum Ap[oſtoli] vt vnanimes vnum ſentientes permaneant. [illegible] cognita referimus, quia quendam Francum, & mulierem Saxonicam talia egiſſe cognouimus. Si quis poſthac huius ſancti Concilij inſtitutionem paruipendens aliam duxerit, cuiuſcunque gentis ſit canonice arceatur, [illegible] cum pœnitentia copuletur.* Eadem renouat Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. par.45.cap.8 & Concilium COLONIENSE III. 45.cap.part 7. vbi tamen prohibet, ne peregrini & ignoti conſungantur, niſi legitimis teſtimonijs doceat ſe vbi antè verſati fuerint nullis matrimonijs vinculis aſtringi, ipſiſque per ſuum parochum licere per alium parochum copulari. Eadem omninò renouat Concilium MOGVNTINVM IV. cap.38. & Concilium TRIDENTINVM, ſeſſio.24. quæ fuit 8 ſub Pio IV. cap 7. decreti reformationis matrimonij. Vide ea quæ ſequuntur.

*[Margin: Concilium Triburienſe ſub Arnulpho Imperatore. — Ephes.4. — * Hæc habe[nt] [illegible] gamus, & [illegible] baptiſmo. — Philipp.2. — Concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. — Concilium Moguntinum 4. Concilium Tridentinum generale, &c.]*

Matrimonium non cõtrahendum cum Iudæis, hæreticis, & paganis.] De his tribus generibus hominum ſimul oportuit loqui, quia aliquoties decretum vnum hæc tria complectitur. Porrò de ſingulis iam quædam dicta ſunt in ſuis vocabulis, Videlicet, Hæreticus, Iudæus, & alijs in locis. Verùm quod reſtat hic abſoluendum eſt. Sic autem TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS, lib.2 ad vxorem, Chriſtianas mulieres arguit præſertim locupletiores, quæ maritis defunctis ambitionis & gloriæ ſtudio gentilibus nubebant, tanquam illas puderet Chriſtianorum vt humilium & tenuium. Hoc & Apoſtolus antea Corinthijs prohibuit. *Mulier* (ait) *defuncto viro libera eſt, cui vult nubat, tantum in domino,* id eſt, vt ibidẽ Tertullianus interpretatur, in nomine Domini, *quod eſt indubitate* (ait) *Chriſtiano, ne, quod ait cui vult nubat, male vteremur.* Contractum tamen matrimonium iubet nõ dirimi diuortio, quia Dominus magis ratum habet matrimonium non contrahi quàm omnino disiungi. Denique diuortium prohibet niſi ſtupri cauſa: continentiam verò commendat, tum incommoda maxima recenſet matrimonij ſic diſparis, & bonum repetit matrimonij vno fœdere Chriſtianitatis initi. *Vnde* (inquit) *ſufficiam ad enarrandam fœlicitatem eius matrimonij quod Eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignatum * Angeli renunciant, pater ratum habet. nam nec in terris [fi]lij ſine conſenſu Patrum ritè & iure nubent. Quale iugum fidelium duorum, vnius ſpei, vnius voti, vnius diſciplinæ eiuſdem ſeruitutis? Ambo fratres, ambo conſerui, nulla ſpiritus carniſve diſcretio. At quin vere duo in carne vna: vbi caro vna vnus & ſpiritus. Simul orant, ſimul vol[u]tantur, [ſi]mul ieiunia tranſigunt alterutro docentes, alterutro hortantes in E[ccleſi]a Dei [pari]ter in omnibus D[ei] pa-*

[Margin: Tertullianus Carthaginenſis. — Matrimonium non c[ontrahen]dum cum [illegible] gentibus. — 1.Corinth.7 — Matrimonij [illegible] commenda[tio] [illegible] per Angelos ſacerdotes [illegible] ergo antiquum ritũ celebran[di] [illegible] matrimonij.]

riter,

*riter, in anguſtiis, in refrigeriis, neuter alterum celat, neuter alterū vitat, neuter alteri grauis eſt. liberè æger viſitatur, indigens ſuſtentatur, eleemoſyna ſine tormento, ſacrificia ſine ſcrupulo: quotidiana diligentia ſine impedimento, non furtiua * ſignatio, non trepida gratulatio, non muta benedictio: ſonant inter duos Pſalmi & hymni & mutuo prouocant quis melius Deo ſuo canat. Talia Chriſtus videns & audiens gaudet, &c.* Hęc omnia autem docet eos qui diſſimili matrimonio iunguntur non poſſe habere, vt habes in ſequentibus. Vide ſi libeat.

** Ut ſigna crucis accipe, vt repoſuimus in vocabul. Crux.*

Hinc Concilium Eliberinvm, cano 15. *Propter copiam puellarum gentilibus minimè in matrimonium danda ſunt virgines Chriſtianæ, ne ætas in flore tumens, in adulterio reſoluantur animæ.* Et cano. 16. *Hæreticis qui errant ab Eccleſia Catholica, nec ipſis Catholicas puellas, ſed neq; Iudæis, neque hæreticis dare placuit, eo quòd nulla poſſit eſſe ſocietas fideli cum infideli. Si contra interdictum fecerint parentes, abſtinere per quinquennium placet.* Et cano. 17. *Si quis fortè ſacerdotibus idolorum filias ſuas iunxerint, placuit nec in fine dandam eis communionem.*

Concilium Eliberinū ſub Syluestro 1.

Hæreticis non dide Chriſtianæ mulieres in cōiugium, nec Iudæis.

Hæc decreta renouat Concilium Arelatense I. eodem tempore celebratum, cano. 11. & Concilium Laodicenvm ſub Liberio I. cano. 10. *Non oportet indifferenter* (ait) *Eccleſiaſticos fœdere nuptiarū hæreticis ſuos filios filiasq; coniungere.* Et cano 31. ſubdit. *Non oportet cum hæreticis vniuerſis nuptiarum fœdera celebrare, nec eis filios dare vel filias, ſed magis accipere: ſi tamen Chriſtianos ſe fieri promittant.* Idem omnino repetit Concilium Carthaginense III. cano. 12. vbi etiam loquitur de filiis & filiabus clericorum gentilibus aut hæreticis non copulandis. Hoc & Concilium Hipponanse repetit, can 14. & Concilium Agathense, cano. 66. & allegat Gratianus, cauſa 28 quæſt 1. cap. Non oportet: *Non oportet cum omnibus hæreticis miſcere connubia, & vel filios vel filias dare, ſed potiùs accipere: ſi tamen profitentur Chriſtianos eſſe ſe futuros & Catholicos.* Eadem & Concilium Generale VI. Conſtantinopolitanum III. in Trullo, cano 72. illicitas cenſens nuptias eorum qui iam ſic coniuncti fuerint, & de infidelibus idem decernit. Hoc etiam de gentibus & Sarracenis ſtatuit Alexander III. Epiſcopo Panormitano, & habetur par. 50. Concilij Lateranenſis quod celebrauit, cap 49. grauiter illos corripiendos decernens, qui cum huiuſmodi matrimonium auſi fuerint contrahere. Similiter & de hæreticis eadem ſtatuit Concilium Tolosanvm, can. 19. Hinc etiam Concilium Chalcedonense generale IV. action. 15. can 14. & allegat Gratianus, diſtinct. 32. cap. Quoniam: *Quoniam in quibuſdam prouinciis conceſſum eſt lectoribus & pſaltis vxores ducere, ſtatuit ſancta Synodus, non licere cuiquam ex his accipere ſecta alterius vxorem. Qui verò ex huiuſmodi coniugio iam filios ſuſceperunt, ſi quidem præuenti ſunt vt ex ſe genitos apud hæreticos baptizarentur, offerre eos Eccleſiæ Catholicæ communioni conuenit: non baptizatos autem non poſſe vlterius apud hæreticos baptizari. Sed neque copulari debet nuptura hæretico, aut Iudæo vel pagano, niſi fortè promittat ad orthodoxam fidem ſe venire dum coniungitur perſona orthodoxa. Si quis verò hanc diffinitionem ſanctæ Synodi præterierit, regularum condemnationibus ſubiaceat.* Et Concilium Avrelianense II. cano. 19. *Placuit, vt nullus Iudæus Chriſtianam, neque Chriſtianus Iudæam in matrimonio ducat vxorem, quia inter huiuſmodi perſonas nuptias illicitas eſſe cenſemus: qui ſi commoniti à conſortio hoc ſe ſeparare diſtulerint, à communionis gratia*

Cōcilium Arelatenſe 1 ſub Syluestro 1.

Concilium Laodicenum 1. ſub Liberio 1. & Damaſo.

Concilium Carthaginenſ. ſub Syricio 1.

Concilium Hipponenſ. ſub Auguſtino.

Concilium Agathenſe ſub Cœleſtino 2.

Concilium Conſtantinopolitanū 3. generale 6.

Alexander 3.

Concilium Tolosanū ſub Ludouico 7.

Concilium Chalcedonenſe generale 4. ſub Martiano Imperat.

Concilium Aurelianenſ 2 Iudæi non contrahant cum Chriſtianis

A *ſunt ſine dubio ſubmouendi.* Hoc replicat & Avrelianense III. cano. 13. *Chriſtianis* (ait) *omnibus interdicimus, ne Iudæorum coniugiis miſceantur. Quòd ſi fecerint, vſque ad ſequeſtrationem quiſquis ille eſt, communione pellatur.* Hæc decreta renouat & confirmat Concilium Arvernanse, can. 6. Et Concilium Toletanvm III. vt diximus in vocabulo, Iudæi ſeruos Chriſtianos non habeant, &c. vbi quod hic deeſt ſcito ſuppleri: vbi etiam agitur de Iudæis qui Chriſtianis iuncti mulieribus tenentur Catholicam fidem amplecti ex Concilio Toletano IV. cano. 62. & allegatur à Gratiano, cauſa 28 quæſt 1. Vide ergò.

Concilium Aurelianenſ. 3

Concilium Arvernenſe 1.

Concilium Toletanum 3.

Concilium Toletanum 4.

B Matrimonium contrahere nullus cogatur inuitus.] Hormisdas I. epiſtola ad Euſebium, & allegat Gratianus, cauſa 31. quæſt. 2. cap. Tua ſanctitas. *Tua ſanctitas requiſiuit à nobis, frater venerande, de filio adulto quem pater matrimonium contrahere vult, ſi ſine voluntate adulti filij facere poteſt. Ad quod dicimus, ſi aliquo modo non conſentit filius, fieri non poſſe: poteſt autem de filio nondum adulto voluntas cuius nondum diſcerni poteſt. Pater enim cui vult in matrimonium tradere poteſt, & poſtquam filius peruenerit ad perfectam ætatem omnino obſeruare & adimplere debet. Hoc ab omnibus orthodoxæ fidei cultoribus ſancitum, à nobis tenendum mandamus.*

Hormiſda 1.

C Idem epiſtola ad Sacratium Regem Arragonum, & habetur in decreto Gratiani, cauſa 31. quæſt 2 cap De neptis tuæ. *De neptis tuæ coniugio quam te cuidam militi daturum neceſſitatis inſtante articulo ſub fidei pollicitatione firmaſti, hoc æquitate dictante decernimus, vt ſi illa virum illum omnino (vt dicitur) renuit, & in eadem voluntatis authoritate perſiſtis, vt viro illi prorſus ſe deneget nupturam, nequaquam eam inuitam & renitentem eiuſdem viri cogas coniugio ſociari. Quorum enim vnum corpus eſt, vnus debet eſſe & animus, ne fortè virgo cum fuerit alicui inuita copulata, contra Domini Apoſtoliq; præceptum aut reatum diſſidij, aut crimen fornicationis incurrat: cuius videlicet peccati malum in eum redundare conſtat, qui coniunxit inuitam. Quod pari tenore de viro* D *eſt etiam ſentiendum.* Et huic decreto conforme eſt quod Lvcivs III. Epiſcopo Rapalenſi ſcribens, & habetur par 45. Concilij Lateranenſis, capite ſexto, ſub Alexandro III. dicit. *Requiſiuit fraternitas tua qua cenſura mulier compelli debeat, quæ iuſiurandi religione neglecta nubere renuit cui ſe nupturam interpoſito iuramento firmauit: ad quod reſpondemus, quòd mulier quæ ſe nupturam iurauit, cum libera debeant eſſe matrimonia, monenda eſt potius quàm cogenda, maximè cum coactiones huiuſmodi difficiles exitus ſoleant frequenter habere.* Vide etiam in vocabulo, Seruus, de his qui inuitis dominis matrimonia contrahunt. Porrò Cōcilium Tridentinvm, ſeſſio. 24. quæ fuit 8. ſub Pio IV. E cap. 9. decreti reformationis de matrimonio, &c. *Ita plerunque temporalium dominorum ac magiſtratuum mentis oculos terreni affectus atque cupiditates excæcant, vt viros & mulieres ſub eorum iuriſdictione degentes maximè diuites, vel ſpem magnæ hæreditatis habentes, minis & pœnis adigant cum his matrimonium inuitos contrahere, quos ipſi domini vel magiſtratus præſcripſerint. Quare cùm maximè nefarium ſit matrimonij libertatem violare, & ab eis iniurias naſci à quibus iura expectantur, præcipit ſancta Synodus omnibus cuiuſcunque gradus, dignitatis & conditionis exiſtant, ſub anathematis pœna quam ipſo facto incurrant, ne quouis modo directè vel indirectè ſubditos ſuos vel quoſcunque alios cogant quo minus liberè matrimonia contrahant.* Vide ſequentia.

Lucius 3.

Concilium Tridentinū generale nouiſſimum.

Concilium Cabiloneſ 2. ſub Carolo Magno

Matrimonio iuncti communem haben parentelam. Concilium CABILONENSE II. can. 29. allegatur à Gratiano, cauſa 35. quæſt. 2. cap Sanè: *Sane qua in proprio viro, hac nimirum in vxoris parentela de lege nuptiarum regula cuſtodienda eſt. Quia ergo conſtat vos duos eſſe in carne vna communis illis vtrinque parentela eſſe credenda eſt, ſicut ſcriptum eſt: Erunt duo in carne vna, &c.* Eadem repetit Concilium MOGVNTINVM II. can 30. & Concilium VORMATIENSE, cap. 78. eadem omnino verba reſumit poſtquam matrimonium fieri in 4. generatione prohibuit. Vide ſuperiùs in vocabulo, Conſanguineorum matrimonia, quia ibidem multa replicantur.

Concilium Moguntinum ſub Rabano Archiepiſcop. Concilium Vormatienſe.

Matrimonium iteratū an benedicatur.] Vide in vocabulo, Nuptiæ, &c.

Matrimonium iteratum infrà luctum prioris coniugis.] ALEXANDER III. Exonienſi Epiſcopo, & habetur par. 9. cap. 2. Concilij Lateranenſis ſub eodem. *Super illa quæſtione qua quæſitum eſt, an ſcilicet poſſit mulier ſine infamia nubere infra tempus luctus ſecundum leges diffinitum, ſolicitudini tua reſpondemus, quod cum Apoſtolus dicat: Mulier mortuo viro ſoluta eſt a lege viri, & in domino nubat, cui voluerit, per ſententiam & authoritatem Apoſtoli infamia aboletur.* Vide in vocabulo, Nuptiæ, Conſanguineut, & Inceſtus, &c.

Alexander 3.

Rom 7.

Matrimonium an ſerui poſsint contrahere.] Vide in vocabulo, Liberius, & Seruus, quia viſum eſt hæc illis locis reſeruare.

MADICVS.

Medicus infirmis ſuadeat vt confiteantur, &c.] Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III Patrum 1215. cano. 22. *Cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat, dicente Domino languido quem ſanauerat. Vade & amplius noli peccare, ne deterius tibi contingat, decreto præſenti ſtatuimus, & diſtrictè præcipimus medicis corporum, vt cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneant & inducant quod medicos aduocent animarum, vt poſtquam infirmis fuerit de ſpirituali ſalute prouiſum ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur, cum cauſa ceſſante ceſſet effectus. Hoc quidem inter alia huic cauſam dedit edicto, quod quidam in ægritudinis lecto iacentes, cum eis a medicis ſuadetur vt de animarum ſalute diſponant, in deſperationis articulum incidunt, vnde facilius mortis periculum incurrunt. Si quis autem medicorum huius noſtræ conſtitutionis, poſtquam per prælatos locorum fuerit publicata, tranſgreſſor extiterit, tandiu ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, donec pro tranſgreſſione huiuſmodi ſatiſfecerit competenter. Cæterum cum anima ſit multo pretioſior corpore, ſub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, quod in periculum animæ conuertatur.* Vide & Infirmus, &c.

Conciliū vniuerſale Lateranenſe ſub Innocentio 3. cui interfuerunt in patres 1215. Ioann. 5.

MEMBRVM.

Membris priuati & mutilati non promouendi. Diximus de Eunuchis ſuo loco, in vocabulo, Eunuchus: ſed & in dictione, ordinandi qui non ſint, &c. etiam de his dicetur, ſicut iam & alijs in locis meminimus. Verùm quod teſtat communicandum eſt. INNOCENTIVS I. epiſtola 4. quæ eſt ad Fœlicem Epiſcopum Nucerianum, cap. 1. & allegat Gratianus, diſtinct. 55 cap. Qui partem: *Qui partem cuiuſlibet digiti ſibi ipſi volens abſcidit, hunc ad clerum canones * non admittunt: quibus verò caſu aliquo contigit, dum aut operi ruſtico curam impendit, aut aliquid faciens ſe non ſponte percuſſit, hos canones præcipiunt* vide Eunuchus) *& clericos fieri, & ſi in clero fuerint reperti non abijci. In illis enim voluntas iudicata eſt, quæ ſibi auſa fuerit ferrum inijcere, quod ſcilicet & alij id facere dubitari non poſſit, an iſtis vero caſus veniā meruit, &c.* Canonem Nicænum qui tractat de Eunuchis, vt habes in vocabulo, Eunuchus, ſimiliter & hunc producit LEO NONVS epiſtola ad Michaëlem Conſtantinopolitanum Epiſcopum, & Leonem Acridanum Epiſcopum, cap 23. dum illos reprehendit, quòd Eunuchos paſſim cōtra ſtatuta promouebant, & fœminam in ſede Pontificum aliquando ſublimaſſent, præcipiens de cætero hæc decreta cuſtodiri. Hinc & ante omnia illa extat etiam CANON APOSTOLORVM 76. *Si quis vel oculo orbatus, vel fœmore læſus, Epiſcopatu autem dignus ſit, fiat: non enim corporis damnum eum polluit, ſed animæ inquinatio.* Et iterum CANON 77. *Qui autem eſt ſurdus & cæcus, ne ſit Epiſcopus, non vt pollutus, ſed ne Eccleſiaſtica impediantur.* Denique Concilium ROMANVM ſub Hilario I. cano. 3. allegat Gratianus, diſtinct. 55. cap. Pœnitentes. *Inſcij literarum nec non aliqua membrorum damna perpeſſi, & hi qui ex pœnitentibus ſunt, ad ſacros ordines aſpirare non audeant, &c.* Et idem HILARIVS I. epiſtola ad Aſcanium & alios Epiſcopos Tarraconenſis prouinciæ, cap. 4. *Proſpiciendum eſt (ait) ne duo ſimul ſint in Eccleſia vna ſacerdotes, nec literarum ignarus, aut carens aliqua parte membrorum: vel etiam ex pœnitentibus aliquis ad ſacrum miniſterium prorſus ſinatur accedere, &c.* Vt iam repoſuimus in vocabulo, Epiſcopus, &c. Idem obſeruandum de monachis qui in locum clericorum miniſtraturi ſunt ſtatuit GELASIVS I epiſtola ad Epiſcopos Lucaniæ Brutiorum, &c. cap 3. & allegat Gratianus, diſtinct. 77 cap. Si quis, &c. Vide infrà, Monachus, &c. Verumtamen Concilium ILERDENSE ſub Symmacho Papa I. ſic ſtatuit, referente Gratiano, diſtinct. 55. cap. Si quis, &c. & Iuone lib. 2. *Si quis in infirmitate poſitus clericus medicorum inciſione claudus efficitur, promoueri ad ſacros ordines eum non denegamus.* Vide Eunuchus, Clericus, Ordinandus, &c.

Innocentius 1.

Canones Apoſtolorum, vide mox.

Leo 9.

Canones Apoſtolorum.

Sed omnes cæci ſunt & Epiſcopi non, prohibentur.

Concilium Romanum ſub Hilario 1.

Hilarius 1.

Vide Eunuchos tales inueneri al

Gelaſius 1.

Concilium Ilerdenſe.

Membris mutilatus ſacerdos.] EVGENIVS I. Sarenſi Epiſcopo, vt allegatur par 26. Concilij Lateranenſis ſub Alexandro III. cap. 25. *Presbyterum, cuius duos digitos cum medietate palmæ a prædone abſciſſos ſignificaſti, Miſſam celebrare non permittimus, quia non ſecure propter debilitatem, nec ſine ſcandalo, propter membri deformitatem, id fieri poſſe confidimus: ipſum autem cæteris officiis fungi ſacerdotalibus minime prohibemus, &c.* Vide locis ſuperiùs annotatis.

Eugenius.

MENDACIVM.

Mendacium fugiendum.] IRENAEVS LVGDVNENSIS, lib. 3 cap. 5. contra hæreſes. *Non communicat mendacium veritati, ſicut non communicant tenebræ luci, ſed præſentia alterius excludit alterum, &c.* Et PHILO IVDÆVS, libro de iudice, vbi de officio eius tractat, ſummoperè execratur mendacium, quod omnis iniuſtitiæ fomitem & præcipuam cauſam vocitat. Similiter & lib. de monarchia, vbi de veſtibus ſacerdotalibus diſſerit, pulchrè etiam de vitando mendacio, & prolixo ſermone agens ad calcem libri, qui intitulatur. De eo quis rerum diuinarū hæres ſit. Iterum lib. de Ioſeph. & alijs in locis, multa de mendacio. AVGVSTIN. HIPPONENSIS exponens illud Pſal. 5. Perdes omnes qui loquuntur mendacium, tractat ſimuliter & libro quē edidit de mendacio. IOAN CASSIANVS, colla. 17. c. 17. 18, 19. 20. &c.

Irenæus Lugdunenſis.

Philo Iudæus.

Auguſtinus Hipponenſis in Pſal 5.

Præterea

Concilium Toletanum 8.

Præterea ſuperiùs in vocabulo, Iuramentum, ex Concil. Tolat. VIII. cap.2.&c. de duobus generibus mendaciorum diximus. Vide ſi lubeat & vocabulum, Periurium.

Menstrvvm.

De menſtruis mulierum.] Vide in vocabulo, Mulier.

Meretrix.

Philo Iudæus

Meretricum deteſtatio.] Lege ea quæ ſuperiùs diximus in vocab. Lenocinium.&c Quantum autem debeant meretrices deteſtari, docet Philo Ivo. lib. de ſpecialibus legibus. *Scortũ* (inquit) *lex eiicit è republica, vt honeſtate, pudore, ſobrietate ac cæteris virtutibus vacuũ. & replens viros fœminasq; impudicitia, deturpansq; immortalẽ mentis pulchritudinem, ſolam verò corporis venuſtatem breui perituram excolens, proſtituens ſe prætereuntibus, & florem ætatis venditans, ad illectandos iuuenes omnia tum dicens, tum faciens. Eadem committit amatores ſuos, inhoneſtum præmiũ ſeipſum proponens eis qui plura dederint, ergo vt peſtis labesq; publica ſaxis obruetur, quod natura donis abutitur, quæ virtutibus exornaſſe debuerat, &c.*

Quis primus meretrices publicitus inſtituerit. Ludouicus Cælius Rhodiginus.

Quis autem primus publicitus inſtituerit docet Lvdov. Coelivs Rhodiginus, lib. 8. lectionum antiq. c. 4. Solonem ſcilicet primũ narrat emptas iuuentuti meretriculas comparaſſe, vt effuſo illic egeſtoq; libidinis impetu, quid turpius cogitare deſiſterent. Hic etiã primus templũ Veneris extruxiſſe memoratur ex proſtitutarum capturis, &c.

Polydorus Vergilius.

C Huic aſtipulatur Polyd. Vergil. lib. 3. de Rerum inuentoribus, c. 17. nam & Venerẽ meretriciam artem inſtituiſſe docet. De horrendo earundem meretricũ ſcelere, quomodo proſtitutione corporũ infinitã ſolitæ erãt antiquitus mercedem reportare, loquitur Athan. Alaxano. in oratio. contra idola.

Athanaſius Alexandrinus.

Porrò cùm hæc proſtibula etiam in vrbe Romana potiſſimũ vigerent, Theodoſius magnus, vt Socrates hiſtoriographus refert, & poſt illũ Niceph. Call. lib. 12. c. 22. abrogauit.

Socrates lib. 5. Hiſtor. Eccleſ. cap. 18. Nicephorus Calliſtus.

Cùm (inquit) *ad latus cuiusq; ædificij, iuxta loci ſitum, in parte inferiore piſtrinum eſſet quis eos præfuere tabernis conſtructis, in quibus etiã meretrices ad quæſtum proſtabant, per illas inſidias eis tendebant qui annonæ cõparandæ gratia ad domos eas veniebant. Erant verò qui eã tantum ob cauſam, vt fœdæ voluptati inſeruirent eò accedebant, &c.* D Lege. Si verò de meretricũ aſtu & calliditate & natura volueris audire, vide homiliã illam elegantiſſimam Ioan. Chrysost. de Dauid & Saule, quę eſt 3. in ordine, tomo 1. alijs autẽ locis etiã de eiſdem loquitur.

Ioannes Chryſoſtomus. Ambroſius Mediolanenſis.

Lege & Ambr. Mauiol. de deteſtanda meretrice, lib. de bono mortis, cap. 9. Hinc etiam ſtatuit vniuerſale illud & magnum Concil. Generala VI. Conſtantinopolitanum III. cano. 86. eos qui ad animarum lapſus meretrices cogunt & alunt, ſi ſint quidem clerici, deponi: ſi E verò laici, ſegregari. Vide ſuprà, Fornicatio, Lenocinium, &c.

Concilium Cõſtantinopolit. 3. generale 6.

Concilium Elibertinum.

Meretrix conuerſa ſuſcipienda.] Concil. Eliberr. can. 44. *Meretrix quæ aliquando fuerit & poſtea habuerit maritum, ſi poſtmodum ad credulitatẽ venerit, incunctanter placuit eſſe recipiendam.* De magnifica conuerſione Mariæ Ægyptiacæ narrat Pavlvs Diaconvs in eius vita, & in vitis Patrum habentur plurium meretricũ conuerſiones, vt omittamus Magdalenæ Deo dignam conuerſionem.

Paulus Diaconus.

Ioannes Chryſoſtomus. Matth. 21.

Sed & Ioannes Chrysost. homil. 68. in Matth. exponens illud: Quia Publicani & meretrices præcedent vos in regnum cœlorum, inſeruit hiſtoriam omni admiratione di-

A gnam de conuerſione cuiuſdam meretricis Phœnicis ſuo tempore geſtam, quæ, quia ſatis eſt prolixa, ideo omittimus. Vide & Pœnitens, &c.

Mensvra.

Concilium Arelatenſe 4. ſub Leone 3.

Menſuræ & pondera iubentur iuſta eſſe & æqua.] Concil. Arelat. IV ſub Carolo magno, can 15. *Statuimus, vt pondera vel mẽſuræ vbique æqualia ſint & iuſta, ſicut ſcriptum eſt: Æquum modium & æquum ſextarium.* Et iterum: *Pondus & pondus, menſura & menſura, vtrumque abominabile eſt apud Deum.*

Leuit. 19. Prouerb. 20.

Concilium Turonenſe 3. ſub eodem. Carolus Magnus. Concilium Pariſienſ. 3 ſub Ludouico & Lothario Auguſtis.

Eadem præcipit Concil. Tvron. III. ſub eodem, can. 45 & ipſe Carol. Magn. eadem iniungit in ſuis conſtitutionibus circa medium. Concil. Parisiense III. lib. 1 cap. 51. B *Delati ſunt quidam ex laicis & clericis, qui minorem modium atque ſextarium in vendendo atque commodando, maioremq; in recipiendo haberent, ſimulq; ſtateras minores atque doloſas in mutando atque vendendo maioresq; in recipiendo haberent, & ob hoc dum ſuæ intolerabili cupiditati ſatisfacere aſtuarent, heu proh dolor, miſeros quosq; paupertati addixerunt & mendicos effecerunt: quam crudelitatem ſententiis ſacra Scriptura repreſſam ſtatuimus de cætero corrigi, quoniam abominatio eſt apud Deũ pondus & pondus. Et quanquam conſuetudines peruerſæ non facilè corrigantur, hæc tamen conſuetudo inæqualium modiorum & iniuſtorum ſextariorum atque ponderum doloſorum neceſſe eſt vt principali metu ocyus corrigatur, & ad præceptũ diuinum tãta tortitudo reflectatur: quia verendum eſt, ne inter cætera mala hoc quoque, non ſolùm facientibus & conſentientibus, ſed etiam non corrigentibus, quod abſit, proueniat in cõdemnationem.*

Prouerb. 20.

C Tum cap. 52. ſubſequenter tollit hanc conſuetudinem in quibuſdam prouincijs fieri ſolitã, vbi prælati pauperibus ſibi ſubiectis ſolent edictum imponere, vt nullus eorum tempore meſſis modiũ frumenti, nec tempore vindemiæ modium vini maiori pretio, niſi quod ab his conſtituitur, vendere præſumat, & aliter facientes audent flagris verberare, aut aliud eis infligere. Inde fit vt cùm alijs modius frumẽti D duodecim denarijs venundari poſſit, & modius vini viginti, illum ad quatuor, hunc ad ſex ſibi extorqueant denarios. *Idcirco ſtatuimus* (ait) *vt libertas pauperibus tribuatur, vt redditis ſenioribus ſuis quæ reddenda ſunt iuſtè, reliqua quæ ſibi ſuperſunt liceat alijs, prout pactio vendentis & ementis grata fuerit, abſque prohibitione ſuorum ſeniorum diſtrahere.* De ijſdem duplicibus menſuris tollendis, iterũ agit, lib. 3. c. 3 vbi hoc & Imperatoribus ſuggerũt, quos & orant ſpecialibus edictis hæc prohibere. Vide & vſura, &c.

Vtinam hæc etiam noſtri Principes obſeruãda decernerent.

Meritvm.

De merito.] Iam ſæpiùs quod inueniatur expreſsè in ſcripturis diximus, quamuis id negent hæretici, & quidem centum authoritatibus illud E in promptu eſt probare. Verùm, quia ſuperiùs in vocabulo, Fides ſine operibus, &c & Iuſtificatio, infrà in vocab Opera meritoria, &c. Reſeruamus de merito diſputationem, ne tot locis grauemus animũ lectoris. Vide ergò, & diligiter recole quæ in his locis repoſita ſunt, quia cuncta huic etiam ſeruiunt vocabulo.

Gratia.

Metropolitanvs.

Metropolitanorum inſtitutio.] Quidquid ſuperiùs dictũ eſt de Epiſcopis & clericis, vt ſæpè monuimus, etiã de hoc poſſunt & debent nomine intelligi, quia illa quippe generalia quædam ſunt vocabula quæ ad omnes gradus Eccleſiaſticos referuntur. Verùm quia etiam ſpecialia ſunt decreta quæ tantùm Metropolitanos concernunt, ea hic

Canon apoſtolorum.

libuit ſubiungere. Itaque de eorum inſtitutione CANON APOSTOLORVM. 35. ſic loquitur. *Epiſcopos gentium ſingularũ ſcire conuenit, quis inter eos primus habeatur, quẽ velut caput exiſtiment, & nihil amplius præter eius conſcientiam gerant, quam illa ſola ſinguli, quæ parochiæ propriæ & villis, quæ ſub ea ſunt, competunt. Sed nec ille præter omniũ conſcientiam faciat aliquid. ſic enim vnanimitas erit & glorificabitur Deus per Chriſtum in Spiritu ſancto.* Hic canon renouatur Concil. ANTIOCH. I. can. 9. Sed antè hoc Concil. ANICET. I. epiſt. 1. ad Epiſcopos Galliarum, vbi de Epiſcoporũ, Archiepiſcoporum & Primatum inſtitutione locutus eſt, vt diximus ſuis in locis. ſic de Metropolitanis addidit, & allegat Gratian. cauſa 9 q 3 cap. Si autem. *Reliqui verò (ait) qui poſt primates Metropolitanas ſedes adepti ſunt, non Primates, ſed Metropolitani nominentur. Si autem aliquis Metropolitanorũ inflatus fuerit, & ſine omnium comprouincialiũ præſentia vel cõſilio Epiſcoporum aut eorũ, aut alias cauſas, niſi eas tantùm, quæ ad propriam ſuam parochiam pertinent agere aut eos grauare voluerit, ab omnibus diſtrictè corrigatur, ne talia deinceps præſumere audeat. Si verò incorrigibilis eiſq; inobediens apparuerit, ad hanc Apoſtolicã ſedem (cui omnia Epiſcoporum iudicia terminare præcepta ſunt) eius contumacia referatur, & vindicta de eo fiat vt cæteri timorem habeant. Si autem propter nimiam longinquitatem aut temporis incommoditatem, vel itineris aſperitatem graue ad hãc ſedem eius cauſam deferre ſuerit, tunc ad eius primatem cauſa deferatur, & penes ipſum huius ſanctæ ſedis authoritate iudicetur. Similiter ſi aliquis Epiſcoporũ, proprium Metropolitanum ſuſpectum habuerit, apud primatem diœceſeos aut apud hanc ſedem Apoſtolicã audiatur.* Vide vocabula, Accuſatio, Appellatio, Epiſcopus vt iudicetur, &c. Deniq; hæc prædicta replicat IVLIVS I. epiſt. 2 ad Epiſcopos Oriẽtales, pro cauſa Athanaſij, cap 12. & 14. iunge ſequentia.

Concilium Antiochenum 1. ſub Iulio 1.
Anicetus 1.
Metropolitanus præſumptor & inobediens.
Iulius 1.

Metropolitanus vt eligatur & vbi conſecretur.] LEO I. epiſt 82 ad Anaſtaſiũ Theſſalonicenſem Epiſcopum, c. 6. allegatur à Gratia. diſt. 63. c. Metropol. & diſt. 77. c. In princip. *Metropolitano defuncto cum in eius locum alius fuerit ſubrogandus, prouinciales Epiſcopi ad ciuitatem Metropolitanam conuenire debebunt, vt omnium clericorum atque omnium ciuium voluntate diſcuſſa, ex preſbyteris eiuſdem Eccleſiæ, vel ex diaconibus optimus, eligatur, de cuius nomine ad tuam notitiam prouinciales deſerant ſacerdotes impleturi vota poſcentium, cùm quod ipſis placuit, tibi quoque placuiſſe cognouerint. Sicut enim iuſtas electiones nullis dilationibus volumus fatigari, ita nihil permittimus te ignorante præſumi.* Hoc decretum temporis malitia intermiſſum, in priſtinum reſtituit gradum Concil. AVRELIAN. II. c. 7. ſecundum eandem formã, nec eſt illam opus repetere, cum eadẽ omnino definiat. Sed & Concilium AVRELIAN. III. can. 3. *De Metropolitanorum (ait) ordinationibus id placuit, vt Metropolitani omnibus, ſi fieri poteſt, præſentibus comprouincialibus ordinentur, ita vt ipſi Metropolitano ordinandi priuilegium maneat, quem ordinationis conſuetudo requirit: ipſe tamẽ Metropolitanus a comprouincialibus Epiſcopis, ſicut decreta ſedis Apoſtolicæ (*Leonis præfati*) continent, cum conſenſu cleri vel ciuium eligatur: quia æquum eſt, ſicut ipſa ſedes Apoſtolica dixit, vt qui præponendus eſt omnibus, ab omnibus eligatur. De cõprouincialibus verò ordinandis, cum conſenſu Metropolitani, cleri, & ciuium iuxta priorum canonũ ſtatuta voluntas & electio requiratur.* Vide Electio, & Epiſcopus eligatur, &c. Concil. TOLET. IV. can. 18.

Leo 1.
Hic quippe Anaſtaſius legatus erat Leonis in Oriente.
Concilium Aurelianenſ. 2.
Concilium Aurelianenſ. 3. ſub Vigilio 1.
Concilium Toletanum 4 ſub Honorio

Epiſcopus (ait) prouincialis ibi conſecrandus eſt, vbi Metropolitanus elegerit: Metropolitanus autem non niſi in ciuitate Metropoli comprouincialibus ibidem conuenientibus, &c. Vide ea quæ ſequuntur.

Metropolitanus requirendus in ordinatione Epiſcopi.] Hoc tam pluribus locis innuimus dum de Epiſcopi conſecratione & electione diximus ſuo loco. Vide ergò. Sed & ex præcedenti annotatione hoc euadit perſpicuum. Libet autem etiã quædã annectere quæ necdum in mediũ producta ſunt. Sic ergò BONIF. I. epiſt. ad Hilar. Narbonenſem Epiſc. iubet obſeruari, vt ſine aſſenſu Metropolitani nullus debeat Epiſcop. ordinari. Rationem verò ponit, dicens conſtitutũ fuiſſe in Conc. NICAENO I. can. 6. vt per vnamquamq; prouinciã, Metropolitani ſinguli iura habeant, nec cuiquã duas poſſe eſſe ſubiectas. Ideo ergo ſtrictè idẽ Bonifacius præcipit, vt nemo eorũ terminos audax temerator excedat. Vide mox in altera diſtinct. Hoc autem decretũ de non ordinãdo Epiſc ſine Metropol. aſſenſu Conc. CHALCEDON. gener. IV. actio. 11. repetit in cauſa Baſſiani Epheſij Epiſc. qui ſine Metropol. fuerat ordinatus, repetit & LEO I. cuius decretũ in ſubſequenti diſtinct. allegabimus. Denique HILAR. I. epiſt. 1 ad Aſcaniũ & reliquos Epiſc. Tarracon. prouinciæ, c. 1. & allegatur à Gratia. cauſa 1. q. 7. c. Quoniam quicquid, factũ redarguit cuiuſdã Syluani Epiſc. Calaguritani, qui nullis petẽtibus populis Epiſc. ordinare præſumpſerat. Hoc ad veniã temporũ neceſſitate perſpecta licèt dicat pertinere, tamen deinceps nil tale præſumi vetat, contra Nicæorum canonũ ſtatuta, vbi iubetur, ne quis conſecretur antiſtes ſine aſſenſu Metropol. Epiſc. cui quiſquis obuias tetenderit manus, eorũ ſe cõſortio fatetur indignũ, quorũ præceptionibus reſultarit. IDEM ead. repetit epiſt. 2. ad Leontium Veranum, & Victoriũ Epiſc. Vide in ſeq. diſtinct. Hinc Concil. TARRACON. can. 15. & allegatur à Gratia. cauſa 65 c. Si quis: *Si quis (ait) in Metropolitana ciuitate non fuerit Epiſcopus ordinatus, poſteaquam ſuſcepta benedictione per Metropolitani literas honorẽ fuerit Epiſcopi adeptus, ad optimũ eſſe decernimus, vt poſtmodũ ſtatuto tẽpore, id eſt, impletis duobus menſibus ſe Metropolitani ſui repræſentet aſpectibus, vt ab illo monitis Eccleſiaſticis inſtructus plenius quid obſeruare debeat recognoſcat. Quod ſi fortè hoc implere neglexerit, in ſynodo increpatus a fratribus corrigatur: & ſi fortè infirmitate aliqua ne hoc impleat fuerit præpeditus, hoc ſuis literis Metropolitano indicare procuret.* Vide quod ſequitur.

Bonifacius 1.
Concilium Nicænum 1. ſub [illegible].
Concilium Chalcedonenſe generale 4.
Leo 1.
Hilarius 1.
Concilium Tarraconenſe ſub Felice 4.

Metropolitano cuique ius ſuum conſeruetur.] Vide ſuperiùs in vocab. Epiſcopus proprijs limitibus ſit contẽtus, &c. & ea quæ ſuperiori diſtinctione poſita ſunt (quia hæc diſtinctio dependet ex præcedenti) in qua allegatũ eſt Concilium NICÆNVM I. can. 6. vbi expreſsè inhibetur, ne Metropolitanis ius auferatur, ſed ſuis gaudeant priuilegijs in electione & ordinatione Epiſcoporum. Sic autem loquitur præfatũ Concilium, can. 6. & allegatur à Gratia diſt. 63. c. Mos antiquus, &c. *Mos antiquus perduret in Ægypto vel Libya & Pentapoli, vt Alexandrinus Epiſcopus horũ habeat poteſtatem, quoniam quidem & Epiſcopo * Romano parilis mos eſt. Similiter & apud Antiochiã cæteraſq; prouincias honor ſuus vnicuique ſeruetur Eccleſiæ.* IDEM can. 7. & allegatur ibidem. *Mos antiquus obtinuit & vetuſta traditio, vt Æliæ, id eſt, Hieroſolymæ Epiſcopo honor deferatur, vt habeat, cõſequenter honorem ſuum, manente tamen Metropolitana con-*

Concilium Nicænum generale ſub Iulio 1.
* antiquiſſima editio latina pro Romano habet Metropolitano, & ſic [illegible] legit vt videbis in ſequentibus.

Conciliũ Taurinenſe 1.

Concilium Chalcedonenſe generale 4.

Bonifacius 1.

A *mis propria dignitate,&c.* Hinc Conciliũ TAVRINENSE ſub Syricio I.can.1 *Statutum eſt* (ait) *ad petitionem Proculi Maſſilienſis Epiſcopi,eo quòd diſſidebant Epiſcopi de primatu,vt quicunque comprobauerit ſuam ciuitatem eſſe Metropolim,is totius prouinciæ honorem primatus obtineat,& ipſe iuxta præceptionem canonum ordinationum habeat poteſtatem.* Sic in Concil. CHALCED gener.IV.actio.13.contentio eſt ſedata inter Eunomium Nicomedienſ. Metropolitanum, & Anaſtaſium Epiſcopum Nicænum,qui Anaſtaſius Metropolitani ius vſurpabat:quia licèt Imperatores Nicænã vrbem in Metropolitanam exiſſent Nicomediæ ciuitatis ius demere noluerunt,ſcilicet vt haberent ſemper ius in B Nicæa,non è conuerſo,& Nicæa tantùm honore gauderet. Hinc & BONIFACIVS I.epiſt.3.ad Hilarium Narbonenſem Epiſc. ſtrictè præcipit,vt nemo Metropolitanorũ terminos audax temerator excedat, nec aliquis in illorum contumeliam partibus ſuis,quæ ſibi ab his nõ videntur conceſſa,defendat. *Ceſſet huiuſmodi* (ait) *preſſa noſtra authoritate præſumptio eorum qui vltra licitum ſua limitem dignitatis extendũt. Quod idcirco dicimus vt aduertat charitas tua,ad eo nos canonũ cautius præcepta ſeruare,vt ita conſtitutio quoque noſtra definiat,quatenus Metropolitani ſui vnaquæq; prouincia in omnibus rebus ordinationẽ ſemper expectet.* Huic decreto calculum addit COELESTIN. I epiſt.2.ad Galliæ, C Viennenſis & Narbonenſis Epiſc.c 4.& eundem Bonifacium citat authorem, & addit. *Sit conceſſis ſibi* (ait) *vnuſquiſque contentus limitibus.alter in alterius prouincia nil præſumat,nec emeritis in ſuis Eccleſijs clericis peregrini & extranei,& qui ante ignorati ſunt, ad excluſionem eorum qui bene de ſuorũ ciuium merentur teſtimonio,præponantur,ne nouũ,quoddam de quo Epiſcopi fiant inſtitutum videatur eſſe collegium* Idẽ allegauimus ex Concil. RHEGIENSI ſub Sixto III. in vocabulo.Epiſcopus. Prædicta autem decreta GREGOR. I. allegat & confirmat,cap.9 reſponſionis ad interrogata Auguſtini D Anglorum Epiſc. Aliter agere præſumentem Hilarium Epiſc.corripuit LEO I. epiſt.87 ad Epiſcopos Viennenſes,vt dicemus in vocab Romanæ Eccleſiæ Primatus,&c. Denique Concil,EPHES. I. gener.3.ſub Cœleſtino I.can.8.conſtitutionem ponit pro Cyprijs Epiſc vt non amplius Antiochenæ ciuitati ſubditi ſint,ſed ius ſuæ prouinciæ illæſum & inuiolatum obtineant. Simul ſtatuit,vt idẽ ius cæteris omnibus diœceſibus & prouincijs ſeruetur , vt nemo Epiſcoporũ prouinciam occupet alienã,vt alibi in vocab. Epiſcopus ſuis limitibus ſit cõtentus,diximus. Quòd ſi fortè antiquitus vi vel alio modo quidam occupauerint , conceditur priſtino iuri prouinciæ reſtitui, ne maiorũ canones violentur,& libertas perdatur,poteſtate facta E cuique Metropolitano vt ad ſuã cautionẽ actorũ excipiat exempla. *Si quis autem* (ait) *diuerſam contrariámve his quæ nũc ſtatuta ſunt formã produxerit. placuit vniuerſali ac generali Concilio hanc eſſe irritã & infirmam, eiq; fidem omnino derogari.* Hoc priùs quidẽ conſtituerat Concil.CONSTANTINOP. I. can.2.& 3.vt diximus in vocab. Epiſcopus,&c in vocab.Ordines in alterius diœceſi nullus præſumat conferre,&c. Porrò in præfato Conc.Epheſ. reperitur exemplar ſuggeſtionis Epiſcoporũ Cypri exhibitæ Concil. ad calcem eiuſd.Concil. pro obtinẽda iuris antiquitate,vbi inquiritur à ſancta Synodo,nunquã ne Antiochenus viſus eſt in Cõſtantia Cypri ordinare Epiſc.& reſpondet Zenon Carij Cypri Epiſc. à ſanctis Apoſtolis nunquam

Allegat hæc Gratianus diſtinct. 65. cap. Ne emeritis &c.

Concilium Rhegienſe ſub Theodoſio & Valentiniano, Gregorius I.

Concilium Epheſinũ 1.generale 3. ſub Theodoſio Iuniore.

Concilium Cõſtãtinopolitanum 1. generale 2. ſub Theodoſio ſeniore.

A poſſe oſtẽdere, quòd aſſeris Antiochenus,& ordinauerit vel cõmunicauerit vnquã inſulæ ordinationis gratiã,neque alius quiſpiã. His auditis S. Synodus voluit,vt obſeruarentur canones ſanct. Patrum (habes ſuperiori pagina) in Nicæa congregatorũ qui conſeruãt vnicuique Eccleſiæ priſcam dignitatẽ,& de cæteris omnibus idẽ concluſerunt prouincijs & addiderũt. *Quod ſi quis his quæ decreta ſunt pugnantes literas afferat. irritas decreuit ſancta & vniuerſalis Synodus* Hinc etiam LEO I. epiſt 51.quæ eſt ad Anatolium Epiſc. Conſtantin. eundem grauiter arguit quòd cõtra canones iam dictos Nicæni Concil quos tantoperè cõmendat, ius ſibi vendicauerit in alienis prouincijs, Antio- B chena ſcilicet & Alexãdrina,quæ Metropolitanis Epiſcopatibus gaudẽt,ita vt auſus fuerit ſine præcedenti exemplo cõtra ſtatuta canonũ Antiochenæ Eccleſiæ Epiſc. ordinare,& ſubdit ibidẽ *Quæ ergo ad perpetuam vtilitatẽ generaliter inſtituta ſunt, nulla cõmutatione varientur,nec ad priuatũ trahãtur commodũ quæ ad bonũ ſunt commune præfixa: & manentibus terminis quos conſtituerũt Patres,nemo in ius tendat alienũ,ſed intra fines proprios atque legitimos, prout quis valuerit in latitudine ſe charitatis exerceat.* Et poſt pauca. *Non conuellantur prouincialium iura primatuũ, nec priuilegijs antiquitus inſtitutis, Metropolitani antiſtites fraudentur.* Tum illum admonet, vt priſtina iura Eccleſijs Alexãdriæ & Antiochiæ C reddat, & depoſito ambitionis deſiderio , ſpiritu potiùs ferueat charitatis. De eiuſd Anatolij ambitione & iure proprijs Eccleſijs & prouincijs relinquendo. IDEM epiſt.52. ad Martianum Imperat. adhuc loquitur,& epiſt 53 ad Pulcheriã Auguſtã: ad Martianum quidẽ ſic loquitur. *Multum Anatolius Epiſc.proprio detrahit merito, ſi illicito creſcere optat augmẽto propria perdit qui indebita concupiſcit. Satis ſit illi q vestra pietatis auxilio, & mei fauoris aſſenſu Epiſcopatũ tantæ vrbis obtinuit. Non dedignetur regiã ciuitatẽ,quã Apoſtolicã non poteſt facere ſedem,nec vllo ſperet modo q per aliorũ poſſit offenſiones augeri. * Priuilegia enim Eccleſiarũ ſanctor. Patrum* D *canonibus inſtituta,& venerabilis Nicenæ Synodi fixa decretis nulla poſſunt improbitate cõuelli,nulla nouitate mutari.* Eadẽ repetit de iiſdem priuilegijs adhuc epiſt 57. ad eundem Martianũ,& iterũ epiſt.59.ad Epiſc. Chalcedonæ cõgregatas. Ad Pulcheriã autem epiſt 53. ſic ait: *Superbũ nimis eſt & immoderatum,vltrà fines proprios tendere,& antiquitate calcata alienũ ius velle præripere,atque vt vnius creſcat dignitas,tot Metropolitanorũ impugnare primatus,quietiſq; prouincijs & olim S.Synodi Nicenæ moderatione diſpoſitis* (habes ſuperiori pagina) *bellũ nouæ perturbationis inferre.atque vt venerabiliũ decreta ſoluantur quorundã Epiſcoporũ proferre cõſenſum,cui tot annorũ ſeries negauit effectũ.* Et poſt pauca. *Tales cõſenſiones* E *Epiſcoporum ſanct.canonum apud Nicæam conditorũ regulis repugnãtes,vnita nobiſcũ veſtræ fidei pietate in irritum mittimus & per authoritatẽ B.Petri Apoſtoli generali prorſus definitione caſſamus, in omnibus Eccleſiaſticis his legibus obſequẽtes. quas ad pacificationẽ omniũ ſacerdotũ per 318.antiſtites ſpiritus Sanctus inſtituit. Ita vt etiã ſi multò plures aliud quã illi ſtatuere decernerent,in nulla reuerentia ſit habendũ quidquid fuerit à prædictorũ conſtitutione diuerſum,&c.* IDEM repetit epiſt.60 ad Maximum Epiſcopum Antiochenum. *Et ſi* (inquit) *diuerſa ſunt nonnunquam merita præſulum,tamen iura permanent ſedium: quibus & ſi poſſunt æmuli perturbationem aliquam fortaſſis inferre , non tamen poſſunt minuere dignitatem.* IDEM epiſt 69. ad præfatum Anatolium Epi-

Leo 1.

* Hæc allegat Gratianus cauſa 25. q.2.c Quæ ad perpetuam. &c.

* Hæc allegat Gratianus cauſa 25.q.2 c.Priuilegia.

Authoritas ſummi Pontificis.

A ſcopum eadem repetit ad calcem, & epiſt.82. ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Epiſcopum, eundem grauiter increpat, eo quòd Atticum veteris Epiri Metropolitanum antiſtitem, in iudiciũ enocaſſet, & multa moleſtia affeciſſet inconſulta ſede Apoſtolica: eúmque adhortatur ad pacem, & conſiderationem, quòd licèt conſtitutus ſit Vicarius Romani Pontificis, tamẽ vocatus in ſolicitudinis partem non in plenitudinem poteſtatis, recognoſcat quidem in illis prouincijs Orientis præeminens Epiſcopatus ſui faſtigium, ſed amputato totius vſurpationis exceſſu. Et can.2. eiuſdem epiſt. ita ſanxit. *Igitur ſecundum ſanctorum Patrum canones ſpiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia conſecratos Metropolitanos ſingularum prouinciarum Epiſcopos, quibus ex delegatione noſtra fraternitatis tua cura prætenditur, ius traditæ ſibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus, ita vt à regulis præſtitutis nulla aut negligentia, aut præſumptione diſcedant.* B IDEM epiſt.87. ad Epiſcopos Viennenſis prouinciæ eadem repetit, vbi conqueritur de Hilario quodam Epiſcopo, qui ordinationes Epiſcoporum facere ſine ſedis Apoſtolicæ aſſenſu aut Metropolitanorum ſuorum iudicio præſumebat: vbi & diſtrictè præcipit ſub graui cenſura, vt ordinationem ſibi ſinguli Metropolitani ſuarum prouinciarum cùm his qui cæteros ſacerdotij antiquitate præueniunt, *reſtituto* (inquit) *per nos iure defendant. Alienum ius ſibi alter non audeat* C *vendicare, ſuis limitibus, ſuis terminis ſit vnuſquiſque contentus, & priuilegium ſibi debitum in alium transferre ſe poſſe nouerit non licere. Quòd ſi quis negligens Apoſtolicas ſanctiones plus gratiæ tribuens perſonali ſui honoris deſertor eſſe voluerit, priuilegium ſuum in alium transferre poſſe ſe credens, non is cui contulerit, ſed is qui intra prouinciam antiquitate Epiſcopali cæteros præuenit ſacerdotes, ordinandi ſibi vendicet poteſtatem, non quæ paſſim, ſed quæ die legitimo celebretur. Nec ſibi conſtare ſtatus ſui nouerit firmitatem, qui non die ſabbati veſpere quod luceſcit in primã ſabbati, vel ipſo dominico die fuerit ordinatus. Solum enim maiores noſtri, reſurrectionis dominicæ diem honore dignum iudicauere, vt ſacerdotes qui ſumuntur hoc die potiſſimum* D *tribuantur, &c.* Vide Ordines quibus conferantur temporibus, &c. Eadem HILARIVS I. epiſt. 2. ad Verannum Leontium & Victurium Epiſcopos pro Ingenio Epiſcopo Ebredunenſi *Non* (inquit) *in alterius prouincia ſacerdotes alterũ ius habere permittimus, quia per hoc non minus in ſanctarum traditionum delinquitur ſanctiones, quàm in iniuriam ipſius Domini proſilitur, cùm expectatio fructus noſtri miniſterij non in latitudine regionum, ſed in acquiſitione ponitur animarum, &c.* Lege quoque ea quæ ſuperiùs in lex 30. annorum poſita ſunt, de parochijs, &c. Horum autem decretorum intantũ fuit ſtudioſus obſeruator HORMISDA I. vt ſcribens E cuidam Epiſcopo nomine Ioanni epiſt. in ordine 3. de negotijs Hiſpanicis, eidem vices ſuas committens implẽdi quæ decebat, ait: *Seruatis* (inquit) *priuilegiis Metropolitanorum vices vobis Apoſtolicæ ſedis delegamus, vt inſpectis illis ſiue ea quæ ad canones pertinent, ſiue ea quæ à nobis ſunt nuper mandata ſeruentur, ſiue ea quæ de Eccleſiaſticis cauſis tuæ reuelationi contigerint, ſub tua nobis inſinuatione pandantur.* Porrò IDEM Pontifex Saluſtium alium Epiſcopum Hiſpalenſem vicarium ſuum conſtituens per Beticam & Luſitaniam prouincias, epiſt. 7. ad eundem, ait: *Saluis* (inquit) *priuilegiis quæ Metropolitanis Epiſcopis decreuit antiquitas, &c.* Vide etiam in vocabulo, Vicarius, &c. Denique NICOLAVS

Non eſt poteſtate abutendũ quæ conceſſa eſt.

Allegatur hæc à Gratiano cauſa 9 q.6.c. multum ſtupeo & cauſa 25 q.1. c. igitur, &c.

Ordinãdi tempus.

Hilarius I.

Optima ſententia vocabulo.

Hormiſda I.

Hæc allegat Gratianus cauſa 25 q.2. capit. Seruatis.

Nicolaus.

A I. epiſt.1. ad Radulphum Archiepiſcopum Bituricenſem, & allegatur à Gratiano, cauſa 9.q.3.cap. Conqueſtus: *Conqueſtus eſt* (ait) *Apoſtolatui noſtro frater noſter Sigedodus Archiepiſcopus Narbonenſis, quod clericos ſuos te inuito ad iudicium tuum venire compellas, & de rebus ad Eccleſiam ſuam pertinẽtibus eo incõſulto quaſi iure Patriarchatus tui diſponas, cum hoc neque antiquitas (cui ſancti Patres ſanxerunt reuerentiam) habeat, & authoritas ſanctorum Canonum penitus interdicat, niſi fortè pro cauſis quas apud ſe terminare non poſſunt, ad te quaſi ad Patriarcham ſuum prouocauerint per appellationes, vel ſi Epiſcopus ſuus deceſſerit, res Eccleſiæ ſuæ iudicio tuo diſpenſare voluerint. Primates enim, vel Patriarchas nihil priuilegij* B *habere præ cæteris Epiſcopis, niſi quãtum ſacri canones concedunt, & priſca cõſuetudo illis antiquitus contulit diffinimus.* IDEM epiſt alia ad Salomonem Britanniæ Regem. *Hæc eſt ordinatio Dei patris tui, & hæc eſt lex Eccleſiæ matris tuæ, videlicet vt omnes Epiſcopos regni tui ad Turonenſem Archiepiſcopũ mittere non detrectes, ipſiuſq; iudicium poſtulare non dedigneris. Ipſe eſt enim Metropolitanus, & omnes Epiſcopi regni tui ſuffraganei eius ſunt, ſicut conſcriptiones prædeceſſorum meorum euidenter oſtendunt. Neque enim Eccleſias Dei per diſcordias Regum diuiſionis aliqua damna pati neceſſe eſt, cum quantum ex ſe eſt pacem quam prædicant ſeruare ſtudeant in inuicem, & in omnes.* Eadem in reliquis prouincijs iubet obſer- C uari ALEXANDER III. Eboracenſi Epiſcopo ſcribens, & habetur par. 44. Concilij Lateranenſis quod celebrauit, c.1.2. & 3. vt ſcilicet Archiepiſcopis & Metropolitanis ius ſuũ ſeruetur, nec Cantuarienſis Eboracenſem Epiſcopum, ſuæ ditioni & iuriſdictioni ſubiacere præſumat: ſed nec Epiſcoporum cæterorum Metropolitanus audeat negotia pertractare, niſi ad eum per appellationem negotium deferatur, niſi ſit legatus & iudex ab Apoſtolica ſede inſtitutus, vt ibidem ſubditur. c.3. IDEM eadem repetit, ſcribens ſuffraganeis Cantuarienſis Eccleſię, vt habetur par 50. eiuſdẽ Concilij, c.66 lege plura ſup. in vocab. Epiſc. Lege ſeq.

D Metropolitani non duo ſint in vna prouincia.] Hoc ſatis innuit quod præcedẽti diſtinctione tot decretis confirmatum eſt, quia ibi habes multoties repetitũ, vt vniuicuique deputatum Metropolitanum alterius prouinciæ Metropolitanus non perturbet. Verùm hoc adhuc lucidius declarat INNOCENTIVS I. epiſto in ordine 18. ad Alexandrum Antiochenum Epiſcopum, cap 2. *Quod ſciſcitaris* (ait) *vtrum diuiſis imperiali iudicio prouincijs, vt duæ Metropoles fiãt, ſic duo Metropolitani Epiſcopi debeant nominari, non verè viſum eſt ad mobilitatem neceſſitatum mundanarum Dei Eccleſiam commutari, honoreſq; aut diuiſiones perpeti, quas pro ſuis cauſis faciendas duxerit Imperator. Ergò* E *ſecundum priſtinum prouinciarum morem Metropolitanos Epiſcopos conuenit nominari.* Et Concilium CHALCEDONENSE generale IV. actio. 15. can 12. & allegatur à Gratiano, diſtin. 41. cap. Peruenit, &c. *Peruenit ad nos, quod quidam præter Eccleſiaſticos ordines affectantes potentiam, per pragmaticam formam, vnam prouinciam in duas diuidunt, ita vt ex hoc inueniantur duo Metropolitani Epiſcopi in eadem vna eſſe prouincia. Statuit ergo ſancta Synodus deinceps nil tale attentari à quolibet Epiſcopo: eus verò qui tale aliquid tentauerint de proprio gradu cadere. Si quæ verò antea ciuitates, per pragmaticam imperialem Metropolitani nominis honore* (vide ſuperiori diſtinctione de Nicomedienſi & Nicæno Metropolitanis) *decoratæ ſunt, nomine ſolo perfruantur.*

Allegatur hoc à Gratiano cauſa 9 q.3 c. Hæc quippe. Turonenſis Archiepiſcopus.

Metropolitan. Britanniæ.

Alexander 3.

Innocentius I.

Concilium Chalcedonenſe ſub Martiano Imperat.

& qui Eccleſiam eius regit Epiſcopus, ſaluis ſemper vera Metropolis priuilegiis ſuis, &c. Hęc autem conſtitutio facta eſt propter Eonomium Nicomedienſem Metropolitanum antiqoum, & Anaſtaſium Nicænum Metropolitanum ab Imperatore receoter inſtitutũ, vt antea docuimus. Porrò hunc canonem repetit Coocilium GENARALE VI. Cooſtantinopolitanum III. cano. 38. verùm repete ea quæ ſuperiùs iam dicta ſunt, tum vide ſeq.

Concilium Conſtantinop. 3. generale 6.

Metropolitans unil præſumat in præiudicium Romanæ Eccleſiæ.] Hoc ſuperiori pagina prohiboit Leo I. Aoaſtaſio Theſſalooicẽſi Epiſcopo vicario ſuo Orientis, epiſt 82. ad eundẽ miſſa, vt potes reuoluere, ſimiliter & Hormiſdæ I. decretom & aliorum qui ibidem oominantur. Hoc etiam manifeſtè prohibuit HIGINVS I. epiſto. 1. ad omnes Chriſti fideles, vt allegatur à Gratiano, cauſa 9. quæſt. 3 cap Saluo: *Saluo in omnibus Romana Eccleſia priuilegio nullus Metropolitanus abſque caterorum omnium comprouincialium Epiſcoporum inſtantia aliquorum audiat cauſas eorum, quia irrita erunt aliter acta quàm in conſpectu omniũ eorum vẽtilata, & ipſe ſi fecerit coërceatur à fratribus.* Vide ſuprà & deinceps plura. Hinc & LVCIVS I. epiſt. 1. ad Galliæ atque Hiſpaniæ Epiſcopos, & allegatur à Gratiano, cauſa 9. quæſt. 3 cap. Nullus. *(Conſtituimus ſicut & à ſanctis Apoſtolis eorumq́; ſucceſſoribus decretum reperimus. Si quis Metropolitanus Epiſcopus, niſi quod ſolummodo ad propriam pertinet parochiam, ſine conſilio & voluntate omnium comprouincialium Epiſcoporum extra aliquid agere tentauerit, gradus ſui periculo ſubiacebit, & quod egerit irritum habeatur & vacuum. Sed quidquid de comprouincialium Epiſcoporum cauſis, eorumq́; Eccleſiarum, & clericorum, atque ſecularium necesſitatibus, aut de quibuſcunque communibus cauſis agere aut diſponere neceſſe fuerit, hoc cum omnium conſenſu comprouincialium agatur Pontificum, non aliquo dominationis faſtu, ſed concordi & humillima adminiſtratione, ſicut Dominus ait: Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare.* Et alibi: *Qui maior eſt veſtrum erit miniſter veſter. Similiter & ipſi comprouinciales Epiſcopi cuncta cum eius conſilio, niſi quantum ad proprias pertinet parochias agant, iuxta ſanctorum conſtituta Patrum, vt vno animo, vno ore concorditer ſancta glorificetur Trinitas in ſecula. Similiter authoritate huius Apoſtolica pracipimus, vt nullus Metropolitanus Epiſcopus, abſque caterorum omnium comprouincialium Epiſcoporum inſtantia, aliquorum audiat cauſas eorum, quia irrita erunt & cauſam pro facto dabit. Epiſcopi verò per ſingulas prouincias obſeruent, ne poſteriores ſe prioribus ſuis praferant* (vide Ordo) *nec eis inconſultis, niſi quantum ad propriam pertinet parochiam, aliquid agant, ſed omnes de communibus eorum cauſis cõſonam ſententiam proferant & determinent, quoniam aliter acta nullas vires habebunt, nec Eccleſiaſtica reputabuntur.* Idem IVLIVS I. epiſt. 2. ad Orientales Epiſcopos, cap. 23. Vide Epiſcopi vt iudicandi, &c. & alijs in locis.

Leo 1. — Hormiſda 1. — Higinus 1. — Lucius 1. — Matth. 20. Marc. 10. Luc. 22. — Iulius 1.

Metropolitani Epiſcopos viſitent.] Cõcilium VALENTINVM GALLIÆ III. can. 19 *Singulis Metropolitanis cum ſuffraganeis ſuis cura pracipua ſit de vita & opinione nõ ſolum totius cleri, ſed etiam ipſorum Epiſcoporum, ne ſe per culpam vel negligentiam ſuã tales exhibeant, qui merito apud laicos viles atque infimos, ac per hoc in ipſo ſacro miniſterio contemptibiles habeantur, placet firmatũ.* Verumtamen Concil. GENERALE VIII. Conſtantinopolitanum IV. ſub Adriano II can. 9 prohibet. *Ne vllus Archiepiſcopus & Metropolitanus propriã relinquat Eccleſiam, & ſub occaſione quaſi viſitationis ad alias accedat, & poteſtate propria cõtra infirmiores abutatur, vt cõſumat redditus qui apud illos inueniuntur ad Eccleſiaſticam diſpoſitionẽ & alimenta pauperum. Vnde per hoc noſcuntur grauare auaritia modo conſcientias fratrum & comminiſtrorum, excepta hoſpitalitate qua aliquando ex neceſſario tranſitu fortaſſis acceſſerit. Sed & tunc non alia, niſi ex his qua ad praſens de compendio praparata inueniuntur, cum reuerentia & timore Dei dignanter accipiat, & maturius propoſitum iter perambulet, nihil omnino eorũ qua ſunt Eccleſia illius vel ſuffraganei Epiſcopi petẽs & exigẽs. Si enim vnumquemque Epiſcoporum Eccleſia propria rebus cum multa parcitate vti, & nullatenus in proprias vtilitates importunè ac ſine ratione diſpergere vel conſumere redditus Eccleſiaſticos ſacri canones decernunt* (poſuimus in vocabulo, Epiſcopus facultatũ Eccleſiæ diſpẽſator, &c.) *qua putas impietate minimè putabitur indignus qui aliis Epiſcopis commiſſas Eccleſias grauare vel ambire, ac per hoc ſacrilegq crimen incidere non formidat? Quiſquis ergò poſt hanc diffinitionem noſtrã tale quid facere tentauerit, pœnã ſubeat a Patriarcha qui per tempus fuerit, ſecundũ congruentiam iniuſtitia ac auaritia ſua, & deponatur & ſequeſtretur vt ſacrilegus, & alter idolatra factus iuxta magnum Apoſtolum.* Idem ſtatuitor de Epiſcopis qui parochias viſitant Vide Viſitatio, &c. Denique canone 19. eiuſdem Concilij præfatus canon iterum reoouatur. Denique Concilium LATERAN. ſub Alexandro III. par. 1. c 4. prohibet Metropolitanis, ne comitato exceſſiuo, venatione, & ſubditorum oppreſſione, ad viſitandum tranſeat. Vide hoc latiùs diſſerrum io vocabulo, Viſitatio. Sed & eiſdem Metropolitanis BONIFACIVS VIII. Epiſcopatuum viſitationem iniungit in 6. decretalium, titu. 20. de cenſibus cap vlt. nec ab eo officio poſſe impediri decernit, etiam ſi Epiſcopi non fuerint negligentes. Vide locum, & viſitat.

Concilium Valentinũ Galliæ 3. ſub Lothario Imperatore. — Metropolitanis non viſita[ndo] [illegible] exceſſus committant. — Concilium Conſtantinopolitanum 4 generale 8. ſub Baſilio Imperat. — Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3. — Bonifacius 8.

Metropolitanus Epiſcopi obediant.] Concilium VERNENSE, cano. 2. *Statuimus, vt Epiſcopi cateri ipſis Metropolitanis in omnibus ſecundum canonicam inſtitutionem obediãt.* Et repetit iterum, can. 4. Similiter & CAROLVS MAGNVS, cap. 1. conſtitutionoum ſuarum. Concilium MELDENSE, can. 31. *Metropolitanis ſedibus antiquitus ſtatuta iura ſeruentur, & à cõprouincialibus Epiſcopis, iuxta regulas Eccleſiaſticas, eis reuerentia exhibeatur.* Vide ſuperiùs, Metropolitanis iura ſeruentur, &c.

Concilium in palatio Vernis celebratum ſub Pipino rege, anno 755. — Carolus Magnus. — Concilium Meldenſe.

Metropolitano Epiſcopo officiũ ſuum non poteſt delegare.] Concil. GENERALE VIII. Conſtãtinopolitanum IV. ſub Baſilio Imperatore, can. 24. *Interdicitur Metropolitanis ne aliis Epiſcopis committant Eccleſia ſua officia diuina, & litanias & cuncta omnino ſacra qua ad ſe pertinent myſteria, ita vt per eos celebrent omnia qua per ſemet alacriter agere debuerunt, ac per id eos qui Epiſcopalem dignitatem meruerunt quodammodo clericos ſibi ſubiectos exhibeant.* Et ſubdit. *Quiſquis ergò Metropolitanorum poſt hanc ſancta & vniuerſalis Synodi definitionem eadem audacia vel ſuperbia & contemptu abuſus, non per ſe cum timore Dei & alacritate ſeu conſcientia bona debita miniſteria in propria ciuitate, ſed per ſuffraganeos Epiſcopos efficere tentauerit, pœnas exoluat coram proprio Patriarcha, & aut corrigatur aut deponatur.* Vide & Epiſcoporum officium, &c.

Concilium Conſtantinop. 4. generale 8.

Metropolitano vſus pallij conceditur.] Vide Pallium, &c.

Metropolitanus Patriarchæ ſubditus ſit & obediat.] Concilium GENERALE VIII.

Concilium generale 8. ſub Adriano 2.

Concilium generale 2. ſub Adriano 2.

A ſupra memoratum,can.17 ea Nicæni 1.Concilij, can 6. ſedes Patriarchales numerat, vt poſuimus ſuprà.& omnibus illis Patriarchis à Metropolitanis obedientiam eſſe præſtãdam decernit,vt cùm Patriarchæ Concilium in ſuis prouincijs indixerint teneantur metropolitani occurrere nec cauſentur quia eos oporteat bis in anno Synodum celebrare, quia Cócilia Patriarchatũ potiora ſunt quàm Metropolitanorum:& cùm ad illa profecti erunt ad hæc non tenebuntur (& ſubdit ad calcem canonis.) *Quiſquis ergo Metropolitanorum proprium Patriarcham cõtempſerit,& vocationi eius quæ ſiue ad vnum & ſolum,ſiue ad plures,ſiue ad omnes fit abſque validiſſima ægrotatione vel paganorum incurſu non obedierit, & per totos duos menſes poſt notitiã vocationis ad proprium venire Patriarcham minime feſtinauerit,vel ſi quocunque modo latitare aut non cognoſcere nuncium ab illo miſſum tentauerit,ſegregetur:* B *ſi verò inter vnum annum eandem contumaciam & inobedientiam demonſtrauerit, deponatur omnimodè, & ab omni ſacerdotali operatione decidat,atque à dignitate & honore qui Metropolitanis conuenit propellatur. Is autem qui huic definitioni non obedierit,anathema ſit.* Vide Cócilio omnes teneãtur adeſſe,&c.

Metropolitanus ſingulis annis conciliũ celebret.] Hoc habes ampliſſimè probatum ſuperiùs.&c.

Metropolitanus hæreticis fauẽs vel hæreticus.] Lege quod de clericis hæreticis dictũ C eſt,& de Epiſcopis hæreticis,& in generali vocabulo,Hæreticus & deinceps.Denique Concilium

Concilium Epheſinũ 1.generale 3 ſub Theodoſio Iuniore.

Ephesinvm 1. generale 3. cano.1. ita ſtatuit. *Si Metropolitanus prouinciæ deſiciens à ſancto generali Concilio,& adiunxit ſe Apoſtatarum cœtui,vel in poſterum ſe adiunxerit aut cum hæretico ſenſerit, & in illius ſententiam tranſierit,is contra Epiſcopos prouinciæ nullo modo aliquid agere,efficeréve poterit,cum iam debinc ex omni Eccleſiaſtica communione Concilium eum eiecerit,& ob id nullam poteſtatem aut ius agendi quicquam habeat. Quinetiam ipſis prouincialibus Epiſcopis item finitimis & vndique vicinis Metropolitanis,qui rectè ſententiis Eccleſiæ partes ſequuntur ob-* D *noxius erit,& etiam penitus vbique excidat à gradu Epiſcopatus.* Reliquum habes in locis memoratis.

Militia.

Militiam clerici vel monachi non ſequantur.] Poſuimus hoc in vocabulis,Bellum, Arma,& ſuprà.Epiſcopus caſtra nõ ſequatur,&c.

Nicephorus Caliſtus. Sozomenus Salaminius. Socrates. Theodoretus Cyrenſis. Pomponius Lætus.

Narrat autem Niceph. Callistvs,lib.11. cap 21. Sozomanvs Salaminivs,lib.6. cap.18. Socratas,lib.4.cap.27. & Theodorstvs Cyrensis, lib.4. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.cap 18.& 19.& reliquis, & Pomponivs Laatvs in compendio Romanæ hiſtoriæ,dum de Valente Imperatore loquitur,eundem impium Imperatorem,monachos & clericos ad militiam coegiſſe, ſed non tacent etiam qua E inf[.]lia morte mulctatu[s] ſi[t. L]ege ſi placet. Porrò Concilium Chalcedonense generale

Concilium Chalcedonenſe generale.

IV. actio.15.can 7.& allegatur cauſa 20.quæſt 3. à Gratiano,cap Eos qui ſemel,&c. *Eos qui ſemel in clero taxati fuerint,ſiue in monaſterijs deputati,decernimus,neque ad militiam, neque ad honores ſeculares venire. Eos autem qui hoc auſi fuerint facere, & non eius rei pœnitere maluerint,vt ad hoc idem reuertãtur quod ante obtentu Dei propoſuerunt conuenit anathematizari.* Vide & Pœnitens recidiuũ patiens,&c.

Concilium Turonenſe 2.

Et Concilium Tvronanse 1 ſub Hilario 1. can.5. *Si quis clericus relicto officij ſui ordine laicam voluerit agere vitam,vel ſe militiæ tradiderit,excom-* A *municationis pœna feriatur.* Vide reliquum in vocabulo,Arma,Clericus.& Monachus.&c.

Militiam pœnitentes non repetant.]

Leo 1.

Leo 1. epiſt.90.ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum,cap.11 & allegat Gratianus de pœnitentia,diſtinct 5.cap.Contrarium *Contrarium eſt omninò Eccleſiaſticis regulis poſt pœnitentiæ actionem redire ad militiam ſecularem,cùm Apoſtolus dicat: Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus. Vnde non eſt liber à laqueis diaboli,qui ſe militia mundana voluerit implicare.*

2.Timoth.2.

Nicolaus 1.

Hæc renouat Nicolavs I decreto,quod allegat Gratianus, cauſa 26 quæſt. 7.cap.De his: *De his qui pro criminibus pœnitentiam egerunt, & ad cingulum militiæ conuertuntur, conſtat* B *eos contra ſacras regulas agere.* Verùm hoc remittit in Epiſcopo poteſtate diſpenſandum Vide Pœnitens. & locis ſuprà allegatis, & vide quod ſequitur,& etiam vocabulo,Pœnitens,&c.

Milas.

Miles non promouendus.] Vide ſuprà, Curialis,& Laicus,&c.

Syricius 1.

Syricivs I epiſt.4 ad Affricanos Epiſcopos, & relecta eſt in Concilio

Concilium Teleſe.

Tblast, can.3. *Si quis poſt remiſſionem peccatorũ cingulum militiæ ſecularis habuerit, non admittatur ad clerum.*

Innocentius 1.

Hoc renouat Innocentivs I. epiſt.2. ad Victricium Rhotomagenſem Epiſcopum,cap.2.& epiſt.24. ad Synodum Toletanum,

Toletanum Concilium 1.

cap 2.3.& 4 & Concilium Tolstanvm 1. C can 8 præfatum decretum reperit, & allegatur à Gratiano,diſt 51 c Si quis.Vbi & additur,vt quòd ſi talis admiſſus fuerit ad clerum, diaconij nõ accipiat dignitatem

Milites Templi.

Militibus templi.] Priuilegia immenſa largitur

Alexander 3.

Alaxandsr III. vt habetur, par 44. Concilij Lateranenſis quod celebrauit,cap.5.6.7. 8.& reliquis Verùm quia ea omnia ſuſtulit

Clemens 5.

Clamans V ideo illa recenſere non volumus,ſi delectat videre locum tibi præmonſtrauimus.

Miracvlvm.

Miracula verè fiunt & quare.] Sæpiùs admonuimus quia illud eſt hæreticis familiare om- D nia ea ſubſannare,quæ ad noſtræ religionis profectum conducũt,& ad impiæ & ſathanicæ ſectæ abolitionem ſpectant. Inde eſt quòd & more priſcorum gentilium ſanctorum miracula,quæ crebrò etiamnum fieri conſpicimus ad illorum ſepulchra,magicis aſcribãt artibus, & nil diuinitatis in eis ineſſe impiè blaſphement.Propterea etiam non incumbimus antiquiori inueſtigãdæ veritati miraculorum,cùm in dies non tamen,meritis hominum deficientibus,vt antiquitus tam crebra videamus ad monumenta ſanctorum diuinitus miracula fieri. Quod autem ab Apoſtolis miracula varia facta ſint non inficiantur hæretici,nam & Euangelici actus atque Apoſtolici hoc ſatis pro- E loquuntur. Cur autem fiant rationẽ ſub nomine

Clemens 1.

Apoſtolorum reddit Clamans 1.lib.8.Conſtitutionum Apoſtolicarũ,cap.1 *Chariſmata* (ait) *ſeu virtus operandi miracula primum nobis Apoſtolis conceſſa ſunt,cùm Euangelium omni creaturæ prædicaturi eſſemus: deinde his qui per nos crediderunt ſunt collata neceſſario,non ad eorum qui illa exercent vtilitatem, ſed ad infidelium perſuaſionem, vt quos oratio flectere non potuit, commoueat prodigiorum potentia. Signa enim non nobis fidelibus dantur, ſed his qui de Iudæorum & Græcorum gente, infideles ſunt. Nulla enim nobis vtilitas accedit cùm dæmones expelluntur, ſed his qui ope Domini purgantur. quemadmodum quodam in loco ipſe Dominus eru-*

Miraculorum efficiendorum virtus cur data ſit.

dieus

Lucæ 10.

dicens eos oſtendit dicens: nolite gaudere quod ſpiritus vobis obediunt, ſed gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis, quoniam illud eius virtute fit, hoc noſtra beneuolentia & ſtudio, ſcilicet accedente ipſius auxilio. Non eſt ergo neceſſarium vt omnes fideles dæmonia eiiciant, vel mortuos excitent, vel linguis loquantur: ſed his tantum cui chariſma propter aliquam vtilitatem conceſſum eſt, videlicet ad ſalutem infidelium, cum ſæpenumero conuincantur non ſermonum demonſtratione, ſed prodigiorum effectione cum ſalute digni fuerint. Nam nec ſemper omnes miraculis ducuntur, vt teſtis eſt ipſe Deus cum dicit: Si in alijs linguis loquar populo huic, & in alijs labijs non credent. Neque enim Ægyptij crediderunt Deo cum Moſes tanta ſigna atque prodigia effeciſſet, neque Iudæorum multitudo quaſi alteri Moſi Chriſto credidit cum omnem illorum morbum omnemq; infirmitatem curauerit. Nam illos non commouit virga in ſerpentem conuerſa, nec manus dealbata, nec Nilus ſanguine perfuſus. Hos verò non flexerunt cæci videntes, nec claudi ambulantes, nec mortui in vitam reuocati: atque illi quidem aduerſabantur Ioannes & Mambres, hi ne Annas & Caiphas. Ita non omnes commouent prodigia, ſed ſolum mente bona præditos, quorum gratia Deus tanquam ſapiens diſpenſator virtutes fieri ſtatuit, non hominum viribus ſed ſola voluntate. Hæc ideo dicimus, ne qui huiuſmodi chariſmata obtinuerint, extollantur in eos qui ea non acceperunt. (Et infrà.) *Quare nemo ſe efferat ſupra fratrem quamuis propheta fuerit & miraculorum effector. Nam ſi cui ſemel conceſſum eſt vt non amplius numeretur inter infideles, ſuperflua eſt ei reliqua omnis miraculorum facultas. Nam vt quis pius ſit, ab amore proficiſcitur, vt miracula efficiat, ab authoris poteſtate: quorum primum noſipſos reſpicit, alterum ſperantem Deum ob eas cauſas quas antea diximus.* De miraculis etiam IVSTINVS MARTYR in Dialogo cum Tryphone. *Deprecamur* (ait) *vt nobiſcum reſipiſcatis & deſinatis impetere Chriſtum Ieſum nulli culpa crimineve obnoxium, ſiue ſpectes eius opera, ſiue doctrinam, ſiue prodigia quæ fiunt ad inuocatum eius nomen.* Eadem repetit Apologia 1. pro Chriſtianis ad ſenatum Romanum. Habetur & epiſtola MARCI IMPERATORIS ad Senatum quæſita eſt ad calcem Apologiæ 2. eiuſdem Iuſtini martyris, qua prædictus Imperator profitetur ſe miraculosè ab intolerabili ſiti & oppreſſione hoſtium infinitorum meritis Chriſtianorum liberatum. Inde mandat vt permittantur ſecundum ſuam legem impunè viuere. Idem Iuſtinus quæſtione 24. ad Orthodoxos quærit, cur Apollonius Thianæus tot commemoratur edidiſſe miracula, & quædam miracula etiam hæretici feciſſe legantur, & reſpondet ea miracula Apollonium feciſſe naturalium potentiarum peritia, non authoritate diuina. Verum Chriſtus dæmonis poteſtatem qua pollebat in his rebus & materijs naturalibus abſtulit, quia & ſi ea videatur edere, fictitia tamen & omni prorſus virtute nuda ſunt: non autem ſic de Chriſti & ſanctorum miraculis quæ ſunt diuinæ poteſtatis argumenta. Præterea idem de miraculis Magorum Pharaonis quæſtione 26. dicit opera dæmonum facta eſſe, qui ſpectantium oculis eas præſtigias offuderunt, vt qui ſerpens non eſſet eum viderent quaſi ſerpentem, & non ſanguinem quaſi ſanguinem, & non ranas quaſi ranas. Porrò IRENAVS LVGDVNENSIS libro 2. de miraculis Chriſti & Martyrum abundè diſſerit contra hæreticos. *Tantum* (inquit) *abeſt, vt exſuſcitandorum mortuorum dono per orationem, quemadmodum ipſe dominus*

Hæc pulchrè confirmat Auguſtinus in 1. canonicam Ioannis, tractatu 2.

Eſay. 28.

Exod. 7. 2. Timoth. 3.

Non gloriandum de virtute miraculorum.

Veriſſima ſententia.

Iuſtinus Martyr.

Marcus Imperator Aurelius. vide etiam mox.

Miracula quædam fiunt natura vt etiam docet Auguſtinus libro de Ciuitate Dei, cap. 4.

Fictitia miracula ſunt quæ dæmones exercent.

Irenæus Lugdunenſis.

& Apoſtoli fecerunt, careant, vt perſæpè neceſſitate interueniente inter fratres Eccleſia eius loci omni orante, & ieiunio accedente vberiore, ſpiritus in corpus defuncti reuerſus, homóque precibus ſanctorum donatus ſit. Quod ſi per phantaſiam tantum, & quaſi fuco obiecto hæc dominum feciſſe dicent, ad prophetica illos ſcripta deducētes, oſtendemus omnia iſta ita de eo prædicta, prouidéque etiam certo facta eſſe, ipſumque ſolum filium eſſe Dei, &c. Vide quod ſequitur. TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS lib. 4. contra Marcionem, poſt initium, de miraculis agit, & ſanctorum Prophetarum atque Patrum ipſiúſque Chriſti & ſanctorum miracula non phantaſtica ſed vera defendit contra Marcionis arrogantiam. Et libro ad Scapulam præfectum Carthaginis. *Dæmones* (ait) *non tantùm reſpuimus, verùm & reuincimus, & quotidie traducimus, & de hominibus expellimus, ſicut pluribus notum eſt.* Et conſequenter plura prodigia eueniſſe vrbi Carthaginenſi deſcribit propter occiſionem martyrum. Porrò EVSEBIVS CAESARIENSIS libro 5. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 5. refert Marcum Aurelium imperatorem Chriſtianorum miracula approbaſſe, epiſtola ad Senatum, vt ſuperiori pagina inſeruimus. Si velis legere locus tibi monſtratus eſt. Sed & AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro 10. de ciuitate Dei cap. 12. *Quæcunque miracula* (ait) *ſiue per Angelos ſiue quocunque modo ita diuinitus fiunt, vt Dei veri in quo ſolo vita beata eſt cultum religionémque commendent, verè ab eis vel per eos qui nos ſecundum veritatem pietatemque diligunt, fieri Deo ipſo in illis operante credendum eſt. Neque enim audiendi ſunt qui Deum inuiſibilem viſibilia miracula operari negant, cum ipſe etiam ſecundum ipſos mundum fecerit, quem certè viſibilem negare non poſſunt. Quid igitur mirabile fit in hoc mundo, profectè minus eſt quam totus hic mundus, id eſt, cœlum & terra & omnia quæ in eis ſunt, quæ certè fecit Deus. Sicut autem ipſe qui fecit, ita modus quo fecit occultus eſt & incomprehenſibilis homini. Quamuis itaque miracula viſibilium creaturarum & naturarum videndi aſſiduitate viluerint, tamen cum ea ſapienter intuemur, inuſitatiſſimis rariſſimiſque maiora ſunt, &c.* Prætereà ADRIANVS I. in libro quem edidit pro defenſione Generalis 7. Synodi contra libellum editum falſo ſub nomine Caroli Magni contra eandem ſynodum cap. 16 cum hæretici illi calumniarentur miracula quæ fiebant ad Reliquias martyrum, reſpondet ex prædicto Auguſtino in expoſitione Pſalm. 76. *Tu verè magnus Deus faciens mirabilia in corpore, in anima ſolus faciens. Fecit & Moſes, ſed non ſolus, fecit & Helias, fecit & Heliſæus, fecerunt & Apoſtoli, ſed nullus eorum ſolus. Illi cum facerēt tu cum eis: Tu quando feciſti illi non tecum. Non enim tecum fuerunt cum feciſti, quando & ipſos tu feciſti. Tu es Deus qui facis mirabilia ſolus, &c.* Et quia miracula figmenta & deliramenta putant, ſic reſpondet eis ex GREGORIO NAZIANZENO oratione in Epiphaniorum lumina. *Agunt omnia hæretici tanquam verè pueri in plateis ludentes, ac ſibi inuicem illudentes, nulla ibi virilis ſenſus & perfectæ rationis aſſertio, nihil quod proferre valeant aduerſus calcatores verbi Dei, &c.* Sic autem quantum ad miracula determinauit FACVLTAS LOVANIENSIS articulo 27. Et PARISIENSIS articulo 11. *Non dubitandum eſt* (aiunt) *ſanctos in hac mortali vita, & in paradiſo agentes miracula operari, &c.* Vide. Reliquiæ & ſancti implorandi, &c. Sic & Concilium TRIDENTINVM generale ſeſſione 25. quæ

Vide quomodo reſpondet Caluiniſtarum obiectio.

Tertullianus Carthaginenſ.

Euſebius Cæſarienſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Adrianus 1.

Vide ſi non ad hæc hic animus inueniatur in Calumnijs.

Gregorius Nazianzenus.

Facultas Louanienſis.
Facultas Pariſienſis.

Cōcilium Tridentinum generale.

fuit 9. ſub Pio 4. cum de imaginibus ſanctorum tractat. *Ex ſacris* (ait) *imaginibus magnus fructus percipitur, quia per ſanctos Dei & miracula & ſalutaria exempla oculis fidelium ſubijciuntur.* Vide ſupra Imago Reliquiæ, &c.

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Pra[to].

Miracula noua non ſtatim publicanda.] Concilium SENONENSE cap. 40. *Ex multorum fida relatione didicimus, ſimplicem populum aliquando leui aſſertione miraculorum ad vnum & alterum locum populariter concurriſſe, candelas & alia vota obtuliſſe. Vt igitur credulæ ſimplicitati nobis commiſſæ plebis conſulamus, & nouis impudentibúsque hominum mente corruptorum ad quæſtum occaſionibus obuiemus, ſacro approbante Prouinciali Concilio diſtrictè prohibemus, ne quis poſthac miraculum de nouo factum prætendat, néve intra aut extra Eccleſiam, titulum, capellam aut altare prætextu noui miraculi erigat, aut populi concurſum in miraculi gratiam & venerationem recipiat, niſi prius loci Epiſcopus de negotio quid ſentiendum tenendúmque ſit cauſa cognita decreuerit.* Idem omnino repetit Concilium TRIDENTINUM ſeſſione 25. quæ eſt 9. ſub Pio 4. *Statuit ſancta Synodus nemini licere vllo in loco vel Eccleſia etiam quomodolibet exempta vllam inſolitam ponere vel ponendam curare imaginem, niſi ab Epiſcopo approbata fuerit, nulla etiam admittenda eſſe noua miracula, nec nouas reliquias recipiendas, niſi eodem recognoſcente & approbante Epiſcopo, &c.* Vide ſuprà Imago, & infra, Reliquiæ, &c.

Concilium Tridentinū generale nouiſſimum.

MISSA.

Miſſæ nomen antiquiſſimum, Ritus eiuſdem atque cæremoniæ defenduntur.] Quot & quantis conuicijs atque blaſphemijs ſacroſanctum hoc Miſſæ ſacrificium ore putido hæreticorum proſcribatur non verbis poſſim exprimere, nec comprehendere mente: ſiquidem vetuſtiſſimum nomen ita deriſui patet, quaſi recens & vnius horæ ſit inuentum myſterium. Verùm quam iuſta nos indignatione moueamur, & illi quam Sathanico ſpiritu & peruerſa mente exagitentur, breui poſſumus compendio demonſtrare, nũ Sacrificij ab origine Apoſtolicæ traditionis, ritum & vſum repetentes, hæreticos quidem impietatis & pertinaciæ conuincamus, & catholicæ fidei ſynceritatem veterum doctrina comprobemus. Verùm ne expectes lector ea nos hic velle repetere, quod iam infinitis in locis protulimus, & potiſſimum in vocabulis, Communio, &c. & Euchariſtia, &c. Ibi quidem etiam contra aduerſarios antiquorum ſumus authoritate vſi, ſæpius Sacrificij Euchariſtici inſtitutionem, formam vſum, & memoriam commendantes, vt potes reuoluere. Hic autem tantùm intendimus agere de hoc vocabulo Miſſa, quod ſcilicet in ſcripturis reperiatur in vſu, déque ritu & cæremonijs quæ ſolent in hoc ſacrificio peragendo obſeruari, licet iam in vocabulo. Canon, Hymnus, Kyrie eleiſon & ſimilibus, quædam ad eandem rem pertinentia prolata ſint. Simul etiam libet oſtendere quia ab initio Apoſtoli Miſſas celebrabant, & poſteri qui eis vſque ad noſtra tempora in officio ſacerdotali ſucceſſerunt. Quòd autem minus hic habueris, ſcito te ex ſuprà memoratis vocabulis debere quod reſtat repetere. Vt autem ordine congruo procedamus, Apoſtolos miſſam celebraſſe liquidò conſtat. Habetur autem Miſſa IACOBI APOSTOLI (quem authores dicunt Hieroſolymis primum omnium Apoſtolorum celebraſſe)

Iacobus Apoſtolus.

quæ approbatur in Concilio GENERALI VI. Conſtantinopolitano 3. in Trullo celebrato cano. 32. vt diximus ſuprà. ANDREAM APOSTOLUM Miſſam celebraſſe teſtatur ABDIAS BABYLONIUS lib. 3. certaminis Apoſtolici, & PRESBYTERI ACHAIAE in eius martyrij hiſtoria, dum ſic loquitur ad Aegeam. *Omnipotenti Deo qui vnus & verus eſt ego omni die ſacrifico non thuris fumum, nec taurorum mugientium carnes, nec hircorum ſanguinem, ſed immaculatum agnum quotidie in altari crucis ſacrifico, cuius carnes poſteaquam omnis populus credentium manducauerit & eius ſanguinem biberit, agnus qui ſacrificatus eſt integer perſeuerat & viuus, &c.* IOANNEM APOSTOLUM Miſſam celebraſſe etiam antequam moreretur, & antequam ſcriberet Euangelium & multis alijs vicibus teſtatur ABDIAS iam memoratus lib. 5. certaminis Apoſtolici SYMEON METAPHRASTES in eius vita, & BEDA VENERABILIS homilia in die ſolennitatis eiuſdem ſuper illud Euangelij dixit Ieſus Petro, ſequere me &c. & multi alij authores THOMAM APOSTOLUM miſſam celebraſſe & populum communicaſſe teſtatur ABDIAS lib. 9. certaminis Apoſtolici. vt nos repoſuimus vocabulo. Euchariſtia, vbi etiam docuimus MARTIALEM APOSTOLUM miſſam celebraſſe ex capite 3 epiſtolæ eius ad Burdegalenſes Vide ergo ſi non pigeat. Porrò & temporibus Apoſtolorum miſſæ ſacrificium frequentatum docet MARCELLUS MARTYR in hiſtoria S. Petronillæ, quæ filia fuit Petri Apoſtoli. *Veniens* (inquit) *ad eam ſanctus Nicomedes preſbyter celebrauit myſteria Chriſti: virgo autem ſanctiſſima mox vt corporis Chriſti ſacramentum accepit, reclinans ſe in lectulo emiſit ſpiritum.* Porrò in his quæ ſequuntur diſtinctionibus ſatis probatur miſſæ antiquitas, ſed non conuenit vt confundamus ea quæ debent varijs myſterijs attribui, & ſedulus lector ex lectione ſequentium etiam horum confirmationem poterit colligere. Vt autem iterum oſtendamus miſſæ ſacrificium frequentatum fuiſſe temporibus Apoſtolorum, ſic habet CANON APOSTOLORUM IX. *Si quis Epiſcopus, aut preſbyter, vel quilibet ex ſacerdotali catalogo facta oblatione non communicauerit, aut cauſam dicat, &c.* Vt iam poſuimus in vocabulo, communio, & communicare, &c. Vide ergo. Denique quibus ritibus atque cæremonijs viterentur Apoſtoli, licet ex Liturgia Iacobi ſatis ſit manifeſtum, cuius ſupra mentionem fecimus, tamen CLEMENS I. libro 8. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 17. (Quarum conſtitutionum meminit Epiphanius, & eas laudat atque approbat libro 1. contra hæreſes hæreſi 45. contra Seuerianos) ſic Apoſtolos obſeruaſſe meminit. *Memores eorum* (aiunt Apoſtoli eodem referente) *quæ propter nos eſt paſſus ordinationem eius implemus. Nam in qua nocte tradebatur accipiens panem in ſanctas & immaculatas manus, & ſuſpiciens in te Deum ſuum & patrem, frangenſque dedit diſcipulis, dicens: Hoc myſterium noui teſtamenti, accipite, ex eo comedite: hoc eſt corpus meum quod pro multis frangitur in remiſſionem peccatorum: ſimiliter & calicem miſcens ex vino & aqua, & ſanctificans tradidit eis dicens: bibite ex eo omnes, hic eſt ſanguis meus qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem. Quotieſcunque enim comederitis panem hunc & calicem biberitis, mortem meam annunciabitis donec veniam. Memores igitur paſſionis eius & mortis, nec non ex mortuis reſurre-*

Concilium generale 6. Conſtantinopolitanum 3. ſub Cōſtantino 4. Imperat.
Andreas Apoſtolus
Abdias Babylonius.
Presbyteri Achaia.
Ioannes Apoſtolus.
Abdias.
Symeon Metaphraſtes.
Beda Venerabilis.
Thomas apoſtolus.
Martialis apoſtolus.
Marcellus Martyr.
Canon apoſtolicus, canones autem Apoſtolorum [illegible] generalibus concilijs [illegible] obat. 1. vide Canon Apoſtolorum, &c.
Clemens 1.
Miſſæ celebranda [illegible] tempore Apoſtolorum.
Matth 26. Lucæ 22.

ctionis,

ctionis, atque in cælos Aſcenſionis, & futuri eius ſecundi aduentus, in quo veniet cum gloria & virtute iudicare viuos & mortuos, & reddere vnicuique ſecundum opera ſua, offerimus tibi regi & Deo ſecundum ipſius ordinationem panem hunc, & calicem hunc, gratias tibi agentes quod nos dignos feciſti aſſiſtere in conſpectu tuo & fungi ſacerdotio tibi. Rogamuſque te vt benignè adſpicere digneris ſuper hæc dona propoſita in conſpectu tuo, tu qui nullo indiges Deus, & complaceat tibi in ipſis in honorem Chriſti tui, & mittas ſpiritum tuum ſuper hoc ſacrificium, teſtem paſſionum Domini Ieſu, vt oſtendat hunc panem corpus Chriſti tui, & hunc calicem ſanguinem Chriſti tui, vt qui eum percipiunt confirmentur in pietate, & remiſſionem peccatorum conſequantur, diabolo & errore eius liberentur, Spiritu ſancto repleantur, Chriſto tuo digni efficiantur, vitam æternam adipiſcantur, te eis reconciliato domine omnipotens. Tum cap. 18. offerri ſacrificium dicit pro viuis & defunctis, vt ſuis locis repoſuimus, ſubditque communionem populi. Vide. Communio. &c. ſecundum hanc formam miſſam celebrauit IGNATIVS MARTYR, vt conſtat ex epiſtola eius ad Romanos. vt aliàs meminimus, miſſam quoque celebrauit magnus ille DIONYSIVS AREOPAGITA, vt teſtatur in eius vita HILDVINVS ABBAS qui vixit circa annum domini, vt docet Tritemius 845. *Beatus* (inquit) *Dionyſius vbi poſt multas & perneceſſarias (qui eum ſequendo carcerem irruperant) exhortationes, & ad abſentes directa inſtitutionum præcepta, dominicarum miſſarum ſolennia (vt confirmarentur participatione corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti fideles) velut iam in cælis poſitus celebraret, hora qua frangebatur panis ſanctus, quo ipſe & populus communicare debebat, reſplenduit huiuſmodi lux de cælo ſuper eum. & in omnes qui ibi aderant, qualem nemo eorum antea viderat.* Tum dicit eum à Chriſto ſacro viatico corporis cibatum. Vide reliquum. Verùm vt hoc teſtimonio eiuſdem comprobemus, * Idem DIONYSIVS lib. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ parte 2. capitis 3. ritum & cæremonias quæ obſeruabantur tempore illo in ſacrificio miſſæ perſtringit, poſtquam in præcedenti capitulo cur ſacramentum Euchariſtiæ nuncupetur, Communio, rationem reddidit, vt diximus ſuo loco, ſcilicet Communio. &c. Subdit autem. *Itaque Pontifex quidem* (ait) *vbi orationem ſanctam ſupra diuinum altare peregit, ex ipſo incenſum adolere inchoans omnem phani ambitum circuit, demum ad ſanctum altare iterum rediens, pſalmorum incipit melos concinentibus ſecum ſacra carmina omnibus Eccleſiaſtici ordinis gradibus. Deinde miniſtrorum officio ſanctarum ſcripturarum lectio ſuo ordine recitatur, & poſt hæc extra delubrum Cathecumeni fiunt, & cum ipſis Energumeni, & hi quoque qui in pœnitentia ſunt. Manent autem intus ſoli, qui diuina ſpectare merentur atque percipere porrò miniſtrorum alij quidem pro clauſis templi foribus aſtant, alij proprij aliquid muneris agunt. Qui vero ipſius ordinis præcipui ſunt vnà cum ſacerdotibus * ſanctum panem, & benedictionis calicem ſacroſanctis altaribus imponunt, cum ante præceſſerit ab omni clero vniuerſalis laus atque confeſſio. Adhæc venerandus antiſtes orationem ſanctiſſimam peragens pacem ſanctam omnibus nunciat, & cum ſe mutuo omnes ſalutauerint, myſtica ſanctorum recitatio fit vbi vero manus tum antiſtes, tum ſacerdotes aqua lauerint, pontifex ad medium diuini aſſiſtit altaris, & circumſtant ſoli cum ſacerdotibus electi quique ex miniſtrorum numero. At vero pontifex cum diuina munera laude proſecutus fuerit, ſacroſancta & auguſtiſſima myſteria conficit, & quæ antè laudauerat veneranda operta atque abdita ſignis in conſpectum agit, diuináque munera reuerenter oſtendens ad ſacram illorum communionem & ipſe conuertitur, & reliquos vt communicent hortatur* (de hoſtia autem quæ in partes diuiditur mentionem facit parte 3. capitis 3.) *Sumpta demum atque omnibus tradita communione diuina, gratias referens finem myſteriis imponit. At multi quidem ſola in ſigna proſpiciunt, ipſe autem ſemper diuino ſpiritu ad excelſa ſignorum initia fœlicibus & intelligibilibus intuenda luminibus pontificia dignitate ac merito mundiciáque ſingulari diuini capacioriſque ſenſus attollitur.* Tum eorum omnium quæ ſupra memorant myſticum ſenſum proſequitur, omninò etiam noſtros quos adhuc hodie obſeruamus ritus & cæremonias liquidò demonſtrans. vt patet legentibus. Idem DIONYSIVS epiſt ad Demophilum de beato Carpo loquens, illum ſancta myſteria celebraſſe frequenter memorat. *Denique illi* (ait) *antè ſacrificium ſacra viſio apparebat.* Porrò ABDIAS BABYLONIVS antiquiſſimus ſcriptor frequenter ſacrificij meminit miſſæ, vt iam antè probauimus: qui & miſſam celebraſſe MATHEVM APOSTOLVM teſtatur lib. 7. certaminis Apoſtolici, cum virginem Ephigeniam in propoſito confirmaſſet data ſuper eam & ſuper alias benedictione. *Cum* (ait) *reſpondiſſent, Amen, & myſteria domini celebrato, & miſſam ſuſcepit omnis Eccleſia, retinuit ſe, vt iuxta altare, vbi corpus Chriſti ab eo fuerat confectum, illic martyrium Apoſtolicum expectaret. Itaque non multo poſt expanſis manibus orantem ſpiculator miſſus ab Hyrtaco à tergo punctum vnius gladij ictu feriens Apoſtolum martyrem Chriſti effecit.* Porrò etiam PHILIPPVM APOSTOLVM miſſam celebraſſe expreſsè teſtatur SYMEON METAPHRASTES in hiſtoria paſſionis eius. *Cum ſacerdotes* (ait) *& altaria vbique in illis locis ſtatuiſſet & conſtruxiſſet, pro ſacrificiis illis quæ fiebant in dæmonum altaribus, ſacroſanctum in eis fecit peragi ſacram myſterij oblationem, adeo vt in eis ſeruaretur ritus Euangelij, &c.* Ecce percurrimus Apoſtolica geſta, nunc ad diſcipulos Apoſtolorum veniamus. Itaque IGNATIVS MARTYR, cuius ſupra meminimus, iterum epiſtola ad Smyrnenſes ſacrificij miſſæ meminit hoc modo paulo poſt medium. *Non licet* (ait) *ſine Epiſcopo neque baptizare, neque offerre, neque ſacrificium immolare, neque dochen, id eſt, cœnam* (vetus tranſlatio legit miſſam) *celebrare, ſed quidquid illi viſum fuerit ſecundum beneplacitum Dei, vt tutum ſit & firmum omne quodcunque agitis, &c.* Et ALEXANDRINVM I. miſſam celebraſſe docet DAMASVS I. in Pontificali in vita eiuſdem, & Platina & reliqui. *Hic* (ait) *paſſionem domini miſcuit in precatione ſacerdotum quando miſſæ celebrantur, &c.* THELESPHORVM I. etiam miſſam celebraſſe idem commemorat, quia tres miſſas in die natalis domini inſtituit celebrari, vt infra dicemus opportuno in loco ex eiuſdem ſummi Pontificis decretis & aliorum vt autem reliqua prætereamus, de quibus infra in ſequentibus diſtinctionibus agetur, etiam ſacrificij miſſæ meminit FABIANVS I. & habetur in codice 16. voluminum lib. 5. cap. 9. *Sacrificium* (inquit) *non eſt accipiendum de manu ſacerdotis qui orationes, vel actiones, & reliquas obſeruationes in miſſa ſecundum ritum implere non poteſt.* Et IVSTINVS MARTYR formam & ritum celebrandæ miſſæ recenſet ſuo tempore obſeruatum. Apologia 2. pro Chriſtianis ad Antoninum

Vide ſcholia Caroli à. n. j.

Ignatius Martyr.

Dionyſius Areopagita. Hilduinus Abbas.

Huius ſancti patris libri approbatur in cõcilio generali 5. ſub Iuſtiniano Imperat. & in concilio Lateranenſi ſub Martino 1. & alijs multis in cõcilijs, vt diximus in hoc opere.

O impudẽs Caluiniſta qui illud ſacramentum deſpuis, quod ille patet tam reuerenter ſacris nominibus dignatur, & tam deuotis ritibus celebratum memorat.

Quam excellenter de noſtro ritu loquitur.

Abdias Babylonius.

Matheus Apoſtolus.

Quid apertius.

Philippus Apoſtolus. Simeon Metaphraſtes.

Ignatius Martyr.

Alexander 1.

Damaſus 1.

Theleſphorus 1.

Fabianus 1.

Iuſtinus Martyr.

pium. vt poſuimus ſupra in vocabulo, Cõmunio. Vide obſecro. Hic etiam pro more Chriſtianos habere miſſæ ſacrificio diebus dominicis adeſſe teſtatur. vt repoſuimus in vocabulo, Dominicus dies, &c. meminit & ANACLETVS I. dum ſtatuit vt miſſæ celebrandæ teſtes aſſiſtant, vt dicemus in ſequentibus diſtinctionibus. CYPRIANVS CARTHAGINENSIS ſæpluries teſtatur miſſam celebraſſe, potiſſimè libro 1. epiſtolarum epiſtola 4. ad Moyſen & maximum presbyteros. *Nos (inquit) veſtri diebus ac noctibus memores, & quando in ſacrificiis precem cum pluribus facimus, & cum in ſeceſſu priuatis precibus oramus, &c.* Et lib. 3. epiſt. 25. quæ eſt vltima. *Nunc (inquit) ſacerdotibus Dei facultas non datur offerendi & celebrandi ſacrificia diuina, &c.* Qui etiam pro defunctis miſſas celebrauit, vt repoſuimus in vocabulo defunctus, &c. Idem ſermone 5. de lapſis. *Ignoratione igitur (ait) obreptum eſt vt ſacrificantibus nobis eam ſecum mater inferret, &c.* Quæ poſuimus ſupra in vocabulo, Euchariſtia non irreuerenter tractanda, &c. Idem & ſermone de cœna domini. *Hierarcha pius (ait) quem Spiritus ſanctus compũgit, excitat, & inhabitat, & ſanctificat, eleuatione manuum crucis myſterium repræſentans confidenter orat pro ſua & populi ignorantia, &c.* Iterum ibidem. *Sacerdos ante orationem præfatione præmiſſa parat fratrum mentes dicendo, Surſum corda, & dum reſpondet plebs, habemus ad dominum, vt admoneatur nihil aliud ſe quàm dominum cogitare debere, &c.* Sub eodem tempore miſſæ ſacrificium fuiſſe frequentatum EVSEBIVS CAESARIENSIS teſtatur lib. 4. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 1. & 2. dum de Agone Blandinæ loquitur & aliorum martyrum. EVSEBIVS EMISSENVS homilia habita in eandem Blandinam. *Rapitur (ait) ad impiam quæſtionem grandæuus, & plenus dierum beatus pater noſter * Photinus Eccleſiæ huius Antiſtes, & pro eruditionis, vt credimus, merito gregi ſuo iungitur, ac poſt dominici corporis ſacrificium prophanis tribunalibus nouam de ſe Chriſto hoſtiam oblaturus infertur, &c.* Sub his temporibus miſſæ ſacrificium frequentatum memorat TIMOTHEVS ALEXANDRINVS Epiſcopus excellenti oratione in martyrem Menam. *Conſtantinus (inquit) Imperator iuſſit Eccleſias ædificari in nomine omnium ſanctorum & glorioſorum martyrum, qui propter Chriſtum verum Deum noſtrum fuere martyres, & confeſſi ſunt pulchram confeſſionem. Similiter autem iuſſit etiam mundum & incruentum Chriſto Deo noſtro quotidie offerri ſacrificium ad conuerſionem & pœnitentiam omnium fidelium, &c.* Sed & ſub eodem tempore frequentatum miſſæ ſacrificium meminit SIMEON METAPHRASTES in vita S. Anaſtaſij Perſæ, quæ lecta eſt & probata in Concilio Generali 7. *Poſtquam (ait) ſacrum fuit celebratum myſterium, comerciario non dimittente, ſed martyrem vehementer vrgente, &c.* Et iterum in vita Clementis Ancyrani Epiſcopi. *Inſtabant (ait) vehementer rogantes & orantes vt liceret eis accedere ad Eccleſiam Chriſtianorum, & eſſe intemeratorum participes ſacramentorum. Atqui tunc quidem dies celebrabatur dominicus, & quicunque erant in inſula Chriſtiani (pauci autem erant) ad templum concurrebant (& infra,) Pius ille (ait) & Dei amans Epiſcopus rogabat Clementem ſanctiſſimum, vt ſancta oblationis peragerct myſteria. Quæ quidem cum de more ab eo peragerentur, & omnes in contritione cordis voluntaria & aperta anima eis attenderent, quicunque ſcilicet erant digni talia intueri, ſtupendum, o domine,* A & *mirandum ſpectaculum, lucis quidem carbonem maximum in intemerata & myſtica menſa propoſitum, candidatorum autem multitudinem in aere ſupernolantem, &c.* Et iterum ad calcem ſic refert. *Poſtquam (inquit) dies aduenit ſalutaris, cum præclare admodum martyr ſacrum celebraſſet myſterium, & intemerato & incruento eos qui aderant impertiſſet ſacrificio. (Et iterum) Cum autem iam dies adeſſet præſtitutus, erat vero dies dominicus, a præſenti vita Athletam euocans, ille quidem diuinum celebrat ſacrificium, &c.* Idem in vita Sabæ Abbatis, quæ lecta eſt & approbata in Concilio Generali 7. *Excitat (ait) domum oratoriam S. Sabbas, & cùm in ea ſacram menſam ſtatuiſſet, & templum dedicaſſet, cùm videret, ex ſacratis aliquem ad eum accedentem, cum* B *faciebat in eo diuinum celebrare myſterium, ipſe propter magnam in Deum reuerentiam modeſtiamque inſignem, & humilitatem rem fugiens, & omnibus modis differens ſacerdotium (& infrà.) Deinde cum diuini quidem myſterij perageretur celebratio, alios quidem libere & ſecure veneranda frui menſa, &c.* Sub eodem tempore miſſæ ſacrificium frequentatum meminit THEODORETVS CYRENSIS Dialogo 2. inconfuſo, vbi loquitur Eraniſtes. *Opportune accidit vt verba faceres de diuinis myſterijs, nam vel ex eo ipſo tibi oſtendam corpus domini in aliam mutari naturam, reſponde ergo ad mea interrogata. Orthodoxus. Reſpondebo. Eraniſtes. Quid appellas donum quod affertur, ante inuocationem ſacerdotis? Orthodoxus. Non oportet apertè dicere, eſt* C *enim veriſimile adeſſe aliquos myſterijs non initiatos.* Eraniſtes. *Reſpondeatur ænigmaticè. Orthodoxus. Id quod fit ex huiuſmodi ſeminibus nutrimentum.* Eraniſtes. *Aliud autem ſignum quomodo nominamus? Orthodoxus. Commune etiam hoc nomine, quod potius ſpeciem ſignificat. Eraniſtes. poſt ſanctificationem autem quomodo ea appellas? Orthodoxus. Corpus Chriſti & ſanguinem Chriſti. Eraniſtes. Et credis te fieri participem Chriſti corporis, & ſanguinis? Orthodoxus. Ita credo. Eraniſtes. Sicut ergo Symbola domini corporis & ſanguinis alia quidem ſunt ante inuocationem ſacerdotis, ſed poſt inuocationem mutantur & alia fiunt, ita etiam corpus domini poſt aſſumptionem mutatur in* D *diuinam ſubſtantiam. Orthodoxus. Quæ ipſe texuiſti retibus captus es, neque enim ſigna myſtica poſt ſanctificationem recedunt a ſua natura. Manent enim in priore ſubſtantia & figura & forma, & videri & tangi poſſunt ſicut prius: intelliguntur autem ea eſſe quæ facta ſunt & creduntur & adorantur, & quæ illa ſint quæ creduntur.* Oro lege reliquum loco præmonſtrato. Idem lib. 4. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 19.20.21. & reliquis ſæpius meminit ſub Valente Imperatore celebrationis miſſæ, vbi etiam ſic loquitur. *Circa hæc itaque tempora Eunomius ab Eudoxio ſeparatus ſeorſum agebat Miſſas, propterea quod cum ſæpè rogaſſet vt ſuſciperetur, præceptor ipſius Aetius Eudoxius non exaudiſſet, &c.* Idem in Philotheo, ſcilicet vbi deſcribit vitam ſanctorum pa-E trum, qui liber immediatè ſequitur Eccleſiaſticam eius hiſtoriam, vbi Iacobi Niſibenſis vitam deſcribit. *Cum (inquit) ſtatutus dies aduentaſſet, quo plures virum impium* (ſcilicet Arrium. nam de eo fit ſermo) *ac ſceleſtum receptum iri ſperabant, diuinique ſacrificij tempus veniſſet, præter eorum expectationem magnum ſane miraculum atque omnibus admirandum accidit.* Proſequitur autem quo genere mortis periit Arrius, lege ſi volueris. Idem ibidem de Macedonio viro Dei loquens. *Cùm (inquit) magnus ille Flauianus magno Chriſtianorum gregi præfectus eſſet, atque huius viri qui ea tempeſtate in*

omnium

Anacletus I.

Cyprianus Carthaginenſ.

Vide antiquam Miſſæ ceremoniam.

Euſebius Cæſarienſis.

Euſebius Emiſſenus.

* Hic fuit Lugdunenſis Epiſcopus.

Timotheus Alexandrinus patriarcha.

Symeon Metaphraſtes.

Attende miraculum ſpectaculum.

Quid antiquius & apertius.

Theodoretus Cyrenſis.

Mira confeſſio & quæ ſola hæreticos poſſit confundere.

Vbi eſt Caluini mens & aſtutia qui circumtrit in clara luce quam ſancti patres tã apertum reliquerunt.

A *omniam ore erat notitiam haberet, inſtante myſtici ſacrificij tempore illum quaſi calumniam quandam quæ illi obiecta fuerat repurgaturum à cacumine montis reuocat, admonétque altari ac ſacerdotem inſcium illum quidem creat, abſoluto autem ſacrificio quidam ex aſtantibus rem omnem vt geſta erat aperuit, &c.* Idem in eodem Philotheo. Maris ſerui Dei vitam deſcribens. *Cum (inquit) ſpiritalis myſticique ſacrificij videndi deſiderio teneretur, rogauit vt quandoque apud ſe fieret? Cuius votis obtemperare cupiens curaui vt vaſa ſacra illuc tranſportentur, oppidum enim non procul erat. Quo cum veniſſem miniſtrorum manibus pro altaris vſum, myſticum atque diuinum & ſalutare ſacrificium feci, ita vt ille ſpiritali quadam*

Vide quanto deſiderio tenerentur beati illi viri Miſſæ ſacrificio intereſſe, & communicare.

B *affectus voluptate, intimas cœli partes videre ſe, nullamque antea einſmodi lætitiam ſenſiſſe prædicaret.* Idem ibidem de altero Iacobo ſeruo Dei loquitur, cum miſſam celebraſſe apertiſſimè teſtatur. Sed hæc ſufficiant ſub his temporibus BASILIVM MAGNVM miſſam celebraſſe memorat AMPHILOCHIVS ICONII Epiſcopus in eius vita, vt iam ſæpius meminimus. Sic autem ad calcem loquitur. *Circa horam nonam ſletit magnus Pater noſter Baſilius ad miniſterium miſſa in ſancta Eccleſia, ſimul cum Cleri & ciuitatis capitaneis, & iterum cum ipſis panem ſumens dimiſit eos inſtruens, & oſculans eos in oſculo ſancto, &c.*

Baſilius Magnus.
Amphilochius Iconij.

C Habetur autem & Liturgia ſeu miſſa Baſilij, quæ approbatur in Concilio GENERALI VI. Conſtantinopolitano 3. canone 31. vt diximus ſuperiùs CYRILLVM HIEROSOLYMITANVM miſſam celebraſſe ſatis declarant eius opera, & præcipuè Catecheſis Myſtagogica 5. vbi ritum proſequitur celebrandi miſſæ ſacrificij antiquitus Hieroſolymis obſeruati, vbi ſic exorditur. *Satis iam Deo fauente & de baptiſmo, & de chriſmate, & de ſumptione corporis & ſanguinis Chriſti in ſuperioribus ſacris inſtructionibus audiſtis: nunc verò ad reliqua tranſeundum eſt, atque hodie ſpiritali veſtra vtilitatis ædificationi corona imponenda. Vidiſtis igitur Diaconum aquam lauandis manibus porrigentem Sacerdoti, &c.*

Concilium Conſtantinopolitanū 3. generale 6.
Cyrillus Hieroſolymitanus

D Verùm tam ſyncerè in ſequentibus exponit diuinæ miſſæ myſteria, vt admirationem prorſus inducat legentibus, quomodo ſit tam perfrictæ frontis hæreticus, vt ea inficietur quæ tam vetuſta authoritate commendantur. Lege obſecro quod ſequitur, quia nisi prolixior eſſet iuſtè hic citandus & proponendus erat. Denique AMBROSIVM MEDIOLANENSEM miſſam celebraſſe iam diximus ex Nicephoro, dum de excommunicatione egimus. Hoc & probat PAVLINVS NOLANVS in vita eiuſdem Ambroſij. *Cum (inquit) trans Tyberim apud quandam clariſſimam mulierem vt ſacrificium in domo offerret, &c.* Et idem AMBROSIVS lib. 5. epiſtolarum epiſt. 33. ſe miſſam celebraſſe profitetur. *Ego tamen (inquit) manſi in munere, miſſam facere cœpi, dum*

Ambroſius Mediolanenſis.
Paulinus Nolanus.

E *offero, raptum cognoui à populo Caſtulum quendam, quem presbyterum dicerent Arriani, &c.* Idem lib. 4. de Sacramentis cap. 5. omnino exponit ritum quem obſeruamus in conficiendo miſſæ ſacrificio, & omnia penè verba canonis recitat quæ ſolent à nobis dum ſacrificamus recitari. Lege locum allegatum ſi mihi non credis. Denique MARTINVM TVRONENSEM miſſam celebraſſe ſatis SEVERVS SVLPITIVS inſinuat lib. 3. vitæ eiuſdem, & Eccleſia recolit dum in eius officio canit: *Dum ſacramenta offerret beatus Martinus, &c.* Et OPTATVS MILEVITANVS lib. 6. contra Donatiſtas conqueritur quod

Martinus Turonenſis.
Seuerus Sulpitius.
Optatus Mileuitanus.

A illi Impij vaſa ſacra polluerint & fregerint in quibus diuina ſacrificia celebrabantur vt alibi diximus. Sed & IOANNEM CHRYSOSTOMVM miſſam celebraſſe quis neſciat, cum eius miſſa extet quâ vtebatur, & qua adhuc in Græcia ſacerdotes dicuntur vti in ſacrificijs offerendis? Illum autem miſſam feciſſe teſtatur PALLADIVS HELENOPOLITANVS in Dialogo vitæ eius, & SYMEON METAPHRASTES in eiuſdem vita, vbi eum formam dicit tradidiſſe incruenti ſacrificij barbaris nationibus quas ad fidem conuerterat. Idem autem CHRYSOSTOMVS homilia in Encenia ſic loquitur. *Quid facis homo? Non promiſiſti ſacerdoti qui dixit, ſurſum men-*

Ioannes Chryſoſtomus.
Palladius Helenopolitanus.
Symeon Metaphraſtes.

B *tem & corda, & dixiſti, habemus ad dominum. Non vereberis & erubeſcis, & illa ipſa hora mendax inueniris. Papæ! menſa myſteriis inſtructa eſt, & agnus pro te immolatur. Sacerdos pro te angitur, ignis ſpiritualis ex ſacra menſa reſilit, &c.* Idem homilia in 2. ad Corinth. 18. *Quin (ait) & in precibus videris quis populum multum ſimul offerre, cum pro energumenis, tum pro pœnitentibus, communes enim preces à ſacerdote & ab illis ſolent fieri, & omnes vnam dicunt orationem miſericordia plenam. Iterum vbi excluſerimus à ſacerdotalibus ambitibus eos qui non poſſunt eſſe participes ſancta menſa, alia facienda eſt oratio, & omnes*

Vide ſi nō ſunt hæ cæremoniæ quas adhuc in Miſſa retinemus.

C *ſimiliter ſuper terram iacemus, & omnes ſimiliter ſurgimus. Quando iterum pax communicanda omnes ſimiliter ſalutamus, & in hiſdem iterum horrendiſſimis myſteriis benè precatur ſacerdos populo: nam, cum ſpiritu tuo, nihil aliud eſt quam hoc. Ea quæ ſunt Euchariſtia, id eſt, gratiarum actionis communia ſunt omnia, neque enim ille ſolus gratias agit, ſed etiam omnis populus. Prius enim accepta illorum voce, deinde congregatis illis, vt dignè & iuſtè hoc fiat, incipit Euchariſtiam. Et quid miraris ſi cum ſacerdote populus loquitur, vbi ſanè & cum illis Cherubim & ſupernis poteſtatibus communiter ſanctos illos hymnos perſonant.* Idem homilia 77. in Ioannem. *Ideo in myſteriis inuicem ſalutamus, & multi vnum efficimur, & communes pro non initiatis preces effundimus, & pro infirmis & terra & maris, & vniuerſi orbis fructibus ſacrificamus.*

Vide obſecro quam pulchrè ſanctus doctor de noſtris ritibus ſermocinatur.

D Lege eundem lib. 3. de Sacerdotio, & alijs in locis. Et HIERONYMVS STRIDONENSIS in Dialogo cōtra Pelagianos ritum meminit ſacrificij miſſæ. *Sic docuit (ait) Chriſtus Apoſtolos ſuos, vt quotidie in corporis illius ſacrificio credentes audeant loqui, Pater noſter qui es in cœlis, &c.* Idem epiſtola ad Theophilum Alexandrinum. *In opere (inquit) tuo vtilitatem ſpectamus Eccleſiarum, vt diſcant qui ignorant eruditi teſtimoniis ſcripturarum, qua debeant veneratione ſancta ſuſcipere, & altaris Chriſti miniſterio deſeruire, * ſacróſque calices, & ſancta velamina; & cætera, quæ ad cultum dominicæ pertinent paſſionis, non quaſi inania & ſenſu carentia, ſanctimoniam non habere, ſed ex conſortio corporis &*

Hieronymus Stridonenſis.

E *ſanguinis domini eadem qua corpus & ſanguis maieſtate veneranda.* Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS ſæpiùs miſſam celebrauit, ſiquidem ille teſtatur quòd pro anima matris ſuæ miſſæ ſacrificium Deo obtulit, vt legitur lib. 9. confeſſionum cap. 12. & 13. *Nam neque (ait) in eis precibus, quas tibi fudimus cum offerretur pro ea ſacrificium pretij noſtri, iam iuxta ſepulchrum poſito cadauere, &c.* vt prius quidem refert matrem dum in extremis eſſet ſibi dixiſſe. *Ponite (inquit) hoc corpus vbicunque, nihil vos eius cura conturbet, tantum illud vos rogo, vt ad domini altare memineritis mei vbi fueritis, &c.* Vide etiam, Defunctus, &c. Idem tractatu 84. in Ioannem. *Ideo ad menſam non ſic martyres com-*

* Sacros illos calices vocat, quos auditu quoque turpiter videmus à Caluiniſtis pollui, & horrendum ſcelus! Interim'nota attende quomodo loquitur hic ſanctus doctor.
Auguſtinus Hipponenſis.
Miſſa celebratur pro defunctis.

memoramus

memoramus quemadmodum alios qui in pace requieſcunt, vt etiam pro eis oremus, ſed magis vt oreat ipſi pro nobis, & eorum veſtigiis adhæreamus. Eadem repetit libro 8. de ciuitate Dei cap. 27. & lib. 22. cap. 10 vide alibi. Idem epiſt 107. ad Vitalem. *Sacerdos ad altare Dei ſtans exhortatur populum Dei orare pro incredulis, vt eos conuertat ad fidem: & pro cathecumenis, vt eis deſiderium regenerationis inſpiret. & pro fidelibus, vt in eo quod eſſe cœperunt eius munere perſeuerent.* Idem libro de viduitate cap. 16. *Nemo eſt donis Dei beatus, qui donanti extitit ingratus, quia & illud quod inter ſacra myſteria cor habere ſurſum iubemur, ipſo adiuuante id valemus, quo iubente admonemur: & ideo ſequitur, vt de hoc tanto bono leuati cordis non nobis gloriam quaſi noſtrarum virium tribuamus, ſed Domino noſtro gratias agamus: hoc enim continuo admonemur, quia hoc dignum eſt, hoc iuſtum eſt.* Idem lib. 2. de bono perſeuerantiæ cap. 13. *In ſacramentis fidelium dicitur, Surſum habeamus corda, quod munus eſt Domini, de quo munere ipſi domino Deo noſtro gratias agere a ſacerdote poſt hanc vocem, quibus hoc dicitur, admonentur, & dignum & iuſtum eſſe reſpondent.* Eadem repetit epiſt. 17. ad Dardanum. & multis alijs in locis meminit Miſſæ & rituum eius. Hæc ſufficiant.

Videtur iſtud noſtrorum aſſertionem.

Porrò CYRILLVS ALEXANDRINVS meminit ſacrificij miſſæ, in epiſtola ad Neſtorium, vt alibi repoſuimus. *Sanctum* (ait) *ac viuificum & incruentum in Eccleſiis operamur ſacrificium,* &c. Idem lib. 4 in Ioannem cap vltimo. *Pari ac mundo* (ait) *puro & ſancto Chriſto participabimus, vt in Eccleſiis clamari audimus, ſancta ſanctis,* &c. Et lib. 12. cap. 54. *Pax vobis* (inquit Chriſtus) *ad diſcipulos, vnde lex quædam ab Eccleſia tradita eſt. In ſanctis enim congregationibus hoc ſæpius ad inuicem dicimus.* Et LEONTIVS NEAPOLEOS CYPRI Epiſcopus in vita Ioannis Eleemoſynarij. *Cum ergo ad ſanctum dominicum diem perueniſſet, & ſancto altari aſtitiſſet, vt incruentum, id eſt, impollutum ſacrificium offerret, iam Diacono generalem orationem conſummante ſanctum velum exaltauero,* &c. Et IOANNES DAMASCENVS in hiſtoria Barlaam & Ioſaphat. * *Quidam* (ait) *longe ab inuicem cellas habentes dominicis diebus ad Eccleſiam vnam conueniunt, & diuina myſteria ſumunt, ſacrificium deo immaculati corporis & pretioſi ſanguinis Chriſti, quæ fidelibus in remiſſionem peccatorum illuminationemque & ſanctificationem animæ & corporis dominus donauit.* Et infrà. *Hæc dicens Barlaam filium regis baptizauit, reuerſuſque ad hoſpitium ſuum ſacram miſſam celebrauit, tradiditque & intacta Chriſti myſteria, & exultabat ſpiritu gloriam referens Chriſto Deo,* &c. Et ad calcem. *Ita ergo viriliter ab illo longa via peracta, & allatis pro quibus ierat, offert Deo ſacrificium ſanctiſſimus Barlaam. & communicans ipſe tradidit & Ioſaphat incontaminata Chriſti myſteria,* &c. Et PAVLVS DIACONVS in vita Mariæ Ægyptiacæ quæ lecta eſt & probata in Concilio Generali 7. *Dominicorum die* (ait) *prima ieiunij Hebdomada omnes iuxta conſuetudinem monachi vocabantur ſancta Dei myſteria ſecundum morem celebrare Chriſtianorum, & vnuſquiſque eorum ſacratiſſimum atque viuificum corpus domini ſuſcipiebat,* &c. Denique FVLGENTIVS RVSPENSIS Epiſcopus à principio libri ſecundi ad Monimum regem vſque ad finẽ nihil aliud, quam de ſacrificio miſſæ diſſerit contra hæreticos, vbi & inter cætera ſic loquitur *Hæc inquam ædificatio ſpiritalis tanquam opportunius petitur, quam cum ab ipſo Chriſti corpore, quod eſt Eccleſia, in ſacramento panis & calicis ipſum Chriſti corpus & ſanguis offertur. Calix enim quem bibimus communicatio ſanguinis Chriſti eſt, & panis quem frangimus communicatio corporis Chriſti eſt,* &c. Denique AGAPITVS I. vt refert GREGORIVS I. lib. 3. Dialogorum cap. 3. *Miſſarum* (inquit) *ſolennia exorſus ſacrificium in conſpectu Dei omnipotentis immolauit, quo peracto ab altari exiens claudum ſanauit,* &c. Vide reliquum. Et BEDA VENERABILIS lib. 4. hiſtoriæ Anglicanæ cap 22. de beato Theodoro loquens qui germanum habens fratrem, cùm eum putaret occiſum in pugna corpus eius inuentum ad monaſterium ſuum deferens honorifice ſepeliuit, & pro abſolutione animæ eius ſæpius miſſas facere curauit: quarum celebratione factum eſt quod dixi, vt nullus poſſet eum vincire quin continuo ſolueretur, &c. Hæc pauca ex veterum monumentis protulimus. nam reliquam iam diximus in vocabulis, Communio, Euchariſtia, Defunctus, &c. & multo plura poſſemus proferre niſi lectoris animum grauaremus: ſequuntur autem adhuc multa quæ nihilominus veritati teſtimonium prohibebunt. Vt autem ſileam quod de ritibus & cæremonijs quæ in miſſę ſacrificio copioſiſſimè tractarunt grauiſſimi & vetuſtiſſimi ſcriptores ANGELONIVS LVXOVIENSIS vir vt antiquiſſimus, ita vndecunque doctiſſimus, cuius in libros Regum excellentiſſima extant & commentaria. HAMVLARIVS FORTVNATVS in eo libro quem de myſterijs miſſæ, & altero quem de officijs Eccleſiaſticis ſcripſit, & RABANVS MAVRVS atque REMIGIVS ANTISSIODORENSIS & ante illos quatuor qui coæui fuerunt: & de Eccleſiaſticis atque diuinis miſſæ officijs libros ediderunt ISIDORVS HISPALENSIS floruit, qui excellens opus edidit de officio miſſæ intitulatũ: quos ſecutus eſt non contemnendæ authoritatis doctor RVPERTVS TVITIENSIS, qui in libro de diuinis officijs ita adamuſſim myſteria ſacroſanctæ miſſæ proſequitur vt nihil dubium reliquerit, ſed in apertum omnia ita emiſerit, quòd non impunè audeat quiuis ſacrilegus inſultare. Vt autem illos omnes prætermittam patres adhuc paucis quod in decretis patrum & Conciliorum expreſſum eſt reuoluamus, mouentes interim vt ſedulo etiam quæ ſequuntur particulares infrà diſtinctiones obſeruentur, quia quod hic deſideratur, illic opportunè præſtatur. Igitur de ritibus & cæremonijs ſacrificij miſſæ Concilium BRACARENSE I. canone 20. *Placuit, vt per ſolemnium dierum vigilias vel miſſas omnes eaſdem, & non diuerſas lectiones in Eccleſia legant.* Et cano. 21. *Item placuit, vt non aliter Epiſcopi & aliter Presbyteri populum, ſed vno modo ſalutent dicentes, Dominus ſit vobiſcum, ſicut in libro Ruth legitur, & reſpondeatur à populo, Et cum ſpiritu tuo, ſicut & ab ipſis Apoſtolis traditum omnis Oriens retinet, & non ſicut Priſcilliana prauitas permutauit.* Et cano. 22. *Placuit, vt eodem ordine miſſa celebrentur ab omnibus quomodo* PROFVTVRVS BRACARENSIS *quondam Epiſcopus ab ipſa Apoſtolicæ ſedis authoritate ſuſcepit ſcriptum.* Hoc etiam renouat Concilium BRACARENSE II. ſub Honorio 1. cano. 1 & ab Epiſcopis viſitantibus iubet, ſi hoc obſeruetur, inquiri. Porrò Concilium COLONIENSE III. partis 2. cap. 13. iubet, vt qui legit miſſam cum reuerenda modeſtia clarè & diſtinctè & exertè legat omnia vſque ad canonem, vt qui audiendi ſacri cauſa aſtant, quod legi-

Cyrillus Alexandrinus.

Leontius Neapoleos Cypri Epiſcopus.

Ioannes Damaſcenus de quibus loquitur lant antiquiſſimi & vetuſtiſſimi Chriſtiani & temporibus Apoſtolorum penè viuentes.

Paulus Diaconus.

Fulgentius Ruſpenſis.

Agapitus 1.

Gregorius 1.

Beda Venerabilis.

Angelonius Luxouienſis.

Hamularius Fortunatus Epiſcopus Treuerenſis floruit hi qui doctores circa annum domini 835.

Rabanus Maurus.

Remigius Antiſſiodorenſis.

Iſidorus Hiſpalenſis.

Rupertus Tuitienſis.

Obſeruandum.

Concilium Bracarenſe 1. ſub Honorio 1.

Ruth 2.

Traditio apoſtolica.

Profuturus Bracarenſis vir apoſtolicorum temporum.

Concilium Bracarenſe 2.

Concilium Colonienſe 3.

tur intelligant,atq; ad pietatem excitētur. Deniq; cap 14. ſequenti ſtatuit, vt poſt eleuationem corporis Chriſti non canterur antiphonæ,quæ ſolent pro pace aut contra peſtē cantari ſed expleta Miſſa canantur,vt ſunt,Media vita, Da pacem,&c.& ſimiles:& ſic tamen vt illis etiā quæ glorioſæ virgini matri dicatæ ſunt ſuus honos ac locus ſeruetur. Et c.17. loquitur de confeſſione quæ fit ante initium Miſſæ. Vide Confeſſio,&c.& præcipit,vt plena cordis fiducia fiat, vt abſolutio recipiatur. Porrò cap.25.par.7.omnia recenſet quæ in Miſſæ ſacrificio peraguntur,videlicet, Introitum, Kyrie eleyſon,Collectas, Epiſtolā. Gradualia, Alleluia, Euāgelium,Symbolum,Offertorium, Canonem, Præfationem,Precationem Dominicā,Pacis oſculum,communionem, & Sacerdotalem ſuper populū benedictionē: de quibus in ſuis quibuſcūq; locis egimus. Quæ etiā omnia iterū recenſet Concilium AVGVSTANSA can.18.vt,ſcilicet in Miſſę ſacrificio omnia reuerenter fiant, & cantus benè ſit ordinatus, Antiphonarum veterū tempore eleuationis conſuetudo ſeruetur,Symbolū recitetur, pax populo detur, &c. Et Concilium COLONIENSA IV c.20. *Extāt (ait) antiquæ Patrum canones,extant anteq. orationes quas ſecretas appellamus ſub offertorio Miſſæ, quibus oblationes populi Deo cōmēdantur. Qui mos offerēdi ſemper fuit in populo fideli retentus adnouiſſima vſq; iſta ſecula.* Similiter Concilium MOGVNTINVM IV.c.59. Vbi de diſciplina quæ tempore Miſſę debet obſeruari tractat, iubet vt in celebratione Miſſarum aduerſus tantū myſterium quantū quiſq; per valetudinem poteſt etiā corporis geſtu reuerentiā quādam adhibeāt, videlicet vt dum in collectis pro communi orbis Chriſtiani incolumitate ad Deum preces funduntur,ipſi quoq; tanquā ſacræ huius cōmunionis ciues,ſuas preces cum oratione publica coniungāt, & vultu ad altare verſo aperto & demiſſo capite ſtantes.geſtum orantis cōuenientem præſe ferāt, pari religione ad nomen Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti,ſimiliter & ad Euangeliū,Magnificat,Benedictus,Nunc dimittis,Gloria in excelſis,Gloria Patri, cæteráſq; id genus diuinorū officiorū partes,ſic genuum flexione,apertione,capitis,ac totius corporis geſtu ſe componant, vt ad ea quæ ibi aguntur animum intendere videātur. Iam ſtatim ab inceptatione canonis, non ſedeant, ſed ad tremendi myſterij pertractationem attenti, vultu itidem ad altare conuerſo, corporibus humi demiſſis,& mente in cœlum eleuata,ſub ſilentio redemptionis humanæ beneficiū,& Chriſti paſſionem ſecum meditantes,ſalutis noſtræ authori de impēſo ſanguine,& tolerata pro nobis morte debitam gratiarū actionē exibeāt. Cæterùm ad ſumptionem ſacroſanctæ Euchariſtiæ corporis humilitate & incitatione animi ſe componentes,ſi non ore cum celebrante,de corporis & ſanguinis Dominici ſacrificio cōmunicent ſaltem fructum eius ſpiritualem,ſibi applicari intimis animi votis exoptent. Hęc renouat Concilium TREVAREN.II. c.10.& Concilium TRIDEN. ſeſs.21.quæ eſt 6. ſub Pio IV.c.6. *Optaret ſacroſancta Synodus,vt in ſingulis Miſſis fideles adſtantes non ſolum ſpirituali affectu,ſed ſacramentali etiam Euchariſtiæ perceptione communicarent, quo ad eos huius ſanctiſſimi ſacrificij fructus vberior proueniret. Nec tamen ſi id non ſemper fiat,propterea Miſſas illas in quibus ſolus Sacerdos ſacramentaliter cōmunicat,vt priuatas & illicitas damnat,ſed probat atq; adeo cōmendat.Siquidem illæ quoq; Miſſæ verè communes cenſeri debet,partim quod in eis populus ſpiritualiter cōmunicet,partim verò quod a publico Eccleſiæ miniſtro non pro ſe tantùm,ſed pro omnibus fidelibus,qui ad corpus Chriſti pertinent,celebrentur.* Idem eadem ſeſs.c.5. *Cum natura (inquit) hominum ea ſit,vt non facile queat ſine adminiculis exterioribus ad rerum diuinarum meditationem ſuſtolli, propterea pia mater Eccleſia ritus quoſdā, vt ſcilicet quædā ſubmiſſa voce,alia verò elatiore in Miſſa pronunciarentur,inſtituit. Cæremonias item adhibuit, vt myſticas benedictiones, lumina, thymiamata, veſtes aliaq; id genus multa ex Apoſtolica diſciplina & traditione, quo & maieſtas tanti ſacrificij commendaretur,& mentes fidelium per hæc viſibilia religionis & pietatis ſigna ad rerum altiſſimarum,quæ in hoc ſacrificio latent, contēplationem excitarentur. Anathema hāc doctrinam improbantibus.* Tum paulò poſt prohibet, ne Sacerdotes alijs quàm debitis horis celebrent, ne ve ritus alios aut alias cæremonias & preces in Miſſarum celebratione adhibeant,præter eas quæ ab Eccleſia probatæ ac frequenti & laudabili vſu receptæ fuerint. Vide quod ſequitur.

Ora vt hæc attente conſiderentur.

Concilium Auguſtēſe ſub Othone Cardinali.

Concilium Colonienſe 4.

Concilium Moguntinū 4.

Vide diſciplinam celebrantis Miſſam & audientis ſimiliter.

Concilium Treueren. 2. Concilium Tridentinū generale ommiſſimum.

De Miſſis priuatis.

Ratio rituum Miſſæ atque cæremoniarum.

Miſſa non ad libitum componenda.] Repete proximè ad calcem præcedentis diſtinct.ex Concilio Tridentino decretum,quod priùs quidem ſtatutum inuenimus à Patribus,vt ſuperiùs etiam monſtratum eſt. Vnde & Concilium GERVNDANSA ſub Hormiſda I.can.1.& allegatur à Gratiano de conſecratione 2.cap.Inſtitutio *Inſtitutio (ait) Miſſarum ſicut in Metropolitana Eccleſia agitur,ita in Dei nomine in omni Tarraconenſi prouincia tam ipſius Miſſæ ordo, quàm pſallendo vel miniſtrando conſuetudo ſeruetur.* Idem VIGILIVS I. epiſtola ad Eutherium,c.5.vt dicemus in vocabulo,Officium diuinum non ſit diuerſum,&c. Vide etiam quæ poſuimus in vocabulo,Euchariſtiæ ſacrificio nihil prætetquam quod conſtitutum eſt addendū,quia ibi & alijs multis in locis de ſequēda Patrum veteri traditione tam in Miſſæ ſacrificio quàm in alijs myſterijs diuinis agitur. Vnde & Io.CANOTAN. Epiſcopus in vita S.Thomę martyris. *In ſacramentali ait) Dominici corporis perceptione ſacratiſſimus antiſtes,non tardus, non moroſus, non noua,præterquam in canone conſtituta ſunt,adiungebat.Verum ea præſertim hora profundiſſimas tanquā ex intimis pietatis viſceribus lachrymas profundebant & ſingultus,tanquā ad tacta Chriſti vulnera tota intimi cordis excitans viſcera,& effundens reuerentiſſimè illa tractabat, vt intuentium fidem & mores ipſa contritio confirmaret,&c.* Lege quod ſequitur.

Concilium Gerundenſe in Hiſpania.

Vigilius I.

Ioannes Carnotenſis Epiſcopus.

Miſſæ ſacrificium quanta puritate tractandum.] Ex præcedenti pagina & initio huius ſatis innotuit,quanta ſit Miſſæ myſticū ſacrificium deuotione pertractandū, ſed & in ſuperioribus vocabulis, ſcilicet Communicare,&c. illud ſpecialiter tractauimus,& in Euchariſtia: aliquid tamē adhuc dicendū eſt quod ſuperiobus poterit hærere. Sic enim potiſſimè hic agere diſponimus de Sacerdotum puritate qui hoc tractant ſacrificium;non autem de laicis, de quibus locis nominatis iam dictū eſt. Itaq; DIONYSIVS AREOPAGITA lib.Eccleſiaſticæ Hierarc.par.3.c.3. *Eos (inquit) qui ad ſacramenta celeſtia conficienda procedunt,ea oportet eſſe munditia,vt ipſius quoque animæ extremas imagines purgatas habeant,ſicq; ad reuerenda myſteria (quantum fas eſt) ſimilitudine puritatis accedere.* Et PHILO CARPATHIVS Epiſcopus in c.7.Cantici Cāticorum,dum illud exponit: Vt vmbilicus tuus crater tornatilis,& collum tuum ſicut turris eburnea,&c. *Vt collum (ait) capiti proximum eſt atq; continuatum, ſic veri miniſtri Dei ſa-*

Dionyſius Areopagita.

Philo Carpathius Epiſcop.

A

cratiſſimo corpori & ſanguini Ieſu Chriſti ſanctiſſime atq; proxime adhærent; ſuntq; ipſius collum maxime eburneum, quoties pura conſcientia & ſincera animi charitate diuina ipſa myſteria immaculatè celebrant atq; cõtrectant vna cum diaconibus. Eburneum igitur collum dicuntur eſſe Sacerdotes atq; miniſtri, quemadmodum ſupra pixis eburnea dicebantur, qui ſordes animæ nullas admittãt, ſed honeſtiſſima vita ac moribus diuiniſſimis ſacramentis immaculatiſſima miniſtrent, &c.

Tertullianus Carthaginenſ.

Et TARTVLLIANVS CARTHAGINENSIS lib. De idololatria inuehitur in Sacerdotes adulteros, auaros, & homicidas, eos appellãs Idolatras & idolorum artifices. *Qui audent (ait) manus admouere corpori Domini, quæ dæmonijs corpora conferunt. Proh ſcelus! ſemel Iudæi manus Chriſto intulerunt, iſti quotidie corpus eius laceſſerũt, manus præcidendæ, &c.*

Vide Tertulliani tempore ſacerdotum omen & Miſſæ ſacrificium.

B

Concilium Cabilonenſe 2.

Verùm etiam ex Cõcilio CABILONENSI II. cap. 45. & alijs decretis diximus quãta debeant puritate pollere qui contractant hoc myſterium, nunc verò quod reliquũ eſt breuiter abſoluamus, multa omittentes, ne lectoris animo nauſeam generemus. Sic Conciliũ COLONIENSE III. cap. 9. part. 2. vbi de precibus & horis canonicis debitè & deuotè perſoluendis ſtatuit, vt ſuo loco dicetur, ſubdit: *Iam (inquit) ſi tanto mẽtis ardore quælibet preces dicendæ ſunt, quanta putamus deuotione ſacroſanctum Miſſæ myſterium, in quo corporis & ſanguinis Dominici ſacramenta tractãtur conficiunturq;, peragendum eſt?* Tum in cõducititios & tantis myſterijs indignos ſacerdotes ac manifeſtis criminibus contaminatos inuehitur, quorum inſtat interitus, & perditio nõ dormitat. Tum c. 10. eiuſdem partis, ſubdit: *Terret nec immeritò nos ſermo Dominicus, qui vetat nos ſanctum dare canibus & margaritas noſtras proijcere ante porcos, cùm quoſdam leuiculos ſacerdotes illotis manibus pedibuſq; (vt in prouerbio eſt) audacius in hæc ſacratiſſima myſteria, quam in prophana irrumpere comperimus: quales ſunt qui humano affectu tantùm, & potius ex more, quã deuotionis ardore ad altare accedunt, quorum polluta eſt & mens & conſcientia, quos meritò horrendũ Euãgelij exemplum, Poſtquam accepiſſet Iudas buccellam introiuit in eum Sathanas, ad meliorem vitæ frugem altioremq; tanti myſterij cõtemplationem reuocaret, &c.*

Concilium Colonienſe 3.

Cauſa potiſſima cur ſacroſanctis myſterijs hodie ab hæreticis inſultetur, miniſtrorum eſt diſſoluta vita & irreligioſa conuerſatio.

C

Matth. 7.

Ioan. 13.

D

Vide etiam infrà in dictione, Officium diuinum quanta deuotione perſoluendum, &c. Deniq; ſimile quid repetit Concilium MOGVNTINVM IV. c. 55. vbi de Sacerdotibus indignè Miſſam tractantibus loquitur. *Hi (inquit) qui talem vitæ turpitudinem, leuitatem aut negligentiã ad celebrationem Miſſarum attulerint, vt & plebis animos offendant, & ab hoc ſacro abhorrere faciant, prælatorum ſuorum authoritate coerceantur.* Hoc & Conciliũ TRIDENTINVM generale nouiſſimum repetit ſeſſ. 22. quæ fuit 6. ſub Pio IV. in decreto De obſeruandis & euitandis in celebratione Miſſæ, &c. *Quanta cura adhibenda ſit (inquit) vt ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium omni religionis cultu ac veneratione celebretur, quiuis facile exiſtimare poterit, qui cogitarit maledictũ in ſacris literis eum vocari, qui opus Dei facit negligenter. Quòd ſi neceſſariò fatemur nullum aliud opus adeò ſanctum ac diuinum a Chriſti fidelibus tractari poſſe, quàm hoc ipſum tremendum myſterium, quo viuifica illa hoſtia, qua Deo Patri reconciliati ſumus, in altari per Sacerdotes quotidie immolatur; ſatis etiam apparet omnem operam & diligentiam in eo ponendam eſſe, vt quanta maxima fieri poteſt interiori cordis munditia & puritate atque exteriori deuotionis ac pietatis ſpecie peragatur. Cùm igitur multa iam ſiue temporum vitio ſiue hominum incuria & improbitate irrepſiſſe videantur, quæ a tanti beneficij dignitate aliena ſunt, vt ei debitus honor & cultus ad Dei gloriam & fidelis populi ædificationem reſtituatur, decernit ſancta Synodus, vt ordinarij locorum Epiſcopi ea omnia prohibere, atque e medio tollere ſedulo curent ac teneantur, quæ vel auaritia idolorum ſeruitus, vel irreuerentia, quæ ab impietate vix ſeiuncta eſſe poteſt, vel ſuperſtitio veræ pietatis falſa imitatrix induxit.* *Irreuerentiæ autem* (nam de reliquis ſuis locis dictum eſt Auaritia, & Euchariſtia, &c.) *vt vitetur ſinguli in ſuis diœceſibus interdicant, ne cui vago & ignoto Sacerdoti Miſſas celebrare liceat. Neminem prætereà qui publicè & notoriè criminoſus ſit aut ſancto altari miniſtrare aut ſacris intereſſe permittant, néve patiantur priuatis in domibus, atque omninò extra Eccleſiam, & ad diuinum cultum tantum dedicata oratoria ab eiſdem ordinarijs deſignanda & viſitanda, ſanctum hoc ſacrificium à ſecularibus & regularibus quibuſcunque peragi, ac niſi prius qui interſint decenter compoſito corporis habitu declarauerint ſe mente etiam ac deuoto cordis affectu non ſolùm corpore adeſſe.* Vide in ſequentibus diſtinctionibus, Miſſa non niſi in locis ſacris celebranda, &c.

Concilium Moguntinum 4. ita præſcribit.

Concilium Tridentinum.

E

Ierem. 48.

A

Saluberrimum decretum, ſed ſi alia negligũtur etiã ab his qui ſibi videntur aliquid eſſe, quid de hoc agetur?

B

Miſſæ, non celebrãdæ in domibus priuatis vide infrà.

Miſſæ ſacrificium quale ſit, & quid in eo agatur.] Quidquid in ſuperioribus vocabulis, ſcilicet Euchariſtia, Communio, & prima huius vocabuli diſtinctione dictum, hoc ſufficiẽter manifeſtat. nec eſt opus plura repetere, cùm iam copioſè ab origine noſtræ fidei & Apoſtolicæ traditionis hoc ventilatum ſit, breuiter autem iterũ repetemus, quod fortè nec dum prolatum eſt. Concilium SENONENSE decreto 11. & Concilium COLONIENSE III. partis 7. cap. 25. & 26. *Miſſa ſacrificium (aiunt) repræſentatiuum eſt. Semel quidem Chriſtus mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis, ſemel in manifeſtatione ſui corporis in diſtenſione ſuorum membrorum omnium verus Deus & verus homo, ſemel tantùm in cruce pependit offerens Patri ſeipſum hoſtiam viuam & paſſibilem, immortalem, viuorum & mortuorum redemptionis efficacem. Et ſcimus quia Chriſtus reſurgens à mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, & tamen quotidie immolatur in ſacramento; non quod toties Chriſtus occidatur, ſed quod illud vnicum ſacrificium myſticis ritibus quotidie renouetur, quotidianáque recordatione mortis Domini (qua liberati ſumus) in edendo & potando carnem & ſanguinem, quæ pro nobis oblata ſunt, hoc ipſum repræſentetur quod olim factum eſt, facitque oblatio iſta ſacramentalis mouere nos tanquam videamus præſentem Dominum in cruce. Elicientes ſubinde nobis ex illo fontem inexhauſto gratiam ſalutarem, immolamúſque hoſtiam pro viuis & defunctis, dum pro illis Patrem per Filij mortem deprecamur, &c.* Et Concilium COLONIENSE IV. cap. 20. Cenſuræ pro abuſibus reformandis, &c. ad calcem. *Varia (inquit) fuerunt olim in lege veteri ſacrificia & oblationes, Chriſti perfectum ſacrificium præfigurantes, quas vnica Chriſtus hoſtia in crucis ara conſummauit, ſemetipſum pro nobis offerens. Hæc eſt hoſtia ſempiterna, quam eadem in Miſſa Sacerdos omnium eorum nomine, qui Chriſtus pro ſe oblatum cupiunt, offert, ac ſiſtit ante Patrem.* Et Concilium MOGVNTINVM IV. cap. 58. iubet Concionatoribus, vt populum inſtruant de vſu huius myſterij, vt omnem mentem, vim atque ſenſum tam ſalutari actioni intendant, & voto id agant quod Sacerdos agit miniſterio, vt ſcilicet dicant & ipſi ſuam totiuſq; Chriſtiani orbis ſalutem tam ſalutaris & gratæ hoſtiæ interuentione & Chriſti Ieſu meritis Deo Patri commẽdare. Pręterea ſacram Euchariſtiam

C

Concilium Senonenſe. Hæc Gratianus de conſecratione, diſtinct. 2. cap. Semel, & ſequẽtibus, diffuſè complectitur.

Concilium Colonienſe 3.

1. Petr. 3.

Rom. 6.

D

Concilium Colonienſe 4.

E

Concilium Moguntinũ 4.

cum celebrante, ſi non ore, ſaltem fide & deſiderio cordis ad percipiendum ſpiritualem eius fructum crebrò ſumere hortatur. Hæc renouat Concilium TRIDENTINVM ſeſſ. 22. quæ fuit 6. ſub Pio IV. vbi docet Miſſæ ſacrificium veteri lege præfiguratum, in quo idem ille Chriſtus continetur, & incruente immolatur, qui in ara crucis ſemel ſeipſum cruentè obtulit. *Docet ſancta Synodus ſacrificium iſtud vere propitiatorium eſſe, per ipſumq́; fieri, vt ſi cum vero corde & recta fide, cum metu & reuerentia contriti ac pœnitentes ad Deum accedamus, miſericordiam conſequamur & gratiam inueniamus in tempore opportuno. Huius quippe oblatione placatus Dominus gratiam & donum pœnitentiæ concedens crimina & peccata etiam ingentia dimittit. Vna enim eademq́; eſt hoſtia, idemq́; nūc offerens Sacerdotum miniſterio, qui ſeipſum tunc in cruce obtulit ſola offerendi ratione diuerſa. Cuius quidem oblationis cruentæ inquam fructus per incruentam hanc vberrimè percipiuntur, tantùm abeſt vt illi per hanc quouis modo derogetur. Quare non ſolùm pro fidelium viuorum peccatis, pœnis ſatisfactionibus & alijs neceſſitatibus, ſed & pro defunctis in Christo nondum ad plenum purgatis rite iuxta * Apoſtolorū traditionem offertur, &c. Qui hanc autem doctrinam improbauerint, anathema ſit.* Quam doctrinam FACVLTAS LOVANIENSIS artic. 17. ſub Carolo V. Imperatore, & PARISIENSIS ſub Franciſco I. articulo 6. confirmat. Vide ſequentia.

Concilium Tridentinum generale

Vide in vocabulo Defunctorum, &c. quia ibi probatum eſt Miſſæ ſacrificium prodeſſe defunctis

Facultas Pariſienſis, & Louanienſis.

Miſſæ ſacrificium pro viuis & defunctis immolandum.] In prima huius vocabuli diſtinctione ſæpius hoc probatum eſt ex veterum authoritate, amplius habes confirmatum ſuprà & infrà in vocabulo Purgatorium, nonnihil dicetur. Vide ſequentia.

Miſſæ ſacrificium in honorem ſanctorum, & ſuper illorum reliquias celebrandum.] Cùm de reliquijs ſanctorū agemus, etiam huiuſcemodi mentio fiet ſæpius. Veruntamen morem hunc antiquiſſimum eſſe conſtat. Siquidem CYPRIANVS CARTHAGINENSIS lib. 2. Epiſtolarū, epiſt. 3 ad Cæciliū, & epiſt. 4. ad Moyſem & Maximum Presbyteros, & alijs in locis, vt multoties meminimus in honore martyrum ſe Miſſæ ſacrificium perhibet immolaſſe. Denique AVGVSTINVS HIPPONENSIS lib. De ciuitate Dei, cap. 27. ſic loquitur: *Nos noſtris martyribus non templa, ſacerdotia, ſacrificia cōſtituimus, quoniam non ipſi ſed Deus eorum nobis eſt Deus. Honoramus ſane memorias eorum* (memorias vocat reliquias) *tanquam ſanctorum hominum Dei, qui vſq; ad mortem corporum ſuorum pro veritate certarunt vt innoteſceret vera religio, falſis religionibus fictiſq; conuictis. Quis autem fidelium audiuit aliquando ſtantem ſacerdotem ad altare, etiam ſuper ſanctum corpus martyris, ad Dei honorem cultumq́; conſtructum, dicere in precibus, offero tibi Petre, vel Paule, vel Cypriane, cùm apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos & homines fecit & martyres, & ſanctis ſuis Angelis cœleſti honore ſociauit, vt ea celebritate & Deo vero de illorū victorijs gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum atque palmarum eodem inuocato in auxilium, ex eorum memoria renouationem adhortemur? Quæcunque igitur adhibetur religioſorum obſequia in martyrum locis, ornamenta ſunt memoriarum, non ſacra, vel ſacrificia mortuorum, tanquam deorum. V s itaque martyres noſtros nec diuinis honoribus, nec humanis criminibus colimus, ſicut colunt aliqui deos ſuos, nec ſacrificia illis offerimus, nec eorum probra in eorum ſacra conuertimus.* Idem eadem repetit

Cyprianus Carthaginenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Atten. de quia nōs martyribus ſed Deo memoriam, immolamus, tamen ... martyrum, non pro eis deprecamur Deum, ſed vt ipſi deprecentur Deum pro nobis. Hæc eſt fides catholica.

A lib. 20. contra Fauſtum Manichæum, cap. 21. *Populus* (inquit) *Chriſtianus memorias martyrū religioſa ſolennitate cōcelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum conſocietur, atq; orationibus adiuuetur: ita tamen vt nulli martyrū, ſed ipſi Deo martyrum, quamuis in memorijs martyrum conſtituamus altaria. quis enim antiſtitum in locis ſanctorum corporum aſſiſtens altari, aliquando dixit: Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane, &c.* Lege reliquum. Longè autem ante Auguſtinum Cōcilium ROMANVM præſidente in eo FOELICE I. vt ex epiſtola eius 2. ad Epiſcopos Galliæ cōſtat, ſic ſtatuit: *Perturbatores Eccleſiæ memorias martyrum execrantur. Quapropter in præſenti conſtituimus Synodo,*
B *vobiſq; & omnibus Eccleſijs tenendum & agendum mandamus, vt ſuper memorias martyrum Miſſæ celebrentur, ne memoria eorum à talibus extingui, aut veneratio poſſit prohiberi.* Hinc Concilium AVRELIANENSE I. celebratum ſub Conſtantino Magno Imperatore. cano. 2. & allegat Gratianus diſtinctio. 30 cap. Si quis. *Si quis* (ait) *per ſuperbiam tanquam perfectum ſe exiſtimans, conuenius qui per loca & baſilicas ſanctorum martyrum fiunt accuſauerit, vel etiam orationes quæ ibidem concelebrantur ſpernendas crediderit, memoriaſq; ſanctorum contemnēdas putauerit, anathema ſit.* Lege etiam HIERONYMVM STRIDONENSEM libro contra Vigilantium, vbi & de reliquijs venerandis & de myſte-
C rijs quæ cùm cereis & luminaribus ſuper eas celebrabantur, abundè diſſeruit. Vide quoq; vocabulum, Reliquiæ, &c. Porrò GREGORIVS I. lib. 7. Regiſtri epiſt. 29. ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum. *Nos autem* (ait) *penè omniū martyrum diſtinctis per dies ſingulos paſſionibus collecta in vno codice nomina habemus, atq; quotidianis diebus in eorū veneratione Miſſarum ſolennia agimus, &c.* Refert autem in eiuſdem Pontificis vita PLATINA CREMONENSIS, & alij hiſtoriographi teſtantur illum inſtituiſſe vt Miſſa ſupra B. Petri & Pauli corpora, celebraretur. Hinc etiā GREGORIVS TVRONENSIS lib. 1. miraculorum S. Martini, cap. 12. *Vltrogotha Regina audiens* (ait) *miracula quæ ad locum fiunt, quo ſancta membra quieſcunt, tan-*
D *quam ſapientiam Salomonis expetijt corde deuoto, proſpicere, &c. Illuc ergò deducta vigilijs nocte, & orationibus ac profuſis lacrymis, manè oblatis muneribus multis in honorē B. Cōfeſſoris Miſſas expetijt celebrari, quæ dū celebrantur ſubitò tres cæci, qui ad pedes beati Antiſtitis longo tempore priuati lumine reſidebant, fulgore nimio circundati lumen quod olim perdiderant, receperunt, &c.* Idem Concilium BRACARENSE II. can. 68. vide in ſubſequenti diſtinctione, vbi debeant Miſſæ celebrari, &c. Legitur autē & in vita GREGORII III referente memorato Platina & alijs, quòd ipſe oratorium fecit in Baſilica S. Petri, in quo recondidit in honorē Saluatoris reliquias
E ſanctorum Apoſtolorum, vel omniū ſanctorum martyrum, ac Confeſſorum iuſtorū ac perfectorum in toto orbe quieſcentium, quorum feſta Vigiliarum à monachis trium monaſteriorum illic ſeruientium quotidiè per ordinem exiſtētia, atq; Natalitiorum Miſſas in eodē loco celebrare iuſſit, inſtruēs in Canone ita à Sacerdote dicēdum. *Quorum ſolennitas hodie in conſpectu tuæ maieſtatis celebratur, Domine Deus noſter toto orbe terrarū.* Idem fecit & ZACHARIAS I. vt in eius vita legitur. Denique CAROLVS MAGNVS cap. 7. ſuarum conſtitutionum meminit & ſtatuit de ſanctorum corporibus in honeſto loco reponendis, vbi & oratorium ſit in quo debeat orationes

Ecce ſanctorū interceſſio.

Concilium Romanū ſub Fœlice I.

Vide à quo tēpore Reliquiæ martyrum Hæreticis ſunt infeſtæ.

Concilium Aurelianenſe I. ſub Syluestro I.

Hieronymus Stridonenſis.

Gregorius I.

Platina Cremonenſis.

Gregorius Turonenſis.

Cōcilium Bracarenſe 2. ſub Honorio I.

Gregorius 3.

Zacharias I.
Carolus Magn.

& vota perſolui. Et Platina iam memoratus narrat NICOLAVM I. ſtatim poſt conſecrationem ſuam ſuper S. Petri corpus ſacra myſteria celebraſſe. Nouiſſimè Concilium TRIDENTINVM ſeſſ. 22. quæ eſt 6. ſub Pio 4 cap. 3. *Quamuis* (ait) *in honorem & memoriam ſanctorum, nonnullas interdum Miſſas Eccleſia celebrare conſueuerit, non tamen illis ſacrificium offerri docet, ſed Deo ſoli qui illos coronauit. Vnde nec ſacerdos dicere ſolet. Offero tibi ſacrificium Petre vel Paule, ſed Deo de illorum victorijs gratias agens, eorum patrocinia implorat, vt ipſi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam facimus in terris.* Hoc improbantes anathemate feriuntur Si plura cupis legere vel ſcire, quære cõmentaria RAMIGII ANTISSIODORENSIS in Canoné Miſſæ, & AMVLARII FORTVNATI librum De myſterijs Miſſæ, cap. 20. 21. 22. & reliquis. lege & reliquos authores quos citauimus antè. Porrò etiam in Canonem Miſſæ clariſſima edidit commẽtaria. ANTONIVS POCQVATVS Cœleſtinus vir erudiſſimus, qui Miſſæ ſacrificium tam doctè, quàm deuotè expoſuit. Porrò vide etiã ea quæ in ſequẽtibus dicenda reſtãt.

Nicolaus I. — Concilium Tridentinum generale. — Remigius Antiſſiodorenſis. — Hamularius Fortunatus Epiſcopus Treuerenſis. — Antonius Pocquetus Cœleſtinus.

Miſsæ ſacrificio an miſcenda ſint nomina.] Sæpiùs de hac materia iam egimus, videlicet in vocabulo, Epiſcoporum nomina in altari recitanda, &c & Hæreticorum, &c. tum in vocabulo, Canon Miſſæ. & ſimilibus. Porrò breuiter dicendum eſt, quod INNOCENTIVS I. epiſtola ad Decẽnium Eugubinum Epiſcopum, can. 2. & allegat Gratianus, De conſecrat. diſtinct. 1. c. De nominibus. *De nominibus recitandis* (ait) *antequam precem ſacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda ſunt, ſua oratione commendet, quam ſuperfluum ſit & ipſe pro tua prouidentia recognoſcis, vt cuius hoſtiam nec dum Deo offeras eius ante nomen inſinues, quamuis illi incognitũ ſit nihil. Prius ergo oblationes ſunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum ſunt oblationes, edicenda, vt inter ſacra myſteria nominẽtur, nõ inter alia quæ ante præmittimus, vt ipſis myſterijs viã futuris precibus aperiamus.* De eadem re BASILIVS MAGNVS in ſua Liturgia, Io. CHRYSOSTOMVS in ſua Miſſa, & ÆTHIOPES in ſua Liturgia, atque reliqui ne diutius immoremur. Sed & NICOLAVS I. epiſt ad Michaëlem Imperatorem, ſcribit priorum Imperatorum nomina ſolere in ſacris myſterijs recitari. lege vocabulum Canon, & Authores quos ſuprà nominauimus in eundem canonẽ Miſſæ, & ſequentia.

Innocentius I. — Baſilius Magnus. Ioannes Chryſoſtomus. Aethiopes. — Nicolaus I.

Miſſa non niſi in locis ſacratis celebranda.] Diximus aliàs in vocabulo Altare, &c. non licere facilè conſecrare altaria portatilia, quia nec licet extra ſacra loca Miſſæ ſacrificia peragere, vt ex ſequentibus manifeſtum euadit. CLEMENS I. epiſt. 3 ad vniuerſum cœtum fidelium *Non Miſſas* (ait) *ſine Epiſcopi iuſſu quiſquam Presbyterorum in ſua parochia agat, non baptizet, nec quicquam abſque eius permiſſu faciat.* Et paulò poſt, & allegatur à Gratiano, De conſecr. diſt. 1. c. Hic ergò. *Hic ergò hoc eſt, in præſenti vita poſitos, oportet nos agnoſcere voluntatem Dei, vbi & agendi & ſacrificandi eſt locus, quoniam in alijs locis ſacrificare, & Miſſas celebrare non licet, niſi in his in quibus Epiſcopus proprius iuſſerit, aut ab Epiſcopo regulariter ordinato, tenente videlicet ciuitatem, conſecratus fuerit, aliter enim nõ ſunt hæc agenda, nec ritè celebranda. docente nos nouo & veteri teſtamento.* Et Concilium ROMANVM II. ſub Silueſtro I. celebratum, Epiſcoporum 284. allegatur à Gratiano De conſecr. diſt. 1. cap. Nullus. *Nullus* (ait) *Presbyter Miſſas celebrare præſumat, niſi in ſacratis ab Epiſcopo locis. qui ſui particeps de cætero voluerit eſſe ſacerdotij.* Et Concilium LAODICENVM ſub Liberio 1. c. 58. *Non oportet* (ait) *in domibus oblationes celebrari ab Epiſcopis vel Presbyteris.* Hic canon citatur in Concilio AQVISGRANENSI I. can. 84. Hunc quoque canonem producit FOELIX IV. epiſt. 1. ad Epiſcopos diuerſarum prouinciarum, c. 1 & allegatur à Gratiano, De conſecr. diſt. 1. c. Sicut non alij, &c. & ab Iuone lib. 2. decret. *Sicut non alij* (ait) *quàm ſacrati Domini Sacerdotes debent Miſſas cantare, nec ſacrificia ſuper altare offerre, ſicut nec in alijs quam Domino ſacratis locis Miſſas cantare aut ſacrificium offerre licebit. Si autem, vt legitur in Concilio Laodicenſi,* habes (ſuperiùs in vocabulo Exorciſta, &c.) *hi qui non ſunt ab Epiſcopis ordinati tam in Eccleſijs quàm in domibus exorcizare non poſſunt, multo magis maioris gradus miniſteria, niſi ab eis, qui ad eos gradus ſunt ſacrati, quibus fungi debent officia, agi, vel ſacrificia offerri licet, &c.* Sed & huius Fœlicis IV. decreta multo prolixiora receuſet Buchardus lib. 3. decret. c. 57. & 58 vide ſi vacat. Hinc MARTINVS BRACARENSIS c 68. ſui Collectorij, & allegatur à Gratiano, De conſecr. diſt 1. c. Non oportet. *Non oportet clericos ignaros & præſumptores ſuper monumẽta in campum myſteria portare, aut diſtribuere ſacramenta, ſed aut in Eccleſia, aut in Baſilica, vbi martyrum ſunt reliquiæ depoſitæ. ibi pro defunctis oblationem offerre.* Idem omninò reperit Concilium CABILONENSE II. c. 49. vbi & præmiſſum allegat Laodiceni Concilij canonem. relege ſi velis. Hæc ſimiliter renouat CAROLVS MAGNVS cap. 9. ſuarum Conſtitutionum. Similiter & Concilij AVRELIANENSIS citat Buchardus prædictus decretum libro 3. decret. cap. 61. can. 4. *Audiuimus* (ait) *quod quidã laici in domibus proprijs præcipiant Presbyteris ſuis Miſſas celebrare, & inter canum diſcurſus & ſcortorum greges ſanctitatis myſteria polluãtur, magis quam conſecrentur, quapropter præcipimus, vt nullus presbyter extra Eccleſiam præſumat Miſſam cantare, niſi fortè itineris neceſſitas expoſcat. In tentorio, aut ſub dio in loco nitido, & longè ab omni immunditia remoto Miſſas celebrare permittimus, & hoc nullatenus ſine tabula conſecrata.* Huic conforme eſt quod poſtea ſtatuit Concilium PARISIENSE III. lib. 1. c. 47. *Conſuetudines* (ait) *ad quorundam libitum repertæ, licet contra authoritatem Eccleſiaſticam exiſtant, non facilè tamen correctionem accipiunt: è quibus eſt illud quod pleriſque Presbyteri neglectis Baſilicis Deo dicatis, in domibus & hortis Miſſarum celebrationes contra diuinam authoritatem & canonicã inſtitutionem facere præſumunt. Hoc ſimiliter ad Epiſcoporum culpam pertinere perſpicuum eſt, & proinde neceſſe eſt, vt vnuſquiſq; Epiſcoporum huiuſcemodi temerariam conſuetudinem a parochia ſua penitus amoueat. Et ſi quis prebyterorum adhuc, excepto quãdo in itinere pergunt, & locus Baſilicæ procul eſt, & id in altaribus ab Epiſcopo conſecratis fieri neceſſitas compellit, ne populus Dei ſine Miſſarum celebratione, & corporis & ſanguinis Dominici perceptionẽ maneat, Miſſarum celebrationes in huiuſmodi illicitis locis poſt tot tantaſq; prohibitiones facere attentauerit. dignum eſt vt gradus ſui periculum incurrat. Laicos namque plerumque meminiſſe oportet pœna Regis Oziæ, qui pro eo quòd contra ſus ſacerdotale miniſterium arripuit lepra immunditia illico mulctari meruit. Diligenter perpendant non eſſe ſui officij, vt relictis Baſilicis Deo dicatis, & Epiſcopali authoritate contempta, ad libitum ſuũ in hortis & domibus vel certe ædiculis, quas iuxta domos ſuas conſtruunt & pallijs exornant. in quibus*

Clemens I. — Verba vt antiquiſſimi patris, ita certiſſimæ fidei. — Ergo temporibus apoſtolorum Miſſæ celebrabantur, vt infinitis probationibus oſtendimus. — Concilium Romanum 2. ſub Silueſtro I. — Concilium Laodicenum. — Concilium Aquiſgranenſe I. — Fœlix 4. — Canon 26. — Anacleto I. — Martinus Bracarenſis. — Cabilonenſe. — Carolus Magnus. — Concilium Aurelianenſe quoque Buchardus. — Concilium Pariſienſe ... Lothario ... — 2 Paralip. 26.

altaria erigi fecerunt, Miſſarum celebrationes Presbyteres facere compellant. Satius igitur illis eſt Miſſam nõ audire, quàm eam vbi non licet neq; oportet audire. Sed & Presbyteri (ſi tamen Presbyteri vocandi ſunt qui inconſultis Epiſcopis ſuis altaria in talibus locis erigere præſumunt, iuxta cenſuram canonicam gradus ſui periculum incurrere merẽtur. Recenti quippe tempore de celebrandis in talibus locis Miſſis, emerſit cõtra authoritatem Eccleſiaſticam hæc (vt quibuſdã videtur) religioſa conſuetudo; quæ quia apertè Eccleſiaſticæ antiquæ traditioni videtur reniti, non debet noua adinuentione & qualibet pertinaci intẽtione defendi. Quãdo enim in itinere pergitur, non induſtria, ſed neceſſitas alicubi quam in Eccleſia Miſſarum celebratione fieri vrget. Quando verò in domibus & hortis abſq; præmiſſa neceſſitate fit, apertè humana præſumptio & præcepto diuino, & authoritati canonicæ cõtraire comprobatur. Vbi autem Deo ſacrificium ſit offerendum lex diuina docet, Domino dicente: Non offeras holocauſtum tuum in omni loco, ſed in loco quem elegit Dominus Deus tuus, ibi offeras holocauſtum tuum. Et in Concilio Laodiceno legitur. (habes allegatum ſuperiori pagina) *Non oportet in domibus oblationes fieri. Quando ergo quod Dominus prohibet, facere humana præſumptio nõ metuit, proculdubio præceptũ Dei tranſgredi non pertimeſcit. Quapropter neceſſe eſt, vt cõſuetudines prauæ poſtponantur, & iuſſionibus diuinis obtemperando Eccleſiaſtica authoritas amplectatur.* Hoc iterũ reperit ſub compendio libro 3.cap. & cap.19. vbi etiam prohibet, ne in Palatinis ædibus diebus feſtis Proceres Miſſam audiant, ſed cum Imperatoribus ad Miſſarum celebrationem procedant. Idem omninò Concilium MOGVNTINVM III. ſub Arnulpho Imperatore, c.9. & allegat Gratianus de conſecratio. diſt.1.cap. Miſſarum ſolennia, & Buchardus lib.3. decretorum, cap.56. ſub nomine Concilij Tributienſis: quod tamen ego non hoc inter decreta inueni Concilij Tributienſis, ſed inter canones præfati Concilij Mogũtini, vbi ſic habetur cano.9 *Miſſarum ſolennia non vbique, ſed in locis ab Epiſcopo conſecratis, vel vbi ipſe permiſerit celebranda eſſe cenſemus. Concedimus etiam vt ſi nobis quolibet modo Eccleſiæ fuerint incenſæ, in capellis Miſſas interim liceat celebrare, donec ipſa Eccleſia reſtaurari queãt. In itinere vero poſitus ſi Eccleſia defuerit, ſub diuo ſeu in tentorijs ſi tabula altaris conſecrata cæteraq; miniſteria ſacra ad id officium pertinentia adſunt, Miſſarum ſolennia celebrari permittimus.* Eadem decreta confirmat Concilium METENSE ſub eodem principe, cap 5. & Concilium SENONENSE cap.14. & 15. Cõſtitutionum, vbi prohibetur, ne in Oratorijs priuatis, aut in capellis domorum neglecta Eccleſia parochiali ſine licentia Epiſcopi Miſſa celebretur, & expreſſè prohibet, ne in capellis etiã ex fundatione celebretur die Dominico, niſi poſt expletã Miſſam parochialem, nec altare portatile facilè conſecretur, vt diximus vocabulo, Altare, &c. Idem repetit & Conciliũ TRIDENTINVM, vt habes iam allegatum ſuprà.

Decret. 12.

Lege obiecta.

Concilium Moguntinum 3.

Concilium Metẽſe ſub Arnulpho Imper. & Senonenſe.

Concilium Tridentinum generale.

Miſſa diebus feſtis & Dominicis audienda.] CLEMENS I. lib.2. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap.63. item & alijs in locis, vt repoſuimus in vocabulo, Dominicus dies, teſtatur illis diebus Miſſæ ſacrificia ſolita à fidelibus frequentari. Quod & confirmat IVSTINVS I. Apologia 2. pro Chriſtianis ad Antoninũ Pium, vbi dies Dominicus olim vocabatur dies ſolis: *Et illo die* (ait) *vrbanorum ac ruſticorũ cœtus fiunt, vbi Apoſtolorum Prophetarũq; literæ quoad fieri poteſt, prælegũtur. Deinde ceſſante lectore, Præpoſitus verba facit adhortatoria ad imitationem tam honeſtarum rerum inuitans, & poſt hæc conſurgimus omnes & preces offerimus, quibus finitis profertur, vt diximus, panis vinum & aqua, &c.* Vide Communionis ſumẽdæ formam, &c. Superius autem multis alijs Patrum teſtimonijs probatum eſt, quòd Dominicis diebus & feſtis Miſſæ ſacrificium frequentabatur. Lege ſi placet, ne toties rem eandem repetamus, & tum lege ea quæ repeties vocabulo, Dies feſti, &c. Deniq; Concilium AGATHENSE ſub Cœleſtino I. vel Sixto III. can.47. allegatur à Gratiano, De conſecr. diſt. 1. cap. Miſſas. *Miſſas die Dominico ſecularibus totas tenere ſpeciali ordine præcipimus, ita vt ante benedictionem ſacerdotis egredi populus non præſumat: qui ſi fecerint, ab Epiſcopo publicè confundantur.* Et LEO I. epiſt.79. ad Dioſcorum Epiſcopũ Alexandrinum, cap.2. poſtquam de obſeruatione diei Dominicæ diſſeruit, vt ſuo loco diximus, infert: *Vt autem in omnibus obſeruantia noſtra concordet illud volumus cuſtodiri, vt cùm ſolennior feſtiuitas conuentum populi numeroſioris indixerit, & ad eam tanta multitudo cõuenerit, quam recipere Baſilica ſimul vna non poſſit, ſacrificij oblatio indubitanter iteretur, ne his tantum admiſſis ad hanc deuotionẽ, qui primi aduenerint videantur, hi qui poſtmodũ confluxerint non recepti, cum plenum pietatis atq; rationis ſit, vt quoties Baſilicam in qua agitur præſentia nouæ plebis impleuerit, toties ſacrificium ſubſequens offeratur.* Neceſſe eſt autem hoc allegatur à Gratiano, De conſecr. diſt 1. c. Neceſſe, &c. *vt quædam pars populi ſua deuotione fraudetur, ſi vnius tantum Miſſæ more ſeruato ſacrificium offerre non poſſint, niſi qui prima diei parte conuenerint.* Et Concilium RHOTOMAGENSE vt allegat Buchardus lib.2 Decret. c 71 ſic ſtatuit can 5. *Admonere debent Sacerdotes plebes ſibi ſubditas, vt bubulcos atq; porcarios, vel alios paſtores, vel aratores, qui in agris aſſiduè commorantur, vel in ſiluis, & ideo more pecudum viuunt, in Dominicis, & in alijs feſtis diebus ſaltem, vel ad Miſſam faciant vel permittant venire. Nã & hos Chriſtus precioſo ſãguine ſuo redemit. Quòd ſi neglexerint pro animabus eorũ abſq; dubio rationem reddituros ſciant. Siquidem Dominus veniens in hunc mundum, nõ elegit Oratores atq; nobiliores quoſq; ſed piſcatores, atq; ruſticos ſibi diſcipulos aſciuit, vt oſtenderet in facto quod ipſe verbis in Euangelio affirmat dicens: Quod hominibus eſt altum, abominabile eſt apud Deum. Et ſalua altiori intelligentia, natiuitas noſtri Redemptoris primo omnium paſtoribus ab Angelo nunciatur, &c.* Fit etiam mentio Miſſæ audiendæ diebus Dominicis in Concilio AVRELIANENSI, cap.3 vt idem allegat libro eodem, c.60 Hoc etiã vetuſtiſſimus doctor commendat Io. CHRYSOSTOMVS homil.1. in Euangelium Ioan. c.8 dum illud exponit: *Multi oppidi Samaritanorum Euangelizabant*, vbi & adhortatur fideles ad templa cõſtruenda, & decimas dandas, vt aliâs allegauimus. Sic autem inter cætera loquitur: *Preces ibi* (ſcilicet in templis) *perpetuè propter te, Laudes & ſynaxes propter te, Oblatio per ſingulos dies Dominicos, &c.* Vide reliquum. Hinc Concilium THOLOSANVM ſub Ludouico IX. can.12. *Statuimus, vt cuncti parochiani tam viri quam mulieres omnibus diebus feſtis & Dominicis, quibus opus ſeruile interdicitur, ſacro Miſſæ aſſiſtant officio, & celebrationi horarum canonicarum. Quòd ſi nullo legitimo impedimento id neglexeſſe conuicti fuerint, duodecim denariorum ſolutione vnuſquiſq; mulctetur applicanda Eccleſiæ vſibus & loci dominio.* Idem renouat Concilium BITERRENSE ſub eodem Principe, præſidente in eo Epiſcopo Tornacenſi Apoſtolicæ ſedis legato

Clemens I.

Iuſtinus I.

Concilium Agathenſe ſub Sixto 3.

Leo I.

Attende deuotionem populi ad Miſſæ ſacrificium audiendum & percipiendum.

Concilium Rotomagenſe quo tempore ſit celebratum non legi. Buchardus autem frequenter in teſtimonium producit.

Cõcilium Aurelianenſe.

Ioannes Chryſoſtomus.

Concilium Toloſanum nuuiſſime in lucem prodijt.

Concilium Biterrenſe.

Similiter & Parochis omnibus iniungit Côcilium Senonense can.11. & 12 parochianos ſuos adhortari, vt interſint Miſſæ Parochiali diebus Dominicis & feſtis per hebdomadam occurrētibus. Quòd ſi per tres Dominicos neglexerint intereſſe Miſſæ parochiali, pro menſura contēptus vel offenſę puniri præcipit. Et Côciliū Coloniense III. par.7.c.24. *Docendus eſt populus vt qui iuxta antiquum Eccleſiæ ritũ, ſinguli Dominicis diebus ad cõmunicandũ corpori & ſanguini Dominico non ſe præparant, Miſſæ ſaltem parochiali, hiſce aliiſq; diebus feſtis interſit, vt tametſi inter ſacrificantem & aſſiſtentes non ſit more illo antiquo, iã frequens ſacramentalis cõmunio, ſit ſaltẽ ſacra doctrinæ, pia exhortationis, prædicationis laudis, & gratiarum actionis cõmunio, vt ſic quodãmodo omnes ſpiritualiter cõmunicent cũ deſiderio etiam ſacramẽtaliter cõmunicandi. Ne verò populus ab hac Miſſa parochiali, & ab auditione verbi Dei diſtrahatur: Placuerit nobis, vt ſi quæ ſint aliæ Miſſæ legendæ die Dominico, hæ inchoentur primum poſt verbi prædicationẽ finitam &c.* Eadem præcipit Conciliũ Augustanse c.28. Conciliũ Coloniense IV. cap.19. cenſuræ pro abuſibus reformandis. Eadem & Côcilium Tridentinum ſeſſ.22. quæ fuit ſub Pio IV. in decreto de obſeruãdis & euitandis in celebratione Miſſæ *Moneãt* (ait) *populum Epiſcopi, vt frequenter ad ſuas parochias ſaltem diebus Dominicis, & maioribus feſtis accedant, &c.* Vide, Dies feſti, & Dominicus, & ſequentia.

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato Cãcellario.

Concilium Coloníenſe 3.

Habentur hæc in decret. de Conſecratione diſtin. 5. c. Sthoc attendendum, & diſtinct. 1. c. Sacerdos.

Concilium Auguſtenſe. Concilium Colonienſe 4. Concilium Tridentinũ generale.

Miſſa in die an reiteranda ſæpiùs.] Ex decreto Leonis I. ſuperiori pagina allegato, conſtat quia tunc tẽporis pauci erãt ſacerdotes, imò aliàs diximꝰ prohibitũ, ne plures in vna parochia eſsẽt ſacerdotes, ſed vnicus, & ideò cõcedit Leo, vt Miſſę ſacrificiũ diebus feſtis iteretur ſi neceſſitas adſit. Lege eius decretũ. Hinc credo exiit decretum Concilij Salegunstadiensis can.4. & 5. prohibens, ne amplius quàm tres Miſſas in vna die presbyter celebrare præſumat. Hoc reperis Concilium Oxoniense can.1. vbi ſtatuit & diſtrictius inhibet, ne ſacerdos quiſpiã Miſſarũ ſolennia celebret bis in die, excepto die Natiuitatis, & Reſurrectionis Dominicæ, vel in obſequijs defũctorũ, videlicet cùm corpus alicuius in Eccleſia eodem die fuerit tumulandũ. Tunc autẽ prior Miſſa de die, poſterior verò pro defuncto celebrari debet. *Si autẽ cõtingat* (ait) *duas Miſſas celebrare, ſtatuimus, vt presbyter poſtquã Dominicum corpus ſumpſerit in altari, ſi in eodẽ die Miſſarũ ſolennia ipſum celebrare oporteat iterato vinum calici infuſum, vel digitis ſuperfuſum ſumere non præſumat.* Vide quod ſequitur.

Concilium Salegũſtadienſe ſub Benedicto 8.

Concilium Oxonienſe in Anglia, ſub Innocentio 3.

Miſſa à ieiunis celebranda.] Hoc copioſè inuenies probatũ ſuprà in vocabulo, Euchariſtia à ieiunis ſumenda, &c.

Miſſa natalis Domini.] De Miſſa quæ ter reiteratur in feſto natalis Domini Thelesphorus I. Papa decretũ propoſuit, epiſt.1. ad omnes Epiſcopos, & allegatur à Gratiano, De conſecrat. diſt.1. c. Nocte ſancta. & cauſa 6. q.1. Sacerdotes. & ab Iuone lib.2. Decret. *Nocte ſancta natiuitatis Domini ſaluatoris Miſſas celebrẽt Sacerdotes, & hymnum Angelicũ ſolenniter in ea decantent, quoniam & eadẽ nocte ab Angelo paſtoribus nunciatus eſt, &c.* Et infrà: *Reliquis autẽ tẽporibus Miſſarũ celebrationes ante horã diei tertiã minimè ſunt celebrandæ, quia & eadẽ hora Dominus crucifixus eſt, & ſuper Apoſtolos Spiritus ſanctus deſcẽdiſſe legitur.* Vide Gloria in excelſis, &c. Hunc autẽ ritũ celebrãdi tres Miſſas refert Damasus I. vſq; ad ſua tẽpora obſeruatum

Theleſphorus 1.

Damaſus 1.

A in põtificali, dũ de vita eiuſdẽ Theleſphori tractat. Gregorius I. in homil. Euangelij Dei natalis Domini, ſic incipit, teſtatur: *Quia ter hodie Miſſarũ ſolennia celebraturi ſumus &c.* Vide ea quæ præcedunt & ſequuntur.

Gregorius 1.

Miſſæ qui adſunt non recedant antè cõmunionem & benedictionem.] Hoc ſuperiùs ex Cõcilio Agatheoſi prohibitũ eſt, & ex canone Apoſtolorũ in vocabulo, Cõmunio, diximꝰ, quia omnes debebãt cõmunicare, & extremã benedictionem præſtolari, ſed quia non eſt neceſſe rem eandẽ toties repetere, ad illa loca lectorẽ remittimus, & quod reſtat præſtamus. Sic ergò Cõcilium Aurelianense I. can.28. allegatur à Gratiano, De conſecr. diſt.1. c. Cùm ad celebran-B das, &c. *Cùm ad celebrandas Miſſas in Dei nomine conuenitur populus, non ante diſcedat, quam Miſſæ ſolennitas cõpleatur, & vbi Epiſcopus non fuerit benedictionẽ accipiat Sacerdotis.* Hoc reperis Aurelianense III. can.28. *De Miſſis nullus laicorũ ante diſcedat, quàm Dominica dicatur oratio, & ſi Epiſcopus præſens fuerit eius benedictio expectetur.* Et Cõcilium Coloniense III. part.7. c.26. *Corripiendus eſt* (ait) *abuſus, quòd quidã poſt aſperſam aquã & ante Miſſæ introitum exitũ faciunt, quidã poſt auditum & non intellectũ Euangeliũ abeunt. Alij, poſtea quã Sacerdos dixit, Surſum corda, & gratias agamus, &c. Deniquè alij ſtatim poſt eleuatione corporis & ſanguinis* C *Dominici, non expectantes præcipuã Miſſæ partẽ, quæ eſt cõmunio. Antiquiſſimus ergò Canon populo rememorandus eſt, Omnes fideles, &c.* Eſt Canon Vrbani I. & habetur ſtatim initio diſtinct.5. De cõſecrat. in Gratiano, ſed nihil ad rem. Verùm autumo aliud eſſe, quòd iam in dictione, Cõmunio, & Cõmunicare poſuimus. Eadem autem repetit Cõcilium Augustanse, cap.28. vide ea quę præcedunt, & quæ ſequuntur.

Concilium Agathenſe.

Cõcilium Aurelianenſe ſub Clodoueo.

Conc. Aurelianenſe ſub Vigilio

Cõcilium Colonienſe

Concilium Auguſtenſe

Miſſa qua hora celebranda ſit.] In fine ſuperioris paginæ ex Thelesphori decreto hoc expreſſum habes, cui ſubſcribit Concilium Aurelianense III. can.14. *De Miſſarũ* (ait) *ſolennitate in præcipuis dũtaxat ſolennitatibus id obſeruari debebit, vt hora 3. Miſſarũ celebratio in Dei no-* D *mine incohetur, quo facilius intra horas cõpetentes, ipſo officio expedito, ſacerdotes poſſint ad veſpertina officia, id eſt, in veſpertino tẽpore cõuenire, quia ſacerdotes veſpertinis officijs ab Eccleſia talibus præcipuè diebus nec decet deeſſe, nec cõuenit.* vide ea quæ ſup. diximus.

Theleſphorus

Cõcilium Aurelianenſe ſub Vig.

Miſſæ ſacrificio qui intereſſe nõ debẽt.] Idem Cõcilium Aurelianense III. can.28. *Sacrificia verò matutina Miſſarũ, ſiue veſpertina, ne quis cum armis pertinẽtibus ad bellorum vſum ſpectet: quod qui fecerit, in ſacerdotis poteſtate conſiſtat, qualiter eum deſcriptione debeat caſtigare.* Vide etiã vocabulũ Arma, &c. Et Concilium Nannetanse can.1. & allegatur ab Iuone in Decretis li.2. c.122. *Statuimus* (ait) *vt Dominicis & feſtis diebus presby-* E *teri antequã Miſſas celebrent plebẽ interrogent, ſi alterius parochianus in Eccleſia ſit, qui proprio contempto Presbytero ibi Miſſam velit audire, quẽ ſi inuenerint ſtatim ab Eccleſia eiiciant, & ad ſuã parochiã redire cõpellant. Similiter interrogẽt ſi aliqui diſcordãtes ſint, qui inter ſe litem implacabilẽ habeãt, & ſi inuenti fuerint, ſtatim recõcilientur, & ſi renuerint pacẽ ſuſcipere, ab Eccleſia eiiciatur, vſquequo ad charitatẽ redeant. Non enim poſſumus munus & oblationẽ ad altare offerre, donec prius fratri reconciliemur. His ita peractis ſacerdotes Miſſarũ ſolennia rite peragant.* De his alibi diximus ſæpius. Vide Cõmunio, & Euchariſtia.

Cõcilium Aurelianenſe

Concilium Nannetenſe.

Miſſa peculiaris non celebretur, niſi ſuo

tempo

Concilium Salegunſtadienſe, ſub Henrico Imperat. 0.

tempore.] Conciliũ SALEGVNSTADIENSE ſub Benedicto VIII. can. 10. *Quidam laicorũ, & maximè matronæ, habent in conſuetudine, vt per ſingulos dies audiant Euangeliũ, In principio erat verbũ, & Miſſas peculiares, hoc eſt, de S. Trinitate, aut de S. Michaele: & ideo ſancimus, vt hoc vlterius non fiat, niſi ſuo tẽpore, & niſi aliquis fideliũ audire velit pro reuerẽtia S. Trinitatis, non pro aliqua diuinatione: & ſi voluerint vt ſibi Miſſa cantẽtur, de eodẽ die audiant Miſſas, vel pro ſalute viuorũ, aut pro defunctis.* Hoc decretum allegat Concilium COLONIENSE III ſub nomine Concilij Triburienſis, par. 2. c. 16 Sed non reperi illud inter decreta Concilij Triburienſis, ſed Salegunſtadienſis vt poſui. Hoc etiã deſumitur ex Gratiano, De conſecr. diſt. 1. Sic autẽ ait præfatum Colonienſe Concilium. *Mos inoleuit non admodum improbandus, vt diebus Dominicis toto ferme anno officiũ Miſſæ vel de ſacroſancta Trinitate, vel de Spiritu ſancto dicatur. Nobis ſatius videtur, vt quæ priſca Eccleſia ſingulis Dominicis peculiaria fecit obſeruentur. Quòd ſi illorũ loco alia vſurpãda erunt, videbitur, quod de reſurrectione Domini eſt, dies Dominico magis conuenire, quod dies illi potiſſimum reſurrectioni dedicata ſit. Neq. ignoramus, non abſq. cauſa in Concilio Triburienſi* (Saleguoſtadienſi vt diximus ſaluo meliori iudicio) *ſtatutum ne propter Miſſas peculiares Miſſas quã de feria vocamus prætermittatur.* vide ſeq.

Concilium Colonienſe 3.

Miſſa ſine teſtibus non celebranda.] ANACLETVS I. epiſt. 1. ad omnes Epiſcopos & allegatur in parte à Gratiano, De conſecr. diſt. cap. Epiſcopus, &c. *Deo* (ait) *ſacrificantes perfectè non debẽt vexari, ſed portari, cõſolari, atq. ab omnibus venerari. Ipſi autẽ quando Domino ſacrificãt non ſolis hoc agere debẽt, ſed teſtes ſecũ adhibeãt, vt Domino perfectè in ſacratis Deo ſacrificare locis probentur. Ait namq. authoritas legis diuinæ: vide ne offeras holocauſta in omni loco quẽ videris, ſed in loco quẽ elegerit Dominus Deus tuus. Epiſcopus Deo ſacrificans teſtes, vt præfixũ eſt, ſecũ habeat, & plures quã alius Sacerdos. Sicut enim maioris honoris gradu fungitur, ſic maioris teſtimonio indiget. In ſolemnioribus quippe diebus aut ſeptẽ, aut quinque, aut tres diaconos, qui eius oculi dicũtur, & ſubdiaconos atq. reliquos miniſtros ſecũ habeat, qui ſacris induti veſtimẽtis in fronte & à tergo, & Preſbyteri e regione dextra læuaq. contrito corde, & humiliato ſpiritu ac prono ſtent vultu, cuſtodientes eũ à maleuolis hominibus, & cõſenſum eius præbeant ſacrificio.*

Anacletus 1.

Vide antiquũ eſtũ celebrandi Miſſas, licet iam ſuperius ſatis abundè mõſtratus ſit. Decer. 32.

C

D

Et SOTER I. vt allegat Gratianus, De conſecr. diſt. 1. c. Vt illud. & cauſa 7. q. 1. c. Illud. *Vt illud* (ait) *diuini oraculi monentis ſinguli præcaueant, quo ſcribitur: væ ſoli, quia cũ ceciderit non habet ſubleuantẽ. Sũmopere verẽdũ eſt nobis atq. cauendũ, ne horis illis atq. tẽporibus quibus Deo pſallitur vel ſacrificatur, vnicuique diuinis ſingulariter officijs inſiſtenti pernicioſa paſſio, vel quilibet corporis inualitudo occurrat, quæ aut corpus ſubito ſubruat faciat, aut mentẽ alienatione vel terrore confundat. Pro huiuſmodi ergò caſibus præcauendis neceſſariũ duximus inſtituere, vt vbi tẽporis vel loci ſine cleri copia ſuffragatur, habeat quiſquis ille canens Deo atq. ſacrificans poſt ſe vicem ſolaminis adiutorẽ, vt ſi aliquo caſu ille qui officia impleturus accedit turbatus fuerit, vel ad terrã eliſus, à tergò ſẽper habeat, qui eius vicẽ exequatur intrepidus, & officiũ inceptum adimpleat. Cenſuimus ergo conuenire, vt cũ à Sacerdotibus Miſſarum tẽpore ſacra myſteria conſecrantur ſi ægritudinis accidat quilibet euẽtus, quo cœptũ nequeat expleri officium, ſit liberũ Epiſcopo vel Presbytero vel alij, vt conſecrationem expleat officij cœpti. Non enim aliud ad ſupplementũ initiatis myſterijs cõpetit, quam aut incipientis aut ſubſequẽtis expleda benedictio Sa-*

Soter 1. Eccleſiaſt. 4.

Vide quia Toletanum reperi eſſe decretũ licet Soteri Gratianus tribuat ad calcem huius decreti.

Sacerdos ſacrificãs ſi aliquo languore deficiat, vide & ſubſequẽti diſtinctione.

E

A *cerdotis, quia nec perfecta videri poſſunt, niſi perfectionis ordine cõpleantur. Cum enim vnum ſimus omnes in Chriſto, nihil contrarium diuerſitas format, vbi efficaciam proſperitatis vnitas fidei repræſentat. Quod etiã conſultũ cunctis ordinis clerici indictũ vel indultũ eſſe ſibi non ambigant, ſed, vt præmiſſum eſt in præcedentibus, ſtatim alij pro complemento ſuccedant. Ne tamen quod naturæ languoris cauſa conſulitur in præſumptionis perniciem conuertatur, nullus poſt cibum potumque ſine quodlibet minimũ ſumptum miſſas facere, nullusq. abſque patenti molestia proueniu miniſter vel ſacerdos, cum cœperit, imperfecta officia præſumat omninò relinquere. Si quis hæc temerariè præſumpſerit, excommunicationis ſententiam ſuſtinebit.* * *Hoc quoq. ſtatutum eſt, vt nullus preſbyterorũ Miſſarum ſolennia celebrare præſumat, niſi duobus præſentibus ſibique reſpondentibus, & ipſe tertius habeatur. quia cum pluraliter ab eo dicitur, Dominus vobiſcum, & illud, orate pro me, aptiſſimè conuenit, vt & ipſius reſpõdeatur ſalutationi.* Aduerte (Lector) quia hæc omnia de verbo ad verbũ replicat Cõciliũ TOLETANVM XI. cau. 14. vnde quia nec in ſcriptis Soteris hæc reperi, forſam dixerim decreta eſſe prædicti Cõcilij, ſaluo meliori iudicio Nõ eſt autẽ opus præfati Cõcilij proferre decretum cùm omninò huic ſit cõforme. Deniq; Cõcilium AQVISGRANENSE I. hoc idem reperit. Cõcilium MOGVNTINVM I. ſub Carolo Magno can. 43. *Nullus Preſbyter, vt nobis videtur, ſolus Miſſam cantare vales rectè, quomodo enim dicet, Dominus vobiſcum, vel ſurſum corda admonebit habere, & alia multa his ſimilia, cum alius nemo cum eo ſit. &c.* Et Cõcilium PARISIENSE III. lib. 1. c. 48. prohibet, ne Presbyteri ſine miniſtris Miſſarum ſolennia peragant. *Non ſolitarius Dominici corporis & ſanguinis cõſecrator, quibus* (ait) *poterit dicere, Dominus vobiſcum, & a quo ei reſpondebitur, Et cum ſpiritu tuo: vel pro quibus ſupplicando Domino inter cætera, Memento Domine & omnium circumſtantium cùm nullus circunſtet? Quapropter hæc conſuetudo Presbyterorum ſi inualuit, amputetur, quia Apoſtolicæ & Eccleſiaſticæ authoritati refragatur: & ſi quis de cætero hanc definitionẽ tranſgreſſus fuerit, canonicæ correctioni ſubiaceat.* Et Concilium BASILEENSE ſeſſ. 21. eadem reperit. Cõcilium COLONIENSE III. partis 2. c. 18. *Nec ſine magna ratione in Concilio Toletano* vndecimo vt ſuperiori pagina annotauimus cano. 14. quamuis alius dicat, Concilio Toletano VII cap. 2.) *conſtitutum fuit, vt habeat quiſque canens Deo atq. ſacrificans poſt ſe vicini ſolaminis adiutorem. vbi temporis loci ſine cleri copia ſuffragatur: Idque propter morbos & caſus diuerſos qui occurrere poſſunt, &c.* Quę pręcedẽti pagina ſub nomine Soteris I. appoſuimus. lege ergò. Hæc decreta iterũ reperit Concilium MOGVNTINVM IV. can. 54. & Cõciliũ TREVERENSE II. can. 10. ſed nõ opus eſt vt ea repetamus quia nõ diuerſa ſanciũt, ſed cõformia. vide quod ſequitur.

B

Miſſæ ieiunus celebret, vide alibi.

Hæc Gratianus de Conſecratio. diſtin. 1 ca. Hoc quoque.

Concilium Toletanum 11.

Concilium Aquiſgranen. Concilium Moguntinũ 1.

C

Concilium Pariſienſe 3. ſub Ludouico & Lothario auguſtis.

D

Concilium Baſileenſe generale

Cõcilium Colonienſe 3.

Igitur vide quia non ſine cauſa decretum præ[illegible] authore fecimus non Soterem ſed Cõcilium Toletanum.

Concilium Moguntinum 4. Concilium Treuerenſe 2.

E

Miſſam celebrans ſi languore aut morbo præoccupatus deficiat.] Hic repete & reuolue præcedentis annotationis decreta & præcipuè quod ex Sotere I præcedenti pagina annotauimus, licet Concilij Toletani vt diximus, vndecimi dicatur eſſe decretum Hinc ſubſcribit TOLETANVM Concil. VII can. 2. ſuprà à Cõcilio Colonienſi 3. in initio huiꝰ paginæ, vt quibuſdã placet, allegatũ, quod & allegat Gratianꝰ cau. 7. q. 1. c. Nihil, &c. *Nihil* (loquit) *cõtra ordinis ſtatum i[n]meritatis auſu præſumatur, neque illa quæ ſumma veneratione cenſetur vel minimo præſumptionis tactu ſoluantur, cùm ad hoc tãtum fieri iuſſa ſunt, ne interrupta noſcan-*

Concilium Toletanum 2.

tur, vel languoris prouentu robore ſalutis priuetur natura. Non ergò fragilitatis ſolum conſulitur humanæ, ſed etiam ſacro honori myſteriorum Dei prouida cauetur ſolicitudine. Cenſuimus ergo conuenire, vt cum a ſacerdotibus Miſſarum tempore ſancta myſteria conſecrantur, ſi egritudinis accideriт quilibet euentus, quo cœptum nequeat conſecrationis expleri myſterium, ſit liberum Epiſcopo vel presbytero alteri conſecrationem exequi officij cœpti. Non enim aliud ad ſupplementum initiatis myſterijs competit, quam aut incipientis aut ſubſequentis completa benedictione ſacerdotis, quia nec perfecta videri poſſunt, niſi perfectionis ordine compleantur. Cum enim ſimus omnes vnum in Chriſto, nihil contrarium diuerſitas format, vbi efficaciam proſperitatis vnitas fidei repræſentat. Quod etiam conſultum cunctis ordinis clerici indiuiduum eſſe ſibi non ambigant, ſed vt præmiſſum eſt præcedentibus libenter alij pro complemento ſuccedant. Ne tamen quod natura languoris cauſa conſulitur in præſumptionis perniciem conuertatur: nullus poſt cibum potumq́; quemlibet minimum ſumptum Miſſas facere, nullus abſq; patentis prouentu moleſtia miniſter vel ſacerdos, cùm cœperit, imperfecta officia præſumat omnino relinquere. Si quis hæc temerare præſumpſerit, excommunicationis ſententiam ſuſtinebit. Vide quæ ante poſuimus, & quæ ſequuntur.

Rom. 12.

Miſſa non celebretur ſine Orario.] Orarium illud vocamus quod vulgari nomine ſtolam dicimus. Quod autẽ nec ſine alijs ſacerdotalibus indumentis Miſſa debeat celebrari ſæpius fit mẽtio, vt iam meminimus ex Patrum veterum libris. vide & in vocabulo, Veſtes ſacræ, & Vaſa, &c. & Orarium.

Miſſa non celebretur vbi Epiſcopus celebrauit.] Concilium VRBICVM, vt allegat Buchardus lib. 3. decret. cap. 226. *Nec in altari quo Miſſam Epiſcopus cantauit presbyter eo die Miſſam celebrare præſumat.* Hinc ſubſcribit, forſan tamen ante illud celebratum. Concilium ANTISSIODORENSE 1. ſub Deuſdedit Papa I. can. 10 *Non licet (ait) ſuper vno altario in vna die duas Miſſas dicere, nec in altario vbi Epiſcopus Miſſas dixerit presbyter in illa die Miſſas dicat.* vide quod ſequitur.

Concilium Vrbicum non inuenitur in ordine cæterorũ in 4 tomis nec alia parte vt ſignauimus in alphabetica tab. Concilium Antiſſiodorenſe.

Miſſa non celebrãda tempore Concionum.] Illud diximus ſuperius prohibitum ea Concilio Colonienſi III. quod & cõfirmat Concilium MOGVNTINVM IV. cap. 57. *Cum Apoſtolus iubeat (loquit) omnia honeſtè & ſecundum ordinem fieri in Eccleſia citraq; tumultum, Statuimus & ordinamus, ne deinceps Concionis tempore, aut ſub ſolenni Miſſa aliæ ſpeciales Miſſæ celebrentur, ſed aut concionem aut ſolenne ſacrum præcedant, aut in aliud tempus differantur, ne populus in diuerſa diſtractus nulli ſacro aut Concioni ſatis intendat: quam rem pro opportunitate cuiuſuis loci & temporis prælatorum diſcretioni relinquimus curandam.* Idem Cõcilium TREVERENSE II. repetit. cap. 10.

Concilium Moguntinũ 4. 1. Corinth. 14.

Concilium Treuerenſe 2.

Miſſa non vernacula lingua celebrãda.] Concilium TRIDENTINVM generale ſeſs. 22. quæ eſt 6. ſub Pio IV. cap. 8. *Et ſi Miſſa magnam contineat populi fidelis eruditionem, non tamen expedire viſum eſt Patribus vt vulgari lingua paſſim celebraretur. Quamobrem retento vbiq; cuiuſque Eccleſiæ antiquo, a ſancta Romana Eccleſia omnium Eccleſiarũ matre & magiſtra probato ritu, ne oues Chriſti eſuriant, néve paruuli panẽ petant & non ſit qui frangat eis, mandat S. Synodus Paſtoribus & ſingulis curã animarũ gerentibus vt frequẽter in Miſſarũ celebratione vel per ſe, vel per alios ex his quæ in Miſſa legũtur aliquid exponat atq; inter cætera ſanctiſſimi huius ſacrificij myſterium aliquod declarẽt, diebus præſertim Dominicis & feſtis.* Cur verò non ſit Miſſa vernacula lingua celebrãda, rationem reddit vir doctiſſimus & noſtri ſeculi ſplẽdor STANISLAVS HOSIVS, cap. 41. Cõfeſſionis Catholicæ fidei Chriſtianæ in Cõcilio Petrikonienſi, vbi de Euchariſtiæ ſacramento copioſiſſimè diſſerit.

Concilium Tridentinũ generale.

Trent 4.

Stanislaus Hoſius.

A B C D E

Miſſa pro hæreticis non celebrand.] Licèt non ſit prohibitũ pro hæreticorũ cõuerſione orare, tamẽ vt ſpecialiter pro illis Miſſæ celebrẽtur prohibitum eſt, vt videbis repoſitum vocabulo, Hæreticus, &c.

Miſſæ nouæ ſeu primitiarum ſolẽnitas.] Concilium MOGVNTINVM IV. c. 60. *Dum a nouitijs ſacerdotibus ſacra primitia celebrantur, ſerio mandamus choreas & omnino ſeculares põpas omittendas, & conuiuia non permittẽda, niſi inter paucos amicos, & ea ſobria tãtum, & quæ ſine luxu in timore Domini ineantur.* Quam peſſimè hoc decretum contẽnatur ſatis patet, nec oportet verbis exprimere.

Concilium Moguntinũ 4.

Miſſæ oſores Hæretici.] Iam pluribus in locis, videlicet in vocab. Euchariſtia, & Hæretici miſcuerunt ſacra prophanis, &c. oſtẽdimus ab initio naſcentis Eccleſiæ ſẽper reuerendũ Miſſæ ſacrificiũ ab impijs hæreticis fuiſſe conculcatũ, cõceptũ & neglectũ, nec opus eſt vt rẽ eandẽ toties repetamus, cùm ſatis opportunè quilibet lector præcedentia reuoluens folia poſſit veritatẽ noſce. Quã piè autẽ & doctè de hoc excellẽtiſſimo Miſſæ ſacrificio Io. CHRYSOSTOMVS loquatur homil. 5. in Matth. cum exponẽs illud Matth. 14. Quicũq; tetigerunt illũ ſalui facti ſunt, ſatis notũ eſt, & miror quomodo tã inſolẽtes ſint & obſcuris tenebris excæcati hæretici, vt quod omni tẽpore à S. Patribus tam reuerẽter cõmendatur & defenditur, audeant in vanũ impugnare. Nec enim vnquã præualere poterũt, cùm nõ ab homine, ſed à Deo hoc myſteriũ traditũ ſit, & firmatũ in ſecula permanſurũ. Nihil profuit, imò obfuit plurimũ Dioſcoro Alexandrino in contumeliã & deriſum ſacrificij Miſſæ multa effutiiſſe, cuius cauſa vẽtilata eſt in generali Cõcilio CALCEDONENSI actio. 3. vbi & dãnatus & depoſitus eſt. In eodẽ Cõcilio actio. 10. habetur in cauſa Ibæ Epiſcopi Edeſſeni, quòd dũ memoria fieret S. martyrũ nõ eſt datũ vinum ad ſacrificiũ altaris ad ſanctificationem & populi diſtributionẽ, niſi omninò paululũ & hoc lutoſum & infectũ, & tẽpore quo erat vindemiarũ, vt ex hoc cogerentur qui deputati fuerãt miniſtrare de tabernis, & omninò infectos cõparare ſextarios, qui nec ſufficerent; intantũ vt hi qui ſanctũ corpus diſtribuebant, innuerãt ingredi eos, quia ſanguis nõ inueniretur illis bibẽtibus, & tũc ac ſẽper habentibus diuerſum & mirabile vinũ. Deniq; de Miſſæ celebratione agitur, & actio. 11. eiuſdẽ Cõcilij in cauſa Baſſiani Epiſcopi. & in epiſtola EPISCOPORVM PONTI ad Leonẽ Auguſtũ, vbi narrãt quomodo Miſſã celebrãs ſanctiſſ. Proterius Alexandrinus Epiſcopus ab impijs occiſus eſt, cuius aliàs multoties meminimus. Referunt autẽ Hiſtoriographi plurimi, & ipſe PLATINA CREMONENSIS in vita Martini I. quòd Paulus Conſtãtinopolitanus Epiſcopus, inter alia ſcelera quæ aduerſus Chriſtũ & Eccleſiã excogitauit flagitia, quod nec aliquis alius adhuc præſũpſerat illicitè præſumere ſtuduit, & altare S. Sedis Apoſtolicæ, quod erat in domo Placidiæ, ſacratum in venerabili oraculo ſubuertẽs diripuit, prohibẽs ne adorãdã & immaculatã hoſtiã ſacerdotes Deo offerre valerẽt, nec cõionis ſacramẽta pcipere. Inſuper & ſacerdotes, quẽ putabãt de flagitio admonere, verberib. cæſos

Ioannes Chryſoſtomus.

Concilium Chalcedonenſe generale 4.

Vide quã grauiter ... ſum eſt ... non ... cõtumelioſè & negligenter ... Miſſam celebrant.

Epiſcopi Ponti.

Platina Cremonenſis.

Lataranenſe ſynodus ſub Martino 5.

A in exilium relegati iuſſit,& cuſtodiæ alios mancipari. Contra hunc coacta eſt LATARANENSIS SYNODVS Epiſcoporum 105. vt alibi diximus. Quantis verò furijs in tremendum Miſſæ ſacrificium inſurrexerint hæretici decantati Vvicleff, Hus,Lutherus,Oecolápadius,& nouiſſimè Caluinus,& Beza,iam experimur,& ex actis conſtat Concilij CONSTANSIENSIS, vbi damnantur memorati Vvicleff,& Hus.& ex actis Cócilij SENONENSIS decret.10 & ex actis Concilij TRIDENTINI,vbi omnium Patrum ſententia & iudicio hæreticorum liuor eacuntur,& veritas integra in ſuo robore confirmatur. Verùm vide in in locis ſuperius annotatis.

Concilium Conſtantienſe. Concilium Senonenſe. Concilium Tridentinum.

B Miſsæ ſacrificij ſeu Euchariſtiæ inſtitutionis ſolennitas.] Decreueram hoc fragmentum addere ad calcem vocabuli Euchariſtiæ, in memoriá inſtitutæ ſolennitatis quæ per orbé iam feſtiuis gaudijs recolitur,verùm quia alijs intenti ex obliuione omiſimus,hic ſupplédú curauimus, quamuis rectius alteri vocabulo cóueniret,quàm huic. Ignoſcendum auté mihi eſt, quia quádoque enim bonus dormitat Homerus. Feſtiuitas autem hæc (vt omnes norunt) inſtituta eſt ab VRBANO IV. ſicut THOMAS AQVINAS, cui & cóponendi officij prouincia cómiſſa eadé die in Eccleſia decantandi,recenſet,& teſtatur PLATINA CREMONENSIS in eiuſdé Pontificis vita. Poſtcà hæc ſolennitas iterum per totú orbé celebrari

Vrbanus 4. Thomas Aquinas. Platina Cremonenſis.

C inſtituta eſt in generali Concilio VIENNENSI ſub Clemente V. vt habetur inſertum in elementinis tit.15. De reliq & vene. ſanct. Et magnis illuſtratur indulgétijs tam à præfato Pontifice, quàm à prædicto Concilio. Confirmata eſt & ab EVGENIO IV. iterum indulgentijs renouatis quas prius Vrbanus IV. conceſſerat, & inſtitutum ab eo eſt,vt in Eccleſia in matutinalibus lectionibus recitarentur,vt habes inſertum in appendice Cócilij Baſileenſis. Illam feſtiuitatem MARTINVS V. iterum confirmauit, & indulgentias multiplicauit vltrà eas quas Vrbanus cóceſſerat,quas duplicauit nihilominus his qui proceſſioni intererút, in qua viuificum ſacramentum iuxta ritú Eccleſię

Concilium Vienenſe generale. Eugenius 4. Martinus 5.

D in dicto feſto defertur, & qui tépore octauarum Miſſam celebrauerint aut celebráti aſtiterint: nec non qui in eodem feſto communicauerint céntum dies indulgentiarum relaxat, nec non etiam illis qui dum corpus dominicum cómunicandum defertur infirmis, illud cùm incenſo luminari præcedendo vel ſequendo venerarentur, ſimiliter céntum. Idem etiam Pontifex Martinus V. authorite Apoſtolica conceſſit,vt in feſto & diebus octauarú huius diei in terris & locis Eccleſiaſtico quauis authoritate ſuppoſitis interdicto, pulſatis cápanis, ianuis apertis & alta voce,excómunicatis prorſus exclusis,ſed interdictis,vt citius recóciliari ſtuderét,admiſſis,& illis qui cauſá vel occaſioné huiuſ

Immenſa priuilegia.

E modi interdicto dediſsét altari túc nullatenus appropinquátibus,Miſſę & officia diuina licitè celebrari poſſint. Has indulgétias etiam EVGENIVS IV. prædictus renouauit,& publicari iuſſit Dominica præcedente eiuſmodi feſtum per omnes Eccleſias, vt habetur in medio appendicis Concilij Baſileenſis. De hac etiá ſolennitate & deportatione corporis Chriſti in ſolenni eiuſdem diei proceſſione, ſic Patres Cócilij TRIDENTINI ſeſs. 13. quæ fuit 3 ſub Iulio III. c.5 loquútur: *Declarat ſancta Synodus pie & religioſè admodú in Eccleſiam Dei inductum fuiſſe hunc morem, vt ſingulis annis peculiari quadã & feſto die præcelſum hoc & venerabile*

Concilium Tridentinum generale.

A *ſacramentú ſingulari veneratione ac ſolennitate celebraretur,utq; in proceſſionibus reuerenter & honorificè illud per vias & loca publica circúferretur. Æquiſſimum eſt enim ſacros aliquot ſtatutos eſſe dies, cùm Chriſtiani omnes ſingulari ac rara quadam ſignificatione gratos & memores teſtentur animos erga communem Dominum & redemptorem, pro tam ineffabili & planè diuino beneficio, quo mortis eius victoria & triumphus repræſentatur: ac ſic quidem oportuit victricem veritaté de mendacio & hæreſi triumphum agere, vt eius aduerſarij in cóſpectu tanti ſplédoris, & in táta vniuerſæ Eccleſiæ lætitia poſiti vel debilitati & fracti tabeſcant, vel pudore affecti & confuſi aliquando reſipiſcant.* Multas eiuſmodi proceſſiones ſolenniter

B factas legimus à Principibus Chriſtianis cótra hæreticorú imminétes inſultus, à Carolo Imp. V. anno Domini 1529. Auguſtæ, à Franciſco I. Francorú Rege anno 1534. & nouiſſimè diebus iſtis à Carolo IX. anno 1569. dum ab Hugoniſtis Pictauorum vrbs obſideretur: & celebrior omnibus reliquis hæc fuit, quia omnium ſanctorú corpora ac reliquiæ deportatæ ſunt ipſo die ſolenni S. Michaëlis Pariſijs, & die 3. Octob. ſequenti, victoriá perpetua digná memoria de Hugoniſtis obtinuit propè caſtrum Moncontorum, vbi narrantur ad 15. millia hominum hæreticorú occubuiſſe, Deo ita facto propitio & deuotionem populi ſpectante. Hæc alibi.

Solennes proceſſiones recenſetur.

C MONACHVS.

Monachorum origo, inſtitutum, prófeſſio, defenditur.] De Monachorum origine, qué ab Helia deducút plurimi, eo quòd legitur ille & Heliſeus Prophetarú greges & turbas aggregaſſe, nil attinet dicere, volumus tantùm monaſticæ vitæ inſtitutú ab Euangelicis temporibus & primis Chriſtianæ fidei rudimétis demóſtrare, omittentes, quidem, quod exprimitur in actibus Apoſtolorum de antiquis Chriſtianis, qui in communitate viuebant, hoc inſtitutum obſeruatum omnes qui vſque ad Baſilium & Auguſtinum atque Benedictum, quia hi ſunt qui primi regulas monachorum ediderút ex Apoſtolicis fontibus haurientes præcepta quæ in his regulis continentur:

De Monaſticæ vitæ Origine & inſtituto latiùs Robertus Cœnalis, in libro ſuo de Cœlibatu pertractat.

D quamuis & Antonium Magnú atq; reliquos Abbates non ignoremus Monachorú gregibus præfuiſſe, quibus & præcepta vitæ atque regulam diſciplinæ non dubiú eſt condidiſſe, verùm ſicut ex Cócilio MELDENSI can.9. conſtat, Ordo monaſticus à Deo inſpiratus eſt, vt ab ipſis Apoſtolis fúdatus & à nominatiſſimis ac ſanctiſſimis Patribus excultus, ſicut & cófirmat Conciliú COLONIENSE III. c.1. par.10. vt autem hoc teſtimonijs antiquorú Patrú demonſtremus, in mediú procedat DIONYSIVS AREOPAGITA lib Eccleſ. hierarc. par. 1. c. 6. vbi poſtquá de ſacris ordinibus, ſcilicet de Pótifice, Sacerdote, Diacono, & cæteris, de quib. ſuis locis diximus, ad vltimú ſic ſatur:

Cócilium Maldenſe. Concilium Colonienſe 3. Dionyſius Areopagita.

E *Porrò initiandorum omnium excellentior ac ſublimior ordo monachorum eſt, ſancta diſtinctio expiatiente omni tota virtute atque exactiſſima ſuarum operationum caſtitate mundata, omnis item (quantú licet ſibi inſpicere) ſacræ operationis ſpiritualiter ſpeculatrix & particeps facta, Pontificúq; cóſummátibus virtutibus tradita, quorú diuinis fulgoribus & Pontificalibus traditionibus cóſpecta, pro ordine ſuo ſanctorú myſteriorum ſacrificia edoſcens, a ſacra eorum ſcientia ad exactiſſimam perfectionem diuina ratione ſubuehitur. Vnde ſancti præceptores noſtri diuinis eos appellationibus ſunt proſequuti, partim Therapeutæ, id eſt, cultores, a ſincero Dei famulatu atque cultu;*

Attende hic depictam formam confecti Monachi ad venerandi diuini cultu.

iactim

Vide Monachi nomen & nominis Etymo

partim monachos, ab indiuidua & ſingulari vita appellantes, vt quæ illos ſanctis diuiſibilium complicationibus in diuinam & Deo gratam monadam perfectionem promoueat. Idcircò & perfectiorem eis indulſit gratiam diuina ſanctio, eóſque conſecrante quadam inuocatione dignata eſt, non Pontificali quidẽ (illa enim ſolis in Sacerdotibus ordinibus fit) ſed Sacerdotali planè, & quæ ab honeſtiſſimis Sacerdotibus ſecundo in loco à Pontificali functionem peragitur. Tom parte 2. cap. 6. myſteriũ monaſticæ conſummationis perſtringens idem Dionyſius. *Stat* (inquit) *Sacerdos antè ſacrum altare monaſticam imprecationem pſallens: ille autem poſt ſacerdotem aſtat non vtrumque ponens genu, non alterum, non habens impoſita ſacra eloquia capiti. Verùm ſolum Sacerdote aſtante myſticam ſuper illum inuocationem proſequenti. Ea verò finita, Sacerdos ad eum accedens interrogat primum, an renunciet diuiſibilibus omnibus non ſolum vitis, verùm imaginibus quoque ac phantaſijs. Deinde exponit illi perfectiſſimam vitam, illud apertè conteſtans oportere illum medio longè antecellere. Vbi verò ille omnia iſta intentè promiſerit, conſignans eum crucis ſigno tondet, trinas diuinæ beatitudinis perſonas inclamans, exutúmque veſte omni aliam induit, & cum ſanctis alijs qui aſtant, viris ipſum ſalutans diuinorum myſteriorum participem efficit, &c.* Hæc autem omnia ille cõſequentur myſticis ſenſibus exponit. Tonſuram quidem crinium vitam mundiſſimam iudicare aſſerit & nulla figura fugatam, & quæ nullis fictis coloribus inductis animi deformitatẽ exornet, ſed ipſa in ſe ipſa non humanis venuſtatibus, ſed ſingularibus & vnicis ad Dei exactiſſimam ſimilitudinẽ properet. Prioris autem veſtis poſitio, alterius aſſumptio, migrationem illam à media vita (ſacra licet) ad perfectiorem ſignificat, ſicut in diuina regeneratione promotionem indicabat à purgata vita ad contemplantem illuminantémque habitum illa veſtis candentis immutatio, &c. Porrò ne ille ſolus ſit teſtis etiam huiuſce monaſtici inſtituti & profeſſionis ampliſſimè meminit Philo Ivdævs libro eo quem de vita cõtemplatiua, ſiue de Supplicum virtutibus inſcripſit, ſicut & teſtatur Euſebius Cæſarienſis lib. 2. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, c. 16. & 17. vbi & eiuſdem Philonis verba recenſet, de quo ſequenti pagina dicetur. Ex libro autem ipſo Philonis decerpſimus, quę hic annectim⁹, ne videatur fraus aut deceptio eſſe in verborum productionibus. Ille ergò non longè ab initio præfati libelli, vbi de varijs generibus hominum diſſeruit, qui Deos & idola colunt, & bruta animalia venerantur, ſic infert. *At illud* (ait) *hominum genus Therapeuticum ſemper in contemplatione diuinitatis proficiet, etiam ſole hoc ſenſibili prætereunte, nec vnquam ſuum ordinem deſeret, tendentem ad fœlicitatem perfectiſſimam. Huic vitæ inſtituto qui ſe addicunt, non ex more aut rogati id faciunt, ſed amore correpti rerum cœleſtium, & quaſi furore diuino perciti, donec ad contemplationem illam deſideratiſſimam perueniant. Deinde præ immortalis beatæq́ue vitæ cupidine quaſi iam hac mortali defuncti, facultates ſuas relinquunt, liberis aut cognatis vltro eas poſſeſſione cedendo, atque etiam ſocijs & amicis, ſi cognati deſint. Oportet enim, vt qui perſpicaces diuitias adeptus eſt, cæcas illas relinquat mentibus cæcutientibus, &c.* Et paulò infrà: *Relictis igitur facultatibus & auocamentis omnibus fugiunt ſine reſpectu fratrũ, liberorum, parentum, vxorum que, & deſerũt numeroſas cognationes, ſocietates, amicitias, ac ſuas denique patrias, in quibus geniti educatíq́ue ſunt; quandoquidem conſuetudo magnum momentum habet ad alliciendos animos. Demigrant autem non in*

Profeſſio antiqua Monachorum, & conſecratio eorumdem.

Vide votũ paupertatis & proprietatis abnegatio.

Vide tonſuram Monachorum.

Quid tonſura ſignificet.

Ecce quomodo veſtẽ exuebant vt monaſticã aſſumerent, vide etiam ſupra Habitus, &c.

Philo Iudæus

Euſebius.

Scribit fideliſſimè Philo Monachorum ſub Marco Euangeliſta cõgregatorum vitam, mores & inſtitutum, nec deſtituenda ergò ea non nouum eſſe aut recens Monaſticum inſtitutum.

aliam ciuitatem, ſicut ſerui qui ſe vendi heris alijs impetrant miſeri, vt qui ſeruitutem mutant non effugiunt. (Quæuis enim ciuitas vel optimis ornata legibus plena eſt tumultu plurimo, quam nemo ſapientiæ ſectator ſuſtineat) ſed extra mœnia degunt in hortis aut villis ſolitarijs amantes ſolitudinem non hominum odio, ſed ad cauendos congreſſus cum diſſimilibus, quos ſciũt moribus bonis officere. Hoc genus reperitur in multis orbis regionibus, merito, vt abſoluta probitatis reciperent à Græcis atque barbaris, maximè tamen in Ægypto frequentatur per præfecturas ſingulas, præſertim circum Alexandriam, &c. Et infra: *Singuli autem habent ſacras ædiculas, quæ ſemneia vocantur ſiue Monaſteria, vbi ſolitarij ſanctæ vitæ myſterijs dant operam, nec cibi potuſve quicquam eo inferunt, aliúdve in vſum corporis, ſed legem tantum & prophetarum oracula diuinitus prodita, hymnóſque, & quædã alia pietatis ſcientiæq́ue promouendæ vtilia. Itaque perpetuam habent Dei memoriam, vt ne in ſomnis quidẽ aliud eis obuerſetur, quàm imagines diuinarum pulchritudinum. & ſunt in his qui ſomniando produnt præclaras ſacræ philoſophiæ ſententias.* Atque vbi de eorum conuerſatione locutus eſt, etiam mulierum monialium mẽtionem facit, vt dicemus infrà in dictione, Monialis, &c. Subdit autem: *Temperantia tanquam fundamento in anima iacto, virtutes cæteras ſuperſtruunt, nec cibum nec potum quiſquam ſumit ante ſolis occaſum, quod ſapientiæ ſtudium luci conuenire iudicent, tenebras verò curam corporis: & ideo totos dies alteri, alteri verò exiguam noctis partem tribuunt. Nonnulli ex his vix tertio quoque die famem ſentiunt, attenti magis ad diſciplinarum ſcientiam; nec deſunt qui prælautè arrepti epulo ſapientiæ copioſa præbentis ſua placita, perdurãt duplum eius temporis, & vix ſexto die deguſtant cibũ neceſſariũ aſſueti ſicut cicadæ rore viuere, cantico opinor ſolantes inediam: ſeptimam verò diem, vt feſtum ſacratumq́ue, honore dignantur eximio, quo poſt curam animi corpus quoque reficiunt, ſicut iumenta relaxantes laborem continuum. In cibum vtuntur pane ſimplici, ſal vicem ſupplet obſonij, qui delicatiores ſunt hyſſopum pro condimento adijciunt, potum è fluentis hauriunt, ædiculas autem habent incultas, & extẽporaneas factas ad præſentem vſum tantummodo. In veſte autẽ eadem apparet ſimplicitas, ad arcendos calores & frigora, pro pelliceis craſſa tunica in hyeme, æſtate verò exomis, aut interula linea: in vniuerſum enim exercent modeſtiam.* & cætera multa quæ ſequuntur. lege autem, & ſi non habet Philonem, vide Evsabivm Cæsariensam lib. 2. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, c. 16. 17. & 18. ac reliquis, vbi & Philonis verba profert, & eũdem Philonem ſcribit tempore Claudij Imperatoris Romam adijſſe, & Petrum Apoſtolum vidiſſe, atque eius adhæſiſſe veſtigijs & alloquijs. Monachorum quoque ſui temporis meminit Ivstinvs Martyr quæſtione 21. ad Orthodoxos, eóſque caſtitate profeſſos & omnes voluptates auerſatos deſcribit: Sed & Clamens 1. Inſtituti monachorum meminit epiſtola 5. ad diſcipulos Hieroſolymorum. *Communis vita* (ait) *omnibus neceſſaria eſt, & maximè his qui Deo militare cupiunt, & vitã Apoſtolorũ eorumq́ue diſcipulorũ imitari volunt. Communis enim vſus omnium quæ ſunt in hoc mundo omnibus eſſe hominibus debuit, ſed per iniquitatem alius hoc ſuũ eſſe dixit, & alius illud. & ſic inter mortales facta diuiſio eſt, &c.* Vide ſuprà, Communitas, &c. Deniq́ue, Gregorivs Nazianzanvs oratione 15. in B. Athanaſium, Monachorum priſcorum in partibus Ægypti commorantium, ſicut & Philo meminit. *Sacris* (inquit) *& diuinis per Ægyptum monaſterijs* ... *um*

Optima ſententia

Monaſterij ... antiquiſſimus & probatiſſimus vſus.

Cantuum Eccleſiaſticorum vſus.

Conſidera ſeueram & aliãs ... abſtinentiam Monachorum priſcorum imitabilem.

Dominicę diei celebritas

Euſebius Cæſarienſis.

Philo Petro Apoſtolo cognitus & gratus.

Iuſtinus Martyr.

Votum caſtitatis.

Gregorius Nazianzenus

eſt ...

obſerens, illis tradidit hominibus, qui ſe à mundo ſepararunt, & ſolitudinẽ amantes Deo viuunt magis quàm cuncta alia quæ circunuertuntur corporibus. Quidam enim penitus ſolitariam & incommixtam agũt vitam, ſolùm cùm ſemetipſis & Deo loquentes, & vnum hunc decorem ſcientes, quod in heremo eſſe cognoſcuntur. Alij autem dilectionis legem cõmunione amant, ſolitarij pariter & mixti, alijs quidem hominibus mortui, nec non negotijs, quæ in medio verſantur, rotant, ac rotãtur, noſque labilibus ludunt mutationibus, inuicem ſe decorantes ac virtutem aſsidua additione augentes. Idem oratione 9. in funere ſororis ſuæ gorgoniæ de monachorum exercitijs diſſerit. De origine porrò Monachorum priſcorũ multis in locis HIERONYMVS

Hieronymus Stridonenſis.

B STRIDONENSIS tractat, & potiſſimum epiſtola ad Ruſticum monachum de viuendi forma, quæ incipit: Nihil Chriſtiano fœlicius. lege ſi pla. et. Item & in initio vitæ Pauli Heremitæ, quæ incipit: inter multos ſæpè dubitatum eſt à quo potiſſimũ monachorũ heremus habitari cœpta ſit. Item & in Epitaphio Nepotiani, & in multis alijs locis. Sed & monaſtici inſtituti, quod à primæuis annis congrue obſeruatum ſit teſtatur ATHANASIVS ALEXANDRINVS in vita Anthonij heremitæ, vbi inter cætera ſic loquitur:

Athanaſius Alexandrinus.

Erant (ait) *in monte monaſteria, tanquam tabernacula plena diuinis choris pſallentium, legentium, orantium, tantumq́; ieiunandi & vigiliarum ardorem cunctorũ mentibus ſermo eius afflauerat, vt futuræ ſpei auiditate ad charitatẽ mutuã, & miſericordias indigenti-* C *bus exhibendas iugi ſtudio laborarent; qui infinitam regionem quandam oppidum à mundana conuerſatione ſeiunctum, plenum pietatis & iuſtitiæ videbantur incolere. Quis tantum monachorũ agmen aſpiciẽs, quis virilem illum concordiæ catũ cernens, in quo nullus nocens, nulla detractio ſuſurronis, ſed multitudo abſtinentium, & certamen officiorum erat, non in hanc ſtatim erumperet vocẽ: Quam bona domus tua Iacob tabernacula tua Iſrael? &c.* Deniq; per totã illã hiſtoriã diuerſorum monachorũ meminit, & eorũ ſummè miratur inſtitutũ, propoſitũ & profeſſionis votũ.

Baſilius Magn.

BASILIVS MAGNVS ſermone De inſtitutione D monachorũ, vt habes tomo 2. operum eius, vbi illorum viuendi formã deſcribit, ſic exorditur. *Monachorum vitæ ratio* (ait) *vnum ſibi tantummodo propoſitum habet animæ ſalutem, & quidquid prodeſſe ad eum finem poteſt, &c.* Et in eodem tomo 2. ſermone de Aſceſi, ſic loquitur: *Monachũ oportet cùm primis nihil in vita quod iuris ſui proprium ſit poſſidere, corpus quietum, habitum non ſordentem, ſed honeſtum vocem moderatam, ſermone compoſitum habere in cibo, potioneq́; minimè turbulentum eſſe, ſedatumq́; potius & grauem, &c.* & multa alia quæ proſequitur monachis apprimè neceſſaria.

Vide Paupertatis votum, & proprietatis abnegationem in monachis antiquis.

His Baſilius etiam, vt teſtatur AMPHILOCHIVS ICONII in eius vita, regulã & formã viuẽdi dictauit, & numerum infinitũ aggregauit. Hoc & GREGORIVS PRESBYTER in vita Gregorij Nazianzeni teſtatur.

Amphilochius Iconij.

Gregorius Presbyter.

E *Vna* (inquit) *agebant ac virtutem conuerſatione mutua adaugebãt, exercitationiſq́; leges Deo acceptas exercitatoribus & qui mundum reliquiſſent, conſtituebant, &c.* Similiter & de Monachis tẽporis illius copioſè loquitur ille magnus EFFREM EDESSENVS vel Ediſſenus Diaconus, in excellentiſſimo illo ſermone De vita & exercitatione monaſtica, qui immediatè ſequitur tractatum eius de Iudicio & reſurrectione, interprete Ambroſio Camaldulẽſi, ſicq́; incipit: *Dolor me in verba cõpellit, & indignitas mea vt taceam imperat, &c.* Hoc in ſermone teporem corripit monachorũ, qui tunc temporis

Ephrem Edeſſenus.

A viuebant, & feruorem priſcorum Monachorum atq; ſanctitatẽ mirè extolli, ſicut ex lectura eiuſdem facilè colligitur. Sub his temporibus florebat IOANNES CLIMACHVS Abbas montis Sinai, qui congregauit multitudinẽ monachorum infinitã, quibus & libellum De 30. ſcalæ cœleſtis gradibus compoſuit, vbi diſertè monaſticæ inſtitutionis, & vitæ perfectionẽ deſcribit.

Ioannes Climacus.

Sic & EVSEBIVS EMISSENVS decẽ homilijs monachos ſui temporis ad vitæ puritatem & perfectionem ſolicitè dirigit.

Euſebius Emiſſenus.

Meminit & monachorũ priſci tẽporis IOAN. CHRYSOSTOMVS homil. 56. in Matth. exponens illud: Venturus eſt Filius hominis in gloria patris ſui, & tunc reddet vnicuiq; ſe- B cundum opera ſua, &c.

Ioannes Chryſoſtomus.

Matth. 6.

Non (inquit) *orbis euerſio, & cõmunis mors nobis imminet, ſed æterna ſupplicia, & ignis inextinguibilis intentatur. Quare illos monachos qui heremum habitant, & aliorum multorũ cauſa, & maximè propter hæc verba & laudo & admiror: nam illi poſt prandium, imò verò poſt cœnam prandiũ enim penitus ignorant, quia videlicet certiores ſunt, luctus & ieiunij præſens tempus hoc eſſe. Poſt cœnã igitur quoſdam gratiarum actionis hymnos ad Deum dicentes, huius etiam vocis meminerunt; ſed ſi placet vniuerſum ſacratiſſimum illum cantum vobis exponam. Benedictus Deus qui me paſcis à iuuentute mea, qui omni carni cibum præbes, reple lætitia & gaudio corda noſtra, vt ſemper ſatis habentes ad omne opus bonum* C *abundemus, &c.* Vbi autẽ reliqua proſequutus eſt.

Vide quàm pulchrè depingit & admiratur Monachorum inſtitutũ & vitam.

Si autẽ illi (ait) *qui ieiunando, humi dormiendo, vigilando, cilicium induendo, milleq́; alijs ſeipſos caſtigãt, hac etiam admonitione indigent, quando nos moderatè ac probè viuemus, quibus menſæ mille naufragijs refertæ proponuntur, qui nec in principio manducandi, nec in fine adorationem nos conuertimus?* reliqua lege. Idem iterum homil. 69. in Matth. exponens illud: Quærentes eum tenere timuerunt turbas, &c. *Quid enim* (ait) *præſentium rerum iucundum eſt? quid verò voluptuoſum? liberius enim vos hodierno alloqui die conſtitui. Ferte igitur obſecro, vt facilè videatis monachorum & crucifixorũ vitã, quæ oneroſior vobis ac moleſtior ſolet videri, multo teneræ ac molli, & flexibili* D *iucundiorem eſſe. Huius rei voſipſos audeo teſtes citare, qui in periculis nonnunquã veſtris, ne in calamitates & ærumnas incidatis mortem optatis, & illos qui in montibus & ſpeluncis degunt, qui cælibem vitã & minimè negotioſam viuunt, beatos verè ac ex animo appellatis. quod eos qui in otio vitã agentes, in ſcena & orcheſtra diem & noctẽ peragũt, feciſſe nonnunquam non ignoro.*

Matth. 21.

Vide quam pulchrè loquitur carnalibus mẽtibus, qui Monachorum vitam, quia non poſſunt imitari, imò nolunt, verbis exaſperant.

Cælibem vitã ducebant Monachi antiqui, ô hæretice.

Verùm lege ſi placet quod ſequitur, ſufficit tibi locum prænotaſſe. Similiter & Monaſtici inſtituti meminit EPIPHANIVS CYPRI lib. 3. contra hæreſes, hæreſi 80. contra Maſſalianos, Martyrianos, &c. *Quemadmodum* (ait) *etiam in ſingulis monaſterijs, tum in Ægyptiorũ regione, tum in alijs omni-*

Epiphanius Cypri.

Monaſterijs laborãtem ſuis manibus.

E *bus ſic laborant ad iuſtitiã, velut apis in manibus quidem habens ceram opificij, in ore verò guſtus mellis, cum propria hymni ſtra voce vniuerſorum Dominum iuxta propriũ ſenſum laudat, &c.* Idẽ ad calcẽ librorum cõtra hæreſes in cõpendiaria doctrina de fide Catholica, recenſens traditiones Eccleſiaſticas & rationem harũ reddens, ſic etiam monachatus inter cætera meminit. *Et primùm quidẽ* (ait) *velut crepido, & vt ita dicam, fundamentum in ipſa eſt virginitas, quæ exercetur & ſeruatur à multis & glorificatur. Sequitur autem ad eãdem virginitatẽ ſolitudo, apud pleroſq; vtriuſq; ſexus ſolitariã vitã degentes, &c.* Sed & IOANNES CASSIANVS antiquiſſimus ſcriptor ſatis monachorũ nobis inſtitutum probatiſsimum reliquit libris illis de inſtitutis cœ-

Ioannes Caſſianus.

nobiorum

oobiorum editis, vbi omniū votorū qoq; emittūt monachi rationē reddit, atq; eorum viuendi normam ita ſertè depingit, vt illos æſtimem noctuis tenebroſiores, qui huic monaſtico viuendi modo detrahunt, & inoenticium fingont ſtatum monachorū. Similiter & PALLADIVS CAPPADOCEAE Epiſcopus vitam monachorum excellenter deſcripſit, vt cunctis ſatis eſt notum. His & ſuffragatur innumeris in locis NICEPHORVS CALLISTVS, & præcipuè lib. 9. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, c. 14. De Tabēoeſiorum monachorū loquēs, (quorum dux Pachomios fuit vitæ inſtituto) & duobus Macharijs & alijs quāplurimis, vbi & illos monachos diuerſum à ſecularibus habitū geſtaſſe deſcribit, ſicut diximus in vocabulo, Habitus. Similiter & SOCRATES HISTORICO. lib. 4. Hiſtoriæ Eccleſiaſt. c. 23 eorūdem monachorū facit mentionem, & eorum vitam deſcribit. SOZOMENVS SALAMINIVS etiam lib. 3. c. 14 & lib 6. c. 34. refert Monachorum ſanctitatem plurimos ea gentilibus ad Chriſtianiſmū perduxiſſe. Et THEODORETVS CYRENSIS lib. 4. cap. 28 Hiſtoriæ Eccleſiaſticę monachorū ſolitudinis calcidis & aliorū meminit. Lege apud NICEPHORVM etiam præfatum illorum vitam & viuendi ordinē, lib. 11. c. 41. & 42. & alijs in locis. Sed quid vltrà progredior cùm nullus eat infitias, qui ſinceri ſit pectoris, ab ipſis Apoſtolis, vt oſtendimus, monaſticæ inſtituti formam deriuatam? habes inſuper Monachorum Lyrinenſium à CAESARIO ARELATENSI in ſermonibus plurimis deſcriptam, quibus omne cōplectitur ſtudiū, quo etiam à modernis habetur in vſu monachis, votorū ſcilicet emiſſionem, ieiuniorū obſeruationem, pſallendi diſciplinam, & viuendi formam. Lege it vacat Et SEVERVS SVLPITIVS lib. 1. Vitæ beati Martini, illum diuerſa conſtruxiſſe monaſteria, & illic diuerſos monachos congregaſſe deſcribit, qui viuebant in communi, nec ſuum quidquā aliquid eſſe dicebat, quibus rarus extra cellā egreſſus, & abſtinentia ſingularis inerat. Multis iam locis diximus, quia ex talibus cōgregationibus ſæpius Epiſcopi petebantur. Deniq; vt finem narrationi imponamus doctiſſimus ille & decantatiſſimos PSELLVS oratione Encomiaſtica in Simeonem Metaphraſtem, ait: *Glorioſa (inquit) ſunt quidem certamina quæ ſuſcepta fuerunt a Martyribus aduerſus inimicos, partim aperte, partim obſcurè. Quibus enim cùm fuerit eorum præclara fiducia, & mens inexpugnabilis, & interruptos fuiſſe eorum habitus, & neglexiſſe natiuā, & telorū ſectiones & euulſiones, & poſtremo vita contempſit. His autem nihilominus refulſit vita quoq; monaſticæ exercitationis. Nam hic quoq; eſt carnis conſumptio, & delitiæ, non ſe dedere delitijs, in his in quibus non oportet & à mundo ſeparari, & ad Deum cum ipſis euolare corporibus, & innatis reſiſtere affectionibus, & his quæ à malis ſpiritibus affluunt extrinſecus. Eſt ergò amborum præclara vita, & olim quidem fuerit & erit rurſus, ſed non clarè interim fuerat cognita eorum hic remuneratio, ſed arcani quidē libri, quos multis in eorum reſtitutione legent Angeli, accuratè monumenta continent eorum martyrij & exercitationis, &c.* Luppus Abbas Ferrarienſis qui floruit temporibus Caroli Calui circa annum 843. epiſtola 29. quæ eſt ad Guenilonem Epiſcopum Senonum, poſtquam licitam diſputauit abiectionem paſtoralis curæ, vt in paupertate Deo ſeruiatur in monaſterio, ita in vitæ monaſticæ prorumpit encomium: *(cæterùm (ait) vt mea & multorum fert opinio, nullus intra ſanctam Eccleſiam ordo eſt, vbi*

Palladius Cappadocus.

Nicephorus Calliſtus.

Socrates Hiſtoriographus.

Sozomenus Salaminius.

Theodoretus Cyrenſis.

Nicephorus.

Cæſarius arelatenſis.

Seuerus Sulpitius.

Pſellus Græcus hunc Mi[illegible] lem Pſellū vocant quidam.

Vide quia comparat Martyribus Monachorum vitam.

A *certius promereri dominum fidelis anima poſſit, quàm ſi monaſticæ diſciplinæ ſtudeat propoſitum integre obſeruare, &c.* Plura quidem ex ſequentibus diſtinctionibus perdiſces, lege ergò.

Monachorum profeſſionis vſus & forma.] Superiori diſtinctione ſatis oſtenſum eſt quod antiquitus Monachi profeſſionem emittebant, quod etiam oſtendemus in vocabulo Votum, &c. Quod verò eorum profeſſio ſit irretractabilis, & quis eiuſdem ſit vigor & forma, amplè docet in pluribus locis AVGVSTINVS HIPPONENSIS, & præcipuè libro de moribus Eccleſiæ, cap. 30 & in ſermone de inſtructione Monachorum, atq; in regula ſua: & BENEDICTVS B CASSINENSIS Legiſlator noſter cap 33. & 58. ſuę regulę, & alij Patres qui monaſticæ perfectionis præcepta dederunt. Sed & Cōcilium TOLETANVM IV. can 48. & allegat Gratianus cauſa 20. q. 1. c. Monachum. *Monachum (ait) aut paterna deuotio, aut propria profeſſio facit. Quidquid horū fuerit alligatum tenebit. Proinde his ad mundum reuertendi intercludimus aditum, & omnes ad ſeculum interdicimus regreſſus.* Idem omninò repetit Conciliū VROMATIENSE ſub iiſdem verbis, c. 22. de forma autē emittendi profeſſionē & quomodo celebrari debeat, ſic ALEXANDER III. ad quendam priorē & Monachos, & habetur parte 27. c. 5. Concilij Lateranenſis quod celebrauit. *Ad petitio*C*nem veſtrā (ait) regulam ſecundū quā viuere debeatis, & omnipotenti Deo ſeruire, duximus conſtituēdum, in primis ad ſtatuentes, vt profeſſionē maiori priori omnes laici faciant, in manu eius ſe abſq; proprio victuros promittentes, & continentiā, quantum permiſerit diuina gratia, ſeruare. Cui quoq; tam clerici, quàm laici, ſicut proprio magiſtro & animarum ſuarū rectori, debitam in omnibus obedientiā promittant: nec alicui inter vos profeſſo liceat ad alium ordinem abſq; prioris licentia, vllo modo tranſire, niſi fortè ad religionē migrauerit arctiorem. Nullus abſq; licentia hoſpitale audeat facere, & nullus propriū habeat. Si quid acquiſierit, rectori ſuo aſſignet. Nullus veſtrum alicui vobiſcum eſſe volenti crucē tribuat, ſed per mediū annū vel integrū, vobiſcū in probatione permaneat: & tunc maiori præſentetur* D *priori, & ab ipſo non ab alio crucē accipiat. Nemo veſtrum alicui in capite coronam faciat. Si hoſpitale in aliquo loco abſq; oratorio feceritis liberū erit vobis, abſq; conſcientia Epiſcopi, in cuius parochia fuerit, ipſū cōſtituere. Quod ſi oratoriū ibidē ædificare volueritis, abſq; licētia Epiſcopi non faciatis, iuſtitia ſua in omnibus ſeruata. Si cùm aliquo veſtrū, eo mortuo, pecunia inuenta fuerit, & in vita ſua non patefecerit, nec ad Eccleſiam, nec ad hoſpitale ſepeliatur, ſed extra ciuitatē in campis deponatur.* Vide etiā in ſequentibus. Capite autē 6. eiuſdē partis idē ſcribēs Archidiaconis & alijs Eccleſiarum præfectis per Galliā conſtitutis, Ciſtercienſem ordinem plurimū cōmendat, & præcipit, E vt hi qui in horū monaſterijs profeſſionē faciūt, ſine licentia ſui Abbatis prohibeantur de clauſtro diſcedere, & diſcedentes in alijs monaſterijs non recipi. Præmiſſa decreta etiā renouat Concilium BITERRENSE cap. 15. vbi exprimit tria vota eſſentialia religionis, & ſpecialiter ſtatuit de proprietate & alijs votis, vt nullus Abbas, ſed nec ſūmus Pontifex poſſit ſuper illis, & qui ea præſumpſerint violare, excommunicationis ſententia feriantur, verū de his in ſequētibus diffuſius agetur.

Monachi non profiteantur ante annum probationis, nec ante *annum 16.] Conciliū TREVIRENSE II. c. 12. *Statuimus ne aliquis ante annum ad probationis annum admittatur. Item ne*

Auguſtinus Hipponenſis.

Benedictus Caſſinenſis.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

Concilium Vormatienſe.

Alexander 3.

Emiſſio trium votorum.

Concilium Biterrenſe. Summus Pontifex non diſpēſat ſuper votis monachorum.

* Hoc Gregorius e ſacra prohibuit, & conſtitutio Benedicti noua.

Concilium Treuerenſe.

quis

quis anno probationis non impleto, ad profeſſionem recipiatur. Et Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 25. quæ eſt 9. ſub Pio 4. cap. 15. *In quacunque religione tam virorum, quam mulierum, profeſſio non fiat ante 16. annum expletum, nec qui in minore tempore, quàm per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, ad profeſſionem admittatur. Profeſſio autem antea facta ſit nulla, nullámque inducat obligationem ad alicuius regulæ, vel religionis, vel ordinis obſeruationem, aut ad alios quoſcunque effectus.* Et c. 16. ſubdit. *Nulla quoque renunciatio aut obligatio antea facta, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuſcunque cauſæ piæ, valeat, niſi cum licentia Epiſcopi ſiue eius vicarij fiat intra duos menſes proximos antè profeßionem, ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeßione: aliter verò facta, etiam ſi cum huius fauoris expreſſa renunciatione etiam iurata, ſit irrita & nullius effectus. Finito tempore nouitiatus, ſuperiores, nouitios quos habiles inuenerint, ad profitendum admittant, aut è monaſterio eos eiiciant. Nec antè profeßionem quocunque prætextu recipiantur aliqua à parentibus, ne hac occaſione diſcedere nequeat, ſed abeuntibus, ſi quid datum eſt, reſtituatur ſub anathematis pœna.* Vide etiam infra. Tum cap. 19. ſubdit. *Quicunque regularis prætendit ſe per vim & metum ingreſſum eſſe religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam profeſſum fuiſſe, aut quid ſimile, velitq́; habitum dimittere quacunque de cauſa, aut etiam cum habitu diſcedere ſine licentia ſuperiorum, non audiatur, niſi intra quinquenniū tantum à die profeſſionis, & tunc non aliter, niſi cauſas, quas prætenderit, deduxerit coram ſuperiore ſuo & ordinario. Quod ſi antè habitum ſponte dimiſerit, nullatenus ad allegandum quamcunque cauſam admittatur, ſed ad monaſterium redire cogatur, & tanquam apoſtata puniatur.* (Vide ſupra vocabulo Apoſtata à religione, &c.) *interim verò nullo priuilegio ſuæ religionis iuuetur.* (Vide plura infrà monialium velendarum ætas, &c. Præmiſſa autem decreta ſtrictius obſeruanda mandauit FRANCISCVS II. Rex Francorum CAROLVS IX. eius frater etiam renouauit in Conſtitutionibus Aureliæ æditis articulo 19. vbi præcipitur, ne maſculi ante 25. annum, fœminæ ante 20 annum profeſſionis poſſint vota emittere: & quòd ſi ante tempus illud eos conſtat profeſſos, in hæreditatem paternam etiam poſt profeſſionem poſſe reſtitui ait, conſuetudinibus ac priuilegijs quibuſcunque excluſis. Vide quod in ſequentibus diſtinctionibus ſequitur, quia ſuperioribus conueniunt. vide & monaſterium, &c.

Concilium Tridentinū generale, de ſum pſit autem hęc ex Oxonienſi concilio in Anglia cano. 36. vbi prohibet ne quis in monaſterio recipiatur minor 18. annis, & Gregorio 9 qui illud etiam ante 15. annum prohibet excepto in Cluniacenſi monaſterio.

De his qui per vim religionē ſunt ingreſſi vel ſunt ante annū profeſſi.

Franciſcus 2. Carolus 9. reges Francorū.

Monachis proprietas & peculium interdicitur.] Concil. AVREL. I. ſub Hormiſda 1. can. 12. & allegatur à Gratiano cauſa 27. quæſt. 1. cap monacho. *Monacho orarium in monaſterio, vel zonas habere non liceat.* Et Concil. ANTISS. can. 23 *Si monachus* (ait) *peculiare habere præſumpſerit, aut furtum fecerit, & hoc Abbas per ſe non emendauerit, ad agendam pœnitentiam in alio monaſterio detrudatur.* Similiter & Concilium MOGVNT. II ſub Rabano Mauro can. 14. *Nullus monachorū aliquid proprietatis habeat, & res ſeculares, quibus renunciauit, nullatenus ſibi vſurpet, nec parochias Eccleſiarum accipere præſumat, ſine conſenſu Epiſcopi: de ipſis verò titulis, in quibus conſtituti fuerint, rationem Epiſcopo vel eius vicario reddant, & conmeatu ad ſynodum veniant.* Et Concil. LATER. ſub Alexandro 3. parte 1. cap. 10. *Monachi peculium non permittantur habere. Non ſinguli per villas & oppida, ſeu ad quaſcunque parochiales ponantur Eccleſias, ſed in maiori conuentu remaneant. Si verò peculium habuerint, niſi eis ab Abbate pro iniuncta fuerit adminiſtratione permiſſum, de communione remoueantur altaris: & qui in extremis cum peculio inuentus fuerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres recipiat ſepulturam.* Etiam ne teſtamētum audeant condere prohibet Concil. OXON. cano. 49 *Quoniam non licet* (ait) *viris religioſis aliquid proprium poſſidere, qui ſe & ſua pariter in ipſo religionis ingreſſu domino dedicarunt, præſenti authoritate definimus, vt nulla perſona in regulari ordine conſtituta condere teſtamentum præſumat, cum nihil habeat ſuum temperale quod transferre valeat in dominium alienum.* Grauem etiam pœnam proprietarijs infligit NICOL. IV. in Conſtitutiones Benedictinorum. GREG. IX. in Conſtitutiones Benedict. *Monachis* (inquit) *proprietarijs etiam pœna iuxta morem Ciſtercienſis ordinis infligatur, & in proprietarios excommunicationis ſententia promulgetur, niſi monachus proprietarius depoſita reſtituerit, quæ ſuis fuerunt monaſterijs reſignanda.* Prædictus autem Nicolaus 4. ſic ſtatuit. *Pœna monachis proprietarijs infligatur, videlicet per annum ad ſtatum nouum redigantur, & infra dictum annum aſſiduè coram conuentu comedant in terra ſedentes, &c.* Denique Concil. BASIL. ſeſſione 15. ſtrictè proprietatem & peculium monachis interdicit. & iubet Epiſcopis in Synodali Concilio congregatis hoc diligentius aduertere, & obſeruare decretum BONIF. VIII. vt habetur 6. decretalium titulo de religioſis Et Conc TRID. ſeſſione 25. quæ fuit 9. ſub Pio 4. cap. 1. decreti reformat. *Nemini regularium tam virorum quam mulierum liceat bona immobilia vel mobilia cuiuſcunque qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquiſita, tanquam propria, aut etiam nomine conuentus poſſidere vel tenere, ſed ſtatim ea ſuperiori tradantur, conuentuíq́; incorporentur: nec deinceps liceat ſuperioribus bona ſtabilia alicui regulari concedere, etiam ad vſum fructum, vel vſum, adminiſtrationem, aut commendam: adminiſtratio autem bonorum monaſteriorum ſeu conuentuum ad ſolos officiales eorumdem, ad nutum ſuperiorum amouibiles, pertineat. Mobilium verò vſum ita ſuperiores permittant, vt eorum ſupellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt, conueniat, nihilque ſuperflui in ea ſit, nihil etiam quod ſit neceſſarium, eis denegetur. Quod ſi aliquis quicquam temere deprehenſus aut conuictus fuerit, is biennio actiua & paſſiua voce priuatus ſit, atque etiam iuxta regulæ ſuæ & ordinis conſtitutiones puniatur.* Vide ſequentia.

Concilium Aurelianenſe 1. ſub Cludouęo rege.

Concilium Antiſſidorenſe 1. ſub Deuſdedit Papa.

Concilium Moguntinum 2.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3. patrum 280.

Concilium Oxonienſe ſub Innocentio 3.

Monachi non valent condere teſtamētum.

Nicolaus 4. Gregorius 9.

Concilium Baſileenſe generale.

Bonifacius 8.

Concilium Tridentinum generale.

Monachis ſtabilitas indicitur.] Licet ſuperiùs generaliter de tribus votis monachorum tractatum ſit, & adhuc in vocabulo, votum, ſit tractandum: tamen quædam ſuper ſingulis votis decreta recēſenda ſunt, & prius quidem de paupertate, nunc de ſtabilitate. poſtea verò de caſtitate atque obediētia dicemus. De ſtabilitate ergo monachorum, quia & hoc in profeſſione promittūt, ſic ſtatuit Concilium ANGLICAN. I. referente BEDA Venerabili lib. 4 hiſtoriæ Anglicanæ c. 5. *Monachi* (ait) *nō migrent de loco ad locum, hoc eſt, de monaſterio ad monaſterium, niſi per miſſionē proprij Abbatis, ſed in ea permaneant obedientia, quam tempore ſuæ conuerſionis promiſerunt.* Idē omninò Conc. GENER. VI Conſtantinop. 3 cano. 46 vt dicemus infrà, moniales foras non exeant, &c. Hinc etiam Concil. VERN. can. 10. *Statuimus, vt monachi, qui veraciter regulariter viuunt, ad Romanam ſedem vel alicubi vagari non permittuntur, niſi obedientiam Abbatis ſui exerceant. Et ſi talis cauſa euenerit (quod abſit) quod ille Abbas ſic remiſſus vel negligens inueniatur, vt in manus laicorum ipſum*

Obſerua.

Concilium Anglicanum 1. Beda venerabilis.

Concilium generale 6. Conſtantinopol. 3.

Concilium in palatio Vernis celebratū ſub Pepino rege anno 755.

Monachi vel Romanam ſe de non ſe transferant

monaſterium veniat, & hoc Epiſcopus emendare non potuerit, & aliquis tales monachi ibidem fuerint, qui propter Deum de ipſo migrare velint, propter eorum animas ſaluandas, hi per conſenſum Epiſcopi licentiam habeant qualiter eorum animæ poſſint ſaluari. Et

Concilium Nicænum 2. generale 7.

Concilium GENERALE VII. Nicænum 2. canone 21. *Non oportet monachum vel monacham proprium relinquere monaſterium, & ad aliud ſe conferre. Si hoc autem contingerit, ipſum vt hoſpitem accipi eſt neceſſarium, ſed eum recipi ſine mente præfecti monaſterij non conuenit.* Eadem iubet & ſtatuit

Concilium Mogūtinum 1.

Concilium MOGVNTINVM I. ſub Carolo Magno canone 12. *Nullus monachus foras vadat, niſi per neceſſitatem ab Abbate mittatur in obedientiam.* Hoc & Concilium LATARANENSE ſub Alexandro 3 parte 1. cap. 10. & Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 14. quæ eſt 4. ſub Iulio 3. cap vndecimo decreti reformationis repetunt, vt infra ex ſequentibus diſtinctionibus colliges.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.
Concilium Tridentinū generale.

Monachorum mutatio.] Vide quæ præmiſimus. Sic ſtatuit Concilium OXONIENSE canone 35. *Hæc volumus obſeruari, vt vbicunque propter exceſſum alicuius viderit Epiſcopus, vel Abbas, vel prior conuentualis non habens Abbatem, expedire, vt quis ad tempus alibi moretur, ad aliam domum religionis eiuſdem in eodem Epiſcopatu transferatur, vel ſi neceſſe fuerit etiam ad alium Epiſcopatum dirigatur. & per diœceſanum compellatur admitti: qui ibi in omnibus regulari ſubiaceat diſciplinæ ita vt ſi ex mora ipſius Eccleſia in qua moratur grauata videatur, vice verſa mittat aliquem de ſuis, qui interim moram faciet in monaſterio delinquentis, nec prius rediens ipſe qui deliquit in domo ſua recipiatur, quàm plene pœnituerit de commiſſo, & per ſuum ſuperiorem reuocetur.* Eiuſmodi mutationes BENEDICTVS XII. permittit fieri cap. 35. Conſtitutionum Benedict. Vide quod ſequitur.

Concilium Oxonienſe in Angl. ſub Innocentio 3

Benedictus 12.

Monachus ſine licentia extra ſepta monaſterij ſolitarius non degat.] Concil. AVRAL. I ſub Hormiſda 1. can. 21. allegatur à Gratiano cauſa 18. quæſt 2. cap nullus. *Nullus monachus congregatione monaſterij derelicta ambitionis & vanitatis impulſu cellulam conſtruere, ſine Epiſcopi permiſſione, vel Abbatis ſui voluntate, præſumat.* Eadem repetit Concil. GENER. VI. Conſtantinopolitanum 3. ſub Cōſtantino Pogonato. Imperatore 4. can 41 *Eos qui in vrbibus vel vicis in clauſuris volunt ſecedere, & ſibi ipſis ſeparatim, ſeu in ſolitudine mentem adhibere, prius quidem in monaſterium ingredi oportet, & anachoreticam, hoc eſt, ab alijs ſeparatam ac ſemotam viuendi rationem exercere, & ſpatio triennij ei qui manſioni præeſt in Dei timore parere, & obedientiam in omnibus, vt æquum eſt implere, & ita huius vitæ eligendæ inſtitutum profitentes, eo quod eam ex toto corde ſua ſponte amplectuntur, ab eius loci præſule examinari. deinde ſic alio anno extra clauſuram fortiter ſe gerere, vt ſcopus eorum euadat manifeſtior. Tunc enim plenè ac perfectè ſignificabunt, quòd non inanem gloriam captantes, ſed propter ipſum reuera pulchrum ac honeſtum hoc ſilentium perſequantur. Poſt tanti autem temporis complementum, ſi in eodem eligendæ vitæ inſtituto permaneant, includi ipſos, & eis non amplius licere, quando etiam voluerint, ex tali manſione egredi, præterquam ſi propter communem vtilitatem vel aliam neceſſitatem ad mortem vrgētem ad ea trahantur, & ita cum benedictione eius loci Epiſcopi. Qui autem ſine his iam dictis cauſis ex ſuis habitaculis exire aggrediuntur, primo quidem vel inuitos dictæ clauſuræ coerceri. deinde ieiuniis & aliis afflictionibus ipſos curare, ſcientes quemadmodum ſcriptum eſt, Quod nemo qui manū ad aratru miſit & retro conuerſus eſt, eſt aptus regno cælorum.* Lege quod ſequ.

¹ Concilium Aurelianenſ 1. ſub Clodoueo rege.

Concilium Conſtantinop. 3. generale 6.

Vt confectētur ſolitarij.

Monachi recluſi approbantur, ſi rectè vixerint, ſin autem reuocari iubentur.]Hoc dependet ex ſuperiori, vbi de his qui ſolitariam vitam eligunt dictum eſt. quorum quidem deuotio collaudatur. Vnde & Concilium TOLET. VII. cano. 5 ſic loquitur *Iubemus eos, quos in cellulis proprijs recluſos ſancta vitæ ambitio tenet, quóſque eiuſdem ſancti propoſiti, & merita iuuant & probitas ornat, hos & Dei auxilio & noſtro fauore tutos exiſtere: illos verò, quos in tale propoſitum ignauia impulit, non prudentia cognitio deputauit, quoſque nulla vitæ dignitas ornat, ſed quod eſt deterius, & ignorantia fœdat, & morum execratio turpat: decernimus ab his abiici cellulis atque locis, in quibus aut feruntur vagi aut tenētur incluſi, atque ab Epiſcopis ſiue rectoribus monaſteriorum, ex quorum congregatione fuerunt, vel in quorum vicinitate conſiſtunt, in monaſteriis omnimodo deputentur, vt illic ſancti ordinis meditantes doctrinam, primum poſſint diſcere quæ ſunt à patribus inſtituta, vt poſtea valeant docere quæ ſunt ſancta meditatione percepta: atque tunc demum, ſi doctrina & ſancti operis fructu extiterint fœcundati, * ad ſumma virtutis properent exercitia ſancta intentione imbuti. Deinceps autem quicunque ad hoc ſanctum propoſitum venire diſpoſuerint, non aliter illis dabitur aſſequi, nec hoc antea poterunt adipiſci, niſi prius in monaſterijs inſtituti, & ſecundum ſanctas monaſteriorum regulas plenius eruditi, & dignitatem honeſtæ vitæ, & notitiam potuerint ſanctæ promereri doctrinæ. Illos autem, quos tantum extrema veſania occupauerit, vt incertis locis vagi, ac morum deprauationibus inhoneſti nullam prorſus, nec ſtabilem ſedis, nec honeſtatem mentis habere extiterint cogniti, quicunque ex ſacerdotibus vel miniſtris vagantes repererint, aut ſi fuerint propè, cœnobiorum patribus corrigendos aſſignent, aut, ſi difficilè eſt, pro ſola honeſtate vigoris ſuæ poteſtati erudiendis inclinent.* Eadem omnino Concilium VERMANSE canone 11. de huiuſmodi falſis monachis ad ſepta monaſterij reuocandis ſtatuit, & CAROLVS MAGNVS cap. 3 ſuarum conſtitutionum, vbi de Girouagis & Sarabaitis monachis loquitur, de quibus BENEDICTVS CASSINENSIS agit cap. 1. Regulæ ſuæ. Lege & expoſitionem ampliſſimam in illud caput Regulæ Benedicti, ANTONII POCQVETI Cœleſtini viri eruditiſſimi, & PETRI BARDI etiam Cœleſtini qui egregiè verſati ſunt in elucidandis his quæ ad ſtatum monaſticum pertinent. Porrò præmiſſa decreta renouat Concilium COLONIENSE III. cap. 17. partis 10. nec eſt vt repetamus neceſſe. Vide autem, & iniunge ea quæ ſequuntur. quia ſuperioribus inhærent.

Concilium Toletanum 7.

* Vide idem mox ex Concilio Agathenſi cano. 38.

Concilium in palatio Vernis celebratū ob Pipino rege

Carolus Magnus.
Benedictus Caſſinenſis.

Antonius Pocquetus.
Petrus Bardus.

Concilium Colonienſe

Monachi laſciui & vagabundi refrenentur.] Superiori diſtinctione hoc iam inſinuatum eſt. Denique plura repetenda ſunt ex vocabulo, Clerici vagabundi, &c. & infra, monaſteria diſformata reformentur. &c. & moniales, &c. Sic autem vt inſtitutum proſequamur, SYRICIVS I. epiſtola 1. ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum cap. 6. *Monachorum quoſdam atque monacharum, abiecto propoſito ſanctitatis, in tantam proteruitatis, demerſos eſſe laſciuiam, vt prius clanculo, velut ſub monaſteriorum illicita & ſacrilega ſe contagione miſcuerint, poſtea verò in abruptum conſcientiæ deſperatione perducti, de illicitis complexibus liberè filios procrearint. quod & publicæ leges & Eccleſiaſtica iura condemnant. Has ergo impudicas deteſtabiléſque perſonas à monaſteriorum cætu, Eccleſiarumq;*

Syricius 1.

Vide quia & hoc tēpore Monachi [illegible] erant, vt nunc, ſed non tam [illegible] vagabundi & [illegible].

conuentibus eliminandas eſſe mandamus, quatenus retruſæ in ſuis ergaſtulis tantum facinus continua lamentatione deflentes, purificatorio poſſint pœnitudinis igne decoquere, vt eis vel ad mortem ſaltem ſolum miſericordiæ intuitu per communionis gratiam poſſit indulgentia ſubuenire. Porrò Concil. AGATH. can. 38. *Clericis* (ait) *ſine commendatitiis epiſtolis Epiſcopi ſui licentia non pateat euagandi. In monachis quoque præſentis ſententiæ forma ſeruetur. Quod ſi verborum increpatio non emendauerit, etiam verberibus ſtatuimus coerceri. Seruandum quoque de monachis, ne eis ad ſolitarias cellulas liceat à congregatione diſcedere, niſi fortè probatis poſt emeritos labores, aut propter infirmitatis neceſſitatem aſperior ab Abbatibus regula permittatur. Quod ita demum fiet, vt intra eadem monaſterij ſepta, manentes tamen ſub Abbatis poteſtate, ſeparatas habere cellulas permittantur, &c.* Idem can. 27. & allegat Gratianus cauſa 16. quæſt. 1. c. monachi. *Monachi vagantes ad officium clericatus, niſi eis teſtimonium Abbas ſuus dederit nec in ciuitatibus, nec in parochiis ordinentur, &c. Vide* m[illegible], *monachi an ad ſacros ordines promouendi, &c.* Porrò præmiſſa decreta idem iterum repetit eodem can. 27. *Monachum* (ait) *niſi Abbatis ſui aut præmiſſa aut voluntate, ad alterum monaſterium commigrantem nullus Abbas recipere aut retinere præſumat, ſed vbicunque fuerit abbati ſuo authoritate canonum reuocetur. Si enim neceſſe fuerit clericum de monachis ordinari, cum conſenſu & voluntate Abbatis præſumat Epiſcopus, ne monachi congregationes nouas præſumant.* Eadem repetit Concil. VENET. cannonibus 56. & 7. Et Conc. TOLET. IV. cano. 52. *Religioſi propriæ regionis, qui nec inter clericos, nec inter monachos habentur, ſiue hi qui per diuerſa loca vagi feruntur, ab Epiſcopis in quorum conuentu commorari noſcuntur licentia eorum coerceantur, vt aut in clero aut in monaſterio deputentur, præter eos, qui ab Epiſcopo ſuo, aut præter ætatem, aut propter languorem, fuerint abſoluti.* Idem omninò TOLET. 7. cano. 5. vt iam diximus. Idem & Concil. MOGVNT. I. ſub Carolo magno can. 22. Et Concil. GENER. VI. Conſtantinopolitanum 3 can 41. vbi vagos & falſos heremitas in monaſterium reduci iubet, aut ſi noluerint, ex vrbibus expelli, & ad ſolitudines mitti, vnde nomen ficte trahunt. Et Conc. MOGVNT. IV. cap. 78. *De monachis vagabundis qui iugum excuſſerunt, & deſertis monaſteriis atque ſpreta ſuorum prælatorum obedientia in ſeculo verſantur, iubemus, vt hi diligenter inquirantur, & ad ſua monaſteria reuocentur, alias per cenſura Eccleſiaſtica pœnas ad ſuas regulas, & ſub prælatorum ſuorum obedientiam retrudi curabimus.* Vide ſequentia.

Concilium Agathenſe ſub Cœleſtino 1.

Hæc allegat Gratianus cauſa 20. quæſt. 4. cap. Monachus.

Concilium Veneticum ſub Leone 1.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

Concilium Toletanum 7.

Concilium Moguntinum 1.

Concilium Conſtantinopolitanũ 3. generale 6.

Concilium Moguntinũ 4.

Monachi apoſtatæ & fugitiui.] De his latius ſuperiùs dictum eſt in vocabulo, Apoſtata à religione, &c.

Monachi ſine licentia non egrediantur, vel ſeruiant laicis aut etiam prælatis, &c.] Vide infra, vocabulo, moniales ſolas non exeant, ex Concilio generali 6. cano. 46. Porro Concil. TRIDENT. ſeſſione 25. quæ fuit 9. ſub Pio 4. cap. 4. decreti reformat. *Prohibet ſancta Synodus, ne quis regularis ſine ſui ſuperioris licentia, prædicationis vel lectionis aut cuiuſuis pij operis prætextu, ſubiiciat ſe obſequio alicuius prælati, Principis, vel vniuerſitatis, vel communitatis, vel alterius cuiuſcunque perſonæ ſeu loci, neque ei aliquod priuilegium aut facultas ab aliis ſuper his obtenta ſuffragetur, quod ſi contra fecerit, tanquam inobediens arbitrio ſuperioris puniatur. Nec liceat regularibus à ſuis conuentibus recedere, etiam prætextu ad ſuperiores ſuos accedendi, niſi ab eiſdem*

Concilium Tridentinũ generale.

A *miſſi aut vocati fuerint. Qui verò ſine prædicto mandato in ſcriptis obtento repertus fuerit, ab ordinariis locorum tanquam deſertor ſui inſtituti puniatur. Illi autem qui ſtudiorum cauſa, ad vniuerſitates mittuntur, in conuentibus tantum habitent, alioquin ab ordinariis contra eos procedatur, &c.* Vide quod ſequitur.

Monachis interdicitur egreſſus ad Phyſicam, aut ad leges ſeculi audiendas.] Conc. TVRON. vt allegatur parte 27. Concilij Lateranenſis ſub Alexandro 3. c. 2. *Antiquus hoſtis* (ait) *more ſolito in Angelum lucis ſe transfigurans, ſub obtentu languentium fratrum conſulendi corporibus, & Eccleſiaſtica negotia fidelius pertractandi, Regulares quoſdam ad legendas leges, & confectiones phyſicas ponderandas de ſuis clauſtris educit. Vnde, ne ſub occaſione* B *ſcientiæ ſpiritales viri mundanis rurſum actionibus inuoluantur, & in interioribus ex eo ipſo deficiant, ex quo ſe aliis putant in exterioribus prouidere, de præſentis Concilij aſſenſu ſtatuimus, vt nullus omninò poſt votum religionis, poſt factam in loco aliquo religioſorum profeſſionem, ad Phyſicam legeſue mundanas legendas permittatur exire. Si verò exierit, & ad clauſtrum ſuum infra ſpatium duorum menſium non redierit, ſicut excommunicatus ab omnibus euitetur, & in nulla cauſa, ſi patrocinium præſtare voluerit, audiatur. reuerſus autem in choro, capitulo, menſa, & cæteris, vltimus fratrum exiſtat, & totius promotionis (niſi fortè ex miſericordia ſedis Apoſtolicæ) ſpem amittat. Epiſcopi verò, Abbates, priores tanta enormitati conſentientes, & non corrigentes, ſpolientur propriis honoribus, & ab Eccleſiæ liminibus arceantur.* Vide ſequentia

Concilium Turonenſe neſcio quotum quia nec hoc inter decreta trium conciliorũ Turonenſium reperi verum citatur loco allegato.

C Monachi foris nec Eccleſiaſtica, nec ſecularia negotia pertractent.] Hoc ſæpiùs memoratum eſt in vocabulo, cleri ſecularia negotia non tractent, &c. Vbi & ſæpius monachorum fit mentio, vt facilè ſi folia aliquot reuoluas poteris aduertere. Vt autem hic etiam quædam reſeruata proferamus, Concil. TARRACONENSE cano. 11. *Monachi à monaſterio foras egredientes ne aliquod miniſterium Eccleſiaſticum præſumant agere prohibemus, niſi fortè cum Abbatis imperio. Similiter, vt nullus eorum, id eſt, monachorum forenſis negotij ſuſceptor vel executor exiſtat, niſi quod monaſterij expoſcit* D *vtilitas, Abbate ſibi nihilominus imperante, canonum ante omnia Gallicanorum de his conſtitutione ſeruata.* Habes illos canones ſupra vocabulo. Clericus, &c. & etiam illos recenſet Conc. CABIL. II. can. 11. & 12 Concil. MOGVNT. I. ſub Carolo Magno can 12. ſpecialiter monachis inhibet ne ad ſecularia placita aliquatenus veniant, neque ipſe Abbas ſine conſilio Epiſcopi ſui, & cum neceſſitas exigit, tunc per iuſſionem & conſilium Epiſcopi illuc vadat: nequaquam tamen contentiones, aut lites aliquas ibi mouere præſumat, ſed quidquid quærendum vel etiam reſpondendum ſit per aduocatos ſuos hoc faciat, & vſque ad in- E terrogationem tam Abbates quàm monachi ſilentium habeant, & cum interrogantur, cum humilitate & reuerentia reſpondeant alias querelas omnino deuitent (ſubdit vero cano. 14.) *Non tamen iuſtum negotium eſt contradicendum propter neceſſitates diuerſas, quia legimus ſanctos Apoſtolos negociaſſe. Et in Regula* S. BENEDICTI *præcipitur prouidere per quorum manus negotium monaſterij tranſeat.* Eadem decreta renouat Concilium RHEMENSE canone 29. & trigeſima, Concilium PARISIENSE III. libro primo capitis vigeſimi octaui. ad calcem capitis monachis curiam vetat adire, vt iam diximus in vocabulo, Epiſcopos, & Clericus Concilium AQVIS-

Concilium Tarraconenſe ſub Fœlice 3.

Concilium Cabilonẽſe 2. ſub Carolo Magno.

Concilium Moguntinum 1 ſub eodẽ Principe parũ 41

Benedictus Caſſinenſis.

Concilium Rhemenſe ſub eodem Princi pe

Concilium Pariſ[illegible] 3 ſub L[illegible] & L[illegible] Auguſtis.

Concilium Aquiſgranenſe 2.

GRANENSE II. cap. 2. de ordine rectorum hæc repetit,ne ſcilicet monachi ſecularia placita vel negotia pertractent. Hoc & expreſsè

Alexander 3

ALEXANDER III in Concilio Lateranenſi parte 1. cap.12. prohibuit Et iterum parte 27.cap.1. ſcribens Cantuarienſi Archiepiſcopo. *Fraternitati tua (ait) per Apoſtolica ſcripta mandamus,quatenus vniuerſis monachis veſtra iuriſdictionis arctius inhibere cureris,ne villas vel Eccleſias ad firmam recipiant,vel receptas detinere præſumant : quòd ſi præſumpſerint, eos authoritate Apoſtolica fretus, ſublato appellationis remedio facias à præſumptione ſua Eccleſiaſtica diſtrictione ceſſare.* Idem cap 3 eiuſdem partis,ad Londonenſem Epiſcopum. *Secundum inſtituta prædeceſſorum noſtrorum ſub interminatione anathematis prohibemus, ne monachi vel clerici cauſa lucri negotientur, & ne monachi à clericis vel laicis firmas habeant, vel laici ad firmam Eccleſias teneant.* Idem

Hęc perpende, & recole noſtri ſeculi ſtatum.

parte 49.cap.15 ad Abbates Ciſtercienſis ordinis, eoſdem corripit quod priſtinæ inſtitutionis obliti penitus, vel ignari contra ordinis gloriam & decorem villas, & molendina & Eccleſias, & altaria poſſiderent fidelitates & hominia ſuſciperent, ruſticos & tributarios tenerent,& omne ſtudium adhiberent & termini eorum dilatarentur, quorum conuerſatio debebat eſſe in cœlis, & eos ad priſtinum paupertatis ſtatum reuocat,ne ſi originalibus, ordinis ſtatuns ad commune aliorum monaſteriorum voluerint viam diuertere,& communi cum eis iure cenſeãtur,vt qui ſimilem cum alijs ſuſcipiunt vitam,ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam. Eadem repetit Concilium COLONIENSE III. partis 10. cap.15. Et Concilium TREVIRENSE II. cap 12. verùm latius de his diximus in vocabulo, clerici ſecularia negotia non tractent. Vide ſequentia.

Concilium Colonienſe 3. Concilium Treuirenſe 2.

Monachi curiam non adeant.]Repete ea quæ ſuperiùs in vocabulo, Clericus &c. inuenies, quia ibi etiam monachorum mentio fit Sic autem

Concilium Meldēſe anno 845.

Concil. MELD. canu. 7. *Monachi (ait) quibus monaſteriorum cura commiſſa non eſt, paſſim & ſine authoritate palatium non adeant, nec in eo immorentur, vel ibi & ibi diſcurrere ac peruagari præſumant: ſed ſi tales quibus fuerint, vt vtiles & acceſſary Eccleſiæ ac principi reperiantur,cum authoritate Epiſcopi canonicè ac religioſe pergant. Sin autem,in monaſterijs ſuis ſicut canonica & regularis docet inſtitutio religioſè reſideant. Quos etiam nec Epiſcopus, nec Abbas, vel quilibet alius veredariorum more in miſſaticis inſtanter tranſmittat, quia per quoſdam illorum contra canonicam authoritatem, & Eccleſiaſtica & ciuilia perturbantur negotia. N. ſub prætextu obedientia diuinis villicationibus inſeruiant, ſed regulariter obedientiam in viciſſitudine ſua peragentes ſecum, vt de S. Benedicto legitur in monaſterio habitent, atque ſeipſos recolligãt. Hæc autem tranſgredientes ſiue prælati in iubendo,ſiue ſubditi in obtinendo,excommunicentur* Huic decreto ſubſcribit

Nicolaus 1.

NICOLAVS I epiſt. ad Michaelem Imperatorem, qui eidem ſuggerebat Pontifici, vt in obſequium Imperialis aulæ monachos mitteret. *Quamuis (ait) hanc poteſtatem habeamus cunctos monachos & vniuerſos clericos ad noſtra negotia euocare, tuum tamen non eſt vllum penitus quærendi monachos miniſterium, niſi ad miſerandum & orationes eorum ſubmiſſe poſcendum, &c.* Vide & ea quæ ſequuntur.

Hec Gratianus re. enſet cauſa 1. q. 1. & cauſa 9. & q.2. cap. Per Principalem, &c.

Monachi militiam non ſequantur.] Vide ſupra Vocabulum, militia. &c.

Monachi de monaſterio non proiiciantur.] Idem Conc. MELD. can. 59. *Monachus de*

Concilium Meldenſe.

monaſterio, ſine conſilio vel præſentia Epiſcopi aut vicarij eius,ad hoc regulariter deductus non eiiciatur, cuius diſpoſitione & authoritate de cætero vita & conuerſatio eiecti,ne perditus perpetuò fiat,ſi aliquo modo ſaluari poteſt, ordinari debet atque decerni. Vide etiam infrà multis in locis.

Monachi foras egredi & epulari prohibentur.]Concil. MOGVNT. I. canu.12. *Monachi in clauſtro ſuo permaneant,nulluſque ex eis foras vadat,niſi per neceſſitatem ab Abbate mittatur in obedientiam, nec foras manducet, neque bibat ſine permiſſione Abbatis, nec ad conuiuia ſecularia vadant.*

Concilium Moguntinū 1. ſub Carolo Magno.

Similiter & Conc PARIS III. lib.1.c.46. Eadem repetit, vbi & monachis interdicit introitum in monaſteria puellarum, vt alibi dicetur Et Concilium O[illegible]ON. can.37. hæc renouat, prohibens tam viris quàm mulieribus ſepta monaſterij egredi ſine licentia, nec ad viſitandos parentes, aut ad peregrinationes faciendas: ſi autem illis conceditur præfigatur certus dies in quo redeant,nec vadant ſine collega Sed & BENEDICTVS XII. capite 14 Conſtitutionum Benedict. præcipit, vt monachi nunquam exeant ſine cuculla & breuiario,& obtenta licentia, ipſo eodem die reuerſuri. Sed iam de his ſuperiùs dictũ eſt, vide & ſequent.

Concilium Pariſienſe 3.

Concilium Oxonienſe ſub Innocen[illegible] 3.

Benedictus 12.

Monachi an valeant beneficia Eccleſiaſtica tenere.] Iam quòd non poſſint ſuprà ex Concilio Moguntino 2 & ex Cõcilio Lateranenſi ſub Alexandro 3. dictum eſt,& vocabulum, Beneficia,&c vbi ex Concilio Aurelianenſi 1. can.9. illud prohibitum diximus. Porrò Conc. RATISP. præfatis concordans decretis cap 12. ſic loquitur. *Statuimus & cauemus,ne cara Eccleſiarum beneficiorumque concedatur religioſorum quamcunque profeſſis, etiam exemptis Quòd ſi hactenus aliqui admiſſi vel recepti eſſent,niſi de voluntate fauoréque ſuperioris ſui legitimiſque cauſis conſtituti extra ſua monaſteria degere,nequaquam ſibi integrum fore pateat, quando illos ſic vagos per ordinarios vel Vicarios ad ſuperiores ſuos per victus denegationem aut alia iuris remedia remittendos eſſe iubemus.* (Et cap.13. ſubdit.) *Monaſteriorum prælati vnitas Eccleſias habentes, prædictos vicarios perpetuos, vel ad nutum amouẽdos in eiſdem Eccleſiis in poſterum non conſtituant, niſi prius per ordinarios, aut eorũ vicarios, vt idonei & apti fuerint, admiſſi Eccleſia tamen ſuis monaſteriis vnita vſque adeo propinqua, quòd religioſi earumdem curam habituri ſub religione in monaſterio,ſub debitáque obedientia ſtare poſſent modo ſint habiles & idonei, per huiuſmodi religioſos prouideri poſſint. Id quoque permittimus de monaſterio, quod tam tenue eſt vt debitam ſuſtentationẽ habere nequeat, volentes religioſos & qualitercunq́; exẽptos curata beneficia habentes ordinario loci eſſe ſubiectos. Cumq́; in Eccleſia Dei magis præſtet paucos bonos & doctos, quàm plures indoctos & imperitos habere miniſtros, id quod ratio noſtrorũ temporum exigere videtur, idcirco deinceps non initientur ſacris ordinibus, niſi viri morum vita candore & doctrina præ cæteris ſpectati, probatiq́; per teſtimonium examinis ritè ſeruãdi, &c.* Denique Conc. TRIDENT. ſeſſione 14. quæ fuit ſub Iulio 3 c.10 decreti reformationis iubet, vt regularia beneficia in titulum regularibus profeſſis prouideri conſueta, cùm per obitum aut reſignationem, vel aliàs illa in titulum obtinentis vacare contigerit, Religioſis tantùm illius ordinis, vel his qui habitum omnino ſuſcipere & profeſſionem emittere teneantur,& non aliis, ne veſtem lino lanáque contextam induant, conferantur. Vide Beneficia, &c.

Oro vt hęc diligentius perpendãtur quę nimis impiè negliguntur.

Concilium Ratiſponenſe.

Quatenus Monachis conceda tur Beneficia poſſidere.

Concilium Triden[illegible] generale nouiſſimum.

Monachi an ad ordines promouendi.]

R epete

Syricius 1. tempore Theodoſij ſenioris Apoſtolicam ſedem tenuit.

* Ac ut ordinandorum monachorum, verum quia non integriores ſumus & vita ſanctiores antiquis illis patribus, etiam ætatis præſcriptæ terminum, pe... ſeruâſſe... ſtatum, vbi nec reuerentia decretis, nec Deo honor, nec religioni antiquæ laus deferrur, ſed corruptis excæcatiſque cordibus diuina temeramus iura, ô dolendum facinus!

Repete iam oonnihil dictum ex Concilio Agathenſi ſuprà & in alijs locis Porrò Syricius I. epiſt. 1. ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum cap.13 allegator à Gratiano caoſa 16. quæſt 1. cap. monachos. * *Monachos, quos tamen morum grauitas, & vita ac fidei, inſtitutio ſancta commendat, clericorum officijs aggregari & optamus & volumus, ita vt, qui intra triceſimum annum ætatis ſunt digni, in minoribus per gradus ſinguloſ creſcente tempore promoueantur ordinibus, & ſic ad Diaconatus vel preſbyterij inſignia matura ætatis conſecratione perueniant. Nec ſtatim ſaltu ad Epiſcopatus culmen aſcendunt, niſi in his eadem, quæ ſingulis dignitatibus ſuperius præfiximus, tempora fuerint cuſtodita.* Et Innocentius I. epiſt. 2. ad Vitricium Rhotomagenſem Epiſcopum cap. 10. allegatur à Gratiano cauſa 16. quæſt. 1. cap de Monachis, *De monachis, qui diu morantes in monaſterijs, ſi poſtea ad clericatus ordinem peruenerint, ſtatuimus non debere eos a priore propoſito demutare. Aut enim ſicut in monaſterio fuit & quod diu ſeruauit, id in meliori gradu poſitus amittere non debet, aut ſi corruptus poſtea baptizatus, & in monaſterio ſedens ad clericatus ordinem accedere voluerit, vxorem omnino habere non poterit.* Vide, Cœlibatus, & Bigamus, & in ſequeotibus diſtinctionibus de cootinentia monachorum. Vide etiam, Ordinandus, &c. hinc Galasius I. epiſt 1. ad Epiſcopos Lucaniæ Brutiorum, &c. cap 3 & allegat Gratianus diſtinct. 77. cap. Si quis, &c: *Si quis de religioſo propoſito & diſciplinis monaſterialibus eruditus ad clericale munus accedat, in primis eius vita, præteritis acta temporibus inquiratur, ſi nullo graui facinore probatur infectus, ſi ſecundam non habuit fortaſſis vxorem, nec à marito relictam ſortitus oſtenditur: ſi pœnitentiam publicam fortaſſis non geſſit, nec vlla corporis parte vitiatus apparet: ſi ſeruilis aut virginariæ non eſt conditionis obnoxius: ſi curiæ iam probatur nexibus abſolutus: ſi aſſecutus eſt litteras, ſine quibus vix fortaſſis Oſtiarij poſſit implere miniſterium: vt ſi his omnibus quæ ſunt prædicta fulcitur, continuò lector vel Notarius aut certè defenſor effectus, poſt tres menſes exiſtat Acolythus, maximè ſi huic ætas etiam ſuffragatur: ſexto menſe ſubdiaconi nomen accipiat: ac ſi modeſtè conuerſationis honeſtæque voluntatis exiſtit, nono menſe Diaconus, completóque anno ſit preſbyter: cui tamen, quod annorum interſtitia fuerint collatura, ſancti propoſiti ſponte ſuſcepta doceatur præſtitiſſe deuotio.* Hinc Concilium Ilerdense ſob Symmacho 1. cano. 3. allegatur à Gratiano cauſa 16. quæſt 1. *De monachis id obſeruare placuit, quod Synodus Agathenſis* (allegaoimus fol. 464 pag 2.) *noſcitur decreuiſſe, hoc tantummodo adijciendo, vt cum pro Eccleſiæ vtilitate aliquos Epiſcopus probauerit in clericatus officio promouendos, cum Abbatis voluntate debeant ordinari.* Idem ſtatuit Concilium Lateranense cui præſedit Gregorius 2. vt infrà dicetur. Et, vt etiam paucis abſoloamus, quia plura in vocabulis, Ordo & Ordinandus, dicturi ſumus Concilium Viennense Geoerale ſub Clemente 5. habetur in Clementinis titulo decimo de ſtatu mooacho, cap. 1. io fine. *Ad ampliationem cultus diuini ſtatuimus, quòd monachi quilibet ad monitionem Abbatis ſe faciant ad omnes ordines ſacros (excuſatione ceſſante legitima) promoueri.* Et Coocilium Treverense II. cap. 12. *Ad ſacros ordines ſuſcipiendos non niſi ætate & ſcientia ſufficientes præſentent, & idonei ad iuſſum ſuperioris ſui, excuſatione legitima ceſſante ſe faciant promoueri.* Vide infrà Ordo, & Ordinaodus, &c.

tum hoc inquinatur obſcuro.

Huic etiam decreto dexteras dedit Cōcilium Tridentinum vt videbis diſtione Ordo. ſed ab his negliguntur qui etiā ſibi ſapientes videntur.

Concilium Ilerdenſe.

Concilium Lateranenſe ſub Gregorio 2.

Concilium Viennenſe ſub Clemente 5.

Concilium Treuerenſe 2.

Monachi inſcio abbate non aſſumendi.] In præcedentibus hoc multoties cautum reperitur, veruntamen adhuc quædam ſunt decreta quæ hoc prohibeant. Concilium Carthaginense V. cano. 13. allegatur à Gratiano diſtinct 58. cap. Si quis. *Placuit, vt ſi quis de alterius monaſterio repertum, vel ad clericatum promouere voluerit, vel in ſuo monaſterio maiorem monaſterij conſtituere* (Gratianus addit, ſine licentia Abbatis & monachorum) *Epiſcopus qui hoc fecerit a cæterorum communione ſeiunctus ſuæ tantum plebis communione contentus ſit, & ille neque clericus* (Gratianos addit neque canonicus) *neque præpoſitus perſeueret.* Idem omninò Concilium African. ſob Bonifacio I. cann. 47. Et Concilium Mogvntinvm IV. cano. 78. *Cum hoc tempore paſſim Eccleſiæ idoneorum miniſtrorum penuria nimis periculoſe laborent, Prælatos regulares ſummopere exhortamur & ſeriò monemus, ſi qui fratres eorum poteſtati ſubiecti, per ordinarios locorum ad regimen Eccleſiarum parochialium aut ad munus prædicationis adhibiti ſunt, aut tales ad eandem operam in poſterum euocari contingat, vt promouenda pietatis, & conſeruandæ ſanctæ religionis noſtræ intuitu, ordinarijs locorum in tanta neceſſitate deeſſe non velint, Religioſos tamen de conſenſu ſuorum prælatorum, ſic euocatos, nihilominus ſub eorumdem obedientia, qui eos corrigere & reuocare valeant volumus permanere.* Vide quod ſequitur ſequenti pagina

Concilium Carthaginenſe 1. Epiſcoporum 71. ſub Anaſtaſio 2.

Concilium Africanum.

Concilium Moguntinū 4.

Monachi Epiſcopi facti non mutent habitum.] Concilium Generale VIII. Conſtantinopolitanom 4 ſub Baſilio Imperatore cano. 17. *Monachi, qui vita & doctrina vt Epiſcopi creentur meruerint, non mutent habitus veſtiſque rationem ob nouam dignitatem, non minus enim hoc arrogans eſſet quam pallio inepiè vti, Quiſquis ergo Epiſcopus præter definita ſibi tempora ſe pallio induerit, aut monaſticam veſtem depoſuerit, aut corrigatur, aut à Patriarcha proprio deponatur.* Hoc confirmat Coocilium Lateranense ſub Innocentio 3. cap 16 circa finem. Vide ſequentia.

Concilium Conſtantinop. 4. generale ſub Adriano 2.

Concilium Lateranēſe generale ſub Innocentio 3.

Monachorum nigrorum exemptio & priuilegia.] Licet ſpecialibus à diuerſis Pontificibus ſiot monachi priuilegijs decorati, quæ oec opus eſt recenſere, qoia nec poſſumns tamen hoc libuit annectere qoo ad confirmationem præcedentium & ſubſequentium condncit, qood & ab antiquiſſimis patribus conſtat eſſe defioitum. Sic ergo veluti breui compendio ea quæ iam memorata ſunt, & quæ infra ſequentur, complectitor Concilium Lateranense ſub Gregorio magno congregatum, cui & ipſe præſedit, de monachis nigris. *Quam ſit neceſſarium* (ait) *monachorū quieti proſpicere, & de eorum perpetua ſecuritate tractare, ante actum nos officium, quod in regimine officij exhibuimus, informat. Et quia in pleriſque monaſterijs multa à præſulibus præiudicia & grauamina monachos pertuliſſe cognoſcimus, oportet vt noſtra fraternitatis prouiſio de futura eorum quiete ſalubri diſponat ordinatione, quatenus conuerſantes in illis in Dei ſeruitio gratia ipſius ſuffragante mente libera perſeuerent, Sed ne ex ea, quæ magis emendanda eſt, conſuetudine quiſquam monachis, quicquam moleſtiæ præſumat inferre, neceſſe eſt vt hæc quæ inferius enumeranda curauimus ita ſtudio fraternitatis Epiſcoporum debeat cuſtodiri, vt ex eis non poſſit vlterius inferendæ inquietudinis occaſio reperiri. Interdicimus igitur in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ex authoritate B. Petri Principis Apoſtolorū prohibemus, cuius vice huic ſanctæ Romanæ Eccleſiæ præſidemus authore Deo, vt nullus Epiſcoporū vltrà præſumat de redditibus, vel rebus, vel*

Concilium Lateranēſe ſub Gregorio 1.

curtis monaſteriorum, vel de cellis, vel de villis, quæ ad eum pertinent, quocunque modo qualibet exquiſitione minuere, vel doles, vel immißiones, vel violentias aliquas facere, ſed ſi qua cauſa forte inter terram venientem ad partem ſuarum Eccleſiarum & monaſteriorum euenerit, & pacifice non potuerit ordinari, apud electos Abbates & alios patres timentes Deum ſine voluntaria dilatione, mediis ſacroſanctis Euangelijs finiatur. Defuncto verò Abbate cuiuſquam congregationis, non extraneus, niſi de eadem congregatione, quem ſibi propria voluntate concors fratrum ſocietas elegerit, & qui electus fuerit ſine dolo vel venalitate aliqua ordinetur. Quod ſi aptam inter ſe perſonam inuenire nequeunt, ſolerter ſibi de alijs monaſterijs ſimiliter eligãt ordinandum, neque conſtituto Abbate, quacunque perſona qualibet occaſione preponatur, niſi fortè extantibus (quod abſit) criminibus, quæ ſacris canonibus puniri monſtrantur. Pariter autem cuſtodiendum eſt, vt inuito Abbate, ad ordinanda alia monaſteria, nec ad ordines ſacros, vel clericatus officium, tolli exinde monachi non debeant: ſed ſi abundantes fuerint, qui ad celebrandas Dei laudes, vel vtilitates loci ſufficiant complendas, de his qui ſuperfuerint offerat Abbas coram Deo quos dignos potuerit inuenire. Quiſquis autem ex monaſterio ad Eccleſiaſticum ordinem peruenerit, vlterius illic nec poteſtatem aliquam, nec licentiam habeat habitandi. Deſcriptiones quoque rerum atque curtarum monaſterij ab Epiſcopo fieri omnino negamus, ſed ſi quando res exigit abbas loci cum aliis Abbatibus rerum inuentarum deſcriptiones faciat, & eorum conſilio ſine iudicio finiantur. Obeunte quoque Abbate, Epiſcopus in deſcribendis peruadendiſque rebus monaſterii acquiſitis, vel datis, acquirendiſque nulla occaſione ſe permiſceat. Miſſas etiam publicas ab eo in cœnobio fieri omninò prohibemus, ne in ſeruorum Dei receßibus, & eorum receptaculis vlla popularis conuentus præbeatur occaſio, vel mulierum fiat nouus introitus, quod omninò non expedit animabus eorum. Nec audeat ibi cathedram collocare, vel quamlibet poteſtatem habere imperandi, vel aliquam ordinationem quamuis leuiſſimam faciendi, niſi ab Abbate loci fuerit rogatus, quatenus monachi ſemper maneant in Abbatum ſuorum poteſtate: nulliúſque monachum ſine teſtimonio vel conceßione Abbatis ſui in Eccleſia aliqua teneat, vel ad aliquem promoueat honorem. Hanc ergo ſcriptorum noſtrorum paginam omni in futuro tempore ab omnibus Epiſcopis firmam ſtatuimus, illibatamque ſeruari, vel & ſua Eccleſia iuuante domino ſuo tantummodo ſint iure contenti, & monaſteria Eccleſiaſticis conditionibus, ſeu angarijs, vel quibuſlibet obſequiis ſecularibus nullo modo ſubiaceant, nullis canonicis curis deſeruiant, ſed remotis vexationibus ac cunctis grauaminibus diuinum opus cum ſumma animi deuotione perficiant. Vniuerſi Epiſcopi reſponderunt. *Libertati monachorum congaudemus, & quæ nunc ſtatuit beatitudo veſtra firmamus & ſubſcribimus, &c.* His & alijs priuilegijs ZACHARIAS I decorauit monaſterium Fuldan ordinis ſancti Benedicti, quod ædificarat Bonifacius Moguntinenſis Epiſcopus eiuſdem Bonifacij precibus inclinatus vt ex epiſtola 5. eiuſdem ad eundem conſtat. Eadem quoque priuilegia Concilium TOLETANVM IV. patrum 67. ſub Honorio 1. renouauit cap. 50. cum nunciatum ei eſſet, quòd Epiſcopi Monachos ad ſeruilia opera adigerent: & allegatur à Gratiano cauſa 18. quæſt. 2 cap. Hoc tantum, &c. *Nunciatum eſt* (ait) *preſenti concilio, quòd monachi Epiſcopali imperio ſeruili operi mancipentur, & iura monaſteriorum contra inſtituta canonum illicita preſumptione vſurpentur, ita*

Abbatum electio: deque ſuo loco dictũ eſt. Abbas, & Electio.

Monachi ad ordines promouendi, lege ea quæ præcedenti ſolio poſuimus.

Miſſa publica an Epiſcopus in monaſterio nõ celebrentur.

Epiſcopis interdicitur in monaſteriis poteſtas, tamẽ infra habes contrarium vide.

Zacharias 1. De hoc monaſterio miro ſcribit. Sebaſtianus Monſte. in Coſmographia, ſeu Coſmographia ſua

Concilium Toletanum 4.

A *vt pene ex cœnobio poſſeßio fiat, atque illuſtris portio Chriſti ad ignominiam ſeruitutémque perueniat. Quapropter monemus eos qui Eccleſiis præſunt, vt vltra in illis non præſumant, ſed hoc tantùm ſibi in monaſterio vendicent ſacerdotes, quod præcipiunt canones,* (Vide moa) *id eſt, monachos ad conuerſationem ſanctam præmonere, Abbates aliáque officia inſtituere, atque extra regulam facta corrigere. Quòd ſi aliquid in monachos canonibus interdictum præſumpſerint, aut vſurpare quippiam de monaſterij rebus tentauerint, non deerit ab illis ſententia excommunicationis, qui ſe deinceps nequaquam ſuſtulerint ab illicitis.* Vide ſuprà, Facultatum Eccleſiæ inuaſores, &c. Hæc decreta confirmat Concilium ANGLICANVM I. cano. 3. vt docet Beda Venerabilis lib. 4. Hiſtoriæ B Anglicanæ cap. 5. confirmat, & Concilium BITERRENSE cap 15. 16. & 17. vbi etiam prohibet, ne monaſteria virorum mulieres ingrediantur, vt dicemus infrà. Monaſteria, &c Hæc quoque confirmat Concilium LATERANENSE ſub Leone 10. ſeſſione 10. vbi prohibet, ne his exemptionis priuilegijs abutantur. Has quoque exemptiones & libertates confirmant GREGORIVS IX. NICOLAVS IV. Et BENEDICTVS XII. in conſtitutionibus quas pro Benedictinis ediderunt, vt ſæpiùs iam annotauimus. Confirmat & INNOCENTIVS III vt habes libro 3 Decretalium titulo 35. de ſtatu Monachorum, & CLEMENS V in Concilio Viennenſi vt habes etiam in Clementinis titulo. De ſtatu monachorum qui incipit: *Ne in agro Dominico, ſacra* C *videlicet monachorum nigrorum religione indecorum aliquid obrepat, &c.* Sed & COELESTINVS V. ordinis noſtri pater & inſtitutor ampliſſima nobis priuilegia conceſſit, vt habes ex eiuſdem priuilegio quod incipit: *Etſi cunctos ordines plantatos in agro ſacroſancta & vniuerſalis Eccleſia paternis proſequamur affectibus, &c.* Vide ſequentia.

Monachi an Epiſcopo ſint ſubiecti.] Hac ipſa pagina illos eximit à poteſtate Epiſcoporum Gregorius 1. vt facilè potes colligere. ſed & præmiſſum Toletanum 4. vt dictum eſt, in aliquibus monachos ab Epiſcoporum iuriſdictione eximit, D & in aliquibus præcipit ſubiacere ſecundum canones patrum. Qui autem ſint illi canones iam diximus in vocabulo, Abbas. Sic autem Concilium ARELATENSE III. vt allegat Gratianus cauſa 18. quæſt. 2. cap. monaſteria, &c. *Monaſteria* (ait) *vel monachorum diſciplina ad eum pertineat Epiſcopũ, in cuius ſunt territorio conſtituta.* Vide infrà, Monaſteriorum bona, &c. Cui ſubſcribit Concilium CHALCEDONENSE generale 4. ſub eodem Leone canone 4. actionis 15. & allegatur ſententialiter à Gratiano cauſa 2. quæſt. 7. cap. nullus, & cauſa 16. quæſt. 1. cap. Qui verè, &c. *Qui verè & purè ſolitariam eligunt vitam,* E *digni conuenienti honore habeantur. Placuit autem monachos per vnamquamque ciuitatem aut regionem ſubiectos eſſe Epiſcopo, & quietem diligere, & intentos eſſe tantummodo ieiunio & orationi, in locis in quibus renunciauerunt ſeculo permanentes. Nec Eccleſiaſticis verò nec ſecularibus negotiis communicent, vel in aliquo ſint moleſti propria monaſteria deſerentes, niſi forte his præcipiatur propter opus neceſſarium ab Epiſcopo ciuitatis* (vt ſuperius iam diximus) addit verò ad calcem canonis. *Tranſgredientem hanc definitionem noſtram excommunicatum eſſe decreuimus, ne nomen Dei blaſphemetur.* Vnde & Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 25 cap. 14. *Regularis non ſubditus Epiſcopo, qui intra clauſtra monaſterij*

Concilium Anglicanum 1.

Concilium Biterrẽſe, ſub Leone Tornacenſe.

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

Gregorius 9. Nicolaus 4. Benedictus 12.

Innocentius 3.

Clemens 5.

Coeleſtinus 5.

Concilium Arelaten. 3. ſub Leone 1.

Concilium Chalcedonenſe generale 4.

Concilium Tridentinum generale.

degit, & extrà ea iis notoriè deliquerit vt populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante a ſuo ſuperiore intra tempus ab Epiſcopo præfigendum ſeuere puniatur, ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat: ſin minus à ſuo ſuperiore officio priuetur, & delinquens ab Epiſcopo puniri poſſit. Vide Viſitatio monaſterij, &c. & Abbas, &c.

Monachi Abbati obediant.] Vide ſuprà, Abbas, & infrà, Obedientia, &c.

Monachi regulæ ſuæ ſtatuta cuſtodiãt.] Infrà, vbi de monaſterijs reformandis agetur, hoc latiùs exponetur. Intereà ſic ſtatuit Concilium FRANCICVM ſub Carlomanno Rege. *Statuimus, vt monachi & ancillæ Dei monaſteriales iuxta regulam S. Benedicti Cœnobia vel Xenodochia ſua ordinare, gubernare, & viuere ſtudeant, & vitam propriam degere ſecundum prædicti Patris ordinationem non negligant.* Idem etiam Concilium SVASSIONENSE ſtatuit, curam committens Archiepiſcopis vt obſeruent ſi hoc monachi ad integrũ ſtuduerint adimplere. Et Concilium VERNENSE ſub Pipino Rege ſtatuit, vt monaſteria tam virorum, quàm mulierum ſecundum ordinem regulariter viuant, & quod ſi facere cõtempſerint, Epiſcopus in cuius parochia ſunt corrigat: ſi nõ poſſit, ad Metropolitanum rem deferat: ſi nec Metropolitanus, ad Synodum deferatur: ſi non audierint Synodum, excommunicentur, & in loco eorum alij locentur, qui ordinem integrè obſeruẽt. Vide vocabulum, Viſitatio, & Monaſteria difformata, &c.

Concilium Francicum in Francia celebratum à Bonifacio Moguntinenſi ſub Carlomanno.

Concilium Sueſſionẽſe ad S. Medardum.

Concilium celebratũ in palatio Verni.

Monachis carnium eſus interdicitur.] Gratianus de conſecratione diſtinct. 5. cap. Carnem, &c. ſub nomine FRVCTVOSI EPISC. ſic loquitur. *Carnem cuiquam monacho nec guſtandi nec ſumendi eſt conceſſa licentia: non quòd creaturam Dei iudicemus indignam, ſed quod carnis abſtinentia vtilis & apta monachis æſtimetur: ſeruato tamen moderamine pietatis erga ægrotos. Quod ſi quis monachus violauerit, & contra ſanctionem regulæ vſumq́; veterem veſci carnibus præſumpſerit, ſex menſium ſpatio, retruſioni & pœnitentiæ ſubiacebit.* Prohibet autem vſum carnium monachis BENEDICTVS CASSINENSIS, cap. 56. regulæ ſuæ, cui INNOCENTIVS III. ſuffragatur in decreto quod habes allegatum in lib. 3. Decretal. Gregorij IX. tit. 35. c. 6. ad Abbatem Sublacenſem. *In refectorio* (ait) *nullus omninò carne veſcatur, nec in quibuſdam ſolennitatibus* (*ſicut aliquando fieri conſueuit*) *conuentus exeat cum Abbate paucis ibi relictis, vt extrà refectorium edant carnes, cum illis diebus præcipuè regularis diſciplina ſit ſtudioſius obſeruanda. Sed nec extrà refectorium, niſi in infirmitorio eſum carnium credant ſibi licere, &c.* Lege reſiduũ. Denique GREGORIVS IX. 10 conſtitutio. Benedicti. *In infirmaria* (ait) *nullus comedat, niſi propter infirmitatem vel debilitatem illuc fuerit deſtinatus. Præcipimus etiã iuxta quod in beati Benedicti regula continetur, vt nullus monachus in quouis loco vel domo Cluniacenſis ordinis aut extra, niſi tantum in infirmaria* (*vt prædictũ eſt*) *carnes manducare præſumat. Quod qui præſumpſerit, ſi clauſtralis fuerit, graui pœna ſubdatur, vel ſi dignitatem aut adminiſtrationem habuerit, priuetur eadem.* Et BENEDICTVS XII cap. 26. in eaſdẽ conſtitutiones Benedict. etiam vltra prædicta vetat, ne in infirmitorio ſpecialibus diebus carnis vſus concedatur. *Statuimus* (ait) *quòd per totum annum feria quarta, & die ſabbati* (de feria ſexta hoc omnibus ſecularibus commune eſt) *& à prima dominica de Aduentu vſque ad diem natalis Domini, & à dominica ſeptuageſimæ vſque ad diem Paſchæ, omnes regulares eiuſdem ordinis ſeu religionis ab eſu carnium vbique abſtineant, niſi neceſſitas infirmitatis non ficte per Abbatem vel alium prælatum proprium ſorte ſuadeat cum aliquo diſpenſandum. Diebus autem quibus monachi in infirmitorio carnes edent, ſic prouideatur omninò, quòd in refectorio remaneat ad minus medietas monachorum capituli vel conuentus.* Vide Ciborum delectus, &c.

Fructuoſus Epiſcopus.

Benedictus Caſſinenſis. Innocentius 3.

Gregorius 9.

Benedictus 12. Oro hæc attente conſiderentur.

Monachis continentia & perpetuus cœlibatus indicitur.] Iam in vocabulis, Cœlibatus, Fornicatio, & eiuſmodi, crebrò huius rei mentionem fecimus: libet tamen particulari diſtinctione quod reperimus potiſſimum monachis congruere, hîc inſerere. Habetur autem IOVINIANI IMPERATORIS edictum l. ſi quis, C. de Epiſc. & cleric. & allegat Nicephorus Calliſtus, lib. 10. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 39. quo prohibetur, ne monachi aut moniales matrimonium contrahãt: & quanto magis prohibuit ne fornicentur? Hoc poſteà confirmauit Concilium CHALCEDON. generale IV. actio 15. can. 16. & allegat Gratianus cauſa 27. quæſt. 1. cap. Si qua Virgo, &c. *Virginem quæ ſe Deo Domino cõſecrauit, ſimiliter & monachum non licere nuptialia iura contrahere: quòd ſi hoc inuenti fuerint perpetrantes excommunicentur. Confitentibus autem decernimus, vt habeat authoritatem eius loci Epiſcopus miſericordiam humanitatemq́; largiri.* Hunc canonem allegat Concil. COLONIENSE II. ſub Carolo Craſſo Imperatore III. cano. 6. Et Concilium AVRELIANENSE I. ſub Hormiſda I. can. 23. *Monachus* (ait) *in monaſterio conuerſus, ſi pellici poſtea vel vxori fuerit ſociatus, tantæ præuaricationis reus nuſquam Eccleſiaſtici gradus officium ſortiatur.* Et Concilium ANTISSIODOR. I. cap. 23. *Si monachus in monaſterio adulterium commiſerit, & hoc Abbas per ſe non emendauerit, ad pœnitentiam agendam in alio monaſterio retrudatur.* Similia iniungit de clericis & monachis qui ab infantia monaſterijs vel Eccleſijs conſecrati ſunt, vbi 18. annum attigerint eligant coniugium, vel profiteantur continentiam, Concilium TOLETANVM II. cano. 1. vt iam poſuimus in vocabulo, Clericus, &c. Vide etiam quæ immediatè ſubſequitur, diſtinctionẽ. Porrò Concilium TVRONANSE II. cano. 16. *Si qui in monaſterio conuerſi ſunt* (ait) *aut conuerti voluerint, nullatenus exinde habeant licentiam euagandi: nec* (*quod abſit*) *vllus eorum coniugem ducere, aut extranearum mulierũ familiaritatem habere. Nam, ſicut ſuprà dictum eſt, ſi vxorem duxerit, excommunicetur, & de vxoris male ſociata conſortio etiam iudicis auxilio ſeparetur. Quod ſi iudex ad hoc ſolatium dare noluerit, excõmunicetur. Qui infœlix monachus tali coniunctione fœdatus, ſi per cuiuſcunque patrocinium ſe conatus fuerit defenſare, & is qui in hac pertinacitate perdurat, & illi qui eum exceperint ad defenſandum: ab Eccleſia ſegregentur, donec reuertatur ad ſepta monaſterij, & indictam ab Abbate, quandiu præceptum ei fuerit, agat pœnitentiam, & poſt ſatisfactionem reuertatur ad gratiam.* Denique Concilium TOLETANVM IV. can. 51. *Nonnulli monachorum egredientes a monaſterio, nõ ſolùm ad ſeculum reuertuntur, ſed etiam vxores accipiunt. Igitur reuocati in eodem monaſterio à quo exierant, pœnitentiæ deputentur, ibiq́; defleant crimina ſua vnde diſceſſerunt.* Hunc canonem allegat & confirmat TOLETANVM VI. can 6. & allegatur à Gratiano, cauſa 20. quæſt. 3. cap. Proclius, &c. Hunc etiam canonem allegat & confirmat Concilium GENERALE VI. Conſtantinopolitanum III. cano. 44. lege ea etiam quæ ſuprà po-

Iouinianus Imperator.

Concilium Chalcedonenſe 4. generale ſub Martiano Imperat.

Concilium Colonienſ. 2.

Concilium Aurelianenſ. 1. ſub Clodoueo rege 1.

Concilium Antiſſidorenſe 1 ſub Deuſdedit

Concilium Toletanum 2. ſub Almarico rege.

Concilium Turonenſe 2. ſub Pelagio 1.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

Concilium Toletanum 6.

Concilium Conſtantinop. 3 generale 6.

A ſumus vocabulo, Matrimonium an emiſſio voti ſoluat, &c. & monaſterium an coniugati intrare valeant, &c. Hæc autē præcedentia decreta Concilium TREVERENSE I. confirmat, cap. 9. loquens de his qui contra votum ſolenne præſtitū connubio ſeſe iunxerunt. Et Concilium COLONIENSE IV, cap. 2. ſic ſtatuit. *De monachis & ſanctimonialibus coniugatis decernitur totius Concilij approbatione, & pronunciatur tales nuptias illicitas eſſe, prophanas, ſacrilegas & inceſtuoſas, & nuſquam tolerandas, & eos omnes anathemate eſſe innexos qui eas contraxerint, prolemq; inde ſuſceptam illegitimam eſſe, nec aliter quam ſpurios & nothos habendos: ac proinde hæreditario nomine parentibus ſuis, neque in mobilibus, neque in immobilibus ſuccedere poſſe, aut debere.* B Idem agit de concubinarijs monachis, cap. 3 ſequenti, vt ſeueriori ordinis diſciplinæ pro tanti ſcandali expurgatione ſubmittantur, & carnis ſuę petulantiam pœnitentiæ afflictione mortificent. Vide infra, Monialis. &c. & ſequentia.

Cōcilium Treuerenſe 1. ſub Ioanne Archiepiſcopo.
Concilium Colonienſe 4. Hęc deſumuntur ex Gratiano cauſa 27. q. 1. cap. Nuptiarum &c. & ſequentibus.

Monachi caſtè cum mulieribus & ſecularibus conuiuentur.] Iam de clericis & monachis hoc latiùs probatum eſt in vocabulo, Clericus: verùm quod adhuc reſtat communicandum eſt. Sic autem Concilium GENERALE VII. cano. 22. *Deo quidem vniuerſum dedicare, & non proprijs voluntatibus ſeruire, res magna eſt. Siue enim comeditis ſiue bibitis* (inquit diuinus Apoſtolus) C *omnia in Dei gloriā facite. Chriſtus autem Deus noſter in ſuis Euangelijs iuſſit peccatorum principia reſecare. Non enim adulterium ſolùm apud ipſum punitur, ſed etiam cogitationis motus ad aggrediendum adulterium condemnatur, ipſo dicente: Qui aſpexerit mulierem ad concupiſcendum eam, iam in corde ſuo adulterauit. Vnde nos quoque edocti debemus cogitationes purgare: & ſi enim omnia licent, non tamen omnia expediunt, vt à voce Apoſtolica docemur. Cuiuis autem homini neceſſe eſt comedere, vt viuat: & quibus eſt vita matrimonij & liberorum & laica conſtitutionis permixtim comedere viros & mulieres ab omni reprehenſione alienum, ſi modo ei qui dat nutrimentum gratias agant non cum ſcenicis quibuſdam ſtudiis, ſiue* D *ſathanicis canticis, & citharœdicis ac meretricijs vocibus, quos propheticæ execratio perſequitur dicens: Væ qui cum cythara & pſalterio vinum bibunt. Domini autem opera non reſpiciunt, & opera manuum eius nō conſiderant. Et ſicubi tales fuerint inter Chriſtianos corrigantur, ſin minus aduerſus eos robur ſuum obtineant, quæ ab his qui nos præceſſerunt canonice traditæ ſunt.* Vide ſuprà, Ludus, & infrà, Nuptiæ, &c. *Cui autem quieta eſt vita & ſolitaria, vt qui Domino Deo iugum monaſticum tollere ſtatuerit, in ſolitudine & ſilentio ſedebit: atqui nec his etiam qui vitam ſacerdotalem elegerint, licet omninò ſeorſum cum mulieribus comedere, niſi vtique cum diuinis & religioſis viris, ac mulieribus, vt ipſum etiam conuiuium ad ſpiritalem correctionem adducat. Porrò idipſum etiam in cognatis fiat.* E *Si autem rurſus contingat, vt quæ ſunt ad vſum neceſſaria non afferat monachus vel ſacerdos, & propter neceſſitatem velit, ſiue in publico diuerſorio, ſiue in alicuius domo diuertere, ei liceat hoc facere, vtpote vrgente neceſſitate.* Et BENEDICTVS XII. cap. 26. cōſtitutionum Benedict. *Caueant Abbates & alij prælati aliorum locorum ipſius ordinis ſeu religionis, ne ſecularis perſonas ad eorum menſas conuocent, quarum occaſione ipſi vel ordo ſeu religio huiuſmodi denigrari valeat vel notari.*

Concilium Nicænum 2 generale 7.
1. Corinth. 10.
Matth. 18.
Matth. 5.
1. Corinth. 6. & 10.
Eſay. 5.
Monachi non interſint nuptiis.
Benedictus 12.

Monachi non interſint nuptijs.] Vide præcedentem. Porrò reliquum pete ex vocabulo, Clericus, &c. & infrà, Nuptiæ, &c.

A Monachi non bini, ſed ſeparatim dormiant.] Hoc dependet ex ſuperioribus, in quibus de continentia & caſtitate monachorū agebatur. Et quia antiqui hoſtis inſidijs aliquoties, quod non poteſt fieri cùm debitis, hoc fieri indebitis & illicitis complexibus procuratur, ideò ad euitandam omnem ſuſpitionem & tentationem ſuperandam. Ideò Concilium TVRONENSE II. cano. 15. *Ne occaſio* (inquit) *famam laceret honeſtatis, quia aliqui laici dum diuerſa perpetrant adulteria, hoc quod de ſe ſciunt, in alijs ſuſpicantur. Sicut ait* SENECA, *peſſimum in eo vitium eſſe, qui in id quo inſanit cæteros putat furere. Vt ergò ipſe ſiniſtræ exiſtimationis aditus amputetur, nullus ſacerdotū aut* B *monachorum colligere alium in lecto ſuo præſumat: nec liceat monachis cellulas habere communes, vbi aut bini maneant, aut peculiaria reponi poſſint: ſed ſchola labore communi conſtruatur, vbi omnes iaceant, aut abbate aut præpoſito gubernante, vt dum duo vel tres viciſſim & legant & excubent, alij conſolentur: vt non ſolùm ſit cuſtodia corporum, ſed & ſurgat pro lectione aſſidua profectus animarum.* Idem ſtatutum reperies in dictione, Canonicus, &c. Et TVRONENSE III. ſub Leone III. cap. 24. *Abbates monaſteriorum prouideant monachis, vt habeāt clauſtra, & dormitoria, in quibus ſimul dormiant, ſimulq; reficiantur, horas canonicas cuſtodiant, victum & veſtimēta, iuxta quod poterit Abbas, habeant, quo facilius ad Dei ſeruitium poſſint conſtringi.* C Idem omninò Concilium OXONIENSE, cano 36. *Decernimus vt tam monachi quàm canonici regulares & moniales in vno dormitorio pariter dormiant, & quieſcant, ſingulis perſonis ſingulis lectis aſſignatis: & in vno refectorio ſimul edant, nec per ſe cuilibet, ſed communiter omnibus victualia præparentur.* I. c. infrà, Monachor. victus, &c.

Concilium Turonenſe 2. ſub Pelagio 1.
Seneca Philoſophus.
Concilium Turonenſe 3. ſub Carolo Magn.
Concilium Oxonienſe in Anglia.

Monachorum victus & habitus ſeu veſtitus.] Quòd ab exordio monaſticæ inſtitutionis monachi pro more habuerunt diuerſos à ſecularibus habitus portare, ſatis ſuperiùs in prima huius vocabuli diſtinctione probatum eſt, ſed & ab origine repetiimus adhuc ſuprà. Vide ergò. De victu autem eorundem habes ſuperiori ſeu præ- D cedēti diſtinctione tractatum, cui cohæret præfati Concilium OXONIENSIS decretum, c. 36. vbi iubet, vt in vno refectorio ſimul edant monachi, & omnibus communiter victualia præparentur. *Nec ſingulis eorum* (ait) *denarij pro veſtibus tribuantur, ſed talia per certas perſonas ad hæc deputatas diligenter expediantur, qui vt quilibet indiguerit, & facultas domus ſuſtinuerit, eis indumenta miniſtrent: & cum eis noua tradita ſunt, vetera ab eis recipiantur, quæ in vſus pauperum, vel alias neceſſitates de conſilio Abbatis, Prioris, Abbatiſſæ vel Priorisſæ conuertantur.* IDEM cano. 37. omnia autem hæc deſumpſit ex regula BENEDICTI CASSINENS. cap. 39 40. 41. &c. *Omnem* (inquit præfatum Con- E cilium) *ſingularitatem interdicimus in refectorio, vt cibus aliter vni quàm alteri præparetur. Sed qui præeſt videat, vt ſcilicet interdum talia præparentur, de quibus aliorum debilitas vel infirmitas, prout viderit expedire, valeat releuari. Omnia etiam victualia religioſis apponenda, ſine ſubtractione eis apponantur, tam in conuentu quàm alibi, vbi reficiuntur de omnibus appoſitis. Totum reſiduum ſine diminutione aliqua cedat in eleemoſynam indigentibus fideliter erogandam, ita quod nec Abbas, nec Prior, nec eleemoſynarius hoc poſſit diſpenſare: & quicunque illud ſtatutum de indiminutis adinuicem adimplere vel obſeruare noluerint, ſi ſacerdos fuerit, à celebratione diuinorum: ſi minoris ordinis, à communione corporis Chriſti: ſi monialis ſit,*

Concilium Oxonienſe.
Benedictus Caſſinenſis.

vſque

vſque ad plenam ſatisfactionem ſuſpendatur. Item prohibemus, ne moniales aliqua ſingulariter in refectorio comedant carnes, in quibus non ſolent communiter carnes comedere. Et cap. 40 ſubiungit. *Quoniam inter alia vitia impetus gulæ viros religioſos præcipue non mediocriter infeſtat, decernimus, vt nec monachi nec canonici regulares, niſi ſtatutis locis & horis potationi aut comeſſationi vacare præſumant. Si quis verò ſitiuerit, impetrata licentia refectorium regulariter intret, vt ſic neceſſitati ſubueniat, non vt conſulat voluptati. Ab hac generalitate eximimus infirmos, & eos qui fuerint in obſequio prælatorum.* Hæc confirmat BENEDICTVS XII. cap. 18. conſtitut. Benedict. *Quidquid* (ait) *ad victum monachis miniſtrandum in cibo, potu vel pictantia exiſtit, ſingulis eorum die qualibet adminiſtrentur ad congruã menſuram, prout erit opus, iuxta Eccleſiarum, monaſteriorum & locorũ ipſorum exigentiam facultatum: & quidquid de adminiſtratione ſupereſt, eleemoſyna applicetur per illum qui ad hoc fuerit deputatus, &c.* IDEM cap. 17 & 23. earundem conſtitutione, ea, quæ de veſtimentis monachorum ſuperiùs dicta ſunt, confirmat ſtatuens, ne victualia, vel veſtitus monachis in pecunia miniſtrentur. Hoc & renouat GREGORIVS IX. in eaſdem conſtitutio. *Illud* (inquit) *obſeruari præcipimus, vt monachi ſicut in clauſtro, ita & foris honeſtè ſe habeant, nec incedant ſine cuculla & froco & capa regulari, non bloia, non ſumptuoſa, ſed tali quæ 30. ſolidorum pretium non excedat.* Hæc latiùs proſequitur in Concilio Viennenſi CLEMENS V vt habes in Clementinis titulo de ſtatu monachorum, cap. 1. quilibet legere poterit. Sed & habes decreta INNOCENTII III. in Decretalibus tit. 36. lib. 3. cap. 6. 7. &c. Et INNOCENTII IV. in Clementinis, titu. 50. cap. 2. & reliquis, nec eſt opus vt omnia illa producamus, ſufficit tibi locos annotaſſe. Hæc confirmat Concilium SENONENSE cap. 22. vbi tractat de veſtitu & victu atque moribus obſeruandis in monaſterijs tàm religioſorum virorum, quàm monialium. Lege ſi plura ſcire delectat.

Monialibus eſus carnis nõ conceditur, vide.

Monachi vitia hetu[?] nõ commédant penitus.

Benedictus 12.

Gregorius 9.

Monachi ſine cuculla nõ exeant.

Clemens 5.

Innocentius 3.

Innocentius 4.

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato Archiepiſcopo.

Monachi in monaſterijs ab infantia incluſi, an ad ſæculum redire potuerint, vel ſecularem habitum reſumere.] Paululùm digreſſi ſumus ab inſtituto, vocante nos quadam dicendorum continuatione verborum. Propoſueramus quidem de ſingulis votis ordine differere, ſed quædam intermixta ſunt, quia non facilè potuerunt disiungi. Iam quippe de continentia & caſtitati monachorum ſermonem exorſi ſumus. quæſtio autẽ moueri poteſt, an hi qui ab infantia ſunt monaſterijs dati teneantur continentiæ regulam obſeruare. Hoc autem ſequenti inquiretur diſtinctione. De illis autem priùs agendum eſt, vt ad ſequentia ſit acceſſus liberior. Superiùs autem ſic ſe offerente materia diximus non licere cuiquam antè 16. annum votum emittere, quod pandetur manifeſtiùs ex his quæ ſequuntur, & reliquum ex loco memorato repetes. Concilium TOLETANVM X. can 6. *De his, qui in parua ætate coram parentibus religionis habitum tenuerunt, quoniam vſque huc diſſoluta operationis effectus interdum mutare fecit honeſtum conſtitutionis edictũ, dum incondiuè reſolui putatur, quod indiſſolubili ſanctionis authoritate tenetur: ideo quicquid obuium ex incerto occurrit, euidenter abiici debet, vt decreto nihil ſuperſit, quod in dubium mutet. Ideoq; ſi in qualibet minori ætate, vel religionis tonſuram, vel religionis debitam veſtem in vtroque ſexu filiis, aut vnus, aut ambo parentis dederunt, certe aut volentibus, aut neſcientibus ſeſe*

Concilium Toletanum 10. Epiſcoporum 21.

Hoc allegat Gratianus in cauſa 20. q. 2. cap. ſi in qualibet, &c.

A *ſuſceptam, & non mox, viſum in filiis, abdicauerint: ſed vel coram ſe, vel coram Eccleſia, palàmq; in conuentu eoſdem filios talia habere permiſerint, ad ſecularem reuertis habitum ipſis filiis quandoque non licebit: ſed conuicti, quod tonſuram aut religioſam veſtem aliquãdo habuerint, mox ad religionis cultum habitumq; reuocentur & ſub ſtrenua diſtrictione. Huiuſcemodi obſeruantia inſeruire cogantur. Parentibus ſanè filios ſuos religioni contradere, non amplius quam vſque ad decimum ætatis eorum annum licentia poterit eſſe: poſteà verò, an cum voluntate parentum, an ſua deuotionis ſit ſolitarium votum, erit filiis licitum religionis aſſumere cultum. Quiſquis autem vel abolitione tonſuræ, vel ſecularis veſtis aſſumptione detectus fuerit attigiſſe*

B *tranſgreſſionem, & excommunicationis cenſuram accipiat, & religioni ſemper inhæreat.* Idẽ omninò Concilium VORMATIENSE ſub iiſdem verbis renouat, cano. 22. Eadem quoque renouat & confirmat canon aſcriptus Concilio GENERALI VI. in ordine 40. verùm omninò deſumitur ex BASILIO in regulis, interrogatione 15. & ex BENEDICTO CASSINENSI, capite 4. regulæ ſuæ de inſtrumentis bonorum operum. Nam canon in ordine 6. huius Concilij, omninò de verbo ad verbum repetit quod Benedictus inſeruit. Verùm tamen cano 40 memorato, ſic veraciter præfatum generale VI. Concilium decreuit.

C *Quoniam* (ait) *Deo hærere per ſeceſſum ex vitæ ſtrepitu ac perturbatione valdè eſt ſalutare, oportet nos non ſine examinatione eos qui vitam monaſticam eligunt, non intempeſtiuè admittere, ſed nobis à Patribus traditum decretum in eis quoque ſeruare, vt vita ſecundũ Deum profeſſionem, vt iam firmam & à ſcientia ac iudicio factam, tunc admittamus poſt rationis complementum. Qui ergò monaſticum iugum eſt ſubiturus, ne ſit minor quam decem annos natus: eius quoq; rei examinatione in præſulis arbitrio ſita, an augeri tempus conducibilius exiſtimet ad introductionem & conſtitutionem in vita monaſtica. Etſi enim etiam magnus* BASILIVS *in ſacris canonibus eã, quæ ſe ſua ſpon-*

D *te Deo offert & virginitatem complectitur, ſi 18. annum compleuerit in virginum ordinem referendam eſſe ſtatuit, ſed tamen de viduis & diaconiſſis exemplũ ſecuti indictum tempus analogia & proportione habita eorum, qui vitam monaſticam elegerunt, deduximus. In diuina enim Apoſtolo ſcriptum eſt: Sexaginta annorũ viduam in Eccleſia eligendam. Sacri autem canones* (vide Diaconiſſa, & Monialis vidua, &c.) *quadraginta annorum diaconiſſam ordinandam eſſe ſtatuerũt, cum Dei Eccleſiam Dei gratia potentiorem & robuſtiorem euaſiſſe & vlterius procedere vidiſſent, fideliumq; ad diuinorum mandatorum obſeruationem firmitatem ac ſtabilitatem. Quod quidem cum nos quoque intellexiſſemus, perfectè ſtatuimus Dei gratiam ei qui certamina ſecundum Deum aggreſſurus eſt, velut*

E *quoddam ſignaculum celeriter imprimentes. Hinc enim ad non diu cunctandum & tergiuerſandum inducentes, vel potiùs etiam ad boni electionem & conſtitutionem incitantes, &c.* Quod verò monachi antè 14. annum non debeant vouere, & ſi vouerint nõ ſunt cogendi vt remaneant, ſi eos voti pœnituerit, docet ALEXANDER III. ſcribens Beluacenſi Epiſcopo, & habetur par. 50. Concilij Lateranenſis quod celebrauit, cap. 10. *Si autem à parentibus* (ait) *fuit fortè oblatus, ſeu 14. annum compleuerat, cum religionem intrauit, ſiue poſt 14. annum profeſſionem à ſe factam ratam habuit, eum ad eandem vel aliam (ſi fortè exierit inſalutato hoſpite) religionem tranſire Eccleſiaſtica diſtrictione compellatur.* Vide mox & Concilium OXONIENSE, cann. 36.

Monaſterium quoto anno ingredi liceat.

Concilium Vormatienſe.

Concilium generale 6. Conſtantinop.

Baſilius Magnus.

Benedictus Caſſinenſis.

Probandi ſunt qui Monaſticã vitam petunt.

Virginum Velãdarum ætas. vide etiam infrà Monialis, &c.

1. Tim. 5.

Monachi ante 14 annum non admittendi ad votum.

Alexander 3.

Concilium Oxonienſe in Anglia ſub Innocentio 3.

Mona

A *Monachus non recipiatur minor 18. annis, niſi euidens vtilitas ſeu neceſſitas aliud inducat.* Et GREGORIVS IX. in conſtitutiones Benedictino (Gregorius 9.) *Cæterum* (ait) *quia non eſt in primogenito bouis arandum, diſtrictius inhibemus, ne pueri ante 15. annum completum in monachos admittantur, exceptis illis dumtaxat, quibus in Cluniacenſi monaſterio ex antiqua cõſuetudine certum eſt officium deputatum.* Eadem renouat Concilium COLONIENSE III. part. 10 cap. 1. 2. & 3. iubens, vt monachi & ſanctimoniales non ante diligentiſſimam examinationem recipiantur. Reliqua poſita lege, &c. Lege quod ſequitur. (Concilium Colonienſe 3.)

B **Monachi ab infantia cõſecrati, an poſtea poſsint nubere.]** Oportet ex præcedenti intellectum huius repetere, & ea adiungere quæ adhuc ex Patrum decretis ſunt inſerenda. Sic autem Concilium TOLETANVM II. cano. 1. (Concilium Toletanum 2. ſub Ioanne 2. Papa) *De his quos voluntas parentum à primis infantiæ annis in clericatus officio, vel monachali poſuit, pariter ſtatuimus obſeruandum, vt mox cum detonſi, vel miniſterio electorum contradıti fuerint, in domo Eccleſiæ ſub Epiſcopali præſentia a propoſito ſibi debeant erudiri: at vbi 18. compleuerint annum, coram totius cleri plebiſq; cõſpectu voluntas eorum de expetendo coniugio ab Epiſcopo perſcrutetur. Quibus ſi gratia caſtitatis, Deo inſpirante, placuerit, & promiſſione caſtimoniæ ſuæ, abſque coniugali neceſſitate, reſponderint ſeruaturos: hi* (Vide votum caſtitatis.) C *tanquam appetitores arctiſſimæ vitæ leuiſſimo Domini iugo ſubdantur, ac primo ſubdiaconatus miniſterium, probatione habita profeſſionis ſuæ a 20. anno ſuſcipiãt. Quod ſi inculpabiliter ac inoffenſe 25. annum ætatis ſuæ peregerint, ad diaconatus officium (ſi ſcienter implere poſſe ab Epiſcopo comprobentur) promoueri debent. Cauendum eſt tamen his, ne quando ſuæ ſponſionis immemores, ad terrenas nuptias aut furtiuos concubitus vltra recurrant: quod ſi fortè fecerint, vt ſacrilegij rei ab Eccleſia habeantur extranei. His autem, quibus voluntas propria interrogationis tempore deſiderium nubendi perſuaſerit, conceſſam ab Apoſtolo ſententiam auferre non poſſumus: ita vt cum prouectæ* (1. Corinth. 7.) D *ætatis, in coniugio poſiti, renunciaturos ſe pari conſenſu operibus carnis ſpoponderint, ad ſacros gradus aſpirent.* Vide plura. Cœlibatus, &c. Et GREGOR. III. epiſt. 4. ad Bonifacium Moguntioenſem Archiepiſcopum. (Gregorius 3.) *Quæſiſti quòd ſi pater vel mater filiũ filiamq; intra ſepta monaſterij in infantia annis ſub regulari tradiderint diſciplina, vtrum liceat eis poſt pubertatis annos egredi & matrimonio copulari. Hoc omninò denegamus, quia nefas eſt, vt oblatis a parentibus Deo filiis voluptatis frena laxentur.* Idem omninò & ſub eiſdem verbis Concilium VORMATIENSE ſtatuit, cano. 22. & addit. (Concilium Vormacienſe.) *Igitur non liceat eis ſuſceptum habitum vnquam deſerere, ſed conuicti quòd tonſuram aut religioſam veſtem aliquando* E *habuerint, in religionis cultu habituq;, velint nolint, permanere cogantur.* Hoc confirmat, & explicat exemplis ALEXANDER III. vt inſeritur par. 21. Concilij Lateranenſis quod celebrauit, cap 1. (Alexander 3.) vbi dicit heremitas de monte Filiano quoſdam pueros infrà 14. annum ſeduxiſſe, & habitu religionis induiſſe, è quorum vnus, vt parẽtibus ſuis indicauit, ſe ſuſcepti habitus pœnitere, eum extraxerunt è monaſterio: & tamen volenti nubere contradixerunt præfati heremitæ, cum tamẽ iam puellam deſponſaſſet. (Sed non erant a parentibus oblati, vide præcedentem diſtinctionem.) Vnde definitione tali terminatur tale negotium. *Quod ſi conſtiterit prædictum puerum ante conſummationem 14. anni habitum ipſum ſuſceptum depoſuiſſe, aut poſt 14. annum habitum ipſum ſine probatione ſuſcepiſſe, & infra triduum*

A *depoſuiſſe, ab impetitione heremitarum abſoluitur, occaſione, excuſatione, & appellatione ceſſante: & eamquam intrauit accipere in vxorem liberè poteſt traducere, ſi alia rationabilis cauſa non impedierit.* Porrò quæ præceſſerunt decreta confirmat Concilium TRIDENTINVM, ſeſſio. 25. cap. 17. & 18. Vide etiam ſuprà. (Concilium Tridentinum generale.)

Monachus inuitus, nullus fieri cogatur.] Hoc ex ſuperioribus dependet, vbi de his tractabatur qui antè diſcretionis annos monaſterijs traduntur. Sic verò MARCELLVS I. vt docet Gratianus, cauſa 20 quæſt. 1. cap. (Marcellus 1.) Illud verò præfatam propoſitionem roborat: *Illud autem* (ait) *ſtatuendum eſſe cenſemus, vt ſi in minori ætate filij mona-* B *ſterio oblati fuerint, vel ſacram tõſuram, vel velamina ſuſceperint, dignum quidem duximus, vt 15. anno a prælatis monitis verbis inquirantur, vtrum in ipſo habitu permanere cupiant, an non: ſi verò permanere profeſſi fuerint, vlterius pœnitendi locum minimè amplecti poſſunt: ſi verò ad ſecularem reuerti voluerint, redeundi licentia nullo modo denegetur: quia ſatis inutile eſt, vt coactæ ſeruitia Dño præſtentur.* Et NICOLAVS I. epiſtola ad Epiſcopos Galliarum loquens de quodam Lamberto, qui à patre duobus monaſterijs quæ conſtruxerat in proprijs prædijs præficiendus, (Nicolaus 1.) poſt diſceſſum ſuum cuculla indutus erat, & quem poſtea nil tale cupientem, quidam Epiſcopi monaſticum habitum inuitè induere fe- (Hæc Gratianus etiam citat cauſ. 20. quæ. 3.) C cerunt, & contrà voluntatem illum monachum permanere fecerunt, à paterna hæreditate fruſtratum. *Quapropter* (infert Nicolaus) *conſultè pſalmographi verba recolentes, quibus voluntariè ſe Deo ſacrificare pronunciat, & voluntaria oris ſui beneplacita fieri in conſpectu Dei obſecrat, prædictum Lambertum minimè debere exiſtimauimus ſub tali violentia fieri monachum. Quod enim quis non eligit nec optat, profectò non diligit: Quod autem non diligit, facilè contemnit: nullum ergo bonum niſi voluntarium. Idcirco Dominus non ferendam in via virgam, per quã violentia vlli inferatur, præcepit.* (Pſal. 53.) (Matth. 10.) Porrò ALEXANDER III. Tornacenſi Epiſcopo, par. 50. Concilij Lateranenſis quod celebrauit, cap. 13. narrat de quadã (Alexander 3.) (Obſerua.) D fœmina, quæ data quibuſdam ad occidendũ, ſupplicauit, vt ei vitam concederent, hac conditione, quòd monaſterium intraret. Hoc autem cum feciſſet iudicio Epiſcoporum & ſummi Pontificis abſoluitur, & in priſtinam hæreditatem redire cõceditur. *Si verò probatum* (ait) *fuerit, quòd non timore mortis monaſterium intrauit & velamen ſuſcepit, Eccleſiaſtica diſtrictione cogatur habitum reſumere, ſi forſan abiecerit.* Vide plura infrà, Monialis, &c. Hæc decreta renouat Conciliũ COLONIENSE III. part 10. cap. 2. Et Concilium TRIDENTINVM, ſeſſio. 25. cap. 18 (Concilium Colonienſe 3. Concilium Tridentinum generale.) *Anathemati ſancta Synodus ſubijcit omnes & ſingulas perſonas, cuiuſcumque quali-* E *tatis vel conditionis fuerint, tam clericos quàm laicos ſeculares vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, ſi quomodocunque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcunque mulierem inuitam, præterquam in caſibus in iure expreſſis, ad ingrediendum monaſteria vel ſuſcipiendum habitum cuiuſcunque religionis, vel ad emittendum profeſſionẽ: quique conſilium, auxilium vel fauorem dederint: quique ſcientes eam non ſponte ingredi monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſſionem emittere, quoquomodo eidem actui vel præſentiam, vel conſenſum, vel authoritatem interpoſuerint.* Vide Votum.

Monachus nullus prohibeatur effici.] IOANNES CHRYSOSTOMVS, libros tres elegantiſſimos compoſuit aduerſus vituperatores (Ioannes Chryſoſtomus.)

vitæ monaſticæ, verſos in linguam Latinam ab Ambroſio Camaldulenſi, & inſertos tomo 5. operum, quibus multis verbis illos exerratur qui deterrent alios ab ingreſſu religionis. Sic & THOMAS AQVINAS opus excellentiſſimum edidit contra impugnantes religionem, aduerſus ſcilicet errores Guilelmi de S. Amore. Inſeritur in ordine 19. inter eius opuſcula, & conſtat capit. 26. edidit eiuſdem argumenti CLAVDIVS RAPINAS tractatum vberrimum contra impedientes vouere, & multi alij Doctores in hoc genere ſtudij verſati ſunt, quorum relinquentes ſedulò lectori opera perlegenda, breui quod canones Patrum ſtatuerint depromimus. Concilium TOLETANVM III. ſub Pelagio II. cano. 10. *Si quis (ait) propoſitum caſtitatis viduæ vel virginis impedierit, a ſancta communione, & a liminibus Eccleſiæ habeatur extraneus.* Simile quid ſtatuit Cõcilium GENERALE VI. in Trullo, cano 43. *Liceat omni Chriſtiano vitam exercitatricem eligere, & rerum ad vitam pertinentium depoſita tempeſtate monaſterium ingredi, atque inſtar monachi tonderi, in quacunque prolapſione deprehenſus fuerit. Seruator enim noſter ait: Et eum qui venit ad me non eiiciam foras. Tanquam ergò monachali vita agendæ inſtitutio, in pœnitentia nobis vitam deſcribente, ei, qui ad illud germanè ac ſyncerè accedit, acquieſcimus ac fauemus, nec vlli ei mores impedimentum afferent, quo minus proprium ſcopum adimpleat.* Et Concilium TRIDENTINVM, ſeſſio. 25 cap. 18. *Sancta Synodus anathemati ſubiicit eos, qui ſanctam Virginem, vel aliarum mulierum voluntatem, veli accipiendi vel voti emittendi quoquomodo, ſine iuſta cauſa, impedierint. Eáque omnia & ſingula, quæ antè profeſſionem vel in ipſa profeſſione fieri oportet, ſeruentur non ſolùm in monaſteriis ſubiectis Epiſcopis, ſed aliis quibuſcunque.* Reliqua habes vocabulo, Clericus, Monialis, &c.

Thomas Aquinas.
Claudius Rapinas Cæleſtinus.
Concilium Toletanum 3.
Concilium generale 6 Conſtantinopolitanum 3.
Ioannis 6.
Concilium Tridentinum generale.

Monachi nõ recipiantur pro pecunijs.] Concilium GENERALE VII. cano. 19. *Tanta execrabilis auaritiæ labes Eccleſiarum præfectos inuaſit, vt nonnulli eorum virorum ac mulierum, qui pij ac religioſi dicuntur, Domini mandati obliti fallantur, & eos, qui ad ſacerdotalem ordinem & vitã monaſticam accedunt, pecuniis admittant: & quorum reprobum eſt principium, vniuerſum quoque reiiciendum eſt (vt ait magnus BASILIVS) nec Deo licet & mammonæ ſeruire. Si quis ergo inuentus fuerit hoc facere: qui hoc facit, ſi ſit quidem Epiſcopus, vel monaſterij præfectus, vel ex ſacerdotali ordine, vel ceſſet, vel deponatur, vt vult 2. canon* CHALCEDONENSIS SYNODI (poſuimus in vocabulo, Sacramenta non pretio æſtimanda, &c.) *ſin autem monaſterij præfecta, a monaſterio extrudatur, & alij monaſterio tradatur ad ſubiectionem: ſimiliter & monaſterij præfectus, qui preſbyteri ordinationem non habet. De his autẽ, quæ dantur liberis a parentibus inſtar dotis, vel rebus ſuis proprijs oblatis, profitentibus, his qui ea offerunt, eſſe Deo conſecrata, ſtatuimus, vt ſiue maneant ſiue exeant ea in monaſterio maneant, vt fuit illorum profeſſio, niſi is qui præeſt in culpa fuerit.* Superiùs autem, dum de facultatibus non extorquendis vt Eccleſijs dentur, diximus ex Concilio CABILONENSI II. de his qui quoſdam habitum clericalem vel monachalem ſumere cogunt, & terrenis facultatibus renunciare, vt auaritiæ inſtinctu Eccleſiæ ſocient: ſed hoc omninò prohibetur. Repete locum. Similiter & Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. par. 1. cap 10. *Si quis (ait) ex actus pro ſua receptione aliquid dederit, ad ſacros ordines non aſcendat. Is autem qui acceperit, officij ſui priuatione mulctetur.* Et par. 2. cap. 10. *Quia non ſatis vtiliter auaritia in populo redarguitur, ſi ab his qui in clero conſtituti videntur, & præcipuè contempto ſeculo religioſorum nomen profitentur & regulas, modis omnibus non cauetur, prohibemus, ne ab his qui ad religionem trãſire voluerint aliqua pecunia requiratur, neve prioratus vel capellania qualibet monachorum vel clericorum annua diſtrictione vendatur, neque ab eo, cui regimen ipſarum committitur, ex eorum commiſſione pretium exigãt. Hoc ſimoniacum eſſe ſanctorum Patrum authoritas manifeſtè declarat.* Vide Simonia, & ſuperiùs, Epiſcopatus non emendus, &c. & Prioratus, &c. Eadem repetuntur, & cap. 12. eiuſdem part. 2. Denique Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III. cap. 64. *Quoniam ſimoniaca labes adeo pleraſque moniales infecit, vt vix aliquas ſine pretio recipiant in ſorores, paupertatis prætextu volentes huiuſmodi vitium palliare: ne id de cætero fiat, penitus prohibemus: ſtatuentes, vt quæcunque de cætero talem prauitatem commiſerit, tam recipiens quam recepta, ſiue ſit ſubdita, ſiue prælata, ſine ſpe reſtitutionis de ſuo monaſterio expellatur in locum arctioris regulæ ad agendam perpetuam pœnitentiã retrudenda. De his autem quæ antè hoc ſynodale ſtatutum taliter ſunt receptæ, ita duximus prouidendum, vt remotæ de monaſteriis, quæ perperam ſunt ingreſſæ, in aliis locis eiuſdem ordinis collocentur. Quod ſi propter nimiam multitudinem alibi fortè nequiuerint commodè collocari, ne fortè damnabiliter in ſeculo euagẽtur, recipiantur in eodem monaſterio diſpenſatiuè de nouo, mutatis prioribus locis, & inferioribus aſſignatis. Hoc etiam circa monachos & alios regulares decernimus obſeruandum. Verùm ne per ſimplicitatem vel ignorantiam ſe valeant excuſare, præcipimus, vt diœceſani Epiſcopi ſingulis annis hoc faciant per ſuas diœceſes publicari.* Eadem repetit Concilium OXONIENSE ſub eodem Innocentio III. cano 32. *Statuimus approbante præſenti Concilio, vt de cætero pro receptione alicuius in domum religionis pecuniam aut quicquid aliud extorquere non præſumant, adeo vt ſi præ paupertate domus debeat veſtire ſeipſum, prætextu veſtium vltrà iuſtum pretium earum ab eo nihil penitus recipiatur.* Eadem confirmat Concil. BASILEENSE ſeſſio 15. vbi mandat ſingulis Epiſcopis in Concilio ſynodali exiſtentibus hoc diligentiùs obſeruare, & practicare decretum BONIFACII VIII. quod habetur in 6. Decretalium titulo de religioſorum ſtatu, vbi prohibetur ne in receptione nouitiorum aut monachorum ad religionem quicquam per ſimoniam exigatur. Idem quoque de monialibus ſtatuit Cõcilium SENONENSE, c. 28. vt non recipiantur pro pecunia, ſi ſuppetunt facultates numero præfinito. *Si autem (ait) aliqua velit vltrà numerum præfinitum in collegium ſuſcipi, ſecum congruam afferat penſionem, qua cum cæteris religioſis numerariis alatur non tamen in locum numerariarum ſuccedat, ſed decedentibus numerariis aliæ nouæ & pauperes ſurrogentur.* Hoc confirmat etiam Concilium TREVIRENSE II. cap. 12. *Statuimus (ait) vt religioſi ſinguli gratis ad profeſſionem recipiantur, nullo accepto pretio nec aliqua facta conuentione, & ne hæc ſub paupertatis prætextu pallientur diſtrictè inhibemus.* Idem ſtatuit Concilium TRIDENTINVM, ſeſſio. 25. quæ fuit 9. ſub Pio IV. cap. 16. decreti de regularibus. Vide infrà, Simonia, &c. & ſequentia.

Concilium generale 7. Nicenum 2. ſub Adriano 1.
Concilium Chalcedonenſe 4. generale.
Concilium Cabilonenſe 2.
Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.
Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. patrum 1215.
Heu quam peſſime agitur cõtra hoc decretum.
Concilium Oxonienſe in Anglia.
Concilium Baſileenſe generale.
Bonifacius 8.
Concilium Senonenſe ſub Anton. o à Prato.
Concilium Treuirenſe 2.
Concilium Tridentinum generale.

Monachi non plus recipiantur quàm monaſterij ſuppetit facultas.] Hoc ex ſuperiori & præcedenti diſtinctione dependet, vbi dicebatur ne quiſpiam pro pretio recipiatur vbi

ſufficiens eſt monaſterij facultas: vbi autem non ſuppetunt diuitiæ, qui voluerit recipi, congruam afferat penſionem. Verùm fraus etiam aut ſimoniæ ſpecies hic latitare videatur, ſtatuit Cōcilium ARELATANSE IV. ſub Carolo Magno, & Leone III. cano 8. *Statuimus, vt non amplius ſuſcipiantur in monaſterio canonicorum, atque monachorum, ſeu etiam puellarum, niſi quantum ratio permittit, & in eodem monaſterio abſque neceſſariarum rerum penuria degere poſſint.* Idem omninò repetit Concilium TVRONENSE III. cap. 31. ſub eodem principe. & Concilium MOGVNTINENSE I. ſub eodem, cano. 19. Et Concilium RHEMENSE ſub eodem Principe. cano. 27. Conciliū OXONIENSE ſub Innocentio III. de monialibus eadem ſtatuit, & iubet deponi Abbatiſſam & Prioriſſam quæ contra hæc ſtatuta fecerit, præcipiens ne vna recipiatur donec numerus certus & definitus minuatur. Hinc etiam Concilium SENONENSE, c. 28 *Conſtituimus* (ait) *in monaſteriis monialium tot inſtituantur moniales, quot de facultatibus eorundem monaſteriorum (reparationibus Eccleſiæ clauſura & aliarum regularium domorum, nec non & proceſſuum expenſis deductis) commodè & ſine penuria ſuſtentari poſſint, à quibus pro ingreſſu aut receptione* (vt ſuperiùs dictum eſt ex eodem Concilio) *nihil prorſus, prætextu conſuetudinis aut quouis alio quæſito colore, exigatur. Si qua tamen vltrà eas in huiuſmodi monaſteriis ſe recipi petat, id non interdicimus dummodo ſecum congruam afferat penſionē, qua cum cæteris religioſis numerarius alatur.* Vide ſuprà hac eadem pagina, & ſequentia.

Concilium Arelatenſe 4. ſub Carolo Magno.

Concilium Turonenſe 3.

Concilium Moguntinum 1.

Concilium Rhemenſe

Concilium Oxonienſe in Anglia.

Concilium Senonenſe.

Monachus nullus fiat ſub ſpe abbatiæ obtinendæ.] Concilium ROMANVM ſub Nicolao II contra Berengarium Epiſcoporum 113. *Nullus habitum monachi ſuſcipiat, ſpem aut promiſſionem habens vt Abbas fiat.* Hoc confirmat & repetit Concilium OXONIENSE ſub Innocentio III. part. 10 cap. 4. *Qui alio* (ait) *affectu ingreditur, quam ſimplici amore Dei ductus, veluti vel ſpem, vel promiſſionem abbatiam conſequendi habens, vel in otio viuere affectans, vel lucris temporalibus inhians, vel honores ab hominibus appetens, quiſquis talis eſt non Dei filius vel monachus, ſed planè mercenarius eſt.* Vide ſequentia.

Concilium Romanum ſub Nicolao 2.

Heu quot hodie transgrediuntur hoc decretum. Concilium Colonienſe 3.

Monachus an valeat curam parentum gerere.] Hoc habes ſuperiùs expreſſū, Cler. &c.

Monachi mutuo ſe cædentes.] Vide & Clericus, &c.

Monachi non adeant monaſteria puellarum.] Vide infrà in vocabulo, Monialis, & Monaſterium. Vide Antoninum 3 par. ſummæ, titu. 16. cap 1 §. 10.

Monachorum conuiuijs lectio miſceatur.] Habes ſuprà vocabulo, Conuiuium, & alibi.

Monachus non ſit fideiuſſor.] Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III. cap. 59. *Quod quibuſdam religioſis à ſede Apoſtolica eſt prohibitum, volumus & mandamus ad vniuerſos extendi, ne quis videlicet religioſus, abſque Abbatis & maioris partis ſui capituli licentia, pro aliquo fideiubeat, vel ab alio pecuniam mutuo accipiat, vltra ſummam communi prouidentia conſtitutam: alioquin non teneatur conuentus pro his aliquatenus reſpondere, niſi fortè in vtilitatē domus ipſius manifeſtè conſtiterit redundaſſe. Qui contra ſtatutū iſtud venire præſumpſerit, grauiori diſciplinæ ſubdatur.* Hoc etiam ſuis Cœleſtinis inhibuit COELESTINVS V. in priuilegio eis indulto. *Prohibemus* (ait) *ne aliquis monachus vel conuerſus in monaſteriis & locis veſtris profeſſus, abſque conſenſu & licentia proprij Abbatis ſeu maioris partis ſui conuentus pro aliquo fideiubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo recipiat quoquomodo. Quod ſi ſecus actum fuerit, Abbatem & conuentū præfatos ad hoc teneri nolumus, & fide iubentē & recipientē pecuniā mutuantē eo ipſo volumus excommunicationis vinculo aſtringi.*

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. cui interfuerūt patres 1215.

Cœleſtinus 5. ordinis noſtri fundator.

Monachis vſura interdicitur.] Vide vocabulum, Vſura, &c.

Monachi quādo debeant cōmunicare.] Habes hoc poſitum ſuprà in vocab. Communic.

Monachorum exercitium & officium.] Hoc BASILIVS MAGNVS ſufficienter exprimit, tomo 2. Operum in ſermonibus Aſceticis, & de inſtitutione monachorum, vbi ſic incipit: *Monachum oportet cùm primis nihil in vita quod iuris ſui proprium ſit poſſidere, corpus quietum, habitum non ſordentem, ſed honeſtum, vocem moderatum, ſermonem compoſitum habere, in cibo potioneq́; minimè turbulentum eſſe.* & cætera multa quæ ſequuntur, quæ nimis ſunt prolixa quàm vt facilè hic poſſint allegari, ex loco omnia præfixo repete. Similiter & de exercitio & officio monachorum IOAN. CHRYSOSTOMVS multis in locis abundè diſſeruit, & præcipuè oratione in S. Philogonium, & tomo operum 3 & lib 6 de ſacerdotio per totum, & homilia 56. ad populum Antiochenum, quæ inſcribitur de monachorum vita: iterum lib de comparatione Regis & monachi & lib 3. contra vituperatores vitæ monaſticæ. Si cupis igitur multa videre & diſcere, ſecurè adi locos prænotatos. Taceo autem quod IOANNES CASSIANVS in opere de inſtitutis cœnobiorum, & in opere collationum Patrum de hoc ſatis ſuperque diſſeruit. Hunc librum vtrinque miro artificio PETRVS POCQVETVS Cœleſtinus vir doctiſſimus & legiſperitus conſummatiſſimus in compendium redegit. Huius lectura oculos & animum paſce. Denique PETRONIVS BONONIENSIS excellentiſſimum edidit opus de vitis ſanctorū Patrum, vbi eorum virtutes & exercitia deuota complectitur, atque omnibus proponit illorū ſanctitatem imitandam, vnde ſufficienter quilibet poſſit monachus vitæ ſuæ moderari inſtitutum & curſum. Scio & plures de exercitio & officio monachorum, ſcripſiſſe inter quos HIERONYMVS STRIDONENSIS, epiſt. ad Ruſticum monachum ſuprà cæteros excellit, quæ incipit: *Nihil Chriſtiano fœlicius* Verùm totam legendam lectori propono, quia nil aliud docet, quàm de vita, officio & exercitio monachi Scripſit & ANTON. MAGN. ad Arſenoitas epiſtola (quam vt omni eruditione & vitæ ſpiritalis profectu pleniſſimam collaudat prædictus Hieronymus) qua totius vitæ monaſticæ ſummam certis documentis complexus eſt. Scripſerunt & innumeri alij de monachorū vita, ſtatu, officio & exercitio, vt aureà in huius vocab. initio docuimus, & diximus plura in vocab. Canonicus, vt potes facilè repetere. Lege etiam ſeq.

Baſilius Magn.

Ioannes Chryſoſtomus.

Ioannes Caſſianus.

Petrus Pocquetus Cœleſtinus.

Petronius Bononienſis.

Hieronymus Stridonenſis.

Antonius Abbas.

Monachi qualiter diuinum perſoluant officium.] Et hoc ex PHILONE Iudæo ſuperiùs docuimus, & dicetur in vocabulo, Officium diuinū, &c. Cæterum reuolue omnes illos patres, quos modo citauimus, in proprijs locis etiam allegatis, quia ibi diſciplinam docent monachorum in decantandis diuinis laudibus: & potiſſimum Ioannes Chryſoſt. iam citatus homil. 56 ad popu. Antiochenum. & Baſilius loco allegato, & Caſſianus, &c. quos nominauimus. Denique BENED. CASSINEN. hoc ſufficienter enarrat cap. 8 9 10. 11. 12. 13. 14. & 15. regulæ ſuæ. Lege verò noſtros

Philo Iudæus.

Bened. Caſſinen.

Antonius Poequetus. Petrus Bardus Cœleſtinus.

Patres ANTONIVM POEQVETVM, & PETRVM BARDVM, atque reliquos noſtri ordinis conſummatiſſimos viros, qui in hæc capita clariſſima ediderunt commentaria: inter quus nec eſt nouiſſimus numerandus vir eloqnio ornatiſſimns & ſanctitate præcipuus THEOBALDVS ARTAVLDVS quondam ordinis noſtri ſplendor & Abbas meritiſſimis, qui plures tractatus eruditiſſimos reliquit poſteris & ſuum nomen immortalitati conſecrauit. Denique, quia fruſtra hic tẽpus conſumimus, libet vt paucis finiamus BENEDICTI XII. decretum aſcribere, cap. 27. in conſtit. Benedict. vbi ſic loquitur *Quãuis ſatis ſit* (inquit) *tam in regula B. Benedicti quam in iure promiſſum, quomodo in Eccleſiis monaſteriis & locis alijs conuentualibus monachi cõuenire debeant ad diuina officia, diurna videlicet & nocturna, atque pſallere in eiſdem, quia tamen hæc negligenter obmittuntur interdum, volumus & etiam ordinamus, vt in eiſdem Eccleſiis monaſteriis ſiue locis cum grauitate ac modeſtia humiliter & deuotè horis debitis ad diuina officia vniuerſi & ſinguli monachi debeant conuenire, ipſaq́; cum deuotione ſyncera tractim, diſtincte, conuenienter, & debite celebrent, non tranſcurrendo, aut ſincopando, & quæ ad alia quæ his impedimentum afferrent ſeruando ſilentium: quinimo ad diuina ipſa intentis præcordiis attendendo. Tranſgreſſores verò præmiſſorum, debitè ſubiaceant diſciplinæ. hi autem qui ad chorum nequiuerunt accedere, de licentia ſuperioris, honeſtis occupationibus & operibus occupentur.* Reliquum vide in vocabulo, Canonic. Horæ, Officium diuinum, Cãtus, &c. Pſallere, &c.

Theobaldus Artauldus Cœleſtinus.

Benedictus 12.

Monachi ſilentio ſtudeant.] Nimium onerosus eſſem ſi omnium Patrum vellem referre ſententias, qui ſilentium monachis & verbis & exemplis imponũt, quia plenæ ſunt hiſtoriæ exẽplis & præceptis & affluunt ſanctorum virorum libri documentis. Vide Caſſiannm, Palladiũ Cappadociæ, Hieronymum & reliquos, qui de inſtitutis & vita monachorũ clariſſimos libros reliquerunt. Denique BENED. CASSIN. c. 42. regulæ ſuæ illud expreſsè commendat & præcipit. Vide in eundẽ locum expoſitiones Patrũ prædictorũ. Porrò Cõc. OXONIENSE, c. 37. *Tam à monachis quàm canonicis regularibus* (ait) *& monialibus ſilentium imponimus obſeruari in tẽporibus & locis cõſtitutis.*

Ioannes Caſſianus. Palladius. Hieronymus. Benedictus Caſſinenſis.

Concilium Oxonienſe.

Monachis deputentur ſeniores.] Hoc quoque ex lectione ſupra memoratorum Patrum repete, quia ſcatent eorũ libri & exemplis & præceptis. Hoc quoqne BENEDICTVS Caſſinenſis, cap. 21. Regulæ expreſsè iniungit, loquens de decanis monaſterijs, qui ſolicitudinem gerant ſuper decanias ſuas, &c. Et Concilium OXONIENSE, cap. 41 *Statuimus vt cum ratione debilitatis, vel alia iuſta ratione monachi ſeorſum in miſericordia morentur, ſemper habeant ſecum ad minus alios ſeniores, qui aliorum leuitatem debita correptione compeſcant, & qui poſtmodum in capitulo teſtificentur qualiter in miſericordia fuerint conuerſati. Idem volumus inter canonicos regulares & moniales obſeruari.*

Benedictus.

Concilium Oxonienſe.

Monachi non concionentur.] HIERONYMVS STRIDONENS. ad calcem libri contra Vigilantium. *Monachus autem non doctoris, ſed plangentis habet officium, qui vel ſe, vel mundum lugeat, & Domini pauidus præſtoletur aduentum, &c.* Hinc etiam LEO PRIMVS, epiſt 80. ad Iulianum Coenſem Epiſcopum. *Vt imperialis eſt poteſtatis* (ait) *tumultus publicos ac ſeditiones ſacrilegas, ſeueritate coercere, ita authoritatis eſt ſacerdotalis, * monachis prædicandi aliquam cõtra fidem licentiam non præbere, & omni virtute reſiſtere, ne ea quæ ad ſacerdo-* A *tes pertinent ſibi audeant vendicare. Vnde miramur fratrem Thalaſium, quod Georgio neſcio cui, qui præſumendo illicita & propoſitum monachi & nomen amiſit, ſcribendi vel prædicandi aliquam permiſerit facultatem, &c.* Verùm credo quòd non interdicitur monachis prædicatio quæ ſit Catholicæ fidei cõſona, vt infrà dicetur in vocabulo, Prædicatio. Nã & COELESTINVS V. 40. dies indulgentiarum miſericorditer relaxat his qui interfuerint prædicationi monachorum ſui ordinis. Vide Prædicat.

Hieronymus ... Epiſt. ... co. ... De Eutyche Abbate ... tor, qui cum eſſet Monachus & Abbas temere officium ... petat prædicandi, & de Georgio alio monacho qui huius exemplo etiam prædicare ... mebat.

Cœleſtinus 5.

Monachos hæretici perſequuntur.] Hoc ampliori non eget probatione, quia ad oculum euidenti patet iudicio: lege verò ea quæ ſuperiùs poſita ſunt in vocabulo, Hæreticus. Sed & hoc B colligitur ex libello quem MONACHI APAMÆI miſerunt ad Epiſcopos eiuſdem prouinciæ, qui & lectus eſt actio 1 Concilij generalis V. ſub Iuſtiniano Principe, vbi de perſecutione, quam Seuerus Antiochenus Epiſcopus & Petrus Apameatum Epiſcopus ambo hæretici exercuerunt in monachos & monaſteria, loquuntur. *Quanta* (inquiunt) *& qualia differenter in venerabili domo victorioſi martyris Antonini perpetrata ſint quæ naturæ rationem habens ſine lachrymis enarrabit. Ita enim in conſuetudinem venerat interficiendi monachos* (Seuerus ſcilicet) *magnum lucrum putans quod cunctis hominibus abominandum eſt, quod per ſequaces ſuos, quos inique conducebat, interfecit venerabiles & or-* C *thodoxos monachos, qui ibidem in honore peragendæ celebritatis congregabantur: ſicq́; cruentis manibus aſtabat altari, &c.* Hic autem Seuerus ac Petrus prædictus à tota ſancta Synodo excommunicationis vinculo innodati ſunt, & ſede pulſi. Plura autem habes de perſecutione monachorum apud EVSEBIVM CAESARIENSEM, lib. 8. Eccleſiaſticæ hiſtor. cap. 12 & NICEPHORVM CALLISTVM, lib. 7. cap 13. & alios authores, vt iam memorauimus locis prææallegatis. Lege ergo & ſequentia.

Monachi Apamæi.

Euſebius Cæſarienſis. Nicephorus Calliſtus.

Monachi hæretici. Monachos factos hæ- D reticos & ſeditioſos in partibus Heliæ Paleſtinæ grauiter redarguit MARTIANVS IMPERAT. epiſtola ad eoſdem miſſa, vt etiã refert Nicephorus, lib. 15. hiſtor. Eccleſ. cap. 19. recenſens incendia domorum, & cædes cæteráque mala quæ impiè commiſerant: & eos de fide ſua erudit contra inſanam Eutychetis opinionem qua laborabãt, eos ad reſipiſcentiam adhortans: ſi neglexerint, pollicetur ſe inflicturum eis omnia ſupplicia quæ leges volunt hæreticis infligi, & illis nocturna & diurna conciliabula interdicit omninò, vt iam in vocabulo, Hæreticus, diximus. Eoſdẽ monachos PVLCHERIA AVGVSTA epiſtola ad eoſdem ad reſipiſcẽtiam inuitat omnimodam, illis ſi conuertantur ad rectam fidem ſecuritatem repromit- E tens, ſin autem omnimodam in eos vindictam exercendam. Illos ſimiliter & IVVENALIS HIEROSOLYMITANVS Epiſcopus epiſtola ad eos directa precibus allicit & minis, vt relicta perfidia Concilium Chalcedonenſe amplectãtur, & modeſtè ſe gerant: fuerunt & plures alij hæretici, quorum meminit NICEPHORVS, lib. 13. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap 3. & ſequentibus, de illis loquens monachis hæreticis qui Autropomorphitæ nominati ſunt. Denique Concilium MELDENSE, can. 34. ſic ſtatuit *Qui in ſuis monaſteriis religioſè reſidere debent, & * vocem nouitates, qui vt innoteſcant ſtudio, proferre ſatagunt ... vt præſumptores arguantur & comprimantur.* Vide reſiduum in vocabulo, Hæreticus, &c.

Martianus Imperator.

Aelia Pulcheria auguſta.

Iuuenalis Hieroſolymitanus Epiſcop.

Nicephorus Calliſtus.

Concilium Meldenſe.

* Vocum nouitates intelliguntur ... iuxta ...

Monachus in ſeculo excommunicatione ligatus.] Id eſt, qui antè quàm fieret monachus ſuſpenſus erat in ſeculo. Multa ſunt priuilegia certis monaſterijs data, quibus quoſcunque venientes ab omni excommunicationis & interdicti vinculo abſoluuntur. Hi autem qui ea non habent priuilegia ſe debent gerere ſecundū Concilium

Alexander 3.

ALEXANDRINVM III. ad Abbatem quendam, vt habetur par.14. Concilij Lateranenſis ſub eodem celebrati, cap.2. *Conſuluit nos (ait) tua diſcretionis prouidentia, quid tibi faciendum ſit de his qui de ſeculo fugientes in monaſterium tuæ religionis habitum ſuſceperunt, & infra certum tempus poſtmodum confitentur ſe tale delictum commiſiſſe, quod ipſo actu ſententiam excommunicationis incurrerunt. Hos autem nō potes ſine licentia ſummi Pontificis nec debes abſoluere. ſed præſumptionem delinquentium debita animaduerſione punire.* Vide plura in vocabulo, Excommunicatio, &c. Vt autem de noſtro ordine pauca loquar,

Cœleſtinus 5

COELASTINVS V. noſtri ordinis fundator in priuilegio ſuis Cœleſtinis conceſſo ſic loquitur. *Diſpenſandi cum fratribus ſeu monachis ad veſtra monaſteria & loca conuolantibus & ibidem degentibus ſuper irregularitatibus quibuſcunque, etiam ſi prius eas fortaſſe contraxerint quam prædicta loca & monaſteria intrauiſſent, dummodo ex homicidij vel mutilationis cauſa irregularitates ipſæ minimè ſint contractæ. Abſoluendi etiam fratres & monachos memoratos ab excommunicatione quacunque, etiam ſi eius abſolutio tantum ſit Sedi Apoſtolicæ reſeruata, plenam & liberam vobis authoritate Apoſtolica concedimus poteſtatem.* Hæc priuilegia eiſdem

Benedictus 13

fratribus confirmauit poſteà BENEDICTVS XIII. in Bulla quæ incipit. *Sacri ordinis fratrum ſecundum inſtituta beati Petri confeſſoris viuentium perſeuerantiam, &c.* Et nouiſſimè

Pius 5.

PIVS V. Pontifex Maximus eadem priuilegia conceſſit, vltra ea etiam ab homicidio liberam abſoluendi tribuens poteſtatem eos qui noſtram religionem aſſumpſerint. Benigne confirmata ſunt, à S. P. Clemente V.

MONASTERIVM.

Monaſteria conſtruere & dotare antiquus vſus, & pium opus.] Hoc ſatis ſupérque probatum conſtat in vocabulis, Baſilica, & Eccleſia, &c. cùm ſcilicet de conſtructione & erectione Baſilicarum & Eccleſiarum ex antiquis Patrum monumentis tractabamus. Denique in initio vocabuli, Monachos, ſatis ex veterum lectione conſtat, etiam ſub Apoſtolorum tempore conſtructa fuiſſe monaſteria, vt etiam ex illorum ſtructuris manifeſtè oculis omnium exponitur. Hoc ampliſſimè docet

Athanaſius Alexandrinus. Baſilius Magnus.

ATHANASIVS ALEXANDRIN. in vita magni Antonij, & BASILIVS MAGN. in Aſceticis ſermonibus, & ſæpiùs memoratus

Philo Iudæus.

PHILO IVDAEVS in libro de vita contemplatiua, qui ait: *In vnaquaque autē (ait) ſolitaria manſione ſacram domum reperias, quam σεμνεῖον, hoc eſt, honeſtatis grauitatisq́ue locum & monaſterium vocant, in quo ſcilicet ab alijs ſecreti & ſolitarij honeſta ſanctaq́ue vitæ myſterijs imbuuntur.* Vnde &

Ioannes Chryſoſtomus.

IOANNES CHRYSOSTOMVS, tomo 5. operum ſermone, quòd diſpenſatio rerum tuarū per teipſum exequenda eſt, vbi & de laudibus monachorum tractat, ſic loquitur. *Certiſſima (inquit) lachrymarum ſedes monaſteria ſunt, vbi ſaccus & cinis, vbi ſolitudo, vbi riſus nullus, vbi præſentium rerum obturbatio, vbi ieiunium & humi cubatio, &c.* Hæc iterum verba repetit homil.59 ad populum Antiochenum, & multo plura, quibus monaſteriorum non ſolùm erectionem collaudat, ſed & commoda inde prouenientia recenſet. Refert

Simeon Metaphraſtes.

SIMEON METAPHRASTES in vita S. Matronæ Pergenſis, quòd illa pecunias ſuas conſumpſerit in conſtruendis monaſterijs, & præcipuè tria erexiſſe dicit: *Quæ quidem (inquit) permanent vſque in hodiernū diem, prædicantia vberius eam magnificā ædificationem. In his quidem, ſi ut dictum eſt, conſumpta ſunt nonnulla pecunia Athanaſia, reliquas autem diſtribuit monaſterijs quæ erant Hieroſolymis.* IDEM in vita S. Ioannis Eleemoſynarij, quam & ſcripſit

Leontius Neapoleos Cypri Epiſcopus.

LEONTIVS NEAPOLEOS Cypri Epiſcopus, eum recenſet ſeptuaginta erexiſſe oratoria, & monaſteria. Denique

Seuerus Sulpitius.

SEVERVS SVLPITIVS, lib.1. vitæ Martini, plura illum conſtruxiſſe monaſteria deſcribit, vt ſatis liquet hiſtoriam legentibus. Sed &

Hieronymus Stridonenſis.

HIERONYMVS STRIDONEN. libro contra Vigilantium, monaſteria Hieroſolymis extructa, & pauperes monachos cōgregatos deſcribit. In vita Paulæ viduæ, cuius hodie memoria recolitur anno 1571, illam beatam viduam puellarum monaſteria cōſtruxiſſe magnificè teſtatur, & alijs pluribus in locis idem teſtatur. Hoc &

Ioannes Caſſianus. Palladius Cappadocius.

IOANNES CASSIANVS in opere de inſtitutis Cœnobiorum, & PALLADIVS CAPPADOCIAE in opere de vitis ſanctorum Patrum, ſæpius monaſteriorum conſtructorum mentionem faciunt. Verùm quid plura? Hoc ſatis omnibus notum eſt ex veterum hiſtoriarum lectione. Hoc &

Platina Cremonenſis.

PLATINA CREMONENSIS multis in locis commemorat, & ſignanter in vita Adriani III. meminit Guilelmi Ducis Aquitaniæ & Aluerniæ comitis, quòd cùm ſtirpe virili careret, Cluniacenſe monaſterium toto orbe nominatum in fundo paterno Burgundiæ pago Maſticenſi magnificentiſſimis operibus inchoauit, deſignatis prouentibus vnde monachi viuerent. Lupus Ferratienſis epiſt.42. ad Hincmarum Epiſcopū Rhemenſem, conqueritur de exiguo ſui monaſterij prouentu, & miſerabili ſuorū penuria, precatúrque vt Regem ad augendam monaſterij inducat ſubſtantiam. Vide etiam eiuſdem epiſtolam ad Carolum Calnum, num.45. pro eodem negotio, & epiſtol. 53. iterum epiſt.71. Verùm plura diſce ex his quæ ſequuntur diſtinctionibus, quia lucidiùs res pateſcet.

Monaſterijs conſtruendis locus commodus prouideatur.] Concilium

Concilium Moguntinum ſub Carolo Magno.

MOGVNTINVM I. cano.20. *Dignum ac neceſſarium eſt, vt miſſi per quæq; loca directi ſimul cum Epiſcopo vniuſcuiuſque diœceſis perſpiciant loca monaſteriorum canonicorum pariter & monachorum, ſimulq́ue puellarum, ſi in aptis & congruis locis ſint poſita, vbi commodum neceſſariū poſſit acquiri: quod ad vtilitatem pertinet monaſterij. ſicut in ſancta Regula dicitur* (ſcilicet Benedicti Caſſinenſis, cap 35. regulæ & 5 . & alijs) *monaſterium autem ita debet conſtitui, vt omnia neceſſaria infra monaſterium exerceantur, vt non ſit neceſſitas monachis vel clericis vagandi foras, quia omninò nō expedit animabus eorum. Similiter quoque ædificia monaſteriorum ſupradicti miſſi, & cum eis Epiſcopi per diuerſa loca, prouideat ſi apta ſint congruenter ſanctæ profeſſioni compoſita, vel ſi clauſtrum firmum habeant, in quo ſaluari poſſint animæ in eis cōmorantium ſub diſciplina canonica vel regulari. Vbi autem aliter inuentum fuerit, hoc omnimodis Epiſcopus loci ipſius faciat emendari, ita vt condignam poſſeſſioni eorum cuſtodiam habeant canonici vel monachi.*

atque

Cõcilium Rhemenſe ſub eodem Principe.

atque Nonna, ne detur eis occaſio malefaciendi, quod abſit. Hoc repetit Concilium Rhemanſe ſub eodem, cap. 25. Vide autem ſequentia.

Concilium Agathenſe ſub Sixto 3.

Monaſterium ſine aſſenſu Epiſcopi non conſtruendum.] Concilium Agathenſe ſub Sixto III. vel Cœleſtino I. cano. 27. allegat Gratianus, cauſa 18. q. 2. c. De monachis. *Monaſterium nouum, niſi Epiſcopo aut permittente aut probante, nullus incipere, aut fundare præſumat.* Et iterum, can. 58. allegatur ibid. cap. Cellulas: *Cellulas nouas aut congregatiunculas monachorum, abſque notitia Epiſcopi, prohibemus inſtitui.* Et Concilium Chalcedonenſe, actio. 11. can. 4. & allegat Gratian. cauſa 16 q. 1. c. Qui verè, & cauſa 18. quæſt. 2. cap. Quidam. *Qui verè* (ait) *& purè ſolitariam eligunt vitam, digni ſunt conuenienti honore: quia tamen quidã monachi habitu vtentes res communes diſturbant, indifferẽter ciuitates circumeuntes, nec non & monaſteria per ſeipſos propria præſumptione conſtituere contendũt: placuit neminem aut ædificare aut conſtituere monaſterium, vel oratorij domum præter conſcientiam Epiſcopi ciuitatis.* Et ſub finem canonis addit. *Tranſgredientem hanc definitionem noſtram excommunicatum eſſe decreuimus, ne nomen Dei blaſphemetur. Veruntamen Epiſcopum conuenit ciuitatis competentem monaſteriorum prouidentiam gerere.* Vide quod ſeq.

Concilium Chalcedonenſe generale 4.

Monaſteria in Epiſcopi poteſtate ſint in cuius territorio conſiſtunt.] Hoc ex nouiſſimè allegato Chalcedonenſis Concilij canone, liquido panditur: ſed etiam Concilium Arelat. III. vt allegat Gratian. cauſa 18. q. 2. c. Monaſter. *Monaſteria* (ait) *vel monachorum diſciplina ad eũ pertineat Epiſcopum, in cuius ſunt territorio conſtituta, &c.* Hoc etiam confirmat Concilium Confluentiæ, can. 6. vt allegat Buchardus, lib. 3. Decret. c. 240. *Hoc ſtatutum eſt* (ait) *quatenus Eccleſia quorumcunque monachorum, in ſingulis parochiis ſita, Epiſcoporum vt decet diuiniṫus ſubdãtur regimini, eiſq́; debita obſequia in exercẽdis Eccleſiaſticæ curæ negotiis ſolicitè exhibeant. Ipſi proculdubio monachi Epiſcopis ſuis in omnibus obediant.* Quædam autem data ſunt priuilegia, quibus monachi eximuntur à poteſtate Epiſcopi, vt repoſuimus in ſuperioribus, dum de monachis ageremus.

Cõcilium Arelatenſe 3. ſub Leone 1.

Concilĩ Confluentiæ habitum ſub Henrico & Carolo regibus.

Monaſteriorum bona Epiſcopi nõ contingant.] Conciliũ Ilerdanſe ſub Theodorico Rege, can 3. *Ea quæ in iure monaſterij de facultatibus offeruntur, in nullo diœceſana lege ab Epiſcopis contingantur.* Hoc ipſum prohibitum eſt à Gregor I. in Concilio Lateran. iunge quod ſeq.

Concilium Ilerdenſe ſub Symmacho 1.

Monaſteria nec eorum facultates alienandæ. Hoc ſuperiùs in vocabulo, Facultates Eccleſ. &c & II. Nicæno Cõcilio generali VII. prohibitum vide, & ex alijs multis. Porrò, quia etiam quædam reſtant, quæ hic opportunè conueniunt, libet quod minus illic præſtitutũ eſt, hic ſupplere. Igitur Silverius I. vt allegat Buchardus, lib. 3. Decret c. 23. ſic ſtatuit, cap. 1. decret. *Nomini regum aut cuiquam hominum in proprium liceat monaſterium tradere, niſi ad aliud monaſteriũ, vel commutare, niſi cum alio monaſterio, vel quocunque commento vendere. Hoc etiam diuina & Apoſtolica atque canonica ſub anathematis pœna ſanxit authoritas: quod ſi factum fuerit non valebit, ſed ipſum monaſterium in priſtinũ reformetur ſtatum.* Et Bonifacius I. vt credo, vt allegat idem Buchardus eodem lib. c. 26. *Si quis vult monaſterium ſuum ad meliorandum in alium locum ponere, fiat cum conſilio Epiſcopi & fratrum ſuorum, & dimittat preſbyterum in priori loco ad miniſteria Eccleſiæ.* Et Concil. Aureliaenſe IV. can. 11. *Si quid Abbatibus, aut ſacris monaſteriis, aut parochiis pro Dei fuerit contemplatione collatum in ſua proprietate, hoc Abbates vel preſbyteri minime reuocabunt, nec alienare, quod cunctis fratribus debetur, quacunque occaſione præſumant: quibus ſi fuerit neceſſarium, vt ſtatuta conuellant, non aliter valeat, niſi Epiſcopi ſui ſubſcriptione firmatum.* Idem Aurelianenſe V. cap. 13. & cano. 15. Xenodochium ſeu monaſteriũ, quod Childebertus Lugduni fundauerat, Partes prædicti Concilij volunt liberum permanere, & Lugdunenſem Antiſtitem priuant omni expectatione vendicandi ſibi, aut ad ius ſuæ Eccleſiæ transferendi aliquid eorum bonorum. Hinc etiam Concilium Cabilonenſe I. can. 7. *Defuncto* (inquit) *preſbytero, vel Abbate, nihil ab Epiſcopo, vel Archidiacono auferatur, vel à quocunque de rebus parochiæ, vel xenodochij, vel monaſterij aliquid debeat minuere: quod qui fecerit, iuxta ſtatuta canonũ debeat coerceri.* Hinc etiã Concilium Meldenſe, can. 41. & 42. decernit reuocandas eſſe facultates monaſteriorũ, quæ in alodium vel alodem negligentia Principũ datæ ſunt: *Quia exinde* (ait) *funditus religio eſt euerſa, & vota fidelium irrita conſpiciuntur. Vnde timendum eſt ne ante Deum clamantes, de ſibi ſu[a] iniuria conquerantur, & pauperes religioſi, qui ibidem neceſſitate naufragantur, condemnabiles ante Deum reddant, &c.* Et Conciliũ Lateranenſe ſub Alexandro III par. 29. c 3. de facultatibus monaſteriorũ ab Abbate & Priore, & quibuſdam de conuentu, reclamante poſteà parte aliqua conuentus, donatione conceſſis, ſtatuit, vt ſi hæc donatio non obuiet canonibus Eccleſiæ, quãtitate cõſiderata, & conſuetudine terræ obſeruata, rata vel irrita iudicetur. *Verùm cum alicui Eccleſiæ* (ait) *poſſeſſio quælibet, interpoſita conditione, donatur, non poteſt à donatore donum poſtea reuocari, niſi fortè tali ſit conditione collata, quod ea ceſſante poſſeſſio reuocari debeat, &c.* Vide plura ſuperiùs. Præterea Gregorius IX. in conſtitut. Benedict. *Statuimus* (ait) *ne aliquis Abbas, vel Prior Prioratum, vel grangiam perſonam aliquam venditionis, aut donationis, ſeu aliquo alio titulo alienare, abſque Abbatis patris, vel Patris prioris, & conuentus ſui de verbo & conſenſu præſumat, &c.* Et Benedictus XII. cap. 9. in eaſdem conſtitutiones Benedict. latiùs hæc proſequitur, vbi agit de mutuis ac venditionibus & cõceſſionibus iurium. Vide ſi placet. Similiter & hoc tractat in eaſdem conſtitut. Nicolaus IV. Cœleſtinus V. in priuilegio ſuo ſuis Cœleſtinis dato, ſic Abbatibus præcipit. *Illud diſtrictius inhibemus, ne tu pater Abba, vel aliqui ex prælatis, terras ſeu quaſlibet poſſeſſiones monaſteriis collatas, vel in poſterum cõferendas, aut ſucceſſores tui dare, vendere, aut alienare, abſque conſenſu totius capituli generalis, aut maioris vel ſanioris partis ipſius, & in caſibus à iure permiſſis, modo quolibet præſumatis. Quod ſi ſecus factum fuerit, alienationes huiuſmodi ex tunc irritas eſſe, & tam concedentes quàm recipientes excommunicamus, &c.* Vide locis ſuperiùs aſſignatis reliquum

Silverius.

Bonifacius 1.

Concilium Aurelianenſ. 4. ſub Pelagio 1.

Concilium Aurelianenſe 5.

Concilium Cabilonenſe 1. ſub Eugenio 1.

Cõcilium Meldenſe.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Gregorius 9.

Benedictus 12.

Nicolaus 4. Cœleſtinus 5 ordinis nobilis fondator.

Monaſteria de facultatibus Eccleſiarum an licitè conſtruantur.] Abundè de hac materia tractauimus ſuperiùs, quod reſtat abſoluendum eſt. Concilium Toletanum IX. can. 5. & allegat Gratianus, cauſa 12. quæſt. 2. cap Bona. *Bona rei dare conſultum & vitæ præſentis habetur ſubſidium, & æternæ remunerationis expectare cernitur præmium. Quiſquis itaque Epiſcoporum in parochia ſua monaſterium conſtruere fortè voluerit, & hoc ex rebus Eccleſiæ cui præſidet ditare decreuerit, non am-*

Concilium Toletanum 9.

plius

plius ibidem quàm quinquageſimam partem dare debebit: vt hac temperamenti æquitate ſeruata, & cui tribuit competens ſubſidium conferat, & cui tollit damna grauia non infligat. Ad Eccleſiam verò, quæ monaſticis non informabitur regulis, aut quam pro ſuis magnificare voluerit ſepulturis, non amplius quàm centeſimam partem cenſus Eccleſiæ cui præſidet, ibidem conferre licebit, ea tamen cautela ſeruata, vt vnam tantùm modo quæ placuerit ex his duabus remunerandam aſſumat. Et can 6 ſubiungit. *Cùm prateritis ſanctionibus notiſſimum habeatur, quæ de rebus parochialium Eccleſiarum pars Epiſcopo conferatur* (hoc diximus ſuprà in vocabulo, Facultates vt diſpenſandæ, &c) *opportunè tamen duximus decernendum, vt ſi Epiſcopus tertiam partem, quam de rebus eiſdem ſanctione paterna ſibi debitam nouit, aut ipſi Eccleſiæ, cuius res eſſe patebit, aut alteri Eccleſiæ quam elegit, conferre decreuerit, & licitũ maneat, & irreuocabile robur eius ſententia ferat.* Ante autem hoc Concilium etiã Concilium TOLETANVM III. cano 4. & allegat Gratianus, cauſa 12. quæſt. 2. cap. Si Epiſcopus: *Si Epiſcopus vnam de parochianis Eccleſiis ſuis monaſterium dicare voluerit, vt in ea monachorum regulariter congregatio viuat, hoc de conſenſu Concilij ſui habeat licentiam faciendi. Qui etiam ſi de rebus Eccleſiæ pro eorum ſubſtantia, aliquid quod detrimentum Eccleſiæ non exhibeat eidem loco donauerit, ſit ſtabile. Rei enim bonæ ſtatuendæ ſanctum Concilium dat conſenſum.* Vide ſuperiùs loco allegato, Facultates Eccleſ. &c.

Allegat hoc Gratianus cauſa 12. qu. 3. cap. Epiſcopus tertia, &c.

Concilium Toletanũ 3 ſub Pelagio 2.

Monaſteria non conuellenda nec diruenda, &c.] Iam ſi hoc fiat non inquirimus, ſatis enim declarat miſerabilis totius orbis facies, cum tot antiqua ædificia & ſeruorum Dei habitacula proſtrata ſolo tenus conſpicientur. ſed quã hoc ſit malum & peruerſum etiam Patrum decretis non erit indecens oſtendere. Sic verò ABDIAS BABYLONIVS, lib. 7. certaminis Apoſtolici narrat, quòd Hyrtacus Rex Æthiopiæ monaſteriũ Ephigeniæ virginis, eò quòd ſibi in coniugium non aſſentiret, admoto igne diſponebat euertere, ſed cum per gyrum flammæ perſtreperent, excitauit Deus ventum validiſſimum, & mutauit omne illud incẽdium à domo virginis ſuæ, & ita conſumpſit palatium Hyrtaci, vt non inde potuerit aliquid ex diuinis extrahere, &c. Porrò Concilium HISPALENSE II. cano. 10. *Si quis autem, quod abſit, quodlibet monaſterium, aut vi capiditatis expoliandum, aut ſimulatione aliqua fraudis conuellendum, aut diſſoluendum tentauerit, anathema effectus maneat à regno Dei extraneus, nec proficiat illi bonum fidei vel operis ad ſalutem, qui tanta, & tam ſalutaris vitæ deſtruxerit tramitem.* Iubetúrque Epiſcopis prouinciæ, vt ſacrilegos perſequantur, & à communione ſuſpendant, & conuulſa monaſteria cum ſuis rebus reſtaurent (vide infrà) & quod impiè vnus ſubuerterit omnes piè reforment. Hinc & Concilium MELDENSE, cano. 60. *Hi qui monaſteria atque ſacra loca, vel Eccleſias infringunt, & depoſita vel alia qualibet exinde abſtrahunt, & ſacerdotes ac viros Eccleſiaſticos non ſolùm dehonorant, verùm & diuerſo atque aduerſo modo affligũt, velut ſacrilegi canonica ſententia, quæ ex his decreta eſſe cognoſcitur, fatigantur.* De his autem diximus latiùs ſuprà in vocabulo, Hæreti & reliquis. Præterea Concilium MOGVNTINVM III. ſtatim in præfatione de Normannorum ſtrage & cladibus loquens, ait: *Videte* (ait) *& conſiderate quàm præclara, & nobilia ſeruorum Dei ædificia deſtructa, & incenſa ſint, & funditus ad nihilum redacta, altaria defoſſa & penitus conculcata, ornamenta Eccleſiarum Dei valde pretioſa & mirifica, direpta & igni exuſta. Epiſcopi & ſacerdotes & cæteri ordines Eccleſiæ viri gladio truncati, & diuerſis pœnarum generibus morti addicti, omnis ætas vtriuſque ſexus gladio & igne diuerſo mortium genere conſumpti. Quid ergo amplius dici poſſit. Omnia deſiderabilia & pretioſa nobis ablata ſunt, veluti olim ſub comminatione & euerſione Iudaici templi illis dictum eſt. Ecce ego tollam à vobis deſiderabile oculorum veſtrorũ, ſuper quo pauet anima veſtra. Multi ergò noſtrum, quibus hoc malum contigit, nobili ædificio templorum gregiq́; ſibi commiſſo metuebant, quæ omnia, vt oculis intuentium patent, ablata ſunt, & penitus ſubuerſa: cuius ſubuerſionis periculum incolæ monaſteriorũ vtriuſque ſexus metuentes hac illucq́; vagantur incerti, penitusq́; omni ſolatio deſtituti. Quid agendum, quóve declinandum errabundi, cum periculo ſuæ profeſſionis, & ſine paſtore, ignorant. Sed his intereà malis amaricati, & penè vſque ad mortem afflicti aliud è vicino malũ nos coanguſtat & opprimit. Ecce enim è latere turba raptorum & ſchiſmaticorum ſæuit, qui omnes quos poſſunt abſque Dei reſpectu & miſericordia deſpoliant, & crudeliter ſui immemores aut igni, aut gladio, aut quocunq́; mortis genere interimunt.* Similia recenſet & ſuo tempore facta LEO NONVS, epiſto. 6. quæ eſt ad Conſtantinum Monomachum Imperatorem, Baſilicas ſcilicet ſpoliatas incẽſas, & ad ſolum vſque dirutas, Chriſtianos trucidatos & expoſitos horribilibus tormentis à Normãnis graſſantibus, cui neceſſitati Imperatori ſupplicat occurrere. De Henrico IV. Imperatore refert PLATINA CREMONENSIS in vita Gregorij VII quòd in contumeliam Apoſtolicæ ſedis, cum ad libitum creato Pontifice Gilberto contra eundem Gregorium VII. ſanctam Petri Baſilicam prophanauit porticúſque demolitus eſt, & multa alia mala cõmiſit. Tales verò incenſores & demolitores Eccleſiarum & monaſteriorum iubet ALEXANDER III. par. 34. Concilij Lateranenſis quod celebrauit, cap. 2 anathemate percuti, & Eccleſiaſtica ſepultura priuari ſi ſine abſolutione & pœnitentia deceſſerint, & cogi hæredes iuxta facultates irrogata damna reparare. Et cap 3. conſequenter Lucenſi Epiſcopo ſcribens eadem repetit. Similiter Concilium TREVERENSE II. can. 13. & Concilium COLONIENSE IV. cap. 28. verùm iam ſuperioribus folijs multa de his diximus, ideo ſuperſedendum videtur. Lege verò reliqua quæ ſequuntur.

Vide etiam ſi non noſtro ſeculo hæc renouata ſunt.

Ezechiel 24.

Abdias Babylonius.

Concilium Hiſpalenſe 2.

Concilium Meldenſe.

Concilium Moguntinum 3 ſub Arnulpho Imperat.

Leo 9.

Platina Cremonenſis.

Alexander 3.

Concilium Treuerenſe. Cõcilium Colonienſe 4.

Monaſteria diruta reparentur & ruinam minantia atque collapſa, reformentur.] Superiori iam hoc diſtinctione præceptum eſt ex lectione decretorum quorundam Conciliorum. Porrò BENEDICTVS XII. cap 34. conſtitut. Benedict. ſtatuit, vt monaſteria in religione collapſa, ſi per monachos eiuſdẽ monaſterij non poſſint reparari, aſſumatur monachi alterius: & iubet, vt monachi per quos monaſteriũ patitur lapſum mittantur ad alia monaſteria. Hinc enim LEO DECIMVS in Concilio Lateranenſi quod celebrauit, ſeſſio 9. *Quoniam ex commendis monaſteriorũ* (ait) *vt magiſtra rerum experientia ſæpius docuit, monaſteria ipſa tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus grauiter læduntur: quippe quorũ ædificia, partim commendatariorũ negligentia, partim auaritia vel incuria collabũtur, & in dies diuinus cultus in his magis diminuitur, paſſimq́; obloquendi materia perſonis, præſertim ſecularibus, præbetur, nõ abſque dignitatis Apoſtolicæ ſedis diminutione, à qua commendæ huiuſmodi proficiſcuntur: vt illorum indemnitati ſalubrius conſu-*

Benedictus 12.

Leo 10.

latur,

latur, volumus ac ſancimus, vt cum illa per obitum Abbatum, qui illis præerant, vacauerint, nullo pacto cuiquam poſſint cõmendari, niſi pro conſeruatione authoritatis Apoſtolicæ ſedis, & ad occurrendum malitiæ illam impugnantium pro temporum qualitate aliter nobis de fratrum noſtrorum conſilio viſum fuerit expedire. ſed de perſona idonea iuxta conſtitutionem ALEXANDRINAM III. (poſuimus in vocabulo, Beneficia Eccleſ. quibus conferenda, &c.) *eis ita prouideatur, vt illis idonei Abbates (prout decet) præfuturi ſint. Ea verò monaſteria, quæ commendata fuerint, cum per eorum ceſſum vel deceſſum quibus erant commendata commenda huiuſmodi ceſſauerint, Cardinalibus duntaxat ac perſonis qualificatis & benemeritis commendari poſſint: ita tamen quòd eorum monaſteriorum commendatarij, quibus ea de cætero commendata fuerint, cuiuſcuis dignitatis, honoris, & præeminentia exiſtant, etiam ſi Cardinalatus honore & dignitate fungantur, ſi menſam habuerint ſeparatam, ac ſeorſum à menſa conuentuali, quartam ſuæ menſæ partem pro inſtauratione fabricæ, ſeu pro ornamentis, veſtibus, ac paramentis emendis, ſarciendiſq́, aut pauperum alimonia, aut ſuſtentatione, vt maior exiget aut ſuadebit neceſſitas ſi verò menſa fuerit communis, tertiam omnium fructuum dicti monaſterij ſibi commendati partem pro ſupradictis oneribus ſupportandis & ſuſtentatione monachorum, omnibus alijs deductis oneribus, impartiri teneantur: ac literæ quæ ſuper monaſteriorum huiuſmodi commendis expedientur, cum clauſula hoc ipſum ſpecificè exprimente debeat expediri, alioquin ſi aliter expediatur, nullius ſint roboris vel momenti.* Idem omninò ſtatuit Concilium RATISPONENSE, cano. 11. Et Concilium TRIDENTINVM, ſeſſio. 21. quæ fuit 5. ſub Pio IV. cano. 8. decreti reformationis, vbi loquitur de viſitatione monaſteriorum. Vide in vocabulo, Viſitatio, & ſuprà. Eccleſiæ, &c. & ſequentia.

Alexander 3.

Concilium Ratiſpon. ſub Laurentio Cardinali.

Concilium Tridentinū generale.

Monaſteria ſemel Deo dicata, non fiant ſecularia habitacula.] Hoc iam prohibitum conſtat ex multis anteà citatis locis, verumtamen adhuc expreſſiuè prohibitum poſſumus oſtendere. Sic quippe Conciliū CHALCEDONENSE generale IV. cano. 24. action. 15. & allegatur à Gratiano, cauſa 19. quæſt. 3. cap. Quæ ſemel: *Quæ ſemel conſecrata fuerint monaſteria cum iudicio ſui Epiſcopi perpetuò maneant, & pertinentes ad ea res conſeruari ipſis monaſterijs decernimus, nec vlterius poſſe ea fieri ſecularia habitacula. Qui verò permiſerint hæc fieri, ſubiaceant his condemnationibus, quæ per canones conſtituta ſunt.* Renouatur hoc decretum in Concilio GENERALI VI cano. 49. vbi etiam prohibetur ne tradantur monaſteria ſecularibus regenda. Vide mox. Sed & Concilium GENERALE VII. Nicænum II. cano. 13 *Quoniam* (ait) *per eam, quæ fuit propter peccata noſtra in Eccleſijs calamitatem, ſacroſanctæ quædam ædes à quibuſdam viris arreptæ ſunt, & Epiſcopatus, ac monaſteria, & facta ſunt communia diuerſoria: ſi qui ea quidem tenent volunt reddere, vt in priſtinum ſtatum reſtituantur, bene & pulchre habet ſin minus, ſi ſunt quidem ſacerdotalis catalogi, eos deponi iubemus: ſin autem monachi vel laici, ſegregari, vt qui ſint condemnati à Patre & Filio & Spiritu ſancto: & ponantur vbi vermis non moritur & ignis non extinguitur, quia voci Domini aduerſantur quæ dicit: ne facite domum Patris mei domum negotiationis.* Idem omninò Concilium AQVISGRANENSE II. cap. 18. ſub finem Synodi. Vide quod ſequitur.

Concilium Chalcedonenſe generale 4. ſub Martiano Imperat.

Concilium Conſtantinop. 3. generale 6.

Concilium Nicænum 2. generale 7.

Ioan 2.

Concilium Aquiſgranen. 2

Monaſteria non deputentur laicis gubernanda.] Hoc nouiſſimè diximus fuiſſe in Concilio VI. generali prohibitum, ſicut & multis alijs decretis illicitum docuimus in vocabulo, Abbas non eligatur ex laicis, &c. Lege ergò ibi ex Cõcilio Meldenſi & reliquis, quæ ibi reperies.

Monaſteriorum viſitatio.] Vide Viſitatio, &c.

Monaſteriorum viſitatio laicis iudicibus interdicitur.] Hoc reperies abundè probatum ſuprà, Iudex, &c. Lege ergò, & Laicus, &c.

Monaſteria difformata regulari diſciplinæ reformari iubentur.] Concilium TVRONENSE III. ſub Leone III. cano. 25. *Monaſteria monachorum in quibus olim regula S. Patris Benedicti conſeruabatur, ſed nunc ſorte qualicunque negligentia ſubrepente remiſſius ac diſſolutius cuſtoditur, vel certe penitus abolita negligitur bonum videtur, vt ad priſtinum reuertantur ſtatum, & Abbates eorundem in eodem habitu ac vita, quæ ipſa regula præcipit, ſe incedere, viuere ſtudeant, quoniã aliqua ſunt monaſteria in quibus iam pauci ſunt monachi, qui prædicti Patris regulam ſuis Abbatibus promiſſam habeant: quippe cum ipſi Abbates magis canonicè quam monachicè inter ſuos conuerſari videntur.* Omnino eadem Concilium CABILONENSE II. cano. 22. & Concilium PARISIENSE III. lib. 3. cap. 18. ſtatuerunt. Similiter & Concilium TICINENSE ſub Ludouico II. Imperator. cano. 1. *Monaſteria* (inquit) *virorum ſeu fœminarum, quæ ſecundùm regulam S. Benedicti, vel ſecundum canonicam authoritatem diſpoſita eſſe debent, ad priſtinum ſtatum reducantur. Ea verò quæ adhuc ſtatuta ſuum retinent, vnumquemque Epiſcoporum, in cuius parochia conſtituta ſunt, prouidere oportet, vt ſuum ordinem ſuum teneant. Quod ſi aliter inuenerit, vna cum rectore monaſterij corrigere debebit. Quod ſi rectoris monaſterij principaliter culpa fuerit, & ſe ſuoſq́; ſubditos ad Epiſcopi admonitionem corrigere ſynodica debet authoritate percelli.* Idem & CAROLVS MAGNVS, cap. 3 conſtitutionum, & Concilium COLONIENSE III. part. 10. cap. 10. Similiter & Concilium AVGVSTENSE, cap 12. vbi omnia tam in perſonis quàm ædificijs reformari iubentur. Vide infrà, Viſitatio, &c. Hinc Cõcilium BASILEENSE generale, ſeſſio. 15. *Iubet hæc ſancta Synodus omnibus prælatis religionum & ordinum quorumcunque ad quos celebrare capitula pertinet, quòd illa ſtatutis temporibus ſub grauiſſimis pœnis ſeruent, & ſeruari faciant, in quibus ſecundum canonicas ſanctiones & religionum conſtitutiones, cùm omni ſtudio & diligentia ad veram ſingularum religionum & ordinum reformationem intendant: ita vt deinceps in ſingulis monaſterijs iuxta proprias regulas & conſtitutiones debitè regularis vigeat obſeruantia, & præcipuè vt tria ſubſtantialia profeſſionis vota omnino obſeruentur.* Eadem latiùs NICOLAVS IV. BENEDICTVS XII. & GREGORIVS IX. proſequuntur in ſuis conſtitutionibus Benedict. Sed & ſtrictiſſimè mandat obſeruari Concilium TRIDENTINVM, ſeſſio. 25. quæ fuit 9. ſub Pio IV. cap. 1 decreti de regularibus. *Quoniam non ignorat ſancta Synodus quantum ex monaſterijs piè inſtitutis, & rectè adminiſtratis in Eccleſia Dei ſplẽdoris atque vtilitatis oriatur, neceſſariũ eſſe cenſuit, quo faciliùs ac maturiùs vbi collapſa eſt vetus & regularis diſciplina inſtauretur, & conſtantius vbi cõſeruata eſt perſeueret, præcipere, prout hoc decreto præcipit, vt omnes regulares tam viri quàm mulieres ad regulæ quã profeſſi ſunt præſcriptã vitã inſtituant & cõponant: atque in primis quæ ad ſuæ profeſſionis perfectionẽ, vt obediẽtiæ, paupertatis, & caſtitatis, ac ſi quæ alia ſunt alicuius regulæ & or-*

Concilium Turonenſe 3. ſub Carolo Magn.

Concilium Cabilonenſe 2. Concilium Pariſienſe 3. Concilium Ticinenſe.

Carolus Magn.

Cõcilium Colonienſe 3. Concilium Auguſtēſe ſub Othone Cardinali.

Concilium Baſileenſe generale.

Vota tria. Nicolaus 4. Benedictus 12. Gregorius 9.

Concilium Tridentinum generale.

dinis peculiaria vota & precepta, ad eorum reſpectiuè eſſentiam, nec non ad communem vitam, victum & veſtitum conſeruanda pertinentia, fideliter obſeruent. Omniſq; cura & diligentia à ſuperioribus adhibeatur, tam in capitulis generalibus & prouincialibus, quam in eorum viſitationibus, qua ſuis temporibus facere non prætermittant, vt ab illis nõ recedatur, cùm compertum ſit ab eis non poſſe ea quæ ad ſubſtantiam regularis vitæ pertinent relaxari. Si enim illa quæ baſis ſunt & fundamentum totius regularis diſciplinæ exactè non fuerint conſeruata, totum corruat ædificiũ neceſſe eſt, &c. Vide Viſitatio, &c.

Concilium Turonẽſe 1. ſub Pelagio 1.

Monaſteriorum ſepta mulieres non ingrediantur.] Concilium TVRONANSE I. can.17. *Mulier intra ſepta monaſterij (inquit) nullatenus introire permittatur. Si Abbas in hac parte aut præpoſitus negligens apparuerit, qui eam viderit & non ſtatim eiecerit, excommunicetur.* Porrò Concilium

Concilium Lateranenſe ſub Gregorio 1.
Concilium Antiſſidoꝛẽſe ſub Deuſdedit 1.

LATERANENSE ſub Gregorio I. idem prohibuit, vt habes repoſitum ſuperiùs, Monachorum exemptio, &c. & Concilium ANTISSIODOR. can.26. *Si quis Abbas mulierem in monaſterio ſuo ingredi permiſerit, aut feſtiuitates aliquas ibi ſpectare præceperit, tribus menſibus in alio monaſterio retrudatur pane & aqua contentus.* Et Concilium GENE-

Concilium Nicænum 2. generale 7.

RALE VII. can.18. prohibet ancillas, aut liberas monaſteria intrare, aut in eis ſeruire, vt iam latiùs diximus ſuprà, Clericus, &c. Vide ſi vacat. Hæc autem decreta expreſſiùs renouat GREGORIVS

Gregorius 9.

IX. ad calcem conſtitutionum Benedicti, vbi & non permittit mulieribus vt Eccleſiæ monaſterij

Concilium Treuirenſe 2.

chorum intrent. Et Concilium TREVIRENSE II. can.12. *Prohibemus ne viris religioſis intra ambitum, ſiue periodum monaſterij, mulieres & religioſas ſeu ſeruientes Deo introducere præſumat.* Vide ſuprà reliquum, & ſequentia.

Cyprianus Carthaginenſ.

Monaſteria monachorum & monialium non iungantur.] Hoc expreſsè prohibet CYPRIANVS CARTHAGINENSIS, lib 1. Epiſt. epiſt 11. ad Cæcilium Victorem Sedulium, &c. *Primo loco (inquit) & præpoſitis & plebi nihil aliud elaborandum eſt quam vt qui Deum timemus, cum omni obſeruatione diſciplinæ diuina præcepta teneamus, nec patiamur errare fratres noſtros, & pro arbitrio & fructu ſuo viuere, ſed ad vitam ſingulis fideliter conſulere, nec pati virgines cum maſculis habitare: non dico ſimul dormire, ſed nec ſimul viuere, cùm & ſexus infirmus, & ætas adhuc lubrica per omnia frenari & regi debeat, ne diabolo inſidianti & ſæuire cupienti ad nocendum detur occaſio, &c.* Denique IOANNES

Ioannes Chryſoſtomus.

CHRYSOSTOMVS tractatum edidit qui intitulatur, Quod regulares fœminæ viris cohabitẽt, tomo operum 1. ad calcem lib. 3. contra vituperatores vitæ monaſticæ, qui ſic incipit: Heu me, ô anima, &c. Ibi apertè docet nullo modo licere vt moniales, nec in verbis, nec in victu, nec in domibus viris tam religioſis iungantur. Pulcherrimus eſt tractatus & deuotus, lege ſi lubeat. Eandẽ

Ambroſius Mediolanenſis

mandat AMBROSIVS MEDIOLAN. lib. ad Virginem deuotam, cap. 1. & lib. de inſtitutione Virginis, vt aliàs dicetur. Porrò Concilium AGA-

Concilium Agathenſe ſub Cæleſtino 1.

THENSE, can. 28. allegat Gratianus, cauſa 18. q. 2. *Monaſteria (inquit) puellarum longius à monaſteriis monachorum, aut propter inſidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum, collocentur.* Et Concilium

Concilium Nicænum 2. generale 7.

GENERALE VII. can. 20. allegat Gratianus, cauſa 18. quæſt. 2. cap Definimus *A præſenti (ait) ſtatuimus non fieri duplex monaſterium, quoniam hoc fit multis ſcandalum & offenſio. Si qui autem volunt cum cognatis mundo renunciare, & vitam ſequi monaſticam: viros quidem oportet in virorum monaſteria diſcedere: fœminas autem ingredi in mulierum monaſteria, hoc enim eſt Deo acceptum. Quæ autem hucuſque duplicia fuerunt, ſeruentur ſecundum canonem*

Baſilius Magnus.

*ſancti Patris noſtri BASILII, & ſecundum eius conſtitutionem, quæ ſic definit. In vno autem monaſterio non verſentur monachi & monachæ: * adulterium enim habet intercedentem conuerſationem. Ne monachus liberè cùm monacha loquatur, vel monacha cum monacho ſeorſim confabuletur: nec cubet monachus in fœminarum monaſterio, nec monacha ſeorſim comedat. Et quando quæ ſunt vitæ neceſſaria à parte virorum ad regulares fœminas deferuntur, extra portam hæc accipiat monaſterij muliebris præfecta, cum aliqua anu monacha. Si autem euenerit vt aliquam velit cognatam monachus aſpicere, præſente præfecta cum ea colloquatur exiguo & breui ſermone, & mox ab ea recedat, &c.* Vide quod ſequitur.

* Aliàs ſic vertit lupanaria enim [illegible] in illam vitæ concluſionem.

Monaſteria puellarum ingredi non licet, nec ibi comedere, aut dormire.] Ex præcedentis diſtinctionis fine hæc propoſitio confirmatur, dum ex Nicæno II. generali VII. Concilio hæc omnia nõ ſolùm ſecularibus, ſed & monachis prohibentur. Vt verò etiam alteriùs repetamus, etiam præmiſſam propoſitionem confirmat

Concilium Carthaginen. 1. Mon[illegible] non habitent cũ ſecularibus [illegible] ſeculares conuerſentur cum illis.

Concilium CARTHAGINENSE I. ſub Sylueſtro I. cano. 3. *Cauendum eſt (ait) vt paſtoris cura quantum debet & poteſt regularis prouidentia præmoneat, vt nullis liceat ab affectu abſtinẽtibus carnali apud extraneas pariter commorari. Occaſiones enim amputandæ ſunt peccatorum, & tollendæ omnes ſuſpitiones, quibus ſubtilitas diaboli, ſub prætextu charitatis & dilectionis, incautas animas vel ignaras irretire conſueuit. Nullus igitur, nullaq; ſanctimonia & virginitatis deſeruiens propter blaſphemiam Eccleſiæ, ſi vobis placet, in vna domo cum extraneis penitus commorari debet. Vniuerſi dixerunt: Qui nolunt nubere, & pudicitiæ meliorem eligunt partem, hoc vitare debent: & non ſolum non habitare ſimul, ſed nec habere ad ſe aliquem acceſſum. Hoc ergo & lex iubet, & ſanctitas veſtra commendat, vt in ſingulis Conciliis ſtatutum eſt.* Vt autem ad propoſitum redeamus, Con-

Concilium Epaunenſe ſub Sig[illegible] rege. Hunc tempore fuit B[illegible] dius Archiepiſcopus Biſant[illegible] qui [illegible] quinque libris vitam verſibus heroicis [illegible] pſimus dum [illegible] nuptiali [illegible] demonſtramur.
Concilium Matiſconenſe 1. ſub Pelagio 1.

cilium EPAVNENSE ſub Gelaſio I. cano. 38. *Monaſteria puellarum (ait) non niſi probata vita, & ætatis prouecta ad quaſcunque earum neceſſitates vel miniſtrationes permittantur intrare: ad faciendas verò Miſſas, qui ingreſſi fuerint ſtatim exacto miniſterio regredi feſtinabunt. Aliàs autem nec clericus, nec monachus iuuenis vllum ad puellarum congregationem habebit acceſſum, niſi hoc aut paterna aut germana neceſſitudo probetur admittere.* Coucilinm MATISCONENSE I. cano. 2. *Nullus Epiſcopus, presbyter, diaconus, clericus, vel quicunque ſecularis, in monaſterio puellarum, niſi probata vita, & ætatis prouectæ, præter vilicatem, aut pro quacunque reparatione monaſterij, in quacunque earum neceſſitate habitare aut ſecretas collocutiones habere præſumant, nec intra ſalutatorium aut oratorium ingredi permittantur: præcipuè Iudæi non pro quorumcunque negotiorum occaſione puellis intra monaſterium Deo dicatis aliquid ſecretius colloqui, aut familiaritatem, vel moras ibidem habere præſumant.* Porrò Concilium GENERALE VI. Conſtantinopolitanum III. in Trullo celebratum, canone 47. prohibet, ne mulier in virorum monaſterio, neque vir in mulierum monaſterio dormiat, ſub pœna excommunicationis. Quod etiam Concilium CABILONENSE II. ſub Leone III. ſtatuit, canone 61. *Non decet (ait) ſanctimoniales in propriis manſionibus cum aliquibus maſculis clericis, ſiue laicis, conſanguineis ſiue*

Concilium Con[illegible] Non licet [illegible] [illegible] Ca[illegible] 6um.

extraneis

extraneis bibere,ſiue comedere : ſed ſi quando id agendum eſt,in auditorio agatur, & vbi auditorium deeſt, fiat,& cum nullo maſculo eis colloquium habere liceat, niſi in auditorio , & ibi coram teſtibus. Hinc etiam Concilium FOROIVLIANSE ſub Adriano 1.cano.12. *Inuiolato ſtylo iuſtè ſanctre proſpeximus,vt monaſteria puellarum, quæ ſub diſciplina regula degunt, obſtrictius munitis clauſtris nulli pateant , niſi fortè ſumma compellente neceſſitate,aditu virorũ. Sed neque presbyteri,vel Diacones,vel quilibet de clero,vel etiam Archimandrita, quaſi viſitationis vel prædicationis cauſa,ſine permiſſu Epiſcopi ciuitatis ſibi licentiam tribuat ineundi. Quin etiam nec Epiſcopus abſque ſacerdotibus,vel clericis ſuis,vt decet , & honeſte conuentu adire illuc licentius ſe exiſtimet:ſed ſiue ipſe, ſiue qualibet religioſa perſona alienus ab illicita ſuſpitione,quem morum grauitas ornat, permittente & admonente Epiſcopo exhortationis vel ædificationis obtentu,quæ ad ſalutem animæ pertinet,dignum fuerit,vt adeant hæc Deo dicata loca , non aliter ,ſed cum idoneis teſtibus peragant , ne propter incautam præſumptionem ſancta Eccleſiæ infametur Angelicus ordo. Si quis poſt hanc definitionem huius reuerendi Concilij, de his quæ conſona voce ſalubriterque ſtatuta ſunt, temerario auſu violare tentauerit , canonicis coerceatur vindictis.* Idem renouat Concilium ARELATENSE IV. cano. 7. vbi & iniungit eis qui intrant ad celebrandas miſſas ſtatim exacto miniſterio regredi feſtinent : aliàs verò vniuerſis omninò prohibet ingreſſum. Et hoc iterum repetit Concilium TVRONENSE III. cano.29.& Concilium MOGVNTINVM I. cano. 26.& adhuc latius Concilium PARISIENSE III. lib. 1. cap. 46. vbi prohibet, ne inſcio Epiſcopo nullatenus clerici aut monachi monaſterij monialium ſepta quacunque ex cauſa ingredi præſumant. *Quia (ait) perſæpè hac occaſione multos vtriuſque ordinis, canonici videlicet & monaſtici, viros muſcipulam diaboli incurriſſe cognouimus. Si verò colloquendum cum aliqua ſanctimonialium ratio expoſtulat,id non alibi niſi in conſtituto loco,id eſt,in auditorio , ſub teſtimonio virorum religioſorum & religioſarum fœminarum, fiat. Quando verò ſacerdotibus in monaſterijs puellaribus miſſarum celebrationes faciendæ ſunt , cum miniſtris ſibi deputatis illuc ingrediantur , quibus ritè peractis non ad ſecretas collocutiones ſanctimonialium ſe vllo modo diuertant,ſed cum miniſtris ſuis illico egrediantur. Porrò ſi ſacerdotibus ſanctimoniales peccata ſua confiteri voluerint, id non niſi in Eccleſia coram ſancto altari , aſtantibus haud procul teſtibus,faciant. Si autem infirmitas præpedierit, vt in Eccleſia eadem confeſſio fieri nequeat,in qualibet domo facienda ſit , non niſi teſtibus ſimiliter haud procul aſtantibus fiat. Nullo modo quippe videtur nobis conuenire , vt monachus relicto monaſterio ſuo idcirco ſanctimonialium monaſteria adeat , vt confitentibus peccata ſua modum pœnitentiæ imponat. Quod ſi canonicis illicitum ſit , ſupramemorata rei gratia monaſteria puellarum adire, vnde tanta tranſgreſſionis mos inoleuit, vt monachi hanc ſibimet licentiam faciendi vſurpare tentauerint , cum canonica * authoritas doceat monachos quietem debere diligere,& intentos eſſe tantummodo orationi,& ieiunio in locis quibus renunciauerunt ſedulo permanentes? Quapropter tranſgredientem hanc definitionem noſtram excommunicatum eſſe decreuimus, ne nomen domini blaſphemetur.* Similia ſtatuit Concilium LATERANENSE ſub Alexandro 3.cap 11.partis 1 & Concilium OXONIENSE in Anglia ſub Innocentio 3.cano. 37. vbi etiam inhibet,ne moniales infrà ſepta domorum ſuarum præter neceſſarios ſeruientes,nec ad cohabitandum mulieres ſeculares recipiant , niſi Epiſcopi Diœceſani accedat aſſenſus. Et can. 39 ſub finem iterum prohibet clericis & laicis, ne in monaſteria monialiũ ſine cauſa rationabili intrare præſumant. Quod & confirmat Concilium MOGVNTINVM IV. cano.79 & contrà facientes ſtatuit, ſi Eccleſiaſtici ſunt, ſuſpenſionis ab officio,ſi ſeculares, excommunicationis pœna percelli. Et Concilium TREVARENSE II. cap.12.hæc repetit,atque Concilium TRIDENTINVM generale nouiſſimum ſeſſione 25. quæ eſt 9. ſub Pio 4. cap. 5. decreti de regularibus. Vide in vocabulo,Monialis per totum & ſequentia

Concilium Foroiulienſe ſub Carolo Mago.

Côcilium Arelatenſe 4. ſub eodem Carolo Magno cuius hodie natalis dies celebratur anno domini 1571.
Concilium Turonenſe 3. ſub eodem.
Concilium Mogũtinum 1. ſub eodem.
Concilium Pariſienſ. 3.ſub Ludouico & Lothario Auguſtis.

Sanctimoniales ſi peccata ſua cõfiteri voluerint quomodo fiat,vide etiam in vocabulo Monialis, &c.

Concilium Chalcedonenſ. ... ſupra citatum in vocabulo Monachus

Concilium Lateranẽſe ſub Alexandro 3.

Concilium Mogũtinum 4.ſub Sebaſtiano.

Côcilium Treuerenſe 2.
Concilium Tridentinum.

ˈMonaſteria puellarum à monachis regantur.]* Hoc ex præcedenti dependet, quamuis quid videatur ſonare contrarium,quia ibi monachis omninò aditus ad moniales intercluditur, hic verò eis earum regimen conceditur. Lege autem decretum,quod ſic habet Concilium HISPALENSE II, cano.11. *Monaſteria (inquit) puellarum , monachorum adminiſtratione ac præſidio gubernentur. Tunc enim ſalubria Chriſto dicatis virginibus prouidemus, quando eis patres ſpirituales eligimus,quorum non ſolum gubernaculis tueri, ſed etiam doctrinis ædificari poſſint : ea tamen circa monachos cautela ſeruata,vt remoti ab earum familiaritate , nec vſque ad veſtibulum habeant accedendi familiare permiſſum. Sed neque Abbati,vel ei qui præficitur , extra eam quæ præeſt,loqui virginibus Chriſti aliquid quod ad inſtitutionem morum non pertineat licebit : neque cum ea ſola,quæ præeſt, frequentior eis loqui oportet, ſed ſub teſtimonio duarum vel trium ſororum , ita vt rara ſit acceſſio & breuis omnino locutio. Abſit enim vt monachos (quod etiam dictu nefas eſt) Chriſti virginibus familiares eſſe velimus,ſed,iuxta quod iuſſa regularum vel canonum admonent longè ſeiunctos atque diſcretos eorum , tantùm eorumdem gubernaculis deputamus, conſtituentes,vt vnus monachorum probatiſſimus eligatur,cuius cura ſit prædiis eorum ruſticis vel vrbanis intendere, fabricas extruere , & ſi quid aliud eſt , ad neceſſitatem monaſterij prouidere , vt Chriſti famulæ pro anima ſua tantum vtilitate ſolicitæ ſolis diuinis cultibus viuant,operibúſque ſuis inſeruiant ſane is qui ab Abbate præponitur,iudicio ſui Epiſcopi comprobetur. Veſtes autem illæ hiſdem faciant à quibus tuitionem expectant,ab hiſdem,denuò,vt prædictum eſt, laborum fructus & procurationis ſuffragium receptura. Si qui autem monachorum hanc ordinationem , aut contempſerint , aut qualibet diſſolutione neglexerint, ſciant,quod eorum temeritas atque ſuperbia excommunicationis ſit plectenda cenſura.* Hoc confirmat decretum Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 25. cap. 9. decreti de regularibus , vbi præcipit vt monaſteria monialium immediatè Apoſtolicæ ſubiecta ab Epiſcopis tanquam delegatis gubernentur,non obſtantibus quibuſcunque : quæ verò à deputatis in capitulis generalibus, vel ab alijs regularibus reguntur,ſub eorum cura & cuſtodia relinquantur. Vide, Monialis.&c.

* Sic conciliũ Carthag. 4. cano 27. vt qui religioſis fœminis præponendus eſt , ab Epiſcopo loci probetur.
Concilium Hiſpalenſe 2. ſub Honorio 1.

Eligatur & approbetur qui præponendus eſt Monialibus

.Concilium Tridentinũ generale nouiſſimum.

Monaſterij puellarum portæ cuſtos.] Concilium COLONIENSE II. canone 64. *Portaria non eligatur,niſi quæ ætate matura ſit, & teſtimonium habeat bonum,& vita probabilis ſit.*

MONIALIS VIRGO.

Monialium Deóque dicatarum virginum propoſiti vouendæ caſtitatis , & veli aſſumendi antiquus & ſanctus vſus defen-

A ditur.) Non erat neceſſarium probabilioribus teſtimonijs nos agere, quàm vetuſtiſſimo vſu & immemorabili traditione. quæ docet ſemper fuiſſe in Eccleſia Deo vouendæ caſtitatis per ſolennem profeſſionem certiſſimum vſum Hoc quamuis iam ea ſuperiori vocabulo ſatis apertè probatum, dum de monachorum pariter & monialium votis ſpecialiter tractatum eſt, & antiqua decretorum definitione firmatum rationabile eſſe obſequium mentem & corpus Deo offerre per trium votorum emiſſionem: attamen quia perſiſtunt hæretici, & rem dicunt nuper inuentam virginitatis & caſtitatis vota reddere, volumus ex antiquiſſima illa patrum traditione omnibus euidenter ingerere. ſemper in Eccleſia fuiſſe tam
B monachorum quàm monialium inſtitutum, propoſitum, & votorum ſolemnem emiſſionem in vſu, verùm celebre etiam virginitatis votum apud antiquos & Gentiles docent libri fideliſſimorum Hiſtoriographorum. De Veſtalibus enim virginibus multa & præclara ſcriptis reliquit PLVTARCHVS CHERONAEVS in vita Numæ Pompilij, & TITVS LIVIVS libro 8. decadis primæ, & lib 9. decadis 3. HIERONYMVS STRIDONENSIS lib. 1. aduerſus Iouinianum, vbi Virginum Ethnicarum miram pro caſtitate
C tuenda deſcribit conſtantiam. Sed & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS lib. 1. de virginibus ad Marcellinam ſororem mentionem facit celebrē Virginum Palladis & Veſtæ, ſicut & abundantius LVDOVICVS CAELIVS Rhodiginus libro 8. lectionum antiquarum cap 31. & 36. Lege autem ſi adhuc deſideras multa noſſe, quæ de Veſtalibus ſcripſit LVCIVS FENESTELLA lib. de Sacerdotijs Romanorum cap. 6. Et POMPONIVS LAETVS lib. item de ſacerdotijs Romanorum cap 6. de Veſtalibus. Hi authores religionem & votum illarum virginum ſtylo diffuſiore proſequuntur. De his autem & alijs virginibus quæ ſe caſtas & impollutas profitebantur victuras, refert BLONDVS FLAVIVS
D ſtatim initio libri 8 de Roma triumphante, quòd publico decreto ſtatutum eſt. vt omnes eis ob reuerentiam de via cederent. Sed his omiſſis ad propoſitum redeamus. Et quidem antè Chriſti paſſionē Deo dicatas virgines in templo referunt clariſſimi plerique hiſtoriographi. & confirmat AMBROSIVS libro memorato de virginibus. *In templo* (inquit) *Hieroſolymis fuiſſe legimus virgines deputatas, &c.* Hoc confirmat GERMANVS CONSTANTINOPOLITANVS oratione Encomiaſtica in Beatam virginem Mariam, dum in templo oblata eſt à parentibus, GEORGIVS NICOMEDIENSIS oratione in eandem feſtiuitatem Itaque oportet etiam ab Apoſtolorum temporibus oſtendere ſolenne fuiſſe votum virginitatis & conſecrandæ caſtitatis, quod maniſe-
E ſtè POLYDORVS VERGILIVS lib. 4. de rerum inuentoribus cap. 13. docet. illos arguens qui audent dicere Marcellam illam virginem quæ cum Hieronymo familiaritatem habuit, primam inſtituiſſe Romæ Monialium profeſſionem, oſtendenſque ex Apoſtolo Paulo & ex antiquis Patrum decretis tum cœpiſſe fœminas Deo dedicari, cum Euangelij cœperunt exordia prædicari Hæc quidem decreta infrà ſubſequentibus diſtinctionibus proferentur. Verùm omiſſis his quę ille prolixè recenſet, etiam certiori poſſumus patrum propoſitum noſtrum teſtimonio comprobare. Sicquippe docet EVSEBIVS CAESA-

A RIENSIS libro 3 demonſtrationis Euangelicæ cap. 8 diſputans contra eos, qui præſtigiatorem putant Chriſtum Dei fuiſſe. *Neque (inquit) viri ſolum ſub illo duce adhuc modum philoſophantur. ſed fœminarum quoque tot millia per totum orbem, vt quam multa ſint non dicendum eſſe videatur, quæ quaſi quædam ſacerdotes Deum vniuerſi colentes, ſupremámque philoſophiam amplexæ, atque amoris cœleſtis ſapientiæ captæ, prolis quidem ac liberorum, vt potè qui ad corpus pertineant, nullam habent rationem: animam vero omni diligentia curantes, totas ſeipſas ipſo corpore atque animo regioni omnium vniuerſique Deo dedicarunt, vt ſic integra perpetuáque caſtitate ac virginitate fungantur. &c.* Et PHILO IVDAEVS
B lib. de vita contemplatiua (vt etiam idem Euſebius citat lib. 2. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 17.) narrat ſub tempore Apoſtolorum moniales virgines votum continentiæ emiſiſſe. *Cum viris autem quos diximus* (habes ſuprà vocabulo monachus, &c.) *ſunt & fœminæ, in quibus plures iam grandæuæ ſunt Virgines, integritatem caſti corporis non neceſſitate aliqua, ſed deuotione ſeruantes, dum ſapientiæ ſtudijs ſeruiſ geſtiunt, non ſolum animo, ſed & corpore conſecrare, indignum ducentes libidini mandare vas ad capiendam ſapientiam preparatum, & edere partum eas, a quibus diuini verbi concubitus ſacroſanctus*
C *& immortalis expetitur, ex quo poſteritas relinquatur, nequaquam corruptelæ mortalitatis obnoxia, &c.* Hæc Philo. Huius autem propoſiti fuit Petronilla clariſſima virgo filia Petri Apoſtoli, de qua MARCELLVS MARTYR in eius vita ſcribit, quòd ad Petri ſuaſionem deuotione præcipua Chriſto ſe virginem dedicauit. & cùm à potente viro in coniugium peteretur, ſimulato conſenſu, & impetrato triduo induciarum, oratione iugi reſolutionem caſti ſui corporis impetrauit. Huius etiam propoſiti fuit & Tecla virgo ſanctiſſima Apoſtoli Pauli diſcipula. de qua ſcribit AMBROSIVS Mediolanenſis lib. 2. de Virginibus in hunc modum. *Venit corona dies maxima omnium expectatio. Producitur puella duplex profeſſa certamen, & caſti-*
D *tatis & religionis.* Antiquiſſimum quoque virginitatis conſecrandæ propoſitum docet ABDIAS BABYLONIVS ſub temporibus Apoſtolorum floruiſſe: nam lib 3. certaminis Apoſtolici narrat Trophimam Chriſti & Andreæ Apoſtoli diſcipulam Deo vouiſſe caſtitatem, & cum ad lupanar vi deducta eſſet, ſacro Euangelio ad pectus poſito omnes confundiſſe. & cum ſciſſis veſtibus ab impuro iuuene liber eſſet è ſinu excuſſus, orante virgine ante pedes mortuum cecidiſſe, & virginem illibatam permanſiſſe, promeruiſſéque temerarium iuuenem priſtinæ vitæ reddere ſuæ merito caſtitatis Idem lib. 5. circa finem refert Ioannem, dum deſcendiſſet in defoſſum ſepulturæ locum, orationem fudiſſe ad dominum, qua ſe
E virginitatem vouiſſe & virginem permanſiſſe profeſſus eſt. Et lib. 7. recenſet Ephigeniam Regis filiam Deo virginitatem vouiſſe ad vocem Apoſtoli Matthæi. & virginem permanſiſſe. & virginum multitudini in monaſterio præfuiſſe. Quam cum Hyrtacus qui rege defuncto regnum inuaſerat, eam vt regis filiam ſibi vellet coniugio copulare: *Iam* (inquit) *Chriſto dicatam, & quæ ſacrum velamen acceperat de manu Apoſtoli, propoſitam iam virginum amplius quam ducentarum, ſperabat tum rex Hyrtacus, quod per Apoſtolum poſſet eius animum commouere Sed Apoſtolus exorſus ſermonem hoc omnino illicitum docuit. Ephigeniámque in propoſito confirmauit, & manus imponens ſuper eam,*

Plutarchus Cheronæus. Titus Liuius.
Hieronymus Stridonenſis
Ambroſius Mediolanenſis.
Ludouicus Cælius Rhodiginus.
Lucius Feneſtella.
Pomponius Lætus.
Blondus Flauius.
Ambroſius Mediolanenſis.
Germanus Conſtantinop.
Georgius Nicomedienſis.
Polydorus Vergilius.
Euſebius Cæſarienſis.
Philo Iudæus.
Euſebius Cæſarienſis.
Monialium ſecunde origin.
Marcellus Martyr
Petronilla Virgo.
Tecla Virgo Ambroſius Mediolanenſ.
Abdias Babylonius.
Trophima.
Ephigenia.

& ſuper reliquas virgines, eas ad conſeruandam coronam, perpetuæ virginitatis & caſtimoniam animæ conſeruare hortatus eſt. Hæc porrò virgo poſt obitum Apoſtoli quidquid habebat auri & argenti ſacerdotibus, templo, & pauperibus, diſtribuit, & in ſanctis operibus vitam finiuit. Idem lib 8 certaminis Apoſtoli refert Bartholomæum dum Indiã in fide inſtrueret, dum ad B. Mariæ virginis exaltandam virginitatem deuenisset, ſic locutum. *Hæc* (inquit) *virgo cum execraretur omnem virum, & ipſa ſeruandæ virginitatis votum prima Deo omnipotenti vouit.*

Deiparæ Virginis, encomiũ & quomodo votum caſtitatem. Eadem verò docet Ambroſius libro 1. de Virginibus loquẽs de eadem S. Virgine.

Primam autem ideo dixit, quia ex quo homo factus eſt ab initio ſeculi, nulla hoc votum Deo obtulit. Hæc ergo prima inter fœminas hoc conſtituit in corde ſuo vt diceret, Domine offero tibi virginitatem meam, cum hoc à nullo homine nec verbo didiciſſet, nec exemplo, ad imitationem videlicet inuitata, vt virgo pro amore Dei ſpecialiter permaneret. Idem lib. 9. narrat qualiter ad virginitatem intemeratè conſeruandam diuino oraculo ad preces Thomæ Apoſtoli inſtigati ſint duo iuuenes Indiæ, qui iam in nuptiali thalamo reſidebant, & poſtpoſita nuptiarum ſolicitudine in caſtitate Deo ſeruierunt: quorum vnus Epiſcopus factus eſt, nupta verò virginum collegio prælata eſt.

Ignatius Martyr.

Porrò IGNATIVS MARTYR in omnibus penè ſuis epiſtolis ſacrarum virginum mentionem facit, & præcipuè epiſtola ad Tarſenſes, illis præcipit vt tales ſuſpiciant. *Virgines* (ait) *honorate ſicut ſacratas in Chriſto, viduas pudicas vt ſacrarium Dei.* Epiſtola ad Philippenſes. *Si quis virginitatem colat aut caſtimoniam, non extollatur ne perdat mercedem.* Et epiſtola ad Philadelphienſes circa medium. *Mulieres viris ſubditæ eſtote in timore Dei, virgines Chriſto in incorruptibilitate, non execrantes nuptias, ſed quod melius eſt ſectantes, non in criminationem coniugij, ſed legis meditandæ cauſa.* (Et ſubdit) *Virgines ſolum Chriſtum præ oculis habete, & eius patrem in precibus veſtris à ſpiritu illuminatæ, &c.* Et epiſtola ad Antiochenos ſuos. *Virgines* (ait) *agnoſcant cui ſe conſecrauerint, &c.*

Policarpus Smyrnenſis.

Et POLYCARPVS SMYRNENSIS conſecratarum virginum mentionem facit epiſtola ad Philippenſes. *Virgines* (ait) *caſta conſcientia ambulate, &c.*

Martialis Apoſtolus.

Et MARTIALIS APOSTOLVS epiſt. ad Toloſanos cap. 8. meminit Valeriæ virginis, quæ ad ſuam prædicationem virginitatem mentis & corporis Deo deuouit, & pro Chriſto ac virginitatis cuſtodia martyrium ſubiit. Et cap 9. eiuſdem epiſtolæ fatetur ſe Valeriam à Stephano ſponſo ſuo abſtraxiſſe, non quaſi nuptias damnaret, quia tres gradus conſtituit, ſcilicet coniugum viduarum, & virginum, ſicut facilè ex lectione poteris colligere.

Aurelianus Lemonicenſis.

Hoc confirmat AVRELIANVS LEMONICENSIS diſcipulus eiuſdem Martialis in vita eius, vbi ſic loquitur. *Poſt diſceſſum Suſannæ beatiſsimæ filia eius Valeria abiens ad ſanctum Marcialem, voto ſe conſtringens domino promiſit ſe permanſuram virginem. Quod votum implere geſtiens, quotidie ad prædicationem beati viri pergebat, & verba ſalutis audiens, vt bona terra retinebat, & centuplicatum fructum ex ſe Domino reddebat. Erat enim repleta ſpiritu ſancto permanens die ac nocte in orationibus in vigiliis, in ieiuniis, & in omnibus bonis ſe probabilem Deo exhibebat, vt corde & corpore virgo permaneret, &c.*

Puræ Virginis officium.

Iuſtinus Martyr.

Porrò IVSTINVS MARTYR Apologia 2. pro Chriſtianis ad Antoninum Pium. *Multi* (ait) *in vtroque ſexu reperiuntur egreſſi annum ſexageſimum ac ſeptuageſimum, qui à teneris diſciplina Chriſtiana imbuti perpetuam caſtitatem conſeruauerunt.* Et infrà quia Chriſtiani promiſcui concubitus accuſantur. *Nuptiis* (ait) *propter educandos liberos tantum vtimur, aut omninò abſtinentes à complexibus in perpetua continentia degimus.*

Tertullianus Carthaginenſ.

Et TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS ad calcem libri de reſurrectione carnis, & libro de velandis virginibus, antiquiſſimum oſtendit fuiſſe morem conſecrandi Deo virgines, nam & in Eccleſias velum capiti ſuperpoſitum habentes adire permittit. Et poſt hæc ſubdit. *Nupſiſti* (inquit) *Chriſto illi tradidiſti carnem tuam, illi ſponſaſti maturitatem tuam. Incede ſecundum ſponſi tui voluntatem. Chriſtus eſt qui & alienas ſponſas & maritas velari iubet, vtique multo magis ſuas.* Idem lib. 1. ad vxorem. *Quot ſunt* (ait) *qui ſtatim à lauacro carnem ſuam obſignant? Quot item qui conſenſu pari inter ſe matrimonij debitum tollunt?* Iterum libro de exortatione ad caſtitatem, & libro de pudicitia, ſæpius virginitatis conſecrandæ meminit.

Clemens alexandrinus.

Sed & CLEMENS ALEXANDRINVS lib. 3. Stromatum contra Baſilidianos de conſecranda virginitate & ſeruanda continentia per totum librum diſputat, & voti meminit quo virginitas conſecratur, vt facilè lector poterit colligere.

Euſebius Cæſarienſis.

& DIONYSIVS Corinthiorum Epiſcopus, referente EVSEBIO CAESARIENSE lib. 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap 22. libros edidit clariſſimos de virginitate & caſtitate conſecranda. Qui etiam Euſebius ſub eodem tempore narrat lib. 6. cap. 4. eiuſdem hiſtoriæ Potamianam virginem Origenis diſcipulam virginitatem Deo conſecraſſe. *In noſtram* (inquit) *memoriam ab incolis loci perenni virtutum fama nouimus celebratam, quod immenſos & innumeros agones pro virginitate & pudicitia deſudauerit.* Idem lib. 8. cap. 12. Virgines quaſdam memorat mortem elegiſſe, potius quàm ſe impudicis amplexibus ab impijs attrectari. & cap. 17. eiuſdem libri de beata Dorothæa & Sophronia & alijs loquẽs ait. *Illa* (inquit) *Dorothæa, quæ religione animi & honeſtate vita pulchrior, quam vultu corporis eſſe ſtuderet, æquiſſimo mentis iudicio, quod pulchrum & decorum inter homines videbatur, id potius Deo conſecrare, quam vſui humano ſtatuit indulgere, vt virgo Deo ſacrata perſiſteret, & cum ad idolorum cultum vrgeretur, nefas ſibi eſſe reſpondit, templum corporis ſui, quod ſemel Deo conſecrauerat, idolorum cultu ac libidinis contagione polluere.*

Clemens 1.

1. Corinth. 7.

Hinc CLEMENS I. quem penè prætereieram, qui Apoſtolorum conſtitutiones conſcripſit, vt refert etiam Epiphanius lib. 1. contra hæreſes hæreſi 45. contrà Seuerianos. Ille inquam Clemens lib 4. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 14 ſic Apoſtolos docuiſſe memorat. *De virginitate præceptum non accepimus volentium autem poteſtati id remittimus, tanquam votum: Illud autem admonemus, ne facile aliquid promittant, quoniam Salomon ait: Melius eſt non vouere, quam vouere & nõ reddere.* Et iterũ eodem c. 14. *Virgo igitur ipſa ſit ſancta corpore & anima, vt tẽplum Dei & domus Chriſti, vt habitaculum Spiritus ſancti, &c.* Paulo poſt. *Ne ſit vaga, ne intempeſtiuè ambulet, careat duplici mente, ſit veneranda, continens, temperata, caſta, fugiat multorum commercia præſertim prophanorum.* Idem lib. 8. cap. 30. *Ego diſpono de virginibus. Virgo non ordinatur, mandatum enim domini non habemus. Propoſiti enim eſt hoc certamen, non ad vituperationem nuptiarum, ſed ad exercitium pietatis.*

Eccleſiaſt. 4.

Non attendis quod etiam tẽporibus apoſtolorum emiſſio voti celebris erat?

Virginis inſtitutio.

Cyprianus Carthaginenſ.

Porrò de conſecrandis virginibus CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro 1. epiſtolarum epiſt. 11. ad Cæcilium, vbi de non permittenda cohabitatione virginum & virorum

diſſeruit,

diſſerunt, ait. *Graues multorum ruinas hinc fieri videmus, & per huiuſmodi illicitas & periculoſas coniunctiones Virgines cum ſummo animi noſtri dolore conſpicimus. Quod ſi ſe ex fide Chriſto dicauerant pudicè & caſtè ſine vlla fabula perſeuerent, ita fortes & ſtabiles præmium virginitatis expectent. Quia* (infert) *Chriſtus Dominus & iudex noſter cum virginem ſuam ſibi dicatam & ſanctitati ſuæ deſtinatam iacere cum altero cernat, quàm indignatur & iraſcitur. &c.* Idem libro de habitu virginum, quem allegat Auguſtinus lib. 4. de doctrina Chriſtiana cap. 21. *Neque inanis cautio eſt* (ait) *& formido vana, quæ ad ſalutis viam conſulit, quæ Dominica & vitalia præcepta cuſtodit, vt quæ ſe Chriſto dicauerint, & à carnali concupiſcentia recedentes, tam carne quàm mente ſe Deo deuouerint, opus ſuum conſument magno præmio deſtinatum, nec ornari iam aut placere cuiquam, niſi domino ſuo ſtudeant, à quo & mercedem virginitatis expectant, &c.* Similiter & ad calcem libri de ſingularitate clericorum virginitatem miris effert præconijs. Denique quòd ipſe multas Deo virgines conſecrauerit, PONTIVS DIACONVS eius in eius paſſionis hiſtoria refert. *Quis* (inquit) *virgines ad congruentem pudicitiæ diſciplinam, & habitum ſanctimonia dignum, velut frenis quibuſdam lectionis dominicæ coerceret, &c.* Denique ATHANASIVS ALEXANDRINVS excellentiſſimum opus de virginitate ſcripſit quo virgines Deo ſacras in officio contineret, & perſeuerantiam ſuaderet. Et ſub eodem tempore IACOBVS NISIBENVS Epiſcopus de virginitate librum compoſuit, vt refert Theodoretus Cyrenſis in Philotheo eius vitam deſcribens & alij authores. Et OSIVS CORDVBENSIS ad Sororem ſuam Deo dicatam virginem librum de Virginitate compoſuit. Hic interfuit Concilio GANGRENSI, vbi canone 9 ſtatutum eſt, & allegat Gratianus diſtinct. 30. cap. Si quis. *Si quis* (ait) *vel virginitatem, vel continentiam profeſſus tanquam abhominabiles nuptias iudicat, & non propter hoc ſolum quod continentia & virginitatis bonum ſit ſanctumque propoſitum, anathema ſit.* Et canone 10. *Si quis propter Deum virginitatem profeſſus, in coniugio poſitos per arrogantiam vituperauerit, anathema ſit.* Hic autem canon allegatur etiam in Concilio Aquiſgranenſi 1 cap 67. Sub eodem tempore floruit HILARIVS PICTAVIENSIS, qui filiam vnicam Aphram Deo deuouit. & epiſtola ad eandem è Phrygia miſſa, in voto virginitatis confirmauit. Et eadem ætate EVTROPIVS MONACHVS & hiſtoriographus ſcripſit ad duas virgines ſorores, quæ votum caſtitatis emiſerant, duos libros de laude virginitatis, quibus eas in propoſito & aſſumpto religionis ordine confirmauit. Similiter & EVAGRIVS MONACHVS & poſtea Antiochenus Epiſcopus librum exhortatorij ad virginem Deo dicatam ſcripſit, & inter multorum patrum vitas, quas excellenter compoſuit, etiam mentionem ſæpius facit Deo conſecratarum virginum. Similiter BASILIVS MAGNVS librum de virginitatis laude compoſuit & alium ad virginem lapſam, vbi etiam ſic inquitur. *Multæ virgines virginitatem profeſſæ per dilectionis nomen paulatim ad affectus carnis præ conſuetudine delatæ, meretrices & adulteræ atque alienæ non ſolum à domini deſponſatione, ſed etiam à legitimis ſecundum carnem nuptijs penitus deprehenſæ ſunt. Virginitatem enim domino profeſſæ, deinde à carnis voluptatibus concitatæ ſcortationis peccatum, nuptiarum nomine velare volunt, non ignorantes opinor,*

Vide quam ſæpe meminit Deo dicatas & conſecratas & deuotas Virgines.

Pontius Diaconus.

Athanaſius Alexandrinus.

Iacobus Niſibenus dictus ſapiens.

Oſius Cordubenſis.

Concilium Gangrenſe.

Hilarius Pictauienſis.

Eutropius Monachus.

Baſilius Magnus.

Obſerua hoc Hæreticæ impure & impudice, qui Monachos olim iam factos apoſtatas etiam moniales, tua ſeruire cogis impro litteæ laſciuiæ.

A etiamſi ignorantiam ſimulent, quòd quæ ſponſi ſui dexteram præterit, neque huius eſt ſponſa quem illegitimè reliquit, neque illius cui ſeipſam per affectum vitioſum adiunxit, &c. Et infrà. *Chriſtus voluit non eſſe præceptum ipſum virginitatis rectè factum, ſed inſigne animæ virtutis ſtudioſæ ex propria & libera poteſtate, id quod ſuprà mandatum & ſuprà naturam eſt à ſeipſa perpetrantis.* Hinc AMPHILOCHIVS ICONII oratione Encomiaſtica in occurſu Domini noſtri Ieſu Chriſti, & de Deipara, & Symeone, ſic exorditur. *Multi ex magnis viris admirantur virginitatem. Eſt enim admirabilis, vt quæ ſit congenita cum Angelis, vt quæ cum ſupernis verſetur poteſtatibus, vt quæ concurrat cum naturis incorporeis, vt quæ ſanctâ præluceat Eccleſia, vt quæ mundum vin-*

B *cat, & quæ calcet affectiones, vt quæ Euæ non communicet, vt quæ ſit libera à moleſtia, vt quæ redempta à ſuſpirijs & gemitibus, vt quæ latam non accipiat condemnata ſententiam: multiplicabo ærumnas tuas, in dolore paries filios, &c. Admirabilis ergo eſt virginitas, vt poſſeſſio quæ non redigi poteſt in ſeruitutem, vt liberum habitaculum, vt ornamentum comparatum ad exercitationem, vt quæ humano ſit ſuperior, vt à neceſſarijs liberata affectionibus, vt congreſſa cum ſponſo Chriſto in thalamo regni cælorum, &c.* Porrò Virginum olim Deo conſecratarum fuiſſe congregationes, liquet ex EVSEBIO CAESARIENSI lib. 9. cap. 9 & in hiſtoriæ Eccleſiaſt. & ex NICEPHORO CALLISTO lib. 8. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap 26. Qui referunt Conſtantinum

C magnum patres Concilij Nicæni ad dedicandam vrbem Conſtantinopolitanam deduxiſſe, & illis epulo exceptis alia dona obtuliſſe & litteras ad prouinciarum præfectos dediſſe, vt in vrbe quaque diuino cultui addictis atque ſacratis viduis virginibúſque, ad ſanctiora diuinorum templorum ſacraria excubantibus, annonæ annuæ tribuerentur. Simile narrant, RVFFINVS AQVILEIENSIS lib. 10. ad hiſtoriam Eccleſiaſticam Euſebij cap. 8 & memoratus Nicephorus lib 8. cap. 29. & 30. & 31. AMBROSIVS MEDIOLANENSIS oratione in obitu Theodoſij Imperatoris, de Helena. quòd Hieroſolymis an-

D cillarum Chriſti monaſteria extruxit, quibus & deuotè ſeruiebat. Sic verò loquitur Ruffinus loco allegato. *Reliquit hoc indicium religioſi animi Regina venerabilis. Virgines quas ibi reperit Deo ſacratas, inuitaſſe ad prandium, & tanta eas deuotione curaſſe dicitur, vt indignum crederet, ſi famulorum vteretur officijs, ſed ipſa manibus ſuis, famula habitu ſuccincta, cibum apponeret, poculum porrigeret à quam manibus infunderet, & regina orbis ac mater imperij famularum Chriſti ſe famulam deputaret, &c.* Addit autem Nicephorus loco memorato, quòd ea mortua illæ omnes virgines ſacræ ad exequias eius plenæ mœroribus conuenerunt. Quid memorem quod

E SEVERVS SVLPITIVS toties virginum ſacrarum mentionem facit & earumdem ſacra loca deſcribit. Scribit quippe libro 3 vitæ Martini, Beatum pontificem Martinum adijſſe earumdem virginum ſacra aſſiſteria, & lib. 1. narrat Arborium præfectorium virum, cùm vnica ſibi filia per Martini virtutem fuiſſet à quartana febre liberata eandem puellam Deo vouiſſe & perpetuę virginitati dicaſſe. *Profectúſque* (ait) *ad Martinum puellam ei præſens ob virtutum eius teſtimonium, quo abſente licet curata eſſet, obtulit, neque ab alio eam, quàm à Martino habitu virginitatis impoſito paſſus eſt conſecrari.* Hęc ille. Qui etiam ad Sororem Deo conſecratam virginem epiſtolas dedit GREGO-

Amphilochius Iconij.

Virginitatis Encomium.

Euſebius Caſarienſis.

Niceph. Calliſtus.

Virginibus ſacris.

Conſtantinus annonam prouidit.

Ruffinus Aquileienſis.

Ambroſius Mediolanenſis.

O homines mente ſi[illegible] ſtinu'

Seuerus Sulpitius.

RIVS

Gregorius Nazianzenus.

A

rivs Nazianzenvs ſororem Gorgoniam Deo dicatam commendat oratione 9. in eandem, ſic loquens. *Gorgonia igitur tantum caſtitate præſtabat, tantúmque ſui temporis fœminas exuperabat omnes, ne dicam antiquas illas de quibus plurimus eſt ſermo, vt cum in hac duo vniuerſa diuiſa ſit vita, in nuptias dico & virginitatem: ſitque hæc ſublimior ac diuinior, laborioſior, autem & lubricior, illa verò humiliores & ſecuriores: vtriuſque tamen declinaret abſurditatem, ac ex ambabus vnum, quod pulcherrimum eſſet, eligeret, & in vnum copularet, huius quidem ſublimitatem, illarum autem ſecuritatem: fierétque caſta citra oſtentationem, cùm nuptiis virginitatis bonum admiſceret, & oſtenderet, quod neutrum horum vel Deo penitus vel mundo coniungit, rurſuſq; diſſoluit, ita vt hoc propter naturam propriam penitus ſint fugienda, illa autem nimium laudanda, &c.* Idem oratione 9. in Baſilium. *Sanè (inquit) res magna eſt virginitas, & Angelis aggregari, & abſque iugo eſſe naturaque ſolitaria. Nam Chriſti illam vocare cunctor, qui cum naſci deberet ob nos natos, ex virgine naſcitur, vt virginitatem lege ſanciret, &c.* Idem oratione 30 in dictum Euangelij de Eunuchis.

B

Vide quia præſtat virginitas nuptijs.

Bona (inquit) *ſunt nuptiæ, quoniam multos Deo offerunt acceptos. Cum autem materiam inflammant, & ſpinas ſubiiciunt, & tanquam malitia via eſſe inueniuntur, tunc & ego dicam, nequaquam expedit vxorem ducere. Bona ſunt nuptiæ, ſed nequaquam dicere habeo, quod virginitate ſint ſublimiores. Nihil enim magnum quid eſſet virginitas, ſi non pulchro pulchrius foret. Nolite ægre ferre quæ iugo ſubditæ eſtis, oportet Deo magis obedire quàm hominibus. Attamen virgines & nuptæ, inter vos colligemini, vnumq; ſitis in domino, ac mutuo vobis ornamento. Non eſſet cœlebs, niſi & nuptia. Vnde enim in vitam hanc ingreſſa eſt virgo? Et nequaquam coniugium pudicum, niſi virginem fructificaret Deo & vitæ. Honora & tu matrem tuam ex qua genitus es, honora & tu eam quæ ex matre eſt. Nam licet mater non ſit, Chriſti tamen ſponſa exiſtit, &c.* Iterum molta de virgioibus oratione in ſanctum lauacrum.

C

Ambroſius Mediolanenſis

Et Ambrosivs Mediolanensis libro 3. de virginibus, quibuſdam calumniantibus quod nuptias damnaret quæ virginitati præſtarent, ſic reſpondet.

Vide quàm aptè & ſcitè temporis Hæreticis reſpondeat.

D

Criminis inuidia hæc eſt (ait) quia ſuadeo caſtitatem. Qui hoc non libenter accepit, ipſe ſe prodit. Virginitatem, inquit, doces & perſuades plurimis, vtinam conuincerer, vtinam tanti criminis probaretur effectus. Non vererer inuidiam, ſi efficaciam recognoſcerem. Atque vtinam me exemplis potius argueretis, quam ſermonibus cæderetis. Sed vereor ne præuaricatores mihi appoſuiſſe videar, qui me alienis commendent laudibus. Initiatas, inquit, ſacris myſteriis & conſecratas integritati puellas nubere prohibes. Vtinam potuiſſem reuocare nupturas, vtinam poſſem flammeum nuptiale pio integritatis velamine mutare. An indignum videtur, vt ſacratæ virgines a ſacroſanctis altaribus non abducantur ad nuptias? Et quibus licet ſponſum eligere, non licet Deum præferre?

E

In me ergo ſæcli conditio mutatur, vt pro opprobrio mihi cedat, quod ſemper ſpectauit ad gratiam ſacerdotum iacere ſemina integritatis, & virginitatis ſtudia prouocare, &c. Multa, quæ in his tribus libris de velatione ſacrarum virgioum tractat ad Marcellinam ſororem ſuam, quæ Deo ſacrata erat virgo. Conſequeoter autem obiectionibus reſpondet dicentium, quia deficeret geous humanum ſi vellent homines ſtudere continentiæ.

Vide quia obiectionib. Coluinistarum opportunè ſatisfacit.

Nec improbum (inquit) *igitur, nec nonum integritatis eſt ſtudium Videamus ne fortè inutile iudicetur. Nonnullos enim dixiſſe audiui, quod periit mundus, deficit genus humanum, coniugia labefactata ſunt. Quæro quis tandem quæſiuit vxorem qui non inuenerit? Quando fuerunt bella pro virgine? Quis vnquam pro virgine ſit peremptus? De coniugiis autem iſta naſcuntur, vt perimatur adulter vxoris, raptor prælüs appetatur, &c.* Porrò hinc obiectioni Hieronymos clarius ſatisfacit, vt infra videbimus.

A

Obſeruatu attende antiquum vſum ſacrandi & velandi virgines, quem deridens Hæretici vt nuper inuentum quam autem ſit vetuſtus etiam clarum infra poſitis diſtinctionibus oſtendetur.

Verùm idem conſequenter libro illo 3. de virginibus ſic proſequitur. *Pro virgine ſacra nemo damnatus eſt, quia caſtitatem non pœna cohibet, ſed religio auget fideſque conſeruat. Si quis igitur putat conſecratione virginum minui genus humanum, conſideret quia vbi paucæ virgines, ibi etiam pauciores homines, vbi virginitatis ſtudia crebriora, ibi numerum quoque hominum eſſe maiorem. Diſcite quãtas Alexandrina, totiuſque Orientis & Affricana Eccleſia quotannis ſacrare conſueuerint. Pauciores homines prodeunt, quam illic virgines conſecrantur. Ex ipſius igitur orbis terrarum vſu non inutilis virginitas exiſtimatur, præſertim cum per virginem ſalus venerit orbem fœcundatura Romanum.*

B

Lege reliquum. Sed & idem libro ad Euſebium de inſtitutione virginis, multo plura dicit, & altero adhoc libro ad virginem deuotam, & alio ad virginem lapſam, vbi ſic cap. 5. loquitur.

Hæc iterũ obſerua.

Non es memorata diei ſancta dominicæ reſurrectionis, in quo diuino altari te obtuliſti velandam? In tanto itaque ſolenni conuentu Eccleſiæ Dei inter lumina illa ſplendida, inter candidatos regni cœleſtis quaſi regina regi nuptura proceſſeras, &c.

C

Verùm tempus deficeret ſi cuncta huios doctoris proferre vellem teſtimonia. hæc pauca ſufficiant.

Aurelius Prudentius.

Contemporaneus autem & coæuus eius Avrelivs Prvdentivs virginitatem extollit in Pſycomachia ſua, id eſt. de pugoa animi, vbi pudicitiæ & libidinis pugoam deſcribit. Iterum etiam in hymno in laudem S. Eulaliæ martyris, & in paſſione S. Agnetis martyris, & in paſſione S. Laurentij Martyris, vbi ſacrarum virginum ſic meminit.

Cernis ſacratas virgines?
Miraris intactus animi?
Primique poſt damnum thori,
Ignis ſecundi neſcias?

D

Hoc eſt monile Eccleſiæ,
His illa gemmis comitur,
Dotata ſic Chriſto placet,
Sic ornat altum verticem, &c.

Alcimus Auitus Viennenſis in Gallia Epiſcopus, cuius meminit Iſydorus Hiſpalenſis libro de Viris Illuſtribus.

Et Alcimvs Avitvs Viennenſis Epiſcopus in vita S. Fuſcioæ ſanctimonialis ſororis ſuæ cap. 2 libri 1. ſic loquitur.

Edidit vt quartum genitrix audentia prolem,
Téque dedit lucis partu fœcunda ſupremo.
Confeſtim Chriſto victuram dedicat vni,
Ac deinceps paribus caſtum ſeruare cubile.
Conſtituit votis charo cum pignore mater.
Et quia principium tam ſancti fœderis eſſes,
Te mox conſecrat Chriſto, qui proximus ipſis,

E

Accipit in cuius lactentia membra dicatis.
Nulla Deo ſiquidem eſt acceptior hoſtia,
Quàm quæ, immaculata ſibi primis offertur in annis.

(Tum cap. 3. ſubdit.)

Sed tibi cum geminum tetigerunt tempora luſtrum,
Mox ſtola ſyncero velat te candida cultu,
Virginis os habitúmque decens, quem mater amictũ
Religioſa ſuis manibus confecerat, olim.
Non ſecus exultans ſterilis poſt damna iuuenta,
Iam fœcunda nouum cum ferret fœmina fœtum,
Veſtem læta ſuo paruam texebat alumno,
Diſceret vt Samuel iam tum puer eſſe ſacerdos, &c. 1. Regum 1.

Porrò ſacrarum Virginum meminit Cyrill.

Cyrillus Hieroſolymitanus.

HIEROSOLYMITANVS in præfatione Catecheſeon. *Conuentus porro ſic ſingulatim (ait) ſic ſegregetur, vt vel pſallat, vel oret, vel legat, ita vt labia quidem loquantur, vox autem ad alienas aures non perueniat.* Idem Catecheſi 4 illuminatorum Hieroſolymis, ſacrarum virginum meminit, nam & illas Angelis comparat, ſicut & Heremitas. Et ad calcem Catecheſis 4 6. contra Manichæos virginitatem tuetur. Idem facit PHILASTER

Philaſter Brixienſis.

BRIXIENSIS libro de 156 hæreſibus, vbi contrà Ebionitarum hęreſim & Gnoſticorũ ſeu Valentinianorum errores diſputat, qui virginitatem improbabát, vt ſuis delitijs frena laxarẽ. Contra eoſdem egit EPIPHANIVS CYPRI libro 1.

Epiphanius Cypri.

contra hæreſes hæreſi 26. contra Gnoſticos, &

Virginitas decẽnalis apud Phariſæos.

B hæreſi 30. contra Ebionæos. Eodem verò libro hæreſi 16. contra Phariſæos, dicit illos virginitatem decennalem obſeruaſſe. libro verò 2 contra hæreſes hæreſi 48. contra Phrygaſtas, ſeu Montaniſtas, aut Taſcodrugitas, de virginitate Eccleſiæ more obſeruata ſic loquitur. *At vero (ait) ſancta Eccleſia, & virginitatem glorificat, & ſolitudinem ac caſtitatem, & virginitatem laudat, & nuptias pudicas honorat & ſuſcipit: ſcortationem vero, & adulterium ac petulantiam interdicit.* Lege oro reſiduum. Idem libro eodem 2. contra Origenianos

Virginitas nõ damnat aut improbat nuptias tanquam illicitas.

primos, qui etiam Turpes appellãtur, hæreſi 63. *Tametſi* (inquit) *non ita laudata ſunt nuptia velut virginitas, ſed ſuper ipſas eſt virginitas: Virginitatis* C *tamen vera, glorioſa & virtuoſa appellata eſt, non iniquitatis, qua & nuptias venerandas & liberorum procreationem non interdicit, in ignominiam eorum qua bene ex Deo creata ſunt, &c.* Et iterum ad calcem libri 3. vbi deſcribit certas traditiones Eccleſiæ. *Et primum quidem* (inquit) *velut crepido, & vt ita dicam, fundamentum in ipſa Eccleſia eſt, virginitas, qua exercetur & ſeruatur a multis & glorificatur, &c.*

Ioannes Chryſoſtomus.

Hinc IOANNES CHRYSOSTOMVS hom. 18. in Geneſim exponens illud. *Adam autem cognouit Euam vxorem ſuam, &c. Cogita igitur quanta*

Geneſ. 4.

virginitatis dignitas, quam ſublimis & magna poſſeſſio, & qua ſupra humanam naturam, & quaopus habeat manu ſuprema. Quandoquidem qui virginitatem D *alacriter arripiunt, in corpore ea agunt qua incorporearum ſunt virtutum.* Idem homilia 3. de verbis

Virginitas præſtat coniugio.

Iſayæ, Vidi dominum ſedentem, &c. *Bonum eſt coniugium ſed melior eſt virginitas. Nec quoniam melior eſt virginitas ideo malum eſt coniugium. ſed illud quidem inferius, alioqui bonum & iuſtum.* Idem tomo 5. in tractatu, quod Regulares fœminæ viris cohabitent, &c ad calcem, multa de ſacrarum virginum laude & diligenti ſolicitudine caſtitatis diſſeruit, & alijs locis innumeris. Vnde & narrat NICEPHORVS CALLISTVS lib. 13. cap. 20.

Nicephorus Calliſtus.

quòd idem Chryſoſtomus, antequam iret in exilium, monaſterium puellarum adijt cui præerat E ſacra Virgo Olympias. *Atque vbi ad beatam Olympiadem (ait) eiuſque ſectatrices peruenit, vehementer propter orbitatem & ambitionem eius plangentes conſolatus illas eſt, eaſque ſe amplius non viſuras eas prædixit. Aliiſque plurimis verbis inter feſtinandum congeſtis. Poſtremo & illa addidit. Hæc à vobis inquiens, poſtremo loco peto, ne quid de ſolita veſtra circa Dei templum cui aſſidetis, aſſiduitate & fide remittatis, &c.* Porrò quot monaſteria virginum iam erecta fuerint ſub illo tempore HIERONYMVS STRIDONENSIS locis quàm pluribus aper-

Hieronymus Stridonenſis.

tè demonſtrat, quia ipſe ſacris virginibus varia inſtruendæ vitæ documenta tranſmiſit. Teſtantur eius epiſtola ad Demetriadem de virginitate ſer-

A uanda quæ incipit. Inter omnes materias, &c. ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis, quæ incipit audi filia & vide, & ad eandem Epitaphium Paulæ matris. Idem lib. 1 contra Iouinianum ex Gentilium authoribus virginitatem commendat, & illam ſolam Dei ſciſſe conſilium confirmat. & contrà hæreticos omnes diſſerit qui virginitatem improbarunt in Apologia pro libris aduerſus Iouinianum. Hoc & ab Apoſtolorum temporibus continuè in Eccleſia obſeruatam libro 1 contra præfatum Iouinianum teſtatur & hæreticis reſpondet, qui ſolent obiectare, quòd Virginitas generi humano præiudicium & nuptias tollat, atque perinde totius orbis procuret deſolationem.

Contra Nouatianos nuptias præferentes Virginitati, & Virginitatem inutilem & otioſam concedant.

B Verùm hæc prolixioribus verbis proſequitur, quæ oneroſum eſſet hic referre. Sic autem breuiter hæc obijcienti Vigilantio hæretico, libro contra eundem, ſub finem reſpondet. *Si omnes ſe clauſerint, dicis, & fuerint in ſolitudine, quis celebrabit Eccleſias? quis ſeculares homines lucrifaciet? quis peccantes ad virtutes poterit cohortari? Hoc enim modo ſi omnes tecum fatui ſint, ſapiens quis eſſe poterit? Et virginitas non erit approbanda. Si enim omnes virgines fuerint, nuptiæ non erunt, interibit humanum genus, infantes in cunis non vagient, obſtetrices abſque mercedibus mendicabunt, & grauiſſimo frigore ſolus atque contractus Dormitantius vigilabit in lectulo. Rara eſt virtus, nec a pluribus appetitur: atque vtinam* C *hoc omnes eſſent, quod pauci ſunt, de quibus dicitur: multi vocati, pauci vero electi, vacui eſſent carceres, &c.* Idem quoque prorſus clariſſimi viri & antiquiſſimi ſcriptores contrà hęreticos defenderunt. Scripſit quippe ATTICVS CONSTANTINOPOLITANVS libros duos de fide & virginitate ad Reginas filias Imperatoris Conſtantinopolitani, quibus eos ad virginitatis cuſtodiã prouocat. Sub eodem tempore floruit PVLCHERIA Auguſta filia Archadij Imperatoris & ſoror Theodoſij Iunioris quæ ſe perpetuo caſtitatis voto aſtrinxit vt ſæpiùs meminimus. de qua mira Nicephorus ſcribit libro 14 cap. 2. Eadem narrat

Atticus Conſtantinopolitanus Epiſcopus.

Pulcheria Deo dicata virgo.

D Suidas in Pulcheria, eamque dicit varia monaſteria ædificaſſe eiſdem virginibus. *Etenim* (Nicephorus ait) *ipſa Pulcheria nondum quindecim nata annos, ſapientiorem diuiniorémque quàm ætas ferret obtinuit mentem. Et primum quidem virginitatem ſe per vitam omnem conſeruaturam eſſe Deo vouit deinde vt idem facerent ſorores eis quoque perſuaſit, &c.* Lege adhuc plura eodem libro 14 cap. 47. Porrò ſub ea ętate PAVLVS PANNONIVS presbyter, libros duos excellenti ſtylo compoſuit de vir-

Paulus Pannonius Presbyter.

ginitate & contemptu mundi ad Conſtantiam Chriſto dicatam Virginem, in quibus vltrà approbatum morem conſecrandi virgines, etiam hæreticos omnes validiſſimè confutat, qui in virginitatis votum debacchati ſunt. Lege ſi cordi eſt.

E Scripſit & SEVERVS MALACITANVS Epiſcopus ad ſororem ſuam Deo dicatam virginem eruditum opus de virginitate, quo mirè catholicam traditionem comprobat, quæ de velandis virginibus ab initio inualuit, ita vt mirer quomodo tot ſanctis patribus pro fide & antiqua traditione innumeris teſtimonijs certantibus non credant hæretici. ſed pertinaci animo impugnant quod certo norunt eſſe vt antiquiſſimum, ita religione pleniſſimum. Iam huc vſque proceſſimus.

Seuerus Malacitanus Epiſc.

Si autem adhuc plura quæruntur teſtimonia prodeat AVGVSTINVS HIPPONENSIS epiſtola 179 ad Probam & Iulianum de conuerſione neptis Demetriadis. *Quis verbis* (inquit) *explicet,*

Auguſtinus Hippon.

Hanc Demetriadem Chriſto dicatam virginem & conſecratam conſtat, credo autem quod illa forſan ſit cui & Ambroſius epiſtolam direxit.

A *quis digno præconio proſequatur, quàm incomparabiliter glorioſius, atque fructuoſius habeat ex veſtro ſanguine fœminas virgines Chriſtus, quam viros conſules mundus? Nam volumina temporum ſi magnum atque præclarum eſt nominis dignitate ſignare, quanto eſt maius atque præclarius cordis & corporis integritate tranſcendere? Magis itaque gaudeat puella nobilis genere, nobilior ſanctitate, quod ſit per diuinum conſortium præcipuam in cœlis conſecutura ſublimitatem, quã ſi eſſet per humanũ connubium prolem propagatura ſublimẽ. Generoſius quippè elegit Aniciana poſteritas, tam illuſtrem familiam beare nuptias neſciendo, quàm multiplicare pariendo, & in carne iam imitari vitam Angelorum, quam ex carne numerum* B *adhuc augere mortalium. Hæc eſt vberior fœcundiorq́; fœlicitas, non ventre graueſcere, ſed mente grandeſcere; non lacteſcere pectore, ſed corde candeſcere, non viſceribus terram, ſed cœlum orationibus parturire, &c.* Sed enim idem lib. 1. De ciuitate Dei, cap. 28. lib. De bono coniugali, cap. 25 lib. De ſancta Virginitate, cap. 1 & 2. &c. lib. 4. De doctrina Chriſtiana, cap. 21. vbi allegat Cyprianum in libro De habitu Virginum, & Ambroſium, lib. 1. De Virginibus, virginitatem ſatis commendat, & virginum ſacratum propoſitum confirmat. Quod & THEODORETVS CYRENSIS grauiter defendit lib. 5 Epitom. diuinorum decretorum, cap. De Virginitate, vbi contra Cerdonem & Marcionem diſputat, exponens illud Apoſtoli: *Virgo ſi nupſerit* C *non peccauit. Hoc autem dictū (ait) de his quæ virginitatis pacta conuenta ſeu vota nondum fecerant.* Lege totum caput. Latius de virginitatis voto FVLGENSIVS RVSPENSIS lib. 1. ad Monimum, & epiſt. 3. ad Probam De virginitate atque humilitate ait: *Virginem ſacrante ſibi munere gratuito fecit, qui omnia quæcunque voluit fecit, à quo ideò gratis nullis præcedentibus meritis datur, vt illi ſemper gratiarum actio pura cordis humilitate reddatur. Quia propter bonum depoſitum cuſtodi, & meritum tanti boni, quod vt haberes Deus dedit, & vt Deo voueres ipſe fecit, &c.* Tunc longè ſuperiorem coniugio virginitatem multis verbis & rationibus oſtendit. Vide plura in vocabulo, Cœlibatus, &c. Vnde & D SYRICIVS I. epiſt. cõtra Iouinianum. *Nos ſane nuptias non aſpernanter accipimus, quibus velamine interſumus, ſed virgines quas nuptiæ creant Deo deuotas maiore honorificentia veneramur.* Extat & AMBROSII SABINI, & BASIANI aliorumque Epiſcoporum epiſt. ad eundem Syricium ſcripta contrà eundem Iouinianum, vbi ſic loquuntur: *Agreſtis vlulatus eſt nullam virginitatis gratiam, nullum caſtitatis ordinem ſeruare, promiſcuè omnia velle confundere.* Et infrà: *Quæ poteſt laus eſſe coniugij, ſi nulla virginitatis eſt gloria? Neque verò nos negamus ſanctificatum a Chriſto eſſe coniugium, diuina voce dicente: Erunt ambo in carne vna, & in vno ſpiritu, ſed prius eſt quod nati ſumus, quam quod effecti, multoque præſtantius diuini operis myſterium, quàm humanæ fragilitatis remedium.* E *Iure laudatur bona vxor ſed melius pia virgo præfertur dicẽte Apoſtolo: Qui iũgit virginem ſuam, bene facit, & qui non iungit melius facit. Hæc enim cogitat quæ Dei ſunt, hæc quæ mundi. Illa coniugalibus vinculis colligata eſt, hæc libera vinculorum: illa ſub lege, iſta ſub gratia. Bonum cõiugium per quod eſt inuenta poſteritas ſucceſſionis humanæ, ſed melior virginitas per quam regni cœleſtis hæreditas acquiſita, & cœleſtium meritorum reperta ſucceſſio. Per mulierem cura ſucceſſit, per virginem ſalus euenit. Denique ſpeciale ſibi donũ virginitatis Chriſtus elegit, & integritatis munus exhibuit, atque in ſe repræſentauit quod elegit in matre.* Multo plura autem & antiquiora ex ſequentibus percipies.

Theodoretus Cyrenſis.

1. Corinth. 7.

Fulgentius Ruſpenſis Epiſc.

Syricius I. Romæ tempore Ambroſij Mediolanenſis.

Ambroſius Sabinus & Baſſianus.

Geneſ. 2.

1. Corinth. 7.

Monialium virginum velandarum ætas.] PIVS I. in decreto à Gratiano citato, cauſa 21. quæſt 1. cap. Virgines. & ab Iuone libro 3. decret. *Virgines non velentur ante viginti quinque annos, niſi forte neceſſitatis periclitantis pudicitia virginalis. Et non ſunt conſecrandæ, niſi in Epiphania, vel in albis Paſcha, & in Apoſtolorum natalitijs, niſi cauſa mortis vrgente.* Et Concilium CARTAGINENSE III. can. 4. allegatur à Gratiano diſt. 7. cap. Placuit. & cauſa 21 quæſtio 1. *Placuit vt ante viginti quinque annos, nec Diaconi ordinentur, nec virgines conſecrentur.* Iterum Concilium MILEVITANVM can. B 26. *Placuit, vt quicunque Epiſcoporum, neceſſitatis periclitantis pudicitiæ virginalis cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel ſi aliquo etiam mortis ſcrupulo perículoſo compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorũ curam pertinet velauerit virginem, ſeu velauit intra viginti quinque annos ætatis, nõ ei obſit Conciliũ, quod de iſto annorum numero conſtitutum eſt.* Idem omninò ſub ſimili decreto ſtatuit Cõcilium AFRICANVM ſub Bonifacio I. can. 93. & Concilium AGATHENSE ſub Cœleſtino I. can. 19. & allegat Gratianus cauſa 20. quæſt. 1. cap. Sanctimoniales, &c. *Sanctimoniales quantumlibet vita earum & mores probati ſint, ante annum ætatis ſuæ quadrage-* C *ſimum non velentur.* Et Concilium CÆSARAVGVSTANVM can. 8. *Non velandæ ſunt virgines quæ ſe Deo vouerunt, niſi quadraginta annorum probata ætate, quàm ſacerdos comprobauerit.* Hæc decreta vide ſuperius recenſita. Ex CONCILIO GENERALI VI. cano 40. Hinc & Concilium TVRONENSE III. cano. 27. ſuperiora decreta confirmat & renouat, & interdicit ne ante 25. annos virgines velentur. *Niſi fortè (ait) aliqua neceſſitate cogente, pro qua licitum ſit hæc ſtatuta mutare.* Eadem decreta confirmat & allegat Concilium MOGVNTINVM III. c. 26. Et Cõcilium TRIBVRIENSE c. 24 vbi & addit: *Quæcunq; virgo ſub patrocinio ante annos 12 non coacta, ſed propria voluntate ſacrum velamen ſibi impoſuerit, annumq́; & diem nul-* D *lo repetente velata permãſerit, ab eodem ſancto habitu vlterius non recedat, ſed ſponſa vera regi Chriſto immaculato Agno liberius interrupta & immaculata deſeruiat, nec eam poſſit patronus repetere aut rapere.* Et nouiſſimè ſtatuit Concilium TRIDENTINVM ſeſs. 25. cap. 17. hoc modo. *Libertati profeſſionis Deo dicandarum virginum proſpiciens ſancta Synodus, ſtatuit atque decernit, vt ſi puella quæ habitum regularem ſuſcipere voluerit maior 12. annis ſit, non ante eum ſuſcipiat, nec poſtea ipſa vel alia profeſſionem emittat, quam explorauerit Epiſcopus vel eo abſente, vel impedito eius Vicarius, aut aliquis eorum ſumptibus ab eis deputatus, virginis voluntatem diligenter an coacta an ſeducta ſit, an ſciat, quid agat.* E *Et ſi voluntas eius pia ac libera cognita fuerit, habueritq́; conditiones requiſitas iuxta Monaſterij illius & ordinis regulam, nec non Monaſterium fuerit idoneum, liberè ei profiteri liceat. Cuius profeſſionis tempus ne Epiſcopus ignoret, teneatur præfecta monaſterio eum ante menſem certiorem facere. Quod ſi præfecta certiorem Epiſcopum non fecerit, quandiu Epiſcopo videbitur ab officio ſuſpenſa ſit.* Lege & iunge quod ſequitur.

Pius I.

Tempus conſecrandi Virgines.

Concilium Carthaginenſe ſub Syricio I.

Concilium Mileuitanum ſub Innocentio I.

Cõcilium Africanum ſub Bonifacio I.

Concilium Agathenſe I.

Concilium Cæſarauguſtanum ſub Hormiſda I.

Concilium generale 6.

Concilium Turonicum 3.

Conciliũ Moguntinum 3. ſub Arnulpho Imperat.

Conciliũ Triburienſe ſub eodem.

Conciliũ Tridentinum generale.

Monialium virginum conſecrandarum probatio, & tempus.] Hæc diſtinctio cohæret ſuperiori, vbi & probatio virginum indicta eſt ex Concilij Tridentini decreto. Et tempus cõſecrandi ex Pij I. decreto, reuolue ſi lubeat, &

Gelaſius 1.

A adde quod ſequitur. GELASIVS I. epiſtola 1. ad Epiſcopos Lucaniæ, Brutiorum, & Siciliæ, &c. capite 14. allegatur à Gratiano, cauſa 20. quæſt. 1. capite Deuotis. *Deuotis Deo Virginibus, niſi aut in Epiphaniorum die, aut in albis Paſchalibus, aut in Apoſtolorum natalitijs ſacrum minimè velamen imponant, niſi forſitan ſicut de baptiſmate dictum eſt, graui languore correptis, ne ſine hoc munere de ſeculo exeant implorantibus non negetur.* Et Concilium AVRELIANENSE V. ſub Pelagio I canone 19.

Cōcilium Aurelianen. 5.

Quæcunque puella ſeu propria voluntate monaſterium expetunt, ſeu à parentibus afferuntur, annum in ipſa qua intrauerint veſte permaneant. In his verò monaſterijs, vbi perpetuò non tenentur incluſæ, triennium in B *ea qua intrauerint veſte permaneant. Et poſtmodum ſecundum ſtatuta monaſterij ipſius in loco, quo elegerint permanere, veſtimenta religionis accipiant. Quæ ſi deinceps ſacra relinquentes loca propoſitum ſanctum ſeculi ambitione tranſcenderit, illa qua in domibus proprijs iam puella, quam viduæ commutatis veſtibus conuerſantur, cum his quibus coniugio copulantur, Eccleſiæ communione priuentur. Sanè ſi culpam ſequeſtratione ſanauerint, ad communionis gratiam reuocentur.* lege ea quæ ſequuntur.

Moniales virgines conſecrandæ quo habitu vtantur.] Ea præcedenti decreto Aurelianenſis Concilij hæc collige, cui etiam hæc addere oportet. Concilium CARTHAGINENSE IV. C cui interfuit Auguſtinus, canone 11. allegatur à Gratiano, diſtinctione 23. capite Sanctimonialis, &c. *Sanctimonialis virgo cum ad conſecrationem ſui Epiſcopo offertur in talibus veſtibus applicetur, qualibus ſemper vſura eſt, profeſſioni & ſanctimoniæ aptis.*

Concilium Carthaginenſ. 4 ſub Anaſtaſio 1.

Hinc etiam reprehendit Concilium generale VI. CONSTANTINOPOLITANVM III. can. 45. eos qui moniales ad velandū deducētes, prius ſericis & omnis generis veſtibus auro & gemmis exornant, & ſic ad altare accedentes exuūtur tanto opum apparatu, & ſtatim in illis fit habitus benedictio, & amictu nigro induuntur. *Statuimus* (aiunt Patres prædicti Concilij) *ne hoc deinceps fiat. Neque enim fas eſt vt quæ iam propria* D *voluntate omnem vitæ iucunditatem depoſuit, & eam quæ eſt ſecundum Deum vitæ agendæ rationem amplexa eſt, firmiſque ac ſtabilibus rationibus eam confirmauit, & ita ad monaſterium acceſſit, per eum qui interit ac fluit mundum, & quorum iam obliti erat memoriam reuocet, & ex eo anceps reddatur, & eius anima perturbetur, inſtar exundantiū fluctuum hucq; & illuc verſantiū, vt nec reliquū nonnunquā lachrymam emittens cordis per corpus compunctionem oſtendat. Sed & ſi exigua aliquam (vt eſt conſentaneum) lachryma exilierit, non magis propter affectionem, quàm habent propter exercitationem certaminis, quàm propterea quod mundum & mundana ſeu ſecularia reliquerit, ea ā videntibus profluxiſſe putetur.*

Concilium Conſtantinopolitanū 3 generale 6.

Hoc adhuc ſeimus ſatis ineptè obſeruari aſ & proprijs oculis conſpeximus.

Monialis virgo à quo debeat velari.] Di- E ximus iam multis in locis quod ad ſolùm Epiſcopum pertinet, velatio virginum, vt videre eſt in vocabulo Abbatiſſa, vbi diximus Abbatiſſam non poſſe Moniales velare, & vocabulo Chorepiſcopus, vbi diximus hoc illis Chorepiſcopis interdictū ne præſumāt velare virgines. Hoc & tibi repetendum eſt ex Cōcilio RHEGIANAE, cap 8. Quibus & concordat ſic Conciliū CARTAGINENSE II. canone 3. vbi ſic præcipit. *Virginum conſecratio à Presbyteris non fiat.* Hoc confirmat CARTHAGINENSE IV. canone 36. & allegat Gratianus cauſa 16. quæſtione 6. capite Presbyter. Denique & canone 11. illud idem innuit vt ea

Concilium Rhegienſe 1. ſub Sixto 3.

Concilium Carthaginenſ. 2 ſub Syricio 1.

Concilium Carthagin 4

A præcedenti pagina colliges, quia allegauimus ibidem. Hoc & Concilium PARISIENSE I. lib. 1. cap. 40. 41. 42. 43. & reliquis aſtruit, vbi prohibet, ne viduæ velentur, aut illud Abbatiſſæ præſumāt, Virgines ſcilicet velare. Verùm allegatum hoc Concilium vide infrà in vocabulo Velare, quia minus opportunum viſum eſt hoc loco citare. Vide & ſequentia.

Concilium Pariſienſe 1. ſub Ludouico & Lothario Auguſtis.

Monialibus virginibus ſacratis interdicuntur nuptiæ.] Concilium ARELATENSE III. ſub Leone I. *Viduæ ſi priuſquam continentiam profiteantur nubere elegerunt, illis nubant quos propria voluntate volunt habere maritos. Similiter & hæc conditio de virginibus habeatur, nec extra voluntatem pa-* B *rentum cogantur accipere maritum.* Hinc & INNOCENTIVS I. epiſtola 2. ad Victricium Rhotomagenſem Epiſcopum, canone 13. & allegat Gratianus cauſa 27. quæſtione 1. capite, Hæ verò *Hæ verò quæ nec dum ſacro velamine tectæ, tamen in propoſito virginali ſemper ſe permanere promiſerunt, licet velatæ non ſint, tamen ſi forte nupſerint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia eſt, quia ſponſio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines ſolet bonæ fidei contractus nulla ratione diſſolui, quanto magis iſta pollicitatio quam cum Deo pepigerunt ſolui ſine vindicta non debetur. Nam ſi Apoſtolus Paulus, quæ à propoſito viduitatis diſceſſerant dixit eas habere con-* C *demnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, quanto magis virgines quæ pactionis ſuæ fidem minimè ſeruauerunt.* Hoc decretum allegat Concilium TVRONENSE II. canone 21. vbi & prohibet, ne quiſquam tales rapere aut in coniugium ſumere præſumat, vt dicemus infrà, Monialium virginum oppreſſores, &c. Vnde etiam prius ſic ſtatuit LEO I. epiſtola 90. quæ eſt ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum, canone decimo quarto & allegat Gratianus cauſa 20. quæſtione 1. capite Puellæ. *Puellæ quæ non coactæ parentum imperio, ſed ſpontaneo iudicio virginitatis propoſitum atque habitum ſuſceperunt, ſi poſtea nuptias eligunt, præuaricantur, etiam ſi conſecratio non acceſſit, cuius vtique non fraudarentur munere, ſi in propoſito permanerent.* Et D ſubdit capite 15. *Ambigi verò non poteſt crimen magnum admitti, vbi & propoſitum deſeritur, & conſecratio violatur. Nam ſi humana pacta non poſſunt impunè calcari, quid eos manebit qui corruperint fœdera diuini ſacramenti?* Idem omninò Concilium CHALCEDONENSE generala IV. canone 16. dicit virginem, quæ ſe Deo Domino conſecrauit, ſimiliter, & monacham non licere nuptialia iura contrahere, & quòd ſi hoc inuenti fuerit perpetrantes excommunicentur. Simile quid IOVINIANVS IMPERATOR decreuit, vt habes iam ſuprà citatum in vocabulo Monachus, &c. Sic & SIMMACHVS I. epiſtola ad Cæſarium epiſcopum, capite quarto, & allegat Gratianus E cauſa vigeſima ſeptima, quæſtione prima, capite, Neque viduas. *Neque viduas* (ait) *ad nuptias tranſire patimur, quæ in religioſo propoſito diuturna obſeruatione permanſerint. Similiter virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in monaſterijs ætatem peregiſſe contigerit.* Hinc & Concilium ROMANVM ſub Gregorio II. capite tertio, excommunicat & monachos & alios qui præſumpſerint accipere in coniugium tales. Et Concilium TRAVIRENSE I. canone nono, ſimile ſtatuit de his, qui contra votum ſolenne connubio ſeſe alligarunt. Vide reliquum quod poſuimus ſuprà. Ex Concilio Colonienſi IV. vbi & monachis & ſanctimonialibus expreſsè inhibetur, ne matri-

Concilium Arelatenſe 3.

Innocentius 1.

Virgines non velatæ & tamē votum emiſerunt an poſſint nubere.

1. Timoth 5.

Concilium Turonenſe 2 ſub Pelagio 1.

Leo 1.

Concilium Chalcedonenſe generale 4.

Iouinianus imperat.

Symmachus 1.

Concilium Romanum ſub Gregorio 2.

Concilium Treuirenſe 1.

monio

nionio ſe iungant. Multa quippe iam dicta ſont in ſuperioribus vocabulis, Monachus, & Monaſterium; quæ huic inſeruiunt. Porrò præcedentibus iunge etiam ſequentia.

Moniales ſi vota ſoluerint, aut propoſitum abiecerint, vel egreſſæ fuerint.] Hæc diſtinctio ſuperiori cohæret, & tamen quædam adhuc hîc dicenda ſont, quæ minus aptè præcedentibus cohæſiſſeot. Sic ergò Concilium ANCYRANVM canone 19. allegat Gratianus cauſa 27. quæſtione 1. capite Quotquot. *Quotquot virginitatem pollicitam prænaricati ſunt pro[feſ]ſione contempta, inter digamos, id eſt, qui ad ſecundas nuptias tranſierunt haberi debebunt. Virgines autem puellas quæ tanquam ſorores cum nonnullis viris habitare volunt, ab eorum conſortio prohibemus.* Et Concilium ELIBERINVM canone 13. & allegat Gratianus cauſa 27. quæſtione 1. capite Virgines. *Virgines quæ ſe Deo dedicauerint, ſi pactum perdiderint virginitatis, atque eodem libidini ſeruierint, non intelligentes quid admiſerint, placuit, nec in fine dandam eis eſſe communionem. Quòd ſi ſemetipſas pœnituerint, quod infirmitate corporis lapſæ fuerint, & toto tempore vitæ ſuæ huiuſmodi fœminæ egerint pœnitentiam, & abſtinuerint ſe à coitu, eo quod lapſæ potius videantur, placuit eas in fine communionem accipere debere.* Et cap. 14. infert: *Virgines quæ virginitatem ſuam non cuſtodierunt, ſi eoſdem qui eas violauerũt duxerint, & tenuerint maritos, eo quod ſolas nuptias violauerint, poſt annum ſine pœnitentia reconciliari debebunt, vel ſi alios cognouerint viros, eo quòd mœchatæ ſunt, placuit per quinquennium tempora acta legitima pœnitentia admitti eas ad communionem.* Hos canones allegat Concilium COLONIENSE II. ſub Carolo Craſſo Imperatore capite 3. Et Concilium MATICONENSE canone 12. Atque Concilium TRIBVRIENSE ſub Arnulpho Imperatore, capite 26. Porrò Concilium ARELATENSE II. anno Domini 326. canone 36. *De puellis quæ ſe vouerunt Deo, & præclari nominis decore floruerunt, ſi poſt viginti & quinque annos ætatis ad terrenas nuptias ſponte tranſierint, ad cuſtodiendum eſſe decreuimus, vt cum his cum quibus ſe obligauerint communione priuentur, ita vt eis poſtulantibus pœnitentia non negetur, eis pœnitentia communio multo tempore differatur.* Eadem omninò repetit Concilium VALENTINVM Galliæ I ſub Damaſo, canone 2. Et Concilium TVRONENSE II. can. 21 hunc canonem profert. Idem omninò præcipitur de Viduis. Vide in ſequentibus. Sic etiam ad ſororem ſuam Fuſcinam ALCIMVS AVITVS Viennenſis Archiepiſcopus libro de eius vita verſibus ſcripto, capite 9.

Par ergo eſt [ſp]onte ingreſſum ceruice fideli
Sa[cr]um fe[rre] iugum, nec vincla in coniugis ire,
Mundanus ediſce viris præcurrere mundus.
Illine nolle thoros, hinc Chri[ſt]um quærere ſponſum,
Ignorare virum, fœtus tamen edere tales,
Quos nunquam poſſit triſtis [mors] [t]ollere caſus, &c.

Vnde & ad propoſitum Concilium VENETICVM I. canone 4. *Eas quæ Virginitatem profeſ[ſ]a, & benedictionem fuerint per manus impoſitionem ſub conteſtatione huius propoſiti conſtitutæ, [ſ]i fuerint in adulterio deprehenſæ, cum adulteris ipſarum arcendas à communione cenſemus.* De talibus lapſis virginibus vide etiam CYPRIANVM CARTHAGINENSEM lib. 1. epiſtolarum epiſtola 11. Porrò Concilium TVRONENSE I canone 6. *Si quis ſe ſacratis virginibus per coniunctionem nefandam miſcuerit, vel propoſitum profeſſa religionis dereliquerit, vtrique à communione habeantur alieni, quia ſi quis templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus, donec reſipiſcentes à laqueo diaboli à quo capti tenentur, ad ipſius voluntatem ad auxilium pœnitentiæ reuertantur.* Et GELASIVS I. epiſtola ad Epiſcopos Brutiorum Lucaniæ, &c. cap. 22. *Virginibus ſacris ſe quoſdam temere ſociare cognouimus, & poſt dicatum Deo propoſitum inceſta fœdera ſacrilegáque miſcere. Quos protinus æquum eſt à ſacra communione detrudi, & niſi per publicam probatámque pœnitentiam omnino non recipi, ſed tamen his viaticum de ſeculo tranſeuntibus, ſi tamen pœnituerint, non negetur.* Hunc canonem, allegat Concilium TRIBVRIENSE canone 23. addit. *Canonica authoritate præcipimus, vt omninò ſeparentur, & iuramento colligentur vlterius ſub vno non cohabitare tecto, nec familiari frui colloquio, excepto in Eccleſia & in publico, aut pariter vllam habere communionem, vnde ſuſpicio illecebroſi deſiderij, aut ſcandalum libidinoſi facti iuſtè poſſit oriri.* Et addit longe tamen ante celebratum Concilium MATISCONENSE I. ſub Pelagio 2. canone 19. *Et licèt priori titulo ligatur definitum quid de puellis, quæ ſe diuinis cultibus aut parentum aut ſua voluntate dicauerint, debeat obſeruari: tamen quia monacha nomine Agnes, quæ de monaſterij ſeptis fuga ante aliquot annos diſceſſerat in eodem eſt monaſterio reuocata, & dicitur, inſtigante diabolo agelos vel quaſcunque res ad ſe pertinentes aliquibus potentibus velle donare, dummodo per eorum patrocinium ſe poſſit de intra monaſterii [ſu]ſcepta ſubtrahere, & voluptatibus ſeculi clandeſtina vel ſeculari habitatione vacare. Ideò præſenti conſtitutione ſancimus vt tam illa quàm quæcunque alia monacha, quæ ſub hac argumentatione ſe de religionis habitu ad illecebras ſeculi aut res ſuas pro tam iniqua inde liberationis cauſa quibuſcunque dare cenſuerit: tam illa quæ hoc dare voluerit, quàm illi quicunque hoc acceperint, (ne quod Deus auertat ambitionis inſtinctu religionis videatur regula vitiari) tàdiu ſint à cõmunionis gratia ſequeſtrati, quandiu res ipſas eis à quibus has acceperant digna pœnitentia ſatisfactione reſtituant.* Simile quid ſtatuit Concilium LVGDVNENSE II. canone 3. *Puellæ* (ait) *quæ conniuentia parentum ſuorum ſe voluntariè dedicauerint, & intra monaſterium puellarum concluſionem elegerit, & ſe de eodem monaſterio quacunque animi leuitate, aut vilitate corporis extra captiuitatis incurſum voluntate ſua ſubtraxerint, & de conuerſatione religioſa cuiuſcunque vocationis ſpiritu ſeculi delectationes elegerint, quouſque in monaſterium vnde egreſſæ ſunt reuertantur à cõmunionis gratia ſegregentur: viaticum tamen illis miſerationis intuitu præbeatur.* Idem omninò ſtatuit Concilium TOLETANVM VI. canone 6. & allegat Gratianus cauſa 2. quæſtione 3. capite proclinis. Tam de illis monialibus loquens, quàm de viris qui ſpontaneè religioſum induerint habitum, vt ſi contigerit, eos propoſitum prænaricari, ad loca priſtina pœnitentiam acturi reuocentur. *Quòd ſi* (ait) *patrocinio Potentum filii deſertores permanere voluerint, Sacerdotali ſententia à cœtu Chriſtianorũ habeantur extorres, vt nec locus eis vllus ſit communionis.* Lege plura in vocabulo, Apoſtata à religione, &c. Hinc Concilium TOLETANVM IV. canone quinquageſimo quarto, vbi de apoſtatis monachis loquitur, quod debeant ad cultum religionis acta pœnitentia reuocari. *Quæ forma* (inquit) *ſeruabitur etiam in viduis Virginibuſque ſacris, ac pœnitentibus fœminis, quæ ſanctimonialem habitum induerunt, & poſtea aut veſtem mutauerunt, aut ad nuptias trãſierunt.* * Et Cõcilium TOLETANVM

Concilium Ancyranũ ante Concilium 1. Nicænum.
Concilium Eliberinũ ſub Sylveſtro 1.
Concilium Colonienſe 2.
Concilium Matiſconenſe 1.
Concilium Triburienſe.
Concilium Arelatenſe 2. ſub eodem Sylveſtro 1.
Concilium Valentinum Galliæ 1. ſub Valentiniano Imperat.
Concilium Turonenſe 2.
Alchimus Auitus ſope[ſ] ... nominimus.
Concilium Veneticũ ſub Leone 1. ... ceſſore eius Hilario 1.
Cyprianus Carthaginenſis.
Concilium Turonenſe ſub Hilario 1.
1. Corinth. 3.
Gelaſius 1.
Concilium Triburienſe 1.
Concilium Matiſconenſe 1. ſub Guntranno rege.
Concilium Lugdunenſe 2. ſub Pelagio 2.
Concilium Toletanum 6.
Apoſtatæ reuocandi vide & Apoſtata, &c.
Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.
* Etiam de fornicantibus ... dicta ſunt ex Concilio ... Triburienſe, &c. Vide ſi vacat.
Concilium Toletanum 1.

X. canone 5. *Omnibus fœminis, quæ iam in præteritum religionis veſte probantur induta fuiſſe, nihil excuſationis valeat in oppoſitionem quolibet obiectu quamuis diuerſo ac cauſas adumbrare ſe velint fallacia argumentis, ſed ad ſanctiſſimam ſanctionem diſciplinam ſanctior eas teneat religatas atque ſubnexas. Commoneantur ſane ſacerdotis authoritate, vt redeunt & ne quæ ſi redire noluerint, impulſu ſacerdotis ad religionis habitum reducantur, & in monaſterijs redactæ excommunicationis condigna ſententia feriantur. Hic idem quoque ordo in illarum condemnatione manebit, quæ quamlibet a ſacerdote ſanctimonia veſtem non accepiſſent, ipſæ tamen aut induta ſunt, aut illo indui habitu conſenſerunt, qui religionis eſſe cultus ab intuentibus crederetur, ſi coram Eccleſia, vel ſacerdote, aut etiam competentibus teſtibus quandoque indutæ certis indicijs aut teſtimonijs approbantur. Omnes tamen hæ ſeu venientes ad primam religionem, ſeu poſt transgreſſum reſumentes, iterùm conuerſionem, ſicut primum ſumpſerunt, & pallio capita contegant, & conſcriptum roboratámque profeſſionis faciant ſcripturam, per quam vlterius non ſinantur relabi ad præuaricationis audaciam. Quæ verò ex omnibus his fuerint repertæ animum aut veſtem in transgreſſionem dediſſe, excommunicationis ſententiam ferunt. & rurſus mutato habitu in monaſterijs (donec diem vltimum claudant) ſub arctioris arduæ pœnitentiæ maneant religatæ.*

Hæc allegat Gratianus can. 27. quæſt. 1. c. p. Omnes fœminæ Profeſſionis tenuit.

Eadem omninò ſtatuit Cōcilium FOROIVLIENSE ſub Adriano I. canone 11. Et NICOLAVS I. epiſtola ad Albinum Viennenſem Archiepiſcopum, & Carolum Moguntinenſem, vt habes allegatum à Gratiano, diſtinctione 2. capite Quod interrogaſti, & cauſa 27. quæſtione 1. capite Vidua, &c. Vide etiam infrà, Monialis, Vidua, &c.

Concilium Foroiulienſe ſub Adriano I. Nicolaus I.

Hinc etiam Concilium VVORMATIENSE canone 20. *Fœmina (ait) quæ ſacro velamine ſunt conſecratæ, ſi fuerint (quod nolumus) fornicatæ, velamen deponere non præſumant, ſed pœnitentiæ iugo ſummiſſa ſummopere decertare feſtinent, vt ad indulgentiæ & remiſſionis valeant gratiam peruenire.* Eadē Concilium TRIBVRIENSE I. canone 24. Et Concilium COLONIENSE IV. capite 5. præcipit ſub excommunicationis pœna, ne monialis alium habitum præſumat induere, quàm qui ſuæ conuenit religioni, vt alia videri vẽlit ſponſa Deo cōſecrata, quàm ea quam ſe eſſe profiteatur. Verùm adhuc multa dicentur infrà in vocabulo, Monialis vidua, &c. Vide & longè ſequentia.

Concilium Vormatienſe canone 20.

Cōcilium Triburienſe & Concilium Colonienſe 4.

Monialium virginum raptores, corruptores, & oppreſſores. De his iam præcedenti diſtinctione monumentis teſtimonijs actum eſt, vndè precor, vt ante præcedentia legantur, quàm hæc quæ ſubſequenter addimus, quia quādam habent inter ſe connexionem. Sic verò, vt inſtitutum proſequamur, ſtatuit CANON APOSTOLORVM LXVI. *Si quis virginem non deſponſam vi illata habet, ſegregetur: ei autem aliam accipere non liceat, ſed illam retinere quam elegit, etiam ſi pauper ſit.* Hinc Concilium ANCYRANVM canone 11. allegatur à Gratiano cauſa 27. quæſtione 2. cap. Deſponſatas. *Deſponſatas (ait) puellas & poſt ab alijs raptas, placuit erui, & eis reddi, quibus ante fuerant deſponſatæ, etiamſi eis à raptoribus vis illata conſtiterit.* Simile quid EVSEBIVS I. vt citat Gratianus cauſa 26. quæſtione 2. capite Deſponſatam. *Deſponſatam puellam (ait) non licet parentibus alij viro tradere, licet tamen ei monaſterium eligere ſi voluerit.* Vide ſuprà in vocabulo, Matrimonium an votum ſoluat, &c. Vnde & SYRICIVS I. epiſtola ad Himerium Tarraconenſem

Licet, hæc etiā de Virginibus quæ non voluerunt intelligere, tamen ſub vno omnes cō prehendimus vocabulo Canon Apoſtolorum.

Concilium Ancyranum.

Euſebius I. Puella deſponſata poteſt ... vide ſupra Matrimonium, &c.

... ius.

Epiſcopum, capite 4. & allegat Gratianus cauſa 27. quæſtione 2. capite De cōiugali, &c. *De coniugali violatione requiſiſti, ſi deſponſatam alij puellam alter in matrimonium poſſit accipere. Hoc ne fiat omnibus modis inhibemus, quia illa benedictio quam nupturæ ſacerdos imponit apud fideles, cuiuſdam ſacrilegij inſtar eſt, ſi vlla trãgreſſione violetur.* Verùm vt ad propoſitum redeamus, GREGORIVS NISSANVS oratione in die natiuitatis Domini, dum de Annæ voto loquitur, quæ beatam virginem Mariam ad templum deduxit: *Sacerdotes (ait) illam quamdiu paruula fuit ad Samuelis ſimilitudinem in ſanctis ædibus educarũt, ſed cum iam adoleſceret, conſulebant quidnã agerent de ſacro illo corpore, ne Deum offenderent. Etenim naturæ legi illam ſubijcere, vt cuipiam in matrimonio collocata ſeruiret, abſurdiſſimum videbatur. Inſtar enim ſacrilegij fuiſſet ſi muneris Deo ſacrati Dominus homo fieret. Legibus enim erat conſtitutum, vt maritus dominaretur vxori, &c.*

Gregorius Niſſenus.

Vide quam grauia delicta committūt qui Deo ſacratas virgines ſub prætextu matrimonij è ſeptis extrahunt.

Hinc eſt quod IOVINIANVS IMPERATOR vt recenſet Caſſiodorus Senator libro 7. hiſtoriæ tripartitæ, cap. 4. & Nicephorus aliàs loco allegato Secundo nomine præfecturam gubernanti Prætorianam legem dedit, vt capitali ſententia plecterentur qui vel ſacram virginem nuptiali thoro violare auderet, vel impudico aſpectu aſpiceret, ne dicam abripere fortè tentaret. Quam legem ideo poſuit, eo quòd Iuliani temporibus, quidam huiuſmodi virgines vxores ducere auſi fuerant.

Iouinianus vel ... Imperator Caſſiodorus Se...

Hinc Concilium ARELATENSE III. ſub Leone I. allegat Gratianus cauſa 27. quæſtione 1. capite Sciendum. & Iuo libro 3. Decretorum. *Sciendum eſt omnibus, quòd Deo ſacrarum fœminarum corpora per votum propriæ ſponſionis, & verba ſacerdotis Deo conſecrata templa eſſe Scripturarum teſtimonijs comprobantur, & ideo violatores earum ſacrilegi, ac iuxta Apoſtolum filij perditionis eſſe noſcuntur.* Lege ex Concilio VANATICO ſuperiori pagina, & ex GELASIO I. ſimilia decreta. & ex SYMMACHO I. Vnde & Concilium ILERDENSE ſub eodem Symmacho, canone 6. *Qui pœnitenti viduæ vel virgini religioſæ vim ſtupri intulerit, ſi ſe ab ea ſequeſtrare noluerit, pariter a communione Chriſtianorum & conſortio ſegregentur: ſi verò illa quæ vim pertulit ad ſanctam religionem redierit, in illo ſolo ſententia excommunicationis teneatur, quouſque publicè pœniteat.* Idem omninò Concilium AVRELIANENSE III. capite 16. & Concilium AQVISGRANENSE II. canone 24. Similiter ſtatuit eadem de raptore AVRELIANENSE I. canone 3. ſi videlicet ad Eccleſiam confugerit, vt ſit tractandus: ſed hoc repoſitum vide ſuprà, Eccleſiæ libertas, &c. Cui etiam ſubſcripſit Concilium TVRONICVM II. ſub Pelagio I. canone 21. *Nos ergò ſequentes quod vel Apoſtolus Paulus, vel Papa Innocentius ſtatuit* (habes eius decretum poſitum vocabulo, Monialibus interdicuntur nuptiæ, &c.) *in canonibus noſtris inſerentes ſtatuamus obſeruandum, vt nullus ſacratam Deo virginem, quæ in honorem Chriſti veſtem mutauit, aut rapere, aut competere, aut ſibi coniugem ſociare præſumat, quia etiam lex Romana* (ſcilicet edictum Iouiniani quod ſuperius citauimus) *conſtituit, vt quicunque ſacratam Deo virginem vel viduam fortaſſe rapuerit, ſi poſteà eis de coniunctione conuenerit, capitis ſententia feriantur. Item ſi quis non dicam rapere, ſed attentare matrimonij iungendi cauſa ſacram virginem auſus fuerit, capitis ſententia feriatur.* Cùm etiam in Chronicis habeatur de virginibus Gentilium tempore, (lege authores quos in initio huius vo-

Conciliū Arelatenſe 3.

Concilium ... nicum

Gelaſius I. Symmach...

Ilerdenſe.

Concilium Aurelia...

Concilium Aquiſgranenſe.

Concilium Turonicum 2.

Hinc habentur ... Epiſcopis & clericis.

cabuli

A cabuli produximus *quæ ſe Deæ Veſtæ ſacrauerant, quod poſtmiſſo propoſito & corrupta virginali gratia, viuas in terra fuiſſe defoſſas. Si prophana colentes tali ſunt ſententia condemnatæ, quanto magis quæ in honorem Redemptoris ſui ſe veſte mutauerint, & perſeuerare noluerint, vtique grauem debent expectare ſententiam, ſicut in* Arelatensi *Synodo* (ſcilicet 2. canone 36. vt allegauimus ſuperiùs) *habetur inſertum, de puellis quæ ſe vouerunt Deo, &c. Quæ ergo in hac pertinacia perdurare voluerint, & plus in volutabro malæ conuerſationis permanere, quàm ſe de vetito cõiugio ſeparare, perenni excommunicatione damnentur. Et quicunque Epiſcoporum, aut Preſbyterorum, aut Diaconorum, aut Subdiaconorum, eos excommunicare præſumpſerit, vſque ad Synodum*

Concilium Arelatenſe 2.

B *ab omnibus Epiſcopis excommunicatus habeatur, & excludatur excuſationis adinuentio, quam modo aliqua dicere meditantur, quòd proptereà ſe veſte mutauerint, ne eas inferiores perſonæ maculârent, eam non ſolùm domini glorioſæ memoriæ* Childebertus *&* Clotarius *Reges conſtitutionem legum de hac re cuſtodierint & ſeruauerint* (quã & Arithbertus *ſucceſſor eorum præcepto ſuo roborauit*) *vt nullus vllam puellam abſque parentum voluntate trahere aut accipere præſumat. Quæcunque ergò timet violentiam, & non vult habere maritum, refugiat ad Eccleſiam, donec propinqui poſſint eam Principis imperio, aut ſacerdotis, vel Eccleſiæ beneficio liberare*

Childebertus rex.
Clotarius rex.
Arithbertus rex.

C *& defenſare, aut condigno ſociare marito. Nam quæ ſe veſte mutauerint, abſque dolo in eo propoſito quod diſpoſuit perſeuerare procuraret.* Idem de Viduis, vide infrà. Eadem renouat Concilium Pariſiense I. canone 5. & Concilium Triburiense canone 23. 24 & 25. Hinc Concilium Meldense canone 64. *Raptores virginum & viduarum, qui etiam poſtea voluntate parentum eas quaſi deſponſantes ſub dotalitij nomine in coniugium duxerunt, publica pœnitentia ſubigantur. Et poſt publicam pœnitentiã, prout prouiderit Epiſcopus per actum, ne in pœnis corruant, verum conuenientes de cætero eleemoſynis & cæteris quibuſque religioſa & ſalutifica conuerſationis actionibus inſeruire procurent, vſquequo ab opere coniugali ex conſenſu ſe valeat abſtinere. Filij*

Concilium Pariſienſe I.
Concilium Triburienſ. ſub Arnulpho Imperat.
Raptores Virginum & viduarũ quo pœna cleruntur digni.
Concilium Meldenſe.

D *verò ex huiuſmodi vituperabili coniunctione ante coniugium etiam minus laudabili procreati ad Eccleſiaſticam dignitatem nullo modo proueharitur, nec de tali coniugio generati Eccleſiaſticis ordinibus applicentur, niſi fortè eos aut maxima Eccleſiæ vtilitas vel neceſſitas poſtulet, vel euidens meritorum prærogatiua commendet.* Et canone 65. *His autem, qui nec dum eas quas rapuerunt cum voluntate parentum ſub præfato deſponſionis vel dotalitij nomine in coniugium ſumptas habent, quando in omnium aures hæc fuerit conſtitutio promulgata ab earum coniunctione ſeparentur, raptæ autem legaliter parentibus reſtituantur. Poſt peractam verò publicam pœnitentiam, ſi ætas & incontinentia exegerit, legitimo & ex vtrique partibus placito coniu-*

E *gio ſocientur. Nam in his non regulam conſtituimus, ſed* (*vt verbis magni* Leonis *vtamur*) *quid ſit tolerabilius æſtimamus. Quòd ſi vnus ex coniugatis obierit, is qui publicam pœnitentiam egit, & ſuperſtes extiterit iterare coniugium non præſumat, niſi fortè Epiſcopus prouiderit aliquam concedere indulgentiam, vt grauiorem poſſit amouere offenſam.* Et canone 66. ſubdit: *Qui verò deinceps rapere virgines vel viduas præſumpſerint ſecũdum Synodalem* B. Gregorii *definitionem ipſi & complices eorum anathematizentur, & raptores ſine ſpe coniugij perpetuò maneant.* Tum canone 67. ſubdit: *Qui ſanctimoniales virgines vel viduas rapiunt, & progreſſu etiam criminis in*

Leo I.
Gregorius I.
Raptores Monialium.

A *coniugiũ ſumunt, publicè pœnitentiæ, iuxta modũ, quem prouiderit Epiſcopus, ſubigãtur. Ipſi verò locus cõgruis pœnitentiæ retrudantur, & ad habitum religionis redire cogantur. Vterque autem ſine vlla ſpe vxoriæ copulationis perenniter maneat. Si autem* (*quod abſit*) *cõiugia iterare præſumpſerint, acriori ſubdantur vindictæ, & amplius propellantur. Qui ſi fortè obedire monitis ſalutaribus non voluerint anathematizentur.* Vide in Concilio Matensi canone 7 excommunicatus eſt Theodoricus qui quandam viduam proſtratam de monaſterio traxerat, & in coniugium ſibi ſociauerat. Et Concilium Alemanicum canone 3. ſic ſtatuit: *Statuimus, vt quicunq. pudicitiam ſanctimonialium cuiuſcunque habitus auſu*

Concilium Metenſe.
Concilium Alemanicũ ſub Conrado Epiſcopo & Cardinali S. Ruffinæ.

B *ſacrilego ſolicitare præſumpſerit, ab officio ſi clericus fuerit, ſi laicus à perceptione corporis Domini nouerit ſe ſuſpenſum. Qui verò ſacrilegum vel temerarium carnis commercium cum talibus habuerit, ipſo facto excommunicationis ſententia ſe nouerit innodatum. Sanctimonialis verò ſeu canonica, quæ huiuſmodi crimen flagitioſum perpetrauerit, vlterius ad officium aliquod in monaſterio nullatenus admittatur, ſed in ſignum iniquitatis ſuæ vltima tam in clauſtro maneat, quam in choro.* Et Concilium Tridentinum ſeſſione 24. quæ fuit 8. ſub Pio 4. capite 6 decreti de reformatione matrimonij. *Decernit ſancta Synodus inter raptorem & raptam, quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum poſſe conſiſtere matrimonium.*

Concilium Tridentinũ generale.

C *Quòd ſi rapta à raptore ſeparata, & in loco tuto & libero conſtituta illum in virum habere conſenſerit, eam raptor in vxorem habeat, & nihilominus raptor ipſe ac omnes illi conſilium, auxilium, & fauorem præbentes, ſint ipſo iure excommunicati ac perpetuò infames, omniumq; dignitatum incapaces. Et ſi clerici fuerint, de proprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor, mulierem raptam ſiue eam duxerit, ſiue non duxerit decenter arbitrio iudicis dotare.* Vide ſuprà, Matrimonium, &c. & ſequentia.

Moniales virgines furore barbarico vel hoſtili vim paſſæ.] Hoc ſæpius ex hiſtorijs factum didicimus, nec adhuc mortui ſunt, qui indignũ facinus auſi ſunt perpetrare noſtra tẽpeſtate. De talibus ergò Leo I. epiſt. 85 ad Epiſcopos

Leo I.

D Affricanos per Mauritaniam conſtitutos, capite 2. & allegat Gratianus cauſa 32 quæſtio. 5. cap. Illæ autem. *De his autem quæ in ſacro virginitatis propoſito conſtitutæ barbaricam pertulere violentiam, & integritatem pudoris non animo, ſed corpore perdidere, ea nobis ſeruanda videtur moderatio, vt neque in viduarum deijciantur gradum, nec in ſacrarum & perſeuerantium numero cenſeantur. Quibus ſi in omnibus virginalibus obſeruationibus perſeuerant, & caſtimoniæ ſoliditatem cuſtodiunt, ſacramentorum non eſt neganda communio, quia iniuſtum eſt eas in eo vel redargui, vel notari, quod non voluntas amiſit, ſed vis hoſtilis eripuit.* Idem omninò replicat cap. 5. eiuſdem

E epiſtolæ. hiſtoriam lugubrem Suidas Græcus in Iuliano Cæſare recenſet, quomodo ſanctimoniales virgines turpiter proſtitutæ apud Heliopolim ad Libanum in Phenice, & apud Arethuſam Syrorum. Hoc etiã proſequitur hiſtoriam Nicephorus Callistus libro 10. cap. 9. *Heliopolitæ* (ait) *quod quidem incredibile dictu eſſet,* (*niſi ab iis qui tum rei geſtæ affuere ad nos relata fuiſſet*) *ſacras quaſdam virgines, quæ etiam viros aſpicere non ſuſtinuerint, veſtibus ſpoliatas & nudas in medio populo ad ſpectaculum, & caſuſque, qui illudere eis vellet, iniuriam conſiſtere coegerunt. Vbi autem & cõſpecta tali & rebus alijs, pro cuiuſq. libidine, & ſanctarum illarum corpora abunde contumelia affecerunt, poſtre-*

Suidas Græcus.
Nicephorus Calliſtus.
Quis talia fando temperet à lachrymis?
O rem geſtam crudeliorem eius ſuperiorem

mio ab inferioribus eas partibus totonderunt atq; diſcinderunt, & ſuperficie vulneris eius atque ſciſſura porcorum alimento, cui illi aſſueuerant (hordeum autem fuiſſe aut ſimile quiddam veriſimile eſt) conſperſa, eos ad conſuetas eſcas prouocarunt. Itaque impetu agreſti irruentes porci, cum ſecernere alimentum facile non poſſent, ſimul viſcera ſunt aggreſſi, & ſolita cibi cupiditate famiſque neceſſitate adurgente vna cum hordeo interna etiam membra, cum illæ adhuc viuerent & cruciatum eum ſentirēt, depaſci, &c. Alia ſunt infinita crudelitatis teſtimonia paſſim apud Hiſtoriographos inſerta, quæ breuitatis gratia omittimus. Porrò quiuis facilè legere & aduertere poterit.

Concilium Toletanum 1.

Moniales virgines cū viris nō cōuerſentur.] Concilium TOLETANVM I. canone 6. *Puella Dei nec familiaritatem habeat cum confeſſore, aut cum quolibet laico ſanguinis alieni, aut conuiuium ſola adeat, niſi vbi ſit ſeniorum aut honeſtorum, aut viduarum honeſtarumq; frequentia, vbi honeſte confeſſor quilibet cum plurimorum teſtimonio teſtium conuiuio intereſſe poſſit. Cum lectoribus, aut in ipſorum domibus non admittendas penitus, nec videndas, niſi fortè conſanguinea ſeu ſororſit vel vterina.* Idē can. 9. de profeſſis & viduis. verū oro te ne pigeat repetere quę poſita inuenies ſuperi^{*}, quia ibi quidquid huic cōuenire poterat diſtinctioni repoſitū eſt. lege ergò & ſeq.

Monialium monaſteria nec intrare nec ibi dormire aut comedere licet.] Lege cuncta ſuperiùs poſita.

Monialium monaſteria non iungantur monaſterijs monachorum.] Hoc habes repoſitum vocabulo, Monaſteria, &c.

Concilium Colonienſe 3. repete autem antea quę diximus.

Monialium virginū Confeſſores.] Qualiter ipſe Moniales debeant ſub præſentia teſtium longè aſſiſtentium confiteri, habes iam decretum ſuperiùs. Huic autem etiam illud addendum eſt, quod Concilium COLONIENSE III. capite 8. Partis 10. ſtatuit. *In monaſterijs virginum (ait) ſint præter Abbates aut Præpoſitos alij confeſſionum examinatores, ac a confeſſionibus, aut ſaltem liberum ſit bis aut ter in anno alios, quos elegerint, probos ac doctos viros de ſecretum [illegible] (vt vocant) conſenſu [illegible] quem his interſ [illegible] nabili cauſa iure licita nequaquam [illegible] exomologeſi exponere exonerareq; ne adigatur monialis renitens ſemper vni homini delicta confiteri. Debent autem hi, qui einſcemodi munere in monaſterijs monialium funguntur, eſſe homines vita probatiſſima ac morum quàm maximè inculpatorum, eruditi ac ſingulari indicij.*

Confeſſorum cōditio & qualitas & vitæ morūque probitas vide & in vocabulo Confeſſor.

Vide autem eorum conditiones ex eodem Concilio & alijs in vocabulo, Confeſſor ſeu auditor cōfeſſionum, &c. *Cauebit antē is in primis criminum non confeſſorum rememorationem, ne virgines diſcant quod prius neſcierunt. Cauebit præterea, niſi res omnino exegerit, duriuſculam increpationem, magis intentus ad modeſtiſſimè arguendum, & pientiſſimè viciſſim conſolandum. Confeſſiones autem monialium non priuatim audiet, ſed in cæterarum conſpectu, non tantum vt omne malum ſed vt omnis mali ſuſpitio omnino ceſſet.* Eadem omninò replicat Concilium COLONIENSE IV. c. 37. ad cal. cō. Verumtamen Concilij TREVIRENSE II. c. 12. ſic legitur ſtatuiſſe. *Prohibemus (ait) diſtrictè, ne moniales aliquem ordinem profeſſæ Cōfeſſorem habeāt alium quam eiuſdem ordinis & regulæ.* Hoc ſtatuiſſe videtur Concilium TRIDENTINVM generale ſeſſ. 25. quæ fuit 9. ſub Pio IV. cap. 10. decreti de Regularibus. *Præter ordinarium autem confeſſorem (ait) alius extraordinarius ab Epiſcopo & alijs ſuperioribus bis aut ter in anno offeratur, qui omnium confeſſiones audire debeat.*

Quid in audiendis confeſſionibus cauendum.

Concilium Colonienſe 4. Concilium Treuirenſe.

Conciliū Tridentinum generale nouiſſimum.

Et admoneantur ſanctimoniales, vt ſaltem ſemel ſingulis menſibus confeſſionem peccatorum faciant, & ſacroſanctam Euchariſtiam ſuſcipiant, vt eo ſe ſalutari præſidio muniant ad omnes oppugnationes dæmonis fortiter ſuperandas. Lege reſiduum ſuprà, Communicate, &c. & Confeſſor, &c. & ea quę ſequuntur.

Vide conſtitutionē Concilij dominiGalteri. Tomo 4. Bibliothecæ patru fo. 1.442 Obſeruā.

Monialibus virginibus interdicitur egreſſus omnimodo.] Iam hoc in vocabulo, Monachi non foras exeant ſine licentia. &c. ſæpius confirmatum eſt. Indè multa in hoc vocabulo deſunt, quæ repetenda ſunt, vt ſæpè meminimus ex Præfatis vocabulis, Monachus & Monaſterium, qui aliter cuncta ordinare non potuimus. Quod verò reſtat hic libenter communicamus. Sic ergò ad propoſitum ſtatuit Concilium CARTHAGINENSE III. ſub Syrico I. cui & Auguſtinus interfuit, can. 33. *Virgines ſacræ (ait) cùm parentibus à quibus cuſtodiebantur priuatæ fuerint, Epiſcopi prouidentia, vel Presbyteri vbi Epiſcopus abſens eſt, in monaſterio virginum, vel grauioribus fœminis commendentur, vt ſimul habitantes inuicem ſe cuſtodiant, ne paſſim vagantes Eccleſiæ lædāt exiſtimationem.* Idem omninò ſtatuit Concilium HIPPONENSE can. 33. Et AFFRICANVM ſub Bonifacio I. cano. 11. vide verò ea quæ iam ſuperius propoſita ſunt. Deniq; ſic ſtatuit Concilium generale VI. CONSTANTINOPOLITANVM III. can. 46. *Quæ vitam exercitatoriam eligunt (ait) & in monaſterijs ſunt conſtitutæ, ne omnino progrediantur. Si qua autem inexorabilis neceſſitas ad hoc trahit, cum benedictione & permiſſione eius quæ præeſt hoc agant, tunc q; non ſola per ſe, ſed cum aliquibus vetulis, & quæ in monaſterio primæ ſint, cum mandato eius quæ perfecta eſt. Eis autem omnino extra cubare non licet. Sed & viri qui vitam monaſticam perſequuntur vrgente neceſſitate, & ipſi cum benedictione eius, cui regimen creditum eſt, procedant. Quamobrem qui tranſgrediuntur id, quod eſt nunc a nobis decretum, ſiue ſint viri, ſiue mulieres, conuenientibus pœnis ſubijciantur.* Hoc decretum renouat Concilium VERNENSE canone 6. vbi præcipit, vt Epiſcopus prouideat, ne ſi les ſanctimoniales aliquam neceſſitatem patiantur, aut indigētiam, propter quam eas oporteat egredi, & quæcunque egreſſæ fuerint iubet, vt acrius puniantur. Idem de Abbatiſſa ſtatutum. vide ſi placet ſuo vocabulo, Abbatiſſa, &c. Ex Concilio CABILONENSE II. cano. 57. vbi Abbatiſſis interdicit egreſſum. Et cano 62. ſubdit de ſanctimonialibus. *Sāctimoniales (ait) niſi fortè Abbatiſſa ſua pro aliqua neceſſitate incumbente illas mittant, nequaquam de monaſterio egrediantur. Hæ verò quæ famulos & famulas non habent, ad exercenda negotia ad mediam portam monaſterij perueniant, & ibi coram teſtibus negotium ſuum exerceant.* Idem omninò Concilium MOGVNTINVM I. cano. 13. & Concilium OXONIENSE can. 36 ſed repoſuimus ea in vocabulo Monachi foras non exeāt ſine licentia. &c. vide ergò. Hæc autem decreta renouat etiā Concilium NANNETENSE cano 19. *Ex authoritate canonica interdicimus, vt nulla ſanctimonialis virgo vel vidua conuentus generales adeat, niſi a principe fuerit euocata, aut ab Epiſcopo ſuo, niſi fortè propria neceſſitatis ratio impulerit, & hoc ipſum cum licētia Epiſcopi ſui.* Prædicta adhuc cōfirmat Cōcilium SENONENSE cap. 28. & iubet illud obſeruari quod eſt in 6. decretal. Bonifacij VIII. tit. De ſtatu religioſorum, cap. Periculoſo, &c. vbi præſertim agit de clauſura perpetua monialium. *Nihil enim (ait) magis efficit regulari monialium diſciplinæ ſpiritualiq; profectui, quàm reſeratis clauſtris ſæpius pro cuiuſq; ca-*

Concilium Carthaginenſe 3. [illegible]

Concilium Hipponenſe Concilium Affricanum.

Concilium Conſtantinopolitanum 3 generale 6.

[illegible]

Concilium Cabilonenſe [illegible] Caroli Magni

Concilium Moguntinum 1 ſub [illegible]

Concilium O[illegible] in Anglia

Concilium Nannetenſe.

Concilium Senonenſe ſub Ant[illegible] Prato Archiepiſcopo.

A *rum nutu petentibus frequens & licentioſa extra monaſterium euagatio, & tanquam ruptis obicibus diſſolata ac inſolens vltra metas commentus eruditio. Siquidem exinde dedecoroſa enaſcitur earũ cum laicis perſonis tam viris quam mulieribus conuerſatio, & præter cætera ſalutis animarum detrimenta, iungens in præcipitis pendentis earundem caſtitatis periclitatio.* Sed & cap.27. ſtatuit idem, vt moniales quæ in prioratibus degunt, qui non ſunt idonei ad eas alendum, ad propria monaſteria remittantur vnde prioratus dependent, ne victus penuria cogantur foras exire. Eadem omninò iungit Cõcilium AVGVSTENSE ſub Othone Cardinali, cap.12. & Concilium MOGVNTINVM IV. cap.79. Similiter & Concilium TRIDENTINVM ſeſſ.25. quæ fuit ſub Pio IV. cap 5. decreti de regularibus. *Decretum Bonifacij VIII. & constitutionem quæ incipit, Periculoſo, renouãs ſancta Synodus, vniuerſis Epiſcopis ſub obteſtatione diuini iudicij & interminatione maledictionis æternæ præcipit, vt in omnibus monaſterijs ſibi ſubiectis ordinaria, in alijs verò ſedis Apoſtolicæ authoritate, clauſuram monialium vbi violata fuerit diligenter reſtitui, & vbi inuiolata eſt conſeruari maximè procurent, inobedientes atque cõtradictores per cẽſuras Eccleſiaſticas aliaſq. pœnas, quacunq; appellatione poſtpoſita, cõpeſcẽtes, inuocato etiã ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, &c.* Iã quædã repoſita vide vocab. Abbatiſſa, &c. & iũgẽda ſũt ſeq.

Concilium Auguſtenſe. Concilium Moguntinũ 4. Concilium Tridentinum generale.

C Moniales virgines diſſolutæ reformentur.] Vide ſuperiùs vocabulum Monaſteria difformata, &c. & ea quæ ſuperiori annotatione poſita ſunt. Adde autẽ quod EVGENIVS III. Decreto 3. ſtatuit. *Statuimus (ait) vt ſanctimoniales & mulieres quæ canonicæ nominãtur, & irregulariter viuũt, iuxta B. Benedicti & Auguſtini regulã vitã ſuam in melius corrigant & emendant, ſuperfluitatemq; veſtium & inhoneſtatem deſerant: & quòd ſi non impleuerint, ſi qua ipſarum mortua fuerit, Chriſtianorũ careat ſepultura. Prohibemus etiam ne in earundem collegijs aliqua, niſi quæ regulariter fuerit victura recipiatur.* Idem Concilium AQVISGRANENSE II. cap 12. de ordine rectorum. Et Concilium MELDENSE cau.70. vbi etiã addit, quòd ſi Moniales D cõuictæ fuerint alicuius criminis, authoritate Epiſcopali pœnitẽtia eis imponatur, & coerceãtur, vt religioſius viuãt de cætero. Iunge quod ſequitur.

Eugenius 3.

Concilium Aquiſgranen. 2. Concilium Meldenſe.

Moniales criminoſæ non expellantur.] Hoc quidem modo allegatum Concilium Meldenſe præcipit, ſed præcipit vt eis ab Epiſcopo pœnitẽtia imponatur Et Concilium METENSE can.6. Idem ſtatuit, vbi narratur quod duæ ſanctimoniales propter ſuũ facinus de monaſterio S. Petri ſine velamine erant eiectæ, ſed iuxta ſacros canones (vide ſuperiùs, Monachi non è monaſterio eiiciendi) ſancta conſtituit Synodus, vt velamina eis redderentur, & intra monaſterium in ergaſtulo ponerentur paruo pane & aqua breui, cum abundantia diuini verbi vſque ad ſatisfactionem ſeruarentur. Vide ſuprà Monachus.

Concilium Metẽſe ſub Arnolpho Imperat.

Monialium virginum victus & habitus.] Habes hoc ſuperiori vocabulo Monachus, & in alio vocabulo Habitus, & deinceps.

Moniales virgines nõ tractẽt vaſa ſacra.] Vide infrà, Vaſa ſacra qui tractare nõ debeãt, &c.

Moniales nõ recipiantur pro pecunijs.] Hoc diffusè probatum lege ſuperius vocabulo, Monachus, & alia multa illic reperies, quæ etiam huic vocabulo cõueniunt, & nõ potuerũ [illegible].

Monialium virginum exercitium. Concilium CABILONENSE II. cau 59. *ut ſanctimoniales in monaſterio conſtituta habeant ſtudiũ in legendo, & in cantando in Pſalmorum celebratione, ſiue oratione, & horas canonicas, Matutinam videlicet, Primã, Tertiam, Sextam, Nonam, Veſpertinam, & Completorium pariter celebrent, omnes (excepta quam infirmitas tenet) in dormitorio dormiant, & omnibus diebus ad collationem veniant.* Idem omninò præcipit ſub eiſdem verbis Concilium MOGVNTINVM II. ſub Rabano Mauro, can 16. & Concilium COLONIENSE III. par.10. cap.10.11. & 12. vbi etiam decernit, vt in monaſterijs monialium ſit menſa cõmunis. verũ de his latiùs in ſuperioribus vocabulis, Abbatiſſa, Habitus, & Monachus, vide ergò, quia ibi ſuppletur quicquid hic defuerit. Vide ſeq.

Concilium Cabilonenſe 2. ſub Carolo Magno.

Concilium Moguntinũ 2. Concilium Colonienſe 3.

B MONIALIS VIDVA.

Monialium viduarum profeſſionis habitus & voti antiquus vſus defenditur.] Nõ erat neceſſe quod ſuperiori iam vocabulo conſtat irrefragabilibus authoritatibus probatum, dum de velandis ab antiquo virginibus egimus, hic refricare: quandoquidem dum vnum licitum eſſe probatur, aliud conſequenter ſanctum defenditur. Indè ſæpius Patrũ decreta & viduas, & virgines ſimul complectuntur, vt poteris agnoſcere ſi diligẽter reuolueris. Verùm quia quædam adhuc ſeſecuauimus ſpecialiter huic vocabulo decreta conuenientia, ea, ſuppreſſis his quæ ex lectione præcedentium reperies, hic volumus an- C notare. Viduas ergò ſolenni voto antiquitus caſtitatis ſe aſtrinxiſſe, & communi domicilio vſas atque habitu decẽti, ſuprà ex PHILONE IVDÆO libro, De vita contemplatiua, ex CONSTANTINI I. Imperatoris facto. Ex EPIPHANIO CYPRI teſtimonio, ex SVIDA GRÆCO in Helena, ex EVSEBIO CAESARIENSI libro 2 Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, cap.17. & ex alijs innumeris collige. Hoc & Paulus Apoſtolus epiſtola priore ad Timoth. cap.5. dũ deuitãdas illas ſuadet, quæ primam fidem irritã fecerũt. Sed & hodiè Anna propheriſſa filia Phanuel voto cõtinentiæ emiſſo non recedebat de tẽplo, ieiunijs & obſecrationibus vacans die ac nocte, quæ & meminit Saluatorem venientem, agnoſcere, vt etiam D pulchrè Auguſtinus in lectionibus Matutinarum, quæ hac nocte legebantur in die ſolenni purificationis, d. ſcripſit. De talibus etiam quædam iam dicta ſũt in vocabulo, Diaconiſſa, quia vt quibuſdã videtur ex his viduis diaconiſſæ inſtituebãtur, vt habes in memorato vocabulo, vide obſecto. De his autẽ & CLEMENS I lib 8 Conſtitutionũ Apoſtolic. refert Apoſtolos ſanxiſſe, c.31. *Ego Lebbæus (ait) cognomẽto Thaddæus hæc de viduis diſpono. Vidua non ordinatur, ſed ſi iampridem virũ admiſit, & tẽperatè ac laudabiliter vixit, & domeſtica rectè gubernauit, vt Iudith & Anna, quæ fuerũt fœminæ venerabiles, aſcribatur in ſtatum viduale. Quòd ſi nuper amiſit coniugem, ei fides non habeatur, ſed tẽpore iuuentus* E *probetur: affectiones enim aliquãdo conſeneſcunt cũ hominibus, niſi maiori fræno reprimãtur.* Vide etiã in ſequentibus diſtinct. ex eodẽ teſtimoniũ. Idẽ Clemens lib.3. earundẽ Conſtit. c.1. ſic Apoſtolos iterũ conſtituiſſe aſtruit. *Viduas cõſtituite non minores annis ſexaginta, vt quodãmodo propter illarũ ætatẽ ſitis certi eas bigamiæ ſuſpicione carere.* Et cap.2. *Adoleſcentiores viduæ ad viduale ſtatũ ne ordinentur, ne forte ea occaſione, quia nõ poſſunt florẽ ætatis cohibere, ad ſecũdas nuptias deſcẽdẽtes negotiũ habeãt. Adiuuentur autẽ & ſubleuentur, ne occaſione moleſtiæ carnis ad ſecũdas nuptias delapſæ in re indecora detineãtur.* Viduarũ etiã meminit & officij eaſundẽ Cõcil. CARTHAG.

Philo Iudæus. Conſtantinus Magnus. Epiphanius Cypri Suidas Græcus Euſebius Cæſarienſis.

Luc. 2.

Auguſtinus Hipponenſis.

Clemens 1.

Iudith 8. Luce 2.

Aetas conſe[illegible] vi duarum.

Officium m[illegible] Concil. Carthag. [illegible] 4

IV. cui Auguſtinus interfuit, canone 12. *Viduæ vel ſanctimoniales, quæ ad miniſterium baptizandarum mulierum eliguntur, tam inſtructæ ſint ad officium, vt poſſint apto & ſano ſermone docere imperitas & ruſticas mulieres tempore quo baptizandæ ſunt, qualiter baptizatori interrogatæ reſpondeant, & qualiter accepto baptiſmate viuant.* Porrò idem diximus de Diaconiſſis ex Epiphanio, & vide ſuo loco, Diaconiſſa, &c. Voti quoque viduarum meminit ARAVSICANVM Concilium I. ſub Leone I. canone 27. & allegatur à Gratiano cauſa 27 quæ. 1. capite Viduitatis. *Viduitatis (ait) ſeruandæ profeſſionem coram Epiſcopo in ſecretario habitam, impoſita à * Presbytero veſte viduali, non eſſe violandam. Raptorem verò talium, vel ipſam talis profeſſionis deſertricem meritò eſſe damnandam.* Et vide ſuperiùs, Monialium virginum raptores, & infrà adhuc vocabulo, Votum, &c. Porrò earundem viduarum meminit POLYCARPVS SMYRNENSIS epiſtola ad Philippenſes. *Viduæ verò (ait) pudicæ circa fidem Dei interpellent inceſſanter pro omnibus, elongantes ſe ab omnibus diabolicis detractionibus, & falſo teſtimonio, & ab omni malo, cognoſcentes ſeipſas, quia ſunt ſacrarium Dei, quoniam omnia Deus proſpicit, & nihil eum latet, neque cogitatio, neque conſcientia, neque aliquod abditum cordis.* Item ſæpiùs de talibus viduis meminit IGNATIVS MARTYR, & præcipuè in epiſtola ad Tarcenſes, vbi eadem penè verba inſerit quæ ſuperius Polycarpus. Et MARTIALIS APOSTOLVS epiſtola ad Tholoſanos cap. 9. Et TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro De cultu fœminarum, & lib. 1. ad vxorem, viduarum caſtitatem, & continentiam miris effert præconijs. *Non tantum (inquit) virginibus datum opinor, licet in illis integritas ſolida, & tota ſanctitas de proximo viſura ſit faciem Dei, tamen vidua habet aliquid operoſius, quia facile non eſt appetere quod neſcias, & auerſari quod deſideraueris nunquam. Glorioſior continentia quæ ius ſuum ſentit, quæ quid viderit nouit. Poterit virgo fœlicior haberi, at vidua laborioſior: Illa quòd bonum ſemper habuit, iſta quòd bonum ſibi inuenit. In illa gratia, in iſta virtus coronatur.* Verùm vt paucis abſoluamus, quia iam hoc ſatis ſuperq́; probatum eſt in ſuperioribus, ſic definit Concilium TOLETANVM X. canone 4. *Innituntur (ait) nonnullæ viduæ diuerſis excuſationibus ſe adeò contegentes, vt blandiantur ſibi non ſe Patrum plena religionis alligatas inſtitutione teneri. Vnde antiquis inconcuſſè permanentibus regulis, hoc adijcitur nouæ oraculo ſanctionis, vt vidua quæ ſanctæ religionis obtinere propoſitum voluerit, ſacerdoti vel miniſtro, ad quem aut ipſa venerit, aut quem ad ſe venire contigerit, ſcriptis profeſſionem faciat ad ſe aut ſigno aut ſubſcriptione notatam, continentem ſe & religionis propoſitum velle, & hoc perenniter inuiolatè ſeruare. Tunc accepta à Sacerdote, vel miniſtro apta religionis huius veſte, ſeu lectulo quieſcēs, ſiue quocunque in loco conſiſtens indeſinenter vtatur, nec diuerſi coloris aut diuerſæ partis eadem ſit notabilis veſtis, ſed religioſa & non ſuſpecta, quæ careat & varietatibus colorum, & diuerſitatibus ſpecierum, adeò vt abſque vlla ſuſpitione tranſgreſſionis maneat vſus tantum aptæ ſanctæ religionis, & ſuo ſexui competens ad teſtimonium probitatis. Vt autem deinceps nil reuocetur in dubium, pallio purpureo vel nigri coloris caput contegat ab initio ſuſceptæ religionis, vt dum illic tulerit ſignum probabilis ſanctitatis, vbi nullius falli poterit viſio intuentis nunquam auſus attentet deteſtandæ præſumptionis, &c.* Eadem omninò replicat Cōcilium FOROIVLIENSE ſub Adriano I. canone 11. & multi alij Patres, ſicut in ſuperioribus vocabulis inſertum reperies. Iunge ſequentia.

Concilium Arauſicanū I.

** Credo quod reddiτur ab Epiſcopo.*

Polycarpus Smyrnenſis.

Ignatius Martyr.

Martialis apoſtolus.

Tertullianus Carthaginenſ.

Concilium Toletanum 10.

Hæc Gratian. allegat cauſa 2 quæſt. 1. Vidua.

Modus profitēdi Viduis obſeruandus.

Concilium Foroi[illegible] ſub Carolo M[illegible]

Moniales viduæ non velandæ.] GELASIVS I. epiſtola 1. ad Epiſcopos Lucaniæ, Bruciorum, Siciliæ, c. cap. 15. *Viduas (inquit) velare Pontificum nullus attentet, quod nec authoritas diuina delegat, nec canonum forma præſtituit. Non eſt ergo penitus vſurpandum, eiſq; ſic Eccleſiaſtica ſunt ferenda præſidia, vt nihil committatur illicitum.* Hunc canonem allegat Conciliū TRIBVRIENSE can. 25. Præterea Concilium EPAVNENSE ſub eodem Gelaſio, cano. 21. *Viduarum (inquit) conſecrationem, quas Diaconas vocant, ab omni regione noſtra penitus abrogamus, &c.* Vide poſitum ſuperiùs Diaconiſſa, &c. Hinc ſubſcripſit Concilium TVRONICVM II. cano. 21. *Illud (ait) quod aliqui dicunt, vidua quæ benedicta non fuit, quare non debet maritum accipere, cum omnes ſciant, quod nunquam in canonicis libris legitur benedictio vidualis, quia ſolum propoſitum illi ſufficere debet, ſicut in Epaunenſibus canonibus à Papa Auito vel omnibus Epiſcopis conſcriptum eſt: viduarum conſecrationem, quas diaconas vocant, ab omni religione noſtra penitus abrogamus, &c.* Et expreſſiùs decretū eſt in Synodo ARELATENSI (ſcilicet Synodo 2. cano. 27. vt ſuperiùs allegauimus) *Profeſſas viduas ſi in incontinentia perſtiterint, cum raptoribus eſſe damnandas*: vide mox. *In prophetis legitur, quia de alienigenis cōtra interdicta Dei, cùm Hebræi ſortiti fuiſſent vxores, populum Dei à Gētibus ſuperatum. Poſt prædicante Propheta, quia dimiſere vxores & filios & ſeparauerūt ſe ab illicitis cōiugijs, ſtatim victoriā fuiſſe ſecutam. Quicunque ergò de laicis ingenuus, cùm talibus excōmunicatis participare præſumpſerit, excommunicatum ſe eſſe cognoſcat.* Eadem & Concilium TVRONENSE III. canone 23. & Concilium MOGVNTINVM III. cap. 27. ſtatuit, ne iuuenes viduæ citò velentur, vſque dum probetur illarum religio, & bona ab eis nota ſit conuerſatio. Hinc etiam Concilium PARISIENSE III. libro 1. cano. 40. *Vt autem nullus Pontificum (ait) viduas velare attentet, canonica authoritas inhibet. Quòd verò Presbyteri inconſultis Epiſcopis ſuis velum viduarum conſecrare non præſumant, prorſus interdicimus. Quòd ſi quiſpiam Presbyterorum huius conſtitutionis contumaciter tranſgreſſor extiterit, canonicæ correptionis pœnas luet.* Tum ſubdit, ne etiam Presbyteri præſumant virgines velare, vel illæ ſibi præſumant velum imponere, vt in ſuis vocabulis quibuſque iam dictum eſt. Vide ergò, & iunge ſequentia.

Gelaſius 1.

Concilium Triburiēſe ſub Arnulph. Imper.

Concilium Epaunenſe ſub Sigiſmūdo rege.

Concilium Turonicum 2. ſub Pelagio I.

3. Eſdræ 9. [illegible] 10. Nehem. 13.

Concilium Turonenſe 3.

Concilium Moguntin[illegible]

Concilium Pariſienſe 3.

Monialibus viduis interdicūtur nuptiæ.] Vide ſuperiùs, Monialibus virginibus interdicuntur nuptiæ, quia de viduis ibi fit mentio. Similiter ea repete quæ ſuperiori diſtinctione poſita ſunt. Vnde & ſic Concilium ARAVSICANVM I. ſtatuit canone 28. *In vtroque ſexu (ait) hi qui ſunt deſertores profeſſæ caſtitatis, præuaricatores habendi, & his omnibus per pœnitentiam legitimam conſulendum.* Vnde & Concilium FOROIVLIENSE canone 11. fœminis & viduis adaptat hunc canonem, ſtrictè præcipiēs, vt qui continentiam ſpontaneè vouerunt, ne liceat eis nuptias repetere. Sic etiam poſuimus ex Concilio ARELATENSI III. ſuprà, repete ſi vis. SYMMACHVS I. epiſtola ad Cæſarium Epiſcopum. *Neque viduas (ait) ad nuptias tranſire patimur, quæ in religioſo propoſito diuturna obſeruatione permanſerint.* Vide ibidem etiam ex Concilio TVRONICO II. capite 21. Item Concilium TOLETANVM III. canone 10 & allegat Gratianus cauſa 32. quæſtione 2. capite

Concilium Arauſicanum [illegible]

Concilium Foroiulienſe.

Conciliū Arelatenſe 3. [illegible]

[illegible] Turonicum 2. [illegible] ſub Pelagio 2.

Hoc ſanctum. *Pro conſultu* (ait) *caſtitatis, quod maxime hortamento Concilij pro... eſſe debeat, annuente glorioſo domino noſtro Reccaredo Rege hoc ſanctum affirmat Concilium, vt de viduis quibus placuerit tenere caſtitatem, nulla vidua ad nuptias iterandas venire cogatur. Quòd ſi priuſquam profiteantur continentiam nubere elegerint, illis nubant quos propria voluntate voluerint habere maritos.* Lege autem quod ſuperiùs annotauimus, vbi plura ſunt poſita, cum iunge ſequentia.

Moniales viduæ ſi votum fregerint aut propoſitum abiecerint.] Lege, quæ ſuperiùs poſita ſunt de virginibus monialibus. Has denique viduas Apoſtolus Paulus vitandas docet 1.Thimoth 5.eo quod primam fidem irritam fecerint. Hac etiam præcedenti diſtinctione euaſit notum, dum illis interdicuntur nuptiæ. Porrò de talibus etiam Apoſtoli præcepta dederunt, vt iam recenſuimus ſuperioribus. Ex Clemente 1. cui Concilium ARALATENSE II. ſub Syluestro 1. canone 27. præcedenti iam pagina allegatum, ſubſcripſit. *Profeſſas* (inquit) *viduas ſi in cohabitando perſtiterint, decernimus cum raptoribus eſſe damnandas.* Vnde & Concilium CARTHAGINENSE IV. canone 104 & allegat Gratianus, cauſa 27.quæſtione 1.capite Sicut. *Sicut bonum eſt* (ait) *caſtitatis præmium, ita & maiori obſeruantia & præceptione cuſtodiendum eſt, vt ſi qua vidua, quantumlibet adhuc in minoribus annis poſita, & matura ætate à viro relicta, ſe deuouerint Domino, & veſte laicali abiecta ſub teſtimonio Epiſcopi & Eccleſiæ religioſo habitu apparuerit, poſtea vero ad nuptias ſeculares tranſierint, ſecundum Apoſtolum damnationem habebunt, quoniam fidem caſtitatis, quam Domino vouerunt, irritam facere auſæ ſunt. Tales ergo perſonæ ſine Chriſtianorum communione maneant, quæ etiam nec in conuiuio cum Chriſtianis communicent. Nam ſi adulteræ coniuges reatu ſunt viris ſuis obnoxiæ, quanto magis viduæ quæ religioſitatem mutauerunt crimine adulterij notabuntur, ſi deuotionem, quam Deo ſponte non coactæ obtulerunt, libidinoſa corruperint voluntate, atque ad ſeculares vel ſecundas nuptias tranſitum fecerint. Quæ & ſi violentia irruente, ab aliquo præreptæ fuerint, ac poſteà delectatione carnis atque libidinis permanere in coniugio raptoris vel violenti viro conſenſerint, damnationem ſuperius comprehenſæ tenebuntur obnoxiæ. De talibus ait Apoſtolus Cum luxuriatæ fuerint nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Vide in hunc Apoſtoli locũ AMBROSII, CHRYSOSTOMI, HIERONYMI, atque aliorum virorum illuſtriũ commentatis, qui omnes huic ſententię ſuum adiiciunt calculum. Vnde & GELASIVS I.epiſtola 1.ad epiſcopos Lucaniæ Brutiorum, &c.capite 22. allegat Gratianus cauſa 27.quæſtione 1 capite De viduis. *De viduis ſub nulla benedictione velandis ſuperius dictum eſt. quæ ſi propria voluntate profeſſam priſtini coniugij caſtitatem mutabili mente calcauerint, periculi earum intererit, quali Deum debeant ſatisfactione placare, quia, iuxta Apoſtolum, primam fidem irritam fecerunt. Sicut enim ſi ſe forſitan continere non poterant, ſecundum Apoſtolum, nullatenus nubere vetabantur, ſic habita ſecum deliberatione promiſſum Deo pudicitiæ fidem debuerunt cuſtodire. Nos autem talibus nullum laqueum debemus inijcere, ſed ſolum adhortationes præmij ſempiterni pœnaſque proponere diuini iudicij, vt & noſtra ſit abſoluta conſcientia, & illarum pro ſe rationem Deo reddat intentio. Cauendum eſt quippe, quod de earum moribus actibuſque beatus Paulus Apoſtolus teſtatur, quod plantus* exponere prætermiſimus, ne ſexus inſtabilis non tam deterreri, quam admoneri videatur. Lege etiam ſuprà quæ poſuimus ex Concilio TOLETANO IV. canone 54. & ex reliquis. Vndè & Concilium VVORMATIENSE canone 21. *Vidua quæ ſacrum velamen impoſuerit, & inter cæteras velatas fœminas in Eccleſia manſerit, & oblationem cum illis obtulerit, ſi profeſſa eſt in eodem habitu permanere, ſpondens nunquam religionis deponere velamen, à religionis obſeruantia diſcedere non præſumat. Quòd ſi præſumpſerit, & ad id quod ſpoponderat reuocari non poteſt, & à liminibus ſanctæ Eccleſiæ ſegregetur, donec ad emendationis remedia confugiat.* Idem omninò Concilium TRIBVRIENSE canone 25. Et ALEXANDER III. parte 45 Concilij Lateranenſis quod celebrauit cap. 4. ſcribens Lucenſi Epiſcopo. *Mulier quæ poſt mortem viri ſui habitu mutato velamen aſſumpſit, ſed non renunciauit proprijs, nec intrauit clauſtrum, nec in manu Epiſcopi Abbatis, aut Abbatiſſæ, ſed ſuper altare eſt profeſſa, vel obedientiam promiſit, poſtmodum verò anno elapſo, lapſum incontinentiæ formidans, abiecto religionis habitu, cuidam ſolenniter in facie Eccleſiæ nupſit. Ad hoc reſpondetur, quod ſicut ſimplex votum matrimonium impedit contrahendum, ſed non dirimit contractum, ita ſine profeſſione & propriorum renunciatione habitus ſuſceptio ne contrahatur impedit, ſed conſummatum nequaquam diſſoluit.* Vide ſuprà Matrimonium an emiſſio voti ſoluat, &c. Eadem replicat COLONIENSE III. partis 10.capite 15. Vide ſequentia.

Concilium Arelatenſe 2. anno 320.

Concilium Carthaginenſe 4. ſub Anaſtaſio 1. ... Auguſtinus interfuit.

1.Timoth 5.

1.Timoth. 5.

Ambroſius Mediolanenſis. Ioannes Chryſoſtomus. Hieronymus Stridonenſis. Gelaſius 1.

1.Corinth. 7.

1.Timoth. 5.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

Concilium Vormatienſe ſub Ludouico 2. Imperat. anno 868.

Cõcilium Triburienſe ſub Arnulpho Imperat.

Alexander 3.

Simplex votũ impedit matrimonium.

Monialium viduarum raptor & oppreſſo. Hoc ex ſuperioribus & præcedentibus dependet diſtinctionibus, vbi iam multoties inuenitur expreſſam. Vide etiam ſuprà in dictione Monialium virginum raptores, &c. quia illic cuncta inſerta ſunt quæ huic poſſent loco annotari. Porrò vide ad calcem præcedentis paulò antè ex Concilio Arauſicano I. vbi raptor ſacrilegus viduatum damnatur. Et SYMMACHVS I.epiſtola 1.ad Cæſarium Epiſcopum, capite 3. & allegat Gratianus cauſa 36.quæſtione 2. capite Raptores. *Raptores viduarum vel virginum, ob immanitatem tanti facinoris deteſtamur, illos vehementius proſequẽdo, qui ſacras virgines, vel volentes, vel inuitas matrimonio ſuo ſociare tentauerint: quos pro tam nefandiſſimi criminis atrociter à communione ſuſpendi præcipimus.* Vide idem in Concilio ILERDENSI cap. 6. Huic & CONCILIVM GENERALE IV canone 4. ſtatuit, vt ſi quis Clericus cum muliere Deo dedicata coierit, deponatur, vt qui ſponſæ Chriſti vitium attulerit: ſi autem laicus, ſegregetur. Vide ſuperiùs ex Concilio TVRONICO II. canone 21. reliquum.

Symmachus 1.

Concilium Ilerdenſe.

Concilium generale 4 Cõſtantinopolitanum 8.

Concilium Turonicum 2.

MORBVS.

Morbo Regio laborantes.] ZACHARIAS I.epiſtola 5.ad Bonifacium Archiepiſcopum Moguntinum ſtatuit, vt homines qui natiuitate, aut genere morbum hunc contraxerint, extra ciuitatem pellantur, quòd tamen nullis inhibeatur regreſſus ad eleemoſynam petendam. Si autem fortuito caſu hoc morbo vexantur, non proiiciantur, ſed ſolicitè curari ſi fieri poſſit, & ad communionem poſtquã omnes perfecerint admitti præcipit. Equi verò qui hoc morbo laborant, & non poſſunt curari, in aquam præcipitari iubentur, etiam de his qui à canibus rabidis, vel lupis fuerint lacerati, iubentur ſeparari ne alios ſimiliter inficiant, vel in foueam proiiciendi.

Zacharias 1.

MORTVVS.

Ambroſius Mediolanenſis. Anaſtaſius 2.

Mortui an lugendi.] Hoc ſummopere vetat AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro De bono mortis per totum. & coxoos eius ANASTASIVS I. epiſtola a.ad Netianum,& allegat Gratianus caoſa 13. quæſtione 2. capite Habent. *Habent forſitan nullam longi doloris excuſationem, qui vitam alteram neſciunt, qui de hoc ſeculo ad melius eſſe tranſitum non credunt. Nos autem, qui nouimus, qui credimus & docemus, contriſtari nimium de obeuntibus non debemus. ne quod apud alios pietatis tenet ſpeciem, hoc nobis magis in culpa ſit. Nam diffidentiæ quodammodo genus eſt, contra hoc quod quiſque prædicat, quærere iuſtitia amans, dicente Apoſtolo:* (1. Theſſal. 4.) *Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Hac itaque ratione perfecta ſtudendum nobis eſt, ne de mortuis affligamur, quos credendum eſt ad veram moriendo vitam perueniſſe. ſed affectum viuentibus impendamus, quibus & pietas ad vtilitatem, & ſit ad fructũ dilectio.* Eiuſdem eſt mentis PHILO IVDÆVS (Philo Iudæus.) libro tertio, vitæ Moſis, *Luctus (ait) in cognatorum obitu dolor neceſſarius non imputatur pro peccato, attamen ad certum tempus a templo arceantur lugentes, quo non patet aditus, niſi immunibus ab omni inquinamento tum fortuito tum voluntario, &c.* Hinc HIERONY. STRIDONENSIS (Hieronymus Stridonenſis.) in Epitaphio Nepotiani ad Heliodorũ, lugere mortuos omnino indecens eſſe Chriſtiano teſtatur. Et alia epiſtola ad Paulam ſuper obitu Bleſillæ filiæ, quæ incipit, Quis dabit capiti meo, &c. *Cur (ait) durum ſit quod quandoque patiendum eſt? Et cur dolemus quemquam mortuum? Ad hoc enim nati ſumus, vt maneamus æterni Abraham, Moyſes, Iſaias, Petrus, Iacobus, Ioannes, Paulus electionis vas. & ſuper omnia filius Dei moritur. & nos indignamur aliquem exire de corpore, qui ad hoc forſitan raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius.* (Sapient. 4) *Placita enim erat Deo anima eius, propterea properauit eum educere de medio iniquitate, ne longo vitæ itinere deuijs oberraret anfractibus. Lugeatur mortuus. ſed ille quem gehenna ſuſcipit, quem tartarus deuorat. in cuius pœnam æternus ignis æſtuat. Nos quorum exitum Angelorum turba comitatur, quibus obuiam Chriſtus occurrit, grauemur magis ſi diutius in tabernaculo iſto mortis habitemus. Quia quandiu hic moramur, peregrinamur à Domino.* Et ORIGENES ADAMANTIVS (Origenes Adamantius.) homilia prima, in Pſalmum 38. exponens illud: *Vniuerſa ergo vanitas omnis homo viuens. Quia autem (ait) de hac vita accipiatur iſta ſententia, audi Eccleſiaſtem proteſtantem & dicentem: Laudaui omnes qui mortui ſunt, ſuper omnes qui viuunt. Laudat ergo mortuos pluſquam viuos. quia illi hoc ſaltem lucri habent, quod de vinculis huius corporis liberati ſunt, nec vltrà carne ac pellibus induti ſunt, nec oſſibus ac neruis inſerti ſunt, nec vltrà ſubiacent neceſſitati corporis. Contemnemus vnam iſtam vitam. & feſtinemus ad ſanctã vitã, & beatam, ac veram. & in illam animo & mente tendamus omni vanitate diſcuſſa, nec dicamus dulcem iſtam lucem qua nunc vtimur.* Et IOANNES CHRYSOSTOMVS (Ioannes Chryſoſtomus, Matth. 9.) homilia 32. in Matthæum exponens illud: *Non enim eſt mortua puella, ſed dormit, &c. Puella illa (ait) mortua rurſus fuit, tua verò poſteaquam reſurrexerit nunquam in poſterum mortem videbit. Nemo ergo defunctos ploret, nemo lugeat, nemo mortem Chriſti, qua mors ſuperata eſt, calumnietur. Quid fruſtra fles, ſi mortem in ſomnium redactam eſſe credis? Quid te cædis & luges? Gentes id faciunt quia non credunt. Si autem fidelis pariter atque infidelis hac in re peccat, quid reſpondebit? quomodo veniam petere audebit, præſertim longis temporibus poſtea cùm iam nemo Chriſtianus de reſurrectione ambigat?* Verùm oporteret penè totam hic homiliam inſerere eiuſdem Patris, ſi cuncta vellemus huc pertinentia ſcribere. Lege verò ſi vacat, quia pulcherrima eſt. De non lugendis etiam mortuis AVGVSTINVS HIPPONENSIS (Auguſtinus Hipponenſis.) ſermone 15. de Martyribus præclara loquitur. Verùm ea ſilentio præterimus, ſicut & multorum aliorum Patrum teſtimonia. Idem etiam prohibet Concilium TOLETANVM III. (Concilium Toletanum 3. ſub Pelagio.) ſub Pelagio II. canone 22. & allegatur à Gratiano caoſa 13. quæſtione 2. capite Qui diuina. *Religioſorum omnium corpora, qui diuina vocatione ab hac vita recedunt, cum Pſalmis tantummodo, & pſallentium vocibus debere ad ſepulchra deferri. Nam funebre carmen, quod vulgo defunctis cantari ſolet, vel in pectoribus ſi aut proximos, aut familias cædere omnino prohibemus. Sufficit autem, quod in ſpe reſurrectionis Chriſtianorum corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorum. Prohibet enim nos Apoſtolus* (1. Theſſal. 4.) *noſtros lugere defunctos, dicens: De dormientibus autem nolo vos contriſtari, ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Et Dominus non fleuit Lazarum mortuum, ſed* (Ioann. 11.) *ad vitæ huius plorauit ærumnas reſuſcitãdum. Si enim poteſt hoc Epiſcopus omnes Chriſtianos prohibere, agere non moretur, à religioſis tamen aliter fieri non debere cenſemus. Sic enim Chriſtianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.* Idem omnino Concilium COLONIENSE III. (Conc. Colon. 3.) partis 7. capite 18. & 29. vt iam diximus ſuis locis, videlicet in vocabulo, Defunctus, vide ergò.

Mortuis impendenda ſuffragia, &c.] Hoc ſerie ſanctorum Patrum ab origine Euangelij probatum inuenies in vocabulo, Defunctus, &c.

MOYSES.

Moyſis vitam, & encomium virtutis eius multi grauiſſimi ſcriptores prodiderunt, è quorum numero PHILO IVDÆVS (Philo Iudæus.) tribus libris, eius vitam complexus eſt, & GREGORIVS NISSENVS (Gregorius Nyſſenus.), & quidam alij. Celebrem verò eius facit mentionem CLEMENS (Clemens.) libro 6. conſtitutionum Apoſtolicarum, capite 3. & capite 19. & 20. vbi per manus eius portenta narrat & miracola facta. Itaque capite 10. verùm omnia clariſſimè leguntur in libris Exodi, Numeri, Leuitici, &c. genus verò eius ex antiquis hiſtorijs deducit IVSTINVS MARTYR (Iuſtinus Martyr.) in ſermone exhortatorio ad Gentes. Quod autem typus Chriſti fuerit, & eius aduentum præmonſtrarit in ſuis obſeruationibus legalibus, docet IRENÆVS LVGDVNENSIS (Irenæus Lugdunenſis.) libro 4. contra hæreſes Valentini & ſimilium, capite 23. cùm de Paſchæ ſacrificio loquitur, verùm nullus eſt ſanctorum Patrum qui non ſit verſatus in eiuſdem Moſis præconio, de lege autem eius. Vide ſuprà, lex Moyſi, &c.

MVLIER.

Mulieres vitandæ.] IVSTINVS MARTYR (Iuſtinus Martyr.) epiſtola ad Zenam & Serenum fratres. *Mulieres (ait) alloquendæ ſunt ſerio propter vanitatem ingenij, donec enim ſe fucit ſpectabile, & ſexũ prætexit, & indulget otio, fœmina eſt, & proinde nidũ fidelis. Quapropter nec infeſtemur eas, nec tamen eis blandiamur. Sic autẽ diligamus, vt abſit periculũ. Et infrà: Vxorculæ honorãdæ ſunt cautè, ne forte fallamur, cõuerſandũq; cũ eis modicè, ac ſobriè, timẽda earũ cõſuetudinis periculũ propter notã earũ inconſtantiã, quæ ſi ſemper*

memine

A *meminerint eius rei ad quam ſe factas putant. Sed ante omnia cauendum ab occultis earum mundanis ſtudijs, quæ ne ipſæ quidem probant, faciunt tamen in proximorum perniciem. Sic fit vt nonnullæ, quia non audent propalam fucare faciem, furtiuis artibus id faciant. In aquam enim, aut oleum proſpiciendo decernunt, poſſint ne aduerſus pudicitiam bellum gerere: imo & alio modo ſtruunt inſidias. Implexo enim clàm capillitio, quaſi non liceat in propatulo comam curioſius excolere, proximorum barbam mentumq́; contrectant, ſummis digitis, interdum etiam capite immoto oculos per totum ſuum corpus circumferunt. Oportet igitur cum talibus verſari fortis animo, & patulos ramos earum reſecare, &c.* multa de vitãdis mulieribus CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro De ſingularitate clericorum.

Mulierum inſidiæ.

Cyprianus Carthaginenſ.

B *Aculeus (inquit) peccati facta eſt forma fœminea, & mortis conditio non aliunde ſurrexit, niſi de muliebri ſubſtantia, &c.* Lege obſecro libellum ſi plura volueris noſſe. Lege & IOANNEM CHRYSOSTOMVM homilia 9. quòd nemo læditur, niſi à ſeipſo. Et opere 2. in Matthæum, homilia 12. *Quid autem eſt aliud mulier (ait) niſi amicitiæ inimica, ineffugabilis pœna, neceſſarium malum, naturalis tẽtatio, deſiderabilis calamitas, domeſticum periculum, delectabile detrimentum, mali natura boni colore depicta, &c.* Sed hæc ſatis.

Ioannes Chryſoſtomus.

Mulierum contubernium clericis inhibetur.] Poſuimus cuncta in vocabulo Clericos, & deinceps.

C Mulieres non ingrediantur monaſteria.] Poſitum vide ſuperiùs.

Mulieres ſacra vaſa non contingant.] Vide infrà, Vaſa ſacra, &c.

Mulieres à publicis iudicijs & negotijs arcendæ.] Concilium NANNETENSE can. 19. *Cum Apoſtolus dicat, mulieres in Eccleſia taceant, non enim permittitur eis loqui. Turpe eſt enim mulieri loqui in Eccleſia, mirum videtur, quòd quædam muliercula contra diuinas humanáſque leges attrita fronte impudenter agentes placita generalia, & publicos conuentus indeſinenter adeunt, & negotia regni vtilitatéſque reipublicæ magis perturbant quàm diſponant, cùm indecens ſit, & etiam inter barbaras gentes reprehenſibile mulieres virorum cauſas diſcutere, & quæ de lanificijs ſuis, & operibus textilibus, & mulieribus inter genitiarias ſuas reſidentes debuerunt diſputare, in conuentu publico ac ſi in curia reſidentes, ſenatoriam ſibi vſurpant authoritatem. Quæ ignominioſa præſumptio fautoribus magis imputanda videtur, quàm fœminis. Vnde quia diuinæ leges, vt ſuprà monſtratum eſt, hoc cõtradicunt, & humanæ nihilominus id ipſum prohibent, vt fœminæ nihil aliud proſequãtur in publico, quàm ſuam cauſam. Ait enim* LEX THEODOSIANA: *Nulla ratione fœmina amplius quàm ſuas cauſas agendi habeant poteſtatem, nec alienum cauſam à ſe nouerit conſequendam, &c.* Hæc etiam allegat Burchardus libro 8. Decretorum, capite 85. vide ſequentia.

Concilium Nannetenſe.
1. Corinth. 14.

D

Lex Theodoſiana.

E

Mulieres docere non præſumant.] CLEMENS I. libro 3. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 6. ſic Apoſtolos recẽſet decreto ſtatuiſſe. *Nõ permittimus mulieres in Eccleſia docere, ſed tantum orare, & magiſtros audire. Nam magiſter ipſe & Dominus Ieſus Chriſtus, cùm nos duodecim ad docendum populum gentéſq́; miſiſſet, nuſquam mulieres miſit ad prædicationem, quanquam non deerant. Erat enim nobiſcùm mater Domini & ſorores eius, præterea Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Martha, & Maria ſorores Lazari, & Salome, & quædam aliæ. Nam ſi*

Clemens I.
1. Corinth. 14.

A *neceſſe fuiſſet mulieres docere, ipſe primus his quoque præcepiſſet, vt vna nobiſcum populum inſtituerent. Si enim caput mulieris vir eſt, æquum non eſt vt reliquum corpus capiti imperet.* Hinc ſubſcribit Concilium CARTHAGINENSE IV. can. 99. allegatque Gratianus diſtinct. 23. cap. Mulier. *Mulier* (ait) *quamuis docta & ſancta, viros in conuentu docere non præſumat, &c.* Et TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro De præſcriptionibus aduerſus hæreticos, arguit Mulieres hæreticas, eo quòd procaces docere auderent, & exorciſmos agere, curationes repromittere & baptizare. Vide infrà. Idem & Epiphanius Cypri libro 3. contra hære. 79. contra Collyridianos, vbi eadem penè verba reſumit, quæ ſuprà ex Clemente I. protulimus, vt videre quilibet poterit, ſi curioſiùs inſpexerit.

Concilium Carthaginenſe 4.

Tertullianus Carthaginenſ.

Epiphanius Cypri.

B Præterea CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS in præfatione Catecheſeon, vbi etiã Virginib⁹ ſubmiſſa voce iubet preces & pſalmos recitare. Porrò præmiſſa decreta aliàs hæretici obiecerunt contra ſanctum Concilium Nicænum II. generale VII. improbantes illud libro edito ſub Caroli Magni nomine, eo quod Irene, quæ Imperatrix erat, & mater Imperatoris Catholica, cum filio prædicto Concilio præſediſſet. Sed his reſpondet ADRIANVS I. libro edito pro defenſione eiuſdem Concilij ad Carolum Magnum, cap. 53. quòd aureà ſimilia licitè mulieres feciſſe probantur.

Cyrillus Hieroſolymitan.

Adrianus I.

C Siquidem Helena Conſtantini Magni mater, in cõuentu Iudæorum cum Chriſtianis habito, deſedente Silueſtro, ſubdit cum filio Conſtantino. Sed & ex actibus Concilij Calcedonenſis colligitur, & ex epiſtolis Leonis I ad Pulcheriam Auguſtam, quòd eadem pulcheria cum Martiano Imperatore diffinitionem præfati Concilij præſedit. Sed & AVGVSTINVS in Geneſin, exponens illud: *Produxit terra herbam pabuli & ligna fructifera, &c. Producunt* (inquit) *& homines in Eccleſia opera miſericordiæ poſt ipſa opera, quæ etiam Domino exhibita ſunt, cùm eſſet in carne, non ſolùm à viris ſicut fuit Zacheus, ſed etiam à mulieribus quæ ei miniſtrabant de ſubſtantia ſua, &c.* Verùm ex his non infertur, quod mulieres officium prædicandi in Eccleſia vel adminiſtrandi ſacramenta vſurpauerint, longe quod ſequitur.

Auguſtinus Hipponenſis.

D Mulieres non præſumant baptizare.] CLEMENS I. libro 3. Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite nono. *De mulieribus autem* (aiunt Apoſtoli) *an hæ baptizare debeant, ſignificamus vobis, quod non paruum periculum imminet eis, quæ hoc faciunt. Ideo non conſulimus, periculoſum eſt enim, imo iniquum & impium.* Et infrà: *Quòd ſi in præcedentibus docere eas non permiſimus, quomodo quis eas præter naturam ſacra facere concedat? Hæc eſt enim iniuſtitia ad Græcorum impietatem pertinens, fœminis deabus ſacrificulas inſtituere.*

Clemens I.

E Eadem omninò EPIPHANIVS CYPRI libro tertio, contra hæreſes, hæreſi 79. contra Collyridianos, vbi mulieribus prohibet ſacrificare. *Si mulieribus* (inquit) *præceptum eſſet ſacrificare Deo, aut regulare quicquam operari in Eccleſia, oportebat magis ipſam Mariam ſacrificium perficere in nouo teſtamento, quæ digna facta eſt ſuſcipere in proprijs ſinibus vniuerſorum Regem, Deum cœleſtem Filium Dei, cuius vterus templum factum eſt ac domicilium ad Domini in carne diſpẽſationem, per Dei benignitatem & admirandũ myſteriũ præparatus eſt. At non cẽplacuit. Sed neq́; baptiſma dare concreditum eſt, alioqui potuiſſet Chriſtus ab ipſa baptizari, potius quàm à Ioanne, &c.*

Epiphanius Cypri.

Tertullianus Carthagin. & Concilium Carthaginenſ.

Lege reſiduum. Hinc ſcribit TERTVLLIANVS, vt præcedenti pagina allegauimus. Et Concilium CARTHAGINENSE IV. can. 100. allegaturq; à Gratiano, De conſecr. diſt. 3 *Mulier* (ait) *baptizare non præſumat, &c.* Quòd verò Mulieribus in caſu neceſſitatis baptizare concedatur. Vide ſuprà vocabulo, Baptiſmus, &c.

Concilium Neocæſarien.

Mulier grauida & prægnans ſi debeat baptizari.] Concilium NEOCÆSARIENSE can. 6. *Grauida* (inquit) *oportet baptizari quando voluerit. Nihil enim in hoc quæ parit naſcenti communicat, propterea quod vniuſcuiuſque ſuum propoſitum in confeſſione declaretur.* Hoc decretum allegat

Martinus Bracarenſis.

MARTINVS BRACARENSIS cap. 54. collectorij, & citatur à Gratiano De conſecr. diſt. 4 c. Sequa, &c. Porrò quærenti Auguſtino Anglorum Epiſcopo, ſi mulier prægnans, & puer natus poſ-

Gregorius I.

ſet baptizari, reſpondet GREGORIVS I. cap. 10. ad interrogata, &c. *Mulier prægnans* (ait) *cur non debeat baptizari, cùm non ſit ante omnipotentis Dei oculos culpa aliqua fœcũditas carnis. Nam cùm primi Parentes noſtri in Paradiſo reliquiſſent immortalitatem quam acceperant recto Dei iudicio perdiderunt. Quia itaque idem omnipotens Deus humanum genus pro culpa ſua funditus extinguere noluit, & immortalitatem homini pro peccato ſuo abſtulit, & tamen pro benignitate ſuæ pietatis fœcunditatem ei ſobolis reſeruauit. Quod ergo naturæ humanæ ex omnipotentis Dei dono ſeruatum eſt, qua ratione poterit a ſacri Baptiſmatis gratia prohiberi. In illo quippe myſterio, in quo omnis culpa funditus extinguitur, valde ſtultum eſt, ſi donum gratiæ contradicere poſſe videatur.* Vide & ea quæ ſequuntur.

Clemens I.

Mulier menſtruata, & enixa, quanto tẽpore ab ingreſſu templi, & viri thoro debeat abſtinere.] CLEMENS I. lib. 6. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap 28. *Neque verò naturalis purgatio odioſa Deo eſt, qui illam inſtituit in mulieribus per menſtrua ſpacia, valetudinis firmitatiſq; cauſa, cùm otioſa ſint, vt quæ magna ex parte domi ſedent ſed etiam, vt habetur in Euangelio, cum illa,*

Matth. 9.

quæ patiebatur fluxum ſanguinis, valetudinis gratia ſalutarem fimbriam attigiſſet, non moleſtè tulit Dominus, neque omnino illam accuſauit, imò potius eam curauit, dicens: Fides tua te ſaluam fecit. Menſtruiſque

Ezechiel. 18.

apparentibus mulieribus, viri cum eis ne coeant, vt filij ſine morbo naſcantur. Prohibuit enim hoc lex, inquiens: ad mulierem menſtruatam ne accedas, neque verò cum prægnantibus conſuetudinem habeant, quia non ſuſcipiendorum filiorum; ſed voluptatis cauſa hoc faciunt. Oportet autem Dei amicum non appetere voluptatem.

Gregorius I.

Et GREGORIVS I. cap. 10 ad interrogata Auguſtini Anglorum Apoſtoli, & allegatur à Gratiano, diſtinct. 5 cap. Cùm enixa, &c *Cùm enixa fuerit mulier, poſt quot dies debeat Eccleſiam intrare teſtamenti veteris præceptione didiciſti, vt pro maſculo diebus 30. pro fœmina verò 66. debeat abſtinere. quod tamen ſciendum eſt, quia in myſterio accipitur. Nam ſi eadem hora qua genuerit, actura Deo gratias intrat Eccleſiam, nullo peccati pondere prægrauatur. Voluntas enim carnis, non dolor in culpa eſt. In carnis au-*

Geneſ. 3.

tem commixtione, voluptas eſt, in prolis verò partu gemitus & dolor. Vnde & ipſi primæ noſtri omniũ dicitur: In doloribus paries. Si itaque enixam mulierem prohibemus Eccleſiam ingredi, ipſam ei pœnam ſuam in culpam deputamus. Baptizari autem vel enixam mulierem, vel hoc, quod genuerit: ſi mortis periculo vrgetur, vel ipſa hora eadem, qua gignit, vel hoc quod gignitur eadem qua natum eſt, nullo modo prohibetur. Quia ſicut ſanctis miniſterij gratia viuentibus atque diſcernentibus cum magna diſcretione prouidenda eſt, ita quibus mors imminet ſine vlla dilatione afferenda eſt, ne dum adhuc tempus ad præbendum redemptionis myſterium quæritur, interueniente paululum mora inueniri non valeat qui redimatur. Ad eius verò concubitum vir eius accedere non debet, quouſque qui gignitur ablactetur. Praua autem in coniugatorum moribus conſuetudo ſurrexit, vt mulieres filios ſuos quos gignunt nutrire contemnant (vide ablactare) *eoſq; alijs mulieribus ad nutriendum tradant. Quod videlicet ex ſola cauſa incontinentiæ videtur inuentum, quia dum ſe continere nolunt, deſpiciunt lactare quos gignunt. Hæ itaque quæ filios ſuos ex praua conſuetudine alijs ad nutriendum tradunt, niſi purgationis tempus tranſierit, viris ſuis non debent admiſceri: quippe quia & ſine partus cauſa cùm inconſuetis menſtruis detinentur, viris ſuis miſceri prohibentur, ita vt morte lex ſancta feriat, ſi quis vir ad menſtruatam mulierem accedat. Quæ tamen mulier dum ex conſuetudine menſtrua patitur prohiberi ab Eccleſia non debet, quia ei naturæ ſuperfluitas in culpam non valet imputari, & per hoc quod inuita patitur, iuſtum non eſt vt ingreſſu Eccleſiæ priuetur. Hoc probatur exemplo illius mulieris menſtruatæ, quæ ad Dominum acceſſit & ſanitatem recepit. Sanctæ autem communionis myſterium in eiſdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non præſumit, laudanda eſt, ſed ſi percipiat, non iudicanda. Bonarum quippe mentium eſt, etiam ibi aliquomodo culpas ſuas agnoſcere, vbi culpa non eſt: quia ſæpè ſine culpa agitur, quod venit ex culpa. Vnde etiam cùm eſurimus, ſine culpa comedemus quibus ex culpa primi hominis factum eſt vt eſuriamus. Menſtrua enim conſuetudo mulieribus non aliqua culpa eſt, videlicet quia naturaliter accidit: ſed tamen quod natura ipſa vitiata eſt ita, vt etiam ſine voluntatis ſtudio videatur eſſe polluta, ex culpa venit vitio, in quo ſeipſam qualis per iudicium facta ſic humana natura cognoſcat. & homo qui ſpontè culpam perpetrauit reatum culpæ pertet inuitus. Atque ideo fœminæ tales nec arcendæ ſunt à communione ſi petunt, licet ſi non accedunt laudandæ ſunt.* Tum in ſequentibus probat conſuetudinem Eccleſiæ eſſe Romanis, vt poſt admixtionem propriæ cõiugis lauacri purificationem quærant, & ab ingreſſu Eccleſiæ paululum reuerenter abſtineant, non propterea damnantes cõiugium, ſed propter voluptatem, &c. verùm latiùs hæc proſequitur, lege.

Ezechiel. 18.

Eadem omni ... in apoſtolicis Conſt... ſunt

Matth. 9.

Romanorum conſu...

Mulieres virilem habitum nõ aſſumant.] Concilium GANGRENSE ſub Syluestro I. can. 13. & allegat Gratianus diſtinct. 30. cap. Si qua *Si qua mulier, propter eam, quæ exiſtimatur exercitationem, veſtem mutet, & pro conſueto muliebri indumentum virile accipiat, ſit anathema.* Et canone 17. *Si qua mulier, propter eam quæ exiſtimatur pietatem, tondeat comam quam Deus ei dedit ad recordationem ſubiectionis, vt quæ ſubiectionis præceptum diſſoluat, anathema ſit.* Vide & in vocabulo, Ornatus.

Concilium Gangren. anno 324.

Mulierum ornatus illicitus.] Vide vocabulum, Ornatus, &c.

Mulieribus Chriſtianis nulla pars cùm *alienigenis. Cõcilium CÆSARAVGVSTANVM cano. 1. *Mulieres omnes Eccleſiæ Catholicæ fideles à virorum alienorum lectione & cœtibus ſeparẽtur, nec ad ipſas legẽtes alij ſtudio vel docẽdi vel diſcendi, conueniant, quoniam & hoc Apoſtolus iubet. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt anathema futuros, qui hanc Concilij ſententiam non obſeruauerint.* Idem mandat CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS in præfatione Catecheſeon, hocque ob-

*id eſt, cum alijs ...

Co... anno ...

1. Corinth. 14. 1. Timoth. ... Cyrillus Hieroſolymitan.

Blondus Flauius.

ſeruatum antiquitus apud Romanos docet abundè BLONDVS FLAVIVS lib. 9. triumphantis Romæ, & alij multi ſcriptores.

MVNDVS.

Philo Iudæus.

Mundus vt creatus.] Creationem mundi poſt aliquot philoſophos etiam quidam hæretici impugnarunt, contra quos doctè quidem diſſeruit PHILO IVDÆVS libro quem intitulauit, Quod mundus ſit incorruptibilis. Ibi enim contra Critolaum Peripateticum diſputat, qui ab æterno vanis quibuſdam ratiocinationibus mundum eſſe aſſeuerabat: verùm prolixiſſima eſt diſputatio, ſed locum potes præſignatum viſitare.

Tertullianus Carthaginenſ.

Contra eoſdem TERTVLLIANVS CARTHAGIN. agit, contra ſcilicet ſuramia Marcionis, lib. 1. contra eundem. Item libro contra Hermogenem, qui in præiacente & coæterna Deo materia mundum creatum eſſe ſomniabat, pluráque de productione vniuerſi & creatione vniuerſi altercatur contra hæreticos vocatos materiarios, errores varios recenſens & refutans, qui contra veritatem olim ſunt exorti, tum librum ſic claudit. *Igitur inquantum conſtitit materiam nullam fuiſſe, ex hoc etiam quòd nec talem competat fuiſſe qualis inducitur, intantum probatur omnia à Deo ex nihilo facta, niſi quod Hermogenes eundem ſtatum materiæ deſcribendo materiæ quo eſt ipſum inconditum, confuſum, turbulentum, ancipitis, præcipitis, & feruidi motus documentum, artis ſuæ dum oſtendit, ipſe ſe pinxit, &c.* Idem denique libro de Trinitate creationem mũdi aſtruit Poëtarum & Philoſophorum teſtimonijs infinitis, verùm ea ſub ſilentio præterimus.

Beroſus Chaldaicus ſacerdos.

Meminit & ſæpiùs BEROSVS CHALDAICVS lib. 1. de temporibus ante primum diluuium, vbi ſic exorditur. *Ante aquarum cladem famoſam, qua vniuerſus periit orbis, multa præterierunt ſecula, quæ à noſtris Chaldæis fideliter fuerunt ſeruata, &c.*

Clemens Alexandrinus.

Denique CLEMENS ALEXANDR. circa finem libri 5. ſtromatum infinitis antiquorum teſtimonijs agit de creatione mundi. & producit Heſiodi, Homeri, & Callimachi aliorúmque plurium, qui ſex dierum creationis mundi meminerunt:

Sophocles poëta Tragicus.

SOPHOCLEM autem inducit ſic loquentem. *In veritate eſt vnus Deus cœlúmque terrámque ſpatioſam is condidit, &c.* Vide obſecro locum: Et

Mercurius Triſmegiſtus.

MERCVRIVS TRISMEGISTVS in Pimandro, ſeu in libro de poteſtate & ſapientia Dei, aperiſſimè modum & ordinem quo cuncta facta ſunt deſcribit, Deumque in ſapientia omnia produxiſſe de nihilo: lege ſi vacat. Similiter &

Lactantius Firmianus.

LACTANT. FIRMIA. lib. 7. de diuino præmio cap 2. & 3. de ratione mundi & autore omnium Deo contra Stoicos & Epicureos diſputat & alios Philoſophos, videlicet Lucretiũ, Democritũ, & reliquos.

Origenes Adamantius. Euſebius Cæſarienſis.

Idem facit ORIG. ADAMANT. hom 1. in Geneſim, & hom 1. in Iob & EVSEB. CÆSAR. lib 1. de præparatione Euangelica cap 5. & adhuc copioſius lib 8 cap 5. quod ſic intitulatur. de Deo, & quòd mundus creatus eſt, & quòd prouidentia regitur. Vide obſecro. Similiter contra eoſdem Philoſophos, & hæreticos Menandrianos de mũdi creatione lib. 1 contra hæreticos

Epiphanius Cypri.

EPIPH. CYPRI hęreſi 22. & 23. contra Saturnalianos & alijs in locis vt facile ex eius lectura agnoſces. Nouiſſime

Franciſcus Georgius.

FRANCISCVS GEORGIVS lib. 1. Harmoniæ mundi cap. 8. toni 1. cantici 1. quod Deus mundum fabricauerit & cap. 9. & ſequentibus ex lectione veterum ſerioſius de mundi creatione & productione vniuerſi diſputauit, cuius velim vt ſcripta perlegas Hanc fidem etiam ſuæ confeſſioni inſeruit

Sophronius Ieroſolymitanus.

SOPHRONIVS HIEROSOLYMITANVS, quam ad Sergium Conſtantinopolitanum tranſmiſit quæ lecta & probata eſt actione 11. Concilij generalis 6 cuius quidem verba libenter apponerem. ſed fruſtrà, quia vniuerſalis nunc idem confitetur Eccleſia. Hoc &

Auguſtinus Hipponenſis.

AVGVSTINVS HIPPONENSIS defendit libro de incarnatione verbi ad Ianuarium cap. 4. & libro contra Priſcillianiſtas & Origeniſtas ad Oroſium cap 8. & alij innumeri patres.

MVNVS.

Alexander 3.

Munerum dandorum vel accipiendorum ratio.] ALEXANDER III. parte 50. Concilij Lateranenſis quod celebrauit cap. 1. *In accipiendis, vel dandis muneribus tria ſunt maximè attendenda, perſona ſcilicet dantis, & recipientis qualitas, muneris quantitas, & tempus donationis. Qualitatem perſonarum, vt a quo, vel cui, videlicet an à paupere diuiti, an è conuerſo, ſiue à diuite locupleti datum fuerit, ſolicite conſideremus. Æſtimationem muneris & donationis tempus attendimus, ſi magni vel minoris precij res data exiſtit, & an inſtante neceſſitate, an alio tempore conferatur, diligentiùs inſpiciamus. Quod autem ſcriptum eſt. Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere, de illis donis dictum eſt, quæ accipientis animum allicere & inuertere ſolent.*

Eſay. 33.

Quòd ſi quædam munera honeſta, quæ modici ſunt precij, & quæ voluntatem recipientis inclinare, vel mouere non debeant, dantur conſecratori vel ordinatori, vel iudici, Romana Eccleſia dantem vel accipientem delinquere interpretari non conſueuit, niſi iſta interuenirent ex pacto. Vide ſuperiùs, Iudex munera pro iudicijs non accipiat. & Epiſcopus & Clericus & Simonia, & Ordo, & reliquis.

MVTILATVS.

Mutilatus membris an poſſit ordinari diximus ſuperiùs vocabulo, Membrum, &c.

MVTVS.

Concilium Arauſicanum 1. ſub Leone 1.

Mutus effectus an poſſit baptizari. Sic de hoc Concilium ARAVSICANVM I. ſub Leone 1. cano. 12. allegatur à Gratiano cauſa 17. quæſt. 6. Placuit. *Subito obmuteſcens, prout ſtatutum eſt, baptizari, aut pœnitentiam accipere poteſt, ſi voluntatis præteritæ teſtimonium alienorum verbis habet, aut præſentis in ſuo nutu.*

N

NATALIS.

Concilium Bracaren. 1. Concilium generale 6. Conſtantinop. 3.

NAtalis Chriſti dies feſtus.] De hoc egimus ſuperiùs in vocabulo Dies feſtus, &c. & quod non ſit hic dies ieiunandus, habet ſuo loco, Ieiunium, ex Concilio 1. Bracarenſi cano. 4. veruntamen quia quidam abuſus irrepſerat in orbem, Concilium GENERALE VI. Conſtantinopolitanũ 3. canone 79. ſtatuit vt hic dies celebrior habeatur, ne mulieres ſimilam coquentes faciant ſecundinas in honore partus virginis, cum eius partus ſit inenarrabilis, nec poſſit definiri, metiri aut deſcribi. Vide in vocabulo, Chriſtus &c. vbi plura de incarnationis fide repoſita ſunt.

Natalis dies beatæ Mariæ virginis. Vide in vocabulo, Maria, &c.

NEOPHITVS.

Neophiti non ordinandi.] Neophitos illos dicimus, qui nuper fidei ſacramentis imbuti,

Eccleſiæ ſunt corpori ſociati, quos non ita præcipitanter in clericalem ordinem aſſumendos diximus in vocabulis, Clerici eligendi, &c. & Epiſcopus non Neophitus aut laicus ordinetur & laici non ordinandi. &c. & infrà Ordinandi qui non ſint. Vide ergo in memoratis locis hoc nomen ſæpius repetitum. Ne autem hic vacuus locus remaneat, pauca hic inſerenda ſunt. Sic ergo

Concilium Romanum ſub Sylueſtro I.

Concilium ROMAN. I. ſub Sylueſtro c. præſente Conſtantino magno cano 5. *Nulli (ait) Epiſcopo liceat ſine cunƐta Eccleſia a nouiſſimo gradu vſque ad primum, ordinare Neophitum & dixerunt Epiſcopi, placet.* Hunc canonem Concil. AREL. II. ſub eodem can. 1. replicat. Et Concil. LAOD.

Concilium Aurelianenſe 1. ſub eodem anno 318. Concilium Laodicenum ſub Liberio 1. Syricius 1.

B canon. 3. *De his qui nuper ſunt illuminati (ait) baptiſmate, quod eos in ſacerdotali non conueniat ordine promoueri.* Idem & SYRIC. I. epiſtol. 3. ad omnes Orthodoxos c. 2. & 3. cuius textum poſuimus in vocabulo, Laicus. Similiter & GREG. I. lib. 7. Regiſtri epiſt. 110. ad Syagrium, &c. Eadem docet & multi alij, vt præfatis locis inſertum eſt. Vnde de eiſdem Neophitis Concil. BASIL. ſeſſione 19 ſtatuit, vt ſi ad fidem conuerti voluerint, benignè recipiantur, & recepti baptizentur, baptizati Chriſtianis moribus imbuantur, de Iudæis loquens, vt habes inſertum ſuperius. Addit autē, ne

Gregorius 1.

Concilium Baſilienſe generale.

C ipſi Neophiti cum Iudæis ſeu infidelibus conuerſentur, vel mortuos ſuos Iudæorum more ſepeliant. *Quod ſi poſt (ait) baptiſmum iterum veteres ritus Iudæorum aut Gentilium reſumere auſi fuerint, contra eos tanquam contra perfidos hæreticos, ſecundum ſacrorum canonum inſtituta, procedatur, & qui eos in hoc errore fouerint, aut defendere auſi fuerint, pœnas contra fautores hæreticorum promulgatas incurrant.* Vide ſuperiùs. Hæreticus, &c. Et Iudæus & cætera huiuſmodi. Porrò Concil. CARTHAG. IV. can 86. allegat Gratianus de conſecratione diſtinct 5. cap. Neophyti. *Neophyti aliquandiu a lautioribus epulis, & ſpectaculis & coniugibus abſtineant.* Vide latiùs locis memoratis.

Concilium Carthaginenſe 4.

D

NOBILITAS.

Nobilitas vera quæ ſit.] PHILO IVDAEVS libro de nobilitate, veram nobilitatem non vt bonum maximum, & cauſam magnorum æſtimandam docet, ſed eſſe veram nobilitatem in anima & mente atque virtute. *Nobilitas (ait) expiata purgataque mentis ſors eſt præcipua: quia aurum, argentum, honores, dignitates, valetudo, forma, ſunt, in virtute tanquam in Regina mentis miniſteriis. Nobiles dicendi ſunt ſoli prudentes & iuſti, etiam ſi è vernis aut empticijs nati ſint. Malis verò prognatis ex honeſtis maioribus nullus locus eſto inter nobiles, quia nequam ne inter ciues quidem cenſendus eſt, cum virtutis exul ſit, vera bonorum virorum patria. talis fieri non poteſt*

Philo Iudæus

Egregia planè viri ſapientis verba.

E *quin ſit ignobilis, etiam ſi auos proauóſque laudatos memoret ipſe tota vita, non minus alienus a nobilitate, quam ab illorum ſtudiis. Nec ſatis eſt malis, quòd ſuapte ſint natura ignobiles, niſi omnes, vt video, perpetuum bellum gerant cum verè nobilibus, vel contra maiorum ſuorum dignitatem, obſcurantes extinguentéſque ſi quid ſupereſt ſplendoris gentilitij. Et hoc eſt, vt opinor, cur parentes liberorum amantiſſimi interdum exhæredant filios, & à familia gentéque ablegāt, quoties natiuam parentum charitatem degeneres nimia nequitia ſuperant. Ideò puto ipſam nobilitatem, ſi Deus ei vocem formamque daret humanam, ſic allocuturam iſtos contumaces poſteros. Gentilitas non ſanguine ſolo æſtimatur apud veritatem iudicem, ſed factis illud ſit*

Querela nobilitatis veræ, in deſertores ſuos.

A *ſimilibus. At vos in contrarium tenditis. quia quæ odi, amatis, quæ probo, improbatis & auerſamini. Apud me honor eſt pudori, veritati moderationi, modeſtiæ, innocentiæ, apud vos in nullo pretio habitis. Impudentiam odi, mendacium impotentiam ſuperbiam, malitiam, vobis familiariſſimas. Cur igitur factis alieniſſimi, verbis fucatis, [illegible] que valetis obrepere, & inſinuare vos in amicitiam, &c.* Vide reliquum. Vnde & IVVEN.

Iuuenalis poeta.

POETA Satyra 8 in Pontificum ſic loquitur.

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt, Pontice, longo,
Sanguine cenſeri, pictos oſtendere vultus,
Maiorum, & ſtantes in curribus Æmilianos?
Et Curios iam dimidios, humeroque minorem,
Coruini, & Galbam auriculis naſoque carentem?

B

Quis fructus generis tabula iactare capaci.
Fumoſos equitum, cum dictatore magiſtros,
Si coram lepidis male viuitur? Effigies quo
Tot bellatorum, ſi luditur alea pernox?
(Et ad calcem)
Malo Pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis.
Æacidæ ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas,
Quàm te Therſitæ ſimilem producat Achilles, &c.

De vera nobilitate latius CLEM. ALEXAND. lib 3 Pædagog cap. 11. & GREG. NAZ ANZ. oratione 9. in S ſororem Gorgoniam, & oratione 22. ad Heronem Philoſophum ab exilio regreſ-

Clemens Alexandrinus Gregorius Nazianzenus.

C ſum. Oratione autem 16. cōtra Maximum &c. ſic ait. *Si quis generoſus eſt, ſanguinis etiam nobilitatem oſtendit, quo dupliciter nobis appareat, & natalibus, & virtutibus. Si verò ignobilis ſecūdum ſtemmata, & lutum hoc ex quo facti ſumus, ſi ſaltem lutum multum differt à luto, ſplendidam oppone actionem, & quam vnuſquiſque ſibi ipſi, vel ad melius. vel deterius fingit: aliam verò nobilitatem, quæ ſtatuis inſculpitur, aut per generationem ſeritur, tanquam adulterinam aut pretij nullius, parui pendis. Triplex enim genus eſt. Primum quod ex ſupernis hauſimus, quo omnes æqualiter nobiles ſumus, quoniam ſecundum imaginem Dei ſumus factí. Aliud genus a carne exordium ſumit, quāuis haud ſciam num quis eo nobilis eſſe poſſit, cum ſit corruptionis ſubiectum. Tertium genus eſt, quod a prauitate aut virtute initiū ſumit, de quo plus aut minus participamus,*

Triplex nobilitas.

D *ſecundum quod, vt arbitror, plus imaginem puram cuſtodimus aut corrumpimus. Hanc nobilitatem vnuſquiſque verè ſapiens & philoſophus amabit. Quartum verò genus quod per litteras fit & edicta, tum pretio dignum cenſebo, cum & pulchritudinem quæ in coloribus eſt ſuſcipiam, ſimiámque venerabor, cum leo eſſe inhibitur, &c.* Hinc & AMBR. MEDIOL. lib. de Nabuthe Iſraelita cap. 13. *Quid enim ſuperbis diues? Quid dicis pauperi, noli me tangere? Nonne ſic vtero conceptus, & natus es ex vtero, quemadmodum & pauper eſt natus? Quid te iactas de nobilitatis proſapia? Soletis & canum veſtrorum origines, ſicut diuitum recenſere, ſoletis & equorum veſtrorum nobilitatem, ſicut conſulum prædicare, &c.* Lege quod ſequitur.

Aliud genus nobilitatis.

Ambroſij Mediolanenſis.

E Plura quidem de vera nobilitate IOANNES CHRISOSTOMVS homilia 59. in Matthæum exponens illud. *Qui ſcandalizauerit vnum de paruulis iſtis, &c.* Et quidem pulchrè tractat Et INNOCENTIVS I. epiſt. ad Iulianam nobilem fœminam in ordine 13 *Summa virtutis eſt (ait) vicisse gloriam carnis, & magna eſt Chriſti gratia nobilitatem moribus ſuperaſſe.* Plura lege apud LVDOVICVM CAELIVM Rhodiginum lib. 11. lectionum antiquarum cap. 28. cur lunulas geſtarint in calceis Romani veteres, nobilitatem nil prodeſſe niſi adſit virtutis meditatio, &c. Et apud POGIVM FLORENTINVM libro de vera nobilitate, & alios plures authores.

Ioannes Chryſoſtomus.

Matth. 18.

Innocentius I.

Ludouicus Cœlius Rhodiginus.

Pogius Florentinus.

NOVERCA

NOVERCA.

Nouercæ matrimonio copulari prohibetur. Poſuimus in vocabulo, Inceſtus, &c.

NVPTIAE.

Nuptiæ licitæ defenduntur.] Plures fuerunt hæretici, qui ſecundum vocem Apoſtoli 1. Timoth. 4. dixerunt eſſe nuptias illicitas, & omnes attactus eſſe damnandos atque concubitus. Nec deſunt etiam noſtro ſeculo, qui dicant matrimonium non eſſe à Deo inter ſacramenta Eccleſiæ commendatum, ſicut iam multis docuimus in vocabulo, Matrimonium. Quia verò dum de matrimonio loqueremur, etiam nónihil promiſimus nos dicturos de licitis nuptijs, quod illic deſuit dicendum, hic ſupplemus. Sic ergo Apoſtolos docuiſſe CLEMENS I. refert libro Conſtitutionum Apoſtolicarum 6. cap 11. *Nuptias* (inquit) *legitimas & liberorum procreationem honeſtam, nec contaminatam credimus, quia ad propagandum genus humanum, ſexuum differentia formata eſt in Adam & in Eua.* (Et ſubdit cap. 14.) *legitime connubia iungatis, vituperatione enim carent huiuſmodi nuptiæ, quoniam & a Domino iungitur viro mulier, atque Dominus dicit: Qui fecit ab initio, maſculum & fœminam fecit eos. Et dixit, propterea relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Neque verò poſt nuptias liceat eam indemnatam eiicere, &c.* Vt diximus ſuprà, Matrimonij lex indiſſolubilis. &c De licitis & legitimis nuptijs IGNATIVS MARTYR multis in locis tractat vt meminimus iam memorato vocabulo, Matrimonium. Sic verò & epiſtola ad Heronem Diaconum Antiochenum ſcribit. *Mulieres ne execreris, nam & ipſæ pariunt & educant. Itaque eas oportet amare, vt procreationis cauſa duntaxat in domino.* Et epiſtola ad Philadelphienſes circa medium. *Virgines* (ait) *ſubiectæ eſtote Chriſto, in incorruptibilitate non execrantes nuptias, ſed quod melius eſt ſectantes.* Et ibidem damnat Nicolaitas, qui nuptias illegitimas cenſebant, & carnalem copulam omnibus eſſe indifferenter licitam. Vide etiã quæ ſuperius diximus in vocabulo, Monialis Virgo, quia ibi ita virginitatem laudabilẽ probauimus, vt nuptias nõ tolleremus, quæ poſt virginitatem ſecundum locũ retinẽt, dum caſta dilectione cõplentur. Hinc MART. APOST. epiſt ad Toloſanos c 9. quia Valeriam virginẽ caſtã Deo deuouerat, quæ deſponſata erat Stephano Principi, ait. *Nõ ideo prohibemus nubere legitimo cõnubio, cum & hoc coniugiũ honeſtum conceſſum ſit, & conſtitutũ à Deo ab initio mundi in multiplicationem generis humani. Interim enim Dominus meus & magiſter Ieſus Chriſtus legitimum & immaculatum thorum connubij approbauit, his qui in ſanctificatione & honore caſtitatis nubere volunt, vt ad quaſdam nuptias inuitatus, eas præſentia ſuæ maieſtatis ſanctificauerit & miraculo magnifice ſtupendo lætificauerit.* Et ABDIAS BABYLONIVS lib. 7 certaminis Apoſtoli refert Matthæum Apoſtolum orationem habuiſſe in Ephigeniæ Virginis conſecratione, vbi virginitatem extollens, nec vituperans nuptias inter cætera ſic loquitur *Deus nuptias benedixit, & permiſit amorem corporibus dominari in ſenſibus carnis ad hoc, vt vir diligat vxorem ſuam, & mulier diligat virum ſuum. Ergo hic ſtimulus ſi cum amore Dei ſum ſuum exhibeat, & amore filiorum vir mulierem accipiat, & mulier virum, bonus eſt, & non eſt contra præceptum Dei. ita tamen, vt mulier alterum virum penitus neſciat, ſimiliter & vir omnino alteram fœminam prohibeſcat. Dei enim re[…]la ſi cuſtoditur a coniugibus, a ſ[…]de commixtionis eos mundat. […] autem […]porum, quæ à Deo lauantur per Eleem[…] & per a miſericordiam, non crimina, quæ non l[…] per lachrymas pœnitendo. Contagium ergo commixtionis pollutionem habet, crimen non hab[…]. Itaque nuptiarum bona, cum a Deo benedicantur, coniugia a Deo ſanctificentur, ac per ſacerdotum benedi[ctiones] a Deo ſpecialiter conſecrentur, &c.* Hæc prædicta confirmat EVSEB. CAESAR. lib 3. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 23. 24. &c. vbi etiam refert & allegat Clementis librum aduerſus Nuptiarum calũniatores. Sed & TERTVLL. CARTHAG. ad calcem libri 1. contra Marcionem, nuptias licitas defendit, & lib. 4. contra eundem oſorem totius caſtitatis & matrimonij. Eadem commendat lib. 1. ad vxorem, & iterum lib. 2. vt iam protulimus in vocabulo, Matrimonium, &c. Et GREG. NAZIANZ. oratione in S. Lauacrũ, vbi Virginitatis texit Encomium, ait. *Non enim* (inquit) *quia virginitas honorabilior eſt, ideo nuptiæ iacent ignominioſæ. Imitator Chriſtum, pronubum, purum, ac ſponſum, qui & mirabilia in nuptijs peragit, copulationemque ſua honorat præſentia, tantummodo pura ſint nuptiæ a. ſordidis affectionibus incontaminatæ.* Eadem docet CYRILL. HIEROSOL. Catecheſi 4 illuminatorum Hieroſolymis cap. de corpore *Honorabile* inquit, *coniugium, & thorus immaculatus, dicit Apoſtolus. Et tu qui id ignoras, nunquid non ex nuptijs natus es. Non ergo ideo quod aurum poſſides, argentum reprobes. Sed in bona ſpe conſiſtant, & hi qui nuptijs […] tur, non autem illis proc[…] abutantur […]rantiam. Qui norunt tempus continendi, […] orationis, qui vna cum veſtimentis munda ad conuentus Eccleſiæ adferunt corpora, qui ſtudio liberorum, non ſtudio voluptatis ad nuptias accedunt, &c.* Et AMBROS. MEDIOL. lib. 3 de virginibus, vbi illud Euangelij exponit. *Et ſunt Eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt, &c. Eſt ergo* (inquit) *cœleſti voce probata virginitas, dominicisque expetenda præceptis. Quo loco magiſterium diuinæ vocis imitemur. Nam cum in ſuperioribus memorauerit coniugium non eſſe ſoluendum, niſi ex cauſa fornicationis, in poſterioribus integritatis gratiam donumque contexuit, vt doceret non damnandas eſſe nuptias, ſed probandas: nuptijs tamen ipſis integritatis ſtudia præferenda, &c.* Idem lib 1 apprimè laudat nuptias vt iam alibi monſtrauimus Et IOAN. CHRYSOST. tomo 3. operum, homiliam habuit elegantem contra Iudæos Gentiles & hæreticos, vbi illud Euangelij exponit, *Nuptiæ factæ ſunt, &c.* Sic autem incipit: *Hirundinum pulli in nidulis ſedentes, &c.* Vbi nuptias legitimas & licitas multis authoritatibus & exemplis defendit. Et iterum hom. 56. in Geneſin exponens illud *Accepit Laban Liam filiam ſuam, introduxitq; eam ad Iacob, &c.* Vbi nuptias ſacramentum eſſe defendit. Denique EPIPHAN. CYPRI lib. 1. contra hæreſes hæreſi 46. contra Tatianos, qui nuptias improbabant, diſputat. Et iterum lib. 2 ſtatim initio hæreſi 47 contra Encratitas, qui ſimiliter nuptijs detrahebant. Eodem lib. 2. hæreſi 61. contra Apoſtolicos, ait *Si* (inquit) *abominabiles ſunt nuptiæ, ergo in totum immũdi ſunt, qui per nuptias genus ſuat. Et ſi ſolum eſt ſancta Dei Eccleſia eorum qui nuptijs renunciauerunt, non amplius nuptiæ ex Deo ſunt, neque totum procreandorum liberorum negotium Ergo etiam ipſi alieni à Deo ſunt, qui ex talibus nati ſunt, &c.* Iterum eodem libro 2. hæreſi 67. contra Hieracitas nuptiarum reprobatores diſſerit, vbi & virginitatis laudes attexuit Vide locum Sed & HIERON. STRIDONENSIS apolog. p[…]

Marginal notes: Clement I. — Matth. 19. — Geneſ. 2. — Ignatius Martyr. — Martialis Apoſtolus. — Abdias Babylonius. — Euſebius Cæſarienſis. — Tertullianus Carthaginenſ. — Gregorius Nazianzenus. — Cyrillus Hieroſolymitan. — Ambroſius Mediolanenſis Matth. 19. — Ioannes Chryſ. — Geneſ 29. — Epiphanius Cypri.

libris aduerſus Iouinianum, eo quod accuſaretur à quibuſdam tanquam virginitatem extollens nuptias damnaſſet, ait. *Damnare (inquit) dicet nuptias, cuius hic ſermo eſt? &c.* Agit tota illa Apologia nuptias eſſe legitimas & licitas, verumtamen non eſſe virginitati præferendas. vnde ſic loquitur ibidem. *Nunc autem cum hæreticorum ſit damnare coniugia, & Dei ſpernere conditionem, quidquid de laude dixerimus nuptiarum libenter audimus. Eccleſia enim non damnat matrimonia, ſed ſubijcit, non abijcit, ſed diſpenſat ſciens, (ſicut ſupra diximus) in domo magna non ſolum eſſe vaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia, & alia eſſe in honorem, alia in contumeliam, &c.* Lege reliquum Denique AVGVST. HIPPONENSIS lib. 2. de nuptijs & concupiſcentia cap. 26. *Nuptiæ inſtitutæ ſunt (ait) cauſa generandi non peccandi, propter quod illa eſt a domino benedictio nuptiarum: Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Peccatum autem quod a naſcentibus trahitur, non ad nuptias pertinet, ſed ad malum quod accidit hominibus, quorum coniunctione ſunt nuptiæ: nam malum pudendæ libidinis & poteſt eſſe ſine nuptijs, & nuptiæ potuerunt eſſe ſine illo, &c.* Omnino idem repetit libro Hypognoſticon cap. 4. ad Sixtum presbyterum. Et libro de bono coniugali cap 10. *Bona ſunt (inquit) nuptiæ, & contra omnes calumnias poſſunt ſana ratione defendi.* Vide etiam eius librum contra Pelagium & Cœleſtinum cap. 33. 34. & 37. & in alijs locis. Lege quoque & epiſtolam FVLGENTII RVSPENSIS primam ad Probam, de coniugali debito, & voto continentiæ à coniugibus emiſſo, vbi multis verbis & rationibus authoritatibúſque, nuptias legitimas & licitas, atque ſine peccato defendit. Vnde & Concil. GANGR. cano 1. & allegat Gratianus diſtinct. 30. cap. Si quis. *Si quis (ait) matrimonium vituperet, & eam quæ cum marito ſuo dormit, quæ eſt fidelis & religioſa, abhorreat, & inſimulet tanquam quæ non poſſit regnum Dei ingredi, ſit anathema.* Et Concilium TOLETANVM I. cano. vltimo. *Si quis (ait) dixerit coniugia hominum, quæ ſecundum legem diuinam licita habentur, execrabilia eſſe, anathema ſit.* Et LEO I. epiſt 91. ad Turibium Epiſcopum Aſturienſem cap. 7 damnat Priſcillianiſtas, qui damnabant nuptias & procreationem naſcentium perhorreſcebant, Manichæorum deliramenta ſequentes, cùm non ſit illic libertas turpitudinis, vbi & pudor matrimonij ſeruatur, & ſpes ſobolis. Hæc confirmat Concilium BRACAR. I. cano. 11 & Concilium PARISIENSE III. lib. 3 cap 2. *Noſſe oportet coniugium a Deo eſſe inſtitutum, & quod non ſit cauſa luxuriæ, ſed cauſa potius filiorum appetendorum, & quod commixtio carnalis cum vxoribus, gratia fieri debeat prolis, non voluptatis. Et ideo vxores habentes, non pellicem neque concubinam habere debent, ſed in caſtitate vxores ſuas diligere, eiſque, vt pote vaſi infirmiori, honorem debitum impendere, &c.* Vide ſuprà, Matrimonium, &c. & ſequentia.

1. Timoth. 2.

Auguſtinus Hipponenſis.

Geneſ. 1.

Fulgentius Ruſpenſis.

Concilium Gangrenſe an. no 3.4 ſub Silueſtro 1.

Concilium Toletanum 1 ſub Innocentio.

Leo 1.

Concilium Bracarenſe 1 ſub Honorio 1.

Concilium Pariſienſe 3.

Nuptiarum benedictio quæ à ſacerdote fit antiqua defenditur.] Quandoquidem & ſuperius diximus in initio Deum nuptijs benedixiſſe, Geneſ. 1. & poſteà Chriſtum ſua præſentia nuptijs aſſiſtens illas ſimiliter ſanctificaſſe, ſatis colligitur non perperam à ſacerdotibus fieri benedictiones nuptiarum, vt ſcilicet lectos ſponſi & ſponſæ benedicatur ſicut in vſu habet omnis Eccleſia. Hæc ne videatur recens eſſe & nouum, docet ABDIAS BABYLONIVS libro 7. certaminis Apoſtolici, Matthæum Apoſtolum teſtificatum populo nuptias eſſe Deo charas, quæ per benedictionem ſacerdotis conſecrantur. Et libro 9 refert quomodo Thomas Apoſtolus ad petitionem Regis Iudeæ ſponſo & ſponſæ in thalamo benedixit, vt iam etiam ex alijs oſtendimus patrum decretis, vocabulo, Matrimonia, &c. Vide ergo Vnde & TERTVLL. CARTHAGINENSIS ſacerdotalis benedictionis meminit lib. 2 ad vxorem circa finem *Vnde (inquit) ſufficiam ad enarrandam felicitatem matrimonij, quod Eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignatum Angeli renunciant, &c.* Et AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro 3 in Lucam cap. 3. antiquis patribus docet Benedictionem nuptiarum ſolenniter in vſu fuiſſe. Hoc manifeſtius probat Concilium CARTHAGINENSE IV. cui interfuit & ſubſcripſit Auguſtinus canone 13. & allegat Gratianus diſtinctione 23. & cauſa 30. quæſtione 5. capite Sponſus. *Sponſus (ait) & ſponſa cum benedicendi ſunt à ſacerdote, a parentibus ſuis vel paranymphis offerantur, qui cum benedictionem acceperint eadem nocte pro reuerentia ipſius benedictionis in virginitate permaneant.* Vnde & INNOCENTIVS I. epiſtola 2. ad Victricium Rothomagenſem Epiſcopum. cap. 6. de bigamis loquens vt non ad ſacerdotium aſſumantur, vt iam diximus in vocabulo, Bigamus, &c. *In paradiſo (inquit) cum parentes humani generis coniungerentur, ab ipſo domino ſunt benedicti. Hanc formam etiam ſacerdotes omnes ſeruare vſus ipſe demonſtrat Eccleſiæ, &c.* lunge quod ſequitur.

Abdias Babylonius.

Tertullianus Carthaginenſ.

Ambroſius Mediolanenſ.

Concilium Carthaginenſe 4. ſub Syricio.

Innocentius 1.

Geneſ. 1.

Nuptiæ ſecundæ benedicuntur. Hoc innuit Innocentius 1. epiſtola eadem quam mox citauimus, vt facilè poterit quiſquam colligere ex vocabulo, Bigamus. Hoc expreſſius indicat AMBROSIVS MEDIOLANENSIS in 1. epiſtolam ad Timothe. cap 3. exponens illud. *Diacones ſint vnius vxoris viri, &c. Homini enim (ait) vnam vxorem decreuit Deus, cum qua benedicatur. Nemo enim cum ſecunda benedicitur, &c.* Et ALEXANDER II. Vigilenſi Epiſcopo, vt habetur parte 9 Concilij Lateranenſis quod celebrauit cap. 1. *Vir vel mulier ad bigamiam tranſiens non debet à presbytero benedici, quia cum alia vice benedicti ſint, eorum benedictio non debet iterari.* Vide ſequentia.

Ambroſius Mediolanenſis.

Alexander.

Nuptiæ quo tempore celebrandæ.] Sæpius in dictionibus, Ieiunium, Quadrageſima, &c. mentio fit nuptiarum ijſdem temporibus non celebrandarum. Vnde ſic ait Concilium LAODICENVM canone 52. *Non oportet in quadrageſima, aut nuptias, aut natalitia celebrari.* Hunc canonem allegat Gratianus de conſecratione diſtinct. 3. cap non oportet. &c. Cui ſubſcripſit etiam Concilium ILERDENSE ſub Theodorico rege canone 13 & allegatur à Gratiano cauſa 33. quæſt. 4. cap non oportet. Et ab Iuone libro 6. decretorum *Non oportet a ſeptuageſima vſque in octauam Paſcha, & tribus Hebdomadibus ante feſtiuitatem Ioannis Baptiſtæ, & ab aduentu domini vſque poſt Epiphaniam nuptias celebrare: quod ſi factum fuerit, ſeparentur.* Et NICOLAVS I. ad conſulta Bulgarorum, & allegatur ibidem à Gratiano cap. Nec vxorem. *Vxorem ducere, nec conuiuia facere in quadrageſimali tempore conuenire poſſe nullo modo arbitror.* Et Concilium SALEGVNSTAD. ſub Henrico 2 Impera. cano. 3. *De legitimis autem coniugijs ita viſum eſt, quod nullus Chriſtianus vxorem ducere debeat ab aduentu domini vſque in octauam Epiphaniæ, & a ſeptuageſima vſque in octauas Paſcha, nec*

Concilium Laodicenum ſub Liberio 1.

Concilium Ilerdenſe ſub Symmacho.

Nicolaus.

Concilium Salegunſtadienſe.

in ieiu

in ieiunio Vigiliarum, & in omnium ſolemnium dierum precedentibus noctibus. Idem omnino Concilium RATISPONENSE cano. 21. Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 24 quæ eſt 8. ſub Pio 4. cap 10 *Ab aduentu Domini noſtri Ieſu Christi vſque in diem Epiphaniæ, & a feria quarta Cinerum vſque in octauam Paſchatis incluſiuè, antiquas ſolennium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obſeruari ſancta ſynodus præcipit. in alijs verò temporibus nuptias ſolenniter celebrari permittit, quas Epiſcopi, vt ea qua decet modeſtia & honeſtate fiant, curabunt. Sancta enim res eſt matrimonium & ſanctè tractandum.* (Et infrà.) *Si quis dixerit prohibitionem ſolennitatis nuptiarum certis anni temporibus ſuperſtitionem eſſe tyrannicam, ab Ethnicorum ſuperſtitione profectam, aut benedictiones aut alias ceremonias, quibus Eccleſia in illis vtitur damnauerit, anathema ſit.* Vide ſequentia.

Concilium Ratiſponenſe ſub Laurētio Cardinali
Conciliū Tridentinum generale.

Nuptiæ clandeſtinæ prohibentur.] Poſuimus ſuprà in vocabulo, Matrimonia clandeſtina &c. Vide quod ſequitur.

Nuptijs clerici non interſint. Lege quod in dictione, Clericus, & ludis & ſpectaculis clerici non interſint, poſitum eſt ex Concilio Laodiceno cano. 54. Sic quoque prohibuit Concilium AGATHENSE cano. 39 & allegat Gratianus diſtinct. 34 cap. presbyteri. *Presbyteri* (inquit) *Diacones, ſubdiacones, vel deinceps quibus ducendi vxores licentia non eſt, etiam aliorum nuptiarum euitent conuiuia, nec his cœtibus miſceantur, vbi amatoria cantantur, & turpia, aut obſcæni motus corporum choreis & ſaltationibus efferuntur, ne auditus & obtutus ſacris myſterijs deputati, turpium ſpectaculorum atque verborum contagione polluantur.* Hunc canonem producit MARTINVS Bracarenſis c. 38. & 43. ſui collectorij, vbi & ſecundarum nuptiarum conuiuia prohibet. Idem quoque ſtatuit omninò Concilium VENETICVM ſub Leone 1. cano. 11. & Concilium ANTISSIODORENSE ſub Deuſdedit 1. cano. 40. & multa alia decreta, quæ reperies inſerta in vocabulis, Clericus. & Ludus, &c. Sed & ex ſequenti diſtinctione diſces, quàm debeant clerici horrere tales conuentus, vbi tam turpia aliquoties celebrantur. Quamuis non viderim aliquos his monitionibus & decretis emendatiores, omnia tamen proferimus, vt antiquam Eccleſiæ diſciplinam oſtendamus longe ſequent.

Concilium Agathenſe ſub Cæleſtino 1.
Martinus Bracarenſis.
Concilium Veneticum.
Concilium Antiſſiodorenſe.

Nuptiarum conuiuia diſſoluta & ſaltationes, &c. inhibentur.] Refert AMBROS. MEDIOLANENSIS ſerm. 80. ad plebem exponens illud, *Cantauimus vobis & non ſaltaſtis*, ſuo tempore in nuptijs ſaltationes & multas diſſolutiones obſeruari ſolitas, quas tamen lib. 3 de virginibus omninò frequentandas prohibet. *Debet* (ait) *bona conſcientiæ mentis eſſe lætitia, non incenditis comeſſationibus, non nuptialibus excitata ſymphonijs. Ibi enim intuta verecundia, vbi comes deliciarum eſt extrema ſaltatio. Ab hac virgines Dei procul eſſe deſidero. Nemo enim, vt quidam dixit, ſecularium doctor, ſaltat ſobrius, niſi qui inſanit. Quod ſi iuxta ſapientiam ſecularem ſaltationis, aut temulentia autor eſt, aut dementia, quid diuinarum ſcripturarum cautum putamus exemplis, cum Ioannes præcurſor Chriſti ſaltatricis optione iugulatus, exemplo ſit plus nocuiſſe ſaltationis illecebram, quam ſacrilegi furoris amentiam* &c. Vide & Concilium LAODICENVM cano. 53. *Non oportet Chriſtianos euntes ad nuptias plaudere vel ſaltare, ſed venerabiliter cœnare vel prandere* &c. Et Concilium AGATHENSE can. 39. idem præcipit. Vide allegatum ad calcem præcedentis paginæ. Præfatus autem canon Laodiceni Concilij renouatur in Concilio G[illegible] VI. cano. 62. vbi huiuſmodi ſaltationes & diſſolutiones in nuptijs fieri prohibentur. Hoc vehementer abominatur IOANNES CHRYSOSTOMVS hom. 56. in Geneſin exponens illud. *Dixit Iacob ad Laban. Da mihi vxorem meam, impleti ſunt enim dies mei vt ingrediar ad eam, &c. Vidiſti cum quanta olim honeſtate* (ait) *nuptias egerint? Audite qui Satanicas pompas ſpectatis. Num tunc tibiæ? num tunc cymbala? num tunc chorea diabolica? Quare enim* (dic mihi) *tantum ſtatim ab initio damnum inducis in domum tuam, & eos qui in ſcena & Orcheſtris operam locant, vocas, vt cum intempeſtiuo ſumptu virginis ledas continentiam, & iuuenem impudentiorem facias*, &c. Idem hom 42. in actus Apoſtolorum *Si volueritis* (ait) *domus duas depingemus, vnam habentium nuptias, alteram in luctu agentium. Ingrediamur conſideratione vtramque, & videamus vtra melior. Inueniemus enim lugentis domum plenam philoſophia, domum autem nuptiarum refertam fœditate. Vide enim turpia illic verba, riſum incompoſitum, ſeſſiones magis incompoſitas, veſtem & greſſum plenum turpitudine, & geſtus ſtultitiam & inſipientiam præ ſe ferentes. Omnia illic riſum & ridicula non ipſas nuptias dico abſit, ſed ea quæ in nuptijs fiunt. Inſaniunt tunc natura præſentes pro hominibus bruta fiunt: & alij quidem, vt equi hinniunt, alij verò, vt aſini calcitrant. Magna diffuſio, magna diſſolutio, nihil maturum, nihil generoſum. Magna ibi diaboli pompa cymbala, Tybia, & cantica plena ſcortationum & adulteriorum. At non ita agitur vbi luctus.* &c. Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS in ſermone de nuptijs, ſtatim initio. *Seculum amat ſermones impudicos, diligit ſaltationes & motus incompoſitos. Ipſa ſi fugiat Chriſtianus etiam qui matrimonio iungitur, magnam gloriam ſibi acquirit, & inter ſanctos domum commemeratur. Nos enim coniunctionem iſtam a Deo conceſſam non vetamus ſed Chriſtianorum quales debent eſſe nuptiæ oſtendimus. Abſit triumphus Ethnicorum, abſit ſaltatio, abſit impudicitia verborum, & propitio Deo honeſtè naſcuntur ſoboles Chriſtianorum. Saltationes enim mundi ſunt commercia dæmonum*, &c. Porrò Concilium SENONENSE capite 39 expreſsè mandat, vt hoc ſacramentum nuptiarum ieiunio contritione & confeſſione celebretur, nec in nuptiali benedictione fiant riſus cachinnationes & alia ridicula, quia in illo ſacramento ſicut & in alijs gratia confertur, vt diximus in vocabulo, Matrimonio iungendi. &c. Vide obſecro, quia quæ hic deſunt ibi abūdè inuenies ordinata.

Ambroſius Mediolanenſis
Mar. 6.
Concilium Laodicenum ſub Liberio 1.
Concilium Agathenſe.
Concilium Conſtantinopolitanū 5 generale
Ioannes Chryſoſtomus.
Quā pulchrè ſtatum nuptiarum depingit eorum videlicet qui ſolent in nuptijs ſuis celebritate verſari.
Auguſtinus Hipponenſis.
Concilium Senonenſe.

O

OBEDIENTIA.

OBedientia prælatis & ſuperioribus ab omnibus exhibenda.] CLEMENS I. epiſtola 1 ad Iacobum fratrem domini dum vltima Petri Apoſtoli verba recēſet, ait extremis eum docuiſſe diſcipulos. *Monebat* (inquit) *Petrus ſubditos Prælatorum præceptis in omnibus obedire, etiam ſi ipſi aliter, quod abſit, agant, memor ſcilicet illius dominici præcepti: quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, nolite facere.* Porrò nolo hic diutius immorari in referendis ſacræ ſcripturæ teſtimonijs, de obedientia Prælatis exhibenda nam opus eſſet mihi præ copia & multitudine ſpatio longioris

Clemens I.
Mat. 23.

hotæ, nec hoc ab initio propoſuimus, nec præſtitimus in vniuerſis vocabulis, cùm hoc forſam modico negotio, ſi ita viſum fuiſſet optimum, efficere potuiſſemus. Præmonuimus autem vnum commilitonem noſtrum librum quendam Concordantiarum artificioſè contextum in vnum volumen redegiſſe & tranſcripſiſſe, vbi ad oculum cuncta alphabetico ordine per figuras & teſtimonia veteris & nouæ legis occurrunt. Is autem eſt STEPHANVS QVADRATVS Cœleſtinus, cui ſatis hoc fuit negotij & laboris præſtitiſſe, nec ſane meo iudicio lectori opus erit iniucundum & infructuoſum, hoc ergo volumen repetas, quo omnia quæ prætermiſimus agnoſces fœliciſſimè digeſta, ad ordinem vero cœptum, recurramus. De obedientia ergo Prælatis exhibenda ſic poſt Petrum iam allegatum, IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Trallianos circa initium. *Epiſcopo* (inquit) *ſubditi eſtote, ſicut Domino Ipſe enim vigilat pro animabus veſtris, tanquam rationem Deo redditurus. Igitur neceſſe eſt quidquid faciatis ſine Epiſcopo nihil vos agere. Sed & presbyterorum collegio ſubditi eſtote, vt Apoſtolis Ieſu Chriſti, &c.* Vide. Honor ſacerdotibus deferendus. &c. Iterum paulò pòſt. *Qui intra altare eſt* (ait) *mundus eſt, ideo & obedit Epiſcopo & presbyteris, qui verò extra eſt, is eſt qui ſine Epiſcopo, & Presbyteris, & Diaconis aliquid agit, & talis pollutus eſt cõſcientia, & eſt infideli deterior.* Idem epiſtola ad Magneſianos nihil aliud agit, quàm inſtigare fideles, vt Epiſcopis & presbyteris obediant ad hoc inductis exemplis veteris & noui teſtamenti, quibus inobedientes leguntur correpti & obedientes remunerati. Similiter & hoc facit epiſtola ad Philippenſes ad calcem Idem ſuadet CYPRIANVS CARTHAGINENSIS lib. 3. epiſtolarum, epiſtola 9. quendam corripiens Diaconum, qui Epiſcopo inobediens & rebellis extiterat. Vnde & PIVS I. epiſtola 2. ad Epiſcopos Italiæ, & allegat Gratianus Cauſa 11. quæſt. 1. cap. Si quis. *Si quis* (ait) *ſacerdotum vel clericorum ſuo Epiſcopo inobediens fuerit, aut inſidias ei parauerit, aut contumeliam aut calumniam, & conuinci potuerit, mox curiæ tradatur, Qui autem facit iniuriam, recipiat hoc quod iniquè geſſit. Corrumpunt enim mores bonos colloquia praua. Euigilate iuſti & nolite peccare.* Hinc etiam epiſt. præmiſſa CLEMENTIS I. ad Iacobum fratrem Domini, legitur quomodo Petrus Apoſtolus ſibi ſucceſſorem eligens Clementem ſic alloquitur populum. *Conuenientes ſemper ad Clementem date omnes operam pro ipſo ſentire, & ſummo ſtudio fauorem veſtrum erga ipſum oſtendere, ſcientes, quia propter ſingulos veſtrum ipſi magis ſoli ſolus infeſtus eſt inimicus, & in ipſum maiora ſuſcitat bella. Oportet ergo vos ſummo ſtudio niti, vt omni erga illum vinculo amoris innexi, pleniſſimo erga eum inhæreatis affectu. Sed & vos quoque ipſi vnanimes in omni concordia perdurate, quo facilius etiam illi obedire omnes pari conſenſu, & vnanimitate poſſitis, propter quod & vos ſalutem conſequi, & ille poſſit obtemperantibus ſibi vobis promptius impoſiti [illegible] is pondus euehere. Quædam etiam ex vobis ipſis intelligere debetis, ſi qua ſunt quæ ipſe, propter inſidias hominum malorum, non poteſt euidentius & manifeſtius proloqui. Verbi gratia. Si inimicus eſt alicui pro [illegible]ibus ſuis, vos nolite expectare vt ipſe vobis dicat, cum illo nolite amici eſſe: ſed prudenter obſeruare debetis, & voluntati eius abſque commonitione obſecundare, & auertere vos ab eo cui ipſum ſentitis aduerſum ſed nec loquatis his quibus ipſe non loquitur, vt vnuſquiſque qui in culpa eſt, dum cupit omnium veſtrum amicitias recuperare, feſtinet citius reconciliari ei qui omnibus præeſt, & per hoc redeant ad ſalutem cum obedire cœperit monitis præſidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipſe amicus non eſt, & locutus fuerit his quibus ipſe non loquitur, vnus eſt & ipſe ex illis qui exterminare volunt Eccleſiam Dei, & cum corpore vobiſcum eſſe videntur, mente & corpore contra vos eſt, & eſt multo nequior hoſtis hic, quàm illi qui foris ſunt, & euidenter inimici ſunt. Hic enim per amicitiarum ſpeciem, quæ inimici ſunt gerit, & Eccleſiam diſpergit ac vaſtat.* Hæc autem verba ultima Petri deſumpta ex epiſtola Clementis confirmat & replicat Concilium VASENSE I. ſub Leone 1. canone 6 vbi ſic loquitur. *Propter venerandam antiquitatem ſtatuta præſentibus roboramus, quod ſupradictus beatus martyr de beatiſſimi Petri conſtitutione commemorat, dicens hæc quæ ſupra retulimus.* Hæc etiam verba iterum repetit Concilium METENSE canone 8. vbi tractat de banno Epiſcopi non contemnendo. Vide & bannum. Similiter & eadem replicat Concilium TRIBVRIENSE ſub Arnulpho Imperatore cap. 8. Hæc itaquam verba allegat Gratianus diſtinctione 93. Et ANACLETVS I. epiſtola 3. & FABIANVS I. epiſtola 1. Hoc verò præmiſi, ne videantur hæc verba non eſſe Petri Apoſtoli, vel non eſſe ex epiſtola Clementis, quæ multa alia documenta fidei continet quæ ſuis locis inſerta ſunt. Porrò HIERONYMVS STRIDONENSIS epiſtola ad Heliodorum, & allegat Concilium AQVISGRANENSE I. cap. 97. *In veteri lege* (ait) *quicunque ſacerdotibus non obtemperaſſet, aut extra caſtra poſitus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice ſubiecta contemptum expiabat cruore. Nunc verò inobediens ſpirituali mucrone truncatur, aut eiectus de Eccleſia rabido dæmonum ore diſcerpitur, &c.* Et GREGORIVS NAZIANZENVS oratione 15 ad ſubditos timore perculſos, & Imperatorem iraſcentem, &c. *Dicam breuiter* (ait) *nec propter calamitates corruamus, nec propter proſperitates ſuperbiamus. Subiecti ſimus Deo, nec non inuicem nobis, ac principibus terrenis. Deo quidem propter omnia at nobis inuicem propter charitatem fraternam. Principibus verò propter recti ordinis decorem, & tanto plus quanto ipſi ſunt humaniores & meliores, graue eſt illorum clementiam aſſiduitate veniæ irritare. Et ideo cauendum, ne ipſi ob illorum quoque aſperitates pœnas expendamus, dum tranquillitatem turbamus, & luminis caliginem offundimus, & melli admiſcemus abſinthium. Eſt enim ex legibus noſtris hæc vna admodum laudanda, & optime per ſpiritum lata, qui poſſibilitatem honeſtatis admiſcuit, & ita ſtatuit, vt quemadmodum ſerui obtemperant dominis, & vxores viris, & Eccleſia domino, & diſcipuli paſtoribus & magiſtris: ita etiam homines cunctis poteſtatibus ſublimioribus ſubditi ſint, non ſolum propter iram, ſed & propter conſcientiam, &c.* Hinc & ad propoſitum Concilium CHALCEDONENSE generale 4. actione 15. canone 8. & allegat Gratianus cauſa 18. quæſtione 2. capite Clerici, &c. *Clerici* (ait) *qui præficiuntur ptochodochiis, qui ordinantur in baſilicis martyrum & in monaſteriis, ſub Epiſcoporum, qui in vnaquaque ciuitate ſunt, ſecundum ſanctorum patrum traditiones* (Vide ſuperius monachus, & monaſteria. &c.) *poteſtate permaneant, nec per contumaciam ab Epiſcopo ſuo di[illegible]nt. Qui verò audent euertere huiuſcemodi formam, & quocunque modo nec proprio ſubiiciuntur Epiſcopo, ſi quidem clerici ſunt, canonum correptionibus ſubiacebunt, ſi verò laici vel monachi fuerint, communione priuentur.*

Stephanus Quadratus Cœleſtinus.
Ignatius Martyr.
Cyprianus Carthaginenſ. Inobediens vt puniendus. Pius 1.
1. Corinth. 15.
Clemens 1.
Vide quia non ſit e communicatis communicandum, vt iam ſuo loco monuimus.
Domeſtici inimici [illegible] externos crudeliores.
Conc. Vaſenſe 1.
Con. Metenſe.
Conc. Triburienſe.
Anacl. Fab.
Autho[illegible]
Hier. Strid.
Conc. Aquiſgranenſ.
Greg. Nazianzenus.
Obedientia quibus [illegible] benda.
Rom 13.
Concil. Chalcedonenſe generale 4.

Concilium Aurelianenſ 5. ſub Pelagio 2.

Vnde & Concilium AVRELIANENSE V. canone 14. *Si quis presbyter aut diaconus ordinationem Epiſcopi ſui deſpexerit, aut callidè iste faciente, ipſum iniuriare aut detrectare præſumpſerit, tribus annis à communione ſuſpenſus, & in monaſterium detruſus aqua tantummodo & pane diebus ſingulis ſuſtentetur: nec comam, nec barbam facere præſumat, nec ad aram Domini penitus accedere permittatur.*

Pœna inobedientium.

Et Cõcilium ANTISSIODORENSE I. cano 44. *Si quis (ait) ex ſecularibus inſtitutionem aut commonitionem Archipreſbyteri ſui, contumacia faciente, audire diſtulerit, tãdiu à liminibus ſanctæ Eccleſiæ habeatur extraneus, quandiu tam ſalubrem inſtitutionem adimplere non ſtuduerit: inſuper & mul... m, quam glorioſiſſimus Dominus Rex præcepto ſuo inſtit... ſu... ineat.*

Concilium Autiſſidorenſe ſub Ocnſdedit Papa.

Idem omninò Concilium MOGVNTINVM I. cap. 9. & Concilium AQVISGRANENSE II. cap. 19. *Laici (ait) monendi ſunt ne ſacerdotes cõtemptui habeant, néve eorum monita deſpiciant, & tam turpiter tractent vti hactenus.* Vide ſuprà, Honor, &c. Ex Concilio MOGVNTINO IV. vbi ſtatuit, vt prælatio inobediens à conſortio Eccleſiæ ſequeſtretur & non niſi de prælati conſenſu ad eandem admittatur, vt diſcat poteſtatem ſuprà ſe poſitam velut Dei ordinationem agnoſcere & venerari. Et Concilium TRIDENTINVM, ſeſſio. 25. quæ eſt nona ſub Pio IV. cap. vltimo, Paſtoribus iniungit, vt crebrò admoneant populos obedire præpoſitis ſuis, quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient: qui verò contemnunt, Deum ipſum vltorem ſentient. De his autem alibi etiam agitur.

Concilium Moguntinum ... ſub Carolo Magno. Concilium Aquiſgranenſe 2.

Concilium Moguntinum 4.

Concilium Tridentinum generale.

OBLATIO.

Oblatio non omnis ſuſcipienda.] CLEMENS I. lib. 4. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 6. *Epiſcopum ſcire oportet, quorum debeat recipere fructus, & quorum non debeat. Cauendi enim ſunt illi in capiendo caupones, non iuſtificabitur enim caupo à peccato. Fugienda quoque ſunt ſcorta, non offerẽs enim Domino mercedem meretricis. Rapaces quoque vitandi, & rerum alienarum cupidi, & adulteri, abominabilia enim horum ſacrificia ſunt apud Deum. Sed etiam opprimentes viduas & orphanum affligentes, & carcerem implentes innocentibus: illi quoque qui ſeruos ſuos malè tractant, verberibus, inquam, & fame atque acerba ſeruitute, fugiendi quoque tibi ſunt, ò Epiſcope, hi qui totas ciuitates perdunt, quorum oblationes ſunt abominandæ. Vitabis quoque deceptores, rhetoras iniuriam defendentes, idolorum artifices, fures, iniuſtos, Publicanos, pondera, & menſuras fraudantes, militem calumniatorem, non contentum ſtipendiis, ſed pauperes concutientem, homicidam quoque & carnificem, iudicemq; iniuſtum, rerum euerſorem, hominum inſidiatorem, in ſceleribus verſatum, ebrium blaſphemum, cinædum, fœneratorem, denique quemcunque improbum, & Dei voluntatis aduerſarium quoniam inquit ſcriptura tales homines apud Deum eſſe abominabiles.* Et cap 7. *Verumetiam hi qui in peccatis verſantur, niſi pœnitentiam egerint, non ſolum non exaudiuntur cum ſupplicant, ſed etiam Deum irritant, in memoriam ei reducentes ſuam improbitatem. Vitate igitur talia miniſteria, tanquam canis pretium & mercedem meretricis, vtrumque enim eſt in lege prohibitum. Nam nec Heliſæus ab Azaele munera allata accepit, neque Achias à Ieroboamo, &c.* Et infrà. *Fugite ergo oblationes altaris Dei à mala conſcientia prouenientes: quoniam, abſtine te (inquit) ab iniuſto, & non timebis, & panor non appropinquabit tibi.* Et cap. 8. *Sed ſi dixatis, quod hi ſunt qui eleemoſynas dant, à quibus niſi capiatur non erit vnde viduis miniſtretur, & inopes populi alantur: Audietis à nobis, quod ideo accepiſtis donum Leuitarum, vt ſuppeditaretis & vobis & egentibus, ac ne inopia laborantes ab improbis caperetis. Quod ſi ad eo egebunt Eccleſiæ, præſtat perire, quàm ab inimicis Dei aliquid capere in contumeliam & irriſionem amicorum eius, &c.* Et cap. 10. *Si neceſſe ſit aliquando ab aliquo impio inuitos pecuniam capere, in ligna & carbones eam conſumite, ne vidua vel orphanus de ea ſumens cogatur præter fas cibum vel potum ſibi emere. Æquum eſt enim talia, quæ ab impiis veniunt, ignis pabulum non piorum eſcam fieri. Hæc quoque lex præcipit, quæ ſacrificium ſcortinum non comedendum appellat, & igni ... ſumi iubet. Non enim ſua natura mala ſunt quæ offeruntur, ſed ſententia illorum qui illa adducunt. Hoc verò præcipimus, ne omninò vitemus illos qui ad nos accedunt, cum ſciamus conſuetudinem piorum ſæpe impiis vtilem eſſe, obeſſe tantum cultus & ſuperſtitionis ſocietatem, &c.* Iunge ſequentia.

Clemens 1.

Deuter. 23.

Quorum oblationes nõ debent in Eccleſia recipi.

Deuter. 23.

4. Regum 5.

3. Regum 13.

Eſa. 45.

Vide quam pulchrè quibuſdã ſatisfacit qui dè rapina oblationes ſuſcipiunt ſub prætextu pietatis.

Leuit. 19.

Oblationes pœnitentium ſuſcipiendæ.] Lege quod ſuperiori annotatione dictum eſt, tum etiam adde quod Concilium VASENSE I. canone ſecundo ſtatuit. *Horum (inquit) qui pœnitentia accepta, in bono vitæ curſu, ſatisfactoria compunctione viuentes, ſine communione, inopinato nonnunquam tranſitu in agris aut in itineribus præueniuntur, oblationem recipiendam, & eorum funera, ac deinceps memoriam Eccleſiaſtico affectu proſequendã: quia nefas eſt eorum commemorationes excludi à ſalutaribus ſacris, qui ad eadem ſacra fideli affectu contendentes, dum ſe diutius reos ſtatuunt, & indignos ſalutiferis myſteriis iudicant, ac dum purgatiores reſtitui deſiderãt, abſque ſacramentorum viatico intercipiantur, quibus fortaſſe nec abſolutiſſimam reconciliationem ſacerdos denegandam putaſſet.* Vide plura in vocabulo, Defunctus. Vide ſequentia.

Concilium Vaſenſe 1. ſub Leone 1.

Vide quia ordinatum eſt pro defunctis, vt tum probauimus ſuperius vocabulo Defunctus, &c.

Oblationes fidelium non retinendæ nec diripiendæ.] Iam de oblationibus defunctorum non retinendis egimus in vocabulo, Defunctus, &c. ex Concilio Arelatenſi II. canone 28. & ex Concilio Carthaginenſi IV canone 95. Sic verò ſubdit & præallegatum Concilium VASENSE I. cano. 4. & allegat Gratianus, cauſa 13. quæſt. 2. Qui oblationes, &c. *Qui oblationes (ait) defunctorum retinent, & Eccleſiis tradere demorantur, vt infideles ſunt ab Eccleſia abiiciendi, quia vſque ad inanitionem fidei peruenire certum eſt hanc diuinæ pietatis exacerbationem: quia & fideles de corpore recedentes votorum ſuorum plenitudine, & pauperes cõſolatu alimoniæ & neceſſaria ſuſtentatione fraudantur. Hi enim tales, quaſi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi ſunt. Vnde & quidam Patrum hoc ſcriptis ſuis inſeruit congruente ſententia, quæ ait: Amico quippiam rapere furtum eſt, Eccleſiam fraudare ſacrilegium.* Plura vide in vocabulo, Facultates Eccleſiæ non diripiendæ, &c. Ex Concilio Aurelianenſi III. cano. 5. *Si quæ oblationes in quibuſlibet rebus, &c.* Vide ſequentia.

Concilium Vaſenſe 1.

Diuus Hieronymus.

Concilium Aurelianenſe 3.

Oblationes fieri iubentur diebus feſtis.] FABIANVS I in decreto quod allegatur in codice librorum 16 lib 5 cap. 7. *Decernimus, vt in omnibus dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus fiat tam panis quam vini, vt per has immolationes à peccatorum ſuorum faſcibus liberentur.* Et Concilium MATISCONENSE II. canone quarto. *Decernimus, vt omnibus dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur tam panis quam vini, vt per has immolationes & peccatorum ſuorum faſcibus careant, & cum Abel*

Fabianus 1.

Oblatio panis & vini non recens eſt tradita.

Concilium Matiſconen. 2. Epiſcop. 60.

A *vel cæteris iuſte offerentibus promereantur eſſe conſortes. Omnes autem qui d ſ.nt nes [illegible] tras per inobedientiam cuiuſcunque contendunt, ana [illegible] ma e perce l. ntur.* Deoique AMBROSIVS MEDIOLAN. orationе in obitu Valentiniani Imperatoris. *Omnibus* (inquit) *vos oblationibus frequentabo nulla nox non donatos aliqua precum mearum contextione tranſcurret.* Similiter & oblationes offerendas pro defunctis IOANNES CHRYSOSTOMVS, homilia 21. in actus Apoſtolorum ad finem ſuadet *Omnes* (inquit) *iube pro defuncto facere ſupplicationes & preces, placabis hoc Deum, etiam ſi non ab ipſo factum ſit, ſed propter illum alius ſit author eleemoſynæ. Et hoc dogma eſt diuinæ miſericordiæ. viduæ circunſtantes & lachrymantes non ſolum à præſente, ſed etiam à futura poſſunt eripere morte, &c.* Verùm lege in vocabulo, Defunctus, &c.

Genes. 4.

Ambroſius Mediolanenſis ait & offeri pro defunctis.

Ioannes Chryſoſtomus.

Oblationes cui debentur.] Concilium GANGRENSE, cano. 8. *Si quis dederit vel acceperit fructuum oblationes extra Epiſcopum, vel eum qui conſtitutus eſt ab eo ad diſpenſandam miſericordiam pauperibus, qui dat, & qui accipit anathema ſit* Vide Facultates, &c. Et DAMASVS I. in decreto quod allegat Gratianus, cauſa 10. quæſt. 1. capite, Hanc conſuetud. *Hanc conſuetudinem, quæ contra ſanctam Eccleſiam Catholicam agere videtur, omninò interdicimus: vt nullo modo vllo vnquam tẽpore oblationes, quæ intra ſanctam Eccleſiam offeruntur, ſub dominio laicorum detineantur, ſed tantummodo ſacerdotibus, qui quotidie Domino ſeruire videntur, illis ſolis liceat comedere & bibere: quia in veteri teſtamẽto prohibuit Dominus panes ſanctos comedere filiis Iſrael, niſi tantummodo Aaron & filiis eius, qui longè erant ab illis panibus qui nunc in ſancta Eccleſia offeruntur; quia illi ſub vmbra legis erãt. Qui verò modo ſub gratia ſunt Spiritus ſancti, toti mundo Euãgelio coruſcante lucidiores eſſe videntur. Qua fronte, aut qua cõſcientia oblationes vultis accipere, qui nec valetis pro vobis ne dum pro aliis preces offerre? Quia prauum eſt & contra dominicum præceptum, & detrimentum animæ ſuæ inferi, qui illud agere conatur quod ei nulla ratione [illegible] itu. Quia omnibus ſanctis Patribus noſtriſque prioribus placuit hanc ſanctionem fieri: & nos ſimiliter in eadem perſiſtere volumus, vt nullus audeat irritum facere hoc quod conſtitutum eſt, ſi in perpetua damnatione noluerit perſiſtere. Si quis vero contra hanc regulam noſtram, & contra ſanctorum trecentorum decem & octo Patrum, qui in Nicæno Concilio hoc conſtituerũt, temerarius præſumptor fuerit, & vlterius oblationes de ſacris Eccleſiis auferre moliтus fuerit, ſub anathematis vinculo ſic colligatus & condemnatus: reſponderunt omnes fiat fiat.* Et BONIFACIVS I. decreto quod allegat Gratianus, cauſa 62. quæſt. 2. capite Nulli: *Nulli liceat ignorare quod omne quod Domino conſecratur, ſiue fuerit homo ſiue animal ſiue ager, vel quidquid fuerit, ſemel conſecratum ſanctum ſanctorum erit Domino, & ad ius pertinet ſacerdotum. Propter quod inexcuſabilis erit omnis, qui quæ à Domino & Eccleſiæ cui competunt, aufert, vaſtat, & inuadit, vel eripit, & ſi ne ad emendationem Eccleſiæque ſatisfactionem [illegible] gi [illegible] dicetur: & ſi emendare noluerit, excommunicetur.* Vide Facultat. Eccleſ.

Concilium Gangrenſe ſub Syluestro 1.

Damaſus 1.

C

Oblationes ſolis debẽtur ſacerdotibus.

Leuit. 2. & 24.

D

Igitur plures eſſe canones editos in Niceno cõcilio quã extent credendum eſt.

Boniſacius 1.

Leuit. 27.

E

OECONOMVS.

Oeconomum Epiſcopi habeant.] Hoc eſt diſpenſatorem Eccleſiæ facultatum De Oeconomo quidem, vt ſit ſub [illegible] Epiſcopo, ſuperius ex Concilio Chalcedonenſi, [illegible] ne 8 diximus Quod autem ſine Oeconomo Epiſcopus eſſe nõ debet, ſic ſtatuit idem Concilium CHALCEDONENSE generale IV. actio. 15. cano. 26. allegatur à Gratiano diſtinct. 89. cap. Quoniam, & cauſa 16. quæſt. [illegible] cap. Quoniam: *Quia in quibuſdam Eccleſiis (ſicut ad nos peruenit) ſine Oeconomo Epiſcopi res Eccleſiaſticas tractant: Placuit, omnes Eccleſias Epiſcopos habentes habere Oeconomum de proprio clero, qui gubernet Eccleſiæ res cum arbitrio ſui Epiſcopi, vt non [illegible] ne teſtimonio ſit gubernatio ipſarum rerum Eccleſiaſticarum [illegible] ex hoc deueniat diſpergi eiuſdem res Eccleſiæ [illegible] dotali dignitati obtrectatio generetur. Si vero quis non obſeruauerit hoc, diuinis ſubiaceat regulis.* Hunc canonem allegat Concilium HISPALENSE II cap. 9. & obſeruandum inuiolabiliter mandat, prohibens etiam, ne ſit ille Oeconomus ex laicis *Indecorum enim eſt* (ait) *laicum vicarium eſſe Epiſcopi, & ſeculares in Eccleſia iudicare: in vno enim eodemque officio non debet diſpar eſſe profeſſio. Quod etiam in lege diuina prohibetur, dicente Moſe: non arabis in boue ſimul & aſino, id eſt, homines diuerſæ profeſſionis in officio vno non ſociabis. Vnde & oportet nos & diuinis libris, & ſanctorum Patrum obedire præceptis conſtituentes, vt hi qui in adminiſtrationem Eccleſiæ Pontificibus ſociantur diſcrepare non debeant nec profeſſione, nec habitu: quia cohærere & coniungi nõ poſſunt, quibus & ſtudia & vota diuerſa ſunt. Si quis autem Epiſcopus poſthac Eccleſiaſticam rem aut per laicalem procurationẽ adminiſtrandam elegerit, aut ſine teſtimonio Oeconomi gubernandam crediderit, vere vt contemptor canonum & fraudator Eccleſiaſticarum rerum, non ſolum Chriſto de rebus pauperum iudicabitur reus, ſed etiam Concilio manebit obnoxius.* Idem omninò ſtatuit Concilium TOLETANVM IV. cap 47. & Concilium PARISIENSE III. lib 1. cap. 15. & Concilium GENERALE VII. Nicænum II canone: quæ allegant (ſcilicet illa tria Concilia) præmiſſum canonem Chalcedonenſis Concilij. Sed & Concilium COLONIENSE IV. cap. 12. Oeconomum, ſub pœna excommunicationis & ſuſpenſionis ab officio, obligat reddere fideliter certis temporibus rationem. Et Concilium TRIDENTINVM, ſeſſio 24. cap. 16. *Capitulum* (ait) *ſede vacante, vbi fructuum percipiendorum ei munus incumbit, Oeconomum vnum, vel plures fideles ac diligentes decernat, qui rerum Eccleſiaſticarum & prouentuum curam gerant, quorum rationem ei ad quem pertinebit ſint reddituri.* Vide plura in ſuperiori vocabulo, Facultates Eccleſiæ vt diſpẽſandæ, &c.

Concilium Chalcedonenſe ſub Martiano Imperat.

B

Concilium Hiſpalenſe [illegible]

Deuter. 22.

C

Concilium Toletanum 4.

Concilium Pariſienſe 3.

Concilium Nicænum 2 generale 7.

Concilium Colonienſe [illegible]

Concilium Tridentinum generale.

D

OFFICIVM DIVINVM.

E

Officium diuinum qualiter & quam deuotè perſoluendum.] Iam in tribus vocabulis, ſcilicet Cãtus, Horæ canonicæ, & Hymnus, oſtendimus antiquum vſum celebrandi officium diuinum in Eccleſia, vnde non putamus neceſſarium quod ſemel & iterum iam præſtitum eſt, hic iterato replicare. Poteris autẽ ea quæ iam dicta ſunt in vocabulis prædictis, & in ſequenti, ſcilicet Pſallere, &c. quæ minus hic ſunt inſerta reuoluere. Ad propoſitionem verò confirmandam, in medium prodeat. FABIANVS I antiquiſſimus præſul, in epiſt 1. ad omnes Epiſcopos, ait *Septem* (inquit) *diacenos in vrbe Roma per ſeptem regiones conſtitutos [illegible] a Patribus accepimus, habemus [illegible] ſingulas hebdomadas & dominicos dies atque [illegible] ſtitutum ſolennia, cum [illegible] combus & acolythis [illegible] tium ordinum [illegible] ſibi obſeruant miniſteria, & parat [illegible] ad diuinum officium,*

Fabianus 1.

Vide [illegible]

[illegible]

& quidquid eis inurgitur peragendum. Similiter & vobis, prout opportunum fuerit, per ſingulas ciuitates eſt faciendum, vt diuinum abſque vlla mora & negligentia ſtudioſè ac ſolenniter agatur officium. Vnde & TARRACONENSE I. cap. 17. *De diœceſanis Eccleſiis vel clero, id placuit definiri, vt preſbyteri vel diaconi qui inibi conſtituti ſunt, cum clericis ſeptimanas obſeruent, id eſt, vt preſbyter vnam faciat hebdomadam qua expleta ſuccedat diaconus ei ſimiliter: ea ſcilicet conditione ſeruata, vt omnis clerus die ſabbati ad veſperam ſit paratus, quo facilius die dominico ſolennitas cum omnium præſentia celebretur: ita tamen, vt omnibus diebus veſperas & matutinas celebrent: quia deſiſtente clero, quod eſt peſſimum comperimus in Baſilicis nec luminaria miniſtrari. Si qui ſane negligentiæ vitio hæc implere noluerint, nouerint ſe ſecundum ſtatuta canonum pro modo perſonarũ canonica diſciplina ſubdendos, &c.* Hæc autem copioſiùs ex alijs Concilijs diſſeruntur in vocabulo, Horæ canonicæ, Canonicis, & clerici officijs diuinis interſint, alias nil recipiant, &c. Vide ergo in ſingulis his vocabulos, & in vocabulo, Miſſæ celebrandæ ritus, ex Concilio Aurelianenſi III. cano 14. Hinc etiam in vocabulo, Beneficiũ vel Beneficiatus, ex Concilio Lateranenſi ſub Leone X ſeſſio 9 vbi iniungitur Beneficiatis diuinum officium perſoluere. Porrò vt inſtitutum proſequamur, Concilium TVRONICVM II. cano 19. *Statuimus, vt in Eccleſiis iſte pſallendi ordo ſeruetur, vt in diebus feſtis ad matutinum ſex Antiphonæ binis Pſalmis explicentur. Toto Auguſto matutinæ conuentiones fiant, quia feſtiuitates ſunt & Miſſæ ſanctorum Septembri ſeptem antiphonæ binis Pſalmis explicentur. Octobri, octo ternis Pſalmis. Nouembri nouem ternis Pſalmis. Decembri decem ternis Pſalmis. Ianuario & Februario itidem vſque ad Paſcha. Sed vt poſſibilitas habet, qui facit amplius pro ſe, & qui minus, vt potuerit: ſupereſt, vt vel duodecim Pſalmi expediantur ad matutinum, quia Patrum ſtatuta præceperunt, vt ad ſextam ſex Pſalmi dicantur cum Alleluya: & ad duodecimam duodecim, itemq; cum Alleluya, quod etiam Angelo oſtendente, didicerunt. Si ad duodecimam duodecim Pſalmi, cur ad matutinum non item ĳ, vel duodecim, explicentur? Quicunque minus quam duodecim Pſalmos ad matutinum dixerit, ieiunet vſque ad veſperum, panem cum aqua manducet, & non illi ſit altera in illa die vlla refectio. Et qui hoc facere contempſerit, vna hebdomada panem cum aqua manducet, & ieiunet omni die vſque ad veſperum.* Porrò qui mentionem facit hoc Concilium de diuino officio, quod ab Angelo reuelatum eſt, crediderim hoc eſſe decretum Concilij NEMANSENSIS, de quo ſcribit Seuerus Sulpitius, lib 3. vitæ Martini, quod dum beatus Martinus huic non potuiſſet adeſſe, & tamen vellet & cuperet ſcire quæ a Patribus geſta & ſtatuta illic eſſent, affuit illi Angelus qui renunciaret omnia quæ decreta & definita in prædicto Concilio eſſent à ſanctis Patribus. Huius autem Concilij non extant canones verum facilè poſſit opinari, quia etiam de diuino officio celebrãdo quædam Angelo dictante conſcripſerint. Vnde & CAROLVS MAGNVS in conſtitutionibus horum decretorum meminit, & ea diligenter præcipit obſeruari, omnibus Epiſcopis mandans quatenus Miſſarũ ſolennia debita reuerentia celebrent, & Pſalmos atque diuinum officium in Eccleſia decantari ſolicitè curent. Et Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III. cap. 17. *Sunt qui Miſſarum celebrant ſolennia vix quater in anno, & quod deterius eſt, intereſſe contemnunt: & ſi quando dum hæc celebrantur interſunt, chori ſilentium fugientes, intendunt externis collocutionibus laicorum, dumq; auditum ad indebitos ſermones effundunt aures intentas non porrigunt ad diuina. Hæc igitur & ſimilia ſub pœna ſuſpenſionis penitus inhibemus, diſtrictè præcipientes in virtute obedientiæ, vt diuinum officium diurnum pariter & nocturnum, quantum eis Deus dederit, ſtudioſe celebrent pariter & deuotè.* Hinc & Concilium OXONIENSE in Anglia, cap. 1. iubet, vt diuinum officium ſtudioſè celebretur & deuotè. vniuerſa quoque Eccleſiaſtica ſacramenta, & præcipuè baptiſmi, & Euchariſtiæ deuotiſſime, prout Deus inſpirauerit, celebrentur, vt habes in ſingulis vocabulis inſertum. Porrò reliquum habes infrà inſertum in dictione, Pſallendi diſciplina, &c. ex Concilio Baſileenſi 21. ſeſſio & ex alijs, vt faciliimè potes aduertere. Vide ſequentia.

Concilium Terraconenſe ſub Pelagio 3.

Vide luminariorum vſum.

Obſerua.

Concilium Aurelianenſ. 3. Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

Concilium Turonicum 2. ſub Pelagio 2.

Contra eos qui officium prætermittunt.

Concilium Nemanſenſe ſub Valentiniano Impera.

Carolus Magnus.

Concilium Lateranen. ſub Innocentio 3 patrum 1215.

Concilium Oxonienſe ſub eod. Innocen. 3.

Officium diuinum non ſit diuerſum.] Concilium VENETICVM I. ſub Leone I. canone 15. *Rectum duximus, vt intrà prouinciam noſtram ſacrorum vna ſit conſuetudo & ordo pſallendi & ſicut vnam cum Trinitatis confeſſione fidem tenemus, vnam & officiorum regulam teneamus, ne variata obſeruatione in aliquo, obſeruatio noſtra diſcrepare credatur.* Idem omninò Concilium GERVNDENSE in Hiſpania, cano 1. & allegat Gratianus. de conſecrat. diſtinct. 2. cap. Inſtitutio. *Inſtitutio Miſſarum ſicut in Metropolitana Eccleſia agitur, ita in Dei nomine in omni Tarraconenſi prouincia, tam ipſius miſſæ ordo, quam pſalendo vel miniſtrando, conſuetudo ſeruetur.* Idem ſtatuit Concilium EPAVNENSE, cano. 27. *Ad celebrandum* (ait) *diuina officia, ordinem quem Metropolitani tenent prouinciales obſeruare debebunt.* Et Concilium COLONIENSE III. cap 7. part 2. prohibet, ne pro cuiuſlibet affectu facilè quid nouetur in Eccleſiaſtico officio. *Neque enim* (ait) *errarunt patres, a quorum inſtitutis in dicendis precibus vtinam tam longè diſceſſum non fuiſſet. Quòd ſi hic ſingulorum affectibus indulgebitur, tanquam antiquus ritus penitus euaneſcet.* Et VIGILIVS I. epiſtola ad Eutherium Epiſcopum in ordine 1. cap. 5. *Ordinem precum in celebritate Miſſarum nullo nos tempore nulla feſtiuitate ſignificamus habere diuiſum, ſed ſemper eodem tenore oblata Deo munera conſecrare. Quoties verò Paſchalis, aut Aſcenſionis Domini, vel Pentecoſtes, & Epiphaniæ ſanctorumq; Dei fuerit agenda feſtiuitas, ſingula capitula diebus apta ſubiungimus, quibus commemorationem ſanctæ ſolennitatis, aut eorum facimus quorum natalitia celebramus, cætera verò ordine conſueto proſequimur. Quapropter & ipſius canonicæ precis textum direximus ſubter adiectum, quem Deo propitio ex Apoſtolica traditione ſuſcepimus. Et vt charitas tua cognoſcat, quibus locis aliqua feſtiuitatibus apta connectas, Paſchalis diei preces ſimiliter adiecimus.* Vide etiam in vocabulo, Preces, &c. Hinc Concilium TOLETANVM IV. Patrum 67. cano 2. præmiſſa allegans decreta ſtatuit, vt in Miſſarum ſolennitatibus, & in veſpertinis officijs per Hiſpaniam & Galliciam vnus modus ſeruetur, ne diuerſa ſit vltra in nobis Eccleſiaſtica conſuetudo quia vna fide continemur in regno. Vide tamen in vocabulo, Conſuetudo, &c. Denique his concordat Concilium BRACARENSE I. cano. 19. & allegat Gratianus, diſtinct. 12. cap. Placuit. *Placuit omnibus communi conſenſu, vt vnus atque idem pſallendi ordo in matutinis vel veſpertinis officiis teneatur, & non diuerſa ac priuata monaſteriorum conſuetudines cum Eccleſiaſtica regula ſint permixta.* Idem & de Miſſæ officio ſtatuit, vt poſuimus ſuprà. Et Con-

Concilium Veneticum ſub Leone 1. vel Hilario 1.

Concilium Gerundenſe.

Concilium Epaunenſe ſub Gelaſio 1.

Concilium Colonienſe 3.

Vigilius 1.

Vide Apoſtolicam traditionem.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

Concilium Bracarenſe 1. ſub eodem.

cilium

Toletanum 11. ſub Vitaliano papa. Epheſ. 4.

A cilium Toletanvm XI. canone 3 & allegat Gratianus, diſtinct. 12. cap. De his, *De his qui contra Apoſtoli voluntatem circunferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic ſancto Concilio, vt Metropolitanæ ſedis authoritate coacti vniuſcuiuſque prouinciæ cunctis rectoresq; Eccleſiarum vnum eundemq; in pſallendo teneant modum, quem in metropolitana ſede cognouerint inſtitutum: nec aliqua diuerſitate cuiuſcanque ordinis vel officij à metropolitana ſe patiantur ſede diſiungi. Sic enim iuſtum eſt, vt inde vnuſquiſque ſumat regulas magiſterij, vnde honoris conſecrationem accepit: vt iuxta maiorum decreta ſedes, quæ vnicuique ſacerdotalis mater eſt dignitatis, ſit Eccleſiaſtica magiſtrationis. Abbatibus ſanè indultis officiis, quæ iuxta* B *voluntatem ſui Epiſcopi regulariter illis implẽda ſunt, cætera officia publica, id eſt, veſperas, matutinum, ſiue miſſam, aliter quàm in principali Eccleſia celebrare non liceat. Quiſquis autem horum decretorum violator extiterit, ſex menſibus communione priuatus apud Metropolitanum ſub pœnitentia cenſura permaneat corrigendus: quatenus apud illum, & præteritæ transgreſſionis culpam lachrymis diluat, & neceſſariam officiorum doctrinam ſtudioſè addiſcat. Sub iſta ergo regula diſciplinæ non ſolum Metropolitanus totius ſuæ prouinciæ Pontifices vel ſacerdotes aſtringat, ſed etiã cæteri Epiſcopi ſubiectos ſibi Eccleſiarum rectores obtemperare his inſtitutionibus cogant.*

Officium diuinum ad honorem beatæ C Mariæ virginis.] In dictione, Horæ canonicæ, iam monuimus ſolenne eſſe in Eccleſia officium diuæ virgini ſpecialiter dedicatum, quod à multis ſeculis obſeruatum etiam in Eccleſia recitandum publicè ſtatuit Conciliũ Claromontense ſub Vrbano II. vt teſtantur hiſtoriographi, & poſteà multi Pontifices hoc iterum cenſuerunt obſeruandum. Vnde cùm ex regula beati Benedicti non ſit monachis indictum, hoc officium, ſuis Cœleſtinis Coelestinvs V. expreſsè in conſtitutionibus ſuis, à ſummo Pontifice Gregorio X. in Concilio Lugdunenſi approbatis, præcipit celebrari, & fideliter obſeruari. In omnibus Eccleſijs hoc tempore ſolet deuotè hoc offi- D cium B. Mariæ virginis frequentari, ſicut docet vſus & experientia.

Concilium Claromontanum ſub Vrbano II. congregatum pro expeditione terræ ſanctæ.

Cœleſtinus 5.

Gregorius 10.

Olevm.

De oleo ſacro, quo baptiſmus vel confirmatio confertur, tractauimus in proprijs vocabulis, & in vocabulo, Chriſma, & Balſamum. De oleo autem quo vnguntur infirmantium corpora, dicemus infrà, Vnctio extrema. Vide ergo.

Opera.

Opera in charitate facta meritoria eſſe E defenduntur.] Iam multa de merito bonorum operum diximus in vocabulo, Fides ſine operibus, &c. & in vocabulo, Iuſtificatio, &c. nec erat expediens, vt rurſus illud demonſtrandum & defendendum acciperemus, niſi nos conſtringeret facta pollicitatio, qua in eiſdem vocabulis promiſimus in hac dictione, quod hic deerat, ſuppleturos. In vocabulo etiam liberum arbitrium, & in alijs quibuſdam de operibus bonis & meritis, vt & in dictione, Gratia, &c. diximus, & reliqua videbimus. Vt autem ab exordio iterũ repetamus, id eſt, ab origine Euangelicæ gratiæ & doctrinæ Apoſtolicæ, ſic Clemens I. epiſt. 1. ad Iacobum fratrem Domini quam Concilium Vaſenſe I. tantopere commendat vt ſuprà oſtendimus in

Clemens 1.

Concilium Vaſenſe 1.

A vocabulo, Obedientia) de operibus bonis loquitur. *Operum ratio* (ait) *poteſtati & arbitrio vniuſcuiuſque permittitur, & hoc ipſorũ eſt proprium. Tempus breue eſt & in iudicio Dei geſtorum cauſa agitur, non quæſtionum: ideoq; ante omnia hoc quæramus, quid nos aut qualiter gerere oporteat, vt æternam vitam conſequi mereamur. Nam ſi exiguum hoc tempus vitæ per inanes occupamus & inutiles quæſtiones, inanes, ſine dubio & vacui ab operibus bonis pergemus ad Deũ, vbi iudicium operum noſtrorũ fiet. Vnaquæque etenim res, ſuum tempus habet & locum. Operum hic locus, hoc tempus eſt meritorum, ſeculum futurum.* Idem eadem repetit epiſt. 3. ad vniuerſum cœtum fidelium, & epiſt. 4. ad Iulium & Iulianũ & reliquos, B ait: *Ne putetis* (ait) *quod ſi omnem pietatem colatis, omnemq; iuſtitiam, baptiſmum verò non accipiatis, ſpem poſſitis habere apud Deum, imò maiore pœna digni eritis, qui bona opera non bene operati eſtis. Confertur enim meritum hominis ex bonis geſtis, ſed ſi ita gerantur ſicut Deus iubet. Deus autem iuſſit omnem hominem colentem ſe baptiſmo conſignari, &c.* Et Michael Syncellus in vita Dionyſij Areopagitæ, refert eundem Dionysivm Areopagitam Chriſtianum populũ ſic docuiſſe. *Fidem* (inquit) *ſine operibus mortuam eſſe dicebat, illudq; in primis doctrinæ illius ſpectabat, vt fideles mandatorum ſeſe obſeruationibus decorarent. Neque vllum aliud certius argumentum ſynceræ & ſtabilis in Chriſtum fidei, &* C *dilectionis exiſtere dicebat, admonens, vt horrendum futurum iudicium pertimeſcerent, in quo quiſque prout vixerit aut egerit rationem eſt redditurus: & eum qui rectam fidem cuſtodierit, vitam Chriſtiano viro conſentaneam egerit incorrupto iudici rectè factis placuerit, perpetuam honorum verè beatorum voluptatem percepturum. Qui verò optima vita inſtituta, & opera fidei non adiunxerit, ſed hanc vitæ turpitudine contaminarit, iuſtas hunc propria amentia pœnas daturum, & ſeueriſſimo ac perpetuo cruciatu torquendum, aiebat, &c.* Et Tertvllianvs Carthaginen. libro de Reſurrectione carnis ſæpius meritorum facit mentionem, & lib. 4. contra Marcionem poſt D medium, ait: *Pro differentia mercedum* (ait) *operum quoque credenda diſtantia eſt.* Iterũ & libro de Trinitate, vt repoſuimus liberũ arbitrium. Et Clemens Alexandrinvs oratione adhortatoria ad Gentes. *Hinc nobiſcum* (ait) *abeunt bona opera, & veritatis pennis ſimul euolant.* Porrò meritorum meminit Cyprianvs Carthaginensis, lib. 3 Epiſtolar. epiſt. 25. ad martyres, atque bonis operibus mercedem deberi profitetur. Epiſtola autem deuotiſſima eſt, & pulcherrima. *Hoc eſt enim* (inquit) *quod præcipue Deo placeat, hoc eſt in quo maioribus meritis ad promerendam Dei voluntatem opera noſtra promineant. Hoc eſt quod ſolum Domino de beneficiis eius grandibus & ſalutari-* E *bus fides ac deuotionis noſtræ obſequia retribuant, prædicante in Pſalmis & conteſtante Spiritu ſancto. Quid retribuam* (ait) *Domino pro omnibus quæ retribuit mihi.* Et Origenes Adamantivs, lib. 2. in epiſtolam ad Romanos, cap. 2. exponens illud: *Secundum duritiam tuam & cor impœnitens theſaurizas, &c. Nunc requiramus* (ait) *de iuſto iudicio Dei, in quo reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Et primo quidem excludantur hæretici, qui dicunt animarum naturas bonas vel malas, & audiant quia non pro natura vnicuique Deus, ſed pro operibus ſuis reddit. Secundo in loco ædificentur fideles, ne putent ſibi hoc ſolùm ſufficere poſſe, quod credunt: ſed ſciant iuſtum iudicium Dei reddere vnicuique ſecundum opera ſua.* Eadem repetit & homil. 1. in librũ Iob, vbi docet

Quid opertius

Michael Syncellus presbyter Hieroſolymitanus.

Dionyſius Areopagita.

Tertullianus Carthaginenſ.

Clemens Alexandrinus.

Cyprianus Carthaginen.

Origenes Adamantius.

Vide quomodo Caluinum perſtringit.

opera quidem bona ſine fide non prodeſſe, vbi verò in fide fiunt maximè eſſe meritoria Et BASILIVS MAGNVS oratio in S.40 martyres, illos, ait, pari certamine regnum gloriam promeruiſſe. In expoſitione autem Pſal 114. *Poſtquam* (ait) *ſatis vixiſti, & vita curſum expleueris, reliquum eſt vt in requiem tuam conuertaris, quoniam Dominus benefecit tibi. Manet enim requies ſempiterna illos, qui in hac vita legitimè certauerint: non ob eorum merita factorum, ſed ob munificentiſſimi Dei gratiam, in quo ſperauerunt prouenientis.*

Baſilius Magn.

Euſebius Emiſſenus.

EVSEBIVS EMISSEN. homil.1. de initio quadrageſimæ *Nimis* (ait) *penetrabile telum eſt, imitatio deteriorum: ita autem è contrario, quando quiſque de Eccleſia filiis aliquod bonum profitetur in publicum, creſcit deuotio meritorum corda mirantium, ac de tantis adquiruntur bonorum operum fructus, quantorũ velut balſami ſuauitate conduntur affectus. Bonorum turba pœnitentium, qui ſecundus ordo eſt neophytorum, ſicut ibi fide eſt acquiſitum, hic opere & lachrymis crimina delebuntur*, &c. IDEM homilia ad pœnitentes ad calcem. *Quia* (inquit) *in inferno non erit emendatio, nec dabitur in morte confeſſio, proſpicite bonorum operum meritis in futurum, & praeuenite ſatisfactione iudicium. Priſtinos lapſus antè oculos quotidie ſaluberrima ordines pœnitudo, ne in illo die confundat hominem dira iniquitatum facies, & criminũ fœda cognitio*, &c

Cyrillus Hieroſolymitanus.

Et CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS, Catecheſi 15. illuminatorum Hieroſolymis. *Etiam ſi in agro fueris, reperient te Angeli. Non putes, quòd magnates quidem accipient, te verò agricolam relinquent. Siue ſeruus fueris, ſiue pauper, ne metuas, qui formam ſerui in ſe recepit, ſeruum non contemnet. Tantummodo confide, tantùm operare, tãtùm promptè decerta. Nihil enim eorum perdetur, quæ inſcripta eſt omnis tua oratio & pſalmodia, deſcripta eſt tua omnis eleemoſyna, inſcriptum eſt omne ieiunium*, &c. Et infrà. *Iam incipe* (ait) *operari, & perſeueras in fide, ne ſicut ſtultæ virgines emptum oleum excludaris. Non in hoc confidas, quòd ſolam lampadem habes, ſed cuſtodi illam ardentem. Non in hoc ſolum confidas, quòd credis, ſed fidem ardentem conſerua, vt luceat lux tua coram hominibus per bona opera, ne blaſphemetur propter te Chriſtus*, &c. IDEM catecheſi 1 ſub finem. *Si parum laboraueris, parum accipies: ſi verò multũ operaberis, multa te merces manet.* IDEM catecheſi 18. multas oſtendit ianuas vitæ æternæ per bona opera. Verùm hæc ſufficiant, quæ protulimus. Sic quoque

Gregorius Nazianzenus.

GREGORIVS NAZIANZENVS orat. 15. ad calcem. *Serua* (ait) *beneuolentiam in neceſſitatibus ſupernam, fœnerare Deo miſericordia, neminem pœnitnit quod Deo aliquid obtulit. Largus eſt in retribuendo, præcipue in rependendis bonis futuris: illis, qui aliquid eius gratia profuderunt aut ei ſunt fœnerati, nonnunquam etiam in hoc refundit ſæculo ob fidem poſterorum*, &c. IDEM oratio. 26. non longè ab initio. *Quemadmodum nullum opus ſine fide eſt approbatum, quoniam multi gloriæ gratia illi quod honeſtum eſt dant operam aut etiam inſtinctu naturæ aliquid boni agunt: ita & fides ſine operibus eſt mortua. Ne quis vos decipiat inanibus verbis ex his qui promptè omnia concedunt propter vnum, nempe vt impiè agatur, & mali operis mala perſoluatur merces. Oſtendite igitur ex operibus fidem*, &c.

Ephrem Edeſſenus diaconus.

Et EPHREM EDESSEN. diaconus ſermo 4 de vita & exercitatione monaſtica, operibus bonis æternum regnum comparari & rationibus, & exẽplis affirmat. [illegible] *mus* (inquit) *aduenæ & peregrini, ſtudeamus igitur in patriam & ciuitatem noſtram, plenis bonorum operum [illegible] bus cum feſtinatione remeare, negotiatores ſpirituales fuimus fratres mei*, &c. Lege reliqua, & caput quod ſic intitulatur: nos ex hoc mundo in cœlum tranſire debere, & bona opera illuc præmittenda, &c. Hinc etiã

Hilarius Pictauienſis.

HILARIVS PICTAVIENSIS expoſitione in Pſalm. 129. *Ad ſpem* (ait) *omne tempus eſt liberum, & mercedem non operis, ſed miſericordiæ vndecima hora operarij conſequentur*, &c. Et in Pſal. 143. exponens illud: *Propter nomen tuum viuificabis me*, &c. *Habet enim* (inquit) *hoc iuſtitia verecundiæ, vt quidquid aliud ſibi beatitudinis ſperat, id pro magnificentia Dei potius, quia Deo beata & æterna & bona tribuere ſit dignum, quàm pro merito ſuo poſtulet: ſed tamen præferens honorem & miſericordiam Dei, merendi quoque id per ſe non excluſit officium. Nam cum viuificandus ſit, viuificandus tamen eſt in æquitate: quia æquum ſit vitam retribui ſtipendiis ſanctitatis.* Et iterum in Pſal. 144. *Habet enim* (ait) *Dei iuſtitia miſerendi voluntatem: neque tamen per miſerendi voluntatem, ita à ſe erit demutata, ne iuſtitia ſit.* IDEM in Pſal. 51. *Ipſa illa iuſtitiæ opera, non ſufficient ad perfectæ beatitudinis meritum, niſi miſericordia Dei etiam in hac iuſtitiæ voluntate humanarum demutationum & motuum vitia non reputet. Hinc illud Prophetæ dictum: Melior eſt miſericordia tua ſuper vitam. Quia quamuis probabilis per iuſtitiæ operationem vita noſtrorum ſit, tamen per miſericordiam Dei, plus meriti conſequitur*, &c

Ambroſius Mediolanenſis.

Et AMBROSIVS MEDIOL. ſermo. 14. in Pſal. 118. *Qui* (ait) *retributionem bonorum operum ſperat à Chriſto, & ad eum feſtinat, inclinat cor ſuum vt faciat Chriſti iuſtitias*, &c Et ſermo. 85. in natali Domini. *Compellitur operibus noſtris Dominus, vt nobis ſuam miſericordiam largiatur: atque ideo ipſe in Euangelio ſancto dicit: à diebus Ioannis Baptiſtæ regnum cœlorum cogitur. Regnum cœlorum nõ niſi Chriſtus eſt Dominus, qui regnat in cœlis. Cogi autem verbum tunc ſoles dici, cum res aliqua rarior aſſidua operatione denſatur*, &c. Et iterum lib. 2. de officijs, cap. 2. *Habet vitam æternam fides, quia fundamentum eſt bonum [illegible] habent & bona facta, quia vir iuſtus & dictis & rebus probatur.*

Matth. 11.

Auguſtinus Hipponenſis.

Et AVGVSTIN. HIPPONENSIS, libro de vera Innocentia, cap. 291. *Debetur* (ait) *merces bonis operibus, ſi fiant: ſed gratia, quæ non debetur, præcedit vt fiant* Et libro de gratia & libero arbitrio, cap 9. *Gratia Dei vita æterna, vt hic intelligamus non pro meritis noſtris Deum nos ad vitam æternam, ſed per ſuam miſericordiam, perducere. De quo homo anima ſua dicit in Pſalmis: Qui coronat te in miſericordia & miſeratione. Nunquid non corona bonis operibus redditur. Sed quia ipſa bona opera ille in nobis operatur, de quo dictum eſt: Deus eſt enim qui operatur in nobis & velle, & operari pro bona voluntate, & ideo dixit Pſalmiſta: Qui coronat te in miſericordia & miſeratione: quia eius miſeratione bona operamur, quibus corona redditur.* Vnde IDEM ſerm. 49. de tempore. *Cum hinc exieris, recipieris pro meritis, & reſurges ad recipienda quæ egiſti. Tunc Deus coronabit non tam merita tua, quàm dona ſua*, &c. Et libro de Eccleſiaſticis dogmatibus, cap 32. *Tanta eſt erga omnes homines bonitas Dei, vt noſtra velit eſſe merita quæ ſunt ipſius dona, & pro his quæ largitus eſt æterna præmia ſit donaturus.* Et iterum ſerm 162. de tempore. *Deus pro meritis fidei* (ait) *atque bonorum operum dabit fidelibus ſuis regnum cœlorum*, &c.

Pſal. 102.

Philippen. 2.

Cyrillus Alexandrinus.

Et CYRILLVS ALEXANDRINVS, lib. 10. Theſauri, cap. 5. *Chriſtus dicit, iuſtus ſum munerum declarator, iuſtus ſum iudex, & honores ſingulis quos per gratiam offero, quaſi debites laboribus virtutibusq; ſuis diſtribuo*, &c. Item lib. 9. in Euangelium Ioannis, cap. 33. *Tribus rebus ſuperiores conſequemur manſiones, per actionem virtutis*

variam, per fidem rectam, per ſpem vitæ quorum omnium nemo largitor eſt,nemo fons, nemo cauſa, præter Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Ipſe enim nobis mandata ſuper legem dedit,ipſe viam monſtrauit, quã probè actionem virtutis & contemptum mundi propter Chriſtum intelligere poſſumus.&c Vide & Concilium ARAVSICANVM II.can 18.repetit quod iam ſuperiùs ex Auguſtino protulimus. *Debetur* (inquit) *merces bonis operibus. ſi fiant:ſed gratia quæ non debetur,præcedit vt fiant.* Hinc & LEO PRIMVS epiſt.30.quæ eſt ad Martianum & Fauſtum presbyteros. *Bonorum*(inquit) *operum & ſpiritualium ſtudiorum Deum authorem eſſe non dubium eſt, qui quorum incitat mentes,adiuuat actiones.* Opera bona eſſe meritoria aſſerunt. Patres Concilij TOLETANI VIII. & multa alia Patrum decreta,quæ repoſita inueoies locis ſuperiùs aſſignatis. Vode & ADRIANVS I. lib.pro defenſione 7.generalis Synodi, cap 14. doctiſſimè probat ex operibus fide firma perfectis naſci meritum,ſicut opera ſine fide vel ante fidem nullius eſſe meriti probantur.Idem PAVLINVS AQVILEIENSIS in libello edito in Concilio Francfordienſi, vt alibi docuimus:nec enim poſſibile teot omnes hic Patrum proferre ſentẽtias.Sic autem concludemus,in medium proferentes decretum vniuerſalis Concilij TRIDENTINI, ſeſſio.6. cap 16. vbi de iuſtificatione loquitur. *Bene* (ait) *operantibus vſque in finem,& in Deo ſperantibus proponenda eſt vita æterna, & tanquam gratia filijs Dei per Ieſum Chriſtum miſericorditer promiſſa.& tanquam merces ex ipſius Dei promiſſione bonis ipſorum operibus & meritis fideliter reddenda Hæc eſt enim illa corona iuſtitiæ, quam poſt ſuum certamen, & curſum repoſitam ſibi eſſe aiebat Apoſtolus, à iuſto iudice ſibi reddendam:& non ſolum ſibi,ſed & omnibus qui diligũt aduentum eius. Et licet bonis operibus merces tribuatur,vt in ſacris literis innuitur: abſit tamen vt Chriſtianus homo in ſeipſo vel confidat vel glorietur,& non in Domino, cuius tanta eſt erga omnes homines bonitas, vt eorum velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona* Tum in anathematibus illud adiungit. *Si quis dixerit,hominis iuſtificati bona opera ita eſſe dona Dei, vt non ſint etiam bona ipſius iuſtificati merita,aut ipſum iuſtificatũ bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam & Ieſu Chriſti meritum, cuius membrum viuum eſt, fiunt,non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam,& ipſius vitæ æternæ,ſi tamen in gratia deceſſerit,conſecutionem,atque etiam gloriæ augmentum, anathema ſit.* Vide Fides, & Iuſtificatio,&c. Plura lege apud STANISLAVM HOSIVM in cõfeſſione Catholicæ fidei Chriſtianæ,edita in Concilio Petriconenſi, cap 73. in confutatione opinionis contrariæ. Vide & apud IOANNEM DRIEDONEM tract 4 de redemptione generis humani,cap.2 par 4 & iterum 6.tractatu eiuſdem libri par.1.cap.1.vbi de libero arbitrio doctiſſimè diſſeruit,& de bonis operibus. Vide & apud FRANCISCVM SONNIVM,lib.1.demonſtrationis religionis Chriſtianæ ex verbo Dei,&c.cap.11.12.13. tractatus ſecundi:& apud GVILELMVM LINDANVM, lib.3. Panopliæ Euangelicæ,cap.20. Hi enim quatuor Doctores noſtro ſeculo fidei lumen refulgere & clareſcere doctiſſimis ſcriptis fecerunt,à quorum lectione vix recedo,cum fœliciſſimi ſint illi duces & fidei Chriſtianæ directores,quos ſe qui nõ eſt à via veritatis declinare.

Concilium Arauſicanum 2 ſub Leone 1.
Leo 1.
Concilium Toletanum 8.
Adrianus 1.
Paulinus Aquileienſis.
Conciliũ Tridentinum generale.
2.Timoth.4.
Stanislaus Hoſius.
Ioannes Driedo.
Franciſcus Sonnius.
Gulielmus Lindanus.

ORARIVM.

Orario ſacerdotes & Leuitæ vtantur.] Concilium TOLETANVM IV.cano.27.iniunxit,vt ſuo loco iam repoſuimus. Similiter iniungit & cano 39. & allegat Gratianus, diſtinct 25 cap. Vnum orarium Vi habere ſuperiùs in vocabulo, Diaconus vnica ſtola vtatur.&c Hinc Concilium BRACARENSE III. cano.3.& allegat Gratianus,diſtinct.23 cap.Eccleſiaſtica,&c. *Cum antiqua* (ait) *& Eccleſiaſtica nouerimus inſtitutione præfixum,vt omnis ſacerdos,cum ordinatur, orario vtroque humero ambiatur,ſcilicet, vt qui imperturbatus præcipitur conſiſtere inter proſpera & aduerſa virtutum, ſemper ornamento vtrobique circumſeptus appareat: qua ratione tempore ſacrificij non aſſumit, quod ſe in ſacramento accepiſſe non dubitat? Proinde nobis omnibus conueniat, vt quod quiſque percepit in conſecratione honoris,hoc retineat & in oblatione vel perceptione ſuæ ſalutis, ſcilicet.vt cum ſacerdos ad ſolẽnia Miſſarum accedit,aut per ſe Deo ſacrificium oblaturus,aut ſacramentum corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſumpturus,non aliter accedat,quã orario vtroque humero circumſeptus:ſicut & tempore ordinationis ſuæ dignoſcitur conſecratus,ita vt de vno eodemq́; orario ceruicem pariter & vtrumque humerum premens, ſignum in ſuo pectore præparet crucis Si quis autem aliter egerit,excommunicationi debitæ ſubiaceat.* Idem omninò Conciliom MOGVNTINVM I.cap 28. Porrò quod ſemper in vſu fuit mos deferendi orarium, dum ad proceſſiones vel ad litanias pergitur,oſtendit FORTVNATVS PICTAVIENSIS in vita S Marcelli Epiſcopi Pariſienſis: vbi refert,quòd cum immanis draco non longè ab vrbe deliteſceret, proceſſione ſolenni illuc pertexit Marcellus, *Miſſoq́;* (ait) *in collum ſerpentis orario, triumphum ſuum ante ciuium oculos extrahebat, &c.* Porrò de vſu orarij antiquiſſimo ſcripſerunt HAMVLARIVS FORTVNATVS, ANGELOMIVS LVXONIENSIS, RABANVS MAVRVS, RVPERTVS TVITIENSIS, & alij veteres, qui de Eccleſiaſticis & diuinis officijs libros conſcripſerunt. Horum opera quia habentur, hîc ſuperſedeo.

Concilium Toletanum 4 ſub Honorio 1.
Concilium Bracarenſe 3.
Concilium Moguntinum 1
Fortunatus Pictauienſis.
Hamularius Fortunatus
Angel… Lux…
Rabanus Maurus.
Rupertus T…tienſis.

ORATIO.

Orationis virtus, locus, & efficacia, atque diſciplina.] Laborioſè forſan cuncta quæ de orationis virtute,diſciplina,loco & ordine Patres ſancti ſcriptis reliquerunt,hîc proferrem,niſi hoc præſtitiſſet fideliter & ſummo ſtudio huic labori incumbens vnus è noſtra familia nominatiſſimus inter doctos,& vita præcipuus IOAN. VALLIGNIVS Cœleſtinus,quondam Metenſis Cœnobij prior,in tractatu deuotiſſimo & vtiliſſimo,quem prænotauit, de oratione, ad quendam Caſtrenſis noſtri monaſterij ſuppriorem, opus certè diffuſum & deuotum. Scripſerunt alij innumeri,quos nominare nec opus eſt. Porrò de oratione,quæ antiquitus fiebat in cœtibus Chriſtianorũ,ſumma cum diſciplinæ obſeruatione,diximus in vocabulo,Cœtus,&c.De qua & DIONYSIVS AREOPAGITA, libro de diuinis nominibus, cap.3. *Ante omnem actum* ait *& in Theologia maxime, ab oratione nobis inchoandum eſt, non vt vbique & nuſquam præſentem virtutem attrahamus,ſed vt memoria diuinarum rerum,atque inuocationibus pijs nosipſos illi dedamus atque iungamus.* Sic & Apoſtolos orationes varias fudiſſe, cum genuflexione,cooperto capite,manuum eleuatione,& cæteris cæremonijs,docet ABDIAS BABYLONIVS in opere certaminum Apoſtolicorum,ſicut iàm in multis locis annotauimus. Illud

Ioannes V…gnius Cœle…nus. Ob… Pariſijs.
Dionyſius Areopagita.
Abdias Babylonius.

Iuſtinus Martyr.

Tertullianus Carthagin en.

A etiam docet IVSTINVS MARTYR Apologia 1. & 2. pro Chriſtianis, vbi iuſtè Chriſtianos certis diebus orationi incũbere defendit. Sed & TERTVLLIANVS CARTNAG. libro Apologetico aduerſus gentes, cap. 30. orandi eam diſciplinã in Chriſtianis antiquis fuiſſe aſtruit. *Illuc* (ait) *ſcilicet in cœlum, ſuſpicientes Chriſtiani in manibus expanſis, quia innocui: capite nudo, quia non erubeſcimus: denique ſine monitore, quia de pectore oramus, precantes ſumus omnes ſemper pro omnibus imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, ſenatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quæcunque hominis & Cæſaris vota ſunt, &c.* Vide Preces, &c. Vnde & MAXIMVS TAVRINANSIS, ſermo. 5. in natali Apoſtolorum Petri & Pauli ſic refert. *Cum* (ait) *Simon ſe Chriſtum diceret, & tanquam filium ad Patrem aſſereret volando ſe poſſe conſcendere, atque elatus ſubitò magicis artibus volare cœpiſſet, tunc Petrus fixis genibus precatus eſt Dominum, & precatione ſancta vicit magicam leuitatem. Prior enim aſcendit ad dominum oratio, quàm volatus, & ante peruenit iuſta petitio, quã iniqua præſumptio. Ante Petrus in terris poſitus obtinuit quod petebat, quàm Simon perueniret in cœleſtibus, quo tendebat, &c.*

Maximus Taurinenſis.

B Et EVSEB. CÆSAR. lib. 2. Eccleſ. hiſto. cap. 23. & EGASIPPVS, lib. 5. commentariorũ, referunt de Iacobo Apoſtolo hoc modo *Solus ingrediebatur templum, & iacebat ſuper genua ſua, orãs pro populi indulgentia, ita vt orando callos faceret in genibus ad modum cameli, ſuper genua flectendo, nec vnquã ab oratione ceſſando Itaque pro incredibili continentia, & ſumma iuſtitia appellatus eſt iuſtus, &c.*

Euſebius Cæſarienſis. Egeſippus 2.

C Et AVGVST. HIPPON. ſerm. 1. de tempore, de natiuitate Domini, de beato Stephano. *Orauit* (ait) *Chriſtus pro ſuis crucifixoribus, orauit & Stephanus pro ſuis lapidatoribus. Dominus Ieſus Chriſtus orauit affixus ligno, Stephanus genuflexo. Qui ſtando ſuũ ſpiritum commendauit Domino, pro illorum delicto fixo genu orauit, &c.* Et HIERON. STRIDONENS. in vita Pauli heremitæ. *Ingreſſus Antonius ſpeluncam, vidit genibus complicatis, erecta ceruice, extenſiſq; in altum manibus corpus exanime, ac primum & ipſe viuere eum credens, pariter orabat. Poſtquam verò nulla, vt ſolebat ſuſpiria precantis audiuit, in flebile oſculum ruens, intellexit, quòd etiã cadauer ſancti Deum, cui omnia viuunt, officioſo geſtu precabatur. Igitur obuoluto & prolato foras corpore, hymnos quoque & Pſalmos de Chriſtiana traditione decantans contriſtabatur Antonius, &c.*

Auguſtinus Hipponenſis.

Hieronymus Stridonenſis.

D IDEM in obitu Aſellæ ad Marcellam. *Hæc quidem* (ait) *in melius noſti, à qua pauca didicimus, & cuius oculis durities de genibus camelorum in illo ſancto corpuſculo pro orandi frequentia obcalluiſſe perſpecta eſt, &c.* Et BASILIVS MAGNVS, epiſt. 63. ad clericos Eccleſiæ Neocæſarianæ, de Gregorio Neocęſarienſi Epiſcopo loquẽs.

Baſilius Magnus.

E *Gregorius in oratione conſtitutus* (ait) *tecto capite nõ fuit. Quamobrem? germanus erat diſcipulus Apoſtoli dicentis: Omnis vir orans aut prophetãs tecto capite dehoneſtat caput ſuum, & vir non debet velare caput ſuum, cum ſit imago & gloria Dei, &c.* Et ATHANASIVS ALEXANDRINVS in vita S. Antonij. *Lamentabilis ſequitur viſio & omni lachrymarũ fonte plangenda. Cum enim fratribus circa ſe ſedentibus operaretur, intentè fixit oculos in cœlum gemens atque ſuſpirans, & poſt aliquantum ſpatium reuelationis inceptæ nimio dolore contremuit, & ſtatim fixis genibus ante Dei vultum prouolutus orauit, vt clemẽtia ſua futurũ ſcelus auerteret. Succedũt orationi lachrymæ, &c.* Et GREG. NAZIAN. orat. 9. in Gorgoniam ſororem ſuã. *Illa* (inquit) *terrã ieiunijs ſuperabat, aliis*

Athanaſius Alexandrinus

Gregorius Nazianzenus.

A *autẽ vt in terra dormirent, pro remedio dimittebat: Ieiunium enim deprehendit animæ eſſe adiutoriũ. Somno autẽ menſurã aliena rei gratia minus ſtatuebat, aut ita lege firmabat tanquam careret corpore. Genua autẽ inflectebat ad terrã, cum & alij totam vigilarent noctem, ſicq; corpore manebat recto. quod quidem præcipuum philoſophicorum hominum certamen exiſtit, &c.* Et RVFFINVS AQVILEIENSIS, lib. 10. Hiſtor. Eccleſ. cap. 7. Helenam ſanctam, dum dominicam crucem inueniſſet, orationem flexis genibus fudiſſe refert ad Dominum. Et SEVARVS SVLPITIVS, lib. 1. vitæ Martini, beatum virum refert ſæpius genu vtroque in terram prouoluto, capite diſcooperto, manibus & oculis in terram defixis

Ruffinus Aquileienſis.

Seuerus Sulpitius.

B ſæpius miracula peregiſſe De modo orãdi, & cur ad Orientẽ, &c. Et tractat POLYDORVS VERGILIVS, lib. 5. de rerum inuentoribus, cap. 9. Et CYRILLVS HIAROSOLYMITANVS in præfatione catecheſeon *Cor tuum* (inquit) *præpara ad ſuſceptionem diſciplinæ, & ſanctorum myſteriorũ communicationem Frequenter ora, vt Deus te dignum efficiat: neque interdiu, neque noctu ſis otioſus, & cum ſomnus ab oculis receſſerit, tunc mens vacet orationi. Si quam turpem cogitationem in mentem tuam venire animaduerteris, ſuſcipe iudicij ſalutarẽ commemorationem, incende animum ad diſcendum, vt rerum turpium obliuiſcatur.* Plura de oratione IOANNAS CHRYSOSTOMVS, homil 9. de pœnitentia, &

Polydorus Vergilius.

Cyrillus Hieroſolymitan.

Ioannes Chryſoſtomus.

C 2. opere in Matth. homil. 13. vbi de virtute orationis loco, & efficacia diſſerit: & homilia in illud Ioan. 4. *Veniet hora quando veri adoratores adorabũt Patrem, &c.* Tomo operum 3. & alia homilia de Moyſe tomo 1. quæ incipit: Stabat Moyſes in mõte non armis, &c. AMBROSIVS MEDIOL. lib. 2 de Cain & Abel, cap. 6. & ſermo. 22. in Pſal. 118. exponens illud. *Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo Domine, &c.* & lib. 1. Officiorum, cap. 22. Sermone autem 93. in natali ſanctorum Nazarij & Celſi, ait: *Oratio* (inquit) *quæ caſtitate, iuſtitia, eleemoſynarum operibus adiuuatur, excedit mundum, penetrat paradiſum, euolat vſque ad ipſum ſummæ maieſtatis, Angelo conferente, conſpectum, &c.* Et AVGV-

Ambroſius Mediolanenſis

D STINVS HIPPONANSIS propoſitione 46. in epiſtolam ad Romanos, & lib. 3 quæſtionum ad Simplicianum, quæſt. 4 & lib. de cura pro mortuis agenda, & lib. 2. de ſermone Domini in monte, cap. 3. docet cur ad Orientem oramus, cur genua figimus, cur manus extẽdamus, cur ſolo proſternimur. Verum hæc omnia proſequi graue eſſet, & operis prolixioris. Lege quoque IOANNIS CASSIANI collatio. 9. de oratione, quæ dicitur Abbatis Iſaac, per omnia capita, & aliorũ Patrum volumina. Denique Concilium NICÆNVM I. generale, can 20. & allegat Gratian. de conſecrat. diſt. 3. cap. Quoniam ſunt, &c. *Quoniam ſunt* (ait)

Ioannes Caſſianus.

Concilium Nicenum.

E *in dominica die quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus Pentecoſtes, placuit de hoc ſancta & magna Synodo, cunctos in omnibus locis conſonãter & conſentienter ſtantes Dominum orare debere.* Hunc canonem allegat Concilium AQVISGR. I. c. 46. & Concil. GENERALE V I. can. 90. *Dominicis* (ait) *genu non flectere à diuinis noſtris Patribus Chriſti reſurrectionem honorãtibus canonicè accepimus. Ne ergo huius obſeruationis euidentiã ignoremus, fidelibus manifeſtum facimus, quòd poſt veſpertinum ſacerdotum ad altare ſabbato ingreſſum, ex cõſuetudine quæ ſeruatur, nemo genu flectit vſque ad ſequẽtem veſperã in die dominico, in qua poſt ingreſſum in veſpertino ſeu cõpletorio genua rurſus flectentes Domino preces ſic offerimus. Seruatoris enim noſtri reſurrectionis veluti præ-*

Concilium Aquiſgranen. I

Concilium Cõſtantinopolitanum I generale 6.

curſorem noctem, quæ fuit ante ſabbatum, accipientes hymnos ab ea ſpecialiter incipimus ſiſtum, ex tenebris in lucem ſinientes, vt in perfecto & integro die ac noctis nos reſurrectionem celebremus. Hinc & Conciliũ LAODICANVM ſub Liberio I. cano. 18 *Semper* (ait) *ſupplicationes orationum, & ad horam nonam, & veſperam oportet celebrari.* Et cano. 19 *Oportet ſeorſim primum poſt Epiſcoporum ſermones catechumenorum orationem peragi: & poſtquam exierint catechumeni, eorum qui pœnitentiam agunt fieri orationẽ: & cùm hi ſub manum acceſſerint & ſeceſſerint, fideliũ preces ſic ter fieri. Vnam quidem, ſcilicet primam, ſilentio: ſecundam verò & tertiam per pronunciationem impleri: deinde ſic pacem dari, & ſic ſanctam oblationem perfici, & ſolis licere ſacratis ad altare accedere & communicare.* Et Concilium CARTHAGIN. III. cano. 23. *Nemo in precibus vel patrem pro filio, vel filium pro patre nominet. Et cum altari aſſiſtitur, ſemper ad patrem dirigatur oratio. Et quicunque ſibi preces aliunde deſcribit non eis vtatur, niſi prius eas cum inſtructioribus fratribus contulerit.* Idem omnino Concilium HIPPONANSE, canone 23 Et Concilium MILEVITANVM ſub Innocentio I. cano. 12. *Placuit preces vel orationes ſeu miſſæ, quæ probata fuerint in Concilio, ſiue præfationes ſiue commendationes, ſeu manus impoſitiones, ab omnibus celebrentur, nec alia omnino dicantur in Eccleſia, niſi quæ à prudentioribus tractata vel comprobata in Synodo fuerint: ne forte aliquid contra fidem vel per ignorantiam, vel per minus ſtudium ſit compoſitum.* Idem omnino Concilium AFFRICANVM ſub Boniſacio I. cano 70 Similiter ea decreta quæ ſupra ex Concilio Nicæno I. & Concilio VI. generali poſuimus iterum recenſet & approbat Cõcilium TVRONANSE III can. 37. *Sciendum eſt, quòd exceptis diebus dominicis & illis ſolennitatibus, quibus vniuerſalis Eccleſia, ob recordationem dominicæ reſurrectionis, ſolet ſtando orare, fixis in terrã genibus ſuppliciter Dei clementiam nobis profuturam noſtrorumq́; criminum indulgentiam depoſcendum eſſe. Cuius rei in Euangelio Dominus ipſe nobis dedit exemplum: ſed & Stephanum martyrem & Apoſtolum Paulum eadem feciſſe liber Actuum Apoſtolorum teſtis eſt. Ex quibus intelligi datur oportere Chriſtianum humiliter ad terram proſterni, ne fortè illi dicatur: Quid ſuperbis terra & cinis? &c.* Et Concilium PARISIENSE III. lib. 2 cap 11 de orationis loco ſpecialiter ſtatuit vt ſit in Eccleſia, & quoſdam tepidos corripit, qui licèt è vicino habeant Baſilicam, orandi tamen gratia eam perraro ingrediuntur. Quod & ex veteri lege 2. Paralip. 7 confirmat, vbi apparens Dominus Salomon. *Audiui* (inquit) *orationem tuam, & elegi locum iſtum mihi in domum ſacrificij: oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius qui in loco iſto orauerit. Elegi enim & ſanctificaui locum iſtum, vt ſit nomen meum ibi in ſempiternum, & permaneant oculi mei & cor meũ ibi cunctis diebus.* Et ex actibus Apoſtolorum, cap 2. & 3. colligitur Apoſtolus orandi ſtudio templum petiiſſe, & aliter fieri vetat ORIGENES ADAMANTIVS, homil de Rebecca, & ex lege illud probatur, vbi ait Dominus: *Ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus de cunctis tribubus veſtris, vt ponat nomen ſuũ ibi & habitet, in eo venietis, & offeretis in loco illo holocauſta & victimas veſtras, &c.* Et poſt pauca *Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris, ſed in eo quem elegerit Dominus in vna tribuum tuarum* Et in ſacris canonibus (ſcilicet in Cõcilio Laodiceno, can 58 vt habes in vocabulo, Miſſa non niſi in ſacris locis celebranda. &c. eſt inſtitutum, quòd non oporteat in domibus oblationes ab Epiſcopis & presbyteris fieri Tum c. 13. eiuſdem libri, permittit vt in alijs quidem cõpetentibus locis, ſi locus Baſilicæ procul fuerit, oratio ad Deum & confeſſio peccatorum fieri poſſit & debeat, timidos quoſdam inſtruens, qui pro eo quod Baſilicas adire nequibant & reliquias ſanctorum præſto non habent, idcirco vota precum ſuarum ad Deum vt oportet ſupplici deuotione non fundunt, non animaduertentes, quòd Deus non ſit minus in parte quàm in toto, ſed vbique totus vbique præſens, vbique mirabilis, & Apoſtolus ait: *Volo viros orare in omni loco, puras leuantes manus, ſine ira & diſceptatione.* Et HIERONYMVS epiſt. ad Euſtochium. *Egredientes hoſpitium armet oratio, regredientibus de platea, oratio occurrat antequam ſeſſio: nec prius corpuſculũ requieſcat, quam anima verbo Dei paſcatur, ad omnem actum, ad omnẽ inceſſum manus pingat crucẽ, &c.* Vide Preces, & ſeq

Concilium Laodicenum 1. ſub Liberio 1.

Concilium Carthaginenſe 3.

Non licet orationem ad libitum componere.

Nota valde.

Concilium Mileuitanum.

Concilium Affricanum

Concilium Turonenſe 3.

Matth 26. actuũ 7 & 20 Eccleſiaſt 0. Orationis locus.

Concilium Pariſienſe 3.

Origenes Adamantius.

Deuter. 12.

1. Timoth. 2.

Hieronymus Stridonenſis.

Pulchra verba

Oratio Dominica quando in Eccleſia recitanda.] Orationem Dominicam longo interpretationis filo plures ſancti Patres interpretati ſunt, ſicut TERTVLLIANVS, lib. de orat. in ea dicens comprehendi breuiariũ totius Euangelij, & omnem commemorationem diſciplinæ. CYPRIANVS item in orationis Dominicæ expoſitione, in initio, vbi ſic loquitur: *Quæ enim poteſt magis ſpiritualis eſſe oratio, &c.* Et AMBROSIVS lib. 5. de ſacramentis, cap. 4 quod talem præfert titulum, quemadmodum orandum ſit & de breui expoſitione orationis Dominicæ. &c. Illam verò expoſitionem latiùs proſequitur, lib. 6. de ſacram. cap. 5 Vide ſi delectat. Et iterum lib 3. de virginib. *Certè* (inquit) *ſolennes orationes cum gratiarũ actione ſunt deferendæ, cum è ſomno ſurgimus, cũ prodimus, cum cibum paramus ſumere, cum ſumpſerimus & hora incenſi, cum denique cubitum pergimus: ſed etiam in ipſo cubili volo Pſalmos cum oratione Dominica, frequenti contexas vice, vel cùm euigilaueris, vel antequã corpus ſopor irrigat, vt te in ipſo quietis exordio rerum ſecularium cura liberam diuina meditantem ſomnus inueniat.* Et IOAN. CHRYSOSTOMVS, homil. 20. in Matth exponit orationem Dominicam, & alij plurimi, quorum nomina non eſt opus recenſere. Quando autem ſit recitanda docet Conciliũ GERVNDENSE in Hiſpania, cano. 10. & allegat Gratianus de conſecrat diſtin. 5 cap id ſemp. *Item ſemper nobis placuit* (ait) *obſeruari, vt omnibus diebus poſt matutinas & veſperas oratio Dominica a ſacerdote proferatur.* Et Concilium AVRELIAN. III. cano. 18. iubet, vt in Miſſa dicatur, & nemo ante eam dictam recedat, quod ex Hieronymo & alijs iam probauimus vſu longo probatum ſuprà in vocabulo, Miſſæ ritus. &c. Porrò, quia hæc oratio Dominica à quibuſdã tantum Dominicis diebus dicebatur à ſacerdotibus, Concilium TOLETANVM IV. ſub Honorio I. can 9. ſtatuit, vt quotidie dicatur: *Quomodo* (ait) *non quotidie dicetur, cũ ſine intermiſſione dici iubetur. Nam inſtãtum quotidie hæc oratio dicenda eſt, quantum & ipſo titulo vtitur, dum vocatur oratio quotidiana. Sic eam ſancti Patres nuncupauerunt, quod etiam apud doctores* (quorum illuſtris doctrina eſt) *inuenitur. Sanctus quippe Cyprianus dicit* (ſcilicet in expoſitione orationis Dominicæ) *Itaque in oratione Dominica panem noſtrum, id eſt, Chriſtum dari nobis quotidie petimus, vt qui in Chriſto manemus & viuimus, à ſanctificatione & corpore eius non recedamus. Sanctus quoque* HILARIVS *dicit:* (ſcilicet in expoſitione 6. cap. Matthæi) *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.*

Tertullianus Carthaginen.

Cyprianus Carthaginenſis.

Ambroſius Mediolanenſis

Nota quaſo.

Ioannes Chryſoſtomus

Concilium Gerundenſe.

Concilium Aurelianen. 3.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

Cyprianus Carthaginen.

Hilarius Pictauienſis.

Quid enim tam vult Deus, quàm vt quotidie Chriſtus habitet in nobis, qui eſt panis vitæ & panis è cœlo. Et quia quotidiana oratio eſt, quotidie quoque, vt detur, oratur. *Sanctus* AVGVSTINVS *dicit:* (ſcilicet in Enchiridio ad Laurentium) *de quotidianis autem breuibus leuibuſq; peccatis, ſine quibus vita hæc non ducitur, quotidiana oratio fidelium ſatisfacit. Eorum eſt enim dicere: Pater noſter qui es in cœlis, qui iam Patri tali regenerati ſunt ex aqua & Spiritu ſancto. Debet ergo hæc quotidiana oratio minima & quotidiana peccata: delet & illa à quibus vita fideliũ, etiam ſcelerate geſta, pœnitendo in melius mutata diſcedit. Ergo ſicut Chriſtus præcepit, ſicut Apoſtolus monuit, & quemadmodum doctores Eccleſiaſtici ſtatuerunt, quia quotidie vel cogitatione vel verbo delinquimus, quotidie hanc orationẽ effundere in conſpectu Dei debemus. Quiſquis ergo ſacerdotum, vel ſubiacentium clericorum, hanc orationem dominicam quotidie, aut in publico, aut in priuato officio præterierit, propter ſuperbiam iudicatus, ordinis ſui honore priuetur.* IDEM Concilium etiam cano. 17. ſtatuit de eadem oratione Dominica, vt in Miſſa dicatur, & antequam dicta fuerit populus non communicet, vt iam diximus in vocabulo, Communicare, & Miſſa ritus, &c. Quod & Concilium GENERALE VI. can. 7 renouat, vbi præcipit, vt oratio Dominica cum ſymbolo quotidie dicatur, nec liceat aliquem ad ordines, ſeu ad ſacramenta accipienda deducere, qui illam non memoriter tenuerit. Idem Conciliũ FOROIVLIENSE ad calcem ſymboli quem ediderunt, vt ſcilicet ſymbolum & oratio Dominica memoriter ab omnibus dicatur & teneatur, vt dicemus in vocabulo, Symbolum. Et Conciliũ BASILEENSE, ſeſſio. 21. Dominicam orationẽ quotidie dicendam ſtatuit, addens etiam ſalutationem Angelicam, quod poſtea Concilium AVGVSTENSE, cap. 25. reſticauit. Vide infrà, Preces, & Symbolum, &c.

Auguſtinus Hipponenſis.

Oratio dominica delet peccata venialia.

Concilium Conſtantinop. 1 generale 6.

Concilium Foroiulienſe ſub Adriano 2.

Concilium Baſileenſe generale.

Concilium Auguſtenſe.

ORDO.

Ordinum gradus & nomina.] Fruſtra hic attentarem omnia de ſingulis ordinibus in Eccleſia ab initio obſeruatis teſtimonia antiquorum proferre, quandoquidem illud præſtitum eſt in ſingulis vocabulis, videlicet, Epiſcopus, Preſbyter, Diaconus, Subdiaconus, Acolythus, Exorciſta, Lector, Oſtiarius, &c. In his ſingulis vocabulis, ſingulorum ordinum mentionem fecimus, déque eorum miniſterio & functione: & ideo non putamus opportunum iterum ea quæ dicta ſunt repetere. Quorum tamen meminit IGNATIVS MARTYR, epiſtu ad Tarſenſes ſub finem. *Preſbyteri* (inquit) *Epiſcopo ſubditi eſtote, diaconi preſbyteris, populus preſbyteris & diaconis.* Item & epiſt. ad Philadelphienſes & ad Smyrnenſes *Omnia vobis decenti ordine perficiantur in Chriſto. Laici diaconis ſubditi ſint, diaconi preſbyteris, preſbyteri Epiſcopo, ſicut ipſe Patri, &c.* Et epiſtola ad Antiochenſes. *Saluto* (ait) *ſacros diaconos.* Nam & antea de Epiſcopis, & ſacerdotibus fecerat mentionem. *Saluto ſubdiaconos, lectores, cantores, oſtiarios, laborãtes, exorciſtas, confeſſores. Saluto cuſtodes ſanctarum portarum, quæ ſunt in Chriſto diaconiſſas. Saluto Chriſti ſuſceptrices virgines, &c.* Denique GAIVS I. epiſtola ad Fœlicium Epiſcopum Papa vir Apoſtolicorum temporũ, vt DAMASVS I. in Pontificali in eius vita refert, & PLATINA Cremonenſis in eius vita. Et IOANNES LAZIARDVS Cœleſtinus, lib. 2. Epitomis vniuerſalis hiſtor. cap. 73 *Hic* (aiunt illi) *Gaius conſtituit, vt omnes ordines in Eccleſia ſic aſcenderent. Si quis Epiſcopus fieri mereretur, ſit oſtiarius, lector, exorciſta, acolythus, ſubdiaconus, diaconus, preſbyter, & exinde Epiſcopus ordinetur.* Vt iam diximus dictione, Epiſcopus. Omnes quoque illos ordines numerauimus vocab. Laicus. Vide quoque in ſequentibus diſtinctionibus. Horum quoque omnium meminit EVSEBIVS CÆSARIENSIS, lib. 6. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 32 & omnes penè hiſtoriographi, vt facilè ex locis ſuperiùs memoratis quiuis poterit colligere, & ex ſequentibus.

Iuſtinus Martyr.

Gaius 1.

Damaſus 1.

Platina Cremonenſis.

Ioannes Laziardus.

Euſebius Cæſarienſis

Ordines gradatim & per temporum interſtitia conſecrantur.] Repete & ſupra memorati Gaij primi, epiſt. 1. ad Fœlicem Epiſcopũ, cuius decretũ poſtea renouauit Concilium ROMANVM II. ſub Syluestro I. actio 1 cap. 3. vt alibi iam enarrauimus. Idem & ZOZIMVS I. epiſt. 1. ad Heſychium Salonitanum Epiſcopum, vt iam allegauimus in vocabulo, Epiſcopus, &c. Item & INNOCENTIVS I. epiſt 4. ad Fœlicem Nucetianum Epiſcopũ, cap. 5. vbi de laicis an ordinandi ſint tractat, ſicut iam poſuimus ſuperiùs. In initio autem ſic loquitur. *Non prohibentur huiuſmodi ad clericatus ſortem admitti. Ita ſanè, vt in eis tempora a maioribus conſtituta ſeruentur, nec cito quilibet lector, cito acolythus, cito diaconus, cito ſacerdos fiat: quia in minoribus officiis ſi diu perdurent, & vita eorum pariter & obſequia comprobantur, vt ad ſacerdotium poſthac emenſis ſtipendiorum meritis veniant, nec præripiant quod vita probata meretur accipere.* Vide loco præfixo. IDEM Innocentius I. epiſt. 23. ad Toletanum Synodum I. cap. 5. Et SYRICIVS I. epiſt ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum, cap 9. & 10. & allegat Gratianus, diſtinct. 77 cap. Quicunque. Sic ergo ambo vnanimiter ſtatuunt. *Quicunque ſe Eccleſiæ vouit obſequiis a ſua infantia, ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet miniſterio ſociari, qui ab acceſſu adoleſcentiæ vſque ad triceſimum ætatis annum, ſi probabiliter vixerit, vna tantum, & ea quam virginem cõmuni per ſacerdotem benedictione perceperit, vxore contentus, acolythus & ſubdiaconus eſſe debebit: poſtq; ad diaconij gradum, ſi ſe ipſe primitus cõtinentia præeunte dignum probarit, accedat: vbi ſi vltra quinque annos laudabiliter miniſtrarit, congruè preſbyterium cõſequatur, & exinde poſt decennium Epiſcopalem cathedram poterit adipiſci, ſi tamen per hæc tempora integritas vitæ, ac fides eius fuerit approbata. Qui verò iam ætate grandæuus melioris propoſiti cõuerſatione prouocatus, ex laico ad ſacrã militiam peruenire feſtinat, deſiderij ſui fructum nõ aliter obtinebit, niſi eo quo baptizatur tempore ſtatim lectorum, aut exorciſtarum numero ſocietur: ſi tamen eum vnam habuiſſe vel habere, & hanc virginem accepiſſe conſtet vxorem. Qui dum initiatus fuerit expleto biennio, per quinquennium aliud acolythus & ſubdiaconus fiat, & ſic ad diaconatum (ſi per hæc tempora dignus iudicatus fuerit) prouehatur: exinde iam acceſſu temporum, preſbyterium vel Epiſcopatum, ſi eum cleri aut plebis euocarit electio, non immeritò ſortietur.* Hæc iterum reperit de monachis ordinãdis GELASIVS I. epiſt. 1. ad Epiſcopos Lucaniæ Brutiorum & Siciliæ, &c. cap. 3. vt iam allegauimus ſuprà. Monachus Vide obſecro, vbi autem de qualitatibus & conditionibus, quas debet habere monachus, qui ordinandus eſt, locutus eſt, ſubdit. *Si his omnibus quæ ſunt prædicta fulcitur, continuo lector vel notarius, aut certe defenſor effectus, poſt tres mẽſes exiſtat acolythus, maximè ſi huic ætas etiam ſuffragatur, ſexto menſe ſubdiaconi nomen accipiat: ac ſi modeſtæ conuerſationis*

Concilium Romanum 2.

Zozimus 1.

Innocentius 1.

Innocentius 1.

Syricius 1.

De his iam in dictione Bigamus, & Cœlibatus, &c.

Gelaſius 1.

Vide ſi hæc obſeruentur noſtro tempore.

honeſtæq́; voluntatis exiſtit,nono menſe diaconus,com- A
pletoq́; anno ſit preſbyter:cui tamen quod annorum in-
terſtitia fuerant ablatura,ſancti propoſiti ſponte ſuſce-
pta docetur præſtitiſſe deuotio. Hinc & Concilium
Concilium Bracarenſe 4.
BRACARENSE I.cap 38.*Laicus* ait *ordinandus*
ad ſacerdotium anno integro in ſacris ordinibus perſe-
ueret. & per gradus eruditus ad ſacerdotium veniat.
Alexander 3.
Vide ſuprà Laicus Hinc & ALEXANDER III.
Legionenſi Epiſcopo,vt habetur par 50.Concilij
Lateranẽſi. ſub eodem.cap.62.agens de diacono,
qui ante tempus ordinari volens in presbyterum
ante ſacerdotalem gradũ adeptum auſus eſt Miſ-
ſarum celebrationem vſurpare,quem conuictum
iubet ,vt ad ſacerdotiis officium nuſquam poſſit
promoueri, & à diaconatu biennio vel triennio B
maneat ſuſpenſus. *Salubrius autem ſibi prouidebit*
De Ordinibus per ſaltum al ſumptis.
(ait) *ſi ad religioſam vitam ſe tranſtulerit.*Et c 64.
idem ſcribẽs Motimõdenſi Abbati de monacho,
qui in ſeculo conſtitutus presbyteratus officio,
prætermiſſo diaconatus ordine fuerat decoratus,
& cupiebat diſpenſari,ſtatuit. *Si non malitia , ſed*
ignorãtia aut cautela pia,vtpote ne ab Epiſcopo ſchiſ-
matico ordinaretur, & vt indignationis auunculi ſui
aculeos declinaret .probatione & examinatione dili-
genti adhibita competenti tempore ordinem diacona-
tus ſortiatur: & ſi poſt aliquanti temporis abſtinẽtiam
corde contrito & humiliato ſpiritu,in beneficio ſacerdo-
Interſtitia temporum Concilium Tridentinum generale.
talis ordinis poterit exercere &c Denique Cõcilium
TRIDENTINVM, ſeſſio.23.quæ fuit 7.ſub Pio C
I V.cap 11.decre.reform.*Cum a minoribus* inquit)
ordinibus ad altiores gradus & ſacratiſſima myſteria
ſit ingreſſus,ſermo his initietur, quem non ſcientia ſpes
Hoc decretum a ſcholaſticis impunè viliſpendi vidимus ſed in graue iudiciũ Nam vniuerſale decretũ,non iuſtè ſub batur quorundã particulari ſententiæ.
maioribus ordinibus dignum oſtendat. Hi verò nõ niſi
poſt annum a ſuſceptione poſtremi gradus minorum
ordinum ad ſacros ordines promoueantur:niſi neceſſitas
aut Eccleſiæ vtilitas,iudicio Epiſcopi,aliud expoſcat.
Et cap 12.ſequitur.*Promoti ad ſacrũ ſubdiaconatus*
ordinem, ſi per annum ſaltem in eo non ſint verſati, ad
altiorem gradum,niſi aliud Epiſcopo videatur, aſcen-
dere non permittantur. Duo ſacri ordines non eodem
die etiam regularibus conferantur , priuilegiis ac in-
dultis quibuſuis cõceſſis non obſtantibus quibuſcunque. D
Et cap 14. addit. *Cum promotis per ſaltum , ſi non*
miniſtrauerint,Epiſcopus legitima cauſa poſſit diſpen-
*ſare.*Vide ſeq.& infrà.Ordinandorum ætas,&c.

Ordinis ſacramenti forma & vſus.] EV-
Eugenius 4.
GENIVS IV in Concilio Florentino Armenis
& Græcis formam & vſum ſeptem ſacramento-
rum Eccleſiæ tradens , de ordinis ſacramento ita
loquitur. *Sextum ſacramentum eſt ordinis,cuius ma-*
teria eſt illud,per cuius traditionem confertur ordo, ſi-
cut preſbyteratus traditur per calicis cum vino,& pa-
tena cum pane porrectionem. Diaconatus verò per li-
bri Euangeliorum dationem , ſubdiaconatus verò per
calicis vacui cum patena vacua ſuperpoſita traditionẽ
(verùm de his in ſuis vocabulis proprijs dicitur E
& ſimiliter de aliis per rerum ad miniſteria ſua perti-
nentium aſſignationem. Forma ſacerdotij talis eſt. Ac-
Forma.
cipe poteſtatem offerendi ſacrificium in Eccleſia pro vi-
uis & mortuis, in nomine Patris & Filij & Spiritus
ſancti,&c. & ſic de aliorum ordinum formis,vt ſuis lo-
Miniſter.
cis explicatur,& habetur in Pontificali Romano. Or-
dinarius miniſter huius ſacramenti eſt Epiſcopus (vt
Effectus.
infrà dicetur) *effectus,augmentum gratiæ vt quis ſit*
*idoneus miniſter.*De ſacramento ordinis latiùs egit
Henricus 8.
HENRICVS VIII Angliæ Rex in aſſertioni
bus ſeptem ſacramentorum contra inſignem Lu-
theri impudentiam, & doctiſſimis rationibus &
authoritatibus probat in ſacramento ordinis gra-
tiam conferri, atque de indelebili caractere eius

diſceptat copioſè, ſimul & plures alij viri doctiſ- A
ſimi,quorum non putamus eſſe neceſſarium pro-
ponere ſententias. Denique Concilium SENO-
Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato Archiepiſcopo.
NENSE decreto 10.contra Lutheranos, ſcriptu-
rarum teſtimonijs ſacramentum ordinis confir-
mat, & in ſuſceptione eiuſdem gratiam conferri.
Et primo quidem , licet omnibus internum ſit
commune ſacerdotium,quo nos hoſtiam viuam
1. Petri 2. Romano 12. Apocal.2.
Deo offeramus,vt vult Petrus Apoſtolus & Ioan-
nes in Apocalypſi,dum regale ſacerdotium fide-
les vocat,tamen non omnibus credita eſt diſpen-
ſatio myſteriorum vel miniſteriorum Dei,ſed qui
vocantur tanquam Aaron : nec continuo mulier
aut infans paruulus baptizatus , legatione pro
B Chriſto fungitur:ſed,vt ait Apoſtolus,diuiſiones
Non omnes eſſe ſacerdotes vide etiam infra Sacerdotes non omnes eſſe
gratiarum ſunt & miniſtrationum,deditque Deus
quoſdam Apoſtolos , quoſdam Prophetas , alios
Euangeliſtas , alios paſtores & doctores, ad con-
ſummationem ſanctorum in opus miniſterij , ad
ædificationem corporis Chriſti. &c. Quoſdam
itaque ſpecialiter Chriſtus ſacerdotes inſtituit
1.Corinth 12.
Lucæ 22. quibus poteſtatem conficiendi corpo-
Ephef. 4.
ris tribuit,& poteſtatem abſoluendi & ligandi,vt
patet Ioan 20. Vide infrà,Sacerdotes non omnes
Concilium Moguntinũ 4.
eſſe.&c.Denique Concilium MOGVNTINVM
IV cap 35.de gratia ſacramenti huius tractat.quæ
confertur æqualiter à bono & à malo miniſtro,
iuxta Chriſti & Eccleſiæ inſtitutionem. Et Con-
C cilium TRIDENTINVM generale , ſeſſion.23.
Concilium Tridentinum generale nouiſſimum.
quæ eſt 7.ſub Pio I V cap.1. & 2.diſputans con-
tra hæreticos, qui ſacerdotium viſibile & exter-
num denegant,& propterea repudiant ordinis ſa-
cramentum,ait : *Sacrificium* (inquit) *& ſacerdotiũ*
ita Dei ordinatione coniuncta ſunt,vt vtrumque in om-
ni lege extiterit. Cum igitur in nouo teſtamẽto ſanctum
Euchariſtiæ ſacrificium viſibile ex Domini inſtitutio-
ne Catholica Eccleſia acceperit, fateri etiam oportet in
ea nouum eſſe viſibile & externum ſacerdotiũ,in quod
vetus tranſlatum eſt. Hoc autem ab eodem Domino
ſaluatore noſtro inſtitutũ eſſe,atque Apoſtolis eorumq́;
ſucceſſoribus in ſacerdotio poteſtatem traditam conſe-
D *crandi,offerendi, & miniſtrandi corpus & ſanguinem*
eius,nec non & peccata dimittendi & retinendi ſacræ
literæ oſtendunt , & Eccleſia ſemper docuit traditio.
Cum autem diuina res ſit tam ſancti ſacerdotij miniſte-
rium, conſentaneum fuit,quo dignius & maiori cum
veneratione exerceri poſſet,vt in Eccleſia ordinatiſſima
diſpoſitione plures & diuerſi eſſent miniſtrorum ordines,
qui ſacerdotio ex officio deſeruirent , ita diſtributi, vt
qui iam clericali tonſura inſigniti eſſent,per minores ad
maiores aſcenderent. Nam non ſolum de ſacerdotibus,
ſed & de diaconis ſacræ literæ apertam mentionem fa-
ciunt , & quæ maxime in illorum ordinatione atten-
denda ſunt grauiſſimis verbis docent , & ab ipſo Ec-
cleſiæ initio ſequentium ordinum nomina,atque vniuſ-
E *cuiuſque eorum propria miniſteria , ſubdiaconi ſcilicet*
Acolythi, Exorciſtæ, Lectores, & Oſtiarij, in vſu fuiſſe
cognoſcuntur,quamuis non pari gradu:nam ſubdiaco-
natus ad maiores ordines à Patribus & ſacris Conci-
liis refertur,in quibus & de aliis inferioribus frequen-
tiſſime legimus. Vt ſuis vocabulis inſertum repe-
ries. Tum cap 3 eiuſdem ſeſſionis ſubdit.*Cum au-*
tem ſcriptura teſtimonio,Apoſtolica traditione, & Pa-
trum vnanimi conſenſu perſpicuum ſit, per ſacram or-
dinationẽ,quæ verbis & ſignis exterioribus perficitur,
gratiam conferri,dubitare nemo debet. Ordinem vere
eſſe & proprie vnum ex ſeptem S. Eccleſiæ ſacramentis,
inquit enim Apoſtolus : admoneo te vt reſuſcites gra-
tiam Dei,quæ eſt in te, per impoſitionẽ manuum mea-
rum Quoniam vero in ſacramento ordinis, ſicut & in

baptiſmo & confirmatione, character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri poteſt, merito ſancta Synodus damnat eorum ſententiam, qui aſſerunt noui teſtamenti ſacerdotes temporariam tantummodo poteſtatem habere, ac ſemel ritè ordinatos iterum laicos effici poſſe, &c. Porrò ſubditur anathema his omnibus qui hanc doctrinam improbarint. Hinc & FACVLTAS LOVANIENSIS, artic.17. & PARISIENSIS, artic. 8. *Solis* (aiunt) *ſacerdotibus ſecundum Eccleſiæ ritum ordinatis data eſt a Chriſto poteſtas conſecrandi verum Chriſti corpus, & in foro pœnitentiæ à peccatis abſoluendi: quos certum eſt etiam ſi mali & in peccato mortali fuerint, conſecrare vel Chriſti corpus ſi quidem illud conſecrare intendant, &c* Vide ſequent.

Facultas Louanienſis. Facultas Pariſienſis.

Ordinis miniſter ſolus Epiſcopus. Hoc iam ex præcedenti diſtinctione patuit, & ex vocabulo, Epiſcopus, atque ex alijs dictionibus, vbi ſpecialiter facta eſt de ordinandis tractatio Denique hoc confirmat * Conciliũ HISPALENSE II. cano.5. & allegat Gratianus, diſtinct 24. cap. Quorundam. Et damnat factum à quibuſdam narratum de Epiſcopo Agabrenſis Eccleſiæ, qui dum vnus ad preſbyteratum, & duo ad diaconatum promouendi aſtarent, ille oculorum dolore detentus fertur manum ſuam ſuper eos tantum poſuiſſe, & quendam preſbyterum illis contra Eccleſiaſticum ordinem benedictionem dediſſe. Hic autem presbyter, niſi è viuis ſublatus fuiſſet, Patrum eiuſdem Concilij non ſubterfugiſſet iudicium Statuerunt autem Patres, vt hi qui ab eo non cõſecrationis titulum, ſed ignominiæ potiùs elogium percepiſſent, ne talis vſurpatio licentiam faceret à gradu ſacerdotalis & Leuitici ordinis, quem peruerſè adepti erant, depoſiti æquo iudicio abiicerentur. Epiſcopi quoque eſſe officium ordinis ſacramentum conferre, docet Concilium TOLETANVM VIII. cano.7. vt iam allegauimus in vocabulo, Epiſcopus. Et Concilium TRIDENTINVM, ſeſſio.23. quæ eſt 7. ſub Pio IV. cap.3. decret reform. *Epiſcopi* (ait) *per ſemetipſos ordines conferant Quod ſi ægritudine fuerint impediti, ſubditos ſuos, non aliter quàm iam probatos & examinatos, ad alium Epiſcopũ ordinandos dimittant.* Vide ſuprà etiam in vocabulo, Abbas, nam illis inhibetur ne ordines ſacros conferant. Vide ſeq.

* Hoc Clemẽs i. lib 3. conſtitut. apoſtolicarum cap. 11. & 20. aperta comprobat. vide & infra ex Dionyſio. Concilium Hiſpalenſe 2. ſub Honorio 1. Eadem & Conciliũ 1 ſub Sylueſtro 1. Romę hab en. cap. 5. vt alibi allegauimus.

Concilium Toletanum 8.

Concilium Tridentinum generale.

Ordines conferre an is poſsit qui renunciauit.] Hoc vide iam inſertum ſuperiùs vocabulo, Epiſcopus, &c

Ordines conferre an poſsit Epiſcopus hæreticus.] Vide infrà in vocabulo, Ordinati ab Hæreticis Epiſcopis.

Ordinis ſacramentũ non reiterandum.] Iam in dictione, Caracter, & alibi diximus caracterẽ baptiſmi, confirmationis & ordinis eſſe indelebilẽ, vt etiam probatiſſimi ſcriptores atteſtantur. Quod & confirmat CANON APOSTOLORVM 67. *Si quis* (ait) *Epiſcopus vel preſbyter ſecundam ordinationem ab aliquo ſuſceperit, deponatur & ipſe, & qui ordinauit, niſi vtique conſtiterit, quod ab hæreticis ordinationem habeat. Qui etiam ab eis ordinati vel baptizati ſunt, vt fideles vel clerici ſint fieri non poteſt* (aliter vide ſtatutum ſuprà, Baptiſmus hæreticorum, &c.) *intelligit autẽ canon iſte de Cataphrygibus.* Sic etiam Concilium NICÆNVM I. cano.19. & Concilium GENERALE VI. can. 95. Vnde & ſic loquitur CYPRIANVS, vel quicunque author eſt operis de cardinalibus Chriſti operibus, ſermone de ablutione pedum in initio. *Baptiſmum* (inquit) *repeti Eccleſiaſtica prohibent regulæ. & ſemel ſanctificatis nulla deinceps manus ite-*

Canon apoſtolorum.

Concilium Nicænum 1. Concilium generale 6. Cyprianus Carthagienſ.

A *rum conſecrans præſumit accedere Nemo ſacros ordines ſemel datos iterum renouat: nemo … oleo li… rum linit & con… nemo impoſitioni manuum vel miniſterijs deroga… dotum: quia contumelia eſſet Spiritus ſancti, ſi … poſſe quod ille ſanctificat: vel aliena ſanctificatio emendaret, quod ille ſemel ſtatuit … con…* Vide ſequentia.

Ordinis ſacramentum chriſmate perficitur.] Vide Chriſma. Denique DIONYSIVS AREOPAGITA, libro Eccleſiaſticæ hierarchiæ parte 1 cap.5. ſacros ordines expoſuit, & qualiter chriſmate perficiantur, atque omnem ſacrorum ordinum functionem in ſanctiſſimas teletas dimiſit, & in eos, qui diuina probè callent, alióſque

B ſacratius imbuunt: inque eos, qui ab ipſis ſanctiſſimè promouentur. Tum gradus ordinum confert cum cœleſtibus ordinibus, atque Eccleſiaſticam Hierarchiam cum cœleſti Hierarchia comparat. Sacerdotium primo à Moyſe deducit primo legalium ſacerdotum præceptore ac duce, & quemadmodum cœleſtis Hierarchia in ternarium numerum diſtribuitur, ſic & legalis & pontificalis: dum ſcilicet in anguſtiſſimas ſacrorum ſanctificationes diuiditur, & in anguſtiores ſanctarum rerum miniſtros, atque in eos qui ab his ad ſacramenta ſuo ordine & pro captu ſuo quique ſubuehuntur, &c. Tum inter hos ordines Pontificalem præponit excellentiam, cui competit ſacro

C chriſmate alios ordinare. *Nam & ſi* (ait) *a ſacerdotibus quædam perficiuntur venerabilia ſigna, nunquam tamen diuinam regenerationem ſine ſacratiſſimo conſummabit vnguento.* Vt iam diximus vocabulis, Chriſma, & Baptiſmus, &c. *Neque ſacroſanctæ communionis* addit ille *ſacramenta perficiat, niſi ſignis tanti myſterij altaribus venerandis impoſitis, ne ipſe quidem ſacerdos erit, niſi Pontificalibus officiis ad hoc fuerit promotus.* Docet quoque in ſequentibus miniſtrum cõſecrandi chriſmatis, & ordines conferendi, non eſſe alium quam Pontificem. Vt ſu-

Dionyſius Areopagita.

Libros Dionyſij Michael Syngelus in eius vita commendat & … Concilio generali … approbati ſunt.

periùs diximus. *Eſt igitur* (ait) *Pontificalis ordo, qui conſummantis virtute ſuffultus perficientia quæque*

D *Hierarchiæ præcipuo & proprio peragit munere, ſacramentorumque diſciplinas exponendo tradit edocetque, pro ratione conſtantes & ſacros ipſorum ordines atque virtutes. Sacerdotum vero illuminans ordo ad contuenda ſacra myſteria eos, qui initiantur, adducit ſub ſanctorũ tamen Pontificum ordine, cum quibus propria officia peragit, in his quæ ipſe operatur diuina myſteria per ſacratiſſima ſigna ſubindicans, & eos qui accedunt ſpeculationis efficiens myſteriorumque participes. Cæterum ad Pontifices eos mittit, qui inſpectorum ſacramentorũ ſcientiam atque intelligentiam cupiunt. At verò miniſtrorum ordo eſt, qui purgandi & diſſimilia diſcernendi vim habens, priuſquam accedatur ad ſacra ſacerdotũ myſteria accedentes purgat, ſynceros omnium aduerſariorum admixtione ac puros efficiens, atque ad ſacra*

E *contuenda & ſumẽda pro viribus idoneos* Itaque Antiſtitum ordo perficiens eſt, ſacerdotum verò illuminans, & miniſtrorum purgans atque diſcernens, de quibus etiam egimus in ſingulis vocabulis. Eorum ordinũ meminit TERTVLLIANVS CARTHAG. lib. de exhortatione ad caſtitatem. *Differentiam* (inquit) *inter ordinẽ & plebem conſtituit Eccleſiæ authoritas, & honor per ordinis conſeſſum ſanctificatus a Deo, &c.* Et CLEMENS ALEXAN. lib.6. Stromat. &c. *Nam hic quoque in Eccleſia* ait *progreſſiones Epiſcoporum, preſbyterorum, dia… ſunt, vt arbitror, imitationes gloriæ Angel… illius œconomiæ ac diſpẽſationis quam dicunt … expectare qui in … ſtentes veſtigiis Ap…*

* alibi diacones vocat.

Tertullianus Carthagienſ.

Cyrillus Alexandrinus.

perfectione iuſtitiæ conuenienter Euangelio. Hos ſublatos in nubibus, ſcribit Apoſtolus primum quidem diaconos fuiſſe, deinde coaptatos eſſe in preſbyteratum per profectum gloriæ,&c. Vide iam ea quæ dicta ſunt ſuperiùs,& in propriis ordinum Vocabulis.

Ordo ſacer non indignis conferendus.] Et quòd debeat puniri Epiſcopus, qui indignos conſecrauerit Vide infra Ordinandi qui non ſint,&c

Hilarius 1. Hoc verò expreſsè prohibet HILARIVS I. epiſtola ad Aſcanium &c.cap.4 vt iam alibi diximus.

Concilium Epaunenſe. Et Concilium EPAVNENSE, cano.2. vbi bigamos prohibet ordinari, vt iam diximus in vocabulo, Bigamos,& Cælibatus,&c. Et Concilium

Concilium Ilerdenſe. ILERDENSE. cano.12 *Qui contra decreta canonum (ait) indiſcretè clericos vſque nunc ordinauerunt, eis dominus vel ſancta & Eccleſiaſtica charitas ignoſcat. A modo vero ſi in talis auſu proruperint, decretum canonum quòd circa eorum perſonas ſtatutum eſt, id eſt, vt nullum ordinare iam audeant, obſeruetur: vel qui deinceps ordinati fuerint, deponantur: Si vero, qui tales hactenus ordinati ſunt, nullo tempore promoueantur.* Idem omnino Concilium

Concilium Aurelianenſe 3. Concilium Arelatenſe 3. ſub Leone. Concilium Aurelianenſe 4. AVRELIANENSE III. ſub Vigilio I. cano.6. Vide infrà, Ordinandorum ætas, &c. Idem quoque ſtatuit Concilium ARELATENSE III. cano 3. AVRELIANENSE IV. cano.10. *Si quis Epiſcoporum ſciens aut bigamum aut internuptæ maritum, ad officium Leuiticæ dignitatis ſiue preſbyterij, contra ius canonum, promouere præſumpſerit, nouerit ſe vnius anni ſpatio ab omni officio ſacerdotij eſſe ſuſpenſum. Qui ſi forte ſententiæ ſubiacere contempſerit, à communione eius vſque in magnam Synodum ſe fraternitas vniuerſa ſuſpendat: illi vero qui illicite promoti ſunt, degradentur.* Vide Bigamus,&c & infrà, Ordinandi, & Ordinationes,&c.

Ordines quibus conferantur temporibus.]

Leo 1. LEO PRIMVS epiſt.79 ad Dioſcorum Epiſcopum Alexandrinum, cap.1. *Quod à Patribus noſtris propenſiore cura nouimus eſſe ſeruatum, à vobis quoque volumus cuſtodiri, vt non paſſim diebus omnibus ſacerdotalis, vel Leuitica ordinatio celebretur, ſed poſt diem ſabbati eius noctis, quæ in prima ſabbati luceſcit, exordia deligantur, hoc eſt, ſub lege diuini officij ſubſtituantur, in quibus his qui conſecrandi ſunt, ieiunus, & à ieiunantibus ſacra benedictio conferatur. Quod eiuſdem obſeruantiæ erit, ſi mane ipſo dominico die, continuato ſabbati ieiunio, celebretur, à quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quam ad diem reſurrectionis, ſicut etiam in Paſcha Domini declaratur, pertinere, non dubium eſt.*

Hæc allegat Iuo lib.4. *Nam præter authoritatem conſuetudinis, quam ex Apoſtolica nouimus venire doctrina, etiam ſacra ſcriptura manifeſtat, quòd cum Apoſtoli Paulum & Barnabam ex præcepto Spiritus*

Actuum 13. *ſancti ad Euangelium gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes & orantes impoſuerunt eis manus: vt intelligamus quanta & dantium & accipientium deuotione curandum ſit, ne tantæ benedictionis ſacramentum negligenter videatur impleri.* Idem ſtatuit epiſtola 87. ad Epiſcopos Viennenſis prouinciæ Et

Gelaſius 1. GELASIVS I. epiſt 1. ad Epiſcopos Lucaniæ, Bruttiorum,&c. cap.13. & allegat Gratianus, diſt. 75 cap.vltimo: *Ordinationes preſbyterorum & diaconorum, niſi certis temporibus & diebus exercere non audeant, id eſt, quarti menſis ieiunio, ſeptimi & decimi, ſed etiam quadrageſimalis initij, ac mediana quadrageſimæ die ſabbati ieiunio circa veſperam nouerint celebrandas. Nec cuiuſlibet vtilitatis cauſa, ſeu preſbyterum, ſeu diaconum his præferre, qui ante ipſos fuerint ordinati* Vide etiam infrà, Ordinandorum ætas,&c.

Gregorius 2. Et GREGORIVS II. epiſt.3 ad clerum & plebem Thuringiæ, præcipit Epiſcopo, vt ordinationes preſbyterorum ſeu diaconorum, non niſi quarti, ſeptimi, & decimi menſium ieiunijs, ſed & in ingreſſu quadrageſimali, atque mediante veſpere ſabbati, nouerit celebrandas. Hæc confirmat, vt ſcilicet certis ordines conferantur temporibus,

Concilium Cabilonenſe 2. Alexander 3. Concilium CABILONENSE II. cap. 23 ALEXANDER III. par.26 Concilij Lateranenſis quod celebrauit, cap.23. ad Bathonienſem Epiſcopum. *Subdiaconos (ait) nullis, niſi Romano Pontifici, licet in diebus dominicis ordinare, quamuis Deo dicatas virgines conſecrandi, & minores ordines licentiam habeant, conferendi. Sabbato quidem Penthecoſtes non liceat alicui ſacros ordines celebrare, cum in ſequenti ſeptimana recepta ſancti Spiritus gratia celebrentur.* Et cap.14. eiuſdem partis, Herefordienſi Epiſcopo *Sane ſuper eo, quod moris eſſe dixiſti quibuſdam Epiſcopis Scotiæ & Galliæ, in dedicationibus altarium vel Eccleſiarum extra ieiunia quatuor temporum clericos ad ſacros ordines promouere, prudentiæ tuæ ſignificamus, quod conſuetudo illa, vtpote inſtitutioni Eccleſiaſticæ inimica, & deteſtabilis eſt, & penitus improbanda: & niſi multitudo & antiqua terræ conſuetudo eſſet in cauſa, taliter ordinati non deberent pro merito in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, quia apud nos ſic ordinati deponerentur, & ordinantes authoritate ordinandi priuarentur.* Iterum cap.25. eiuſdem partis. *De hoc autem quod quæſiſti, an liceat extra ieiunia quatuor temporum aliquos in Oſtiarios, Lectores, Exorciſtas vel Acolythos promouere, aut etiam ſubdiaconos facere, prudentiæ tuæ taliter reſpondemus, quod licitum Epiſcopis dominicis diebus, & aliis feſtiuis diebus vnum, aut duos ad minores ordines promouere, ſed ad ſubdiaconatum, niſi in quatuor temporibus, aut in ſabbato ſancto, & in ſabbato ante dominicam de Paſſione, nulli Epiſcoporum, præterquam Romano Pontifici, licet aliquos ordinare.* Eadem mandat

Concilium Colonienſe 3. Concilium Tridentinum generale nouiſſimum. Concilium COLONIENSE III. cap.22 & 24. part 1. Et Concilium TRIDENTINVM, ſeſſio. 23 quæ fuit 7. ſub Pio IV cap.8. decreti reformationis. *Ordinationes ſacrorum ordinum ſtatutis à iure temporibus, ac in cathedrali Eccleſia, vocatis præſentibusque, ad id Eccleſiæ canonicis, publicè celebrentur. Si autem in alio diœceſis loco, præſente clero loci dignior quantum poterit fieri Eccleſia ſemper adeatur. Vnuſquiſque autem à proprio Epiſcopo ordinetur, aliàs, ſi abſque ordinarij teſtimonio ab alio ordinatus fuerit, ordinans à collatione ordinum per annum ſuſpendatur, & ordinatus ab executione officij. Et Epiſcopus familiarem ſuum non ſubditum ordinare non poſſit, niſi per triennium ſecum fuerit commoratus.* Hæc iterum repetuntur eadem ſeſſione, cap.17.

Ordines minores non conferantur Infantibus.] Vide infrà in dictione, Ordinandi examinentur & probentur,&c.

Ordinum minorũ functio obſeruetur.] Iam illod annotauimus in vocabulis, Clericus,&c. & alibi. Verùm ſic nouiſſimè ſtatuit Concilium

Concilium Tridentinum generale. TRIDENTINVM, ſeſſio.23. cap 17. *Vt ſanctorum ordinum à diaconatu ad oſtiariatum functiones ab Apoſtolorum temporibus in Eccleſia laudabiliter receptæ, & pluribus in locis aliquandiu intermiſſa, in vſum iuxta ſacros canones reuocentur, nec ab hæreticis tanquam otioſa traducantur, illius priſtini moris reſtituendi deſiderio flagrans ſancta Synodus, decernit, vt in poſterum huiuſmodi miniſteria, non niſi per conſtitutos in dictis ordinibus exerceantur: omnes que & ſingulos prælatos Eccleſiarum in Domino hortatur, & illis præcipit, vt quantum fieri commodè poterit, in Eccleſiis cathedralibus, collegiatis, & parrochialibus ſuæ*

diœceſis,

diœceſis, ſi populus frequens, & Eccleſiæ prouentus id ferre queant, huiuſmodi functiones curent reſtituendas, & ex aliqua parte redituum aliquorum ſimplicium beneficiorum, vel fabricæ Eccleſiæ, ſi prouentus ſuppetant, aut vtriuſque illorum, eas functiones exercentibus ſtipendia aſſignent, quibus ſi negligentes fuerint, ordinarij iudicio, aut ex parte mulctari, aut in totum priuari poſſint. Quòd ſi miniſterijs quatuor minorum ordinum exercendis clerici cœlibes præſto non erunt, ſuffici poſſint etiam coniugati vitæ probatæ, dummodo non bigami, ad ea munia obeunda idonei, & qui tonſuram & habitum clericalem in Eccleſia geſtent.

Ordines non pretio conferantur.]Vide ſuperiùs, Epiſcopatus, &c. Et infrà, ſacramenta non venalia, & infrà Simonia, &c. Vnde & Concilium CHALCEDONENSE ſub Leone I. cano. 2. actionis 15. & allegat Gratianus cauſa 1. quæſt 1. cap. Si quis, &c. *Si quis Epiſcopus per pecunias fecerit ordinationem, & ſub pretio redegerit gratiam, quæ non poteſt vendi, ordinaueritque per pecunias Epiſcopum, aut chorepiſcopum, aut Preſbyterum, aut Diaconum, aut quemlibet ex his qui connumerantur in clero, aut promouerit per pecunias diſpenſatorem, aut defenſorem, vel manſionarium, vel quemquam omnino qui ſubiectus eſt regulæ, pro ſuo turpiſſimo lucri commodo, is qui hoc attentaſſe probatus fuerit, proprij gradus periculo ſubiacebit: & qui ordinatus & nihil ex hac ordinatione vel promotione, quæ eſt per negotiationem facta, proficiat, ſed ſit alienus a dignitate vel ſolicitudine quam pecuniis acquiſiuit. Si quis verò mediator tam turpibus, & nefandis datis, vel acceptis extiterit, & ipſe ſiquidem clericus fuerit, gradu proprio decidat, ſi verò laicus, aut monachus, anathematizetur.* Hunc canonem allegat & renouat Concil. BRACARENSE III. cano. 7. & in decretis Iuonis lib. 3. ponitur, vbi iubet decretum præfatum ratum perpetim obſeruari. Allegat & hunc canonem Concilium PARISIENSE III. lib. 1. cap. 11. vt allegauimus loco præſignato. Hunc etiam Chalcedonenſem canonem allegat & confirmat Concilium NANNATENSE canone 7. & Concilium GENERALE VII. Nicænum 2. cano 19. vt ſuperius produximus vocabulo, Monachi, &c. Denique ſic Concilium AVRELIANENSE II. cano. 3. *Ne quis Epiſcopus de quibuslibet cauſis, vel Epiſcoporum ordinationibus, cæterorúmque clericorum aliquid præſumat accipere, quia ſacerdotem niſi eſt cupiditatis venalitate corrumpi.* Hinc Concilium GENERALE VI. canone 22. eos deponi iubet qui non electione ſed pecunijs ordinantur, & eos qui tales ordinauerint. Hinc etiam PELAGIVS I. vt in eius vita Platina recenſet ſic ſtatuit. *Quiſquis promouendus eſt in ſancta Eccleſia, ab Oſtiario vſque ad gradum Epiſcopatus, neque per aurum, neque per aliquas promiſſiones proficiat, quia hoc Simoniacum eſt. Sed ſi quis ille eſt doctus in opere Dei bonam vitam habens, non per dationem, ſed per bonam conuerſationem iubemus eum vſque ad primum gradum venire, &c.* Et Concilium TVRONENSE II. cano. 28. *Cauta eſt in ſalutem promiſſio, ad effugiendum culpam delictis, aditum delinquendi repellere. Nullus Epiſcoporum de ordinationibus clericorum præmia præſumat exigere, quia non ſolùm ſacrilegum, ſed & hæreticum eſt (ſicut in dogmatibus Eccleſiaſticis habetur inſertum) ad ordinandum clericum per ambitionem (ad imaginem Simonis Magi) pecuniam offerre ſacerdoti: quia dicitur: Gratis accepiſtis, gratis date. Et cum talis ſit qui gratiam Dei à ſacerdote æſtimat comparari pretio, qualis ille qui vendit, vterque vſque ad ſynodum ab Eccleſia ſegregetur.* Idem omnino Concilium BRACARENSE II. cap 3 & allegat Gratianus cauſa 1. quæſt. 1. cap. Placuit. *Placuit vt de ordinatione clericorum Epiſcopi munera nulla accipiant, &c.* Et GREGORIVS I. in Concilio Romano exiſtens can. 5. ſic ſtatuit. *Antiquam patrum regulam ſequens, nihil vnquam de ordinationibus accipiendum eſſe conſtituo, neque ex datione pallij, neque ex traditione chartarum, neque ex ea, quam noua per ambitionem ſimulatio inuenit, appellatione paſtelli, &c.* Vide & ex eodem in vocabulo, Simonia, &c. Hinc & ALEXANDER III. parte 26. Concilij Lateranenſis cap 2. de quodam qui quinque ſolidos pro ordinatione ſua dederat, ſtatuit, quod quamuis pœnitentia ductus intraſſet religionem, in ordine quidem ſuſcepto domino deſeruiret, ad ſuperiores autem nunquam promoueretur ordines, & repetit parte 35. cap 2. Hinc & Concilium COLONIENSE III. partis 1. cap. 28. *Vt Eccleſiaſtici ordines* (ait) *ſumma ſynceritate omnis quæſtus ſuſpitione, omniſque malæ ſpeciei quam longiſſimè ſubmota conferantur, volumus, vt ab initiatis quicquam, vel ſigilli nomine à Vicariis noſtris in pontificalibus exigatur, ſed tantùm ſcribis earum litterarum* (quæ formatæ appellantur) *vnus albus ſoluatur, &c.* Tum cap. 1. 2. 3. partis 8 eiuſdem Concilij iubet Parochis victus miniſtrari, ne ſacramenta precio æſtimari cogantur. Et Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 21. quæ fuit 5. ſub Pio 4 cap. 1. decreti reformationis. *Quoniam ab Eccleſiaſtico ordine omnis auaritiæ ſuſpitio abeſſe debet, nihil pro collatione quorumcunque ordinum, etiam clericalis tonſuræ, nec pro litteris dimiſſorijs, aut teſtimonialibus, nec pro ſigillo, nec alia quacunque de cauſa, etiam ſponte oblatum, Epiſcopi & alij ordinum collatores, aut eorum miniſtri quouis prætextu accipiant. Notarij verò in his tantum locis, in quibus non viget laudabilis conſuetudo, nihil accipiendi pro ſingulis litteris dimiſſoriis, aut teſtimonialibus, decimam tantùm vnius aurei partem accipere poſſint, dummodo eis nullum ſalarium ſit conſtitutum pro officio exercendo, nec Epiſcopis ex notarij commodis aliquod emolumentum ex eiſdem ordinum collationibus directè vel indirectè prouenire poſſit. Tunc enim gratis operam ſuam eos præſtare omnino teneri decernit, contrarias taxas ac ſtatuta & conſuetudines etiam immemorabiles quorumcunque locorum (quæ potius abuſus & corruptelæ ſimoniacæ prauitati fauentes nuncupari poſſunt) penitus caſſando & interdicendo, & qui ſecus fecerint, tam dantes quàm accipientes, vltra diuinam vltionem pœnas à iure inflictas ipſo facto incurrunt.* Vide reliquum locis ſupra memoratis.

Ordines conferre Epiſcopus in alterius diœceſi non præſumat.]Iam in multis locis hoc inhibitum ſuperius reperies. Sic autem ſtatuit CANON APOSTOLORVM XXXVI. *Epiſcopum non audere* (inquit) *extra terminos proprios ordinationes facere in ciuitatibus & villis, quæ illi nullo iure ſubiecta ſunt. Si verò conuictus fuerit hoc feciſſe præter eorum conſcientiam qui ciuitates & villas detinent, & ipſe deponatur, & qui ab illo ſunt ordinati.* Et CALIXTVS I. epiſt. 1. ad Epiſcopos Galliæ, & allegat Iuo lib. 4 Decret Nullus Primas. *Nullus Metropolitanus, nulluſque reliquorum Epiſcoporum alterius adeat ciuitatem, aut ad poſſeſſionem accedat (quæ ad eum non pertinet, & alterius Epiſcopi eſt parochia) ſuper cuiuſquam diſpoſitione, niſi vocatus ab eo cuius iuris eſſe dignoſcitur, aut quicquam ibi diſponat, vel ordinet, aut iudicet ſi ſui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter præſumpſerit, damnabitur, & non ſolùm ille, ſed cooperatores eique conſen-*

Concilium Chalcedonen. generale 4 ſub Martino Imperat.

Concilium Bracarenſe 3.

Concilium Pariſienſe 3.

Concilium Nannetenſe.

Concilium Generale 7. Nicenum 2.

Concilium Aurelianenſe 2. ſub Vigilio 1.

Concilium Conſtantinopolitanū 3 generale ſub Pelagio 1.

Concilium Turonenſe 2. ſub Pelagio 1.

Actuum 8. Matth. 10.

Concilium Bracarenſe 2. ſub Honorio 1.

Gregorius 1.

Alexander 3.

Concilium Colonienſe 3.

Concilium Tridentinum generale.

Obſeruādum.

Canon Apoſtolorum.

Calixtus 1.

tientes, quia ſicut ordinatio, ita eis & iudicatio, & aliarum rerum diſpoſitio prohibetur. Nam qui ordinare non poterit, qualiter iudicabit? SIXTVS II. epiſt. 2 ad Epiſcopos Hiſpaniæ. *Nullus Epiſcopus alterius parochianum præſumat retinere, aut ordinare, abſque eius voluntate, vel iudicare: quia ſicut irrita erit eius ordinatio, ita & diiudicatio, quoniam cenſemus nullum alterius iudicis, niſi ſui, ſententia teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec iudicare vllatenus poterit.* Idem Concilium ANCYRANVM can. 13. & Concilium NICAENVM I. can. 17. (vel ſecundum lectionem Concilij Carthaginenſis 6.) canone 16. *Si quis auſus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, ordinare in ſua Eccleſia, cum non habeat conſenſum Epiſcopi ipſius à quo receſſit clericus, irrita erit huiuſmodi ordinatio.* Hunc canonem citat diffuſius Concilium AQVISGRANENSE I. canone 45 vt in vocabulo, Clericus, &c. iam poſitum reperies. vt ſupra. Allegat quoque Gratianus diſtinct. 71 cap Si quis. &c. Idem & IVLIVS I. epiſt. 2. ad Epiſcopos Orientales cap 6. & INNOCENTIVS I. epiſt. 2. ad Epiſcopum Rhotomagenſem Victricium cap 7. Idem Concil. CARTHAGINENSE I. cano. 5. vt alibi iam repoſuimus. Hinc NICEPHORVS CALLISTVS lib 13. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap 13 Epiphanium Epiſcopum Cypri grauiter increpatum narrat, eo quod in conbitio vrbis Conſtantinopolitanæ Diaconum ordinaſſet, cum ageret eiuſdem vrbis Epiſcopatum Ioannes Chryſoſtomus lege hiſtoriam. Hinc Concilium ANTIOCHENVM I. ſub Iulio 1. canone 13. & allegat Gratianus cauſa 9. quæſt. 2. cap. Nullum, &c. *Nullus Epiſcopus (ait) audeat ab vna prouincia in aliam tranſire, & aliquos in Eccleſiis ordinare ad ſacrorum celebrationem, nec ſi alios vna ſecum inducat, niſi venerit literis accerſitus Metropolitani, & Epiſcoporum qui ſunt cum ipſo, in quorum regionem accedit. Si autem nullo vocante ad aliquorum ordinationem, & Eccleſiaſticarum rerum ad ſe non pertinentium conſtitutionem inordinate inſolentérque proceſſerit, ſint quidem irrita quæ ab ipſo geruntur, ipſe autem ſuæ inſolentiæ præter rationem factæ aggreſſionis det pœnas, à ſancta ſcilicet ſynodo exinde depoſitus.* Hoc iterum repetit canone 22. Et Concilium SARDICENSE canone 18. & 19. Vnde etiam iam memoratus NICEPHOR libro 9 cap 26. Beatiſſimo narrat Athanaſio hoc fuiſſe in crimine obiectum, quòd in paræcijs, quæ ad iuriſdictionem eius non pertinerent, electionem Eccleſiaſticam vſurpare auſus eſſet. Hinc SYRICIVS I. epiſtola 4. ad Aphricanos Epiſcopos cap. 6. quæ ſcripta eſt Romæ in conuentu & Concilio 80 Epiſcoporum, quæ & approbata & lecta eſt in Concilio TELENSI. *Nullus (ait) de aliena Eccleſia clericum ordinare vſurpet.* Et cap. 1. præmiſerat, quod & allegat Gratianus diſtinct. 64. cap extra, &c. *Extra conſcientiam ſedis Apoſtolicæ, hoc eſt primatis, nemo audeat ordinare: integrum enim iudicium eſt, quod plurimorum ſententia conſequatur.* Et Concilium TAVRINENSE I. ſub eodem Syricio canone 2. *Geſtorum ſeriem conſcribi placuit ad perpetem diſciplinam. qua circa, Octauium, Vrſionem, Remigium, & Triferium, Epiſcopos, ſancta Synodus decreuit, qui in vſurpatione quadam de ordinatione ſacerdotum ad inuidiam vocabantur, quod eis catenus idcirco videtur indultum, vt de cætero hac authoritate commoniti nihil tale vſurpare conentur. Siquidem ea ſe ab hac cauſa excuſatione defenderunt, quia dicerent, primo ſe non eſſe conuentos. Proinde iudicauit Synodus, vt ſi quis ex hoc fecerit contra ſtatuta maiorum, ſciat is qui ordinatus fuerit ſacerdotio ſe honore priuandum, ille verò qui ordinauerit, authoritatem ſe in ordinationibus vel in Concilio minime retenturum. Non ſolum autem circa memoratos Epiſcopos hæc ſententia prævalebit, ſed & circa omnes, qui ſimili decepti errore ordinationes huiuſmodi perpetrant.* Hinc Concilium TVRONENSE I. canone 10. *Ordinationes illicitas irritas deuocamus, niſi per ſatisfactionem quæ ad pacem pertineat componantur.* Et SIMPLICIVS I. epiſtola 3. ad Florentium, Equitium & Seuerum Epiſcopos, damnat Gaudentium Auſinienſem Epiſcopum, & omnimoda illum poteſtate priuat eo quod contra ſtatuta canonum ordinationes illicitas perpetraſſet, iubétque, vt hi qui illicitè ſunt prouecti, ab eo Eccleſiaſticis miniſterijs ſint remoti. Præcipit quoque præfatum Turonenſe Concilium 1 cano. 9. vt Epiſcopus in aliena Diœceſi nil attentet. *De præſumptoribus (ait) placuit obſeruari, vt ſi quis Epiſcopus in ius fratris ſui ſuam conatus fuerit inſerere poteſtatem, vt aut diœceſes alienas tranſgrediendo terminos à patribus conſtitutos peruadat, aut clericos ab alijs ordinatos, vel ſanctimoniales promouere præſumat, ab vniuerſorum fratrum & conſacerdotum ſuorum communione ſe alienum efficiendum non dubitet.* Vide alibi. Idem Concilium VALENTINVM HISPANIAE I. can. 6. *Nullus (ait) alienum clericum ſecundum decreta canonum, ſine conſenſu Epiſcopi ſui audeat ordinare, &c.* Vt iam poſuimus cum multis alijs ſuperius.

Ordo ſecundum gradus in Eccleſia obſeruetur. Iam in vocabulo, Diaconus, & Epiſcopus, hoc ſatis fuit commendatum, vt ſcilicet cuique ordini & honor ſecundum exigentiam miniſterij, & debita veneratio tribuatur, nec præpoſtero de confuſo ordine Eccleſiaſtici viri audeant ſe alter alteri præponere. Vnde ſic diuinus iniunxit IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Tarſenſes. *Presbyteri (ait) Epiſcopo ſubditi eſtote, Diaconi Presbyteris, populus presbyteris & Diaconis, &c.* Et epiſtula ad Philadelphienſes, & ad Smyrnenſes. *Omnia (ait) vobis decenti ordine perficiantur in Chriſto. Laici Diaconis ſubditi ſint, Diaconi Presbyteris, presbyteri Epiſcopo, Epiſcopi Chriſto, ſicut ipſe Patri.* Vide etiam ſuperius in vocabulo, honor, &c. hic etiam CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro 3 epiſtolarum epiſtola 9. *Meminiſſe (inquit) Diaconi debent, quoniam Apoſtolos, id eſt, Epiſcopos & præpoſitos dominus elegit, Diaconos autem poſt aſcenſum domini in cœlos Apoſtoli ſibi conſtituerunt Epiſcopatus ſui & Eccleſiæ miniſtros. Quod ſi nos aliquid audere contra Deum poſſumus, qui Epiſcopos facit, poſſunt & hi contra nos audere a quibus Diaconi fiunt, &c.* Vide obſecro plura in vocabulo, Diaconus, &c. Vnde DIONYSIVS I. Papa epiſtola 1. ad Vrbanum Præfectum. *Ad hoc diuinæ diſpenſationis prouiſio gradus & diuerſos conſtituit ordines eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vna concordia fieret ex diuerſitate contextio, & rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſeruaret. Quia verò creatura in vna eadémque æqualitate gubernari vel viuere non poteſt, cœleſtium militiarum exemplar nos inſtruit: quia dum ſint Angeli, ſint Archangeli, liquet quia non æquales ſunt, ſed in poteſtate & ordine, ſicut noſtis, differt alter ab altero: ergo inter eos qui ſine peccato ſunt iſta conſtat eſſe diſtinctio, quis hominum abnuet huic ſe*

Margin notes:

Sixtus 2.
Concilium Ancyranum. Concilium Nicænum 1. generale.
Concilium Aquiſgranenſe 1. ſub Ludouico 1. Imperat.
Iulius 1.
Innocentius 1.
Concilium Carthaginenſ. 1. ſub Syluestro 1.
Nicephorus Calliſtus.
Concilium Antiochenum 1.
Nicephorus Calliſtus.
Syricius 1.
Concilium Telenſe.
Concilium Taurinenſe 1. ſub Syricio 1.
Concilium Turonenſe 1. ſub Hilario 1.
Simplicius papa.
Concilium Valentinum Hiſpaniæ 1.
Ignatius Martyr.
Carthaginenſ.
Dionyſius 1.
Ordo militiæ cœleſtis nos format

libenter diſpoſitione ſubmittere? Hinc etenim pax & charitas mutua ſe vice complectuntur,& manet firma concordia in alterna & Deo placita dilectione ſynceritas, quia vnumquodque tunc ſalubriter completur officium, cum fuerit vnus ad quem poſſit recurrere præpoſitus. Vnde vt IVLIVS I. epiſtola 2. ad Orientales pro Athanaſio, *Connexio* (ait) *totius corporis vnanimitatem requirit, ſed præcipuè exigit concordiam ſacerdotum, quibus & ſi dignitas communis non eſt, tamen ordo generalis eſt: quoniam & inter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis,& cum omnium par eſſet electio, vni tamen datum eſt vt cæteris præemineret. De qua forma Epiſcoporum quædam orta eſt diſtinctio, & magna ordinatione prouiſum, ne omnes ſibi omnia vindicarent, ſed eſſent in ſingulis prouinciis ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia, & rurſum quidam in maioribus vrbibus conſtituti ſolicitudinem eius ſuſciperent ampliorem, per quos ad vnam beati Petri ſedem vniuerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil vſquam à ſuo capite diſſideret. Qui ergo ſcit ſe quibuſdam præpoſitum, non moleſtè ferat ſibi aliquem eſſe prælatum, ſed obedientiam quam exigit, etiam ipſe rependat.* Hæc quidem doctiſſime proſequitur AMBROSIVS MEDIOLANENSIS in cap. 4. ad Epheſios, exponens illud, *Et ipſe quoſdam quidem dedit Apoſtolos, quoſdam verò prophetas, alios verò Euangeliſtas,&c.* Verùm prolixius quàm poſſit hic exponi. Eadem quoque Concilium LAODICENVM canone 20. & allegat Gratianus diſtinct. 93 Non oportet. *Non oportet Diaconum coram presbytero ſedere, ſed iuſſione presbyteri ſedeat. Similiter & Diaconis honor habeatur ab obſequentibus, id eſt, à ſubdiaconis & omnibus clericis,&c.* Iam alibi hæc dicta ſunt. Allegatur autem hic canon in Concilio AQVISGRANENSE I. cann. 77. Et Concilium MILEVITANVM cap. 13. ſtatuit, vt Epiſcopi talem ſeruent ordinem, vt qui prior ordinatus eſt, eum præcedat, qui poſterius fuit ordinatus, vt poſteriores anterioribus deferant, nec eis inconſultis aliquid agere præſumant, aliter coërcendi, &c. Hoc iam inuenies ſtatutum in vocabulo, Epiſcopus, &c. Vnde & conſequenter canone 14. Idem Concilium ſtatuit, vt quicunque deinceps ab Epiſcopis ordinantur, literas accipiant ab ordinatoribus ſuis manu eorum ſubſcriptas, continentes conſulem & diem, vt nulla altercatio de poſterioribus vel anterioribus oriatur. Idem conſtituit Concilium AFFRICANVM cap. 53. & 56 & Concilium AGATHENSE canone 23. vt diximus in vocabulo, Epiſcopus, &c. Et canone 65. allegaturque à Gratiano diſtinct. 93. cap Non oportet. *Non oportet Diaconem ſedere præſente presbytero, ſed ex iuſſione presbyteri ſedeat. Similiter autem honorificetur Diaconus à miniſtris inferioribus & omnibus Clericis.* Idem MARTINVS BRACARENSIS canon. 40 collectorij ſui. Idem & VIGILIVS I. epiſtola ad Eutherium Epiſcopum, canone 9. vt dicemus in vocabulo, Romanæ Eccleſiæ Primatus. Vide autem in locis quos ſuperius aſſignauimus, quia hic pauca, ibi verò plura recenſita ſunt ex decretis Patrum.

Iulius I. — Sedis Romanæ authoritas vide etiam ſuo loco. — Ambroſius Mediolanenſis. — Concilium Laodicenum. — Concilium Aquiſgranen. I. — Concilium Mileuitanum. — Concilium Affricanum ſub Bonifacio I. — Concilium Agathenſe ſub Cœleſtino I. — Martinus Bracarenſis. — Vigilius I.

ORDINANDVS.

Ordinandi examinentur & probentur, &c.] CLEMENS I. libro 7. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 32. *Conſtituite Epiſcopos dignos domino, presbyteros quoque & Diaconos homines pios, iuſtos, mites, non cupidos, veritatis ſtudioſos, probatos, ſanctos, non acceptores perſonarum, qui valeant docere ſermonem veritatis, rectè procedentes in placitis domini: vos verò eos honorate vt patres, vt dominos, vt beneficos, vt bene viuendi authores, &c.* Et ZEPHERINVS I. epiſtola 2. ad epiſcopos Ægypti, & allegat Gratianus diſtinct. 83 cap. Ordinationes. *Ordinationes presbyterorũ & Leuitarum tempore cõgruo, & multis coram aſtantibus ſolenniter agite, & probabiles & doctos viros ad hoc opus prouehite, vt de eorum ſocietate & adiumento plurimum gaudeatis.* Eadem & CYPRIANVS CARTHAGIN. lib. 1. epiſtolarum epiſtola 4. & libro 2. epiſtola 5. ad vniuerſam plebem, &c. vt iam diximus in dictione, Epiſcopi eligendi, &c. Vide obſecro. Vbi etiam ex Concilio SARDICENSI canone 13. de promotione Epiſcoporum dictum eſt. & clericorum, quod ſcilicet conueniens non eſt, nec ratio vel diſciplina patitur, vt temerè, vel leuiter ordinetur aut Epiſcopus, aut presbyter, aut Diaconus qui Neophytus eſt. maximè cum & magiſter gentium beatus Apoſtolus ne hoc fieret denunciaſſe & prohibuiſſe videatur. Sed hi ordinentur quorum per longum tempus examinata ſit vita, & merita fuerint comprobata. Et Concilium CARTHAGINENSE III. cano 3. & allegat Gratianus diſtinct. 38. cap Placuit. *Placuit, vt ordinandis Epiſcopis vel clericis, prius ab ordinatoribus ſuis decreta Conciliorum auribus eorum inculcentur, ne ſe aliquid contra ſtatuta Concilij feciſſe aſſerant.* Et iterum canone 22. & allegat Gratianus diſtinct. 24. cap Nullus. *Nullus ordinetur clericus, niſi probatus vel Epiſcoporum examine, vel populi teſtimonio.* Vide ſuprà, Clerici Eligendi, &c. Idem etiam ſtatuit Concilium HIPPONENSE cap. 5. & 22. Et Concilium CARTHAGINENSE IV. canone 22. allegat Gratianus diſtinct. 24. cap. Epiſcopus. *Epiſcopus ſine conſilio clericorum ſuorum clericos non ordinet, ita vt ciuium conniuentiam & teſtimonium quærat* (addunt antiqui codices) *Quòd ſi pro accepta ordinatione in fraude inuentus fuerit, ipſi qui eum teſtimonio iuuerint, quandiu Epiſcopo viſum fuerit ab Eccleſiæ liminibus arceantur.* Et Concilium ARAVSICANVM I. canone 8. *Si quis alibi conſiſtentem clericum ordinandum putauerit, vt prius definiat, vt cum ipſo habitet. Nec enim ſine conſultatione eius Epiſcopi, cum quo ante habitauit, ordinare præſumat, quia non ſine cauſa ab alio non ordinatus remanſit.* Et canone 9. ſubiungit. *Si qui autem alienos ciues, aut alibi conſiſtentes ordinauerint, nec ordinati in illo accuſantur, aut ad ſe eos reuocent, aut eorum ipſis gratiam impetrent cum quibus habitant.* Denique LEO I. epiſtola 5. ad Dorum Epiſcopum Beneuentanum, ſtatuit ne minus capaces repudiatis capacibus ordinentur. Hoc autem quia ille Epiſcopus præſumpſerat eum grauiter arguit, ſtatuens, vt qui indigni ordinati ſunt, honore vltimi inter omnes habeantur, & quos inferiores habebant prius ſuperiores eis ſint, aut ſaltem in eodem ordine permaneant, quem vnicuique ordinationis ſuæ tempus aſcripſit. Sic & de laicis examinandis antequam ordinentur, ſtatuit GELASIVS I. epiſtola 1. ad Epiſcopos Lucaniæ Bruttiorum cap. 4. vt iam allegauimus vocabulo. Laicos, &c. Vide etiam infrà, Ordinandi qui non ſint, &c. Ex eodem & alijs. Similiter & GREGORIVS I. libro 7. Regiſt. epiſtola 110 ad Etherium Lugdunenſem Epiſcopum, vbi, Simoniam in ordinatione clericorum damnat, etiam quomodo debeant probari & eligi præcepta do-

Clemens I. — Zepherinus I. — Cyprianus Carthaginenſis. — Concilium Sardicenſe. — 1. Timoth. 3. — Concilium Carthaginenſe 3. — Concilium Hipponenſe. — Concilium Carthaginenſe 4. — Concilium Arauſicanum, ſub Leone I. — Leo I. — Gelaſius I. — Gregorius I.

nat. Verum ea inferemus in dictione, Simonia, &c. Idem & Concilium TVRONENSE III. cano. 12. *Presbyter ordinari non debet ante legitimum tempus, hoc eſt, triceſimum ætatis annum: ſed priuſquam ad conſecrationem presbyteratus accedat, maneat in Epiſcopio, diſcendi gratia officium ſuum, tandiu donec poſſint, & mores, & actus eius animaduerti, & tunc ſi dignus fuerit, ad ſacerdotium promoueatur.*

Concilium Turonenſe 3. ſub Carolo Magno

Idem & de alijs clericis ſtatuit Concilium RHENENSE cano 3. nam poſtquam allegauit præmiſſum decretum infert *Quicunque ad gradus Eccleſiaſticos condigne aſcendere voluerit, vnuſquiſque intelligat qualiter ſecundum poſſibilitatem intellectus ſui in eo gradu, vbi conſtitutus eſt, Deo militare, & ſeipſum valeat cuſtodire.* Tunc coram patribus lecti ſunt canooes patrum, & regulæ ſanctorum Benedicti & aliorum, vbi fit prohibitio ne clerici vel regulares ante ordinētur, quàm examinentur. Idem vide in vocabulo, Monachus an ordinandus. &c.

Concilium Rhenenſe ſub eodem.

Carolus Magnus.

Ea etiam repetit CAROLVS MAGNVS in ſuis conſtitutionibus. Et Concilium VORMATIENSE cano. 56. *Presbyteri* (inquit) *non ordinentur priuſquam examinentur, vt excommunicationes paſſim & ſine cauſa non fiant.*

Concilium Vormatienſe.

Et Concilium MELDENSE cano 51. *Qui ex noſtris parochiis, aut ad titulum, aut abſolute ordinari petuntur, nullatenus ordinentur, niſi, aut in clero certo, & religioſo, vel etiam in ciuitate ſaltem vno anno immorentur, vt de vita & conuerſatione atque doctrina illorum certitudo poſſit agnoſci. Et nemo abſolute quemquam ordinare præſumat, ſicut ſancti dixerunt canones.* Vide ſuprà, Clerici, &c.

Concilium Meldenſe.

Et Coucdium NANNETENSE canone 11. *Epiſcopus quando ordinationem facere diſponit, omnes qui ad ſacrum miniſterium accedere volunt feria 4. ante ipſam ordinationem euocandi ſunt ad ciuitatē vna cum Archipresbyteris, qui eos repræſentare debent: & tunc Epiſcopus e latere ſuo dirigere debet ſacerdotes, & alios prudentes viros gnaros legis diuinæ, & exercitatos in Eccleſiaſticis ſanctionibus, qui ordinandorum vitam, genus, patriam, ætatem, inſtitutionem, locum vbi educati ſunt, ſi ſint bene litterati, ſi in lege domini inſtructi, diligenter inueſtigent, ante omnia ſi fidem catholicam firmiter teneant, & verbis ſimplicibus aſſerere queant. Ipſi autem quibus hoc committitur, cauere debent, ne aut fauoris gratia, aut cuiuſcunque muneris cupiditate illecti a vero deuient, vt indignum & minus idoneum, ad ſacros gradus ſuſcipiendos Epiſcopi manibus applicent. Quod ſi fecerint, & ille qui indigne acceſſit, ab altari remouebitur, & illi qui donum ſancti ſpiritus vendere conati ſunt, coram Deo iam condemnati Eccleſiaſtica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur, & ſic ſabbato qui probati inuenti ſunt Epiſcopo repræſententur.*

Concilium Nannetenſe.

Hinc etiam Concilium LATERANENSE ſub Innocentio 3 canone 27. *Cum ſit ars artium regimen animarum, diſtricte præcipimus, vt Epiſcopi promouendos in ſacerdotes diligenter inſtruant & informent, vel per ſeipſos, vel per alios viros idoneos, ſuper diuinis officiis & Eccleſiaſticis ſacramentis, qualiter ea rite valeant celebrare. quoniam ſi ignaros & rudes de cætero ordinare præſumpſerint, (quod quidem facile poterit deprehendi) & ordinatores & ordinatos graui decreuimus ſubiacere vltioni. Satius eſt enim maximè in ordinatione ſacerdotum paucos bonos, quam multos malos habere miniſtros: quia ſi cæcus cæcum duxerit, ambo in foueam dilabuntur.*

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. cui patres interfuere 1215.

Idem Concilium BITERRENSE canone 8. Et Concilium COLONIENSE III. capite 24. partis 1. & reliquis, nullum vult ab examinatione immunem eſſe, iubens, vt & religioſi cuiuſlibet profeſſionis fuerint hanc cenſuram expectantur.

Concilium Biterrenſe.

Concilium Colonienſe 3.

Et Coocilium SENONENSE cap. 4. conſtitutionum prohibet, ne diœceſani ſuos ad ſacrum ordinem promoueant, niſi habeant à Parochiali presbytero litteras teſtimoniales de ſufficientia ætatis & de probata & inculpata vita, & de ſufficienti ſcientia: neque aliquem ad ſacerdotium promoueant, niſi qui, quantum fragilitas humana patitur, ſciat ea quæ continentur in canone. (habes in decreto diſtinctione 38. cap nulli ſacerdotum liceat canones ignorare. &c. & ſequente Quæ ipſis ſacerdotibus neceſſaria ſint, &c & adhuc ſequenti Omnes pſallentes, &c.)

Concilium Senonenſe.

Et præmiſſum Concilium COLONIENSE III. parte 1. capite 19. 20. 21. 22. & 23. eomnia refricat, & iubet, vt ordinandi examinentur, probentur, & inquirantur, de doctrina vita & moribus ſecundum priſcos canones, quos ſuperius citauimus. *De eruditione quoque & ſcientia* (ait) *ne ſtatim a ſtiua ad Eccleſiaſtica munia confugiatur. Subſtantia autem ſacerdotij* (ait diuinus Dionyſius) *ſunt eloquia diuinitus tradita. Porro inquiratur quo affectu ac propoſito accedat ordinandus, num videlicet Dei cauſa tantum, an potius ſuæ commoditatis gratia ad ordines capeſſendos aſpiret. Hæ autem examinationes fieri iubentur per quatuor anni tempora quibus ordo conferri conſueuit. Præterea bonum teſtimonium debent per litteras ſigillatas afferre de vita, cōuerſatione, ætate, de oppido, pago, & vico. Quod ſi forſan illi noluerint teſtimonium per inuidiam Parochiales presbyteri dare, ſi afferat documentum facta requiſitionis, & denegati teſtimonij, ac idoneus fuerit a vicariis repertus, admittatur. Porro ordinandi pridie ordinationis debent inſtrui de officio quod ſuſcepturi ſunt, ne ſe illi alligent cui non poſſunt ſatisfacere, neve mentiantur Spiritui ſancto, aut impœnitenti corde accurrant, ſed vere confeſſi ac ſpiritu contriti, humiliatique poſt perceptam * Euchariſtiam toti Deo dediti, accedant.*

Concilium Colonienſe 3.

Hæc certè digna lectu, & cōſultanea quæ accuratius obſeruentur.

De ordinandis etiam ad minores capite 27. eiuſdem partis datur præceptum, ne infantes ordinentur, qui ignorent quid ſit clerici nomen, vel reliqua minorum ordinum vocabula, decernitque vt nemo poſthac ordinibus minoribus inſigniendus præſentetur, niſi quem & vita commendet, & literaturæ ætatiſque ſit pro ratione ſuſcipiendi ordinis, ſufficientis & rectè ſynceræque voluntatis. *Qui enim in clerum allegantur* (ait Hieronymus ad Nepotianum) *rem profitentur minime ridiculam, nempe ſe peculiariter in ſortem domini adſcitos, quibus poſthac omnia terrena ſordeant, ac ſolus dominus ſors ac pars hæreditatis futurus ſit. Cuius quoque priuſquam ordinentur, diligenter admoneri debent.*

** Ordinandi communicare debent: Ide A Dionyſio Areopagita lib. Eccleſiaſtica Hierarchia parte 3. cap. 6. dicit moris [illegible] fuiſſe, [illegible] ordinem ſacrum ſuſcepturis Euchariſtiæ ſacramentum communicaretur [illegible] ſacerdotibus [illegible] obſeruari adhuc cernimus.*

Eadem repetit Concilium AVGVSTENSE ſub Othone Cardinali c. 5. Et Concilium COLONIENSE IV. cap. 2. vbi multa adhuc ſtatuuntur, de examinandis & probandis his qui debent ordinari, & ad quos examen pertineat, ſcilicet Epiſcopis monus eſſe, ſtatuit quoque trinam proclamationem ante maiores ordines faciendam, & cætera multa, quæ iam in ſuperioribus decretis continentur.

Concilium Auguſtenſe.

Concilium Colonienſe 4.

Eadem quoque Concilium MOGVNTINVM IV. canone 82. Et Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 14. quæ fuit 7 ſub Iulio 3. can. 3. decreti reformat. *Epiſcopus* (ait) *quoſcunque ſuos clericos, præſertim in ſacris conſtitutos, abſque ſuo præcedenti examine, & cōmendatitiis litteris, quacunque authoritate promotos, licet tanquam habiles ab eo a quo ordinati ſunt probatos, quos tamen ad diuina officia celebranda ſeu Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtranda minus idoneos & capaces reperit, à ſuſceptorum*

Concilium Moguntinum 4.

Concilium Tridentinum.

rum

rum ordinum exercitio ad tempus de quo ei videbitur ſuſpendere, & illis, ne in altari, aut aliquo ordine miniſtrent, interdicere poſſit. Et ſeſſione 23. quæ fuit 7. ſub Pio 4. cap. 5. & 7. decreti Reform. *Ad minores ordines promouendi, bonum à parocho & magiſtro ſcholæ, in qua educantur, teſtimonium habeant. Qui autem ad minores ordines ſunt aſſumendi, per menſem ante ordinationem Epiſcopum adeant, qui Parocho aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, vt nominibus ac deſiderio eorum qui volent promoueri publice in Eccleſia propoſitis, de ipſorum ordinandorum, natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat, & litteras teſtimoniales ipſam inquiſitionem factam continentes ad ipſum Epiſcopum quamprimùm tranſmittat.* Et ſubdit cap. 7. *Sacroſancta Synodus antiquorum canonum veſtigiis inhærendo decernit, vt quando Epiſcopus ordinationem facere diſpoſuerit, omnes qui ad ſacrum miniſterium accedere voluerint feria 4. ante ipſam ordinationem, vel quando Epiſcopo videbitur ad ciuitatem euocentur: Epiſcopus autem ſacerdotibus, & aliis prudentibus viris peritis diuinæ legis, ac in Eccleſiaſticis ſanctionibus exercitatis ſibi aſcitis, ordinandorum genus, perſonam, ætatem, inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inueſtiget & examinet, &c.* Vide ſequentia, quia adhuc quædam ſunt quæ ſuperioribus poterunt cohærere.

Ordinandorum profeſsio.] Vide in vocabulo, cœlibatus, &c. & Clericus &c. & ea quæ ſuperius iam dicta ſunt, & quæ ſubſequuntur. Porrò Concilium Toletanvm IV. canone 26. allegat Gratianus diſtinct. 28. cap Quoniam *Quoniam presbyteri aut Diaconi per parochias conſtituuntur, oportet eos primum profeſsionem Epiſcopo ſuo facere, vt caſtè & purè viuant ſub Dei timore, vt dum eos tali profeſſione obligauerit, ſub ſancta diſciplina retineantur.* Idem ſtatuit de libertis Eccleſiæ, vt eſt ſuo loco notatum. Et Concilium Toletan. II. canone 10. *Quamquam omnes qui ſacris mancipantur ordinibus canonicis regulis teneantur aſtricti, expedibile tamen eſt, vt promiſſionis ſuæ vota ſub cautione ſpondeant, quos ad promotionis gradus Eccleſiaſtica probat diſciplina. Solet enim plus timeri quod ſingulariter pollicetur, quam quod generali ſponſione concluditur. Et ideo placuit huic ſancto Concilio, vt vnuſquiſque qui ad Eccleſiaſticos gradus eſt acceſſurus, non ante honoris conſecrationem accipiat, quàm placiti ſui renodatione promittat, vt fidem catholicam ſyncera cordis deuotione cuſtodiens iuſte & pie viuere debeat, & vt in nullis operibus ſuis canonicis regulis contradicat, atque vt debitum honorem per omnia atque obſequij reuerentiam præponenti ſibi vnuſquiſque dependat, iuxta illud beati* Leonis *Papæ* 1. *edictum* (ſcilicet epiſtola 84. ad Nicætam) *Qui ſe ſcit aliquibus eſſe præpoſitum, non moleſtè ferat aliquem ſibi eſſe prælatum, ſed obedientiam quam exigit, etiam ipſe dependat. Pœna tamen iuxta Eccleſiaſticæ conſuetudinis morẽ, & placitis talium inferenda, & ab his qui tranſgreſſores fuerint perſoluenda eſt.* Porrò Concilium Cabilonense II canone 13 renouat iuramentum quod ſolet ab ordinandis extorqueri quod ſcilicet Epiſcopo & Eccleſiæ obedientes erunt. Verùm alibi prohibitum legi Vide ſupra in vocabulo, Iuramentum clerici præſtare non cogantur.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

Concilium Toletanum 11 ſub Vitaliano 1.

Leo 1.

Concilium Cabilonenſe.

Ordinandi non ſint tutores & curatores, &c.] Concilium Carthaginense I. canone 8. *Procuratores, Tutores, etiam & executores, & curatores, non debent ordinari, niſi poſt depoſita vniuerſa, & reddita ratiocinia, & actus vitæ ipſorum fuerint probati in omnibus, & tunc debent cum laude, ſi poſtulati fuerint, honore numerari. Si enim ante libertatem negotiorum, vel officiorum ab aliquo ſine conſideratione fuerint ordinati, Eccleſia infamatur.* Vide ſequentem diſtinctionem.

Concilium Carthaginenſe 1. ſub Syluestro 1.

Ordinandi qui non ſint.] Lege præcedentem. Denique in ſingulis vocabulis iam de his qui non debẽt ordinari tractatum eſt. ſcilicet vocabulis, Epiſcopus, &c. Laici, Lapſus, &c. Infamis. &c. Infirmus, Ignorantia, Membrum, &c Neophytus, &c. & infrà, Pœnitens, & Bigamus ſuperius, & alijs infinitis in locis. Vnde qui plura voluerit noſſe, adeat præmiſſa vocabula. Vnde & Concilium Romanvm ſub Hilario 1. canone 3. allegatur diſtinct. 55. cap. Pœnitentes, &c. *Inſcij* (ait) *litterarum, nec non & aliquam membrorum damna perpeſſi, & hi qui ex pœnitentibus ſunt, ad ſacros ordines aſpirare non audeant. Quiſquis talium conſecrator exſtiterit, factum ſuum ipſe diſſoluet.* Et canone 4 ſubnectit. *Sed & quod quis commiſit illicitè, aut à deceſſoribus ſuis inuenit admiſſum, ſi proprium periculum vult vitare, damnabit. Nos enim in nullo volumus ſeueritatem vltionis exercere, ſed qui in cauſis Dei, vel contumacia, vel in aliquo exceſſu deliquerit, aut ipſe quod perperam fecit abolere noluerit, in ſe, quidquid in alium non reſecarit, inueniet.* Idem omninò Gelasivs I. epiſtola ad Epiſcopos Lucaniæ Brutiorum, &c. cap 3. ſtatuit de monachis, vt reperies in vocabulo, Monachi an ordinandi &c. Et Concilium Toletanvm IV. canone 18. *Qui non promoueantur ad Sacerdotium ex regulis canonum neceſſario credimus inſerendum Id eſt, qui in aliquo crimine detecti ſunt, qui infamiæ nota aſperſi ſunt, qui ſcelera aliqua per publicam pœnitentiam ſe admiſiſſe confeſſi ſunt, qui in hæreſim lapſi ſunt, vel qui in hæreſi baptizati, aut rebaptizati eſſe noſcuntur, qui ſemetipſos abſciderunt, aut naturaliter defectu membrorum, vel defectione aliquid minus habere noſcuntur, qui ſecunda vxoris coniunctionem ſortiti ſunt, aut numeroſa coniugia frequentauerunt, qui viduam vel a marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas, aut fornicarias habuerunt, qui ſeruili conditioni obnoxij ſunt, qui ignoti ſunt, qui Neophyti vel laici ſunt, qui ſeculari militiæ dediti ſunt, qui curæ nexibus obligati ſunt, qui inſcij litterarum ſunt, qui nondum ad triginta annos peruenerunt. Qui per gradus Eccleſiaſticos non acceſſerunt, qui ambitu honorem quærunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui à deceſſoribus in ſacerdotium eliguntur. Sed nec ille deinceps ſacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegit, vel authoritas Metropolitani, vel comprouincialium ſacerdotum aſſenſus non exquiſiuit.* Vide ſuprà, Epiſcopus qualiter eligatur, deinde lege reliquum ſuprà, Epiſcopatus. &c De his autem omnibus etiam ſuis locis tractauimus, vt præmonuimus. Porrò Concilium Toletanvm III. canone 1. *Nullus deinceps ad promerendos honores Eccleſiaſticos, contra canonum ſtatuta, aſpiret indignus. Nihil ex hoc fiat, quod ſancti patres ſpiritu Dei pleni ſanxerunt debere non fieri, & qui præſumpſerit, ſeueritate priorum canonum diſtringantur.* Præterea legenda ſunt quæ in initio huius diſtinctionis annotata ſunt.

Concilium Romanum ſub Hilario 1.

Gelaſius 1.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

Iam de his omnibus in formam epilogi deductis latius ſuis locis tractauimus.

Concilium Toletanum 3. ſub Pelagio 1.

Ordinandorum ætas.] In ſingulis vocabulis deſignatur & definitur tempus, & ætas atque qualitas ordinandorum, vt liquidò intuentibus patet in dictione, Subdiaconus, Diaconus Presbyter, Epiſcopus, &c. Vnde etiam Concilium Agathense canone 17. & allegat Gratianus diſtinctio 67. cap. Epiſcopus. *Presbyterum vero vel*

Concilium Agathenſe ſub Cæleſtino 1.

A *Epiſcopum*(ait) *ante triginta annos. id eſt, antequam ad viri perfecti ætatem perueniat, & Diaconos ante viginti quinque nullus metropolitanorum ordinare præſumat, ne per ætatem. quod aliquoties euenit, aliquo errore culpentur.* Idem omninò Concilium

Concilium Arelatenſe 3.

ARELATENSE III. canone 1. ſtatuit. Et Concilium AVRELIANENSE III. canone 6. *Id omnino*

Concilium Aurelianenſe 3. ſub Vigilio 1.

dei obſeruetur, (ait) ne vllus ex laicis ante annualem conuerſionem, vel ætatem legitimam, id eſt, viginti quinque annorum. Diaconus, & triginta presbyter, ordinetur &c. Et TOLETANVM Concilium

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

IV. canone 19. & allegat Gratianus, diſtinct. 77. cap. in veteri. *In veteri lege ab anno 25. Leuita in tabernaculo ſeruire mandatur, cuius auctoritatem in canonibus & ſancti Patres ſecuti ſunt: nos & diuinæ le-*

B

Numeri 8.

gis & conciliorum præcepti immemores, infantes & pueros Leuitas facimus ante legitimam ætatem, & ante experientiam vitæ. Ideòque, ne vlterius fiat à nobis, & diuinæ legis & canonum admonemur ſententiis. Sed viginti quinque annorum ætatis Leuitæ conſecrentur, & triginta presbyteri ordinentur, ita vt ſecundum præceptum Apoſtolicum probentur primum, & ſic miniſtrent nullum crimen habentes. Idem omninò Con-

Concilium Conſtantinop. 3 generale 6.

cilium GENERALE VI. cano 11. & 15. tam de presbyteris, quàm de Diaconis & ſubdiaconis ſtatuit, vt ſuis locis inſeritur. Hinc & ZACHA-

Zacharias 1.

RIAS I. quærenti Bonifacio Archiepiſcopo Moguntinenſi, ſi ante 30. annum liceat ſacerdotem ordinare, epiſtola quinta ad eundem illi

C

Hæc Gratian. allegat diſtin. 78. cap. Si 30. annorum.

reſpondet. *Bonum & congruum, chariſſime frater, ſi fieri & inueniri poteſt, vt prouecta ætatis & boni viri teſtimonij iuxta ſacrorum canonum inſtituta ordinentur ſacerdotes. Si autem minime reperiuntur, & neceſſitas expoſcit, à viginti quinque annis & ſuprà Leuitæ & ſacerdotes ordinentur, quemadmodum in lege domini continetur.* Hoc confirmat etiam BONIFA-

Bonifacius 8.

CIVS VIII. in 6 decretal. titulo 9. & 10. Et

Concilium Viennenſe generale.

Concilium VIENNENSE ſub Clemente 5. vt allegatur in Clementinis titulo de ætate & qualitate ordinandorum. ordines legitur minori ætati permiſiſſe nempe conceſſit vt Subdiaconus 18. annorum, Diaconus 20 presbyter 25. ordinare-

D

Concilium Colonienſe 3.

tur Sed hoc Concilium COLONIENSE III. cap. 18. partis 1. exponit hoc de his, qui litterarum ſcientia pollent. & morum grauitate: aliter vult vt ad antiquos canones recurratur Sic &

Concilium Tridentinum generale.

Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 23. quæ eſt 7. ſub Pio 4. cap. 12. decreti reformat. *Nullus in poſterum ad ſubdiaconatus ordinem ante 22. ad Diaconatum, ante 23 ad presbyteratum ante 25. ætatis ſuæ annum promoueatur. Sciant tamen Epiſcopi non ſingulos in ea ætate conſtitutos debere ad hos ordines aſſumi, ſed dignos duntaxat, & quorum probata vita ſenectus ſit. Regulares quoque nec in minori ætate, nec ſine diligenti Epiſcopi examine ordinentur, priuilegiis quibuſcunque quo ad hoc penitus excluſis.* Vide ſuperiùs, Ordinandi examinentur, &c. & in

E

vocabulo, Diaconus. Presbyter, &c.

Ordinandi mortali peccato careant.] Quamuis difficilè poſſit agnoſci ordinandos eſſe in peccato mortali, tamen ſtudiosè debent de eius vita vt iam diximus Epiſcopi inueſtigare & moribus. Ille verò qui ordinatur exiſtens in peccato mortali. excommunicationis ſententiam incurrit: quia tanto ſacramento facit iniuriam, & effectum gratiæ ſacramenti impedit, quo minus in ſe virtutem operetur. Vtrum autem verè ordinetur plures ambigunt: credo tamen quia ſi habeat fidem Eccleſiæ, & intentionem rectam conformem ei qui eum conſecrat, verè ordina-

A

tur, ſed exequi officium ſub pœna excommunicationis prohibetur, quoadúſq. Deo & Eccleſiæ reconcilietur, & de tanta iniuria condoleat. Sic autem de talibus Concilium NEOCAESA-

Concilium Neocæſarienſe.

REANAE (longè antè Magnum Concilium Nicænum) canone 9. ſtatuit, & allegat Gratianus cauſa 15. quæſtione 8. cap. Qui admiſit. Et Iuo libro 3. decretorum. *Presbyter, ſi præoccupatus corporali peccato promotus fuerit, & ſi ante ordinationem peccaſſe confeſſus fuerit, ne offerat manens in aliis, propter aliud eius bona vita ſtudium. Reliqua enim peccata dicunt multi manuum impoſitione tolli. Quòd ſi ipſe non confiteatur, aperte autem conuinci non potuerit, illius quoque ei fiat poteſtas.* (Et can. 10 ſubdit)

B

Similiter & Diaconus, ſi in eodem culpæ genere fuerit inuolutus, ſe ſe a miniſterio cohibeat. Hunc canonem recitat MARTINVS Bracarenſis cap 25. colle-

Martinus Bracarenſis.

ctorij. Denique Concilium NICAENVM I. canone 9 & allegat Gratianus diſtinctio 81. cap.

Concilium Nicænum generale ſub Conſtantino Magno.

Si quis. Similiter & allegat Martinus præfatus Bracarenſis cap. 24. collectorij & repetit Gratianus diſtinct. 24. cap. Si quis. *Si qui ſine examinatione promoti presbyteri ſunt, & poſtea examinati confeſſi ſunt peccata ſua, & cum confeſſi fuiſſent contra regulam venientes homines manus eis temere impoſuerunt, hos Eccleſiaſticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehenſibile eſt, catholica defendit Eccleſia.* (Et canone 10 ſubdit.) *Quicunque ex lapſis*

C

per ignorantiam ſunt ordinati, vel contemptu eorum qui eos ordinauerunt, hoc non præiudicat regulæ Eccleſiaſticæ: cum enim compertum fuerit, deponantur. Idem de Diaconis Concilium ELIBERIN.

Concilium Eliberitanum.

ſtatuit can. 76. allegat autem Concilium SVESSIONENSE apud Sanctum Medardum hos

Concilium Sueſſionenſe.

canones ad calcem decretorum. Sic & illos allegat GELASIVS I. epiſtola 1. ad Epiſcopos

Gelaſius 1.

Lucaniæ & Siciliæ, &c. cap. 10. Hinc Concilium VALENTINVM GALLIAE I. ſub Dama-

Concilium Valentinum Galliæ 1 ſub Gratiano & Valentiniano.

ſo 1, canone 4. *Nec illud ſcribere alicauum ab Eccleſia vetuſtate conſumimus, vt ſciretis, quicunque ſub ordinatione, vel diaconatus, vel presbyterij, vel Epiſcopatus mortali crimine dixerint ſe eſſe pollutos, a ſupradictis*

D

ordinationibus ſubmouendos reos ſcilicet vel veri confeſſione, vel mendacio falſitatis. Neque enim abſolui poteſt is, qui in ſeipſum dixerit, quod dictum in alios puniretur, cum omnis qui ſibi fuerit mortis cauſa, maior homicida eſt. Idem epiſtola miſſa ad clerum & plebem Foroiulienſem, noluit ſuper huiuſmodi decreto diſpenſare. *Licet (ait) non ignoremus multos verecũdia & horrore ſuſcipiẽdi ſacerdotij, & vt trepidos (quæ vtique ſigna ſunt ſanctitatis) falſa in ſe retucendi honoris cauſa, dixiſſe: tamen quia omnium ferè ad ea, quæ ſunt peiora, procliue iudicium eſt, & hinc materies diſputationum in obtrectationes ſacerdotum Dei quæritur: ſedit in Synodo, vt quiſquis de ſe vel vera, vel falſa dixiſſet, fides, quam ſuimet teſtimonio*

E

confirmaret, haberetur. Quapropter decretum eſt, ſubmouendos protinus eſſe ab eo gradu, quem ab omni ſcandalo liberum eſſe decet. Hæc in ea epiſtola. Vide & alibi, Crimẽ, & Seruus, &c. & aliis vocabulis. His porrò decretis Nicæni Concilij & aliorum Conciliorum ſubſcribit ZACHARIAS I. epi-

Zacharias.

ſtola 5. ad Bonifacium Moguntinenſem Archiepiſcopum. *Si quos (ait) presbyteros, qui de laicis promoti fuerint, & antea criminalibus cauſis obuoluti, celantes peccatum ſuum, ordinati ſunt, poſtmodum verò & manifeſtata eſt eorum iniqua actio, hos ſacerdotali habitu priuatos pœnitentiæ ſubmitte: quia enim odit Deus peccantem & confitentem, ſed peccãtem & negantem.* Vide locis iam ſupra memoratis, &c. Vide

etiam

etiam vocabulis Ordinatum, & Pœnitens.

Ordinandi communicent.] Vide ſuprà vocabulo Ordinandus, in margine.

Ordinandi habeant Eccleſiam cui miniſtrent vel ſufficiẽtem titulum.] Credo quod in vocabulo, Clericus, &c. iam de his diximus, veruntamen quædam adhuc non otioſum putamus proferre, quãdo ſeſe materia offert. Sic quippè Concilium CHALCEDONENSE generale IV. can. 6. *Statuimus neminem abſolutè ordinari Presbyterum, vel Diaconum, vel quemlibet in Eccleſiaſtica ordinatione conſtitutum, niſi manifeſtè in Eccleſia ciuitatis ſuæ poſſeſſionis, aut in martyrio, aut in monaſterio, qui ordinatur, mereatur ordinationis publicatæ vocabulum. Eorum verò qui abſolutè ordinantur decreuit ſancta Synodus vacuam habere manus impoſitionem, & nullum eis tale factum valere ad iniuriam ordinantis.* Hunc canonem allegat Concilium TRIDENTINVM ſeſs. 23. q. 7. ſub Pio IV. cap. 16. decreti reformat. vide in ſequentibus. Prætereà eadem Cõcilium MELDENSE ſtatuit can. 52. vt ſuperiùs allegauimus dictione, Ordinãdi, examinẽtur, &c. Eadem quoq; renouat & Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. par. 1. cap. 5. *Epiſcopus ſi aliquem ſine certo titulo, de quo neceſſaria vitæ percipiat, in Diaconum, vel Presbyterum ordinauerit, tandiu neceſſaria ei ſubminiſtret, donec in aliqua ei Eccleſia conuenientia ſtipendia militiæ clericalis aſſignet: niſi fortè talis qui ordinatur extiterit, qui de ſua vel paterna hæreditate ſubſidium vitæ poſſit habere.* Idem renouat SENONENSE cap. 4. Conſtitutionum, vbi prohibet ne aliqui ad ſacrum Subdiaconatus ordinem aſſumantur, niſi ſub titulo beneficij viginti librarum Pariſienſium ad minus, vel Patrimonij ſimilis valoris, qui nec titulum Patrimonialem poſt ordinationem non poſſint vendere, donec beneficium aut patrimonium prætaxati valoris fuerint aſſecuti. Similiter Concilium COLONIENSE III. cap. 2. par. 1. præmiſſum Lateranenſe decretum repetit. *Quoniam primitiuæ Eccleſiæ facies (ait) quo ad inſtitutionem miniſtrorum attinet, paulatim immutata fuit, nimirum dotatis templis ſacerdotijſq; ac certis ſtipendijs miniſtrantibus conſtitutis, viſum ſubindè ſanctis Patribus non abſque multa ratione fuit, ne quiſquã ſine certo titulo, qui illi victum neceſſarium ſuppeditaret, ad maiores, quos & ſacros ordines vocamus, ordinaretur, adhibita etiam non leui ſeueritate in Epiſcopos, qui ſecus facere præſumpſiſſent.* Et cap. 30. eiuſdem par. 1. *Tituli (ait) ordinãdorum diſſentiãtur. Pleriſque enim inuẽti ſunt, qui fictis & emendicatis titulis, ad Sacerdotij dignitatem euecti, eãdem turpiter proſtituere coacti ſunt, vendibiles, quandocunque doloſi ſpes refulſerit nummi,* vt ait Hieronymus ad Ruſticum Monachum, & allegat Gratia diſt. 95. *Quorum numerum, quod nihil fere aliud quam numerus ſit, imminui plurimum referret. Inter hos ſiquidem eſt qui in plateis mendicat infœlix clericus, & ſeruili operi mancipatus publicam depoſcit eleemoſynam: qui eo magis a cunctis deſpicitur, quod miſer ac deſolatus, iuſtè putatur ad hanc ignominiam deueniſſe. Inter hos eſt qui in diuitum ac nobilium domibus ſcurram, aut mimum, aut mariouem agit, quem ab officio retrahendũ Concilium Carthaginenſe decernit.* Vt poſuimus dictione, Ludus, &c. Eadem verò confirmat Concilium MOGVNTINENSE IV. can. 81. & Conciliũ TRIDENTINVM ſeſs. 21. quæ fuit 5. ſub Pio IV. cap. 2. decreti reformat. *Cùm non deceat eos, qui diuino miniſterio aſcripti ſunt, cum ordinis dedecore mẽdicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere, compertumq; ſit quamplures pleriſq; in locis ad ſacros or-*

Concilium Chalcedonenſe generale 4 ſub Leone 1. & Mar[illegible] Imperat.

Concilium Tridentinum.

Concilium Meldenſe.

Concilium Lateranenſe ſub Alexãdro 3 patrum 280. Hæc habẽtur in decret. cauſ. 1. quæſt. 1 cap. Clerico.

Concilium Senonenſe.

Concilium Colonienſe 3.

Hieronymus Stridonenſ. [illegible] ſcitè & graphicè noſtra depingit tempora.

Concilium Moguntinenſe 4. Conciliũ Tridentinum generale nouiſſimum.

A *dines nullo ferè delectu admitti, qui varijs artibus ac fallatijs confingunt ſe beneficium Eccleſiaſticũ, aut etiã idoneas facultates obtinere: Statuit S. Synodus, ne quis deinceps clericus ſecularis (quamuis aliàs ſit idoneus moribus, ſcientia, & ætate) ad ſacros ordines promoueatur, niſi prius legitimè conſtet, eum beneficium Eccleſiaſticum, quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiat, pacificè poſſidere. Id verò beneficium reſignare non poſſit, niſi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum ſit promotus, neque ea reſignatio admittatur, niſi conſtito, quod aliundè viuere commodè poſſit, & aliter facta reſignatio nulla ſit. Patrimonium verò vel penſionem obtinentes ordinari poſt hac non poſſint, niſi illi, quos Epiſcopus iudicauerit aſſumendos pro neceſſitate vel* B *commoditate Eccleſiarum ſuarum, eo quoque prius perſpecto, patrimonium illud, vel penſionem verè eis obtineri, taliaq; eſſe, quæ eis ad vitam ſuſtentandam ſatis ſint: atque illa deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari aut extingui vel remitti nullatenus poſſint, donec beneficiũ Eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti, vel aliunde habeãt vnde viuere poſſint, antiquorum canonum pœnas ſuper his innouando, &c.* Hæc etiam FRANCISCVS II. & CAROLVS IX. Reges Franciæ in Conſtitutionibus Aureliæ editis renouant, articulo 13. præcipiúntque, vt quicunque aliquem ſine ſufficienti titulo ordinauerit, cogatur eum alere donec illi fuerit de beneficio competenti promiſſum. Verum de his hactenus.

Franciſcus 2. Carolus 9.

C

ORDINATVS.

Ordinatus ab Epiſcopis hæreticis.] Iam quædam ſuperiùs ex Concilio Affricano, & ex lege Theodoſiana diximus, & in vocabulo, Hæreticus. Veruntamen quia in illis locis quędam promiſimus nos in hoc vocabulo dicturos, agamus paucis, & ea quæ ſancita ſunt percurramus. Et quidẽ CANON APOSTOLORVM LXVII. vt iã ſuperiùs allegauim*, ab Hęreticis ordinatos, ſicut & baptizatos, non cenſet pro ordinatis vel baptizatis habẽdos. Verùm lege quomodo illud expoſuerimus, dum illum allegauimus canonem. Denique Innocentius I. epiſt. 22. ad Martianum D Epiſcopum Naiſſitanum vel Nareſitanum, iubet recipi ordinatos ab Hæreticis ante eorum damnationem, ſi relicto atque damnato errore volũt Eccleſiæ copulari: *Ne fortè (ait) qui ſunt digni recuperandæ ſalutis, in eodem errore valeant deperiri.* Idem verò epiſt. 22. ad Epiſcopos Macedoniæ capite 3. hoc negotium longiori tractatu elucidat, & ſic orditur: * *Ventum eſt ad tertium, quæ pro ſui difficultate longiorem exigit diſputationem. Cùm nos dicamus, ab Hæreticis ordinatos vulneratum per illam manus impoſitionem habere caput, vbi vulnus infixum eſt, medicina eſt adhibenda, vt poſſit recipere ſanitatem. Quæ ſanitas poſt vulnus ſecuta ſine cicatrice eſſe non poterit: atque vbi pœnitentiæ remedium neceſſarium* E *eſt, illic ordinationis honorem locum habere non poſſe decernimus. Nam ſi (vt legitur) quod tetigerit immundus, immundum erit: quomodo id ei tribuetur, quod mũditia ac puritas conſueuit accipere? Sed è contrariò aſſeritur, eum qui honorem amiſit, honorem dare nõ poſſe, nec illum aliquid accepiſſe: quia nihil in dante erat, quod ille poſſet accipere. Acquieſcimus, & verum eſt certè, quia quod non habuit, dare non potuit. Damnationem vtique quam habuit, per prauam manus impoſitionem dedit, & qui particeps effectus eſt damnato, quomodo debeat honorem accipere, inuenire nõ poſſum.* Et cap. 4. ſubuertit. *At dicitur vera & iuſta legitimi Sacerdotis benedictio auferre omne vitium, quod à vitioſo fuerat iniectum. Ergò ſi ita e[illegible], applicentur ad*

Canon Apoſtolorum.

Innocentius 1.

** Hæc habet allegata à Gratiano cauſa 1. quæſt. 1. cap. [illegible] eorum eſt, & cap. Qui perfectionem. & cap. Arrianos. & cap. Hominis qui ſimul & cap. Quod pro neceſſitate &c. in omnibus his locis de hac materia agitur. Numeri 19. Leuitic. 13.*

A *ordinationem ſacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei, quia benedictio ac ordinationis crimina vel vitia putantur auferri. Non ibi ſit pœnitentia locus, quia id poteſt præſtare ordinatio, quod longa ſatisfactio præſtare conſueuit. Noſtra vero lex eſt Eccleſiæ, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati ſunt, per impoſitionem Laicam tantum tribuere communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum ſubrogare.* Et cap. 5. proſequitur. *At vero hi qui à Catholica ad hæreſim tranſierunt, quos nõ aliter oportet, niſi per pœnitentiam ſuſcipi, apud vos non ſolùm pœnitentiam non agunt, verum etiam honore cumulantur. Sed Aniſij quondam fratris noſtri, aliorúmque Conſacerdotum ſumma deliberatio hæc fuit, vt quos Bonoſus hæreticus ordinauerat, ne cum eodem remanerent, ac fieret non mediocre ſcandalum, ordinati reciperentur,* B *vicimus, (vt opinor) ambigua. Iam ergò quod pro remedio ac neceſſitate temporis ſtatutum eſt, conſtat primitus non fuiſſe, ac fuiſſe regulas veteres, quas ab Apoſtolis vel Apoſtolicis viris traditas Eccleſia Romana cuſtodit, cuſtodiendaſque mandat his, qui eam audire conſueuerunt. Sed neceſſitas temporis id fieri magnopere poſtulabat. Ergò quod neceſſitas pro remedio inuenit, ceſſante neceſſitate debet vtique ceſſare pariter quod vrgebat, quia alius eſt ordo legitimus, alia vſurpatio: quam ad præſens fieri tempus impellit.* Tum refellens argumentum quod de Catharis & Nouatianis poſſet afferri, quos Nicænum generale I. Concilium canone 8. iubet in clerum admitti,

Concilium Nicænum generale.

C ſic loquitur: *Si quis de Catholica ad hæreſim tranſiens, aut fidelis ad Apoſtaſiam reuerſus reſipiſcens redire voluerit, nunquid eadem ratione poterit ad clerum permitti, cuius commiſſum nonniſi longa pœnitentia poterit aboleri? nec poſt pœnitentiam clericum fieri ipſi canones ſua authoritate permittent.* (Vide Pœnitens, &c.) *Vnde conſtat, eos qui de Catholica ad Bonoſum tranſierunt damnatum, atque ſe paſſi ſunt aut cupierunt ab eodem ordinari, non oportuiſſe ordinationis Eccleſiaſticæ ſuſcipere dignitatem, qui communne omnium Eccleſiarum iudicium deſerentes, ſuam peculiariter in Bonoſo vanitatem ſequendam eſſe duxerunt. Sed multos conſtat vim paſſos, atque inuitos attractos, repugnantéſque ab eodem ordinatos. Dicat mihi volo*

De his item in vocabulis Epiſcopus, Hæreticus conuerſus & Baptiſmus hæreticorum, &c. & Hæreticus conuerſus, &c. & alibi.

Hæc allegat Gratianus cauſa 1. quæſt. 1. c. Conſtat.

D *quiſquis hoc credit: ſi non poſt ordinationem Bonoſi interfuit cùm cõficeret ſacramẽta, ſi cõmunioni eius particeps nõ eſt, ſi ſtatim diſcedentibus de eius peſſimo conciliabulo ad Eccleſiam rediit, & iſte talis inuenitur habere excuſationis aliquem colorem. Cæterùm alij qui vel poſt annum, vel menſem ad Eccleſiam redierunt, intelligitur eos qui in Catholica nouerant ſe propter vitia ſua non poſſe ſuſcipere ordinationem, idcircò ad illum perrexiſſe, qui paſſim, & ſine vlla diſcuſſione ordinationes illicitas faciebat, credentes ſe poſſe per iſtam inſtitutionem in Catholica inuenire locum, de quo anteà deſperauerant. Nunc illud quod ſupereſt interrogo, qui poſt menſem aut eo amplius rediit, cùm ſe Presbyterum à Bonoſo conſideret ordinatum, ſi non ſacramenta confecit, ſi non populis diſtribuit, ſi non miſſas ſecundum*

E *conſuetudinem compleuit, quid de his cenſeatis, quæſo promatis apertius. Ad ſummã certè, qui nihil à Bonoſo acceperunt, rei ſunt vſurpatæ dignitatis, qui cõficiendorum ſacramentorũ ſibi vendicauerunt authoritatẽ, atque id ſe putarunt eſſe, quod de his nulla fuerat regulari ratione conceſſum.* Et concludit cap. 6. *Peruideat ergo dilectio veſtra, haſtenus talia trãſiſſe, & aduertite, quod (ut dicitis) neceſſitas imperauit, in pace iam Eccleſias conſtitutas non præſumere, ſed vt ſæpe accidit, quoties à populis aut à turba peccatur, quia non omnes propter multitudinem non poteſt vindicari, inultum ſolet tranſire. Priora ergo committenda dico Dei iudicio & de*

Hæc allegat Gratianus cauſa 1. quæſt. 7. c. Quoties.

A *re iquo maxima ſollicitudine præcauenaum.* Eadem & de baptizatis & ordinatis ab Acacio ſtatuit ANASTASIUS II epiſt. ad Anaſtaſium Imperatorem, cap. 7. & allegat Gratianus diſtinct. 19. cap. Secundum Eccleſiæ, &c. *Secundum conſuetudinem* (ait) *Eccleſiæ Catholicæ ſacratiſſimum ſerenitatis tuæ pectus agnoſcit, quod nullum de his, vel quos baptizauit Acacius, vel quos Sacerdotes ſiue Leuitas ſecundum canones ordinauit, vlla eos ex nomine Acacij portio læſionis attingat, quo forſitan per iniquum tradita ſacramenti gratia minus firma videatur.* Vide reliquum poſitum in vocabulo Baptiſmus hæreticorum, &c. Et LEO I. epiſt. 90. ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum, cap. 1. allegatur à Gratiano cauſa 1. quæſt. 1. cap. Si qui. *Si qui autem Clerici à Pſeudoepiſcopis*

Anaſtaſius 2.

Acacius hic Conſtantinopolitanus erat Epiſcopus hæreticus factus.

Leo 1.

De pſeudoepiſcopis.

B *in eis Eccleſijs ordinati fuerint, quæ ad proprios Epiſcopos pertinebant, & ordinatio eorum cum cõſenſu & iudicio præſidentium facta eſt, poteſt rata haberi, ita vt in ipſis Eccleſijs perſeuerent: aliter autem vana habenda eſt ordinatio, quæ nec loco fundata eſt, nec authoritate munita.* Pſeudoepiſcopos autem vocat eos, qui non ſunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à prouincialibus Epiſcopis cũ Metropolitani iudicio conſecrati. Sic & in Cõcilio SVESSIONENSI apud S. Medardum in cauſa Hincmari ſuffecti archiepiſcopi Rhemẽſis in locum Ebbonis, dãnantur & reprobantur quicunq; idẽ Ebbo poſt damnationem ordinauit, exceptis eos qui ab

Pſeudoepiſcopi qui.

Concilium Sueſſionenſe.

C eo baptizati fuerunt in nomine S. Trinitatis, & quicũq; ab eo ordinati ſunt, Eccleſiaſticis gradib⁹ in quolibet loco fuerint iubẽtur priuari Spiritusſancti iudicio, maximè hi qui eũ ſciebant eſſe deiectum. Porrò in Concilio generali VII. NICÆNO II actio. 1. quæſtio mota eſt, de his qui ab Epiſcopis hæreticis ordinati ſunt, lectáq; coram Patribus hiſtoria RVFINI lib. 10. de Acatio & Patrophilo hæreticis Epiſcopis, qui expulſo Maximo Hieroſolymorum Epiſcopo Cyrillum ſuffecerũt: & lecta eſt hiſtoria THEODORETI li. 5. de Dioſcoro Epiſcopo Alexandrino, qui Conſtãtinopolitanæ Eccleſiæ eiecto viro ſanctiſſimo Flauiano Anatoliũ ordinauit Epiſcopum, vt iam ſæpius memorauimus. Lecta eſt & hiſtoria S. Sabbæ (hanc

Concilium Nicænum generale 7.

Ruffinus Aquileienſis.

Theodoretus Cyrenſis.

D deſcribit Simeon Metaphraſtes) vbi narrat, quòd Flauianus * Epiſcopus dũ nollet acta Chalcedonenſis Synodi damnare, ab hæreticis depoſitis & exilio pulſus, & in eius locum, Imperatore cõſentiente, Seuerum hæreſi Acephalorum labefactatum Epiſcopi hæretici ordinarunt. Huius autem Seueri impia & ſcelerata geſta ibidem commemorantur, & nos latius in hoc opere paſſim protulimus. Ille igitur Antiochenus Epiſcopus ordinatus eſt, & Anaſtaſio imperante Helias Archiepiſcopus Hieroſolymorum, dum nollet eũ in cõmunionem recipere, Archiepiſcopato exturbatus eſt, & in eius locũ ſuffectus eſt Seueri in ſcelere ſocius Ioãnes Martiani filius, & à præfato Seuero

* Antiochenus hic erat Epiſcopus.

E conſecratus, & Conciliũ Chalcedonenſe dãnauit. Ibidem etiam THARASIVS Conſtantinopolitanus Epiſcopus mentionem facit trium Epiſcoporum, qui Cõſtantinopolitanæ Eccleſiæ ab hæreticis fuerunt Epiſcopi ordinati, & plures eſſe ferunt: quos tamen CONCILIVM Generale VI. nunquã præterquã quatuor condẽnauit, nec adhuc propterea quod ab hæreticis erant ordinati, ſed propter hæreſim vnius voluntatis & operationis in Christo, vt dixim⁹ in vocabulo Chriſtus, Vnde concluſit S. Synodus, eos, qui ab hæreticis ordinati ſunt, recipiendos. *Si quis vero* (ait) *deſtinato animo ad hæreticos ſe contulerit, ab eiſq; ordinatus*

Tharaſius Cõſtantinopol. Epiſcop.

Concilium generale 6. Conſtantinopol. 3.

fuerit,

fuerit, eum nequaquam recipiendum, dummodo ordinatus illis fieri ſit à de ... entibus orthodoxis, à quibus citius, quam ab hæreticis poſſint creari. Nam ſententia eſt Basilii *Magni* ep... *ola ad Nicopolitas: Non nomi* (*loquit*) *Epiſ ... pum, neq; inter Sacerdotes Chriſti numerauerim, qui à contaminatis manibus in fidei vaſtationibus ad dignitatem aliquam fuerit prouectus. Nam ſi adſit Catholicus, qui auſus fuerit impuris hæreticis creandum ſe dare, deponi dignus eſt.* Sic ordinatum eſt in Concilio generali 8. Constantinopolitano IV. ſub Baſilio Imperatore, cap. 25. De Clericis, qui fuerunt à Photio Epiſcopo ordinati ... ic & in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. cap. 2. partis 1. ordinationes factæ ab Hæreſiarchis & Antipapis, Octauiano, & Guidone, & Ioanne Abbate, irritę habentur, & qui ab ipſis beneficia vel dignitates Eccleſiaſticas receperũt, iubẽtur his carere, & quæcunq; factæ ſunt alienationes rerum Eccleſiarum omni carere firmitate, vt alibi diximus, & inſeruntur in decretis, cauſa 1. quæſt. 7. cap. Conuentibus, & cauſa 23. quęſt. 1 cap dicimus, & cauſa 12. quęſt. 2. cap. Alienationes, &c Vide vocabulum Hæreticus, &c.

Baſilius Magnus.

Concilium Conſtantinopolitanum 4 ge... Concilium La... patrum ...

Ordinati ordinationis ſuæ titulos & literas exhibeant.] Concilium Toletanum IV. can. 25. & allegat Gratianus diſt. 38. cap. Quoniam, &c. *Quando Presbyteri in parochijs ordinãtur, libellum officialem a ſuo Sacerdote accipiãt, vt ad Eccleſias ſibi deputatas inſtructi ſuccedant, ne per ignorãtiam etiam in ipſis diuinis ſacramentis offendãt: ita vt quando vel ad Litanias, vel ad Cõcilium venerint, rationem Epiſcopo reddant qualiter ſuſceptum officium celebrent, vel baptizent.* Idem omninò ſtatuit Conciliũ Aurelianenſe IV. can. 4. ſub Carolo Magno, vbi etiam ordinatũ eſt, ne laici ipſos Presbyteros de parochijs præſumant eijcere, ſine aſſenſu & iudicio Epiſcopi, &c. Cõcilium Ratisponanſe cap. 14 *Quod attinet ad ordinatos in vrbe, vel in alia quacunque diœceſi, ſancimus, vt & illi ſuarum ordinationum literas & titulos oſtendant, & ſimili modo ad diuina peragenda prius non admittantur, quam ab Epiſcopo vel Vicario ſeu officiali fuerint ritè admiſſi.* Idem quoque ſtatuit Concilium Senonenſe cap. 7 Cõſtitutionum, ne ſcilicet qui in Romana Curia à ſummo Pontifice fuerint ordinati permittantur ſuum ordinem exercere, niſi viſis diligenter eorundem literis: nec ſi ordinati fuerint ab Epiſcopis, qui poteſtatem ſe dicant habere à ſummo Pontifice, permittantur ſuum officium exercere, niſi prius conſtiterit de poteſtate & commiſſione ordinãtium. Et ſi ordinati minus fuerint inuenti capa ... es in vita, ſciẽtia & ætate, aut in beneficio, & patrimonio, ab executione ordinum ſuſpendantur. Vide quod ſequitur.

Concilium Toletanum 4 ſub Honorio.

Concilium Aurelianenſe ſub Leone 3.

Concilium Ratisponenſe.

Concilium Senonenſe.

Ordinati ex aliena diœceſi.] Ex ſuperiori dependet iſta propoſitio, de qua etiam plura in præcedẽtibus, videlicet dictione Clericus, & Ordo, &c & infra in vocab. Peregrinus, dicta ſunt. Porrò Concilium Sueſſionenſe cap. 5. *Qui ... aliena diœceſi* (ait) *v... ſ... ordines ſ... ipe ... r, debet dimiſſorias literas à ſuo diœceſano accipere.* Vide in dictione Clericus nõ recipiatur ſine literis, &c.) ... *per ætate, literatura, moribus, beneficio ſeu patrimonio.* Et c. 6. ſequẽti iam ordinatos frequẽtius interrogari, & inquiſitione fieri, ... per eos ... vita, litera... ura, & ætate legitima. & quod ... defecerint, iuxta iuris d... poſitione ab executione ordinum ſuſpẽ... antur, donec vel ætatem, vel literaturam compe... ntem ad ... denum adepti fuerint. Hoc renouat Concilium Coloniense III. cap. 29. part 1 &

Concilium Sueſſionenſe.

Concilium Colonienſe 3.

cap. 32. vt dicemus in vocabulo Peregrini Clerici, &c. & Conciliũ Tridentinum ſeſſ. 14. quæ eſt 4 ſub Iulio III. prohibet Epiſcopis titularibus vocatis, aut peregrinis, ut quolibet loco exiſtant, ſine proprij prælati aſſenſu ordines cõferre, etiam ſi locus fuerit exemptus: aliàs ab officio per alium ſuſpendãtur, & ordinati ab executione ordinum, quia ſæpè ordinantur indigni. De his ſuprà latius.

Concilium Tridentinum generale.

Organa.

Organorum vſus.] Organa per excellentiam dici omnia muſicorum inſtrumenta, docet Auguſtinus Hipponenſis libro Muſicæ. Sæpius etiam Organorum mentio fit, in veteri teſtamento, vnde incepſit vſus vt etiam nos in Eccleſia organa habeamus. Vnde ſic loquitur Concilium Senonense cap. 17. *Organorum vſum* (ait *Eccleſia à patribus ad cultum ſeruitiumq; diuinum recepit. Nolumus itaque, quod organicis inſtrumentis reſonet in Eccleſia impudica aut laſciua melodia* (vt etiam diximus in vocabulo, Eccleſia non ſit confabulationis locus, &c.) *ſed ſonus omninò dulcis, qui nihil præter diuinos Hymnos & Cantica ſpiritualia repræſentet.* Eadem omninò repetit Cõcilium Coloniense III. parte 2. cap. 15. & cap. 12. vbi ſic loquitur: *Illud non rectè fit in quibuſdam Eccleſijs, vt ob cantorum & organorum concentum omittantur, aut decurtentur ea quæ ſunt præcipua. Cuius generis ſunt recitatio verborum Propheticorum, aut Apoſtolicorum, quam epiſtolam vocamus, Symbolum fidei, Præfatio, quæ & Gratiarum actio atque precatio Dominica. Quamobrẽ hæc tota diſtinctiſſimè & intelligibiliter, vt cætera omnia* (*ſi tamen non leuis decurtandi cauſa ſubſit*) *decantentur. Sit quoq; cantus, quo presbytero reſpondetur, æqualis nec præcipitatus, &c.* Eadem repetit Concilium Augustanse ſub Othone Cardinali, cap. 18. *Organa* (inquit) *ad populi aures nullum alium ſonitum aut numerum deferãt, quàm qui religioſus ac pius ab omnibus habeatur. Melodia laſciua, aut alio pertinentes procul abſint, prophani etiam rhytmi Eccleſiaſticis ſonis non accommodentur. Nam cùm aut melodia, aut orationes, ſententiaue ſacra in prophanam conſuetudinem abeant, fieri non poteſt quin ad ſuum vſum in Eccleſijs deprompta, animos audientium memoria illius ludibrij, aut ſcommatis pungant atque auocent à deuotione* Hæc renouat Concilium Tridentinum ſeſſ. 22. quæ eſt 6 ſub Pio IV. decreto de obſeruandis & euitãdis in celebratione Miſſę, &c Vide etiam in vocab. Eccleſia nõ ſit diſſolutiuis & cõfabulationis locus, &c.

Organorum vſum inuentum & Eccleſias ... Vitalianum Papã teſtatur Platina ... Auguſtinus Hipponenſis. Concilium Senonenſe.

Concilium Colonienſe 3.

Concilium Auguſtenſe.

Concilium Tridentinũ generale.

Ornatus.

Ornatus Clericorum & Monachorum, &c.] Lege ſuperiùs in vocabulo Habitus.

Ornatus illicitus & ſuperfluus, tam viris, quàm fœminis inhibetur.] Clemens lib. 1. Conſtitut. Apoſtol. cap. 4. *Neque ornatus ſtudebis* (inquit) *quo aliqua alia mulier in te capiatur. Nam ſi ab ea victus peccabis, mors à Deo æterna tibi parata eſt, & ſenſu doloris acerbè cruciaberis, ſiue flagitiũ non facias ſed illa repulſa non conſentias. Et hoc ipſo peccaſti, etiam ſi non feceris, quoniam ſolùm propter ornatum tuum illaqueaſti mulierem, vt tui cupiditate flagraret. feciſti enim, vt quæ hoc paſſa eſt, per cõcupiſcentiam in te mœcharetur: ſed non ita es in culpa, quoniam non morem geſſiſti ei quæ tui amore irretita fuerat.* Et infrà: *Pulchritudinem tibi à natura Deo authore collatam noli adiecto cultu exornare, ſed humiliter etiam aduerſus homines eam ita cohibe, capillũ comæ non nutriens: ſed potius illũ detondes & adimens, ne tu pruritu*

Clemens.

*vexatus, & caput lacerationis expers conſeruans, vel vnguentis perfundens inducas tibi mulieres quæ hoc modo illaqueant vel illaqueantur, neq; verò veſtium vis velis comparato ad decipiendum, neq; fæmoralia vel crepidas pedibus tuis improba arte conſuas, ſed tantùm his vtere quæ ad grauitatem & vſus neceſſarios pertinent. Neq; auream pilam in digitos tuos induas, quoniam hæc omnia ſcortationis ſunt argumenta, quibus, qui præter id quod decet, ſtudet, iniuſte facit. Fidelis enim cum ſis & homo Dei, non licet tibi nutare capillum, & in vnum cõplicare (quod eſt delicatum & molle) vel diſcerniculo diſcriminare: neq; intortum calamiſtris criſpare, vel flauum facere, quoniam quidem lex vetat in Deuteronomio inquiẽs: * Nõ facietis vobis rotunditatẽ ex coma capitis veſtri, neq; inciſiones. Neque verò licet barba pilos corrumpere, neq; hominis figuram præter naturam mutare. Non incidetis (inquit lex) ſuperficiem barbæ veſtræ. Hoc enim mulieribus decens creator Deus ſtatuit, viris indecorum eſſe iudicauit. Tu verò hæc faciens vt tibi placeas, legem violans in odio eris apud Deum, qui creauit te ſecundum imaginem ſuam. Si igitur cupis Deo placere, contine te ab omnibus quæ odit ipſe, & nihil facias quod animo eius diſplicent.* Idem cap. 9. eiuſdem libri, mulieribus præcipit: & quia verba penè ſont eadẽ, ideò non fas eſſe putamus repetere. Hæc etiam multò diffuſiùs pertractat TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS lib. De habitu muliebri, vbi omnem ornatũ illicitũ tam mulieribus, quàm viris adimit, & ad originis noſtræ fontem remittens eos, qui diuerſicolorum veſtimentorũ generibus abutuntur, ad eum ſcilicet habitum, quo lugens & pœnitẽs ignominiam primi delicti & inuidiam perditionis humanæ in ſatisfactionem induta eſt, ad fœminas præcipuè ſermonem dirigit. *In doloribus & anxietatibus paris (ait) mulier, & ad virum tuũ cõuerſio tua, & ille dominabitur tui, & Euam te eſſe neſcis? viuit ſententia Dei ſuper ſexum iſtum in hoc ſeculo, viuat & reatus neceſſe eſt. Tu es diaboli ianua, tu es arboris illius reſignatrix, tu es diuinæ legis prima deſertrix. Tu es quæ eum ſuaſiſti, quem diabolus aggredi non valuit. Tu imaginem Dei hominẽ tam facile eliſiſti. Propter tuum meritum, id eſt, mortem, etiã Filius Dei mori habuit, & adornari tibi in mente eſt ſuper pelliceas tuas tunicas? &c.* Idẽ plura adhuc libro De cultu fœminarũ, & libro De pallio. Et CLEMENS ALEXANDRINVS lib. 2. Pædagogi capite 2. & 3. De illicito ornatu & cultu, multis verbis agit & diſſerit. Similiter & CYPRIANVS CARTHAGINENSIS lib. De habitu virginum, quẽ & allegat AVGVSTINVS HIPPONENSIS lib. 4. De doctrina Chriſtiana. Similiter & AMBROSIVS lib. 1. De Virginibus. *Hinc illa* ait *naſcuntur incentiua vitiorum, vt quæſitis coloribus ora depingant, dum viris diſplicere formidant, & de adulterio vultus meditantur adulterium caſtitatis. Quanta hæc amentia, effigiem mutare naturæ, picturã quærere, & dum verentur maritale iudicium, perdere ſuum? Prior enim de ſe pronũciat, quæ cupit mutare quod nata eſt, ita dum alijs ſtudet placere, prius ipſa ſibi diſplicet. Quem iudicem mulier veriorem requirimus deformitatis tuæ, quàm teipſum quæ videri times? Si pulchra es, quid abſconderis? ſi deformis, cur te formoſam eſſe mentiris, nec tuæ conſcientiæ, nec alieni gratiam erroris habitura? &c.* Hinc & AVGVSTINVS epiſt. 73. ad Poſſidonium. *Fucari* inquit *pigmentis, quo vel rubicundior vel cãdidior appareas, adulterina fallacia eſt, qua non dubito etiam ipſos maritos ſe nolle decipi, quibus ſolis permittendæ ſunt fœminæ ornari ſecundum veniam, non ſecundum imperium. Nam ve-*

* Hos deridet Hieronymus epiſtola ad Ruſticum Monachum & epiſtola ad Celantiam, &c & ad Euſtochium.
Leuitic. 19.
Deuter. 22.
Tertullianus Carthaginenſ.
Clemens Alexandrinus.
Cyprianus Carthaginenſis.
Auguſtinus Hipponenſis.
Ambroſius Mediolanenſis.
Auguſtinus.

A *rus ornatus, maximè Chriſtianorum & Chriſtianarum, non tantum nullus fucus mendax, verum ne auri quidem veſtiſque pompa, ſed mores ſunt. &c.* Lege & HIERONYMVM epiſtola ad Celantiam, De inſtitutione matrisfamilias, & Lege quoque ea quæ iam poſuimus vocabulo Capillorum ornatus, &c. Vnde & Concilium ELIBERINVM cano 57. *Matronæ vel earum mariti veſtimenta ſua ad ornandam ſecularıter pompam non dent, & ſi fecerint, triennij tempore abſtineant.* Et Cõcilium GANGRENSE can 21. *[illegible] ... [illegible] propter corporis tantum curam, minimè curioſam ac operoſam laudamus. diſſolutas autem & fractos in veſtibus inceſſus non recipimus.* Et Concilium AQVISGRANENSE I. cap. 129. allegat præfatum Hieronymum epiſto-

B la ad Euſtochium quæ incipit: *Audi filia & vide, &c. Sunt quidam* (inquit) *mei ordinis, quibus omnis cura eſt de veſtibus, ſi benè oleant, ſi pes laxa pelle non folleat, crines calamiſtri veſtigio rotantur, digiti de annulis radiant, & ne plantas humidior via ſpargat, vix imprimunt ſumma veſtigia. Tales* (inquit) *cum videris, ſponſos magis exiſtimato, quàm clericos.* Allegat quoque GREGORIVM I. lib. 40. homiliarum, homilia 6. *Nemo* (ait) *exiſtimet in fluxu, atque ſtudio pretioſarum veſtium peccatum deeſſe, quia ſi hoc culpa non eſſet, nullo modo Ioannes de veſtimenti ſui aſperitate laudaretur à Domino. Si cultus veſtium culpa non eſſet, nequaquam Apoſtolus fœminas à pre-*

C *cioſarum veſtium appetitu compeſceret, dicens: Non in veſte precioſa, &c. Proinde canonicis totis viribus elaborandum eſt, vt & indumenta virtutum habeant interius, & per immoderatum cultum caueant dehoneſtare religionis dignitatem exterius.*

Hieronymus Stridonenſis.
Concilium Eliberinum.
Concilium Gangrenſe.
Concilium Aquiſgranenſes.
Gregor. 1.
1. Timoth. 2.

OSTIARIVS.

Oſtiariorum ordo, & officium, &c.] Superiùs in vocabulo, Ordo, meminimus huius ordinis cum reliquis, ex Ignatio & alijs Patribus, nõ eſt neceſſe toties rem eandem replicare, quia & in alijs vocabulis paſſim Oſtiariorũ fit mentio, vnde & Concilium AQVISGRANENSE I. allegat cap. 2. & producit ISIDORVM Hiſpalenſem lib. 2. De officijs Eccleſiaſticis, c. 14. *Oſtiarij ſunt qui* ait

D *qui in veteri Teſtamento, ianitores templi vocabantur, qui præerant portis Hieruſalem, quiq; ordinati per vices ſuas omnia interiora vel exteriora cuſtodiebant. Hi demq; inter ſanctum & iniquum diſcernentes, eos tantùm in Eccleſia qui ſunt fideles, recipiunt. Intrare enim templum, niſi per hos, non poſſumus: habent enim poteſtatem tam bonos recipiendi, quàm reiiciendi indignos.* Vnde & ſic Concilium CARTHAGINENSE IV. cui interfuit Auguſtin⁹, can. 9. allegatur à Gratiano diſtinct. 23. cap. Oſtiarius. *Oſtiarius cùm ordinatur poſtquã ab Archidiacono, inſtructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuerſari, ad ſuggeſtionem Archidiaconi tradat ei Epiſcopus claues Eccleſiæ de altario dicens: Sic age quaſi redditurus Deo rationem*

E *pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur.* Vide alibi, De Oſtiarijs quoque laſciuis. Vide ſuperiùs vocabulo Lector.

Concilium Aquiſgranenſe 1.
Iſidorus Hiſpalenſis.
1. Paralip. 23.
2. Paralip. 23.
Concilium Carthaginenſ 4.

P

PALLIVM.

PAllij vſus quibus concedi-tur.]* Pallium genus eſt veſtimenti, quod ſolis Metropolitanis & Archiepiſcopis conceditũr propter officium cuius meminit GREGORIVS I. lib. 4. Regiſtri, epiſt. 14. ad Ioannẽ Epiſcopum Rauẽnæ,

* Palliũ quid denotet, & quomodo etiã Patriarchis tribuatur, vide infrà, Patriarchis.
Gregorius 1.

Damaſus 1.

& alijs in locis. Sed in vſu fuiſſe longè ante Gregorium certum eſt, nam DAMASVS I. vt allegat etiam Iuo lib. 1. Decretorum, ſic ſtatuit: *Quoniam quidam Metropolitanorum fidem ſuam ſecundum priſcam conſuetudinem ſanctæ ſedi Apoſtolicæ exponere detrectantes, vſum pallij neq; expetunt nec percipiunt, ac per hoc Epiſcoporum conſecratio viduitatis Eccleſijs nō ſine periculo protelatur: placuit, vt quiſquis Metropolitanus infra tres menſes conſecrationis ſuæ, ad fidem ſuam exponendam palliumque ſuſcipiendum ad Apoſtolicam ſedem non miſerit, commiſſa ſibi careat dignitate: ſitq; licentia Metropolitanis alijs poſt ſecundam & tertiam commonitionem viduatis Eccleſijs, cum Conſilio Romani Pontificis, ordinando Epiſcopos ſubuenire. Si verò conſecrādi Epiſcopi negligentia prouenerit, vt vltra ſex menſes Eccleſia viduata conſiſtat, communione priuetur quouſque, aut loco cedat, aut ſe conſecrādum præbere non differat. Quòd ſi vltra quinque menſes per ſuam negligentiam retinuerit viduatam Eccleſiam, neque ibi, neque alicubi conſecrationis donum percipiat, imo Metropolitani ſui iudicio cedat.* Vide ſuprà in vocabulo, Metropolitanus, & infrà, Patriarcha. De pallij vſu iam memoratus GREGORIVS I. vel IOANNES EPISCOPVS ad eundem Gregorium Papam lib. 10. Regiſtri, epiſt. 55. latius tractat, lege epiſtolam. Denique RVPERTVS TVITIENSIS lib. 1. De diuinis officijs, de antiquo vſu pallij, cap. 27. diſſerit, verùm prolixius quàm hic poſſit produci, lege ſi vacat. Vnde & ſupradictus Gregorius libro 7. Regiſtri, epiſtola 113. ad Bronichildem, dicit ſe Siagrio Archiepiſcopo pallium ad Miſſarum ſolennia induēdum tranſmiſiſſe. Idem etiam & Leandro Archiepiſcopo Hiſpalenſi palliū trāſmiſit ad ſimile opus, vt teſtatur eodem libro epiſt. 125. ad eūdem Leandrum. *Palliū* (inquit) *ex benedictione B. Petri Apoſtolorum principis tranſmiſimus, ad ſola Miſſarum ſolennia vtendum: quo tranſmiſſo valde de bene qualiter vobis eſſet viuendum admonere, ſed locutionem ſupprimo, quia verba moribus anteeis.* Hoc repetit & epiſt. 126. eiuſdem libri ad Riccardum. Deniq; habetur LEONIS II. ſtatutum, vbi in eius vita legitur, vt qui ordinatus fuerit Archiepiſcopus, nulla cōſuetudine pro vſu pallij, aut diuerſis officijs Eccleſiæ quicquam perſoluere debeant. Idem GREGORIVS II mittens pallium Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino epiſt. 8. ad eundem hæc verba vſurpauit, vt etiam eo vteretur ad Miſſarū ſolennia, vel quando Epiſcopum cōſecraret. Pro ſimili cauſa etiā primum miſit pallium GREGORIVS III. Vuilchario Viēnæ Galliarum vrbis Epiſcopo, vt Archiepiſcopus diceretur & eſſet. Et ZACHARIAS I. Coloniam Agrippinam in Metropolim erexit ad petitionem Carlomanni Regis Francorū, vt ex eius epiſt. 7. colligitur ad Boniſaciū Moguntinenſem. Item in Concilio SVESSIONENSI apud S. Medardum ad calcem in cauſa Hincmari Archiepiſcopi Rhemenſis, mentio fit pallij ſibi à ſummo Pontifice miſſi. In Affrica ſolus Carthaginenſis Epiſcopus habet Pallij vſum, aut LEO IX. epiſt. 3. ad Petrum & Ioannem Epiſcopos Affricæ, Et CONCILIVM GENERALE VIII. can. 17. *Pallio Epiſcopi non vltra ſtata tempora & loca vtatur, ne ſignum ſit ſuperbiæ & arrogantiæ. &c.* Multoties etiam pallij meminimus. Vide in vocabulo Archiepiſcopos, & Metropolitanus, &c.

Gregorius 1. Ioannes Epiſcopus.

Rupertus Tuitienſis.

C

Leo 2.

D

Gregorius 2.

Gregorius 3.

Zacharias 1.

Concilium Sueſſionenſe.

E

Leo 9.

Concilium Conſtantinopol[illegible] generale 8.

PANIS.

Panis benedictus.] Panis benedicti à Petro Apoſtolo, quem vt oſtendit canibus Simonis Ma-

A gi nuſquam comparuerunt, meminerunt grauiſſimi ſcriptores, & præcipuè ABDIAS BABYLONIVS lib. 1. Certaminis Apoſtolici. Inde colligimus quantum dæmones, qui canes erant Magi, panem benedictum reformident. Vide & ſuprà Benedictio. Iterum panis benedicti idem Abdias meminit libro 3. Certaminis Apoſtolici, & ſic loquitur. *Beatus Andreas, Cratino & vxori eius ab ægritudine ſanatis, cum gratias egiſſet, frangens panem dedit eis, quo accepto Domino crediderunt.* Vtrum autem panis ille fuerit Euchariſtia neſcio, verumtamen, quia adhuc infideles erāt, nec erāt ſacri corporis participatione digni, crederem illis ſimpliciter datum panem benedictum ab Apoſtolo. ſicut & lib. 9. idem recenſet Abdias Thomam Apoſtolum poſtquam baptizaſſet plurimos benedictum panem omnibus communicaſſe, & dixiſſe: *Gratiam Domini vobiſcum, &c. Accipientibus autem multis de hac gratia* (ait) *venit quidam adoleſcens, cúmque extendiſſet manum vt acciperet, & ipſe benedictionem, attracta eſt dextera eius, nec poterat eam amplius ad os adducere. Quod cùm vidiſſet Apoſtolus, ait: Ecce omnes qui accipiunt ab hoc pane ſanitati redduntur: Dic tu, ò iuuenis, quid ſceleris commiſiſti, vt hæc tibi euenirent?* Hoc ille crimen eſſe faſſus eſt, quòd vxorem in adulterio deprehenſam auſus fuiſſet occidere, quam & Apoſtolus ſuſcitauit. Inferiùs

Abdias Babylonius.

Res audita præclara & mira, & maximè hodiernæ Eccleſiæ commodans.

B

C dicit etiā, quòd idem Thomas dæmoniacas mulieres benedicto pane ſanauerit. Refert quoque HIERONYMVS STRIDONENSIS in vita Hilarionis. *Ita concurrebant* (inquit) *Presbyteri, Epiſcopi, Clericorum & Monachorum greges, matronæ quoque Chriſtianorum grandis tentatio, & hinc inde ex vrbibus & agris vulgus ignobile, ſed & potētes viri & iudices, vt benedictum ab eo panem, vel oleum acciperent, &c.* Verùm deficeret tempus, ſi omnia vellem percurrere teſtimonia Patrum, quibus panis benedictio aſtruitur. Vnde & Concilium NANNETENSE can. 9.* *Vt de oblationibus quæ offeruntur à populo & conſecrationi ſuperſunt, vel de panibus quos offerunt fideles ad Eccleſiam, vel certè de ſuis presbyteris conuenienter partes inciſas habeat in vaſe nitido, vt poſt Miſſarum ſolennia, qui communicare non fuerint rati, Eulogias omni die Dominico & in diebus feſtis exinde accipiant: & illa vnde Eulogias Presbyter daturus eſt, ante in hæc verba benedicat: Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere digneris hunc panem tua ſancta benedictione, vt ſit omnibus ſalus mentis & corporis, atque contra omnes morbos, & vniuerſas inimicorum inſidias tutamentum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuū, panem vitæ qui de cœlo deſcendit, & dat vitam ac ſalutem mundo & tecum viuit & regnat, &c.* Mentionem quoque facit Eulogiarum & panis benedicti cano. 15. Vide ſuprà, * Eulogia. Porrò refert POLYDORVS VERGILIVS lib. 6. De rerū inuentoribus, c. 14. olim ab Eutychiano Papa ſtatutum, vt primitiæ & fruges in altari conſecrarentur, vt iam diximus in vocabulo, Decimæ, & Oblatio, & in alijs vocabulis. Sed & dicit omnia iſta in vſum panis benedicti tranſiſſe, qui ſingulis Dominicis populo frāgitur. Vide locum, ſi delectat plura noſſe.

Hieronymus Stridonenſis.

Concilium Nannetenſe.

* Hoc decretum attribuitur Leo 4. ſed inter eius ſcripta non reperitur.

D

Forma benedicendi panis.

* Horum Eulogiarum meminit Concilium Laodicenum Canone 14

E

PAPA.

Papa vt eligendus.] STEPHANVS I. in decreto quod allegat Gratianus diſt. 79. c. Oportebat. *Oportebat vt hæc ſacroſancta domina noſtra Romana Eccleſia, iuxta quòd à B. Petro & eius ſucceſſoribus inſtitutum eſt, rite ordinaretur, vt in Apoſtolatus culmen vnus de Cardinalibus Presbyteris, aut*

Stephanus 1.

Concilium Romanū ſub Symmacho 3.

Diaconibus ordinaretur. Vide ſuprà in vocabulo, Cardinalis. Porrò quia ſolent multa fieri in electione ſummorum Pontificum ab initio ſcandala, ad euitandos abuſus de Papatu primum non ambiendo decretum poſuit Concilium ROMANVM II. ſub Symmacho 1. canone 3 vt infrà dicemus, Papatus non ambiendus &c. Tum de electione can 4. ſic ſubiungit. & allegatur à Gratiano diſtinctione 79. cap. Si tranſitus. *Si quod abſit, tranſitum Papa inopinatus euenerit, & vt de ſui electione ſucceſſoris* (vt infrà dicetur) *non poſſit ante decernere, ſiquidem in vnum totius inclinauerit ordinis electio, conſecretur electus epiſcopus. Si autem, vt fieri ſolet, ſtudia cœperint eſſe diuerſa eorum de quibus certamen emerſerit, vincat ſententia plurimorum: ſic tamen, vt ſacerdotio careat, qui captus promiſſione non recto iudicio de electione decreuerit, Synodus dixit decies placet.* Vide infrà Paparus, &c. Hæc iterum de electione ſummi Pontificis Concilium ROMANVM III. ſub eodem Symmacho, can. 5. confirmat, vbi etiam prohibet, ne laico contrà canones electio iſta concedatur. Canones verò citati ſunt ſuprà in vocabulo, Electio &c. & vocabulo, Epiſcopus, non fiat ex laicis, &c. Sic verò cano. 3. ſequenti ſtatuit, & allegat Gratianus cauſa 16. q. 7. cap. Non Placuit. & cap. Laicis quamuis, &c. *In Niceno Concilio* (can. 6. *ſtatutum eſt* (ait) *quod ſi cuiuſlibet prouincia Sacerdotes intra terminos ſuos (concilio habito, quicquam ſine Metropolitani ſiue antiſtitis authoritate tentauerint irritum eſſe debet. quanto magis, quod in Apoſtolica ſede, non exiſtente præſule, qui prærogatiua beati meritis Apoſtoli Petri per vniuerſum orbem primatum obtinens Sacerdotij, ſtatutis Synodalibus ſtatutam conſueuit tribuere firmitatem, à laicis, licet conſentientibus aliquãtis Epiſcopis (qui tamen Pontifici, a quo conſecrari probantur, præiudicium inferre non potuerunt) præſumptum fuiſſe cognoſcitur, viribus carere non dubium eſt, nec poſſe inter Eccleſiaſtica vlle modo ſtatuta cẽſeri.* Reliquum vide loco præfixo, ex Adriano I qui ſtatuit, ne in eligendo ſummo Pontifice expectaretur Imperatoris ſententia, Vnde & Concilium ROMANVM ſub Nicolao 2. Epiſcoporum 113 cap. 2. & vlt & allegat Gratianus diſt. 79. cap. Si quis. *Si quis pecunia, vel gratia humana aut populari ſeu militari tumultu, Apoſtolica ſedi, ſine concordi & canonica electione Cardinalium eius Eccleſia ac deinde ſequentium Clericorũ religioſorum, intronizatur, non Papa vel Apoſtolicus, ſed Apoſtaticus habeatur, liceatq; Cardinalibus, & alijs Clericis Deum timentibus, & laicis inuaſorem illum anathematizare, & humano Conſilio a ſede Apoſtolica pellere.* Vide infrà, Paparus non ambiendus, & ſuprà Electio, &c &, Epiſcopi vt eligantur, &c. Hanc conſtitutionem PLATINA Cremonenſis in vita prædicti Nicolai II. dicit vltimã fuiſſe Cõcilij prædicti quod celebrauit in Baſilica Conſtantiana. De electione quoq; ſummi Pontificis Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. Epiſcoporum 287 parte 1. cap. 1. hoc modo ſtatuit: *Statuimus, vt ſi forte inimico homine ſuper ſeminante zizaniam inter Cardinales, de ſubſtituendo Pontifice non potuerit concordia plena eſſe, & duabus partibus concordantibus tertia pars noluerit concordare, aut ſibi alium præſumpſerit ordinare, ille Romanus Pontifex, habeatur, qui a duabus partibus fuerit electus & receptus. Si quis autem de tertia partis nominatione confiſus, quia rem non poteſt, ſibi nomen Epiſcopi vſurpauerit, tam ipſe quàm qui eum receperit excommunicationi ſubiaceant, & totius ſacri ordinis priuatione mulctetur, ita vt viatica etiam ei, niſi tantum in vltimis, communio denegetur. Et niſi reſipuerint, cum Dathã & Abiron, quos terra viuos abſorbuit, accipiant portionem. Præterea ſi aliquis a paucioribus quam à duabus partibus fuerit electus ad Apoſtolatus officium, niſi maior concordia interceſſerit, nullatenus aſſumatur, & prædictæ pœna ſubiaceat ſi humiliter noluerit abſtinere. Ex hoc tamen nullum canonicis conſtitutionibus, & alijs Eccleſiaſticis præiudicium generetur, in quibus maioris & ſanioris partis debet ſententia præualere: quia quod in eis dubium venerit, ſuperioris poterit iudicio definiri: in Romana verò Eccleſia aliquid ſpeciale cõſtituitur, quia non poteſt recurſus ad ſuperiorem haberi.* Præterea de forma electionis ſummi Pontificis tractat Concilium CONSTANTIENSE ſeſs. 40 & de iuramento, quo Cardinales exiſtentes in conclaui pro electione debent aſtringi, quæ forma videtur pro tempore conſtituta, ſcilicet in electione quæ debebat celebrari, qua & electus eſt Martinus V. Hæc forma, vt ibidem dicitur, pro illa vice, & pro futuro rata decernitur, vt in quemcunq; duæ partes Cardinalium cõſenſerint in Romanum Pontificem aſſumatur, non obſtantibus conſtitutionibus quibuſcunque. Seſſione quoque 41. tractatur, & prouidetur de victu Cardinalium exiſtentium in conclaui, ex conſtitutione Concilij LVGDVNENSIS ſub Gregorio 10. cui Patres 500. interfuerũt (& Thomas ille inſignis doctor, cuius feſtum proximè celebrato noſtro capitulo decernente anno 1571. per totius noſtræ prouinciæ monaſteria, ſub titulo duplicis minoris, ad noſtram ſupplicationem inſtitutis celebrari, illud nihilominus mãdante ſummo Pontifice eſt Pio V.) & ex Conſtitutione Clementis VI. vbi de cibo & potu & alijs eſcis prouidetur, ſecundum quantitatem, quæ tempore electionis debẽt Cardinalibus miniſtrari Eadem repetit Cõcilium BASILEENSE ſeſs. 11. agens tam de profeſſione, quàm ſummus Põtifex electus præſtare debet, quàm de iuramento quo Cardinales aſtringuntur. Seſſione quoq; 23. iterum de forma eligẽdi & profeſſionis eiuſdem tenore loquitur, oſtendens electo Pontifici, quid agere debeat vel declinare, atq; iubet, vt ſingulis annis in anniuerſario aſſumptionis eiuſdem eius profeſſio ei relegatur. Vide infrà. Porrò Papæ electio, quæ per Simoniam procurata fuerit, irrita decernitur à Iulio II. in Concilio LATERANENSI quod ille celebrauit ſeſs. 5 & ſtatuit, vt quomodocunq; per Cardinalium vniformitatẽ vncũ fuerit prolata electio, ſi Simonia donis, aut muneribus fuerit procurata, tam electus, quàm electores ipſo iure officij & dignitatis priuentur, & electionis participes ſint omnibus ſuis Eccleſijs feudis prælaturis, ac alijs quibuſcunq. honoribus, ac bonis eo ipſo priuati, & ad ſimilia inhabiles, ac etiam paſſiuè & actiuè inteſtabiles, & eorum bona ipſo facto ad inſtar reorum criminum læſæ maieſtatis fiſco Apoſtolicæ ſedis applicẽtur. Electus verò omnibus beneficijs & penſionibus atq; titulis priuari vult, & ad ea obtinenda inhabilem haberi, vt latiùs explicatur in bulla prædicta Iulij II. Ne verò electio ſummi Pontificis fiat metu, aut vi armorum, aut incuſſo Cardinalibus terrore, ſtatuit idem Concilium ſub Leone 10. ſeſſione 12 Vide in vocabulo Electio, &c.

Papa non poteſt reſignare.* Hoc ex ſuperiori dependet, vbi iam mentio facta eſt de non reſignãdo Papatu, quod etiã in vocabulo Epiſcopatus, latius exprimitur. Nec quemquam moueat quod CLEMENS I. epiſt. 1. ad Iacobum fratrem Domini, ſcribat ſe à Petro Apoſtolo conſtitutum

Concilium Romanũ 2. ſub Symmacho 1.

Concilium Romanũ 3 ſub Symmacho 1.

Conciliũ Nicanum, habes ſuperius loco prelato.

Concilium Romanum ſub Nicolao 2 contra aetenga [illegible] Quidam dicunt ſub Nicolao 1. ſed planè negat Platina, & reliqui, quia tẽpus non patitur.

Platina Cremonenſis.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3. Hæc allegatur diſtin. 23 cap. In nomine. Hoc ſtatutũ id circo factũ eſt (vt reor) quia ille Alexander 3. in electione viginti duas voces habuit, & Octauianus, qui [illegible]

Numeri 12.

Concilium Conſtantienſe generale.

Conciliũ Lugdunenſe cui S. Thomas de Aquino [illegible] fuit, cuius nũc celebrem agimus memoriam per totũ ordinem [illegible]

Clemens 6.

Cõcilium Baſileenſe generale.

Concilium Lateranenſe ſub Iulio 2. & completũ ſub Leone 10.

Clemens 1

ſucceſſorem, quia nec hoc factum Hiſtorici ſatis declarant, cum Petro non Clemens, ſed Cletus, & Linus ſucceſſeruot, & poſteà Clemens, vt cæteri à fidelibus electus, vt teſtatur PLATINA CREMONENSIS in eius & cæterorum vita. Hoc etiã confirmat Concilium ROMANVM II. ſub Symmacho I. vt ſuprà allegauimus. Vide Platina ſupradictus in vita Bonifacij II. refert, quòd ille Pontifex cõgregans Synodum, de ſucceſſore ſibi in ſede Apoſtolica ſtatuerat, & Vigilium inſtituẽs Cyrographo hanc conſtitutionem munire voluit, & ante S. Petri Apoſtoli confeſſionem poſuit. Hoc autem factum in alia Synodo celebrata inuentũ eſt eſſe cõtra Patrum canones, & Papam tãquam hominem ſimpliciter erraſſe, propter reuerẽtiam ſedis Apoſtolicæ. Quia autem hoc in ſcandalum vergebat conuicerunt Patres, & Bonifacius culpã agnoſcens ſe reum maieſtatis confeſſus eſt, & cõſtitutionem ſuam coram Sacerdotibus Clero & Senatu incendio deleuit, & Vigilium quẽ ſucceſſorem inſtituerat omninò ſuppreſſit, hinc eo defuncto non Vigilius, ſed Ioannes II. electus & ſuffectus eſt. Vide latiùs in vocabulo Epiſcopatus non reſignaodus, & infrà Papatus, &c.

Platina Cremonenſis.

Concilium Romanũ 2. ſub Symmacho.

Papæ electi profeſsio.] Lege ex præcedenti diſtinct. vbi de profeſſione ſummi Pontificis tractatum eſt, ex decreto Concilij BASILEENSIS ſeſs. 23. Porrò illa profeſſio inſeritur in epiſtola Synodali, De authoritate Concilij ſuprà Papam, ad calcem vltimæ ſeſs. eiuſdem Concilij Baſileenſis, & iam citauimus ſuperiùs in vocabulo, Concilium generale ſuprà Papam, &c. Verùm iam de profeſſione facienda ſtatuerat Concilium CONSTANTIENSE ſeſs. 39 vbi ait: *Ille qui electus eſt in ſummum Pontificem, tenetur profeſſionẽ facere, quòd omnia Concilia generalia, traditiones Apoſtolorum, & aliorum ſanctorum Patrum vſq, ad vnum apicem, & vſq, ad ſanguinem confirmare debebit, & omnia approbare & recipere, quæ Catholica Eccleſia conſueuit obſeruare, &c.* Hoc reperies loco præfixo prolixius expreſſum, lege ergo. Hanc autem profeſſionem iuſſit ſuprà memoratum Baſileenſe Concilium eadem ſeſs. 23 ſingulis annis in anniuerſario ſummi Pontificis eidem relegi, eiq; de officio & ſollicitudine, quam gerere debet, mandata proponit. Præſit Eccleſiæ dignè Deo exemplo & verbo, vt intendat extirpationi hæreſis, Simoniæ exceſſum, & aliorum criminum incẽdat, Eccleſiaſticæ diſciplinæ, operibus miſericordiæ, paci & tranquillitati Eccleſiæ & reipublicæ, &c. quæ comprehendi paucis nequeunt. Porrò ei etiam iniungitur, ne conſanguineis ſuis vſq, ad tertium gradum incluſiuè, officia ſecularia, ducatus, & Eccleſiaſtica, vt Cardinalatus, conferat. Vide in dictione Conſanguinei Papæ, &c. Tum vt Romanæ vrbis politiã in pace teneat, & eiuſdem mœnia de prouentibus Eccleſiæ reficere procuret, & diebus Dominicis & feſtiuis ad Miſſam exeat publicam, & ſingulis hebdomadibus aut in mẽſe bis cõſiſtoria publica teneat, in quibus negotia Eccleſiarum Cathedralium, ac monaſteriorũ, ſeu principum, ac vniuerſitatum, aliaq; magni põderis audiat, & ad regendas Prouincias legatos mittat, nõ pecuniæ auidos, ſed iuſtitiæ amatores, Turcis, Sarracenis & hæreticis reſiſtat, & reſiſtẽtibus aſſit auxilio & cõſilio & Clerũ Romanũ in honeſtate inſtruat, Eccleſiaſtica ſtatuta & cõſtitutiones antiquas ſeruari faciat, & Cardinalib⁹ medietatẽ prouentuũ & reddituũ reſtituat, & ſemper eorũ conſilio in rebus arduis vtatur. Deniq; ſicut ſeruum ſeruorum Dei ſe profiteatur, ita opere cõprobet, & cum ad ipſum tanquam communem patrem vndiq; homines confugiãt, aditũ ſe ab omnib⁹ facilè permittat. Verùm lege in dictione Cardinalis, & Epiſcopus, &c.

Concilium Baſileenſe generale.

Concilium Conſtantienſe generale.

Officiũ & ſtudium ſummi Pontificis.

Papæ conſecratio vt fiat, & à quibus.] Papæ cõſecratio ſolet fieri à tribus Epiſcopis vel ſex ſcilicet ab Epiſcopo Oſtiẽſi, Portuenſi, Albanẽſi, Lauicano, Prænestino & Nepeſino. Oſtienſis tamen ſuper primas partes tenuit vt volt PLATINA CREMONENSIS in vita Paſchalis II. Sex quoq; vocãtur Epiſcopi Cardinales, quorum tres primi ſemper Papam confirmant & conſecrant. Quòd autem nec poſſit ab Imperatore eligi, nec ſacrari, iam ſuperioribus diſtinct. intimatum eſt, ſed & in ſequẽtibus hoc fiet manifeſtũ. Vide ſeq.

Platina Cremonenſis.

Papa vnus eligendus & conſecrandus, non plures.] Hoc non ſine cauſa proponimus, quia in Schiſmate plures electos & conſecratos legimus, quod omninò vitandum eſt. Vnde EVSEBIVS CAESARIENSIS lib. 6 Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 32. & 33. narrat de Nouato hæretico, qui Cornelio exiſtente Papa legitimo ipſe Pontificatum inuaſerat. *Tribus namque Epiſcopis* (ait) *ſimpliciſſimis hominibus, & omnium ignaris de remota Italiæ parte adhibitis, imò potius ſubtili ab eo circumuentione deceptis, imaginariam magis quàm legitimã ab eis extorſit manum impoſitionem, &c.* Hinc & CYPRIANVS CARTHAGINEN. lib. 4. Epiſtolarum, epiſtola 2. ad Antonianum, legitimã defendit contrà Nouatum Cornelij electionem & conſecrationem. *Factus eſt* (inquit) *Cornelius Epiſcopus de Dei & Chriſti iudicio, de Clericorũ penè omnium teſtimonio, de plebis quæ tunc affuit ſuffragio, & de Sacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio, cum nemo ante ſe factus eſſet, cum Fabiani locus, id eſt, cũ locus Petri & locus cathedræ ſacerdotalis vacaret. Quo occupato de Dei voluntate atq, omnium noſtrum cõſenſione firmato, quiſquis iam Epiſcopus fieri voluerit, foris fiat neceſſe eſt, nec habeat Eccleſiæ ordinationem, quia Eccleſiæ non tenet vnitatem. Quiſquis ille fuerit, multũ licet de ſe iactans, & ſibi plurimum vendicans, prophanus eſt, alienus eſt, foris eſt. Et cùm poſt primũ ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt vnum, qui ſolus eſſe debeat, factus eſt, iam non ſecundus ille, ſed nullus eſt, &c.* Vnde & NICEPHORVS CALLISTVS lib. 9. Eccleſiaſticę hiſtoriæ, cap. 37. *Cum reuerſus eſſet* (ait) *Liberius Papa ab exilio, & eſſet Felix Eccleſiæ Romanæ Pontifex ordinatus, ambobus primo permiſſum eſt ſacra curare, & munus Apoſtolicum adminiſtrare: ſed paulò poſt Felix mortuus eſt, & ſolus Liberius Epiſcopatum adminiſtrauit. Sic Deus rectè prouidit Eccleſiæ, ita vt decebat rebus conſulẽs, ne primaria Apoſtolorũ ſedes fœdam illã & incõmodam à duobus gubernata ducibus contraheret notam, quæ res ab Eccleſiæ conſtitutionibus per quam eſt aliena, diſcordiamq; vt plurimum conciliare ſolet.* Hinc BONIFACIVS I. epiſt. 1. ad Honoriũ Imperatorem, eidem Principi ſupplicauit, vt nunquam per ambitũ in vrbe Roma ordinaretur Antiſtes, & annuit Honorius, vt liquet ex eius epiſtola ad eundem Bonifacium reſcripta, vbi dicit, quòd ſi duo fuerint ordinati neuter permanebit, ſed ille quẽ noua ordinatione diuinũ iudicium & vniuerſitatis cõſenſus eliget. Et proptereà à GREGORIO VII anathemate notatur Henricus IV. eo quòd quædam virum Gibbertum à ſede Apoſtolica excõmunicatum auſus eſſet, viuente legitimo Pontifice, creare Pontificem, & appellare Clementem, vt recenſet PLATINA, cuius hiſtoria alios plures prodit illegitimè creatos Pontifices,

Euſebius Cæſarienſis.

Cyprianus Carthaginenſis.

Papa locum Petri tenet: ait Cyprianus.

Nicephorus Calliſtus.

Bonifacius 1.

Allegatur hoc à Gratiano diſtinct. cap. Eccleſiæ meæ, & cap. Victor Honorius, &c.

Gregorius 7.

ſed me tempus deficiet enarrantem. Narrat autem in vita Alexandri III. quòd viginti duo eum Cardinales elegerunt, & alij tres, Octauianum, quem & Victorem vocauerunt. Schiſma autem ortum, ſopitum & terminatum eſt in Concilio

Concilium Claromontanum.

CLAROMONTANO, & licet Octauiano mortuo adhuc Antipapa creatus eſt Guido Cremēſis, cui etiam mortuo ſuffectus eſt Ioannes Sarmienſis Abbas, vir infamis & nequam: Alexander tamen III. ſemper verus Pōtifex habitus eſt. Deniq; legitur facta triū ſummorū Pontificū, ſeu Antipapar ū abrogatio in generali & vniuerſali Cōcilio

Concilium Conſtantienſe.

CONSTANTIENSI, Ioannis videlicet 23. Benedicti 13. qui dicebatur Petrus de Lima, & Gregorij 12. qui Angelus de Corario dicebatur. Ioannes autē præfatus 23. ſpōtè & liberè ad pacē Eccleſiæ reſpiciens ceſſit, modo etiam cæteri cederent, vt factum eſt, & electus eſt Martinus V. ſeſſ. autem 39. ſtatutū, vt ſi fortè de cætero talia ſchiſmata emergant, vt plures ſummi Pontifices nominentur, habeatur generale Concilium, in quo illi Papę ſchiſmatici teneātur ſub interminatione maledictionis æternæ, & amiſſione iuris, ſi quod fortè ſibi quæſitum eſſet in Papatu, cauſa rectè definita ſuis renunciare priuilegijs, & ad electionem alterius procedatur, &c. vide ea quæ iam ſuperius diximus, & ea quæ ſequuntur.

Papa Chriſti Vicarius, vniuerſaliſque Eccleſiæ Paſtor, eiuſque authoritas ſumma atque dignitas oſtenditur.] Non rectè nobis hîc cenſetur conſentaneum vt cuncta proferamus, quę ex veterū lectione de Romanę ſedis primatu didicimus, quia licèt quidquid de vno dicatur, neceſſario & de altero debeat accipi: tamen quædā ſub hoc vocabulo dicēda veniūt, quæ minus aptè alteri, videlicet, Romana Eccleſia, nō ita quadrarent. Quapropter quædam hîc ſpecialiter inſerētur, & quædam illi reſeruabuntur inſerenda, & quod in vno deerit, facilè ex alio poterit repeti. Ideò autem propoſitionem aggrediar demonſtrare ex veterum teſtimonio. Nemo dubitat (vt credo) quin Petrus fuerit à Chriſto electus, & conſecratus ſummus Pontifex, & præ cæteris ſpeciali dignitatis & poteſtatis beneficio cumulatus. Qui autem hoc abnegat, Euāgelio iniuriam irrogaret, & ſanctos Patres criminatur mentitos, qui Petrum Apoſtolorū Principē hactenus docuerūt.

Ignatius Martyr.

Quod vt lucidius fiat, IGNAT. MARTYR infinitis in locis Papam eſſe Petri ſucceſſorē & Vicariū proteſtatur, & potiſſimè in epiſt. ad Trallianos, vbi Petri ſucceſſorem legitimū, Linum, Anacletum, & poſteà Clementem recenſet. *Qui igitur* (ait) *his inobediens fuerit, atheus & impius omninò eſt, & Chriſtum improbans ac eius ordinationem imminuens.*

Clemens I.

Et CLEMENS I. epiſt. 1. ad Iacobum fratrem Domini. *Simon Petrus* (ait) *veræ fidei merito, & integra prædicationis obtētu fundamentū eſſe Eccleſiæ definitus eſt.* Et infrà: *Nec inter ipſos Apoſtolos par inſtitutio fuit, ſed vnus omnibus præfuit.* Narrat porrò ibidem quomodo ille Epiſcopatum Romæ geſſerit, & moriens ipſum ſucceſſorē elegerit. Vnde

Anacletus I.

& ANACLETVS I. epiſt. 1. ad omnes Epiſcopos *Petrus ſanctus, Magiſter & Princeps Apoſtolorum, de Antiochia vtilitatis cauſa tranſlatus eſt Romam, vt ibidem potius proficere poſſet.* Vide & in vocabulo, Petrus, &c. Hinc etiam IRENÆVS LVGDV-

Irenæus Lugdunenſis.

NENSIS lib. 3. aduerſus hæreſes Valentini & ſimilium, cap. 3. *Quoniam* (inquit) *valde longum eſt in hoc tali volumine omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones, maximæ & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ, eam quam habet ab Apoſtolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem, per ſucceſſiones Epiſcoporum peruenientem vſq; ad nos, indicantes confundimus omnes eos qui quoquomodo vel per ſui placētiam malam, vel vanam gloriā, vel per cæcitatem, & malam ſententiam præterquam oportet colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt vndique fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt vndiq; conſeruata eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis traditio.*

A

Romanæ Eccleſiæ primatus, vide etiam in ſuo vocabulo.

Fundantes igitur & inſtruentes beati Apoſtoli Eccleſiam, Lino Epiſcopatum adminiſtrandæ Eccleſiæ tradiderunt. Huius Lini Paulus in

B

Teſtimonium fidele, cui magis credi etiam quā mille Caluiniſtis.

his quæ ſunt ad Timotheum epiſtolis meminit. Succedit autē ei Anacletus, poſt eum tertius ab Apoſtolis Epiſcopatū ſortitur Clemens, qui & vidit ipſos Apoſtolos, & contulit cum eis, cùm adhuc ſonantem prædicationem Apoſtolorum, & traditionem ante oculos haberet. Huic Clementi ſuccedit Euariſtus, & Euariſto Alexander, ac deinceps ſextus ab Apoſtolis conſtitutus eſt Sixtus, & ab hoc Teleſphorus, qui etiam glorioſiſſimè martyrium fecit, ac deinceps Higinus, poſt Pius, poſt quem Anicetus. Cum autē ſucceſſiſſet Aniceto Soter, nūc duodecimo loco Epiſcopatum ab Apoſtolis habet Eleutherius. Hac ordinatione & ſucceſſione, & ea quæ eſt ab Apoſtolis in Eccleſia traditio, & veritatis præconatio peruenit vſque ad nos, &c. Deniq; TER-

C

Tertullianus Carthaginenſis.

TVLLIANVS CARTHAGINENSIS lib. De præſcriptionibus aduerſus hæreticos. *Edant ergò* (ait) *origines Eccleſiarum ſuarum, euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, vt primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerint, habuerit authore & anteceſſorem. Hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt, ſicut Smyrneorum Eccleſia habens Polycarpū ab Ioanne collocatum, refert, ſicut Romanorū Clementem à Petro ordinatum: id & proinde vtique & cæteræ exhibent, quos ab Apoſtolis in Epiſcopatum conſtitutos Apoſtolici ſeminis traduces habeant. Confingant tale aliquid Hæretici, &c.*

Sic crgo vt Caluiniſtæ.

Idem alibi. Vide infra, Romana Eccleſia. Deniq; EGESIPPVS Hiſtoriographus antiquiſſimus lib. 5. Commētariorum (vt etiam docet Euſebius Cęſarienſis lib. 4. Eccleſiaſt. hiſtoriæ, cap. 1.) *Cum* (inquit) *veniſſem Romam, permanſi ibi donec Aniceto Soter, & Soteri ſucceſſit Eleutherius.*

D

Egeſippus hiſtoriographus.

Sed & EVSEBIVS CÆSARIENSIS lib. 5. Hiſtoriæ, cap. 6. non omittit recenſere catalogū omnium Romanorum Pontificum ad ſua vſq; tempora. Inde & libro 7. cap. 27. ſic refert. *Manichæorum* (inquit) *hæreſis vſque in hodiernum diem diffunditur, eo tempore exorta quo Fælix in vrbe Roma Eccleſiæ præerat, qui per quinque annos adminiſtrato Sacerdotio Eutychiano ſedem reliquit. Is decem menſibus ſolùs tranſactis Caio Epiſcopatum tradit, qui noſtris iam temporibus quindecim annis ſacerdotio perfunctus, Marcellinum ſucceſſorem reliquit, quem iam perſecutionis tempus inuenit, &c.*

Euſebius Cæſarienſis.

E

Et ORIGENES ADAMANTIVS libro 5. in epiſtolam ad Romanos, cap. 6. *Petro cùm ſumma rerum de paſcendis ouibus traderetur, & ſuper ipſum velut ſuper terram fundaretur Eccleſia, nullius virtutis alterius ab eo, niſi charitas exigitur.* Et homilia in cap. 16. Matthæi. *Et de veritate quidem dicebat Petrus, Tu es Chriſtus Filius Dei viui, in quo beatus eſt, & per promiſſionem meruit eſſe Eccleſiæ fundamentum.*

Origenes Adamantius.

Et CYPRIANVS CARTHAGINENSIS vbiq; defendit ſummi Pontif. authoritatē, vt iam in ſuperiori annotat. mōſtratum eſt ex

Cyprianus Carthaginenſis.

epiſtola

epiſtola eius 2. libri 4. ad Aoroniaoum. Deoiqoe idem libro De ſimplicitate Prælatorum. *Hoc erāt vtique (ait) & ceteri Apoſtoli, quod & Petrus, pari conſortio præditi, & honoris & poteſtatis: ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia vna monſtretur, &c.* Vide infrà etiam in vocabulo Romana Eccleſia, &c.

Dionyſius 1.

Et DIONYSIVS I. epiſt. 2. ad Seuerum Epiſcopum. *Olim & ab initio tantam percepimus a Petro Apoſtolorum Principe fiduciam, vt habeamus authoritatem vniuerſali Eccleſia auxiliante Domino ſubueniendi, quidquid nociuum eſt, authoritate Apoſtolica corrigere & emendare, &c.*

Sixtus 2.

Et SIXTVS II. epiſt. 1 ad Gratum Epiſcopū, & allegat Gratianus cauſa 24. quæſt. 1. cap. Memor. *Memor ſum me ſub illius nomine Eccleſiæ præſidere, cuius à Domino noſtro Ieſu Chriſto eſt glorificata confeſſio, & cuius fides nullum unquam fallit, ſed omnes quidem hæreſes deſtruit. Intelligo autem mihi aliter non licere, quàm vt omnes conatus meos ei cauſa, in qua vniuerſalis Eccleſiæ ſtatus infeſtatur, impendam, &c.*

Nicephorus Calliſtus.

Vnde etiam narrat NICEPHORVS CALLISTVS lib. 6. Hiſtoriæ Eccleſ. cap. 27. Etiam memorat

Euſebius Cæſarienſis.

EVSEBIVS lib. 7. c. 22. de Actis Concilij Antiocheni, ſub Dionyſio contra Paulum Samoſatam: *Cum Paulus Samoſata (ait) ex Epiſcopi domo eius Eccleſiæ propria exire nollet, Imperator Aurelianus de ea re rogatus ſententiam, ſanctiſſime, quid eſſet agendum, decreuit.*

Edictum Aureliani Imperatoris.

Præcepit enim, vt domus Eccleſiæ illis traderentur, quibus Chriſtiani Italiæ, & vrbis Romæ Epiſcopi per literas

C

tribuendā præſcriberēt. Sic Paulus cum ſummo dedecore ſecularis imperij, ac poteſtatis authoritate ab Eccleſia penitus extruditur. Idem Nicephorus lib. 9. cap. 8.

Socrates Hiſtoriograph. Sozomenus Hiſtoriogra.

Et SOCRATES lib. 2. cap. 15. Et SOZOMENVS SALAMINVS lib. 3. c. 8. *Iulius (aiunt) Romanus antiſtes Epiſcopos ad ſe fugientes, cum conſentientes ſibi de Nicænis decretis inuenit, communione eos eſt dignatus.*

Nota.

Pro amplitudine autē ſedis ſuæ ex veteri priuilegio, & prærogatiua perſuaſum habens omnium vbique Epiſcoporum curam & iudicium ad ſe pertinere, datis cuique liberrime ſcriptis literis ſuas eos Eccleſias reddidit, eoſque in Orientem remiſit, eos qui temerè illos exauthoraſſent perſtringens, vt qui non recta ſequerentur cōſilia, &c. Ijdem Socrates quidem, lib. 2. c. 17. & Nicephorus lib. eodem, c. 10.

D

Arguit (ait) Iulius Ægyptiorum Epiſcopos, quòd præter Eccleſiaſticam conſuetudinem ſe quoque in Synodum vocare intermiſiſſent. Extare enim *Eccleſiaſticum canonem authoritatem omnem eis abrogans, quæ præter Romani antiſtitis ſententiam peracta eſſent.* Et vide ſuprà in vocabulo Concilium non congregandum ſine aſſenſu Romani Pontificis, &c. & infrà in vocabulo, Romanæ Eccleſiæ primatus. Idem Nicephorus lib. 4. 19. recenſent ſummorum Pontificum catalogum, & lib. 6. cap. 34. & iterum, cap. 2. libri vndecimi.

Auguſtinus Hipponenſis.

Sic facit & AVGVSTINVS HIPPONENSIS epiſt. 165. ad generoſum. *Ab ipſo (inquit) Petro numeramus Epiſcopos, cui totius Eccleſiæ figurā gerenti Dominus ait: Super hanc Petrā ædificabo Ec-*

E

cleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Petro enim ſucceſſit Linus, Lino Clemēs, Clementi Anacletus, Anacleto Euariſtus, Euariſto Alexander, Alexādro Sixtus, Sixto Teleſphorus, Teleſphoro Iginus, Igino Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter, Soteri Eleutherius, Eleutherio Victor, Victori Zepherinus, Zepherino Calixtus, Calixto Vrbanus, Vrbano Pontianus, Pontiano Antherus, Anthero Fabianus, Fabiano Cornelius, Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano Xiſtus, Xiſto Dionyſius, Dionyſio Fælix, Fælici Eutychianus, Eutychiano Gaius, Gaio Marcellinus, Marcellino Marcellus, Marcello Euſe-

A

bius, Euſebio Meltiades, Meltiadi Syluester, Syluestro Marcus, Marco Iulius, Iulio Liberius, Liberio Damaſus, Damaſo Syricius, Syricio Anaſtaſius. In hoc ordine ſucceſſionis Epiſcoporum, qui ducitur a beato Petro vſque ad Anaſtaſium, qui nunc eandem cathedram ſedet, etiamſi quiſquam traditor per illa tempora ſubrepſiſſet, nihil præiudicaret Eccleſiæ, &c. Idem epiſt. 42. ad Madanrenſes. *Videtis Imperij nobiliſſimi eminentiſſimum culmen ad ſepulchrum piſcatoris Petri ſubmiſſo diademate ſupplicare.*

Si Petrus non eſt Romæ paſſus vel mortuus, ad quid Chriſtiani hic extare narrat Auguſtinus? vide Petrus, &c.

Et epiſt. 162. ad Gloriom, Eleuſiom, Fœlicem, Donatiſtas, &c. *In Romana Eccleſia ſemper Apoſtolicæ cathedræ viguit principatus, &c.* Et lib. 2. contra epiſtolas Petiliani, cap. 51. *Quid tibi fecit cathedra, in qua Petrus ſedit, & in*

B

qua hodie Anaſtaſius ſedet? Et lib. 1. contra epiſtolam Parmeniani, cap. 2. *Sedenti in cathedra Eccleſiæ Romanæ, totus orbis Chriſtianus in tranſmarinis & longè remotis terris ſubiectus eſt.*

Epiphanius Cypri.

Hinc & EPIPHANIVS CYPRI libro 2 contra Hæreſes, ſecta 68. contra Meletios vel Meletianos, ſummā Romani Pontificis ſuprà cæteros authoritatem deſcribit.

Cyrillus Hieroſolymit.

Et CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Catecheſi 2. Catecheſi 6. Catecheſi 17. Illuminatorū Hieroſolymis, vbique Petrum Eccleſiæ caput, & Romanæ Eccleſiæ præſulatum ſuper cæteros extollit.

Ambroſius Mediolanenſis.

Hoc & AMBROSIVS MEDIOLANENSIS in 2. ad Corinth. cap. 12. *Andreas (inquit) prior ſecutus eſt Saluatorem quàm Petrus, & tamen primatum non accepit Andreas, ſed Petrus.*

C

Et lib. 2. De vocatione Gentium, cap. 6. *Roma per Apoſtolici Sacerdotij Principatum amplior facta eſt in arcem religionis, quàm ſolio poteſtatis.* Idem lib. 3. De ſacramētis, cap. 1. vbi de ablutione pedum loquitur. *Non ignoremus (ait) quod Eccleſia Romana hanc conſuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus ſequimur & formam, &c.*

Hieronymus Stridonenſis.

Et HIERONYMVS STRIDONENSIS lib. 1. aduerſus Iouinianum. *Super Petrum fundatur Eccleſia, licet id ipſum in alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & cuncti claues regni cælorum accipiant, & ex æquo ſuper eos fortitudo ſolidetur: tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio.*

Epiſcopi Ægypti.

Vnde & EPISCOPI ÆGYPTI Marco ſummo Pontifici

D

ſcribentes, ſic loquuntur: *Domino ſancto & Apoſtolici culminis venerando Marco ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ ſedis atque vniuerſalis Eccleſiæ Papæ, Athanaſius & vniuerſi Ægyptiorum Epiſcopi, &c.* Eis autem reſcribens Marcus ſe vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopum nominat. Iterum præfati Epiſcopi Romanam ſedem matrem & caput omnium Eccleſiarum appellant, ſe eidem obedientes eſſe cum omnibus ſibi commiſſis profitentes.

Syricius.

Eandem formam ſeruat SYRICIVS I. epiſtola 1. ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum.

Epiſcopi Galliarum.

Et EPISCOPI GALLIARVM epiſtola ad Leonem I. Sed & poſt 49. epiſtolam eiuſdem, ſic loquuntur. *Domino ſancto, beatiſſimo Patri, &*

E

Apoſtolicæ ſedis digniſſimo Papæ, &c. Idem repetunt in conſequentibus epiſtolis.

Liberius.

Denique LIBERIVS I. epiſtola ad Athanaſium & reliquos Epiſcopos Alexandriæ congregatos. *Olim (ait) ab initio tantam percepimus a beato Petro Apoſtolorum Principe fiduciam, vt habeamus authoritatem pro vniuerſali Eccleſia ad rectam defendendam fidem, quatenus nulli liceat ſtatum ſanctæ Eccleſiæ commouere ad læſionem rectè credentium, abſque ſui honoris periculo, &c.*

Athanaſius Alexandrinus, & Epiſcopi Alexandrini, huius epiſtolæ meminit Epiphanius libro [illegible] memorato.

Sic & ATHANASIVS, & reliqui Epiſcopi Alexandriæ congregati, epiſtola ad Fœlicem ſecundum affirmant ſummum Pontificem Apoſtolicæ ſedis licentia, iniuſtè dam-

natos

natos vel excõmunicatos poteſtatiue ſua authoritate poſſe reſtituere, & ſna eis omnia reddere, & eos, qui illos condemnauerant, aut excommuoicauerant Apoſtolico puuire priuilegio. Verùm hæc reperies in dictione, Romanæ Eccleſiæ authoritas, &c. Tnm ſubiungunt. *O ſanctiſſime Pater Patrũ, abſcinde blaſphemias, & iactantiã vaniloquiorum, & inſidiãtium infeſtationes, nos & fratres noſtros opprimentium, atque perdere volentium. qui ad vos quaſi ad caput confugimus, vt veſtro ſuffulti auxilio liberemur, & vobis nobiſque commiſſas Epiſcopi oues à luporum ore domino adminiculante antequam deglutiantur eripiamus.* Et poſtquam ea confirmauor, quæ alibi de accoſationibus Epiſcoporum dicta ſont, ſic ſubdunt. *Certum eſt eidem ſanctæ ſedi veſtra, in honorẽ beatiſſimi Petri Patrum decreta peculiarem decreuiſſe reuerentiam Dei, pro rebus inquirendis atque determinandis, quas ſolicite decet vtileque ab ipſo præſulum examinari vertice Apoſtolico, cuius ſolicitudo ſemper fuit & eſt tam mala damnare, quam probare laudanda.* Eadem per totam epiſtolam & ſimilia referunt.

Mirum quod nunc abneget Calui[...] tam ſanctorum patrum teſtimonium.

Et EPISCOPI EVROPAE epiſtola ad Leonem Imperatorem Cœleſtinum I. ſummum Pontificem vocãt, verùm ſucceſſorem ſancti & venerandi & cuſtodis clauium Petri, &c. Et vide adhuc infrà in vocab. Romana Eccleſia.

Epiſcopi Europæ.

Et STEPHANVS MAVRITANIAE Archiepiſcopus, & vniuerſi Epiſcopi einſdẽ prouinciæ, epiſt. ad Damasũ Papã, de tribus Africanæ prouinciæ Cõcilijs ſic loquũtur. *Beatiſſimo Domino & Apoſtolico culmine ſublimato ſancto Patri Patrũ Damaſo Papæ, & ſummo omniũ Præſulum Pontifici, Stephanus &c.* Cùm eodem intimant, quòd quidam eodem ſummo Pontifice inconſulto tenere aoſi fuerint Epiſcopos gradu ſuo deturbare. *Cum veſtra ſedis* (aiunt) *iudicia, & ſummorum finem Eccleſiaſticorum negotiorum, in honore beatiſſimi Petri, Patrum decreta omnium cunctam reſeruauere ſententiam inquirendi de Dei rebus, quas omni cura & ſolicitudine reſeruare debemus. &c.*

Stephanus & reliqui epiſcopi Mauritaniæ.

Denique in accuſatione Polychronij Hieroſolymorũ Patriarchæ, c. 1. & 2. legitur quòd idem POLYCHRONIVS Hieroſolymã Sedem primam aſſerebat, & ſe ſummum dicebat Sacerdotem, & Pontificem omnibus ſuperiorem: & cùm eſſet decrepit⁹, auaritiæ ſtudio excæcatus ordinationes & ſacram eia nolebat conferre, niſi munera ampla & remunerationes accepiſſet. Accuſatus eſt autem in Synodo, quæ ROMAE congregata eſt, Epiſcoporũ 81. & ibi damnatus, tum quod ſe ſummum vocaret Põtificem, tum etiam quia contra Euangelicum præcep: tum & canones faciebat, quia Chriſtus teſtatur: Gratis accepiſtis, gratis date, &c. Reſtituit enm antem peracta pœnitentia SIXTVS III. & ei in hæc verba reſcripſit, vt habetur cap. 12. prædictæ expurgationis. *Redi ad vxorem ſine macula, & cuſtodi dicta Apoſtolica. Redi ad vxorem quam tentabas adulterare, & ora pro vrbe Roma.* Reuocatus eſt cùm honore, & plenus dierum in Confeſſione Romanæ fidei ſancto fine quieuit.

Polychronius Hieroſolymitan. fruſtra ſe ſummum pontificem declarat, lege.

Concilium Romanum ſub Sixto 3.

Matth. 10.

Similia tentantẽ etiam cõpeſcuit in Gallijs Hilariũ quemdã LEO I. vt dicemus in vocabulo, Romanæ Eccleſiæ primatus. Idem epiſt. 82. ad Anaſtaſiũ Epiſcopũ Theſſalonicenſem, cap. 11. *Licet ſit inter nos dignitas cõmunis, non eſt tamen ordo generalis: quoniam & inter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis, & cùm omnium par eſſet electio, vni tamen datum eſt, vt cæteris præemineret. De qua forma Epiſcoporũ quoq; eſt orta diſtinctio, & magna di[...]itione promiſſum eſt, ne omnes ſibi omnia [...]dicar[...] ad eſſ[...] in [...]ulis prouincijs quorum inter fratres haberetur prima ſententia. & rurſus quædã in maioribus vrbibus conſtituti ſolicitudinem ſuſciperent ampliorẽ, per quos ad vnã Petri ſedẽ vniuerſalis Eccleſiæ cura confineret, & nihil vſquã a ſuo capite diſſideret. &c.* Eadem omninò reperit & BONIFACIVS II. epiſt. ad Eulalium Alexandrinũ Epiſcopum, & habetur in decreto Gratiani diſt. 89. c. Ad hoc, &c. Vide repoſitũ infrà, Romanæ Eccleſiæ pri. &c.

Leo 1.

Epiſcopi non æquales poteſtate.

Bonifacius 2.

Et Patres Concilij CHALCEDONENSIS actio 8. 9. 10. ſæpius ſummũ Pontificem vocant, ſacrum & immortalẽ verticem, & actio. 11. ſtatim in initio. BASILIVS Epheſiorum Epiſcopus hunc vocat, diuinum Apicem. Et EPISCOPI II. MOESIAE epiſt ad Leonem Imperatorem, Leonem I Papam dicunt eſſe caput omniũ Epiſcoporum, epiſtolam habes ad calcem præfatę Chalcedonenſis Synodi. Deniq; in initio eiuſdem Synodi inſerta eſt epiſtola PETRI RAVENNAE Epiſcopi ad Eutychem Abbatem, qua ſic eum exhortatur: *Hortamur te frater honorabilis, vt his quæ a beatiſſimo Papa Romanæ ciuitatis ſcripta ſunt obedienter attẽdas, quoniam B. Petrus, qui in propria ſede & viuit & præſidet, præſtat quærẽtibus fidei veritatem. Nos enim pro ſtudio pacis & fidei extra conſenſum Romanæ ciuitatis, Epiſcopi cauſas audire nõ poſſumus.* Ibid: in inſerta eſt epiſtola GALLAE PLACIDIAE Auguſtæ ad Æliam Pulcheriam Auguſtam filiã, qua Romanæ Eccleſiæ primatum cõſtanter prædicat, vt allegabimus Deo fauente ſuo loco.

Concilium Chalcedonenſe generale 4.

Baſſianus Epheſius Epiſcopi 2. Mœſiæ.

Petrus Rauennas.

Galla placidia Auguſta.

Deniq; ASCANIVS TARRACONENSIS & reliqui Epiſcopi eiuſdẽ prouinciæ, epiſt 2 ad Hilarium Papam I eundẽ Petri ſummum Vicarium nominant: *Cuius etiam* (aiunt) *Vicarij principatus ſicut eminet, ita metuẽdus eſt ab omnibus & amandus. Propterea nos Deum in vobis* (inquiunt) *primitus adorantes, cui ſine querela ſeruitis, ad fidem recurrimus Apoſtolico ore laudatam, inde reſponſa quærẽtes, vndè nihil errore, nihil præſumptione, ſed Pontificali totũ deliberatione præcipitur.* Eadem GELASIVS I. epiſt. 2. ad Epiſcopos Lucaniæ, Brutiorum, &c. c. 11. Et iterum epiſtola commonitoria ad Fauſtum Magiſtrum Conſtantinopol. legatum, &c.

Aſcanius Tarraconenſis.

Romana Eccleſia non errat, vide etiam in ſuo vocabulo.

Gelaſius 1.

Sic quoq; Papam ſummum Petri Vicarium, ENNODIVS DIACONVS lib. Apologetico defẽdit pro Symmacho I. & Synodis quas idem Romę celebrauit. Idem quoq; defendit & NICOLAVS I. epiſt. ad Michaëlem Imperatorem, &c. Et CONCILIVM LXX. Epiſcoporum Romæ cõgregatorum idem cenſuit, vt allegabimus in vocabolo Romanæ Eccleſiæ primatus, & in vocabulo, Petrus, &c. Vide quoque ſuperiùs in vocabulo, Concilium Papa confirmat. &c. Lege quoq; ſuperius in vocabulo Imperator, eandem ſententiam.

Ennodius Diaconus.

Nicolaus 1.

Concilium Romanum ſub Gelaſio 1.

Porrò Concilium generale V. CONSTANTINOPOLITANVM, actione 4. in condemnatione Anthimi hæretici Epiſcopi quondam Conſtantinopolitani, & ab Agapeto I. ſede priuati. *Nos* (inquiunt omnes Patres) *Apoſtolicam ſedem ſequimur, & obedimus, & ipſius cõmunicatores, communicatores habemus & condemnatos ab ipſa, & nos condemnamus.* Eadem repetunt & alia epiſtola ſita actio. 1. ad Vigilium Papam I. Porrò innumeris in locis reperitur Papa ſummi Apoſtolorum Verticis Petri dictus Vicarius, & potiſſimè cùm ſummi Pontifices INNOCENTIVS I. FOELIX III. SILVERIVS I. COELESTINVS I. VIGILIVS I. & reliqui, aliquem anathemate notãt, authoritate ſe dicũt vti, quorum vice funguntur Petri & Pauli. Vnde & prædictus Vigilius I. epiſt. ad Ruſticum & Sebaſtianum Diaconos hęreticos, quæ lecta eſt coram

Concilium generale 5. Cõſtantinopolitanum 2.

Vigilius.

Patribus generalis V. Synodi, actione 7. vbi damnat eos, & coniurationis eorum participes Ioannem, Gerontium, Seuerinum, ita loquitur: *Prohibemus (ait) vt nullus poſt tranſitum noſtrum contra conſtitutum noſtrum, quod ex B. Petri, cuius locum, licet immeriti, gerimus, authoritate proferimus, canonum regulas exequentes, in Eccleſiaſtico gradu audeat reuocare, niſi ſub regulari pœnitētia ad matrem Eccleſiam noſtris temporibus reuertantur.* Reperies autem hanc loquendi formulam pluribus in locis inſertam.

Gregorius 1.

Denique GREGORIVS I. in Concilio Lateranenſi, cui præſedit, profitetur ſe vice Petri Principis Apoſtolorum Romanæ Eccleſiæ præeſſe.

Adrianus 1.

Similiter ADRIANVS I. ad Conſtantinum Imperatorem & Irenem matrem, quæ lecta eſt actione 2. Concilij generalis VII. eundem Imperatorem hortatur, vt prædeceſſorū ſuorum exemplo Vicarium Petri, ſummum ſcilicet Pontificem, toto corde diligat.

Pelagius 2.

Et PELAGIVS II. epiſtola 1. ad Epiſcopos qui Conſtantinopolim cōuenerant, arguit Ioannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum, eo quòd ſe vniuerſalem Papam ſcriberet, quem niſi citò correxerit iubet excommunicationis vinculo innodari, & cæterorum Epiſcoporum communione priuari, & ad calcem ſcribit. *Orate fratres vt honor Eccleſiaſticus noſtris diebus nō euacuetur, nec vnquam Romana ſedes, quæ ſubſtituēte Domino caput eſt omniū Eccleſiarū, priuilegijs ſuis vſquā careat aut expolietur, &c.*

Maurus Rauennæ Epiſcopus

Idem & MAVRVS RAVENNAS epiſtola ad Martinum 1. qui præſidebat in Concilio Lateranenſi, & habetur conſultatione 1. eiuſdem Concilij, ſic loquitur: *Domino ſancto, & meritis beatiſſimo, totoq; orbe Apoſtolico, & vniuerſali Pontifici Martino, &c.* Sic & prædictum Pontificem Abbates, qui Orthodoxæ fidei libellum obtulerunt præfatæ Synodo, conſultatione 2. ſtatim in limine, Sacerdotem ſacerdotum, ſummum Pontificem, Patrem Patrum, terq; beatiſſimum appellant.

Sergius Cypri Epiſcop.

Eadem conſultatione SERGIVS CYPRI Epiſcopus epiſtola ad Theodorum Papam, ſic loquitur: *Firmamentum à Deo fixum & immobile, atq; titulo formam lucidiſſimam fidei, veſtram Apoſtolicam ſedem conſtituit (ô Sacer vertex) Chriſtus Deus noſter. Tu es enim, ſicut diuinum veraciter pronunciat verbum, Petrus, & ſuper fundamētum tuum Eccleſiæ columnæ confirmatæ ſunt.*

Matth. 16.

Tibi & claues cœlorum commiſit, atq; ligare & ſoluere poteſtatiue quæ in terra & quæ in cœlis ſunt, promulgauit.

Papæ authoritas.

Tu prophanarum hæreſeon depoſitor exiſtis, vt princeps & doctor orthodoxæ & immaculatæ fidei. Igitur non deſpicias Patrum tuorum (Pater) fidem æſtuantem, & ab aliquibus hæreticis ventis conflictatam, nec non periclitantem. Reſolue nebulam inſipientium lumine tuæ diuinæ ſcientiæ, ô ſanctiſſime, &c. Et ad calcem votum ſubiungit pro Papa & plebe ſibi commiſſa, orandum eſſe ſuadens, vt Deus eum longæuum ſeruet, ad ſtabilitatem ſanctarum Eccleſiarum & orthodoxæ fidei.

Epiſcopi Affri.

Et eadem conſultatione 2. prædicti Concilij Lateranēſis celebrati ſub Martino I. ſubſequitur libellus, quem EPISCOPI AFRICANI tranſmiſerunt Theodoro Papæ prædeceſſori Martini I. vbi ſingulariter encomium ſanctæ ſedis Apoſtolicæ celebratur, vbi ita illi patres loquuntur. *Magnum & indeficientem omnibus Chriſtianis fluenta redundantem apud Apoſtolicam ſedem conſiſtere fontem, nullus ambigere poſſit, de quo riuuli prodeunt affluenter vniuerſum largiſſime irrigantes orbem Chriſtianorum, cui etiam in honorem*

Nota attente.

beatiſſimi Petri Patrum decreta peculiarem omnem decernere reuerentiam in requirendis Dei rebus, quæ omnino & ſolicitè debent, maximè verò iuſtèq; ab ipſo præſulum examinari vertice Apoſt. &c. cuius vetuſta ſolicitudo eſt tum mala dānare, quàm probare laudanda. Antiquis enim regulis ſancitum eſt, vt quidquid, quamuis in remotis, &c. Vide infrà ca Innocentio I. epiſtola ad Carthaginenſem Synodum, & alijs, in vocabulo, Romana ſedes, cōſulenda, &c. Cùm ad calcē illi Epiſcopi ter repetunt: *Ora pro nobis domine ſancte ac beatiſſime Patrum Pater, &c.*

Victor Carthaginenſis Epiſcop.

Porrò VICTOR CARTHAGINENSIS Epiſcopus in libello de fide contra Paulum Conſtantinopolitanū hæreticū, directo Theodoro Papæ iam dicto ait (lectus eſt autē hic liber eadē Conſultat. 2.) *Ad veſtram (inquit) Apoſtolicam ſedem, & inſtitutionem, omnes beatiſſimi Apoſtoli pari honoris & poteſtatis conſortio præditi, populorum agmina cōuertentes piè & ſanctè de tenebris ad lumen, de lapſu ad veram fidem, de morte ad vitam, homines diuinæ prædeſtinationis gratia proſtitos ſalutaribus præceptis ac monitis perduxerunt. Veſtrum eſt itaque canonica diſtrictione ſolicitè contrarijs catholicæ fidei obuiare, nec permittere nouiter dici, quod Patrum venerabilium authoritas omnino non cenſuit.*

Martinus 1.

Cōforme eſt quod idē MARTINVS I. epiſt. 1. ad omnes Chriſti fideles, dicit Apoſtolicæ ſedis officium eſſe, contrariorum nouitatem ſanctas Dei Eccleſias depaſcentem propellere, quod & ſe feciſſe dicit, & propterea Synodum Lateranenſem congregaſſe.

Adrianus 1.

Et ADRIANVS I. lib. de Venerandis Imaginibus ad Carolū Magnum, cap 29. diſputans contra librum adulterinum, quem Hæretici compoſuerāt ſub nomine eiuſdem Caroli contra generale VII. Concilium, Papæ authoritatem defendit, & de Conſtantinopolitana Eccleſia, quæ primatum ambiebat, dicit, quòd in errore longo tempore permāſit, vt dicetur infrà, vocabulo Romanæ Eccleſiæ, & Conſtātinopolitanæ diſſidium.

Bonifacius Moguntinenſis.

Porrò BONIFACIVS MOGVNTINENSIS Archiepiſcopus & martyr Gregorio II. epiſtolam dirigēs, Petro Apoſtolorum Principi, & Vicario eius prædicto Gregorio, ſucceſſoribuſq; eius obedientiam ſummā pollicetur, tanquam vniuerſalis Eccleſiæ paſtori: qui & alia epiſtola ad Zachariam Papam I. eadem ſcribit, & horum Pontificū meminit legatus exiſtere, vt alibi diximus. multo plura dicemus infrà in vocabulo, Romana Eccleſia, &c. & in ſequentibus.

Papa cur ſanctiſsimus dicatur, cui & Imperator reuerentiam debet.] Satis hæc ſuperiori diſtinctione demonſtrata ſunt, nec eſſet neceſſariū pluribus ſententijs agere, niſi nos quædam adhuc vrgerent decreta, quæ hoc ſpecialiter cōmēdare videātur.

Ennodius Diaconus.

Vnde & ENNODIVS DIACONVS lib. Apologetico, pro cauſa Symmachi Papæ, & defenſione Synodorum Romæ ſub eo celebratarum, qui & ab vniuerſis præfatæ Synodi approbatus eſt, allegatúrque à Gratiano diſtinct. 40. cap Non nos. *Faceſſat (inquit) à nobis qui in*

Ezechiel 2.

vobis eſt pruritus iſte linguarum, quos verè Propheta arguit: ſcribentes iniuſtitiam ſcripſiſtis. Non nos beatum Petrum (ſicut dicitis) à Domino cum ſedis priuilegijs, vel ſucceſſores eius peccandi iudicamus licentiam ſuſcepiſſe. Ille perennem meritorum dotem, cum hæreditate innocentiæ miſit ad poſteros. Quod illi conceſſum eſt pro actuum luce, ad illos pertinet quos par conuerſationis ſplendor illuminat. Quis enim ſanctum eſſe dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo ſi deſunt bona acquiſita per meritum, ſufficiunt quæ à loci deceſſore præſtantur. Aut enim claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui eriguntur, illuſtrat. Prænoſcit enim quid

Eccleſiarum fundamento ſit habile, ſuper quod ipſa males innitutur, &c. Sic & Papam vocat ſanctiſſimum

Ioannes Conſtantinopolitanus. Iuſtinus Imperator. Epiſcop. Orientales.

Ioannes Constantinopolitanus Epiſcopus libello fidei ad Hormiſdam directo, contra Neſtorium, & Eutychem, vt alibi diximus: Et Iustinus Imperator epiſt. 2. ad Hormiſdam, ſanctitatem eius appellat, & Episcopi Orientales epiſt. ad Agapetum Papam, quę eſt inſerta actione 1. generalis 5. Synodi, eum per omnia ſanctiſſimum & beatiſſimum Patrem Patrum appellant. Verùm hoc in præcedenti diſtinctione latiùs inuenietur expreſſum. Infinitis certè in locis, vel beatiſſimos, vel ſanctiſſimos ab Imperatoribus, Regibus, Patriarchis & Epiſcopis cęteris nominatur, vt etiam ab Eſaya Patriarcha Hieroſolymitano, epiſtola ad Eugenium IV. diffusè

Eſayas Ieroſolymitanus.

B diſcimus. Quòd autem ſemper Imperatores ſummum ſint venerati Pontificem, crebrò iam diximus in vocabulo, Imperator, & ſuprà ex Auguſtino epiſt. 42. ad Madaurenſes. Deniq; Platina

Auguſtinus Hipponenſis. Platina Cremonenſis.

Cremonensis in vita Ioannis I. author eſt, quomodo ille Pontifex furorē Theodorici Regis hæretici declinans Cōſtantinopolim perrexit, cui obuiam venerunt ciues omnes, & Clerus cū cereis & crucibus, exultātes de tanto munere, eò quòd in ſuis partibus ſummum Petri Apoſtoli Vicarium ſuſcipere meruiſſēt. Sed & Iuſtinus Imperator Auguſtus obuiam & ipſe pergens, dans

C honorē Deo, humiliauit ſe pronus in terram, Papamq; beatiſſimū adorauit, gaudens & ipſe, quòd in regno ſuo Chriſti Vicarium videre meruiſſet, de cuius manibus cum gloria Iuſtinus Auguſtus coronatus eſt. Similiter & Iuſtinianus Magnus ingrediēti Agapeto Papæ occurrit, & cum gloria ſuſcepit, quando Conſtantinopolim ad eundem miſſus eſſet à Theodato Rege Gothorū, vt eius iram & indignationem mitigaret, quam conceperat contra eundem Theodatum, propter Amalaſiunthum vxorem filiam Theodorici, quam interfecerat, vt ampliſſimè deſcripſit & enarrauit

Paulus Diaconus.

Paulus Diaconus in vita Iuſtiniani, vt iā alibi diximus. Similiter hi, qui Zachariæ Papæ I. vitam ſcripſerunt, vt Platina & reliqui, referunt quomodo Rex Lombardorū Luithprandus

Platina Cremonenſis.

D Veniēti prædicto Pontifici Spoletum, duces & ſatrapas miſit octauo ferè à ciuitate Narnienſi milliario. Ipſe autem ante fores Eccleſiæ deuotè eum ſuſcepit, tantaq; fuit prædicti Pontificis autoritate commotus, vt ferum animum deponeret, & quę iniuſtè abſtulerat, incunctanter manſuetiſſimus effectus redderet Apoſtolorū Principi. Inſuper & in Miſſarum ſolennijs S. Pontificis benedictionem obtinuit. Eadem deuotione etiam ſuſceptus eſt ab inimico Romani populi Stephano Rauennatis Exarcho, cum ad ſedandā perturbationem è Roma Rauennam profectus eſſet. Idem in vita Nicolai I. Prædictū refert Nicolaum Pon-

E tificem à Ludouico II. Imperatore reuerenter ſuſceptum, ita vt Imperator pedeſtri itinere gradiēs, frænū equi Pontificis apprehendens duxerit quātum ſagittæ iactus extenditur. Eum etiam ad vrbem redeūdo, iterum equo deſcēdens, equumq; Pontificis trahens, oſculis adiunctē propinquantes melliflué gratulati memorantur. Itē verò Ni-

Nicolaus I.

colavs I. epiſt. ad Michaëlem Imperatorem, ex præcedentium Imperatorum geſtis oſtendit, quanta ſemper ſummo Pontifici debita ſit reuerentia ab his exhibita, videlicet quantam Honorius Imperator Bonifacio reuerentiam exhibuerit (allegat Gratianus diſtinct. 97. cap. Victor, &c. &

A Valentinianus atq; Martianus Leoni I. Pontifici, & Iuſtinianus Ioanni II. vt allegatur in Codice de ſumma Trinitate. l. Nos reddentes. Deniq; Leo IX. epiſtola ad Michaelem Conſtātinopolitanum Epiſcopum, & Leonem Acridanum Epiſcopum, cap. 12. *Tantum (inquit) Apoſtolica dignitatis in B. Petro, & in eius Vicarius prudentiſſimus terrena monarchia Princeps Conſtantinus intima conſideratione reueritus, cunctis, vsque in finem ſeculi ſucceſſuros eidem Apoſtolo in Romana ſede Pontifices, per B. Sylueſtrum, non ſolum imperiali poteſtate & dignitate, verùm etiam inſulis & miniſtris adornauit Imperialibus, valde indignum fore arbitratus, terreno imperio ſubdi quos diuina maieſtas præficit cœleſti. Cui equidem comparatum illud terrenum nihil eſt niſi vanitas*

Leo IX.

Conſtantinus Magnus.

B *vanitatum, quia homines obliti Domini creatoris ſui intumeſcentes, mox detumeſcunt. Et tamen imperialis celſitudo hoc totum quod potuit, effecit, quanto tota deuotione quidquid a Domino acceperat, eidem in miniſtris ſuis reddidit, &c.* Quantam autem reuerentiam exhibuerint Henricus IV. Gregorio VII. & Henricus V. Paſchali II. eorum pedes exoſculando, teſtis eſt iam memoratus Platina in eorum Pontificum vita, qui in vita Alexandri III. monſtrat reuerentiam, quam eidem Pontifici Fredericus Imperator exhibuit per pedum oſculum. Et in Cōcilio Constantiensi ſeſſ. 2. legitur, quòd Ioannes 23. vbi de ceſſione Papatus liberè

Concilium Conſtantienſe.

C & voluntariè depoſuit, Imperator qui hic aderat regratiatus eſt ei ſuo nomine, & nomine atq; vice Concilij, & flectendo genua, deponendo coronam oſculatus eſt pedes eius. Similiter & Eugenio IV. ſummo Pōtifici, Imperator Conſtantinopolitanus Ferrariam ad Concilium veniens deuotum oſculum, & obedientiæ obſequium præſtitit. Innumera alia exempla prætterimus, quæ niſi nos reuocaret prolixitas, poſſemus hîc inſerere.

Papa à nemine iudicandus, nec in iudicium vocandus, &c.] Iam multa reperies inſerta ſuperioribus vocabulis, ſcilicet dictione Epiſcopus nō iudicādus, &c. Et quæ reſtant abſoluēda ſunt, quia reliqua ex præcedentibus diſtinctionibus facilè colligētur. Sixtvs II. epiſt. 2. ad Epi-

Sixtus 2.

D ſcopos Hiſpaniæ. *A ſanctis prædeceſſoribus noſtris pleramque iam ſtatutum, vt nemo anathema in noſtra ſuſcipiatur accuſatione, nec illi qui nos in ſua volunt recipere querela vel accuſatione, cùm nos ſuper illos ſciamus à Domino conſtitutos, non illos ſuper nos, & ſicut maior non poteſt a minore iudicari, ita nec colligari, quia rarum eſt omne quod magnum eſt.* Vnde & in hiſtoria cōdemnationis Marcellini I. Papæ

Marcellinus 1.

ſic habetur, (nam idem Marcellinus de ſe iudicium tulerat) *Iuſtè Marcellinus ore ſuo condemnatus eſt, & ore ſuo anathema ſuſcepit Maranatha, quoniam ore ſuo condemnatus eſt. Nemo enim vnquam iudicauit Pontificem, nec præſul Sacerdotem ſuum, quoniam prima ſedes non iudicabitur à quoquam.* Idem

E tenorat Cōcilium Romanvm II. ſub Sylueſtro I. Epiſcoporum 284. cap. 3. actio. 1. & cap. 2. actio. 2. *Neque præſul Summus (ait) à quoquam iudicabitur, quoniam ſicut ſcriptum eſt: Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum, &c.* Vnde & in expurgatione Sixti III hæc producuntur, cap. 5. quia accuſatus erat à Baſſo & Mariniano, quòd cōlectaiā Chryſogonitem virginem ſtupraſſet. *Non licet* ait Maximus Conſul *aduerſus Pontificem dare ſententiam.* Vide latiùs in vocabulo, Crimen, &c. eadem decreta producit Ivlivs I. epiſtola 2. ad Epiſcopos Orientales pro Athanaſio, cap. 26. & dicit decreta fuiſſe in Nicæna magna Synodo,

Concilium Romanum 2. ſub Sylueſtro [illegible] Conſtantinus Magnus.

[illegible]tus 3.

Iulius I.

verùm

Concilium Chalcedonenſe 4 generale.

Gelaſius 1.

verùm non exiat canon, ſicut nec alij multi iniuria temporum deperditi Hinc Conc. CHALC. generale 4 ſecundum hæc decreta actione 3. Diſcorum damnat Alexandrinum Epiſcopum, eo quod ſummum Pontificem excommunicare præſumpſiſſet Hinc GELAS. I. epiſtola commonitoria ad Fauſtum magiſtrum, &c & allegat Gratianus diſtinct. 22. Qua traditione, &c. *Qua traditione (inquit) maiorum Apoſtolicam ſedem in iudicium vocant? nec canones ipſi, qui ſacri, qui legitimi, qui Eccleſiaſtici, celebrantur, ſedem Apoſtolicam ad iudicium vocare non poſſunt. Denique quantum ad religionem attinet, non niſi Apoſtolica ſedis iuxta canones debetur ſumma iudicij totius: quantum ad ſeculi poteſtatem, illa a Pontificibus, & præcipue a beati Petri Vicario debet cognoſcere quæ diuina ſunt, non ipſa eadem iudicare, nec ſibi hoc quiſquam potentiſſimus ſeculi, qui tamen Chriſtianus eſt) vindicare præſumit, niſi religionem forſitam perſequens.* Idem eadem repetit epiſtola ad Anaſtaſium Imperatorem, & epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ, & allegat, Gratianus cauſa 11. quæſt 3 cap Cuncta. *Cuncta per mundum (ait) nouit Eccleſia, quoniam quorumlibet ſententiis ligata pontificum ſedes beati Petri Apoſtoli ius habeat reſoluendi, vt pote quæ de omni Eccleſia fas habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio ſiquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo ſit appellare permiſſus.* Vide ſuprà, Appellare, &c. Hanc ſententiam de non iudicando ſummo Pontifice confirmarunt Epiſcopi Liguriæ, Æmiliæ, Venetiarum, & alij qui interfuerunt Concilio ROM. IV. ſub Symmacho 1. qui apud regem Theodoricum iniquè fuerat accuſatus. In huius autem negotio primò ſtatuerunt, vt Patrimonij & Eccleſiarum ius reciperet, quod amiſerat priuſquam cum ſuis accuſatoribus & delatoribus ſuis confligeret. Cùm autem iam calumniam incepiſſent ingerere, & accuſationis ſuæ malè ieciſſent fundamentum repulſi ſunt lege canonum, quæ præcipit, vt quos ad accuſationem leges ſeculi non admittunt, his dicendi in cognitione vel accuſandi aliquid denegetur licentia. Statutumque eſt, quod & allegat Gratianus diſtinct. 17 cap. Concilia. Papam non poſſe vocari in iudicium niſi hunc ſynodus ſancta coëgerit: ſicque Symmachus iuſſa prædicti Regis ſedi reſtitui, & congruis honoribus cumulatus. Eadem adhuc confirmat Concil. ROM. V. ſub eodem Symmacho Epiſcoporũ 218. & hoc refert ENNOD. DIAC libro Apologetico pro Symmacho. &c vbi arguit ex authoritate patrum quod ſummus pontifex nunquam minorum ſubiacuiſſe legitur ſententię. Vnde etiam ſic loquitur in eodem libro, & allegat Gratianus cauſa 9 quæſt 3. cap Aliorum. *Aliorum fortè hominum cauſas Deus voluit homines terminare, ſed ſedis iſtius præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio. Voluit beati Petri Apoſtoli ſucceſſores cœlo tantum debere innocentiam, & ſubtiliſſimi diſcuſſoris indagini inuiolatam exhibere conſcientiam. Nolite æſtimare eas animas de inquiſitionibus non habere formidinem, quas Deus præ cæteris ſuo reſeruauit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore ſubſidium, quando ipſorum factorum vtitur eo teſte, quo iudice. Dicas fortaſſe omnium animarum talis erit in illa diſceptatione conditio? reſpondebo vni dictum: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis, &c. Et rurſus Sanctorum voce patet, Pontificum dignitatem ſedis eius factam toto orbe venerabilem, dum illi quicquid fidelium eſt vbique ſub-*

Concilium Romanum 4. ſub Symmacho 1.

Concilium poteſt vocare Papam in iudicium. Vide & vocabulũ, Cõcilium.

Concilium Romanum 4. 5. ſub Symmacho.

Ennodius Diaconus hunc Epiſcopum prælatum ... culatus 1.

Matth 16.

mittitur, dum totius corporis caput eſſe deſignatur. De qua mihi videtur dictum per prophetam ... humiliatur, ad cuius confugietis auxilium ... vbi relinquetis gloriam veſtram. Denique PLAT. CREM. refert in vita Leonis; quòd ille dom apud Carolũ Magnum fuiſſet accuſatus & imperator ad diſcutiendam cauſam veniſſet, acclamatum eſt. ſedem Apoſtolicam omnium Eccleſiarum caput à nemine (præſertim laico iudicari debere. ſicque Carolus ſubticens obtinuit. Tunc autem ſummus Pontifex acceptis Euangelijs in ſuggeſtum aſcendens à crimine ſe purgauit, & criminatoribus ſuis. cum iam ad mortem & ſupplicium ducerentur, à Carolo vitam obtinuit. Sic eſt falsò accuſatus Siluerius Papa, quaſi vrbem voluiſſet Gothis tradere, & propterea in exilium deportatus, ſuggerente Vigilio Diacono & iubẽte Auguſta. Vnde & idẽ SILV. I. epiſtola ad Amatorem Epiſcopum, & allegatur à Grat cauſa 23. quęſt 4. cap. Belliſſarius. Statuit congreta in ſuo exilio Synodo, nullũ vnquam taliter decipiendum. *Sicut (ait) deceptus ſum. Et ſi aliquis deinceps vllum vnquam Epiſcoporum ita deceperit, anathema Maranatha fiat in conſpectu Dei & ſanctorum Angelorum, ſicut & eos qui talia erga me egerunt anathematizaui.* Tum præmiſſa decreta iterato citat & confirmat. & Vigilium prædictũ anathemate ferit cum 4 Epiſcopis, qui damnationi ſuæ ſubſcripſerant Verum plura iã de Epiſcopis non accuſandis ſuo loco diximus Vide obſecro. & ea quæ ſequuntur Eadem quippe confirmat Adrianus 1. qui ex Cõcilio Chalcedonẽſi profert decretum. quo ſolis Pontificibus ſummis de ſacerdotibus defertur iudiciũ, vt iam allegauimus in vocabulo. Epiſcopus à quo & qualiter iudicandus, &c. & ex alijs multis authoribus. Vide ergo. Verùm poſſet hic dici, quod ſi ſummus Põtifex à nemine iudicatur. quomodo in Concilio generali 6. & à Leone 2. Hunor 1. Papa ſit iudicatus hæreticus, eo quod contra fidem duarum in Chriſto voluntatum & operationũ ſcripſiſſet, vt diximus in vocabulo, Chriſti duplex volũtas & operatio, &c. Hinc quæſtioni ſatisfacit ADR II. epiſt. miſſa ad generalem Synod 8 ſub Baſil. Imperat. quæ lecta eſt act 7. eiuſdem Concilij. *Romanum (inquit) Pontificem de omnium Eccleſiarũ præſulibus iudicaſſe legimus, de eo verò quenquam iudicaſſe non legimus. Licet enim Honor. 1. ab Oriental. poſt mortem anathema ſit dictum: ſciendum tamen eſt, quia fuerat ſuper hæreſi accuſatus. propter quã ſolam licitum eſt minoribus maiorum ſuorum motibus reſiſtere.* (vt etiam diximus in vocabulo, Epiſc. &c.) *vel prauos ſuos ſenſus libere reſpuere: quamuis & ibi nec patriarcharum, nec cæterorũ Antiſtitum cuipiam de eo quamlibet fas fuerit proferre ſententiam, niſi eiuſdem primæ ſedis põtificis conſenſus præceſſiſſet.* Præterea Patres eiuſdem Conc. GEN. VIII can. 21. & allegat Grat. diſt. 22. c. diffinimus, &c. ſtatuũt, vt nullus eos, qui ſedibus Patriarchalibus præſunt, audeat inhonorare, aut à proprio throno remouere, & præcipuè contra ſanctiſſimũ Papã nullus debeat conſcriptiones, aut verba ſub occaſione quaſi diffamatorum criminũ. vt Photi9 & Dioſcorus fecerunt. cõponere, alias ſimilẽ cum prædictis condemnationẽ recipient. Porrò ſi ſynodus vniuerſalis fuerit cõgregata, & facta fuerit etiã de ſancta Romana Eccleſia quæuis ambiguitas & controuerſia, oportet venerabiliter. & cum conuenienti reuerẽtia de propoſita quęſtione ſciſcitari, & ſolutionẽ accipere, aut proficere. & profectum facere: non tamen audacter ſententiam dicere contra ſummos ſeniores Romę Põtifices. Idẽ collige ex vocabulo, Romanæ Eccleſiæ Primatus.

Eſa. 10.

Platina Cremonenſis

Siluerius 1.

Adrianus libr. pro defenſione Imaginum cap 6.

Quæſtio quomodo Honorius 1. iudicatus ſit & damnatus Hereticus.

Adrianus 2.

Propter hæreſim ſummus Pontifex iudicandus.

Concilium generale 8. Conſtantinopolitanum 4.

tus,&c. Vide etiam in vocabulo, Honor. tum lege locos aſſignatos,& ea quæ ſequuntur.

Papa an ſit ſupra Concilium generale. Ex ſuperiori annotatione dictum eſt, quia à nemine poſſit ſummus Pontifex iudicari, niſi enim Concilium ſanctum in iudicium vocauerit.& legimus quod in Concilio Generali 6 Papa iudicatus eſt, atque Concilium Mileuitanum corripit ſummum Pontificem, eo quod communionem his dediſſet quos excommunicauerat. Verùm hæc latius habes, deſinita ſuprà in vocabulo, Concilium an ſit ſupra Papam,&c. Vide ergo.

Concilium Mileuitanum ſub Cœleſtino 1.

Papa formam præſcribit Concilio.]Lege eodem vocabulo.

Papa Conciliorum decreta confirmat vel reprobat.] Lege ibidem & ſequentibus in vocabulo.Concilium. &c.

B

Papa cunctos Eccleſiæ ordines de' quibuſcunque locis conuocare poteſt.].Hæc ſatis ſuperque in vocabulo.Coocilium non congregandum ſine ſummi Pontificis aſcenſu, &c. & Concilio omnes teneantur adeſſe, &c. & in principio huius vocabuli,iam declarata ſunt. Vnde & NICOLAVS I. epiſtola ad Michaelem Imperatorem,& allegat Gratianus cauſa 1.quæſt. 1.de cauſa 9. quæſt. 2. Per princip. &c. *Quamuis Deo gratias (ait) & per principalem beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli poteſtatem vis habeamus, non ſolum Monachos, verum etiam quoſlibet clericos de quacunque Diœceſi,cum neceſſe fuerit,ad nos conuocare, atque Eccleſiaſticis exigentibus opportunitatibus innitare. Hoc quidem noſtrum, veſtrum autem, & Piorum Imperatorum non eſt vllum penitus quærendi monachos miniſterium,niſi ad miſerendum & orationes eorum poſcendum.*

Nicolaus I.

C

Papam hæretici ſemper perſecuti ſunt.] Hæc reperies ſupra & in vocabulo,Hæreticus,vbi & de eorum etiam è ſedibus eiectiooe ſatis clarè diſſeritur,& infrà reperies in vocabulis,Romana Eccleſ. &c. & perſequutio,&c. Vide ergo nec differas,quia leges forſam quæ animum reficient.

Hæc omnia reperiſda ſunt diligenti ſtudio.

Papa Eccleſiæ facultates non valeant alienare,vel conſanguineis elargiri.]Lege ſuprà, Facultates, &c. Conſanguinei,&c.

D

Papæ inſeruiant clerici non laici.]Concilium ROMANVM, cui præſedit Gregorius 1. canone 2. *Verecundus mos corpore indiſcretionis inoleuit,vt huius ſedis pontificibus ad ſecreta cubiculi ſeruitia laici pueri ac ſeculares obſequantur, & cum Paſtoris vita eſſe ſemper debeat in exemplum, plerumque clerici qualis in ſecreto ſit vita ſui Pontificis neſciunt, quam tamen,vt dictum eſt,ſeculares pueri ſciant. De qua re præſenti decreto conſtituo, vt quidam ex clericis, vel etiam ex monachis electi, miniſterio cubiculi pontificalis obſequantur,vt is qui in loco eſt regiminis, habeat tales teſtes,qui vita eius in ſecreto conuerſationem videãt,quique ex viſione ſedula exemplum * vel profectum perfectũ ſumant.* Idem de Epiſcopis ſtatuit Conciliũ TOLETANVM IV. can.21.vt diximus in vocabulo,Epiſcopus.&c. Porrò hoc Gregorij decretum tam de Papa, quàm de cæteris Epiſcopis exponit Concilium PARISIENSE III. lib.1. cap. 20. exemplum Auguſtini & Ambroſij proferens Vide autem in vocabulo, Epiſcopus ſuæ conuerſationis teſtes habeat.&c.

Concilium Romanum ſub Gregorio 1.

E

* vel profectum.

Concilium Toletanum 4.

Concilium Pariſienſe 3.

Papæ defuncti exequiæ.] Vide etiam in vocabulo, Epiſcopi defuncti exequiæ, &c. Porrò iam memoratum ſub Gregorio 1 Concil. ROM. can. 4. *Antiquitus(ait)cum ad tumulum corpus ſummi Pontificis deferretur, dalmaticis contegebatur,quæ poſt pro ſanctitatis reuerentia ſcindebantur à populis, & inuicem partiebãtur,quod de cetero prohibetur fieri Nam cum adſint multa à ſacris corporibus Apoſtolorum Martyrũmque velamina, fruſtra à peccatorum corpore ſumitur,quod pro magna reuerentia reſeruetur. De qua re præſenti decreto conſtituo, vt feretrum, quo Romani Pontificis corpus ad ſepeliendum ducitur,nullo tegmine veletur. Quam decreti mei curam gerere ſedis huius presbyteros ac Diaconos cenſeo. Si quis vero ex eorum ordine hoc curare neglexerit, anathema ſit, & reſponderunt omnes anathema ſit.* Vide loco iam memorato Epiſcopi exequiæ,&c.

Concilium Romanum ſub Gregorio 1.

A

Attende reliquiarum encomium.

Papæ defuncti non inuadendæ facultates. }Concilium ROMANVM ſub Nicolao 2, Epiſcoporum 113. Moriente Romano Pontifice, vel cuiuſcunque ciuitatis,nullus præſumat facultates eorum inuadere, ſed ſucceſſoribus eorum reſeruentur integræ,&c. Hæc latius lege expreſſa,vocabulo,Epiſcopi defuncti,&c.

Concilium Romanum ſub Nicolao 2 cõtra Berengarium.

B

PAPATVS.

Papatus non ambiendus nec inuadendus,&c.] In prima huius vocabuli diſtinctione, dum de Papæ electiooe tractaretur,omninò hæc prohibita non ſtatuimus, ſed & in vocabulo altero.ſcilicet Epiſcopatus non inuadendus, &c. & reliquis iam multa ex patrum decretis prolata inuenies. Vide ergo. Præterea Concilium ROMANVM II. cano.3. conſtitutionem fecit, quæ allegatur à Gratiano diſtinct. 79. cap. Si quis, &c. propter ambitionem.Petri altini. & Laurentij, & aliorum qui præfato Symmacho Pontificatum tentabant eripere. *Propter frequentes ambitus (ait) quorundam, & Eccleſiæ nuditatem,vel populi colliſionem, quæ moleſta & iniqua incompetenter Epiſcopatum deſiderantium generauit auiditas,vt extinguatur futuris præſumptio tam pernicioſa temporibus, conſtituit ſancta Synodus,vt ſi quis presbyter, aut diaconus, aut clericus, Papa incolumi & eo inconſulto, aut ſubſcriptionem pro Romano pontificatu commodare, aut pitacia promittere aut ſacramentum præbere tentauerit, aut aliquod certe ſuffragium polliceri, vel de hac cauſa priuatis conuenticulis factis deliberare, atque decernere,loci ſui dignitate atque communione priuetur. Omnes dixerunt. Placet, & quod omnibus placet, fiat.* Et canone 5. ſubditur. *Propter occultas autem fraudes, & coniurationum ſecretas inſidias, quas huius ſententia diſtrictionis conſequitur, ſi quis ad Eccleſiaſticam pertulerit notitiam, conſilia eorum, qui contra hanc ſynodum de pontificali egerint ambitu, & rationabili probatione conuicerit, particeps actionis huiuſmodi,non ſolum purgatus ab omni culpa ſit, ſed etiam remuneratione,qua non indigna eſt,ſubleuetur. Synodus ſurgẽs dixit Placẽt omnia.* Subſcripſerunt Epiſc. num. 73.Porrò de ambitione Nouati agit Euſeb. Cæſar.lib.6.hiſt Eccleſ c.33.& CYPR CARTHAG. lib.4.Epiſtolarum epiſt.2.vt iam inſeruimus ſupra in dictione, Papa vnus eligendus & conſecrandus.non plus,&c.Denique PELAGIVS I. referente in eius vita Platina & alijs authoribus,decretum propoſuit, ne aliquis ad Sacerdotium per ambitionem, aut alio damnabili modo tranſiret,ſicut in locis ſupramemoratis inſeruimus.Refert quoque LIBERAT. CARTHAG. cap. 22.Breuiarij de cauſa Neſtoriana,& PLATINA Cremonenſis in vita Silueri) 1. Quomodo præfatus Siluerius 1.à Vigilio Diacono Conſtantinopolitano iubente Auguſta ſede deturbatus eſt, & in exilium miſſus,eo quod Anthymum Conſtantinopolitanum Epiſcopum hæreticum, quem Agapetus 1. deiecerat.ſedi nollet reſtituere. Auro autẽ & pretio Vigilius prędictus pontificatũ ambiebat, & hoc Auguſta nitebatur efficere.ſub ſpe

Concilium Romanum 2. ſub Symmacho 1.

C

D

Euſebius Cæſarienſis.

Cyprianus Carthaginenſis.

E

Pelagius 1.

Liberatus Car[illegible]

Platina Cremonenſis.

quòd factus ſummus Pontifex prædictum Anthymum reſtitueret. Verum in exilio degens ſupradictos S E L V. I. epiſt. direxit præfato Vigilio, vbi ita loquitur. *Quia contra iura canonica temporibus ſanctæ memoriæ Bonifacij Papa ipſo viuente ſucceſſor eius deſignari conaburis* (vt iam ſuperius diximus, Papa non reſignet, &c.) *niſi tibi ampliſſimi ſenatus obuiaſſet iuſtitia, tunc prouidentia Paſtorali ac pontificali authoritate tua execranda iam debuerant auſpicia detruncari. Sed dum paruum vulnus in te neglectum eſt inſanabile, accreuit apoſtema ambitionis, quod niſi ferro altiùs abſcindatur, fomentorum ſentire non poteſt medicinam: quippe qui nequiſſimi ſpiritus audacia, ambitionis phreneſim concipiens, in illius Apoſtolici medici, cui animas ligandi ſoluendique collatu eſt & conceſſa poteſtas, verſaris contumeliam, nonnumque ſcelus erroris in apoſtolica ſede rurſus niteris inducere, & in morem ſimonis, cuius diſcipulum te oſtendis operibus data pecunia, néque repulſo, qui (fauente domino) tribus iam iugiter emenſis temporibus ei præſideo, tempora mea nitaris inuadere.* * *Habete ergo, cum his qui tibi conſentiunt, pœna damnationis ſententiam, ſublatumque tibi nomen & munus miniſterij ſacerdotalis agnoſce, ſancti Spiritus iudicio & Apoſtolica à nobis authoritate damnatus. Sic enim decet fidem ſanctorum patrum in Eccleſia ſeruari catholica, vt quod habuit amittat, qui improbabili temeritate, quod non accepit, aſſumpſerit.* Huic anathemati cum Siluerio etiam nominantur quatuor Epiſcopi ibidem ſubſcripſiſſe. Hic tamen Vigilius, poſt mortem Siluerij, à Belliſſario & à Clero electus eſt, & ſanctiſſimam vitam duxit, & omninò Auguſtæ contradixit ſuper reſtitutione ſupradicti Anthymi hæretici, ſequens veſtigia prædeceſſorum ſuorum. Inde autem & multas perſecutiones ab ea paſſus eſt, & in exilium relegatus, & patienter tolerauit, & tandem ad ſedem remeans Syracuſis calculo defunctus eſt

* Hæc allegat Gratianus cauſa 23. quæſt. 4. c. Belliſſarius, & cauſſa 25. q. 1. cap. Sic decet.

PARASCEVE.

De ieiunio paraſceues egimus ſuperius in vocabulo, Ieiunium hebdomadæ ſanctæ Lege obſecro. Porrò de precibus quæ ſolent his diebus in Eccleſia peragi, lege infrà, Preces, &c.

PARENTES.

Parentes honorandi.] Legis eſt præceptum, quod & Chriſtus replicat, & Apoſtoli denuo præcipiunt, vt clarè docet C L E M E N S I. lib. 7. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 16. *Patrem tuum & matrem tuam honora, cum ſint authores originis tuæ, vt ſis longæuus ſuper terram, quam dominus Deus tuus dat tibi. Fratres tuos & conſanguineos tuos ne contemnas, propinquos enim ſeminis ne deſpexeris.* Vnde & T E L E S P H O R V S I. epiſt. 1. ad omnes Epiſcopos. *Omnes qui aduerſus patres armantur infames eſſe cenſemus. Patres enim omnes venerandi ſunt, non reſpuendi, aut inſidiandi, &c.* Elegantiſſimè autem hoc legis præceptum exponit P H I L O I V D Æ V S libro de decalogo, & hoc etiam ex animalium natura, de honorandis parentibus, & fouendis, exemplis pulcherrimis declarat. *Ciconiæ* (inquit) *ſenes impotes volandi nido ſe continent, ex his prognatæ terra marique volitant, & cibos parentibus afferunt. Sic illæ, vt earum ætate dignum eſt, quiete fruuntur & copia. Iuniores verò laborem comportandi ſolantur pietate, ac ſpe recipiendæ in ſenectute gratiæ. Debitum perſoluentes interim, quod tempus poſtulat, & eadem opera natos implumes fœtúſque parentes educant naturæ instinctu, & pullis & decrepitis alacriter præſtando mutuum officium: & poſtea non obuoluent faciem præ pudore homines parentum contemptores, damnabuntque ſuam incuriam in re, qua vel ſola erat curanda, vel ante alias, præſertim cum non tam conferatur, quam referatur beneficium? filiorum enim nihil eſt proprium, quod non parentibus debeant, à quibus vel acceperunt, vel in acquirendo adiuti ſunt, &c.* De parentibus honorandis agit I O A N N E S C H R Y S O S T O M V S homilia 52 in Matthæum exponens illud: *Quare vos tranſgredimini mandatum, &c.* Vide & in eumdem locum reliquos expoſitores, quia hic non tempus conceditur enarrare.

Exod. 20.
Clemens I.
Theleſphorus I.
Philo Iudæus.
Attende Ciconiarum admirandam curam
Ioannes Chryſoſtomus.
Matth. 15.

Parentum irriſores.] C L E M E N S I. *Qualis* (ait) *condemnatio, & qualis imminet maledictio his qui in parentes peccant, diuina nos docet ſcriptura. Si enim Cham filius Noe cum vidiſſet nudum ſuum patrem, quoniam non cooperuit patris corporalis nuditatem, ſed egreſſus nunciauit eam fratribus, & illi veſtimento eum cooperuerunt, ipſe quidem Cham, & illi qui ex eo nati ſunt ſub maledicto facti ſunt, qui autem cooperuerunt magnam benedictionem meruerunt: multo magis iſti maiore & ampliore condemnatione digni ſunt, qui patribus obuiare, aut contra eos inſurgere nituntur, aut iniuriam vel contumeliam eis inferre moliuntur: quoniam qui eis reſiſtit, Deo reſiſtit, & qui eis iniuriam vel contumeliam facit, Dei cuius legati omnes funguntur, facit, &c.* Eadem A N A C L E T V S I. epiſtola 2 ad Epiſcopos Italiæ, & epiſt. 3. Lege doctores qui Geneſis cap. 9 interpretati ſunt. Vnde & P E L A G I V S II. epiſt. 1. ad eos qui Conſtantinopoli conuenerant, &c. cap. 4. *Sanctorum Patrum ſtatuta ſequentes ſynodali authoritate, omnes qui aduerſus patres armantur, vt patrum inuaſores & mactatores infames eſſe cenſemus, quoniam ea vulnera quæ fomentis non ſanantur, ferro abſcindi vel curari neceſſe eſt, &c.* Lege ea quæ iam in vocabulo, Epiſcopus, &c. dicta ſunt.

Clemens I.
Geneſ. 9.
Anacletus I.
Pelagius 2.

Parentum necatores.] Vide ſupra, Homicidium Patris vel Matris, &c. ex Concilio Vormatienſi, & Nicolao I. & reliquis Concilium M O G V N T I N V M II. canone 20. *Parricidium* (ait) *quam ſit deteſtabile, crimen in indicio facto inter Cain & Abel fratrem ſuum dominus oſtendit ipſe, cum ad Cain parricidam ait: Maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam non dabit tibi fructus ſuos, vagus & profugus eris ſuper terram. In quo etiam poſuit ſignum, hoc eſt, vt tremens & gemens profugus ſemper viueret, nec auderet ſedes habere quietas. Sed quia in modernis temporibus parricidæ profugi currunt per diuerſa, & variis vitiis atque gulæ illecebris deſeruiunt, melius nobis videtur, vt in vno loco manentes pœnitentia diſtricta ſemetipſos caſtigent, ſi fortè à domini bonitate indulgentiam facinoris ſui percipere mereantur. Non enim eis licebit vltrà militiæ cingulum ſumere, & nuptiis vel coniugijs copulari, quia ſacri canones hoc eis non conſentiunt.* Vide loco ſupradicto.

Concilium Moguntinum 2. ſub Rabano.
Geneſ. 4.

Parentes filios erudiant.] Poſuimus ſuperiùs in vocabulo, filij erudiendi, &c.

Parentes de ſacro fonte filios leuare non poſſint.] Vide in vocabulo, Patriuus infrà, vbi hæc negotia pertractantur.

PARADISVS TERRESTRIS.

Paradiſus vbi ſit.] P H I L O S T O R G I V S Græcus, vt refert Nicephorus Calliſtus lib. 9. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 19. dixit, & ſcriptis reliquit Paradiſum ad Orientem ſub æquinoctiali ſitum circulo. *Primum* (ait) *ex eo quod ad meridiem, manifeſtum eſt loca ferè omnia eſſe habitabilia, ad extremum vſque duntaxat mare, quod iam ſol adu-*

Philoſtorgius Græcus.

rit anno toto radios ſuos in id mittens: hæc quippe eſt illa qua media Zona dicitur. Deinde, quod is qui nunc Hyphaſis dicitur fluuius, in ſcripturis ſacris Phiſon nominatus, & ipſe è paradiſo ortum ducens, ex Arctois magis Orientis partibus meridiem verſus profluere videtur, & in eius ipſius ora Oceanum aquas ſuas conijcere ex aduerſo Taprobanæ inſulæ. Ad cuius fluminis ripas inuenitur, quod Caryophylum vocatur, ſiue id fructus, ſeu flos eſt: & perſuaſum habent, qui ibi habitant homines, arborem eius ex eis quæ in paradiſo ſunt vnam eſſe. Etenim ea quæ ſupra eos eſt terra, admodum deſerta eſt tota & ſterilis. Quod autem is fluuius florem eum adfert, ſatis conſtat illum ſuper terram totum ferri, neque vſpiam ſub terram in cuniculos demitti: aliter enim quod ibi natum eſſet perferre non poſſet. Habet & aliam flumen hoc notam terrenæ cum paradiſo commiſtionis. Fertur enim ſi quis febri laboret ardenti, & in flumine eo mergatur, derepentè eum morbo liberari, &c. Situationis etiam Paradiſi meminit PLINIVS II. libro 1. naturalis hiſtoriæ cap. 73 & PHILO Iudæus lib. 2 de Plantatione Noe, vbi illud moraliter expoſuit quod in Geneſi legitur: *Plantauit Deus Paradiſum voluptatis ad plagam Edem, &c.* & iterum libro de Congreſſu quærendæ eruditionis gratia; & libro de mundi opificio non longe à fine, atque iterum lib. 1. legis allegoriarum Lege ſi vacat Paradiſum quoque delitiarum HOMERVS Græcus deſcripſit in hortis Alcinoi, vt etiam eius citat verſus Iuſtinus martyr ſermone exhortatorio ad gentes. Idem facit & VIRGILIVS Maro lib. 6. Æneidos de campis Elyſijs. & IRENAEVS Martyr lib. 5 contrà Hæreſes Valentini & ſimilium, cum exponit locum Apoſtoli, vbi ſe raptum dicit in Paradiſum. Similiter & ABDIAS Babylonius lib. 7. certaminis Apoſtolici, refert Matthæum Apoſtolum ſic de Paradiſo voluptatis Aethiopes docuiſſe quod iam lib. 4. de geſtis Ioannes paucis deſcripſerat. *Paradiſus deliciarum (ait) eminet omnibus montibus, & vicinus eſt cœlo, neque habet aliquid in ſe quod poſſit eſſe ſaluti hominum inimicum. Non aues terrentur ad ſonitum hominis & aſpectum, non ſpinæ naſcuntur & tribuli, non ibi roſæ marceſcunt, non lilia, non aliqui ibi prætereunt flores, non anni ſenectutem generant ætatibus, non labor fatigationibus ſubiacet, non infirmitas aliqua ſanitati ſuccedit tolliusa, & fletus, & mors ibi penitus locum non habent. Auræ enim quæ ibi ſunt, blandiuntur potius quàm perflant, & æternitatem naribus inferunt. Nam ſicut thymiamatis fumus excludit putores, ibi nares, ibi vitam exſpirant æternam, quæ non permittit hominem, nec fatigationem incurrere, nec dolorem, ſed ſemper æqualem ſemper iuuenem, ſemper lætum, & ſemper immobilem permanere. Sonant ibi organa Angelorum & voces mellifluæ auribus inferuntur, ſerpens ibi locum non habet, non ſcorpio, non phalangius, non muſca aliqua ſaluti hominis inimica eſt. Famulantur ibi hominibus leones & tygrides & pardi, & quidquid iuſſerit homo auibus aut feris, quaſi chariſſimo & dilecto Dei mox obtemperant cum reuerentia iuſſioni eius. Quatuor quoque flumina inde fluunt. Vnus fluuius dicitur Geon, ſecundus Phyſon, Tertius Tygris, & quartus Euphrates. Heomni genere piſcium abundant, nullus ibi eſt latratus canum, nullus leonum rugitus, omnia blanda ſunt, omnia manſueta, omnia quieta. Nunquam ibi facies cœli nubium tegminibus obumbrantur, nunquam ibi fulgura coruſcant, nunquam tonitrua contrepant, ſed eſt ibi exultatio ſine fine, & feſtiuitas quæ terminum non habet. Ibi ſerpens penitus non eſt, quia per ipſum diabolus inuidiam ſuam exercuit, & propterea à Deo maledi-*

Hyphaſis vnde ſcrib. medetur

Plinius Secundus.

Philo Iudæus.

Homerus poeta.

Virgilius Maro.

Irenæus Martyr.

Abdias Babilonius.

A *ctus in loco benedicto maledictus habitare non poteſt.* Paradiſi delitiarum meminit etiam vir antiquiſſimus TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS lib. 1. contra Marcionem, lib. 4. vbi exponit illud Euangelij: *Cum diues eleuaſſet oculos, vidit Lazari animam ab Angelis in ſinū Abrahæ deferri.* Sed & ipſe teſtatur libro de anima cap. 32. & 33. librum de Paradiſo ſcripſiſſe. Vnde & libro Apologetico aduerſus gentes cap. 45. *Si paradiſum nominemus, (ait) locum diuinæ amœnitatis recipiendis ſanctorum ſpiritibus deſtinatum, maceria quadam ignea illius zonæ a notitia orbis cōmunis ſegregatum, Elyſij campi gentiles fidem occuparunt, & ſic vetus teſtamentum interpolant, &c.* De Paradiſo etiam

B ORIGENES ADAMANTIVS homilia 13. in Ezechielem tractat, dum illud exponit. *Tu ſignaculum ſimilitudinis in Paradiſo Dei fuiſti, &c.* Et EPIPHANIVS CYPRI lib. 2. contra hæreſes contra Origenianos hæreſi 64. vbi etiam profert propria verba METHODII TYRII Epiſcopi in Geneſin contra Origenem. Ibi autem de ſitu Paradiſi latius diſputat, ſicut & multi alij, vt AVGVSTINVS HIPPONENSIS lib. 12. in Geneſin cap. 34 vbi dicit, quòd Paradiſus vbi Adam collocatus eſt, nihil aliud quàm locus quidam intelligatur, terra ſcilicet vbi habitaret homo terrenus, &c. Plura lib. 8. de geneſi ad literam. Lege obſecro quæ annotauit de Paradiſo doctiſ-

C ſimus noſtri ſeculi & literatiſſimus vir ALBERTVS NOVICAMPIANVS in ſcopo biblico, vbi agit de Peccato, ſtatim in initio annotationis. Plures proferrem, ſed hic ſolus ſatisfaciet lectorum auidis mentibus, quæ veritatis quærunt paſci doctrinis.

Tertullianus Carthaginenſ.

Origenes Adamantius. Ezech. 31.

Epiphanius Cypri.

Methodius Tyrius.

Auguſtinus Hipponenſis.

Albertus Nouicampianus

PAROCHVS.

Parochi officium.] Lege ea quæ iam de Epiſcoporum officio conſcripſimus, ſimul & ea quæ paſſim de Beneficiorum cura in proprijs dictionibus demōſtrata ſunt. De eorum verò etiam

D reſidentia ſimul cum cæteris, habes infra in vocabulo, reſidentia. &c. De eius porrò ætate, qua habilis ſit ad beneficium obtinendum, poſuimus in vocabulo. Beneficium, &c. vide obſecro in omnibus illis locis, quia ibi congruenter cuncta repoſita ſunt. Porrò de eiuſdem officio breuiter Concilium SENONENSE cap. 11. & 12 conſtitutionum tractat. *Tenentur (ait) Parochi imprimis ſingulis Dominicis clara voce, & intelligibili ac verbis maternis annunciare decem præcepta decalogi, & articulos fidei, & admonere ſuos parochianos, vt interſint miſſæ Parochiali diebus dominicis, & feſtis per hebdomadam occurrentibus. Quòd ſi per tres dominicos neglexerint intereſſe miſſæ parochiali, pro menſura contemptus vel offenſæ puniantur. Porrò tenentur eos hor-*

E *tari, vt frequenter peccata ſua confiteantur, ſacramentum Euchariſtiæ percipiant, ſaltem in feſtis ſolennibus, tempore infirmitatis aut peſtis, aut vbi inſtat periculum mortis, ſeu cum mare ſunt nauigaturi. Quos etiam commoneant ne peregrinentur ſine litteris teſtimonialibus Chriſtianitatis eorum, quas ijdem curati per ſe aut eorum vicarios, ſi petantur, liberaliter tradant. Diligenter etiam aduertant, ſi Parochiani ad minus ſemel in anno ſanctam Eccleſiæ communionem Euchariſtiámque percipiant, & communicantium nomina, ſi fieri poteſt, ſcripto redigant, &c.* Præterea de officio Parochi etiam ſtatuit Concil. COLONIENSE III. partis 5. cap. 1. 2. 3. 4. &c. vt ſcilicet ſint moribus, vita, doctrináque conſpicui. & exemplum

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato Cācella io Franciæ, Legato Cardinali, & Archiep. 1600 po.

Concilium Colonienſe 3.

bonum

bonum gregi præbeant auaritiam vitent,& familiam habeant irreprehenſibilem luxuriam fugiāt, pudicitiam amplectantur, & in ſumma ſolicitè ſeipſos Deo probabiles exhibeant, operarios inconfuſibiles, rectè tractantes verbū veritatis,&c. Vide ea quæ in dictione. Epiſcopi officium, munus,& ſtudium, diximus,&c Quid autem in concionando debeant obſeruare vel vitare, ſubiungit. Idem Concilium partis 6 cap 1.2.3.4 5.& 6.& ſequentibus, vbi de charitate ſeruanda, de pœnitentia prædicanda, de ſabuloſitate, & loquacitate vitanda, de expugnandis hæreticis iuxta ſcripturarum teſtimonia, illis mandatur. Inſtituuntur etiā qualiter in reprehendendis & corrigendis criminibus ſe gerere debeant, quomodo corripiant magiſtrat⁹ (vide, Corripere &c.& Magiſtratus,&c.) quomodo ſcripturis vtantur (vide & Scriptura, &c) quomodo ſuos auditores excitare debeāt ad orandum pro defunctis (vide defunctus, &c.)& cętera de quibus ſuis locis tractatur Porrò partis 8 cap. 1. 2. 3. 4. &c. de victu neceſſario parochis ſuppeditando, tractat, ne fortaſſis, pro baptiſmi collatione, pro chriſmate, exequijs, atque alijs ſacramentis cogantur contra præceptiones canonicas à fidelibus aliquid extorquere. Similiter de Parochi officio Concil AVGVST. c 8. tractat, atque expreſsè mandat, vt præficiantur Eccleſijs parochi graues, docti, morigeri, & ad curam animarum idonei, & diligens atque anniuerſaria de eorum vita & moribus inquiſitio habeatur. *Sciant autem ſui eſſe officij, vt notitiam habeant certam & indubitatam abſolutionis aliorumque ſacramentorum, ſolicitique ſint libros Eccleſiæ comparare, & omnia Eccleſiæ bona fideliter adminiſtrare.* Et Concil COL. IV. cap 10. medij 3 iubet Rectorib⁹ Eccleſiarum & parochis aſſignetur portio fructuum, vt honeſtè & decenter ex ea viuant, ne cauſa ſiat vt animæ negligantur aut deſeratur officium, vel ad curas ſordidas paſtor ille pro victu comparādo adigatur. Eadem repetit etiam Concil TREVIR II. cap 15. verùm iam de his in alijs locis abundè diſſeruimus, vt videre eſt ex locis aſſignatis, & ex vocabulis quæ hinc quadam affinitate iunguntur. Vide,& Paſtor.&c. & ſequentia.

Concilium Auguſten. ſub ... Cardinali.

Concilium Colonienſe 4.

Concilium Treuirenſe 2.

PAROCHIA.

Parochiarum diuiſio.] Latius de his in Epiſcopatus vocabulo tractauimus, ſcilicet vt Parochiæ ſingulis quibúſque antiquitus diuiſæ ſint & aſſignatæ,& in dictione, Diœceſis. De his copioſè & lucidè tractat NICEPHORVS CALLISTVS lib.12. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 13. vt ſedulus lector facilè poterit ediſcere. Hinc ſtatuit DIONYSIVS I. epiſt 2. ad Seuerum Epiſcopum,& allegat Gratianus cauſa 13. quæſt 1. capite Eccleſias.&c. *Eccleſias (ait) ſingulas ſingulis presbyteris dedimus, Parochias & cœmeteria eis diuiſimus, & vnicuique ius proprium habere ſtatuimus, ita videlicet, vt nullus alterius parochia terras terminos aut ius inuadat, ſed vnuſquiſque ſuis terminis ſit contentus, & taliter Eccleſiam & plebem ſibi commiſſam cuſtodiat, vt ante tribunal æterni iudicis ex omnibus ſibi commiſſis rationem reddat, & non iudicium, ſed gloriam pro ſuis actibus recipiat. Hanc quoque normam te & omnes Epiſcopos ſequi conuenit, & quod nos ſcribitur omnibus quibuſcunque poteris notum facias, vt non ſpecialis, ſed generalis fiat iſta præceptio.* Vide, Epiſcopatus & Baſilica.&c. & ſequentia.

Nicephorus Calliſtus.

Dionyſius 1. papa.

Parochiam alterius nullus inuadat.] Hoc Dionyſius 1. iam in præcedenti annotatione productus, prohibet. Vide etiam in vocabulo, Epiſcopus ſuis limitibus ſit contentus. Porrò INNOCENTIVS I. epiſt. ad Florentium Tiburtinenſem Epiſcopum, hoc idem prohibet, quia illum corripit, quòd parochiam Nomētanam ſeu Fœlicientem inuaſerit atque illic diuina myſteria celebrauerit quæ ad diœceſim Vrſi Epiſcopi pertinet. Vide Epiſcopos &c. & Beneficium, &c.

Innocentius I.

Parochiæ controuerſæ vt vniantur.] Lege vocabulo, Diœceſis,& Epiſcopatus,&c. atque in vocabulo. Beneficium Eccleſiaſticum,&c. Præterea Conciliom AFFRICANVM cano. 84. *Cum multæ controuerſia inter Epiſcopos ortaſint, & oriantur de diœceſibus, quibus minus videtur eſſe proſpectum, nunc iſto concilio ſancto placuit, vt vbicunque catholica fuit & pars donati, & ad diuerſas Eccleſias pertinebant quocunque tempore illic vnitas facta eſt, vel facta fuerit, ſiue ante leges, ſiue poſt leges, ad eam cathedram pertineant, ad quam catholica, quæ iam ibi fuerat, pertinebat.* (Et ſubdit cano. 85.) *Ita ſane, vt ſi Epiſcopus ex Donatiſtis ad catholicam vnitatem conuerſus eſt, æqualiter inter ſe diuidant eas, quæ ſic fuerint inuenta, vbi ambæ partes fuerunt, id eſt, vt alia loca ad illum, alia ad illum pertineant: ita vt ille diuidat qui amplius temporis in Epiſcopatu habet, & minor eligat. Quòd ſi fortè vnus fuerit locus, ad eum pertineat cui vicinior inuenitur. Quod ſi ambabus cathedris æqualiter vicinus eſt, ad eum pertineat quem plebs elegerit. Quod ſi forte antiqui catholici ſuum Epiſcopum voluerint, & alij ſuum, qui ex donati parte conuerſi ſunt, plurimorum voluntas paucioribus deferatur. Si autem partes æquales ſunt, maioris temporis Epiſcopo deputetur. Si autem ita plurima loca inueniuntur, in quibus ambæ partes fuerunt, vt non poſſint æqualiter diuidi, velut ſi impari numero fuerint, diſtributis eis locis, qui parem habent numerum, quocunque locus remanſerit, hoc in eo ſeruetur, quod ſuperius dictum eſt, cum de vno tractaretur loco* (& cano. 86.) *Item placuit, vt etiam ſi quiſquam poſt leges aliquem locum ad catholicam vnitatem conuerterit, ſi eum per triennium nemine repetente retinuit, vlterius ab eo non repetatur. Si tamen per ipſum triennium fuit Epiſcopus, qui potuit repetere, & tacuit, præiudicium patietur. Si autem non fuit, non præiudicetur matrici, ſed liceat (cum locus acceperit Epiſcopum quem non habebat) ex ipſo die intra triennium repetere. Itémque ſi fuerit Epiſcopus ad catholicam ex parte donati conuerſus, non ei præiudicet præfinitum tempus, ſed ex quo ab eo conuerſus eſt, habeat per triennium poteſtatem repetendi loca, quæ ad ipſam pertinebant cathedram.* Lege etiam quæ ſequuntur.

Concilium Affricanū ſub Bonifacio I.

Vide ſuperius in dictione ...

Parochiæ non ſeparentur.] Concilium CABILONENSE II. ſub Carolo magno cau 26. *Perlatum eſt ad nos, quod inter hæredes Eccleſiæ in rebus propriis conſtitutæ diuidantur, & tanta per eandem diuiſionem ſimultas oriatur, vt vnius altaris quatuor partes fiant, & ſingulæ partes ſingulos habeant presbyteros, quod ſine diſcordia & ſimultate nullo modo geri poteſt. Vnde nobis viſum eſt, quod huiuſcemodi Eccleſia inter hæredes diuidi non debeant, & ſi in contentionem venerint, per quas ſacerdos ſuo ibi officio fungi non poſſit canonice, præcipiatur ab Epiſcopo ciuitatis, vt nullo modo ibi miſſarum ſolennia celebrentur, donec illi ad concordiam redeant, & pari voto atque conſilio Eccleſia illa ſacerdotem canonice habeat, qui liberè ibi ſuum miniſterium peragere poſſit.* Denique Conciliom TVRONENSE, vt allegatur in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro 3. parte 30. cap. 4. *Maioribus (ait) in Eccleſia beneficiis in ſua integritate permanentibus, indecorum nimis videtur, vt minorum clericorum præbendæ patian-*

Concilium Cabilonenſ. 2. ſub Leone I.

Concilium Turonenſe.

tur ſectionem. Idcirco vt ſicut in magnis, ita quoque in minimis membris ſuis Eccleſia firmam habeat vnitatem, diuiſionem præbendarum, vt dignitatum permutationem, fieri prohibemus. Vnde etiam Concilium Oxoniense canone 5. *Quia iuxta canonicas ſanctiones inter carnale & ſpirituale matrimonium optima eſt comparatio, & cum inter duos ſponſos diuidi naturalis ratio minime patiatur. Et inhoneſtum eſt plurimum, quod Eccleſia Dei, quæ debet eſſe vna, multorum amplexibus frequenter incideretur. Sacro ergo approbante Concilio diſtrictius inhibemus, ne de nouo Eccleſia aliqua pluribus rectoribus, quorum vterque ſit perſona,* (id eſt curio, vel adminiſtrator) *committatur regenda. In Eccleſiis autem vbi nunc plures perſonæ exiſtunt, ſtatuimus, vt ſingulis decedentibus accreſcat viuentibus portio decedentium, donec ad vnum ſolum illius Eccleſia perueniat perſonatus. Nec de cætero plures Vicarij in eadem inſtituantur, illis Eccleſiis hoc ſtatuto duntaxat exceptis, quæ ex antiquis diuiſæ fuerant.* Idem prohibet etiam Concilium Lateranense ſub Leone 10. ſeſſione 9. *Ordinamus ne Eccleſiarum aut quorumcunque monaſteriorum membra a ſuo capite, quod eſt abſurdum, abſque legitima & rationabili cauſa nequaquam fiat.* Vide etiam. Epiſcopus non præſit duabus Eccleſijs &c.

Concilium Oxonienſe in Anglia ſub Innocentio 3.

Plures nõ preſint vni Eccleſiæ vel Parochiæ.

Cõcilium Lateranenſe ſub Leone 10.

Parochiæ ſingulæ ſingulos ſacerdotes habeant. Hoc ex ſuperiori dependet, vnde oportet vt præcedens diſtinctio reuoluatur. Tum addendum eſt, quod dicit Concilium Aquisgranense II. capite 6. de ordine rectorum. *Communi conſenſu ſtatuimus, vbicunque poſſibile fuerit, vnicuique Eccleſiæ ſuus prouideatur ab Epiſcopis presbyter, vt per ſe eam tenere poſſit, aut etiam priori presbytero ſubiugatus miniſterium ſacerdotale perficere poſſit: quia in multis locis pericula presbyterorum imminentia perſpeximus, videlicet in officiis diuinis. Quamquam miſſarum celebrationes per omnes Eccleſias ſibi commiſſas agere poſſent, cætera officia quæ ad diuinum cultum pertinent, propter impoſſibilitatem & multitudinem Eccleſiarum, quodammodo neglecta elapſa vidimus ſimiliter, & prouidentiæ in baptiſmate infirmorum, & in confeſſione quærentium, atque in communione periclitantium perplura remanſiſſe: ideoque congruentius, vt ſupra dictum eſt, omnibus videtur cuique congruere Eccleſiæ proprium habere presbyterum.* Idem tennuat Concilium Vormatiense canone 49 & 11 vbi etiam præcipit, ne ſine authoritate vel conſenſu Epiſcoporum, vel conſtituantur, vel couſtituti expellantur. Et Concilium Oxoniense canone 9. *Diffinimus, vt in ſingulis parochialibus Eccleſiis, quarum parochia eſt diffuſa, duo ſint vel tres presbyteri, penſata pariter magnitudine parochiæ & Eccleſiæ facultate, ne fortè ægrotãte vno presbytero, aut alio debilitato, parochianis infirmantibus, aut diuinis volentibus intereſſe officiis, officia debita ſubtrahantur, vel negentur ſacramenta Eccleſiaſtica.* Vide. Baſilica. & Beneficium, &c.

Concilium Aquiſgranenſe 2. anno 837.

Conciliũ Vormatienſe.

Concilium Oxonienſe in Anglia.

Parochiæ ſuo Epiſcopo ſint ſubiectæ.] Lege ſuperiùs in vocabulo Baſilicæ in eius Epiſcopi ſint ditione, in cuius territorio ædificantur. Porrò repete ea quæ ad calcem paginæ præcedentis folij ex Concilio Africano, protulimus. Subſcribit autem Concilium Toletanum III canone 9. ſtatuens vt Eccleſiæ, quæ fuerunt in hæreſi Arriana, nunc autem ſunt Catholicæ, ad eos Epiſcopos cum ſuis rebus pertineant, ad quos parochiæ ipſæ, in quibus ipſæ Eccleſiæ fundatæ ſunt, pertinere videntur. Hinc in Concilio Hispalense II. cano 1. ad preces Theodulphi Malacitanæ Eccleſiæ antiſtitis, qui antiquam ſuæ diœceſis parochiam, aliàs per diſcrimen militaris hoſtilitatis deciſam, ab aliis diœceſibus fuiſſe occupatam oſtendit. Propterea autem ſtatuerunt patres, vt omnis parochia, quæ ab antiqua ditione ante militarem hoſtilitatem retinuiſſe Eccleſiam ſuam comprobaret, eius priuilegio reſtitueretur. *Sic enim per legem mundialem* (ait) *quos barbarica feritas captiua neceſſitate tranſuexit, poſtliminio reuertentibus redditur antiqua poſſeſſio* (vt allegatur C. de captiuit. & poſtlimi. l. Si quos. &c. & ibidem L. finali S. diuerſatum, &c. vbi dicitur quos barbarica feritas. &c.) *Non aliter eſt Eccleſia recepitura parochiam, quam ante tenuit, cum rebus ſuis, ſiue ab aliis Eccleſiis poſſideatur, ſiue in cuiuſlibet poſſeſſionem transfuſa ſint. Non enim erit obiicienda præſcriptio temporis, vbi neceſſitas intereſt hoſtilitatis.* Tum canonis 2. de lege, 30 annorum differit verùm iam allegauimus ſuperiùs, lex 30. annorum, &c. & ſup. Metropoli.

Concilium Toletanum 3. ſub Pelagio 2.

Concilium Hiſpalenſe 2. ſub Honorio 1.

Parochia non ambienda nec emenda.] Diximus de his in vocabulo, Beneficia Eccleſiaſtica, in vocabulo Epiſcopatus non emendus. &c.

Parochianus.

Parochianus ſuam diebus feſtis adeat parochiam, &c. Diximus iam de his ſuperius in vocabulo, dies feſti &c. & in vocabulo. Laici, atque alibi. Porrò ſic Concilium Agathense ſtatuit canone 21 Et allegat Gratia. de conſecrat. diſtinct. 1. cap Si quis. *Si quis extra parochias, in quibus legitimus eſt ordinariuſque conuentus, oratorium in agro habere voluerit, reliquis feſtiuitatibus, vt ibi miſſas teneat, propter fatigationem familiæ, iuſta ordinatione permittimus. Paſcha autem verò, Natali domini, Epiphania domini, Aſcenſione domini, Pentecoſte, & Natali S. Ioannis, & ſi qui maximi dies in feſtiuitatibus habentur, non niſi in ciuitatibus, aut parochiis teneant. Clerici verò ſi qui in ciuitatibus, quas ſupradiximus, in Oratoriis (niſi iubente aut permittente Epiſcopo) miſſas facere aut tenere voluerit, à communione pellantur.* Lege loco memorato.

Concilium Agathenſe ſub Caleſtino 1.

Parochianus extraneus ad ſacra non admittendus.] Lege ſuperius in vocabulo, communicare, &c. Vnde etiam ſtatuit Concilium Nannetense canone 2. vbi de his diſſerit canone 1. qui miſſæ intereſſe non debeant, vt repoſuimus in dictione, Miſſa, &c. *Nullus* (ait) *presbyter alterius parochianum, niſi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad miſſam recipiat, &c.* Idem ſtatuitur de non ſociandis matrimonio Parochianis extraneis in Concilio Trebur. cano. 39. & aliis, vt habes in vocabulo, Matrimonium alienigenarum an ſit ſoluendum, &c. Denique ad propoſitum Concilium Moguntinum IV. cap. 24. *Parochus omnibus* (ait) *ſeriò inhibemus, ne quemquam, alienum parochianum ſine conſenſu ſui parochi, extra neceſſitatem, ſiue ad confeſſionem, ſiue ad vllius ſacramenti perceptionem recipiant. Si tamen ſubditus rationabilem cauſam allegans, alij ſacerdoti confeſſionem faciendi a ſuo Parocho conſenſum poſtulet, talem ei conſenſum volumus non denegari.* Vide in locis proprijs, &c.

Concilium Nannetenſe.

Concilium Triburienſe.

Concilium Moguntinum 4. Euſebius Cæſarienſis.

Pascha.

Paſcha quo tempore celebrandum. Orta eſt olim contentio non modica inter partes Orientales & Occidentales de celebratione Paſchæ, dicentibus Orientales quia 15 Luna debebat celebrari, His verò quia 14. de hac contentione

latiùs

Nicephorus Calliſtus.

latiùs egerunt Hiſtoriographi E V S E B I V S C A E S A R I E N S I S, lib 5. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 13. & N I C E P H O R V S C A L L I S T V S, lib. 4. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 36. & 37. &c. ſic autem loquitur Euſebius loco allegato. *His (quos enumerauit ante) ea tempeſtate Eccleſiis præſidentibus, in prouinciis Aſiæ quæſtio non minima exoritur, velut ex antiqua eorum obſeruatione deſcendens, quòd quarta decima luna putarent omnimodo genere Paſcha obſeruandum, quando ſcilicet Iudæis agnus præcipitur immolari, veluti neceſſario confirmantes, quacunque die ſeptimanæ quarta decima luna veniſſet ſolui debere * ieiunium, cum talis cōſuetudo in nullis prorſus aliis vnquam obſeruata fuiſſet Eccleſiis. Ob quam cauſam conuentus Epiſcoporum & Concilia per ſingulas quaſque prouincias conuocantur, prorogatisq́ue ad ſe inuicem epiſtolis, de ſingulis quibuſque locis vnum omnes Eccleſiaſticum dogma confirmant. Ne liceat aliquando niſi in die dominica, in qua Dominus ſurrexit à mortuis, dominicum Paſchæ celebrare myſterium, & in hac ſola ſoluendum eſſe Paſchæ ieiunium. Extat denique vſque in hodiernum diem Concilij apud* C A E S A R E A M *Paleſtinæ habiti decretum, in quo primus eſt Theophilus ipſius Cæſareæ Epiſcopus, & Narciſſus Hieroſolymorum ſacerdos. Habetur & in vrbis* R O M A E *Concilio ſimile aliud decretum cui præfuiſſe Victor Epiſcopus indicatur, & Ponti prouinciæ Palmeus.* G A L L O R V M *quoque conuentus ſacerdotalis extat, Irenæum Præſulem ſcribens.* A C H A I A E *verò Bacchylum Corinthiorum Eccleſiæ Epiſcopum: qui omnes diuerſis è locis vnam eandemq́ue iudicij ſui ſententiam protulere.* Et cap. 24. ſubdit. *Sed Epiſcopi regionis Aſianæ, ſeruandam magis à veteribus ſibi traditam conſuetudinem, confirmabant: in quibus* P O L Y C R A T E S, *qui in eis primatum agere videbatur, ad Victorem Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ ſcribens, morem traditionis antiquæ ad ſe vſque delatum, per hæc verba deſignat. Nos ergo (inquit) intemeratum Paſchæ colimus diem, neque addentes neque auferentes aliquid. Etenim magna quædam luminaria apud Aſiam dormierunt ſummi & electi viri.* Tum recenſet omnes qui ante ſe fuerunt glorioſi doctores, & addit. *Quorum nomina ſi ſcribam, nimia multitudo eſt, qui omnes ſcientes paruitatem meam conſenſu ſuo confirmant quæ ſcribimus, certi quòd inaniter canos attulimus, ſed in diſciplina Chriſti ſemper conuerſati ſumus, &c. Sed ad hæc* V I C T O R *Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus, pertinacius agens paſſim totius Aſiæ ac vicinarum prouinciarum Eccleſias a communionis ſocietate abſcindere nititur, tanquam in hæreſim declinantes: & literas mittit, quibus omnes ſimul abſque diſcretione ab Eccleſiaſtico fœdere ſegregaret. Sed hoc non omnibus placebat Epiſcopis, quin potius è cōtrario ſcribentes ei iubebant, vt magis quæ pacis ſunt ageret, & concordiæ atque vnanimitati ſtuderet. Denique extant etiam ipſorum literæ, quibus aſperius obiurgant Victorem, velut inutiliter Eccleſiæ commodis conſulentem. Nam &* I R E N A E V S *cum cæteris quibus præerat Galliarum Epiſcopis, ſcribens confirmat quidem, vt in dominica die reſurrectionis Domini myſterium celebretur: Victorem tamen arguit, quòd non rectè fecerit, abſcindere à corporis vnitate tot & tantas Eccleſias Dei, quæ morem ſibi antiquitus traditum cuſtodirent, &c.* Lege reſiduum. Porrò ſic Paſchæ celebratio variata eſt in diuerſis prouinciis, vſque ad tempora Nicæni magni Concilij, quo tempore omnes Eccleſiæ Romanæ vſum iuſſi ſunt obſeruare Epiſcopi prouinciarum, vt refert N I C E P H O R V S C A L L I S T V S, lib 8 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap 19. & ſequentibus, vt infrà dicetur. Qui etiam lib. 12. cap 32. & S O Z O M E N V S S A L A M I N I V S lib. 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 18. & S O C R A T E S Hiſtoriographus, lib 5. hiſtoriæ Eccleſiaſtic. cap 21 & 22. multa de celebratione Paſchæ ſcriptis reliquerunt, diuerſos narrātes prouinciarum vſus, conſuetudines & obſeruationes. Verùm non eſt nobis otium cuncta per ordinem enarrare. Aiunt autem, quòd Apoſtoli Paſchatis celebritatem liberam populis Chriſtianis reliquerunt: veruntamen certum eſt Romanam Eccleſiam legitimam ſemper obſeruaſſe, & magis congruum atque ſcripturis diuinis & myſterijs conuenientem diem, quam poſteà omnes ſequutæ ſunt Eccleſiæ, vt ex ſequentibus liquet. Veterem autem vſum celebrandi Paſchatis, ſcriptis reliquit vetuſtiſſimus Eccleſiæ Romanæ Antiſtes P I V S I. epiſt. 1 ad vniuerſos Chriſti fideles, vt allegatur à Gratiano de conſecratione, diſtinct. 3. cap. Noſſe vos. &c. *Noſſe vos volumus* (ait) *quod Paſcha Domini die dominica annuis ſolennitatibus ſit celebrandum. Iſtis ergo temporibus* H E R M E S, *doctor fidei & ſcripturarum, effulſit inter nos: & licet nos idem Paſcha prædicta die celebremus, quia tamen quidam inde dubitarunt, ad corroborandas animas eorum eidem Hermæ Angelus Domini in habitu paſtoris apparuit, & præcepit ei, vt Paſcha die dominico ab omnibus celebraretur. Vnde & vos Apoſtolica authoritate inſtruimus, omnes eadem ſeruare debere, quia & nos eadem ſeruamus: nec debetis à capite quoquomodo diſſidere.* Scripſit de Paſchate celebrando M E L I T O S A R D E N S I S Epiſcopus duos libros, vt docet Euſebius, libro quarto. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 24. quibus ante omnia Romanæ traditioni ſubſcribit. Vnde & V I C T O R I. epi 1. ad Theophilum Alexandriæ Epiſcopum & reliquos, vt allegatur à Gratiano. De conſecratione diſtinct 3. cap. Celebritatem, &c. *Celebritatem ſancti Paſchæ Die dominica agi debere, & prædeceſſores noſtri iam ſtatuerunt, & nos illud vobis eadem die celebrari ſolenniter mandamus: quia non decet vt membra à capite diſcrepent, nec contraria gerant. A quartadecima verò luna primi menſis, vſque ad viceſimum primum eiuſdem menſis diem, eadem celebretur feſtiuitas. &c.* Secundum ergo hanc Romanorum Pontificum traditionem C O N S T A N T I N V S M A G N V S, vt narrat N I C E P H O R V S, lib 8. cap. 12. *Grauiter admodum tulit (ait) quòd audiſſet quoſdam in Oriente feſtum Paſchæ diem, non eodem tempore, quo reliquos omnes Chriſtianos, celebrare, eosq́ue, cum ſingulare quiddam ſibi vſurpare, atque à deſtinato recepta ab aliis conſuetudinis inſtituto recedere, tum ferias eas Iudaico quodammodo peragere: quapropter fieret, vt tam lætus & feſtus Chriſtianorum conuentus obſcuraretur, & diſſentione deprauaretur. Itaque Oſium ciuitatis Cordubæ in Hiſpania Epiſcopum ad eos, qui in Oriente Eccleſiis aliis ſe Paſchalis die celebrando non accommodabant, ad conſentientes nobiſcum cæremonias pertrahendos miſit.* Denique extat Concilio N I C A E N I I hæc confirmans epiſtola ad Alexandrinos, vt author eſt præfatus Nicephorus eodem lib. 8. cap. 25. &c. vbi etiā iam memorati C O N S T A N T I N I refert epiſtolam ad eoſdem Alexandrinos, vbi ſic loquitur ſecundum definitionem totius magni Concilij. *Cum de ſanctiſſimo Paſchæ die* (ait) *quæſtio eſſet exorta, ſententiis omnium decretum eſt, conuenire vt id eodem tempore ab omnibus vbique peragatur. Quid enim nobis eſſe poteſt, vel pulchrius, vel grauius, quàm ſi is dies feſtus, vnde ſpem immortalitatis percepimus, vno ordine & celebri ritu ab omnibus certo inuiolabiliter peragatur. Ac primum quidem in-*

* Ergo ieiuniū ante Paſcha celebratur, & haud dubium quin quadrageſimæ, vt ſuo dicetur loco.

Concilium Cæſareæ Paleſtinæ.

Concilium Romanum ſub Victore I.

Conciliū Gallorum.

Concilium Achaicum.

Polycrates Epheſius Epiſcopus.

Victor I.

Auctoritas Romani Pontificis in omnes Eccleſias.

Irenæus Lugdunenſis.

Nicephorus Calliſtus.

Sozomenus. Socrates.

Apoſtoli Paſchatis celebritatem liberam Chriſtianis populis reliquerunt.

Pius I.

Egregia Hermæ laus a tanto viro prolata, vnde miror cur etiam inter apocrypha eius opera ponantur, quem tantopere etiā Hieronymus commendat, ſi tamen ille ſit qui & paſtor dicitur, cuius alibi meminimus.

Victor I.

Conſtantinus Magnus. Nicephorus Calliſtus.

Concilium Nicænum I. ſub Conſtātino I.

Conſtantinus I. Imperator.

A *dignum eſt, ſanctiſſimum cum diem in intentione atque*
conſuetudinem Iudæorum celebrare, qui manibus ſe
nefario flagitio contaminarunt, non iniuria quoque ani-
mis ſunt excæcati homines ſcelerati. Quibus enim li-
ceat, gente earere illa, rectiore veriore que ordine, quem a
primo paſſionis die hucuſque ſeruauimus, e ſequentia
quoque ſecula obſeruationis huius ritum tranſmittere?
Itaque nihil vobis commune ſit cum infeſtiſſima Iudæo-
rum turba, aliam ſiquidem accepimus a ſeruatore viã.
Propoſitum eſt ſacratiſſima religioni noſtræ ſuus curſus,
& legitima qua eam decet regula, quã vnanimi con
ſenſu complectentes, nos ſe ſe a fœda illa conſcientia &
ſocietate retrahamus, &c. Vide reliquum. Scripſit

Dionyſius Alexandrinus.

B Dionysivs Alexandrinvs Epiſcopus
epiſtolam Paſchalem, vt docet Euſebius lib 7. Ec-
cleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 19. Sub hoc etiam tem-

Anatolius Laodicenus epiſcopus.

pore Anatolivs Laodicenvs Epiſcopus,
egregium de celebratione Paſchæ librum edidit,
vt idem teſtatur Euſebius, lib 7. cap 28. eiúſque
allegat textum, vt concludat euidenter Paſchæ
ſolennitatem omni genere poſt æquinoctium ce-
lebrandam. Verum quia eius hiſtoria habetur in
manibus ſicut & Nicephori, ſufficiat tantum aſſi-
gnaſſe locos, vt diligens lector quod hic deeſt, di-
ligenter repetere ſtudeat. Hic autẽ ſtatuimus tan-
tum probare Romanæ cõſuetudinis in celebran-
do Paſchate vſum. De quo etiam Concilium

Concilium Romanum I. ſub eodem.

Romanvm I. ſub Syluestro, præſente Con-
C ſtantino magno, Epiſcoporum 75. cano. 2 ſtatuit
ſe conformans decretis Nicænæ Synodi. *Omnibus*
(inquit) *Epiſcopis & presbyteris præceptum eſt, Pa-*
ſcha obſeruantiam cuſtodire a luna decimaquarta, vſ-
que ad vigeſimam primam, ita, vt dominicus dies co-
ruſcet & dixerunt Epiſcopi, placet. Idem in Conci-
lio Romano II. ſub eodem Syluestro Epi-
ſcoporum 284. cano 2. actio. 2. ſtatuitur, vbi dam-
nat Syluester Victorinum aliter ſentientem &
ſcribentem. Eadem etiam Concilium Arela-

Concilium Arelatenſe ſub eodem.

tense I. ſub eodem Syluestro, cano 1. Conci-

Concilium Antiochenum I. ſub Iulio 1.

lium Antiochenvm I. ſub Iulio I. cano. 1.
D *Omnes qui audent diſſoluere decretum ſancta & ma-*
gna Synodi, quæ Niceæ coacta eſt, in præſentia pietatis
religioſiſſimi Imperatoris Conſtantini, de ſancto feſto ſa-
lutiferi Paſchatis, eſſe excommunicatos & Eccleſia eia-
ctos ſtatuimus, ſi aduerſus ea quæ recte decreta ſunt,
contentioſius inſiſtere perrexerint. Et hæc quidem de
laicis dicta ſunt. Si quis autem eorum, qui præſunt
Eccleſiæ, Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus audebit
poſt hoc decretum, ad populorum ſubuerſionem & Ec-
cleſiarum perturbationem, ſeorſum agere & Paſcha
cum Iudæis peragere: ſancta Synodus eum ab hinc a-
lienum eſſe ab Eccleſia iudicauit, vt qui non ſolum ſibi
peccati, ſed & multis exitij & ſubuerſionis cauſa fuerit:
& non ſolum eos à miniſterio deponit, ſed & eos qui
audent his communicare poſt depoſitionem. Eadem

Innocentius I.

E Innocentivs I. epiſt. 11. ad Aurelium Car-
thaginenſem Epiſcopum ſtatuit. Et Concilium

Concilium Anglicanum I. Beda Venerabilis.

Anglicanvm I. cano 1. vt docet Beda
venerabilis, lib. 4. hiſtoriæ Anglicanæ cap. 5. De-

Concilium Carthaginenſe 3.

nique Concilium Carthaginense III.
cano 1. eadem præcipit, iubétque, vt Epiſcopi de
Paſcha ſuum Primatem inquirant. Hæc renouat

Concilium Carthaginenſe 5.

Carthaginense V cano. 7. & allegat Gra-
tianus de conſecratione diſtinct. 3. cap. Placuit vt
dies, &c. Et Carthaginense IV. can. 65.

Concilium Carthaginenſe 4.

allegatur ibidem à Gratiano, cap. Paſchæ ſolenni-
tas, &c. *Paſcha* (inquit) *ſolennitas vno die & tem-*
pore celebranda. Eadem Concilium Hippo-

Concilium Hipponenſe.

nense, cano 1. Concilium Africanvm

Concilium Africanum.

ſub Bonifacio I. cano 18. & 40 *Placuit* (ait) *vt*

A *dies venerabilis Paſcha, ſormatarum ſubſcriptione om-*
nibus intimetur, &c. Porrò Paſchæ ſupputationem
multis difficultatibus inuolutam, deſcripſit Pa-

Paſchaſinus Lilybetanus.

schasinvs Lilybetanvs Epiſcopus, epi-
ſtola ad Leonem I. Papam, quæ ſedet poſt epiſt.
61. eiuſdem Leonis. Verùm hæc parum ad rem at-
tinent, quandoquidem, vt antea diximus, varius
eſt authorum ſenſus in celebratione Paſchatis.
Verum hoc idem feciſſe ſe dicit, vt Occidentaliũ
errorem conuinceret, ſuámque ſententiam mira-
culo confirmat. Verùm nobis Romanæ fidei tra-
ditio, & Nicæni I. Concilij authoritas pro mira-
colo eſt. Quamobrem & Leo Primvs, epi-

Leo 1.

ſtola 62. ad Martianum Auguſtum, hæc quæ ſan-
B cti Patres de celebrando Paſchate ſtatuerunt cer-
ta ratione confirmat, & deprecatur Imperatorem,
vt ab Ægyptijs certam adhuc huius reddi curet
feſtiuitatis rationem & legem, vt in diuinis my-
ſterijs nulla diſſonantiæ culpa naſcatur. Idem ab
Eudoxia Auguſta præſtari petit ſequente epiſtola
63. Tum ſuam poſtulationem exauditam dicit
epiſt. 66. ad Iulianum Coenſem Epiſcopum, &
epiſt. 68 ad Martianum Auguſtum, & epiſt 93. ad
Epiſcopos Galliarum & Hiſpaniæ: vbi ſe à prædi-
cto Martiano dicit habuiſſe reſcriptum, vt 8. Ca-
lend. Maij Paſcha Domini celebretur, eiſdémque
Epiſcopis præcipit eadem die colendum. Vnde

Concilium Epheſinum I. ſub Theodoſio iuniore.

Concilium Ephesinvm I. generale 3. in de-
C creto, quod allegat Concilium Chalcedonenſe
generale 4 actio. 1. ad calcem exemplaris fal-
ſati ſymboli, ſic loquitur. *Omnis qui non celebrat*
ſanctum diem Paſcha ſecundum ſancta Eccleſia Ca-
tholica ſtatuta, anathema ſit. Idem præfatum Con-

Concilium Chalcedonenſe generale 4. ſub Martiano.

cilium Chalcedonense generale 4. ibi-
dem confirmat, & renouat, & ſæpius repetit. Hoc
autem factum eſt propter quartadecimanos, qui
Trinitatem non venerabantur. Vt Catholica Ec-
cleſia, & diem Paſchæ more Iudaico celebrabant.

Canon Apoſtolorum 8.

Vnde extat Canon Apostolorvm 8.
qui ſic habet *Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut dia-*
D *conus ſanctum Paſcha diem ante vernale æquinoctium*
cum Iudæis celebrauerit, abijciatur. Tales fuerunt
Montaniſtæ, & Quartadecimani. Verùm vt huius
canonis clariorem habeas intelligentiam, obſecro

Sozomenus. Socrates.

te lector lege Sozomenvm Salaminivm,
lib. 7. hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. 18. Socratem,
lib. 5. cap. 22. hiſtoriæ ſuæ, & Nicephorvm

Nicephorus Calliſtus.

Callistvm, lib. 12. cap 32. per totum, & 33.
per totum. Ibi enim omnia quæ ante ſcripſimus
diffuſiori ſtylo proſequuntur, quorum libentiſſi-
mè textum tibi proponerem, niſi faciliſſimo nego-
tio manibus, eorum opera verſarentur, quæ ex-
pleant deſiderium plura diſcere cupientis. Vt ve-

Concilium Aurelianen. 4.

rò ad finem tendamus, Concilium Aveliа-
mense IV. ſub Pelagio I, cano. 1. *Placuit Deo*
E *propitio, vt ſanctum Paſcha ab omnibus ſacerdotibus*
vno tempore celebretur. Quæ feſtiuitas annis ſingulis
Epiphaniarum die in Eccleſia populis denuncietur: de
qua ſolennitate quoties aliquid dubitatur, inquiſita vel
agnita per Metropolitanos à ſede Apoſtolica ſacra cõ-
ſtitutio teneatur. Idem Cõcilium Bracarense

Concilium Bracarenſe 2.

II. cano. 9. & allegat Gratianus de conſecratione
diſtinct. 3. cap. Placuit: *Placuit, vt poſtquam omnia*
in Concilio ſacerdotum fuerint ordinata, illud omnimo-
dis obſeruetur, vt ſuperuenturum ipſius anni Paſcha,

Paſcha dies annunciandus.

quota Calendarum die, vel quota luna debeat ſuſcipi,
a Metropolitano Epiſcopo nuncietur. Quod cæteri Epi-
ſcopi vel clerus reliquus breuiculo ſubnotantes, vnuſ-
quiſque in ſua Eccleſia aduenïente natalis Domini die,
aſtante populo poſt lectionem Euangelicam annuncient.

In cuius

In cuius principio conuenientes in vnum vicinæ Eccleſiæ per triduum cum Pſalmis, per ſanctorum Baſilicas ambulantes, celebrent litanias: tertia autem die celebratis hora nona ſiue decima miſſis, dimiſſo populo præcipiant ſeruare Quadrageſima ieiunia, & mediante Quadrageſima, ex viginti diebus, baptizandos infantes, ad exorciſmi purgationem offerre. Vide ſuprà, Dies feſti, & infrà, Quadrageſima, &c.

Concilium Matiſconen. 2.

Paſchæ hebdomada ſolennis.] Conciliũ MATISCONENSE II. Epiſcoporum 60. canone 2. *Paſcha noſtrum, in quo ſummus ſacerdos & Pontifex pro noſtris delictis, nullam habens obnoxiationem peccati, immolatus eſt, debemus omnes feſtiuiſſimè colere, & ſedula obſeruationis ſynceritate in omnibus venerari, vt illis ſanctiſſimis ſex diebus nullum ſeruile opus audeat facere, ſed omnes ſimul coadunati, hymnis paſchalibus indulgentes, perſeuerationis noſtræ præſentiam quotidianis ſacrificiis oſtendamus, laudantes creatorem ac regeneratorem noſtrum veſperè & meridiè, &c.* Et Concilium GENERALE VI. Conſtantinopolitanum III. ſub Conſtantino IV. Imperat. cano. 66. *A ſancta Chriſti Dei noſtri reſurrectionis die vſque ad nouum dominicum tota ſeptimana in Eccleſiis vacare fideles iugiter oportet Pſalmis & hymnis, & ſpiritualibus canticis, in Chriſto gaudentes, feſtumq; celebrantes, & diuinarum Scripturarum lectioni mentem adhibentes, & ſanctis myſteriis iucundè & lautè fruentes. Sic enim cum Chriſto exaltabimur, & vna reſurgemus. Nequaquam ergo prædictis diebus equorum curſus, vel aliquod publicum fiat ſpectaculum.* Porrò Concilium MELDENSE eundem canonem, cano. 76. renouat, vbi interdicitur artis mœchanicæ exercitiũ in his diebus, & opus ſeruile, &c. Vide Dies feſti, &c.

Concilium generale 6. Conſtãtinopolitanum 3. in Trullo.

Concilium Meldenſe.

Paſchæ die communicandum, &c.] Hoc repoſitum fideliter inuenies ſuperiùs vocabulo, Communicare quoties per annum liceat, &c. & vocabulo, Ieiunium paraſce. &c.

Paſchæ vigilia veſperè celebrentur.] Concilium AQVISGRANENSE II. cano. 9. ſecundi capituli. *Veſpertinales in vigilia Paſchæ melius celebranda viſa ſunt, propter lætitiam reſurrectionis Domini, quam dimittenda.* Vide etiã, Vigilia, &c.

Concilium Aquiſgranen. 2.

Paſchalis cereus.] Hymnum in Paſchalem cereum edidit AVRELIVS PRVDENTIVS, vt meminimus in vocabulo, Cereus Paſchalis, &c.

Aurelius Prudentius.

PASSIO.

Paſſio Chriſti.] Lege in vocabulo, Chriſtus quia locus opportunior videbatur. Porrò quia paſſionem Chriſti etiam quidam opinabantur ſalutarem eſſe, & fuiſſe impiis omnibus, qui ab initio creaturæ in ſuis iniquitatibus mortui ſunt. Hoc planè improbat Concilium VALENTINVM GALLIAE III. ſub Lothario Imperatore, can. 4. *Nam illud nobis (ait) fideliter ſimpliciterq; tenendum ac docendum placet, iuxta Euangelicam & Apoſtolicam veritatem, quòd pro illis hoc datum pretium teneamus, de quibus ipſe Dominus noſter dicit: Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipſo non pereat, ſed habeat vitam æternam. Et Apoſtolus: Chriſtus (ait) ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata, &c.* Vide loco præfixo.

Concilium Valentinũ Galliæ 3. anno 855.

Ioann. 3.

Hebr. 9.

PASTOR.

Paſtoris officium.] Hîc accipimus paſtorem generaliter, pro omni qui curam habet animarum, vel cui docendi munus creditum eſt: alioquin iam in particularibus vocabulis vnicuique officium præſcriptum eſt, vt reperies in vocabulo, Abbas, Epiſcopus, Metropolitanus, Clericus, Parochus, Doctor, & ſimilibus. Hîc igitur accipe dictum de eo, qui vel curam animarum gerit, vel prædicationis officium ſuſcepit, vel qui aliis præeſt & verbo debet atque exemplo lucere. Sic autem CLEMENS I. epiſt. 1. ad Iacobum fratrem Domini, Petrum Apoſtolorum verticem docet iis extremis inſtruxiſſe quemlibet paſtorem, & allegat Gratianus, cauſa 11. quæſt. 1. *Te quidem oportet irreprehenſibiliter viuere, & ſummo ſtudio niti, vt omnes vitæ huius occupationes abſcidas, ne fideiuſſor exiſtas, ne aduocatus litium fias, néve in vlla aliqua occupatione prorſus inueniaris mundialis negotii occaſione perplexus. Neque enim iudicem aut cognitorem ſecularium hodie te ordinare vult Chriſtus, vt ne præfocatus præſentibus hominum curis nõ poſſis verbo Dei vacare, & ſecundum veritatis regulam ſecernere bonos à malis. Iſta namque opera, quæ tibi minus congruere ſuperiùs expoſuimus, exhibeant ſibi inuicem diſcentes, id eſt, laici, & te nemo occupet ab his ſtudiis, per quæ ſalus omnibus datur.* Sicut enim tibi impietatis crimen eſt, neglectis verbi Dei ſtudiis ſollicitudines ſuſcipere ſeculares: ita & vnicuique laicorum peccatum eſt, niſi inuicem ſibi etiam in his quæ ad communis vitæ vſum pertinent, operam fideliter dederint. Tu verò ad hoc ſolum vocatus es, vt opportunè & ſine intermiſſione doceas verbum Dei, per quod ſalutem conſequi poſſint.* IDEM epiſt. 2. ad eundem Iacobum. *Paſtoralis ordinis eſt, infatigabiliter reuocare ad correctionem populorum, imò magis filiorum ſpiritualium (quantum eſt fas intelligere) cognoueris pertinere: & non, quod abſit, cum ſuo periculo aliena ſpes per ſolam negligentiam faciat detrimentum. ſed quod ad generalis ſalutis ſpectat compendium ſalubri neceſſe eſt prouidere tractatu, &c.* Et ANACLETVS I. epiſt. 1. ad omnes Epiſcopos, vt allegatur à Gratiano, diſtinct. 83. cap. Nihil, &c. *Nihil illo eſt paſtore miſerius (ait) qui luporum laudibus gloriatur: quibus ſi placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hunc ouibus magna pernicies. Nullus ergo paſtorum placere lupis & gregibus ouium poteſt: perdit enim laboris memoriã mens terrenis obligata carceribus. Sicut artium in ſuo quoque opere inuenitur mater inſtantia, ita nouerca eruditionis eſt negligentia.* Vnde & multa alia ſunt documenta quæ ſuis locis iam inſerta ſunt. Sic verò de paſtorum officio multis verbis agit, inſignis ille Theologus GREGORIVS NAZIANZENVS orat. 6. & in Apologetico, ſed & IOANNES CHRYSOST. ſtatim initio lib. 1. de incomprehenſibili Dei natura contra Anomæos, & plures alii Patres, quorum recenſere ſcripta laborioſum eſſet. Lege AVGVSTINVM HIPPONENSEM tract. 123. ſuper Ioannem. In ſermone de gratia dicit. *Oportet (ait) nos qui præeſſe populo, & paſtoris nomen, quamuis indigni, tenemus, vt vobis adminiſtrare diuini verbi pabula curemus: & ita vos ſollicita mente tractare, vt quod malum in vobis videmus, cum fraterno amore redarguamus, & quod bonum eſt fructificare & enutrire laboremus, &c.* Idem ſcripſit librum egregium de paſtoribus, qui inſeritur tomo 9. operum. Præterea LEO PRIMVS, epiſt. 82. ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicenſem. *Paſtores (ait) dum dominari magis quam conſulere ſubditis quærũt, placet honor, inflat ſuperbia, & quod prouiſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam.* Et GELASIVS I. epiſtola ad Euphemianum Epiſcopũ, circa finem. *Paſtorem ſequi grex debet ad paſcua ſalutaria reuo-*

Clemens 1.

Quid omplecti & cauere Paſtor debet.

* Hæc allegat Gratianus cauſa 11. quæſt. 1. cap. Sicut & Iuo lib. 5 decret.

Paſtor non aſſentetur malis

Anacletus 1.

Gregorius Nazianzenus.
Ioannes Chryſoſtomus.

Auguſtinus Hipponenſis.

Leo 1.

Gelaſius 1.

dignu res fuit. ſanctiſſimum cum diem imitatione atque conſuetudinem Iudæorum celebrare, qui manibus ſ… neſario flagitio contaminatis, non iniuria quoque animis ſunt exæcati homines ſcelerati. Quidni enim liceat, gente ea reiecta, rectiore veriore'q; ordine, quem a primo paſſionis die huc uſque ſeruauimus, … quoque ſecula obſeruationis huius ritum tranſmittere? Itaque nihil vobis commune ſit cum infeſtiſſima Iudæorum turba. aliam ſiquidem accepimus a ſeruatore viã. Propoſitus eſt ſacratiſſimæ religioni noſtræ ſuus curſus, & legitima quæ eam deceat regula, quã vnanimi conſenſu complectentes, noſipſos a fœda illa conſcientia, & ſocietate retrahamus, &c. Vide reliquum. Scripſit

Dionyſius Alexandrinus.

DIONYSIVS ALEXANDRINVS Epiſcopus epiſtolam Paſchalem, vt docet Euſebius lib 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 19. Sub hoc etiam tempore

Anatolius Laodicenus epiſcopus.

ANATOLIVS LAODICENVS Epiſcopus, egregium de celebratione Paſchæ librum edidit, vt idem teſtatur Euſebius, lib 7. cap 28. eiúſque allegat textum, vt concludat euidenter Paſchæ ſolennitatem omni genere poſt æquinoctium celebrandam. Verum quia eius hiſtoria habetur in manibus ſicut & Nicephori, ſufficiat tantum aſſignaſſe locos, vt diligens lector quod hic deeſt, diligenter repetere ſtudeat. Hic autẽ ſtatuimus tantum probare Romanæ cõſuetudinis in celebrando Paſchate vſum. De quo etiam Concilium

Concilium Romanum I. ſub eodem.

ROMANVM I. ſub Sylueſtro, præſente Conſtantino magno, Epiſcoporum 75 cano. 2 ſtatuit ſe conformans decretis Nicænæ Synodi. *Omnibus* (inquit) *Epiſcopis & presbyteris præceptum eſt, Paſcha obſeruantiam cuſtodire a luna decimaquarta, vſque ad viceſimam primam, ita, vt dominicus dies coruſcet & dixerunt Epiſcop. placet.* Idem in Concilio ROMANO II. ſub eodem Sylueſtro Epiſcoporum 284. cano. 2. actio. 2. ſtatuitur, vbi damnat Sylueſter Victorinum aliter ſentientem & ſcribentem. Eadem etiam Concilium ARELA-

Concilium Arelatenſe I. ſub eodem
Concilium Antiochenum I. ſub Iulio I.

TENSE I. ſub eodem Sylueſtro. cano 1. Concilium ANTIOCHENVM I. ſub Iulio I. cano. 1. *Omnes qui audent diſſoluere decretum ſanctæ & magnæ Synodi, quæ Niceæ coacta eſt, in præſentia pietatis religioſiſſimi Imperatoris Conſtantini, de ſancto feſto ſalutiferi Paſchatis, eſſe excommunicatos & Eccleſiæ electos ſtatuimus, ſi aduerſus ea quæ recte decreta ſunt, contentioſius inſiſtere perſeuerint. Et hæc quidem de laicis dicta ſunt. Si quis autem eorum, qui præſunt Eccleſiæ, Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus aut alius poſt hoc decretum, ad populorum ſubuerſionem & Eccleſiarum perturbationem, ſeorſum agere, & Paſcha cum Iudæis peragere: ſancta Synodus eum ab hinc alienum eſſe ab Eccleſia iudicauit, vt qui non ſolum ſibi peccati, ſed & multis exitii & ſubuerſionis cauſa fuerit: & non ſolum eos a miniſterio deponit, ſed & eos qui audent his communicare poſt depoſitionem.* Eadem

Innocentius I.

INNOCENTIVS I. epiſt. 11. ad Aurelium Carthaginenſem Epiſcopum ſtatuit. Et Concilium

Concilium Anglicanum I. Beda Venerabilis.

ANGLICANVM I. cano 1. vt docet BEDA venerabilis, lib. 4. hiſtoriæ Anglicanæ cap. 5. Denique Concilium CARTHAGINENSE III. cano. 1. eadem præcipit, iubétque, vt Epiſcopi de Paſcha ſuum Primatem inquirant. Hæc renouat CARTHAGINENSE V cano. 7. & allegat Gratianus de conſecratione diſtinct 3. cap. Placuit vt dies, &c. Et CARTHAGINENSE IV. can. 65. allegatur ibidem à Gratiano, cap. Paſchæ ſolennitas, &c. *Paſchæ* (inquit) *ſolennitas vno die & tempore celebranda.* Eadem Concilium HIPPO-

Concilium Carthaginenſe 3.
Concilium Carthaginenſe 5.
Concilium Carthaginenſe 4.

NENSE, cano 5. Concilium AFFRICANVM ſub Bonifacio I. cano 18 & 40 *Placuit* (ait) *vt*

Concilium Hipponenſe … Africanum

dies venerabilis Paſcha, formatarum ſubſcriptione omnibus intimetur, &c. Porrò Paſchæ ſupputationem multis difficultatibus inuolutam, deſcripſit PASCHASINVS LILYBETANVS Epiſcopus, epiſtola ad Leonem I. Papam, quæ ſedet poſt epiſt. 61. eiuſdem Leonis. Verùm hæc parum ad rem attinent, quandoquidem, vt antea diximus, varius eſt authorum ſenſus in celebratione Paſchatis. Verum hoc idem feciſſe ſe dicit, vt Occidentaliũ errorem conuinceret, ſuámque ſententiam miraculo confirmat. Verùm nobis Romanæ fidei traditio, & Nicæni I. Concilij authoritas pro miraculo eſt. Quamobrem & LEO PRIMVS, epiſtola 62. ad Martianum Auguſtum, hæc quæ ſancti Patres de celebrando Paſchate ſtatuerunt certa ratione confirmat, & deprecatur Imperatorem, vt ab Ægyptijs certam adhuc huius reddi curet feſtiuitatis rationem & legem, vt in diuinis myſterijs nulla diſſonantiæ culpa naſcatur. Idem ab Eudoxia Auguſta præſtari petit ſequente epiſtola 63. Tum ſuam poſtulationem exauditam dicit epiſt. 66. ad Iulianum Coenſem Epiſcopum, & epiſt. 68. ad Martianum Auguſtum, & epiſt 93. ad Epiſcopos Galliarum & Hiſpaniæ: vbi ſe à prædicto Martiano dicit habuiſſe reſcriptum, vt 8 Calend. Maij Paſcha Domini celebretur, eiſdémque Epiſcopis præcipit eadem die colendum. Vnde

Paſchaſinus Lilybetanus.

Leo I.

Concilium EPHESINVM I. generale 3. in decreto, quod allegat Concilium Chalcedonenſe generale 4. actio. 1. ad calcem exemplaris falſati ſymboli, ſic loquitur. *Omnis qui non celebrat ſanctum diem Paſchæ ſecundum ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ ſtatuta, anathema ſit.* Idem præfatum Concilium CHALCEDONENSE generale 4. ibidem confirmat, & renouat, & ſæpius repetit. Hoc autem factum eſt propter quartadecimanos, qui Trinitatem non venerabantur. Vt Catholica Eccleſia, & diem Paſchæ more Iudaico celebrabant. Vnde extat CANON APOSTOLORVM 8. qui ſic habet *Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſanctum Paſcha diem ante vernale æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, abiiciatur.* Tales fuerunt Montaniſtæ, & Quartadecimani. Verùm vt huius canonis clariorem habeas intelligentiam, obſecro te lector lege SOZOMENVM SALAMINIVM, lib. 7. hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. 18. SOCRATEM, lib. 5. cap. 22. hiſtoriæ ſuæ, & NICEPHORVM CALLISTVM, lib. 12. cap 32. per totum, & 33. per totum. Ibi enim omnia quæ ante ſcripſimus diffuſiori ſtylo proſequuntur, quorum libentiſſimè textum tibi proponerem, niſi facillimo negotio maioribus, eorum opera verſarentur, quæ expleant deſiderium plura diſcere cupientis. Vt verò ad finem tendamus, Concilium AVRELIANENSE IV. ſub Pelagio I. cano. 1. *Placuit Deo propitio, vt ſanctum Paſcha ab omnibus ſacerdotibus vno tempore celebretur. Quæ feſtiuitas annis ſingulis Epiphaniarum die in Eccleſia populis denuncietur: de qua ſolennitate quoties aliquid dubitatur, inquiſita vel agnita per Metropolitanos à ſede Apoſtolica ſacra cõſtitutio teneatur.* Idem Cõcilium BRACARENSE II. cano. 9. & allegat Gratianus de conſecratione diſtinct. 3. cap. Placuit: *Placuit, vt poſtquam omnia in Concilio ſacerdotum fuerint ordinata, illud omnimodis obſeruetur, vt ſuperuenturum ipſius anni Paſcha, quota Calendarum die, vel quota luna debeat ſuſcipi, a Metropolitano Epiſcopo nuncietur. Quod cæteri Epiſcopi vel clerus reliquus breuiculo ſubnotantes, vnuſquiſque in ſua Eccleſia adueniente natalis Domini die, aſtante populo poſt lectionem Euangelicam nuncient.*

Concilium Epheſinum I. ſub Theodoſio Iuniore.

Concilium Chalcedonenſe generale 4. ſub Martiano.

Canon Apoſtolorum 8.

Sozomenus. Socrates.

Nicephorus Calliſtus.

Concilium Aurelianenſe 4.

Concilium Bracarenſe 2.

Paſcha dies annunciandus.

In enim

In cuius principio conuenientes in vnum vicina Eccleſiæ per triduum cum Pſalmis, per ſanctorum Baſilicas ambulantes, celebrent litanias: tertio autem die celebratis hora nona ſiue decima miſſis, dimiſſo populo præcipiant ſeruare Quadrageſima ieiunia, & mediante Quadrageſima, ex viginti diebus, baptizandos infantes, ad exorciſmi purgationem offerre. Vide ſuprà, Dies feſti, & infrà, Quadrageſima, &c.

Concilium Matiſconen. 2.

Paſchæ hebdomada ſolennis.] Conciliũ MATISCONENSE II. Epiſcoporum 60. canone 2. *Paſcha noſtrum, in quo ſummus ſacerdos & Pontifex pro noſtris delictis, nullam habens obnoxiationem peccati, immolatus eſt, debemus omnes feſtiuiſſimè colere, & ſedula obſeruationis ſynceritate in omnibus venerari, vt illis ſanctiſſimis ſex diebus nullum ſeruile opus audeat facere, ſed omnes ſimul coadunati, hymnis paſchalibus indulgentes, perſeuerationis noſtra præſentiam quotidianis ſacrificiis oſtendamus, laudantes creatorem ac regeneratorem noſtrum veſperè & meridiè, &c.* Et Concilium GENERALE VI. Conſtantinopolitanum III. ſub Conſtantino IV. Imperat. cano. 66. *A ſancta Chriſti Dei noſtri reſurrectionis die vſque ad nouum dominicum, tota ſeptimana in Eccleſiis vacare fideles iugiter oportet Pſalmis & hymnis, & ſpiritualibus canticis, in Chriſto gaudentes, feſtumq́ celebrantes, & diuinarum Scripturarum lectioni mentem adhibentes, & ſanctis myſteriis iucundè & lautè fruentes. Sic enim cum Chriſto exaltabimur, & vna reſurgemus. Nequaquam ergo prædictis diebus equorum curſus, vel aliquod publicum fiat ſpectaculum.* Porrò Concilium MELDENSE eundem canonem, cano. 76. renouat, vbi interdicitur artis mœchanicæ exercitiũ in his diebus, & opus ſeruile, &c. Vide Dies feſti, &c.

Concilium generale 6. Conſtãtinopolitanum 3. in Trullo.

Concilium Meldenſe.

Paſchæ die communicandum, &c.] Hoc repoſitum fideliter inuenies ſuperiùs vocabulo, Communicare quoties per annum liceat, &c. & vocabulo, Ieiunium paraſce. &c.

Paſchæ vigilia veſperè celebrentur.] Concilium AQVISGRANENSE II. cano. 9. ſecundi capituli. *Veſpertinales in vigilia Paſchæ melius celebranda viſa ſunt, propter lætitiam reſurrectionis Domini, quam dimittenda.* Vide etiã, Vigilia, &c.

Concilium Aquiſgranen. 2.

Paſchalis cereus.] Hymnum in Paſchalem cereum edidit AVRELIVS PRVDENTIVS, vt meminimus in vocabulo, Cereus Paſchalis, &c.

Aurelius Prudentius.

PASSIO.

Paſsio Chriſti.] Lege in vocabulo, Chriſtus quia locus opportunior videbatur. Porrò quia paſſionem Chriſti etiam quidam opinabantur ſalutarem eſſe, & fuiſſe impiis omnibus, qui ab initio creaturæ in ſuis iniquitatibus mortui ſunt. Hoc planè improbat Concilium VALENTINVM GALLIAE III. ſub Lothario Imperatore, can. 4. *Nam illud nobis (ait) fideliter ſimpliciterq́, tenendum ac docendum placet, iuxta Euangelicam & Apoſtolicam veritatem, quod pro illis hoc datum pretium teneamus, de quibus ipſe Dominus noſter dicit: Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipſo non pereat, ſed habeat vitam æternam. Et Apoſtolus: Chriſtus (ait) ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata, &c.* Vide loco præfixo

Concilium Valentinũ Galliæ 3. anno 855.

Ioann. 3.

Hebr. 9.

PASTOR.

Paſtoris officium.] Hic accipimus paſtorem generaliter, pro omni qui curam habet animarum, vel cui docendi munus creditum eſt: alioquin iam in particularibus vocabulis vnicuique officium præſcriptum eſt, vt reperies in vocabulo, Abbas, Epiſcopus, Metropolitanus, Clericus, Parochus, Doctor, & ſimilibus. Hic igitur accipe dictum de eo, qui vel curam animarum gerit, vel prædicationis officium ſuſcepit, vel qui aliis præeſt & verbo debet atque exemplo lucere. Sic autem CLEMENS I. epiſt. 1. ad Iacobum fratrem Domini, Petrum Apoſtolorum verticem docet in extremis inſtruxiſſe quemlibet paſtorem, & allegat Gratianus, cauſa 11 quæſt. 1. *Te quidem oportet irreprehenſibiliter viuere, & ſummo ſtudio niti, vt omnes vitæ huius occupationes abiicias, ne fideiuſſor exiſtas, ne aduocatus litium fias, néve in vlla aliqua occupatione prorſus inueniatis mundialis negotii occaſione perplexus. Neque enim iudicem aut cognitorem ſecularium hodie te ordinare vult Chriſtus, vt ne præfocatus præſentibus hominum curis nõ poſſis verbo Dei vacare, & ſecundum veritatis regulam ſecernere bonos à malis. Iſta namque opera, quæ tibi minus congruere ſuperius expoſuimus, exhibeant ſibi inuicem diſcentes, id eſt laici, & te nemo occupet ab his ſtudiis, per quæ ſalus omnibus datur.* Sicut enim tibi impietatis crimen eſt, neglectis verbi Dei ſtudiis ſollicitudines ſuſcipere ſeculares: ita & vnicuique laicorum peccatum eſt, niſi inuicem ſibi etiam in his quæ ad communis vitæ vſum pertinent, operam fideliter dederint. Tu verò ad hoc ſolum vocatus es, vt opportune & ſine intermiſſione doceas verbum Dei, per quod ſalutem conſequi poſſint.* IDEM epiſt. 2. ad eundem Iacobum. *Paſtoralis ordinis eſt, infatigabiliter reuocare ad correctionem populorum, imò magis filiorum ſpiritualium (quantum eſt fas intelligere) cognoueris pertinere: & non, quod abſit, cum ſuo periculo alienæ ſpei per ſolam negligentiam facere detrimentum, ſed quod ad generalis ſalutis ſpectat compendium ſalubri neceſſe eſt prouidere tractatu, &c.* Et ANACLETVS I. epiſt. 1. ad omnes Epiſcopos, vt allegatur à Gratiano, diſtinct. 83. cap. Nihil, &c. *Nihil illo eſt paſtore miſerius (ait) qui luporum laudibus gloriatur: quibus ſi placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ouibus magna pernicies. Nullus ergo paſtorum placere lupis & gregibus ouium poteſt: perdit enim laboris memoriã mens terrenis obligata carceribus. Sicut artium in ſuo quoque opere inuenitur mater inſtantia, ita nouerca eruditionis eſt negligentia.* Vnde & multa alia ſunt documenta quæ ſuis locis iam inſerta ſunt. Sic verò de paſtorum officio multis verbis agit, inſignis ille Theologus GREGORIVS NAZIANZENVS orat. 6. & in Apologetico. ſed & IOANNES CHRYSOST. ſtatim initio lib. 1. de incomprehenſibili Dei natura contra Anomæos, & plures alii Patres, quorum recenſere ſcripta laborioſum eſſet. Lege AVGVSTINVM HIPPONENSEM tract. 123. ſuper Ioannem. In ſermone de gratia dicit. *Oportet (ait) nos qui præeſſe populo, & paſtoris nomen, quamuis indigni, tenemus, vt vobis adminiſtrare diuini verbi pabula curemus: & ita vos ſollicita mente tractare, vt quod malum in vobis videmus, cum fraterno amore redarguamus. & quod bonum eſt fructificare & nutrire laboremus, &c.* Idem ſcripſit librum egregium de paſtoribus, qui inſeritur tomo 9. operum. Prætereà LEO PRIMVS, epiſt. 82. ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicenſem. *Paſtores (ait) dum dominari magis quam conſulere ſubditis quærũt, placet honor, inflat ſuperbia. & quod prouiſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam.* Et GELASIVS I. epiſtola ad Eupheomanum Epiſcopũ, circa finem. *Paſtorem ſiquiq rex debet ad paſcua ſalutaria reuo-*

Clemens 1.

Quid implere & cauere Paſtor debet.

* Hæc allegat Gratianus cauſa 11. quæſt. 1. cap. Sicut & Iuo lib. 5 decret.

Paſtor non aſſentiens malis

Anacletus 1.

Gregorius Nazianzenus.

Ioannes Chryſoſtomus.

Auguſtinus Hipponenſis.

Leo 1.

Gelaſius 1.

A *cantem, non per deuia gregem paſtor errantem. Dic mihi, rogo te grex pro te, an tu pro grege redditurus es rationem?* Lege reſiduum, nam paſtoribus extremum iudicium ante oculos tremendum proponit, vt eos ad ſolicitam gregis curam inſtimulet.

Gregorius 1. Verùm de eorum officio GREGORIVS I. in tribus libris paſtoralium diſſeruit, & in ſingulis iam vocabulis de cuiuſque prælati officio tractauimus. Vide quod ſequitur.

Paſtorum oſcitantia.] Poſuimus ſuprà.

Paſtores an iudicandi & corripiendi.] Poſuimus ſuprà.

Clemens 1. Paſtores amore & obedientia proſequendi.] Lege ex CLEMENTE I epiſt.1.ad Iacobum fratrem Domini, vbi vltima Petri verba

B recenſet vocabulo. Obedientia. IOAN verò lib. 2. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap.23. *Paſtorem bonum laicus honoret vt Dominum, vt Pontificem*

Lucæ 10. *Dei, vt magiſtrum pietatis. Nam qui illũ audit, Chriſtum audit, & qui illum ſpernit, Chriſtum ſpernit: qui verò Chriſtum non recipit, non recipit eius Deum ac Patrem.* In reliquis capitibus qualis eſſe debeat paſtor inſinuat. Verùm ea iam in vocabulo, Epiſcopus, inſerta ſunt, & ideo hic ſilemus. Vide Honor. & Obedientia, &c.

Anacletus 1. Paſtores mali vt tolerand.] ANACLETVS I. epiſt.3. ad omnes Epiſcopos. *Pro meritis plebis ſæpe paſtores deprauantur Eccleſiæ, vt procliuius*

C *corruant qui ſequuntur, capite videlicet langueſcente faciliùs reliqua membra corporis inficiuntur, vt ſcriptũ*

Eſay.1. *eſt: Omne caput languidũ & omne cor mœrens, à planta pedis vſque ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas.*

1.Petri 5. *Quapropter manifeſtum eſt diabolum (qui ſicut leo rugiens circuit quærens quem poſſit deuorare) cordibus plebium ſuadere, vt doctores atque paſtores ſuos detractionibus accuſent, vt plebibus langueſcentibus vel mala agentibus, non tenentibus paſtoribus frena eorum laxiſcant atque in ima ruant.* Tum quòd ſit tolerandus ſubſequenter inſinuat, vt iam diximus alibi.

Zephirius 1. Vide & ZEPHERINVS I. epiſt.1. ad Epiſcopos Siciliæ. *Epiſcopi à plebibus & clero, & Domini à ſeruis ferendi ſunt, vt ſub exercitatione tolerantiæ ſuſti-*

D *neantur temporalia, ſperentur æterna. Auget enim meritum virtutis, quod propoſitum non violat religionis.* Et epiſt.2.ad Epiſcopos Ægypti. *Doctores, qui & Patres vocantur, magis portãdi quàm reprehẽdendi ſunt, niſi in recta fide errauerint. Nullus ergo doctorem per ſcripta accuſet, nec niſi fideli & legitimo, qui etiam irreprehenſibilem vitam ac conuerſationem ducat, accuſatori reſpondeat: quia indignum eſt, vt doctor ſtulto &*

Prouerb 26. *indocto reſpondeat iuxta ſtultitiam ſuam. Doctorem autem Catholicum, & præcipuè Domini ſacerdotem ſicut nullo errore implicari, ita nulla oportet machinatione aut cupiditate violari.* Vide in vocab. Doctor.

Paſtor non facilè cedat.] Vide Epiſcopos, &c. ſcilicet vt Epiſcopi in perſecutione ſuas non

E relinquant Eccleſias, &c. Hæc ibi reperies. Quidquid autem hîc defuerit, ſcito de ex talibus vocabulis repetendum, quia ibi congruentius ſunt inſerta omnia, quæ videbantur cuiuſque miniſterio & officio conuenire.

PATRIARCHA & PRIMAS.

Patriarcharum & Primatum inſtitutio & authoritas.] Iam infinitis in locis horum nominum mentio facta eſt, ſiue in dictione, Epiſcopus, vel Archiepiſcopus, vel Metropolitanus, &c. Veruntamen, quia ſpecialiter adhuc decreta de hiſdem reſeruata ſunt, paucis quidem verbis inſi-

A nuare curabimus. De Patriarcharum ergo atque Primatum inſtitutione loquitur CLEMENS I.

Clemens 1. epiſtola 1. ad Iacobum fratrem Domini. *In illis (ait) ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos * Ar-*

* Primi ſacerdotes flamines. *chiflamines eorum, atque primi legis doctores erant, Epiſcoporum Primates poni vel Patriarchas, qui reliquorum Epiſcoporum iudicia & maiora, quoties neceſſe foret, negotia in fide agitarent, & ſecundum Dei voluntatem, ſicut conſtituerunt ſancti Apoſtoli, ita vt ne quis iniuſtè periclitaretur, definirent. In illis autem ciuitatibus, in quibus dudum apud prædictos archiflamines erant: quos tamen minores tenebant, quàm memoratos Primates Archiepiſcopos inſtitui præcepit, qui non tamen Primatum, ſed Archiepiſcoporum frue-*

B *rentur nomine, &c.* Vide Archiepiſcopus, &c. Hæc

Leo 9. citat atque allegat LEO NONVS, epiſto 3. ad Petrum & Ioannem Epiſcopos Affricæ, & allegatur à Gratiano, diſtinct. 80. cap In illis, &c. Eadem

Anacletus 1. etiam repetit ANACLETVS I epiſt 2. circa medium, & epiſt.3. ad omnes Epiſcopos ſic loquitur. *Epiſcoporum ordo vnus eſt, licet ſint Primates illi, qui primas ciuitates tenent, qui & in quibuſdam locis Patriarchæ à nonnullis vocantur. Illi autem, qui in Metropoli à beato Petro Apoſtolo, ordinante Domino, & à prædeceſſore noſtro S. Clemente, ſeu à nobis conſtituti ſunt, non omnes Primates vel Patriarchæ eſſe poſſunt: ſed illæ vrbes, quæ præſulos & priſcis temporibus Primatum tenuere, Patriarcharum aut Primatum nomi-*

C *ne fruantur. Reliqua verò Metropoles Archiepiſcoporum, aut Metropolitanorum, & non Patriarcharum aut Primatum vtantur nominibus, quia hæc eadem & leges ſeculi in ſuis continent principibus. Alias autem primæ ciuitates, quas vobis conſcriptas in quodam tomo mittimus, à ſanctis Apoſtolis & à beato Clemente, ſiue à nobis prædicatores Primates acceperunt.* Porrò lege Patriarcharum ordinationem apud

Nicephorus Calliſtus. NICEPHORVM CALLISTVM, lib.12. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap.13. Hæc autem decreta quæ præmiſimus ex Clemente, & Anacleto, con-

Anicetus 1. firmat iterum ANICETVS I. epiſt.1. ad Epiſcopos Galliarum, vt allegat Gratianus, diſtinct 99. cap. Nulli, &c. Nam vbi de Epiſcoporum & Ar-

D chiepiſcoporum ordinatione diſſeruit, vt ſuis locis inſertum reperies, ſic adiecit. *Nulli Archiepiſcopi, Primates vocentur, niſi illi qui Primas tenent ciuitates, quarum Epiſcopos Apoſtoli, & ſucceſſores Apoſtolorum regulariter Patriarchas & Primates eſſe conſtituerunt, niſi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur, cui neceſſe ſit propter multitudinem eorũ Primatem conſtitui. Reliqui verò, qui poſt Primates Metropolitanas ſedes adepti ſunt, non Primates, ſed Metropolitani nominentur, &c.* Vide Metropolitanorum

Stephanus 1. inſtitutio, &c. Eadem repetit STEPHANVS I. epiſto.2. ad omnes Epiſcopos. FOELIX II. in

Fœl[ix]

Concilium Romanum ſub eodem. Concilio ROMANO quod celebrauit, epiſtola miſſa ad Athanaſium & reliquos Epiſcopos Ale-

E xandriæ congregatos, can. 15. *Primates illi (ait) & non alij ſint, qui in* NICÆNA SYNODO I.

Concilium Nicænũ 1. ſub Cõſtantino 1. canone 6. *ſunt conſtituti* (ſcilicet Antiochia, Alexandria, Hieruſalem & Conſtantinopolis) *reliqui verò, qui Metropoles ſedes tenent Archiepiſcopi vocentur & non Primates, ſalua in omnibus Apoſtolicæ ſedis dignitate, quæ ei ab ipſo Domino eſt conceſſa, & poſtea à ſanctis Patribus roborata, &c.* Vide ad eorum ſecretiorem differentiam. BONIFACIVS I. ſtatuit de-

Bonifacius 1. cretum, quod allegat Gratianus, cauſa 6. quæſt. 4. cap. Si inter: *Si inter Epiſcopos eiuſdem Concilij dubitatio emerſerit de Eccleſiaſtico iure & de aliis negotiis, primum Metropolitanus eorũ, cum aliis quibuſdam in Concilio conſiderans rem diiudicet: & ſi non*

adquieſcat vtraque pars iudicatis. Tunc Primas illius regionis inter ipſos audiat, & quod canonibus & legibus conſentaneum ſit hoc diffiniat, & nulla pars valeat calculo eius contradicere. Numerat autem quatuor ſedes Patriarchales Concilium Nicaenum I. cano. 6. quibus ab omnibus Metropolitanis obedientiam præſtari vult, vt cum Concilium in ſuis prouincijs indixerint adire teneantur, vt iam allegauimus. Ex Concilio Generali VIII. Conſtantinopolitano IV. ſub Baſilio Imperatore, cano. 17. ſuperiùs vocabulo, Metropolitanus, &c. Lege ſequentia.

Concilium Nicænum 1.

Concilium generale 8. ſub Adriano 2.

Patriarcharum & Primatum dignitas.] Hoc ex ſuperiori dependet, vbi de authoritate & excellentia Patriarcharum ſuprà cæteros tractabatur. Denique Concilium Lateranense ſub Innocentio III. omnium generaliſſimum, cui fuerunt aſſiſtentes Patres 1215. can. 5. *Antiqua* (ait) *Patriarchalium ſedium priuilegia renouantes, ſacra vniuerſali Synodo approbante, ſancimus, vt poſt Romanam Eccleſiam.* Vide hic in dictione, Romanæ Eccleſiæ Primatus, &c. *quæ diſponente Domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, vtpote mater vniuerſorum Chriſti fidelium & magiſtra, Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum locum obtineant, ſeruata cuilibet propria dignitate, ita quòd poſtquam eorum Antiſtites à Romano Pontifice receperint pallium, quod eſt plenitudinis officij Pontificalis inſigne* (vide ſuprà, Pallium, &c.) *præſtito ſibi fidelitatis & obedientiæ iuramento, licenter & ipſi ſuis ſuffraganeis pallium largiantur, recipientes pro ſe profeſſionem canonicam, & pro Romana Eccleſia ſponſionem obedientiæ ab eiſdem dominicæ verò crucis vexillum ante ſe faciant vbique deferri, niſi in vrbe Romana, & vbicunque ſummus Pontifex præſens extiterit, vel eius legatus vtens inſignijs Apoſtolicæ dignitatis. In omnibus autem prouincijs eorum iuriſdictioni ſubiectis, ad eos cum neceſſe fuerit prouocetur, ſaluis appellationibus ad ſedem Apoſtolicam interpoſitis, quibus eſt ab omnibus humiliter deferendum.* Hæc renouat Concilium Florentinum generale ſub Eugenio IV. ſeſſione vltima. Verùm reuolue ea quæ iam in ſuperioribus vocabulis tibi præfixis annotatum eſt.

Cõcilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. cui interfuerunt patr. 1215.

Numerantur ſæpius hæ ſedes in vocabulo, Romanæ Eccleſiæ primatus, &c. & in ſuis etiam propriis vocabulis.

Concilium Florentinum.

Patrinus.

Patrini qui eligantur, &c.] Patrinus corruptum eſt & peregrinum vocabulum, nec Latinũ, & dicitur ſuſceptor alio nomine: tamen quia canones hoc nomine vtuntur noluimus immutare. Quod autẽ ab antiquo ſuſceptores inſtituti ſint, qui infantes vel etiam adultos baptizandos de fonte leuarent crebrò iam oſtendimus. Ex Dionysio Areopagita in vocabulo, Baptiſmi conferendi forma, & in vocabulo, Baptiſmus infantum, &c. Hic nempe ſanctus Pater libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, par. 3. cap. 7. *Iſtud cum puſſimis ducibus noſtris* (ait) *in mentem veniſſet, viſum eſt admittere infantes hoc modo: vt naturales oblati paruuli parentes, puerum vni ex fidelibus tradant præclaro diuinarum rerum magiſtro, ſub quo iam puer ſit quaſi ſub Patre diuina ſanctaq; ſalutis alumno. Hũc itaque præſul ſpondentem puerum iuxta ſanctam educaturum vitam, requirit vt abrenunciationem profiteatur, fidemq; confiteatur, non (vt illi ridentes aiunt) alium pro alio imbuis ſacris. Neque enim hoc ille ait, Ego pro puero abrenunciationes facio, aut fidei ſacramenta profiteor: ſed ita, puer renunciat & profitetur. id eſt, ſpondeo puerum inducturum cum ad ſacram intelligentiam venerit ſedulis adhortationibus meis, vt abrenunciet contrariis omninò, profiteaturq; & peragat diuina quæ pollicetur. Nihil igitur, vt reor, indignum eſt ſi ad diuinum inſtitutum puer adducitur ſanctum habens præceptorem, qui illi diuinarum rerum habitum tradat, malorumq; ſeruet immunem, &c.* Hæc Dionyſius. Eadem cõfirmat Tertullianus Carthaginensis, libro de baptiſmo, vbi Patrinorum meminit ſub nomine ſponſorum ſalutis & arbitrorum fidei. Vide ſuprà, Baptiſ. Vnde & Higinus I. Papa in decreto, quod allegat Gratianus de conſecrat. diſtin. 4. cap. In catechiſmo. &c. & Iuo lib. 1. decreto. *In catechiſmo* (ait) *& in baptiſmo, & in confirmatione vnus patrinus fieri poteſt, ſi neceſſitas cogat: non eſt tamen conſuetudo Romana, ſed per ſingulos ſinguli ſuſcipiunt.* Vide Catechiſmus, Baptiſmus, & Confirmatio, &c. quia in his vocabulis ſæpius mentio fit Patrinorum. Vnde Nicephorus Callistus, lib. 13. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap 9. Ioannem Chryſoſtomum refert Theodoſium iuniorem de fonte leuaſſe. *Imperatoris* (ait) *coniux in Eccleſia, quæ de Apoſtolorum nomine appellata eſt, Theodoſium etiamnum infantem, quem Ioannes per baptiſmum ſibi filium arrogauerat, ad genua eius admonens, multaq; deprecans & adiurans vix tandem perſuaſit, vt ſe ad placabilitatem daret, & Seuerianum rurſum in amicitiam reciperet, &c.* Verùm lege ea quæ in ſequentibus diſtinctionibus inſeruntur. Vnde & Concil. Metense, can. 3. *Nullus alter* (ait) *ſuſcipiat à fonte infantem, niſi qui apprime ſignaculum, id eſt, abrenunciationem diaboli, & profeſſionem Catholicæ fidei tenuerit: & infantem nequaquam duo vel plures, ſed vnus a fonte baptiſmatis ſuſcipiat: quia in huiuſmodi ſecta diabolo datur locus, & tanti miniſterij reuerentia viloſcit. Nam vnus Deus, vnum baptiſma. Vnus, qui à fonte ſuſcipit debet eſſe* * *pater vel mater infantis.* Denique Concilium Moguntinense allegatur in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro 3. par. 50. cap. 44. *In baptiſmo vel chriſmate non poteſt alium ſuſcipere filium, qui non eſt baptizatus vel confirmatus.* iunge ſequentia.

Tertullianus Carthaginenſ.

Higinus.

Nicephorus Calliſtus.

Concilium Metenſe ſub Arnulpho Imperat.

* Pater vel mater non carnalis, ſed dici debet pater vel mater ſpiritualis, alioquin vide quæ ſequuntur infra.

Patrini eſſe non poſſunt pater vel mater infantis.] Hoc videtur in proximè citato Metenſis Concilij decreto permiſſum, ſed decretum illud non eſſe intelligendum de patre vel matre carnali, hæc quæ ſequuntur decreta manifeſtant, quæ longè Concilium Metenſe præceſſerunt. Sic ergo Deusdedit I Papa epiſtola ad Gordianum Epiſcopum Hiſpaniæ, & allegat Gratianus, cauſa 30. * Peruenit: *Peruenit ad nos diaconus veſter* (ait) *veſtra ſanctitatis epiſtolam ferens, quòd quidam viri, etiam & mulieres præterito ſabbato Paſchalis die, pro magno populorum incurſu, neſcientes proprios ſuos filios ſuſcepiſſet ex lauacro ſancto. Cupis ergo ſcire, ſi pro tali accidente ratione debeant viri & mulieres ad ſuum proprium vſum redire, an non. Nos enim ex hoc triſtitia mœſti inquiſiuimus priorum Patrum noſtrorum dicta. Inuenimus autem in Archiuis huius Apoſtolicæ ſedis iam talia contigiſſe in Eccleſia Iſauriæ & Epheſiorum, ſimulq; Hieroſolyma, & etiam aliarum Eccleſiarum. Epiſcopis etiam earum ciuitatum ab hac Apoſtolica ſede volentibus ſcire, ſi viri & mulieres redirent ad proprium thorum beatæ memoriæ ſanctiſſimi Patres* Ivlivs, Innocentivs & Coelestinvs, *cum Epiſcoporum plurimorum & ſacerdotum conſenſu, in Eccleſia beati Apoſtolorum principis prohibentes talia perſcripſerunt & confirmanerũt, vt nullo modo iam in coniugio ſe reciperent mu-*

Deuſdedit 1. papa.

* Quæſt. 1.

Iulius 1. Innocentius 1. Cœleſtinus 1.

lieres

lieros aut viri, qui quacunque ratione ſuos ſuſceperint natos: ſed ſeparent ſe, ne ſuadente diabolo tale vitium peccati inoleſcat per mundum, & vniuerſorum error accreſcat. Scitis quia quemodo ſunt ſeptem dona Spiritus ſancti, ita ſunt ſeptem dona baptiſmi, a primo pabulo ſacrati ſalis, & ingreſſus ſanctæ Eccleſiæ, vſque ad confirmationem Spiritus ſancti per chriſma. Ab hoc primo Spiritus ſancti dono vſque ad ſeptimum, nullus Chriſtianus ſuam commatrem in coniugio recipere debet: & qui præſumpſerit, anathematis vinculo religetur in perpetuum, niſi pœnitentiam egerit dignè. Mulieres verò cum ſeparatæ fuerint pro hac illicita re, à totis viris totam præcipimus recipere dotem, quam in die nuptiali recepit: & poſt expletum annum recipiat alium virum, ſimiliter & vir vxorem. Vnde & narrat ROBERTVS GVAGVINVS, lib. 2. compendij de geſtis Francorũ, in Chilperico, Andoneram prædicti Chilperici coniugem dolo Fredegondæ pellicis regis, filiam propriam de fonte leuaſſe. *Sciebat enim* (ait) *ex Chriſtiano inſtituto, nefas eſſe virum mulieris concubitu potiri, quæ baptizando filio commater extitiſſet.* Eo autem pacto Chilpericum à reginæ contubernio diſcluſum iri callidiſſima pellex ſperabat, ſicut & factum eſt quia Andonera reiecta, Fredegonda in vxorem tranſijt. Lege hiſtoriam. Verùm, quia vbique fraus committitur, Concilium CABILONENSE II. can. 31. & allegat Gratianus, cauſa 30. quæſt. 1. cap. Dictum eſt, ſic ſtatuit. *Dictum nobis eſt quaſdam fœminas deſidioſè, quaſdam verò fraudulenter, vt a viris ſuis ſeparentur proprios filios coram Epiſcopis ad confirmandũ tenuiſſe. Vnde nos dignum duximus, vt ſi qua mulier filium ſuum deſidia aut fraude aliqua coram Epiſcopo ad confirmandum tenuerit, propter fallaciam ſuam quandiu viuet agat pœnitentiam, à viro tamen ſuo nõ ſeparetur.* Idem omninò ſtatuit ſub ſimilibus verbis & conformi ſententia NICOLAVS I. epiſt. ad Rodulphum Bituricenſem Archiepiſcopum, & allegat ibidem Gratianus. Verùm non repeto, quia eadem replicat. Denique ALEXANDER III Salernitano Epiſcopo, vt habetur parte 32. Concilij Lateranenſis, cap. 2. ſic ſtatuit. *Si vir vel mulier ſcienter, aut ignoranter filium ſuum de ſacro fonte ſuſceperit, an propter hoc ab inuicem ſeparari debeant, & alij copulari, quia nos generaliter conſulere voluiſti, conſultationi tuæ reſpondemus: quòd quamuis ſit generaliter conſtitutum, vt debeant: quidam tamen humanius & potius ſentientes aliter ſtatuunt: & ideo nobis videtur, quòd ſiue ex ignorãtia, ſiue ex malitia id fecerint non ſunt ab inuicem ſeparandi, nec alter alteri debitum debet ſubtrahere, niſi ad cõtinentiam ſeruandam poſſint induci. Quòd ſi ex ignorantia id factum eſt, eos excuſare ignorantia videtur: ſi ex malitia, eis ſua fraus vel dolus non debet patrocinari.* longe ſeq.

[Margin: Septem dona Baptiſmi. — Robertus Guaguinus. — Concilium Cabilonẽſe II. ſub Carolo Magno. — Nicolaus I. — Alexander 3.]

Patrinis ſeu compatribus interdicitur mutuus contractus matrimonij, & omnis carnalis copula.] Ex præcedenti diſtinctione liquet, quia qui hoc præſumpſerint attentare excommunicationi ſubdantur à Deuſdedit I Papa, & cæteris Patribus. Verùm ſunt alia decreta, quæ hoc ſpecialiter prohibent. Vnde Concilium GENERALE VI Conſtantinopolitanum III. in Trullo, cano 53. *Quoniam ſpiritalis neceſſitudo* (ait) *ſeu affinitas corporum coniunctione maior eſt, in nonnullis autem locis cognouimus quoſdam, qui ex ſancto & ſalutari baptiſmate infantes ſuſcipiunt, poſtea quoque cum matribus illorum viduis matrimonium contrahere. Statuimus, vt in poſterum nihil fiat eiuſmodi. Si qui autem poſt præſentem canonem hoc facere deprehenſi fuerint, hi quidem primò ab illicito & iniuſto matrimonio deſiſtant, deinde & [illegible] cæterum pœnis ſubijciantur.* Eadem repetit Concilium ROMANVM ſub Gregorio II cano 4. Et Concilium MOGVNTINVM I. can. 55. *N[illegible] ſ[illegible] filium vel filiam de fonte baptiſmi [illegible], nec commatrem ducat [illegible] filiam ad confirmationem duxerit: [illegible] autem factum fuerit, ſeparentur.* Hinc etiam NICOLAVS I. epiſtola ad Rodulphum Bituricenſem Archiepiſcopũ, vt allegat Gratianus, cauſa 33. quæſt. 2. cap. Si quis: *Si quis cum * commatre fornicatus fuerit, anathematis percutiatur [illegible]ibus. Similiter & illum percutere promulgamus, qui cum ea, quam de ſacro fonte baptiſmatis ſuſceperit, aut cum illa, quam ante Epiſcopum tenuerit cum ſacro chriſmate fuerit vncta, [illegible] perpetrauerit [illegible] legitimam tamen ſi habuerit, non dimittat vxorem.* IDEM epiſtola ad Salonitanum Epiſcopum, vt allegatur à Gratiano, cauſa 30. quæſt. 1. cap. Noſſe: *V[illegible] deſideras, vtrum mulier, quæ viri filium ex alia fœmina genitum [illegible] ſacro fonte leuauerit, poſtmodum poſſit cum eodem viro copulari. Quos ideo coniungi poſſe decernimus, quia ſecundum canones ſacros, niſi amborum conſenſu nullus religionis obtentu debet coniux dimittere coniugem. Pertimet autem ad ingens vxoris exitium, quæ habet odio virum, vel infirmitatem eius nõ conſiderans quaſi cauſa pietatis operatur impietatem, maxime cum Apoſtolus præcipiat: Nolite, inquiens, fraudare inuicem, niſi ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi, &c.* IDEM reſpondens ad conſulta Bulgarorum, & allegat Gratianus, cauſa 30. quæſt. 5. *Eſt inter [illegible] & filios ſpirituales gratuita & ſancta communio, quæ dicenda non eſt conſanguinitas, ſed habenda ſpiritualis proximitas. Vnde inter eos arbitror nõ poſſe fieri quodlibet legale coniugium, quandoquidem nec inter eos qui natura, & eos qui adoptione filij ſunt veneranda Romanæ leges matrimonium contrahi permittunt, &c.* Iterum ibidem. *Si inter eos non contrahitur matrimonium quos adoptio iungit, quanto potius à carnali [illegible] portet inter ſe contubernio ceſſare illos, quos per cæleſte ſacramentũ regeneratio ſancti Spiritus iungit? Longè ergo congruentius filius patris mei, vel frater meus appellatur is quem diuina gratia potius quam humana voluntas, vt filius patris mei, vel frater meus eſſet, elegit, prudentiuſque ab alterna corporis commixtione ſecernitur.* IDEM epiſtola ad Salomonem Conſtantienſem Epiſcopum, & allegat Gratianus, cauſa 30. quæſt. 4. *Sciſcitatur à nobis ſanctitas veſtra, ſi aliquis homo duas commatres habere valeat vnam poſt alterã. In quo meminiſſe debet, ſcriptum eſſe: erunt duo in carne vna. Itaque cum conſtet, quia vir & mulier vna caro per connubium efficiuntur, reſtat nimirum, verum compatrem cõſtitui illi mulieri, cuius matrimonio aſſumpta vxor, commater eſſe videbatur.* Eadem quæ ſuprà relata ſunt, confirmat Concilium VORMATIENSE, cano 34. Et in Concilio MOGVNTINO III. delatus eſt quidam, nomine Alcinannus, ex parochia Arnonis Epiſcopi, qui commatrem ſpiritualem ſibi in coniugium acceperat, & poſteà per ſacramenta ab ea ſeparatam, iterum eam ſibi impia copulatione habebat ſociatam: qui à Patribus anathematis eſt vinculo innodatus. Hæc quoque renouat Concilium TRIBVRIENSE, cano. 47. vbi nihilominus permittit, vt ille qui compatrem habet, cuius vxor ſibi commater non eſt, defuncto compatre poterit eius vxorem, ſi ita velit, in coniugium ſumere, ſi nullam habeat conſanguinitatis propinquitatem. Et canone 48 permittit, vt ſi quis ſuæ ſpiritualis commatris filiam fortuitu, &

[Margin: Concilium generale 6. Conſtantinopolit. 3. ſub C[illegible] tino Pogonato Imperat. — Concilium Romanũ 2 ſub Gregorio — Concilium Mogũtinum I. ſub Carolo Magno. — Nicolaus I. — * vel cum matre. — Nicolaus I. — 1 Corinth. 9. — Conciliũ Vormatien. — Concilium Moguntinum [illegible] ſub Arnulpho Imperat. — Conciliũ Triburienſe ſub [illegible] Principe]

ita contingente rerum cauſa in coniugium duxerit, conſilio maturiori ſeruato habeat, atque honeſtè legitimo coniugio operam det de huiuſmodi copulatione compatrum & patrinorum

Alexander 3.

extat decretum ALEXANDRI III. part. 32. Concilij Lateranenſis quod celebrauit, ad Salernitanum Epiſcopum *Verum* ait *fily vel filia ante, vel poſt compaternitatem geniti poſſint ſimul adinuicem copulari, canones ſecundum diuerſitatem locorum conſuetudinem inueniuntur, & licet primus canon exinde editus, natos poſt compaternitatem prohibeat adinuicem copulari: alter tamen canon poſteriùs editus primum videtur corrigere, per quem ſtatuitur, vt ſiue ante, ſiue poſt compaternitatem geniti ſunt ſimul poſſint coniungi, excepta illa perſona dumtaxat, per quam ad compaternitatem peruenitur. Vnde tolerabilius nobis videtur, vt ſecundum poſteriorem canonem etiam poſt compaternitatẽ geniti ſimul poſſint copulari, præter illam perſonam, per quam compaternitas contrahitur, niſi conſuetudo Eccleſia, quæ ſcandalum generet, aliter ſe habeat.* Hæc omnia dilucidiùs expreſſit

Bonifacius 8.

BONIFACIVS VIII. in ſexto Decretal. titu. 3. de cognatione ſpirituali. Hæc etiam omnimodè

Concilium Tridentinum generale.

obſeruari præcipit Concilũ TRIDENTINVM, ſeſſione 24 quæ eſt 8 ſub Pio IV cap 2. decreti reformationis de matrimonio vbi etiam iniungit parochis & ſacerdotibus, qui infantem baptizant, admonere patrinos affinitatis quàm ex hoc facto contrahunt, ne ignorantia vlla excuſari valeant. Quòd ſi non fecerint, iubet ab ordinarijs caſtigari. Verùm plura habes iam repoſita ſuprà ex Cœleſtino I. vocabulo, Fornicatio, &c. Vide ergo, & ſequentia.

Patrini qui eſſe non poſſint.] Concilium

Concilium Pariſienſe 3.

PARISIENSE III. lib. 1 cap 54. *Prohibemus de ſacro fonte leuare infantes; aut coram Pontificibus ad confirmationis ſacramentum patrini extare, qui propter reatum ſuum publica pœnitentia ſunt mulctati, donec, per dignam pœnitentiæ ſatisfactionem reconciliationem*

Numeri 5.

mereantur. Nec immeritò, quoniam quos & lex diuina à caſtris militaribus, ne ruina ſint populi, & authoritas canonica ab Eccleſiarum ſequeſtrant liminibus: multo magis à memoratis peragendis officiis vſque ad tempus pœnitentia peractum, dignámque perceptam reconciliationem meritò ſunt excludendi. Vide Pœnitens, &c.

Patrinorum quanta debeat eſſe cura in ſpirituales filios.] Ex prima huius vocabuli diſtinctione oſtendimus ex Dionyſio Areopagita, quàm ſolicitè tenebantur olim ſponſores infantum ſtudere, vt inſtruerentur in bonis moribus & fide Catholica. Hoc etiam renouat Concilium

Concilium Arelatenſe 4. ſub Carulo Magno.

ARELATENSE IV. cano. 19. *Statuimus, vt parentes filios ſuos, & patrini eos, quos de fonte lauacri ſuſceperunt, erudire ſummoperè ſtudeant. Illi, quia eos genuerunt, & eis a Domino dati ſunt: iſti, quia pro eis fideiuſſores exiſtunt.* Eadem præcipit Conciliũ MO-

Concilium Moguntinum 1. ſub eodem.
Concilium Pariſienſe 3.
Auguſtinus Hipponenſis.

GVNTINVM I. cano. 47. & Concilium PARISIENSE III. lib. 1. cap 7. *Qualiter autem hi, qui de ſacro fonte alios ſuſcipiunt, inſtruere debeant* (inquit) *beatus* AVGVSTINVS *in ſermone habito ad populum demonſtrat dicens. Quicunque igitur viri, quæcunque mulieres de ſacro fonte filios ſpiritualiter ſuſceperunt, cognoſcant ſe pro eis fideiuſſores extitiſſe apud Deum. Et ideo neceſſe eſt, vt ſemper illis ſolicitudinem veræ charitatis impendant, admoneant, & caſtigent, atque corripiant, vt caſtitatem cuſtodiant, virginitatem vſque ad nuptias ſeruent, & cæteris bonis operibus dediti ſint. In hoc quippe facto de quo agitur, quantum à religione Chriſtiana digreſſum ſit, ignorari*

A *fas non eſt. Hoc autem Patres dicunt, quia velatum eſt illis, quod hi qui in ſua ſponſione ... de ſacro ... nec ſuſcipiunt, nec fidei, nec baptiſmatis ... ſunt inſtructi, & ideirco eos quos ſuſcipiunt, & ſecundum ſanctorum Patrum documenta docere debuerant, erudire nequeant.* Eadem repetuntur, cap 54. eiuſdem

Nicolaus 1.

libri primi. Denique NICOLAVS I ad conſulta Bulgarorum, vt allegat Gratianus, cauſa 30.

Aetas Patrinorum.

quæſt 5. *Ita* (ait) *diligere debet homo eum, qui ſuſcepit ipſum de ſacro fonte, ſicut patrem* Porrò ſuſceptores ſeu patrini oporter, vt ſint prouectæ ætatis atque in fide probè catechizati & inſtructi, vt

Conciliũ Auguſtenſe ſub Othone Cardinali.

iubet Concilium AVGVSTANSE, capit. 16. quo non ore tantum, ſed & mente & ſerio ad in-

B terrogata reſpondere, ſuum munus intelligere, & paruulos vbi adoleuerint, & res poſtulauerit, in fide orthodoxa inſtituere poſſint. *Ætate* (ait) *vero aut fide nondum prouectos, ad tantum munus admitti non debere ipſa ratio ſuadet, & nos præcipiendo decernimus, &c.*

PAVPER.

Pauperes, Eccleſiæ bonis fouendi & recreandi.] Diximus iam in dictione, Facultates Eccleſ. qualiter quarta pars bonorum Eccleſiæ debeat pauperibus diſpertiri, & quomodo debeãt opibus Eccleſiaſticis recreari. Hoc etiam expreſsè

Conciliũ Turonenſe 3. ſub Carulo Magno.

C mandat Concilium TVRONENSE III, cano. 10. & 11. *Epiſcopi* (ait) *maximam curam & ſolicitudinem circa pauperes habeant, & his licitum ſit, præſentibus presbyteris, & diaconibus, de theſauro Eccleſiæ, familiæ & pauperibus eiuſdem Eccleſiæ ſecundum canonicam inſtitutionem, iuxta quod indiguerint, erogare.* Idem omnino Concilium CABILONENSE

Concilium Cabilonenſe 2. ſub eodem.

II canone ſexto, vt allegauimus in vocabulo, Facultates Eccleſiæ vt diſpenſentur, &c Eadem etiã

Concilium Moguntinum 1 ſub eodem.
Concilium Biterrenſe.

confirmat Concilium MOGVNTINVM I. canone octauo, & Concilium BITERRENSE, canone decimo octauo, vbi præcipit de mandato pauperum, quòd in monaſterijs reformatis quotidie, in Eccleſijs cathedralibus ſemel ſaltem in

D hebdomada celebretur, in quo pauperes aduocentur, & menſa communi reficiantur. Verùm iunge ſequentia.

Pauperum curã Epiſcopus habeat, &c.] Præcedenti reſpondet, nam eadẽ eſt ratio vtriuſque propoſitionis. Et quidem ſatis iam de hac materia diximus in vocabulo, Hoſpitalitas, &c. tamen quod reſtat adhuc eſt abſoluendũ Refert

Nicephorus Calliſtus.
Atticus Epiſcopus quàm ... in pauperes.

autem NICEPHORVS CALLISTVS, lib. 14. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 24. de Attico Epiſcopo Conſtantinupolitano.* *Ad miſericordiam* (inquit) *atque largitionem tam procliuis fuit, vt non modo eos, qui in parœcijs eius erant, egenis prouidendum duceret, ſed etiã vicinis Conſtantinopoli Eccleſijs pe-*

* Simile quid ... Adrian ... ſancta ... pauperes alebat. Vide ... Denique eadẽ refert in Eugenio 1. Porro vt de ... Eleemoſyna ... Epiſcopi ... gitur habere Eleemoſyna ... Concilio Oxonienſi in Anglia cano. 1.

E *cuniam multam ad pauperum conſolationem mitteret. Porrò ex vna eius epiſtola, quam ad Calliopium Nicænum presbyterum dedit, miſſis ſimul trecentis aureis, qualis ea re vir fuerit, ſatis patebit. Ea ſic habet. Calliopio presbytero Atticus in Domino ſalutem. Decem mille in vrbe veſtra egenos piorum commiſeratione indigere cognoui. Decem mille dum dico, multitudinem ipſam, non certum pauperum numerum oſtendo. Quandoquidem vero certum pecuniæ numerum ei acceptum fero, qui perliberali manu piè eam diſpenſantibus donat. & nonnullis indigenis explorandorum eorum gratia, qui habent quidem, ſed illis non dant, accepiſti a me* (*ò charum mihi caput*) *trecentis aureos iſtis, vt voles eos expende. Volo autem eis maximè, qui mendicare*

erubeſcunt, non illis, qui in vita ventrem ad nundinationem proponunt. Cum igitur pecuniam largieris, religionis hac in parte rationem non habebis, hoc vnum ſpectans, vt indigentes alas, neque eos præferas qui moribus noſtris viuunt. Pauperum ſane etiam, qui longius abeſſent, ita curam Atticus geſſit. Non diſſimile nobis exemplum reliquit LEONTIVS NEAPOLEOS CYPRI Epiſcopus in vita Ioannis eleemoſynarij, cuius admirandam largitatem & miſericordiam egenis impenſam, non eſt qui poſſit ſiccis oculis perlegere vel andire. Sed vt alia infinita prætereamus, ſic ſtatuit CANON APOSTOLORVM 58. *Si quis Epiſcopus vel presbyter, cum ſit aliquis ex clericis egenus, ea quæ ſunt neceſſaria ei non ſuppeditat, ſegregetur: ſin autem perſeuerat, deponatur, vt qui fratrem ſuum interfecerit.* Vnde & CYPRIANVS CARTHAGINENSIS, lib. 3. Epiſt. epiſt. 6. ad presbyteros & diaconos. *Pauperibus* (ait) *vt ſæpe iam ſcripſi, cura ac diligentia veſtra non deſit: his tamen, qui in fide ſtantes, & nobiſcum fortiter militantes Chriſti caſtra non reliquerunt. Quibus quidē nunc maior à nobis dilectio & cura præſtanda eſt, quòd nec paupertate adacti, nec perſecutionis tempeſtate proſtrati dum Domino fideliter ſeruiunt, cæteris quoque pauperibus exemplum fidei præbuerunt.* IDEM epiſt. 10. eiuſdem libri ad eoſdem. *Habeatur interim quantum poteſt* (ait) *pauperum cura: ſed qui tamen inconcuſſa fide ſtantes gregem Chriſti non reliquerunt, vt his ad tolerandam penuriam ſumptus per veſtram diligentiam ſuggeratur, ne quod circa fidentes tempeſtas non fecit, circa laborātes neceſſitas faciat.* IDEM epiſtola 24. eiuſdem libri, ad eoſdem. *Infirmorum & omnium pauperum curam peto diligenter habeatis, ſed & peregrinis, ſi qui indigentes fuerint, ſumptus ſuggeratis de quantitate mea propria, quam apud Rogatianum compresbyterum noſtrum dimiſi: quæ quantitas ne fortè iam vniuerſa erogata ſit, miſi eidem per Naricum acolythum aliam portionem, vt largius & promptius circa laborantes fiat ſubuentio, &c.* Vnde Concilium AVRELIANENSE I. can. 18. allegatur à Gratiano diſtin 81. cap. Epiſcopus, &c. *Epiſcopus pauperibus vel infirmis, qui debilitate faciente non poſſunt ſuis manibus laborare, victum & veſtimētum, inquantum poſſibilitas habuerit, largiatur.* Et Concilium ARVERNENSE, vt habetur in codice 16. voluminum, lib. 3. cap. 14. idem ſtatuit, vbi etiam præcipit, vt de theſauris Eccleſiæ licitè pauperibus ſubueniatur. Hoc Concilium TOLETANVM III. confirmat cano. 3. Hinc Concilium AVRELIANENSE V. cano. 21. *Licet, propitio Deo, omnium Domini ſacerdotum, vel quorumcunque hæc cura poſſit eſſe fidelium, vt egenibus neceſſaria debeant miniſtrari: ſpecialiter tamen debilibus id pietatis cauſa cōuenit, vt vnuſquiſque Epiſcoporum incolis, quos infirmitatem incurriſſe tam territorij ſui, quàm ciuitatis agnouerit, de domo Eccleſiæ iuxta poſſibilitatem victus & veſtitus neceſſaria ſubminiſtret, vt non eis deſit miſericordiæ cura, quos per duram infirmitatem intolerabilis conſtringit inopia.* Et Concilium TOLETANVM IV. cano. 31. idem repetit (vide ſuprà in vocabulo, Diues, &c.) & cano. 37. ſic addit. *Præbendum eſt ſacerdotibus vitæ ſolatium indigentibus, & maximè his quibus reſtituenda viciſſitudo eſt. Quicunque ergo fidelium de facultatibus ſuis Eccleſiæ aliquid deuotione propria contulerint, ſi fortè ipſi aut filij eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Eccleſia ſuſſidium vitæ pro temporis vſu percipiant.* Vide hoc iam allegatū in dictione, Baſilicæ fundatores, &c. Vnde & CLEMENS I. lib. 4 Conſtitutionis Apoſtolorū, cap. 1. & 2. *Vos Epiſcopi ſoliciti eſtote de orphanis alēdis, in nullo deficientes, orphanis præſtantes munera parentum, viduis virorum, adultis nuptias, artifici opus, infirmo miſericordiam, eſurienti cibum, ſitienti potum, nudis veſtitum, ægrotis medicinam, in carcere incluſis opem, &c.*

Leōtius Neapoleos Cypri Epiſcop.

Canon Apoſtolorum.

Cyprianus Carthaginenſis.

Quantum liberalis fuerit Cyprianus.

Concilium Aurelianenſe 1. ſub Hormiſda 1.

Concilium Aruernenſe.

Conciliū Toletanum 3.

Concilium Aurelianenſe 5. ſub Pelagio 1.

Cōcilium Toletanum 4. ſub Hon. 1. allegat hæc Gratiani cau. 16 quæſt. 7 cap. quicūque

Clemens 1.

Pauperes, ciuitates alant, &c. Concilium TVRONENSE II. ſub Pelagio I. cano. 5. *Vnaquæque ciuitas pauperes, & egenos incolas alimentis congruentibus paſcat ſecundum vires, vt tam vicini presbyteri, quam ciues omnes ſuum pauperem paſcant. Quo fiet, vt ipſi pauperes per ciuitates alias non vagentur.* Et TVRONENSE III can. 36. *Omnibus communiter intimetur, vt vnuſquiſque omni tempore ſuam familiam, & ad ſe pertinentes inopes alere & vegetare ſtudeat: quoniam impium eſt, & Deo odibile eos, qui diuitijs affluunt nimiuſq; opibus abundant, non adiuuare miſeros & indigentes.* Plura lege ſuperiùs in dictione, Diues, &c & Diuitiæ, &c.

Concilium Turonenſe 2.

Conciliū Turonenſe 3.

Pauperum oppreſſores, & eorum bona malo genio ementes, &c.] Vide ſuperiùs in vocabulis, Bona, & Diues, vbi multa ad hoc pertinentia ſunt inſerta. Porrò adhuc paucis quæ ſunt propoſita oſtendemus decretis Patrum roborata. Sic autem Concil. CARTHAGINENSE IV. can. 83. *Pauperes & ſenes Eccleſiæ plus cæteris honorandi ſunt.* Et cano. 94. *Eorum qui pauperes opprimunt, dona à ſacerdotibus refutanda, &c.* Et CARTHAGINENSE V. can. 9. allegat Gratianus, cauſa 23. quæſt. 3 cap. Ab Imperat. *Ab Imperatoribus vniuerſis viſum eſt poſtulandum propter afflictionem pauperum, quorum moleſtiis ſine intermiſſione fatigatur Eccleſia, vt defenſores eis aduerſus potentias diuitum, cum Epiſcoporum prouiſione delegentur.* Idem Concilium AFFRICANVM, cano 42. reliquum lege ſuprà dictione, Diues, &c. Concilium MOGVNTINVM I. ſub Carolo magno, can. 6. *Orphani & pauperes exheredati, à Patribus fouendi ſunt.* Can. 17. autem mādat omnibus tam ſecularibus, quàm Eccleſiaſticis viris, ſub mala occaſione, vel malo ingenio res pauperum, nec emere, nec vi tollere. *Sed ſi quis ex eis aliquid* (ait) *comparare voluerit, in publico placito corā idoneis teſtibus, & cum ratione hoc faciat, aliàs coerceatur.* De huiuſmodi bonis non licere precarias facere in Eccleſia. Vide infrà, Precariæ, &c. Denique Cōcilium MOGVNTINVM II. cano. 17. *Monemus, ne pauperes à potentioribus per aliquod malum ingenium contra iuſtitiam opprimantur, vel cogantur, vt res ſuas vendant ſine traditi, ne fortè parentes eorum contra iuſtitiam fiant exheredati, & regale obſequium minuatur, & ipſi propter indigentiam mendici vel latrones ſeu malefactores efficiantur.* Eadem repetit etiam can. 18 verùm reliq. Vide ſuperiùs poſitum in vocabulo, Bona, &c.

Concilium Carthaginenſ 4.

Hoc Gratianus allegat diſtinct. 90. cap. oblationes.

Conciliū Africanum, ſub Bonifacio 1.

Concilium Moguntinum 2. ſub Rabano Mauro

PAX.

Pacis oſculum tempore Miſſæ offerendum defenditur. Nihil eſt tam ſanctum, tāmque deuotum, atque omni acceptione dignum, quod non hæretici ſugillent & calumnientur. Vnde & cæremoniam illam, quæ tempore ſacrificij Miſſæ perficitur, dum pax offertur fidelibus à celebrante Pontifice, & per oſculum etiam præſtatur, derident tanquam quæ fictitium ſit commentum, & inanis prorſus cæremonia. Sed non ita ab antiquo Patribus fuiſſe viſum, breui demonſtratione docebimus: quinimo palàm eſt ſanctam eſſe cæremoniam, quæ ab ipſis Apoſtolis etiam illis, iubente Chriſto dum illis imperauit, vt pacem fidelibus darent cum primum in domos introirent, ad nos vſque delata eſt, ſicut iam oſtendimus in vocabulo, Miſſæ ritus & cæremoniæ, &c. vbi ſæ-

pius

Clemens 1.

piùs pacis & aliarum cæremoniarum Miſſæ facta eſt mentio. Sed & Clemens I. hoc apertè demonſtrat, libro ſecundo Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 58. *Eos (ait) qui Eccleſiam Dei ingrediuntur, oportet imprimis pacem precari. Quòd ſi quis aliis eam precatur, multo magis ipſe in pace reperiatur, oportet veluti filius lucis. Nam qui illam in ſe non poſſidet, non eſt dignus qui eam alijs concedat: & ideo opus eſt, vt imprimis habeat pacem ipſe. Nam qui ipſe ſi cum non diſſidet, neque cum alio contendet, ſed erit pacificus amabilis, congregans quæ Domini ſunt, cooperator eius factus ad multiplicandum eos illos, qui ſalui fiunt in concordia. Qui enim inimicitias & diſſidia excogitant, nec non contentiones ac iudicia, improbi & alieni à Deo iudicantur.* B Sed & pacem Apoſtolos ſemper fidelibus imprecatos, docet

Abdias Babylonius.

Abdias Babylonivs, libro primo, certaminis Apoſtolici, atque colligitur ex miſſa Iacobi Apoſtoli, cuius iam memoriam fecimus alibi.

Tertullianus Carthaginenſis.

Denique Tertullianvs Carthaginensis, libro de oratione, circa finem, pacis oſculum (quod ſignaculum orationis vocat) antiquo more teſtatur veteres Chriſtianos ſolitos dare, cum ad orationem conuenirent. *Quando (ait) magis conferenda cum fratribus pax eſt, niſi cùm oratione commendabilior aſcendit, vt ipſi de noſtra oratione participent, quam auderent de ſua pace fratri tranſigere? Quæ oratio cum diuortio ſancti oſculi integra, quem Domino officium facientem impedit pax?* C *Quale ſacrificium eſt à quo ſine pace receditur?*

Clemens Alexandrinus.

Porrò Clemens Alexandrinvs, libro 3. Pædagogi, capite uooo, confirmat, quòd antiquitus in Eccleſijs tempore ſacrificiorum dabatur pacis oſculum.

Concilium Laodicenum.

Concilium Laodicenvm, canone decimonono, vt iam diximus ſuprà in vocabulo, Oratio, vbi de orationibus quæ in Miſſa dicuntur ante ſacrificium diſſeruit, ait: *Deinde ſic pacem dari, & ſic ſanctam oblationem perfici, & ſolis licere ſacratis ad altare accedere & communicare, &c.* Poſſemus & pluribus teſtimonijs illud probare, verùm hæc pauca ſufficient.

Innocentius 1.

Denique Innocentivs I. epiſtola prima, ad Decenuium Eugubinum Epiſcopum, capite primo. D & allegatur à Gratiano de conſecratione diſtinctione ſecunda, capite, Pacem igitur, &c. *Pacem ergo aſſeris ante confecta myſteria quoſdam populis imperare, vel ſibi inter ſacerdotes tradere, cum poſt omnia quæ aperire non debeo pax ſit neceſſario indicenda, per quam conſtet populum ad omnia quæ in myſterijs aguntur, atque in Eccleſia celebrantur præbuiſſe conſenſum, ac finita eſſe pacis concludentis ſignaculo demonſtrentur, &c.* Hæc Innocentius.

Ratio cur pax datur tempore Miſſæ.

Hinc aſtipulatur, huiuſce rei etiam mentionem faciens, vir ſanctiſſimus & fide digniſſimus

Ioannes Chryſoſtomus.

Ioan. Chrysostomvs, homil. 33. in cap. 10 Matth. *Cum pax vobis dicimus (ait) & ſpiritui tuo, non voce ſolùm, ſed animo quoque reſpondetis, non ore magis quam mente id* E *proferentes, &c.* Similiter & in Liturgia ſua ſæpiùs hoc repetit.

Cyrillus Alexandrinus.

Et Cyrillvs Alexandrinvs, lib. 12. in Ioannem, cap 54. *Pax vobis (inquit) Chriſtus ad diſcipulos, vnde lex quædam ab Eccleſia tradita eſt. In ſanctis enim congregationibus, hoc ſæpius adinuicem dicimus, &c.*

Dionyſius Areopagita.

Sed & Dionys. Areopagita, libro de Eccleſiaſtica Hierarchia, cap. 3 par. 2 oſculi pacis meminit. *Dum enim myſteria celebrantur (ait) Pontifex pacem ſanctum omnibus nunciat, & omnes ſe mutuo ſalutant, &c.* Eiuſdem oſculi

Iuſtinus Martyr.

meminit Ivstinvs martyr Apologia 2. pro Chriſtianis ad Antoninum pium, &c. teſtatur autem, quòd antequam Chriſtiani communicarent, A ſe mutuo oſculabantur, vt diximus in vocabulo, Communionis ſumendæ forma, &c.

Concilium Moguntinum 1. ſub Carolo Magno.

Porrò vt finem faciamus, Concilium Mogvntinvm I. cano. 44. *Oblationem quoque & pacem in Eccleſia facere iugiter admoneatur populus Chriſtianus (ait) quia ipſa oblatio ſibi & ſuis magnum remedium eſt animarum, & in ipſa pace vera vnanimitas & concordia demonſtratur.*

Iſydorus Hiſpalenſis. Rupertus Tuitienſis.

Vide Isydorvm Rvpertvm, & alios plures, qui de officijs diuinis & Eccleſiaſticis ſcripſerunt, qui hæc latiùs proſequuntur, & locos quos præfiximus.

Pax Eccleſiæ & regni procuranda & optanda.] Verè hoc calamitoſo tempore nobis in mentem venit illud, quod Prophetæ olim clami- B tabant, Pax pax & non eſt pax: quia pacis ſpeciem quidem videmus, ſed bellum commouetur in animis tanto pernicioſiùs, quanto occultiùs. Idcirco de pace quidem & tranquillitate lætandum, vbi potiſſima vna eſt in pace religionis & vitæ concordia. Quam pacem optandam dicimus & totis viribus atque ſuſpirijs à Deo poſtulandam in Eccleſia ſancta Dei, quæ tot monſtris & inimicis vallatur.

Epiſcopi Ponti.

Vnde ſic Episcopi Ponti, epiſtola ad Leonem Imperatorem. *Securitas Imperatorum (aiunt) Eccleſiarum pace conſiſtit. Nam ſi fuerit pax inconcuſſa, immobiliter ſeruabuntur vniuerſa, & hæretici quidem ſunt concordes alterutris, & ſibimet copulantur, & velut funes ſua perplexione roborantur:*

Hæretici in malis ſunt concordes.

C *& nos nec conſentimus adinuicem, neque noſtris ſententiis concordamus, cum nullus ignoret, quia ſancta & laudabilis Trinitatis primum bonum ſit pax & indiuiſio. Vnde & Deus vnus & eſt, & eſſe creditur, non minus propter concordiam aut æqualitatem ſubſtantiæ, ſed etiã vt nomen hoc vnitatis Deo ſit commune cum aliis quibus gaudet. Pax enim & charitas & ſimilia vocitatur, per hæc nomina nobis præſtans, vt his virtutibus transformemur ad Deum. Secundæ vero poſt Deum poteſtates, nihil ita libenter habentes habent, quam quietem, tumultuſque vacationem, &c.* Vide iam ea poſita in vocabulo, Concordia, &c & alibi.

Gelaſius 1.

Vnde & Gelasivs I. epiſt. ad Euphemianum Epiſcopũ. *Hæc erit optima diſpoſitio pacis & cõcordiæ, vt reſectis* D *contagiis perfidorum, integra fide, ſyncera ſua communione potiatur communio Catholica atque Apoſtolica: ac hæreticorũ labe depulſa, intemeratam ſuæ fidei confeſſionem nitatur aſtruere, atque inuicem ſibimet congruentis orthodoxæ confeſſionis cõmunione, ſit vnum.*

Ennodius Diaconus.

Et Ennodivs Diaconvs lib Apologetico pro Symmacho I. ſub finem *Nihil eſt (ait) pace dulcius, ſi tamen ſaporem eius amaritudine plenum pectus non excludat, &c.*

Iuſtinus Imperator.

Hinc Ivstinvs Imperator, epiſt. 1. ad Hormiſdam Papam. *Tanto flagramus religionis officio, tanto affectamus ſtudio pacem Catholicæ fidei, pro remuneranda celeriter pace noſtra reipublica, pro conciliando ſubiectis meis ſuperno præſidio. Quid enim gratius reperiri poteſt, quid iuſtius,* E *quid illuſtrius, quam quos idem regnũ continet, ideoque fidei cultus irradiat, eos non diuerſa cõtendere, ſed collectos in eiſdem ſenſibus inſtituta venerari, nõ humana mente illata, ſed in diuina prouidẽtia ſpiritu? Oret igitur veſtra religionis ſanctitas, vt quod peruigili ſtudio pro concordia Eccleſiarum Catholicæ fidei procuratur, diuini muneris opitulatio iugi perpetuitate ſeruari annuat.* Eadem iterum idem princeps repetit epiſt. 2. ad eundem Hormiſdam, per legatũ ſuum Gratum magiſtrũ ſcrinij.

Concilium arelatenſe 4. Concilium Turonicum 3. Concilium Cabil-nenſe 2. Carolus Magnus.

Porrò de pacis bono, atque concordia in Eccleſia retinenda & procuranda, præcepta reliquerunt Concilium Arelatense IV. canon. 12. Tvronicvm III. canon 32. Cabilon. II. can. 20. Carolvs Magnus in

Concilium Moguntinum 2.

ſuis conſtitutionibus, & MOGVNTINVM II. ſub Rabano, canone quarto, & alia plura Concilia, vt reperies in vocabulo, Concordia. Denique

Leo 9.

LEO NONVS, epiſtola ad Michaëlem Epiſcopum Conſtantinopolitanum, & Leonem Epiſcopum Acridanum, capite primo. *Pax* (inquit) *germano & vnanimi affectu, & inſolubilis fœderis nexa retinenda eſt, quia eam vltimam cohæredibus & comparticipibus ſuis, velut hæreditario & perpetuo iure commendatam, ſub teſtamento mox ſuo ſanguine ſubſcripto, & pia morte confirmato reliquit. Quaſi diceret: Fratres & cohæredes mei, relinquo vobis ex patrimonio noſtro ſortem temporalem, videlicet pacem: quã ſi integram & incontaminatam in fine mihi repræſentaueritis meam ſortem, pacem ſcilicet ſempiternam, adiungo vobis, &c.* Et

Chriſtophorus Marcellus.

CHRISTOPHORVS MARCELLVS oratione habita in Concilio Lateranenſi ſub Iulio ſecundo, ſeſſione quarta. *Bellum* (ait) *ſic ſemper agendum, vt nunquam niſi iuſtum ſuſcipiatur: illiusq; tantum cauſa, vt ſcilicet in pace viuamus. Pax enim eſt animi quies, pax vita, pax humana fœlicitas: a pace amicitia, ſocietates, fœdera, affinitates, cognationes, coniugia, procreationes, liberi, virtus, religio, & rerum publicarum incrementa procedunt, &c.*

Concilium Oxonienſe in Anglia.

Pacis perturbatores.] Pacis & regni perturbatores Concilium OXONIENSE, canone primo, candelis extinctis & pulſantibus campanis excommunicandos cenſet. Hoc confirmat Concilium

Concilium Biterrenſe.

BITERRENSE, canone vltimo, comprehendẽs pariter omnes illorum fautores atque conſpiratores. Sed hoc decretum etiam

Raimundus Toloſanus comes.

RAIMONDVS TOLOSÆ comes, capite decimoſexto, ſuorum decretorũ renouat, & Concilium

Concilium Narbonenſe.

NARBONENSE, canone nono, ſimiliter omnes tales anathemate perpetuo duxit feriendos, &c.

Nicolaus 1.

Pax ſeu treuga.] Ex præcedentibus hoc dependet, quibus adde, quod NICOLAVS PRIMVS, epiſtola ad omnes Epiſcopos, vt allegatur à Gratiano, cauſa vigeſima quarta, quæſtione tertia, ſtatuit. *Tempore pacis ſeu treugæ nulla nocumenta oratoribus vel peregrinis inferantur, ſed ea fideliter obſeruetur, ſicut conſtituta eſt. Qui autem eam infregerit, excommunicationi ſubdatur.* Et Concilium

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3. patrum 280.

LATERANENSE ſub Alexandro III. parte 1. cap. 21. & allegat Gratianus, cauſa 33. quæſt. 3. cap. Placuit, &c. *Treuga a quarta feria poſt occaſum ſolis vſque ad ſecundam feriam, & ab aduentu Domini vſque ad octauas Epiphaniæ, & a ſeptuageſima vſque ad octauas Paſchæ, ab omnibus inuiolabiliter obſeruari præcipimus. Si quis autem treugã frangere tentauerit, poſt tertiam comonitionem ſi non ſatisfecerit, Epiſcopus ſuus ſententiam excõmunicationis dicet, & ſcriptam vicinis ſuis annũciet. Epiſcopus autẽ nullus excommunicatũ in cõmunionem ſuſcipiat, imo ſcriptam ſuſceptã ſententiam quiſque confirmet. Si quis autẽ hoc violare præſumpſerit, ordinis ſui periculo ſubiaceat. Et quoniã funiculus triplex non facile rumpitur, præcipimus, vt Epiſcopi ſolum Dei & ſalutis populi habentes reſpectũ, omni tepiditate ſepoſita, ad pacem firmiter tenendam mutuum ſibi conſilium & auxilium præſtent, neque hoc alicuius odio vel amore prætermittant. Quòd ſi quis in opere Dei tepidus fuerit inuentus, damnum dignitatis ſuæ incurrat, &c.*

PECCATVM.

Peccatum originale in poſteros tranſfuſum.] Iſtud iam probatum eſt, cum de baptiſmo infantum ageretur. Vide ergo ſuo loco, quia hæretici negarunt infantes vllam maculam contrahere, vnde egerent ablutione baptiſmatis, vt ibi diximus, etiam adhuc quibuſdam Patrum teſtimonijs probare poſſumus. Interim ne prætereas quod iam in vocabulo, Liberum arbitrium, inſertum eſt.

Origenes Adamantius.

ORIGENES ADAMANTIVS, lib. 5. in epiſtolam ad Romanos, cap. 5. *Omnes* (ait) *qui in hoc mundo naſcuntur, non ſolum nutriuntur a parentibus, ſed & imbuuntur: & non ſolum ſunt filij peccatorum, ſed & diſcipuli. Vbi vero adoleuerint, & agendi quæ ſentit libertas acceſſerit, ibi iam aut pergit quis in viam Patrum ſuorum, ſicut de nonnullis regibus ſcribitur, aut certè incedit in viam Domini Dei ſui, &c.* IDEM ibidem in cap. 6. ad Romanos. *In lege, pro illo qui natus fuerit, iubetur offerri hoſtia par turturum, aut duo pulli columbarum, ex quibus vnus pro peccato, & alius in holocauſtomata. Pro quo peccato offertur hic pullus vnus? Nunquid nuper paruulus peccare potuit. Et tunc habet peccatum, pro quo hoſtia iubetur offerri, à quo mundus negatur quis eſſe, & ſi vnius diei fuerit vita eius.* Et homil. 8. in Leuiticum 1. *Quæcunque anima in carne naſcitur, iniquitatis & peccati ſorde polluitur, &c.* Vnde &

Ambroſius Mediolanenſis.

AMBROSIVS MEDIOLANENSIS, libro primo, de vocatione gentium, cap. 3. *Omnes homines in primo homine ſine vitio conditi ſumus, & omnes naturæ noſtræ incolumitatem eiuſdem hominis præuaricatione perdidimus. Inde tracta mortalitas, inde multiplex corporis animiq; corruptio, inde ignorantia & difficultas, curæ inutiles, illicitæ cupiditates, ſacrilegi errores, timor vanus, amor noxius, iniuſta gaudia, pœnitenda conſilia, & non minor miſeriarum multitudo quam criminum, &c.* IDEM lib. 2. cap. 8. *Cum enim conſideramus* (ait) *inter Paganos, inter Iudæos, inter hæreticos, inter ipſos Catholicos Chriſtianos, quam multiplex pereat numerus paruulorum.

Oro hæc lege & attende.

Quos quantum ad proprias pertinet voluntates, neque bonum aliquid, neque malum conſtat egiſſe, diſcimus ſuper eos illam manere ſententiam, quam humanum genus præuaricatione primi parentis excepit. Cuius ſententiæ rigor, dum etiam circa tales non reſoluitur, quam magnum illud peccatum fuerit demonſtratur. Nemo autem putaretur non innocens naſci, niſi etiam talibus eſſet non noxium non renaſci, &c.* Eadem & libro primo, de Iacob & vita beata, capite tertio. Vnde etiam

Arnobius Presbyter.

ARNOBIVS PRESBYTER exponens Pſalmum 50. *In iniquitatibus conceptus ſum, &c. Omne peccatum corde concipitur, & ore conſummatur. Hic autem qui naſcitur ſententiam Adæ habet, peccatum verò ſuum non habet, &c.* Sic hunc locum exponit

Ioannes Chryſoſtomus.

IOANNES CHRYSOSTOMVS, homilia prima, in Pſal. 50. *In iniquitatibus conceptus*, & in illud ad Romanos, *omnes enim naſcimur filij iræ, &c.* Et illud: *Omnes in Adam peccauerunt & egent gloria Dei, &c.* Verùm hæc ſufficienter expoſuimus, dum locum illum Apoſtoli commentarijs & ſanctorum Patrum dictis exponeremus. Idem verò Chryſoſtomus homilia decimaſexta, in Geneſin, exponens illud:

Geneſ 3.

Erant autem ambo nudi & non erubeſcebant, &c. Quàm graue delictũ in poſteros demiſerint primi parentes inſinuat. Homilia autem de Adam & Eua, in principio. *Ipſa* (inquit) *tranſgreſſio peccati totum labefecit mundum, factũ alumnum peccati: quia omnis qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. Omnis quoque homo de eo natus, natus eſt illi obnoxius, quia ſeruus ſeruum generat: & niſi per illum liberatorem acciperet genus humanũ libertatem, omnes in ſeruitute cunctiſque detinerentur, ſicut ait Apoſtolus: Per vnũ hominẽ peccatum in hunc mundũ intrauit, & per peccatum mors,*

1 Petri 2.

Rom. 5.

A *& ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. Nam vnde eſt illud quod clamat Propheta dicens: Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in delictis mater mea in vtero me habuit? De iſto peccato venit, de quo dicit verus Dei cultor, homo ſine querela, abſtinens ſe ab omni malo, cui nemo ſimilis ſuper terram, non eſſe ſine peccato, nec infantem vnius diei, &c.* Eadem GREGORIVS NAZIANZENVS oratione 16. de paupertate fouenda & pauperũ cura, &c. & iterum homilia in nonum dominicum, & in S. Mamantem martyrem. Similiter & EPIPHANIVS CYPRI, libro ſecundo, contra hæreſes hæreſi 64. vbi verba METHODII TYRII Epiſcopi refert, qui exponit tunicas pelliceas, quas Deus Adam & Euæ conſuit. B *Viuente* (inquit) *corpore, antequam moriatur, neceſſe eſt ſimul viuere peccatum, intus in nobis radices ſuas abſcõdens, etiam ſi forinſecus per caſtigationũ ac admonitionum ſectiones fuerit refrenatum: alioquin poſt illuminationem non contingeret nos iniuſte facere, vtpote peccato penitus ſinceriter à nobis ablato. Nunc verò etiam poſtquam credimus, & ad aquam purificationis deuenimus, ſæpè in peccatis reperimur. Nemo enim ſic ſeipſum à peccato alienum eſſe iactet, vt neque omnino de iniquitate cogitet. Quare conſtat contrahi quidem ac ſopiri per fidem nunc peccatum, vt ne fructus nociuos producat, non tamen radicitus tolli, &c.* Et HIERONYMVS STRIDONENSIS in Ezechielis, capite 47. C *Quis enim hominum gloriari poteſt caſtum ſe habere cor, vel ad cuius mentem per oculorum feneſtras mors concupiſcentiæ non introibit, & vt parum dicam animi titillatio? Mundus enim in maligno poſitus eſt, & à pueritia appoſitũ eſt cor hominis ad malum, vt ne vnius quidem diei à natiuitatis ſuæ exordio ſine peccato ſit humana conditio. Vnde & Dauid confitetur in Pſalmo: Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis meis concepit me mater mea. Non in iniquitatibus matris meæ, vel certè meis, ſed in iniquitatibus humanæ cõditionis, &c.* Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS, libro de fide ad Petrum, capite primo. D *Dum ſibi inuicem vir mulierq; miſcentur vt filios generent, ſine libidine non eſt parentum concubitus. Ob hoc ex eorum carne naſcentium non poteſt ſine peccato eſſe conceptus, vbi peccatum in paruulos non tranſmittit propagatio, ſed libido, nec fecunditas humanæ naturæ facit homines cum peccato naſci, ſed fœditas libidinis, quam homines habent ex illius primi iuſtiſſima condemnatione peccati, &c.* IDEM libro de Spiritu & anima, cap 41 *Certum tenemus, quia carne contracta de carne per legem concupiſcentiæ quàm citò viuificatur, originalis culpa vinculo premitur, eiusq; affectionibus anima, quæ carnem viuificat, aggrauatur. Sub hoc peccati vinculo demerguntur paruuli, qui ſine remedio baptiſmi moriuntur. Habent enim originale peccatum nõ per animam, ſed per carnem vtique contractum, animaq; infuſum, &c.* E IDEM libro de ciuitate Dei, 14. cap. *A primis parentibus admiſſum eſt tam grande peccatum, vt in deterius eo natura mutaretur humana, etiam in poſteros obligatione peccati, & mortis neceſſitate tranſmiſſa.* IDEM lib. 21. cap. 12. *Vniuerſa generis humani maſſa damnata eſt, quoniam qui peccatum primitus admiſit, cum ea, quæ in illo fuerat radicata ſua ſtirpe punitus eſt, vt nullus ab hoc iuſto debitoq; ſupplicio, niſi miſericordia & indebita gratia liberetur. Atque ita diſpertiatur genus humanum, vt in quibuſdam demonſtretur, quid valeat miſericors gratia, & in cæteris quid iuſta vindicta, &c.* Vide ſuprà, Iuſtificatio, &c. & Baptiſmus paruulorum, &c. Porrò MAXENTIVS IOANNES in libello fidei oblato legatis A-

Pſal. 50.
Iob. 25.
Gregorius Nazianzenus.
Epiphanius Cypri.
Methodius Tyrius.
Hieronymus Stridonenſis.
Pſal. 50.
Auguſtinus Hipponenſis.
Maxentius Ioannes.

A poſtolicæ ſedis, & ab Hormiſda Papa recepto, ad calcem, contra Pelagianos. *Senſit* (ait) *primus parens inobedientiæ meritò legem contrariam in proprijs membris, repugnantem legi mentis ſuæ, captiuantem ſe in lege peccati: quod malum & pœnam mali in vniuerſum credimus tranſiſſe genus humanum. Nec enim mortem corporis tantùm, quæ pœna peccati eſt, ſicut quidam dicere volunt: ſed & aculeum mortis, hoc eſt, peccatum ingreſſum mundo: quia non iſtis, ſed Apoſtolo potius acquieſcimus, qui & peccatum & mortem in omnes homines pertranſiſſe teſtatur, dicens: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranſiuit, in quo omnes peccauerunt, &c.* B *Propterea & recentes ab vtero paruulos, non tantùm vt adoptionem mereantur filiorum, aut propter regnum cælorum, ſicut Pelagij Cœleſtij, ſiue Theodori Mopſueſteni diſcipuli, qui vnum & idem naturale & originale peccatũ eſſe affirmare conantur. ſed & in remiſſionem peccatorũ credimus baptizari, ne pereant in æternum, &c.* Poſſem plura & alia proferre teſtimonia, ſed hæc ſufficient. Porrò Concilium MOGVNTINVM IV. capite tertio, quarto & quinto illorum Patrum confirmat ſententias, & addit. *Cum eſſet primus homo conditus, & creatus rectus corporis & animæ viribus, ornatus iuſtitia & gratia, intus in anima prauis motibus vacuus, in corpore infirmitatis omnis & omnium ærumnarum expertus, & à* C *moriendi neceſſitate immunis, in voluntate ad bona maláque appetenda ex pari liber: cum mandatum Dei conditoris ſui præuaricatus eſſet, ſanctitatem, gratiam, & iuſtitiam, in qua erat conſtitutus, iuſtiſſimo Dei iudicio amiſit, iræ Dei ac damnationi obnoxius, & in corpore ſimul & anima factus deterior, vt iam in corpore famem, ſitim, & innumeras alias miſerias & infirmitates: in anima concupiſcentiam ad mala proliciendam, multáſque noxias & moleſtas ærumnas, ac tandem vtrunſque, videlicet corporis & animæ, mortem ſuſtineret. Hoc primorum hominum peccatum propagatione in omnes homines tranſire, ac ſecum pœnam* D *ſuam trahere, vt ſint natura omnes homines iræ Dei, mortis & damnationis rei, & in peccatum proni, qui per libertatem arbitrij ſui (quæ exigua & infirma in his reſidet) nondum adiuti gratia Dei, ea quæ ſunt ſpiritus, & ad ſalutem conferunt non agnoſcere, nedum appetere queant. Ab hoc originalis peccati morbo ſola Dei miſericordia per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, conſtat liberatos, cui per baptiſmum inſerimur, & per Spiritum ſanctum mundamur, & omnem reatum, quem naſcendo vel peccando contraximus, renaſcendo exuimus, & ab omni prorſus peccato liberamur, &c.* Huic decreto ſubſcribit Concilium TRIDENTINVM, ſeſſione quinta renouans Concilij ARAVSICANI ſecundi ſub Leone primo decretum, quod poſuimus in vocabulo, E Adam, &c. & Baptiſmus, &c. Sic autem loquitur. *Sancta Synodus ad reuocandos errantes, & nutantes confirmandos accedere volens, ſacrarum Scripturarum, & ſanctorum Patrum ac probatiſſimorum Conciliorum teſtimonia, & ipſius Eccleſiæ iudicium & conſenſum ſecuta, hæc de ipſo originali peccato ſtatuit, fatetur, ac declarat. Si quis non confitetur primum hominem Adam, cum mandatum Dei in Paradiſo fuiſſet tranſgreſſus, ſtatim ſanctitatem & iuſtitiam, in qua conſtitutus erat, amiſiſſe, incurriſſéque per offenſam præuaricationis huiuſmodi iram & indignationem Dei, atque adeo mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captiuitatem ſub eius poteſtate, qui mortis deinde habuit imperium, hoc eſt diaboli, totúmque Adam per*

Rom. 5.
Paruuli cur baptizentur.
Concilium Moguntinum 4.
Geneſis 3.
Eccleſiaſt. 40.
Geneſ 6.
Rom. 5.
Ephes. 2.
Geneſ. 8.
1. Corinth. 2.
Concilium Tridentinum generale.
Concilium Arauſicanũ 2.
Hebræo. 2.

A *illam prauaricationis offenſam ſecundum corpus & animam in deterius commutatum fuiſſe, anathema ſit. Si quis Adæ prauaricationem ſibi ſoli, & non eius propagini aſſerit nocuiſſe, & acceptam à Deo ſanctitatem & iuſtitiam quam perdidit, ſibi ſoli, & nõ nobis etiam eum perdidiſſe, aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum mortem & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudiſſe, non autem & peccatum, quod mors eſt animæ: anathema ſit, cum contradicat*

Rom. 5.

Apoſtolo dicenti: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt, &c. Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine vnum eſt, & propagatione, non imitatione transfuſum omnibus

B *ineſt, vnicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium aſſerit tolli, quam per meritum vnius mediatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui*

1. Corinth. 1.

nos conciliauit in ſanguine ſuo, factus nobis iuſtitia, ſanctificatio & redemptio, aut negat ipſum Ieſu Chriſti meritum, per baptiſmi ſacramentum in forma Eccleſiæ rite collatũ, tam adultis quam paruulis applicari: anathema ſit: quia non eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Vnde illa vox: ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, & illa: quicunque baptizati eſtis Chriſtum induiſtis. Si quis paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, etiam ſi fuerint a baptizatis parentibus orti, aut dicit in remiſſionem quidem peccatorũ eos baptizari,

Actuum 4.

Ioann. 1.

Galat. 3.

C *ſed nihil ex Adam contrahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro neceſſe ſit expiari, ad vitam æternam conſequendã, vnde fit conſequens, vt in eis forma baptiſmatis, in remiſſionem peccatorum non vera, ſed falſa intelligatur: anathema ſit: quoniam non aliter intelligendum eſt id quod dixit Apoſtolus: per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt, niſi quemadmodum Eccleſia Catholica vbique diffuſa ſemper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, ex traditione Apoſtolorum etiam paruuli, qui nihil peccatorum in ſemetipſis adhuc committere potuerunt, in remiſſionem peccatorum veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. Niſi enim quis*

De baptiſmo paruulorum multa habes in ſuo vocabulo inſerta, Baptiſmus, &c.

Roma. 5.

Ioannis 3.

D *renatus fuerit ex aqua, &c. Si quis per Ieſu Chriſti gratiam, quæ in baptiſmate confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam aſſerit non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet, ſed illud dicit tantum radi, aut non imputari: anathema ſit. In renatis enim nihil odit Deus, quia nihil eſt damnationis his, qui verè conſepulti ſunt cum Chriſto per baptiſma in mortem, qui non ſecundum carnem ambulant, ſed veterem hominem exuentes, & nouum induentes, qui ſecundum Deum creatus eſt, innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti effecti ſunt, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, ita vt nihil prorſus eos ab ingreſſu cœli remoretur. Manere*

Roman. 8.

Coloſſen. 3.

E *autem in baptizatis concupiſcentiam vel fomitem, hæc ſancta Synodus fatetur ac ſentit, quæ cum ad agonem relicta ſit, nocere non conſentientibus & viriliter per Ieſu Chriſti gratiam repugnantibus nõ valet: quinimo qui legitime certauerit, coronabitur. Hanc cõcupiſcentiam, quam aliquando Apoſtolus peccatum appellat, ſancta Synodus declarat Eccleſiam Catholicam nunquam intellexiſſe peccatum appellari, quod verè & propriè in renatis peccatum ſit, ſed quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium ſenſerit, anathema ſit. Declarat tamen hæc ipſa ſancta Synodus, non eſſe ſuæ intentionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam virginem Mariam Dei genitricem, ſed*

2. Timoth. 2.

Coloſſen. 3.

A *obſeruandas eſſe conſtitutiones fœlicis recordationis Sixti Papæ quarti, ſub pœnis in eis conſtitutionibus contentis, quas innouat.* Vide ſuperiùs, Mariæ conceptio, &c. Porrò ſi plura de peccato originali delectat legere, lege quæ in hanc ſeſſionem Andreas Vega vir doctiſſimus ſcripſerit, & Stanislaus Hosius, cap. 48. confeſſionis Catholicæ fidei Chriſtianæ, de ſacramento pœnitentiæ: & iterum cap. 85. de nono & decimo præcepto. Lege quæ ſcripſerunt Ioannes Driedo, libro de redemptione generis humani tractatu 4. parte 1. & iterum libro de concordia liberi arbitrium, &c. Franciscus Sonnius Epiſcopus Buſcoducenſis, tractatu

Andreas Vega Hiſpanus. Stanislaus Hoſius.

Ioannes Driedo.

Frãciſcus Sonnius.

B nono, demonſtrationum religionis Chriſtianæ capite, cap. 1. & 2. & reliquis, de peccatorum remiſſionibus, &c. Gulielmus Lindanus, cap. 24. Panopliæ Euangelicæ &c. Hi omnes nouiſſimi quidem doctores, ſed lectionis antiquæ tenentes ſtudia, multum in Eccleſia viri illuſtres ſcriptis, & librorum editionibus fructum contulerunt. Porrò hæc ſufficiant.

Gulielmus Lindanus.

Peccata parentum non in filios transfundi.] Hoc eſt, quod Ezechiel dicit. *Non portabit filius iniquitatem Patris, &c.* Hoc certè contra quoſdã Iconoclaſtas hæreticos defendit Adrianus I. libro defenſione imaginum ad Carolum magnum, cap. 51. profert autem & doctorum au-

Ezech. 18. & 33.

Adrianus 1.

C thoritatem, Avgvstini videlicet in Pſalm. 84. vbi ait: *Peccata parentum non pertinent ad filios, quæ faciunt parentes iam natis filiis. Iam enim filij nati ad ſe pertinent, & parentes ad ſe pertinent. Itaque illi qui nati ſunt, ſi tenuerint vias parentum ſuorum malas, neceſſe eſt portent & merita ipſorum: ſi autem mutauerint ſe, & non fuerint imitati parentes malos, incipiunt habere meritum ſuum, non meritum parentum ſuorum. Vſquèadeo autem non tibi obeſt peccatum patris tui, ſi te mutaueris, vt nec ipſi patri tuo obſit, ſi ſe mutauerit, &c.* Profert & authoritatem Gregorii, libro tertio Dialogorum, cap. 51. Lege Hieronymvm in Ezechielem, capite decimo octauo & 33. & alios doctores, & ea quæ

Auguſtinus Hipponenſis.

Gregorius 1. Hieronymus Stridonenſis.

D ſuperiori diſtinctione iam prolata ſunt, tum vide ſequentia.

Peccato homo carere an poſsit.] Avrelivs, Avgvstinvs & tres alij Epiſcopi, epiſtola ad Innocentium I. contra Pelagium & Cœleſtium, circa finem. *Quidam ſenſerunt atque in ſuis literis memoriæ mandauerunt, etiam in hac vita eſſe poſſe hominem ſine peccato, non ab initio natiuitatis ſuæ, ſed conuerſione a peccatis ad iuſtitiam, & a via reproba ad bonam vitam. Sic enim intellexerunt, quod de Zacharia & Elizabeth ſcriptum eſt, ambulaſſe eos in omnibus iuſtificationibus Domini ſine querela: hoc quod dictum eſt, ſine querela, ſine peccato dictum acceperunt: non quidem negantes, imò etiam*

Aurelius Carthaginenſis. Auguſtinus Hipponenſis.

Lucæ 1.

E *(quod aliis locis in literis eorum inuenitur) piè confitentes adiutorium gratiæ Domini noſtri, non per naturalem ſpiritum hominis, ſed per principalem ſpiritum Dei. Qui parum videntur conſideraſſe ipſum Zachariam fuiſſe vtique ſacerdotem. Omnes autem tunc ſacerdotes neceſſe habebãt ex lege Dei, primitus pro peccatis ſuis offerre ſacrificium, deinde pro populi. Sicut ergo nunc per orationis ſacrificium conuincimur non eſſe ſine peccato, quoniam iuſſi ſumus dicere, dimitte nobis debita noſtra: ita & tunc per ſacrificia victimarum animalium conuincebantur ſacerdotes ſine peccato non eſſe, qui pro ſuis peccatis iubebantur offerre. Quòd ſi res ita ſe habet, vt per gratiam Saluatoris, proficiamus quidem in hac vita deficiente cupiditate, charitate*

Hebr. 5. & 7.

Matth. 6.

A *creſcente, perficiamur autem, in illa vita cupiditate extincta, charitate completa, profecto illud quod ſcriptum eſt, qui natus eſt ex Deo non peccat, ſecundum ipſam charitatem dictum eſt, quæ ſola non peccat. Ad natiuitatem quippe quæ ex Deo eſt, augenda & perficienda charitas pertinet, non ea, quæ minuenda eſt & conſummanda, cupiditas, quæ tamen quandiu eſt in membris noſtris, lege quadam ſua repugnat legi mentis: ſed natus ex Deo nec obediens deſideriis eius, nec exhibens membra ſua arma iniquitatis peccato poteſt dicere iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Sed quoquomodo ſe habeat iſta quæſtio, quia & ſi non inuenitur homo in hac vita ſine peccato, id tamen dicitur poſſe fieri per adiutorium gratiæ & ſpiritus Dei, quod vt fiat conandum atque poſcendum eſt. Tolerabiliter in id quiſque fallitur, nec diabolica* B *impietas, ſed error humanus eſt, elaboranda & optanda affirmare, etiam ſi quod affirmat non poſſit oſtendere. Id enim credit fieri poſſe, quod certè laudabile eſt velle. Nobis autem ſufficit, quod nullum fidelium in Eccleſia Dei reperitur in quolibet profectu excellenti atque iuſtitia, qui audeat dicere, ſibi non neceſſariam precationem orationis dominicæ, dimitte nobis debita noſtra. & dicat ſe non habere peccatum, ne ſeipſum decipiat, & in eo veritas non ſit, quamuis iam ſine querela viuat. Non enim qualecunque etiam tentationis humanæ, ſed graue peccatum eſt, quod in querelam venit, &c.* Hæc iterum probant abundè HIERONYMVS STRIDONENSIS lib. 1. 2. & 3 dialogorum contra Pelagianos, quia in his tribus libris nil aliud agit, quàm probare contra Pelagium, hominem quandiu in vita hac degit non C poſſe eſſe abſque peccato. Et in epiſtola ad Cteſiphontem aduerſus eundem Pelagium, iterum de ea re diſputat, vbi ad calcem de Zacharia & Elizabeth, qui iuſti eſſe & ſine querela deſcribuntur, ſic loquitur. *Quod autem* (ait) *in ſcripturis ſanctis multi iuſti appellentur, vt Zacharias, Elizabeth, Iob, Ioſaphat, & Ioſias, & multi quorum nominibus ſacra ſcriptura contexta eſt, quamquam in promiſſo opere* (ſcilicet in tribus libris aduerſus Pelagianos) *plenius ſi gratiam dominus dederit dicturus ſum: tamen in præſenti epiſtola hoc breuiter perſtrinxiſſe* D *ſufficiat, quòd iuſti appellentur, non quod omni vitio careant, ſed quod maiori parte virtutum commendentur, &c.* Vide reliquum. Hanc doctrinam defendit Concilium MILEVITANVM canone 6. vbi anathematizat eum, qui dixerit hanc authoritatem Ioannis. *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt, &c. propter humilitatem oportere dici nos habere peccatum, non quia ita eſt. Dum enim* (ait) *dicit, Veritas in nobis non eſt, oſtendit eum qui ſe dixerit non habere peccatum, non verum loqui, ſed falſum.* Eadem etiam ſtatuit de illis, qui ſimilia volunt intelligi in verbis his: *Dimitte nobis debita noſtra, &c.* Vbi cano. E 8. eos anathematizat. Et cano. 7. anathematizat etiam eos, qui eandem authoritatem non pro ſeipſis dicere, eo quod non ſit eis hæc petitio neceſſaria, ſed pro alijs, qui ſunt in populo ſuo peccatores Probat enim authoritate Iacobi 2. *In multis offendimus omnes*, & Eccleſiaſt. 7. *Non eſt homo qui non peccet*, & Pſal. 142 *non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens*, & alijs teſtimonijs. Eadem confirmat Concilium AFFRICANVM cano. 81. 82. 83. &c. & AVGVSTINVS HIPPONENSIS in 1. canonicam Ioannis, dum exponit hæc verba. *Si dixerimus quia peccatum non habemus, &c.* & libro de natura & gratia cap. 36 *Maria* (inquit) *Virgine excepta, ſi omnes ſanctos & ſanctas, cum hic*

1. Ioannis 3.
Roma. 7.
Rom 6.
Rom. 7.
Matth. 6.
1. Ioan. 1.
Hieronymus Stridonenſis.
Quomodo Zacharias & Elizabeth ſine querela viuerant.
Concilium Mileuitanum ſub Innocentio I.
1. Ioann. 1.
Matth. 16.
Concilium Affricanum ſub Bonifacio I.
Auguſtinus Hipponenſis.

A *viuerent congregare poſſemus, & interrogare, vtrum eſſent ſine peccato, omnes vna voce clamarent: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt, &c.* Vide præcedentia

Peccatum tribus modis perpetratur, & tribus modis vindicatur.] Quomodo peccatum tribus modis impleatur, ſcilicet ſuggeſtione, delectatione, conſenſu, docet GREGORIVS I. ad interrogata Auguſtini Anglorum Pontificis cap. 11. dum de pollutione nocturna interrogaretur. Vide autem infra in vocabulo, Pollutio, &c. latius hæc expreſſa Porrò quomodo tribus modis vindicatur Concilium AQVISGRANENSE III. libro 1. capite 1. docet. *Sunt nonnulli* (ait) B *qui propterea hæc tam temerè loquuntur, & in barathrum cupiditatum ſuarum miſerabiliter labuntur, eo quod diuinorum præceptorum tranſgreſſores, ſanctæque Dei Eccleſiæ dehonoratores & expoliatores non continuo puniantur, non animaduertentes, neque animaduertere volentes, quod Deus nullum peccatum inultum dimiſſurus ſit. Tribus itaque modis peccata mortalium vindicantur, duobus in hac vita, tertio in futura vita. De duobus ita Apoſtolus inquit: Si noſmetipſos iudicaremus, à domino non iudicabimur. Hæc eſt vindicta, quam inſpirante Deo omnis peccator, pro ſuis admiſſis pœnitendo, in ſeipſo vindicat. Quod autem proſecutus idem Apoſtolus infert: Cum iudicamur autem, à domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur, hæc eſt vindicta, quam omnipotens Deus* C *miſericorditer peccatori irrogat, iuxta illud: Deus quem amat corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Tertia autem valde eſt pertimeſcenda atque terribilis, quæ non in hoc, ſed in futuro iuſtiſſimo Dei iudicio fiet ſeculo, quando iuſtus iudex dicturus eſt: diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius.* Tum cap. 2. infert. *Si enim* (*vt verbis beati* AVGVSTINI *vtamur*) *omnipotens Deus omnia mala mortalium in hoc ſeculo iudicaſſet, nequaquam homines male agentes diem futuri iudicij pertimeſcerent. Rurſus, ſi nulla mortalium mala in hoc ſeculo iudicaſſet, non putaretur res curare humanas. Idcirco quædam iudicat in hoc ſeculo, vt* D *videatur eius piiſſima prouidentia, & miſericordia gratuita rebus conſulere humanis. Idcirco quædam non iudicat, ſed futuro reſeruat iudicio, vt homines de futuro terreantur examine.*

Peccatum in ſpiritum ſanctum quod dicatur.] CLEMENS I. lib. 2. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 27. *Si quis de induſtria peccet tentans Deum, quaſi non vlciſcentem mala, is remiſſionem non conſequitur, quamuis ſecum ipſe dicat, ſit mihi propitius Deus, quoniam ambulabo in euerſione cordis mei praui. Talis fuit Amon Manaſſis filius. In quit enim ſcriptura: & cogitauit Amon cogitationem tranſgreſſionis malam, & dixit: Pater* E *meus à iuuentute multa iniquè fecit, & in ſenectute pœnitentiam egit, & nunc ambulabo prout concupiſcit anima mea, & poſtea conuertar ad Dominum. Et fecit malum in conſpectu domini ſupra omnes qui fuerunt ante ipſum. & exterminauit eum citò dominus Deus à terra eius bona, & irruerunt in eum ſerui ſui, & occiderunt eum in domo eius, & regnauit ſolùm duobus annis, &c.* De hac malitia, qua quis peccat, dicit AVGVSTINVS HIPPONENSIS lib. 1. de ſermone domini in monte, eſſe peccatum in Spiritum ſanctum. & ſermone 12. de verbis domini, &c. etiam impœnitentiam dicit eſſe peccatum in Spiritum ſanctum, quod dominus in Euangelio dicit irremiſſibile. Vbi aduerte quod

Gregorius I.
Concilium Aquiſgranenſ. 3. ſub Pipino, Ludouici Pij filio.
1. Corinth. 10.
Hebr. 12.
Prouerb. 3.
Matth. 25.
Auguſtinus Hipponenſis.
Clemens I.
4. Regum 21.
Auguſtinus Hipponenſis.

Thomas Aquinas.

Tripliciter peccatū in ſpiritum ſanctum intelligitur.

docet THOMAS AQVINAS in caput 2. epiſtolæ ad Romanos lectione 1. interpretans illud. *Secundum duritiam tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram. &c. Sciendum eſt, quod ſecundum antiquos doctores (inquit) qui fuerunt ante Auguſtinum, ſcilicet Athanaſium, Hilarium, Ambroſium, Hieronymum, & Chryſoſtomum, peccatum in Spiritum ſanctum dicitur blaſphemia, qua opera ſpiritus ſancti ſpiritui immundo attribuuntur, vt patet Matthæi 12. Quod quidem dicitur irremiſſibile & in hoc ſeculo, & in futuro: quia pro hoc puniti ſunt Iudæi in hoc ſeculo per Romanos, & in futuro per dæmones: vel quia non habet aliquam rationem excuſationis, ſicut habebat blaſphemia, quam dicebant in Chriſtum, inquantum erat filius hominis, ſecundum illud: Ecce homo vorax & potator vini. Ad hoc poterant induci per infirmitatem carnis, ſicut & in veteri teſtamento, quia filij Iſrael murmurauerunt pro defectu panis & aquæ, vt legitur Exod. 16. quaſi humanum fuit & facilè remiſſibile. Sed quod poſtea dixerunt coram Idolo, Hi ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti, peccauerunt in Spiritum ſanctum, ſcilicet opus Dei dæmonibus attribuentes. Vnde & eorum peccatum dicitur irremiſſibile, cum dominus ſubdit: ego autem in die vltionis viſitabo peccatum eorum. Auguſtinus autem dicit peccatum in Spiritum ſanctum eſſe verbum, vel blaſphemiam quam quis dicit contra Spiritum ſanctum, per quem fit remiſſio peccatorum, ſecundum illud, Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, &c. Et hoc quidem corde ſcilicet ore & opere dum aliquis perſeuerat vſque ad finem vltimum, & ſic finalis impœnitentia eſt peccatum in ſpiritum ſanctum, de qua manifeſtum eſſe irremiſſibile. Magiſtri vero ſequentes, dicunt peccatum in ſpiritum ſanctum, ſcilicet, quod committitur ex certa malitia, quæ contrariatur appropriato ſpiritui ſancto ſcilicet bonitati, ſicut & peccatum in filium Dei, quod eſt ex ignorantia, quæ opponitur ſapientia quæ appropriatur filio. Et ſimiliter peccatum in patrem poteſt dici, quod fit ex infirmitate, quæ contrariatur potentia, quæ eſt appropriatum Patris. Sic ergo peccatum, quod eſt in patrem, vel in filium, dicitur remiſſibile, quia ex hoc ipſo peccatum videtur aliquam excuſationem habere, quod ex ignorantia vel ex infirmitate committitur. Quod autem ex certa malitia committitur, nullam in ſe habet excuſationis cauſam, & ideo dicitur irremiſſibile, quia non habet in ſe vnde remittatur: licet quandoque Deus ex ſua bonitate remittat, ſicut quandoque ex ſua virtute curat morbum qui eſt de ſe incurabilis. Et ſecundum hoc ſex aſſignantur ſpecies peccati in ſpiritum ſanctum, excludentes ea per quæ peccatum remittitur. Quorum prima duo accipiuntur per reſpectum ad eam, quæ ſe tenet ex parte Dei, ſcilicet ſpes diuinæ miſericordiæ, cui opponitur deſperatio, & timor diuinæ iuſtitiæ, cui opponitur præſumptio. Alia verò duo accipiuntur ex parte hominis, ſcilicet contemptus boni commutabilis, cui opponitur obſtinatio, quæ ab Apoſtolo duritia vocatur, per quam ſcilicet aliquis obfirmat animum ſuum ad peccatum, & deſtinatio auerſionis à Deo, cui opponitur cor impœnitens, quod ſcilicet nunquam proponit per pœnitentiam reuerti ad Deum. Alia vero accipiuntur ex parte donorum Dei, quorum vnum eſt fides, ſecundum illud: Per fidem purgantur peccata, & huic opponitur impugnatio veritatis agnitæ. Alia autem eſt charitas, ſecundum illud: vniuerſa delicta operit charitas, & huic opponitur inuidentia fraternæ gratiæ, &c.* Porrò de peccato in Spiritum ſanctum, multifariè accepto, & quod nullum ſit irremiſſibile, docet PATRICIVS COCBVRNVS Scotus excellenti opere libros duos complectendi, quorum prior de Peccato in Spiritum ſanctum tractat, poſterior de Vulgari ſacræ ſcripturæ phraſi, ad Iacobum Stenardum Iacobi 5. Regis Scotorum filium. In eo opere omnia quæ poſſet lector deſiderare, vel quærere de peccato illo, quod dicitur irremiſſibile, habet abundanter ediſſerta. Vide ergo.

Matth. 12. — Exod. 32. — Secunda acceptio. — Ioan. 20. — Tertia. — Quomodo peccatum dictum ſit irremiſſibile, cum nullum ſit. — Sex ſpecies peccati in ſpiritum ſanctum. — Rom 2. — Prouerb. 4. — Prouerb. 10. — Patricius Cocburnus Scotus.

A B C D E

PAEDAGIVM.

Pædagium non ſoluant clerici, &c.] Habes ſuperiùs hoc luculenter probatum vocabulo, Clericus. &c. Exactio, &c. His etiam adde quod Concilium LATERANENSE ſub Alexandro 3. cap. 22. Patris. *Innouamus, vt preſbyteri, monachi, Clerici, conuerſi, peregrini, mercatores, ruſtici, euntes, & redeuntes, & in agricultura exiſtentes, & animalia quæ ſemina portant ad agrum, congrua ſecuritate lætentur. Nec quiſquam alicui nouas pædagiorum exactiones ſine authoritate Regum, & Principum conſenſu ſtatuere, aut ſtatutas de nouo tenere, aut veteres augmentare aliquo modo præſumat. Si quis autem contra hoc venire præſumpſerit, & commonitus non deſtiterit, donec ſatisfaciat communione careat Chriſtiana.* Porrò ab Eccleſijs omnes remouet exactiones parte 2. cap. 7. 8. 9 &c vt diximus loco præfixo, exactio, &c. De Pædagijs quoque non imponendis, RAIMVNDVS TOLOSAE comes capite vltimo ſuorum ſtatutorum decernit, & Concilium NARBONENSE cano. 8. vbi immunes reddit clericos ab omni pædagio & exactione, vt ſuo loco dictum eſt. Sed & BONIFACIVS VIII. 6. decretalium titulo 20. de cenſibus probibet extorqueri à clericis pædagia vel exactiones, vt ſuo diximus loco. Vide.

Conciliū Lateranenſe ſub Alexandro 3. patrum 280. — Raimundus Toloſanus Comes. — Conciliū Narbonēſe ſub Ludouico 9. — Bonifacius 8.

PENSIO.

Penſio ſuper beneficia Eccleſiaſtica non reſeruanda, &c.] Egimus in vocabulo, Beneficia Eccleſiaſt. &c. de hac materia, & ſuperiùs vocabulo, Ius Patronatus, &c. ex Concilio Moguntino 4. verùm, quia nec dum hoc malum ab Eccleſiis propulſum eſt, libet pauca decreta inſerere. ALEXANDER III. ſcribens Vuigorienſi Epiſcopo vt habetur parte 28 Concilij Lateranenſis quod celebrauit cap. 9. illos corripit, qui hoc faciunt. *Illi qui Epiſcopo ignorante, authoritate ſua penſionem annuatim de Eccleſiis, colluſione facta, ſoluunt, aut recipiunt eas, perſonis defunctis, vbi ab his qui per Epiſcopum vel per miniſtrum tales eius authoritate inſtituendi perſonas, habentes ius recipiendi canonem receperint, in receptionem penſionis non ſunt aliquatenus audiendi, præſertim ſi pontificalem, aut alterius qui de iure id facere potuerit, authoritatem & aſſenſum non conſtiterit interueniſſe. Non enim ſimplices ſacerdotes vel clerici, poſſunt Eccleſias quibus præſunt, authoritate propria poſt deceſſum ſuum cenſuales efficere.* Idem repetit cap. 15. eiuſdem partis Noruuicenſi Epiſcopo, eos perſtringēs, qui colluſione inter ſe facta ſuper beneficijs quæ poſſident ſe ſuſtinent ab alijs moleſtari. & poſteà, vt quæſtioni cedatur, & idem clerici beneficia quiete poſſideant, quaſi nomine tranſactionis ſoluunt alijs de ipſis beneficijs annuam penſionem: vt poſt mortem illorum in beneficijs illis, ſuper quibus eſt inter eos clericos colluſio facta, ius ſibi valeant vendicare Tales autem omninò decernit beneficijs ſpoliandos Et cap. 13. eiuſdem partis allegatur etiam LVCIVS III. qui omnino tollit nouum

Alexander 3. — Lucius 3.

Lucius 3.

A ab Eccleſia cenſum. *Pati enim (ait) nolumus nec debemus, vt Eccleſiæ noui cenſus exactione vexentur, &c.* Vide ſuprà, Beneficia non ſucceſſione obtinenda, &c. Et Concilium Lateranense ſub Innocentio 3. can. 32. *Illud (ait) penitus interdicimus, ne quis in fraudem de prouentibus Eccleſiæ, quæ curam propriæ ſacerdotis habere debet, penſionem alij quaſi pro beneficio conferre præſumat.* Et Concilium Oxoniense can. 4. prohibet ne hi, qui beneficia reſignant, penſionem audeant retinere vel vitatiam pactionem: aliàs, tam ille qui reſignat quàm ille cui reſignatur, beneficio priuetur. *Hoc enim (ait) indecens eſt, vt in vna Eccleſia alius conferat aliquid nomine perſonatum, cum nondum plenè perſona prior totam Eccleſiam reſignauerit.* Eadem B Concilium Lateranense ſub Leone 10. ſeſſione 9. ſtatuit, prohibens ſuper monaſteriorum fructibus, vel Eccleſiarum, penſiones, inconſulta ſede Apoſtolica, reſeruari. Et Concilium Ratisbonense can. 24. & 25. vetat, ne Epiſcopi de beneficijs decimas vel fructus exigant. Vide locos prænotatos, ſcilicet clerici, Epiſcopi & exactio, & ſimilia.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. patrum 1215.

Concilium Oxonienſe in Anglia.

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

Concilium Ratisbonenſe ſub L[illegible] Cardinali.

Per.

Per propoſitio eſt in diuinis magnum ſacramentum inſinuans, ſcilicet quomodo Spiritus C ſanctus à Patre procedere dicatur per filium. Verùm habes hoc clariſſimè expoſitum infrà in vocabulo, Spiritus ſancti Proceſſio, &c.

Peregrinatio.

Peregrinationes ad loca ſanctorum iuſtè & piè voueri, & aſſumi defenduntur.] Volo lectorem certiorem fieri nos de peregrinationibus ad ſanctorum limina crebro iam teſtimonijs patrum egiſſe, vbi de imaginibus illorum diſſeruimus, vel vbi de Miſſa celebranda ſuper reliquijs martyrum ſuo loco egimus: tamen libet etiam ab exordio Euangelicæ gratiæ eaſdem iu- D ſtè aſſumptas defendere, nec proferemus Apoſtolorum actus & Pauli Apoſtoli epiſtolas, vbi ſæpiùs mentio fit quomodo Hieroſolymam pertexerit miniſtrare ſanctis vel loca ſacra viſitare. Denique crederem pro certo Apoſtolum Paulum ex illorum fuiſſe numero, de quibus loquitur Dionysius Areopagita cap. 3. de diuinis nominibus, cum dicit ſe Palæſtinam petiſſe cum fratribus, ad contuendum corpus Beatæ Mariæ virginis. Denique refert Eusebius Caesariensis lib. 3. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 15. ad S. Polycarpi ſepulchrum, poſtquam martyrio coronatus eſt, fideles de remotis regio- E nibus aduenisse. Narrat præterea lib. 6. cap. 8. Alexandrum Cappadociæ vrbis Epiſcopum, Hieroſolymam adorandi & ſanctorum locorum videndi gratia properaſſe. Hoc & ille Eunuchus Candacis Reginæ Æthiopum, deuote memoratur impleſſe. Vnde & Anacletus I. in decreto, quod allegat Gratianus diſtinct. 93. cap. Iuxta. *Iuxta * ſanctorum patrum & canonum inſtituta (ait) omnes Epiſcopi, qui huius Apoſtolicæ ſedis ordinationi ſubiacent, & qui propinqui ſunt, annue circa Idus Maij ſanctorum principum Petri & Pauli liminibus præſententur, omni occaſione ſepoſita, &c.* Eadem Syricius I. epiſt. 4. quæ lecta eſt in Concilio Talensi, vbi peregrinationes ad ſanctorum Apoſtolorum limina commeodat

Paulus peregrinatione aſſumpſit ad ſanctorum limina

Dionyſius Areopagita.

Euſebius Caſarienſis.

Actuum 8.

Anacletus I.

* Vide quomodo non nouum eſt quod iam Apoſtolicus ille pontifex ſuo tempore obſeruatum narrat.

Syricius I.

A Denique ſatis conſtat quomodo mater Conſtantini magni Helena ſancta ad ſancta loca viſenda Hieroſolymam pertexit, vt narrat Ruffinus Aquileiensis lib. 10. hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. 8. & Nicephorus Callistus lib. [illegible] cap. 29. & Paulinus Nolanus epiſt. 11. ad Seuerum, vbi ſic loquitur. *Neque præter hanc diem, qua crucis ipſius myſterium celebratur, ipſaque ſacramentorum cauſa eſt, quaſi quoddam ſacra ſolennitatis inſigne profertur, niſi interdum religioſiſſimi poſtulent, qui ea tantum cauſa illo peregrinati aduenerunt, vt ſibi eius reuelatio, quaſi in pretium longinquæ peregrinationis deferatur, &c.* Idem Paulinus in vita S. Fœlicis Nolani martyris, ſic loquitur natali 8.

B *Omnis namque dies teſtes ſumus, vndique crebris*
Cœtibus, aut ſanos gratantes reddere vota,
Aut ægros varias petere ac ambire medelas.
Cernimus, & multo peregrino à littore vectos.
Ante ſacram ſancti proſtratos martyris aram,
Dum referunt grates, tolerata referre pericla, &c.

Et iterum, natali 9.

Hic igitur vicinus erit, quicunque ſupernis
Caſtus aget tectis, & qui procul aduena recto,
Percitus affectu ſancti properauit ad ædes, &c.

Denique Eusebius Vercellensis, qui affuit Niceno I. Concilio epiſtola ad Patrophylum. *Conceſſit (inquit) mihi Dominus hanc epi-* C *ſtolam per chariſſimum noſtrum ad vos Syrum Diaconem mittere, quem in poteſtate mittendi habui, quia prouidentia Domini noſtri eo tempore ad videnda loca ſancta acceſſerat, & cum cæteris fratribus inuentus non eſt.* Prætereà ſub hoc tempore viguit Nicolaus Myrtenſis Epiſcopus, de quo narrat Leonardus Iustinianus, atque Simeon Metaphrastes, qui eius vitam conſcripſerunt hoc modo. *Itaque cum veteri viſendæ Paleſtinæ deſiderio teneretur, vbi ſaluator noſter ante crucem inter mortales verſatus eſt, nauim in Ægyptum rediturum conſcendit, vt inde ad loca ſancta profectus, ſolitudini ſe deinde dicaret (& infrà.) Ex Ægypto itaque ſoluens, & in Paleſtinam, vt conſtituerat, veniens aſcendit in Golgotha, vbi pro ſalute* D *generis humani Chriſti patibulum fuit. Inde cum ad diuina crucis lignum venerandum incederet, & vox illum intercepiſſet, ferunt templi fores tunc clauſas vementi vltro fractis vectibus patuiſſe, &c.* Prætereà de S. Baſilio, narrat Amphilochius Iconii ſic in eius vita ſtatim initio. *Surgens (inquit) Baſilius abiit in Ægyptum, & annuali tempore ibidem commorans, & verbum veritatis fide conſiderans permanſit: ſcrutans veritatis ſermonẽ. Sicque poſtulauit dimitti ſe Hieroſolymam, orationis gratia, & quæ ibi ſunt videndi miracula, &c.* Eadem de Ephrem Syro Diacono ſancto, qui eodem tempore florebat, narrat Simeon Metaphrastes in eius E vita. *Cum habitaret (inquit) in ſolitudine, locis verò loca mutaret propter ædificationem & vtilitatem animarum, vt qui diuino moneretur ſpiritu, reliquit aliquando ſolitudinem iuſſu diuino, & feruenti deſiderio venit in ſuam patriam Edeſſam, vt qui ſimul veniſſet ad ſacras adorandas reliquias & loca ſancta, & ſimul etiam vt aliquem virum eruditum conueniret, vt cognitionis illinc fructum acciperet, &c.* Idem in vita Ioannis Eleemoſynarij, & confirmat Leontius Neap. Cypri Epiſcopus in eiuſdem vita. *Interceſſit aliquantum temporis (ait) & quidam, qui erant eiuſdẽ ciuis Petrus regionis, arte aurifices,* * *voti cauſa & adorationis, peruenerunt ad loca veneranda, &c.* Idem Metaphraſtes in vita Gregorij Agrigentini Epiſcopi. *Poſtquam igitur tertio, Gregori,*

Ruffinus Aquileienſis.

Nicephorus Calliſtus.

Paulinus Nolanus.

Euſebius Vercellenſis.

Leonardus Iuſtinianus.

Simeon Metaphraſtes.

Amphilochius Iconij.

Simeon Metaphraſtes.

Leontius Neapoleos Cypri Epiſcop.

* Voti cauſa (ait) ergo peregrinationes ſuſcipiebantur antiquitus.

aduocans adiſtiſſet, ille vti edoctus fuerat reſpondit. Porrò ſtatim qui vocarat. (Angelus enim is Dei fuerat) exaudita eſt (inquit) precatio tua. Quocirca ad litus concedas oportet, vt ad loca ſancta tendentibus obuius fias, &c. Et infrà reſtatur, quomodo præfatus Gregorius ad Apoſtolorum limina, & Hieroſolymam poſteà ſit profectus. Idem in vita S. Sabæ, quæ lecta eſt in Concilio generali 7. *Quodam* (inquit) *in corde agitans, cum diuini deſiderij nullum modum noſſet, nec ſatietatem in animo haberet ire in ſanctam ciuitatem, & contemplari loca ſancta luſtrareque & viſere patres qui erant in ſolitudine.* Et infra. *Qui autem remanſerat conſobrinus Imperatoris, iureiurando affirmauit diuinis patribus ſe non veniſſe, vt communicaret malæ Seueri opinioni, ſed vt loca adoraret veneranda, ſeque velle potius communicare eorum ſanctitati.* Idem in Vita Apollinaris Virginis. *Quodam autem die* (ait) *ea dixit parentibus Rogo vos, vt me dimittatis in loca ſancta, vt adorem ſanctam reſurrectionem & crucem venerabilē.* Et infrà. *Et autem dixerunt: Accipe filia & recede, imple votum tuum, & memento noſtri in locis ſanctis, &c.* Idem in vita Euthymij Abbatis. *Clam* (ait) *Euthymius vrbe egreſſus ætatis ſuæ anno viceſimo nono, ad adoranda ſacra & veneranda loca prompto & alacri animo vadit Hieroſolymam.* Iterum paulò inferius dicit Synodium quendam ad loca ſancta adoranda veniſſe. Idem in vita Anaſtaſij Perſę, quę lecta eſt in Concilio generali 7 *Et primum quidem cum veniſſet Dioſpolim, & deinde etiam in montem, qui dicitur Charizim, orationis gratia & adorationis, & deinde etiam ad cætera quæ illic ſunt loca, veneranda acceſſiſſet, & perueniſſet vſque ad Cæſaream Paleſtinæ, in templo Deiparæ virginis duobus diebus moratur, & exinde eum rurſus excepit templum omni ex parte laudandæ Euphemiæ, &c.* Idem in vita Melanæ Romanæ *Cum autem ſic ſeptem annos decertaſſet, eam ſubiit cogitatio longioris peregrinationis. Dicebat enim oportere ad ſacra etiam loca accedere, & etiam videre Hieruſalem, & obire, & adorare omnia quæ illic ſunt miracula, quod & adimpleuit:* & infrà. *Obiens* (inquit) *alia loca Hieroſolymorum, & Bethleem illam, & Galilæam, & quæcunque in vrbem circuibat, & tanquam animata ſalutabat in peregrinatione, &c.* Idem in Vita Porphyrij. *Recta* (inquit) *profectus eſt in Scetem, & paucis poſt diebus dignatur venerando habitu, & cum illic eſſet verſatus quinque annos cum ſanctis patribus, alius diuinus amor eum ſubiit adorandi ſancta & veneranda Dei loca. Cùmque illic fuiſſet & adoraſſet, abiens in partes Iordanis, habitauit in ſpelunca, &c* Et Hieronymvs Stridonensis in vita Paulæ Viduæ, ſatis declarat quomodo illa ſancta matrona, peregrinationis adorationiſque cauſa ſacra, omnia loca viſura Hieroſolymam perrexerit. Hócque defendit libro contra Vigilantium, ſcilicet concurſus fidelium ad Sanctorum Martyrum venerandas reliquias. Vide infra, Reliquiæ, &c. Et Severvs Svlpitivs ad calcem libri 3. de Vita S. Martini. *Cæterùm* (ait) *cum Hieroſolymam inde petiturus ventis curſuum vela commiſeris, negotium tibi noſtri doloris iniungo, vt ſi vnquam illuſtris illius Ptolemaidis littus acceſſeris, ſollicitus inquiras, vbi ſit conſepultus noſter ille Pomponius, nec faſtidias viſitare oſſa peregrina, &c.* Portò vt vlterius etiam procedamus, Peregrinationes ad ſancta limina commendat Ambrosivs Mediolanensis ſermone 90. de paſſione S. Agnetis, dum de ſepulchro eius loquitur. *Factum eſt* (ait) *vt nullus penitus ex eo aduenientibus ad ſepulchra ſanctorum,*

Quid ei tot exemplis ſanctorum vir à iuſtè defendimus peregrinatiō ad ſanctorum limina Deo placitas & laudandas.

Hieronymus Stridonenſis.

Seuerus Sulpitius.

Ambroſius Mediolanenſis.

aliquas moleſtias excitaret. Et infrà, vbi de Conſtantia Conſtantini filia loquitur, ait. *Accepto* (inquit) *Conſilio ſpe recuperandæ ſalutis, venit ad tumulum martyris nocte, & licet Pagana, tamen credula animi intentione preces fideliter fundebat, &c.* Idem refert & Ioannes Chrysostomvs oratione in S. Martyres Iuuentinum & Maximum, tomo operum 5. ad calcem. *Idcirco* (ait) *ſæpe eos inuiſamus, tumulos adornemus, magnáque fide reliquias eorum contingamus, vt inde benedictionem aſſequamur. Proinde magna fide promptitudineque huc veniamus, quo & viſu ſanctorum monumentis, & conſideratis eorum præmiis, inde varios theſauros vndiqnaque colligamus, &c.* Præterea narrat Nicephorvs Callistvs lib. 11. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap 37. Ammonium virūm ſanctiſſimum, comitatum Athanaſium Magnum Romam. *Qui ex præclaris* (ait) *præcipuiſque eius vrbis rebus non aliud ſpectandum ſibi cenſuit, quam Petri & Pauli martyrium, & ædem eam, in qua illorum corpora, veluti theſaurus ſunt condita. &c.* Idem lib. 14. cap. 39. profectionem refert Alexandri Cappadocis ad viſenda ſacra loca Hieroſolymis, & cap. 50. eiuſdem libri. Et Evagrivs Epiphaniensis libro 1. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 20 & 21. docet, quòd Eudocia Auguſta Religionis cauſa Hieroſolymam perijt, vbi etiam conſpexit tumulum beatæ Mariæ Virginis, vt diximus in vocabulo, Mariæ aſſumptio. Porrò vide quæ infra in vocabulo, Reliquiæ, dicentur, &c. Hinc Avgvstinvs Hipponensis epiſtola 187. ad clerum & populum Hipponenſem, narrat indixiſſe Bonifacio presbytero & altero cuipiam, qui commiſerant aliquod facinus, vt ad expiationem illius, peregrinationem ſanctam ſuſciperent. *Elegi* (ait) *aliquid medium, vt certo placito ſe ambo conſtringerent ad locum ſanctum ſe peregrinaturos, &c.* Idem lib. 22. de ciuitate Dei cap. 8. *Ad aquas* (ait) *Tibilitanas, Epiſcopo afferente proiecto reliquias martyris glorioſiſſimi Stephani, ad eius memoriam veniebat magnæ multitudinis concurſus, & occurſus, &c.* Vide reliquiæ, &c Vide & Theodoretvs Cyrensis in philotheo deſcribens vitam Petri ſerui Dei, ait. *Hic igitur Galatia primam paleſtram exercens, mox in Paleſtinam proficiſcitur, vt viſis locis, vbi dominus paſſus eſt, in illis ſeruatorem Deum adoraret. Non quod illum loco circumſcriptum eſſe arbitraretur, ſciebat enim immenſam eius naturam circumſcribi non poſſe: ſed vt oculos potius adamata rei aſpectu paſceret, ne ſolus animus ſpirituali frueretur alimento.* Idem omninò eadem refert in vita Marennæ & Cyræ mulierum in eodem libro, quomodo videlicet peregrinationem ad loca ſancta aſſumpſerunt Et Gregorivs Nissenvs omnibus his antiquior, epiſtola ad Olympium monachum, ait. *Omninò conſuetudinis illius oblitus eſſe non debes, cum ad vrbem Antiochi congreſſi ſumus, quo tempore petebas Hieroſolymam, vt monumenta Chriſti peregrinationis, dum in carne eſſet, inuiſeres, eorumque ſermonum quos variis de rebus inter nos contulimus, &c.* Mentionem quoque facit peregrinationum quæ antiquitus aſſumebantur, Concilium Carthaginense V. canone 14. vt colliges ex vocabulo, Altare, &c. Denique etiam olim frequentatas fuiſſe peregrinationes demonſtrat Galla Placidia Auguſta, epiſtola ad filiam Pulcheriam, quæ ponitur in limine Concilij Chalcedonenſis. *Vt Romam* (ait) *frequentibus concurſionibus adeque deſideramus aſpicere, cauſa nobis eſt*

Ioannes Chryſoſtomus.

Vide quantum tribuat S. Pater Reliquiis Martyrū. Porro, vide infra, Reliquiæ.

Nicephorus Calliſtus.

Euagrius Epiphanienſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

Theodoretus Cyrenſis.

Cur peregrinationes aſſumantur ratio.

Gregorius Niſſenus.

Concilium Carthaginenſe 5.

Galla Placidia augusta mater Pulcheriæ auguſtæ viſitauit limina apoſtolorum, & quare.

ample

amplectendæ religionis, vt terminis ſanctorum noſtram exhiberemus præſentiam, quos certum eſt pro ſua virtute in cœleſtibus conſtitutos neque inferiora deſpicere. Nos itaque ſacrilegum eſſe credimus, ſi ſolennium ordinem denegemus. Cum igitur beato Apoſtolo Petro noſtram præſentiam dediſſemus, &c. Eadem VALENTIN. IMPERATOR epiſtolam præcedentem ſequenti ad patrem Theodoſium, eadem quæ & Galla Placidia ſe feciſſe memorat, ſcilicet viſitaſſe limina Apoſtolorum. Denique ENNODIVS DIACONVS libro Apologetico pro Symmacho & Synodis ſub eodem celebratis, ait. *Ad ſepulchrum Apoſtoli Petri ex omnibus orbis cardinibus deuoti perueniunt. Dicatis forſitan Apoſtoli genio decerpi, ſi putatur cœli ciuis terrarum locis includi. Tamen quamuis benedictio poſcentibus vbique præſtetur, & exigat præſentiam martyris, fides & deuotio ſupplicantis negari non poteſt diligentia natali ſolo plus tribui, & maiorem affectum loca impetrare, de quibus ad ſuperna tranſitur. Quam fidem allegationi curationum iam præſtitit multitudo. & viſitur poſt obſidionem diabolicam teſtibus iam ſanatis. Hæc licèt per Redemptorem noſtrum in toto orbe celebrentur, eſt tamen non modica monumentis illius per frequentiam comparata nobilitas: quia per eum qui hominem mutauit in Angelum, illuſtrari potuit natura telluris*, &c. Vnde & PALLADIVS CAPPADOCIAE cap. 32. Paradiſi, de vita ſanctorum Patrum loquens, de beato Philoromo, ait. *Qui pedeſtre iter omne conficiens Romam vſque peruenit, atque in Eccleſia ſancti Petri Paulique orationibus factis, rurſus ad Alexandriam pedeſter remeauit. Vbi iterum precem fudit in baſilica Martyris Marci, Hieroſolyma etiam ſecundò fuit pro honore ſanctorum locorum, propriiſque ſemper ſumptibus ac pedibus martyres ſanctos in omnibus ſufficienter honorauit*, &c. Porrò PLATINA CREMONENSIS in Vita Gregorij 2. docet, quòd Dux Baioariorum Theodo primus ex ea gente Apoſtoli Petri limina viſitauit. Et NICOLAVS I. epiſtola ad Michaelem Imperatorem, circa medium, ait. *Tanta millia hominum protectioni ac intercesſioni beati Apoſtolorum Principis Petri ex omnibus finibus terræ properantium ſe ſe quotidie conferunt, & vſque in finem vitæ ſuæ apud eius limina ſemet menſura proponunt, præter illud quod vas è cœlo ſubmiſſum, in quo cunctorum oſtenſa ſunt eodem Petro horum omnium rectori animantium genera, catholicam ſignat Eccleſiam, etiam ipſa Romanorum vrbs ſola, apud quam eiuſdem Apoſtoli corporali præſentia ſedule veneratur, ipſius vaſis cunctas dignoſcatur in ſe continere vniuerſorum animalium (quæ homines ſpiritualiter intelliguntur) nationes*, &c. Denique BEDA VENERABILIS lib. 5. hiſtoriæ Anglicanæ cap. 20. Vilfridum Epiſcopum ſanctorum Apoſtolorum limina adiiſſe commemorat peregrinationis ergò. Et libro eodem cap. 7. *Ceadualla* (ait) *rex Occidentalium Saxonum, cum genti ſuæ duobus annis ſtrenuiſſimè præfuiſſet, relicto imperio propter Dominum regnumque perpetuum, venit Romam, hoc ſibi gloriæ ſingularis deſiderans adipiſci, vt ad limina beatorum Apoſtolorum fonte baptiſmatis ablueretur, in quo ſolo didicerat generi humano patere vitæ cœleſtis introitum. Igitur ad limina Apoſtolorum, Gregorio Pontificatum tenente, profectus eſt, cupiens in vicinia ſanctorum locorum ad tempus peregrinari in terris, quo familiarius è ſanctis recipi mereretur in cœlis*. Idem eodem libro 5. cap 10. *Vilbrod* (inquit) *Romam venire, ad videnda atque adoranda beatorum Apoſtolorum ac martyrum Chriſti limina, cogitauit*, &c. Et GREGORIVS III. epiſt. 1. ad Epiſcopos & Presbyteros omnium prouinciarum, memorat quomodo Bonifacius Moguntinenſis martyr peregrinationem ad limina Apoſtolorum, orationis cauſa, ſuſceperit, & eadem repetit epiſtola 2. ad Clerum & Populum Germaniæ. Denique in vita Zachariæ 1. Papæ legitur quod Rachis Longobardorum Rex cum vxore & filijs B. Petri limina petiuit & benedictione percepta a Pontifice ſe monaſterio dedit. Porrò in Concilio GENERALI VII. actione 5. narratur coram patribus, de quodam viro, qui ſtudioſus martyrum, nunc in Epheſum ad diuum Ioannem properabat, nunc ad S. Theodorum in Eucharia, nunc ad ſanctam Teclam in Seleuciam, vel in Araphas ad diuum Sergium, vel Hieroſolyma adorandæ crucis gratia & ſancta loca, vel in montem Sinai orandi cauſa, vel ad Martyres longè ab Ieruſalem diſtantes. Vnde & GREGORIVS I. epiſtola ad Euſebium Theſſalonicenſem Epiſcopum. *Si Theodorus lectos* (ait) *ad orationem huc ad ſanctos Apoſtolos venire voluerit, cum fraternitas veſtra ſine aliqua mora tranſmittat*, &c. Vide adhuc multò plura in vocabulo, Reliquiæ, &c. Denique Concilium LATERANENSE ſub Alexandro 3. parte 1. cap. 27. indulgentias recenſet his collatas, qui ſanctum ſepulchrum viſitant, quas largitur his qui contrà hæreticos bellum aſſumpſerint. Sic etiam Concil. LATERANENSE ſub Iulio 2. ſeſſione 1. ſummoperè commendat peregrinationes ad ſanctas Romanæ vrbis reliquias. Vnde Concilium MOGVNTINVM IV. cap. 44. *Peregrinationes* (ait) *ad certas ſanctorum reliquias, aut ad templa memoriis eorum dicata, vel ob id Chriſtiano populo cenſemus permittendas, vt ex ipſorum locorum admonitione, homines ad imitandam ſanctorum fidem, pietatem, & conſtantiam vehementiori affectu incitentur, & vt maiori deuotione ſe meritis ſanctorum ſociari, & precibus eorum adiuuari poſtulent: dummodo ſedulo caueant paſtores, ne vſpiam incerta reliquia, aut noua ſine Eccleſiæ authoritate, aut ne illæ etiam ad quæſtum proponantur, & ne concurſus ſuperſtitioſi ad ſtatuas, prophanis potiſſimum locis ſitas, aut priuata authoritate erectas, fiant*. Hæc confirmat FACVLTAS LOVANIENSIS articulo 28. & PARISIENSIS articulo 14. *Sanctè & religioſè faciunt* (ait) *qui deuotione ſpeciali ſanctorum loca adeunt, & viſitant vbi eorum venerantur reliquiæ, & humiliter eis ſupplicant, vt per huiuſmodi peregrinationis meritum auxilio & ſolamini adſint*, &c. Porrò multa alia poſſem hic proferre teſtimonia pro confirmatione Peregrinationum ad ſancta limina, ſed hæc ſufficere mihi viſa ſunt. Multa adhuc reperire poteris in memoratis Vocabulis, Sanctorum interceſſio, &c Reliquiæ ſanctorum, &c Igitur oro ne faſtidio tibi ſint iſta quin reuoluas, & iunge ſequentia.

Peregrinationes indiſcretæ prohibentur.] Sicut laudabiles in præcedenti diſtinctione peregrinationes oſtendimus, quæ fiunt ſancto affectu & iuſto moderamine, ita patres ducunt vituperabiles illas, quæ indiſcretæ aſſumuntur, vt iam ex proximè citato Cōcilio Moguntino 4. patuit. Ante quod tamen ſtatuerat Concilium CABILONENSE II. ſub Leone 3. canone 45. ne clerici inconſultis Epiſcopis, aut ſine eorum licentia peregrinationes aſſumerent. *Nam à quibuſdam* (ait) *erratur plurimum, dum Romam, & Turonum, & alia loca, ſub prætextu orationis, peragrant. Sunt enim presbyteri & Diacones in clero conſtituti,*

qui

Valentinianus Imperator.

Ennodius Diaconus.

Vide quō ſatisfac. etiam Caluiniſtis.

Palladius Cappadociæ Epiſ.

Platina Cremonenſis.

Nicolaus 1.

Annum 10.

Beda Venerabilis.

Gregorius 3.

Concilium Nicenum 2. generale 7.

Gregorius 1.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Concilium Lateranenſe ſub Iulio 2.
Concili. Moguntinum 4.

Ratio aſſumendæ peregrinationis.

Facultas Louanienſis.
Facultas Pariſienſis.

Concilium Cabilonenſe 2. ſub Carolo Magno.

qui negligenter . . uentes, in eo purgari ſe à peccatis putant, & miniſterio ſuo fungi debere, ſi præfata loca atter . ant. . unt nihilominus Laici qui putant ſe impunè aut pe care, aut peccare, quia hæc loca oraturi frequentant. Sunt quidam potentium, qui acquirendi cenſus gratia, ſub prætextu Romani, ſiue Turonici itineris, multa a qui unt, multos pauperum opprimunt, & quod ſola cupiditate faciunt, orationum ſiue ſanctorum locorum viſitationis cauſa ſe facere videri affectant. Sunt pauperes, qui vel ideo id faciunt, vt maiorem habeant materiam mendicandi. De horum numero ſunt illi, qui circunquaque vagantes illo ſe pergere mentiuntur, vel quia tantum ſunt vecordes, vt putent ſe ſanctorum locorum ſola viſione a peccatis purgari, non attendentes quod ait Hieronymvs: (epiſtola ad Paulinum) *Non Hieroſolymam vidiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe laudandum eſt. Qui vero peccata ſua ſacerdotibus, in quorum ſunt parochiis confeſſi ſunt, & ab his agenda pœnitentia conſilium acceperunt, ſi orationibus inſiſtendo, eleemoſynas largiendo, vitam emendando, mores componendo, Apoſtolorum limina vel quorumlibet ſanctorum inuiſere deſiderant, horum eſt deuotio modis omnibus collaudanda, &c.* Vide ea quæ ſuperiùs poſuimus io vocabulo, Patochi officium, &c. & ſequentia.

Sæpe ſub pietatis veſte occultatur iniquitas.

Hieronymus Stridonenſis.

Peregrinationis votum an poſsit redimi.] Hoc ſatis inſinuant illæ indulgentiæ plenariæ quas elargiri ſolent ſommi Pontifices, vbi Peregrinationum vota in aliud pium opus permittunt permutari. Denique ſic Alexander III. Exonienſi Epiſcopo habetur parte 35. Concilij Lateranenſis cap 3. *De peregrinationis votis an eleemoſynis redimi poſſint, vel per alium pro neceſſitate adimpleri, tibi reſpondemus, quòd ab eius qui præſidet dependet arbitrio, vt conſideret diligentius & attendat qualitatem perſonæ, & cauſam commigrationis, ſiue id ex infirmitate ſiue affluentia contingat diuitiarum, & vtrum peregrinatio an recompenſatio vtilior fuerit, & Deo magis accepta, & ſecundum hoc debet exinde diſpenſare.* Idem eadem renouat parte 49. cap. 19. & parte 50 cap 15. ſcribens Noruuicenſi Epiſcopo, quendam clericum, qui vouerat ſe Hieroſolymam profecturum, abſoluit intuitu pietatis: quia hoc non idoneum videbat ad arma ferenda, quandoquidem non hoc licet clericis, vt habes io vocabulo. Arma, & militia, &c Tum etiam quod hoc votum in tenera ætate emiſerat, cum nec dum diſcretionis annos attigiſſet. Conceſſit autem illi, vt votum illud poſſet eleemoſynis redimere, & vni pauperum Chriſti, dum ad hoc ſuæ ſufficerent facultates, tam in victu, quàm io veſtitu prouidere, &c.

Alexander 3.

Peregrinvs.

Peregrini clerici vt debeant ſuſcipi.] Iam de his diximus, vt non ſuſcipiantur ſine litteris præcipuè vagabundi, in vocabulo, Clericus, &c. Vnde & Canon Apostol. XXXIV. *Nullus Epiſcoporum peregrinorum* (ait) *aut preſbyterorum, aut Diaconorum ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis, & cum ſcripta detulerint diſcutiantur attentius, & ita ſuſcipiantur, ſi prædicatores pietatis extiterint: ſin minus, nec quæ ſunt neceſſaria ſubminiſtrentur eis, & ad communionem nullatenus admittantur, quia per ſubreptionem multa proueniunt.* Eadem ſtatuit Concilium Vormatiense can 61. Et Concilium Elibertinvm cano. 24. allegatur à Gratiano diſtinct. 98 cap. Omnes, &c. *Omnes qui peregrè fuerint baptizati, eo quod eorum minimè ſit cognita vita, placuit ad clerum non eſſe promouendos in alienis prouinciis.* Et canone 38. *Peregrè nauigantes, aut ſi in Eccleſia in proximo non fuerit, poſſe fidelem (qui lauacrum ſuum integrè habet, nec ſit bigamus) baptizare in neceſſitate infirmitatis poſitum cathecumenum, ita vt ſi ſuperuixerit ad Epiſcopum eum perducat, vt per manus impoſitionem perfici poſſit, &c.* Vide Baptiſmus, &c. Denique clerici peregrini, qui perſecutionem fugientes ſuas coguntur Eccleſias relinquere, mandantur recipi in Concilio Sardicensi canone 11. vt alibi diximus in vocabulo Clericus &c. Vide etiam infrà, Perſecutio. Confirmatur etiam illud in Concilio Generali VI. canone 18. mandatque, vt tales Peregrini, cum ſedata fuerit tempeſtas, ad propria cogantur redire. Vide etiam ſupra, de clericis ſine litteris non admittendis ex Concilio Mileuitano cano. 20. Concilium Chalcedonense generale 4. cano. 13 & allegatur à Gratiano diſtinct 71. cap. *Extraneum clericum & lectorem extra ciuitatem ſuam, ſine commendatitiis litteris proprij Epiſcopi, nuſquam penitus liceat miniſtrare.* Idem penitus ſtatuit Aqvisgranense I. cano. 51 Anglicanvm I. canone 5. vt dicit Beda libro 4. hiſtoriæ Anglicanæ capite 5. Tvronense I. canone 1 Concilium Avrelianense III. canone 15. Meldense canone 50 & 51. vt ibidem inſertum reperies loco præfixo Denique Cócilium Francicvm quod celebrauit tempore Zachariæ 1. Bonifacius Moguntinenſis legatus in Francia, ad inſtantiam Carlomanni Regis ait. *Statuimus, vt ſecundum canonicam cautelam, omnes vndecunque ſuperuenientes ignotos Epiſcopos vel preſbyteros, ante probationem ſynodalem in Eccleſiaſticum miniſterium non admittamus.* Eadem repetit Concilium Svessionense ſub Childerico rege & Pipino duce Concilium Vernense ſub Pipino rege cap. 13. vbi præcipit, ne audeant alienas parochias peruagari, niſi tantùm pro itineris cauſa, alias in ſynodo iudicati ſententiam condemnationis reportent, & omnes, qui eos ſuſceperint & defenſauerint. Et Concilium Ratisponense capite 14. Concilium Senonense capite 7. & Coloniense III. cap. 29. & 31. ſtatuerunt, vt Peregrini clerici, qui peregrinãtur, & in alijs ciuitatibus ordinantur, debeant dimiſſorias litteras habere, vt diximus in vocabulo, Ordinandi, &c. Vnde & ſubdit præfatum Colonienſe 3. Concilium capite 31. ſuperiora confirmans decreta. *Peregrini clerici* (ait) *Romæ aut alibi ordinati, priuſque de ordinatione ſua ritè adepta, déque vita, moribus, eruditione, atque titulo ſidem fecerint, aut commendatitias ſuorum Epiſcoporum, ſuaque ordinationis litteras exhibuerint, repellantur. Quanta enim per hos (qui Euangelij licentia abutuntur) ſcandala animarumque pericula, & in clero, & in populo frequenter eueniant, nemo eſt qui non videat, &c.* Eadem Concilium Avgvstense canone 6. Concilium Mogvntinvm IV. canone 84. Tridentinvm generale nouiſſimum ſeſſione 23. quæ fuit 7. ſub Pio 4. cap. 16. decret. reformati. *Nullus clericus peregrinus, ſine commendatitiis ſui ordinarij litteris, ab vllo Epiſcopo ad diuina celebranda, & ſacramenta adminiſtranda admittatur.* Hæc confirmant Franciscvs II. Et Carolvs IX. Reges Chriſtianiſſimi in conſtitutionibus Aureliæ editis articulo 11. Denique Vide in vocabolo, Clericus, & Ordinandus, &c & Epiſcopus, &c.

Canon Apoſtolorum.

Concilium Vormatienſe.

Concilium Eliberitanum ſub Miltiade.

Concilium Sardicenſe.

Concilium Conſtantinopolitanum 3. generale 6.

Concilium Mileuitanum.

Concilium Chalcedonenſe ſub Martiano Imper.

Concilium Aquiſgranenſe 1.

Concilium Anglicanum 1.

Concilium Turonenſe 1.

Concilium Aurelianenſe 3.

Concilium Meldenſe.

Concilium Francicum.

Concilium Sueſſionenſe apud S. Medardum.

Concilium in Palatio Vernis celebratum.

Concilium Ratiſponenſe.

Concilium Senonenſe.

Concilium Colonienſe 3.

Concilium Auguſtenſe ſub Othone Cardinali.

Concilium Moguntinum 4.

Concilium Tridentinum.

Franciſcus 2. Carolus 9.

Peregrini ſint liberi ab omni exactione,

Concilium in palatio Vernis ſub Pipino rege.

&c.] Iam diximus in vocabulo Exactio,&c.& ſuprà, Pædagium,&c. Porrò ne telonium, aut aliquid aliud ſoluant, Concilium VERNENSE can. 22.ſic ſtatuit: *Statuimus de Peregrinis, qui propter Deum vadunt vt de illis telonium non tollant, & de illis alijs Telonijs, quæ Dominus Rex antea perdonauit, ſic fiat, vt vbi legitime non debent eſſe donata, non ſint, &c.* Porrò de recipiendis peregrinis iam diximus in vocabulo, Hoſpitalitas,&c.& Pauper. & ideò ſuperſedendum putaui. De monachis peregrinis ſuſcipiendis, extant epiſtulæ Lupi Abbatis Ferrarienſis in ordine 103.& 106.& 107.

PERIVRIVM.

Periurium omnimodè cauendum indicitur.] Iam de hoc periurio egimus, cùm de iuramento tractaremus, vbi potiſſimè de reuocando incauto iuramento dicebamus. Verùm, quia ibi promiſimus nos aliquid hic dicturos, breuiter quod reſtat abſoluendum eſt. CLEMENS I.lib. 7.Conſtitutionum Apoſtolicarum,cap.4. *Non peierabis, dictum eſt enim, ne iures omninò. Quod ſi non feceris, ſaltem iuſtum iuſiurandum iures, quoniam laudabitur omnis qui iurat in idipſum.* Eadem ſtatuit MARTIALIS APOSTOLVS epiſtola ad Burdegalenſes,cap.8.& PIVS I.in decreto quod allegat Gratianus,cauſa 22.quæſt.5.cap. Qui compulſus. *Qui compulſus a Domino ſciens peierat vterq; ſunt periuri, & dominus & miles: dominus, quia præcepit: miles, quia plus dominum quàm animam ſuam dilexit. Si liber eſt, in pane & aqua quadraginta dies pœniteat, & ſeptem ſequentes annos: Si ſeruus eſt, tres Quadrageſimas & legitimas Ferias pœniteat.* Idem,& allegatur à Gratiano ibidem, capite, Qui peierat. *Qui peierat ſe in manu Epiſcopi, aut in cruce conſecrata, tres annos pœniteat: ſi verò in cruce non conſecrata, annum vnum pœniteat. Qui autem coactus fuerit, & ignorans ſe peierauerit, & poſt cognoſcit, tres Quadrageſimas pœniteat, &c.* Et FABIANVS I. in decreto quod allegat Gratianus diſtinct.60. *Quicunque ſciens ſe peierauerit, quadraginta dies in pane & aqua & ſeptem ſequentes annos pœniteat, & nunquam ſit ſine pœnitentia, & nunquam in teſtimonium recipiatur: communionem tamen poſt hoc recipiat.* Deniq; EVTYCHIANVS I.in decreto quod allegat Gratianus, cauſa 22,quæſt.1.cap. Prædicandum, &c. *Prædicandum eſt (ait) etiam, vt periurium fideles caueant, & ab hoc ſummopere abſtineant, ſcientes hoc grande ſcelus eſſe, & in Lege, & Prophetis, & in Euangelio prohibitum. Audiuimus autem quoſdam paruipendere hoc ſcelus, & leuem quodammodo periuris pœnitentiæ modum imponere, qui etiam noſſe debent, talem de periurio pœnitentiam imponi debere, qualem & de adulterio, & de fornicatione, & de homicidio ſponte commiſſo, & de cæteris criminalibus vitijs. Si quis verò perpetrato periurio, aut quolibet criminali peccato, timens pœnitentiam longam, ad pœnitentiam venire noluerit, ab Eccleſia repellendus eſt, ſiue à communione & conſortio fidelium, vt nullus cum eo comedat, neque bibat, neq; oret, neq; in domo ſua recipiat, &c.* Lege BVCHARDVM Vvormatienſem, lib.19. decretorum cap. De periurio, vbi pœnitentiam aſſignat periurij. Verùm ſuperioribus decretis conformia ſunt quæ propoſuit. Vnde & Concilium ILERDENSE can.7. allegatur à Gratiano cauſa 22.quæſt.4. cap. Qui in,&c. *Qui in ſacramento ſe obligauerit, vt litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro periurio vno anno a communione ſanguinis & corporis Domini ſegregatus, reatum ſuum eleemoſynis fletibus & quantis potuerit ieiunijs abſoluat. Ad charitatem verò, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter venire feſtinet.* Et Concilium TVRONENSE III. ſub Carolo Magno, canone 34. *Hi qui peierare pro nihilo ducunt, in tantum vt pro vnius diei ſatietate, aut pro quolibet paruo pretio ad iuramentum conduci poſſunt, animaſq; ſuas periurio perdere minime formidant. Tales nequaquam ad quodlibet teſtimonium admittendi ſunt: & hoc notandum, quòd non ſolum illi qui peierant, ſed etiam qui periuris conſentiunt, ſimili plectendi ſunt damnatione.* Eadem omninò renouat Concilium RHEMENSE ſub eodem canone 42.43 & 44. vbi & Regi ſupplicat, quatenus omnes tales è regno eliminet, & omnem periurij auferat occaſionē. Vnde Cōcilium OXONIENSE in Anglia, canone 1. *Excommunicationis ſententia illos innoluimus, qui ſcienter & prudenter falſum perhibent teſtimonium vel perhiberi procurant, vel etiam tales teſtes ſcienter producunt, vel ſubornant in cauſa Matrimoniali, vbi ſcilicet agitur contra miſericordiam, vel etiam vbi agitur ad alicuius exhæredationem, &c.* Et Concilium NARBONENSE, cano. 4. ſtatuit, vt qui periurij conuictus fuerit, publicè talis in Eccleſia prædicetur, vt cogatur ſe purgare, & ſi renuerit, excommunicetur extinctis candelis, & ſonantibus campanis, & infamis habeatur, atque inhabilis ad teſtimonium de cætero ferendum. Hoc & de falſis teſtibus obſeruari præcipit. Vide reliquum in vocabulo, Iuramentum, &c. & Teſtis falſus, &c. & alibi.

Clemens I.

Matth.5.

Pſal.62.

Martialis Apoſtolus.

Pius I.papa.

Periurij cenſura.

Fabianus I.

Eutychian. I.

Leuitic.6.

Ioſue 2.

Malach.3.

Matth.5.

Burchardus Vormatienſis.

Concilium Ilerdenſe.

1.Petri 4.

Concilium Turonenſe 3.ſub Leone 3.

Concilium Rhemenſe ſub eodem.

Concilium Oxonienſe ſub Innocentio 3.

Concilium Narbonēſe ſub eodem.

Periuri Clerici,&c.] De periuris Clericis egimus in vocabulo Clericus,&c. Reuolue ſi vacat.

PERSECVTIO.

Perſecutiones fortiter tolerandæ, &c.] Plenæ ſunt exēplis & teſtimonijs ſacræ Scripturæ, ſed & de conſtantia Martyrum in ſuis perſecutionibus diximus in vocabulo Martyr. Vnde ſuperuacuum eſt plura hic recenſere, cùm potius tempus deficere videretur, quàm materia dicendorum: tamen ne vacuus remaneret locus, hæc pauca annotare curauimus. CLEMENS I.lib.7. Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite 9. *Accidentes (inquit) tibi calamitates æquo animo patere, & caſus ſine moleſtia, ſciens mercedem tibi à Deo datum iri, ſicut Iob & Lazaro data eſt.* Lege librum TERTVLLIANI CARTHAGINENSIS De patientia, quem non ita pridem in vulgarem linguam traduximus, & tranſfudimus illuſtriſſimæ Abbatiſſę S.Mariæ virginis Sueſſionienſis Katherinę à Borbonio, cum alijs quibuſdam. Denique DIONYSIVS AREOPAGITA libro De diuinis nominibus, vbi de iuſtitia Dei loquitur, cap.8 quæ reddit vnicuique pro ſuo merito. *At dixerit quiſpiam (ait) non eſſe iuſtitiæ, quod viri ſancti ſine adiutorio dimittantur à peſſimis conteri. Et dicendum, quòd ſi quæ vera ſunt amant, latars conuenit eos qui aliena cupiunt, quando fruantur operatis. An verò non tunc magis Angelicis propinquant virtutibus, cuius diuinorum deſiderio pro viribus ab omni carnalium affectione diſcedūt, atque ad hoc viriliter multum exercentur, dum preſſuras caſuſque varios honeſti gratia tolerant. Itaque (vt verum dixerim) hoc magis eſt diuinæ iuſtitiæ proprium, nequaquam emollire, atque eneruare optimorum quorumcunque maſculum ſexum largitione carnalium. neque ſi quis id conetur agere, eos ſine adiutorio linquere, ſed illos in præclaro inflexibilique ſtatu ſolidare, eiſque cum ſuis eiuſmodi ſecundum merita reddere.* Hinc etiam epiſtola ad Ioannem Theologum & Apoſtolum relegatum in exilium, perſecutiones viriliter tolerandas ſuadet, deq; futura

Iob 42.

Luc.16.

Tertullianus Carthaginenſis.

Dionyſius Areopagita.

Cur Deus patiatur bonos perſecutiones pati.

eius liberatione propheti zans. *Ex Pathmi* (inquit) *cuſtodia dimittendus es liber, & in Aſiaticam terram reuerſurus, ibique perages boni Dei imitationes, eaſq́; poſteris trades, &c.* Et IGNATIVS MARTYR quanto feruore perſecutiones ſuſtinuerit, & concupierit, diximus in vocabulo Martyr. Hic autem epiſtola ad Polycarpũ perſecutiones viriliter tolerandas hortatur. *Qui* (ait) *ſe fide dignos putant, & aliter doceat, ne te perterrefaciant, ſed ſta firmus inſtar incudis quæ percutitur. Magni Athletæ eſt cædi & vincere, ac in primis propter Deum nihil non ſuſtinere nos oportet, vt & nos in regnum ſuum ſuſtineat, &c.* Et MARTIALIS APOSTOLVS epiſtola ad Tholoſanos, cap. 8. *Pro Chriſti amore & teſtimonio inuincibiles ſemper, non cunctamur ferre cum omni patientia gladios carniſq; cum, pro cuius teſtimonio grata fuerunt nobis vincula, tribulationes, carceres, anguſtiæ, fames, diuerſæq́; paſſionum acerbitates.* Et cap. 23. ibidem. *Qui perſecutiones in gratiarum actiones ſuſtinent, coronam ſibi acquirunt. Non ergo admiremini videntes ignita in ferocitate cruciari innoxios: quos enim diligit Dominus flagellat.* Et Andreas Apoſtolus, vt refert ABDIAS BABYLONIVS libro 3. certaminis Apoſtolici, ait: *In his quæ mihi contingunt nolo vos quicquam contriſtari. Ego non ſolum interfici, ſed diuerſis etiam pœnis excruciari paratus ſum.* De perſecutione etiam leuiter pro fide toleranda, TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS iam memoratus libro 4. contrà Marcionem, & libro ad Martyres ſerioſè diſſerit, vbi & martyres exemplo gentilium ad perſecutiones mundi & carceris anguſtias animabat. Et iterum libro de fuga in perſecutione ad Fabium Presbyterum, ait: *Totum quod agitur in perſecutione, gloria Dei eſt probantis & reprobantis, imponentis & deponentis. Quod autem ad gloriam Dei pertinet, vtique ex voluntate illius eueniet. Sed quando Deus magis creditur, niſi cùm magis timetur, niſi in tẽpore perſecutionis? Eccleſia in attonito eſt, tunc fides in expeditione ſolicitior, & diſciplinatior in ieiuniis, in ſtationibus & orationibus, & humilitate, in alterutra diligentia, & dilectione, in ſanctitate & ſobrietate. Non enim vacatur, niſi timori & ſpei. Adeo & ex hoc ipſo oſtenditur nobis, non poſſe diabolo deputari eam, quæ meliores efficit Dei ſeruos. Si iniquitas à Deo non eſt ſed à diabolo, perſecutio autẽ ex iniquitate cõſiſtit: quid iniquius, quàm veri Dei antiſtites omnes ſectatores veritatis noſcẽtiſſimorum more tractari. Ideò videtur perſecutio à diabolo euenire, à quo iniquitas agitur, ex qua conſtat perſecutio. Scire debemus, quatenus nec perſecutio poteſt ſine iniquitate diaboli, nec probatio fidei ſine perſecutione, propter probationem fidei neceſſariam, iniquitatem non patrocinã præſtare perſecutioni, ſed miniſterium. Præcedere enim Dei voluntatem circa fidei probationem, quæ eſt ratio perſecutionis, ſequi autem diaboli iniquitatem ad inſtrumentum perſecutionis, &c.* Lege reliquum in vocabulo, Epiſcopi in perſecutione ſuas non relinquant Eccleſias, &c. Denique CYPRIANVS CARTHAGINENSIS lib. 1. Epiſtolarum, epiſt. 3. ad Cornelium, animans eum ad perſecutiones tolerandas, ait: *Manere debet apud nos, frater, fidei robur immobile, & ſtabilis atque inconcuſſa virtus, contra omnes incurſus atque impetus oblatrantium fluctuum, velut Petra obiacentis fortitudine & mole, debet obſiſtere. Nec intereſt vnde Epiſcopo aut terror, aut periculum veniat, qui terroribus & periculis viuit obnoxius, & tamen fit de ipſis terroribus ac periculis glorioſus. Neque enim ſolas gentilium vel Iudæorum minas cogitare & ſpectare debemus, cum videamus ipſum Dominum à fratribus eſſe detentum. Neq; nobis igno-*

Ignatius Martyr.

Martialis Apoſtolus.

Abdias Babylonius.

Tertullianus Carthaginenſis.

Oratio huic attente lege de vtilitate perſecutionis.

Cyprianus Carthaginenſis.

A *minia eſt pati à fratribus, quod paſſus eſt Chriſtus. nec illis gloria eſt facere, quod fecerit Iudas. Conuicia eorum quibus ſic, & vitam ſuam quotidie lacerant non timemus: fuſtes & lapides, & gladios, quos verbis parricidalibus iactitant non perhorreſcimus. Quod in illis eſt, homicidæ ſunt apud Deum tales: necare tamen non poſſunt, niſi eis Dominus permiſerit. Et cum nobis ſemel moriendum ſit, illi tamen & odio & verbis & delictis ſuis quotidie perimunt. Sed non idcirco, frater, relinquenda eſt nobis Eccleſiaſtica diſciplina, aut ſacerdotalis ſoluenda cenſura, quoniam conuitiis infeſtamur, aut terroribus quatimur.* Idem epiſtola 4. libri 2. incarceratos ad perſecutiones fortiter tolerãdas inſtigat, & lib. 3. epiſt. 23. per totã Epiſtolã. Et lib. 4. epiſt. 4. ait: *Perſecutio iſta examinatio eſt atq; exploratio peccati noſtri: excuti nos Deus voluit & probari, ſicut ſuos ſemper probauit: nec tamen in probationibus eius aliquando auxilium quærentibus defuit, &c.* Et eodẽ lib. Epiſt. 6. ad plebem Thibaritanam. *Gaudere nos & exultare voluit Dominus in perſecutionibus: quia quando perſecutiones fiunt, tunc dantur coronæ
B fidei, tunc probantur milites Dei, tunc martyribus patent cœli, &c.* Plura lege ad calcem libri eiuſdem contra Demetrianum, & libro De bono patientiæ: & libro De exhortatione martyrij, &c. Vide & INNOCENTIVS I. epiſt. 29. ad S. Ioannem Chryſoſtomum, quam profert NICEPHORVS CALLISTVS libro 13. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ,
C cap. 32. *Eſt profectò res ſtabilis & firma conſcientia bona in malis quæ iniuſtè accidunt omnibus, quæ niſi quis patientia vincat, iudicium de ſe malæ ſuſpicionis præbet. Omnia namque ſuſtinere debet, qui Deo primum, deinde ſuæ quoque confidit conſcientiæ: quandoquidem bonus atque honeſtus vir exerceri ad patientiam maximè poteſt, vinci autem non poteſt: nam mentem eius diuinæ cuſtodiunt Scripturæ. Abundant autem exemplis lectiones ſacræ quas populo tradimus, & omnes propè ſanctos varijs modis & continenter malis afflictos eſſe cum fide atteſtantur: quippe qui tanquam in aliquo iudicio explorati, tandem ſic ad coronam patientiæ peruenere.* Eadem repetit epiſtola 30. ad Clerum Conſtantinopol. & eam Nicephorus ibidem allegat. Et LEO I. epiſtola 25. ad Flauianum Conſtan-
D tinopolitanum Epiſcopum, ait: *Fortiter dilectio tua toleret, quæ ſibi ad æternam gloriam non dubitat profutura, &c.* Et epiſtola 2. ad Epiſcopos Italiæ, ad perſecutiones Theodorici Regis Arriani fortiter ferendas dulci eloquio ſtimulat. Et BONIFACIVS II. epiſtola ad Eulalium Alexandrinum Epiſcopum, de reconciliatione Aurelij Carthaginenſis, ait: *Per religioſam patientiam par præmium de boni operis ſperamus effectu. Neque enim difficultatibus eſt cedendum. Non enim fatigatur aſperis fides, nec ad cœlorum ardua per procliue tenditur, nec remunerationem citra laboris exercitium quis meretur. Vnde ne facientes bona deficiamus, ſpecialiter admonemur, etiam teſtante Pſalmiſta: Beati qui cuſtodiunt iudi-
E cium, & faciunt iuſtitiã in omni tempore: quia non initium laboris remunerationem præmij conſueuit inuenire, ſed terminum.* Quantas perſecutiones ſuſtinuerit NICOLAVS I. epiſtola ad Michaëlem Imperatorem liquet, quando iniuria & moleſtijs ab eo effectus. *Perfectorum* (inquit) *Chriſtianorum eſt non ſolum nulli velle nocere, verum etiam lædenti ſe malum pro malo non reddere, &c.* Et SILVERIVS I. quot & quantas perſecutiones ſuſtinuerit à Vigilio Diacono, & Auguſta Iuſtiniani Imperatoris vxore, liquet ex eius epiſtola ad Amatorem Epiſcopum qui in exilio exiſtenti illi neceſſaria miniſtrabat. Et GREGORIVS I. epiſt. ad Theoctiſtam

Quam pulchrè & disertè afficit.

Innocentius 1.

Nicephorus Calliſtus.

Leo primus.

Bonifacius 2.

Pſal. 105.

Nicolaus 1.

Siluerius 1.

Gregorius 1.

Patriciam libro 9. epiſtola 39. *Non electis ſuis Chriſtus in hac vita promiſit gaudia delectationis, ſed amaritudinem tribulationis, vt medicinæ more, per amarum poculum ad dulcedinem redeant æternæ ſalutis. Quid namque dicit? Mundus gaudebit & vos lugebitis, qua ſpe, qua promiſſione? Paulo poſt ſubditur. Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Hinc iterum diſcipulis dicit: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Penſate quæſo vbi erit patientia, ſi deſit quod toleretur? Ego Abel eſſe non ſuſpicor, quis Cain non habuerit. Boni enim ſi ſine malis fuerint, perfecte eſſe boni non poſſunt, quia minime purgantur. Ipſa autē malorū ſocietas purgatio bonorum eſt. Hoc autē probat exemplis filiorum Noe & Dauid, &c. & poſt ſubdit. Quia ergo, ſcriptura teſte, cognoſcimus in hac vita bonos ſine malis eſſe non poſſe, de ſtultorum vocibus excellentia veſtra turbari nullatenus debet, maxime quia in omnipotentis Dei miſericordia tunc certa fiducia eſt, quando pro bono opere aduerſitatis aliquid in hoc mundo recipitur, vt plena merces in æterna retributione ſeruetur.*

Ioan. 16. Lucæ 21. Geneſ. 4.

Idem eadem docet libro 12. epiſto 37 ad Fœlicem Epiſcopum Siciliæ, cap. 4. Et ZACHARIAS I. epiſtola 4. ad Bonifacium Moguntinenſem Epiſcopum eum conſortans contra omnes perſecutiones, quas pro fide viriliter ſuſtinebat. Poſſem & multa alia proferre teſtimonia, verùm tam in alijs vocabulis de his rebus tractauimus, vt in vocabulo Martyr, &c. Vide egregiam Lupi Ferrarienſis epiſtolam in ordine 94.

Zachar. 1.

Perſecutio inferri Eccleſiæ miniſtris prohibetur.] Diximus ſuperiùs in vocabulo, Clericus, &c. Siquidem Concilium NICÆNVM hoc prohibuit, vt atteſtatur FOELIX II. epiſtola 1. ad Athanaſium & omnes Epiſcopos Libyæ & Ægypti. Et Concilium CARTHAGINENSE IV. canone 43. & 42 & 50. vbi illos qui perſecutiones patiuntur, iubet honore ſublimari, & inter Confeſſores reputari: ſicut & è conuerſò illos, qui in perſecutione defecerint, reprobandos docet. Vide Confeſſor, &c.

Concilium Nicænum 1. Fœlix 1. Concilium Carthaginenſe 4.

Perſecutionis tempore Epiſcopi non relinquant Eccleſias.] Poſui ſuperiùs.

PERSEVERANTIA.

Perſeuerantia ſuadetur.] Ex ſuperiori ſatis etiam diſtinctione & annotatione hoc commendatur, vbi fortiter & viriliter cum perſeuerantia dicebamus eſſe perſecutionibus incumbendum. Verùm etiam vſque in finem perſeuerandū Chriſtus ipſe docuit, quia multos benè cœpiſſe didicimus, & malè in vltimis conuerſatos: & è conuerſo, multos ſcimus in adoleſcentia, & primo vitæ flore peruerſos, qui in fine ſanctiſſimi euaſerunt. Vnde & CLEMENS I. lib. 6. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 31. *Orate (ait) ne dormiatis in mortem. Non enim proderunt vobis priora recte facta, ſi in extremo a vera fide aberraueritis, &c.* Et MARCVS I. epiſtola ad Athanaſium & Epiſcopos Ægypti. *Vnde beata perſeuerantia (ait) niſi de virtute patientiæ? Nam iuxta Apoſtolum, Omnes qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutiones patiantur, quæ non in eo tantum computanda eſt, quòd contra Chriſtianam pietatem aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuſcunque ſupplicijs, cum perſecutionum ſæuitiam ſuppleant, & diſſimilitudines morum, & contumacia inobedientium, & malignarum tela linguarum, quibus conflictationibus communia ſemper membra pulſantur, & nulla piorum portio conflictatione ſit libera, ita vt nec periculis, nec otio careant, nec labore. Nam hæc & omnia incrementa probabilium ſtudiorum, & in eis vſque in finem perſeuerantia, atque bonæ voluntatis incrementa, ad Chriſti gloriam ſemper ſunt referenda, vt in omnibus quæ agimus Deus omni perfecte laudetur tempore, &c.* Eadem LIBERIVS I. epiſtola 2. ad omnes Epiſcopos. Lege ea quæ ſuperiori vocabulo conſcripta ſunt. Hæc autem ſufficiant, reliqua perſtringamus.

Clemens 1. Marcus 1. 2. Timoth. 3. Liberius 1.

PETRVS.

Petrus Romæ Epiſcopatum geſsit, ibiq; paſſus eſt & ſepultus.] Cùm hanc aſſertionem iam pluſquā ducentis teſtimonijs ante à roborauerimus, videlicet in vocabulo Papa, &c. & in vocabulo, Peregrinatio, atq; infrà in vocabulo, Romanæ Eccleſiæ Primatus. Illud iterū ſimus cōfirmaturi, ſuperfluum videbatur rem eandem replicare: niſi commoueret effrenata Caluiniſtarum audacia, & mendacium tam manifeſtum & euidens, quo impiè affirmant Petrum nunquam fuiſſe Romæ, & hoc non poſſe ex Scriptoris demonſtrari. Verùm qua fronte illis fidem non accommodant, qui & Petrum viderunt, & cùm illo conuerſati ſunt, & eum Romæ præfuiſſe, & paſſum eſſe teſtantur? Quòd vt clariſſimè appareat, CLEMENS I. hoc apertè teſtatur epiſtola 1 ad Iacobum fratrem Domini, quæ in ſancta Vaſenſi Synodo ſub Leone I. approbata eſt, & legitima iudicata, & à Pio I. Pontifice, in teſtimoniū allata, atque à multis alijs Patribus, vt in præcedentibus oſtendimus. Porrò eum Romæ paſſum & ſepultū fideliſſimus hiſtoriographus ÆGESIPPVS, qui Apoſtolorum tempore floruit, lib. 3. Excidij Hieroſolymitani, cap. 2. teſtatur, vbi ſic loquitur: *Erat tunc tempore Romæ Petrus & Paulus, doctores Chriſtianorum, ſublimes operibus, clari magiſterio, &c.* Et ad calcem capitis, vbi eorum congreſſionem cum Simone Mago deſcripſit, & quomodo mortem pertimeſcenti Petro & fugiēti Chriſtus apparuit, qui eum confortauit, ait: *Et conuerſus Petrus in vrbem rediit, captuſq; a perſecutoribus cruci adiudicatus. Popoſcit vt inuerſis veſtigijs cruci affigeretur, quod indignus eſſet qui ſimili modo crucifigeretur, vt paſſus eſt Dei Filius. Quo impetrato, vel quia ita debebatur, vt Chriſtus prædixerat, vel quia perſecutor non inuitus indulget pœnarum incrementa, & ipſe Paulus, alter cruce, alter gladio necatus eſt, &c.* Hæc ille. Sic & ANACLETVS I. Romæ Petrum paſſum & ſepultum confirmat, vt ſuperiùs allegauimus cum multis alijs vetuſtiſſimis Patribus. Et ANTERVS I. idem confirmat epiſtola ad Epiſcopos Beticæ prouinciæ, vt inuenies inſertū ſuprà cum alijs multis in vocabulo, Papa. Porrò ſic loquitur, quem promiſimus antè CLEMENS I. epiſtula 1. ad Iacobum fratrem Domini, circa principium. *Simon Petrus (ait) qui verè fidei merito, & integræ prædicationis obtentu, fundamentum eſſe Eccleſiæ definitus eſt, quia de cauſa etiam Domini ore diuino cognominatus eſt Petrus, qui fuit primitiæ electionis Domini Apoſtolorum primus, cui & primo Deus Pater Filium reuelauit, cui & Chriſto competenter beatitudinem contulit, qui & vocatus eſt & electus, & conuiua Domini & comes effectus tanquam bonus & probatiſſimus diſcipulus, qui obſcuriorem mundi plagam occidentis (velut omnium potentior) illuminare præceptus eſt, quique & integre potuit implere præceptum. Hic denique Petrus, qui pro immenſa charitate, quàm erga omnes homines gerebat, palam cum omni fiducia, aduerſante etiam tyranno, totius mundi bonum prædicare*

Clemens 1. Vide inferius allegatum. Aegeſippus Hiſtoriographus. Anacletus 1. Anterus 1. Clemens 1. Obſecro verba hæc ſedulò renolue ac legere, quia viri ſanctiſſimi ore prolatæ, & antiquiſſimi & fideliſſimi. Ioannis. Matth. 16.

A *non deſtitit, & legem omnium ſeculorum per orbem terræ, & vſque ad ipſum Romanæ vrbis huius notitiam, vt etiam ipſa ſalua eius, annexit. Hic itaque, pro pietate pati volens, præſentem vitam finiuit. In ipſis autem diebus, quibus vitæ finem ſibi imminere præſciuit, in conuentu fratrum poſitus apprehenſa manu mea repente conſurgens, in auribus totius Eccleſiæ hæc protulit verba: Audite me fratres & conſerui mei, quoniam vt edoctus ſum ab eo qui miſit me Domino & Magiſtro meo Ieſu Chriſto, dies mortis meæ iuſtat.* * *Clementem hunc Epiſcopum vobis ordino, cui ſoli meæ prædicationis & doctrinæ cathedram trado: Ipſique trado à Domino mihi traditam poteſtatem ligandi & ſoluendi, vt de omnibus quibuſcunque decreuerit in terris, hoc decretum ſit & in cælis, &c.* Porrò idem memorat

* Quomodo hæc accipienda ſint, diximus in vo. abolo. Papatus ab reſign... Et hæc exponit Leo 2. in epiſtola decretali.

Dionyſius Areopagita.

B DIONYSIVS AREOPAGITA libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, cap. 7. parte 3. Hæc quoque ſatis confirmata ſunt in locis iam præfixis pluſquam centū teſtimonijs. Et TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro De præſcriptionibus aduerſus hæreticos, vbi de traditionibus diſſerit, eadem confirmat & addit. *Si Italiæ (ait) adiaces, habes Romanam vnde quoque nobis authoritas præſto eſt. Fælix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſuo ſanguine profuderunt, vbi Petrus paſſioni Dominicæ adæquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur, vbi Apoſtolus Ioannes poſteaquam in oleum igneum demerſus nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur, &c.* Et

Tertullianus Carthaginenſis.

C iterum lib. 4. cōtra Marcionem ait, non longè ab initio. *Romanus Euangelium Petrus & Paulus ſanguine ſuo ſignatum reliquerunt, &c.* Eadem & CYPRIANVS CARTHAGINENSIS in tertio libri De ſimplicitate Prælatorum, vt diximus in vocabulo, Romanæ Eccleſiæ primatus, &c. EVSEBIVS CÆSARIENSIS lib. 2. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 14. poſtquam aduentum Simonis Magi in vrbem Romanam deſcripſit, ſubdit: *Sed non in longum permanet fraude quæſita diuinitas. Continuò namque in ipſis Claudij temporibus, clementia diuina prouidentia probatiſſimum omnium Apoſtolorum, & maximum fidei magnificentia & virtutis merito, primorum Principem Petrum ad vrbem Romam, velut aduerſus humani generis communem perniciem repugnatorem deducit ducem quendam & magiſtrum*

Cyprianus Carthaginenſis.

Euſebius Cæſarienſis.

D *militiæ ſuæ, ſcientem diuina prælia gerere, & virtutum caſtra ductare. Iſte adueniens ex Orientis partibus, vt cæleſtis quidam negociator, mercimonia diuini luminis, ſi quis ſit comparare paratus, aduexit, & ſalutaris prædicationis verbo primus in vrbe Roma Euangelij ſui clauibus, ianuam regni cæleſtis aperuit.* Lege & ſequentia, & cap. 25. eiuſdem libri 2. vbi ſic ſcribit: *Igitur Nero (inquit) vt apertum ſe hoſtem diuinitatis pietatiſque profeſſus eſt, ipſorum primus Apoſtolorum, quippe qui duces & ſigniferi erant in populo Dei, expetit neces: Et Paulum quidem capite in ipſa vrbe Roma, Petrum verò crucis patibulo cōdemnat. Horum*

Quod manifeſtius.

E *(ait) teſtimonium quærere extrinſecus ſuperfluum puto, cùm rem geſtam inſignia vſque in hodiernum, & ſplendidiſſima eorum monumenta teſtentur. Verumtamen ſcribit de his etiam* CAIVS *quidam Scriptor antiquus, qui cum Zephorino Epiſcopo Romano aduerſum Proculum quendam Cataphrygam diſputans, hæc de Apoſtolorum commemorat locis. Ego (inquit) habeo trophæa Apoſtolorum quæ oſtendam. Si enim procedas via regali, quæ ad Vaticanum ducit, aut via Oſtienſi, inuenies trophæa defixa, quibus ex vtraque parte ſtatutis Romana communitur Eccleſia. Quòd autem eodem tempore ambo paſſi ſint,* DIONYSIVS CORINTHIORVM *Epiſcopus, cùm in vrbe poſitus eſſet, & de Scripturis diſputaret, hoc dicit: Sed &*

Heus tu Caluine quid deliras.

Caius ſcriptor.

Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus.

A *vos habentes commonitionem à Petro & Paulo, plantationem Romanæ & Corinthiorum Eccleſiæ coniunxiſtis. Ambo etenim ſimul aduentantes, & in noſtra Corinthiorum Eccleſia docuerunt: & per omnem Italiam, atque in hac vrbe ſimul docentes, etiam martyrio pariter vno eodemque tempore coronati ſunt.* Hæc ex Euſebio Cæſarienſi loco præfixo. Communio autem eadem refert NICEPHORVS CALLISTVS libro 2. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 34. & 35. non autem neceſſe eſt verba recenſere, cum ſui etiotibus omninò cohæreant. Et lib. 3. iterum cap. 2. refert à Petro primo Pontifice Romano omnes, qui ei ſucceſſerunt. Idem lib. 11. cap. 7. refert beatiſſimum Athanaſium Alexandrinum Antiſtitem, vnà cum Ammonio viro ſanctiſſimo Romam ad-

Nicephorus Calliſtus.

B iiſſe: *Et ex præclaris (ait) præcipuiſque vrbis eius rebus, non aliud ſpectandum ſibi cenſuit, quam Petri & Pauli martyrium, & ædem eam in qua illorum corpora veluti theſaurus ſunt condita.* Vide ſuprà multa alia ſimilia de ſepulchro Petri teſtimonia. Denique LACTANTIVS FIRMIANVS li. 4. qui de vera Sapientia inſcribitur, ait: *Ordinatis diſcipulis ſuis, Euangelio Chriſtus, ac nominis ſui prædicatione, circunfudit ſe repente nubes, eumque in cælum ſuſtulit quadrageſimo poſt paſſionem die, ſicut Daniel fore oſtenderat, dicens: Et ecce in nubibus cæli Filius hominis veniens, vſque ad vetuſtum dierum peruenit. Diſcipuli*

Lactantius Firmianus.

C *verò per prouincias diſperſi fundamenta Eccleſiæ vbique poſuerunt, facientes & ipſi in nomine Magiſtri Dei magna & pene incredibilia miracula, quia diſcedens inſtruxerat eos virtute ac poteſtate, qua poſſet noua annunciationis ratio fundari & confirmari. Sed & futura aperuit illis omnia, quæ Petrus & Paulus, qui Romæ prædicauerunt, & ea prædicatio in memoriam ſcripta permanſit, &c.* Hæc Lactantius, &c. Et ARNOBIVS PRESBYTER lib. 2. aduerſus Gentes: *Enumerari poſſunt (ait) atque in vſum computationis venire ea, quæ in India geſta ſunt ab Apoſtolis, apud Seras, Perſas & Medos, in Arabia, Ægypto, in Aſia, Syria, apud Galatas, Parthos, Phrygas, in Achaia, Macedonia, Epiro, in inſulis & prouincijs omnibus, quas Sol Oriens & Occidens luſtrat, ipſam denique apud dominam Romam, in qua cum homines ſint*

Arnobius Presbyter.

D *Numæ regis artibus, atque antiquis ſuperſtitionibus occupati, non diſtulerunt tamen res patrias linquere, & veritati coaleſcere Chriſtianæ. Viderant enim curſum Simonis Magi, & quadrigas igneas Petri ore difflatas, & nominato Chriſto euanuiſſe. Viderant enim, inquam, fidentem dijs falſis, & ab iiſdem metuentibus proditum pondere præcipitatum ſuo cruribus iacuiſſe præfractis, poſt deinde perlatum Brundam cruciatibus & pudore defeſſum, ex altiſſimi culminis ſe rurſum præcipitaſſe faſtigio, &c.* Hinc & GAVDENTIVS BRIXIENSIS Epiſcopus ſermone in S. Apoſtolos Petrum & Paulum, ait: *Per huius magiſtri veſtigia gradiuntur fideles diſcipuli, Petrus & Paulus, quorum paſſionis natalem hodie per vniuerſum mundum omnes Eccleſiæ*

Vide Simonis Magi præcipitium Romæ intercuētione Petri procuratū. Gaudentius Brixienſis.

E *debito honore celebrant. In hoc enim apud vrbem Romam ambos pro Chriſti nomine Neronis crudelitas interfecit, Domini iuſtitia coronauit. Petrus crucifigitur verſo ad terram capite, & in ſublime pedibus eleuatis, aſſerens indignum ſe qui ita crucifigeretur, vt Dominus ſuus. Paulus gladio capite truncatur. Ambo nobiles, ambo inſignes, duo verò mundi lumina, columnæ fidei, Eccleſiæ fundatores, innocentiæ magiſtri. Super vnum fundatur Eccleſia, alter pretioſum fidei murum doctrina ſua portat in populo, ipſe vas electionis effectus, &c.* Hæc confirmat AMBROSIVS MEDIOLANENSIS oratione de Baſilicis non tradēdis, quæ eſt lib. 5. Epiſtolarū, poſt epiſtolam 32.

Ambroſius Mediolanenſis.

vbi

A vbi deſcribit, quomodo Petrus populi precantis contemplatione inflexus, portam exiſſet vt Romam fugeret perſequentem, ſed apparente ſibi Chriſto confortatus iterum vrbem repetijt, *Ibiq; a Nerone per crucem* (inquit) *honorauit Dominum,* &c. Eadem memorat ſermone 6 in ſanctos Petrum & Paulum: *Non enim* (inquit) *ſine cauſa factum putamus, quod vno die, vno in loco, vnius tyranni tolerauêre ſententiam, vna die paſſi ſunt, vt ad Chriſtum pariter peruenirent, vno in loco, ne alteri Roma deeſſet, ſub vno perſecutore, vt æqualis crudelitas virumq; conſtringeret. Dies ergò pro merito, locus pro gloria, perſecutor decretus eſt pro virtute. Et in quo tandem loco martyrium pertulerunt? in vrbe Roma, quæ Principatum & caput obtinet nationum, ſcilicet, vt* B *vbi caput ſuperſtitionis erat, illic caput quieſceret ſanctitatis.* Iterum idem in Pſalmum 4. *Ipſe eſt* (ait) *Petrus, cui dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Vbi Petrus, ibi Eccleſia, ibi nulla mors, ſed vita æterna,* &c. Idem lib 3. de ſacramentis, cap. 1. *In omnibus* (inquit) *cupio ſequi Eccleſiam Romanam, ſed tamen & nos homines ſenſum habemus, & ideo quod alibi rectius ſeruatur, & nos rectè cuſtodimus. Ipſum ſequimur Apoſtolum Petrum, ipſius inhæremus deuotioni. Ad hoc Eccleſia Romana quid reſpondet? vtique ipſe author eſt nobis huius aſſertionis Petrus Apoſtolus, qui Sacerdos fuit Eccleſiæ Romanæ. Ipſe Petrus ait: Domine non ſolum pedes, ſed & manus & caput.* Vide ſidem, &c. Vt verò ad C alios authores adhuc properemus, clariſſima Elpis coniux Seuerini Boetij, in eo Hymno quem edidit in honorem Apoſtolorum, ſic loquitur:

Fælix per omnes feſtum mundi cardines,
Apoſtolorum præpollet alacriter,
Petri beati Pauli ſacratiſſimi,
Quos Chriſtus almo conſecrauit ſanguine,
Eccleſiarum deputauit Principes.

Et infrà:

O Roma fælix, quæ tantorum principum
Es purpurata precioſo ſanguine,
Excellis omnem mundi pulchritudinem,
Non laude tua, ſed ſanctorum meritis,
Quos cruentatis iugulaſti gladijs, &c.

D Et AVRELIVS PRVDENTIVS in Hymno de eorundem Paſſione, ſic incipit:

Plus ſolito coeunt ad gaudia, dic amice, quid ſit,
Romam per omnem curſitant ouantque:
Feſtus Apoſtolici nobis redit hic dies triumphi,
Pauli atque Petri nobilis cruore,
Vnus vtrumque dies, pleno tamen innouatus anno,
Vidit ſuperba morte laureatum.
Scit Tyberina palus, quæ flumine labitur propinquo,
Binis dicatum ceſpitem trophæis,
Et crucis & gladij teſtis, quibus irrigans eaſdem.
Bis fluxit imber ſanguinis per herbas, &c.

E Denique MAXIMVS TAVRINENSIS homilia 1. de feſto eorundê Apoſtolorum ad calcem, vbi Egeſippi prædicti allegauit hiſtoriam, ait: *Hi ergo ſunt beatiſſimi Petrus & Paulus, qui ſacramentum cœleſtis regni vno ſpiritu prædicantes, ſub vnius paſſione diei doctrinam ſuam pro ſanguine & morte ſignatiſſima conſecrarunt. Qui etiam, tanquam Eccleſiarum omniũ principes facti, diſpenſatione cœleſti Romam petentes ſacratiſſima ſua corpora in illa vrbe arce condiderũt, quæ totius orbis obtinuerat principatum, vt ea ciuitas potentiam totius ſua Chriſtus oſtenderet, vbi monarchia caput habebat imperij, ibi regni ſui Dominus ſpem collocaret,* &c. Eadem repetit ad calcem homiliæ 4. Et EPIPHANIVS CYPRI lib 1. contra hæreſes, hæreſi ſeu ſecta 27. contra Carpocratitas, Romanorum

A Pontificum ſeriem deſcribens, ait: *Etenim in Roma fuerunt primi Petrus & Paulus Apoſtoli, idem ac Epiſcopi, deinde Linus, deinde Cletus, deinde Clemens, qui contemporaneus fuit Petri & Pauli, cuius meminit ne ſuæ Paulus in epiſtola ad Romanos. Et nemo miretur, quòd ante ipſum alij Epiſcopatum acceperunt, cùm ſub Apoſtolis hic fuerit contemporaneus Petri & Pauli, nam & illi contemporanei Apoſtolorum fuerunt.* Et paucis interpoſitis, vbi tractat de electione in ſummũ Pontificem, quæ Clementi contigit, ait: *Clemens coactus eſt ad Epiſcopatum ſuſcipiendum poſt obitum Lini & Cleti, qui ſuorum vterq; ad duodecim annos Epiſcopatum tenuit, poſt beati Petri ac Pauli obitum, qui contigit 12 anno Neronis. Non enim potuit vrbs* B *Roma ſine Epiſcopo eſſe. Attamen Epiſcoporũ in Roma ſucceſſio hanc conſequentiam habuit: Petrus & Paulus, Linus, Cletus, Clemens, Euariſtus, Alexander, Xiſtus, Theleſphorus,* &c. Lege reliquum. Porrò HIERONYMVS STRIDONENSIS libro De ſcriptoribus Eccleſiaſticis: *Simon Petrus filius Ioãnis, prouinciæ Galilææ, vico Bethzaida, frater Andreæ Apoſtoli, & Princeps Apoſtolorum, poſt Epiſcopatũ Antiochenſis Eccleſiæ, & prædicationem diſperſionis eorum, qui de circunciſione crediderunt, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia & Bithynia, ſecundo Claudij anno ad expugnandũ Simonem Magum Romam pergit, ibiq; viginti quinq; annis* * *cathedram Sacerdotalem tenuit, vſq; ad vltimum annum Neronis, id eſt decimum quartum, à quo & affixus cruci Martyrio coro-* C *natus eſt, capite ad terram verſo, & in ſublime pedibus eleuatis, aſſerens ſe indignum vt ſic crucifigeretur, vt Dominus ſuus. Sepultus Romæ in Vaticano iuxta viam triumphalem, totius orbis veneratione celebratur.* Eadem poſteà de Paulo recenſet, hinc IOAN. CHRYSOSTOMVS homil. 87 in Ioan exponens illud: *Simon Ioannis diligis me plus his,* &c. *Qui tandem* ait *alijs omiſſis, duntaxat Petrum affatur? Os erat Apoſtolorum & Princeps, & Paulus cum præter alios ciſuris aſcendit.* Et infra: *Quod ſi quis percontaretur quomodo Iacobus ſedem Hieroſolymis acceperit, reſponderem hunc Petrum magiſtrũ totius orbis propoſuiſſe.* De eius verò morte, ſic homilia 66. in Geneſ. exponens il-D lud: *Appropinquauerũt dies Iacob vt moreretur, & Dic enim obſecro Zacharias filius nonne decollatus eſt? Stephanus autem primus martyrij corona redimitus, nonne lapidatus vitam finiuit? Petrus autem & Paulus, nonne hic quidem capite truncatus, ille autem modo cõtrario quam Dominus crucifixus, ita hac vita exceſſit,* &c. Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS ſermones elegantiſſimos cõpoſuit in feſto cathedræ S. Petri, cuius hodie dies etiã feſtus & annuus voluitur anno hoc 1571. vbi expreſsè eius in Romana ſede thronum deſcribit. Idem lib. 1. de cõſenſu Euangeliſtarum, tom. 4. *Meritis Apoſtolorum Petri & Pauli* ait *nunc propter eundem paſſionis diem* E *celebremus ſolenniter Roma commendat,* &c. Et ſermone 7. in die feſto eorundem, ait: *Elegerũt ambo Romam principem Romani nominis ciuitatem. Petrus propter primatum Apoſtolorum, Paulus propter magiſterium gentium ſed illic tantũ corpora poſuerunt, vbique autem merita ſua diſperſerunt. Quia ergo non poſſumus vbiq; corpora eorum habere, eloquia eorum poſſimus tenere. Corpora eorum neceſſe fuerat, vt in vno loco ponerentur, ſed virtutes eorum vbiq; exercerentur,* &c. Et PAVLVS OROSIVS lib. 7. Hiſtoriæ aduerſus Paganos, cap. 39 quantam Alaricus reuerentiam exhibuerit ſacris Apoſtolorum reliquijs & templo deſcribit apertius, ita vt etiam vaſa in miniſterium Apoſtolorum conſecrata illæſa & inuiolata ſeruari mandauerit. Et LEO I. ſermone

Vbi Petrus ibi Eccleſia. Vide ſi Petrus ſit in vrbe Græca.

Petrus ſacerdos fuit Eccleſiæ Romanæ ait Ambroſius

Elpis vxor Seuerini Boetij.

Aurelius Prudentius.

Maximus Taurinenſis.

Epiphanius Cypri.

Quid lucidius

Vide hunc catalogum ex Auguſtino & alijs prolatu.

Hieronymus Stridonenſis.

* Cathedra [illegible]

Ioannes Chryſoſtomus, vide etiam ex eodẽ infra.

Geneſis 47.

Auguſtinus Hipponenſis.

Vide ex eodẽ vocabulo Roma

Leo I

in feſto eorundem, ait: *Hodierna feſtiuitas præter illam reuerentiam, quam toto terrarum orbe promeruit ſpecialis & propria noſtra vrbis exultatione veneranda eſt: vt vbi præcipuorum Apoſtolorum glorificatus eſt exitus, ibi in die martyrij eorum ſit lætitiæ principatus. Iſti enim ſunt viri, per quos tibi Euangelium Chriſti, Roma, reſplenduit, & quæ eras magiſtra erroris, facta es diſciplina veritatis. Iſti ſunt qui te ad hanc gloriam prouexerunt, vt ſis gens ſancta, populus electus, ciuitas Sacerdotalis & regia, per ſacram B. Petri ſedem caput orbis effecta latius præſidens religione diuina, quàm dominatione terrena.* Et infrà: *Ad hanc ergo vrbem tu beatiſſime Petre Apoſtole venire non metuis, & conſorte gloriæ tuæ Paulo Apoſtolo aliarum adhuc Eccleſiarum ordinationibus occupato, ſyluam iſtam frementium beſtiarum, & turbulentiſſimæ profunditatis oceanum, conſtantior quàm cùm ſuper mare graderetis, ingrederis. Nec mundi dominam times Romam, qui in Cayphæ domo expaueras Sacerdotis ancillam. Nunquid aut iudicio Pilati, aut ſæuitia Iudæorum minor eſt, aut in Claudio poteſtas, aut in Nerone crudelitas? vincebat ergo materiam formidinis vis amoris, &c.* Lege reſiduum. Hinc etiam ISIDORVS HISPALENSIS libro de Patribus noui teſtamenti, vbi de Petro loquitur, ait: *Hic poſtquam Antiochenam fundauit Eccleſiam, ſub Claudio Cæſare contra eundem Simonem Magum Romam pergit, ibique prædicans Euangelium, viginti & quinque annis eiuſdem vrbis tenuit Pontificatum. Sexto autē & triceſimo anno poſt paſſionē Domini, à Nerone Cæſare in vrbe Roma deorſum, vt ipſe voluit, verſo capite Crucifixus eſt. Sic poſt Apoſtolicum meritum etiam martyrio coronatur, ſepultus Romæ in Vaticano ſecus viam triumphalem, tertio lapide ab vrbe, ad Orientalem plagam, &c.* Eadem poſteà de Paulo refert. Et GELASIVS I in Concilio Romano exiſtens, vt de libris Apocryphis tractaretur & autenticis, & allegatur à Gratiano diſtinct. 15. c. Sancta Romana, &c. *Sancta* (inquit) *Romana Eccleſia nullis ſynodicis conſtitutis cæteris Eccleſijs prælata eſt, ſed Euangelica voce Domini & Saluatoris noſtri primatum obtinuit. Tu es Petrus inquiens & ſuper hāc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi, &c. Cui Petro data eſt etiam ſocietas beatiſſimi Pauli Apoſtoli vaſis electionis, qui non diuerſo ſicut hæretici garriunt, ſed vno tempore vno eodemque die glorioſa morte cum Petro in vrbe Roma, ſub Cæſare Nerone, agonizans coronatus eſt, & pariter ſupradictam ſanctam Romanam Eccleſiam Chriſto Domino conſecrarunt, &c.* Vide infrà, Romanæ Eccleſiæ primatus, &c. Eadē verò quæ ſuperiùs protulimus, ABDIAS BABYLONIVS lib. 1. certaminis Apoſtolici de Petro, & lib. 2. de Paulo copioſiſſimè & manifeſtiſſimè deſcribit, ſed ea ſufficiunt quæ iam protulimus, quoniam teſtimonia ſunt irrefragabilia. Reliqua autem collige ex præcedentibus vocabulis, ſcilicet Papa, Peregrinatio, & infrà, Reliquiæ, & Romanæ Eccleſiæ primatus, &c. & Roma.

Margin: Mira quod tot patrum hic prolatis teſtimoniis ... fontes ... imprudens hæretici blaterent. — Iſydorus Hiſ. — Gelaſius 1. Concilium Romanum ſub Gelaſio 1. 70. Epiſcoporum. — Vide quomodo reſpondeat Centuriatorum impoſturis. — Abdias Babylonius.

P H I L O S O P H I A.

Philoſophiæ ſtudium interdicitur Clericis, &c.] De illa loquimur Philoſophia ſeculari, quæ nihil diuinum, ſed prophanum docet. Huius Philoſophiæ ſectatores IVSTINVS lib. exhortatorio aduerſus gentes. Et TERTVLLIANVS libro contra Hermogenem, Patriarchas hæreticorum vocant, & huius ſtudium interdicitur Clericis, vt dicemus infrà in vocabulo, Scholæ philoſophiæ profeſſio, &c. Illa verò philoſophia vera non interdicitur, de qua IVSTINVS memoratus in Dialogo cum Triphone, ſic loquitur: *Philoſophia* (ait) *eſt enim ſcientia & veritatis notitia, cuius ſapientiæ præmium eſt fœlicitas, &c.* Et iterum: *Reuera Philoſophia eſt poſſeſſio præcipua & Deo chariſſima, cui nos adductos ſola commendat, ſuntque hi vere ſancti, qui ad eam applicant animum. Quid autem ea ſit, & cur dimiſſa ad homines vulgus ignorat, &c.* Vide loco præfixo.

Margin: Iuſtinus Martyr. — Tertullianus Carthaginenſis. — Iuſtinus.

P H OE N I X.

Phœnix auis reſurrectionis typus aſſeritur.] PLINIVS II lib. 10. Naturalis hiſtoriæ, cap. 2. Et AMBROSIVS MEDIOLANENSIS lib. 5. Hexameron, cap. 23. dicunt, quòd Phœnix auis in locis Arabiæ degit, quæ vſque ad annos quingentos longæua ætate procedit, & cùm ſibi finem vitæ adeſſe aduerterit, facit ſibi thecam de thure & myrrha & cæteris odoribus, in quam impleto vitæ ſuæ tempore intrat & moritur, & de humore carnis vermes exurgit, paulatimq; adoleſcit, ac proceſſu ſtatuti temporis induit alarum remigia, atq; in ſuperioris auis ſpeciem formamque reparatur. *Doceat ergò nos hæc auis* (ait Ambroſius) *vel exemplo ſui reſurrectionem credere, quæ & ſine exemplo, & ſine rationis perceptione ipſa ſibi inſignia reſurrectionis inſtaurat.* Et CLEMENS I. libro quinto, Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite octauo, vbi de reſurrectione mortuorum diſſerit, ait: *Aiunt autem quandam eſſe ſoligenem, vberem præbentem reſurrectionis demonſtrationem, quam dicunt comparem non habere, ſolámque in mundo reperiri. Phœnicem appellant, narrantq; eā poſt quingenteſimū annum in Ægyptum aduolantem, ſecumq; copiam Cinamomi, Caſiæ, Xilobalſami, adducētemq; in loco qui dicitur, Solis ara, conſiſtere, ibiq; conuerſam ad aſpectum Solis ei, vt aiunt, ſupplicem ſponte conflagrare, redigiq; in puluerem, ex cineribus autem vermem exiſtere, eumq; concalefactum in nouam Phœnicem formari, alterq; factum in Arabiā, quæ eſt extra Ægyptiacum, ſolum aduolare.* Hæc eadem repetit CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Catechesi 18. illuminatorum Hieroſolymis, & hunc citat Clementem, dum contra gētes diſputat qui reſurrectionem negant. *Vidit* (inquit) *Deus hanc hominum incredulitatem, & auem quandam in hoc fabricatus eſt, quæ Phœnix appellatur. Hæc, vt ſcribit Clemens, & alij cōplures idem referūt, cùm ſit vna tantum auis & ſola in terram Ægypti, in ſpatio quingentorum annorum venire ſolet, atque demonſtrare reſurrectionem, non in locis deſertis, ne myſterium id ignoraretur, ſed in aperta ciuitate conſiſtit, vt contrectetur quod non creditur. Septum enim ſibi facit è thure & mirrha cæteriſq; aromatibus, & completis annis eo decumit, moritur aperte & putreſcit, deinde ex putrefacta carne mortua vermis quidam generatur, & hic deinceps in auem efformatur, &c.* Scripſit & LACTANTIVS FIRMIANVS Opuſculum elegiacis verſibus de Phœnice, vbi ſic orditur:

Eſt locus in primo fœlix Oriente remotus,
Qua patet æterni maxima porta Poli.
Nec tamen æſtiuo hyemiſq; propinquus ad ortus,
In quo Sol verno fundit ab axe diem, &c.

Et OVIDIVS NASO lib. 15. Metamorpho. non longè à fine:

Hæc tamen ex alijs generis primordia ducunt.
Vna eſt quæ reparet ſeq; ipſa reſeminet ales,
Aſſyrij Phœnica vocant, nec fruge, nec herbis,
Sed thuris lachrymis & ſucco viuit amomi.

Margin: Plinius ſecundus. — Ambroſius Mediolanenſ. — Phœnix quot annis viuat & quomodo moritur. — Clemens 1. — Cyrillus Hieroſolymitanus approbat libros Clementis de conſtitutionibus Apoſtolicis. — Lactantius Fir. — Ouidius Naſo.

Hæc vbi quinque ſuæ compleuit ſecula vitæ,
Ilicis in ramis,tremulæq; cacumine palmæ
Vnguibus & duro nidum ſibi conſtruit ore,
Quo ſimul ac caſias,& nardi lenis ariſtas,
Quaſſaq; cum fulua ſubſtrauit cinnama myrrha,
Se ſuper imponit,finitque in odoribus æuum,
Inde ferunt totidem qui viuere debeat annos,
Corpore de patrio paruum Phœnica renaſci.
Cum dedit huic ætas vires,onerique ferendo eſt,
Ponderibus nidi ramos leuat arboris altæ,
Fertq; pius cunasq; ſuas,patriumq; ſepulchrum,
Perq; leues auras Hyperionis vrbe potitus
Ante fores ſacras Hyperionis æde reponit.

Hæc Naſo.

A

B

Pictvra.

Picturæ impudicæ & turpes prohibentur. De Pictoribus quidem Ioan. Chrysostomvs ſermone in Cœna Domini, & in Pſalmum 50. Et Asterivs Amaseæ Epiſcopus oratione in S.Euphemiam,& multi alij Patres loquuntur,eorumq; artem laudat atq; ingenium in depingendis imaginibus deuotis:eorũ tamen non approbant factum in his depingendis turpibus & obſcœnis ſpectaculis, quæ animos mẽtémq; ſauciant, vt iam diximus in vocabulo,Imago,&c.& in vocabulo,Agnus Dei,&c.Porrò de talibus deformibus,& impijs pictoris ſtatuit magnũ Concilivm Generale VI.can.97.*Picturas(ait) quæ oculos perſtringunt,& mentem corrumpunt,& ad turpiũ voluptatum mouent incendia,nullo modo deinceps imprimi iubemus.Si quis autem hoc facere aggreſſus fuerit deponatur.*Hinc eſt quod recitatur in Cõcilio generali VII.actio.4.Epiſtola Nili Constantinopolitani Epiſcopi ad Olympiorum Proconſulem,vbi cõqueritor,quòd loco ſanctatũ Imaginum, fiebant omnigenarum animantium imagines,lepores,& capreæ circuncorſantes,venetaturéſq; fugientia animalia velociter cum canibus inſequẽtes,in mari emiſſa retia,omnéque genus piſcium captum, in terramq; piſcatorum manibus eductũ, & cæteratalia. *Quæ* (ait Nilus) *ſine puerile eſt,& ſtultum id-liam oculis faſcinandis ingerere. Nam mille (ait)cruces figi malim, quam hiſtorias auium,inuentorũ & ſerpentium germinumq;,&c.* Vide imago,&c. Porrò Patres præfati II.Nicæni generalis VII.Concilij,tom.2.confutationis falſo dictæ Conſtantinopolitanæ generalis VII.Synodi cõtra S.Imagines,ſic loquuntur:*Omnes artes illiberales,quæ a ſcopo mandatorũ Dei declinant,interdicta ſunt.Quæ verò ſecus agũt,ſed in vſum aliquem vitæ proficiunt, & non ſunt indecora, ita a S. Patribus noſtris non ſunt damnata,nec excluſa. Pictura autem arte ſi in aſpectu turpitudinis qui [illegible] ia vſus fuerit,execrabilis eſt & damnoſa,veluti ſi quis effigies meretricias & ſpectacula, item molles ſaltandi flexus,& equeſtrium certaminum formas aut ſi quid is ſimiles pingat: ſane opus illud turpe & noxium cenſebitur autem honeſtorum virorum vitas,& hiſtorias certaminum martyrum,eorundémq; paſſiones.Item magni Dei & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti diſpenſationis myſterium, pictura repreſentare voluerimus, tunc quidem pictorum arte vietet,valde rectè feciſſe dicemur. Nam & pictor crucem depingit,neq; tamen aliquis,cui ſanũ cerebrum eſt,ob eam cauſam picturam auerſatur, neq; a diuina gratia illum excludit quod coloribus eam ornauerit. Rurſus & de libris ſimiliter iudicandum eſt, nam ſi quis turpes hiſtorias aut geſta referat, turpis quoque & abiiciendus: ſi verò narrationes piæ ſcri*-

Ioannes Chryſoſtomus. Aſterius Amaſeæ Epiſcopus.

Concilium Conſtantinopolitanũ 3. generale 6.

Nilus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, vt docet Nicephorus lib. 14. cap 54. vbi & eius ſcripta recenſet.

Concilium Nicenũ 2. generale 7.

C

D

E

bat,commendandus eſt. Huic Cõcilium Mogvntinvm IV.cap 41. & 42.tales deformes picturis prohibet templis inferri *Procaces* (inquit) *imagines,& nimio artis lenocinio,ad mundana potius vanitatis ſpeciem,quam ad pietatis cõmonitionem effigiatas, in templis proponi omninò vetamus,tam laſciuam artis oſtentationem frugi & ſeuero patrifamilias intra priuatas ædes, grauem templis prorſus intolerabilem cenſentes.* Idem omninò Concilium Tridentinvm generale nouiſſimum ſtatuit ſeſſione 25. quæ eſt 9.ſub Pio IV.vt allegauimus in vocabulo, Imago,ad calcem,&c. vide ergò.

Concilium Moguntinum 4.

Poenitentia.

Pœnitentiæ ſacramenti laus,vſus,& forma,&c. Iam in multis locis de Pœnitentiæ ſacramento egimus,videlicet,in vocabulo Abſolutio,Confeſſio,Contritio, & Satisfactio, & huiuſmodi,& Lapſus,&c. Inde pauca hic reſtant inferenda,quamuis ſi omnes ſanctorum Patrum proferre vellemus ſententias,modum excederẽt voluimus Hoc præſtiterunt multi viri præclari noſtri temporis eruditiſſimi Scriptores, inter quos Ioannes Roffensis glorioſus martyr, in confeſſione aſſertionis Lutheranæ,artic 5 quo impié Lutherus proponebat non eſſe tres pœnitentiæ partes. Hoc ſimiliter præſtitit & quidem maxima cum laude, dum adhuc à parte Eccleſiæ ſtaret, illuſtriſſimus Rex Angliæ Henricvs VIII.in aſſertione 7.Sacramentorum, vbi ſigillatim tractat de Pœnitentiæ partibus, & quidem doctiſſimè ex ſanctorum Patrum ſcriptis veritatem Catholicæ fidei defendens. Inde autem cognominari meruit à ſummo Pontifice, fidei defenſor: ſed, heu,tantus vir in fine dierum à recta via auerſus, illaqueatus vt Salomon mulierum amoribus, in barathrum & foueam perditionis decidit. Hoc etiam doctiſſimè quoque præſtitit Stanislavs Hosivs, cuius laus & doctrina nunquam deficiet Eccleſiam multiplici irrigans fonte pietatis cap.44.45. & reliquis confeſſionis ſuæ Catholicæ fidei, in Concilio Petricouienſi. Pręſtitit & hoc vnus noſtræ religionis alumnus, Symon ov Corroy, tribus tractatibus æditis de ſacramento pœnitentiæ & eius partibus,vbi omnium præcedentium velut apis melliflua colligens flores, ſedulò repoſuit & contexuit ſalubre doctrinæ pharmacum. Scripſerunt & plures alij, quorum recenſere ſcripta nec poſſumus nec egemus. Quæ autem adhuc reſtant ex Patrum & decretorum Codicibus proferamus. Itaque de Pœnitentiæ ſacramento Ivstinvs Martyr in Dialogo cum Triphone loquitur, dum Pœnitentiam ſalutare eſſe omnibus remedium ſalutis proponit. *Si verbum Dei* (inquit) *prædicit omnino quoſdam Angelos & homines damnandos, idèo prædicit, quia præſciuit incorrigibiles, non quia tales a Deo facti ſunt. Itaque ſi omnes reſipuerint, poſſunt conſequi Dei miſericordiam mactè diuino teſtimonio: Beatus (inquit) cui non imputauit Dominus peccatum: Hoc eſt,cui pœnitenti Deus peccata remittet. Non ſicut prædicatis voſmetipſos fallentes, & alij quidam veſtri ſimiles aſſeuerãt,etiam ſi qui peccatores fuerint, modo Deum norint, non imputabit eis peccata Dominus. Teſtis eſt vna culpa Dauidis, quando per faſtum lapſus,non prius impetrauit remiſſionem,quàm lamentis fletúque peccatum diluit,ita vt ſcriptũ legimus. Quòd ſi tali viro nõ eſt remiſſum citra pœnitentiam,ſed poſt tantos demum fletus & correctas*

Ioannes Roffenſis Epiſcopus.

Henricus 8 Angliæ rex.

Stanislaus Hoſius.

Symõ du Corroy [illegible] mihi [illegible] & ſpiritualis pater & amicus.

Iuſtinus Martyr.

Pſal. 31.

Vide contritionem.

Vide ſi non conueniat ſingulas.

actiones magni R[illegible] caùſque de libris diuinitus: quomodo in pu[illegible] plenè ſine lamentis planctuque ac pœnitentia ſ[illegible] curare peccata ipſis remiſſurum Dominum. Denique plura de Pœnitentiæ ſacramento diſſerit TERTVLLIANVS [C]ARTAGINENSIS libro quẽ ſcripſit de pœnitentia, vbi ſic exorditur: *Pœnitentiam (ait) hoc genus hominum (quod & ipſi retrò fuimus) cæci ſine Domini lumine, natura tenus norunt paſſionem animi quandam eſſe, quæ veniat de offenſa [illegible] prioris.* &c. Tum Pœnitentiam eſſe diuini præcepti confirmans, trium etiam partium meminit, Contritionis, ſcilicet Confeſſionis & Satisfactionis, vt iam ſuis locis inſeruimus in vocabulo. Confeſſio ſacramẽtalis, &c. Idem libro De pudicitia, meminit ſacramenti Pœnitentiæ, & & in medium adducit exemplum filij prodigi, cui venia tam facilè donata eſt, quam humiliter pœnituit. Ibidem & Niniuitarum exẽplo probat neceſſariam pœnitentiam, ſicut & libro de ieiunio contra Pſychicos multa de pœnitentia diſſerit authoritatibus & exemplis.

Tertullianus Carth[illegible] ſis tres agnoſcit partes pœnitentiæ.

Denique CLEMENS ALEXANDRINVS lib. 1. Stromatum. primam pœnitentiam ante Baptiſmum, ſecundam poſt baptiſmum deſcribens, ait: *Tam ii qui vocati ſunt proponitur pœnitentia, quæ purgant locum animæ à peccatis, vt [illegible] fundetur. Dedit autem Deus [illegible] cùm futura præſciret, [illegible] facilem hominis mutationem, his qui in fide in aliquod peccatum inciderint, ſecundam pœnitentiam quam ſi [illegible] tamen [illegible] poſt [illegible] cationem coactus & [illegible] adhuc impœnitendam [illegible] pœnitentiam. Voluntariè enim peccantibus nobis, poſtquam accepimus agnitionem veritatis, non amplius relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem expectatio iudicij, & zelus ignis, qui eſt deuoraturus aduerſarios. Continua autem & ſe viciſſim excipientes propter peccata pœnitentiæ nihil differunt ab illis, qui omnino non crediderunt, præterquam in eo ſolo, quòd ſe peccare ſ[illegible] nſerunt. Neque ſcio vtrum ſit deterius peccantem ne a[illegible] tentem peccare, an cùm pro his quæ peccauit pœnitentia doctus fuerit, rurſum peccare,* &c. Idem lib. 6. Stromatum, *Duplex eſt pœnitentia, vna quidem eſt communis propterea quod peccauerit: altera verò cùm peccati naturam didicerit, perſuadet ab ipſo deſiſtere peccato per [illegible] alem rationem, cuius eſt con[illegible] non pecc.*

Clemens Alexandrinus.

Hebr. 10.

Duplex pœnitentia.

Hunc Clementem allegat NICEPHORVS CALLISTVS lib 2. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. [c.] 42. vbi de pœnitẽtia tractat eius iuuenis, quem Ioannes Apoſtolus à perditione & latrocinijs reuocauit, peracta in fletu, ieiunio & oratione, & magnum hoc pœnitẽtiæ ſpecimen eſſe in Eccleſijs d[e]ſcribit.

Nicephorus Calliſtus.

Porrò multa de pœnitẽtia tractat & diſſerit CYPRIANVS CARTHAGINENSIS lib 4. Epiſtolarum, epiſt. 2 ad Antonium, &c. quæ prolixiſſima eſt & pulcherrima, & cõtra Nouatum agens potiſſimũ, qui ſpem omnem auferebat lapſis recõciliationis & veniæ, vt diximus in dictione, Lapſus, &c. vbi namque multorum criminum nexibus irretitos propoſuit, nulli deſperandum eſſe dixit, ſed firmam habere ſpem iubet, vt pœnitentiæ & ſatisfactionis remedio aliquãdo valeãt ſanari. *Quod legentes* inquit *[illegible] licet & tenentes neminem putamus à fructu ſatisfactionis & ſpe pacis arcendum, cùm ſciamus iuxta Scripturarum fide, authore & hortatore ipſo Deo, & ad agendam pœnitentiam peccatores redigi, & veniam atque indulgentiam pœnitentibus non denegari. At [illegible] niſtrandæ fraternitatis [illegible] miſerorum lamentantium caduca deceptio [illegible] inſtitutionis ineſſicax & vana traditio [illegible] ad [illegible] ſatisfactionis pœnitentiam, & ſub[tr]ahere [illegible] ſatisfactione medicinam. Dicere fra[tribus noſtris plangentibus] & lachrymas fundentibus, & diebus ac noctibus ingemiſ[centibus] pro abluendo [illegible] largitiono delicto ſuo largiter [illegible] operare. Eccleſiam poſt omnia [illegible]. Quicunque ad pacem pertinent [illegible] pacem [illegible]. Quis non ſtatim [illegible]. Quis [illegible] deficiat?* Lege reliquũ.

Cyprianus Carthaginenſis.

Satisfactio pars pœnitentiæ.

Idẽ ſermone de lapſis ſub finẽ cõtra eoſdem hæreticos diſputat, quos vitandos iubet. *Huiuſmodi [illegible] fugite [illegible] peſtis effugite. pernicie[illegible] cautione vitate. Sermo eorum ſicut cancer ſerpit, colloquium velut contagium [illegible], noxia & venenata perſuaſio perſecutione [illegible] peius interficit. Hic ſupereſt pœnitentia quæ ſatisfaciat. Qui autem pœnitentiam criminis tollunt, ſatisfactionis viam claudunt. Ita [illegible] vt [illegible] temeritate quorundam [illegible] promittitur [illegible] creditur, ſpes vera ſalutis adimitur,* &c. lege reliquũ.

Sic etiam ORIGENES ADAMANTIVS homilia 15. in Leuiticum cap. 25. De venditionibus domorum & redemptionibus. *Domum* (inquit) *habemus non manufactam in cœlis. Hæc eſt domus, quam extruere vel habitare nemo poteſt, niſi in ſimplicitate mentis & puritate cordis. Sed quoniam accidere ſolet, vt etiam quis [illegible] ædificauerit, & domum ſibi cœleſtem bene [illegible], & bene viuendo, ac rectè credendo conſtruxerit, incurrat alicuius peccati debitum, & hanc crudeliſſimo fœneratori tradere cogatur, ac labores ſuos transfundere in alium, pietas & clementia legiſlatoris occurrit, vt intra certum tempus redimi poſſit. Si tamen inuenerit* inquit *manus tua pretium quod reſtituas. Quale pretium? Pœnitentia ſine dubio lachrymis congregatum, & manibus, id eſt, labore bonis petitis innẽtum,* &c. Idem homilia 9. in Numeros ad calcem Pœnitẽtiæ & Satisfactionis meminit. *[S]ed hæc* (loquitur) *proficere poſſunt, vbi pœnitentiæ tempus & ſatisfactionis conceditur locus.*

Origenes Adamantius.

Quo hæc attende.

Textus.

Denique de Pœnitentiæ ſacramento multa & præclara CYRILVS HIEROSOLYMITANVS ſcripſit Catecheſi 2. illuminatorum Hieroſolymis, quem inſcribitur De pœnitentia & remiſſione peccatorũ. vbi proponit Salomonis, Dauid, & aliorum exemplum. De Dauid ita etiam loquitur: *Beatus autem Dauid quamuis audiuerit Dominum tranſtuliſſe peccatum ipſius, non abſtinuit tamen a * Pœnitentia: verùm loco purpura, ſacco vtebatur, & loco aurei throni, in terra cinereq; Rex ſedebat. Neque tantùm in cinere ſedebat, verùm etiam cinere veſcebatur, quemadmodum ipſe dicit: Et cinerem tanquam panem manducabam,* &c. Et infrà: *Vis cognoſcere quantam vim habeat pœnitentia? vis noſſe hæc fortia ſalutis arma, & di[ſc]ere quam multis præualeat confeſſio? Centum [oct]oginta milia hoſtium Ezechias per confeſſionem in in[fug]am [conu]erterat. Magnum quidem id reuera, [ex]iguum tamen reſpectu eorum quæ dicenda ſunt [illegible] latam ſententiam promulgatam, hic idem per pœnitentiam reuocauit,* &c. Vide ſuprà, Confeſſio.

Cyrillus Hieroſolymitan.

* Hoc eſt à ſa[illegible] & contriti[on]e, quæ [illegible] pœnitentia, nam iam confeſſionem fecerat.

Et AMBROSIVS MEDIOLANENSIS duos libros ſcripſit de pœnitentia, quibus ſatis apertè docet, quomodo pœnitentia tribus conſtet partibus, & quomodo ſit facienda. Pœnitentiæ autem ſacramentum nominat libro 1. capite 7. dum contra Nouatianos diſputat, qui remiſſionem in baptiſmo concedebat, ſed pœnitentiæ lauacrum negabant. Per omnia autem capita ita noſtræ fidei ſacramenta elucidat, vt nihil deſiderandum ſit amplios, quàm firmiter doctrinæ Eccleſiæ & antiquæ traditioni adhærere. Verum ne hæreticus obiciat libros illos nõ eſſe Ambroſij, idem ſibi ipſi teſtimonium perhibet illos edidiſſe expoſitione in Pſal 37. vbi etiã de pœnitẽtia tractat, & ſic exorditur: *De pœni-*

Ambroſius Mediolanenſis.

A *tentia duos iamdudum ſcripſi libellos, & iterum ſcribendum arbitror: primum, quia utile eſt vel quotidie delictorum veniam precari: deinde quoniam in illis duobus libellis adhortatio pœnitentiæ, vel profectus eſt, ſi geratur, nunc autem quemadmodum agi pœnitentia debeat, exprimendum eſt. Nihil enim prodeſt agere, niſi ita agatur, vt oportet, &c.* Et infrà: *Plena enim eſt definitio pœnitentiæ commemoratio delictorum, vt vnuſquiſque peccata ſua, velut quodam quotidiani ſermonis caſtiget flagello, & commiſſa ſibi flagitia condemnet, &c.*

Pœnitentia definitio.

Hinc IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 20. in Matthæum, exponens illud: *Dimitte nobis debita noſtra, &c.* Contra Nouatianos etiam Pœnitentiæ ſacramentum defendit & ad calcem eiuſdem homiliæ, quæ vera ſit pœnitentia deſcribit. B Idem ſermone 2. de myſterijs cœnæ Dominicæ in quinta feria Paſſionis, tom. 3. vbi de Petri negantis pœnitentia tractat. *Precioſus eſt* (ait ad calcem) *pœnitentiæ fructus, quia quod defendi non poteſt, ablui nō poteſt, lauant lachrymæ congeriem peccatorum. Quam precioſæ lachrymæ quæ extergunt culpam, & exigunt veniam. Profuit illi verè iſta amaritudo, quoniam quicquid in eo delicti tabidum fuit, ferramento pœnitentiæ reſecauit, &c.* Idem Homilia 40. ad populum Antiochenum, de Pœnitentia facienda, & quod non oporteat deſperare: Et iterum homilia 41. de Pœnitentia, & quod magnum eſt bonum propria agnoſcere peccata: Iterum homilia 42. ad eundem populum iterum tractat C de Pœnitentia, alijſque locis innumeris. Deus bone, quàm ſæpè faciat Confeſſionis, Satisfactionis & Contritionis mentionem, ſed melius lector ex eorum locorū viſitatione cognoſcet.

Ioannes Chryſoſtomus.

Et EPIPHANIVS CYPRI libro 2. contra hæreſes, hæreſi 59. contrà Catharos, *Siquis* (ait) *præoccupatus fuerit in quocunque ſane delicto, pœnitentiam agat. Suſcipit enim Deus pœnitentiam etiam poſt Baptiſmum, ſi quis lapſus fuerit, &c.* Idem hæreſi 58. eiuſdem libri, contra Meletios, De pœnitentiæ ratione diſſeruit. Verùm de hac egimus in vocabulo, Lapſus, &c. Confeſſio, &c.

Epiphanius Cypri.

Et HIERONYMVS STRIDONENSIS epiſtola ad Demetriadem, De virginitate ſeruanda, ait: D *Cytharam aſſumere iubetur & Tyrus multis peccatorum confoſſa vulneribus, vt agat pœnitentiam, & maculas priſtinæ fœditatis cum Petro amaris lachrymis abluat. Verum nos ignoremus pœnitentiam, ne facilè peccemus. Illa quaſi ſecunda poſt naufragium miſeris tabula ſit. In virgine integra ſeruetur nauis. Aliud eſt quærere, quod perdideris: aliud eſt poſſidere, quod nunquam amiſeris.* Iterum agit de Pœnitentia in Epitaphio Marcellæ viduę ad Principiam, & in epitaphio Fabiolæ ad Oceanū contra Montanū & Nouatū Pœnitentiā defendit ſcripturæ exemplis & authoritatibus, miram & ſtupendā Fabiolæ pœnitentiam deſcribens, lege ſi placet. E Idem libro aduerſus Luciferianos, non longè à fine, & cōtra innumeras, quos citat Hæreticorum cateruas, pœnitentiæ remedium tuetur.

Hieronymus Stridonenſis.

Pœnitentia 2. tabula poſt naufragiū, vide infra

Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro 50. homiliarum, homilia vltima quæ eſt de pœnitentia, ait, *Quiſquis hoc tempore per merita obedientiæ & ſatisfactione pœnitentiæ non ſibi prouidit locum in corpore ſacerdotis, qua fronte impudentiæ tunc volet auertere faciem Dei a peccatis ſuis, &c.* Idem libro de vera & falſa pœnitentia, cap. 1. *Quam ſit appetenda pœnitentiæ gratia declarat omnis authoritas, omnis bonorum vita conatur oſtendere. Languores enim ſanat, leproſos curat, mortuos ſuſcitat, ſanitatem auget, quam conſeruat, claudis greſſum, aridis copiam, cæcis reſtituit viſum, vitia fugat, virtutes exornat, mentem*

Auguſtinus Hipponenſis.

Pœnitentiæ effectus laus & commēdatio.

A *munit & roborat, omnia ſanat, omnia redintegrat, imperat ſucceſſum, ... ignorans ſi per hanc ſe ... cognoſcit, quam ... ſe ... ſe inuenit. Hæc eſt quæ ... mines an Angelis ... creaturam reddit Creatori. Iſta enim perditam monſtrauit quærenti, & decimam dragmā obtulit anxianti. Hæc diſſipatorem filium ad Patrem reduxit, & vulneratum a latronibus cuſtodi curandum tradidit. In hac omne bonum inuenitur, per hanc omne bonum conſeruatur. Fugat tenebras, inducit lucem, excoquit omnia ipſa ignis conſumens.* Vide etiā plura in ſubſequentibus teſtimonia.

Vnde THARASIVS CONSTANTINOPOLITANVS epiſtola ad Ioannē Anachoretam, quæ ſtat in limine Synodi generalis VII B *Pœnitentia inſignis eſt armatura, magna ſalutis via, hoſpitij regni cælorum diſpenſatrix, incorruptibilis via dux, martyricorum certaminum æquiparatio, ad Deum viam indicans, & cum ipſo nos eſſe faciens, humani generis baculus, cadentium & lapſorum ſurrectio. Beati qui hanc amplectuntur, & huic adhærent. Qui hanc exercent, cum Angelis vitam æqualem ducant, ab omni malo declinant, & bonum faciunt. Pœnitentia eſt columna & familiaris dilectionis, eleemoſynæ, ieiunij, abſtinentiæ, temperantiæ, probitatis, honeſtatis, manſuetudinis, & vt verum vno verbo dicam, hæc omnia pollet pœnitentia. Si quis autem hanc contaminat & contemnit (vt Nouatus, qui iniurius eſt aduerſus pœnitentiam, & manſuetudinem Dei eleuat, quem anathematizo) non inter ſeruatos, ſed inter perditos* C *numerandus eſt, quorum vermis non moritur, & ignis non extinguitur.*

Tharaſius Cōſtantinopolit.

Vnde Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III. cap. 1. *Si poſt ſuſceptionem baptiſmi quiſquam prolapſus fuerit in peccatum, per veram pœnitentiam ſemper poteſt reparari. Non ſolum autem virgines & cōtinentes, verum etiam coniugati per rectam fidem, & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire.*

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. pattum 1215.

Porrò EVGENIVS IV. in Concilio Florentino tradens Armenis formam ſeptem ſacramentorum quæ Ecclesia recipit, dum ad ſacramentum Pœnitentiæ peruenit, ait: *Quartum ſacramentum eſt Pœnitentia, cuius quaſi materia ſunt actus pœ-* D *nitentis, qui in tres diſtinguuntur partes, harum prima eſt, cordis contritio, ad quam pertinet, vt doleat de peccato commiſſo, cùm propoſito non peccandi de cætero. Secunda eſt, oris confeſſio, ad quam pertinet, vt peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, ſuo Sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia eſt, ſatisfactio pro peccatis ſecundum arbitrium Sacerdotis, quæ quidem præcipuè fit per eleemoſynā, ieiuniū, & orationem. Forma huius ſacramenti, ſunt verba abſolutionis quæ Sacerdos profert, cùm dicit: Ego te abſoluo, &c. Miniſter huius ſacramenti, eſt Sacerdos habens authoritatem abſoluendi vel ordinariam, vel ex commiſſione ſuperioris. Effectus huius ſacramenti eſt abſolutio a peccatis.*

Eugenius 4.

Materia.

Tres Pœnitentiæ partes de quibus ſuis locis actum eſt.

Forma.

Miniſter.

Effectus.

E De Pœnitentię ſacramento etiā multa Concilium SENONENSE decreto 10. diſſeruit. *Pœnitentia* (inquit) *tam neceſſarium eſt ſacramentum, quàm impoſſibile eſt baptiſmū iterari. Voluntariè enim peccātibus nobis, poſt acceptam notitiam veritatis iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, neque ei, qui ſemel tantum paſſus eſt Chriſtus, ſæpius conſepeliri poſſumus per baptiſmum. Cùm igitur in multis offendamus omnes, neque ſit qui poſſit dicere, mundum eſt cor meum, & purus ſum a peccato, neceſſaria eſt profecto ſecunda poſt naufragium tabula, in qua diſcuſſa diligenter conſcientia, quidquid occurrit Dei offenſiuum deteſtemur: nam ad pœnitentiam nos adducit benignitas Dei. Secundum autem duritiam & impœnitens cor, homo theſaurizat ſibi iram niſi reſipiſcens ſciat ...*

Concilium Senonenſe ſub Antonio à Prato cancellario & legato.

Hebræ. 10.
1. Petri 3.
Rom. 2.
Ias ...
Prouer.

Rom. 1. Ierem. 2. 2. Corinth. 7. Pſal. 50. Pſal. 4. Pſal. 6. Iſay. 47.

dixi: quam malum eſt & amarum reliquiſſe Dominum, & non eſſe timorem eius apud ſe. Contrà verò quæ ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Neque enim cor contritum & humiliatum deſpicit Deus, qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum: ſed commouet terram & conturbat eam, tum ſanat contritiones eius, quia commota eſt. Nemo igitur tantum de fide ſua præſumat. Nemo adeo pœnitentiam nouam vitam exiſtimet, & non recogitet annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ. His conformia ſcribit Concilium Coloniense III. capite trigeſimo, & trigeſimo primo, & reliquis, vbi tres etiam pœnitentiæ partes deſcribit, & addit. *Quamquam pœnitentia, quatenus ſacramentum dicitur, potiſſimum in abſolutione Presbyteri conſiſtat, qua ille ex virtute verbi & clauium ſibi a Christo traditarum, peccatorem pœnitentem, & in miſericordia Dei ſperantem a peccatis ſuis abſoluit.* Et tunc omnes fideles inuitat ad pœnitentiam, & in publicis criminibus iubet priorum decretorum ſtatuta reuocari, quæ infrà inſerûtur in vocabulo, Pœniteos, &c. Hæc replicat Concilium MOGVNTINVM IV. capite vigeſimo. Et Concilium TRIDENTINVM generale nouiſſimum, seſſione decima quarta, quæ fuit quarta ſub Iulio III. capite primo & ſecundo, & reliquis de pœnitentia omninò eadem documenta relinquit, quæ longum eſſet repetere, neceſſarium aſtruens Pœnitentiæ ſacramentum, propter eos qui ſeſe poſt baptiſmum in peccati ſeruitutem, & dæmonis poteſtatem tradidiſſent. *Dominus autem (ait) ſacramentum Pœnitentiæ tunc inſtituit, præcipue cum a mortuis excitatus, inſufflauit in diſcipulos ſuos dicens: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis, &c. Quo tam inſigni facto, & verbis tam perſpicuis, poteſtatem remittendi & retinendi peccata, ad reconciliandum fideles poſt baptiſmum lapſos, Apoſtolis & eorum legitimis ſucceſſoribus fuiſſe communicatam, vniuerſorum Patrum conſenſus ſemper intellexit. Et Nouatianos, remittendi poteſtatem olim pertinaciter negantes, magna ratione Eccleſia Catholica tanquam hæreticos explosit atque condemnauit. Quare veriſſimum hunc illorum verborum Domini ſenſum ſancta hæc Synodus probans & recipiens, damnat eorum commentitias interpretationes, qui verba illa ad poteſtatem prædicandi verbum Dei, & Christi Euangelium annunciandi, contra huiuſmodi ſacramenti inſtitutionem falſo detorquent.* De differentia autem Baptiſmi & Pœnitentiæ conſequẽter præfatum Concilium, capite ſecundo, ſubdit: *Sacramentum (inquit) pœnitentiæ multis rationibus a Baptiſmo differre dignoſcitur. Nam præterquam quod materia & forma, quibus ſacramenti eſſentia perficitur, longiſſimè diſſident: conſtat certe baptiſmi miniſtrum iudicem eſſe non oportere, cum Eccleſia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipſam per Baptiſmi ianuam fuerit ingreſſus. Quid enim mihi (ait Apoſtolus) de his qui foris ſunt iudicare? Secus eſt de domeſticis fidei, quos Christus Dominus lauacro Baptiſmi ſui corporis membra ſemel effecit. Nam hos ſi ſe poſtea crimine aliquo contaminauerint non iam repetito baptiſmo ablui, cum id in Eccleſia Catholica nulla ratione liceat, ſed ante hoc tribunal tanquam reos ſiſti voluit, vt per Sacerdotum ſententiam non ſemel, ſed quoties ab admiſſis peccatis ad ipſum pœnitentes confugerint, poſſent liberari. Alius eſt præterea Baptiſmi & alius Pœnitentiæ fructus. Per Baptiſmum enim Chriſtum induentes, noua prorſus in illo efficimur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remiſſionem conſequentes, ad quam tamen nouitatem & integritatem per ſacramentum pœnitentiæ, ſine magnis noſtris fletibus & laboribus, diuina id exigente iuſtitia, peruenire nequaquam poſſumus, vt meritò Pœnitentia laboriosus quidam Baptiſmus a ſanctis patribus dictus fuerit. Eſt autem hoc ſacramentum Pœnitentiæ lapſis poſt baptiſmum ad ſalutem neceſſarium, vt nondum regeneratis ipſe Baptiſmus, &c.* Vide ſuprà, Lapſus, Iuſtificatio, &c. & Baptiſmus, &c. De partibus autem & fructu huius ſacramenti conſequenter, capite tertio, ſubdit: *Docet præterea ſancta Synodus, ſacramenti pœnitentiæ formam, in qua præcipuè ipſius vis ſita eſt, in illis miniſtri verbis poſitam eſſe: Ego te abſoluo &c. Quibus quidem de Eccleſiæ ſanctæ more, eſſentiam nequaquam ſpectantes, preces laudabiliter adiunguntur, neque ad ipſius ſacramenti adminiſtrationem neceſſariæ. Sunt autem quaſi materia huius ſacramenti ipſius pœnitentis actus, nempe Contritio, Confeſſio, & ſatisfactio: qui quatenus in pœnitente ad integritatem ſacramenti, ad plenámque & perfectam peccatorum remiſſionem ex Dei inſtitutione requiruntur, hac ratione partes pœnitentiæ dicuntur*, de quibus ſuis locis egimus. *Sanè verò res, & effectus huius ſacramenti, quantum ad eius vim & efficaciam pertinet, reconciliatio eſt cum Deo, quam interdum in viris piis, & cum deuotione hoc ſacramentum percipientibus, conſcientiæ pax, ac ſerenitas cum vehementi ſpiritus conſolatione conſequi ſolet.* Tum capite ſexto, addit: *Circa miniſtrum autem huius ſacramenti, declarat ſancta Synodus, falſas eſſe, & a veritate Euangelij alienas doctrinas omnes quæ ad alios quoſuis homines, præter Epiſcopos & Sacerdotes, clauium miniſterium perniciosè extendunt, putantes verba illa Domini: Quæcunque alligaueritis ſuper terram, &c.* Et Ioannis vigeſimo: *Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, &c. ad omnes Christi fideles indifferenter, & promiſcue contra inſtitutionem huius ſacramenti ita fuiſſe dicta, vt quiuis poteſtatem habeant remittendi peccata publica quidem per correptionem, ſi correptus acquieuerit, ſecreta vero per ſpontaneam confeſſionem cuicunque factam. Docet quoque, etiam Sacerdotes qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus ſancti in ordinatione collatam, tanquam Christi miniſtros functionem remittendi peccata exercere, eóſque praui ſentire, qui in malis ſacerdotibus hanc poteſtatem non eſſe contendunt.* Vide reſiduum ſuprà, Confeſſio, Abſolutio, Contritio, &c. Hæc omnia quæ diximus confirmat FACVLTAS LOVANIENSIS articulo tertio, & PARISIENSIS articulo tertio. *Certum eſt (aiunt) adultis & ratione vtentibus, poſt peccatum mortale admiſſum, neceſſariam eſſe pœnitentiam, quæ in Contritione & Confeſſione ſacramentali vocaliter facienda, ſimiliter & ſatisfactione conſiſtit.* Vide ſuprà Confeſſio, Abſolutio, Contritio, &c. nam ibidem cuncta, quæ hic deſiderantur, inserta reperies.

Concilium Coloniense I.

Concilium Moguntinũ 4. Concilium Tridentinum.

Ratio & finis inſtitutionis ſacramenti pœnitentiæ.

Ioann. 20.

Contra nouos miniſtros.

Baptiſmi & Sacramenti differentia.

1. Corinth. 5.

Pœnitentia laborioſus baptiſmus.

Forma ſacramenti pœnitentiæ.

Materia.

Effectus.

Miniſter.

Matth. 18.

Vide infrà Sacerdotem nõ [illegible] eſſe.

Sacerdos in peccato mortali exiſtens poteſt abſoluere.

Facultas Louanienſis, & Pariſienſis.

Pœnitentiam nullus agere detrectet, aut differat.] Ea quæ in præcedentibus dicta ſatis illud commendant, & tamen adhuc expreſſiora ſunt teſtimonia in ſcripturis, quæ pœnitentiæ ſacramentum non detractandum aut differendum ſuadeant. Vnde & CLEMENS I. epiſtola ſecunda, ad Iacobum fratrem Domini. *Si prouectioris ætatis ſit is qui ad pœnitentiam venit, eo magis gratias agere debet Deo, quòd poſtquam finis eſt omnis impetus concupiſcentiæ carnalis, ſcientia veritatis accepta nulla ei imminet pugna certaminis, per quam inſurgentes aduerſus animam reprimat corporis voluptates. Supereſt ergo ei in agnitione veritatis, & miſericordiæ operibus exerceri, vt afferat fructus dignos pœnitentiæ. Nec putet, quia in temporis longitudine de*

Clemens 1.

cramentum

cumentum conuerſionis oſtenditur, & non in deuotionis ac propoſiti firmitate. Deo enim manifeſta ſunt mentes, quia non temporum rationem colligit, ſed animorum. Et infrà: *Itaque feſtinet ad pœnitentiam omnis ætas, omnis ſexus, omniſque conditio, vt vitam conſequatur æternam. Iuuenes quidem in eo grati ſint, quòd in ipſo impetu deſideriorum ceruices ſuas iugo ſubiiciunt diſciplinæ. Senes & ipſi laudabiles, quia multi temporis conſuetudinem, in qua male prauenti ſunt, pro Dei amore commutant. Nemo ergo differat, nemo cunctetur, &c.* Idem eadem repetit epiſtola 5. ad Diſcipulos Hieroſolymorum. De non differenda pœnitentia, AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro 2. De pœnitentia. cap. 11. tractat, & in libello immediatè ſequenti, qui inſcribitur, Adhortatio ad agendam pœnitentiam, ait: *Non ſolùm poſt pœnitentiam ab illicitis inſtat homo obſeruare ſe debet, ſed & ante pœnitentiam dum ſanus eſt, quia neſcit ſi poſſit ipſam pœnitentiam accipere, & confiteri Deo & * Sacerdoti peccata ſua. Ecce quod dixi poſt pœnitentiam, dico ante pœnitentiam melius. Agens verò pœnitentiam ad vltimum, & reconciliatus ſi exierit, an ſecurus hinc exeat, ego non ſum ſecurus. Pœnitentiam dare poſſum, ſecuritatem dare non poſſum. Quod dico attendite. Ego illud planius expono, ne aliquis me malè intelligat, nunquid dico, damnabitur? non dico, ſed nec liberabitur dico. An aliud mihi dicis ſancte Epiſcope? Quid dicam neſcio. Dixi non præſumo, non promitto, prorſus neſcio de Dei voluntate. Vis te frater à dubio liberari? vis quod incertum eſt euadere? Age pœnitentiam dum ſanus eſt. Si enim agis veram pœnitentiam dum ſanus es, & inuenerit te nouiſſimus dies, ſecurus es. Ergo curre & reconcilieris. Si ſic agis ſecurus es. Quare ſecurus? vis dicam tibi? Quia egiſti pœnitentiam eo tempore, quo & peccare potuiſti. Ecce dixi quare ſecurus es. Si autem tunc vis agere ipſam pœnitentiam, quando peccare iam non potes, peccata te dimiſerunt, non tu illa, &c.* Eadem omninò verba reperies apud AVGVSTINVM HIPPONENSEM libro 50. Homiliarum, homilia 42. tomo 10. Idem verò ſermone 110. De tempore, ſic loquitur de bono latrone mētionem faciens. *Præueniendus eſt dies, qui præuenire conſueuit. Ipſe ſe illudit, & de morte ſua ludit, qui cogitat quod poteſt extremi temporis indulgentiam ſubuenire. Inſanum eſt hoc primum, quia perniciosiſſimum eſt in vltimum diem promiſſa ſecuritas: Deinde ſtultiſſimum eſt, vt cauſa, quæ de neceſſitatibus agitur æternis, in moluitatibus vitæ, de peccatis committatur extremis. Odibile eſt apud Deum, quando homo ſub fiducia pœnitentiæ in ſenectutem reſeruatæ, liberius peccat. Credite mihi chariſſimi difficile eſt, vt callida ſimulatio ordinandæ conſummationis, abſinere digna ſit facultatem. Apud illud cordis interpretem aris non admittitur ad ſalutem.* Idem lib. De vera & falſa pœnitentia. *Nullus expectet quando iam nō poteſt peccare. Pœnitentia enim arbitrij quæris libertatem, vt delere poſſit cōmiſſa, non neceſſitatem. Qui itaque prius à peccatis relinquitur, quam relinquat, peccata ea non liberè, ſed neceſſitate quaſi condemnat, &c.* Porrò de pœnitentia tempore opportuno facienda IOANNES CHRYSOSTOMVS homilia 19. in Geneſin, exponens illud: *Maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear, &c. Intempeſtiua* (inquit) *hæc confeſſio eſt: Hoc facere oportebat tempore congruo, quando adhuc impetrari poterat à iudice miſericordia. Pœnitentia enim, priuſquam pœna infratur, tempus habet, & ineffabilem vim. Proinde obſecro cum adhuc efficax eſt, mirificum hoc pharmacum, commoda & fructus inde percipiamus, & cum adhuc ſumus in præſenti vita, pœnitentiæ medicamen non aſpernemur, ſcientes liquidò, quod nihil tunc nobis pœnitudo proderit, cum ſublatum fuerit ſpectaculum & tempus certaminum ablatum.* Et INNOCENTIVS I. epiſtola 3 ad Exuperium Tholoſanum Epiſcopum, capite 2. *Hoc quæſitum eſt quid de his obſeruare oporteat, qui poſt baptiſmū omni tempore incontinentiæ & voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ ſuæ, pœnitentiam ſimul & reconciliationem communionis expoſcunt. De iis obſeruatio prior, durior; poſterior, interueniente miſericordia, inclinatior eſt. Nam conſuetudo prior tenuit, vt concederetur eis pœnitentia, ſed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne communionis conceſſa facilitas homines ad reconciliationem ſecuros, non reuocaret à lapſu, negata meritò communio eſt, conceſſa pœnitentia, ne totum penitus negaretur: & duriorem remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſtquam Dominus noſter pacem Eccleſijs ſuis reddidit, iam depulſo terrore communionem dari abeuntibus placuit, & propter Domini miſericordiam, quaſi viaticum profecturis, ne Nouatiani hæretici negantis veniam, aſperitatem & duritiam ſubſequi videamur. Tribuetur ergo cum pœnitentia extrema communio, vt homines huiuſmodi vel in ſupremis ſuis, permittente Saluatore noſtro, à perpetuo exitio vindicentur.* Vide ſequentem diſtinctionem. Denique eandem ſententiam profert LEO I. epiſtola 9. ad Rusticum Narbonenſem Epiſcopum, cap. 6. & allegat Gratianus diſtinct. cap. Nemo eos culpans qui vſque in finem pœnitentiam differunt, & in ægritudine requirunt, & cùm conualuerint, implere nolunt. *Culpanda* (inquit) *eſt talium negligentia, ſed non penitus deſperanda, vt crebris cohortationibus incitati, quod neceſſariè expetierunt fideliter & exequantur. Nemo enim deſperandus eſt, dum in hoc corpore conſtitutus eſt, quia nonnunquam quod diffidentia ætatis differtur, cōſilio maturiore perficitur.* Et cap. 7. ſubdit: *Horum cauſa Dei iudicio reſeruanda eſt, qui communione priuantur, & ita moriuntur, in cuius manu fuit, vt talium obitus vſque ad communionis remedium differetur. Nos autem quibus viuentibus non communicauimus, mortuis communicare non poſſumus.* Et capite octauo, ſubdit: *De his autem qui pœnitentiam agere differunt, diſſimulatio hæc poteſt non de contemptu eſſe remedij, ſed de metu grauius delinquendi. Vnde pœnitentia quæ dilata eſt, cum ſtudioſius petita fuerit, non negetur, vt quomodo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perueniat, &c.* Denique eadem Cōcilium CHALCEDONENSE actione prima, repetit. *Pœnitentia* (ait) *non affert confuſionem, ſed permanere in peccato opprobrium eſt. Sicut enim vermis conſumit lignum in quo naſcitur, ita & peccatum permanens in faciente illud. Omnis igitur qui ſalutarem pœnitentiam non ſuſcipit, anathema ſit.* Vnde & MARTIANVS IMPERATOR epiſtola ad Alexandrinos, vt citat Nicephorus libro decimoquinto, capite decimo nono. *In nullo quolibet modo delinquere* (ait) *proprium eſt Dei omnium, Dominique cunctorum. ſapientium autem virorum eſt, quando dum ſint homines eſt eis impoſſibile non peccare, vt dum peccauerint repente pœnitentiam agant, vt pœnitendo vitia corrigant. Num permanere in peccatis, & in eis exerceri, & feſtinare malo malum accumulare, omninò malignum, & valde veſanum eſt, &c.* Præfata autem decreta Leonis primi repetit Concilium TOLETANVM VI. canone octauo, & allegat Gratianus cauſa trigeſima tertia, quæſtione ſecunda. *Antiqua* (ait) *& ſanctiſſima eſt Patris ſententia Papæ Leonis, vt is qui in ætate adoleſcentia*

Ambroſius Mediolanenſis

B

Vide quam admittat confeſſionem qualiſcumque coram ſacerdote, vt ſuo loco dicimus.

C

Auguſtinus Hipponenſis.

D

E

Ioannes Chryſoſtomus.

Geneſ. 4.

Innocentius I.

Quales ſunt hodie permulti quibus hoc decretum ſalubre conſpiciendum ſit.

Leo I.

Nemo deſperandus eſt, ſed nemo in hoc fidendum

Hæc allegat Gratian. Cauſ. 24 quæſt. 2. de communione.

Hæc Gratianus etiam ſcitto allegare d. Pœni. ... cap. Pœnitentia.

Concilium Chalcedonenſe generale 4.

Martiani Imperatoris elegans dictum.

Concilium Toletanum 6.

A

poſitus, dum mortis formidat caſum, peruenerit ad pœnitentiæ remedium, ſi coniugatus & forte fuerit incontinens, ne poſtea adulterij incurrat lapſum (Vide infrà, Pœnitentes, &c. *redeat ad priſtinũ coniugiũ, quouſque poſſit ad perfecti tẽporis maturitate continentiæ ſtatũ. Quod nos ſicut de viris, ita de fœminis æquo modo cenſemus, non quidem hoc generaliter & canonice præcipimus, ſed conſtat à nobis pro humana fragilitate indultum, ea duntaxat ratione, vt ſi is, qui pœnitentiæ non eſt legibus deditus, ante ab hac vita deceſſerit, quàm ex conſenſu alter ad continentiam eat, vnde fuerit regreſſus, ſuperſtiti non liceat denuò ad vxoris tranſire amplexus. Si autem illius vita extiterit ſuperſtes, qui non accepit benedictionem pœnitentis, nubat, ſi ſe continere non poteſt, & alterius conſortio fruatur vxoris. Quod de vtroque ſexu pari modo à nobis manifeſtum eſt, decretum eſſe, ita videlicet, vt in his omnibus Sacerdotis ordinatio expectetur, vt iuxta quod ætatem aptam pro*[illegible]*ſpexerit pœnitentiæ, abſolutionis vel diſtrictionis tribuat legem.* lunge ſequentia,

B

Pœnitentia in extremis poſitis non neganda.] Hoc reſpondet præcedentibus, vbi dicebatur non eſſe differendam pœnitẽtiam, quia hoc eſſet periculoſum. Verùm, quia nunquam pœnitens eſt abiiciendus, ideò iam præmiſimus decreta ex Innocentio I. & Leone I. quibus in extremis laboribus, & quærentibus pœnitentiam, ſubueniendum eſt (vt etiam infrà liquidius præcipitur in dictione, Pœnitentes admittendi, &c.) vt etiam vetuſtiora decreta aſſerunt. Vnde IVLIVS I. in decreto, quod allegat Gratianus cauſa 26. quæſtione 6 capite Si Presbyter. *Si Presbyter* (inquit) *pœnitentiam morientibus abnegauerit, reus erit animarum, quia Dominus dicit: Quacunque die conuerſus fuerit peccator ad pœnitentiam, vita viuet, & non morietur. Vera enim confeſſio in vltimo tempore eſſe poteſt, quia Dominus non ſolùm temporis, ſed etiam cordium inſpector eſt. Sicut latro vnius momenti pœnitentia meruit eſſe in paradiſo, in hora vltima confeſſionis, &c.* Et INNOCENTIVS I. epiſtola 3. quam ſuperiori pagina allegauimus, & iterum epiſtola I. ad Decentium Eugubinum Epiſcopum, cap. 7. & allegat Gratianus, diſtinctione 3. capite De Pœnitentibus. *De Pœnitentibus vere qui ſiue ex grauioribus commiſſis, ſiue ex leuioribus pœnitentiam gerunt, ſi nulla interueniat ægritudo, quinta feria ante Paſcha eis remittendum Romana Eccleſiæ conſuetudo demonſtrat. Cæterum de pondere æſtimando delictorum Sacerdotis eſt iudicare, vt attendat ad confeſſionem pœnitentis, & ad fletus atque lachrymas corrigentis, ac tunc iubere dimitti, cum viderit congruam ſatisfactionem. Sanè ſi quis in ægritudinem inciderit, atq; vſq; ad deſperationem deuenerit, ei eſt ante tempus Paſchæ relaxandum, ne de ſeculo abſque communione diſcedat.* Hinc COELESTINVS I. epiſtola 2. ad Epiſcopos Viennenſes & Narbonenſes, capite 2. & allegat Gratianus, cauſa 26. quæſtione 6. Eoſdem obiurgat Epiſcopos, eo quod morientibus pœnitentia denegaretur, & non illorum annuebatur deſiderijs, qui obitus ſui tempore hoc animæ ſuæ cupiebant remedio ſubueniri. *Horremus* (ait) *fateor tanta impietatis aliquem reperiri, vt de Dei pietate deſperet, quaſi non poſſit ad ſe quouis tempore concurrenti ſuccurrere, & periclitantem ſub onere peccatorum hominem pondere, quo ſe expediri deſiderat, liberare. Quid hoc, rogo, aliud eſt, quàm morienti mortem addere, eiúſque animam ſua crudelitate, ne abſoluta eſſe poſſit, occidere? cùm Deus ad ſubueniendum paratiſſimus, inuitans ad pœnitentiam ſic promittat: Peccator* (inquiens) *quacunque die conuerſus fuerit, peccata eius non imputabuntur ei. Et iterum: Nolo mortem peccatoris, ſed tantùm vt conuertatur & viuat. Salutem ergò homini adimit, quiſquis mortis tempore ſperatam pœnitentiam denegarit, & deſperat de clementia Dei, qui eum ad ſubueniendum morienti ſufficere vel in momento poſſe non credit. Perdidiſſet latro præmium in cruce ad Chriſti dexteram pendens, ſi illum vnius horæ pœnitentia iuuiſſet. Cùm eſſet in pœna pœnituit, & per vnius ſermonis profeſſionem habitaculum paradiſi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum conuerſio in vltimis poſitorum, mente potius eſt exiſtimanda, quàm tempore, Propheta hoc taliter aſſerente: Cùm conuerſus ingemuerit, ſaluus erit. Cùm ergò ſit Dominus cordis inſpector, quouis tempore non eſt deneganda pœnitentia poſtulanti, cùm illi ſe obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari.* Et Concilio ARAVSICANVM I. ſub Leone I. can. 3. allegatur à Gratiano, cauſa 26. quæſtione 6. capite Qui recedunt, *Qui recedunt de corpore pœnitentia accepta, placuit ſine reconciliatoria manus impoſitione eis communicare, quod morientis ſufficit reconciliationi ſecundum diffinitiones Patrum, qui huiuſmodi communionem congruenter viaticum nominarunt. Quod ſi ſuperuixerint, ſtent in ordine pœnitentium, vt oſtenſis neceſſarijs pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impoſitione recipiant.* Idem canone 4. *Pœnitentiam deſiderantibus Clericis etiam denegandam ſtatuimus.* Eadem Concilium EPAVNANSE canone 35. *Ne vllus* (inquit) *ſine remedio aut ſpe veniæ ab Eccleſia repellatur, néve vlli ſi aut pœnituerit, aut ſe correxerit, ad veniam redeundi aditus obſtruatur, ſed ſi cui forſitan diſcrimen mortis immineat, damnationis conſtituta tempora relaxentur. Quòd ſi ægrotum accepto viatico reualeſcere fortaſſe contigerit, ſtatuti temporis ſpacia obſeruari conueniet, &c.* Denique in extremis poſitis non eſſe negandam pœnitentiam, docet LEO I. epiſtola 89. ad Theodotum Forojulienſem Epiſcopum, & allegat Gratianus diſtinct. 1. de Pœnitẽtia, cap. Multiplex, &c. *Multiplex miſericordia Dei ita lapſibus ſubuenit humanis, vt non ſolùm per baptiſmi gratiam, ſed etiam per pœnitentiæ medicinam ſpes vitæ reparetur æternæ, & qui regenerationis donum violaſſent, proprio ſe iudicio condemnantes, ad remiſſionem criminum peruenirent, ſic diuinæ bonitatis præſidijs ordinatis, vt indulgentia Dei, niſi ſupplicationibus Sacerdotum, nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, hanc prepoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtatem, vt & confitentibus actionem pœnitentiæ darent, & eoſdem ſalubri ſatisfactione purgatos, ad communionem ſacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Cui vtique operi ipſe Saluator interuenit, nec vnquam ab his abeſt, quæ miniſtris ſuis exequenda commiſit, dicens: Ecce ego vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſeculi, vt ſi quid per ſeruitutem noſtram bono ordine & gratulando impletur effectu, non ambigamus per Spiritum ſanctum nobis fuiſſe donatum. Si autem aliquis eorum, pro quibus Domino ſupplicamus, quocunq; interceptus obſtaculo à munere indulgentiæ præſentis exciderit, & priuſquã ad conſtituta remedia perueniat, tẽporalem vitã humana conditione finierit, quod manens in corpore non receperit, conſequi exutus carne non poterit. Nec neceſſe eſt nobis eorum qui ſic obierint merita actuſq; diſcutere, cum Dominus Deus noſter, cuius iudicia nequiuimus cõprehendi, quod Sacerdotale miniſterium implere non potuit, ſuæ iuſtitiæ reſeruauerit. Ita poteſtatẽ ſuam timeri volens, vt hic terror omnibus proſit, & quod quibuſdã tepidis aut negligentibus accidit, nemo non metuat. Multum enim vtile ac neceſſarium eſt, vt peccatorũ reatus ante vltimũ diem Sacer-*

C

D

E

Iulius I.

Ezechiel 18.
Luca 23.

Innocentius I.

Cœleſtinus I.

Ezechiel 33. & 18.

Luca 23.

Ezechiel 18. & 33.

Concilium Arauſicanũ I.

Concilium Epaunenſe.

Leo I.

Matth. 28.

De his qui ſine confeſſione & pœnitentia diſcedũt de hac vita, & quod in extremis ſalute confeſſio & pœnitentia agenda & ſuſcipienda ſit.

A *dotali ſupplicatione ſoluatur. His autem qui in tempore neceſſitatis,* (hæc etiam allegat Gratianus cauſa 26.quæſt.6.cap his autem) *& in periculi vrgentis inſtantia præſidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda, quia nec miſericordiæ Dei, nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera conuerſio, dicente ſpiritu Dei per prophetam. Cùm conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris. Et alibi: Dic tu iniquitates tuas prior vt iuſtificeris, quia apud dominum miſericordia eſt, & apud eum redemptio. In diſpenſandis itaque Dei donis non debemus eſſe difficiles, nec accuſantium ſe lachrymas gemituſque negligere, cum ipſam pœnitentiam ex Dei credamus inſpiratione conceptam, dicente Apoſtolo, ne forte det illis Deus pœnitentiam, vt reſipiſcant a diaboli laqueis, a quo capti tenentur ad ipſius voluntatem. Vnde oportet vnumquemque Chriſtianum conſcientiæ ſuæ habere iudicium, ne conuerti ad Deum de die in diem differat, ne cum ſatisfactionis ſibi tempus in fine vitæ ſuæ conſtituat,* (*quia periculoſè hac ſe conditione ſingulitas, & ignorantia humana concludit*) *ad paucarum horarum ſe reſeruet incertum & cum poſſit pleniore ſatisfactione indulgentiam promereri, illius temporis anguſtias eligat, quo vix inueniat ſpatium vel confeſſio pœnitentis vel reconciliatio ſacerdotis. Verum* (*vt dixi*) *etiam talium neceſſitati ita auxiliandum eſt, vt nec actio illis pœnitentiæ, nec communionis gratia denegetur, ſi ea etiam, amiſſo vocis officio, per iudicium integri ſenſus quærere comprobetur* (Vide etiam vocabulo, infirmis, &c.) *Quod ſi aliqua vi ægritudinis ita fuerint aggrauati, vt quod paulo ante poſcebant ſub præſentia ſacerdotis ſignificare non valeant, teſtimonia eis fidelium circunſtantium prodeſſe debebunt, vt ſimul, & pœnitentiæ & reconciliationis beneficium conſequantur: ſeruata tamen regula canonum paternorum, circa eorum perſonas, qui in Deum à fide diſcedendo peccarunt.* Vide, Hæreticus, Infirmus, Mutus, Baptiſmus, &c. Porrò hæc Leonis decreta renouat Conc. Tolet. III can.12.& Tolet. II. can.12. Vide ea quæ præcedēti iam diſtinctione poſita ſunt. & lege quod ſequitur.

Ezechiel.33.

Eſaiæ 43.

Pſal.129.

2. Timoth.2.

B

C

Concilium Toletanum 3. Concilium Toletanum 11.

D

Pœnitentiæ non omittenda præcepta.] Hoc reſpondet præcedenti, vbi dicebatur, quòd infirmantibus pœnitentia non ſit deneganda. Verùm ſic ſtatuit Concilium Gervndense cano.9.& allegat Gratianus diſtinct.50.cap.Is vero, &c. *Is verò qui ægritudinis languore depreſſus pœnitentiæ benedictionem, quam viaticum appellamus, per communionem acceperit, & poſt modum reconualeſcens caput pœnitentiæ in Eccleſia publica non ſubdiderit, ſi prohibitis vitiis non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum, &c.* Vide infrà. Pœnitens, &c. Et Concilium Toletanvm XII. cano.2. *Huiuſmodi hominibus quibus in languore exiſtentibus pœnitentia indulta eſt, ne ſine fructu pœnitentiæ videantur tranſire è ſeculo, indicimus ne poſtea venerabile ſignum expellant, atque habitum religionis abiiciāt, vt quidam delati ſunt impudentiſſime oppoſitionibus exectandis dicere, ſe nullis regulis Eccleſiaſtica diſciplina teneri, ſub hoc voto, quia pœnitentiam nec ipſi petierunt nec conſentientes acceperunt, quorum impudentia & obſtinata malitia non aliquando diceret talia, ſi qualiter ad vitam per ſacroſancti lauacri gratiam veniret, meminiſſet. Etenim paruulorum infantium vita originali peccato obnoxia, quæ nulli propter ætatem diſcernendi, vel expetendi ſenſus aptior iudicatur, niſi ex ſponſione fidelium baptiſmi accipiant ſacramentum, nullo ſenſu, nulla etiam diſcretionis induſtria id appetere poſſunt. Vnde ſicut baptiſma, quod neſcientibus paruulis, ſine vlla contentione in fide tantum proximorum accipiunt: ita pœnitentiæ donum, quod neſcientibus illabitur, abſque impugnantia violatione, hi qui illud acceperint, obſeruabunt. Si quis autem quolibet modo pœnitentiam accipiens, hoc violauerit ſynodale inſtitutum, vt verè tranſgreſſor paternis regulis ferietur. Nec enim illa ſinimus ſacerdotes quoſque, vt paſſim & licenter donum pœnitentiæ non pœnitentibus, audeant prorogare, abſoluimus ſed hos, quid qualibet ſorte pœnitentiam ſuſceperint, ne vlteriùs ad militare cingulum redeant, religamus. Sacerdotes tamen, qui non conſentienti neque pœnitenti, auſu temerario pœnitentiam dederint, neque ſe exhortatu eius qui pœnitentiam accipit, vel nutuum indiciis, vel quibuſlibet aliis euidentibus ſignificationibus inuitatum fuiſſe probauerit, vnius anni excommunicationis ſententiæ ſubiacebit.* Eadem repetit Concilium Cabilonense II. cano. 25. vbi de antiquo more pœnitendi conqueritur. Vide, Pœnitens, & ea quæ ſubſequuntur, quia cohærent ſuperioribus.

Concilium Gerundenſe in Hiſpania ſub Hormiſda.

Concilium Toletanum 12. ſub Leone 2.

E

Vide infrà.

Baptiſmus paruulorum vide ſuo loco 1.

A

B

Concilium Cabilonenſe 2.

Pœnitentiæ iniungendæ modus obſeruetur, &c.] Hæc depēdent ex ſuperioribus, nam quodam nexu glutinantur, & vna ſententia ex altera depēdet. Porrò Ioan Chrysost. opere in Matthæum hom.43 vbi illud exponit: *Alligant onera grauia & importabilia, & imponunt ſuper humeros hominum, &c. Tales* (inquit) *nunc ſunt ſacerdotes, qui omnem iuſtitiam populo mandant, & ipſi nec modice ſeruant, videlicet non vt facientes ſint iuſti, ſed vt docentes appareant iuſti. Tales ſunt & qui graue pondus venientibus ad pœnitentiam imponunt, qui dicunt & non faciunt: & ſic dum pœna pœnitentiæ præſentis fugitur, contemnitur pœna peccati futuri. Si enim faſcem ſuper humeros adoleſcentis quam non poteſt baiulare poſueris, neceſſe habet vt aut faſcem reiiciat, aut ſub pondere confringatur: ſic & homini, cui graue pondus pœnitentiæ ponis, neceſſe eſt vt aut pœnitentiam tuam reiiciat, aut ſuſcipiens dum ſufferre non poteſt, ſcandalizatus amplius peccet. Deinde & ſi erramus modicam pœnitentiam imponentes, nonne melius eſt propter miſericordiam rationem dare, quàm propter crudelitatem? Vbi enim Pater familias largus eſt, diſpenſator non debet eſſe tenax. Si Deus benignus eſt, vt quid ſacerdos eius auſterus? Vis apparere ſanctus? circa vitam tuam eſto auſterus, circa alienam autem benignus. Audiant te homines parua mādantē, & grandia videant facientem, &c.* Hinc etiam Avgvst. Hippon. in Enchiridio ad Laurentium cap. 65 *Sed neque in illis criminibus quantumlibet magnis* (ait) *remittendis, in ſancta Eccleſia de miſericordia Dei deſperandum eſt agentibus pœnitentiam ſecundum modum ſui cuiuſque peccati: in actione autem pœnitētia, vbi tale crimen commiſſum eſt, vt is qui commiſit etiam à Chriſti corpore ſeparetur, non tam conſideranda eſt menſura temporis, quàm doloris. Cor enim contritum & humiliatum Deus non ſpernit. Verum quia plerumque dolor alterius cordis occultus eſt alteri, nec in aliorum notitia per verba, vel quacunque alia ſigna procedit, cum ſit coram illo cui dicitur, gemitus meus à te non eſt abſconditus, rectè conſtituuntur ab his qui Eccleſiis præſunt tempora pœnitentiæ, vt fiat ſatisfactio Eccleſiæ, in qua remittuntur ipſa peccata: extra eam quippe non remittuntur, &c.* Et Conc. Avrel. III. canu. 24. *Statuimus, vt ne quis benedictionem pœnitentiæ iuuenibus perſonis tradere præſumat, certè coniugatis, niſi ex conſenſu partium, & ante iam plena ætate eam dare non audeat, &c.* Et Concil. Gener. VI. Conſtantinopolitanum 3. canone 102. *Oportet eos qui ſoluendi & ligandi poteſtatem à Deo accepere, peccati qualitatem conſiderare, & eius qui peccauit, &*

Ioannes Chryſoſtomus.

Matth 23.

C

Optima verba.

Lege.

D

Auguſtinus Hipponenſis.

E

Concilium Aurelianēſe 3.

Concilium Conſtantinopolitanum 3. generale.

Modum, ſecu[n]di conſtituendus

ad eam conuerſationem promptum ſtudium & ſic morbo conuenientem afferre medicinam, ne ſi in vtroque immoderatione vtatur, ab eius qui laborat ſalute excidat. Non enim ſimplex morbus peccati, ſed varius & multiformis, & multas incommodi propagines germinans, ex quibus malum multum diffunditur, & vlterius progreditur, donec viribus medentis reſiſtat. Quare qui medicinæ ſcientiam in ſpiritu profitetur, oportet eum primum eius qui peccauit affectionem conſiderare, & ſiue vergit ad ſanitatem, ſiue contra, propriis moribus prouocare, vt per ſe morbum aſpiciat, & quomodo eius quæ inceſſerit vitæ rationis conuerſionisque curam gerat, & ſic artifici non reluctatur, & vlcus animæ augeat per impoſitorum medicamentorum adiectionem, ſic quoque miſericordiam, pro vt dignus eſt, impertiri. Omnem enim rationem init Deus, iſque cui paſtoralis traditus eſt principatus, vt errantem ouem reducat, & ei quod eſt a ſerpente vulneratum medeatur, & neque per deſperationis præcipitia impellat, nec ad vitæ diſſolutionem & contemptum fræna relaxet: ſed vna quidem omnino ratione ſiue per acriora & aſtringentia, ſiue per molliora & leniora medicamenta affectioni reſiſtat, & ne vlcus cicatricem obducat, obnitatur, fructus pœnitentiæ examinans, & ſapienter diſpenſans, & gubernans hominem, qui ad ſuperiorem illuminationem vocatur. Nos enim vtraque ſcire oportet, & quæ ſunt ſummi iuris, & quæ ſunt conſuetudinis. In his autem, qui extrema non admittunt, ſequi locum traditum, quemadmodum ſanctus nos docet Basil. &c.

Baſilius Magnus

Concilium Turonenſe 3.

Concilium Cabilonenſe ſub Leo. 3.

Et Concilium Tvronense III can. 22 Et Concilium Cabilon. II. can. 34. admonet ſacerdotes, vt non gratia aut fauore pœnitentiam confeſſis iniungant ſed ſecundum patrum ſtatuta, & ſacræ ſcripturæ authoritatem vt diximus in vocabulo, Confeſſio, &c. Tum cano. 38. ſubdit.

Hæc aduerte

Quoniam non eſt penſanda pœnitentia quantitate temporis, ſed ardore mentis, & mortificatione corporis, modus pœnitentiæ peccata ſua confitentibus, aut per antiquorum canonum inſtitutiones, aut per ſanctarum ſcripturarum authoritatem, aut per Eccleſiaſticam conſuetudinem imponi debet, repudiatis ac penitus eliminatis libellis, quos pœnitentiales vocant, quorum ſunt certi errores, incerti authores, de quibus rectè dici poteſt mortificabant animas quæ non moriuntur, & viuificabant animas quæ non viuebant. Qui dum pro peccatis grauibus leues quoſdam & inuſitatos imponunt pœnitentiæ modos, conſuunt puluillos, ſecundum propheticum ſermonem, ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas.

Libri pœnitentiales explodun tur.

Ezechiel 13. Ibidem

Concilium Rhemenſe ſub Carolo Magno

Concilium Pariſienſe 3.

Eadem omninò renouat Concil. Rhen. cap. 12. & 13 Idem quoque Conci. Paris. III. lib. [illegible] cap. 3. de illis libellis ſtatuit. & de Pœnitentiæ imponendæ modo loquitur cap. 46. Et ſimiliter Concilium Mogvnt. II. ſub Rabano Mauro cap 31. & Concilium Vormat. can 25 *Pœnitentibus (ait) ſecundum differentiam peccatorum, ſacerdotis arbitrio pœnitentiæ decernantur. Debet itaque ſacerdos in pœnitentia danda [illegible] cauſa ſingulatim conſiderare, originem quoque, modum [illegible] culparum, & affectum [illegible] pœnitentium [illegible] ter examinare, [illegible] tempo[illegible] tiam & perſonarum, locorum quoque & ætatum qualitates inſpicere. [illegible] pro conſideratione [illegible], ætatum vel temporum ſiue pro qualitate [illegible] dolorum atque gemituum vniuſcuiuſque delinquentis, a ſacris regulis oculos non reflectat.* Idem omninò Alex. III. in Concilio Lateranenſi parte 1. cap 35 tractans de occiſoribus Thomæ Cantuarienſis V. de ſuprà Crimen, &c. Denique Conc Col III. partis 7. capitibus [illegible]. 36 & 37. de imponenda

Concilium Moguntinum 2.

Concilium Vormatienſe.

Alexander 3

Concilium Colonienſe 3

cantè confitentibus pœnitentia agit ſcilicet vt anxij tranquillentur, & caſus reſeruati ſtrictè obſeruentur &c. Eadem quoque repetit Concilium A[illegible]g. cap. 19 vide cuncta repoſita in vocabulo, Confeſſoris officium, & & inf[illegible] &c. &c.

Concilium Auguſtenſe ſub [illegible] Cardinali.

Pœnitentia impoſita celeriter adimpleatur.] Concilium Cabilonense II can. 35. *Multi in pœnitentia non tam peccati remiſſionem, quàm temporis conſtituti expectant expletionem. Et ſi carnium & vini [illegible] eis interdictus eſt, mutata non voluntate, ſed eiuſdem cibi aut potus perceptione, intantum deliciis ſuis indulgent, vt delicioſius, his interdictis, aliorum ciborum vel potionum appetitu viuere cognoſcantur. Spiritalis autem abſtinentia, eſt quæ in pœnitentibus vigere potiſſimum debet, & quorundam ciborum ac potionum perceptiones & deſiderium fugere debet: ille, inquam, ille magis parſimoniæ ſeruare cenſendus eſt, qui ſibi non ſolum quarundam [illegible] perceptiones, ſed delectationes corporis penitus interdicit.* Idem omninò repetit Concilium Mogvntinvm II. cano. 31. vide ſuperiùs, Confeſſio, Abſolutio, &c. & excommunicatio, &c.

Concilium Cabilonenſe 2.

Concilium Moguntinum ſub Rabano.

Poenitens.

Pœnitens publicus & abſconſus.] Cùm iam in ſuperioribus multa dixerimus de pœnitentia attamen eſt notandum, quod in priſcis illis temporibus erant quidam pœnitentes, qui publicè pœnitentiam profitebantur De horum numero erant hi, qui ab excommunicationis ſententia abſoluebantur, qui ſuam pœnitentiam publicè demonſtrabant, vt diximus ſuperius in dictione, excommunicati reconciliationis forma, &c. De horum numero etiam erant qui ſcelera publicè commiſerant, qui etiam publicè certo tempore illis à ſacerdotibus præfinito pœnitebant, nec Eccleſiam audebant ingredi & iubebantur orare cum Cathecumenis & ſimilia obſeruabant, quæ iam ex præcedentibus & conſequentibus colliges. Denique Sozom. Salamin. lib 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap 16 Et Niceph. Callistvs lib 12. cap. 28. referunt publicam & ſolennem pœnitentiam in Eccleſia inſtitutam propter Nouatianos. *In occidentalibus (inquit) Eccleſiis ad hunc vſque diem, obtinet, atque in Romana maximè, vbi quoque certus eſt pœnitentium locus. Stant illi perinde atque iudicio damnati eſſent, vultu demiſſo admodum lugentes. Re autem diuina peracta, illi quidem ea ſacra non percipiunt, quæ iis percipere fas eſt qui ſacris ſunt operati. Cum eiulatu autem & luctu multo ſe ad pedes eius, qui rem diuinam fecit, præcipitant. Directus deinde qui tum miniſterium cæremoniæ eius ſortitus eſt, ad eos accurrit, atque itidem collacrymans ſe humi ſternit, tum reliqua Eccleſiæ multitudo circunſiſtans, & ipſa fiens atque lamentans lachrymis repletur. Poſtea primus exurgit ſeu presbyter ſeu Epiſcopus, & [illegible] ita iacentes ſurgere iubet, [illegible] per orationem ea quæ conueniunt pœnitentibus precatus, vbi & audiuit & dixit quæ opus eſt, eos admittit, atque illi pro ſe quiſque ſegregati ſuo loco, pro eo atque eis iniunctum eſt ſe macerant vel ieiuniis, vel vigiliis, frequentibuſque precibus & reſipiſcentia, vel illuuie & delitiarum abſtinentia, vel aliis etiam modis conſtitutum ſibi ab Epiſcopo tempus quolibet expectans, atque vbi adhunc modum alacritate libenti debitum perſoluit, a crimine abſoluitur, & ſimul cum aliis in Eccleſia eodem iure, & communione eadem conuentus frequentat, &c.* Vide ea quæ ſequuntur. De talibus pœnitentibus loquitur Avgvstinvs Hipponensis libro, de correctione Donatiſtarum ad Bonifacium comit. & epiſt 2. ad Macedonij in ordine

Sozomenus Salaminius.

Nicephorus Calliſtus.

Forma admittendorum pœnitentium.

Auguſtinus Hipponenſis.

54. vt infra dicemus. Hinc Concilium RHEMANSE cano. 31 *Diſtinctio* (inquit) *ſeruetur inter pœnitentes, qui publicè, & qui abſconſè pœnitere debent, &c.* Et Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 24 quæ fuit 8. ſub Pio 4. cap 8 decreti reformat. Vbi de pœnitentia delinquentibus iniungenda loquitur, Epiſcopo mandat, vt publicæ pœnitentiæ genus in aliud ſecretum poſſit commutare. quando ita magis iudicauerit expedire, &c. His ita præmiſſis diligenter quæ ſequuntur attendamus? Vide, Lapſus, &c.

Concilium Rhemenſe. Concilium Tridentinum generale.

Pœnitentes iubentur ſuſcipi & admitti.] Ex præcedenti patuit diſtinctione quomodo in Eccleſia [illegible] ſuſcipiebantur, verum antiquiora adhuc decreta tenemus, quæ expreſsè iubeant Prælatis quoſcunque pœnitentes admittere ad pœnitentiam. Vnde CANON APOSTOL. Si qui citatur in generali Concilio 7 actione 1. & nos iam citauimus [illegible] in dictione Hæreticus conuerſus, &c [illegible] *Epiſcopus presbyter, vel Diaconus [illegible] peccatis conuerſum non recipit ſed eiicit [illegible] quoniam Chriſtum [illegible] quia [illegible] gaudium eſt in cœlo propter vnum peccatorem pœnitentiam agentem.* Vnde & iidem Apoſtoli in conſtitutionibus ſuis iterum hæc replicãt, vt docet CLEM. 1. lib. 2. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 12. *Iudica igitur, ô Epiſcope (ait) cum poteſtate tanquam Deus, ſed pœnitentes recipe, quia Deus miſericordiarum Deus eſt. Increpa peccantes, admone eos qui non conuertuntur, hortare ſtantes, vt perſeuerent in bonis, pœnitentes recipe, quoniam Dominus Deus in iureiurando promiſit remiſſionem ſe conceſſurum pœnitentibus de his quæ peccauerunt. Dicit enim per ipſum Ezechiel: Dixi eis, viuo ego dicit Dominus Adonai, ſi voluero mortem peccatoris, ſed vt conuertatur impius à via ſua mala & viuat. Conuertimini igitur a viis veſtris malis. Vt quid moriemini filij Iſrael? Hic ſermo fiduciam dedit peccatoribus, vt ſi pœnitentiam egerint, ſalutis ſpem habeant, ne aliquando ſuſi dolore animi [illegible] tradant iniquitatibus, ſed habentes ſpem ſalutis conuerſi clament ad Deum pro peccatis ſuis, & pœnitentiam agentes [illegible] placantes eum, & accipient ab eo ignoſcentiam velut a patre bono.* Et cap 14 *Recipe igitur pœnitentem ſine vlla dubitatione omnino. neque impediatis ab his qui crudeliter dicunt, non oportere cum his coinquinari, neque ſermonis communionem habere. Hæc enim conſilia ſunt hominum ignorantium Deum. atque eius prouidentiã de agreſtibus beluis feriſque indomitis. Non enim vident, quòd oportet non communione ſermonis cauerem à peccatoribus, ſed operis [illegible]* Denique cap. 15. 16. 17. & 18. & reliquis de hac iterum diſſerit re ſimili & 27. & 28. ſed prolixior eſſem ſi omnia vellem hic inſerere. Lege quoque eiuſdem librum 6. cap. 6. 17. & reliquis Porrò de pœnitentibus admittendis eadem docet IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Epheſios & ad Philadelphienſes. & TERTVLLIANVS Carthaginenſis libro de pœnitentia, & CYPRIANVS Carthaginẽſis in multis locis, vt iam allegauimus ſuprà, Lapſus, &c. & Pœnitẽtia, &c. & alibi Et ABDIAS lib. 5 certaminis Apoſtolici de recipiendis pœnitentibus exemplum profert ex Ioanne Euangeliſta, qui duos iuuenes ad pœnitentiam legitur admiſiſſe præſignatis & præſcriptis 40. pœnitentiæ diebus, quibus expletis indulgentiam dedit & [illegible] pristinam quam amiſerant receperunt. Vide ſequentia Denique Concil. L[illegible]OD. can. 2. *De his qui diuerſis facinoribus peccauerunt [illegible] perſeuerantes in oratione confeſſionis & pœnitentiæ, conuerſionem a*

Canon Apoſtolorum. Luc 15. Clemens 1. 2. Corinth 1. Ezech. 18. & Contra Nouatianos. Ignatius Martyr. Tertullianus Carthaginenſis. Cyprianus Carthaginenſis. Abdias Babylonius. Concilium Laodicenum.

malis habuerit [illegible] pœnitentiæ temp[illegible] bonitatem De[illegible] [illegible] Pœnitentia, & [illegible] & Concil T[illegible] 11 can. 11. *Quos autem [illegible] ſecundum canonem [illegible] homines agere pœnit[illegible] peccat[illegible] tot eius [illegible] reconciliari [illegible] & ideo pro conſcientia tamen ex[illegible] Concilio iubetur, vt ſecundum [illegible] canonum antiquorum detur pœnitentia [illegible] & priùs eum quem ſui pœnitet facti, a communione ſuſpenſum faciat inter reliquos pœnitentes ad manus impoſitionem crebrò recurrere, & expleto ſatisfactionis tempore eum communioni reſtituat. Hi verò qui ad propria vitia, vel infra pœnitentiæ tempus vel poſt reconciliationem relabuntur, ſecundum [illegible] canonum ſeueritatem damnentur.* Vide in ſubſequentibus, pœnitentes recidiui, &c. Et Conc. SALEG can. 20. ſtatuit, vt nullus presbyterorum quemquam, niſi iuſſu Epiſcopi, in Eccleſiam introducere præſumat, cui pro aliquo delicto illam ingredi non liceat. Et can. 17. presbytero inhibet aliquid de pœnitentia pœnitenti minuere, niſi neceſſitas interuenerit De admittendis etiam pœnitentibus Conc. GENER. VII. act. 1 multa diſſeruit. & ea repoſita habes ſuperiùs in vocabulo. Hæreticus conuerſus, &c Denique vide in vocabulo, Lapſus, & iunge ſequentia.

Concilium Seligunſtadienſe. Concilium Nicænum 2 generale.

Pœnitentes vt reconciliandi & ad quem ſpectat reconciliare.] Iſtud iam docuimus ſuperiùs ex Sozomeno, & Nicephoro, & in vocabulo, Excommunicati reconciliationis forma, &c. quædam etiam dicta ſunt. His autem adhuc quæ reſtant addenda ſunt. Sic verò Apoſtoli conſtituerunt, vt docet CLEMENS 1. lib. 2. cap. 19. conſtitutionum Apoſtolicarum. *Cum aliquem (ait) peccaſſe cognoueris, exacerbatus iube eum foras eiici, & exeunte illo exacerbentur Diaconi, ac quæſitum detineant extra Eccleſiam. Ingreſſi autem pro eo te rogent.* Epiſcopum alloquitur *quia pro peccatoribus ſaluator patrem rogauit, vt in Euangelio eſt ſcriptum. Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt. Tunc tu iubebis illum intrare, & expendens an pœniteat, & dignus ſit qui in Eccleſiam omnino recipiatur, & afflictum illum diebus ieiuniorum pro ratione peccati, Hebdomadas duas, vel tres, vel quinque, vel ſeptem dimitte, dicens ei, quæcunque conueniunt ad peccatorem corripiendum & increpandum, doce & admone vt maneat apud ſe, & humiliter ſe gerat, rogetq́; Deum vt ſit ſibi benignus. & dicat: Si iniquitates obſeruaueris domine, domine quis ſuſtinebit. Quoniam apud te eſt propitiatio, &c.* Exempla autem proponit veteris teſtamenti cap. 25 26 27. 28 & ſequentibus: ſed ea præterimus Idem eodem lib cap. 43 *Pœnitentes (ait) quouſque pœnitentiæ fructum oſtenderint, non permittimus Eccleſiam ingredi, quo verbum audientes fundũ non intereant. Non habeant autem communionem orationis, ſed diſcedant poſt lectionem legis, prophetarum, & Euangelij, vt per diſceſſum meliores euadant in vita conſuetudine, ſtudentes ad conuentus quotidie venire, & precibus operam dare, quo & ipſi recipi valeant, & hi qui vident compungantur, cautioreſque fiant verentes ne in ſimilia incidant.* Denique lege quod præcedenti pagina ex ABDIA lib. 5. protulimus Denique Concil. CARTHAGINENSE II. cano. 3. *Reconciliare quemquam in publica miſſa presbytero non liceat.* Et can 4 quem allegat Gratianus cauſa 26. quæſt 6 c. p Aurelius *Aurelius Epiſcopus dixit: Si quiſquam in periculo fuerit conſtitutus & ſe reconciliari diuinis*

Clemens 1. Luc 23. Pſal. 129. Abdias Babylonius [illegible] Concilium Carthaginenſe [illegible]

A alitaribus petierit, ſi Epiſcopus abſens fuerit, debet utiq; presbyter conſulere Epiſcopum, & ſic periclitantem eius præcepto reconciliare. Idem repetit CARTHAGINENSE III. canone 32. & allegat Gratianus cauſa 16. quæſt. 6. cap. Presbyter. &c. *Cuiuſcunque autem pœnitentis publicum & vulgatiſſimum crimen eſt, quod vniuerſa Eccleſia nouerit, ante abſidem manus ei imponatur.* Denique Concilium SALEGVNSTADIENSE cano. 17 & 20. ſupradicta renouat, vt habes ad calcem præcedentis paginæ inſertum. Idem verò Carthaginenſe 3. can. 31. *Pœnitentibus* (inquit) *ſecundum peccatorum differentiam, Epiſcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. &c.* Hæc Gratianus allegat cauſa 16. quæſt. 7. cap. Pœnitentibus. Verùm lege plura ſuperioribus paginis, vbi de modo imponendæ pœnitentiæ agebatur.

Concilium Carthaginenſe 3.

Concilium Selegunſtadienſe

B Eadem verò renouat Concilium AFFRICANVM cano. 10. Et Concilium CARTHAGINENSE IV. can. 74. allegat Gratianus cauſa 26. quæſt. 7. Sacerdos. *Sacerdos pœnitentiam imploranti, abſque perſonæ acceptione, pœnitentiæ leges iniungat.* Et cano. 75. *Negligentiores pœnitentes tardius recipiantur.* Et cano. 76. & allegatur à Gratiano cauſa 26. quæſt. 6. cap. Is qui. *Is qui in infirmitate pœnitentiam petit, ſi caſu, dum ad eum ſacerdos inuitatus venit, ſi oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in phreneſim verſus fuerit, dent teſtimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam.* Vide ſuprà, Mutus, & pœnitentia infirmis & in extremis laborantibus non neganda &c.

Concilium Africanum ſub Bonifacio 1.

Concilium Carthaginenſe 4. cui interfuit Auguſtinus.

C (*Et ſi continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori eius Euchariſtia* (Vide ſuprà. Euchariſtia infirmis deferenda, &c.) *Si ſuperuixerit, admoneatur à ſupradictis teſtibus petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus, quandiu ſacerdos, qui pœnitentiam dedit, probauerit.* Et cano. 77. *Pœnitentes qui in infirmitate ſunt, viaticum accipiant.* Et cano 78. *Pœnitentes qui in infirmitate viaticum Euchariſtiæ acceperint, non ſe credant abſolutos ſine manus impoſitione, ſi ſuperuixerint.* (Hic canon renouatur in Concilio Toletano 1. cano. 12.)

Omnia hæc iſ ſuis in locis recenſita ſunt.

Concilium Toletanum 12.

D Porrò cano 79. ſubdit Carthaginenſe præfatum Concilium & allegat Gratianus cauſa 26. quæſt. 6. Sacerdos. *Pœnitentes qui attentè leges pœnitentiæ exequuntur, ſi caſu in itinere vel in mari mortui fuerint, vbi eos ſubuenire non poſſit, * memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur.* Et can. 80. *Omni tempore ieiunij manus pœnitentibus à ſacerdotibus imponatur.* Et cano 81. *Mortuos pœnitentes Eccleſiæ afferant & ſepeliant.* Et canone 82. *Pœnitentes etiam tempore remiſſionis genua flectant.* Hos canones renouat MARTINVS BRACARENSIS can 23. ſui collectorij, & repetuntur in Concilio Africano iam memorato can. 2. & allegatur à Gratiano de conſecratione diſtinct. 4. cap. Aegrotantes. &c.

* Orandum eſt pro defunctis.

Martinus Bracarenſis.

E Vnde & Concilium AGATHENSE cano. 15. & allegat Gratianus diſtinct. 50. cap. pœnitentes. *Pœnitentes (ait) tempore quo pœnitentiam petunt, impoſitionem manuum & cilicium à ſacerdote (ſicut vbique conſtitutum eſt) conſequantur. Si autem comas non depoſuerint, aut veſtimenta non depoſuerint, abijciantur, & niſi dignè pœnituerint, non recipiantur. Iuuenibus etiam pœnitentia non facilè committenda eſt, propter ætatis fragilitatem* (Idem ſuprà ex Gerundenſi Concilio vide) *Viaticum tamen omnibus in morte poſitis non eſt negandum.* Vide ſequentia, & ea quæ præcedentis folij pagina 2. ex Concilio Toletano 3. ad calcem poſita ſunt, tum etiam ea quæ ſequuntur diligenter perpende.

Concilium Agathenſe ſub Cœleſtino 1.

Pœnitentes non promouendi nec ad

A ſacra admittendi. In pluribus locis, de his qui non debeant ad ordines promoueri iam locuti ſumus, vt inuenies in dictione, Ordinandi qui non ſint, &c. Denique ſuperius ex Fœlice 3. illud iam prohibitum eſt & ex Concilio NICAENO I. cano. 9. vbi ſic dicitur: *Si qui ſunt lapſis per ignorantiam promoti, vel contemptu eorum qui eos ordinauerunt, hi non admittuntur: regula Eccleſiæ. Hi enim comprehenſi deponantur, &c.* Porrò iam in ſuperioribus diximus, quod non ad communionem debebant admitti, niſi in infirmitate poſiti ad extremum viatico ſeu Euchariſtiæ participarent. Recole igitur ea quæ iam in medium producta ſunt, ne toties rem cogamur eandem repetere.

Concilium Nicænum 1. generale.

B Vnde etiam SYRICIVS I. epiſt. 1. ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum cap. 14. & allegat Gratianus diſtinct. 50. cap. Illud. *Illud nos par fuit prouidere, vt ſicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum, ita & poſt pœnitudinem ac reconciliationem nulli vnquam laico liceat honorem clericatus adipiſci: quia quamuis ſint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum ſacramentorum inſtrumenta ſuſcipere, qui dudum fuerint vaſa vitiorum.* Et cap. 15. *Et quia in his omnibus quæ in reprehenſionem veniunt, ſola excuſatio ignorationis obtenditur, cui nos interim ſolum pietatis intuitu neceſſe eſt clementer ignoſcere.* * *Quicunque ergo pœnitens, quicunque digamus, quicunque viduæ maritus, ad ſacram militiam indebitè & incompetenter irrepſit,*

Syricius 1.

* Allegatur à Gratiano diſt. 50. cap. Quicunque.

C *hac ſibi conditione à nobis veniam intelligat relaxatam, vt in magno debeat computare beneficio, ſi ademptâ ſibi omni ſpe promotionis, in hoc quo inuenitur ordine perpetua ſtabilitate permaneat, ſcituri poſt hæc omnium prouinciarum Antiſtites, quod ſi vltra ad ſacros ordines quemquam ex talibus crediderint aſſumendum, & de ſuo, & de eorum ſtatu, quos contra canones & interdicta noſtra prouexerint, congruam ab Apoſtolica ſede promendam eſſe ſententiam.* Et Concilium CARTHAGINENSE IV. can. 68. allegat ibidem Gratianus diſtinct. 50. cap. Ex pœnitentibus. &c.

Vide etiam in propriis quibuſque vocabulis.

Concilium Carthaginenſe 4

D *Pœnitens* (ait) *quamuis ſit bonus, non ordinetur: quod ſi per ignorantiam Epiſcopi ordinatus fuerit, deponatur à clero, quia ſe ordinationis tempore non prodidit fuiſſe pœnitentem. Si autem ſciens Epiſcopus ordinauerit talem, etiam Epiſcopus ſuo ordinandi duntaxat poteſtate priuetur.* Idem omninò ſub eodem tempore celebratum Concilium TOLETANVM I. cano. 2. & allegatur à Gratiano diſtinct. 50. cap. Placuit. & ab Iuone lib. 3. decretorum. Porrò AVGVSTINVS HIPPONENSIS, qui præfato Carthaginenſi Concilio interfuit, eiuſdem decreta replicat epiſtola de correptione Donatiſtarum, ad Bonifacium comitem.

Concilium Toletanum 1.

Auguſtinus Hipponenſis.

E *Vt conſtitueretur in Eccleſia* (ait) *ne quiſquam poſt alicuius criminis pœnitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat, non deſperatione indulgentiæ, ſed rigore factum eſt diſciplinæ, alioquin contra claues Eccleſiæ datas diſputabitur, de quibus dictum eſt: Quodcunque ligaueris, &c. Sed ne fortè etiam de cæteris criminibus ſpe honoris Eccleſiaſtici animus intumeſcens ſuperbè ageret pœnitentiam, ſeueriſſimè placuit, vt poſt actam pœnitentiam, de damnabili crimine nemo ſit clericus, vt deſperatione temporalis altitudinis medicina maior & verior eſſet humilitatis, &c.* Hinc INNOCENTIVS I. epiſt. 6. ad Agapitum, Macedonium, & Maurianum Epiſcopos Apuliæ. *Didicimus* (ait) *Modeſtum quendam multis criminibus inuolutum, propter quæ etiam pœnitentiam egiſſe dicitur, non ſolum clericum eſſe factum, quod non licet, verum etiam ad Epiſcopatus apicem*

Hæc allegat Gratianus diſt. 50. cap. Vt conſtitueretur, &c.

Innocentius 1.

Hæc Gratianus allegat diſt. 50. cap. Canonica.

tendere

tendere, cum canones apud Nicæam conſtituti pœnitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludant, & ideo perſpecta tenore libelli, eum iubēte præſentari: ac ſi vere conſtiterit talem qualem libellus affirmat, non ſolum ab Epiſcopatus ambitione, ſed etiam à clericatus remoueatur officio, &c. Eadem Concilium Rom. ſub Hilario 1 cano. 3. & allegatur diſtinct. 55. cap. pœnitentes. ſed hoc iam poſuimus ſupra vocabulo, Ordinandi qui non ſint. &c. Idem Hormisda I epiſt. 4 ad Epiſcopos Hiſpaniæ, vt poſuimus ſuperiùs. Idem verò & in alio decreto, quod allegat Gratianus diſtinct. 50. cap. Si ille. *Si ille qui vltro petit pœnitentiam, quamuis eam perfectè agat, non poteſt Epiſcopus aut preſbyter ordinari, ita vt etiam, ſi per ignorantiam ordinatus fuerit, & poſtea conuincitur pœnitentiam accepiſſe, deiiciatur. Ille ergo qui inuitus ad pœnitentiam agendam mittitur in monaſterium (quod vtique nihil aliud quam pœnitens dicendus eſt) qua conſcientia ad ſacerdotium peruenire permittitur? Nemo mihi talia qualibet contra authoritatem ſedis Apoſtolicæ, vel contra trecentorum decem & octo Epiſcoporum & reliquorum canonum conſtituta obiiciat: quia quidquid contra illorum definitionem, in quibus Spiritum ſanctum credimus locutum, dictum fuerit, recipere non ſolum temerarium, ſed etiam periculoſum eſſe non dubito.*

Concilium Romanum ſub Hilario 1.

Hormiſda 1.

Pœnitens in Monaſterio truſus non ordinetur.

Pœnitentes à coniugio non ſeparandi.] Niſi ſcilicet hoc fiat ex conſenſu vtriuſque partis, vt habes iam ſuperius inſertum ex Concilio Toletano VI. can. 8. cui ſubſcribit Concilium Vormatiense cano. 37. *Hi qui pro diuerſis criminibus* (ait) *vel quibuſcunque piaculis pœnitentiæ iugo fuerint ſubmiſſi, legitimo nullatenus matrimonio ſeparentur, ne in fornicationis voragine demergantur, & dum ad alta ſubleuari ſperantur, corruant in cœno.* Iunge quod eſt in vocabulo, Matrimonium indiſſolubile, &c. Tum attende etiā quod ſequitur.

Concilium Toletanum 6. Concilium Vormatienſe.

Pœnitenti caſtitas ſuadetur. Leo I. epiſt. 90 ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum cap. 12. *In adoleſcentia conſtitutus, ſi vrgente aut metu corporis, aut captiuitatis periculo, pœnitentiam geſſit, & poſtea timens lapſum incontinentiæ iuuenilis copulam vxoris elegit, ne crimen fornicationis incurreret, rem videtur feciſſe venialem, ſi præter coniugem nullam omninò cognouerit. In quo tamen non regulam conſtituimus, ſed quid ſit tolerabilius æſtimamus. Nam ſecundum veram cognitionem nihil magis ei congruit qui pœnitentiam geſſit, quam caſtitas perſeuerans, quam caſtitas mentis & corporis.*

Leo 1.

Pœnitens militiam non ſequatur.] Ex eodem Leone epiſtola prædicta cap. 11. poſuimus ſupra in vocabulo, Militia. Denique Concilium Avrelianense III. cano. 24. *Si quis pœnitentiæ benedictione ſuſcepta, ad ſecularem habitum, militiámque reuerti præſumpſerit, viatico conceſſo vſque ad exitum excommunicatione plectatur, &c.* Idem Concil. Toletanum XII. cano. 2.

Concilium Aurelianenſe 3. ſub Vigilio 1.

Pœnitens de loco vbi pœnitentiam accepit, non recedat.] Concilium Salegvnstadiense cano. 19. *Decretum eſt, vt omnis pœnitens, dum carrinam ſuam ieiunat, de loco in locum non migret, ſed ibi permaneat, vbi ſuam acceperit pœnitentiam, vt proprius ſacerdos ſibi prebeat teſtimonium. Si autem ibi propter hoſtiles inſidias ieiunare non poterit, ſuus ſacerdos eum conſtrutum ſuorum alicui, vbi pacifice poſſit ieiunare, diligentiſſime commendet.* Vide & iunge quod ſequitur.

Concilium Toletanū 12. ſub Leone 2. Concilium Salegunſtadienſe ſub Benedicto 8.

Pœnitens vnius ab altero non ſuſcipiatur.] Lege ea quæ dicta ſunt, excommunicatus vnius ab altero non ſuſcipiatur, nam pene eadem eſt amborum ratio. Hoc autem prohibet Felix III. epiſt 1. edit in Concilio Romano cui præſidebat cap. 6. *Prouidendum eſt* (ait) *ne quis fratrum coepiſcoporumque noſtrorum aut etiam preſbyterorum in alterius ciuitate vel diœceſi pœnitentem, vel ſub manu poſitum ſacerdotis, aut eum qui reconciliatum ſe eſſe dixerit ſine Epiſcopi vel preſbyteri teſtimonio & litteris, ad cuius pertinet parochiam, preſbyter aut Epiſcopus in ciuitate ſuſcipiat. Quod ſi aliqua diſſimulatione negligitur, culpa tangit etiam clerum, qui in locis, in quibus hoc minus curatum fuerit, commoratur.* Vide ea quæ ſequuntur.

Felix 3. Concilium Romanum.

Pœnitens non inquietandus iudiciis ſecularibus.] Vide ſuperius hoc inſertum vocabulo. Iudicia, &c.

Pœnitentes recidiuantes, & ad ſcelera priſtina relabentes, &c.] Tales quidem non omninò adhuc deteſtandos volunt Apoſtoli, vt docet Clemens I. lib. 2. conſtitutionum Apoſtolicarum capite 44. Sed Syricivs I. epiſtola 1 ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum cap 5 & allegat Gratianus cauſa 33. quæſt. 2. cap. De his, &c ſic ſtatuit. *De his qui in peccatum ſ... peracta pœnitentia redeunt, diximus decernendum, vt ſolu intra Eccleſiam fidelibus oratione iungātur, ſacra myſteriorum celebritati, quamuis non mereantur, interſint. A dominicæ autem menſæ conuiuio ſegregentur, vt hac ſaltem diſtrictione correpti et ipſi in ſe ſua errata caſtigent, & aliis exemplum tribuant, quatenus ab obſcœnis cupiditatibus retrahantur. Quibus tamen (quoniam carnali fragilitate ceciderunt) viatico munere, cum ad dominum cœperint proficiſci, per communionis gratiam volumus ſubueniri. Quam formam & circa mulieres, quæ ſe poſt pœnitentiam talibus pollutionibus deuinxerint, ſeruandam eſſe cenſemus.* Idem omninò Concilium Veneticvm I. ſub Leone 1. cano. 3. & Concilium Tvronense I. cano 8. *Si quis poſt acceptam pœnitentiam ſicut canis ad vomitum, ita ad ſæculares illecebras, derelicta quam profeſſus eſt pœnitentia, fuerit reuerſus, à communione Eccleſiæ, vel à conuiuio fidelium extraneus habeatur, quo facilius & ipſe compunctionem per hanc confuſionem accipiat, & alii eius terreantur exemplo.* Vide quoque in vocabulo, Apoſtata, &. Lapſus, &c. & Concilium Epavnense can 3. *Si accepta profeſſaque pœnitentia boni immemor ad ſecularia reuoluatur, prorſus communicare non poterit, niſi profeſſioni, quam illicite prætermiſerat, reformetur.* Idem vide in vocabulo, Militia, &c. Hinc Concilium Avrelianense I. ſub Clodoueo Rege cano 13 & allegat Gratianus de pœnitentia, diſtinct 5. c. De his Vt ſuperiùs allegatur ex Syricio 1. *Quicunque derelicta pœnitentia ad priſtinum ſcelera redierunt, à conuiuio Catholicorum ſeparentur, & quicunque poſt interdictum cum eo manducare præſumpſerit, & ipſe communione priuetur.* Eadem & Concil. Tolet. III. cano 11. *Hi qui ad propria vitia, vel infra pœnitentiæ tempus, vel poſt reconciliationem relabuntur, ſecundum priorum canonum ſeueritatem damnentur.* Et Greg. I. lib. 9. epiſt. 39. ad Theoctiſtam patritiam cōtra eos agit, qui poſt triennalem pœnitentiam de peccato licitè ad eadem redire, & voluptatibus indulgere poſſe dicebant, & adducit authoritatem Apoſtoli: *Qui ſeminat in carne, de carne metet corruptionem.* Et alibi: *Qui in carne ſunt Deo placere non poſſunt, vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu. Hi quippe in carne ſunt* (ait) *qui in carnalibus voluptatibus viuunt, neque corruptio corruptionem poſſidebit. Si autem dicunt, pauci temporis pœnitentiam contra pec-*

Clemens 1. Syricius 1.

Concilium Veneticum 1. Concilium Turonenſe 1. ſub Leone 1.

Concilium Epaunenſe ſub Sigiſmundo rege.

Concilium Aurelianenſe 1.

Concilium Toletanum 3.

Gregorius 1.

Galat. 6. Roma. 8. 1. Corinth. 15.

catum debere ſufficere, vt iterum liceat ad peccatum redire, rectè eos Paſtoris primi percuſſit ſententia. Contingit illis illud veri prouerbij, canis reuerſus ad ſuum vomitum, & ſus lota in volutabro luti. Magna eſt enim contra peccatum virtus pœnitentiæ, ſed ſi quis in eadem pœnitentia perſeueret: nam ſcriptum eſt. Qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit. Hinc rurſus ſcriptum eſt: Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius? Mortuum quippe eſt omne opus peruerſum, quod pertrahit ad mortem, quod vita iuſtitiæ non viuit. Baptizatur ergo a mortuo, & iterum tangit mortuum, qui praua opera, quæ ſe meminit egiſſe, deplorat, ſed in eiſdem ſe iterum poſt lachrymas implicat. Anima itaque qualibet eiuſdem mortui lauatione non proficit, quæ hoc iterum faciendo quod planxit, nec per lamenta pœnitentiæ ad rectitudinem iuſtitiæ exurgit. Pœnitentiam enim verè agere, eſt commiſſa flere, ſed iterum plangenda declinare, &c. Et Concilium TOLETANVM IV. cano. 54. *Quicunque ex ſecularibus accipientes pœnitentiam totunderunt ſe, & rurſus præuaricantes laici effecti ſunt, comprehenſi ab Epiſcopo ſuo ad pœnitentiam, ex qua receſſerunt, reuocentur. Quod ſi aliqui per potentiam irreuocabiles ſunt, nec admoniti reuertuntur, vt veri Apoſtatæ coram Eccleſia anathematis ſententia condemnentur* Vide reliquum ſuprà, Monachi, &c. & Apoſtatæ. &c.

1 Petr. 2. — Matt. 10. & 24. — Eccleſiaſt. 34. — Pœnitentiam agere quid. — Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

Pœnitens vt poſsit ad ordines promoueri.] Superiùs diximus pœnitentes non eſſe promouendos, ſed omiſimus dicere quod præfatum Concilium TOLETANVM IV. can. 53. dicit. *Hi (ait) qui in diſcrimine conſtituti pœnitentiam accipiunt, nulla manifeſta ſcelera confitentes, ſed tantum ſe peccatores eſſe prædicantes, huiuſmodi ſi reualuerint poſſunt etiam pro morum probitate ad gradus Eccleſiaſticos peruenire. Qui verò ita pœnitentiam accipiunt, vt aliquod mortale peccatum ſe perpetraſſe publicè fateantur, ad clerum vel honores Eccleſiaſticos peruenire nullatenus poterunt, quia confeſſione ſe propria notauerunt.* Vide ea quæ ſuperiùs etiam poſuimus vocabulo, Ordinandi peccato mortali careant, & repete ea quæ ſuperiùs iam dicta ſunt, quæ his cohærent.

Concilium Toletanum 4.

POLLVTIO.

Pollutio nocturna an à communionis perceptione, vel à celebranda miſſa impediat, &c.] GREGORIVS I. ad interrogata Auguſtini Anglorum Apoſtoli, in reſponſione capitis vndecimi ſic loquitur. *Teſtamentum vetus hunc pollutum dicit, qui per ſomnium illuſiones patitur, & niſi lotum aqua etiam vſque ad veſperam intrare Eccleſiam non concedit. Quod tamen aliter populus ſpiritualis ſub eo intellectu accipit: quia quaſi per ſomnium illuditur, qui tentatus immunditia vanis imaginibus in cogitatione inquinatur, ſed lauandus eſt aqua, vt culpas cogitationis lachrymis abluat: & niſi prius ignis tentationis receſſerit, reum ſe quaſi vſque ad veſperum cognoſcat. Sed eſt in eadem illuſione valde neceſſaria diſcretio, quæ ſubtiliter penſare debet, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex naturæ ſuperfluitate, vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cum ex natura ſuperfluitate vel infirmitate euenerit, omni modo hæc illuſio non eſt timenda: quia hanc animus neſciens pertuliſſe magis dolendus eſt quàm feciſſe. Cùm verò vltra modum appetitus gulæ in ſumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula grauantur, habet exinde animus aliquem reatum non tamen vſque ad prohibitionem percipiendi ſacri myſterij, vel miſſarum ſolennia celebrandi, cum fortaſſe aut feſtus dies exigit, aut exhiberi miniſterium, pro eo quod ſacerdos alius in loco deeſt, ipſa neceſſitas compellit. Nam ſi adſunt alij qui implere miniſterium valeant, illuſio per crapulam facta a perceptione ſacri myſterij prohibere non debet, ſed abſtinere ab immolatione ſacri myſterij, vt arbitror abſtinere humiliter debet: ſi tamen dormientis mentem turpis imaginatio non concuſſerit. Nam ſunt quibus ita plerumque illuſio naſcitur, vt eorum animus etiam in ſomno corporis poſitus turpibus imaginationibus non fœdetur. Hac in re vnum ibi oſtenditur, mens ipſa non rea: nec tamen vel ſuo iudicio libera, cum ſe, & ſi dormienti corpore, nihil meminit vidiſſe, tamen in vigiliis corporis meminit in ingluuiem cecidiſſe. Si verò ex turpi cogitatione vigilantis oritur illuſio dormientis, patet animo ſuus reatus. Videt enim à qua radice inquinatio illa proceſſerit, quia quod cogitauit ſciens hoc pertulit neſciens. Sed penſandum eſt, ipſa cogitatio vtrum ſuggeſtione, an delectatione, vel quod maius eſt peccati conſenſu acciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatum, videlicet ſuggeſtione delectatione, conſenſu. Suggeſtio quippe fit per diabolum, delectatio per carnem, conſenſus per ſpiritum: quia cum primam culpam ſerpens ſuggeſſit, Eua velut caro delectata eſt. Adam velut ſpiritus conſenſit. Et neceſſaria eſt magna diſcretio, vt inter ſuggeſtionem atque delectationem, inter delectationem & conſenſum, iudex ſui animus præſideat. Cum enim malignus ſpiritus peccatum ſuggerit in mente, ſi nulla peccati delectatio ſequatur, peccatum omni modo perpetratum non eſt. Cùm verò caro delectari cœperit, tunc peccatum incipit naſci: ſi autem etiam ex deliberatione conſentit, tunc peccatum cognoſcitur perfici. In ſuggeſtione igitur peccati ſemen eſt, in delectatione fit nutrimentum, in conſenſu perfectio. Et ſæpe contingit, vt hoc quod malignus ſpiritus ſeminat, in cogitatione caro in delectationem trahat, nec tamen animus eidem delectationi conſentiat: & cum caro ſine animo delectari nequeat, ipſe tamen animus carnis voluptatibus reluctans in delectatione carnali aliquo modo ligatur inuitus, vt ei ex ratione contradicat nec conſentiat, & tamen delectatione ligatus ſit, ſed ligatum ſe vehementer ingemiſcat. Vnde & ille cæleſtis exercitus præcipuus miles gemebat dicens: video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Si autem captiuus erat minime pugnabat, ſed & pugnabat: quapropter captiuus erat, & captiuus non erat. Et pugnabat igitur lege mentis, cui lex quæ in membris eſt repugnabat. Si autem pugnabat captiuus non erat. Ecce itaque homo eſt, vt ita dixerim, & captiuus & liber. Liber ex iuſtitia, quam diligit: captiuus ex delectatione, quam portat inuitus. &c.* Multa de pollutione nocturna ſcripſere THOMAS AQVINAS, ET IOANNES GERSON, & cæteri, quos enumerare longum eſt, quorum opera habentur in manibus & ideo ſuperſedeo.

Gregorius 1. — Deuter. 23. — Variæ cauſæ & effectus pollutionis. — Aduerte iſta. — Tribus modis peccatum cōmittitur. — Geneſ. 3. — Rom. 7. — Thomas Aquinas. — Ioannes Gerſon.

POLYGAMIA.

Polygamia nec damnatur nec laudatur, ſed conceditur.] Iam de matrimonio, Bigamia, & nuptijs, ſuis in vocabulis copioſè diſſeruimus, vnde non erat neceſſe hic immorari niſi quod in alijs prætermiſſum eſt, hic ſupplendum eſſet. Itaque an ſit laudanda vel reprobanda polygamia, licet iam crebro diximus, ſic tamen ex inſtitutione Apoſtolorum CLEMENS I. lib. 3. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 2. *Scire debetis*

Clemens 1.

(ait

ait) *quod primæ nuptiæ, ſi legitimæ fiant, iuſta cenſentur, ut quæ ſecundum Dei voluntatem ſunt. Bigamia poſt profeſſionem iniqua habenda eſt, non propter coniunctionem, ſed propter mendacium. Trigamia incontinentiæ eſt argumentum, id quod ſupra trigamiam ſit manifeſta fornicatio iudicatur, & non dubia intemperantia.* Vnde & Concilium NEOCAESARIENSE, cano. 3. & allegat Gratianus, cauſa 31 quæſt. 1. cap. De his: *De his (ait) qui in plurimas nuptias inciderunt, tempus quidem præfinitum manifeſtum eſt, ſed conuerſatio eorum & fides tempus abbreuiat.* Ne tales ordinentur prohibuit LEO PRIMO, epiſt. 1. ad Epiſcopos Campaniæ Tuſciæ, &c cap. 1. Vide Bigamus, &c. Porrò hoc Neocæſarienſe decretum allegat MARTINVS BRACARENSIS in collectorio, cap. 80. Sed & HIERONYMVS STRIDONENSIS, epiſtola ad Geruntiam de Monogamia, quæ incipit: In vetere via, omnino polygamiam vitandã docet, exemplo adducto de quodam, qui viginti ſepeliuit vxores: & de fœmina, quæ viceſimum ſecundũ haberet maritum. *Itaque* (ait) *obſecro te religioſa in Christo filia, ut teſtimonia iſta non noueris, quibus incontinentibus & miſeris ſubuenitur: ſed illa potius lectites quibus pudicitia coronatur.* Verùm nec polygamiam omnino damnare intendit. Vnde IDEM in Apologia pro libris aduerſus Iouinianũ ad Pammachium, ſic dicit: *Non damno* (inquit) *digamos, imo nec trigamos, & ſi dici poteſt, octogamos: plus aliquid inferam, etiã ſcortatorem recipio pœnitentẽ. Quidquid æqualiter licet, æquali lance penſandum eſt. Erubeſcat calumniator meus dicẽs, me prima damnare matrimonia, quãdo legit, nec damno digamos & trigamos, & ſi dici poteſt octogamos. Aliud eſt non damnare, aliud prædicare, aliud eſt veniam concedere, aliud eſt laudare virtutem, &c.* Lege quod præfiximus.

Concilium Neocæſarienſe ante concilium Nicænum celebratum eſt.
Leo 1.
Martinus Bracarenſis
Hieronymus Stridonenſis.

PONTIFEX.

De Pontificibus lege, in dictionibus, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Metropolitanus, &c. Papa, Paſtor, &c. vbi eorum munus & officium deſcriptum eſt.

POPVLVS.

Populus non ſequendus, &c.] Vide in vocabulo, Laicus, vbi laicis interdicitur omne iudicium de rebus Eccleſiaſticis. Vnde etiam COELESTINVS I. epiſt 3. ad Epiſcopos Apuliæ Calabriæ, &c. cap 5.* *Docendus eſt populus, non ſequendus: nosq; ſi neſciunt eos quid liceat, quódve non liceat commonere, non his conſenſum præbere debemus. Quiſquis verò conatus fuerit tentare prohibita, ſentiet cenſuram Apoſtolicæ ſedis minime defuturam. Quæ enim ſola admonitionis authoritate non corrigimus, neceſſe eſt per ſeueritatem congruentem regulis vindicemus. Per totas ergo hic quæ proprijs rectoribus carent Eccleſias volumus innoteſcat, vt nullus ſibi ſpe aliqua forſitan blanditus illudat.* Denique Patres congregati in Concilio MIRRNAE ciuitatis Metropolis Lyciæ prouinciæ, epiſtola ad Leonem Imperatorem I. *Quaſi Pelagi* inquiunt, *tempeſtate commota, ea quæ a populo inconſiderate fiunt ad modicum quidem præualent, tempore vero ſuperueniente ſoluuntur, &c.* Vide Laicus, &c.

Cœleſtinus 1.
* Hæc Gratianus citat diſt. 62. cap. docendus.
Concilium Mirrhæum vel Myreum, huius ... fuit ... Nicolaus.

PORTARIVS.

Portarius qualis eligatur, &c.] Superiùs de portaria monialium, qualis eligatur diximus ex Concilio Cabilonenſi II. cano. 64. de portario verò qui canonicorum vel monaſteriorum ianuæ deputatur ſic Concilium AQVISGRANENSE I. cano. 143. *Eligatur* (ait) *neceſſe eſt a Prælato ex congregatione ſibi commiſſa frater probabilis vita, cuius officij ſit portam, cum ſumma obedientia & humilitate, competenti tempore claudere ac reſerare, vt nulli per eam, niſi per licentiam aditus pateat intrandi ac exeundi. Debet præterea aduenientes quoſque cum charitate ſuſcipere, & priori aduentum eorum cauſamq; nunciare. Expleto completorij officio portas obſerare, ne vllis horis incompetentibus intrandi aut exeundi maneat facultas. Si aliter fecerit, puniatur.* Hoc decretum deſumptum eſt ex regula BENEDICTI CASSIANENSIS, cap. 66. vbi agit de Oſtiario monaſterij. Vide ſi libet.

Concilium Aquiſgranenſe 1.
Benedictus Caſſinenſis.

POTESTAS.

Poteſtas duplex, ſcilicet Eccleſiaſtica & imperialis, de qua egimus in vocabulo, Gladius, & Imperator, & in vocabulo, Eccleſiæ authoritas & poteſtas, &c. Quanta autem ſit ſuprà imperialem poteſtatem poteſtas Eccleſiaſtica, docet manifeſtis exemplis NICEPHORVS CALLISTVS, libro quinto, hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 25. vbi narrat Philippum Imperatorem Romano Pontifici obſecutum: & iterum lib. 12. cap. 41 de Theodoſio ſeniore qui Ambroſio morem geſſit, vt diximus in vocabulo, Imperator, &c. Et NICOLAVS I. epiſtola ad Epiſcopos Galliæ, vt allegatur à Gratiano, cauſa 15. quæſt. 6 Quinetiam. *Quinetiam præfato fratri noſtro, filioq; Treuirenſis Eccleſiæ illiusq; defenſoribus, hæc in mandatis damus, vt ſpirituali ſimul & materiali gladio, tandiu malignos illos, eorumq; fautores inſequantur, quouſque cum integritate poſſeſſiones, vel quæcunque res Eccleſiaſticæ hoc facto, vel quocunque pacto diſtracta ſeu direpta ſunt, reuocentur.* Lege in vocabulo, Bellum, &c. Et ROBERTVM CORNALEM Abrincenſem Epiſcopum, libro de vtroque gladio, &c.

Nicephorus Calliſtus.
Nicolaus 1.
Robertus Cornalis.

POSSESSIO.

De poſſeſſionibus Eccleſiaſticis habes in vocabulo, Facultates Eccleſiaſticæ, &c. & de poſſeſſionibus quæ per 30. annos ſine contradictione fuerint vſurpatæ, quomodo non poſſint poſteà repeti, habes in vocabulo, Lex Tricennalis, &c.

PRAEBENDA.

De præbendis egimus dum de beneficijs Eccleſiaſticis vel parochijs tractaretur. Vide in ſuis vocabulis.

PRECARIAE.

Precariarum vſus, &c.] Hoc vocabulum peregrinum videtur, nam nec in vſu apud Latinos inuenitur, ſæpiùs autem in decretis reperitur. Precariæ autem dicuntur quædam præſtationes vſusfructus, in recompenſatione huius proprietatis, quæ datur Eccleſiæ. Differunt autem à precaria, quia precaria eſt quidam contractus affinis Emphyteoſis, & in hoc differt, quod de quinquennio in quinquennium renouetur. Porrò iam de omnibus his egimus in vocabulo, Facultates Eccleſiæ non alienandæ, &c. Quod autem ad hoc vocabulum attinet, pauca hæc ſubiungimus. Sic nempe Concilium CARTHAGINENSE, docente Gratiano cauſa 10. quæſt. 2. ſtatuit. Quorum verò ſit non reperi, quia nec in omnibus decretis, quæ ex-

Nõ erat vt videtur opus diphthongo, ſed in aliquib. ſic reperi.
Precariæ quid.
Precaria quid.
Hæc allegat Gratianus, cauſa 10. quæſt. 2. cap. De precarijs.
Concilium Carthaginenſe.

A tant omnium Conciliorum Carthaginenſiũ, hoc inſecitur. *De preca ri s art quæ a rt ioribus Eccleſiarum irrationabiliter ſiebant, ſuoſq; ſucceſſores pœnis graui obligauerant, ut facta ipſorum nequiuiſſent diſſoluere, præcipimus ut nemo ſucceſſor in anteceſſorem ſui pœna ſit obligatus ſed ſua prouidentia ſit cõceſſum, ut ſi anteceſſor eius res Eccleſiæ irrationabiliter diſtribuit, ab eo ad ius Eccleſiæ eiuſdem reuocentur.* Eadem renouat Concilium Silvanectense ſub Ludouico Rege, cano 5. vt allegat Buchardus, libro tertio Decretorum, cap. 164. *Nulli* (inquit Concilium) *liceat alienare rem immobilem Eccleſiæ, ſiue domum, ſiue agrum, ſiue hortum, ſiue ruſticum mancipium, neque creditoribus ſpecialis hypotheca titulo obligare* **B** *(alienationis autem verbum contineat venditionem, donationem, permutationem, & emphyteoſeos perpetuum contractum, ſed omnes omnino ſacerdotes ab huiuſmodi alienatione abſtineant, pœnas timentes quas leonina conſtitutio minatur.* Habes ſuprà Facultates Eccleſiæ non alienandæ, &c. Idem Concilium, cano. 6. *Si princeps voluerit rem immobilem ſanctis locis præſtare, & accipere ab eo aliam immobilem rem, & eo modo per mutationem contrahere, liceat hoc facere ei, diuina pragmatica ſanctione ab eo promulgata, &c.* Et Concilium Belvacense ſub Ludouico Imperatore, cap. 10. vt allegat idem Buchardus, lib. 3. Decretorum, can. 166. *Statuimus, vt precariæ & commutationes tempore viduatarum* **C** *Eccleſiarum factæ ab his, qui loca Epiſcoporum occupauerant, reſcindantur, & cum authoritate Eccleſiaſtica vel ciuili, ſi facienda ſunt, fiant.* Idem cano. 11. *Precaria à nemine de rebus Eccleſiaſticis fieri præſumantur, niſi, quantum de qualitate conuenienti datur ex proprio, duplum accipiatur ex rebus Eccleſiæ in ſuo tantum qui dederit nomine, ſi res proprias & Eccleſiaſticas uſufructuario tenere voluerit. Si autem res proprias ad præſens dimiſerit, ex rebus Eccleſiaſticis triplum fructuario vſu in ſuo tantum quis nomine ſumat: quia ſic eas quemque tractare, vt alienarum rerum diſpenſatorem, conuenit, non propriarum rerum largitorem.* Idem cano. 12. *A nulla poteſtate quis cogatur* **D** *facere precariam de rebus Deo & ſanctis eius dicatis, cum ratio & uſus obtineat neminem cui non vult, contra vtilitatem & rationem præſtitum de proprio facere beneficium.* Idem cano 13. *Precariæ de quinquennio in quinquennium, ſecundum antiquam conſuetudinem & authoritatem renouentur.* Idem cano. 5. *Statuimus, vt commutationes rerum Eccleſiaſticarũ valde caueantur, & ſubtiliter, ne ullo aliquo modo fieri debẽt, inſpiciantur. Quæ autem inconſultè factæ ſunt, iuxta decretum canonicum Hilarii Papæ, quas illicitè deceſſor Epiſcopus admiſerit, vel ab aliis illicitè commiſſa ſunt, ab eo qui ſucceſſor eſt emendantur.* Eadem profert idem Buchardus ex Cõcilio Valentino, cano. 50. & Matisconensi, cano 4. Verùm **E** reperies inſerta iam memorato loco, Facultates, &c. Porrò Concilium Toletanum VI. cano. 5. & allegat Gratianus, cauſa 12. quæſt. 2. cap. Sæpe: *Sæpe ſit, vt proprietati originis obſiſtat longinquitas temporis. Quapropter prouidentes decernimus, vt ſi quis clericorum ſtipendium de rebus Eccleſiæ cuiuſcunque Epiſcopi percipit largitate, ſub precariæ nomine debeat profeſſionem ſcribere, nec per retentionem diuturnam præiudicium adferat Eccleſiæ, & quæcunque in vſu perceperit debeat vtiliter laborare, ut nec res diuini iuris videantur aliqua occaſione negligi, & ſubſidium ab Eccleſia, cui deſeruiunt, percipere poſſint clerici. Quòd ſi quis eorum contempſerit facere, ipſe ſe ſtipendio ſuo videatur priuare.* Denique lege in vocabulo, Clericorum ſtipendia, &c. & Beneficia

Concilium Siluanectenſe ſub Ludouico, non reperitur in ordine cæterorum.

Concilium Beluacenſe, nec hoc in ordine cæterorum reperies.

Concilium Valentinum.
Concilium Matiſconenſe.
Concilium Toletanum 6.

A Eccleſiaſtica, &c. atque Facultates Eccleſiaſticæ loco ſæpius memorato. Sic autem etiam de precariis Concilium Rhemense ſub Carolo magno, cano. 36. *Quicunque per cupiditatem & malum ingenium aliorum res ſibi acquiſierint, & pro ipſis rebus Eccleſiæ illis in precaria reddiderint, & poſtmodum datoribus diſplicuerit, pars Eccleſiæ quod ſuum eſt habeat, & illi quæ ſua ſunt abſque vllius contradictione recipiant. Poſthæc vero hi, qui hoc malum perpetrati ſunt, ſecundum modum culpæ pœnitentiam agant, & deinceps res aliorum cupide & procaciter recipere non præſumant, niſi tantum quod pro ſola eleemoſyna eas Deo dare voluerint.* * Idem can. 37. *Statuimus, vt ſi quilibet hominum res Eccleſiæ per menda-* **B** *cia, vel mala ingenia in precariam ſibi acquirere & habere voluerit, & poſt factas precarias eadem mendacia ad aures eiuſdem rectoris Eccleſiæ delata fuerint: ipſa Eccleſia res ſuas, quæ ei mendaciter abſtractæ fuerint, pleniter abſque vllius contradictione omnimodis recipiat. Ille vero, qui res ſuas per eadem mendacia propter cupiditatem ipſius precariæ, eidem Eccleſiæ tradidit, ſimili modo in ſuam recipiat dominationem.* Hoc decretum renouat Concilium Moguntinum III. ſub Arnulpho Imperator. cano 10. Porrò Concilium Meldense, cano 21. omnino eadem decreta reſumit quæ præcedenti pagina ex Concilio Siluanectenſi & Beluacenſi poſuimus, nec arbitror neceſſe iterũ eadem repetere, quia nec in verbis, nec in ſententiis **C** à prædictis diſſonat. Addit autem cano. 22. *Præcepta regalia ſuper precariis Eccleſiaſticis fieri nec ratio ſinit, nec authoritas quolibet modo permittit, quoniam præcepta in iure Eccleſiaſtico firmare indignum iudicet neceſſe eſt maieſtas regia, niſi ab Eccleſiaſtico rectore petantur. Idem autem cuſtos Eccleſiæ ſolertiſſimè caueat, ne ſui ordinis & Eccleſiaſticæ communionis fortè immemor contra authoritatem præceptum regium pro quacunque aſſentione fieri petat. Qui & ſi fecerit, non audiatur, ſi autem & obtinuerit, regia diſcretione & Epiſcopali iudicio idem reſcindatur, & petitor iniuſtus pro principis iniuſta ſuggeſtione dignè corripiatur,* **D** *& precaria ſecundum antiquam conſuetudinem & authoritatem de quinquennio in quinquennio renouentur.* Vide locis præfixis.

Concilium Rhemenſe.

* Vide etiam in vocabulo, Bona, &c. & Facultates, &c.

Concilium Moguntinum 3.
Concilium Meldenſe.

Præceptum.

Præcepta Chriſti non eſſe impoſsibilia.] Hoc auſus eſt impius ſuis auditoribus proponere Lutherus, vt auerteret eos ab auditione mandatorum Dei, & liberius fræna vitiis laxaret. Verùm quàm iniqua ſit illa ſuggeſtio ſatis euidenter illud Euangelii oſtendit. *Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue, &c.* Denique Origenes Adamantius, homil. 9. in Ioſue. *Qui dicit* **E** (inquit) *implere non poſſum quæ mandantur à Deo: quid ſibi vuletur aliud, quam inter mulieres, quæ nihil virile poſſunt, eſſe numerandus, &c.* Et Hilarius Pictaviensis expoſitione in Pſalmum 118. illud exponens, *latum mandatum tuum nimis, &c. Latum* (inquit) *mandatum Dei eſt, & in omnia ſpei noſtræ genera diffunditur, vt non difficile ſit ſi voluntas adſit præcepto Domini obtemperare, cum & latum & diffuſum ſit ad placendum officioſa religionis varietate: neque ſolum latum, ſed vehementer latum.* Et Basilius Magnus, homilia in verba illa Moſis. *Attende tibi ipſi, &c.* impium eſſe affirmat dicere, quæ à ſpiritu Dei mandata profecta ſunt ea eſſe credentibus impoſſibilia. *Duriora vero* (inquit) *multo ſunt quæ vel inſanus amor, vel inexplebilis ha-*

Matth. 11.

Baſilius Magnus.
Ioannes Chryſoſtomus.
Hieronymus.
Origenes Adamantius.
Hilarius Pictauienſis.

bendi

bendi cupiditas mortalibus imperat, quàm quæ Chriſtus præſcribit. Idem HIERONYMVS STRIDONENSIS, epiſtola ad Damaſum in expoſitione Symboli. IOANNES CHRYSOSTOMVS, homilia 8. de pœnitentia, & homil. 9. in epiſtolam ad Hebræos, & homil. 39. in Matthæum, & homil. 2. in epiſtolam ad Philippenſes, affirmat adeo nihil impoſſibile mandaſſe Deum, vt multos fuiſſe dicat, qui plus etiã vltro præſtiterunt, quàm à Chriſto mandatum eſt. *Nam cum* (ait) *neque virginitatem, neque paupertatem Deus vnquam mandauerit, minimè tamen defuerunt qui iniuſſi vltro vtrunque amplecterentur. Quin & illud perſuadeat, multo grauius eſſe iugum ſeculi, quàm ſit iugum Chriſti: quod illud iugum eſt ſeruitutis, iugum carnis & peccati: hoc verò iugum eſt libertatis, iugum ſpiritus & gratiæ.* Et

Auguſtinus Hipponenſis. AVGVSTINVS HIPPONENSIS, libro de natura & gratia, cap. vlt. *Valde* (inquit) *bona ſunt præcepta, ſi legitimè his vtimur: eo quippe ipſo, quod firmiſſimè creditur Deum iuſtum & bonum, impoſſibilia non potuiſſe præcipere: hinc admonemur, & in facilibus quid agamus, & in difficilibus quid petamus: omnia quippe ſunt facilia charitati, cui vni Chriſti ſarcina leuis eſt, &c.* IDEM libro de perfectione iuſtitiæ hominis reſponſione 17. *Non ob aliam cauſam ſcriptura commemorat non eſſe grauia præcepta diuina, niſi vt anima, quæ illa grauia ſentit, intelligat nondum accepiſſe vires, quibus talia ſint præcepta Domini qualia commendantur, leuia ſcilicet atque ſuauia, &* C *oret gemitu voluntatis, vt impetret donum facultatis.* IDEM libro de vera innocentia, tomo 3. *Omne præceptum Dei leue eſt amanti, nec ob aliud intelligitur dictum: Onus meum leue eſt, niſi quia dat ſpiritum ſanctum, per quem diffunditur charitas in cordibus noſtris, vt diligendo liberaliter faciamus quod, qui timendo facit ſeruiliter facit. Non eſt amicus recti, qui mallet, ſi fieri poſſet, id quod rectum eſt non iuberi, &c.* Vnde

Concilium Moguntinenſe 4. Concilium MOGVNTINENSE IV. cap. 9. *Certum eſt mandatorum Dei obſeruationem renatis ac iuſtificatis eſſe poſſibilem, non ſecundum naturæ infirmitatem, quam habent cum aliis hominibus communem: ſed ſecundum gratiam Chriſti, qua imbuti ſi ſunt, &* D *ſecundum opem Spiritus ſancti, quem renati, & iuſtificati acceperunt, vt iam diuinorum præceptorum obſeruatio renatis tanto ſit poſſibilior, quanto maiorem gratiam, eodem ſemper opitulante ſpiritu, vel ſemel acceptum retinent, vel amiſſam nouo ſubinde munere recuperant.* Hoc quoque Concilium

Concilium Tridentinũ generale nouiſſimum. TRIDENTINVM generale, ſeſſio. 6 cap. 11. *Nemo autem, quantumuis iuſtificatus, liberum ſe eſſe ab obſeruatione mandatorum putare debet: nemo temeraria illa, & à Patribus ſub anathemate prohibita voce vti, Dei præcepta homini iuſtificato ad obſeruandum eſſe impoſſibilia. Nam Deus impoſſibilia non iubet, ſed iubendo monet, & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis, & adiuuat vt poſſis. Cuius mandata grauia non ſunt, cuius iugum ſuaue eſt & onus leue. Qui enim ſunt filij Dei,* E

1. Ioann. 5. Matth. 11. Ioan. 14. *Chriſtum diligunt: qui autem diligunt eum, vt ipſemet teſtatur, ſeruant ſermones eius: quod vtique cum diuino auxilio præſtare poſſunt. Licet enim in hac mortali vita quantumuis ſancti, & iuſti in leuia ſaltem & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur peccata, quandoque cadunt, non propterea deſinunt eſſe iuſti. Nam iuſtorum illa vox eſt & humilis, & verax: dimitte nobis debita noſtra. Deus namque ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis prius deſeratur.* Vide ſuprà, Peccatis an carere poſſit quiſpiam, &c.

Præcepta regalia non debere præiudicare diuinis.] Poſuimus hoc ex Innocentij III. decreto in Concilio Lateranenſi, Eccleſiæ liber- A tas, &c. In omnibus autem quæ non ſunt contra Eccleſiæ mandata, iubet omnes obtemperare regalibus præceptis Concilium PARISIENSE

Concilium Pariſienſe 3. III. lib. 2. cap. 8. vt alibi diximus, & hoc ſatis ſcripturæ præcipiunt, vt notum eſt.

PRÆDESTINATIO & PRAESCIENTIA

Prædeſtinatio & præſcientia quid ſit.] Dum de libero arbitrio ageremus, ſeu de fato, probauimus hæc non omnino prædeſtinationem

Prædeſtinatio quid & vnde Auguſtinus Hipponenſis. aut præſcientiam tollere. Vt autem breuiter quod propoſuimus aſtruamus, AVGVSTINVS HIPPONENSIS contra Pelagianos hipognoſt. lib. 6. B *Prædeſtinatio* (inquit) *à prouidendo, & præueniendo, vel præordinando futurum aliquid dicitur. Et ideo Deus, cui præſcientia non eſt accidens ſed eſſentia ſua fuit ſemper & eſt, quicquid antequam ſit ſic præſcit, prædeſtinat: & propterea prædeſtinat, quia quale futurum ſit*

Quæ Deus prædeſtinat & quæ non. *præſcit. Ideo & Apoſtolus: Nam quos præſciuit* (ait) *& prædeſtinauit. Mala enim tantum præſcit, & non prædeſtinat: bona verò & præſcit & prædeſtinat. Quod ergo bonum eſt, præſcientia prædeſtinat, id eſt, priuſquã ſit in re præordinat. Hoc cum ipſo authore eſſe cœperit, vocat, ordinat, & diſponit. Vnde & ſequitur: Nam quos prædeſtinauit, hos & vocauit: quos vocauit, illos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit illos & glorificauit, &c.* IDEM lib. 2. de prædeſtinatione ſancto- C rum, ait inter prædeſtinationem & gratiam hoc

Prædeſtinatio & gratia quid differunt. intereſſe, quòd prædeſtinatio eſt gratiæ præparatio: gratia verò iam ipſa donatio, &c. Recentiores autem Theologi, vt ANDREAS VEGA, lib. 12.

Andreas Vega. in Concilium Tridentinũ, & IOANNES DRIE-

Ioannes Driedo. DO, libro vnico, de concordia liberi arbitrij & prædeſtinationis diuinæ, ſtatim initio, ac alij plures aſtruũt, quòd prædeſtinatio generaliter dicta, idem eſt quod prouidentia: quanquam ſecundum

Prædeſtinatio bifariam accipitur. vſum Theologorum habeatur vt ſpecies prouidentiæ. Vnde prædeſtinare nomen ſortitur à deſtinare, quod eſt, mittere, ordinare, aut deputare aliquid in finem aliquem ſeu terminum. Quemadmodum rex ſuum legatum deſtinare dicitur, D & ſagittator in ſcopum ſagittam: ita prædeſtinare generaliter acceptum tranſiit tam in hominem, quàm in alia alicui fini addicta, deputata, ſeu præparata. Verùm obtinuit vſus in ſcripturis, & apud Theologos, vt non alia quæuis Dei opera, ſed homines ſoli ipſi dicuntur prædeſtinati ad gratiam, vel opera bona in præſenti, & ad vitam æternam in futuro. Prædeſtinationis ergo nomine generaliter accepto, Deus dicitur prædeſtinare hominẽ ad illud quod præuidit ſe facturum in homine, ſiue per iuſtitiam, ſiue per miſericordiam. Sic acceptam prædeſtinationem deſcribit beatus Pater

Fulgẽtius Ruſpenſis. FVLGENTIVS RVSPENSIS, lib. 1. ad Monimum circa medium *Prædeſtinatio* (inquit) *Dei nihil aliud eſt, quam præparatio operum, quæ Deus in* E *æterna ſua diſpoſitione, aut miſericorditer, aut iuſtè ſe facturum præſciuit.* Secundum ſignificationem hac Deus non ſolum prædeſtinauit ſuis electis regnũ cœlorum, ſed & reprobis prædeſtinauit & præparauit carcerem ſuppliciorum. Hoc modo dicit Paulus, vaſa iræ apta & præparata in interitum: in interitum, inquam, ſupplicij, non in interitũ peccati. Quãuis enim Eccleſiaſtici Patres ex ſcripturis ſacris diuinitus edocti admittãt, quòd Deus prædeſtinauerit ſeu præparauerit iuſtorũ opera, pro quibus illos coronat: nequaquam tamen admittunt, quod Deus prædeſtinauerit impiorum opera, pro quibus condemnat illos. Ipſe enim non eſt

authot

authór peccati, neque præparat, neque deputat homines vt faciant mala opera, quamuis facientibus mala æterna ſupplicia præparauit. Sunt autē in ſcriptura ſanctorū de prædeſtinatione & electione loquentium diligenter conſideranda quo nam pacto accipiantur ipſa prædeſtinationis & electionis vocabula. Nam ſecūdum acceptionem quandam Deus elegit, & prædeſtinauit electos, propter præuiſa fidei opera, id eſt, vitam æternam illis præparauit. In huncin modum reperies IOANNEM CHRYSOSTOMVM & AMBROSIVM ſæpè fuiſſe locutos. At prædeſtinationem ſpecialiter acceptam ita deſcribit, vt ſupra meminimus, AVGVSTINVS: *Prædeſtinatio eſt præparatio beneficiorum Dei, quibus certiſsime liberantur quicunque liberantur.* Homo propriè præparari, dirigi, ac prædeſtinari dicitur in illa, quæ ex ſuis naturalibus conſequi non poteſt. huiuſcemodi ſunt gratia & gloria. *Inter gratiam* (inquit idem, vt iam retulimus) *& prædeſtinationem hoc tantum intereſt, quod prædeſtinatio eſt gratiæ præparatio. gratia vero eſt ipſa donatio, quæ eſt ipſius prædeſtinationis effectus. Nam prædeſtinatio eſt diuina voluntas proponens ſuo tempore miſereri hominis. hoc eſt, ſegregare hominem ex perditionis maſſa, & facere eum in hac vita dignum, cui poſt hanc transitoriam largiatur vitam æternam.* Ex quibus liquet nomine prædeſtinationis tria deſignari, videlicet propoſitum Dei æternum, ſiue electionem ante mūdi conſtitutionem: deinde temporalem in hac vita effectum, qualis eſt vocatio, ſegregatio ex perditionis maſſa, regenerationis lauacrum, remiſſio peccatorum, iuſtificatio: & vt vniuerſaliter dicam, tota congeries operum, quæ facit Deus, aut in homine, aut per hominem, ordinata in vitam æternam: atque ita tertium nomine prædeſtinationis deſignata eſt vita æterna, quæ eſt poſtremus prædeſtinationis effectus, ac finis omnino præcedentium. Tria hæc innuit Apoſtolus dicēs: *Quos prædeſtinauit, hos & vocauit: & quos vocauit hos & iuſtificauit: & quos iuſtificauit, hos & magnificauit.* Primum æternum, videlicet diuinum propoſitum, cum ſit ipſa diuina eſſentia immutabilis, neque cauſam habet, neque meritum. Alterum, videlicet effectus prædeſtinationis, in hac vita cauſam habet Deum, ſed non hominis meritū, intelligendo totalem in hac vita prædeſtinationis effectum. Tertium autem, vtpote glorificatio, habet efficientem cauſam Deum ipſum, & in adultis meritum. Quamuis enim nulla poteſt eſſe cauſa, quæ moueat Deum ad volendum, qui quidquid voluit ab æterno voluit: hac tamen ſua voluntate æterna & immutabili Deus in operibus ſeu effectibus creatis vult vnum corpus, vnúmque effectum eſſe alterius cauſam. Sicuti vult ignem eſſe cauſam caloris, ita & vult opera tum bona tum mala eſſe cauſas meritorias præmiorum aut ſuppliciorum. Verùm de hac materia longiùs diſceptare non expoſtulat opus, ſiquidem creſceret in immenſum, & ſunt qui hanc prædeſtinationis doctrinam pluribus ſermonibus complexi authores, quos ſuperius memorauimus. Magiſter ſententiarum PETRVS LOMBARDVS, lib. 1. ſententiarum, diſtinct. 39. & 40. & omnes illi Scholaſtici doctores, qui in eundem libru ediderunt commentaria, quos ſuo poterit lector adire, quia cem hāc doctiſſimè tractauerunt. ALBERTVS NOVICAMPIANVS, de illa agit in ſcopo Biblico, annotatione de iuſtificatione, non longè à fine. Si verò vetuſtiores quæris, de præſcientia, & prouidentia atque prædeſtinatione multis verbis

A agit Auguſtinus memoratus, & GREGORIVS NYSSENVS, lib. de prouidentia qui nouem capitibus conſtat, & multi alij. TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS, lib. 2. contra Marcionem, paulò poſt initium, vbi Dei potentiam & bonitatem prædicauit, ſic ait: *De præſcientia verò quid dicam, quæ tantos habet teſtes quantos fecit Prophetas? quanquam quæ præſcientiæ titulus in omnium authore, qua vniuerſa vtique diſponēdo præſciuit, & præſciendo diſpoſuit, certè iſtam tranſgreſſionem, quam niſi præſciuiſſet, nec cauiſſet ne eius deleſſet ſub metu mortis, &c.* De prædeſtinatione verò idem diſſerit, libro de Trinitate paulò poſt medium. Porrò Concilium VALENTINVM GALLIÆ III. can. 1.

B ſic diffinit. *De præſcientia Dei & de prædeſtinatione, & de quæſtionibus in quibus fratrum animi non parum ſcandalizati probantur, illud tantum firmiſſime tenendum credimus, quod ex maternis Eccleſiæ viſceribus nos hauſiſſe gaudemus.* Et ſubdit cano. 2. *Deum præſcire & præſciuiſſe æternaliter, & bona quæ boni erant facturi, & mala quæ mali ſunt geſturi, quia vocem ſcripturæ dicentis habemus, Deus æterne, qui abſcōditorum eſt cognitor qui noſti omnia antequam fiant: fideliter tenemus, & placet tenere, bonos præſciſſe omnino per gratiam ſuam bonos futuros, & per eandem gratiam æterna præmia accepturos: malos præſciſſe per propriā malitiam malos futuros, & per ſuam iuſtitiam æterna vltione damnandos, vt ſecundum Pſalmiſtam, Quia po-*

C *teſtas Dei eſt & Domini miſericordia. vt reddat vnicuique ſecundum opera ſua, & ſicut Apoſtolica doctrina ſe habet: his quidem qui ſecundum patientiam, boni operis gloriam, & honorem & incorruptionem. quærentibus vitam æternam. His autem qui ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & anguſtia in omnem animam operantis malum. In eodem ſenſu alibi: In reuelatione (inquit) Domini noſtri de cœlo cum Angelis virtutis eius, in igne flammæ dantis vindictā his, qui non nouerunt Deum, & qui non obediūt Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui pœnas dabunt in*

D *interitu æternas, cum venerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. Nec prorſus vlli malo præſcientiam Dei impoſuiſſe neceſſitatem, vt aliud eſſe non poſſit, ſed quod ille futurus erat ex propria voluntate ille ſicuti Deus, qui nouit omnia antequam fiant, præſcit ex ſua omnipotentia & incommutabili maieſtate. Nec ex præiudicio eius aliquem, ſed ex merito propriæ iniquitatis credimus condemnari: nec ipſos malos ideò perire, quia boni eſſe non potuerunt, ſed quia boni eſſe noluerunt, ſuo vitio in maſſa damnationis, vel merito originali, vel etiam actuali permanſerunt.* Tum cano. 3. *Sed & de prædeſtinatione Dei, placuit & fideliter placet iuxta authoritatem Apoſtolicam, quæ dicit: An nō habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud vas in honorem,*

E *aliud in contumeliam? Vbi & ſtatim ſubiungit, quòd ſi volens Deus oſtendere iram, & notam facere potētiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta ſiue præparata ad interitum, vt oſtenderet diuitias gratiæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam? Fidenterq́ fatemur prædeſtinationem electorum ad vitam, & prædeſtinationem impiorum ad mortem. in electione tamen ſaluandorum miſericordiam Dei præcedere meritum bonum, in damnatione autem perituorū meritum malum præcedere iuſtum Dei iudicium. Prædeſtinatione autem Deum ea tantùm ſtatuiſſe, quæ ipſe vel gratuita miſericordia, vel iuſto iudicio facturus erat. ſecundum ſcripturā dicentem: Qui fecit quæ futura ſunt: in malis verò ipſorum malitiam præſciſſe. quia ex ipſis eſt, nō prædeſtinaſſe, quia ex illo non eſt. Pœnam*

ſanè

Rom. 9. Deus nō eſt author peccati. Sunt in ſcripturis loquentibus de prædeſtinatione.

Ioannes Chryſoſtomus Ambroſius Mediolanenſis.

Nomine prædeſtinationis tria deſignantur.

Petrus Lombardus, & cæteri.

Albertus Nouicampianus.

Tertullianus Carthaginenſis.

Concilium Valentinū Galliæ 3. ſub Lothario Imperat. anno 855.

Daniel 13.

Pſal. 61.

Roma 2.

2. Theſſa 1.

Præſcientia Dei non imponit neceſſitatē.

Rom. 9.

ſine malum meritum eorum ſequentem, vti Deum, qui omnia proſpicit, præſciuiſſe & prædeſtinaſſe, quia iuſtus eſt, apud quem eſt (vt ſanctus Auguſtinus ait) de omnibus omnino rebus tam fixa ſententia, quam certa præſcientia. Ad hoc autem facit Sapientis dictum: Parata ſunt deriſoribus iudicia, & malleꝰ percutientes ſtultorum corporibus.

Prouer.19.

De hac immobilitate præſcientiæ & prædeſtinationis Dei, per quam apud Deum futura iam facta ſunt, apud E cl ſiaſten bene intelligitur dictum.

Eccleſiaſt.3.

Cognoui quod omnia opera quæ fecit Deus, perſeuerant in perpetuum non poſſimus his addere nec auferre quæ fecit Deus, vt timeatur. Verum aliquos ad malum prædeſtinatos eſſe diuina poteſtate, videlicet vt quaſi aliud eſſe non poſſent, non ſolum non credimus, ſed etiam ſi B *ſunt qui tantum mali credere velint, cum omni deteſtatione ſicut* ARAVSICANA SYNODVS, *can.25. illis anathema dicimus.*

Concilium Arauſicanum 1. ſub Leo.1.

Hæc Concil. TRIDENTINVM generale nouiſſimum, ſeſſio.6. cap.12. renouat vbi de iuſtificatione loquitur Nemo (ait) quandiu in hac mortali vita viuitur de arcano diuinæ prædeſtinationis myſterio vſque adeo præſumere debet vt certo ſtatuat ſe omnino eſſe in numero prædeſtinatorum, quaſi verum eſſet quod iuſtificatus aut amplius peccare non poſſit, aut ſi peccauerit certam ſibi reſipiſcentiam promittere debeat: nam niſi ex ſpeciali reuelatione ſciri non poteſt quos Deus ſibi elegerit & ideo de perſeuerantiæ munere conſequenter agit vt vnuſquiſque ſtans videat ne cadat. Vide reliquũ C ſuprà, Iuſtificatio liberum arbitr. &c. huiuſmodi.

Concilium Tridentinũ generale.

PRÆDICATOR.

Prædicatoris officium, & quid cauere debeat, &c.] Iam multa ad hoc pertinentia poſita reperies ex Chryſoſtomo, Auguſtino, & alijs in vocabulo, Doctor. Porrò Concilium LATERANENSE ſub Leone X. ſeſſio.11. eo quòd Lutherus iam ſuæ doctrinæ ſemina ſpargere incipiebat, de officio veri prædicatoris hoc ſtatutum poſuit.

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

Quoniam (ait) *beatus Gregorius prædicatores vehementer hortatur & monet, vt dicturi ad populum prudentes cautique accedant, ne dicendi impetu rapti,* D *verborum erroribus quaſi iaculis audientium corda configant, & cum ſapientes fortiſſe videri deſiderant, decepti ſperata compagem virtutis inſipienter diſcindant. Sæpè namque verborum effectus amittitur, cum loquacitate importuna vel incauta, audientium corda leuigantur. Et ſane in nullo alio rudem hi plebem maiori damno ſcandaloq́; afficiunt, quàm cum vel tacenda prædicant, vel falſa & inutilia docendo, eam in errorem inducunt. Quæ quoniam huic ſacræ religioni diuinitus inſtitutæ, vt noua & aliena omnino contraria eſſe noſcuntur, graui certè accuratoq́; ſunt examine digna, ne ſcandalum populo Chriſtiano, & ſuorum authorum ac aliorum animabus interitum pariant. Nos* E *igitur ſanctæ Dei Eccleſiæ vniformitatem, quantũ cum Deo poſſumus, poſthabitam reducere, & retentam conſeruare cupientes, ſacro approbante Concilio ſtatuimus & ordinamus, vt nullus tam clericus ſecularis, quam cuiuſcunque etiam mendicantium ordinis regularis, aut quiuis alius, ad quẽ facultas prædicandi tam de iure, quam conſuetudine vel priuilegio aut aliàs pertinet, ad huiuſmodi officium exercendum admittatur, niſi prius per ſuperiorem ſuum reſpectiue diligenter examinatus* (*in qua re conſcientiam ipſius ſuperioris oneramus*) *ac meram honeſtate tate, doctrina, probitate, prudentia, & vita exemplaritate ad illud aptus & idoneus reperiatur. Et hic quocunque poſtea prædicaturus acce ſerit, de huiuſmodi examine & idonei-*

Grego.1.

Nullus audeat prædicandi officium aſſumere niſi examinatus

A *tate ſua per literas authenticas, ſiu alias ſui examinatoris approbatoriſq́;, Epiſcopis & aliis locorum ordinariis fidem legitime faciat. Mandantes omnibus qui hoc onus ſuſtinent, quique in futurum ſuſtinebunt, vt Euangelicam veritatem, & ſanctam ſcripturam iuxta declarationem, interpretationem, & explanationem doctorum, quos Eccleſia vel vſus diuturnus approbauit, legendoſq́; hactenus recepit, & in poſterum recipiet, prædicent & explanent: nec quicquam eius proprio ſenſui contrarium aut diſſonum adiiciant, ſed illis ſemper inſiſtant, quæ ab ipſis ſacræ ſcripturæ verbis, & præfatorum doctorum interpretationibus, rite & ſane intellectis, non diſcordant. Prohibemus inſuper omnibus cuiuſcunque gradus & ordinis exiſtant, ne de cætero in* B *ſermonibus ſuis publicis tempus præfixum futurorũ malorum, aduentum Antichriſti, aut certum diem iudicij prædicare, cum veritas dicat: Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate.*

Prohibetur prædicator ne annũtiare ventura præfixo tempore

Actuum 1.

Sed nec alia quæcunque futura ex literis ſacris conſtanter prædicere, nec illa a Spiritu ſancto vel diuina reuelatione ſe habuiſſe affirmare, & alienas inaneſq́; diuinationes aſſeuerãdo, aut alio quocunque modo tractanda aſſumant: ſed ex diuinæ vocis præcepto Euangelium omni creaturæ, cum vitiorum deteſtatione, & virtutum commendatione, enucleent & declarent, & pacem & dilectionem mutuam, a redemptore noſtro tantopere commendatam vbique ſeruentes, non ſcindãt veſtem inconſutilem Chriſti, ſed ab Epiſcoporum & C *prælatorum ac aliorum ſuperiorũ, eorumq́; ſtatus ſcandaloſa detractione, quos coram vulgo & laicis non modo incautè, ſed etiam intemperanter reprehendunt & mordent, & ab eis malè geſtorum expreſſis quandoque nominibus aperta & manifeſta redargutione abſtineãt. Denique conſtitutionem fœlicis recordationis* CLEMENTIS V. *quæ incipit, Religioſi, &c. quam tenore præſentium innouamus & approbamus, inuiolabiliter ab his obſeruari debere decernimus, vt hac ratione ad vtilitatem populi prædicantes, & cum Domino lucrifacientes, talentum, quod ab illo acceperant, ſuperlucrari, & eiuſdem gratiam & gloriam conſequi mereantur.*

Clement.5.

Si verò quibuſdam forſan Deus futura reuelauerit, quoniam res magni momenti eſt, nec licet facile omni ſpiritui credere, antequam huiuſmodi reuelationes & inſpi- D *rationes publicentur, volumus, vt lege ordinaria Apoſtolicæ ſedis examini, aut ſi fieri non poteſt, ordinario loci notificentur, vt adhibitis ſecũ quatuor doctis & grauibus viris, huiuſmodi negotio cum eis examinato, quando id expedire videbunt (ſuper quo eorum conſcientias oneramus) licentiam concedere poſſint. Alitter præſumentes vltra pœnas à iure ſtatutas, excommunicationis etiam ſententiam, a qua niſi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolui poſſint, eos incurrere volumus. At vt eorum exemplo alij attentare ſimilia minime audeant, eis prædicationis etiam officium interdictum eſſe perpetuo decerni-* E *mus, non obſtantibus priuilegiis, aut indultis, & literis Apoſtolicis ordinibus & perſonis priuatis, etiam in mari magno comprehenſis, ac etiam a nobis forſan approbatis innouatis, vel etiam de nouo conceſſis, quæ quo ad hoc nolumus eis in aliquo ſuffragari.* Et reſponderunt omnes placet, &c. Eadem omnino renouat Concilium RATISPONENSE ſub Laurentio Cardinal cap.1. Et Concilium SENONENSE in generali decreto de damnatiooe hæreſum. Et iterum cap.36. Conſtitutionem eandem prorſus renouat, iniungens etiam prædicatoribus, vt à ridiculis & hiſtrionicis ſermonibus abſtineant, & non præſumant populum retrahere ab obedientia prælatorum, à ſolutione decimarum, aut aliorum ad quæ iure diuino & poſitiuo ſunt omnes

Concilium Ratiſponenſe.

Concilium Senonenſe.

obſtricti.

obſtricti. Hoc quod autem ſi fecerint, iubet eos ab officio ſuſpendi, & à ſuis ſuperioribus pro modo & menſura acriter caſtigati. Plura de miniſtris verbi Dei etiam tractat Concil. COLONIENSE III. part. 4. cap 4. 5. 6. & 7. & Concilium AVGVSTENSE, cap 13. nec non Concilium TRAVARENSE II. cap. 1 2 3. 4. &c. Concilium TRIDENTINVM iterum ſeſſio. 5. cap. 2. de prædicatoribus ſiue regularibus, ſiue ſecularibus ſtatuit, vt non audeant officium prædicationis aſſumere, niſi priùs examinati per ſuos ſuperiores (vt iam diximus.) *Si vero, quod abſit, quiſpiam errores aut ſcandala diſſeminauerit in populum, etiam ſi in monaſterio ſui vel alterius ordinis prædicet, Epiſcopus ei prædicationem interdicat. Quòd ſi hæreſes prædicauerit, contra eum ſecundum iuris diſpoſitionem aut loci conſuetudinem procedat, etiam ſi prædicator ipſe generali vel ſpeciali priuilegio exemptum ſe eſſe prætenderet, quo caſu Epiſcopus authoritate Apoſtolica, & tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus procedat. Curent autem Epiſcopi, ne quis prædicator vel ex falſis informationibus, vel alias calumnioſè, vexetur iniuſtamve de eis occaſionem conquerendi habeat.* De quæſtoribus autem, qui & eleemoſynarii aut quæſtuarij dicuntur, cuiuſcunque conditionis exiſtant, nullo modo per ſe nec per alium vt audeant prædicare inhibetur. Vide quod ſequitur

Concilium Colonienſe 3. Concilium Auguſtenſe. Concilium Treuerenſe. Concilium Tridentinum generale.

PRÆDICATIO.

Prædicatio diebus feſtiuis Epiſcopis atque cæteris iniungitur. Iam cum de Epiſcopi officio & munere ageretur, dictum eſt ſpeciale officium eſſe & munus Epiſcopi annunciare verbum Dei, quod vt adimpleat, vel ſaltem per aliû idoneum miniſtrum impleri faciat, præcipuè diebus dominicis, ſequentia decreta præcipiunt. Sic autem Concilium VASENSE II. cano. 2. *Hoc pro ædificatione Eccleſiarum omnium, & pro vtilitate totius populi placuit, vt non ſolum in ciuitatibus, ſed etiam in omnibus parochiis verbum faciendi daremus presbyteris poteſtatem, ita, vt ſi presbyter aliqua infirmitate prohibente per ſe ipſum non potuerit prædicare, ſanctorum Patrum homiliæ a diaconibus recitentur. Si enim ſunt digni Diaconi, quæ Chriſtus in Euangelio locutus eſt legere: quare indigni iudicentur ſanctorum Patrum expoſitiones publicè recitare?* Idem omnino decernit Concilium ARELATENSE IV. ſub Carolo Magno, cano. 10 & Concilium GENERALE VI. cano. 19. *Oportet* (ait) *eos qui præſunt Eccleſiis in omnibus quidem diebus, ſed præcipuè dominicis, omnem clerum & populum docere pietatis & rectæ religionis eloquia, ex diuina ſcriptura colligentes intelligentias & iudicia veritatis, & non tranſgredientes iam poſitos terminos, vel diuinorum Patrum traditionem, &c.* Idem Concilium GENERALE VII. cano 2. vt repoſitum inuenies in vocabulo, Epiſcopus, &c. Et Côcilium AQVISGRANENSE II cap 11. cap. 2. *Dignum duximus, vt vnuſquiſque Epiſcoporum ſtudeat miniſtros ſuos pro modulo poſſibilitatis bene inſtruere, vt ſi fortè contigerit aliquem Epiſcoporum tardiloquentem eſſe, aut infirmitate aliqua impeditum, habeat tamen miniſtrum doctum, qui eius vice pabula verbi diuini populo adminiſtrare poſſit: vel etiam ſi Epiſcopus de hac mortalitatis luce tranſeat, vt Eccleſia ſi a Domino factum fuerit doctore futuro non indigeat.* Idem omnino ſtatuit Concilium VALENTINVM GALLIAE III. cano. 16 & cano. 22 prohibet, ne ſtipendia Eccleſiaſtica dentur his, qui prædicationi vt debent non inſiſtunt. Idem repetit Concilium TICINENSE ad ſupplicationem Ludouici II. Imperator. cap. 1 vbi

Concilium Vaſenſe 2. ſub Leone 1.

Concilium Arelatenſe 4 ſub Leone 3. Concilium Conſtantinopolitanû 3 generale 6.

Concilium Nicenum 2 generale 7. Concilium Aquiſgranenſe 2.

Concilium Valentinû Galliæ 3. Concilium Ticinenſe.

præcipit omnibus laicis ad prædicationem conuenire, in maiori Eccleſia, non autem in Baſilicis prædicationem & officium diuinum audire. Denique IVSTINVS MARTYR Apologet. 2. pro Chriſtianis dicit prædicationem diebus dominicis apud antiquos Chriſtianos fieri ſolitam, vt alibi diximus. Et Concilium MOGVNTINVM I cano. 25. de officio prædicationis. *Si fortè Epiſcopus nô fuerit in domo ſua, aut infirmus eſt, aut alia aliqua cauſa exigente non valuerit: nunquam tamen deſit diebus dominicis aut feſtiuitatibus qui verbum Dei prædicet iuxta quod intelligere vulgus poſſit.* Hoc ſtatutum renouat Concilium BITARRENSE, can. 18. & NICOLAVS I. epiſtola ad Michaelem Imperator. & allegat Gratianus, diſtinct. 43. *Epiſcopus diſpenſatio cœleſtis ſeminis iniuncta eſt, ve ſi non ſparſerint, ve ſi tacuerint, ſicut vas electionis formidat & clamat.* Eadem iterum epiſtola ad Aluinum Epiſcopum Ianuenſem, & allegat Gratianus, cauſa 7. quæſt. 1. Porrò LATERANENSE Concilium ſub Innocentio III. cap. 10. idem Epiſcopis iniungit, vt ſi per amplas diœceſes nô valuerit prædicationis officium explere, habeât viros idoneos potentes opere & ſermone, qui vice ipſorum plebes ſibi commiſſas verbo ædificent & exemplo: & habeant in cathedralibus & conuentualibus Eccleſijs cooperatores, qui non ſolum in prædicationis officio, verùm etiam in audiendis confeſſionibus & pœnitentijs iniungendis: ac cæteris ad animarum ſalutem ſpectantibus, inuigilent. Et Concilium TRIDENTINVM, ſeſſio. 24 quæ eſt 8. ſub Pio IV. cap. 4. decreti reformationis. *Prædicationis munus, quod Epiſcoporum præcipuum eſt, cupiens ſancta Synodus, quo frequentius poſſit ad fidelium ſalutem exerceri, canones alias ſuper hoc editos ſub Paulo III.* (vide infrà) *aptius præſentium temporum vſui accommodando mandat, vt in Eccleſia ſua ipſi per ſe, aut, ſi legitimè impediti fuerint, per eos quos & ad prædicationis munus aſſument: in aliis autê Eccleſiis per parochos, ſiue, iis impeditis per alios ab Epiſcopo impenſis eorum, qui eas præſtare vel tenentur vel ſolent, deputandos in ciuitate, aut in quacunque parte diœceſis, cenſebunt expedire, ſaltem omnibus dominicis & ſolennibus diebus feſtis. Tempore autem ieiuniorum, quadrageſima, & aduentus Domini quotidie vel ſaltem tribus in hebdomada diebus, ſi ita oportere duxerint, ſacras ſcripturas diuinamq; legem annuncient: & alias, quotieſcûque id opportunè fieri poſſe iudicauerint. Moneatq; Epiſcopus populum diligenter, teneri vnumquemque parochiæ ſuæ intereſſe, vbi commodè id fieri poteſt, ad audiendum verbum Dei. Nullus autem ſecularis ſiue regularis, etiã in Eccleſiis ſuorum ordinum, contradicente Epiſcopo, prædicare præſumat. Iidem etiam ſaltem dominicis, & aliis feſtiuis diebus pueros in ſingulis parochiis fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum & parentes diligenter ab his, ad quos ſpectabit, doceri curabunt, & ſi opus eſt etiam per cenſuras Eccleſiaſticas compellent, non obſtantibus priuilegiis & conſuetudinibus. In reliquis, ea, quæ de prædicationis munere ſub eodem Paulo tertio decreta fuerunt, ſuum robur obtineant.* Hæc renouantur in Conſtitutionibus FRANCISCI II. & CAROLI IX. Regum Franciæ Aurelia editis, artic. 7. Vide ea quæ ſequuntur.

Iuſtinus Martyr.

Concilium Moguntinum 1. ſub Carolo Magno

Concilium Biterrenſe. Nicolaus 1.

1. Corinth. 9.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3.

Concilium Tridentinum generale.

Iubetur pueros inſtruere Parochi, &c. vt de infrà, Schola, &c.

Franciſcus 2. & Carolus 9.

Prædicationis officiû non omnes vſurpent, & quibus committi debeat.] Iam in ſuperioribus diximus de his, qui ex munere prædicationis debent officio inſiſtere, & qualiter non debeât niſi ritè examinati admitti ad hoc officiû, quod iterum alijs decretis roboratur. Sic autem

Leo 1. Leo Primvs, epiſt. 60. ad Maximum Antiochenum Epiſcopum, ad calcem, & allegat Gratianus, cauſa 16. q. 1. cap. Adiicimus. *Illud quoque dilectionem tuam conuenit precauere, vt præter eos qui ſunt Domini ſacerdotes, nullum ſibi ius docendi & prædicandi audeat vendicare, ſiue ſit ille monachus ſiue laicus* (vide etiam, Laicus non docere præſumat, nidem in vocabulo, Monachus, &c.) *qui alicuius ſcientiæ nomine glorietur: quia & ſi optandum eſt, vt omnes Eccleſiæ filij quæ recta & ſana ſunt ſapiant: non tamen permittendum eſt, vt quiſquam extra ſacerdotalem ordinem conſtitutus gradum ſibi prædicatoris aſſumat, cum in Eccleſia Dei omnia ordinata eſſe conueniat, vt in vno Christi corpore & excellentiora membra ſuum officiũ expleant, & inferiora ſuperioribus non reſultent.* Idem eadem docet epiſto. 61. ad Theodoretum Cyri Epiſcopum ad calcem, & hoc decretũ iubet ad omnium peruenire notitiã. Et Symmachvs I. epiſt. ad Laurẽtium Mediolanenſem Epiſcopũ

Prædicationis verbũ aliqui ſuppetit, aliquibus deeſt. Symmachus 1. *Sæpe in facundiæ dotibus pauper inuenitur vena prædicantis, & e diuerſo theſaurus cordis irradiat in egeſtate verborum. Qui vice Dei iudicat, non deſiderat pictæ alloquia, ſed quæ infucatus commendat nitor ingenij: quia in his etiã ſine amore blanditur eloquentia, in illis ſplendorem ſuum veritas nuda commendat. Sine phaleris eſt omne quod dictat affectio.* Verùm

Concilium generale 6. Conſtantinopolitanum 3. Concilium Generale VI. cano. 33. *Nulli liceat ex omnibus eorum, qui ſunt in clericorũ ordinem relati, populo in ſuggeſtu diuinas ſcripturas explicare, niſi is ſacerdotali tonſura vſus fuerit, & benedictionem a ſuo paſtore canonice ſuſceperit. Si quis autem presbyter hæc facere deprehenſus fuerit, deponatur.* Idem de laicis ſtatuitur & mulieribus. Concilium Lateranense ſub Innocentio III. c. 3. *Quia nonnulli ſub ſpecie pietatis virtutem eius, iuxta quod ait Apoſtolus, abnegantes authoritatem ſibi vendicant prædicandi, cum idem Apoſtolus dicat, quomodo prædicabunt niſi mittantur, &c. Omnes qui prohibiti vel non miſſi præter authoritatem ab Apoſtolica ſede vel Catholico Epiſcopo loci ſuſceptam, publicè vel priuatim prædicationis officium vſurpare præſumpſerint, excommunicationis vinculo innodentur: & niſi quantocyus reſipuerint, alia competenti pœna plectantur.* Idem

Concilium ſub Innocentio 3. Lateranenſe patrum 1215.

Titum 1. Rom. 10.

Concilium Senonenſe. Concilium Senonenae in generali decreto, cap. 35. & 36 vbi de materiis prædicandi tractat, vt ſcilicet in illis concionibus prophanarum legum minimè neceſſariarum citationes, poëtarúmque authoritates ſuperuacuæ, ſubtilium quæſtionum & plerunque futiliũ inanes allegationes minimè fiant, &c. quæ ſuperiùs iam in prædicatoris officio diximus. Porrò Concilium Mogvntin. IV.

Concilium Moguntin. 4 c. 49. Prædicationis officium cuiuis nõ tenere admonet concedendum, vt etiam debeat prædicator obſeruare quæ iam in præcedẽtibus diſtinctionibus enarratum eſt. Idem & Concilium Trevirense II. reperit, cap. 2. 3. 4. &c. vbi docet, quòd

Concilium Treuirenſe 2. non quiuis ad prædicationis officium admittendi ſunt, etiamſi fuerint præſentati: & admonet vocatum & admiſſum vt Catholicæ fidei cõſona euãgelizet, nec præſumat contraria in publicum deferre, ſed populũ ſuæ ſalutis admoneat, & in diebus Quadrageſimæ eum ieiunij confeſſionis & pœnitentiæ admoneat, de ſanctorum precibus, reliquijs, & purgatorio mentionem faciat, &c. Vide ea quæ ſuperiùs dicta ſunt.

Prædicationis vtilitas.] Eam ex præcedentibus collige. Denique Flavianvs Con-

Flauianus Cõſtantinopolitanus Epiſc. stantino. Epiſcopus, epiſt. ad Leonem I. Papã, vt habetur in præambulis Concilij Chalced. &c. *Pietate & recta prædicatione verbi veritatis nihil honorabilibus ſacerdotibus: omnis enim noſtra ſpes atque ſalus, & retributio promiſſorũ bonorũ in hoc eſt.* Porrò de prædicatione & eius vtilitate multa tractat Cõcilium Colonienſe III. par. 6. cap. 10. 11. 12. &c. quomodo ſcilicet inchoãda ſit in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, cum imprecatione gratiæ Dei: quomodo proſequenda nõ ſcommatibus & conuitijs, non contentioſis dogmatibus, cum hiſtorijs & allegorijs pertractanda: quomodo finienda, vt ſcilicet argumẽta & capita totius concionis concionator tenaret: quia ad fulciendam memoriam auditorum plurimum facit. Iubet autẽ finita concione recitari Symbolum fidei atque decalogum, publicam peccatorum cõfeſſionẽ cum imploratione miſericordiæ Dei purè ac diſtinctè pronunciari, ac moneri populus vt eiſdem verbis ſacerdotem pronunciantem ſubſequatur, ac deinde recenſeri conſolatoriam imprecationẽ remiſſionis peccatorum, vt populus deiecto, contrito, & humiliato animo, ac toto corde cum presbytero accingatur ad myſteriũ redemptionis ſuæ, quod in altari tractatur contemplandum, fructũmque dominicæ paſſionis, quæ in altaris myſterio commemoratur repræſentatúrque participãdum. Verùm de his omnibus ſuis locis agetur.

Concilium Colonienſe 3.

PRÆFATIO.

Præfatio Miſſæ. Illam vocamus præfationem quæ ante initiũ canonis decantatur, cui ſubiungitur hymnus. Sanctus, Sanctus, Sanctus. De hac præfatione, diximus ex teſtimonijs Patrum in vocabulo, Miſſæ cæremoniæ, &c. Huius quoque laudis ſeu præfationis Clemens I. lib. 8 Conſtitu. Apoſtol. c. 16. meminit, & ſimili penè verborum ſententia & ordine, quo nos etiã adhuc in ſacris vtimur lege ſi libeat, & inuenies quod dicimus eſſe verum. Meminit quoque eiuſdẽ gratiarũ actionis ſeu præfationis Dionys. Areopag. lib. Eccleſ. Hierarc. par. 2, & 3. c. 3 vt in præfato vocabulo, Miſſæ ritus, &c. inſertum eſt. Sed & Cyprianvs Carthag. in ſerm. de orat. Domi. non longè à fine, eiuſdem præfationis meminit. *Ideo* (inquit) *& ſacerdos ante orationem, præfatione præmiſſa parat fratrũ mentes dicendo, ſurſum corda: vt dum reſpondet plebs, Habemus ad Dominum, admoneatur ſe nihil aliud quàm Dominũ cogitare debere. &c.* Et Ioan. Chrysost. in Liturgia ſua, & homi. in Encænia. *Quid facis, ô homo? Non promiſiſti ſacerdoti qui dixit, Surſum mentem & corda, & dixiſti: Habemus ad Dominum? non revereris & erubeſcis, & illa ipſa hora mendax inueneris? &c.* Idem eadẽ iterũ recenſet, homil. 18. in 2. ad Corint. c. 8. Et Avgv. Hippon. lib. de viduita. *Nemo eſt* (ait) *donis Dei beatus, qui donanti exiſtit ingratus: quia & illud quod inter ſacra myſteria cor habere ſurſum iubemur, ipſo adiuuante id valemus, quo iubẽte admonemur. Et ideo ſequitur, vt de tanto bono leuati cordis, nõ nobis gloriã, quaſi noſtrarũ virium tribuamus, ſed Domino Deo noſtro gratias agamus: hoc enim continuo admonemur, quia hoc dignum eſt, hoc iuſtum eſt.* Idem eiuſdem præfationis meminit, lib. 2. de bono perſeuer. c. 13. *In ſacramentis* (ait) *fidelium dicitur, ſurſum habeamus corda, quod munus eſt Domini. De quo munere ipſi Domino Deo noſtro, gratias agere à ſacerdote, poſt hanc vocem, quibus hoc dicitur, admonentur, & dignum & iuſtum eſſe reſpondent, &c.* Idem de tẽpore ſerm. 44. *Corda fidelium cœlum ſunt* (ait) *quia in cœlo quotidie eriguntur, dicente Sacerdote, ſurſum corda ſecuri reſpondent, habemus ad Dominum.* Meminit & Ambrosivs Mediolanensis in libris de ſacramentis præfationis Miſſæ, quin & ipſe multas compoſuit præfationes. Et Pelagivs II. epiſt. 3. ad Epiſcopos Germaniæ & Galliæ, & alie

Clemens I.

Dionyſius Areopagita.

Cyprianus Carthaginenſ.

Ioannes Chryſoſtomus.

Auguſtinus Hipponenſis.

Ambroſius

Pelagius 2.

gat Gratianus ſub nomine Gelaſij de conſecrat. A diſt. 1. cap Inueuimus. Verùm non eſſe Gelaſij decretum mecum teſtatur & Buchardus. lib 3. decre c. 69 vbi totam penè epiſtolam recitat, quæ incipit, Pelagius Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedis Epiſcopus. &c In hac ergo epiſtola quia multi præſumebant præfationes ad libitum componere, præſcribit nomen, quas in ſacro tantum catalogo recipi mandat. *Quas etiam* inquit, *longa retro veritas in Romana Eccleſia hactenus ſeruauit.* Vnam in albis Paſchalibus 2. de Aſcenſione Domini, 3 de Pentecoſte, 4 de natali Domini. 5. de Apparitione Domini, 6 de Apoſtolis 7 de Trinitate, 8 de ſancta Cruce, 9 de ieiunio & quadrageſima. *Has præfationes* [illegible] *tenet & cuſtodit S. Romana Eccleſia. has tenendas vobis mandamus. &c.* B Verum de præfationibus non ad libitum componendis. Vide ſupra, Miſſa. &c & infrà Preces Denique de non cantanda organis præfatione, habes ſuo loco in vocabulo, Organa. &c.

Burchardus.

Numerus præfationum.

PRAEPOSITVS.

Præpoſiti qui ſint, & quales eligãtur, &c.] Præpoſitii monaſterij meminit diuus BENEDICTVS CASSINENSIS, cap 65. ſuæ regulæ. Inde factum reor, vt Concilium MOGVNT. I. ſub Leone III. ano. 50 tale decretum propoſuerit. *Omnibus Epiſcopis. Abbatibus, cunctoq́; clero omnino præcipimus. vicedomines, præpoſitos, aduocatos, ſiue defenſores bonos habere, non malos, non crudeles, non cupidos, non periuros, non falſitatem amantes, ſed Deum timentes, & in omnibus iuſtitiã diligentes. De iudicibus autem vel centenariis, atque tribunis ſeu vicariis dignũ eſſe cenſemus, vt, ſi mali reperti fuerint, de miniſterio ſuo* C *abiiciantur.* Vnde & Concil. RHEMENSE ſub eodem, can. 24. *Statuimus, vt præpoſiti & vicedomini ſecundum regulas vel canones conſtituantur.* Cõcilium COLONIENSE III. c. 11. part. 10 præcipit eiici præpoſitos, præcipuè monialium, qui reperti ſunt ſumptuoſi. & nimis de redditibus monaſteriorum luxuriantes & loco eorũ œconomi frugales conſtitui. Denique Concilium AQVISGRAN. I. ſic ſtatuit, c 139. *Quamuis omnes qui præſunt, præpoſiti* [illegible] *dicantur,* [illegible] *tamen obtinuit eos vocari præ-* D *poſitos, qui* [illegible] *ſub aliis prælatis gerunt.* [illegible] *qui iuxta hunc morem præpoſiti vocantur, tales* [illegible] *à prælatis ſunt cõſtituendi, qui & vita probabiles ſint, & ea quæ ſibi iniuncta ſunt fideliter humiliterq́; expleant, & pro eo quod aliis prælati ſunt, nequaquam parui pendat canonica inſtituta, ſed quanto plus implicãtur in fratrum curis, tanto magis ſtudeant cœleſtibus obtemperare monitis. Debent igitur cunctæ congregationi præpoſiti eſſe vtiles, & de miniſterio commiſſo fideliter prodeſſe. Ea verò quæ fratribus dare debent, cum charitate tempore opportuno incunctanter præbeãt, quatenus à Domino de fideli admini-* E *ſtratione gradum bonum acquirant. Erga huiuſcemodi verò delinquentes, & obedientiam ſibi commiſſam bene non adminiſtrantes, modus correctionis ſeruandus eſt.* Vide Corripere, &c.

Benedictus Caſſinenſis.

Concilium Moguntinum [illegible] Carolo [illegible]

Concilium Rhemenſe.

Concilium Colonienſe 3.

Concilium Aquiſgranenſe 1.

Qui dicantur Præpoſiti.

PRAESCRIPTIO.

Concilium LATERANENSE ſub Innocẽ. III. Patrum 1215. can. 41. *Quoniam omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. ſynodali iudicio definimus, vt nulla valeat abſque bona fide præſcriptio tam canonica, quam ciuilis, cum ſit generaliter omni conſtitutioni atque conſuetudini derogandum, quæ abſque mortali nõ poteſt obſeruari peccato. Vnde oportet, vt qui præſcribit in nulla tẽporis parte rei habeat cõſcientiã alienæ, &c.*

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio [illegible] Rom. 14.

PRAGMATICA SANCTIO.

Pragmaticæ abrogatio. Pragmaticã ſanctionem ROBERTVS GVAGVINVS, lib. 10. A compendij de rebus geſtis Francorum, in Carolo VII. dicit in cõuentu apud Bituriges habito fuiſſe ab eodem Principe celebratam, & capita omnia inſerunt hiſtoriæ, ſicut poteſt fidelis lector aduertere. Verũ quia in his capitibus plurima ſunt quæ derogant Romani Põtificis authoritati, & Eccleſiæ iuriſdictioni, quia collatio beneficiorũ & fructuum, & alia quædam ad Principum arbitrium deferuntur. Ideo illa pragmatica ad petitionem Pij II. ſummi Pontificis à Ludouico XI Rege Franciæ abrogata eſt. quod ex eiuſdem LVDOVICI XI epiſt. ad præfatum Pontificem colligitur, & inſeritur ſeſſio. 4 Concilij Lateranenſis ſub Iulio II. celebrati. *Ludouicus Dei gratia Fran-* B *corum Rex. tibi ſanctiſſimo ac beatiſſimo Patri noſtro Pio Papæ II obedientiam filialem & plenos deuotionis affectus, &c.* Et paucis interiectis. *Et ſi conſtitutio quædam in regno noſtro, quam pragmaticã vocant, magno prælatorũ conuentu, magna temporis deliberatione coacta fuerit, & iam callum obduxerit, quietum prope fixerit ſtatum, tu tamen tuis ad nos literis illam à regno noſtro auferri, explodi, abrogariq́; flagitas. Hinc enim exoritur, vt dum per pragmaticam ſanctionem ipſum ſummi* [illegible] *Eccleſia tuæ ſanctitatis minuatur authoritas,* [illegible] *prolatis in regno noſtro quoddam licentiæ templum præſtruitur, dum congruens vnitas ad alia regna conformitasq́; tolli videtur, abroganda ſit ipſa pragmatica, ſecludaq́; à regno noſtro, quippe quæ aduerſus* C *tuam ſedem, omnium Eccleſiarum matrem, ab inferioribus prolatis lata ſit, tanquam vt ſcriptura* [illegible] *quomodo ſi eleuetur virga contra leuantem ſe, aut baculus, qui vtique lignũ eſt. Licet autem beatiſſime Pater, plerique docti homines confutare niterentur atque diluere, multaq́; nos dehortarẽtur abrogare ſanctionem ipſam, te tamen principem totius Eccleſiæ antiſtitem ſacrorum, te dominici gregis paſtorem profitemur & ſcimus, teq́; iubentem ſequimur, tibiq́; ac beatiſſimi Petri cathedræ conſentimus & iungimur. Itaque ſicut mandaſti pragmaticam ipſam à regno noſtro noſtroq́; Delphinatu Viennenſi, & omni ditione noſtra per præſentes pellimus, deiicimus, ſtirpitusq́; abrogamus. & quã qualẽmve ante pragmaticæ ipſius editionem, circa Eccle-* D *ſiarum beneficiorum, aliarumq́; rerum ſpiritualium diſpoſitionem, cenſuram, moderationẽ, in regno noſtro omnique ditione noſtra, tui prædeceſſores Martinus V. Eugenius IV. Romani Pontifices habeant & exercebant, talẽ eandemq́; noſtro adiutorio beatiſſimo Petro, tibi ipſius ſucceſſori reddimus, præſtamus,* [illegible] *reſtituimus, cum ſummo imperio, cum iudicio libero, cum poteſtate non coarctata. &c* Et IVLIVS II. eadem ſeſſione contra eandem pragmaticam & eiuſdem aſſertores, hoc decretum promulgauit. *Dudum diſplicenter per nos pluries accepto, per multa temporum ſpatia per nõnullos prælatos Gallicæ nationis, & nobiles laicos, ac alios illis fauẽtes, præſertim cauſ*[illegible] *ſanctio-* E *nis prætextu, quam ipſi pragmaticã vocant. Apoſtolicæ ſedis, ſanctæ Romanæ vniuerſalis Eccleſiæ capitis, libertati & authoritati enormiter detractum, canonibuſq́; derogatã fuiſſe, rem adeo pernicioſam in Dei offenſam, & Eccleſiæ præfatæ vilipendium, & euidens detrimentum, amplius ferre nequeuntes, cũ ſanctio ipſa ab omni ad id poteſtate carentibus, nullorumq́; Romanorum Pontificũ aut generalium legitimorũ Conciliorum authoritate facta, ſed quodã abuſu tãtum in illis partibus introducta & obſeruata fuerit, illaq́; cum in contentis nulla & inualida merito declarari & abrogari debeat, quam etiã claræ memoriæ Ludouicus XI. Francorum Rex abrogauit, ſacro LATERANENSI concilio approbante in quarta ſeſſione, declarationis & abrogationis per nos faciendarum huiuſmodi negotium* [illegible] *venerabilium fratrum noſtrorum Romanæ Eccleſiæ præ.*

Ludouicus 11.

Eſai. 10.

Principis Catholici confeſſio.

Iulius 2.

Concilium Lateranenſe ſub Iulio 2. & Leone [illegible]

ſata Cardinalium, & aliorum Prælatorũ congregationibus in Lateranenſi ſala ſuperiori, quatenus opus fores, faciendis, relationeq́; diſcuſſionis nobis & Lateranenſi Concilio præfato faciendam cõmiſimus, Gallicosq́; prælatos, capitula Eccleſiarum & monaſteriorum, Parlamenta & laicos illis fauentes, cuiuſque dignitatis, etiã ſi regales exiſterent, ſanctione præfata abutentes, ſeu illam approbantes, omnesq́; alios & ſingulos ſua communiter vel diuiſim intereſſe putãtes, ex certa noſtra ſcientia, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium primo, ſecundo, tertio, & peremptoriè citamus ad comparẽdum coram nobis & Concilio Lateranenſi præfato, cauſasq́; dicendas quare ſanctio præfata, illiusq́; corruptela & abuſio in concernentibus authoritatem, dignitatem, & vnitatem Eccleſiæ Romanæ & ſedis, canonumq́;, & Eccleſiaſticæ libertatis prædictorum violationem nulla & inualida, declarari decerni & abrogari non debeat, &c. Et Leo X, ſeſſio. 9. eiuſdem Concilij omnino tollit laicis & ſecularibus, cuiuſcunque ſint conditionis, fructus, redditus, & prouẽtus Eccleſiarum, monaſteriorum, & beneficiorum vſurpationem, vel collationis poteſtatem, ſub pœna excommunicationis, & interdicti Eccleſiaſtici illorum principum terris & dominio eo ipſo incurrendi, &c. Eiuſdem pragmaticæ ſanctionis fit adhuc mentio, ſeſſio. 10. & 11. eiuſdem Concilij prolixiſſimo tractatu, vbi prædictus Leo X aſſentiente ſibi Franciſco I. Rege Francorum omnino eam abrogat ſanctionem, & electiones atque vacationes Eccleſiarum reddituum & omnium libertatũ eius reſtituit priſtinæ integritati. Vide in ſuperioribus vocabulis, Beneficium Eccleſiaſt. &c. Eccleſiæ libertas, &c. & facultates Eccleſiaſt, &c. & vocab. Electio, &c.

Leo 10.

PRECES.

Preces pro ſummo Pontifice, pro Eccleſia, pro Regibus, &c. iubentur ex antiquo vſu fieri.] Iam de precibus multoties tractatum eſt in dictione, Oratio, Horæ, Canonicæ, Hymnus, &c. veruntamen quædam etiam ex inſtitutione Apoſtolica propoſitionem hanc confirmantia libet adiungere. Teſtatur autem ABDIAS BABYLONIVS, lib. 5. certaminis Apoſtolici Ioannem Apoſtolum cum eſſet moriturus, preces Deo obtuliſſe pro Eccleſia. Simile etiam fecit Thomas Apoſtolus, vt idem recenſet, lib. 9. Vide etiam in vocabulo, Cœtus, &c. Denique IGNATIVS MARTYR ad calcem omnium epiſtolarũ ſuarũ generaliter preces emendicat pro Eccleſijs, & pro ſtatu earundem. Ne autẽ in locis citandis diutiùs immoremur, lege ad finem epiſtolæ eius ad Romanos, & aliarum epiſtolarum. Simile quid facit MARTIALIS Apoſtolus, epiſt. ad Tholoſanos, cap. 27. & POLYCARPVS SMYRNENSIS, epiſtola ad Philippenſes circa finem. *Pro omnibus* (inquit) *ſanctis orat. Orate etiam pro Regibus, & poteſtatibus, & principibus, atque pro perſequentibus & odientibus vos, & pro inimicis crucis, vt fructus veſter manifeſtus ſit in omnibus, &c.* Qui etiam Polycarpus ipſe, vt author eſt EVSEBIVS CÆSARIENSIS, lib. 4 Hiſtor Eccleſ cap. 13 preces nocte & die pro Eccleſia fundebat. Similiter & TERTVLLIANVS CARTHAG Apolog. aduerſus gentes, c. 30. *Precantes* (inquit) *ſumus omnes pro omnibus imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium ſ[illegible]eurum, domum tutam, exercitus fortes, ſ[illegible] fidelem, populum probum, & orbem quietum, & quæcunque hominis & Cæſaris vota ſunt.* IDEM lib. ad Scapulam Præſidem Carthaginis, ait: *Sacrificamus pro ſalute Imperatoris, ſed Deo noſtro & ipſius, ſed quomodo præcepit Deus pura prece.* Et cap. 30. prædicti libri Apologetici aduerſus gentes, ſic dicit: *Nos enim pro ſalute Imperatorum Deum vocamus æternum. Deum verũ, & Deum viuum, quem & ipſi Imperatores propitium ſibi præter cæteros malunt.* Et cap. 32. *Eſt* (ait) *alia maior neceſſitas nobis orandi pro Imperatoribus etiam pro omni ſtatu Imperij.* Et cap 39. *Oramus pro Imperatoribus, pro miniſtris eorum ac poteſtatibus, pro ſtatu ſeculi, pro rerum quiete, pro mora finis.* Denique EPISCOPI ÆGYPTII, epiſt. ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolit. ſic habent: *Proterius vir ſanctiſſimus Alexãdrinæ paſtor Eccleſiæ, dum collectas celebraret pro communi ſalute, pro piiſſimo atque Chriſtianiſſimo Principe, & omni palatio & eius exercitu, ipſo die cœnæ Domini triduo ante Paſcha à ſatellitibus impij Timothei Æluri hæretici qui Epiſcopatum eius ambiebat, occiſus eſt in baptiſterio orans.* Denique ex epiſt eiuſdem Timothæi ad Leonem Impera. colligitur, quomodo ipſe ſe profitebatur preces & ſacrificium ſine ſanguine pro Imperatore offerre, &c. Similiter EPISCOPI II. SYRIÆ, epiſt ad eundem Leonem, quæ ſtat in ordine cæterarum ad calcem Chalcedonẽſis Synodi, preces pro Imperio Deo offerunt. Sic & EPISCOPI MESOPOTAMIAE, epiſt. ad eundem Imperatorem in ordine plurimũ, ſic preces fundunt. *Saluum fac Domine regem tuum, & exalta cornu eius Imperij, quod eſt & erit gloria tuorum Domini ſacerdotum, ſimul & Eccleſiarum tuarum, &c.* Sic preces fundunt EPISCOPI CRETAE CORTYNAE prouinciæ in initio epiſtolæ ſuæ ad eundem Principẽ & EPISCOPI PHOENICIAE oræ maritimæ, epiſto. ad eundem. Patres Concilij SARDICENSIS II. congregati in Sardinianorũ Lydiæ Metropoli, epiſtola ad eundem Principem *Concilium[illegible]* (aiunt) *Imperium in augmento [illegible] pacifica vita, ſanctorum interceſſionibus conſeruare dignetur altiſſimus, &c.* Idem & Patres congregati in Concilio MYRENO vrbe Metropoli Lyciæ, epiſtola ad eundem, imprecantur ſimilia quæ nec fas eſſe putamus repetere, quia eadem ſunt. Denique AGAPITVS RHODIORVM Epiſcopus, epiſt. ad eundem eadem renouat, & EPISCOPI II. ARMENIAE, epiſto. ad eundem Principem, & Epiſcopi PAPHLAGONIAE prouinciæ, epiſt. ad eundẽ, & Epiſcopi CORINTHI prouinciæ, & Epiſcopi GALATIAE I. epiſt miſſis ad eundem Imperat. Prætereà etiã pro ſummo Pontifice ſolitas in Eccleſia preces fieri, teſtatur ASCANIVS TARRACONENSIS, & alij eiuſdem prouinciæ Epiſcopi, epiſt. 1 ad Hilarium I. ſummum Pontificem. Similiter & in Concilio ROMANO V. ſub Symmacho I. Patres acclamant, Vita ſit Symmacho, & hoc decem vicibus. Similiter & in Concilio VI. ſequenti ſub eodem Denique Concilium LATERANENSE ſub Martino I. conſultatio. 1. 2 & 3. atque reliquis pro ſummo Põtifice preces fundit, & fundi ſtatuit. Lege ibidem & SERGII CYPRIENSIS Epiſcopi pium votum pro ſummo Pontifice, quod recenſuimus alias in vocabulo, Papa, &c. Preces quoque pro Eccleſia, Imperatore, plebe, Regibus, &c. debere fieri, & ſolitas obſeruari, inſinuat ſatis Cõcilium ARVERNENSE ſtatim in præfatione, vbi more antiquorum flexis in terra genibus pro Rege, pro eius regno, & longæua vita & pro populo Dominum patres deprecati ſunt. Hoc etiam in vocabulo, Conciliorũ initiandorum forma, ex SALIGVNSTADIENSI Concilio ſub Henrico II. oſtendimus fieri [illegible]tum. Denique GREGOR. l. [illegible] 9 Regiſt [illegible]iſt.

Abdias Babylonius.

Ignatius Martyr.

Martialis Apoſtolus.

Polycarpus Smyrnenſis.

Euſebius Cæſarienſis.

Tertullianus Carthaginenſis.

Epiſcopi Ægyptiorum.

Cædes Proterij.

Epiſcopi 2 [illegible]

Epiſcopi Meſopotamiæ.

Epiſcopi Cretæ, & Cortynæ

Epiſcopi Phœniciæ.

Concilium Sardicenſe

Concilium Myrenum.

Agapitus Rhodiorum Epiſc.

Epiſcop. 2. Armeniæ.

Epiſcopi Paphlagoniæ.

Epiſcopi 1. Galatiæ.

Aſcanius Tarraconenſis.

Concilium [illegible] & 6 ſub Symmacho 1. Romæ habitum

Conciliũ Lateranenſe ſub Martino 1.

Sergius Cyprienſis.

Concilium Aruernenſe

Concilium Saligunſtadienſe. [illegible]

Gregorius

39.ad Theoctiſtam patritiam preces pro Imperatoribus fudit. *Vt eorum (ait) vita cum ſuis omnibus, protegente cœleſti gratia, per longa tempora & tranquilla ſeruetur.* Preces pro Rege Hiſpaniæ & Gothorum Chintillano funderunt Patres Concilij

Concilium Toletanum 5.

TOLETANI V.can.9. *Donet (aiunt) Dominus ei, & de inimicis triumphum, & de beatitudine gaudiū, cuſtodiat cum protectione aſſidua, muniat bona voluntatis ſua circumſpectione tutiſſima, cuius regnū maneat in ſecula ſeculorum.* Sic Patres Concilij CABILO-

Concilium Cabilonenſe 1.

NENSIS I. cap.1. pro Clodoueo Rege Francorū prece fundunt, ſancti martyris Vincentij interceſſionem poſcentes, vt longæuitatē memorati principis ſuo interuentu conſeruaret. Similiter pro

Concilium Toletanum 11.

B Vuambano Rege Patres Concilij TOLETANI XI. can.16. preces fundunt, vt curſum præſentis vitæ in pace tranſire, & poſt diuturna tempora ad Deū in pace remiſſis iniquitatibus peruenire poſſit. Eidem Regi paria vota ſoluunt Patres Concilij

Concilium Bracarenſe 3.
Leo 2.
Concilium Toletanum 12.

BRACARENSIS III.can 8. Sed & LEO II. Papa. Pro Imperatore Conſtantino preces fundit. Patres Concilij TOLETANI XII.can.13 & vltimo pro deuotiſſimo Rege Eringio preces fundunt, vt imperet clementer, regnet fœliciter, habeat de clementia fructum, de iuſtitia præmiū, de pietate trophæum, quo & hic inuictus victor hoſtium ſemper appareat, & poſt diuturna huius ſeculi curricula ad regnum æternum, cum ſuis omnibus coronandus perueniat. Et

Adrianus 1.

C ADRIANVS I. epiſt. ad Conſtātinum Imper. & Irenem matrem pro conſeruandis imaginibus, quæ inſeritur act.2. Concilij Nicæni II. general.7 referēte Anaſtaſio Bibliothecario, ſic pro Imperatoribus preces fundit. *Domine ſaluos fac inuictiſſimos Principes, & magnos Imperatores, & exaudi nos in quacunque die te deprecātes inuocauerimus.*

Pſal.19.

Et poſteà ſubdit. *Tribuat vobis Deus, intercedentibus beatiſſimis Apoſtolorum principibus Petro & Paulo, longæua ac proſpera & fœlicia tempora. &c.* Eadem iterum repetit epiſt. ad Thaiaſſium Epiſcopum Conſtantinopol. Denique

Concilium Francfordienſe.

Patres 300. Concilij FRANCFORDIENSIS generalis preces fundunt pro Carolo Magno, &

Concilium Arelatenſe 4.

D Patres Concilij ARELATENSIS IV. pro eodē, in prologo, & can 2. ſic ſtatuūt. *Decreuimus, vt pro Domino noſtro rege, ſeu liberis eius, omnes Epiſcopi,*

Decretum.

presbyteri, abbates, & monachi in vnum collectis Pſalmodiam, miſſarum ſolennia, atque litaniarū officia omnipotenti Deo deuotiſſimè exoluant. Eadem prorſus

Concilium Turonenſe 3.
Concilium Cabilonēſe 2.
Concilium Rhemenſe 1.
Concilium Pariſienſe 3.
Concilium Moguntinū 2. ſub Rabano.

decernit Concilium TVRONENSE III. can.1. CABILONENSE II. can.66. RHEMENSE I. ſub eodem Principe, can.40. & PARISIENSE III. lib 1 c.5 Concilium MOGVNTINVM II. pro Imperatore Ludouico Pio preces fudiſſe, & ſic ſtatuiſſe legitur. *Decreuimus, vt ſinguli parochi per Epiſcopos & clericos, per abbates & monachos, oratio pro vobis, & pro veſtra coniuge, ſimul prole nobiliſſima fieret* (cuius orationis ſumma eſt miſſarum

E tria millia & quingenta, & pſalteriorum mille ſeptingenta) *hoc omni deuotione poſtulantes, vt Deus omnipotens diuturnam vobis ſanitatē ac proſperitatem concedat, regnumq́; veſtrum diu ſubſiſtat ab omni hoſte defenſum in terra: poſtq́; huius vitæ terminum in regno cœleſti gloriam vobis ſimul cum ſanctis ſuis, concedat ſempiternam.* Denique Patres Concilij MOGVN-

Concilium Moguntinū 3.

TINENSIS III. cano.1. ſuorum decretorū pro Arnulpho Imperatore & ſua coniuge preces fundunt, & fundi ſtatuunt. Similiter Patres Concilij

Concilium Metenſe.
Concilium Triburienſe.

METENSIS, cann 9 & Concilium TRIBVR. ſtatim initio præcepit ſonantibus campanis decantari, Te Deum laudamus, pro eodē Principe:

A & ante omnia cap.1. facta eſt ibidem à Patribus communis oratio, pro cōcordia tam cleri quàm populi. Et Patres generalis Concilij CONSTAN-

Concilium Conſtantienſe.

TIENSIS, ſeſſio 17. pro Sigiſmundo Imperatore in litania ter repetunt. *Vt Eccleſiam tuam, & regem noſtrum Imperatorem electum hic præſentem, Eccleſiæ tuæ aduocatum & defenſorem, ad perfectam redintegrationem vnitatis Eccleſiæ præfata iter arripientem, dirigere, protegere, & conſeruare digneris.* Fuitque reſpōſum: te rogamus audi nos. Denique Concilium

Concilium Senonenſe.

SENONENSE, cap.1. Conſtitutionū vult vt obſeruetur Apoſtoli authoritas, qua iubet, primum fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, &

1.Timoth.2.

gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro

B regibus, & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt, vt tranquillam & quietam vitam agamus in omni pietate & caſtitate, &c. vt etiam pro Papa & omnibus Eccleſijs, & Eccleſiæ Hierarchico ſtatu. Hoc renouat Concilium MOGVNTINVM IV.

Concilium Moguntinū 4.
Concilium Tridentinum.

cap.104. Concilium TRIDENTINVM, ſeſſio.2. & alijs in locis. Vide Oratio, &c. & ſeq. Vnde etiā extat decretum AVRELIANENSIS Concilij,

Concilium Aurelianenſe [illegible] quotā.

cano.3. vt citat Buchardus, lib.2. cap.70. *Oportet* (inquit) *vt in diebus dominicis vel feſtis, poſt ſermonem intra miſſarum ſolennia habitum ad plebem, ſacerdos admoneat, vt iuxta Apoſtolicam inſtitutionem, orationem omnes in cōmune pro diuerſis neceſſitatibus fundant ad Dominum, pro Rege & Epiſcopo eorum, &*

C *rectoribus Eccleſiarū, pro pace, pro peſte, pro infirmis, qui in ipſa parochia lecto decumbunt, pro nuper defunctis: in quibus ſigillatim precibus plebs orationem Dominicam ſub ſilentio dicat. Sacerdos vero orationes ad hoc pertinentes per ſingulas admonitiones ſolenniter expleat, & poſthæc ſacra celebretur oratio: Ait enim Apoſtolus, obſecro primum omnium fieri orationes, &c.* Vide Officium diuinum. &c.

Preces quæ fiunt in die Paraſceues.] Harum vſus eſt antiquiſſimus, ſicut ex Patrum vetuſtiſſimorum decretis colligimus. COELESTIN.

Cœleſtinus 1.

I. qui præſedit Concilio generali III Epheſino I. epiſt ad Epiſcopos Galliæ, cap.11. ſic harum precum meminit. *Præter eas beatiſſimæ & Apoſtolicæ*

D *ſedis inuiolabiles ſanctiones, quibus nos piiſſimi Patres, peſtiferæ nouitatis elatione deiecta, & bonæ voluntatis exordia & incrementa probabilium ſtudiorum, & in eis vſque in finem perſeuerantiam ad Chriſti gratiam referre docuerūt. Obſecrationum quoque ſacerdotalium*

Vide traditionem Apoſtolicam & rationem orationum quæ fiunt in die paraſceues.

ſacramenta reſpiciamus, quæ ab Apoſtolis tradita in toto mundo atque in omni Eccleſia Catholica vniformiter celebrantur, vt legem credendi, lex ſtatuat ſupplicandi. Cum enim ſanctarum plebium præſules mandata ſibimet legatione fungantur, apud diuinam clementiam humani generis agunt cauſam, & tota ſecum congemiſcente Eccleſia poſtulant & precantur, vt infidelibus donetur fides, vt idolatræ ab impietatis ſuæ liberentur erroribus, vt Iudæis, ablato cordis velamine, lux verita-

E *tis appareat, vt hæretici Catholicæ fidei perceptione reſipiſcant, vt ſchiſmatici ſpiritum rediuiuæ charitatis accipiant, vt lapſis pœnitentiæ remedium conferatur, vt denique catechumenis, ad regenerationis ſacramenta perductis, cœleſtis aulæ miſericordia reſeretur. Hæc autem non perfunctoriè, neque inaniter à Domino peti, rerum ipſarum monſtrat effectus, quandoquidem ex omni*

Coloſſ.1.
Rom.9.

errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de poteſtate tenebrarum, transfert in regnum filij charitatis ſuæ, & ex vaſis iræ faciat vaſa miſericordiæ. Quod adeò totum diuini operis eſſe ſentitur, vt hæc efficienti Deo gratiarū ſemper actio, laudisq́; confeſſio, pro illuminatione talium vel correctione referatur. Eandem precū mentionem facit VIGILIVS I epiſt.

Vigilius 1.

ad

ad Eutherium Epiſcopum,vt repoſuimos in vocabulo,Officium diuinnm,&c Vide eign.

Innocentius 1.

Preces communes efficacei res quàm priuatæ.] INNOCANTIVS I. ad Aureliũ Carthaginenſem,& Auguſtinum Hipponenſem Epiſcopos. *Pro nobis paria ad Deum vota rependere precamur,quia vt bene noſtis cõmunibus,& alterius plus agimus orationibus,quam ſingularibus aut priuatis.*

Concilium Francfurdienſe patrum 30.

Preces ſeu collectas quis compoſuerit.] Conciliũ FRANCFORDIANSE generale ſub Carolo Magno,in coufutatione hæreſis Heliuandi Epiſcopi Toletani, teſtatur Gregorium authorem,& ad confirmationem ſuorum dictorũ quatuor collectas eiuſdem Gregorij in medium profert: duas quidem quæ feria 2.& 4 poſt Dominicam in Palmis, tertiam quæ in die Aſcenſionis Domini,quartã quæ in feſto S.Crucis ſolẽt recitari. Reliquas autẽ etiã creditur edidiſſe,aut quilibet alius,cuius nomen nec dum vulgatum eſt.

PRASBYTER.

Concilium Aquiſgranenſe 1.
Iſidorus Hiſpalenſis.
Presbyter & Epiſcopus olim vnum vocabulum.

Presbyterorum ordo.] Quamuis iam locis inoumeris & presbyterorum gradu,officio,ordine,dignitate & authoritate diacrimus,tamen quia ſpecialiter iam de ſingulis gradibus ſuo loco diximus,etiam non prætermittendũ fuit hoc nomen, quod frequens eſt, & omni veneratione digniſſimum. Quidquid autem hic defuerit, iam præſtitũ lege,vel in vocabulo,Clericus,Epiſcopus,& alijs, quæ in ſequentibus etiam annotanda curabimus. De ordine autem presbyterorum Concilium AQVISGRANENSE I.cap 8. Ex ISIDORO, lib.7.de officijs diuinis,cap.7 ſic refert. *Presbyterorum ordo exordium ſumpſit à filiis Aaron. Qui enim ſacerdotes vocabantur in veteri teſtamento, hi ſunt qui nunc appellantur presbyteri , & qui nuncupabantur principes ſacerdotum,modo Epiſcopi nominantur. Presbyteri autem interpretantur ſeniores,quia ſeniores ætate Græci presbyteros vocant. His enim ſicut & Epiſcopis diſpenſatio myſteriorum Dei commiſſa eſt:præſunt enim Eccleſiæ Chriſti, & in confectione Domini corporis & ſanguinis conſortes ſunt cum Epiſcopis , ſimiliter & in doctrina populorum,& in officio prædicandi,ac ſolum propter authoritatem ſummo ſacerdoti clericorum ordinatio,& conſecratio reſeruata eſt,ne à multis diſciplina Eccleſiæ vindicata concordiam ſolueret, ſcandalum generaret.* Vt diximus in vocabulo, Epiſcopus. Vide autem in memorato vocabulo,Epiſcopus reliquũ quantum ad dignitatem officium atque ſanctitatẽ pertinet, nam antiquitus vnum & idem erat vocabulum , Epiſcopus & Presbyter. Apoſtolus enim dum ait,Epiſcopum oportere eſſe vnius vxoris virum,&c ſub hac ſententia & presbyteros cõprehendit, alioquin nullã de presbyteris legem tulit, ſed tantùm de Epiſcopis & Diaconis. Quod & HIERONYMVS STRIDONENSIS in epiſt. ad Titum,cap.I. *Idem* (inquit) *& presbyter qui & Epiſcopus,& antequam diaboli inſtinctu ſtudia in religione fierent in populis,Ego ſum Pauli,ego Apollo,ego autem Cephæ,communi presbyterorum conſilio Eccleſia gubernabãtur:quod iterum probat ex actibus Apoſtolorum,vbi Paulus conuocauit presbyteros Eccleſiæ Mileti, quos poſtea conſequenter vocat Epiſcopos. Poſuit, ait, vos Spiritus ſanctus Epiſcopos paſcere Eccleſiam Domini,&c.* Vide ergo,Epiſcopus,&c.

1.Timoth.3.
Hieronymus Stridonenſis.
Actuum 20.

Canon Apoſtolorum.
Clemens 1.

Presbyter vt ordinetur.] Vide in vocabulo,Ordo & Ordinandus,&c Denique CANON APOSTOL. II. *Presbyter ab vno Epiſcopo ordinetur,& diaconus,& reliqui clerici.* Iidem quoque Apoſtoli,& potiſſimè Ioannes Epiſcopus,vt refert CLEMENS I. lib.8 Conſtitu. Apoſtol.cap 24. ſic ſtatuit *De ordinatione presbyterorum, ego dilectus à Domino diſpono vobis Epiſcopis. Cum ordinas presbyterum,ò Epiſcope,manum ſuper caput presbyteri ipſe impone, aſſiſtentibus tibi diaconis, & mande dic.* ... *Reſpice ſuper famulum tuũ ſuffragio & iudicio omnis cleri in presbyterum electũ,& reple eum ſpiritu gratiæ & Conſilii , ad adiuuandum & gubernandum populum tuum* Et infrà. *Et ſacrificia pro populo tuo immaculata per*... *per Chriſtum,&c* Eadem & ſimilia obſeruaſſe Simonem & Iudam Apoſtolos refert ABDIAS BABYLONIVS, lib 9. certaminis Apoſtolici. Sed & idem mandat ANACLETVS I. epiſt.2.ad Epiſcopos Italiæ Vnde & DIONYS. AREOPAGITA, lib Eccleſ.Hierarch par.2.c.5. *Sacerdos vero* (ait) *coram ſacro altari ponens vtrunq, genu,in capite habet Pontificis dexteram, & in hunc modum à ſacrante præſule ſanctiſſimis inuocationibus conſecratur, & ei à benedicente Pontifice imprimitur ſignum crucis,& ſacra prædicatio conſummatuq; ſalutatio,&c.* Hæc verò omnia idẽ doctor proſequitur myſticis ſenſibus. Concilium CARTHAG. IV. can.3 allegatur à Grat.diſt.23 cap Presbyter: *Presbyter cum ordinatur , Epiſcopo eum benedicente, & manum ſuper caput eius tenente, etiam omnes presbyteri,qui præſentes ſunt,manus ſuas iuxta manũ Epiſcopi ſuper caput illius teneant,&c.* Vide ſequentia.

Abdias Babylonius.
Anacletus 1.
Dionyſius Areopagita.

Concilium Carthaginenſe 4.

Fabianus 1.
Bonifacius 1.

Presbyteri ordinandi ætas.] Diximus generaliter de omnibus ordinibus ſuperiùs ex Concilio Agathenſi Aurelianenſi III,Toletano IV, &c.legere ergo & reuoluere ne differas & adiunges quod ſtatuit FABIANVS I in decreto quod allegat Gratian diſt.78.cap Si quis.&c & Iuo lib. 3 quanquam etiam reperiatur ſub nomine BONIFACII I.eadem diſtinct. *Si quis trigeſima ætatis ſuæ non impleuerit annos nullo modo presbyter ordinetur,etiam ſi valde ſit dignus: quia & ipſe Dominus 30 annor.baptizatus eſt,& ſic cœpit docere. Non oportet ergo qui ordinandus eſt vſque ad hanc ætatem legitimam conſecrari.* Et Concilium NEOCÆSAR. can.11 & allegat Gratian diſt 78.c Presbyter,&c. *Presbyter ante 30.annos non ordinetur,etiam ſi fuerit homo valde dignus. Dominus enim Ieſus Chriſtus in 30.anno baptizatus eſt,& cœpit docere,&c* Idem omnino ſtatuit SYRICIVS I. epiſto ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum, c 6. & alleg.Gratia. diſt.77.c.Quicunque. Denique hoc decretũ profert MARTINVS BRACAR. c.20. collectorij Idem Concilium AGATHENSE,can 17.vt iam allegauimus cum alijs multis decretis,vocabulo, Ordinandorum ætas. Vide obſecro.

Concilium Neocæſarienſe ante ... Nicænum
Lucæ 3.
Syricius 1.
Martinus Bracarenſis.

Presbyter non baptizatus vel crimine mortali notatus ordinatus.] De talibus diximus loco memorato in vocabulo,Ordinãdi mortali peccato careant, ex Concilio Neocæſarienſi, & Nicæno I. Vide Oro De eo autem qui nõ baptizatus ordinatus eſt, ſtatuit Concilium COMPENDIENSE, & habetur,can.45 part.50.Concilij Lateranenſis ſub Alexandro III. *Si quis presbyter ordinatus deprehenderit ſe non eſſe baptizatum, baptizetur,& iterum ordinetur,&c.* Vide Baptiſmus an iterandus, &c.

Concilium Compendienſe.

Presbyteri ordinandi probentur, &c.] Hoc inuenies ſuprà in vocabulo,Ordinandi examinentur & probentur,&c.

Fabianus 1.

Presbyter illiteratus , &c.] Vide Ignorantia,&c. Statuit autem FABIANVS I in decreto quod allegat Buchardus , lib.5.Decretor. cap.36. *Sacrificium non eſt accipiendum de manu ſacerdotis, qui orationes vel lectiones & reliquas obſeruationes in miſſa ſecundum ritum implere non poteſt.* Inde eſt

Concilium Aurelianenſe.

Quod Concilium Avrelianense II. can. 16. *Presbyter vel diaconus ſine literis, vel ſi baptizandi ordinem neſciat, nullatenus ordinetur.* Vide loco memorato, Ignorantia, &c. & aliis in locis ibidem præſignatis.

Clemens I. — Matth. 28.

Presbyteri munus & officium.] Clemens I. lib. 2 Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 30. *Presbyteri* (inquit) *in formam Apoſtolorum à vobis cenſeantur, magiſtri ſint ſcientiæ Dei: quoniam Dominus noſter mittens dicebat: Euntes docete omnes gentes, &c.* Idem lib. 3 cap. 20. *Presbyterum & diaconum & reliquum clerum ab vno Epiſcopo: neque presbyterum neque diaconum iubemus ordinare ex laicis clericos. ſed presbyterum tantum docere, offerre, baptizare, benedicere populo: diaconum miniſtrare Epiſcopo & presbyteris &c.* Vide ſuis locis. Idem lib. 8. cap. 34. *Presbyter benedicit, non benedicitur: benedictionem accipit ab Epiſcopo & compresbytero: eodem modo dat ipſe compresbytero: manum imponit, non ordinat, non deponit, excõmunicat inferiores ſi huius pœnæ rei extiterint, &c.* Idem epiſt. 1. ad Iacobum fratrem Domini, vbi recenſet vltima verba Petri Apoſtoli quæ de presbyteris talia fuerunt, & allegantur ab Iuone, lib 7. Decretorum. *Vos, ò presbyteri, Eccleſiam excolite, & ordinate ſponſam Chriſti ad pudicitiam. Sponſam autem dico omnem Eccleſiæ congregationem, quæ ſi pudica inuenta fuerit à ſponſo ſuo, ingentibus ab eo donis & muneribus honorabitur, & vos velut miniſtri ſponſæ & amici ſponſi ingenti gaudio & lætitia perfruemini. Si verò ſponſa hæc reperta fuerit commaculata peccatis, ipſa quidem tanquam indigna non tradetur regalibus thoris: vos autem pœnas dabitis, ſi fortè per veſtram negligentiam vel deſidiam obrepſerit contagio ſanæ peccati. Ideirco ante omnia ſobrietatis & pudicitiæ ſolicitudinem gerite.* Et Polycarpvs Smyrnensis, epiſtola ad Philippenſes.

Polycarpus Smyrnenſis.

Presbyteri (ait) *ſimplices ſint, in omnibus miſericordes, omnes ab errore conuertentes, omnes infirmos viſitantes* (vide Infirmus) *viduas & pupillos, & pauperes non negligentes. ſed ſemper prouidentes bona coram Deo & hominibus. &c.* Presbyterorum & ordinationũ eorundem meminit Clemens Alexandrinvs, lib. 6. Stromatum. Vide Ordo. &c. Et Cyprianvs Carthag. in diuerſis epiſtolis quas ad presbyteros ſcribit, eoſdem ſui muneris & officii admonet. Vnde & Concilium Aqvisgranense II. capite 5. *Presbyterorum* (ait) *qui præſunt Eccleſiæ Chriſti, & in confectione diuini corporis & ſanguinis cõſortes cum Epiſcopis ſunt, miniſterium eſſe videtur, vt in doctrina præſint populis & in officio prædicandi* (vide ſuprà, Prædicatio) *nec in aliquo deſides inuenti appareant. Item vt de omnibus hominibus, qui ad eorum Eccleſiam pertinent: per omnia curam gerant, ſcientes ſe pro certo reddituros rationem pro ipſis in die iudicii, quia cooperatores oneris noſtri eſſe proculdubio noſcuntur. Quapropter ab ortu natiuitatis cuiuſcunque ad ſe pertinentis prædictam curam habeat, ne aliquis eorum abſque renatione ſacri baptiſmatis moriatur.* Vide ſuprà, Parochi officium, &c. *Poſt acceptum autem ſacrum baptiſma, ſine manus impoſitione Epiſcopi non remaneat, ac deinde imbuatur ſcire orationem Dominicam atque ſymbolum: poſtea verò, qualiter viuere debeat doceatur. Si fortè vitioſus vel crimenoſus apparuerit, qualiter corrigatur prouideat. Si autem infirmitate depreſſus fuerit, ne confeſſione atque oratione ſacerdotali, nec non vnctione ſanctificati olei per eius negligentiam careat. Denique ſi finem vrgentẽ perſpexerit, commendet animam Chriſtianam Domino Deo ſuo, more ſacerdotali cum acceptione ſacræ communionis,*

Clemens Alexandrinus. — Cyprianus Carthaginenſis. — Concilium Aquiſgranenſe 2. — Vide ſacramentum confeſſionis & extremæ vnctionis.

corporiſq́; ſepultura, non vt mos eſt gentilium, ſed ſicut Chriſtianorum. Lege porrò ſequent. diſtinct. Sed & Concilium Tridentinvm, ſeſſio 23. quæ eſt 7. ſub Pio IV. c. 14 decr reformat. De presbyteris iniungit, vt habeant bonum teſtimonium, & qui in diaconatu per annum miniſtrauerint, qui & idonei ſint & inſtructi in his quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, ſint pietate & caſtis moribus conſpicui, vt præclarum bonorum operum exemplum & vitæ monita ab eis poſſint expectari, & frequẽter Miſſas celebrent, potiſſimè diebus dominicis & feſtis. Si autem curam habent animarum, ſuo muneri ſatisfaciant. Vide ſequentia.

Concilium Tridentinum.

Persbyter non præſumat Epiſcopi miniſterium.] Quod ſit officium & miniſteriũ Epiſcopi in ſuo vocabulo reperies, quod verò presbyteri ex lectura præcedentiũ deprehendes, vbi eis præfigitur & limitatur miniſterium ex conſtitutionibus Apoſtolicis, ne videlicet ordines ſacros cõferãt, &c quæ iam ſuis locis inſerta ſunt. Quod & Hieronymvs Stridon. expreſsè ſcribit epiſt. ad Euagrium, quæ incipit: *Legimus in Eſaya: Fatuus fatua loquetur. &c.* Vt iam citauimus in vocabulo, Diaconus, & ex Cypriano atque aliis. Denique vide ſup. in vocabulo, Ordo in Eccleſia ſeruetur, &c. & in vocabulo, Chorepiſcopus, &c. in omnibus his locis reperies quod propoſuimus expoſitum. Denique Concilium Vormatiense can 8 hæc iterum renouat. *Presbyteri* (ait) *quamuis cum Epiſcopis plurima myſteriorum communis ſit diſpenſatio: quædam tamen authoritate veteris legis, quædam noue & Eccleſiaſticis regulis ſibi prohibita nouerint. Obſecratio ergo Virginum,* vide Monialis, & Velare. &c *& benedictio vel vnctio altaris à presbyteris minime fiat.* Vide quoque, Dedicatio, Confirmatio, Chriſma, &c. vocabula. *Similiter nõ liceat eis Eccleſias conſecrare, nec per impoſitionem manus paracletum ſpiritum dare, nec chriſma conficere, nec chriſmate baptizatorum frontem ſignare: ſed nec publicè quidem in miſſa quenquam pœnitentium reconciliare.* Vide ſuprà, Pœniteos, &c. *Hæc enim omnia illicita eſſe presbyteris cognoſcuntur, quia Pontificatus apicẽ non habent: quæ tamen omnia Epiſcopis authoritate canonũ conceduntur.* Vide locis præfixis, & ſeq.

Hieronymus Stridonenſis. — Concilium Varmatienſe.

Presbyter pareat Epiſcopo.] Vide ſuprà, Obedientia Prælatis exhibenda. &c. & ſuperiùs in vocabulo, Chorepiſcopus, Diaconus, Clericus, &c. Porrò Clemens I. referens epiſt. 1. ad Iacobum fratrem Domini, vltima verba Petri *Volebat* (ait) *Petrus nullum presbyterum in alicuius Epiſcopi parochia aliquid agere debere, abſque eius permiſſu, ſed & cunctos presbyteros proprio Epiſcopo in omnibus abſque mora obedientes, inſtituente Domino, eſſe debere docebat.* Idem poſtea Clemens ſimilia iniungit epiſt. 3 presbyteris quibus ſcribebat. Vide quoque Pii Primi decretum ex eius epiſt. 2. ad Epiſcopos Italiæ, de ſacerdotibus qui Epiſcopis inobedientes extiterint, quod allegat Gratianus, cauſa 11. quæſt. 3. cap. Si quis ſacerdorum. Vide Obedientia, &c. Vnde & Concilium Arelatense I. can. 19. *Presbyteri* (inquit) *ſine conſcientia Epiſcopi nihil faciant.* Simile quid mandat Damasvs I. epiſt. 4. ad Proſperum & reliquos Epiſcopos Numidiæ, &c *Presbyteri* (ait) *ſine iuſſu proprii Epiſcopi nihil agãt: quia quod rarũ eſt, hoc & pulchrius eſſe videtur: & ſi nomen videſcit Pontificũ, omnis ſtatus perturbatur Eccleſia. Triplex itaque in hac parte reatus eſt, quod & prohibita agũt, & quod ſacrũ miniſterium tales contra vilitate polluitur, & Epiſcoporum* (quantũ ad illicita vſurpationis temeritatem pertinet)

Clemens I. — Pius I. — Concilium Arelaten. 1. ſub Syluestro 1.

Concilium Carthaginenſe 2. Concilium Triburienſe. Concilium Vernenſe.

iura ſoluuntur. Eadem ſtatuit Concilium CARTHAG. II. cano.9. Et TRIBVRIENSE can. 31. Et Concilium VERNENSE canone 8. *Omnes preſbyteri, qui in parochia ſunt, ſub poteſtate Epiſcopi eſſe debeant, & de eorum ordine nullus preſbyter præſumat in illa parochia baptizare, nec miſſas celebrare ſine iuſſione Epiſcopi, in cuius parochia eſt, &c.* Vide ſequentia.

Concilium Francicum in Francia celebratu ſub Carlomanno rege.

Presbyter rationem reddat Epiſcopo.] Concilium FRANCICVM à Bonifacio Moguntinenſi celebratum. *Decreuimus iuxta ſanctorum canones, vt vnuſquiſque preſbyter in parochia habitans Epiſcopo illi ſubiectus ſit, in cuius parochia habitat, & ſemper in quadrageſima rationem & ordinem miniſterij ſui, ſiue de baptiſmo, ſeu de fide catholica, ſiue de precibus & ordine Miſſarum, Epiſcopo reddat & oſtendat. Et quandocunque iure canonico Epiſcopo circuit parochiam ad populos confirmandos, preſbyter ſemper paratus ſit ad ſuſcipiendum Epiſcopum, cum collectione & adiutorio populi, qui ibi confirmari debet.* Idem omninò Concilium SVESSIONENSE apud S. Medardum ſub Childerico Rege & Pipino duce, &c. Vide ſequentia.

Concilium Sueſſionēſe.

Presbyter exiens parochiam non ſuſcipiatur, &c.] Concilium AQVISGRAN. II. can. 22. *Statuendum de preſbyteris, qui hinc inde de diuerſis parochiis veniunt, & in palatio morantur, vt ſine proprij Epiſcopi conſenſu ibi locum conſiſtendi non habeant, nec recipiantur quia fieri poteſt, vt intra parochiam meiu perpetratis criminis, ne id palam iuxta canonum ſanctiones vleiſcatur, palatinas ædes frequentent: aut certè licet non ſit ordinatus, ipſe tamen abſque litteris ordinatum ſe atteſtetur.* Idem ſtatuitur de Monachis, vt ſuo loco dictum eſt. Idem quoque Concilium MELDENSE canone 50. vt citauimus in vocabulo, Clerici extranei non ſuſcipiantur ſine litteris, &c. & ſuprà in vocabulo, Peregrini clerici, &c.

Concilium Aquiſgranenſe 2. Concilium Meldenſe.

Presbyter iniuſtè non expellatur aut accuſetur.] Concilium VORMATIENSE canone 57. *Nullus laicus preſbyterum in Eccleſia mittere vel eiicere præſumat, niſi per conſenſum Epiſcopi.* Denique NICOLAVS I. epiſtola ad Gerardum Turonenſem Archiepiſcopum, vt allegatur cauſa 2. quæſt. 1. cap. Notum ſit. *Preſbyter iſte dicit ſe [illegible] criminibus impetitum, & ab Eccleſia ſua non conuictum, neque confeſſum irrationabiliter fuiſſe eiectum. Nam tua diligentia per tres vices inquiſitione facta, nulla in ſe, neque de fornicationis crimine, neque de homicidij confeſſione, de quibus impetebatur, reperiri potuit culpa. Idcirco magnopere monemus reuerentiam tuam, vt quæ te fortè ignorante Giezitica cupiditate peracta eſſe videntur, tua fraternitatis cenſura celeri emendatione corrigantur, ſcilicet reſtituendo Eccleſiæ propriæ iam dictum ſacerdotem, atque ei reddendo tua pietate priſtinum quem perdidit honorem.* Hoc decretum renouauit iam memoratum Concilium VORMATIENSE cano. 12. & cano. 10. iubetur ei, qui accuſatur, ſe purgare de ſingulis ſibi imputatis, & ſe innocentem reddere: & quòd ſi non fecerit, quinquennio à liminibus Eccleſiæ extraneus habeatur, ſicut antiqui canones inſtituerunt. Hos vide in vocabulis, Clericus, Criminoſus, & Accuſatio, & infrà, Purgatio canonica, &c. quia in illis locis plura reperies.

Concilium Vormatienſe. Nicolaus 1. Hæc allegat Gratianus cauſa 2. q. 4. cap. Si Epiſcopo.

Presbyter extraneus in aliena Eccleſia non recipiatur, &c.] Lege ea quæ poſuimus in vocabulo, Clericus extraneus non recipiatur ſine litteris, & ſuprà, Peregrini Clerici, vt ſuſcipiantur, &c. Porrò hoc iterum confirmat Concilium CABILONENSE II. canone 4. *Preſbyter ſine licentia proprio loco dimiſſo [illegible] migrans nequaquam recipiatur, niſi [illegible] cauſam dixerit, & ſe innocenter vixiſſe [illegible] in qua ordinatus eſt, ſub teſtibus probauerit [illegible] etiam habebit, in quibus ſint nomina & ciuitatis [illegible] impreſſa, quibus cognitis, & talibus inuentis, [illegible] adhiberi poſſit, recipiatur.* Idem omninò renouat Concilium RATISPONENSE cano. 17. verùm reliquum lege locis memoratis.

Concilium Cabilonenſe 2. Concilium Ratiſponenſe.

Presbyter de minori titulo ad maiorem non migret.] Concilium TVRONENSE III. canone 14. & RHEMENSE cano. 20 ſtatuerunt vt de titulo minori ad maiorem migrare nulli presbytero licitum ſit, ſed in eo permaneat ad quem ordinatus eſt. Quòd ſi inuentus fuerit contrà ſtatuta id facere, eadem feriatur ſententia, qua Epiſcopus ſi de minori ad maiorem tranſmigrauerit ſedem. Vide ſuprà, Epiſcopus & Epiſcopatus, & in dictione, Clerici ſtabiles in ſuis Eccleſijs permaneant, &c. Vnde & Concilium MELDENSE cano. 30. *Si quis de ordine ſacerdotali, contemptu minoris Eccleſiæ ambitioſè & improbè ad potiorem aſpirare contenderit, canonica erga eum definitio conſeruetur.* Vide locis memoratis.

Concilium Turonenſe 3. Concilium Rhemenſe. Concilium Meldenſe.

Presbyter coram Epiſcopo profeſſionem faciat, & officij ſuſcepti chartam reſeruet.] Hæc omnia repoſuimus in vocabulo, Ordinandus, &c. Lege obſecro, nec differas.

Presbyter ab Eccleſia non abſentetur.] Vide infrà, Reſidentia, ex Concilio Pariſienſi 3. lib. 1. cap. 2. &c.

Presbyter fornicarius.] Quomodo presbyter fornicarius tractandus ſit, & an ſit eius miſſa audienda, vel de manu eius communio accipienda, diximus in vocabulo, Fornicarius & fornicatio, & deinceps.

Presbyter illicitis nuptijs implicatus, &c.] Concilium GANGRENSE cano. 4. & allegat Gratianus diſtinct. 28. cap. Si quis &c. *Si quis diſcernit preſbyterum coniugatum tanquam occaſione nuptiarum quod offerre non debeat, & ab eius oblatione ideo ſe abſtinet anathema ſit.* Loquitur autem præfatum Concilium more Græcorum, quibus prima coniugia non interdicuntur & vxoratis celebrant. Vide, Cœlibatus, & Bigamus, &c. Alioquin Concilium GENERALE VI. cano. 26. & allegat Gratianus diſtinct. 28. cap. Presbyterum. *Preſbyterum (inquit) qui per ignorantiam illicitis nuptiis eſt implicatus, eſſe quidem cathedra participem, ſecundum ea quæ ſunt nobis à ſacro canone decreta, à reliquis autem operationibus abſtinere decernimus. Ei enim, qui eſt talis, ſatis eſt ſi venia detur: vt is autem benedicat, qui debet propria curare vulnera, non eſt conſentaneum. Benedictio enim eſt ſanctificationis impertitio. Qui autem id non habet propter delictum ex ignorantia, quomodo alteri impertiet? Nec ergo publicè nec priuatim benedicat, nec Chriſti corpus aliis diſtribuat, nec aliud aliquod miniſterium obeat, ſed prima ſede contentus domino defleat, vt illi ex ignorantia peccatum remittatur. Manifeſtum enim eſt, quòd nefarium coniugium diſſoluetur, nec vir cum ea vllo modo conſuetudinem habebit, per quam ſacra operatione priuatus eſt.* Vide vocabulo, Cœlibatus, & Bigamus, &c.

Concilium Gangrenſe ſub Syluestro 1. Concilium generale 6. Cōſtantinopolitanum 3.

Presbyter qui gradum amiſit.] Vide in vocabulo, Degradatio, &c. Porrò Concilium CABILONENSE II. canone 40. *Statuimus, vt presbyteri degradati gradu amiſſo ſeculariter non viuant, & pœnitentiæ agendæ bonum negligant, ſed vt*

Concilium Cabilonenſe 2.

hoc expleant monaſterio canonico aut regulari mittantur. Quod ſi quippiam hoc prohibuerit, non deſiſtant vbicunque ſunt pœnitentiam agere, alias a communione Eccleſiæ ſeparentur. Et Concilium PARISIENSE III. lib. 1. cap. 35. tales iubet ſubdi pœnitentiæ canonicæ. *Nam plerique gradum amittere nihili pendunt, quoniam eo amiſſo adeo filij Belial efficimur, vt nec publicis (quia ſas non eſt) nec canonicis propter Epiſcoporum incuriam legibus conſtringuntur, & ob id ſacerdotale miniſterium vilius habetur.*

Concilium Pariſienſe 3.

Nicolaus I.

Presbyter percuſſor.] NICOLAVS I. epiſtola ad Oſualdum Epiſcopum Quadrantinum, & allegat Gratianus diſtinct. 50. cap. Studeat. *Si presbyter aliquem percuſſerit non ad mortem, pro percuſſione pœnitentiam agat, & aliquanto tempore à miſſarum ſolennijs ſuſpendatur. Si verò qualicunque percuſſione eius aliquis mortuus fuerit, nulla ratione miniſtrare ſacerdotis more debet quoniam & ſi voluntatem occidendi non habuerit, furor tamen & indignatio in omnibus, & præcipue in Dei miniſtris, multipliciter inhibetur atque damnatur.* Reliqua ſuperiùs inſerta ſuot. vocabulo, Clericus percuſſor, Cædere, &c.

Presbyteri percuſſores vel occiſores.] Poſuimus ſuprà vocabulo. Clericus De Mutilato autem presbytero lege in vocabulo, Membris mutilatus, &c reliqua ſunt inſerta paſſim in alijs vocabulis, Miſſa, Clericus, Diaconus. Epiſcopus, Fornicatio, & alijs multis. Vide obſecro.

Diligenter relege hunc locum.

PRIMAS.

De Primatibus & authoritate eorum atque dignitate egimus in vocabulo, Patriarcha, quia hæc duo vocabula iungebantur.

PRIMITIAE.

De Primitijs quoque egimus ſuprà, Decimæ, &c.

PRINCEPS.

principis munus & officium. Iam in vocabulo, Imperator, &c. de Principis munere & officio actum videtur. tamen quia non videtur idem eſſe vocabulum ideo particulari etiam dicendum fuit ſanctione quidnam ſit Principis cuiuſuis munus. reliquum verò etiam in vocabulo, Rex, narrabitur. MARCELLVS I. epiſt. 2. ad Maxentium Tyrannum, vt allegat Gratianus diſtinct. 96 cap Boni Principis, &c. ſic loquitur. *Boni Principis vel religioſi ac Regis officium eſt, Eccleſias contritas atque ſciſſas vel concuſſas reſtaurare, nouas ædificare, & Dei ſacerdotes honorare atque tueri. Vnde ſanctos Apoſtolos eorumque ſucceſſores ſub diuina conteſtatione conſtituiſſe legimus, non debere fieri perſecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro dominico, neque expellere æterni regis diſpenſatores ſed ſi qui expulſi fuerint, aut ſuis rebus expoliati, primo omnia legaliter reddi, quæ eis ab inimicis, aut à perſecutoribus ablata ſunt, & ſedes proprias, cum omnibus ad ſe pertinentibus, regulariter reſtitui, & poſtea tempore congruo vocari ad ſynodum regulariter cõgregatam. Nec liceat ei, priuſquam fiant hæc, de ſe iuxta ſtatuta prædictorum reſpondere, aut de ſuis impetitionibus, ſi ſe viderit prægrauari, reddere rationem Sed his ritè peractis ſuiſque omnibus liberè diſpoſitis, ſi tunc iuſte videtur, ſuis reſpondeat accuſatoribus, & inducias ſi ei neceſſe fuerit, accipiat non modicas, vt explicare valeat ea, quæ obijciuntur ei, ne aliqua deluſus fraude innocenter ruat, quoniam non oportet quemquam iudicari vel damnari, priuſquam legitimos habeat præſentes accuſatores, &c.* Vide. accuſa. &c. Porrò de Principis munere & officio AGAPITVS RHODIENSIS Epiſcopus, epiſtola ad Leonem 1. Imperat. *Deſuper (inquit) regni ſceptra ſuſcipiẽs, ſacratiſſime & inuictiſſime Principum, pro munere veſtra pietati collato, Deum cœleſtem regem primitijs decentibus honoraſti. Prima enim oblatio & acceptabile ſacrificium eſt, vt auriga mundi, & auriga totius orbis qui ſub ſole conſiſtit, adorãdæ Trinitatis fidem ſeruet incolumem, & doceat ex his quæ facit & colit, timere & homines Deum & talia ſectari, per quæ noſtrum ſeruatur genus, & cogitare pro communi republica, & totius populi diſciplina, quatenus optima cauſa pacis & nomen vbique præcellat & vigeat, & non inſtar beſtiarum, contra ſuum genus homines ſinguli rabiem feritatis exerceant.* Hinc patres Concilium TOLETANVM IV. can. vltimo, Regem Siſenandum ſui admonent officij, & omnes qui futuri ſunt principes. vt moderati & mites erga ſubiectos exiſtant, cum iuſtitia & pietate populos ſibi à Deo creditos regant bonamque viciſſitudinem largitori Chriſto rependant, regnentque in humilitate cordis cum ſtudio bonæ actionis, nec quiſquam illorum ſolus in cauſis capitalium rerum ſententiam ferat, ſed conſenſu publico cum rectoribus ex iudicio manifeſto delinquentium colpa pateſcat. ſeruata ab illis in offenſis manſuetudine, vt non ſeueritate magis in illis, quàm indulgentia polleant, vt dum omnia hæc authore Deo pio ab illis moderamine conſeruentur. & Reges in populis, & populi in regibus, & Deus in vtriſque lætetur. Aliter autem facientibus comminationem ſic adduot. *Sanè de futuris Regibus hanc ſententiam promulgamus, vt ſi quis ex eis contra reuerentiam legum ſuperba dominatione & faſtu regio, in flagitijs & facinore, ſiue cupiditate crudeliſſimam poteſtatem in populis exercuerit, anathematis ſententia à Chriſto domino condemnetur, & habeat a Deo ſeparationem, atque iudicium propter quod præſumpſerit praua agere, & in perniciem regnũ conuertere.* Manſuetudinẽ autem decere principẽ, teſtis eſt RECESVINTHVS REX Hiſpaniæ atque Gothorum, qui in medio patrum congregatorum in Concilio 8. Toletano, ſtatim initio, fidei ſuæ formam præſentans: *Regendorum (inquit) membrorum cauſa ſalus eſt capitis, & fœlicitas populorum non niſi manſuetudo eſt Principum:* Et diadema gloriæ cum cordis humilitate proſternens coram patribus, ſe in eis ſancti ſpiritus adeſſe faſſus eſt præſentiam, vt alibi diximus. Hinc etiam CONSTANTINVS IV. IMPERATOR ritè officium pij eſſe principis conſiderans, catholicam fidem tenere & defendere, epiſtola miſſa ad Donum Papam 1. pro congregando cœtu Patrum in regia vrbe Conſtantinopolitana, vt de fide quæ agitabatur per varias hominum opiniones certa definiretur ſententia, ait. *Si quid minus (inquit) ex hac deuotione mea profecerim, excuſabor in iudicio Dei imminente nobis, iuxta quod conſtitutus ſumus ſeruare fidem ſanctam & immaculatam, quam percepimus, vnoquoque proprio ſenſu abundante rationem redditurı ante ſanctum & terribile tribunal Dei noſtri. Inuitare enim & rogare poſſumus ad omnem commendationem & vnitatem omnium Chriſtianorum, neceſſitatem verò inferre nullatenus volumus.* Et poſt addit. *Spem habemus in coronatore noſtro Deo, quia dum prouiderit ſuper hoc ſeruentem noſtrum affectum, eius benignitas etiam*

Marcellus I.

Agapitus Rhodienſis Epiſcopus.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio

Concilij decretum.

Manſuetudo decet principẽ. Receſuinthus rex Gothorum & Hiſpaniæ.

Conſtantinus Imperator 4.

ingruentes nobis perturbationes gentium ſedabit. Eadem ille Princeps adhuc reperit epiſtola ad Georgium Conſtantinopolitanum pro ſimili cauſa. Idem quoque reperit in edicto & in epiſtola ad ſummum Pontificem, & ad Synodum Romæ congregatam, quæ habetur actione 18. Concilij Generalis 6. Similia quoque refert & inclytus

Iuſtinianus 2. Imperator.

IVSTINIANVS II. IMPERATOR. epiſtola ad Ioannem Papam huius nominis 5. pro confirmatione 6. generalis Synodi, & inſeritur eadem actione. *Deus (inquit) nos conſtituit cuſtodes immaculatæ Chriſtianorum fidei,&c.* Vt ſuprà. Hinc

Leo 2.

etiam ſic loquitur LEO II. epiſtola ad præfatum Conſtantinum 4. Impera *Plus eſt quod in Deo defixa mente confiditis, quam quod de collato vobis diuinitus honore regnatis. Illud enim vobis, hoc proficit*

B

omnino ſubiectis, nam triumphalem paternæ diadematis gloriam naſcendo ſuperna miſeratione obtinetis. Pietas enim veſtra fructus miſericordiæ eſt, poteſtas autem cuſtos eſt diſciplinæ. Per illa igitur regia mens Deo iungitur, per iſtam verò cenſura ſubditis adhibetur. Illius opes inopes adiuuant, huius autem ſagacitas à vero tramite deuiantes emendat. Non enim minor regnantium cura eſt, praua corrigere, quàm de aduerſariis triumphare: quia ei nimirum poteſtatem ſuam ſeruiendo ſubiiciunt, cuius profectò munere & protectione imperare noſcuntur, &c. Inſtructio quoque breuis

Martinus Dumenſis cœnobij rector, & Epiſcopus alicuius ciuitatis, de quo has diximus in vocabulo Iuſtitia, &c.

MARTINI DVMENSIS Epiſcopi ad Myridonem Regem Galitiæ (legunt quidam

C

Mytonem) in præfatione Concilij Triburienſis ponitur ſub Arnulpho Imperatore. *Prudentis (ait) proprium eſt, examinare conſilia. Si prudens eſt animus tuus, tribus temporibus diſpenſetur. Præſentia ordina, futura prouide, præterita recordare, & ſermo tuus non ſit inanis, ſed aut ſuadeat, aut moneat, aut conſoletur, aut præcipiat, &c.* Denique egregium de regimine Principum opus ſcripſit

Pogius Florentinus.

POGIVS FLORENTINVS, quod in omnium manibus verſatur. Vide ſequentia.

Principes ad ſuccurrendum fidei & Eccleſiæ inuitantur.] Iamque hoc ex præcedenti diſtinctione euaſit ſatis perſpicuum & commen-

D

datum. quod verò adhuc reſtat abſoluendum eſt. Quædam verò ſunt inſerta iam ſuperiùs ex Concilio Africano, & alijs, vt videbis ſi reuoluas in dictione, Hæreticus, &c. Vide & LEO I. Et

Leo 1. Concilium Romanum ſub eodem.

Concilium ROMANVM ſub eo congregatum, epiſtola quæ ſtat 23. in ordine epiſtolarum eiuſdem ad Theodoſium Auguſtum, eundem ad inſectandos Eccleſiæ hoſtes hæreticos incitat, & vt eiuſdem ſtatum inconcuſſum contrà illos defendat, vt & eius Chriſti dextera defendatur imperium. Hoc pluribus in locis repetitur. Denique idem epiſt. 24 ſequenti, quæ eſt ad Pulcheriam Auguſtam. *Curam (inquit) eius religionis, qua excellis, habeatis, ne catholicæ fidei integritas vlla huma-*

E

narum concertationum occaſione violetur. Ibidem

Nota.

pulchram addit ſententiam, quam citat Gratianus cauſa 23. quæſt. 5. cap. Res autem. *Res autem (inquit) humanæ aliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi quæ ad diuinam confeſſionem pertinent, & regia & ſacerdotalis defendat authoritas.* Et iterum epiſtola 31 ad Theodoſium Auguſtum. *Vniuerſæ Eccleſiæ & veſtro imperio profuturum eſt, ſi vnus Deus, vna fides, & vnum ſacramentum ſalutis humanæ vna totius mundi confeſſione teneatur.* Et epiſtola 40. ad Martianum Auguſtum. *Profectus charitatis & fidei vtrorumque armorum potentiam inſuperabilem facit, vt propiciato per vnam confeſſionem Deo, ſimul & hæretica falſitas, & barbara deſtruatur hoſtilitas, &c.*

A

Idem epiſtola 73 ad Leonem Auguſtum. *Cum clementiam tuam Deus tanta ſacramenti ſui illuminatione ditauerit, debes incunctanter aduertere regiam poteſtatem tibi non ſolum ad mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam, vt auſus nefarios comprimendo, & quæ bene ſunt ſtatuta defendas, & veram pacem his quæ ſunt turbata reſtituas, depellendo ſcilicet peruaſores iuris alieni, & antiquæ fidei ſedem Eccleſiæ reformando, nec hæreticos homines, & merito pro ſua peruerſitate damnatos, vti ſua*

Hæretici puniendi non ſuadendi, vide etiam ſuo loco.

perſuaſione patiamur, cum ſiue impietatem eorum aſpicias, ſiue opus perpetrati furoris attendas, non ſolum ad ſacerdotij honorem admitti nequeant, ſed ab ipſo Chriſtiano nomine mereantur abſcindi. Nam (quod

B

exorata putatis veſtra venia dixerim) quodam contagio ſplendorem veſtræ ſerenitatis obfuſcant, cum ſacrilegi parricidæ id audeant petere, quod nec innocentes liceat obtinere, &c. Vide reliquum, vbi ſcitè depingit hæreticos qui Regibus ſolent ſupplicationes pro religionis exercitio dilatando offerre, & eorum nequitias recenſet, vt loco præfixo diximus. Denique epiſtola 80. ad Iulianum Coenſem Epiſcopum, Imperialis eſſe dicit maieſtatis, tumultus publicos & ſeditiones ſacrilegas ſeueritate coercere. Sic ad ſuccurrendum fidei & Romano Pontifici ſe mutuò cohortantur Imperato-

Theodoſius Iunior. Valentinianus Imperat.

res Chriſtiani THEODOSIVS IVNIOR, & VALENTINIANVS eius filius Epiſtolis mu-

C

tuò directis ad inuicem, quæ habentur in initio Concilij Chalcedonenſis. vbi etiam inſeritur epi-

Galla Placidia. Eudoxia Imperatrix.

ſtola GALLAE PLACIDAE ad filium Theodoſium, & epiſtola EVDOXIAE IMPERATRICIS ad eundem Principem & maritum ſcilicet Valentinianum. Vnde & eiuſdem Theo-

Theodoſij profeſſio Chriſtianiſſim. Principe digna.

doſij digna omni acceptione profeſſio eſt contenta in epiſtola ad Prædictum Valentinianum Auguſtum filium *Volo (inquit) vt Leo ille ſanctiſſimus agnoſcat, nos in nulla parte à paterna religione, & maiorum traditione reſiliiſſe. Nihil enim aliud volumus, quàm ſacramenta paterna per ſucceſſionem nobis tradita inuiolabiliter cuſtodire, &c.* Eadem repe-

D

tit ſcribens ad matrem ſuam Gallam Placidiam, & alia ad filiam Eudoxiam, quæ fuit iuncta Valentiniano 3. per matrimonium, & à Maximo vi compreſſa, vt narrat Nicephorus. Porrò

Martianus Imperator.

MARTIANVS IMPERATOR epiſtola ad Leonem 1. ſummum Pontificem ait. *De ſtudio (inquit) & oratione noſtra ſanctitas tua non dubitat, quoniam veram Chriſtianorum religionem & Apoſtolicam fidem firmam volumus permanere, & ab omni populo pia mente ſeruari. Denique ſolicitudinem noſtræ potentiæ, ex recta religione & propiciatione ſaluatoris noſtri conſiſtere non ambigimus.* Denique non eſt

Conſtantinus 1.

ignotum, quanta ſolicitudine æſtuarit horum omnium pater Conſtantinus epiſtolis hinc inde

E

ad Epiſcopos contrà Arrianos directis, quas ci-

Nicephorus Calliſtus. Conſtans 1.

tat NICEPHORVS Calliſtus lib. 8. cap. 12. & 13. Quantam denique eiuſdem filius CONSTANS I. Imperator curam Eccleſiarum habuerit, notum eſt ex eiuſdem ſcriptis, & ex Nicephoro prædicto lib 9. cap. 10. Nam ibidem bellum denunciat fratri ſuo Conſtantio, niſi ab impio propoſito, & perſecutione Chriſtianorum, atque à factione hæreticorum temperaret. Sic nempe ait Nicephorus. *Conſtans his rebus cognitis ad fratrem ſcribens eum admonuit, vt paternæ religionis incorruptam integrámque ſeruaret normam, &c.* Eadem Martianus iam dictus, & Valentinianus litteris directis ad Nicæam ſynodum, antequam mutaretur in vrbem Chalcedonem, ſi profitentur velle ſemper

obſeruare.

Elpidius Comes.

A obſeruate. Hinc E[illegible]idivs Comes in conſiſtorio Chalcedonenſi vt ibi inſeritur actione 1. verba faciens ait. *N[illegible] walerum Princeps De[illegible] ſua ſancta Eccl[illegible] ſemper ei non [illegible] quia habebis Deum[illegible] ſed tamen & [illegible] reprehendis ſic [illegible] magis quam armis reguntur.* Sic & Anatolivs Conſtantinopolitanus Epiſcopus, epiſtola ad Leonem I. Imperatorem, auxilium eius implorat contra impium hæreticum, & tyrannum & homicidam Timothæum Aelurum, inuaſorem ſedis Alexandrinæ. *[illegible] ait, tibi iuſtitia congruit ſancire, fideliſsime Princeps, ne quorumdam mala voluntas [illegible] cuncto orbi terrarum, & omni[illegible] ſacerdotibus vnitis ſecundum Deum, [illegible] communi[illegible] ſacris canonibus, [illegible] eos, per nos [illegible] quæ neceſſaria ſunt) [illegible] ſicut in illis quoque [illegible] præſumpta prouenire ſancitum [illegible] contra [illegible] contemptorum Eccleſia ſanctorum [illegible] memoria Prote[illegible]. &c.*

Anatolius Conſtantinopolitanus Epiſcopus.

B Longum eſt autem enarrare quomodo reliqui omnes Principes ſemper Eccleſiæ & fidei quætelam ſuſtinuerunt, tam contra hæreticos, quàm contrà Paganos & tyrannos.

C Eundem porrò Principem Leonem Theotimvs Scythiae regionis Epiſcopus epiſtola ad eundem incitat ad ſuccurrendum Eccleſiæ, tanquam ex ſuo ſit officio & munere id præſtare. Idem ſupplicant Episcopi I. Syriae epiſtola ad eundem, Principem, & Episcopi Phoeniciae maritimæ epiſtola ad eundem, & ſic loquuntur. *Ex[illegible] armis Dei [illegible] religionis imperium frequentium tempeſtatum. & ſanctis Eccleſiis ita [illegible] pacem, quatenus pro veſtra potentia, & omni [illegible] palatio, [illegible] fidelis exercitus orationes [illegible] tempore, quo Deo placeat [illegible]* Vide ſupra, Preces. &c.

Theotimus Scythiæ Epiſcopus.

Epiſcopi Syriæ.

Epiſcopi Phoeniciæ maritimæ.

D Eadem omninò ſupplicant Episcopi II. Phoeniciae Libanisiae epiſtola ad eundem. Idem & Patres congregati in Concilio Sardiniae Metropolis Lydiæ epiſtola ad eundem principem. & patres Concilij Myrensi Metropolis Lyciæ. & Agapitvs Rhodiensis Epiſcopus & Episcopi I. Armeniae. & Episcopi II. Armeniae. epiſtola ad eundem: *N[illegible] aiunt [illegible] arma Eccleſiarum, vos eſtis C[illegible] Principum. &c.* Idem & Episcopi Epiri epiſtola ad eundem.

Epiſcopi Phœniciæ 2. Libaniæ.

Concilium Sardinię vel Sardicenſe.

Concilium Myrenum.

Agapitus Rhodienſis.

Epiſcopi Armeniæ.

Epiſcopi Epiri.

Gelaſius 1.

E Vnde & Gelasivs I. epiſtola, ſeu commonitorio ad Fauſtum magiſtrum, &c. *Ad ſenatum* inquit, *pertinet Romanum, vt memor fidei, quam a parentibus ſe ſuſcepiſſe meminit, contagia vitet communionis externæ, ne a communione huius ſedis Apoſtolicæ, quod abſit, reddatur externus.* Et epiſtola ſubſequenti ad Anaſtaſium Auguſtum, cum incitat vt ſedi Apoſtolicæ ferat ſuppetias ab hæreticis impetitæ. Epiſtola ſanè illa pulcherrima eſt & elegantiſſima, & quæ maximè affectum moueat ad compaſſionem, vbi inter cætera ita ait. *Etenim, Imperator Auguſte, ſi contra leges publicas aliquid, quod abſit, [illegible] reſarcire [illegible] Ad diuinitatis puram ſinceramque deuotionem, [illegible] redigatur, conſcientia tua non pu-*

A *tas [illegible] &c.* Præterea Anastasivs II. Papa, epiſtola ad eundem Anaſtaſium Imperatorem, cum rogat cap. 6. vt ſua poteſtate iubeat, quatenus Romanæ Eccleſiæ obedientia præſtetur. Similiter Foelix III. Zenonem Imperatorem hortatur, vt præſidium ferat Eccleſiæ. Vide in vocabulo, Imperator. & ſuprà in vocabulo, Francia &c. Similiter & Ivstinvs Imperator epiſtola 1. ad Hormiſdam 1. Papam ſe Eccleſiæ protectorem eiuſque pacis fautorem perhibet, vt diximus in vocabulo, Pax.

Anaſtaſius 2.

Fœlix 3.

Iuſtinus Imperator.

B Denique Monachi Conſtantinopolitani 2. Syriæ Hieroſolymorum, &c. epiſtola ad Iuſtinianum Imperatorem, quæ in Concilio Hierosolymitano, cui præſedit Petrus eiuſdem vrbis Epiſcopus, lecta eſt, & inſeritur actione 1. generalis 5. Concilij eundem Principem inuitant ad ſuccurrendum Eccleſiæ ex officio contra hæreticos, & præcipuè contra Anthymum, quem manifeſtum hæreticum Agapetus 1. Papa Epiſcopatu Conſtantinopolitano priuauerat. *Eccleſiam Dei (aiunt) ò Princeps, ac totum mundum liberate a peſte Anthimi, & prædictorum hæreticorum. Nam Sanctiſsimo viro Agapeto in præſenti vita exiſtente, poſt Deum ad veſtram pietatem reſpiciente, hæc finem à vobis accipere expectauimus, &c.* Et Vigilivs I. epiſtola ad Aurelianum Epiſcopum Arelatenſem inuitat auxilium Childeberti Regis Francorum, vt Romanæ ſedi ſubueniat, vt diximus in vocabulo, Francia.

Vigilius 1.

C Et Gregorivs I. lib. 7 epiſtola 126. ad Reccaredum Regem Gotthorum, &c. cap. 1 eundem magnifice commendat, quòd vniuerſam gentem illam ad Chriſti fidem conuerterit & deduxerit, eo quod decretum contra quoſdam Iudæos latum noluit reuocare, quamuis immenſa ei auri & argenti ſumma offerretur.

Gregorius 1.

D Et Agatho I. epiſtola ad Imperatorem Conſtātinum IIII. & fratres eius Heracliū atque Tiberium, quæ lecta eſt actione 4 Concilij 6. generalis. prædictos principes ad ſuccurrendum fidei inuitat contrà hæreticos. *Quia, ait, humani generis redemptor atque ſaluator eſt iniuriam paſſus, nunc vſque ſuſtinuit, veſtraque fortitudini aſpirauit Imperio, vt eius fidei cauſam [illegible] æquitas exigit, & ſanctorum Patrum, ſacrarumque generalium quinque ſynodorum decretis inſtructio[illegible] exequi dignemini, & redemptoris ac conregnatoris iniuriam de ſua fidei contemptoribus per eius præſidium vleiſcamini, propheticum illud [illegible] cum imperiali Clementia magnanimiter adimplentes, qua Rex & Propheta Dauid ad Deum loquitur: Zelus domus tuæ, inquiens, comedit me.* Eadem repetit epiſtola miſſa ad eoſdem principes quæ immediatè præcedentem ſequitur.

Agatho 1.

Pſal. 68.

E Quam autem bona fide præfatus Conſtantinus 4. hæc fuerit executus, fidem facit epiſtola Leonis II. ad eundem Principem Miſſa in qua inuitat omnes Eccleſias ad encomium principis extollendum, & eum omni qua decuit laude ſublimat, vt alibi diximus. Eidem Principi Conſtantino 4. direxerunt epiſtolam Patres Concilij Mediolanensis, qua eum prædeceſſorum ſuorum exemplo incitant ad ſuccurrendum Eccleſiæ & fidei Catholicæ & indictæ Conſtantinopolitanæ ſynodo, quæ generalis 6. fuit, libenter adeſſe & fauere. Vide alibi. Denique in Concilio Lateranenſi ſub Martino 1. conſultatione 2. lecta eſt epiſtola, quam Episcopi Affricani Conſtantino Auguſto direxerant contra Paulum Epiſcopum Conſtantinopolitanum hæreticum, vt ſcilicet eum & eius complices ſupprimens, Eccleſiæ

Leo 2.

Concilium Mediolanenſ.

Epiſcopi Affricani.

eorum

eorum hæreſi labefactatæ ſubueniret. *Pietati veſtræ* (aiunt illi) *cuncti veſtra Africa, domini ſacerdotes coram Domino ſupplicamus, vt nouella præſumptionis ſcandalum, quod aduerſum fidem noſtram attentatum eſt, auferatur, fratremque noſtrum Paulum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopum regali authoritate, vt nobiſcum, id eſt, cum omni generalitate Orthodoxa ſapere debeat, coarctare dignemini. Fidem* *namque rectam à ſanctis patribus nobis traditam ſine additione aut imminutione cuſtodire debemus, quia quod vel auctum fuerit aut ſubtractum, nunquam probatur fuiſſe perfectum.* Subſcripſerunt omnes oumero 43. Denique THARASIVS CONSTANTINOPOLITANVS Epiſcopus contrà Iconomachos epiſtola ad Conſtantinum 6 & Irenem matrem, eoſdem inuitat ad defenſionem fidei. *O vos mitiſſimi & [illegible] Imperatores* (ait) *non ferentes huiuſmodi peſtilentem & animis lethalem errorem diutius in terris hærere, ſed hunc ſpiritus domini, qui in vobis inhabitat, [illegible] obſcurare contendi[illegible], quo ſcilicet firma manet Eccleſiæ conſtitutio, [illegible] totius populi coagmentum, ac imperium veſtrum pacatè ſecundum nominis appellationem gubernetur.* Eadem patres Concilij MOGVNTINI II. præſide Rabano Ludouico Pio Imperatori ſuggerunt in præfatione. Eadem ſimiliter & patres Concilij AQVISGRANENSIS III. lib. 3 cap 27. Pipino Regi ſupplicant, vt ſuppetias ferat contra prophanatores templorum, & inuaſores facultatum Eccleſiæ. Et ARNVLPHVS IMPERATOR patribus Triburienſis Concilij, loquens in præfatione: *Habetis* (inquit) *me omnibus Eccleſiæ Chriſti aduerſantibus, & veſtro ſacerdotali miniſterio renitentibus oppoſitiſſimum bellatorem, &c.* Et LEO IX. epiſtola 6. quæ eſt ad Conſtantinum Mooomachum ei ſupplicat, vt Eccleſiæ afflictæ ferat auxilium contra Normanoos & alios fidei hoſtes, qui Eccleſiam & miniſtros eius dirè vexabant. *Tu* (ait) *deuotiſſime fili & ſereniſſime Imperator, collaborare nobis dignare ad releuationem tuæ matris ſanctæ Eccleſiæ, & priuilegia dignitatis atque reuerentiæ eius, nec non patrimonia recuperanda in tuæ ditionis partibus, ſicut manifeſtè cognoſcere poteris ex venerabilium prædeceſſorum noſtrorum ſcriptorum ſcriptis & geſtis. Hoc ſanè glorioſiſſimus filius noſter Henricus Imperator perficere molitur in ſuis partibus, &c.* Et alludens ad illius cognomen quod eſt Monomachus id eſt ſingulariter pugnans. deuotionis etiam magni Conſtantini, cuius nomen retinebat memoriam faciens, illum precatur eius fidei imitatorem eſſe, &c. Sic & patres Concilij BASILEENSIS ad ſuccurreodum fidei litteras deprecatorias mittunt ad Regem Franciæ, Poloniæ, & ad Dominum Trimolliæ atque alios proceres. Et patres Concilij SENONENSIS decreto 8. Principes omnes Chriſtianos inuitant & exhortantur ad ſuccurrendum fidei & Eccleſiæ, & exterminandos hæreticos. Verùm reliqua habes inſerta in vocabulis, Hæreticus, Imperator, Rex, &c. Hæc autem dicta ſatis tameo prolixè ſufficient.

Nota [illegible]

Tharaſius Conſtantinopolitanus.

Patres Concilij Mogontini 2.

Concilium Aquiſgranenſe 3

Arnolphus Imperator.

Leo 9.

Concilium Baſileenſe.

Concilium Senonenſe.

Principes non interpellandi contrà decreta Eccleſiæ, &c.] Quòd præcepta Principum oon poſſint præiudicare conſtitutionibus Eccleſiæ, ſuperiùs diximus in vocabulo, Præceptum, &c. Porrò ad propoſitum ſic Concilium ANTIOCHENVM I ſub Iulio 1. canone 11 & allegat Gratianus cauſa 23. quæſt 8 c. Si quis, &c. *Si quis Epiſcopus vel presbyter, vel quilibet clericus contra ſententiam [illegible] litteras Epiſcoporum prouinciæ & maximè Metropolitanorum ad Imperatorem proficiſci aggreſſus fuerit, is abdicetur, & eiciatur non ſolum à communione, ſed etiam à dignitate cuius eſt particeps, vt qui religioſiſſimi Imperatoris auribus moleſtiam adferre audeat præter ritum Eccleſiæ. Si autem neceſſarius vſus exigat, vt ad Imperatorem ſe [illegible] ferat, id agat cum deliberatione & ſententia Metropolitani Prouinciæ, & eorum qui ſunt in ea, eorumque litteris munitus iter inuadat.* Et canone 12 ſequitur. *Si quis à proprio Epiſcopo depoſitus. Presbyter vel Diaconus, vel Epiſcopus à ſynodo, auſus fuerit Imperatoris auribus moleſtiam exhibere, cùm oporteat ad maiorem ſynodum conuerti, [illegible] quod ſe habere reputat ad plures Epiſcopos referre, eorumque examinationem & iudicium ſuſcipere: Qui itaque his contemptis Imperatori moleſtus fuerit, is nulla venia dignus, neque ſui defendendi locum habeat, nec reſtitutionis futuræ ſpem expectet, &c.* Hæc allegat MARTINVS BRACARENSIS cap. 35. collectorij, quem etiam producit Gratiaous cauſa 21. quæſt. 5. cap Si quis. Hæc quoque decreta renouat Concilium AQVISGRANENSE I cano. 74. & Concilium MOGVNTINVM I. ſob Carolo Magno cano. 24. verum plura habes ſopra in vocabulo, Epiſcopus curiam oon adeat &c & clericus, &c. & Monachus Vide ergo.

Antiochenum I. ſub Iulio 1.

Hæc allegat Gratianus cauſa 11. quæſt. 5. c. Si quis.

Martinus Bracarenſis.

Concilium Aquiſgranenſe 1.

Concilium Moguntinū 1.

Principes non iniuria afficiendi, &c.] Vide vocabulum, Iniuria, &c.

Principibus & regno non inſidiandum.] Id prohibuit Concilium TOLETANVM VII. canone 1 vide infrà etiam, Reus, &c. TOLETANVM X. canone 1. *Cum ex quorumdam* (ait) *paternorum ſanctionibus decretorum, & inſtitutionibus ſit legalibus cautum, ne contra ſalutem principum gentiſque aut patriæ quiſquam meditari conetur, aduerſum hoc vnum ſpecialiter nunc depromitur obſeruandum, vt ſi quis religioſorum, ab Epiſcopo vſque ad extremum ordinis clericorum ſiue Monachorum, generalia iuramenta in ſalutem regiam gentiſque aut patriæ data reperiatur violaſſe voluntate prophana, mox propria dignitate priuatus, & loco, & honore habeatur excluſus, eo miſerationis obtentu tantummodo reſeruato, vt aut locum aut honorem aut vtraque poſſideat concedendi eius licentiamque principali poteſtas obtineat.* Idem omoioo reoouat Conciliom AQVISGRANENSE II. cap. 12. ſecundi capituli ſub Ludouico Pio Imperatore. & hoc edicto tam laicos quàm clericos compreheodit, atque iterum renouat Concilium MOGVNTINVM II. Præſide Rabano cap. 5 & Concilium MELDENSE cano. 2. vbi etiam de hooore & obedientia regibus exhibenda conſtitutio inſeritur CAROLI IVNIORIS Regis Franciæ Subditur autem caoo 14. *Si quis contra regiam dignitatem doloſè, aut callide, aut pernicioſè ſatagere comprobatus fuerit, niſi digniſſimè ſatisfecerit, anathematizetur.* Et cano. 15. *Si quis poteſtati regiæ, quæ non eſt, iuxta Apoſtolum, niſi à Deo, contumaci ac inflato ſpiritu contra authoritatem & rationem pertinaciter contradicere præſumpſerit, & eius iuſtis, & rationabilibus imperiis ſecundum Deum & authoritatem Eccleſiaſticam ac ius ciuile obtemperare irrefragabiliter noluerit, anathematizetur, &c.* Et Concilium LAVRIACENSE canone 13. omninò eadem verba reperit, vt citat Buchardus libro 15. decretorum capite 22. vide etiam in vocabulo, Rex. &c. & Conſpiratio.

Concilium Toletanum 7

Concilium Toletanum 10.

Concilium Aquiſgranenſe 2.

Concilium Moguntinū 2.

Concilium Meldenſe.

Carolus Iunior.

Roma. 13.

Concilium apud Lauriacum celebratum

Principes non ſe rebus Eccleſiaſticis immiſceant.] Vide cuncta repoſita in vocabulo, Imperator, & Epiſcopus. & Laicus, &c.

Princeps

Concilium Toletanum ſub Nunctio 5.

Princeps munificus in ſeruos fideles exiſtat.] Concilium TOLETANVM V. can. 6. *Pro ſeruis Regum fidelibus noſtra datur ſententia. Quiſquis ſuperſtes Principum extiterit, iuſte in rebus profligatis aut largitate principis acquiſitis, nullam debeat habere iacturam. Nam ſi licenter & iniuſte perturbentur fidelium mentes, nemo optabit promptum ac fidele præbere obſequium, dum cuncta mutant in incertum, & in futuro diſcrimine formidant cauſam, ſed ſaluti & rebus eorum principalis pietas debet præbere ſuffragia. Exemplis enim cæteri prouocantur ad fidem, cum fideles non fraudantur mercede.* Hoc decretum eſt adhuc ſemel renouatum in Concilio

Concilium Toletanum 6.

TOLETANO VI. cano. 14. *Præmiſſ(ait) ſi audore fidele, non ſolum inhumanum, ſed etiam exiſtit iniuſtum. Ideoque cum fides meritum, tam in rebus diuinis, quam in humanis, non habeatur ingratum, dignum videtur, vt ſacerdotali ſententia conſulamus fidelibus regis.* Tum præmiſſum Toletani 5. decretum recitat & confirmat. Vide etiam in vocabulo, Fides, & Iuramentum, &c.

PRIOR.

Prior vt eligi debeat & inſtitui.] Habes in vocabulo, Abbas &c. & in vocabulo, Præpoſitus ac Monachus, &c. Porrò ſic BENEDICTVS XII. cap. 30. Conſtitutionum Benedictin. *Sanè cum prior clauſtralis eſſe debeat potens in opere & ſermone, volumus, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, vt inſtituatur ipſe prior prouidus & diſcretus pro vt in congregatione cathedralis Eccleſiæ, vel monaſterij, ſeu alterius loci eiuſdem ordinis ſeu religionis aptior poterit inueniri: ſitque talis, qui continuè in capitulo ſeu conuentu reſideat, clauſtrique curam & regimen exercere aſſiduè teneatur.*

Benedictus 12.

Concilium Viennen. generale

Eadem ſtatuuntur in Concilio VIENNENSI ſub Clemente 5. & habetur in Clementinis titulo de ſtatu religioſorum. Vide ſuprà Abbas. &c.

Priorum mutatio inhibetur.] Concilium LATERANENSE ſub Alexandro 3. partium 280 parte 1. cap. 11. *Priores cum in conuentualibus Eccleſiis fuerint conſtituti, niſi pro manifeſta cauſa & rationabili non mutentur, videlicet ſi fuerint dilapidatores, nec continenter vixerint, aut aliquid tale egerint, pro quo amouendi meritò videantur, aut ſi etiam pro neceſſitate maioris officij de conſilio fratrum fuerint transferendi.* Plura verò de priorum electione, inſtitutione, mutatione, tractat GREGORIVS IX. & NICOLAVS IV & BENEDICTVS XII. in conſtitutiones Benedictinorum. Eadem vero etiam renouat Concilium COLONIENSE III. cap. 13 partis 10. vide, Monachus, &c.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Gregorius 9.

Nicolaus 4. Benedictus 12

Concilium Colonienſe 3.

PRIORATVS.

Prioratus non pretio aut ſimonia comparandi, &c.] Poſuimus in vocabulo, Epiſcopatus, &c. Vnde etiam ſtatuit præfatum Concilium LATERANENSE ſub Alexandro 3 parte 1. cap. 10. *Prioratus (ait) ſine obedientia nulla pretij datione tradantur.* Reperit & cap 10. partis 2. vt nec etiam ab eo cui regimen committitur pretium exigatur, quia hoc Simoniacum eſt. Vide in dictione, Simonia &c. Porrò Concilium BITERRENSE canone 11. vetat, ne quiſquam Abbatiam aut prioratum præſumat tenere, niſi canonicè ſit electus in priorem conuentualem, ad quem prioratum fuerit euocatus poſtquam in eodem profeſſionis habitum ſuſceperit. Et cano 23. vetat, ne quiſquam prior in prioratu ſolus audeat remanere aut habitare, ſi monachus fuerit, ſed tribus aut quatuor monachis fratribus coniungatur non iuniores monachos permittens hoc numero comprehendi, qui tenentur debeant ad clauſtrum vt diſciplinis regularibus inſtruantur. Idem omninò GREGORIVS IX. in conſtitutionibus Benedictinorum. & Concil. VIENNENSE ſub Clemente 5 & habetur in Clementinis de ſtatu monachorum. Idem quoque reperit & iam memoratus BENEDICTVS XII. cap 25 conſtitutionum Benedictinorum, vbi expreſsè iubet vt hi, qui in prioratibus cum priore exiſtunt, debeant ſtrictiſſimè regulam vt in monaſterio ſeruare, officium diuinum perſoluere, ieiunia obſeruare, nec ab obſeruantia recedere, aliter deponi iubet. Vide locis memoratis.

Concilium Biterrenſe.

Gregorius 9

Concilium Viennenſe generale.

Benedictus 12.

PRIVILEGIVM.

Priuilegijs non abutendum.] De Priuilegijs, Eccleſijs vel monachis indultis, in ſuis vocabulis paſſim egimus, vt facilè reuoluendo reperies vocabulum, Eccleſiarum immunitas, &c. & ſuprà, Monachorum exemptio, &c. & alijs in locis. Porrò SIMPLICIVS I Papa epiſtola 2. ad Ioannem Rauennatenſem Epiſcopum, cum grauiter argueret, quòd Gregorium quendam inuitum ordinaſſet, & allegatur à Gratiano cauſa 11 quæſtione 3. ſub nomine Gregorij 1. *Priuilegium (inquit) meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, &c.* Hinc eſt quod Templarij & Hoſpitalarij in Concilio LATERANENSI ſub Alexandro 3. parte 1. capite 9. priuilegia ſua amiſerunt, eo quod his abuterentur Eccleſias recipientes de manibus laicorum, excommunicatos & interdictos ad Eccleſiaſtica ſacramenta & ſepulturam admittentes, &c. Fit autem mentio in Concilio LATERANENSI ſub Innocentio 3. cap 57 quorumdam priuilegiorum, quæ conceſſa ſunt certis Eccleſijs & monaſterijs. ſimiliter & in Sexto Decretalium, & in Clementinis, &c.

Simplicius 1.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3.

PROCESSIO.

Proceſsionum ſeu ſtationum ac litaniarum vſus.] De his abundanter diximus in vocabulo, Litaniæ, &c. Vnde non eſt opus pluribus verbis hic nos agere, quia cuncta ritè diſpoſita ibi reperies. Harum verò originem ſatis ex Apoſtolorum inſtitutione productam teſtatur TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro 2. ad vxorem, vbi ſtationum & ieiuniorum meminit. Iterum libro de fuga in perſecutione ait, In tempore perſecutionis Eccleſiam in ieiunijs & ſtationibus diſciplinatiorem. Idem ſtationes ac proceſſiones fieri ſolitas antiquitùs feria 4. & 6. teſtatur libro de ieiunio aduerſus Pſychicos: *Quæ tamen (inquit) indifferenter alijs diebus obſeruari permittuntur.* Et aduerte quia ſtationes & proceſſiones ieiunia comitari ſemper dicit, vt etiam nunc in Litanijs & Rogationibus obſeruatur. Harum autem vſum ſicut & ieiunij ex veteri inſtrumento traducit, ſiue exemplo Moſis, qui ſtatione ſua in monte deuicit Amalech, ſiue Petri exemplo qui ad horam orationis nonam aſcendit in templum, ſiue ex figura Archæ, quæ per caſtra circum ducebatur, & per omnia ait antiquiſſimam patrum traditionem, licet non ſcriptam,

Tertullianus Carthaginenſis.

Ex. d. 17 Actuum 3

præualere,

[illegible] Epiſcopi eſſe poteſtate [illegible], & ſtation[illegible] populo præſtare. Vide [illegible]. &c. [illegible]: ſtationum ad calcem libri De oratione, [illegible] & in his ſtationibus Euchariſtiæ ſacrificium offerri ſolitum profitetur. Sic & Proceſſionum, vbi S. Reliquiæ deferuntur, meminit Concilium BRACARENSE III. cano. 5. vbi ſolitas in humeris Leuitarum deferri ad ſanctorum Baſilicas, ſacras reliquias docet, vt dicemus in vocabulo Reliquiæ. Vide & SIMEON METAPHRASTES in vita Anaſtaſij Perſæ, quæ lecta eſt in Concilio generali 7. [illegible] fuit, quòd dum præfati martyris reliquiæ in Cæſaream Paleſtinæ deferrentur, & appropinquarent ciuitati, omnes ingenti [illegible] cum cruce & ſupplicatione egreſſi, cum gratiarum actione ſacras reliquias [illegible] occurrerunt, vt iam diximus in vocabulo Imago, & Litaniæ, & [illegible]. Refert quoq. PLATINA CREMONENSIS in [illegible] Agathone I. quod cum legati eius ad Imperatorē Conſtantinopolitanū eſſent profecti, cum proceſſione ad Eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis in Blachernas admiſſi ſunt. Et vt vno verbo finiam (nam perſtrinximus [illegible] ſum earum antiquiſſimum iam in vocabulo Litaniarum vſus, &c. Concilium COLONIENSE III cap. 29 partis 3 iubet, vt obſeruentur more antiquiſſimo, & ſtatis temporibus atque horis indicentur, repetitque iterum cap 8 partis [illegible]. Et Concilium AVGVSTENSE ſub Othone Cardinali, cap. 25. per proceſſiones lætas voluit denotari noſtram de Chriſti triumpho & gloria exultationem, per lugubres verò noſtrum in hac lachrymarum valle exilium indicari: & illis quidem Deo gratias referri, his verò veniam peccatorum, & pro vindicta miſericordiam implorari. Prętereà idem Concilium dat alias rationes, proceſſionum, quarum præcipua eſt, vt fideles admoneantur, quando prælata cruce procedunt, extra Eccleſiam & ad eam reuertuntur, imitationis Chriſti, qui de ſummo cœlo egreſſus in mundum per crucem regreſſus eſt ad gloriam patris, iuxta illud quod in peregrini ſpecie ipſe de ſe in Emaus, ait: *[illegible] oportuit Chriſtum pati, [illegible] & ita intrare in gloriam [illegible]*, &c. Deniq. Patres Concilij COLONIENSIS IV. cap. 22. *Eccleſia (aiunt) [illegible] Chriſti exultans, circum[illegible] proc[illegible] ſacras ædes [illegible] rem, [illegible] ſimul repræſentans [illegible] hiſtoriam, qui dum quæreret ſalutem noſtram [illegible] populo [illegible] factus eſt, [illegible] vniuerſam Iudæam [illegible] ambulauit [illegible] ſuos diſcipulos comi[illegible] ſimul [illegible] & imagine eorum qui [illegible] ſunt ſimul circum[illegible] cum ipſis regnare & triumphare [illegible] compoſitè, graues [illegible] modeſtia, [illegible] riſus, [illegible] confabulationes longè abeſſe*, &c. Tum cap. 23. ſequenti tractant de ſtationibus & ſupplicationibus clericorū, qui dum populus deuotè nudis pedibus ambulant & capitibus opertis, illi incompoſitis moribus & confabulationibus & diſcurſionibus popolum ſcandalizant. Et cap. 25. tractat de Proceſſionibus ruralibus. Vide in vocabulo tam ſæpius memorato, Litaniæ, &c. Supplicatio.

Proceſsionibus publicis omnes teneantur adeſſe.] Concilium TRIDENTINVM ſeſſ. 25. capite 13. *[illegible] quam regulares quicunque [illegible] monachi, ad publicas [illegible] vocati accedere compellantur, his tantum exceptis qui in ſtrictiori clauſura perpetuo viuunt.*

Concilium Bracar. 3
Simeon Metaphr. [illegible]
[illegible] Metaphraſtes.
Platina Cremonenſis
Concilium Colonienſe 3
Concilium Auguſtenſe ſub Othone Cardinali.
Proceſſiones quid denotent. Lucæ 24
Concilium Colonienſe 4.
Tridentinum.

A

PRODIGIVM.

Prodigia quædam. Recenſentur ſub Auguſto Imperatore dira prodigia ab EVSEBIO CÆSARIENSI lib. 1. Hiſtoriæ Eccleſ. cap. [illegible]. & NICEPHORO CALLISTO [illegible] ex Ioſepho Iudæo lib 6 De bello Iudaico, [illegible] & idem Nicephorum [illegible] lib 3. cap 4. quæ etiam recenſet CORNELIVS TACITVS lib [illegible] Hiſtoriarum & LACTANTIVS FIRMIANVS lib. 4. cap. 21. Deniq. [illegible] librum elegantiſſimum IVLIVS OBSEQVENS de prodigijs, nec non VALERIVS MAXIMVS de prodigijs, & ANTONIVS SABELLICVS lib 9 exemplorum. Deniq. TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro ad Scapulam Carthaginis præſidem, recēſet imminentis iræ Dei ſigna ob [illegible] perſecutionem Chriſtianorum ſub Hilariano præſide, imbres ſcilicet vehementes, & [illegible] vniuerſum & ignes, qui ſuper mœnia Carthaginis per noctem pependerunt. *[illegible] ait exinde pe[illegible] adeo portentum [illegible] non potuerit [illegible] in ſuo hyſſmate* (altitudine [illegible]. Tum mira refert de his quæ acciderunt [illegible] annis, qui Chriſtianos vexabant. Et audita prodigia iterum recenſet libro De Pallio, & libro Apologetico aduerſus gentes cap. 39 Deniq. vt [illegible] cætera infinita quæ ex hiſtorijs panduntur [illegible] Deteſtantia [illegible] temporibus Domini Papæ [illegible] per menſem Auguſtum Cometa apparuit, ſtella ſcilicet [illegible] parte Orientis. [illegible] Galli cantu [illegible], manè per menſes tres [illegible] radij cœlos penetrabant, in cuius ſurgentis viſione omnes gentes & [illegible] mirabantur, quæ poſt in ſemetipſam reuerſa diſparuit, quā ſtatim ſubſecuta eſt mors horribilis in partibus Orientis. Temporibus quoq; S. generalis VI. Synodi [illegible] telę aranearum nigerrimæ in medio populi ceciderunt, vt omnes mirarentur [illegible] quòd ſordes hæreſeos expulſæ eſſent, & Deo auxiliante vnitæ eſſent ſanctæ Dei Eccleſiæ. Tēporibus Leonis II [illegible] 16. Aprilis indictione [illegible]. Luna Ecclypſim pertulit, & poſt cœnā Domini nocte penè tota in ſanguineo vultu elaborauit, & nō niſi poſt Gallorū cantū cœpit paulatim delympidare, & in ſtatū ſuum reuerti. Temporibus quoq; Agatonis I. Luna Ecclypſim pertulit die 18. Iunij, & horribilis mortalitas ſecuta eſt. Temporibus Gregorij II. Luna viſa eſt cruentata vſq; ad mediam noctem per indictionem 14. ſub eo tempore in partibus Hiſpaniæ triticum [illegible] ſtum & hordeum ſeu legumina quaſi pluuia in loco quodam è cœlo miſſa ſunt. Nouiſſimè diebus iſtis, vt à fidelibus teſtibus didicimus, anno 1567. Ianuarij 2[illegible]. in partibus Orientis ſuper ciuitatem Theodoſiam tres Soles apparuerunt per triū horarum ſpatium, qui varij coloris bino arcu cingebant [illegible] & propè aſtitit crux aurea, cui ſtella ſuperſtetit, & ſemiluna inferiùs hanc ſuſtentabat. Quæ prodigia, quantum coniectura ducor, denotabāt Trinitatis fidem, & crucis triumphum in his partibus prædicandum, Regeſque Orientis ad Eccleſiæ Catholicæ gremium conuolaturos, quod ex India Meridionali & Orientali iam conſtat fœliciter auſpicatum, [illegible] tres didicimus Reges Mahometi[illegible] hoc anno 157[illegible]. Chriſti fidei colla ſubdidiſſe [illegible] cum ſuo populo. [illegible] de prodigijs luculenter & doctiſſimè tractant gallicu idiomate.

PROFESSIO.

Profeſsio Monachorum.] Poſui ſuperius,

Iulius Obſequens.
Prodigium [illegible] tempore [illegible].

Monachorum profeſſio,&c. Vide etiam infrà, Votum &c

Profeſsio Papæ.] Poſui ſuperiùs.

Profeſsio Epiſcoporum.] Vide in vocabulo, Epiſcopus conſecrandus,&c Denique Concilium OXONIENSE in Anglia.can 1 *Quia iuxta ſacra Scriptura teſtimonium de vita noſtra tenemur reddere Domino Deo noſtro,ſalubriter decernimus aduertendum,vt Epiſcopi formam ſua profeſsionis in ſua conſecrationi prolatam,bis in anno coram ſe legi faciant diligenter,vt tanto melius profeſſionis ſua recordentur, quanto ſæpius eorum fuerit auribus inculcata.* Vide Epiſcopus.

(Concilium Oxonienſe ſub Innocentio 3. — Pſalm. 21. 40 & 115.)

Profeſsio Cardinalium.] Vide, Cardinalis,&c

Profeſsio Sacerdotum & Clericorum.] Poſui vocabulo,Ordinandus,&c. Cui etiam addendum eſt quod & decreuit Concilium TOLETANVM II.can 10. vt ibidem inſertum reperies. Vide ſequenti pagina ex Auguſtino, Proprietas. &c.

Profeſsio Libertorum Eccleſiæ.] Vide, Libertus,&c.

Profeſsio Viduarum, &c] Vide ſuprà, Monialis,Vidua,&c.

Profeſsio Virginum., Vide ſuprà,Monialis Virgo.

PROMISSVM.

Promiſſa ſoluenda] Concilium TOLETANVM IV.can.36.allegat Gratianus cauſa 12. q.2 c Quicunque *Quicunque Epiſcopi ſuffragio cuiuſlibet aliquid Eccleſiaſtica vtilitati prouiderint, & pro eo quodcunq; commodum in remunerationem promiſerint, promiſſi ſolutionem eos exoluere oportebit, ita vt ad prouinciale Concilium deductum, eorum conniuentia confirmetur. Quia (ſicut Paulus ait) dignus eſt operarius mercede ſua,&c.*

(Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1. — 1.Timoth.5. Matth.10.)

PROPHETA.

Prophetæ qui dicebantur antiquitus.] CLEMENS I lib.8 Conſtit.Apoſtolic.cap.1. *Qui Propheta (inquit) munere vtuntur, non omnes ſancti, nec qui dæmones eiiciunt, præditi ſunt omnes pietate. Etenim Balaam filius Beor Vates,cum eſſet impius futura prædixit Item Caiphas qui falſo nomine Pontifex erat. Multa enim diabolus vna cum ſuis dæmonibus prædicit, nec tamen ideo illa eſt ulla pietatis ſcintilla. Iuſtitia enim ſunt oppreſſi propter voluntariam prauitatem. Perſpicuum eſt igitur impios, quamuis prophetarum officio fungantur, non deponere ob prophetiam ſuam impietatem, nec eos qui dæmones expellunt, ſanctitatem acquirere, eo quod illi cedunt, falluntur enim ſe mutuo (vt hi qui ludos riſus cauſa exercent) atque eos qui ipſis mentem adhibent ad interitum perducunt. Hæc dicimus,non vt veras prophetias damnemus (ſcimus enim eas afflatu diuino intra ſanctos agitari) ſed vt glorioſorum audaciam comprimamus. Quare ſi inter nos quoque reperitur vir aut mulier, cui huiuſmodi gratia conceſſa ſit, humilis ſpiritus habeat, vt in eo ſit grata voluntas Dei. Ad quem enim (inquit) reſpiciã, niſi ad humilem, & quietum, & pauentem ſermones meos,&c.* Hæc fuſiùs AVGVSTINVS HIPPONENSIS lib.2. De diuerſis quæſtionibus ad Simplicianum,quæſt.1.tractat. *Nihil eſt (inquit) homo habens prophetiam ſine charitate, ita fortaſſe quemadmodum poſſumus dicere, nihil eſſe hominem habẽtem animam ſine mente. Non quia poteſt inueniri homo, qui mentem non habeat habens animam, ſed quia nihil eſſet ſi inuenius poſſet,&c.* Et iterum multa ibidẽ proſequitur de differẽtia falſi prophetæ & veri Idem li.22. cõtra Fauſtũ Manichæũ,c.24. Vide ſi vacat.

(Clemens 1. — Numeri 23.& 24. Ioann. 11. — Eſay 66. — Auguſtinus Hipponenſis.)

PROPRIETAS.

Proprietas interdicitur monachis.] Poſui ſuperiùs in dictione, Monachus,& vide.

Proprietas Clericis interdicitur.] Concilium AQVISGRANENSE I ſub Ludouico Pio Imperatore,c.112.profert authoritatem AVGVSTINI HIPPONENSIS in ſermone de moribus Clericorum,vbi ſic loquitur: *Nulli (ait) liceat in ſocietate noſtra habere aliquid proprium, ſed ſi forte aliqui habent,nulli liceat: & ſi habent faciunt quod non licet.* Tum mentionem facit Ianuarij qui pecuniam aſſeruauit, quàm filiæ teſtamẽto relinquere diſponebat, quæ tamen iam monaſterio data erat. Cùm autẽ morti appropinquaret, Eccleſię pecuniam teſtamento reliquit, quam certè acceptare renuit Auguſtinus,tanquã indignũ eſſet,vt Presbyter ſocius ſecum manens, de Eccleſia viuens, cõmunem vitam profitentes teſtamẽtom faceret. *Teſtamentum (inquit) fecit,hæredem conſtituit! O dolor illius ſocietatis! o fructus natus non de arbore,quam plantauit Dominus! ſed Eccleſiam ſcripſit hæredem! Nolo munera iſta,nolo amaritudinis fructum. Ego illum Deo quærebam, ſocietatem profeſſus erat, hanc teneret, hanc exhiberet, nihil haberet, teſtamentum non faceret,habebat aliquid,&c.* Idem adhuc in alio ſermone de vita & moribus Clericorum repetit, vt habetur,cap 113 eiuſdem Concilij ex quibus colligitur, quòd priſcis temporibus Clerici profeſſionem faciebant, vnde ipſe loquitur Auguſtinus ibidem: *Clericus duas res profeſſus eſt,& ſanctitatem & clericatum profeſſus eſt ſocietatem profeſſus eſt communem viuendi ſocietatem,profeſſus eſt quam bonum & quam iocundum habitare fratres in vnum. Si ab hoc propoſito ceciderit,& extra manens clericus fuerit, dimidius cecidit,&c.* Vide reliquum in vocabulo, Votum,&c.& teſtamentum,&c

(Concilium Aquiſgranen.1. — Profeſſio clericorum.)

PROVINCIA.

Prouincia quæ dicatur.] Sæpiùs in decretis reperitur de iure prouinciarum conſeruando mandatum, vt diximus integrè in vocabulo, Metropolitanis ius ſeruetur,&c. Quæ debeat dici prouincia illic non diximus. Vnde ſic PELAGIVS II. epiſtola ad Epiſcopos qui Conſtantinopolim conuenerant, cap.2. * *Super Prouincia cauſa (ait) vnde ſedem Apoſtolicam dudum conſulere voluiſtis, videtur nobis ſufficienter tractatum à ſanctis prædeceſſoribus noſtris* (videbis loco præfixo) *Sed quia denuo noſtram mediocritatem de eadem re interrogare dignum duxiſtis, ſcitote certã prouinciam eſſe, quæ habet decem vel vndecim ciuitates, & vnum Regem, & totidem minores poteſtates ſub ſe, & vnum Epiſcopum, alioſque ſuffraganeos decem, vel vndecim Epiſcopos iudices, ad quorum iudicium omnes cauſa Epiſcoporum, & reliquorum Sacerdotum, ac ciuitatum cauſæ referantur, vt ab his omnibus iuſtè conſona voce diſcernantur, niſi ad maiorem authoritatem fuerit ab his qui iudicandi ſunt appellatum. Vnde non oportet vt degradetur, vel dehonoretur vnaquæque prouincia, ſed apud ſemetipſam habeat iudices Sacerdotes & Epiſcopos ſingulos, videlicet iuxta ordines ſuos. Et quicunque cauſam habuerit, à ſuis iudicibus iudicetur, & non alienis, id eſt, à ſua iuſtis iudicibus prouincia, & non ab externis, niſi (vt iam prælibatum eſt) à iudicatis fuerit appellatum.* * *Si vero in qualibet prouincia ortæ fuerint quæſtiones, & inter ipſius prouinciæ Epiſcopos diſcrepare cœperit ratio, atque inter ipſos diſſidentes non conueniat, ad maiorem tunc ſedem referantur: & ſi illa facile & iuſtè non diſcernuntur, vbi fuerit Synodus regulariter congregata canonicè & iuſtè iudicentur. Maiores vero & difficiles quæſtiones*

(Pelagius 2. — Hæc Gratianus allegat cauſa 6. quæſt.3.c. Scitote. — * Hæc Gratianus citat diſt. 99 cap multis denuo,&c.)

(cauſa [illegible]

(vt ſancta Synodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit) ad ſedem Apoſtolicam ſemper referatur. Vide Cauſa, Accuſatio, Appellatio, Epiſcoporũ accuſatio, &c. & huiuſmodi vocabula, vbi de cauſis agitur, & ſuprà, Metropolitano ius, &c.

Psallere.

Pſallendi diſciplina.] In multis iam vocabulis egimus de pſallendi diſciplina, quæ in choris Eccleſiarum adhuc hodiè obſeruatur, videlicet in vocabulo, Cantus, Canonicus, Horæ canonicæ, Hymnus, &c. & Officium diuinum, ex Concilio Turonico, & alijs, quæ non eſt fas repetere, cum facillimè poſſunt reuolui. Iam quippe diximus ex PHILONE IVDAEO libro De vita contemplatiua, quomodo monachi Alexandrini alternatim Pſalmos & Hymnos decantabãt, quod & ſuo tempore obſeruatum BASILIVS MAGNVS meminit epiſtola 63. *Conſuetudines (ait) obtinentes nunc in omnibus Eccleſijs concinnæ ſunt ac conſonæ. Ex nocte enim conſurgit apud nos populus ad domum orationis, & in labore, ac tribulatione, & aſſiduis lachrymis confitentes Deo, poſtremo ſurgentes ab orationibus ad pſalmodiam perueniunt. & nunc bifariam diuiſi alterna viciſſitudine inter ſe pſallunt: ſimul quidem meditationem eloquiorum inde corroborantes, ſimul autem & attentionem & cordis ab alijs rebus abalienatam intentionem ſibi ipſis parantes. Deinde vni permittentes auſpicari cantum, reliqui ſubſonant. & ſic in pſalmodiæ varietate noctem ſufferentes, precibus intermixtis. Die iam illuceſcente omnes in commune velut ex vno ore & vno corde confeſſionis Pſalmum proferũt Domino, propria ſui ipſorum vnuſquiſque verba Pœnitentiæ facientes.* Hinc etiam SIMEON METAPHRASTES in vita Theodoſij Cœnobiarchæ: *Quis (inquit) enim eas quæ hic fiunt, audiens hymnodias, non demulcetur quidem auribus, lætatur autem animo, corde vero vehementer exilit promptoque, & alacri animo labra mouet ad laudandũ eum, qui fecit, quod diuerſis quidem linguis, vna autem mente & ſententia, canãtur pie & religioſè. Quomodo enim in lyra, ea quæ fit viciſſim pulſatione, contemperatur diuerſitas vocum numero admirabili: ita etiam hic quoque, diuerſis linguis, quidam varius & valde concinnus cantatur hymnus, &c.* De diſciplina pſallendi BENEDICTVS CASSINENSIS cap. 8.9.10.11.12.13.14.15.16.17.18.19. Regulæ ſuæ copioſiſſimè tractat, cuius non opus cenſemus referre verba, tum quòd prolixiora ſunt, tum etiam quòd ſufficienter in præfixis locis de hac materia diſſeruimus. Deniq; CONCILIVM GENERALE VI. can. 75. *Eos (inquit) qui in Eccleſijs ad pſallendum accedũt, volumus nec inordinatis vociferationibus vti, & naturam ad clamorem vrgere, nec aliquid eorum, quæ Eccleſiæ non conueniunt, & apta non ſunt, adſciſcere: ſed cum magna attentione & compunctione pſalmodias Deo, qui eſt occultorum inſpector, offerre. Pios enim & ſanctos fore filios Iſrael ſacrum docuit oraculum.* Oro lege quæ ſuperius vocabulo, Cantor, dicta ſunt ex Concilio AQVISGRANENSE I. cap. 133. Concilium BRACARENSE I. cano. 30. *Placuit, vt extra Pſalmos canonicarum ſcripturarum noui & veteris Teſtamenti nihil poeticè compoſitum in Eccleſia pſallantur, ſicut & ſancti præcipiunt canones.* Eadem repetit Martinus Bracarenſis, cap. 67. ſui collectorij, vt alibi inſeruimus. Deniq; Cõcilium BASILEENSE generale ſeſſione 21. de diſciplina pſallendi tractans, & quam deuotè ſit diuinum officium perſoluendum: *Statuit ſancta Synodus, vt in cunctis cathedralibus ac collegiatis Eccleſijs horis debitis ſignis congrua pulſatione præmiſſis, laudes diuinæ per ſingulas horas non curſim ac feſtinanter: ſed tractim & cum pauſa decenti, præſertim in medio cuiuſlibet verſiculi Pſalmorum, debitam faciendo inter ſolenne ac feriale officium differentiam, reuerenter ab omnibus perſoluantur. Horas canonicas dicturi cum tunica talari ac ſuperpellicijs mundis vltra medias tibias longis, vel cappis iuxta temporum ac regionum diuerſitatem, Eccleſias ingrediantur, non capitia, ſed almucias vel birreta tenentes in capite, &c.* Verùm hæc omnia quæ proſequuntur lege, quia iam ea inſeruimus in vocabulo, Canonicus, &c. Ex Concilio Aquiſgranenſi I. cap. 114. vide quoq; in dictione, Clerici diuinis interſint officijs, &c. Eadem quoque renouat Concilium SENONENSE cap. 17. 18.19. & 20 vbi præcipit, vbi horæ canonicæ maturè & cum diſtinctione & honeſtè in Eccleſia perſoluantur, ſine aliquo leuitatis & irreligioſitatis exemplo, & etiam præcedens Baſileenſe renouat decretum, & de tabula officiorum in choro ponenda, & de tempore ingreſſus in chorum, &c. Idem refricat Concilium COLONIENSE III. partis 2. cap. 8. & partis 3. cap. 5 & 6. Sed & Concilium AVGVSTENSE eadem præcipit c. 14. & Concilium MOGVNTINVM IV. c. 53 Similiter & Concilium TREVIRENSE II. can. 6. ex Auguſtino lib. 8. Confeſſionum, c. 6 & 7. deque externo cultu modeſtè gerendo, qui interni manifeſtatio eſt, ex eodem libro tractat, & concludit: *Omnes qui horis canonicis perſoluendis deputati ſunt, dent operam, vt collectis animis, quo ad fieri poteſt, debitum penſum abſoluant: nec ita ſe habeant, vt dum voce pſallunt, quiduis potius quam Deum animo cogitare videantur, ſemper cauentes, ne propheticum illud audiant: labijs quidem me honorant: cor autem eorum longe eſt à me. Statuimus proinde, vt laudes diuinæ per ſingulas horas non curſim ac feſtinanter, ſed tractim, ſeruatis interuallis decentibus ratione dierum feſtorum, ac profeſtis & intermedijs ſecernendorum habita, reuerenter & alacriter abſoluantur nequaquam ſublato in altum clamore, ne vel inſanire vel animi laſciuia geſtire potius videatur, quam feruore ſpiritus exultare, &c.* Tum præcipit, ne inania verba in templo miſceantur dum diuina celebrantur. Vide Eccleſia orationis, &c. Hæc quoq; omnia repetit Concilium TRIDENTINVM ſeſſ. 24. quæ fuit 8. ſub Pio IV. cap. 12.13.14 decreti reformat. ſed iam in prænotatis vocabulis cuncta inſeruimus. Vide ergò, Cantor, Cantus, Hymnus, Horæ canonicæ, Canonicus, Officium diuinum, &c. quia multo plura ibi dicta & inſerta ſunt.

Philo Iudæus.

Baſilius Magnus epiſtola ad clericos Eccleſiæ Neocæſarienſis.

Oro et hæc perpende.

Simeon Metaphraſtes.

Benedictus Caſſinenſis.

Concilium generale 6 Conſtantinopolitanum 3.

Concilium Aquiſgranen. 1. Concilium Bracarenſe 1.

Martinus Bracarenſis.

Concilium Baſileenſe generale.

Concilium Senonenſe.

Concilium Colonienſe 3.

Concilium Auguſtenſe. Concilium Moguntinum 4. Concilium Trevirenſe 2.

Auguſtinus Hipponenſis.

Eſay 29. Matth. 15.

Concilium Tridentinum.

Pudicitia.

De pudicitia.] Egimus in dictione, Continentia, Cœlibatus, Caſtitas, Monialis virgo, & infrà in vocabulo, Votum, &c. Pudicitiam autem Chriſtianam TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de cultu fœminarum, ad calcem, ait: *Pudicitiæ Chriſtianæ ſatis non eſt eſſe, verum & videri. Tanta enim debet eſſe plenitudo eius, vt emanet ab animo in habitum, & erumpat à conſcientia in ſuperficiem, vt & foris inſpiciat quaſi ſupellectilem ſuam, vt contineat fides continenda in perpetuum. Diſcutiendæ enim ſunt deliciæ, quarum molitia & fluxu fidei virtus effœminari poteſt.* Idem librum ſcripſit de pudicitia, vbi eam miris laudibus extollit. ſicq; exorditur: *Pudicitia flos morum, honor corporum, decor ſexuum, integritas ſanguinis, fides generis, funda-*

Tertullianus Carthaginenſis.

mētum ſanctitatis, præiudicium omnibus bonæ mentis, quamquam rara, nec facile perfecta, vixq́; perpetua: tamen aliqui etenus in ſecula mirabitur, ſi natura perſeuerent, ſi diſciplina perſuaſerit, ſi cenſura compreſſerit, &c. Idem eadem CLEMENS ALEXANDRINVS libro ſecondo Stromatum, non longè à fine. Et CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro De diſciplina, & bono pudicitiæ, & iterum libro De habitu virginum. Et AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libris 3. De virginibus, & alij multi. Vide locis præfixis.

Clemens Alexandrinus.
Cyprianus Carthaginenſ.
Ambroſius Mediolanenſ.

PVRGATORIVM.

Purgatorius ignis ſeu locus defenditur.] Iam (bone Lector) in vocabulo, Defunctus, &c. ducentis, vt credo, teſtimonijs Patrum ab Apoſtolorum tempore vſque ad præſentem horam, probauimus iuſtè defunctis ſuffragia & Miſſarum ſacrificia impendi, quod nihil aliud innuit, niſi eſſe locum purgatorij vbi animæ defunctorum detineantur vſque ad ſatisfactionem debiti, quas oſtendimus ex Apoſtolica traditione viuorum poſſe ſuffragijs ſubleuari, ſicut manifeſtè Ioannes Chryſoſtomus docet, vt ibidem leget. Nunc autem reſtat tantùm demonſtrare, locum eſſe & ignem purgatorium. Hoc ex Euangelica hiſtoria pluribus in locis comprobatur, poſſiſſimè vbi Chriſtus loquitur: *Si quis blaſphemauerit contra Spiritum ſanctum non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro.* Et alibi: *Eſto conſentiens aduerſario tuo citò dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exies inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem,* &c. Et Ioannes in Apocalypſi: *Nemo poterat neque in cælo, neque in terra, neque ſubtus terram aperire librum,* &c. Et Paulus Apoſtolus: *Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium & infernorum,* &c. Idem: *Si cuius opus manſerit quod ſuperædificauit, mercedē accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur: ipſe autem ſaluus erit, ſic tamē quaſi per ignē,* &c. Plura alia ſunt teſtimonia in veteri & nouo Teſtamento confirmantia purgatorium, quę IOANNES COCLÆVS in tractatu de purgatorio 24. enumerat, quæ breuitati conſulentes omittimus. Illa autem quæ protulimus, purgatorium locum prædicare ſatis Patrum ſequentium ſententijs manifeſtum relinquetur. Sic quippe loquitur ORIGENES ADAMANTIVS in Numeros homilia 25. *Tamen* (inquit) *bellantibus nobis in hoc mundo, pugna aduerſus Amalech neceſſe eſt, ſiue adhuc ſim vita carnis noſtra, ſiue aduerſum contrarias poteſtates. Spectat nos Angelicus exercitus, & vt uotum cæleſtium pia erga nos pendet exſpectatio, quando, vel quomodo de hoc prælio reuertamur, quid vnuſquiſque noſtrum manubiarum reperies, qui inueniuntur curioſius ac ſolicitius perſcrutantur, quis noſtrum auri hinc amplius ferat, quis etiam argenti illum pondus exhibeat, quiſue lapides deſerat pretioſos. Requirunt etiam ſi quis æs deſerat, aut ferrum, aut plumbum, ſed & vas ligneum, ſi fortè aliquis afferat, aut fictile, aut aliud huiuſmodi magna domus vſibus neceſſarium. Requiritur ergò diligenter cum abierimus illuc, quid vnuſquiſque noſtrum deferat, & ſecundum ea quæ detulerit, ſecundum quod labor eius pro contēplatione eximietatum probatur, etiam manſione & meritum præparabitur. Probantur tamen omnia hæc, quæ per ignem, per ignem, quæ per aquam, per aquam. Vnuſquiſque enim opus quale ſit ignis probabit, vt intelliga in perſona ſanctorum hunc verſum poſſe dici: Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium,* &c. *Vides ergo quia quomodo purificatione indiget omnis qui exierit de prælio vitæ huius,* &c. Idem apertiùs homilia in Exodum 6. *Triplex* (inquit) *bene agendi via eſt, cum vel opere, vel cogitatione, vel verbo boni aliquid agitur. Hoc enim ſignificat & Apoſtolus, cum dicit: Qui autem ædificat ſupra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretioſos, triplicem bonorū indicans viam, & ſubiungit nihilominus triplicem etiam malorum, cùm dicit: Ligna, fœnum, ſtipulam.* Et ſubdit. *Idcirco qui ſaluus fit per ignem ſaluus fit, vt ſi quid fortè de ſpecie plumbi habuerit admixtum, id ignis decoquat & reſoluat, vt efficiantur omnes aurum bonum: quia aurum terræ illius bonum eſſe dicitur, quam habituri ſunt ſancti. Et ſicut fornax probat aurum, ſic homines iuſtos tentatio. Veniendum eſt ergò omnibus ad ignem, veniendum eſt ad conflatorium. Sedet enim Dominus, & conflat, & purgat filios Iuda. Sed & illud conuenitur, Si quis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit, Illud parum tanquam plumbum igne perſoluitur ac purgatur, & totum remanet aurum purum: Et ſi quis plus illuc plumbi detulerit, plus exuritur vt amplius decoquatur, vt & ſi purum aliquid ſit auri purgatum tandem reſideat. Quòd ſi aliquis illuc totus plumbeus venerit, fiet de illo hoc quod ſcriptum eſt, Demergetur in profundum tanquam plumbum in aqua validiſſima,* &c. Eadem repetit in homilia octaua, in Leuiticom & homilia duodecima in Hieremiam, ne rem eandem toties repetere fas ſit. Idem libro octauo in Epiſtolam ad Romanos, capite vndecimo. *Verum hæc ipſa purgatio, quæ per pœnam ignis adhibetur, quantis temporibus, quantiſve ſeculis de peccatoribus exigat cruciatus, ſolus ſcire poteſt ille, cui Pater omne iudiciū tradidit.* Vide & loco præfixo, Deſunctos, &c. Et DIONYSIVS AREOPAGITA, TERTVLLIANO libro ſecundo, ad vxorem, & ex CYPRIANO CARTHAGINENSI qui Miſſam celebrauit pro defunctis, vt ibidem dicitur, & qui libro ſeu ſermone De eleemoſyna manifeſtè purgatorium aſtruit. *Quam neceſſaria eſt* (inquit) *quam benigna diuina clementia, quæ cum ſciat non deeſſe ſanatis quædam poſtmodum vulnera, dedit curandis ſanandiſque denuo remedia ſalutaria, ſcilicet ſuffragia,* &c. Et GREGORIVS NISSENVS oratione, non eſſe dolendum ob eorum obitum, qui in fide deceſſerunt, &c. *Si quo impetus perturbationum duxerit* (ait) *beſtiarúmque pellem ad viuta miniſtram & adiutricem habebit, aliud ei deinde ineundum erit conſilium, vt ad bonum perueniat, cum e corpore egreſſus, cognita quæ inter virtutem & vitium eſt differentia, non poterit diuinitatis particeps fieri, niſi maculas animo immixtas purgatorius ignis abſtulerit.* Et infrà: *Alijs autem poſt hanc vitam purgatorio igne materia libidinis & propenſionem ad malum abſtergentibus, & ad gratiam initio naturæ conceſſam voluntaria bonorum cupiditate redeuntibus,* &c. GREGORIVS NAZIANZENVS oratione prima ad Nazianzenſes, qui ipſum ſub initio vocauerant, ſed poſtquam venerat nuſquam comparebant, &c. *Vos* (inquit) *pauca verbis, multa verò operibus pie agite, ac potius leges obſeruetis, quam vt legiſlatorem admirationi habeatis, quo amorem veſtrum erga illum oſtendatis. Fugite prauitatem, ſequimini virtutem, ſpiritu ſitis feruentes, in ſpiritu vero conuenientes. Inde cognitionem pertrahentes, ex hiſque fundamentum fidei ſtruentes, non ex lignis aut ferro, nec ex ſtipulis materia fragili, & facile peritura, quoniam igne noſtra iudicabuntur, & purgabuntur: ſed ex auro, argento, la-*

Homilia 60. ad populum Antiochenum.
Matth. 12.
Matth. 5.
Apocalyp. 5.
Philippen. 2.
1. Corin. 3.
Ioannes Coclæus.
Origenes Adamantius.
Vide quàm eleganter ad purgatorium ignē refert verba præmiſſa Apoſtoli.
Pſal. 65.
Triplex bene agendi via.
1. Corinth. 3.
Exod. 15.
Quid opertius?
Dionyſius Areopagita c. 7. Eccleſ. Hierar.
Tertullianus Carthaginenſ.
Cyprianus Carthaginenſ.
Gregorius Niſſenus.
Gregorius Nazianzenus.

Ambroſius Mediolanenſis.

pidibus pretioſis, & his qui ſtabilia ſunt & duratura, &c. Hinc etiam loquitur AMBROSIVS MEDIOLANENSIS hæc eadem Apoſtoli verba exponens: *Sic tamen ſaluus erit quaſi per ignem, &c. Ideo autem dixit*, inquit, *ſic tamen quaſi per ignem, vt ſalus hæc non ſine pœna ſit, quia non dixit, ſaluus erit per ignem, vt merito ſuo ab igni non combuſtus, ſaluus fiat examinatus per ignem, ſed cum dicit, ſic tamen quaſi per ignem, oſtendit ſaluum illum quidem futurum, ſed pœnas ignis paſſurum, vt per ignem purgatus fiat ſaluus, vt non ſicut perfidi æterno igne in perpetuum torqueatur, vt ex aliqua parte operæpretium ſit credidiſſe in Chriſtum, &c.* Idem exponens Pſalmum trigeſimum ſextum, exponens illud:

Pſal. 65.

Framea peccatorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur, &c. Igne (inquit) *purgabuntur filij Leui, ſed & ſi per ignem examinabuntur, dicent tamen, tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. Alij in igne remanebunt, illis rorabit ignis, vt Hebræis pueris, qui incendio fornacis ardentis obiecti ſunt: miniſtros autem impietatis vltor ignis exuret. Væ mihi ſi opus meum arcerit, & laboris huius patiar detrimentum. Et ſi ſaluos faciet Dominus ſeruos ſuos, ſalui erimus per fidem: ſic tamen ſalui, quaſi per ignem. Et ſi non exuremur, tamen vremur. Quomodo tamen alij remaneant in igne, alij pertranſeant alio loco, nos doceat Scriptura diuina. Nempe in mare rubrum demerſus eſt populus Ægyptiorum. &c.* Vide reſiduum. Idem libro tertio Officiorum, capite decimo quarto, ignis purificationis meminit, exponens illud ſecundo Machabæorum primo. *Cum in Perſidem ducerentur Patres noſtri, &c.* Denique IOANNES CHRYSOSTOMVS qui homilia ſexageſima nona, ad populum Antiochenum dicit: *Non temerè ab Apoſtolis (ait) hæc ſancita fuerunt, vt in tremendis myſterijs defunctorum agatur commemoratio. Sicut enim illis inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam, &c.* Vt alibi expoſuimus. Ille, inquam, Chryſoſtomus purgatorij ignis meminit homilia vigeſima tertia in Geneſim, dum ſolam virtutem ab illo igne & tormento dicit eripere poſſe. Vide in locis præſignatis. Et AVRELIVS PRVDENTIVS in opere Cathemerinon, hymno in exequijs defunctorum, qui incipit:

Ioannes Chryſoſtomus.

Aurelius Prudentius.

Deus ignee fons animarum,
Duo qui ſocians elementa
Viuum ſimul ac moribundum
Hominem Pater effigiaſti, &c.

Ibidem expreſsè commendationem animarum, quæ in purgatorio exiſtunt, aſſumit. Sed & NICEPHORVS CALLISTVS libro duodecimo Eccleſiaſticę hiſtorię, capite quadrageſimo ſexto. Et SOZOMENVS SALAMINIVS libro ſeptimo, capite vigeſimoſexto, referunt Epiphanium Cypri multa edidiſſe miracula, & inter cætera narrant, quòd illi tranſeunti cùm oblatus fuiſſet mendicus, qui dicebatur mortuus, illi requiem imprecatus eſt. Ora lege hiſtoriam, quia pulchra eſt. Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro vigeſimo primo, De ciuitate Dei, capite vigeſimo ſexto. *Ignis* (inquit) *purgatorij probat dexteros, in æternum verò ignem ſoli ſiniſtri nouiſſima & perpetua damnatione mittentur, &c.* Idem paulò infrà: *Illud dictum Apoſtoli, ipſe ſaluus erit quaſi per ignem, poteſt intelligi de præſenti tribulatione, vel de corporali morte, vel pœna purgatorij, vel perſecutione Antichriſti, &c.* Idem libro De verbis Apoſtoli, ſermone decimoſeptimo, & allegat Petrus Lombardus libro quarto ſententiarum, diſtinctione

Nicephorus Calliſtus.

Sozomenus Salaminius.

Auguſtinus Hipponenſis.

quadrageſimaquinta. *Habet Eccleſiaſtica diſciplina (ait) quod fideles nouerunt, cùm Martyres eo loco recitantur ad altare Dei, vbi non pro ipſis oretur, pro cæteris autem commemoratis defunctis oretur.* Idem ſermone decimoquarto, de ſanctis, tomo 10. *Per ignem purgatorij (ait) non capitalia, ſed minuta peccata purgantur, capitalia peccata ſunt ſacrilegium, homicidium furtum, &c. Quicunque ex illis peccatis in ſe dominari agnouerit, niſi dignè ſe emendauerit, & ſi habuerit ſpatium, longo tempore pœnitentiam egerit, & largas eleemoſynas erogauerit, & à peccatis ipſis ſe abſtinuerit, illo tranſitorio igne purgatorij purgari non poterit, ſed æterna illum flamma ſine vllo remedio cruciabit. Quæ autem ſunt minuta peccata, licet omnibus nota ſint, &c.* Lege etiam librum eius de cura pro mortuis agenda, &c. Denique ATHANASIVS ALEXANDRINVS 43. quæſtione de purgandis animabus quærit: Num ſentiant aliqua beneficia peccatorum animæ, cùm ſuper illis fiunt conuentus, & peractiones bonorum operum & oblationum: Cui quęſtioni reſpondet, quòd ſi non aliquo beneficio participarent, ex illo non vtique in cura & exequijs fieret commemoratio, &c. Et THEOPHILACTVS BVLGARIAE in caput duodecimum Lucæ, exponẽs illud: *Timete eum qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam, &c. Vides enim (ait) quod non dixit, metuatis eum qui poſtquam occiderit, mittit in gehennam, ſed habentem poteſtatem mittẽdi. Non enim ſemper qui moriuntur peccatores, mittuntur in gehennam, ſed ſunt in poteſtate Dei, vt etiam dimitti poſſint. Hoc autem dico propter oblationes & diſtributiones quæ fiunt pro defunctis, quæ non parum conducunt, etiam his qui in grauibus peccatis mortui ſunt, &c.* Et EPHREM DIACONVS in teſtamento ſuo: *Ego* (inquit) *Ephrem morior. Notum igitur vobis ſit omnibus, ô viri Edeſſeni, teſtamentum enim vobis relinquo monumenti, ſymbolum doctrinæ veritatis, ex ea quæ mihi gratia & dono impartita fuit, vt in orationibus mei memoriam faciatis, ſcientes & cognoſcentes me Hei mihi quod laquei mortis præuenerunt me.* Et infrà: *Et nunc volens fratres mei admonere vos & firmiter ſtabilire, vt poſt tranſitum meum aſſiduè in veſtris orationibus mei memoriam faciatis.* Hoc iterum ſemel repetit. Porrò purgatorium eſſe GREGORIVS I. nõ in vno loco, ſed pluribus aſſeuerat, & potiſſimè libro quarto, capite vigeſimo quarto, Dialogorum. & 25. & eodem libro capite trigeſimo nono, vbi ex ſcripturis probat purgatorium eſſe, & ſpecialiter profert authoritatem Apoſtoli Pauli 1. Corinth 3. quam ſuperiùs multoties memorauimus. Idem in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales expoſitione in Pſalm. 3 *Domine ne in furore tuo arguas me, &c. Quaſi dicat, (ait) ſcio futurum eſſe vt poſt huius vitæ exitum alij flammis expientur purgatorijs, alij ſententiam æternæ ſubeãt damnationis. Sed quia illum tranſitorium ignem omni tribulatione æſtimo præſenti intollerabiliorem, non ſolum in furore æternæ damnationis opto non argui, ſed etiam in ira tranſeuntis timeo correptionis purgari, &c.* Idẽ in 1. librum Regum, capite 2. exponens illud: *Vt offerat nummum argenteum & tortam panis, &c. Nam qui perfectionem bonæ voluntatis habuerunt in confeſſionem peccati, poſt mortem purgatoria pœna peccati ad vitam tranſeunt, ſi ad delenda peccata ſufficientem vim amoris nequaquam habuerunt, &c.* Et BEDA VENERABILIS libro quarto Hiſtoriæ Anglicanæ, capite vigeſimoſecundo, Miſſam pro defunctis celebratam meminit, & per eius merita à pœnis fuiſſe abſolutos. Idem libro

Athanaſius Alexandrinus.

Theophylactus Bulgarienſis, &c.

Ora attende.

Effrem Diaconus hoc teſtamentum latinitate donatum eſt a Iulio Clemente canonico, &c.

Gregorius 1.

Beda Venerabilis.

5. c. 13. refert Vilbrod beatũ deductũ fuiſſe in ſpiritu in locũ flammiuomũ, & ab Angelis dictũ illi fuiſſe: *Vallis illa, quam aſpexiſti flammis ferventibus & frigoribus horrendam rigidis, ipſe eſt locus, in quo examinanda & caſtiganda ſunt animæ eorum, qui differentes emendare ſcelera quæ fecerunt, in ipſo tamen mortis articulo ad pœnitentiã confugiunt, & ſic de corpore exeunt: qui tamen quia confeſſionem & pœnitentiã vel in morte habuerunt, omnes in die iudicij ad regnum cœlorum peruenient. Multos autem preces viuentium, & eleemoſynæ, & ieiunia, & maxime celebratio Miſſarum, vt etiam ante diem iudicij liberentur, adiuuãt,* &c. Porrò BERNARDVS CLAREVALLENSIS ſermone 66. in cantica, contra eos diſputat, qui purgatorium ignem eſſe negabant. *Non credunt* (inquit) *ignem purgatorium reſtare poſt mortem, ſed ſtatim animam ſolutam a corpore, vel ad requiem tranſire, vel ad damnationem. Quærant ergo ab eo qui dixit, quoddam peccatum eſſe, quod neque in hoc ſeculo, neque in futuro remitteretur, cur hoc dixerit, ſi nulla manet in futuro remiſſio purgatório peccati?* Idem ad calcem vitæ S. Malachiæ Epiſcopi, &c. *De reliquo, fratres, dico vobis, ſi ſequeremini veſtigia eius, non tam facile in vanis cogitationibus, & otioſis ſermonibus in iocis & ſcurrilitatibus laberemini: quia in his multum perditis & de vita veſtra, & de tempore veſtro, ſolat irreuocabile tempus, & dum creditis vos cauere iſtem pœnã minimam incurritis ampliorem. Illud enim ſcitote, quia poſt hanc vitam in purgabilibus locis centupliciter quæ fuerint hic neglecta, redduntur vſque ad nouiſſimum quadrantem,* &c. Huc vſque proceſſimus per ſanctorum Patrum ſemitas gradientes. Et tamen in Græcorum Eccleſia multis fuit annis Purgatorium denegatum, vt veteres tradunt hiſtoriæ: cúmque cum Latina Eccleſia in hoc non conueniret, tandem conuenientibus Imperatore Conſtantinopolitano, & Patriarcha eiuſdem vrbis in vrbem Ferrariam, præſidente cum Occidentalibus Epiſcopis Concilio Eugenio 4 ſummo Pontifice, ſic tandem propoſitum eſt negotium in eodem Concilio FERRARIENSI, poſteà FLORENTINO. Sic autem Patres Latini ſeu Occidentales, Orientalibus Patribus propoſuerunt: *Nos ignem Patres ampliſſimi in hoc mundo credimus eſſe, quo quidem animæ peccatis minoribus, vel (vt vulgò dicitur) venialibus obnoxia, coadiuuante Eccleſia, Sacerdotum precibus, Miſſis & eleemoſynis expiantur. Nam ſanctorum & iuſtorum animas in cœlo eſſe, ac Trinitati aſſiſtere, ſuam denique fœlicitatem conſecutas eſſe, nemo dubitat. Animas verò eorum, qui ſine pœnitudine mortem obierint in inferno vna cum Iuda perpetuas æternas luere profitemur. Ita vt tria mortuorum loca ſimpliciter ſint. Vnus quidem ſanctorum, quod cœlum creditur eſſe. Alter delinquentium, qui ſunt inferi. Qui verò confeſſi ſacratiſſimum corpus Chriſti, abſque tamen pœna præmia ſatiſfactione, ſumunt, continuòque moriuntur, hi dubio procul in ſupradicto igne, quod purgatorium appellari ſolet, purgantur. De quo quidem igne Paulus ad Corinthios ſcribit: Vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Ipſe tamen ſaluabitur, ſic tamen quaſi per ignem,* &c. Ad hanc confeſſionem Græci quidem non ſubitò commoti ſunt, alium verborum Pauli intellectum prætendentes. Sed ſeſſione . eiuſdem Concilij, Beſſarione Niceno Archiepiſcopo procurante, de purgatorio quæſtione mota Romanæ Eccleſiæ iudicio ſe ſubmiſerunt. In primis autem Ioſephus Conſtantinopolitanus Patriarcha morte ſubita præuentus, inuentus eſt, dum illum mors inuaſit, dictare profeſſionem conformem Romanæ Eccleſiæ, de purgatorio, & de animabus ſanctorum, de azimo & fermentato, de tranſubſtantiatione, & primatu ſedis Romanæ, & concluſio facta eſt ab vtriuſque partis Patribus, quòd Romana fides præualeret & certior eſſet, vt liquet ex literis EVGENII IV quæ datæ ſunt ad calcem præfati Concilij Florentini in fauorem talis & tam à concupitæ vnionis, quibus literis fidem purgatorij exprimit, ſicut iam in præcedenti propoſitione Patrum expreſſum eſt. Subiunguntur autem omnium Patrum nomina, qui huic fidei ſubſcripſerunt. Huic quoque decreto ſubſcripſit longè poſt PETRVS MARONITARVM Patriarcha ex monaſterio Camibim in mõte Libano, Epiſtola directa ad generalem Synodum LATERANENSEM ſub Iulio II. & poſt ſub Leone X. quæ ibidem lecta eſt ſeſſione vndecima, & ſic habet: *Confitemur* (inquit) *quòd Chriſtianus, qui in hac vita ſufficientem de ſuis delictis pœnitentiam non egit, a fructus ad quendam, diuina permittente iuſtitia, ducatur locum, qui purgatorium dicitur, vt ibidem quouſque dignior ſit in cœlum aſcendere, maneat.* De purgatorij igne & precibus fundendis pro defunctis, Concilium SENONENSE contra Lutheri Commenta tractat Decreto 12. vbi Lutherum ex Mahometicæ legis authoritate ſuum dogma hauſiſſe conuincit: *Lutherus* (ait) *dum ſimul in culpa ſemper omnem cuiuſuis temporalis pœnæ reatum aboleri contendit, purgatorium tollit, & quo laicos grauius in clericorum odium exaſperet, ſacrificia, oblationes, & omnes id genus pro defunctis orationes, recens eſſe ſacerdotum commẽtum impudenter aſſeuerat. Prauidit enim verſutus artifex, nihil eſſe quod effreni plebecula poſſit eſſe iucundius, quam ſi facillima prorſus in cœlum prædicetur via, ſi omnis acerba illius purgatorio pœnæ decutiatur metus: ſi quid habeat, quod aliquo tandem prætextu Sacerdotibus impingat. Ne igitur incautus fortè quiſpiam, vafris huiuſmodi blanditijs pellectus, errorum ſcopulis illidatur, ſacro approbante prouinciali Concilio firmiter tenendum decreuimus, culpa per Pœnitentiam abolita frequenter ſupereſſe temporalis pœnæ reatum, velut ſuperſtites quaſdam peccati reliquias, quæ per dignos pœnitentiæ fructus veniant expiandæ: adeo vt iniquitate & culpa peccati dimiſſa, peccator adhuc pœnæ temporali ſit obnoxius. Hinc murmurãtis aduerſus Dominum Iſraeliticæ plebis, inde Dauid dimiſſam primum adulterij noxam ſcriptura commemorat, pro qua tamen ſubinde pœna temporalis irrogata eſt. Superabundans quidem atque exuberans eſt Chriſti ſatisfactio, cuius plenitudinem aſſequimur, dum ſicut ſemel tantum mortuus eſt, ita ſemel illi conſepelimur per baptiſmum. Peccata verò, quæ poſt baptiſmum commiſſa fuerint, pœnitentia quidem expiantur, ſed qua morienti Chriſto non ſemper configuret. Cum autem huiuſmodi pœna temporalis, aut venialis tantùm peccati reus, repentè nonnunquam intereat, de omni verbo etiam otioſo rationem redditurus: nec illi pateat aditus in cœleſtem illã Hieruſalem, in quã nihil intrat coinquinatũ: nec item gehennæ ſubiaceat, quippe qui gratiæ ſit particeps, ac pœnæ temporalis tantùm debitor ſit, vt primum purgetur ex his quæ geſſit in corpore, ſaluus tandem aliquando futurus, ſic tamẽ quaſi per ignem. de ſua ſemper interim ſalute, ex remanentibus in eo fide, ſpe & charitate, ſecurus. Neque enim ex eorum eſt numero, quorum blaſphemia non remittitur, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro, quorum ſuperbia aſcendit: ſed eorum potius, quos ſub terra Deo laudem acclamantes ſacer Apocalypſis liber commemorat. Sancta igitur & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur,* &c. Porrò Con-

Bernardus Clareuallenſis.

Eadem adhuc ſentiunt Caluiniſtæ.

Matth. 12.

Concilium Florentinum generale ſub Eugenio 4 primo habitum Ferrariæ.

Confeſſio purgatorij Latina recepta à patribus Orientalibus, propoſita ab Occidentalibus.

1 Corinth 3.

Acquieſcunt Græci fidei catholicæ de igne Purgatorij

Eugenius 4.

Petrus Maronitarum Patriarcha.

Concilium Lateranẽſe ſub Leone 10.

Concilium Senonenſe.

Lutherus Mahometicæ legis ſectatus

Matth 3.
Luca 3.
1 Petr. 2.
Rom.
Numer. 14.
2. Reg 12.

Matth. 12.
Apocal.
1. Corinth 3.

Matth 12.
Iſai
Apocal. 5.
2 Machab. 12.

Concilium Moguntinū 4.

A cilium MOGVNTINVM IV. poſtquam de ſuffragijs defunctis perſoluēdis tractauit, vt ſuo loco diximus, tādem cap. 46. ita de purgatorio tractat: *Eſt autem cōſentiens Eccleſiæ doctrina, multarum ſcripturarum collatione, & euidenti ratione firmata, talem eſſe quendam medium decedentiū ſtatum, qui non mox vt carnem hanc exuerit, aut æternis cruciatibus tradātur, aut ad beata illa ſanctorum conſortia admittātur: in quos moderata & mixta clementia ſeueritate vindicat ad tempus is, qui & miſericordiæ ſuæ, & tormentorum modum, & menſuram nouit. Alioquin, cùm ex his qui peccauerunt, & per pœnitentiam ſanantur, alij multas in hac vita aduerſitates, alij aut paruas, aut nullas experiātur: Et cum multi in hac vita migrent a lethalibus quidem criminibus immunes, leuioribus tamē, alius alio magis implicatus: duorum tamen nemo, ſiue* B *ob plura, ſiue pauciora hæc delicta quotidiana damnationem æternam ſuſtinebit: non facile modus inueniri poſſet, quomodo Deus (qui eſt in omnibus & erga omnes iuſtiſſimus) non iniuſtus videretur, ſi non poſt hanc vitam per temporales, & non æternas pœnas, omnium cōpenſatio expectaretur*, &c. Hanc doctrinam etiam confirmat Concilium TRIDENTINVM ſeſſ. 25. quæ fuit 9. ſub Pio IV. & præcipit omnibus Chriſti fidelibus, vt hanc fidem teneāt, & publicè hanc populis publicare Epiſcopis imperat, præcipiens, vt coram geraot, qoatenus fidelium viuorum ſuffragia, Miſſarum ſacrificia, orationes, eleemoſynæ, aliaq; pietatis opera, qoæ pro fidelibus C defunctis ſecundum Eccleſiæ ſtatuta fieri conſueuerunt, piè & deuotè obſeruentur: & vt quæ pro illis ex teſtatorum fundationibus, vel alia ratione debētur, non perfunctoriè, ſed à Sacerdotibus & Eccleſiæ miniſtris, & alijs qui hoc præſtare tenentur, diligenter & accuratè perſoluantur. Hanc doctrinam etiam de purgatorio & ſuffragijs defunctorum approbat FACVLTAS LOVANIENSIS art. 16. & art. 50. *Firmiter* (ait) *credendum eſt poſt hanc vitam purgatorium eſſe, vbi animæ purgātur & ſoluunt pœna delicti, quibus ſubuenitur per oblationem ſacrificij altaris, per orationem, ieiunium, & eleemoſynam, & alia pia opera viuorū, & indulgētiarum largitionem, vt citius a pœnarum acerbitate liberētur.* D Et ſubdit art 31. *Quæ defunctorum animæ poſtquā fuerint purgatæ, in cœlo cū Chriſto regnare credendæ ſunt, ſicut impiorum animæ poſt mortem perpetuis tormentis addicuntur.* Et FACVLTAS PARISIENSIS ſub Franciſco I. art. 17. *Firmiter credendum eſt, & nullatenus dubitandum purgatorium eſſe, in quo animæ detenta oratione, ieiunio, eleemoſyna, alijſq; bonis operibus iuuantur, vt citius liberentur a pœnis*, &c. Hæc igitur dicta ſint de purgatorij igne plura qoidē diximus in prænominato vocab. Defunctus, &c. necnō in vocab. Indulgētiæ, &c. ſiquidē tenēt Patres indulgentias etiā illis qui in purgatorio ſont proficere.

Tridentinum Concilium generale nouiſſimum.

Facultas Louanienſis.

Facultas Pariſienſis.

PVRGATIO CANONICA.

Purgatio Clericorum canonica.] Lege ſuperius vocabulum, Clerici criminoſi. De hac purgatione ſic Concilium AGATHANENSE in decreto, quod citat Gratianus cauſa 2. q. 4. & Iuo Carnoten lib. 5. *Si quis Preſbyter vita ſua negligens, prauis exemplis mala de ſe ſuſpicari permiſerit, & populus ab Epiſcopo iuramento, ſeu banno Chriſtianitatis conſtrictus infamiam eius patefecit & certi accuſatores criminis eius defuerint, admoneatur primo ſeorſum ab Epiſcopo, deinde ſub duobus vel tribus teſtibus. Si non emendauerit, in conuentu Preſbyterorum Epiſcopus eū publica increpatione admoneat. Si verò neq; ſic correxerit, ab officio ſuſp[illegible], ad dignam ſatisfactionē, ne populus in eo ſcandalū patiatur. Si verò* A *accuſatores legitimi non fuerint, qui eius crimina manifeſtis iudicijs probare [illegible] ſ[illegible]uerit, tunc ipſe cum ſocijs ſeptem eiuſdē ordinis [illegible] crimine ſeipſum expurget. Diaconus verò [illegible] accuſatus fuerit, ſemetipſum cū tribus expurget.* Eadē repetit Cōcilium ILERDENSE, vt ibidē allegat Gratianus cauſa 2. q. 4. & Iuo lib. 5. *Si quis Preſbyter à plebe ſibi cōmiſſa mala opinione infamatus fuerit, & Epiſcopus legitimis teſtibus approbare non potuerit, ſuſpendatur Preſbyter vſq; ad dignam ſatisfactionem, ne populus fidelium in eo ſcandalum patiatur. Digna enim ſatisfactio eſt, ſi eis, a quibus reus creditur, poſt rectam ſecuritatem de impoſito crimine, innocēs eſſe manifeſtetur. Quod ita à nobis, & a maioribus conſtitutum eſſe docetur, ſi ſiue ſecundū canones ſiue ad arbitrium Epi-* B *ſcopi, ſibi collegas ſeptē adiungat, & iuret in ſacro corā poſito Euangelio, quod eum S. Trinitas, & Chriſtus filius Dei, qui illum fecit & docuit, quod Euangelium continet, & ſancti quatuor Euāgeliſtæ, qui illud ſcripſerunt, ſic adiuuent, quòd ille prænominatam actionē ita nō perpetrauit, ſicut ei de illo oblatum eſt. Et in hac ſatisfactione purgatus, ſecure deinceps ſuum exerceat miniſterium. Quam ſatisfactionem nonnulli præcedētium Patrum,* * *S. Leonem Papam qui in Baſilica S. Petri Apoſtoli, coram reuerendiſſ. Cæſare Carolo, ac Clero & plebe, ita feciſſe cōmemorant, atq; ita mox venerandum Principem, cōtra eiuſdē S. Papæ aduerſarios digne vltionis vindicta exercuiſſe.* Porrò Conciliū BRACA- C RENSE II. can. 8. & allegatur à Gratia cauſa 2 q. 5. c. Placuit, &c. Statuit, vt Clericus, ſi innocens accuſatus fuerit de vitio fornicationis, & accuſator per tria aut duo teſtimonia hoc probare non potuerit, accuſati excōmunicationem accuſator accipiat. Vide in vocab. Accuſator, & Clericus, &c. Porrò de modo & ordine faciendi purgationem canonicā Concilium LATERANENSE par. 2. c. 14. & 15. ſub Alexādro III. dicit, quòd hi qui laborant infamia purgatione indigēt canonica, in qua ſi deficiunt, tanquā rei habeantur. Præcipuè autē eos vrget ad purgationē canonicam, qui accuſantur ſimoniacè Epiſcopat*, vel beneficia Eccleſiaſtica, vel dignitates, poſtpoſita electione, vſurpaſſe, vt diximus in vocab. Electio, ex eodē Concilio. D Eos, inquam, ad purgationē canonicā vrget infrà quadraginta dies: *In qua ſi defecerint* (ait) *beneficijs Eccleſiarum ſibi cōmiſſarum perpetuo priuentur.* Prouidēdum tamen attētius, vt tales perſonæ ad purgationē recipiātur, de quibus veriſimile eſt, quòd non debeant alicuius rei obtentu peierare, vel deierare. Sed & purgationem canonicā indicit Clericis, qui de homicidio vel alio graui crimine notantur: in qua ſi defecerint, puniantur: ſi verò probatū fuerit, omni appellatione ceſſante, abſoluantur. Hæc deſumuntur ex LVCIO III par. 50. c. 50. eiuſdē cōcilij. Qui etiā Lucius III. vt habetur par. 8. c. 21. eiuſdem Concilij, ſic ſtatuit: *In purgationibus faciendis ſatis eſt, vt illi, qui pro purgando exhibent* E *iuramentū, ſi ſecundū propriā conſcientiā & opinionem iurauerint, quod purgandus ſit a crimine immunis, & bonū exhibuit iuramētū. Si purgatores ab Eccleſia tollerentur, & ſi bonæ famæ in ſuis ordinibus miniſtrātes, nec in iudicio pro crimine cōdemnati, procul dubio ſunt abſq; vlla indagine admittendi, nec [illegible]mendanda ſunt nomina ſingulorū, vel de eorū maioribus requirendum.* Idem omninò repetit ALEXANDER III c. 8. par. 50. eiuſdem Concilij ſcribens Gaiacenſi electo, & loquens de teſtibus [illegible] a purgationis admittē dis. Sint autē illius honeſtatis & opinionis, quòd veriſimile ſit eos nolle amore, vel odio, ſeu obtentu pecuniæ peierare. Vt autem idonei ap

Concilium Agathenſe ſub Cæleſtino I.

Concilium Ilerdenſe ſub Symmacho I.

* Ille eſt Leo 3. vt alibi diximus.

Concilium Bracarenſe 2.

Modus & ordo purgationis Canonicæ.

Concilium Lateranenſe ſub Alexadro 3 partium 50.

Lucius 3.

Alexander 3.

pareant, neceſſe eſt eius qui purgare debent, vitam & conuerſationem notari, & ſi in purgatione defecerint, omni officio & beneficio Eccleſiaſtico priuentur. Vide ſupra, Accuſatio, & Accuſator, & Clericus criminoſus, & infrà, Teſtis, &c.

Q

QVADRAGESIMA.

Qvadrageſimæ ieiunium cũ delectu ciborum inſtitutum & obſeruãdum defenditur.] Egimus iam de delectu ciborũ in proprio vocabulo, & de ieiunio iam quatuor temporum, quàm illo, quod certis diebus obſeruatur in Eccleſia, tractauimus in ſuo vocabulo, & illis in locis ſæpius Quadrageſimalis ieiunij meminimus. Igitur quod forſan hic defuerit, poterit ex illis ſuppleri vocabulis. Nunc autem intendimus loqui de illo myſtico numero Quadrageſimalis ieiunij, quod iam nunc ingredimur, cur & à multis contradicitur, tanquam, quod à Manichæis illud ieiunium Eccleſia acceperit, vt fanatici impudentiſſimè hæretici Caluiniſtæ mentiuntur. Verùm & ſi non probare poſſimus Chriſtum in Euangelio hoc inſtituiſſe ieiuniũ Quadrageſimæ, quamuis hoc ſatis ſuo commendarit ieiunio, tamen poſſumus ex Apoſtolica traditione illud in Eccleſiam inuectum comprobare, & à ſanctis ſucceſſoribus Apoſtolorum per manus ſemper traditum & obſeruatum. Volo autem prius Lectorem admonere, quia temporibus Apoſtolorum non erat præſcriptum tempus certum ieiunio, ſed fideles qui flagrabant igne & deuotionis & dilectionis continuis ieiunijs vacabant, ſicut ex Apoſtolo Paulo conſtat in multis epiſtolarum locis, & probat vetuſtiſſimus author & Apoſtolorũ temporum THEOPHILVS ALEXANDRINVS libro Paſchali 1. & 2. Erant autem libera omnibus ieiunia, vt docent hiſtoriographi celebres, EVSEBIVS CÆSARIENSIS libro quinto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite 24. Et NICEPHORVS CALLISTVS libro quarto, cap. 36. & lib. 12. cap. 34. Et vnaquæque prouincia certis diebus ſuum ieiunium peculiariter obſeruabat. Porrò teſceſcente in aliquorum cordibus charitatis & feruoris deuotione, ſtata ab Apoſtolis ieiunia indicta ſunt, vt ante ſacrum Paſcha quadraginta diebus ſe Chriſtiani ieiunijs macerarent. Quæ etiam Quadrageſimalis obſeruatio, antequam Paſchæ dies certus præſcriberetur, vstiè celebatur, vt iam monuimus in dictione, Paſcha: certum eſt tamen ab Apoſtolis Quadrageſimale ieiunium inſtitutum, & ſic ab Eccleſia vſque ad præſens tempus receptum, quod in promptu eſt more ſcripto, ſacris Patrum teſtimonijs comprobare. Sic ergò CANON APOSTOLORVM LXVIII. *Si quis Epiſcopus, vel Presbyter, aut Diaconus, vel lector ſanctam Paſcha Quadrageſimam non ieiunat, vel quartum diem, vel Paraſceuem, præterquam ſi propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur: ſi autem laicus, ſegregetur.* Iterum Apoſtoli ſic inſtituerunt, vt docet CLEMENS I. libro quinto, capite decimo tertio Conſtitutionum Apoſtolicarum: *Seruate vobis [illegible] obſeruantes ieiunium Quadrageſimæ [illegible] memoriam conuerſationis & legiſlatoris Domini. Celebretur hoc ieiunium ante ieiunium paſchæ, quod incipiens a ſecunda ſabbathi deſinat in Paraſceuem. Poſt quas dies ſoluto ieiunia, aggredimini ſanctam Paſchæ hebdomadam, ieiunantes in ea* (ſcilicet quadrageſima) *omnes cum timore & tremore, orantes per eos dies pro his qui pereunt, &c.* Hæc eſt igitur Apoſtolica inſtitutio. Sic & ABDIAS BABYLONIVS libro ſeptimo certaminis Apoſtoli, refert Matthæum Apoſtolum Quadrageſimale ieiunium cum delectu ciborum commendiſſe, & præcepiſſe, vt reperies allegatum in vocabulo, Ciborum delectus, &c. Huius ieiunij meminit PHILO IVDÆVS libro ſecundo, vitæ Moſis. Hic Philo audiuit Petrum Apoſtolum, & ei adhæſit, atque doctrinæ eius, vt teſtatur iam memoratus Euſebius Cæſarienſis libro ſecundo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite decimo ſexto. *Sermo tenet* (ait) *Philonem temporibus Claudij Imperatoris Romam veniſſe, & Petrum Apoſtolum vidiſſe, atque eius adhæſiſſe colloquijs, verbum Dei prædicantis, &c.* Hic ergò Philo libro allegato de Quadrageſimali ieiunio ſic loquitur: *Quis ieiunium quod vocant non mirabundus adorat, præſertim quotannis recurrens ſacrato menſe, iuxta diſciplinam auſteram & tetricam? Sunt enim qui ſic ieiunant, vt nec merum deſit, nec cupedia, dapſiliter appoſitis cibis & poculis, non tantum ventrem expleturis, verum etiam excitaturis ſubuentraneas concupiſcentias. Sed vbi ſic ieiunatur, vt nec cibum nec potum attingere liceat, ne quid corporearum affectionum purgata menti obſtrepat, vt fit in ſaturitate feſta celebrantium, ibi intentis omnibus ad placandum Patrem omnipotentem pia precatione id vnum agitur, vt concedat præteritorum peccatorum veniam, & in poſterum nouis beneficijs ſuam gratiam augeat, &c.* Et IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Philipp. *Dies feſtos* (inquit) *ne inhonoretis. Quadrageſimam ne pro nihilo habeatis, imitationem enim continet Dominicæ conuerſationis.* Et infrà: *Hebdomadam poſt diem paſſionis ne deſpiciatis, quarta & ſexta feria ieiunantes, & quæ ſuperſunt pauperibus porrigentes, &c.* IRENÆVS LVGDVNENSIS martyr & Apoſtolicorum tempore, dum controuerſia eſſet inter Aſianos & Latinos de feſto Paſchæ, & de Quadrageſima conſequenter celebranda, Concilium in Gallia congregauit, vt docet Euſebius præfatus libro quinto Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite vigeſimo tertio, & vigeſimo quarto, vbi præſcripſit formam tenendam eſſe ieiunij & diei Paſchæ, ſicut Romana obſeruat Eccleſia. Cùm verò Victor primus Papa Aſianos vellet excommunicare, eo quòd non eundem ritum ſequerentur, ſic eidẽ reſcribit Irenæus, vt iam allegauimus in vocabulo, Paſcha, &c. *Non ſolum* (ait) *de die Paſchæ agitur controuerſia, ſed & de ipſa ſpecie ieiuniorum. Quidam enim putant vna tantum die obſeruari debere ieiuniũ, alij duobus, alij vero pluribus, nonnulli etiam * quadraginta, ita vt horas diurnas nocturnasque computantes diem ſtatuant. Quæ varietas obſeruantiæ* (ait) *non nunc primùm, neque noſtris temporibus cœpit, ſed multo ante nos extitit, (vt opinor) quonam ſimpliciter quod ab initio traditum eſt, tenentes in alium morem, vel per negligentiam, vel per imperitiam poſtmodum decidere. Et tamen nihilominus omnes [illegible], etiam cùm in obſeruantia variarent inter ſemetipſos, pacifici fuerunt ſemper nobiſcum, & ſunt. nec dierum [illegible] ieiunij fidei conſonantiam rupit.* Hæc Irenæus. Porrò Romanę Eccleſię ritum, tã in obſeruãdo ieiunio Quadrageſimę, quã in celebrãdo Paſchate, ſecuti ſunt, & certa diſtinctione ſequendum ſo

Theophilus Alexandrinus.

Euſebius Cæſarienſis.

Nicephorus Calliſtus.

Si potes canones Apoſtolorum non eſſe admittendos, lege quod in vocabulo, canon Apoſtolorum authoritate ſcriptum eſt.

Has conſtitutiones Clemens, legit & approbat Epiphanius Cypri lib. 3. hæreſ. 45. [illegible] Seuerianos, & Cyrillus Hieroſolymitanus catecheſi 18. illuminatorum, & Nicephorus, atque alij multi.

Philo Iudæus Petrũ audiuit.

Oro attende Philonis verba

Ignatij epiſtolas recenſet & legit Euſebius libro 3. Eccleſ. Hiſtor. cap. 36.

Irenæus Lugdunenſis.

Concilium Galliæ anũ ſub eodem

Igitur ante [illegible] obſeruabat Quadrageſimale [illegible] ec, necdũ erat Manichæus natus.

Concilium Cæſarienſe

Concilium Romanum.

Concilium Gallicarum

Concilium Achaicum.

dum voluerunt Patres congregati in Concilio Cæsariensi ſub Theophilo eiuſdem vrbis Epiſcopo, tempore eiuſdem Victoris I. qui præſulatū Romanæ Eccleſiæ adminiſtrabat anno Domini 198 & adhuc confirmarūt ſub eodem Patres congregati in Concilio Romano quod ipſe celebrauit, & ſub eodem adhuc Patres cōgregati in Concilio Gallicano, præſide Irænęo ſupradicto, & Patres cōgregati in Cōcilio Achaico ſub eodem Victore I præſidente in eo Bachyllo Corinthiorum Eccleſiæ Epiſcopo, vt meminit Euſebius præfatus lib. 5. cap. 23. Ritus autem Romanæ Eccleſiæ de celebrādo Paſchate poſitus eſt ſuo in loco. De Quadrageſimali verò ieiunio Teleſphorus I. Papa, epiſt. ad omnes Epiſcopos, vt allegat etiam in eius vita Damaſus I. & Gratianus. Diſtinct. 4. cap. Statuimus. & Iuo lib. 2 *Statutum eſt à nobis (ait) & à cunctis Epiſcopis in hac ſancta & Apoſtolica ſede congregatis, vt ſeptem hebdomadas plenas ante ſanctum Paſcha, omnes clerici in ſortem Domini vocati à carne ieiunent: quia ſicut diſcreta eſſe debet vita clericorum à laicorum conuerſatione: ita & in ieiunio debet fieri diſcretio. Et ſicut laici & ſeculares homines nolunt eos recipere in occaſationibus & intimationibus ſuis, ita nec clerici debent eos recipere in impulſationibus ſuis, quoniam in omnibus diſcreta debet ſemper eſſe & ſegregata vita & conuerſatio clericorum, ac ſecularium laicorum. Et ſicut hi amplius ſunt applicati diuinis cultibus, & familiares dicūtur Domini ſaluatoris; ita moribus & conuerſatione atque ſanctitate debent eſſe diſtincti. Has ergò ſeptem hebdomadas omnes clerici à carne & delicijs ieiunent, & hymnis & vigilijs, atque orationibus domino inhærere diu noctúq; ſtudeant.* Porrò Tertullianus Carthaginensis libro de Ieiunio aduerſus Pſychicos, qui ieiuniorum damnabant, illis proponit antiquam traditionem ſanctorum, & quadrageſimæ ieiunium ab illis inſtitutum, & potuiſſe Epiſcopos vniuerſæ plebi certa mandare ieiunia. Vide ſuprà, Ieiunium, &c. Sic Cyprianus Carthaginensis ſæpius eiuſdē meminit ieiunij, & præcipuè libro De ſingularitate Clericorum. *Cognoſco* (loquit) *taliter in nobis ieiunia, ſitim, famem, nuditatem, proper inſtantiam doctrinæ ſolum, vbiq; pollere, ſicut in Apoſtolis legimus triumphaſſe; & approbamur apud nos eadem exercitia feruere virtutum, quibus Apoſtoli omnia vitia tremuerunt. Planè quadraginta dierum ieiunium Domini meditamur, & orationes, excubiáſque, quibus ille per ſolitudines etiam nocturna ſilentia rumpebat.* Idem ſermone in orationem Dominicam. Origenes Adamantius homilia in Leuiticum 10. *Abſtinere* (inquit) *à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & hoc facere cum his qui Chriſtum crucifixerunt acceptum eſſe non poteſt Deo. Indignati ſunt aliquando & Phariſæi Domino, cur non ieiunarent diſcipuli eius: quibus ille reſpondit, Quia nō poſſunt filij ſponſi ieiunare quādiu cum eis eſt ſponſus. Illi ergò ieiunent qui perdiderūt ſponſum, nos habentes nobiſcum ſponſum ieiunare non poſſumus. Nec hoc tamen ideo dicimus, vt abſtinentiæ Chriſtianæ frena laxemus. Habemus enim Quadrageſimæ dies ieiunijs conſecratos. Habemus quartam & ſextam ſeptimanæ dies, quibus ſolenniter ieiunamus. Eſt certè libertas Chriſtiano per omne tempus ieiunandi, non obſeruantiæ ſuperſtitione, ſed virtute continentiæ. Nam quomodo apud eos caſtitas incorrupta ſeruatur, niſi arctioribus continentiæ fulta ſubſidijs? Quomodo ſcripturis operam dabunt? quomodo ſcientiæ & ſapientiæ ſtudebunt? nonne per continentiam ventris & gutturis? Quomodo quis ſeipſum [illegible] propter regnum cœlorum, niſi ciborum affluentiam reſcindat, [illegible] tenearia vtitur miniſtria? Hæc ergo [illegible] nadis ratio eſt, &c.* Et Theophilus Alexandrinus ſub hoc tempore, lib. 1 Paſchali. demōſtrat, quàm graui cum flagitio Ægyptiorum quidam Quadrageſimæ diebus ieiunia violarint, atq; vini potibus, carniúmque eſcibus illud pugnæ tempus contaminauerint. *Itaque gratia Domini triumphos nobis* (ait) *de ſceleratiſſimis dæmonibus pollicente, ieiunia ritè celebremus, vt ſolennitatis quoque ritè participes ſimus. Nequaquam diebus Quadrageſimæ, ſicut luxurioſi elumbes ſolent, vini poculum ſuſpiremus, neque vt in procinctu & prælio, vbi labor & ſudor eſt, carnium edulio delectemur. Crapula quippe & ebrietas, & cæteræ huius vitæ illecebræ opulentiſſimum animarū theſaurum exhauriunt, & ſementem ſcientiæ doctrinæq; vberrimam ſua admixtione ſuffocant.* Et paulò infrà: *Qui autem legum præcepta cuſtodiunt, ignorant vinum in ieiunio, carnium eſum repudiant & inſatiabilem auaritiam Dei timore compeſcunt, &c.* Vide ciborum delectus, &c. Vnde quod Ruffinus Aquileiensis lib. 10. hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. 3. Et Nicephorus Callistus lib. 8. cap. 42. narrant beatiſſimum Spiridonem in tépore magnæ Quadrageſimæ (vnde colligimus eo tépore cum delectu ciborum obſeruatam) aduenienti Hoſpiti, cùm nihil aliud haberet, carnem obtuliſſe mâducandam: hoc charitate procurante & defectu alterius obſonij factum eſt, (narrat autē Nicephorus illum Hoſpitem detrectaſſe, Chriſtianum ſe eſſe dicens, neq; tali tempore eiuſcemodi eſca indigere confirmans) & Spiridonem cū certis diebus omnino à cibo abſtineret, hoſpitalitatis tamē intuitu, non contempto Eccleſiaſticæ traditionis, illud coegit vt ederet. Floruit autē ille Spiridon tempore Magni Concilij Niceni, quo etiam tempore Constantinus Magnus epiſtola miſſa ad Alexandrinos, & eam Nicephorus inſerit lib. 8. c. 25. Quadrageſimalis ieiunij meminit, quod vario modo celebrari apud quoſdam conqueritur propter variationē celebrationis Paſchatis, vt iā ante diximus. *Conſideret* (ait) *ſanctitatis veſtra ſolertia, quam graue ſit & indecorum per Paſchales dies, alios quidem ieiunijs intentos eſſe, alios verò conuiuijs vacare: & poſt Paſcha dies hoc quidem feriari, illos autem ſtatis ieiunijs macerari, &c.* Sub eodem tempore florebat Sabas venerandus Abbas in Palæſtina, in cuius vita Simeon Metaphrastes ſic loquitur, & lecta eſt coram Patribus Concilij generalis VII. *Cum itaque* (inquit) *ſoleret Euthymius quartodecimo Ianuarij ſemper proficiſci in vaſtam ſolitudinem, & illic verſari in diuinis diebus ieiuniorum, nulli ſe videndum præbens, & neminem alloquens: hoc quoque ſolebat beatus Sabas agere conſequenter, tempore ſolùm parum mutato, quandoquidem ille quartodecimo, ſicut diximus, hic autem viceſimo die menſis ſecedebat, &c.* Et infrà: *Nam ipſe Sabas toto ieiuniorum tempore erat ieiunans, nihil omninò cibi attingens, niſi quod Sabbathis & diebus Dominicis diuina ſumebat ſacramenta.* Et infrà: *Ea de cauſa tempore ieiuniorum accedit ad quendam torrentem, qui à maxima laura diſtabat decem ſtadijs, cum quodam Paulo, ætate quidem ſene, florenti vero virtute. & cum offendiſſet quandam ſpeluncam in torrentis parte, quæ eſt ad Boream, in ea quidem totam tranſegit Quadrageſimam, &c.* Idem in vita Magni Athanaſij, qui eadem tempeſtate floruit, eiuſdem Athanasii Magni

Teleſphorus I.

Concilium Romanum ſub Teleſpho.

Tertullianus Carthaginenſis.

Cyprianus Carthaginenſ.

Origenes Adamantius.

Heus tu hæretice quid dicis?

Theophilus Alexandrinus [illegible]

Quid ſpernitur

Ruffinus Aquileienſis.

Nicephorus Calliſtus.

Spiridonis factum excuſatur.

Conſtantinus Magnus.

Simeon Metaphraſtes.

Athanaſius Magnus.

ſcriptum

ſcriptum profert ex libro de fuga ſua, vbi ſic loquitur Athanaſius: *Aduentarunt quidam Alexandriam, qui nos quærebant occidere fueruntq́, quæ nunc ſunt deteriora prioribus. Repente enim milites circumdederunt Eccleſiam, & quæ ſolent hoſtes facere fuerunt pro precibus. Deinde ingreſſa ſancta Quadrageſima, qui a Macedonio & Arrianis e Cappadocia miſſus fuerat Georgius, auxit mala quæ ab eis didicerat. Nam poſt hebdomadam Paſchæ coniectæ ſunt virgines in carcerem, &c.* quæ ſequuntur. Idem Metaphraſtes in vita S. martyris Theodori Tironis: *Cùm veniſſent* (inquit) *caſti & diuini dies Quadrageſimæ, in quibus omnis ætas apud ſe cogitat, quæ prius ſunt admiſſa peccata, in quibus & facile eſt cadere, cùm tunc grauius oppugnet inimicus, & reniti ei eſt difficile, &c.*

Attende verba

Idem in vita S. Porphyrij Epiſcopi: *Diebus* (inquit) *feſtis vtebatur oleo, & veſcebatur oleribus: Nihil autem aliud guſtabat quod fuiſſet igne coctum. In ieiunijs verò Quadrageſimæ ſecundo quoque die comedebat legumina madefacta, aut contaminata olera ſine pane. Totam autem ſanctam Paſchalem hebdomadem tranſigebat nihil ſumens, præterquam quinta ſancta feria, poſt communionem ſanctam, aquam calidam. Et corpus ſuum vſque adeò macerauerat, vt qui videbant, putarent ſe vmbram aſpicere, &c.* Denique THEODORETVS CYRENSIS in Philotheo ſcribens vitam Publij Monachi, qui circa hæc tempora degebat, ſub finem, ait: *Licet* (ait) *ſenectute confectus ſit, nullos tamen corporis labores ſubterfugit. Nunquam enim neque vinum, neque acetum, neque paſſam vuam, neque liquidum lac aut coagulatum guſtauit, Oleo verò vel Quadrageſimæ tempore abſtinebat, &c.* Idem ibidem in vita Euſebij ſerui Dei: *Gregis illius præfectus* (ait) *vir ſanè omni virtute præditus, ſemen hunc prædicabat, quindecim tantum caricis ſeptem ſanctæ Quadrageſimæ hebdomadas peragraſſe.* Porrò de monachis ſui temporis, idem BASILIVS MAGNVS teſtatur in ſermone de Inſtitutione eorum. Sed & oratione in ſanctos 40. Martyres ſic fatur: *Ad finem vel potius ad faſtigium totius operis peruenit oratio. Hoc erat tempus, hi certaminis dies, hoc Paſchalis proximum, ſancta Quadrageſimæ myſterium, quadraginta nobis placationis dies, certaminibus totidem numero coronæ reſpondebant, &c.* Et idem eiuſdem frater GREGORIVS NISSENVS oratione in eoſdem martyres 4. *Vnum* (inquit) *erat omnium votum, quadraginta in ſtadium intrauimus, totidem Domine coronas tribue. Non deſit numero nec vnus quidem. Pretioſum eſt tempus quod quadraginta dierum ieiunio ornaſti, per quod diuina lex in orbem tranſiuit. Quadraginta item dierũ ieiunio Helias Dominum exquirens videre meruit, & oratio quidem eorum talis, &c.* Et coæuus illis GREGORIVS NAZIANZENVS oratione in S. Lauacrum: *Multa* (inquit) *recenſenda eſſent, quæ tum aliter, quàm præſentia ſe habere videmur, nec huic conuenient tempori, verbi cauſa, Chriſtus ieiunauit paulum ante tentationem, nos verò ante Paſcha. Ieiunium quidem eſt vnum, ſed non paruum inter vtrumque temporis interſtitium. Et Chriſtus quidem contra tentationes ſuum obiecit ieiunium: noſtrum verò vt Chriſto commoriamur operatur, ac purgatio eſt quæ feſtiuitatem præcedit. Et hic quidem dies ieiunauit quadraginta, nam Deus erat: at nos viribus noſtris hoc commenſuramus, tametſi quibuſdam zelus etiam ſupra vires aliquid anniti perſuadet. Rurſus Paſcha ſacra cum diſcipulis in cœnaculo, ac poſt cœnam, diéque vnica ante paſſionem celebrat: nos verò, ea in orationis domibus, & ante cœnam, ac poſt reſurrectionẽ peragimus, &c.* Deniq; IOANNES CASSIANVS collatione 21. Abbatis Theonæ

Theodoretus Cyrenſis.

Ecce numerus dierũ Quadrageſimæ præſcriptus.

Baſilius Magnus.

Paſſi ſunt enim hi martyres in Quadrageſima quo tẽpore etiam eorum feſtum agitur.

Gregorius Niſſenus.

Gregorius Nazianzenus.

Nota hæc.

Ioannes Caſſianus.

A cap. 27. *Porrò quod dicitis diuerſo more, id eſt, ſex vel ſeptem hebdomadibus per nonnullas prouincias quadrageſimam celebrari, vna quemadmodum diximus ratio. Idemque ieiuniorum modus diuerſa hebdomadarum obſeruatione concluditur. Hi enim ſibi ſex hebdomadarum obſeruantiam præfixerunt, qui putant die quoque Sabbathi ieiunandum. Sex ergo hebdomadas ieiunia perſoluunt, qui eoſdem ſex & triginta dies per ſabbatha ſexies reuoluta conſummant.* Et ſubdit cap. 28. *Vna ergò quemadmodum diximus ratio, idemq́; eſt ieiuniorum modus, licet in hebdomadarum numero diſcrepare videatur. Sed profectò cum rationem huius rei humana obliteraret incuria, tempus hoc, quo anniuerſariæ, vt dictum eſt, decimæ Deo triginta ſex ſemis ieiunijs offeruntur, Quadrageſimæ nomen accepit. Quod fortaſsè, vel propter hoc viſum ſit hoc vocabulo debere cenſeri, quod Moſes vel Helias, vel ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus quadraginta diebus ieiunaſſe traduntur. Ad cuius numeri ſacramẽti illi quoq; quadraginta anni, quibus Iſrael eſt in ſolitudine commoratus, Et quadraginta ſimiliter manſiones, quibus eam myſticè pertranſiſſe deſcribitur, non incongruè coaptantur, &c.* Sic & PALLADIVS CAPPADOCIÆ duorum Macariorum vitam deſcribens, cap. 6. libri, qui dicitur, Paradiſus, &c. *Habebat* (inquit) *Macarius Alexandrinus, ſicut ex ipſius ore didici, hoc in propoſito vitæ ſuæ, vt ſi quid magnum a quibuſcunque ſanctis in abſtinentia fieri didiciſſet, hoc feruenter impleret. Cognito igitur a quibuſdam, quod Tabennenſiotæ nihil cocti ſibi per Quadrageſimam totam edere dicerentur, ſtatuit intra ſemetipſum, vt per ſeptem annos nihil quod coctum fuiſſet igne, guſtaret, &c.* Idem cap. 30. eiuſdem libri, in vita Iuliani & Adulij monachorum: *Per Quadrageſimam quidem* (ait) *quinto quoque die edebat: reliquo verò anni tempore poſt biduum ſemper cibum capere conſueuerat.* Porrò AMBROSIVS MEDIOLANENSIS ſermone in inuentione corporum Geruaſij & Protbaſij: *In diebus itaque tranſacta nuper Quadrageſima* (ait) *cùm Dominus donaſſet mihi, vt ieiunãtium me faceret eſſe participem, in oratione poſitum ita me ſomnus oppreſſit, &c.* Idem libro De virginibus 3. *Debet* (ait) *eſſe aliquid, quod Quadrageſimæ diebus addatur: ſed ita, vt nihil oſtentationis cauſa fiat, ſed religionis Oratio quoque nos Deo crebra commendet, &c.* Idem ſermone 25. in Quadrageſima. *Non enim fratres leue peccatum eſt fidelibus indictam Quadrageſimam à Domino ieiunare, & ieiunia conſecrata ventris voracitate diſſoluere. Scriptum eſt: Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare. Si vis ergò Chriſtianus eſſe, debet quod Chriſtus facere. Ille qui peccatum nõ habebat, Quadrageſimam ieiunauit: Tu nõ vis Quadrageſimã ieiunare qui peccas, &c.* Et iterum idem ſerm. 36. in Quadrageſima, ſic incipit: *Ante dies deuotionẽ ſanctæ Quadrageſimæ prædicantes, ſacrarum literarum exempla protulimus, quibus approbaremus hunc Quadragenarium numerum non eſſe ab hominibus conſtitutum, ſed diuinitus conſecratum, nec terrena cogitatione inuentum, ſed cœleſti maieſtate præceptum. Atque ideo qui conſtitutum numerum vna die manducando preterit, non vt vnius diei violator accuſatur, ſed vt totius Quadrageſimæ tranſgreſſor arguitur. Vnde bonũ eſt hominis, vt dictum numerum ſine labore ieiunet, & totius Quadrageſimæ conſequatur pariter ſanctitatem, &c.* Vide reliquum. Sub hoc tempore EVSEBIVS EMISSANVS homilia 1. in initio Quadrageſimæ homiliam excellentiſſimam edidit, qua ad ſuſpiciendum venerandum ieiunium populi fidelis corda præparat, & ſic incipit: *Sicut meſſium aut vindemiarum dies*

Cur Quadrageſima vocetur cu triginta ſex diebus tantum ieiunetur, &c.

Palladius Cappadociæ Epiſc.

Tabẽnenſiotæ in Quadrageſima auſteram vitã ducebant.

Ambroſius Mediolanenſis.

1. Ioan. 2.

Quadragenarium.

Euſebius Emiſſenus vel Emiſenus, vt placet Nicephoro.

humano

humano generi fructum ſuorum abundantiam cōmendat & ornatum, ita hoc Quadrageſima tempus animabus noſtris, dilectiſſimi fratres, fecundum ſalutis fructum nouerimus. Sed ſi requiras & dicas, quid commodi, quid vtilitatis, hoc exercitium ieiunandi affert: o homo, quid diceres ſi non prius Dominus tuus abſtinendi dediſſet exemplum? Et AVRELIVS PRVDENTIVS in opere Cathemerinon, Hymnū ieiunantium in Quadrageſima compoſuit, & ſic exorditur.

Aurelius Prudentius.

> *O Nazarene Dux Bethlehem Verbum Patris,*
> *Quem partus almi virginalis protulit*
> *Adeſto caſtis Chriſte parſimonijs,*
> *Feſtumq; noſtrum Rex ſerenus aſpice,*
> *Ieiuniorum dum litamus victimam*
> *Nihil hoc profecto purius myſterio. &c.*

Cyrillus Hieroſolymitanus.

B Et CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Catecheſi 4 Illuminatorum Hieroſolymis, cap. De cibis, &c. *Ieiunamus (ait) a vino & a carnibus abſtinētes, nō quod hæc tanquā abominationes oderimus, ſed quod præmium expectamus, vt ſenſibilia deſpicientes, ſpirituali deinceps & intellectuali menſa fruamur, & nunc ſeminantes in lachrymis, in futuro ſeculo in exultatione metamus. &c.* Et alibi omnes iubet in tempore Quadrageſimæ pro anima vacare. Denique his coæuus MAXIMVS TAVRINENSIS homiliam vnam in die Cinerum, & quatuor in Quadrageſima compoſuit, in quarum tertia ſic loquitur: *Nos verò fratres, quibus propugnator inuictus hanc venerabilem Quadrageſimam dedicauit, repudiantes carnalia deſideria, ſic caſtigemus membra ieiunijs, vt animas virtutibus ſaginemus. Ieiunet in nobis pernicioſa luxuries, ieiunet omnis iniquitas, ieiunet odioſa contentio. Abſtineamus ab epulis, magis abſtineamus à vitijs. Sic nos temperemus, ſic ſobrij ſimus à vino vt nulla nobis voluptatum dominetur ebrietas. Quid enim prodeſt obſeruatione quadraginta dierum, ieiunandi nos tempora cuſtodire, & legem non tenere ieiunij? Quid prodeſt vobis vacare è conuiuijs & diem litibus occupare? Quid prodeſt propemodum non edere panem, & victum deripere miſerorum? Ieiunium Christiani, egentis debet eſſe refectio. Ieiunium Christiani, pacem debet nutrire non iurgia. Quale illud eſt autem, vide quod non ventris e cibus, & de ore tuo omnis eſca foras diuus egreditur maledictum? Quale eſt, quod ſanctis caret venter ieiunio, & polluitur lingua mendacijs? &c.* Idem ad calcem homiliæ 4. *Et ideo fratres, Domini certaminis victoriaq; exemplum ſequentes, & diabolicas præcauentes inſidias, horū quadraginta dierum acceptabile Deo noſtro ieiunium celebremus, &c.* IOANNES CHRYSOSTOMVS currente Quadrageſimę ieiunio in Geneſim commentarios ſe fatetur ediſſe, homilia 1. in Geneſim, & aperit ibidem huius myſtici ieiunij ſacramentum, homilia autem pulcherrima eſt, & quæ facilè verſatur in manibus, homilia 2. ſic loquitur: *Ieiunium Quadrageſimæ (ait) eſt animarum noſtrarum tranquillitas, ſenum decor, adoleſcentum pædagogus, continentium magiſter, qui omnem ætatem, & ſexum quaſi diademate quodam ornat, nuſquam hodiè tumultus vel clamor* * *vel carnium conciſiones, vel coquorum diſcurſus ſed omnia illa abierunt, & imitatur hæc ciuitas honeſta quandam continentem & ſobriam matremfamilias. Vnde cum mecum cogito repentinam mutationem, quæ hodie facta, & repeto memoria heſterni diei ſtatum, admiror & obſtupeſco ieiunij vires & potētiam, quomodo in ſingulorum ingreſſum cōſcientias transformauerit cogitationes, purificauerit mentem, non non magiſtratuum tantum ſed & priuatorum, non liberorum tantum, ſed & ſeruorum non virorum tātum,*

Maximus Taurinenſis Epiſcopus.

Adhortatio ad ieiunium.

** vide.*

Ioannes Chryſoſtomus.

** attende.*

A *ſed & mulierum; non diuitum tantum, ſed & pauperum, non eorum tantum qui Græcam linguam edocti ſunt, ſed & Barbarorum. Sed quid dico magiſtratuum & priuatorum? etiam eius qui diadema geſtat ſimiliter, vt aliorum, conſcientiam ad hanc obedientiam inflexit, &c.* Idem homilia 11. in Geneſim, dicit: *Hæc non dico (ait) vt charitatem veſtram contriſtem, ſed vt excitem, & inſtruam non ſimpliciter ieiunijs corpus caſtigare, neque temere & in vanum dies Quadrageſimæ ſanctæ tranſmittere.* Idem homil. 16. ad populum Antiochenum, de ſeditione, &c. *Secundam (inquit) ieiunij ſeptimanam expediuimus, ſed non hoc conſideremus: non enim hoc eſt, expediuiſſe ieiunium, ſi tempus præterierimus, ſed ſi tranſegerimus cum profectu.*

B *Hoc ratiocinemur, ſi ſtudioſiores facti ſumus, ſi defectum aliquem noſtrorum correximus, ſi abluimus crimina. Conſuetudinem omnes habent per quadrageſimam interrogare, quod quiſque ſeptimanas Quadrageſimæ ieiunauit, & dicētes audire licet. Hos quidem quod duas, hos verò quod tres, illos autem quod omnes ieiunauerint ſeptimanas. Et quid lucrum ſi profectibus carentes ieiunium tranſegerimus? Si alius dicat, totā ieiunaui Quadrageſimam, tu dic inimicum habebam, & conciliatus ſum, habebam detrahendi cōſuetudinem, & deſtiti, &c.* quæ ſequuntur. Idem homilia 73. ad populū Antiochenum, quæ intitulatur, De ſanctæ Quadrageſimæ ieiunio, ſic exorditur: *Non hoc ſolum exquiritur, chariſſimi, vt per ſingulos dies huc conueniamus, & de iiſdem audiamus continue, & totam ieiunemus*

C *Quadrageſimam. Si nihil enim ex eo quod adhuc aſſidue conuenimus, & admonemur, & ex ieiunij tempore lucrari deberemus, &c.* Lege totam homiliam, quia vt celebrandum ſit Quadrageſimæ ieiunium demonſtrat. Porrò PALLADIVS HELENOPOLITANVS in Dialogo vitæ eiuſdem S. Chryſoſtomi: *Interea (inquit) aduenit Quadrageſimale ieiunium, quod annis ſingulis inſtar veris effloret. Egreſſi rurſus Antiochus & ſocij ſeo ſum ad regem perſuadebant, vt hi Ioannem quaſi conuictum imminente paſcha iuberet expelli, &c.* Lege quod ſequitur. Et EPIPHANIVS CYPRI lib. 3. aduerſus hæreſes ad calcē, in cōpendiaria doctrina de fide Catholica & Apoſtolica Eccleſia, &c. *Communiones autem*

D *(ait) ſiue ſynaxes fieri ordinata ſunt ab Apoſtolis, quarta, & pro Sabbatho, & Dominica. Quarta verò & * pro ſabbatho ieiunium ſtatutum eſt vſque ad horam nonā.* Et infrà: *Verum ex bono propoſito, pietatis exercitatores in ipſa Eccleſia ſemper ieiunant, excepta Dominica & Pentecoſte: ſemper item vigilias agunt. At verò * Dominicas omnes delicatas ducit ſancta hæc Catholica Eccleſia, & communiones manè peragit, & non ieiunat. Inconſentaneum eſt enim in Dominica ieiunare. Porrò Quadrageſimam ante ſeptem dies S. Paſchatis ſimiliter ſeruare ſolet eadem Eccleſia in ieiunijs perſeuerans: Dominicis verò omnino non, neque in ipſa*

E *Quadrageſima. Cæterùm per ſex dies ipſius Paſchatis omnes populi in ſiccorum eſu perſeuerāt, pane, inquam, & ſale & aqua tunc victites ad veſperam.* Lege quod ſequitur. Et HIERONYMVS STRIDONENSIS lib. 1. Commentariorum in Matthæum, cap. 9. exponens illud: *Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, quandiu cum illis eſt ſponſus, &c. Nonnulli (ait) putant ideircò poſt dies quadraginta Paſſionis ieiunia debere committi: licet ſtatim dies Pentecoſtes & Spiritus ſanctus adueniens indicent nobis feſtiuitatem. Et ex huius occaſione teſtimonij, Montanus, Priſca & Maximilla etiam poſt Pentecoſten faciunt Quadrageſimam, quod ablato ſponſo filij ſponſi debeant ieiunare. Eccleſiæ autem conſuetudo, ad Paſſionem Domini* [illegible] *per humilis-*

Nota obſecro quia digna ſūt lectu S. Auguſtini hæc documenta.

Palladius Helenopolitanus Epiſcopus.

Epiphanius Cypri.

** Pro ſabbatho id eſt die Veneris, vt diximus in vocabulo ieiunium.*

** Dominicæ dies ieiunium interdictum.*

Hieronymus Stridonenſis.

tatem [illegible] p[illegible] in epiſtola ad Lætam, de inſtitutione filiæ quæ incipit: *A*[illegible] *P*[illegible] ad [illegible] Quadrageſimę ieiuniorum laudat: ſed immoderatum & [illegible] exercitium, præcipue in teneris puellis, reprehēdit. Similiter & epiſtola ad Marcellam, de laudibus A[illegible]læ, quę incipit: *Nemo reprehendat quod in epi[illegible] &c. Cum* loquitur [illegible] *p[illegible] permanens, tum vero in Quadrageſima nau[illegible] vela tendebat, omnes pene hebdomadas [illegible] vultu lætante coniungens.* Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro 2. De doctrina Chriſtiana, cap. 16. Quadrageſimalis ieiunij myſticum numerum diligentiſſimè exponit, quaternarium quidem, & denarium numerum, quibus conſtat Quadrageſimale tempus, accuratiſſimè ad myſterium reuocās. Lege autem idem lib. 2. de diuerſis conſuetudinibus Eccleſiæ ad Ianuarium, cap. 1[illegible]. habetur inter epiſtolas eius, epiſtola numero 119. de cauſa obſeruandi ipſam quadrageſimam tractat [illegible] ſolito ſermone [illegible] *inquit ieiuniorum habet au*[illegible] *ex ieiunio Moyſi* [illegible] *Euang*[illegible] *diebus domi*[illegible] *um non diſſentire* [illegible] *&c.* Idem plus quam viginti ſermones edidit in Quadrageſima, quibus ieiunij rationem & ordinem & formam ſatis liquidò demonſtrat: in quorum [illegible] ſic loquitur inter cætera. *Caueant tamen* (ait) *ne pretioſas eſcas, vel pro* [illegible] *aliæ etiam pretioſiores * ſine carnibus animaliū requirant. Cùm enim corpus caſtigatur, reſtringenda ſunt de*[illegible] *non mutanda. Quid enim intereſt in quali cibo concupiſcentia immoderata culpetur? Non vtique de* [illegible] *carnibus, ſed etiam de quibuſdam pomis & agreſtibus alimentis Iſraelitarum concupiſcentia diuina* [illegible] *damnata eſt, &c.* Et infrà: *Commoneo vt per totam Quadrageſimam, & vſque ad diem Paſchæ, Deo auxiliante, caſtitatem ſeruantes, in illa ſacroſancta* [illegible] *nitate Paſchali charitatis luce veſtiti, eleemoſynis* [illegible] *tionibus vigilis* [illegible] *ieiunijs velut quibuſ*[illegible] *ſpiritualibus margaritis ornati, non* [illegible] *etiam* [illegible] *pacis* [illegible] *con*[illegible] *ad altare Domini accedere* [illegible] *n ad iudicium, ſed ad remedium* [illegible]*&c.* Huc vſque proceſſimus per [illegible] & ordinem ſanctorum Patrum, nunc verò ad finem etiam, qui nos Caluiniſtæ inſimulant Manichææ ſectæ, quaſi [illegible] ieiunium Manichæus inſtituerit, volumus ex hæretici Manichæi teſtimonio comprobare, quòd [illegible] Manichæus hoc ieiuniū inſtituerit, ſed ante Manichæū Eccleſia obſeruarit. Igitur FAVSTVS MANICHÆVS indignus quidem qui hic inter Patres numeretur, (nam fatis & abſq; illius teſtimonio commendamus Quadrageſimale ieiunium) qui 32. libros contra Chriſtianam doctrinam edidit, quibus & Auguſtinus totidem libris reſpondit, more Caluiniſtarum Eccleſiæ ſtata ieiunia damnans, à quo recentiores Caluiniſtæ & complices effrenatæ luxuriæ, & libertatis diabolicæ ingota petierunt, in hunc modum de quadrageſimæ ieiunio [illegible] reliquit. [illegible] ait [illegible] *quod ſane fruſtrari quis audeat* [illegible] *cum con*[illegible] *hoc inter omnes* [illegible] Catholicos Chriſtianos non [illegible] *quotan*[illegible] *qui* [illegible] *eſt* [illegible] vitæ. [illegible] 1. Timoth. 4. *al co*

[illegible] *in* [illegible] *prædicteru*[illegible]. Hæc Fau[illegible] teſtimonium [illegible] quòd à Chriſtianæ fide [illegible] profectum. Verùm his omiſſis ad reliqua redeamus ſub hiſdem temporibus [illegible], ſub Damaſo Concilium LAODICENVM cano 49. & allegat Gratianus de conſecr. diſt. 3. c. Non oportet, & [illegible] ait [illegible] *Quadrageſima panem benedi*[illegible] *in Sabbatho & Dominica.* Et can. 5[illegible] [illegible] *vltima ſeptimana* [illegible] *ieiunium* [illegible] *totāq; Quadrageſimam* [illegible] *veneratione tranſire, magis conueniat omnem Quadrageſimam diſtricto venerari ieiunio.* Et can. 51. *Non * oportet in Quadrageſima martyrum natalitia venerari, ſed eorum* [illegible] *commemoratio in diebus Sabbathorum & dominicarum* [illegible] *conuenias.* Et can. 5[illegible] *Non oportet in Quadrageſima aut nuptias aut natalitia celebrari.* Hæc omnia decreta recenſet MARTINVS BRACARENSIS in Collectorio ſuo, cap. 48. Præfatum verò decretum de Cœnæ Dominicæ ieiunio non ſoluendo & [illegible] etiam repetit CONCILIVM GENERALE VI vt alibi dicetur. Porrò Concilium AGATHENSE ſub Cœleſtino I. can 12. allegatur à Gratiano diſt. 3 Placuit. *Placuit* [illegible] *omnes Eccleſi*[illegible] *excepto diebus Dominicis, in Quadrageſima etiam die Sabbatho ſacerdotali ordinatione &* [illegible] *communione ieiunent.* Porrò in Concilio CALCEDONENSI generali IV. actio 10 in cauſſa Ibæ, Edeſſeni Epiſcopi, Quadrageſimalis ieiunij & abſolutionis peccatorum, quæ eodem tempore in Eccleſia ſolet fieri, mentio fit. Nam ille Ibas Epiſcopus ſe ab excommunicatione excommunicatos abſoluiſſe teſtatur in ieiunio Quadrageſimæ, propter diei feſtiuitatem. Denique LEO I. ſermones plures in quadrageſima compoſuit, vbi & in initio cuiuſdā ſic loquitur. *Lic*[illegible] *appropinquante* [illegible] *tate Paſchali ieiunium quadrageſimale ipſ*[illegible] *curſus temporis indicat, exhortatio tamen etiam* [illegible] *ſermonis adhibenda eſt, qua auxiliante Domino nec vitulis ſit pigris, nec onerōſa deuotis. Nam cum omnem obſeruantiam noſtram ratio iſtorum dierum p*[illegible]*ſcat augeri, nemo eſt, vt confido de vobis, qui ſe ad op*[illegible] *bonum non gaudeat in*[illegible]. In initio alterius ſic loquitur: *Prædicaturus vobis ſacratiſ*[illegible] *max*[illegible] *ieiunium* [illegible]*&c.* Porrò Concilium AVRELIANENSE I. ſub Hormiſda, 1. can. 26. & allegatur à Gratiano de conſecr. diſt. 3. c. Sacerdotibus. *Sacerdotibus* ait *omnibus eſt decretum, vt ante Paſcha* [illegible] *nitatem non quin*[illegible]*ſima, ſed quadrageſima teneatur.* Et can. 27. allegatúrq; eadē diſtinct. c. Nulli. *Nulli cunium, Paſ*[illegible] *alis Domini, vel Quadrageſima ſolennia in* [illegible] *at celebrare, niſi quem* [illegible] *probauerit tenui*[illegible]. Et Cōcilium CÆSARAVGVSTANVM can 2. [illegible] *Quadrageſima d*[illegible] ait *ab Ec*[illegible] *abſe*[illegible] *latibulis cubicularum ac* [illegible] *ſuperſtitionibus perſeue*[illegible]*ant, ſed exemplum & præceptum cuſtodiant Sacerdotū,* [illegible] *ad al*[illegible] *agend*[illegible] *conuentuum* [illegible] *non conuenerit* [illegible] *Epiſcopis dictum eſt, Anathema ſit* [illegible] *miſerit.* Idē Cōcilium AVRELIANENSE IV. ſub Pelagio I. can. 2. *Decernimus obſeruādum, vt quadrageſima ab omnibus Eccleſiis æqualiter teneatur. Neque quinquageſimam aut ſexageſimam ante Paſcha* [illegible] *ſacerdos præſumat indicere. Sed neque per Sabbata abſq; infirmitate quiſquam* [illegible] *luat ieiunium Quadrageſima, niſi tantùm die Dominico prandeat. Hoc ſic fieri ſpecialiter Patrum ſtatuta ſan*[illegible] *ſtru-*

Augustinus. [illegible]

* Non videbit carnes in Quadrageſima [illegible] hæretice.

* [illegible]

Fauſtus Manichæus [illegible] Quadrageſimam approbat

Concilium Laodicenum ſub Damaſo.

* Inde [illegible] hoc tempore occultat.

Martinus Bracarenſis.

Concilium [illegible] Agathenſe.

Concilium Chalcedonenſe generale 4.

Leo I.

Concilium Aurelianenſe I. [illegible]

Concilium Cæſarauguſtanum Hiſpaniæ.

Concilium Aurelianenſe 4.

Quadrageſima [illegible] Quadrageſima [illegible]

periit, tanquam tranſgreſſor diſciplinæ a ſacerdotibus cenſeatur. Hinc eſt quòd etiam Concilium ANTISSIODORENSE ſub Papa Deuſdedit can. 2. iubet, vt presbyteri in die Epiphaniæ principium quadrageſimæ populo annuncient. Quod & repetit Concilium BRACARENSE II. can. 9. vt repoſitum inuenies ſuprà in vocabulo, Paſcha. &c. Porrò quadrageſimæ ieiunium GREGORIVS I. multis in locis commendat, & potiſſimè lib. 3 expoſitionis in libros Regum ad calcem capitis 2. dum illud exponit cap. 4. 1. Regum. *Senex enim erat & Grandæuus, & ipſe iudicauit Iſrael quadraginta annis, &c. Quadragenarius (inquit) numerus ad peccatores pertinet. Vnde & quadrageſima tempus in ſancta Eccleſia eodem dierum numero conſecratum eſt, vt videlicet ea quæ committimus peccata, tergere pœnitendo ſtudeamus, quadragenarius quippe numerus ex denario & quaternario conſummatur. Et quia peccando diuinæ legis decalogum tranſgredimur, ipſam verò peccandi facultatem ex ea, qua conſiſtimus, quatuor elementorum compactione contrahimus, ſub numero quadragenario quandiu in peccato exiſtimus continemur, &c.* Et BEDA VENERABILIS homilia, in 1. dominica quadrageſimæ, *Quadrageſima ieiuniorum habet authoritatem, & in veteribus libris ex ieiunio Moyſi & Heliæ, & ex Euangelio, quia totidem diebus dominus ieiunauit. In qua autem parte anni congruentius obſeruatio quadrageſimæ conſtitueretur, niſi confinis atque contigua dominicæ paſſionis, quia in ea ſignificatur hæc vita laborioſa, cui opus eſt continentia, vt ab ipſius mundi amicitia ieiunetur, &c.* Idem lib 1. hiſtoriæ Anglicanæ cap. 20. Germani Antiſſiodorenſis & Lupi Trecenſis Epiſcoporum vitam deſcribens. *Itaque Apoſtolicis ducibus Chriſtus militauit in caſtris. Aderãt enim quadrageſimæ venerabiles dies, quos religioſiores reddebat præſentia ſacerdotum, in tantum, vt quotidianis prædicationibus inſtituti certatim populi ad gratiam baptiſmatis conuolarent, &c.* Porrò Concilium TOLETANVM VIII. cano. 9. *Detecta eſt ingluuies (ait) horrenda voracium, quæ dum freno parſimoniæ non aſtringitur religione contrariè monſtratur: Dicente enim ſcriptura, qui ſpernit minima, paulatim decidit: illi tanta edacitatis improbitate graſſantur, vt cœleſtia & penè ſumma contemnere videantur. Etenim quadrageſimæ dies, anni totius decima cum deputentur, quæ & in oblatione ieiunij domino conſecrantur, quibus etiam ſaluberrimè cõditio generis humani expiatur, dum a quatuor mundi partibus ad hanc homo religionem crediturus adducitur, & ex quatuor elementis formatus, propter tranſgreſſionem decalogi quaterdecies cõuenienter affligitur: illis qui auſu temerario hæc omnia contemnunt, nec voracitatis ingluuiem frenant, & (quod peius eſt) Paſchalia feſta illicitorum eſuum perceptione prophanant, ex hoc adeò acerrimè interdicitur, vt quiſquis abſque ineuitabili neceſſitate atque fragilitate, & euidenti languore, ſeu etiam impoſſibilitate ætatis, diebus quadrageſimæ eſum carnium præſumpſerit attentare, non ſolùm reus erit reſurrectionis dominicæ, verùm etiam alienus ab eiuſdem diei ſancta communione & hoc illi cumuletur ad pœnam, vt ipſius anni tempore ab omni carnium eſu gulam abſtineat, quia ſacris diebus abſtinentiæ oblitus eſt diſciplinam. Illi verò, quos aut ætas incuruat, aut languor extenuat, aut neceſſitas arctat, non ante prohibita violare præſumant, quàm à ſacerdote, præmiſſum accipiant.* Hinc eſt quod narrat NICEPHORVS CALLISTVS libro decimo ſeptimo, hiſtoriæ Eccleſiaſticæ capite trigeſimo ſecundo, IVSTINIANVM Imperatorem, cum fames Byzantij increbuiſſet rerum neceſſariorum inopia, ſecunda ſtatim ieiunij hebdomade carnes in foro venales proponendas promulgaſſe. *Et hoc quidem ait ſic per vim actum, Populus autem qui pietatem ſibi conſeruandam ſtatuiſſet, neque eas emebat neque edebat, mortem ſibi potius adeundam eſſe cenſens, quam vt quicquam de patriis moribus & traditionibus mutaret.* Hæc Nicephorus. Porrò Concilium GENERALE VI. ſub Conſtantino Pogonato 4. Impera. cano. 56. *Accepimus (ait) in ſabbatis & dominicis ſanctæ quadrageſimæ quoſdam oua & caſeum comedere. Viſum eſt ergo & hoc, vt omnis Dei Eccleſia, quæ eſt in vniuerſo terrarum orbe, vnum ordinem ſequens ieiunium perficiat, & abſtineat ſicut, ab omni mactabili, ſic & ab ouis & caſeo, quæ quidem ſunt fructus & fœtus eorum à quibus abſtinemus. Si autem hoc non ſeruauerunt ſi ſint quidem clerici, deponantur. Si autem laici, ſegregentur.* Prohibet quoque ibidem, ne ſacramentum celebretur in quadrageſima, præterquam in feſto annunciationis Beatæ virginis Mariæ. Sed hoc forſam apud Græcos obſeruatur, non apud latinos. Hæc autem decreta de non edenda carne, & reliquis cibis prohibitis in quadrageſima, renouat Concilium NARBONENSE cano. 2. vbi & inhibet ipſis Iudæis ne publicè aut priuatim audeant carnes illis diebus comedere, nec alijs, quibus Chriſtiani abſtinent. Idem prohibuit etiam Concilium SENONENSE capite ſeptimo, tractans de ieiunijs Eccleſiaſticis. Et Concilium COLONIENSE III capite ſexto, partis nonæ. Itaque vt dicendi finem faciamus, ſumma cum obſeruatione celebrandum eſt quadrageſimæ tempus, vt etiam diuus BERNARDVS CLAREVALLENSIS monet in ſermonibus in S. Quadrageſimam editis. Vnde & in eorum tertio, ſtatim initio, ſic loquitur. *Rogo vos, dilectiſſimi, tota deuotione ſuſcipite quadrageſimale ieiunium, quod non ſola abſtinentia commendat, ſed multo magis ſacramentum. Nam ſi denotè vſque modo ieiunauimus, vtique ſancto hoc tempore ieiunandum nobis eſt multo deuotius. Si quid enim addunt ad ſolitum abſtinentiæ modum: nunquid non valde indignum eſt, vt nobis oneroſum ſit, quod Eccleſia portat vniuerſa nobiſcum? Hactenus vſque ad nonam ieiunauimus ſoli, nunc vſque ad veſperam ieiunabunt nobiſcum pariter vniuerſi, Reges & Principes, clerus & populus, nobiles & ignobiles, ſimul in vnum diues & Pauper, &c.* Soli ergo Caluiniſtæ ſingularem viam & ſemitam diaboli curſitantes, hoc ieiunium non admittunt ventris ingluuie, ad inſtar illius corui extra Archam Noe degentis ſuper cadauera fœtida mortuorum ſaturati. Illis moleſtum eſt quidquam pati, quia iam regni cœleſtis ſpe potiendi priuati ſunt gloria, ad quam ieiuniorum crebra obſeruatione tendimus. Scio hominem iam quintam irremiſsè quadrageſimam proſequentem, qui nec corporis diſpoſitione aut habitudine, nec mentis aut ingenij vigore cuiquam cedat hæretico, eſcis & opiparè cibis & ferculis præparatis vtenti. Hæc autem dicta ſufficiant.

Quadrageſimæ tempore interdicuntur placita ſecularia.] Hoc prohibuit Concilium AQVISGRANENSE II. canone 16 ad calcem Concilij. Prohibuit etiam & Concilium TRIBVRIENSE canone 35. vt inuenies inſertum ſuperiùs in vocabulo, Iudicia. &c.

Concilium Antiſſiodorenſe.
Cõcilium Bracarenſe 2.
Gregorius 1.
Ratio numeri myſtici Quadrageſ.
Beda Venerabilis.
Concilium Toletanum 8.
Eccleſ. 19.
Pœna in illos qui carnium eſu diebus Quadrageſimæ attentarint.
Nicephorus Calliſtus.
Vide & lege hiſtoriam.
O populi Chriſtiani ſyncerã mentem.
Concilium generale 6. Conſtantinopolitanum 3.
Caſei & ouorũ prohibetur eſus.
Oua & caſeus.
Conciliũ Narbonenſe ſub S. Ludouico rege
Concilium Senonenſe.
Concilium Colonienſe 3.
Bernardus Clareuallenſis.
In Hugnotiſtas
Concilium Aquiſgranenſe 2.
Concilium Triburienſe

Quadrageſimæ tempore nuptiæ non celebrandæ. Poſui ſuprà vocabulo, Nuptiæ.

Quadrageſimæ tempore Alleluya non cantetur. Vide in vocabulo proprio, Alleluya Porrò quia ibi quippiam omiſimus hic debemus ſopplere. Siquidem meminit Alleluya diebus Quadrageſimæ ſubricendi, BENEDICTVS CASSINENSIS cap. 15. Regulæ Conciliũ TOLETANVM IIII ſub Honorio 1. cano. 10. arguit quoſdam, qui in diebus quadrageſimæ alleluya decantabant, præterquã in vltimam hebdomadã Paſchæ. *Quod fieri (ait) interdicimus, ſtatuentes, vt in omnibus prædictis quadrageſimæ diebus (quia tempus non eſt gaudij, ſed mœroris) alleluya non decantetur. Tunc enim opus eſt fletibus ac ieiuniis inſiſtere, corpus cilicio & cinere induere, animum mœroribus deiicere, gaudium in triſtitiam vertere, quouſque veniat tempus reſurrectionis Chriſti, quando oporteat iam Alleluya in lætitia canere, & mœrorem in gaudium commutare. Hoc enim Eccleſiæ vniuerſalis conſenſio in cunctis terrarum partibus roborauit. In temporibus verò reliquis, id eſt, Calendis Ianuarij, quæ propter errorem gentilitatis aguntur, omnimodo Alleluya non decantabitur. In quibus etiam præter piſcem & olus ſicut & in illis quadraginta diebus, cæteris carnibus abſtinetur, & à quibuſdam etiam nec vinum bibitur. Qui autem huic conſtitutioni arbitrium ſuum æſtimauerit præferendum, à communione eiuſdem Paſchæ priuetur.* De Alleluya vide ſuo loco.

Benedictus Caſſinenſis.
Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1. pariter 27.

QVAESTOR.

Quæſtores indulgentiarum abrogantur.] Ex Concilio Tridentino ſeſſione 21 lege repoſitum ſuprà vocabulo. Indulgent. &c. & infrà, Reliq. ex Concilio Lateranenſi, &c.

R

RAPINA.

DE Rapinis non exercendis egimus ſuprà vocabulo Fur &c. ex Concilio Piſtenſi & alijs.

Concilium Piſtenſe.

RAPTOR.

Raptores virginum & monialium, &c.] diximus ſuperius

De Raptore & rapta qui ad Eccleſiam confugerint, vt poſſint ſaluari diximus vocabulo. Eccleſiæ immunitas, &c.

Raptores vxorum & ſponſarum, &c.] Concilium CHALCEDONENSE generale 4 actione 15. cano. 27 allegat Gratianus cauſa 36. quæſt 2. cap. eos qui, &c. *Eos qui rapiunt mulieres ſub nomine ſimul habitandi, aut cooperatores, aut conniuentes raptoribus, decreuit ſancta Synodus, vt ſiquidem clerici ſunt, decidant gradu proprio: ſi verò laici, anathematizentur.* Hoc decretum repetit Concilium VORMATIENSE cano 77. & Concilium GENERALE VI. Conſtantinopolitanum 3. canone 92. *Eos (inquit) qui nomine matrimonij mulieres rapiunt, vel qui opera opique ſua raptores adiuuant, ſtatuit ſancta ſynodus, ſi ſint quidem clerici, proprio gradu excidere, ſi verò laici, anathemate percuti.* Idem omninò Concilium ROMANVM ſub Gregorio 2. celebratum cano. 10. & . ſtatuit de his qui vel viduas vel Virgines furati fuerint aut rapuerint, cum ſibi conſentientibus Vide ſuprà. Denique Concilium AVRELIANENSE IV. cano 22. *Nullus per Imperium poteſtatis filiam comprimere audeat alienam, ne coniugium (. . .) modo contra piam parentum voluntatem copulatur) velut captiuitas indicetur, ſed ſicut eſt prohibitum, non admittatur. Si qui perpetrauerint, excommunicationis ſeueritas pro modo piaculi imponatur.* Idem omninò ſub ſimili ſententia Concilium PARISIENSE I. can 6. Et Concilium MELDENSE cano. 68 *De his qui ſponſas alienas rapiunt, vel conſenſu parentum accipiunt, antiqua & Synodalis ſententia obſeruetur. Qui . . . ſi forte in Eccleſia . . . talis repertus dignoſcitur, vt pro ſalutis & religionis competentia humanus quid iam debeant tractare pontifices, ſicut canonica (vt eiſdem verbis vtamur) docet authoritas: quia prior quidem definitio (ait) durior, poſterior autem quiddam tractauit humanius: nullo modo, vt ad maximam indulgentiam deſcendamus, alterius ſponſæ acceptor ſine publica tranſeat pœnitentia, & ſponſo legaliter mulctam componat. Quòd ſi his obedire noluerit ſine vlla refragatione anathematizetur: fautores verò illius iuxta modũ culpæ Epiſcopali decreto pœniteant. Si verò, quod non optamus de gradu Eccleſiaſtico talibus nuptiis ſe conſenſorem vel interuentorem manifeſtè prodiderit, à gradu proprio repellatur. Et ſi veriſimilibus exinde ſuſpitionibus fuerit propulſatus, & canonicè nequiuerit approbari, ſecundum ſanctorum patrum ſtatuta ſe purgare cogatur.* Idem omninò ALEXANDER III. in Concilio Lateranenſi quod celebrauit parte 6. cap. 4. vide loco memorato.

Concilium Chalcedonenſe generale 4 ſub Martiano Imperatore.
Concilium Vormatienſe Concilium generale 6 ſub Conſtantino 4 Imperat.
Concilium Romanum ſub Gregorio 2.
Concilium Aurelianenſe 4. ſub Pelagio 1
Concilium Pariſienſe 1
Concilium Meldenſe.
Alexander 3.

RECONCILIATIO.

Reconciliatio iniungitur ante litis exordium.] ALEXANDER I. epiſt. 1. ad omnes fideles. vt allegatur à Gratiano cauſa 2. quæſt. 7. cap. Si quis. &c. *Si quis erga Epiſcopum, aut actores Eccleſiæ, quamlibet querelam vel actionem iuſtè ſe habere crediderit, ipſe redemptoris ſui (cuius actio noſtra eſt inſtructio) viarum non immemor, ſed ſectator egregius, qui cum malediceretur non remaledicebat, ſed tanquam ouis coràm tondente ſe obmutuit, ac pro ſuis perſecutoribus in cruce pendens apud patrem intercesſit: non priùs primates aut alios iudices adeat, quàm ipſos a quibus ſe læſum æſtimat conueniat familiariter, & non ſemel, ſed ſæpiſſimè, vt ab eis aut ſuam iuſtitiam accipiat, aut iuſtam excuſationem. Boni nempe, & verè Chriſtiani hominis eſt, rem ipſam omnibus amicitiæ & pacis legibus priùs tentare, quàm in iudicio (vbi frequenter amariſſimus animæ rancor inaſcitur) ſuum ius pertinaciter experiri. Si quis enim cum Deo, qui pacis eſt author, habitare cupiat, ei neceſſe eſt, vt pacem inquirat: ſi autem ſecus egerit, ab ipſis & ab aliis communione priuetur, tanquam Apoſtolorum patrumque aliorum contemptor.* Eadem reperiuntur in decretis SIXTI II. & IVLII I. vt vult Iuo Carnotẽ. libro 4. Porrò FABIANVS I. in decreto, quod allegat Gratianus diſtinct 60. cap. Si quis. &c. *Si quis contriſtatus noluerit reconciliari fratri ſuo, ſatisfaciente eo qui contriſtauit, acerrimis maceretur ieiuniis, vſque dum gratanti animo ſatisfactionem recipiat.* Reliqua poſuimus in vocabulo, Accuſatio, Iudicium, &c. & Diſcordia.

Alexander 1.
1 Petri 2.
Iſay 53.
Lucæ 23.
Sixtus 2.
Iulius 1.
Fabianus 1.

REX.

Rex conſtituendus quid promittere debeat.] Habes plura iam dicta in vocabulis, Princeps, & Imperator. vnde hic reſtant pauca quæ tamen breuiter proponemus. Igitur Concilium TOLETANVM VI. cano. 3 *Sancimus, vt quiſquis ſuccedentium temporum regni faſtigium fuerit apicem, non ante conſcendat regiam ſedem, quàm inter reliquas conditiones ſacramento pollicitus fuerit Catholicam non permiſſurum violari fidem. ſed . . . nullatenus*

Concilium Toletanum 6. ſub Honorio 1.

uns hæreticorum perfidia fauens, vel quolibet neglectu, aut cupiditate illectus, tendentibus ad præcipitia infidelitatis, aditum præbeat præuaricationis: sed, quod magnopere noſtro eſt tempore conquiſitum, debeat inlibatum perſeuerare in futurum. Nam in caſſum bonum agitur, ſi non eius prouidetur perſeuerantia. Ergo poſtquam ordine præmiſſo ad gubernacula acceſſerit regni, ſi ipſe temerator huius extiterit promiſſi, ſit anathema maranatha in conſpectu ſempiterni Dei, & pabulum efficiatur ignis æterni, ſimulque cum eo damnatione perculſus, quicunque ſacerdotum, vel quilibet Chriſtianorum eius implicati fuerint errore. Vide ſuprà, Principis officium, &c. Vide quod ſequitur.

Rex quomodo eligendus ſeu conſtituendus.] De Regno non inuadendo infrà dicemus. Igitur de modo & ordine quomodo Reges debeant conſtitui, Concilium TOLETANUM VIII. cano. 10 *De Regibus ſeu rectoribus* (ait) *qui in regnū eliguntur, Statuimus, vt in Regia vrbe, aut in loco, vbi princeps deceſſerit, aſſenſu pontificum, maiorumque Palatij eligatur, non conſpiratione, aut tumultu introducatur. Sit fidei aſſertor, & ab hæreſum iniuria defenſor, modeſtus in actibus, & iudicijs, & vita, parcus in rerum prouiſionibus, nulla vi aut factione contractus a ſubditis exigat, non proſpiciat propria iura commodi, ſed conſulat patriæ atque genti. De rebus congregatis à ſe illas tantummodo partes vendicet, quas dictauerit authoritas principalis: quo verò ante regnum conquiſierat, filij hæreditabunt aut hæredes iure proximitatis. Atque ita in eis cunctis actibus, moribus, ac rebus, præfixa legis authoritatem ſeruabit, quæ perenniter ſtatuimus inconuulſam permanere. Et non priùs apicem regni quiſque percipiat, quàm ſe omnia illa ſuppleturum iuſiurandi taxatione definiat. Cui etiam legi vel decreto Epiſcopalem non ſolum in futuro, ſed etiam in præſenti reuerentiam apponentes, decernimus, vt quicunque detractor, & non potius venerator decreti eiuſdem atque legis eſſe maluerit, ſiue religioſus ille ſit, ſiue laicus, non ſolùm Eccleſiaſtica communione plectatur, verùm & ſui ordinis dignitate priuetur.* Eandem legem confirmat edicto RECESVINTHUS REX vt habetur cano. 12. eiuſdem Concilij, iubétque, vt perpetuis temporibus obſeruetur illa potiſſimè qua cauetur, Ne Rex in proprietatis redigat ſinum ea, quæ pro ſolo conſtat illum Imperij percepiſſe faſtigio, & illud in iuris proprij collocet antro quod publicæ vtilitatis acquiſitum eſſe conſtat obtentu. *Nam nunquid a l[illegible]* (ait) *aut populorum aduentus, aut rerum poterat concurrere cenſus, niſi per ſubiectos, glorioſo apice potuiſſent attolli? Inde non perſona, ſed potentiæ ſubdi hæc debere non ambigit. Regem etenim iura faciunt, non perſona, quia non conſtat ſui mediocritate, ſed ſublimitatis honore. Quæ ergo honori debentur, honori ſeruiant: & quæ Reges accumulant, regno relinquant: vt quia eos regni gloria decorat, ipſi quoque regni gloriam non extenuent, ſed exornent.* Paulo pòſt. *Proinde ſinceræ manſuetudinis deliberatione, tam nobis quam cunctis noſtra gloria ſucceſſoribus affuturis Deo mediante, legem ponimus, decretúmque diualis obſeruantiæ promulgamus, vt nullus re[illegible]m impulſionis ſua quibuſcunque motibus aut factionibus, ſcripturas de quibuſlibet rebus alteri debi[illegible]ta extorqueat vel extorquendas inſtituat, quatenus iniuſtè ac violenter indebitarum ſibi quiſque probare poſſit dominium rerum.* Et ad calcem *Huius ſane legis ſententia in ſolis erit Principum negotijs obſeruanda, atque ita perpetim valitura, vt ne[illegible] qui[illegible] ſolium regale conſcendat, quam iuramenti ordine hanc legem ſe in omnibus implere promittat.* Tum de regni inuaſoribus tractat. Vide mox in vocabulo, Regnum non inuadendum, &c. & ſequentia.

Regis munus & officium. Vide ſuprà in vocabulo, Principis munus & officium, & in vocabulo, Impera. &c. in quidquid ibi [illegible] eſt, huc etiam pertinet. Porrò ea quæ iam in præcedentibus decretis inſerta ſunt nonnihil de Regia munere tractant, ideoque reuolue. Concilium PARISIENSE III. lib. 2. cap. de Regis nomine & munere atque officio tractat copioſiſſimè, deſumpſitque ex lib. 3. ſent[illegible] ISIDORI HISPALENSIS capit. 48. 49. & reliqua, qui ait. *Rex a regendo, vel rectè agendo vocatur. Si enim piè & iuſtè & miſericorditer regit, meritò Rex appellatur: ſi his caruerit, non Rex, ſed Tyrannus eſt. Antiqui autem, omnes Reges tyrannos vocabant, sed poſtea piè & iuſtè & miſericorditer regentes, Regis nomē adepti ſunt. Impiè vero, iniuſtè, crudeliterque principantibus, non regis, ſed tyrannicum aptatum eſt nomen. Quia ergo Rex a rectè agendo dicitur, primò ſtudendum eſt ei, vt ſemetipſum ſuamque domum, Chriſti adiuuante gratia, ab operibus nequam emaculet, bonisque operibus exuberare faciat, vt ab ea cæteri ſubiecti bonum exemplum ſemper capiant. Ipſe [illegible] Chriſti præceptis fidelicer atque obedient[illegible] ſ[illegible] cundet, & rectè agendo ſanctorum Regum, qui Deo [illegible] ſeruiendo placuerunt, poſt hanc peregrinationem c[illegible] [illegible] efficiatur.* De Rege autem, & quid cauere debeat in Deuteronomio exponitur. & Salomon ait: *Rex qui iudicat in veritate p[illegible], thronus eius in æternum firmabitur.* Item: *Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius.* Quantæ autem fœlicitatis ſit bonus rex, quantæve infœlicitatis ſi nequam fuerit, B. CYPRIANUS CARTHAGINENSIS eximius martyr Chriſti de duodecim abuſionibus ſcribens, inter cætera ita ait. *Nonus abuſionis gradus eſt, rex iniquus. Etenim regem non iniquum, ſed correctorem iniquorum eſſe oportet, vnde in ſemetipſo nominis ſui dignitatem cuſtodire debet. Nomen enim Regis intellectualiter hoc retinet, vt ſubiectis omnibus rectoris officium procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit, qui proprios mores, ne iniqui ſint, non corrigit? In iuſtitia regis exaltatur ſolium, & veritate ſolidantur gubernacula populorum. Iuſtitia vero Regis eſt neminem iniuſtè per potentiam opprimere, ſine acceptione perſonarum inter virum & proximum ſuum iudicare, aduenis & pupillis & viduis defenſorem eſſe, furta cohibere, adulteria punire, iniquos non exaltare, impudicos & hiſtriones non nutrire, impios de terra perdere, parricidas & peierantes viuere non ſinere, Eccleſias defendere, pauperes eleemoſynis alere, iniuſtos ſuper regni negotia non conſtituere, ſenes & ſapientes & ſobrios conſiliarios habere, Magorum & Ariolorum Pythoniſſarumque ſuperſtitionibus non intendere, iracundiam differre, patriam & fortiter & iuſtè contra aduerſarios defendere, per omnia in Deo viuere, proſperitatibus non eleuare animum, cuncta aduerſa patienter ferre, fidem catholicam in Deum habere, filios ſuos non ſinere impiè agere, certis horis orationibus inſiſtere, ante horas congruas non guſtare cibum. Væ enim terræ cuius rex puer eſt, & cuius principes manè comedunt. Hæc regni proſperitatem in præſenti faciunt, & regē ad regna cœleſtia meliora perducunt.* Eadē & de Imperatore dixit FULGENT. RUSPENS. Vide in vocabulo, Imperator. &c & princeps, &c. Prædicta autem Patres memorati Concilij exemplis Regum Iſrael amplificant, & authoritatibus ſcripturæ demonſtrant, & ſpecialiter cap. 2 3 & 4 Reges de iuſtitia adminiſtranda informant eo quod æqui-

Concilium Toletanum 8.

Conditiones Regis eligendi.

Rex electus Regni opes non poteſt ad poſteros ſeu filios aut parentes tranſfundere.

Receſuinthus Rex Gothorum atque Hiſpanorum.

Concilium Pariſienſe [illegible] & Lotharij Au[illegible] Imperatoribus.

Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus.

Deuter. 17. [illegible] Prouerb. 20.

Cyprianus Carthaginenſis.

Eccleſiaſt. 10.

Fulgentius Ruſpenſis.

Concilium Aquiſgranenſe 2.

tas iudicij ſtabilimentum ſit regni.& iniuſtitia ſit eius euerſio. Quod ve ò Regibus ob emperandum ſit cap. 8. ſubſequenter oſtendit monſtrans. Porrò Concilium A[illegible]RANENSE II cap. [illegible] capituli 4 eadem replicat. *Regale miniſterium ſpecialiter [illegible] populum Dei gubernet, [illegible] ere cum æquitate [illegible] iſtitia, [illegible] vt pacem [illegible] concordiam habeant ſtudeat. I[illegible] m debet primo defenſor eſſe Eccleſiarum [illegible] ſeruorum Dei, viduarum orphanorum, cæterorumque pauperum, ne[illegible] omnium indigentium. Ipſius enim terror & ſtudium huiuſcemodi, inquantum po[illegible] eſt, eſſe debet primum, [illegible] nulla iniuſtitia fiat. deinde ſi euenerit [illegible] modo eam ſubſiſtere permittat, [illegible] ſpem delitueſcendi, [illegible] iam male agendi cuiquam relinquat. Sed ſciant omnes, quoniam ſi ad ipſius notitiam peruenerit quippiam mali quod admiſerint, nequaquam incorrectum aut inultum remanebit ſed iuxta facti qualitatem [illegible] modum iuſtæ correptionis.* Eadem iterum repetit Concilium MO[illegible]NTINENSE III cap. 2. & 3. & Concilium TRIBVRIENSE ſub Arnulpho Imperatore ſtatim in præfatione. Verùm his diſſimilia dicunt, quæ iam ſuperius recitata ſunt. Si autem plura vis de Regum & Imperatorum officio noſſe, lege librum PHILONIS IVDAEI De temulentia, vbi ſic loquitur: *Eſt enim officium magnorum Imperatorum [illegible] adi care ſapientiam, non illorum qui armis terram & mare ſubigunt, ſed qui animæ potentia varias in ea confuſaſque turbas debellant.* Regis officium & munus ſcitè deſcribit Lupus Ferrarienſis epiſt. 64. ad Carolum Caluum.

Concilium Moguntinum 3. ſub Arnulpho Imperat.

Concilium Triburienſe ſub eodem.

Philo Iudæus

Rex Romanæ ſedis & ſummi Pontificis filius dicitur.] Diximus ſuperiùs in vocabulo, Imperator.& in vocabulo, Francia, &c. Vnde & GREGORIVS I. lib. 1. epiſt.41.ad Leandrum Epiſcopum Hiſpalenſem, de Riccaredo Sueuorum & Gothorum Rege loquens ait. *Communem filium gaudeo ad catholicam fidem integerrima deuotione conuerſum.* Denique lib. 7. epiſt. 113. ad Brunichildem, eam filiam vocat. & eodem libro 7. epiſt. 126 ad prædictum Reccaredum, eum excellentiſſimum filium nominat. Sic & MARTINVS I. epiſt 2.ad Amandum Epiſcopum Sigebertum Regem Francorum, præcellentiſſimum filium nominat. Vide locis ſupradictis multò plura teſtimonia, quia hic pauca libuit inſerere.

Gregorius I.

Martinus I.

REGNVM

Regnum non tyrannicè inuadendum.] Lege ea quæ iam ſupra inſeruimus in vocabulo, Principibus non inſidiandum, &c. ſimiliter & ea quæ in præcedentibus annotationibus diximus de eligendo & conſtituendo Rege,&c. Cui adde quod ſtatuit Concilium TOLETANVM IV. canone vltimo,&c. Et TOLET. V. cano 2 3.4. TOLETANVM VI can.17 ait. *Itaque Regis vita conſtante, nullus ſibi aliquo pere[illegible] vel deliberatione, cuiuſcunque dignitatis Laicus ſiue gradu Epiſcopi, aut Presbyteri, a[illegible] iaconi [illegible] [illegible] que clericatus officio [illegible] futurum Regem prouideat contra viuentis re[illegible] voluntatem, [illegible] pro [illegible] voluntatem, nullo blandimento vel ſuaſione pro eadem ipſe aut alios in ſe trahat, aut [illegible] alium acquieſcat. Iniquum enim & valde execrabile Chriſtianis debet haberi, futuris temporibus illicita [illegible] icere, & vita ſu[illegible] igna [illegible] ventura diſponere. Et infra Rege vero defuncto nullus Tyrannica præſumptione regnum aſſumat: nullus ſub religionis habitu detonſus, aut turpiter decaluatus, aut ſeruilem originem trahens, vel extranea gentis homo, niſi genere & moribus dignus, promoueatur ad apicem*

Concilium Toletanum 4.

Concilium Toletanum 5.

Concilium Toletanum 6.

A *Regni. Temerator autem huius præceptionis ſanctiſſimæ, feriatur perpetua anathemate.* Prohibetur etiam ne aliquis ad regnum aſpirans excitet mutuas ſeditiones ciuium, nemo meditetur interitus regum ſed defuncto in pace principe primates gentis cum ſacerdotibus ſucceſſorem regni conſilio communi conſtituant, [illegible] dum vnitatis concordia retinetur. nullum patriæ gentiſque diſſidium per vim atque ambitum moliatur. Hæc verò intellige ſi Rex moriens non habuerit filios ſucceſſores, alioquin idem Concilium ſtatuit can.16 vt Regia ſoboles & poſteritas ſuis non expolietur rebus, aut priuetur dignitatibus. nec inſidiæ aut machinamenta fraudulenter [illegible] s parentur, ſed tribuantur B præſidia, dilectioque firma & benigna defenſionis adminicula iuſta: quia dignum eſt, vt [illegible] uius regimine habemus ſecuritatem, eius poſteritati impertiamus quietem. Porrò de non inuadendo regno edictum eſt RECESVINTHI REGIS, quod inſertum can 12.Concilij TOLETANI VIII. cuius iam ſuperius partem allegauimus, ſicque addit: *Quemcumque per tumultuoſas plebes, aut per abſolutam dign[illegible] reipublica machinamenta, adeptum [illegible] conſtitit [illegible] gni faſtigia, mox idem cum omnibus tam n[illegible] arie ſibi conſentientibus, & anathema fiat, & [illegible] Chriſtianorum communionem amittat, tam dira percuſſionis vltione col[illegible] us, vt omnis diuini ordinis cultor, qui illi communicare præſumpſerit, ſimili cum ipſo dā-* C *natione diſpereat,& pœna tabeſcat. Nam ſiquis legibiliter ſeriem ex officio palatino maleuole detrahendo lacerare voluerit, aut euacuandam quandoque vel ſilenter mu[illegible] ſitans, vel apertè reſultans prologuis dete[illegible] existerit, cunctis palatinæ dignitatis cōſortiis & officijs mox vndatus, omnium rerum ſuarum dimidiam partem amittat,& in deputato ſibi loco redactus à totius palatij maneat ſocietate ſeclusus. Religioſus etiam quis ſe in hanc culpam deuoluerit, ſimili rerum proprietatis ſuæ diſpendio ſubiacebit.* Idem Concilium TOLETANVM X. ſub Martino I. Papa ſtatuit cano. 2 & TOLETANVM VII. cano.1. Porrò hæc confirmat Concilium OXONIENSE in An- D glia, cano. 1. illos excommunicationis ſententia feriens, qui regni pacem perturbare, & iura regis detinere contendunt. Vide loco memorato.

Receſuinthus Rex Gothorum atque Hiſpaniarum.

Concilium Toletanum 8.

Concilium Toletanum 10. ſub eodem Principe.

Concilium Toletanum 7.

Concilium Oxonienſe.

REFORMATIO.

De reformatione Monaſteriorum diximus in vocabulo, Monaſterium,&c. Vide & Viſitatio. &c.

RELIGIO.

Religio noua non introducenda, &c.] De Religionibus quidem ſatis copioſè diximus in vocabulo, Monachus Monaſterium, Monialis, & Canonicus,&c. Beneficium.&c & huiuſmodi. Porrò de non introducendis ſine authoritate Apoſtolicæ ſedis, Religionibus nouis plura extant E decreta patrum & præcipuè illud prohibuit Concilium LATERANENSE ſub Innocentio 3. cap. 13 *Ne nimia (ait) religionum diuerſitas grauem in Eccleſia Dei confuſionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero nouam religionem inueniat. [illegible] ed quicunque voluerit ad religionem conuerti vnam de approbatis aſſumat. Similiter qui voluerit religioſam domum fundare de nouo, regulam & inſtitutionem accipiat de religionibus approbatis. Illud etiam prohibemus, ne quis in diuerſis monaſteriis locum monachi habere præſumat, nec vnus Abbas pluribus monaſteriis præſidet.* Vt diximus in vocabulo, Abbas.&c Porrò Concilium LVGDVNENSE ſub Gregorio 10. omnes recenter fundatas religiones abrogauit, exceptis quatuor quæ ab Apoſtolica

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. patrum 1215.

Concilium Lugdunenſe ſub Gregorio 10.

ſede

Petrus Alliacenſis Dionyſius Faber Cæleſtinus.

ſede confirmatæ ſunt, vt teſtatur Platina in vita præfati Pontificis, & PETRVS ALLIACENSIS atque DIONYSIVS FABER, cap. 23. vitæ S. Cœleſtini 5. inſtitutoris noſtri.

RELIQVIAE SANCTORVM.

Reliquiæ ſanctorum venerandæ, & earum virtus atque mira[illegible], peruetuſto [illegible]. Nolim te ignorare, bone lector, tam in varijs locis de veneratione Reliquiarum ſanctarum, atque earumdem mira operatione nos egiſſe ſicut ex vocabulo, Imago, &c. deprehendes, nam in margine ſedulò præmouere curauimus. Denique de earumdem reliquiarum viſitatione egimus in vocabulo, Peregrinatio, &c. vt ſcias quod hic defuerit, in illis locis requirendum, nam rem eandem toties non cenſemus congruum repetere. Pergemus ergo cœpto more & ordine, per ſeriem, & ordinem ſucceſſionis Apoſtolorum oſtendentes iam ab initio coruſcantis Euangelij ſanctorum fuiſſe reliquias venerabiles.

Clementis libro 6. de conſtitutionibus Apoſtolicis. Epiphanius libro 1. ſecta 45. contra Seuerianos. Euſebius C[illegible]llus & Nicephorus atque [illegible] legunt & approbant. Genes. 50. 4 Regum 13. Exod. 13.

Vnde CLEMENS I, ſic lib. 6. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 30. ex Apoſtolorum traditione recenſet. *Igitur (ait) ſerum qui in Deo viuunt, nec reliquiæ ſine honore manent. Nam Heliſæus propheta poſt diſceſſionem e vita, mortuum quendam excitauit interfectum a Piratis Syriæ. Attigit enim corpus eius Heliſæi oſſa, atque excitatus vixit, quod factum non eſſet, niſi Heliſæi corpus ſanctum fuiſſet. Ioſeph complexus eſt Iacob poſt mortem, cum iaceret in lectulo. Et Moſes ac Ieſus Naue Ioſephi reliquias ſecum duxerunt, quod minime putauerunt piaculum, &c.*

Dionyſius Areopagita.

Et DIONYSIVS AREOPAGITA lib. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, parte 3. capitis 7. vbi de exequijs locutus eſt, ſubdit. *Peractis his, Pontifex condit in loculo digniſſimo cum aliis ſui ordinis corporibus ſacris. Si enim in anima & corpore vitam ſanctam, quod ſanctum eſt, duxit, honorabile erit cum ſancta anima, & quod ſacris ſudoribus cum illa decertauit corpus.* Idem cap 3. libri de diuinis nominibus, ad conuendum ſacrum corpus beatæ virginis Mariæ de longinquis partibus ſic cum alijs Apoſtolis veniſſe, meminit Huc & ABDIAS

Abdias Babylonius.

BABYLONIVS lib. 1. certaminis Apoſtolici, dum de Petri Apoſtoli martyrio loquitur, & cruci eum affixum dixit ſicut ex alijs autboribus probauimus in vocabulo, Petrus, conſequenter in Vaticano ſepultum dicit, & totius orbis veneratione celebrari, quod ex infinitis conſtat authoribus in memorato Vocabulo, & in vocabulo, Peregrinatio, &c. Denique PRESBYTERI

Presbyteri Achaiæ.

ACHAIAE in hiſtoria Martyrij S. Andreæ Apoſtoli, idemque Abdias lib. 3 ad locum vbi ſepultus eſt Apoſtolus Andreas, teſtantur miracula fieri, & eius veneranda oſſa fidelium deuotione frequentari. Idem Abdias lib. 5. certaminis Apoſtolici & confirmat SIMEON METAPHRASTES

Simeon Metaphraſtes.

in vita S. Ioannis Euangeliſtæ. Euſebius, atque Nicephorus aliique multi referunt, Ioannem Apoſtolum interrogaſſe quendam, qui ſanctæ Druſianæ corpus mortuum temerare tentauerat. *[illegible] tuum temerari[illegible]* ſic enim loquitur, *circa reliquias plenas veneratione [illegible] aliquem habere potuiſſet effectum. Ille autem ab ineunte ſe [illegible] eſt ſerpente prohibitum.* Denique referunt adhuc, quòd ex ſepultura Ioannis ſeu ſepulchro manna exiens apparuit cunctis. *Quam (aiunt) vſque hodie [illegible] locus ille, & fiunt virtutes per orationes eius frequentes. His ab omnibus infirmitatibus ægroti liberantur, & per[illegible] utur, [illegible] ſuarum quiſque conſequi[illegible] effectum.* Idem ABDIAS lib.

Abdias Babylonius.

6. memorat Regem Xerxem Apoſtolis beatis, Simoni, & Iudæ, magnificam conduxiſſe baſilicam, in qua Sarcophagum repoſuit corpora beatorum Apoſtolorum portantem ad cuius præſentiam plurimi beneficia conſequuntur, qui illuc credentes in Chriſtum meruerint peruenire. Narrat idem libro 8. Corpus beati Apoſtoli Bartholomæi cum hymnis & cum omni gloria ablatum & ſepultum. Idem lib 9. de Oſſibus Thomæ Apoſtoli narrat hoc modo. *Cum Meſdeus, qui Apoſtolum occiderat, filius correptus eſſet a dæmonio,*

Mira virtus reliquiarum.

nec quiſquam qui eum ſanaret poſſet reperiri, ſucceſſit huiuſmodi Meſdeo ſententia, vt diceret: Vadam, aperio ſepulchrum, & tollens [illegible] de corpore Apoſtoli ſuſpendam filio meo & curabitur. Aſcendebat igitur ſecundum cogitationes Meſdæus ad montem, & reuelauit ſe Thomas ei dicens. In viuentes non credidiſti, & in mortuos credis? Sed ne timeas, miſerebitur & tui Dominus Ieſus & exhibebit tibi [illegible] miſericordia ſua propter bonitatem ſuam. Veniens ibi aſcendit Meſdeus, reſerato ſepulchro oſſa inuenire non potuit, quia iampridem reliquias ſanctas [illegible] de fratribus rapuerant, & in vrbe Edeſſa ſepelierant. Ea tamen quæcunque Rex in ſepulchro reperit humi [illegible] ſtercoris ſupra quæ iacuerant reliquiæ Apoſtoli, auferens Meſdeus [illegible] alligat [illegible] ſuo [illegible] tibi [illegible] ſte nunc, quia recedit a me [illegible] qui hominum turbat affectus, ne ad te viſitandum ſumma [illegible] contendam. Itaque vbi ſuſpendit illa puero, ſtatim ſanatus eſt ex illa hora, & factum eſt gaudium magnum inter fratres, ſuper conuerſione Regis ad Regem cœleſtem Ieſum Chriſtum, &c.

Reliquias ſanctas [illegible] reliquiæ.

Idem adhuc lib. 10. loquens de reliquijs Philippi Apoſtoli: *In * ciuitate Hierapoli (ait) poſitum eſt ſanctum corpus eius, in cuius tumulo poſt aliquantos annos duæ ſacræ virgines filiæ eius dextra læuaque ſepultæ ſunt, vbi præſtantur beneficia, Deo orante Apoſtolo, omnibus qui credunt vnum Deum patrem, &c.*

** Hoc affirmat Gaius, [illegible] Euſebius lib. 3. Hiſtor. cap. [illegible].*

Similiter narrat AVRELIANVS LEMONICENSIS Epiſcopus poſt beatum Apoſtolum Martialem ad calcem vitæ eiuſdem Martialis.

Aurelianus Lemonicenſis Epiſcop.

Beatus (inquit) Alpinianus diſcipulus eius electiſſimus [illegible] accipiens ſudarium eius tangebat ex ipſo infirmorum corpora, & ad Chriſti inuocationem cunctos ſanitati reſtituebat, & cætera multa quæ ad ſancti viri reliquias narrat miracula contigiſſe. Porrò EVSEBIVS CAESARIENSIS lib. 4 c. 5 citat epiſtolam Presbyterorum Eccleſiæ Smyrnenſis ad Eccleſiã apud Philomelium conſtitutam, vbi ſic loquuntur PRESBYTERI ECCLESIAE SMYRNENSIS & alij fideles.

Euſebius Cæſarienſis.

Eccleſia Smyrnenſium.

[illegible] quidem corpus Polycarpi in medio poſitum exuſſit, & ita nos poſtmodum ambuſta oſſa pretioſiſſimis gemmis chariora, & omni auro probabiliora per ignem facta collegimus, & ſicut conueniebat ex more condidimus. quo in loco etiam nunc, præſtante domino, ſolennes agimus celebreſque conuentus, maximè quidem in die paſſionis eius, &c.

Oro hoc aduerte.

Et CORNELIVS I. epiſtola 1. de tranſlatione corporum Petri & Pauli, reliquias cum veneratione collectas ſæpiùs commemorat.

Cornelius I.

Sic quoque GREGORIVS NISS. oratione in ſanctum Theodorum Martyrem

Gregorius Niſſenus.

Quamobrem his artis operibus ſenſibus obnoxius oculos oblectantes, cupiunt loculo reliquias corporis partes admouere, etenim ipſo contactu ſanctimoniã credunt & charitatem excitari. Si quis autem pulueri in ipſa loculi ſuperficie, vbi corpus Martyris quieſcit, [illegible] præbeat, pro ingenti munere accipiunt, & terram tanquam rem pretioſiſſimam reponunt. Nam

Monachorum profeſſio,&c. Vide etiam infrà, Votum &c.

Profeſsio Papæ.] Poſui ſuperiùs.

Profeſsio Epiſcoporum.] Vide in vocabulo, Epiſcopus conſecrandus,&c Denique Concilium OXONIENSI in Anglia.can.1 *Quia iuxta ſacra Scriptura teſtimonium tota noſtra tenemur reddere Domino Deo noſtro,ſalubriter decernimus aduertendum,vt Epiſcopi formam ſuæ profeſsionis in ſua conſecratione prolatam, bis in anno coram ſe legi faciant diligenter,vt tanto melius profeſſionis ſuæ recordentur, quanto ſæpius eorum fuerit auribus inculcata.* Vide Epiſcopus.

Concilium Oxonienſe ſub Innocentio 3.

Pſalmo 21. 49 61 75.& 115.

Profeſsio Cardinalium.] Vide, Cardinalis,&c.

Profeſsio Sacerdotum & Clericorum.] Poſui vocabulo, Ordinandus,&c. Cui etiam addendum eſt quod & decreuit Concilium TOLETANVM II.can 10. vt ibidem inſertum reperies. Vide ſequenti pagina ex Auguſtino, Proprietas, &c.

Profeſsio Libertorum Eccleſiæ.] Vide, Liberius,&c.

Profeſsio Viduarum, &c] Vide ſuprà, Monialis, Vidua,&c

Profeſsio Virginum., Vide ſuprà, Monialis Virgo.

PROMISSVM.

Promiſſa ſoluenda] Concilium TOLETANVM IV.can.36.allegat Gratianus cauſa 12. q.2 c.Quicunque, *Quicunque Epiſcopi ſuffragio ex quolibet aliquid Eccleſiaſtica vtilitati prouiderint, & pro eo quodcunq; commodum in remunerationem promiſerint, promiſſi ſolutionem eos exoluere oportebit, ita vt ad prouinciale Concilium deductum, eorum conniuentia confirmetur. Quia (ſicut Paulus ait) dignus eſt operarius mercede ſua,&c.*

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

1.Timoth.5. Matth.10.

PROPHETA.

Prophetæ qui dicebantur antiquitus.] CLEMENS lib.8.Conſtit.Apoſtolic.cap.1.*Qui Prophetia (inquit,) munere vtuntur, non omnes ſancti, nec qui dæmones eiiciunt, prædití ſunt omnes pietate. Etenim Balaam filius Beor Vates cùm eſſet impius futura prædixit Item Caiphas qui falſi nominis Pontifex erat. Multa enim diabolus vna cum ſuis dæmonibus prædicit, nec tamen ideo vlla eſt illis pietatis ſcintilla. Iuſtitia enim ſunt oppreſſi propter voluntariam prauitatem. Perſpicuum eſt igitur impios, quamuis prophetarum officio fungantur, non deponere ob prophetiam ſuam impietatem, nec eos qui dæmones expellunt, ſanctitatem acquirere, eo quod illi cedunt, falluntur enim ſe mutuo (vt hi qui ludos riſus cauſa exercent) atque eos qui ipſis mentem adhibent ad interitum perducunt. Hæc diximus,non vt veras prophetias damnemus (ſcimus enim eas afflatu diuino intra ſanctos agitari) ſed vt glorioſorum audaciam comprimamus. Quare ſi inter nos quoque reperitur vir aut mulier, cui huiuſmodi gratia conceſſa ſit, humiles ſpiritus habeat, vt in eo ſit grata voluntas Dei. Ad quem enim (inquit) reſpiciã, niſi ad humilem, & quietum, & pauentem ſermones meos,&c.* Hæc fuſiùs AVGVSTINVS HIPPONENSIS lib 2. De diuerſis quæſtionibus ad Simplicianum,quæſt.1 ita ait. *Nihil eſt (inquit) homo habens prophetiam ſine charitate,ita fortaſſe quemadmodum poſſumus dicere,nihil eſſe hominem habẽtem animam ſine mente.Non quia poteſt inueniri homo,qui mentem non habeat habens animam. ſed quia nihil eſſe ſi inueniri poſſet.&c.*Et iterum multa ibidẽ proſequitur de differẽtia falſi prophetiæ & veri. Idem li.22.cõtra Fauſtũ Manichæũ,c.24.Vide ſi vacat.

Clemens 1.

Numeri 23.& 24. Ioann. 11.

Eſaye 66

Auguſtinus Hipponenſis.

PROPRIETAS.

Proprietas interdicitur monachis.]Poſui ſuperius in dictione, Monachus.&c vide.

Proprietas Clericis interdicitur.] Concilium AQVISGRANENSE I ſub Ludouico Pio Imperatore,c.112.profert authoritatem AVGVSTINI HIPPONENSIS in ſermone de moribus Clericorum,vbi ſic loquitur: *Nulli* (ait) *licet in ſocietate noſtra habere aliquid proprium, ſed ſi fortè aliqui habent,nulli licet & ſi habent,faciunt quod non licet.* Tum mentionem facit Ianuarij qui pecuniam aſſeruauit, quàm filiæ teſtamẽto relinquere diſponebat,quæ tamen iam monaſterio data erat. Cùm autẽ morti appropinquaret. Eccleſię pecuniam teſtamento reliquit, quam certè acceptare renuit Auguſtinus,tanquã indignũ eſſet,vt Presbyter ſocius ſecum manens, de Eccleſia viuens, cõmunem vitam profitentes teſtamẽtum faceret. *Teſtamentum* (inquit) *fecit,hæredem cõſtituit! O dolor illius ſocietatis! o fructus natus non de arbore,quam plantauit Dominus. ſed Eccleſiam ſcripſit hæredem! Nolo munera iſta,nõ amo amaritudinis fructum Ego illum Deo quærebam.ſocietatem profeſſus erat. hanc teneret, hanc exhiberet, nihil haberet. teſtamentum non faceret,habebat aliquid.&c* Idem adhuc in alio ſermone de vita & moribus Clericorum repetit, vt habetur,cap.113 eiuſdem Concilij. ex quibus colligitur, quòd priſcis temporibus Clerici profeſſionem faciebant,vnde ipſe loquitur Auguſtinus ibidem: *Clericus duas res profeſſus eſt,& ſanctitatem & clericatum,profeſſus eſt ſocietatem,profeſſus eſt commune viuendi ſocietatem,profeſſus eſt quam bonum & quam iocundum habitare fratres in vnum. Si ab hoc propoſito ceciderit,& extra manens clericus fuerit,dimidius cecidit,&c.* Vide reliquum in vocabulo, Votum,&c.& teſtamentum,&c

Concilium Aquiſgranen.1.

Profeſſio clericorum.

PROVINCIA.

Prouincia quæ dicatur.] Sæpiùs in decretis reperitur de iure prouinciarum conſeruando mandatum,vt diximus integrè in vocabulo, Metropolitanis ius ſeruetur,&c. Quæ debeat dici prouincia illic non diximus. Vnde ſic PELAGIVS II. epiſtola ad Epiſcopos qui Conſtantinopolim conuenerant, cap 2. * *Super Prouincia cauſa* (ait) *vnde ſedem Apoſtolicam dudum conſulere voluiſtis, videtur nobis ſufficienter tractatum a ſanctis prædeceſſoribus noſtris* (videbis loco præfixo) *Sed quia denuò noſtram mediocritatem de eadem re interrogare dignum duxiſtis, ſcitote certã prouinciam eſſe,quæ habet decem vel vndecim ciuitates,& vnum Regem,& totidem minores poteſtates ſub ſe, & vnum Epiſcopum,aliosque ſuffragatores decem,vel vndecim Epiſcopos iudices, ad quorum iudicium omnes cauſa Epiſcoporum,& reliquorum Sacerdotum. ac ciuitatum cauſe referantur.vt ab his omnibus iuſtè conſona voce diſcernantur. niſi ad maiorem authoritatem fuerit ab his qui iudicandi ſunt appellatum. Vnde non oportet vt degradetur,vel dehonoretur vnaquæque prouincia.ſed apud ſemetipſam habeat iudices Sacerdotes & Epiſcopos ſingulos, videlicet iuxta ordines ſuos. Et quicunque cauſam habuerit, à ſuis iudicibus iudicetur, & non alienis,id eſt,à ſuæ iuſtis iudicibus prouincia, & non ab externis,niſi (vt iam prælibatum eſt) a iudicatis fuerit appellatum.* * *Si vero in qualibet prouincia orta fuerint quæſtiones, & inter ipſius prouinciæ Epiſcopos diſcrepare cœperit ratio, atque inter ipſos diſſidentes non conueniat,ad maiorem tunc ſedem referantur. & ſi illic facile & iuſte non diſcernuntur, vbi fuerit Synodus regulariter congregata canonice & iuſte iudicentur. Maiores vero & difficiles quæſtiones*

Pelagius 2.

Hec Gratianus allegat cauſa 3 queſt.3.c. Scitote.

* Hec Gratianus citat diſt. 99 cap multis denuo,&c.

(vt ſancta

(vt ſancta Synodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit ad ſedem Apoſtolicam ſemper referatur. Vide Cauſa, Accuſatio, Appellatio, Epiſcoporũ accuſatio, &c. & huiuſmodi vocabula, vbi de cauſis agitur, & ſuprà, Metropolitano ius, &c.

Psallere.

Pſallendi diſciplina.] In multis iam vocabulis egimus de pſallendi diſciplina, quæ in choris Eccleſiarum adhuc hodiè obſeruatur, videlicet in vocabulo, Cantus, Canonicus, Horæ canonicæ, Hymnus, &c. & Officium diuinum, ex Concilio Turonico, & alijs, quæ non eſt fas repetere, cum facillimè poſſunt reuolui. Iam quippe diximus ex PHILONE IVDAEO libro De vita contemplatiua, quomodo monachi Alexandrini alternatim Pſalmos & Hymnos decantabãt, quod & ſuo tempore obſeruatum BASILEVS MAGNVS meminit epiſtola 63. *Conſuetudines (ait) obtinentes nunc in omnibus Eccleſijs concinnæ ſunt ac conſona. Ex nocte enim conſurgit apud nos populus ad domum orationis, & in labore, ac tribulatione, & aſſiduis lachrymis confitentes Deo, poſtremo ſurgentes ab orationibus ad pſalmodiam perueniunt. & nunc bifariam diuiſi alterna viciſſitudine inter ſe pſallunt: ſimul quidem meditationem eloquiorum inde corroborantes, ſimul autem & attentionem & cordis ab alijs rebus abalienatam intentionem ſibi ipſis parantes. Deinde vni permittentes auſpicari cantum, reliqui ſubſonant. & ſic in pſalmodia varietate noctem ſufferentes, precibus intermixtis. Die iam illuceſcente omnes in commune velut ex vno ore & vno corde confeſſionis Pſalmum proferũt Domino, propria ſibi ipſorum vnuſquiſq; verba Pœnitentiæ facientes.* Hinc etiam SIMEON METAPHRASTES in vita Theodoſij Cœnobiarchæ: *Quis* (inquit) *cum eas quæ hic fiunt, audierit hymnodias, non demulcetur quidem auribus, lætatur autem animo, corde que ... vehementer exilit, promptoq; & alacri animo labra mouet ad laudandũ eum, qui fecit, quod diuerſis quidem linguis, vna autem mente & ſententia, canãtur piè & religioſe. Quomodo enim in lyra, ea quæ fit viciſſim pulſatione, contemperatur diuerſitas vocum numero admirabilis, ita etiam hic quoq; diuerſis linguis, quidam varius ... valde concinnus cantatur hymnus, &c.* De diſciplina pſallendi BENEDICTVS CASSINENSIS cap. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. Regulæ ſuæ copioſiſſimè tractat, cuius non opus cenſemus referre verba, tum quòd prolixiora ſunt, tum etiam quòd ſufficienter in præfixis locis de hac materia diſſeruimus. Deniq; CONCILIVM GENERALE VI. can. 75. *Eos* (inquit) *qui in Eccleſijs ad pſallendum accedunt, volumus nec inordinatis vociferationibus vti, & naturam ad clamorem vrgere, nec aliquid eorum, quæ Eccleſiæ non conueniunt, ... apta non ſunt, adſciſcere: ſed cum magna attentione & compunctione pſalmodias Deo, qui eſt occultorum inſpector, offerre. Pios enim & ſanctos fore filios Iſrael ſacrum docuit oraculum.* Oro lege quæ ſuperiùs vocabulo, Cantor, dicta ſunt ex Concilio AQVISGRANENSE I. cap. 133. Concilium BRACARENSE I. cano. 30. *Placuit, vt extra Pſalmos canonicarum ſcripturarum noui & veteris Teſtamenti nihil poeticè compoſitum in Eccleſia pſallantur, ſicut & ſancti præcipiunt canones.* Eadem repetit Martinus Bracarenſis, cap. 67. ſui collectorij, vt alibi inſeruimus. Deniq; Cõcilium BASILEENSE generale ſeſſione 21. de diſciplina pſallendi tractans, & quam deuotè ſit diuinum officium perſoluendum: *Statuit ſancta Synodus, vt in cunctis cathedralibus ac collegiatis Eccleſijs, horis debitis ſignis congrua pulſatione præmiſſis, laudes diuina per ſingulas horas non curſim ... reuerenter ad tractim & cum pauſa decenti, præſertim in medio cuiuſlibet verſiculi Pſalmorum, debitam faciendo inter ſolenne ac feriale officium differentiam, reuerenter ab omnibus perſoluantur. Horas canonicas dicturi cum tunica talari ac ſuperpelliceis mundis vltra medias tibias longis, vel cappis iuxta temporum ac regionum diuerſitatem, Eccleſias ingrediantur, non caputia, ſed almucias vel birreta tenentes in capite, &c.* Verùm hæc omnia quæ proſequuntur lege, quia iam ea inſeruimus in vocabulo, Canonicus, &c. Ex Concilio Aquiſgranenſi I. cap. 124. vide quoq; in dictione, Clerici diuinis interſint officijs, &c. Eadem quoque renouat Concilium SENONENSE cap. 17. 18. 19. & 20 vbi præcipit, vbi horæ canonicæ maturè & cum diſtinctione & honeſtè in Eccleſia perſoluantur, ſine aliquo leuitatis & irreligioſitatis exemplo, & etiam præcedens Baſileenſe renouat decretum, & de tabula officiorum in choro ponenda, & de tempore ingreſſus in chorum, &c. Idem refricat Concilium COLONIENSE III. partis 2. cap. 8. & partis 3. cap. 5 & 6. Sed & Concilium AVGVSTENSE eadem præcipit c. 14. & Concilium MOGVNTINVM IV. c. 53 Similiter & Concilium TREVIRENSE II. can. 6. ex Auguſtino lib 8. Confeſſionum, c. 6 & 7. deque externo cultu modeſtè gerendo, qui interni manifeſtatio eſt, ex eodem libro tractat, & concludit: *Omnes qui horis canonicis perſoluendis deputati ſunt, dent operam, vt collectis animis, quo ad eius poteſt, debitum penſum abſoluant: nec ita ſe habeant, vt dum voce pſallunt, quiduis potiùs quam Deum animo cogitare videantur, ſemper cauentes, ne propheticum illud audiant: labijs quidem me honorant, cor autem eorum longè eſt a me. Statuimus proinde, vt laudes diuina per ſingulas horas non curſim ac feſtinantes, ſed tractim, ſeruatis interuallis decentibus ratione dierum feſtorum, ac profeſtis & intermedijs ſecernendorum habita, reuerenter & alacriter abſoluantur nequaquam ſublato in altum clamore, ne vel inſanire vel artem laſciuia geſtire potius videatur, quam feruore ſpiritus exultare, &c.* Tum præcipit, ne inania verba in templo miſceantur dum diuina celebrantur. Vide Eccleſia orationis, &c. Hæc quoq; omnia repetit Concilium TRIDENTINVM ſeſ. 24. quæ fuit 8. ſub Pio IV. cap. 12. 13. 14 decreti reformat. ſed iam in prænotatis vocabulis cuncta inſeruimus. Vide ergò, Cantor, Cantus, Hymnus, Horæ canonicæ, Canonicus, Officium diuinum, &c. quia multo plura ibi dicta & inſerta ſunt.

Pudicitia.

De pudicitia.] Egimus in dictione, Continentia, Cœlibatus, Caſtitas, Monialis virgo, & infrà in vocabulo, Votum, &c. Pudicitiam autem Chriſtianam TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de cultu fœminarum, ad calcem, ait: *Pudicitia Chriſtiana ſatis non eſt eſſe, verum & videri. Tanta enim debet eſſe plenitudo eius, vt emanet ab animo in habitum, & eructet a conſcientia in ſuperficiem vt ... foris inſpiciat quaſi ſupellectilem ſuam, vt continere ... fides continenda in perpetuum. Diſcutienda enim ſunt delitia, quarum mollitia & fluxa fides virtus effœminari poteſt.* Idem librum ſcripſit de pudicitia, vbi eam miris laudibus extollit, ſicq; exorditur: *Pudicitia flos morum, honor corporum, decor ſexuum integritas ſanguinis ... ac generis, funda-*

Philo Iudæus.
Baſilius Magnus epiſtola ad ... Eccleſiæ Neocæſarienſis.
Ora te hæc perpende
Simeon Metaphraſtes.
Benedictus Caſſinenſis.
Concilium generale 6 Conſtantinopolitanum 3.
Concilium Aquiſgranenſe ... Bracarenſe 1.
Martinus Bracarenſis.
Concilium Baſileenſe generale.
Concilium Senonenſe.
Concilium Colonienſe 3.
Concilium Auguſtenſe ... Moguntinum 4 Concilium Treuirenſe 2
Auguſtinus Hipponenſis.
Eſay 29. Matth. 15.
Concilium Tridentinum.
Tertullianus Carthaginenſis.

mētum ſanctitatis, præiudicium omnibus bonæ mentis, quamquam rara nec facile perfecta, vixq. perpetua: tamen aliquatenus in ſecula morabitur, ſi natura perſtruxerit, ſi diſciplina perſuaſerit, ſi cenſura compreſſerit, &c. De eadem CLEMENS ALEXANDRINVS libro ſecundo Stromatum, non longè à fine. Et CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro De diſciplina, & bono pudicitiæ, & iterum libro De habitu virginum. Et AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libris 3. De virginibus, & alij multi. Vide locis præfixis.

Clemens Alexandrinus.

Cyprianus Carthaginenſ.

Ambroſius Mediolanenſ.

PVRGATORIVM.

A

Purgatorius ignis ſeu locus defenditur.] Iam (bone Lector) in vocabulo, Defunctus, &c. ducentis, vt credo, teſtimonijs Patrum ab Apoſtolorum tempore vſque ad præſentem horam, probauimus iuſtè defunctis ſuffragia & Miſſarum ſacrificia impendi, quod nihil aliud innuit, niſi eſſe locum purgatorij vbi animæ defunctorum detineantur vſque ad ſatisfactionem debiti, quas oſtendimus ex Apoſtolica traditione viuorum poſſe ſuffragijs ſubleuari, ſicut manifeſtè Ioannes Chryſoſtomus docet, vt ibidem leges. Nunc autem reſtat tantùm demonſtrare locum eſſe & ignem purgatorium. Hoc ex Euangelica hiſtoria pluribus in locis comprobatur, potiſſimè vbi Chriſtus loquitur: *Si quis blaſphemauerit contra Spiritum ſanctum non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro.* Et alibi: *Eſto conſentiens aduerſario tuo citò dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exies inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem, &c.* Et Ioannes in Apocalypſi: *Nemo poterat neque in cælo, neque in terra, neque ſubtus terram aperire librum, &c.* Et Paulus Apoſtolus: *Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, &c.* Idem: *Si cuius opus manſerit quod ſuperædificauit, mercedē accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur: ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignē, &c.* Plura alia ſunt teſtimonia in veteri & nouo Teſtamento confirmantia purgatorium, quę IOANNES COCLÆVS in tractatu de purgatorio 24. enumerat, quæ breuitati conſulentes omittimus. Illa autem quæ protulimus, purgatorium locum prædicare ſatis Patrum ſequentium ſententijs manifeſtum relinquetur. Sic quippe loquitur ORIGENES ADAMANTIVS in Numeros homilia 25. *Tempus (inquit) belli nobis eſt in hoc mundo, pugna adhuc ſiue Madianitis eſt, ſiue aduerſum vitia carnis noſtræ, ſiue aduerſum contrarias poteſtates. Spectat nos Angelicus chorus, & virtutum cæleſtium pia erga nos pendet expectatio, quando, vel quomodo de hoc prælio reuertamur, quid vnuſquiſque noſtrum manubiarum reportet, & intuentur curioſius ac ſolicitius perſcrutantur, quis noſtrum auri hinc amplius ferat, quis etiam argenti illius pondus exhibeat, quiſve lapides deſerat pretioſos. Requirunt etiam ſi quis æs deferat, aut ferrum, aut plumbum, ſed & vas ligneum, ſi forte aliquis afferat, aut fictile, aut aliud huiuſmodi magnæ domus vſibus neceſſarium. Requiritur ergo diligenter cum abierimus illuc, quid vnuſquiſque noſtrum deferat, & ſecundum ea quæ detulerit, ſecundum quod labor eius pro contēplatione ex omnibus probatur, etiam manſionis & meritum præparabitur. Probantur tamen omnia hæc, quæ per ignem, per ignem, quæ per aquam, per aquam. Vnuſcuiuſque enim opus quale ſit ignis probabit, vt intelligas in perſona ſanctorum hunc*

Homilia 60. ad populum Antiochenum.

Matth. 12.
Matth. 5.

Apocalyp. 5.

Philippen. 2.
1. Corinth. 3.

Ioannes Coclæus.

Origenes Adamantius.

Vide quàm eleganter ad purgatorium ignē referat verba præmiſſa Apoſtoli.

B

C

D

E

verſum poſſe dici: Tranſiuimus per ignem & aquam. & eduxiſti nos in refrigerium, &c. Vides ergo (ait) quomodo purificatione indiget omnis qui exierit de prælio vitæ huius, &c. Idem apertius homilia in Exodum 6. *Triplex (inquit) bene agendi via eſt, cum vel opere, vel cogitatione, vel verbo boni aliquid agitur. Hoc enim ſignificat & Apoſtolus, cum dicit: Qui autem ædificat ſupra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretioſos, triplicem bonorū indicans viam, & ſubiungit nihilominus triplicem etiam malorum, cùm dicit: Ligna, fœnum, ſtipulam.* Et ſubdit. *Idcirco qui ſaluus fit per ignem ſaluus fit, vt ſi quid fortè de ſpecie plumbi habuerit admixtum, id ignis decoquat & reſoluat, vt efficiantur omnes aurum bonum: quia aurum terræ illius bonum eſſe dicitur, quam habituri ſunt ſancti. Et ſicut fornax probat aurum, ſic homines iuſtos tentatio. Veniendum eſt ergò omnibus ad ignem, veniendum eſt ad conflatorium. Sedet enim Dominus, & conflat & purgat filios Iuda. Sed & illud conuenitur, ſi quis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit: Illud parum tanquam plumbum igne perſoluitur ac purgatur, & totum remanet aurum purum. Et ſi quis plus illuc plumbi detulerit, plus exuritur vt amplius decoquatur, vt & ſi parum aliquid ſit auri purgatum tandem reſideat. Quod ſi aliquis illuc totus plumbeus venerit, fiet de illo hoc quod ſcriptum eſt, Demergetur in profundum tanquam plumbum in aqua validiſſima, &c.* Eadem repetit in homilia octaua, in Leuiticum & homilia duodecima in Hieremiam, ne rem eandem toties repetere fas ſit. Idem libro octauo in Epiſtolam ad Romanos, capite vndecimo. *Verum hæc ipſa purgatio, quæ per pœnam ignis adhibetur, quantis temporibus, quantiſve ſeculis de peccatoribus exigat cruciatus, ſolus ſcire poteſt ille, cui Pater omne iudiciū tradidit.* Vide & loco præfixo, Defunctos, &c. Et DIONYSIVS AREOPAGITA, TERTVLLIANO libro ſecundo, ad vxorem, & ex CYPRIANO CARTHAGINENSI qui Miſſam celebrauit pro defunctis, vt ibidem dicitur, & qui libro ſeu ſermone De eleemoſyna manifeſtè purgatorium aſtruit. *Quam neceſſaria eſt (inquit) quam benigna diuina clementia, quæ cum ſciat non deeſſe ſanatis quædam poſtmodum vulnera, dedit curandis ſanandiſque denuo remedia ſalutaria, ſcilicet ſuffragia, &c.* Et GREGORIVS NISSENVS oratione, non eſſe dolendum ob eorum obitum, qui in fide deceſſerunt, &c. *Si quo impetus perturbationum duxerit (ait) beſtiarumque pellem ad vitia miniſtram & adiutricem habebit, aliud ei deinde ineundum erit conſilium, vt ad bonum perueniat, cùm e corpore egreſſus, cognita quæ inter virtutem & vitium eſt differentia, non poterit diuinitatis particeps fieri, niſi maculas animo immixtas purgatorius ignis abſtulerit.* Et infrà: *Alijs autem poſt hanc vitam purgatorio igne materiæ labes, & propenſionem ad malum abſtergentibus, & ad gratiam initio naturæ conceſſam voluntaria bonorum cupiditate redeuntibus, &c.* GREGORIVS NAZIANZENVS oratione prima ad Nazianzenſes, qui ipſum ſub initio vocauerant, ſed poſtquam venerat nuſquam comparebant, &c. *Vos (inquit) pauca verbis, multa verò operibus pie agite, ac potius leges obſeruetis, quam vt legiſlatorem admirationi habeatis, quo amorem veſtrum erga illum oſtendatis, fugite prauitatem, ſequimini virtutem, ſpiritu ſitis feruentes in ſpiritu verò conuenientes. Inde cognitionem pertrahentes, ex hiſque fundamentum fidei ſtruentes, non ex lignis aut ferro, nec ex ſtipulis materia fragili, & facilè peritura, quoniam igne noſtra iudicabuntur, & purgabuntur ſed ex auro, argento, la-*

Pſal. 65.

Triplex bene agendi via.

1. Corinth. 3.

Exod. 15.

Quid opertius?

Dionyſius Areopagita c. 7. Eccleſ. Hierar.
Tertullianus
Carthaginenſ.
Cyprianus
Carthaginenſ.

Gregorius Niſſenus.

Gregorius Nazianzenus.

Ambroſius Mediolanenſis.

pidibus pretioſis, & his qui ſtabilia ſunt & duratura, &c. Hinc etiam loquitur AMBROSIVS MEDIOLANENSIS hæc eadem Apoſtoli verba exponens: *Sic tamen ſaluus erit quaſi per ignem, &c. Ideo autem dixit* (inquit) *ſic tamen quaſi per ignem, vt ſalus hæc non ſine pœna ſit, quia non dixit, ſaluus erit per ignem, vt merito ſuo ab igni non combuſtus, ſaluus fiat examinatus per ignem, ſed cum dicit, ſic tamen quaſi per ignem, oſtendit ſaluum illum quidem futurum, ſed pœnas ignis paſſurum, vt per ignem purgatus fiat ſaluus, vt non ſicut perfidi æterno igne in perpetuum torqueatur, vt ex aliqua parte operæpretium ſit credidiſſe in Chriſtum, &c.* Idem exponens Pſalmum trigeſimum ſextum, exponens illud:

Pſal. 65.

Framea peccatorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur, &c. Igne (inquit) *purgabuntur filij Leui, ſed & ſi per ignem examinabuntur, dicent tamen, tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. Alij in igne remanebunt, alios rorabit ignis, vt Hebræis pueris, qui incendio fornacis ardentis obiecti ſunt: miniſtros autem impietatis vltor ignis exuret. Væ mihi ſi opus meum arſerit, & laboris huius patiar detrimentum. Et ſi ſaluos faciet Dominus ſeruos ſuos, ſalui erimus per fidem: ſic tamen ſalui, quaſi per ignem. Et ſi non exuremur, tamen vremur. Quomodo tamen alij remaneant in igne, alij pertranſeant alio loco, nos doceat Scriptura diuina. Nempe in mare rubrum deuerſus eſt populus Ægyptiorum, &c.* Vide reſiduum. Idem libro tertio Officiorum, capite decimo quarto, ignis purificationis meminit, exponens illud ſecundo Machabæorum primo. *Cum in Perſidem ducerentur Patres noſtri, &c.* Denique IOANNES CHRYSOSTOMVS qui homilia ſexageſima nona, ad populum Antiochenum dicit: *Non temerè ab Apoſtolis* (ait) *hæc ſancita fuerunt, vt in tremendis myſterijs defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam, &c.* Vt alibi expoſuimus. Ille, inquam, Chryſoſtomus purgatorij ignis meminit homilia vigeſima tertia in Geneſim, dum ſolam virtutem ab illo igne & tormento dicit eripere poſſe. Vide in locis præſignatis. Et AVRELIVS PRVDENTIVS in opere Cathemerinon, hymno in exequijs defunctorum, qui incipit:

Ioannes Chryſoſtomus.

Aurelius Prudentius.

Deus igneæ fons animarum,
Duo qui ſocians elementa
Viuum ſimul ac moribundum
Hominem Pater effigiaſti, &c.

Ibidem expreſsè commendationem animarum, quæ in purgatorio exiſtunt, aſſumit. Sed & NICEPHORVS CALLISTVS libro duodecimo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite quadrageſimo ſexto. Et SOZOMENVS SALAMINIVS libro ſeptimo, capite vigeſimoſexto, referunt Epiphanium Cypri multa edidiſſe miracula. & inter cætera narrant, quòd illi tranſeunti cùm oblatus fuiſſet mendicus, qui dicebatur mortuus, illi requiem imprecatus eſt. Oro lege hiſtoriam, quia pulchra eſt. Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro vigeſimo primo, De ciuitate Dei, capite vigeſimo ſexto. *Ignis* (inquit) *purgatorij probat dexteros, in æternum verò ignem ſoli ſiniſtri nouiſſima & perpetua damnatione mittentur, &c.* Idem paulò inferà: *Illud dictum Apoſtoli, ipſe ſaluus erit quaſi per ignem, poteſt intelligi de præſenti tribulatione, vel de corporali morte, vel pœna purgatorij, vel perſecutione Antichriſti, &c.* Idem libro De verbis Apoſtoli, ſermone decimoſeptimo, & allegat Petrus Lombardus libro quarto ſententiarum, diſtinctione quadrageſimaquinta. *Habet Eccleſiaſtica diſciplina* (ait) *quod fideles nouerunt, cum Martyres eo loco recitantur ad altare Dei, vbi non pro ipſis oretur, pro cæteris autem commemoratis defunctis oretur.* Idem ſermone decimoquarto, de ſanctis, tomo 10. *Per ignem purgatorij* (ait) *non capitalia, ſed minuta peccata purgantur, capitalia peccata ſunt ſacrilegium, homicidium furtum, &c. Quicunque ex illis peccatis in ſe dominari agnouerit, niſi dignè ſe emendauerit, &, ſi habuerit ſpatium, longo tempore pœnitentiam egerit, & largas eleemoſynas erogauerit, & à peccatis ipſis ſe abſtinuerit, illo tranſitorio igne purgatorij purgari non poterit, ſed æterna illum flamma ſine vllo remedio cruciabit. Quæ autem ſunt minuta peccata, licet omnibus nota ſint, &c.* Lege etiam librum eius de cura pro mortuis agenda, &c. Denique ATHANASIVS ALEXANDRINVS 43. quæſtione de purgandis animabus quærit: Num ſentiunt aliqua beneficia peccatorum animæ, cùm ſuper illis fiunt conuentus, & peractiones bonorum operum & oblationum: Cui quæſtioni reſpondet, quòd ſi non aliquo beneficio participarent, ex illo non vtique in cura & exequijs fieret commemoratio, &c. Et THEOPHILACTVS BVLGARIAE in caput duodecimum Lucæ, exponẽs illud: *Timete eum qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam, &c. Videt enim* (ait) *quod non dixit, metuatis eum qui poſtquam occiderit, mittit in gehennam, ſed habentem poteſtatem mittẽdi. Non enim ſemper qui moriuntur peccatores, mittuntur in gehennam, ſed ſunt in poteſtate Dei, vt etiam dimitti poſſint. Hoc autem dico propter oblationes & diſtributiones quæ fiunt pro defunctis, quæ non parum conducunt, etiam his qui in grauibus peccatis mortui ſunt, &c.* Et EPHREM DIACONVS in teſtamento ſuo: *Ego* (inquit) *Ephrem morior. Notum igitur vobis ſit omnibus, ò viri Edeſſeni, teſtamentum enim vobis relinquo monumenti, ſymbolum doctrinæ veritatis, ex ea quæ mihi gratia & dono impartita fuit, vt in orationibus mei memoriam faciatis, ſcientes & cognoſcentes me. Hei mihi quod laquei mortis præuenerunt me.* Et infrà: *Et nunc volens fratres mei admonere vos & firmiter ſtabilire, vt poſt tranſitum meum aſſiduè in veſtris orationibus mei memoriam faciatis.* Hoc iterum ſemel repetit. Porrò purgatorium eſſe GREGORIVS I. nõ in vno loco, ſed pluribus aſſeuerat, & potiſſimè libro quarto, capite vigeſimo quarto, Dialogorum. & 25. Et eodem libro capite trigeſimo nono, vbi ex ſcripturis probat purgatorium eſſe, & ſpecialiter profert authoritatem Apoſtoli Pauli 1. Corinth 3. quam ſuperiùs multoties memorauimus. Idem in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales expoſitione in Pſalm. 3. *Domine ne in furore tuo arguas me, &c. Quaſi dicat,* (ait *ſcio futurum eſſe vt poſt huius vitæ exitum alij flammis expientur purgatorijs, alij ſententiam æternæ ſubeãt damnationis. Sed quia illum tranſitorium ignem omni tribulatione æſtimo præſenti intollerabiliorem, non ſolùm in furore æternæ damnationis opto non argui, ſed etiam in ira tranſeuntis timeo correptionis purgari, &c.* Idẽ in 1. librum Regum, capite 2. exponens illud: *Vt offerat nummum argenteum & tortam panis, &c. Nam qui perfectionem bonæ voluntatis habuerunt in confeſſionem peccati, poſt mortem purgatoria pœna peccati ad vitam tranſeunt, ſi ad delenda peccata ſufficientem vim amoris nequaquam habuerunt, &c.* Et BEDA VENERABILIS libro quarto Hiſtoriæ Anglicanæ, capite vigeſimoſecundo, Miſſam pro defunctis celebratam meminit, & per eius merita à pœnis fuiſſe abſolutos. Idem libro

Nicephorus Calliſtus.

Sozomenus Salaminius.

Auguſtinus Hipponenſis.

Athanaſius Alexandrinus.

Theophylactus Bulgarenſis, &c.

Oro attende.

Effrem Diaconus hoc teſtamentum latinitate donatum eſt à Iulio Clemente canonico, &c.

Gregorius 1.

Beda Venerabilis.

ſ.c 13.refert Vilbrod beatū deductū fuiſſe in ſpiritu in locū flāmiuomū,& a Angelis [illegible] Qui [illegible] fuiſſe: *Vallis illa,quam aſpexiſti flāmis* [illegible] *ruentibus & frigoribus horrendam rigidis ipſe eſt locus, in quo examinanda & caſtiganda ſunt animæ illorū,qui differentes emendare ſcelera quæ fecerunt, in ipſo tamen mortis articulo ad pœnitentiā confugiunt,& ſic de corpore exeunt, qui tamen quia confeſſionem & pœnitentiā vel in morte habuerunt, omnes in die iudicij ad regnum cœlorum peruenient. Multos autem preces viuentium, & eleemoſynæ,& ieiunia,& maxime celebratio Miſſarum, vt etiam ante diem iudicij liberentur, adiuuāt,* &c. Porrò BERNARDVS CLAREVALLENSIS ſermone 66. in cantica, contra eos diſputat, qui purgatorium ignem eſſe negabant.

Bernardus Clareuallenſis.

Non credunt (inquit) *ignem purgatorium reſtare poſt mortem, ſed ſtatim animam ſolutam a corpore, vel ad requiem tranſire, vel ad damnationem. Quærant ergò ab eo qui dixit, quoddam peccatum eſſe, quod neque in hoc ſeculo, neque in futuro remitteretur, cur hoc dixerit, ſi nulla manet in futuro remiſſio purgatiove peccati?*

Eadem adhuc ſentiunt Caluiniſtæ.

Matth. 12.

Idem ad calcem vitæ S. Malachiæ Epiſcopi,&c. *De reliquo,fratres,dico vobis,ſi ſequeremini veſtigia eius,non tam facile in vanis cogitationibus,* [illegible] *otioſis ſermonibus in iocis & ſcurrilitatibus laberemini: quia in his multum perditis & de vita veſtra,& de tēpore veſtro. Volat irreuocabile tēpus,& dum creditis vos cauere iſtam pœnā minimam incurretis ampliorem. Illud enim ſcitote,quia poſt hanc vitam in purgabilibus locis centupliciter quæ fuerint hic neglecta,redduntur vſque ad nouiſſimum quadrantem,*&c.

C

Huc vſque proceſſimus per ſanctorum Patrum ſemitas gradientes Et tamen in Græcorum Eccleſia multis fuit annis Purgatorium denegatum, vt veteres tradunt hiſtoriæ: cùmque cum Latina Eccleſia in hoc non conueniret,tandem conuenientibus Imperatore Conſtantinopolitano, & Patriarcha eiuſdem vrbis in vrbem Ferrariam, præſidente cum Occidentalibus Epiſcopis Concilio Eugenio 4 ſummo Pontifice, ſic tandem propoſitum eſt negotium in eodem Concilio FERRARIENSI,poſteà FLORENTINO.

Concilium Florentinum generale [illegible] Eugenio 4 primum [illegible] Ferrariæ.

D

Sic autem Patres Latini ſeu Occidentales,Orientalibus Patribus propoſuerunt: *Nos ignem Patres ampliſſimi, in hoc mundo credimus eſſe, quo quidem animæ peccatis leuioribus,vel* (*vt vulgò dicitur*) *venialibus obnoxiæ, coadiuuante Eccleſia, Sacerdotum precibus. Miſſis & eleemoſynis expiantur. Nam ſanctorum & iuſtorum animas in cœlo eſſe,ac Trinitati aſſiſtere,* [illegible] *iam denique fœlicitatem conſecutas eſſe, nemo dubitat Animas verò eorum,qui ſine pœnitudine mortem obierint in inferno vna cum Iuda pœnas æternas luere profitemur. Ita vt tria mortuorum loca ſimpliciter ſint Vnus quidem ſanctorum,quod cœlum creditur eſſe. Alter delinquentium,qui ſunt inferi Qui verò confeſſi,ſacratiſſimum corpus Chriſti, abſque tamen pœna prauia ſatisfactione, ſumunt, continuòque moriuntur, hi dubio procul in ſupradicto igne, quod purgatorium appellari ſolet,purgantur. De quo quidem igne Paulus ad Corinthios ſcribit: Vnuſquiſque opus quale ſit,ignis probabit. Ipſe tamen ſaluabitur, ſic tamen quaſi per ignem,*&c.

Confeſſio purgatorij [illegible] a [illegible] bus Orientalibus propoſita [illegible] Occidentalibus.

E

1. Corinth. 3.

Ad hanc confeſſionem Græci quidem non ſubitò commoti ſunt,alium verborum Pauli intellectum prætendentes. Sed ſeſſione 7. eiuſdem Concilij, Beſſarione Nicenn Archiepiſcopo procurante, de purgatorio quæſtione mota Romanæ Eccleſiæ iudicio ſe ſubmiſerunt In primis autem Ioſephus Conſtantinopolitanus Patriarcha morte ſubita præuentus,inuentus eſt, dum illum mors inuaſit, dictare profeſſionem conformem Romanæ Eccleſiæ,de purgatorio,& de animabus ſanctorum, de azimo & fermentato, de tranſubſtantiatione, & primatu ſedis Romanæ, & concluſio facta eſt ab vtriuſque partis Patribus, quòd Romana fides præualeret & certior eſſet, vt liquet ex literis EVGENII IV quæ datæ ſunt ad calcem præfati Concilij Florentini in ſauorem talis & tam à concupitæ vnionis,quibus literis fidem purgatorij exprimit,ſicut iam in præcedenti propoſitione Patrum expreſſum eſt. Subiunguntur autem omnium Patrum nomina, qui huic fidei ſubſcripſerunt.

Acquieſcunt Græci [illegible] Catholicæ de Igne Purgatorij.

Eugenius 4.

Huic quoque decreto ſubſcripſit longè poſt PETRVS MARONITARVM Patriarcha ex monaſterio Camibim in mōte Libano, Epiſtola directa ad generalem Synodum LATERANENSEM ſub Iulio II. & poſt ſub Leone X. quæ ibidem lecta eſt ſeſſione vndecima, & ſic habet: *Confitemur* (inquit) *quòd Chriſtianus,qui in hac vita ſufficientem de ſuis delictis pœnitentiam non egit, ea fructus ad quendam diuina permittente iuſtitia,ducatur locum, qui purgatorium dicitur,vt ibidem quouſque dignior ſit in cœlum aſcendere,maneat.*

Petrus Maronitarum Patriarcha.

B

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

De purgatorij igne & precibus fundendis pro defunctis,Concilium SENONENSE contra Lutheri Commenta tractat Decreto 12. vbi Lutherum ex Mahometicæ legis authoritate ſuum dogma hauſiſſe conuincit: *Lutherus* (ait) *dum ſimul in culpa ſemper omnem cuiuſuis temporalis pœna reatum aboleri contendit, purgatorium tollit. & quo laicos grauius in clericorum odium exciperet, ſacrificia, oblationes, & omnes id genus pro defunctis orationes,recens eſſe ſacerdotum comētum impudenter aſſeuerat. Prouidit enim verſutus artifex, nihil eſſe quod effrenis plebecula poſſit eſſe iucundius, quam ſi facillima prorſus in cœlum prædicetur via,ſi omnis acerba illum purgatorio pœna decutiatur metus,ſi quid habeat, quod aliquo tandem prætextu Sacerdotibus impingat. Ne igitur incautus fortè quiſpiam, vafris huiuſmodi blanditijs pellectus,errorum ſcopulis illidatur, ſacro approbante prouinciali Concilio firmiter tenendum decreuimus, culpa per Pœnitentiam abolita frequenter ſupereſſe temporalis pœna reatum, velut ſuperſtites quaſdam peccati reliquias,quæ per dignos pœnitentiæ fructus veniant expiandæ: adeò vt iniquitate & culpa peccati dimiſſa, peccator adhuc pœna temporali ſit obnoxius. Hinc murmurāti aduerſus Dominum Iſraelitica plebi,inde Dauid dimiſſam primum adulterij noxam.ſcriptura commemorat, pro qua tamen ſubinde pœna temporalis irrogata eſt. Superabundans quidem atque exuberans eſt Chriſti ſatisfactio, cuius plenitudinem aſſequimur, dum ſicut ſemel tantùm mortuus eſt,ita ſemel illo conſepelimur per baptiſmum. Peccata verò,quæ poſt baptiſmum commiſſa fuerunt,pœnitentia quidem expiantur, ſed quo morienti Chriſto non ſemper configuret. Cùm autem huiuſmodi pœna temporalis, aut venialis tantùm peccati reus,repentè nonnunquam intereat,de omni verbo etiam otioſo rationem redditurus,nec illi pateat aditus in cœleſtem illam Ieruſalem, in quā nihil intrat coinquinatum. nec item gehennæ ſubiaceat, quippe qui gratiæ ſit particeps,ac pœnæ temporalis tantùm debitor ſit,vt primum purgetur ex his quæ geſſit in corpore, ſaluus tandem aliquando futurus, ſic tamē quaſi per ignem de ſua ſemper interim ſalute, ex remanentibus in eo fide,ſpe & charitate, ſecurus. Neque enim ex eorum eſt numero,quorum blaſphemia non remittetur, neq; in hoc ſeculo,neq; in futuro,quorum ſuperbia aſcendit. ſed eorum potius,qui ſub terra Deo laudem acclamantes facit Apocal. ſibi her commemorat. Sancta igitur* [illegible] *ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare,vt à peccatis ſoluantur,*&c. Porrò Concilium

Concilium Senonenſe.

Lutherus Mahometicæ legis ſectator.

Matth. 3. Luca 3. [illegible] Rom. [illegible] Numer. 14. 2. Reg. 12.

Matth. 12. Apocal 21. 1. Corinth. 3.

Matth. 12. Mal 7. Ap[illegible] 2. Machab. 12.

Concilium Moguntinū 4.

cilium MOGVNTINVM IV. poſtquam de ſuffragijs defunctis perſoluēdis tractauit, vt ſuo loco diximus, tādem cap. 46. ita de purgatorio tractat: *Eſt autem coſentiens Eccleſiæ doctrina, multarum ſcripturarum collatione, & euidenti ratione firmata, talem eſſe quendam medium decedentiū ſtatum, qui non mox vt carnem hanc exuerit, aut æternis cruciatibus tradūtur, aut ad beata illa ſanctorum conſortia admittātur: in quos moderata & mixta clementia ſeueritate vindicat ad tempus is, qui & miſericordiæ ſuæ, & tormentorum modum, & menſuram nouit. Alioquin, cum ex his qui peccauerunt, & per pœnitentiam ſanantur, alij multas in hac vita aduerſitates, alij aut paruas aut nullas experiātur. Et cum multi in hac vita migrent a lethalibus quidem criminibus immunes, leuioribus tamē, alius alio magis implicatus: quorum tamen nemo, ſiue ob plura, ſiue pauciora hæc delicta quotidiana damnationem æternam ſuſtinebit: non facile modus inueniri poſſet, quemado Deus qui eſt in omnibus & erga omnes iuſtiſſimus non iniuſtus videretur, ſi non poſt hanc vitam per temporales, & non æternas pœnas, omnium cōpenſatio expectaretur, &c.* Hanc doctrinam etiam confirmat Concilium TRIDENTINVM ſeſſ. 25. quæ fuit 9. ſub Pio IV. & præcipit omnibus Chriſti fidelibus, vt hanc fidem teneāt, & publicè hanc populis publicare Epiſcopis imperat, præcipiens, vt curam gerant, quatenus fidelium viuorum ſuffragia, Miſſarum ſacrificia, orationes, eleemoſynæ, aliáq; pietatis opera, quæ pro fidelibus defunctis ſecundum Eccleſię ſtatuta fieri conſueuerunt, piè & deuotè obſeruentur: & vt quæ pro illis ex teſtatorum fundationibus, vel alia ratione debētur, non perfunctoriè, ſed à Sacerdotibus & Eccleſiæ miniſtris, & alijs qui hoc præſtare tenentur, diligenter & accuratè perſoluantur. Hanc doctrinam etiam de purgatorio & ſuffragijs defunctorum approbat FACVLTAS LOVANIENSIS art. 16. & art. 10. *Firmiter* (ait) *credendum eſt poſt hanc vitam purgatorium eſſe, vbi animæ purgātur & ſoluitur pœna delicti, quibus ſubuenitur per oblationem ſacrificij altaris, per orationem, ieiunium, & eleemoſynam, & alia pia opera viuorū, & indulgētiarum largitionem, vt citius a pœnarum acerbitate liberētur.* Et ſubdit art. 31. *Quæ defunctorum animæ poſtquā fuerint purgatæ, in cœlo cū Chriſto regnare credendæ ſunt, ſicut impiorum animæ poſt mortem perpetuis tormentis addicuntur.* Et FACVLTAS PARISIENSIS ſub Franciſco I. art. 17. *Firmiter credendum eſt, & nullatenus dubitandum purgatorium eſſe, in quo animæ detentæ oratione, ieiunio, eleemoſyna, alijſq; bonis operibus iuuantur, vt citius liberentur a pœnis, &c.* Hæc igitur dicta ſint de purgatorij igne: plura quidē diximus in prænominato vocab. Defunctus, &c. nec nō in vocab. Indulgētię, &c. ſiquidē tenēt Patres indulgentias etiā illis qui in purgatorio ſunt proficere.

Tridentinum Concilium generale nouiſſimum.

Facultas Louanienſis.

Facultas Pariſienſis.

PVRGATIO CANONICA.

Purgatio Clericorum canonica.] Lege ſuperiùs vocabulum, Clerici criminoſi. De hac purgatione ſic Concilium AGATHENSE in decreto, quod citat Gratianus cauſa 2. q. 4. & Iuo Carnoten lib. 5. *Si quis Presbyter vita ſua negligens, prauis exemplis mala de ſe ſuſpicari permiſerit, & populus ab Epiſcopo iuramento, ſeu banno Chriſtianitatis conſtrictus infamiam eius patefecit, & certi accuſatores criminis eius defuerint, admoneatur primò ſecretò ab Epiſcopo, deinde ſub duobus vel tribus teſtibus. Si non emendauerit, in conuentu Presbyterorum Epiſcopus eū publica increpatione admoneat. Si vero neq; ſic correxerit, ab officio ſuo ſuſpendatur, ad dignam ſatisfactionē, ne populus in eo ſcandalū patiatur. Si verò accuſatores legitimi non fuerint, qui eius crimina manifeſtis indicijs probare conuincantur, tunc ipſe cum ſacris ſeptem ordinis ſui ab crimine ſeipſum expurget. Diaconus vero ſi de crimine accuſatus fuerit, ſemetipſum cū tribus expurget.* Eadē repetit Cōcilium ILERDENSE, vt ib dē allegat Gratianus cauſa 2. q. 4. & Iuo lib. 5. *Si quis Presbyter à plebe ſibi cōmiſſa mala opinione infamatus fuerit, & Epiſcopus legitimis teſtibus approbare non potuerit, ſuſpendatur Presbyter uſque ad dignam ſatisfactionem, ne populus fidelium in eo ſcādalum patiatur. Digna enim ſatisfactio eſt, ſi eis, a quibus reus creditur, poſt rectam ſecuritatem de impoſito crimine, innocēs eſſe manifeſtetur. Quod ita a nobis, & a maioribus conſtitutum eſſe docetur, ſi ſiue ſecundū canones, ſiue ad arbitrium Epiſcopi ſibi collegas ſeptē adiungat, & iuret in ſacro corā poſito Euangelio, quod eum S. Trinitas, & Chriſtus filius Dei, qui illum fecit & docuit, quod Euangelium continet, & ſancti quatuor Euāgeliſtæ, qui illud ſcripſerunt, ſic adiuuent, quod ille pranominatam actione ita nō perpetrarit, ſicut ei de illo oblatum eſt. Et in hac ſatisfactione purgatus ſecure deinceps ſuum exerceat miniſterium. Quam ſatisfactionem nonnulli præcedētium Patrum, * S. Leonem Papam qui in Baſilica S. Petri Apoſtoli, coram venerendiſſ. Cæſare Carolo, ac Clero & plebe, ita feciſſe cōmemorant, atq; ita mox venerandum Principem cōtra eiuſdē S. Papæ aduerſarios dignè vltionis vindicta exercuiſſe.* Porrò Conciliū BRACARENSE II. cap. 8. & allegatur à Gratia cauſa 2. q. 5. c. Placuit, &c. Statuit, vt Clericus, ſi innocens accuſatus fuerit de vitio fornicationis, & accuſator per tria aut duo teſtimonia hoc probare non potuerit, accuſati excōmunicationem accuſator accipiat. Vide in vocab. Accuſator, & Clericus, &c. Porrò de modo & ordine faciendi purgationem canonicā Concilium LATERANENSE par. 2. c. 14. & 15. ſub Alexādro III. dicit, quòd hi qui laborant infamia purgatione indigēt canonica, in qua ſi deficiunt, tanquā rei habeantur. Præcipuè autē eos vrget ad purgationē canonicam, qui accuſantur ſimoniacè Epiſcopat⁹, vel beneficia Eccleſiaſtica, vel dignitates, poſtpoſita electione, vſurpaſſe, vt diximus in vocab. Electio, ca codē Concilio. Eos, inquam, ad purgationē canonicā vrget infra quadraginta dies: *In qua ſi defecerint* ait *beneficijs Eccleſiarum ſibi cōmiſſarum perpetuo priuentur.* Prouidēdum tamen attētius, vt tales perſonæ ad purgationē recipiātur, de quibus veriſimile eſt, quòd non debeant alicuius rei obtentu peierare, vel deierare. Sed & purgationem canonicā indicit Clericis, qui de homicidio vel alio graui crimine notantur: in qua ſi defecerint, puniantur: ſi verò probatū fuerit, omni appellatione ceſſante, abſoluantur. Hæc deſumuntur ca LVCIO III par. 50. c. 50. eiuſdē cōcilij. Qui etiā Lucius III. vt habetur par. 8. c. 21. eiuſdem Concilij, ſic ſtatuit: *In purgationibus faciendis ſatis eſt, vt illi, qui pro purgando exhibent iuramentum, ſi ſecundū propriā conſcientiā & opinionem iurauerint, quod purgandus ſit a crimine immunis, & bonū exhibuit iuramentū. Si purgatores ab Eccleſia tollerentur, & ij bonæ famæ in ſuis ordinibus miniſtrātes, nec in iudicio pro crimine cōdemnati, procaldubio ſunt abſq; vlla indagine admittendi, nec commendanda ſunt nomina ſingulorū, vel de eorū maioribus inquirendum.* Idem omninò repetit ALEXANDER III c. 8. par. 50. eiuſdem Concilij ſcribens Gatacenſi electo, & loquens de teſtibus in cau a purgationis admittendis. Sint autē illius honeſtatis & opinionis, quod veriſimile ſit eos nolle amore, vel odio, ſeu obtentu pecuniæ peierare. Vt autem idunei ap

Concilium Agathenſe ſub Cœleſtino 1.

Concilium Ilerdenſe ſub Symmacho 1.

* Ille eſt Leo 3. vt alibi diximus.

Concilium Bracarenſe 2.

Modus & ordo purgationis Canonicæ.

Concilium Lateranēſe ſub Alexādro 3. partium 2ſa.

Lucius 3.

Alexander 3.

pareant, neceſſe eſt eius qui purgare debent, vitam & conuerſationem noſcant: & ſi in purgatione defecerint, omni officio & beneficio Eccleſiaſtico priuentur. Vide ſuprà, Accuſatio, & Accuſator, & Clericus criminoſus, & infra, Teſtis, &c.

Q

QVADRAGESIMA.

Qvadrageſimæ ieiunium cũ delectu ciborum inſtitutum & obſeruãdum defenditur.] Egimus iam de delectu ciborũ in proprio vocabulo, & de ieiunio tam quatuor temporum, quàm illo, quod certis diebus obſeruatur in Eccleſia, tractauimus in ſuo vocabulo, & illis in locis ſæpius Quadrageſimalis ieiunij meminimus. Igitur quod forſan hic defuerit, poterit ex illis ſuppleri vocabulis. Nunc autem intendimus loqui de illo myſtico numero Quadrageſimalis ieiunij, quod iam nunc ingredimur, cum & à multis contradicitur, tanquam, quod à Manichæis illud ieiunium Eccleſia acceperit, vt fanatici impudentiſſimè hæretici Caluiniſtæ mentiuntur. Verùm & ſi non probare poſſimus Chriſtum in Euangelio hoc inſtituiſſe ieiuniũ Quadrageſimæ, (quamuis hoc ſatis ſuo commendarit ieiunio) tamen poſſumus ex Apoſtolica traditione illud in Eccleſiam inuectum comprobare, & à ſanctis ſucceſſoribus Apoſtolorum per manus ſemper traditum & obſeruatum. Volo autem prius Lectorem admonere, quia temporibus Apoſtolorum non erat præſcriptum tempus certum ieiunio, ſed fideles qui flagrabant igne & deuotionis & dilectionis continuis ieiunijs vacabant, ſicut ex Apoſtolo Paulo conſtat in multis epiſtolarum locis, & probat vetuſtiſſimus author & Apoſtolorũ temporum THEOPHILVS ALEXANDRINVS libro Paſchali &c. Erant autem libera omnibus ieiunia, vt docent hiſtoriographi celebres, EVSEBIVS CAESARIENSIS libro quinto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite 24. Et NICEPHORVS CALLISTVS libro quarto, cap. 36. & lib. 12. cap. 34. Et vnaquæque prouincia certis diebus ſuum ieiunium peculiariter obſeruabat. Porrò refrigeſcente in aliquorum cordibus charitatis & feruoris deuotione, ſtata ab Apoſtolis ieiunia indicta ſunt, vt ante ſacrum Paſcha quadraginta diebus ſe Chriſtiani ieiunijs macerarent. Quæ etiam Quadrageſimalis obſeruatio, antequam Paſchæ dies certus præſcriberetur, variè colebatur, vt iam monuimus in dictione, Paſcha: certum eſt tamen ab Apoſtolis Quadrageſimale ieiunium inſtitutum, & ſic ab Eccleſia vſque ad præſens tempus receptum, quod in promptu eſt, more cœpto, ſacris Patrum teſtimonijs comprobare. Sic ergò CANON APOSTOLORVM LXVIII. *Si quis Epiſcopus, vel Preſbyter, vel Diaconus, vel lector ſanctam Paſchæ Quadrageſimam non ieiunat, vel quartum diem, vel Paraſceuem, præterquam ſi propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur: ſi ſit autem laicus, ſegregetur.* Iterum Apoſtoli ſic inſtituerunt, vt docet CLEMENS I libro quinto, capite decimo tertio Conſtitutionum Apoſtolicarum: *Seruandum eſt a vobis (aiunt) ieiunium Quadrageſima continens memoriam conuer*ſationis & legiſlationis Domini. *Celebretur hoc ieiunium ante ieiunium paſchæ, quod incipiens a ſecunda ſabbathi deſinat in Paraſceuem. Poſt quos dies ſoluto ieiunio, aggredimini ſanctam Paſchæ hebdomadam, ieiunantes in ea* (ſcilicet quadrageſima) *omnes cum timore & tremore, orantes per eos dies pro his qui pereunt, &c.* Hæc eſt igitur Apoſtolica inſtitutio. Sic & ABDIAS BABYLONIVS libro ſeptimo certaminis Apoſtoli, refert Matthæum Apoſtolum Quadrageſimale ieiunium cum delectu ciborum commendaſſe, & præcepiſſe, vt reperies allegatum in vocabulo, Ciborum delectus, &c. Huius ieiunij meminit PHILO IVDAEVS libro ſecundo, vitæ Moſis. Hic Philo audiuit Petrum Apoſtolum, & ei adhæſit, atque doctrinæ eius, vt teſtatur iam memoratus Euſebius Cæſarienſis libro ſecundo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite decimo ſexto. *Sermo tenet* (ait) *Philonem temporibus Claudij Imperatoris Romam veniſſe, & Petrum Apoſtolum vidiſſe, atque eius adhæſiſſe colloquijs, verbum Dei prædicantis &c.* Hic ergò Philo libro allegato de Quadrageſimali ieiunio ſic loquitur: *Quis ieiunium quod vocant non mirabundus adorat, præſertim quotannis recurrens ſacrato menſe, iuxta diſciplinam auſteram & tetricam? Sunt enim qui ſic ieiunant, vt nec merum deſit, nec cupedia, dapſiliter appoſitis cibis & poculis, non tantùm ventrem expleturis, verum etiam excitaturis ſubuentraneas concupiſcentias. Sed vbi ſic ieiunatur, vt nec cibum nec potum attingere liceat, ne quid corporearum affectionum purgatæ menti obſtrepat, vt ſit in ſaturitate feſta celebrantium, ibi intentis omnibus ad placandum Patrem omnipotentem pia precatione id vnum agitur, vt concedat præteritorum peccatorum veniam, & in poſterum nouis beneficijs ſuam gratiam augeat, &c.* Et IGNATIVS MARTYR epiſtola ad Philipp. *Dies feſtos* (inquit) *ne inhonoretis Quadrageſimam ne pro nihilo habeatis, imitationem enim continet Dominicæ conuerſationis.* Et infrà: *Hebdomadam poſt diem paſſionis ne deſpiciatis, quarta & ſexta feria ieiunantes, & quæ ſuperſunt pauperibus porrigentes, &c.* IRENAEVS LVGDVNENSIS martyr & Apoſtolicorum tempore, dum controuerſia eſſet inter Aſianos & Latinos de feſto Paſchæ, & de Quadrageſima conſequenter celebranda, Concilium in Gallia congregauit, vt docet Euſebius præfatus libro quinto Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite vigeſimo tertio, & vigeſimo quarto, vbi præſcripſit formam tenendam eſſe ieiunij & diei Paſchæ, ſicut Romana obſeruat Eccleſia. Cùm verò Victor primus Papa Aſianos vellet excommunicare, eo quòd non eundem ritum ſequerentur, ſic eidẽ reſcribit Irenæus, vt iam allegauimus in vocabulo, Paſcha, &c. *Non ſolùm* (ait) *de die Paſchæ agitur controuerſia, ſed & de ipſa ſpecie ieiuniorum. Quidam enim putant vno tantùm die obſeruari debere ieiunium, alij duobus, alij verò pluribus, nonnulli etiam* * *quadraginta, ita vt horas diurnas nocturnaſque computantes diem ſtatuant. Quæ varietas obſeruantiæ* (ait) *non nunc primùm, neque noſtris temporibus cœpit, ſed multo ante nos exſtitit, (vt opinor qui non ſimpliciter quod ab initio traditum eſt, tenentes in alium morem, vel per negligentiam, vel per imperitiam poſtmodum deciderè. Et tamen nihilominus omnes iſti, etiam cum in obſeruantia variarent inter ſemetipſos & pacifici fuerunt ſemper nobiſcum, & ſunt: nec diſſonantia ieiunij fidei conſonantiam rupit, &c.* Hæc Irenæus. Porrò Romanæ Eccleſiæ ritum, & in obſeruãdo ieiunio Quadrageſimæ, quã in celebrãdo Paſchate, ſecuti ſunt, & certa diffinitione ſequendum vo

Theophilus Alexandrinus.

Euſebius Cæſarienſis.

Nicephorus Calliſtus.

Si putas canones Apoſtolorum non eſſe admittendos, lege quæ in vocabulo, [illegible] Apoſtolorum illorum authoritate ſcriptum eſt.

Has conſtitutiones Clementis, legit & approbat Epiphanius Cypri lib. 3. hæreſi 45. contra Seuerianos, & Cyrillus Hieroſolymitanus catecheſi 12. illuminatorum, & Nicephorus, atque alij multi.

Philo Iudæus Petrũ audiuit.

Oro attende Philonis verba.

Ignatij epiſtolas recenſet & legit Euſebius libro 3. Eccleſ. Hiſtor. cap. 36.

Irenæus Lugdunenſis.

Concilium Galliæ anã ſub eodem.

* Igitur ante Irenæum obſeruabatur Quadrageſimale ieiunium, ò hæretici, [illegible] erat [illegible] nondum natus.

dum vouerunt Patres congregati in Concilio CAESARIENSI ſub Theophilo eiuſdem vrbis Epiſcopo, tempore eiuſdem Victoris I. qui præſulatũ Romanæ Eccleſiæ adminiſtrabat anno Domini 198. & adhuc confirmarũt ſub eodem Patres congregati in Concilio ROMANO quod ipſe celebrauit, & ſub eodem adhuc Patres cõgregati in Concilio GALLICANO, præſide Irænæo ſupradicto, & Patres cõgregati in Cõcilio ACHAICO ſub eodem Victore I. præſidente in eo Bachyllo Corinthiorum Eccleſiæ Epiſcopo, vt meminit Euſebius præfatus lib. 5. cap. 23. Ritus autem Romanæ Eccleſiæ de celebrãdo Paſchate poſitus eſt ſuo in loco. De Quadrageſimali verò ieiunio TELESPHORVS I. Papa, epiſt. ad omnes Epiſcopos, vt allegat etiam in eius vita Damaſus I. & Gratianus Diſtinct. 4. cap. Statuimus. & Iuo lib. 2 *Statutum eſt a nobis* (ait) *& a cunctis Epiſcopis in hac ſancta & Apoſtolica ſede congregatis, vt ſeptem hebdomadis plenis ante ſanctum Paſcha, omnes clerici in ſortem Domini vocati a carne ieiunent: quia ſicut diſcreta eſſe debet vita clericorum a laicorum conuerſatione: ita & in ieiunio debet fieri diſcretio. Et ſicut laici & ſeculares homines nolunt eos recipere in accuſationibus [illegible] ſtimationibus ſuis, ita nec clerici debent eos recipere in impulſationibus ſuis, quoniam in omnibus diſcreta debet ſemper eſſe & ſegregata vita & conuerſatio clericorum, ac ſecularium laicorum. Et ſicut hi amplius ſunt applicati diuinis cultibus, & familiares dicuntur Domini ſaluatoris; ita moribus & conuerſatione ac ſanctitate debent eſſe diſtincti. Hi ergo ſeptem hebdomadis omnes clerici a carne & delicijs ieiunent, & hymnis & vigilijs, atque orationibus domino inhærere diu noctúq; ſtudeant.* Porrò TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de Ieiunio aduerſus Pſychicos, qui ieiunium damnabant, illis proponit antiquam traditionem ſanctorum, & quadrageſimæ ieiunium ab illis inſtitutum, & potuiſſe Epiſcopos vniuerſæ plebi certa mandare ieiunia. Vide ſuprà, Ieiunium, &c. Sic CYPRIANVS CARTHAGINENSIS ſæpius eiuſdẽ meminit ieiunij, & præcipuè libro De ſingularitate Clericorum. *Cognoſco* (inquit) *taliter in nobis ieiunia, ſitim, famem, nuditatem, propter inſtantiam doctrinæ ſilium, vbiq; pollere, ſicut in Apoſtolis legimus triumphaſſe; & approbantur apud nos eadem exercitia ſeruere virtutum, quibus Apoſtoli omnia vitia vicerunt. Plane quadraginta dierum ieiunium Domini meditamur, & orationes, excubiáſque, quibus illa per ſolitudines etiam nocturna ſilentia rumpebat.* Idem ſermone in orationem Dominicam. ORIGENES ADAMANTIVS homilia in Leuiticum 10. *Abſtinere* (inquit) *a cibis, quos Deus creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & hoc facere cum his qui Chriſtum crucifixerunt, acceptum eſſe non poteſt Deo. Indignati [illegible] aliquando & Phariſæi Domino, cur non ieiunarent diſcipuli eius quibus ille reſpondit. Quia nõ poſſunt filij ſponſi ieiunare quãdiu cum eis eſt ſponſus. Illi ergo ieiunent qui perdiderũt ſponſum, nos habentes nobiſcum ſponſum ieiunare non poſſumus. Nec hoc tamen ideo dicimus, vt abſtinentiæ Chriſtianæ frena laxemus. Habemus enim Quadrageſimæ dies ieiunijs conſecratos. Habemus quartam & ſextam ſeptimanæ dies, quibus ſolenniter ieiunamus. Eſt certe libertas Chriſtiano per omne tempus ieiunandi, non obſeruantiæ ſuperſtitione, ſed virtute continentiæ. Nam quomodo apud eos caſtitas incorrupta ſeruatur, niſi arctioribus continentiæ fulta ſubſidijs? Quomodo ſcripturis operam dabit? quomodo ſcientiæ & ſapientiæ ſtudebunt? nonne per continentiam ventris & gutturis. Quomodo quis ſeipſum caſtrabit propter regnum cælorum, niſi ciborum affluentiam [illegible] nentia [illegible] ſtrat. Hæc ergo [illegible] nãdi ratio eſt, &c.* Et THEOPHILVS ALEXANDRINVS ſub hoc tempore, lib. 3 Paſchali demõſtrat, quàm graui cum flagitio Ægyptiorum quidam Quadrageſimæ diebus ieiunia violatini, atq; vini potibus, carniumque eſcibus illud pugnæ tempus contaminauerint. *Itaque gratia Domini triumphos nobis* (ait) *de ſcelestiſſimis dæmonibus præſtante, ieiunia rite celebremus, vt ſolennitatis quoque rite participes ſimus. Nequaquam diebus Quadrageſimæ, ſicut luxurioſi diuites ſolent, vini poculum ſuſpiremus, neque vt in procinctu & prælio, vbi labor & ſudor eſt, carnium edulio delectemur. Crapula quippe & ebrietas & cæteræ huius vitæ illecebræ opulentiſſimum animarũ theſaurum exhauriunt, & ſeminicum ſcientia doctrinaq; vberrimam ſui admixtione ſuffocant.* Et paulò infrà: *Qui autem legum præcepta cuſtodiunt, ignorant vinum in ieiunijs, carnium eſum repudiant, & inſatiabilem auaritiam Dei timere compeſcunt, &c.* Vide ciborum delectus, &c. Vnde quod RVFFINVS AQVILEIENSIS lib. 10. hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. 3. Et NICEPHORVS CALLISTVS lib. 8. cap. 42. narrant beatiſſimum Spiridonem in tẽpore magnæ Quadrageſimæ (vnde colligimus eo tẽpore cum delectu ciborum obſeruatam) aduenienti Hoſpiti, cùm nihil aliud haberet, carnem obtuliſſe mãducandam: hoc charitate procurante & defectu alterius obſonij factum eſt, (narrat autẽ Nicephorus illum Hoſpitem detrectaſſe, Chriſtianum ſe eſſe dicens, neq; tali tempore eiuſcemodi eſca indigere confirmans) & Spiridonem cũ certis diebus omnino à cibo abſtineret, hoſpitalitatis tamẽ intuitu, non contemptu Eccleſiaſticæ traditionis, illud coegit vt ederet. Floruit autẽ ille Spiridon tempore Magni Concilij Niceni, quo etiam tempore CONSTANTINVS MAGNVS epiſtola miſſa ad Alexandrinos, & eam Nicephorus inſeruit lib. 8. c. 25. Quadrageſimalis ieiunij meminit, quod vario modo celebrari apud quoſdam conqueritur propter variationẽ celebrationis Paſchatis, vt iã ante diximus. *Conſideret* (ait) *ſanctitatis veſtra ſolertia, quam graue ſit & indecorum per Paſchales dies, alios quidem ieiunijs intentos eſſe, alios verò conuiuijs vacare: & poſt Paſcha dies hoc quidem ferias, illos autem ſtatis ieiunijs macerari, &c.* Sub eodem tempore florebat Sabas venerandus Abbas in Palæſtina, in cuius vita SIMEON METAPHRASTES ſic loquitur, & lecta eſt coram Patribus Concilij generalis VII. *Cum itaque* (inquit) *ſoleret Euthymius quartodecimo Ianuarij ſemper proficiſci in vaſtam ſolitudinem, & illic verſari in diuinis diebus ieiuniorum, nulli ſe videndum præbens, & neminem alloquens: hoc quoque ſolebat beatus Sabas agere conſequenter, tempore ſolum parum mutato, quandoquidem ille quartodecimo, ſicut diximus, hic autem viceſimo die menſis ſecedebat, &c.* Et infrà: *Nam ipſe Sabas toto ieiuniorum tempore erat ieiunus, nihil omnino cibi attingens, niſi quod Sabbathis & diebus Dominicis diuina ſumebat ſacramenta.* Et infrà: *Ea de cauſa tempore ieiuniorum accedit ad quendam torrentem, qui a maxima Laura diſtabat decem ſtadijs, cum quodam Paulo, ætate quidem ſene, florenti vero virtute. & cum offendiſſet quandam ſpeluncam in torrentis parte, quæ eſt ad Boream, in ea quidem totam tranſegit Quadrageſimam, &c.* Idem in vita Magni Athanaſij, qui eadem tempeſtate floruit, eiuſdem ATHANASII MAGNI

ſcriptum

Marginal notes: Concilium Cæſarienſe. — Concilium Romanum. — Concilium Gallicarum. — Concilium Achaicum. — Teleſphorus I. — Concilium Romanum ſub Teleſphoro. — Tertullianus Carthaginenſis. — Cyprianus Carthaginenſ. — Origenes Adamantius. — Heus tu hæretice, quid dicis? — Theophilus [illegible] — Quid apertius. — Ruffinus Aquileienſis. — Nicephorus Calliſtus. — Spiridonis factum excuſatur. — Conſtantinus Magnus. — Simeon Metaphraſtes. — Athanaſius Magnus.

ſcriptum profert ex libro de fuga ſua, vbi ſic loquitur Athanaſius: *Aduenerunt quidam Alexandriam, qui nos quærebant occidere, fueruntq́ue, quæ nunc ſunt deteriora prioribus. Repente enim milites circundederunt Eccleſiam, & quæ ſolent hoſtes facere fuerunt pro precibus. Deinde ingreſſus ſancta Quadrageſima, qui à Macedonio & Arrianis è Cappadocia miſſus fuerat Georgius, auxit mala quæ ab eis didicerat. Nam poſt hebdomadam Paſchæ coniectæ ſunt virgines in carcerem, &c.* quæ ſequuntur. Idem Metaphraſtes in vita S. martyris Theodori Tironis. *Cùm veniſſent* (inquit) *caſti & diuini dies Quadrageſimæ, in quibus omnis ætas apud ſe cogitat, quæ prius ſunt admiſſa peccata; in quibus & facile eſt cadere, cùm tunc grauius oppugnet inimicus, & reuocari eſt difficilè, &c.*

Attende verba.

Idem in vita S Porphirij Epiſcopi. *Diebus* (inquit) *feſtis vtebatur oleo, & veſcebatur oliuis: Nihil autem aliud guſtabat quod fuiſſet igne coctum. In ieiunijs verò Quadrageſimæ ſecundo quoque die comedebat legumina madefacta, aut contaminata olera ſine pane. Totam autem ſanctam Paſchalem hebdomadem tranſigebat nihil ſumens, præterquam quinta ſancta feria, poſt communionem ſanctam, aquam calidam. Et corpus ſuum ieiunijs adeo macerauerat, vt qui videbant, putarent ſe vmbram aſpicere, &c.* Deniqne THEODORETVS CYRENSIS in Philotheo ſcribens vitam Publij Monachi, qui circa hæc tempora degebat, ſub finem, ait: *Licet* (ait) *ſenectute confectus ſit, nullos tamen corporis labores ſubterfugit. Nunquam enim neque vinum, neque acetum, neque paſſam vuam, neque liquidum lac aut coagulatum guſtauit. Oleo verò vel Quadrageſimæ tempore abſtinebat, &c.* Idem ibidem in vita Euſebij ſerui Dei: *Gregis illius præfectus* (ait) *vir ſanè omni virtute præditus, ſemen hunc prædicabat, quindecim tantum caricis ſeptem ſanctæ Quadrageſimæ hebdomadas peragraſſe.* Porrò de monachis ſui temporis, idem BASILIVS MAGNVS teſtatur in ſermone de Inſtitutione eorum. Sed & oratione in ſanctos 40. Martyres ſic fatur: *Ad finem vel potius ad faſtigium totius operis peruenit oratio. Hoc erat tempus, hi certaminis dies, hoc Paſchalis proœmium, ſanctæ Quadrageſimæ myſterium, quadraginta nobis placationis dies, certaminibus totidem numero coronæ reſpondebant, &c.* Et idem eiuſdem frater GREGORIVS NISSENVS oratione in eoſdem martyres 4. *Vnum* (inquit) *erat omnium votum, quadraginta in ſtadium intrauimus, totidem Domine coronas tribue, Non deſit numero nec vnus quidem. Precioſum eſt tempus quod quadraginta dierum ieiunio ornaſti, per quod diuina lex in orbem tranſiuit. Quadraginta item dierum ieiunio Helias Dominum exquirens videre meruit, & oratio quidem eorum talis, &c.* Et coæuus illis GREGORIVS NAZIANZENVS oratione in S. Lauacrum: *Multa* (inquit) *recenſenda eſſent, quæ tum aliter, quam præſentia ſe habere videntur, nec hunc conueniunt tempori, verbi cauſa, Chriſtus ieiunauit paulò ante tentationem, nos verò ante Paſcha. Ieiunium quidem eſt vnum, ſed non paruum inter vtrumque temporis interſtitium Et Chriſtus quidem contra tentationes ſuum obiicit ieiunium: noſtrum verò vt Chriſto commoriamur operatur, ac purgatio eſt quæ feſtiuitatem præcedit. Et hic quidem dies ieiunauit quadraginta, nam Deus erat: at nos viribus noſtris hoc commenſuramus, tametſi quibuſdam zelus etiam ſupra vires aliquid annitì perſuadet. Rurſus Paſchæ ſacra cum diſcipulis in cœnaculo, ac poſt cœnam, dieque vnica ante paſſionem celebrat: nos verò, ea in orationis domibus, & ante cœnam, ac poſt reſurrectionē peragimus, &c.* Deniq; IOANNES CASSIANVS collatione 21. Abbatis Theonæ

Theodoretus Cyrenſis.

Ecce numerus dierū Quadrageſimæ præſcriptus.

Baſilius Magnus.

Paſſi ſunt enim hi martyres in Quadrageſima quo tēpore etiam eorum feſtum agitur.

Gregorius Niſſenus.

Gregorius Nazianzenus.

Nota hæc.

Ioannes Caſſianus.

cap. 27. *Porrò quod dicitis diuerſo more, id eſt, ſex vel ſeptem hebdomadibus per nonnullas prouincias quadrageſimam celebrari, vna quemadmodum diximus ratio. Idemque ieiuniorum modus diuerſa hebdomadarum obſeruatione concluditur. Hi enim ſibi ſex hebdomadarum obſeruantiam præfixerunt, qui putant die quoque Sabbathi ieiunandum. Sex ergo hebdomadas ieiunia perſoluunt, qui eſſe item ſex & triginta dies per ſabbatha ſexies reuoluta conſummant.* Et ſubdit cap 28. *Vna ergo quemadmodum diximus ratio, idemq́; eſt ieiuniorum modus, licet in hebdomadarum numero diſcrepare videatur. Sed proceſſu cum rationem huius rei humana obliteraſſet incuria, tempus hoc, quo anniuerſaria, vt dictum eſt, decimæ Deo triginta ſex ſemis ieiunij offeruntur, Quadrageſima nomen accepit. Quod fortaſſe, vel propter hoc viſum ſit hoc vocabulo debere cenſeri, quod Moſes vel Helias, vel ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus quadraginta diebus ieiunaſſe traditur. Ad cuius numeri ſacramentū alij quoq; quadraginta anni quibus Iſrael eſt in ſolitudine commoratus, Et quadraginta ſimiliter manſiones, quibus eum myſticè pertranſiſſe deſcribitur, non incongrue coaptantur. &c.* Sic & PALLADIVS CAPPADOCIÆ duorum Macariorum vitam deſcribens, cap 6. libri, qui dicitur, Paradiſus, &c. *Habebat* (inquit) *Macarius Alexandrinus, ſicut ex ipſis ore didici, hoc in propoſito vitæ ſuæ, vt ſi quid magnum à quibuſcunque ſanctis in abſtinentia fieri didiciſſet, hoc feruenter impleret. Cognito igitur à quibuſdam, quod Tabennenſiotæ nihil cocti ſibi per Quadrageſimam totam edere decernentur, ſtatuit intra ſemetipſum, vt per ſeptem annos nihil quod coctum fuiſſet igne guſtaret, &c.* Idem cap. 30. eiuſdem libri, in vita Iuliani & Adulij monachorum: *Per Quadrageſimam quidem* (ait) *quinto quoque die edebat, reliquo verò anni tempore poſt biduum ſemper cibum capere conſueuerat.* Porrò AMBROSIVS MEDIOLANENSIS ſermone in inuentione corporum Geruaſij & Prothaſij: *In diebus itaque tranſactæ nuper Quadrageſimæ* (ait) *cùm Dominus donaſſet mihi, vt ieiunatium me faceret eſſe participem, in oratione poſitum ita me ſomnus oppreſſit, &c.* Idem libro De virginibus 3. *Debet* (ait) *eſſe aliquid, quod Quadrageſimæ diebus addatur: ſed ita, vt nihil oſtentationis cauſa fiat, ſed religionis. Oratio quoque nos Deo crebra commendet, &c.* Idem ſermone 25. in Quadrageſima. *Non enim fratres leue peccatum eſt fidelibus indictam Quadrageſimam a Domino ieiunare, & ieiunia conſecrata ventris voracitate diſſoluere. Scriptum eſt: Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare. Si vis ergò Chriſtianus eſſe, debes quod Chriſtus fecere. Ille qui peccatum nō habebat, Quadrageſimam ieiunauit: Tu nō vis Quadrageſimā ieiunare qui peccas, &c.* Et iterum idem ſerm. 36 in Quadrageſima, ſic incipit: *Ante dies deuotionē ſanctæ Quadrageſimæ prædicantes, ſacrarum literarum exempla protulimus, quibus approbaremus hunc Quadrageſimum numerum non eſſe ab hominibus conſtitutum ſed diuinitùs conſecratum, nec terrena cogitatione inuentum, ſed cœleſti maieſtate præceptum. Atque ideò qui conſtitutum numerum vna die manducando præterit, non vt vnius diei violator accuſatur, ſed vt totius Quadrageſimæ tranſgreſſor arguitur. Vnde bonū eſt homini, vt dictum numerum ſine labore ieiunet, & totius Quadrageſimæ conſequatur pariter ſanctitatem, &c.* Vide reliquum. Sub hoc tempore EVSEBIVS EMISSENVS homilia 1. in initio Qoadrageſimæ homiliam excellentiſſimam edidit, qua ad ſuſpiciendum venerandum ieiunium populi fidelis corda præparat, & ſic incipit: *Sicut meſſium aut vindemiarum dies*

Cur Quadrageſima vocetur cū triginta ſex diebus tantum ieiunetur, &c.

Palladius Cappadociæ Epiſc.

Tabēnenſiotæ in Quadrageſima auſtera vitā ducebant.

Ambroſius Mediolanenſis.

1 Ioan. 2.

Quadrageſimum.

Euſebius Emiſſenus vel Emeſenus, vt placet Nicephoro.

humano

humano generi ſi nihilum ſuorum abundantiam commendat & gratiam, ita hoc Quadrageſima tempus animabus noſtris, dilectiſſimi fratres, fœcundum ſalutis fructum nouerimus. Sed ſi requiras & dicas, quid commodi, quid vtilitatis, hoc exercitium ieiunandi affert. ò homo, quid diceres ſi non prior Dominus tuus abſtinendi dediſſet exemplum? Et AVRELIVS PRVDENTIVS in opere Cathemerinon, Hymnũ ieiunantium in Quadrageſima compoſuit, & ſic exorditur: (Aurelius Prudentius.)

O Nazarene Dux Bethlehem Verbum Patris,
Quem partus alma virginalis protulit
Adeſto caſtis Chriſte parſimonijs,
Feſtumq; noſtrum Rex ſerenus aſpice,
Ieiuniorum dum litamus victimam
Nihil hoc profecto purius myſterio. &c.

(Cyrillus Hieroſolymitanus) Et CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Catecheſi 4 Illuminatorum Hieroſolymis, cap. De cibis, &c *Ieiunamus (ait) a vino & à carnibus abſtinẽtes, nõ quod hæc tanquã abominationes oderimus, ſed quod præmium expectamus, vt ſenſibilia deſpicientes, ſpirituali deinceps & intellectuali menſa fruamur, & nunc ſeminantes in lachrymis, in futuro ſeculo in exultatione metamus. &c.* Et alibi omnes iubet in tempore Quadrageſimæ pro anima vacare. Denique his coæuus MAXIMVS TAVRINENSIS homiliam vnam in die Cinerum, & quatuor in Quadrageſima compoſuit, in quarum tertia ſic loquitur: *Nos verò fratres, quibus propugnator inuictus hanc venerabilem Quadrageſimam dedicauit, repudiantes carnalia deſideria, ſic caſtigemus membra ieiunijs, vt animas virtutibus ſaginemus. Ieiunet in nobis pernicioſa luxuries, ieiunet omnis iniquitas, ieiunet odioſa contentio. Abſtineamus ab epulis, magis abſtineamus à vitijs. Sic nos temperemus, ſic ſobrijſſimus à vino vt nulla nobis voluptatum dominetur ebrietas. Quid enim prodeſt obſeruatione quadraginta dierum, ieiunandi nos tempora cuſtodire, & legem non tenere ieiunij? Quid prodeſt vobis vacare e conuiuijs & diem litibus occupare? Quid prodeſt proprium non edere panem, & victum diripere miſerorum? Ieiunium Chriſtiani, egentis debet eſſe refectio. Ieiunium Chriſtiani, pacem debet nutrire non iurgia. Quale illud eſt autem, vt de quod non viſceris carnibus, & de ore tuo omnis eſca fœtidus egreditur maledictum? Quale eſt, quod ſanctificatur venter ieiunio, & polluitur lingua mendacijs, &c.* Idem ad calcem homiliæ 4. *Et ideò fratres, Dominici certaminis victoriaq; exemplum ſequentes, & diabolicas præcauentes inſidias, horũ quadraginta dierum acceptabile Deo noſtro ieiunium celebremus. &c.* IOANNES CHRYSOSTOMVS currente Quadrageſimę ieiunio in Geneſim commentarios ſe fatetur ediſſe, homilia 1. in Geneſim, & aperit ibidem huius myſtici ieiunij ſacramentum, homilia autem pulcherrima eſt, & quæ facilè verſatur in manibus, homilia 2. ſic loquitur: *Ieiunium Quadrageſima (ait) eſt animarũ noſtrarum tranquillitas, ſenum decor, adoleſcentium pædagogus, continentium magiſter, qui omnem ætatem, & ſexum quaſi diademate quodam ornat, nuſquam hodiè tumultus vel clamor * vel carnium conciſiones, vel coquorum diſcurſus, ſed omnia illa abierunt: & imitatur hæc ciuitas honeſtã quandam continentem & ſobriam matremfamilias. Vnde cùm mecum cogito repentinam mutationem, quæ hodie facta, & repeto memoria heſterni diei ſtatutum, admiror & obſtupeſco ieiunij [illegible] & potẽtiam, quomodo in ſingulorum ingreſſum c[illegible]ſcientias transformauerit cogitationes, puri[illegible]uerit mentem: non non magiſtratuum tantum ſed & priuatorum, non liberorum tantum, ſed & ſeruorum non virorum tatum, ſed & mulierum; non diuitum tantum, ſed [illegible] pauperum, non eorum tantum qui Græcam linguam docti ſunt, ſed & Barbarorum. Sed quid dico magiſtratuum & priuatorum? etiam eius qui diadema geſtat ſimiliter, vt aliorum, conſcientiam ad hanc obedientiam inflexit, &c.* Idem homilia 11. in Geneſim, dicit: *Hæc non dico (ait) vt charitatem veſtram contriſtem, ſed vt excitem, & inſtruam non ſimpliciter ieiunijs corpus caſtigare, neque temere & [illegible] omnium dies Quadrageſima ſancta tranſmittere.* * Idem homil. 16. ad populum Antiochenum, de ſeditione, &c. *Secundam (inquit) ieiunij ſeptimanam expediuimus, ſed non hoc conſideremus: non enim hoc eſt, expediuiſſe ieiunium, ſi tempus præteriemus, ſed ſi tranſegerimus cum profectu. Hoc rationi tenemur, ſi ſtudioſiores facti ſumus ſi defectũ aliquem noſtrorum correximus, ſi abluimus crimina. Conſuetudinem omnes habent per quadrageſimam interrogare, quod quiſque ſeptimanas Quadrageſima ieiunauit, & dicẽtes audire licet. Hos quidem quod duas, hos vero quod tres, illos autem quòd omnes ieiunauerũt ſeptimanas. Et quod lucrum ſi profectibus carentes ieiunium tranſegerimus? Si alius dicat, totã ieiunaui Quadrageſimam, tu dic inimicum habebam, & conciliatus ſum, habebam detrahendi cõſuetudinem, & deſtiti, &c.* quæ ſequuntur. Idem homilia 73. ad populũ Antiochenum, quæ intitulatur, De ſanctæ Quadrageſimæ ieiunio, ſic exorditur: *Non hoc ſolum exquiritur, chariſſimi, vt per ſingulos dies huc conueniamus, & de iiſdem audiamus continue, & totam ieiunemus Quadrageſimam. Si nihil enim ex eo quod adhuc aſſidue conuenimus, & admonemur, & ex ieiunij tempore lucrari deberemus, &c.* Lege totam homiliam, quia vt celebrandum ſit Quadrageſimæ ieiunium demonſtrat. Porrò PALLADIVS HELENOPOLITANVS in Dialogo vitæ eiuſdem S. Chryſoſtomi: *Interea (loquit) aduenit Quadrageſimale ieiunium, quod annis ſingulis inſtar veris efflorescit. Egreſſi rurſus Antiochus & ſocij ſeorſum ad regem perſuadebant, vbi Ioannem quaſi conuictum imminente paſcha iuberet expelli, &c.* Lege quod ſequitur. Et EPIPHANIVS CYPRI lib. 3. aduerſus hæreſes ad calcẽ, in cõpendiaria doctrina de fide Catholica & Apoſtolica Eccleſia, &c. *Communiones autem (ait) ſiue ſynaxes fieri ordinata ſunt ab Apoſtolis, quarta, & pro Sabbatho, & Dominica. Quarta verò & * pro ſabbatho ieiunium ſtatutum eſt vſque ad horam nonã.* Et infrà: *Verum ex bono propoſito, pietatis exercitatores in ipſa Eccleſia ſemper ieiunant, excepta Dominica & Pentecoſte: ſemper item vigilias agunt. At vero * Dominicas omnes delicatas ducit ſancta hæc Catholica Eccleſia, & communiones manè perficit, & non ieiunat. Inconſentaneum eſt enim in Dominica ieiunare. Porrò Quadrageſimam ante ſeptem dies S. Paſchatis ſimiliter ſeruare ſolet eadem Eccleſia in ieiunijs perſeuerans. Dominicis verò omnino non, neque in ipſa Quadrageſima. Cæterùm per ſex dies ipſius Paſchatis omnes populi in ſiccorum eſu perſeuerãt, pane, inquam, & ſale & aqua tunc victitantes ad veſperam.* Lege quod ſequitur. Et HIERONYMVS STRIDONENSIS lib. 1. Commentariorum in Matthæum, cap. 9. exponens illud: *Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, quandiu cum illis eſt ſponſus, &c. Nonnulli (ait) putant idcircò poſt dies quadraginta Paſſionis ieiunia debere committi: licet ſtatim dies Pentecoſtes & Spiritus ſanctus adueniens indicent nobis feſtiuitatem. Et ex huius occaſione teſtimonij, Montanus, Priſca, & Maximilla etiam poſt Pentecoſten faciunt Quadrageſimam, quod ablato ſponſo filij ſponſi debeant ieiunare. Eccleſiæ autem conſuetudo, ad Paſſionem Domini, [illegible] per humili-*

Marginal notes:

Aurelius Prudentius.

Cyrillus Hieroſolymitanus

Maximus Taurinenſis Epiſcopus.

Adhortatio ad ieiunium.

* vide.

Ioannes Chryſoſtomus.

* attende

Nota obſecro [illegible] digna [illegible] S. Auctoris hæc documenta.

Palladius Helenopolitanus Epiſcopus.

Epiphanius Cypri.

*Pro ſabbatho id eſt die Veneris, vt diximus [illegible] capitulo ieiunium.

* Dominica dies ieiunium interdictum.

Hieronymus Stridonenſis.

tatem [illegible] *p* [illegible] *ar* [illegible] huc in epiſtola ad Lætam, de inſtitutione [illegible] quæ incipit *A* [illegible] *ad* [illegible] Quadrageſimæ ieiunium laudat, ſed immoderatum & indiſcretum, præcipue in teneris puellis, reprehēdit. Similiter & epiſtola ad Marcellam, de laudibus Aſellæ, quę incipit: *Nemo reprehendat quod in epi* [illegible] *Cum* inquit *per* [illegible] *biduo, triduo* [illegible] *ſic permanen* [illegible] *tum vero in Quadrageſima* [illegible] *tenebat, omnes pene hebdomadas* [illegible] *conſum* [illegible]. Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro 2. De doctrina Chriſtiana, cap. [illegible] Quadrageſimalis ieiunij myſticum numerum diligentiſſimè exponit, quaternarium quidem, & denarium numerum, quibus conſtat Quadrageſimale tempus, accuratiſſimè ad [illegible] reuocās. Lege autem idem lib. [illegible] de diuerſis conſuetudinibus Eccleſiæ ad Ianuarium, cap. 15. habetur inter epiſtolas eius, epiſtola numero 11 [illegible] de cauſa obſer[illegible] Quadrageſimam tractat prolixo ſermone [illegible] inquit *ieiuniorum habet* [illegible] *ieiunio Moyſi* [illegible] *diebus domi*[illegible] *non diſſentire* [illegible]. Idem plus quam viginti ſermones edidit in Quadrageſima, quibus ieiunij [illegible] & ordinem & formam ſatis liquidò demonſtrat: In quorum 21 ſic loquitur inter cætera. *Cauendum* [illegible] *ne pretioſas eſcas, vel pro* [illegible] *etiam pretioſiores * ſine carnibus animaliū* [illegible] *Cum enim corpus caſtigatur, reſtringendæ* [illegible] *non mutandæ.* [illegible] *enim intereſt in quali cibo conſ*[illegible] *immoderata culpetur? Non vtique de* [illegible] *carnibus, ſed etiam de quibuſdam pomis & agreſtibus alimentis Iſraelitarum concupiſcentia diuina* [illegible] *damnata eſt, &c.* Et poſtà: *Commoneo vt per totam quadrageſimam, & vſque ad finem Paſchæ, Deo auxiliante* [illegible] *caſtitatem ſeruantes, in illa ſacroſancta* [illegible] *nitate Paſchalis charitatis luce, veſtiti eleemoſynis* [illegible] [illegible] *ue proceſſimus* per [illegible] & ordinem ſanctorum Patrum, nunc verò ad [illegible] etiam, qui [illegible] Caluiniſtæ inſimulant Manichææ ſectæ, quaſi illud ieiunium Manichæus inſtituerit, volumus ex hæretici Manichæi teſtimonio comprobare, quòd non Manichæus hoc ieiuniū inſtituerit, ſed ante Manichæu Eccleſia obſeruarit. Igitur FAVSTVS MANICHÆVS indignus quidem qui hic inter Patres numeretur, (nam ſatis & abſque illius teſtimonio commendamus Quadrageſimale ieiunium) qui 32. libros contra Chriſtianam doctrinam edidit, quibus & Auguſtinus totidem libris reſpondit, more Caluiniſtarum Eccleſiæ ſtata ieiunia damnans [illegible] Caluinus & complices effrenatæ luxoriæ, & libertatis diabolicæ inſignia petierunt in hunc modum de quadrageſimæ ieiunio ſcriptum reliquit. *Quid* [illegible] ait [illegible] *ſtrare* [illegible] *inter omnes* haud dubium [illegible] Catholicos Chriſtianos non hæretic[illegible] [illegible] vide [illegible] Timoth. 4. *De*[illegible]

[illegible] *cata di* [illegible] hæc Fau[illegible] teſtimonium [illegible] quòd a Chriſtianæ fidei [illegible] collectum. Verùm his omiſſis ad reliqua redeamus ſub hiſdem temporibus [illegible], ſub Damaſo I Conciliū LAODICENVM can. 49. & allegat Gratianus de conſecr. diſt. 3. c. Non oportet, & [illegible] *oportet* [illegible] *ma panem b*[illegible] *in Sabbatho* [illegible] *Dominica.* Et can. 5. *Non oportet in* [illegible] *ultima* [illegible] *totā Quadrageſimam* [illegible] *transire, magis* [illegible] *omnem Quadrageſima diſtri*[illegible] *venerari ieiunio.* Et can. 51 *Non * oportet in Quadrageſima martyrum natalitia venerari ſed eorum* [illegible] *commemoratio in diebus Sabbathorum & dominicarum* [illegible] *conueniat.* Et can. 52 *Non oportet in Quadrageſima aut nuptias aut natalitia celebrari* [illegible] Hæc omnia decreta recenſet MARTINVS BRACARENSIS in Collectorio ſuo, cap. 48. Præfatum vero decretum de Cœnæ Dominicæ ieiunio non ſoluendo & alia etiam reperit CONCILIVM GENERALE VI vt alibi dicetur. Porrò Concilium AGATHENSE ſub Cœleſtino [illegible] can. 12. allegatur à Gratiano diſt. [illegible] Placuit. *Placuit* [illegible] *Eccle*[illegible] *exceptis diebus Dominicis, in Qua*[illegible] *ma etiam die Sabbatho ſacerdotali ordinatione* [illegible] *ieiunetur.* Porrò in Concilio CALCEDONENSI general IV. actio 10 in cauſa Ibæ, Edeſſeni Epiſcopi, Quadrageſimalis ieiunij & abſolutionis peccatorum, quæ eodem tempore in Eccleſia ſolet fieri, mentio fit. Nam ille Ibas Epiſcopus ſe ab excommunicatione excommunicatos abſoluiſſe teſtatur in ieiunio Quadrageſimæ, propter diei feſtiuitatem. Denique LEO I. ſermones plures in quadrageſima compoſuit, vbi & in initio cuiuſdā ſic loquitur. *Licet nobis* [illegible] *appropinquante* [illegible] *Paſchalis ieiunium quadrageſimale ipſ*[illegible] *curſus temporis* [illegible] *tamen etiam noſtri ſermonis adhibenda eſt qua auxiliante Domino nec inutilis ſit pigris nec oneroſa deuotis. Nam cum omnem obſeruantiam noſtram ratio iſtorum dierum poſtulat augeri, nemo eſt* [illegible] *bis qui ſe ad opus bonum non gaudeat incitari, &c.* In initio alterius ſic loquitur: *Prædicaturus vobis ſacratiſſimum maximum ieiunium.* Porrò Concilium AVRELIANENSE I. ſub Hormiſda, can. 26. & allegatur à Gratiano de conſecr. diſt. 5. c. Sacerdotibus. *Sacerdotibus* ait *omnibus eſt decretum, vt ante Paſcha ſolennitatem non quinquageſima, ſed quadrageſima teneatur.* Et can. 27. allegaturque eadē diſtinct. c. Nulli. *Nulli* [illegible] *Paſchæ natalis Domini, vel Quadrageſima ſolennit*[illegible] *celebrare, niſi quem* [illegible] *probauerit tenere*. Et Conciliū CÆSARAVGVSTANVM can. 2. *Ne Quadrageſimæ diebus*, ait [illegible] *nec habitent in latibulis cubiculorum* [illegible] *qui in ſuſpitionibus perſentiant ſed exemplum* [illegible] *preceptum cuſtodiant Sacerdotum* [illegible] *conuentuum cauſa non conueniant* [illegible] *Epiſcopis* [illegible] *qui hæc* [illegible]. Idē Cōcilium AVRELIANENSE IV. ſub Pelagio I. can. 2. *De* [illegible] *obſeruandum, vt quadrageſima ab omnibus Eccleſiis æqualiter teneatur. Neque quinquageſimam aut* [illegible] *ante Paſcha quilibet ſacerdos præſumat indicere. Sed neque per* [illegible] *abbatha abſ*[illegible] *infirmitate quiſquam ſoluat ieiuniū Quadrageſimæ* [illegible] *tantum die Dominico prandeatur* [illegible] *Patrum ſtatuta* [illegible]

Auguſtinus [illegible]
[illegible] hæretice
Fauſtus Manichæus [illegible] Quadrageſima approbat
Concilium Laodicenum ſub Damaſo I.
[illegible] ſtis, vt martyrum [illegible] hoc tempore occurren[illegible]
Martinus Bracarenſis.
Concilium generale Con[illegible] 6.
[illegible] Agathenſe
Concilium Chalcedonenſe generale 4.
Leo I.
Concilium Aurelianenſe [illegible]
Concilium Cæſaraug[illegible] Hiſpaniæ
Concilium Aurelianen. 4.
Quadrageſimæ [illegible] Qua[illegible]

perit, tanquam tranſgreſſor diſciplinæ a ſacerdotibus cenſeatur. Hinc eſt quòd etiam Concilium A N T I S S I O D O R E N S E ſub Papa Deuſdedit can. 2. iubet, vt presbyteri in die Epiphaniæ principium quadrageſimæ populo annuncient. Quod & repetit Concilium B R A C A R E N S E II. can 9. vt repoſitum inuenies ſuprà in vocabulo, Paſcha, &c. Porrò quadrageſimæ ieiunium G R E G O R I V S I. multis in locis commendat, & potiſſimè lib. 3 expoſitionis in libros Regum ad calcem capitis 2. dum illud exponit cap. 4. 1. Regum, *Senex enim erat & Grandæuus, & ipſe iudicauit Iſrael quadraginta annis, &c. Quadragenarius* (inquit) *numerus ad peccatores pertinet. Vnde & quadrageſimæ tempus in ſancta Eccleſia eodem dierum numero conſecratum eſt, vt videlicet ea quæ committimus peccata, tergere pœnitendo ſtudeamus, quadragenarius quippe numerus ex denario & quaternario conſummatur. Et quia peccando diuinæ legis decalogum tranſgredimur, ipſam verò peccandi facultatem, ex ea, qua conſiſtimus, quatuor elementorum compactione contrahimus, ſub numero quadragenario quandiu in peccato exiſtimus continemur, &c.* Et B E D A V E N E R A B I L I S homilia, in 1. dominica quadrageſimæ, *Quadrageſimæ ieiuniorum habet authoritatem, & in veteribus libris ex ieiunio Moyſi & Heliæ, & ex Euangelio, quia totidem diebus dominus ieiunauit. In qua autem parte anni congruentius obſeruatio quadrageſimæ conſtitueretur, niſi confinis atque contigua dominicæ paſſioni. quia in ea ſignificatur hæc vita laborioſa, cui opus eſt continentia, vt ab ipſius mundi amicitia ieiunetur, &c.* Idem lib 1. hiſtoriæ Anglicanæ cap. 20. Germani Autiſſiodorenſis & Lupi Trecenſis Epiſcoporum vitam deſcribens. *Itaque Apoſtolicis ducibus Chriſtus militaust in caſtris. Aderāt enim quadrageſimæ venerabiles dies, quos religioſiores reddebat præſentia ſacerdotum, adeò vt quotidianis prædicationibus inſtituti certatim populi ad gratiam baptiſmatis conuolarent, &c.* Porrò Concilium T O L E T A N V M VIII. cano. 9. *Detecta eſt ingluuies (ait) horrenda voracium, quæ dum freno parſimoniæ non aſtringitur religioni contrariè monſtratur. Dicente enim ſcriptura, qui ſpernit minima, paulatim decidit: illi tanta edacitatis improbitate graſſantur, vt cœleſtia & penè ſumma contemnere videantur. Etenim quadrageſimæ dies, anni totius decima cum deputentur, quæ & in oblatione ieiunij domino conſecrantur, quibus etiam ſaluberrimè conditio generis humani expiatur, dum a quatuor mundi partibus ad hanc homo religionem crediturus adducitur, & ex quatuor elementis formatus, propter tranſgreſſionem decalogi quaterdenis cōuenienter affligitur: illis qui auſu temerario hæc omnia contemnunt, nec voracitatis ingluuiem frenant, & (quod peius eſt) Paſchalia feſta illicitarum eſuum perceptione prophanant, ex hoc adeò acerrimè interdicitur, vt quiſquis abſque inenitabili neceſſitate atque frugalitate, & cadenti languore, ſeu etiam impoſſibilitate ætatis, diebus quadrageſimæ eſum carnium præſumpſerit attentare, non ſolùm reus erit reſurrectionis dominicæ, verùm etiam alienus ab eiuſdem diei ſancta communione: & hoc illi cumulatur ad pœnam, vt ipſius anni tempore ab omni carnium eſu gulam abſtineat, quia ſacris diebus abſtinentiæ oblitus eſt diſciplinam. Illi verò, quos aut ætas incuruat, aut languor extenuat, aut neceſſitas arctat, non ante prohibita violare præſumant, quàm à ſacerdote, permiſſum accipiant.* Hinc eſt quod narrat N I C E P H O R V S C A L L I S T V S libro decimo ſeptimo, hiſtoriæ Eccleſiæ capite trigeſimo ſecundo, I V S T I N I A N V M

Concilium Antiſſiodorẽ.

Cõcilium Bracarenſe 2.

Gregorius 1.

Ratio numeri myſtici Quadrageſi.

Beda Venerabilis.

Concilium Toletanum 8.

Eccleſ. 19.

Pœna in illos qui carnium eſu diebus Quadrageſimæ attentarint.

Nicephorus Calliſtus.

A Imperatorem, cùm fames Byzantij increbuiſſet rerum neceſſariarum inopia, ſecunda ſtatim ieiunij hebdomade carnes in foro venales proponendas promulgaſſe. *Et hoc quid m(ait) ic per vim actum, Populum autem qui pietatem ſibi conſtantiam ſtatuiſſet, neque eas emebat neque edebat, mortem ſibi potius adeundam eſſe cenſeas, quam vt quiſquam de patriis moribus & traditionibus mutaret* Hæc Nicephorus. Porrò Concilium G E N E R A L E VI. ſub Conſtantino Pogonato 4. Impera. cano. 56. *Accepimus (ait) in ſabbatis & dominicis ſancta quadrageſimæ quoſdam oua & caſeum comedere. Viſum eſt ergo & hoc, vt omnis Dei Eccleſia, quæ eſt in vniuerſo terrarum orbe, vnum ordinem ſequens ieiunium*

B *perficiat, & abſtineat ſicut, ab omni mactabili, ſic & ab ouis & caſeo, quæ quidem ſunt fructus & fœtus eorum a quibus abſtinemus. Si autem hoc non ſeruauerint, ſi ſint quidem clerici, deponantur. Si autem laici, ſegregentur.* Prohibet quoque ibidem, ne ſacramentum celebretur in quadrageſima, præterquam in feſto annunciationis Beatæ virginis Mariæ. Sed hoc forſam apud Græcos obſeruatur, non apud latinos Hæc autem decreta de non edenda carne, & reliquis cibis prohibitis in quadrageſima renouat Concilium N A R B O N E N S E cano. 2 vbi & inhibet ipſis Iudæis ne publicè aut priuatim audeant carnes illis diebus comedere, nec alijs, quibus Chriſtiani abſtinent. Idem

C prohibuit etiam Concilium S E N O N E N S E capite ſeptimo, tractans de ieiunijs Eccleſiaſticis. Et Concilium C O L O N I E N S E III capite ſexto, partis nonæ. Itaque vt dicendi finem faciamus. ſumma cum obſeruatione celebrandum eſt quadrageſimæ tempus, vt etiam diuus B E R N A R D V S C L A R E V A L L E N S I S monet in ſermonibus in S. Quadrageſimam editis. Vnde & in eorum tertio. ſtatim initio, ſic loquitur. *Rogo vos, dilectiſſimi, tota deuotione ſuſcipite quadrageſimale ieiunium, quod non ſola abſtinentia commendat, ſed multo magis ſacramentum. Nam ſi deuotè vſque modo ieiunauimus, vtique ſancto hoc tempore ieiunandum nobis eſt multo deuo-*

D *tius. Si quid enim addunt ad ſolitam abſtinentiæ modum: nunquid non valde indignum eſt, vt nobis oneroſum ſit, quod Eccleſia portat vniuerſa nobiſcum? Hactenus vſque ad nonam ieiunauimus ſoli, nunc vſque ad veſperam ieiunabunt nobiſcum pariter vniuerſi, Reges & Principes, clerus & populus, nobiles & ignobiles, ſimul in vnum diues & Pauper, &c.* Soli ergo Caluiniſtæ ſingularem viam & ſemitam diaboli curſitantes, hoc ieiunium non admittunt ventris ingluuie, ad inſtar illius coruí extra Archam Noe degentis ſuper cadauera fœtida mortuorum ſaturati. Illis moleſtum eſt quidquam pati, quia iam regni cœ-

E leſtis ſpe potiendi priuati ſunt gloria, ad quam ieiuniorum crebra obſeruatione tendimus. Scio hominem iam quintam irremiſsè quadrageſimam proſequentem, qui nec corporis diſpoſitione aut habitudine, nec mentis aut ingenij vigore cuiquam cedat hæretico, eſcis & opiparè cibis & ferculis præparatis vtenti. Hæc autem dicta ſufficiant.

Quadrageſimæ tempore Interdicuntur placita ſecularia.] Hoc prohibuit Concilium A Q V I S G R A N E N S E II. canone 16 ad calcem Concilij. Prohibuit etiam & Concilium T R I B V R I E N S E canone 35. vt inuenies inſertum ſuperiùs in vocabulo, Iudicia, &c.

Vide & lege hiſtoriam.

O p… ob Chriſtiani ſyncerã mentem.

Concilium generale 6. Conſtantinopolitanum 3.

Caſei & ouorũ prohibetur eſus.

Oua & caſeus.

Conciliũ Narbonenſe ſub S. Ludouico re ge

Concilium Senonenſe.

Concilium Colonienſe 3.

Bernardus Clareuallenſis.

In Hugnotiſtas

Concilium Aquiſgranenſe 2.

Co… Tribur…e

Quadrageſimæ tempore nuptiæ non celebrandæ. Poſui ſuprà vocabulo, Nuptiæ.

Quadrageſimæ tempore Alleluya non cantetur.] Vide in vocabulo proprio, Alleluya Porrò quia ibi quippiam omiſimus hic debemus ſupplere. Siquidem meminit Alleluya diebus Quadrageſimæ ſubiicendi, BENEDICTVS CASSINENSIS cap. 15 Regulæ. Conciliũ TOLETANVM IIII. ſub Honorio 1. cano. 10. arguit quoſdam, qui in diebus quadrageſimæ alleluya decantabant, præterquã in vltimam hebdomadã Paſchæ. *Quòd fieri* (ait) *interdicimus, ſtatuentes, vt in omnibus prædictis quadrageſimæ diebus (quia tempus non eſt gaudij, ſed mœroris) alleluya non decantetur. Tunc enim opus eſt fletibus ac ieiunijs inſiſtere, corpus cilicio & cinere induere, animum mœroribus deiicere, gaudium in triſtitiam vertere, quouſque veniat tempus reſurrectionis Chriſti, quando oporteat iam Alleluya in lætitia canere, & mœrorem in gaudium commutare. Hoc enim Eccleſiæ vniuerſalis conſenſio in cunctis terrarum partibus roborauit. In temporibus verò reliquis, id eſt, Calendis Ianuarij, quæ propter errorem gentilitatis aguntur, omnimodo Alleluya non decantabitur. In quibus etiam præter piſcem & olus ſicut & in illis quadraginta diebus, cæteris carnibus abſtinetur, & à quibuſdam etiam nec vinum bibitur. Qui autem huic conſtitutioni arbitrium ſuum æſtimauerit præferendum, à communione eiuſdem Paſchæ priuetur.* De Alleluya vide ſuo loco.

Benedictus Caſſinenſis.
Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1. paparum 67.

QVAESTOR.

Quæſtores indulgentiarum abrogantur.] Ex Concilio Tridentino ſeſſione 21 lege repoſitum ſuprà vocabulo, Indulgent. &c. & infrà, Reliq. ex Concilio Lateranenſi, &c.

R

RAPINA.

De Rapinis non exercendis egimus ſuprà vocabulo Fur &c. ex Concilio Piſtenſi & alijs.

Concilium Piſtenſe.

RAPTOR.

Raptores virginum & monialium, &c.] diximus ſuperiùs

De Raptore & rapta qui ad Eccleſiam confugerint, vt poſſint ſaluari diximus vocabulo, Eccleſiæ immunitas, &c.

Raptores vxorum & ſponſarum, &c.] Concilium CHALCEDONENSE generale 4 actione 15. cano. 27 allegat Gratianus cauſa 36. quæſt 2. cap. eos qui, &c. *Eos qui rapiunt mulieres ſub nomine ſimul habitandi, aut cooperatores, aut conniuentes raptoribus, decreuit ſancta Synodus, vt ſiquidem clerici ſunt, decidant gradu proprio: ſi verò laici, anathematizentur.* Hoc decretum repetit Concilium VORMATIENSE cano 77. & Concilium GENERALE VI. Conſtantinopolitanum 3. canone 92. *Eos* (inquit) *qui nomine matrimonij mulieres rapiunt, vel qui opera opéque ſua raptores adiuuant, ſtatuit ſancta ſynodus, ſi ſint quidem clerici, proprio gradu excidere, ſi verò laici, anathemate percuti.* Idem omninò Concilium ROMANVM ſub Gregorio 2. celebratum cano. 10. & . ſtatuit de his qui vel viduas vel Virgines furati fuerint aut rapuerint, cum ſibi conſentientibus Vide ſuprà. Denique Concilium AVRELIANENSE IV. cano. 22. *Nullus per Imperium poteſtatis filiam comprimere audeat alienam, ne coniugium (quod contra piam parentum voluntatem copulatur) velut captiuitas iudicetur. ſed ſicut eſt prohibitum, non admittatur: qui perpetrauerint, excommunicationis ſeueritas pro modo piaculi imponatur.* Idem omninò ſub ſimili ſententia Concilium PARISIENSE I. can 6. Et Concilium MELDENSE cano. 68. *De his qui ſponſas alienas rapiunt, vel conſenſu parentum accipiunt, antiqua & Synodalis ſententia obſeruetur. Qui & ſi forte in Eccleſia euentus talis repertus dignoſcitur, vt pro ſalutis & religionis competentia humanius quiddam debeant tractare pontifices, ſicut canonica (vt eiſdem verbis vtamur) docet authoritas: quia prior quidem definitio* (ait) *durius, poſterior autem quiddam tractauit humanius: nullo modo, vt ad maximam indulgentiam deſcendamus, alterius ſponſæ acceptor ſine publica tranſeat pœnitentia, & ſponſo legaliter mulctam componat. Quòd ſi his obedire noluerit ſine vlla refragatione anathematizetur: fautores verò illius iuxtà modũ culpæ Epiſcopali decreto pœniteant. Si verò, quod non optamus de gradu Eccleſiaſtico talibus nuptiis ſe conſenſorem vel interuentorem manifeſtè prodiderit, à gradu proprio repellatur. Et ſi veriſimilibus exinde ſuſpitionibus fuerit propulſatus, & canonicè nequiuerit approbari, ſecundum ſanctorum patrum ſtatuta ſe purgare cogatur.* Idem omninò ALEXANDER III. in Concilio Lateranenſi quod celebrauit parte 6. cap. 4. vide loco memorato.

Concilium Aurelianenſe 4. ſub Pelagio 1.

Concilium Chalcedonenſe generale 4. ſub Martiano Imperatore.
Concilium Vormatienſe
Concilium generale 6 ſub Conſtantino 4 Imperat.
Concilium Romanum ſub Gregorio 2.
Concilium Pariſienſe 1.
Concilium Meldenſe.
Alexander 3.

RECONCILIATIO.

Reconciliatio iniungitur ante litis exordium.] ALEXANDER I. epiſt. 1. ad omnes fideles. vt allegatur à Gratiano cauſa 2. quæſt. 7. cap. Si quis, &c. *Si quis erga Epiſcopum, aut actores Eccleſiæ, quamlibet querelam vel actionem iuſtè ſe habere crediderit, ipſe redemptoris ſui (cuius actio noſtra eſt inſtructio) viarum non immemor, ſed ſectator egregius, qui cum malediceretur non remaledicebat, ſed tanquam ouis coram tondente ſe obmutuit, ac pro ſuis perſecutoribus in cruce pendens apud patrem intercessit: non priùs primates aut alios iudices adeat, quàm ipſos à quibus ſe læſum æſtimat conueniat familiariter. & non ſemel, ſed ſæpiſſimè, vt ab eis aut ſuam iuſtitiam accipiat, aut iuſtam excuſationem. Bonum nempe, & verè Chriſtiani hominis eſt, rem ipſam omnibus amicitiæ & pacis legibus priùs tentare, quàm in iudicio (vbi frequenter amariſſimus animæ rancor innaſcitur) ſuum ius pertinaciter experiri. Si quis enim cum Deo, qui pacis eſt author, habitare cupiat, eù neceſſe eſt, vt pacem inquirat: ſi autem ſecus egerit, ab ipſis & ab aliis communione priuetur, tanquam Apoſtolorum patrumque aliorum contemptor.* Eadem reperiuntur in decretis SIXTI II. & IVLII I. vt vult Iuo Carnote. libro 4. Porrò FABIANVS I. in decreto, quod allegat Gratianus diſtinct 60. cap. Si quis. &c. *Si quis contriſtatus noluerit reconciliari fratri ſuo, ſatisfaciente eo qui contriſtauit, acerrimis maceretur medijs, vſque dum gratanti animo ſatisfactionem recipiat.* Reliqua poſuimus in vocabulo, Accuſatio, Iudicium, &c. & Diſcordia.

Alexander 1.
1. Petri 2.
Eſay 53.
Lucæ 23.
Sixtus 2.
Iulius 1.
Fabianus 1.

REX.

Rex conſtituendus quid promittere debeat.] Habes plura iam dicta in vocabulis, Princeps, & Imperator. vnde hic reſtant pauca, quæ tamen breuiter proponemus. Igitur Concilium TOLETANVM VI. cano. 1. *Sancimus, vt quiſquis ſuccedentium temporum regni ſortitus fuerit apicem, non ante conſcendat regiam ſedem, quàm inter reliquas conditiones ſacramento pollicitum fuerit, Catholicam non permiſſurum violari fidem. ſed nullate-*

Concilium Toletanum 6. ſub Honorio 1.

um hæreticorum perfidia fauens, vel quolib[illegible] negligen[illegible] aut cupiditate illectus, tendentibus ad pr[illegible] [illegible] [illegible] delitatis, aditum præbeat præuaricationis [illegible]d, quod magnopere noſtro eſt tempore conquiſitum, debeat [illegible]batum perſeuerare in futurum. Nam [illegible] caſſum bonum agitur, ſi non eius prouidetur perſeuerantia. Ergo poſtquam ordine præmi[illegible]o ad gub[illegible]rnacul[illegible] acceſſerit regni, ſi ipſe temerator huius exſtiterit promiſſi, ſit anathema maranatha in con[illegible]ſpectu ſempiterni D[illegible]i, & pabulum efficiatur ignis æterni, ſimiliqùe cum eo damnatione perculſus, quicunque [illegible]ccia[illegible]otum, vel quilibet Chriſtianorum eius implicati fuerint errore. Vide ſuprà, Principis officium, &c. Vide quod ſequitur.

Rex quomodo eligendus ſeu conſtituendus.] De Regno non inuadendo infrà dicemus. Igitur de modo & ordine quomodo Reges debeant conſtitui.

B Concilium Toletanum 8.

Concilium TOLETANVM VIII. cano. 10 *De Regibus ſeu rectoribus* (ait) *qui in regnū eliguntur, [illegible]tatuimus, vt in Regia vrbe, aut in loco, v[illegible]bi princeps deceſſerit, aſſ[illegible]nſu pontificum, maiorumque Palatij eligatur, non [illegible]onſpiratione aut tumultu introducatur. Sit fidei aſſertor, & ab hæreſum iniuria defenſ[illegible]r, modeſtus in actibus, & iudicijs, & vita, parcus in rerum promiſſionibus, nulla vi aut fictione contractus a ſubditis exigat, non proſpiciat propria ſu[illegible]ca commodi, ſed conſulat patriæ atque genti. De rebus congregatis à ſe illas tantummodo partes vendicet,*

Conditiones Regi eligendi.

quas declarauerit authoritas principalis. quæ verò ante regnum conquiſierat, filij hæreditabunt, aut heredes iure proximitatis. Atque ita in eis cunctis actibus, moribus, ac rebus, præfixæ legis authoritatem ſeruabit, quam perenniter ſtatuimus inconuulſam permanere. Et non prius apicem regni quiſque percipiat, quàm ſe omnia illa ſuppleturum iuſiurandi taxatione definiat. Cui etiam legi vel decreto Epiſcopalem non ſ[illegible]um in futuro, ſed etiam in præſenti reuerentiam apponentes, decernimus, vt quicunque detractor, & non potius venerator decreti eiuſdem atque legis eſſe maluerit, ſiue religioſus ille ſit, ſiue laicus, non ſ[illegible]lum Eccleſiaſtica communione plectatur, verùm & ſui ordinis dignitate priuetur. Eandem legem confirmat edicto RECESVINTHVS REX vt habetur cano. 12. eiuſdem Concilij, iubètque, vt perpetuis temporibus obſeruetur illa potiſſimè, qua cauetur, Ne Rex in proprietatis redigat ſinum ea, quæ pro ſolo conſtat illum Imperij percepiſſe faſtigio, & illud in iuris proprij collocet autto quod publicæ vtilitatis acquiſitum eſſe conſtat obtentu. *Nam nunquid ad ill[illegible] (ait) aut populorum aduentus, aut rerum poterat concurrere cenſus, niſi per ſubiectos, glori[illegible]ſo apice potuiſſent att[illegible] [illegible]nd[illegible] non perſonæ, ſed potentiæ ſubdi hæc debere non ambigit. Regem terrenum iura faciunt, non p[illegible]ſ[illegible]a. quia non conſtat ſui mediocritate, ſed ſu[illegible]blim[illegible]tis honore. Quæ ergo honori debentur, honori ſeruiant; [illegible] quæ Reges accumulant, regno relinquant: vt quia eos regni gloria decorat, [illegible] ſi quoque regni gloriam non extenuent, ſed exornent.* Paulo pòſt. *Proinde ſincera manſuetudinis deliberatione, tam nobis quam cunctis noſtra gloria ſucc[illegible]ſſoribus affuturis, Deo mediante, legem ponimus, decretùmque diualis obſeruantiæ promulgamus, vt nullus re[illegible]um impulſionis ſ[illegible]æ quibuſcunque motibus aut f[illegible]ctionibus, ſcripturas de quibuſlibet rebus alteri debitis ita extorqueat vel extorquendas in[illegible]ſinuat, quatenus iniuſte ac violenter indebitarum ſibi quiſque probare poſſit dominium rerum.* Et ad calcem. *H[illegible]ius ſane legis [illegible]tentia in ſ[illegible]lis erit Principum rigore obſ[illegible]ruanda, atque ita perpetim valitura, [illegible]t ne ante qui[illegible]ſquam ſolium regale conſcendat, quam iuramen[illegible] [illegible]dere hanc legem ſe in omnibus implere promi[illegible]tat.* Tum de regni inuaſoribus

Receſuinthus Rex Gothorū atque Hiſpaniarum.

Rex electus Regni opes non poteſt ad poſteros ſeu filios aut parentes transfundere.

A tractat. V[illegible] in [illegible] vo[illegible]abulo, Regnum non inuadendum, [illegible] [illegible] ſeq[illegible]tu[illegible]a.

Regis munus & officium. Vide ſ[illegible]prà in vocabulo, Pri[illegible] [illegible] & officium & in vocabulo, Imp[illegible] [illegible] quidquid ibi dictum eſt, huc etiam [illegible] [illegible] [illegible] ea quæ [illegible] præcedentibus decretis [illegible] ſunt nonnihil de Regis munere tractant, [illegible] [illegible]ue reuolue. Concilium PARISIENSE III. lib. 2. cap. [illegible] de Regis nomine & munere atque officio tractat copioſiſſimè, deſumpſitque ex lib. 3 ſent[illegible]ntiarum ISIDORI HISPALENSIS capit. 48. 49. & reliquis, qui ait. *Rex a [illegible]endo, [illegible] re[illegible] agendo [illegible]eat[illegible] Si enim pie & iuste [illegible] miſericorditer re[illegible]it, meritò Rex appellatur, ſi his [illegible]ar[illegible]erit, non Rex, ſed Tyrannus eſt.*

Concilium Pariſienſe 3. lib. [illegible] & [illegible] Augustis Imperatoribus. [illegible] Hiſpalenſis Epiſcopus.

B *Antiqui autem, omn[illegible]s [illegible] [illegible] tyrannos [illegible]abant, ſed poſtea pie & iuste [illegible] miſericorditer re[illegible] [illegible] R[illegible] nomen adepti ſunt. Imp[illegible] ve[illegible] iniuſte, crud[illegible]literque principantibus, non re[illegible], [illegible] tyranni [illegible] aptatum eſt nomen. Quia er[illegible]o R[illegible] [illegible] [illegible]cte dicitur, p[illegible]in[illegible] et ſtudendum eſt [illegible] ſemetipſ[illegible] [illegible]uamque [illegible], C[illegible] adiuuante gratia, ab operibus nequam emac[illegible], [illegible]oniſque operibus exubera[illegible]e [illegible]t, vt ab ea cæt[illegible] [illegible]ſ[illegible]b[illegible]di bonum exemplum ſemper capiant. [illegible] ſ[illegible] [illegible] ſaluiferis Chri[illegible]i præceptis fideliter atque obedienter [illegible] [illegible]undet, [illegible] r[illegible]cte agendo ſancti[illegible] [illegible]um Regum qui D[illegible] [illegible]ecere ſtu[illegible]do placuerunt, p[illegible] hanc [illegible] [illegible]minationem c[illegible]r[illegible] [illegible]unt.* De Rege autem & quid cauere debeat in Deuteronomio exponitur & Salomon ait: *Rex qui iudicat in [illegible]ritate p[illegible], [illegible] eius in æternum [illegible]rmabitur.* Item: *M[illegible] [illegible]a & [illegible]it[illegible] cuſtodiunt regem, & roboratur clementia thronus*

C

eius. Quantæ autem fœlicitatis ſit bonus rex, quantæve infœlicitatis ſi nequam fuerit, B. CYPRIANVS CARTHAGINENSIS eximius martyr Chriſti de duodecim abuſionibus ſcribeos, inter cætera ita ait. *Nonus abuſionis gradus eſt, rex iniquus. Etenim regem non iniquum, ſed correctorem iniquorum eſſe oportet, v[illegible]de in ſemetipſ[illegible] nominis ſui dignitatem cuſtodire debet. Nomen enim Regis intellectualiter hoc retinet, vt ſubiectis omnibus rectoris officium procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit, qui proprios mores, ne iniqui ſint, non corri[illegible]it? In-*

Deuter. 17. Prouerb. [illegible] [illegible] 20.

Cyprianus Carthaginenſis.

D *ſtitia regis exaltatur ſ[illegible]lium, & veritate [illegible]lidantur gubernacula populorum. Iuſtitia verò Regis eſt neminem iniuſtè per potentiam opprimere, [illegible] [illegible] [illegible] perſonarum inter virum & proximum [illegible]uum iudicare, aduenis & pupillis & viduis defenſorem eſſe, furta cohibere, adulteria punire, iniquos non exaltare, impudicos & hiſtriones non nutrire, impios de terra perdere, parricidas & peierantes viuere non ſinere, Eccleſias defendere, pauperes eleemoſynis alere, iniuſto ſuper regni[illegible] [illegible] [illegible]otia non conſtituere, ſenes & ſapientes & ſobrios [illegible]liarios habere, Magorum & Ariolorum Pythoniſſarumque ſuperſtitionibus non intendere, iracu[illegible]diam diff[illegible]rre, patriam & fortiter & iuſtè contra aduerſarios*

E *d[illegible]endere, per omnia in Deo viuere, proſperitatibus nō eleuare animum, cuncta aduerſa patienter ferre, fidem catholicam in Deum habere, filios ſuos non ſinere impiè agere, certis horis orationibus inſiſtere, ante horas congruas non guſtare cibum. Væ enim terræ cuius rex puer eſt, & cuius principes manè comedunt. Hæc regni proſperitatem in præſenti faciunt, & regē ad regna cæleſtia meliora perducunt.* Eadē & de Imperatore dixit FVLGENT. RVSPENS. Vide [illegible] vocabulo, Imperator, &c. & princeps, &c. Prædicta autem Patres memorati Concilij exemplis Regum Iſrael amplificant, & authoritatibus ſcripturæ demonſtrant, & ſpecialiter cap. 2. 3 & 4 Reges de iuſtitia adminiſtranda informant eo quod æqui

Eccleſiaſt. 10.

Fulgentius Ruſpenſis.

Concilium Aquiſgranenſe II.

tas iudicij ſtabilimentum ſit regni,& iniuſtitia ſit eius euerſio. Quod [illegible] Regibus obtemperandum ſit cap. 8. [illegible] ſequenter demonſtrant. Porrò Concilium A[illegible]RANENSE II cap 1 capituli 4 eadem replicat. *Regale miniſterium ſpecialiter [illegible] populum Dei [illegible] bernare [illegible] cum æquitate [illegible] & [illegible] pacem [illegible] concordiam habeant ſtudere [illegible] debet primo defenſor eſſe Eccleſiarum & ſeruorum Dei, viduarum, orphanorum, cæterorumque pauperum, nec non [illegible] omnium indigentium. [illegible] terror [illegible] ſtudium huiuſcemodi, inquantum poſſibile eſt, eſſe [illegible] nulla iniuſtitia fiat, deinde [illegible] euenerit [illegible] modo eam ſubſiſtere permittat, nec ſpem de[illegible] aut [illegible] audaciam male agendi cuiquam [illegible] quoniam ſi ad ipſius notitiam peruenerit [illegible] piam mali quod admiſſum [illegible] nequaquam incorrectum aut inultum remanebit, ſed iuxta [illegible] qualitatem [illegible] modum iuſta correptione [illegible]* Eadem iterum repetit Concilium MO[illegible]NTINVM III cap 2. & 3. & Concilium TRIBVRIENSE ſub Arnulpho Imperatore ſtatim in præfatione. Verum his diſſimilia dicunt, quæ iam ſuperius recitata ſunt. Si autem plura vis de Regum & Imperatorum officio noſſe, lege librum PHILO[illegible]IS IVDAEI De temulentia, vbi ſic loquitur. *Eſt enim officium magnorum Imperatorum, adiſcare ſapientiam, non illorum qui armis terram & mare ſubigunt, ſed qui animæ potentiis varias in ea confuſaſque turbas debellant.* Regis officium & munus ſcitè deſcribit Lupus Ferrarienſis epiſt. 64. ad Carolum Caluum.

Concilium Moguntinum 3. ſub Arnulpho Imperat.

Concilium Triburienſe ſub eodem.

Philo Iudæus.

Rex Romanæ ſedis & ſummi Pontificis filius dicitur.] Diximus ſuperiùs in vocabulo, Imperator,& in vocabulo, Francia, &c. Vnde & GREGORIVS I. lib. 1. epiſt. 41. ad Leandrum Epiſcopum Hiſpalenſem, de Riccaredo Sueuorum & Gothorum Rege loquens ait. *Communem filium gaudeo ad catholicam [illegible] dem integerrima deuotione conuerſum.* Denique lib [illegible]. epiſt 113. ad Brunichildem, eam filiam vocat, & eodem libro 7. epiſt. 126 ad prædictum Reccaredum, eum excellentiſſimum filium nominat. Sic & MARTINVS I. epiſt 2. ad Amandum Epiſcopum Sigebertum Regem Francorum, præcellentiſſimum filium nominat Vide locis ſupradictis multò plura teſtimonia, quia hic pauca libuit referre.

Gregorius I.

Martinus I.

REGNVM

Regnum non tyrannicè inuadendum.] Lege ea quæ iam ſupra retuimus in vocabulo, Principibus non inſidiandum, &c. ſimiliter & ea quæ in præcedentibus annotationibus diximus de eligendo & conſtituendo Rege,&c. [illegible] adde quod ſtatuit Concilium TOLETANVM IV. canone vltimo,&c.Et TOLET. V. cano[illegible] 3.4. TOLETANVM VI. can.17 ait. *Itaque Rege [illegible] conſtante, nullus [illegible] aliqua [illegible] pere, vel deliberatione, cuiuſcunque dignitatis Laicus [illegible] gradu Epiſcopi, aut Preſbyt[illegible] D[illegible] que clericatus officio [illegible] ſui [illegible] Regem [illegible] contra viuentis [illegible] vtilitatem, & p[illegible] dubio voluntatem, nullo blandimento vel ſuaſione p[illegible] eadem [illegible] aut ali[illegible] in ſe trahat, aut [illegible] alium atqui[illegible] enim [illegible] valde execrabile Chriſtianis debet haberi [illegible] turis temporibus [illegible] & vitæ ſuæ ſigna [illegible] ventura diſponere.* Et infrà *Rege vero defuncto nullus Tyrannica præſumptione regnum aſſumat, nullus ſub religionis habitu detonſus, aut turpiter decaluatus, aut ſeruilem originem trahens, vel extranea gentis homo, niſi genere & moribus dignus, promoueatur ad apicem regni. Temerator autem huius præceptionis ſanctiſſimæ feriatur perpetuo anathemate.* Prohibetur etiam ne aliquis ad regnum aſpirans excitet mutuas ſeditiones [illegible]um, nemo meditetur interitus regum ſed defuncto in pace principe primates gentis cum ſacerdotibus ſucceſſorem regni conſilio communi conſtituant, vt dum vnitatis concordia retinetur, nullum patriæ gentiſque diſſidium per vim atque ambitum moliatur. Hæc verò intellige ſi Rex moriens non habuerit filios ſucceſſores, alioquin idem Concilium ſtatuit can 16 vt Regia ſoboles & poſteritas ſuis non expolietur rebus, aut priuetur dignitatibus, nec inſidiæ aut machinamenta fraudulenter [illegible] parentur, ſed tribuantur præſidia, dilectioque firma & benigna defenſionis adminicula iuſta; quia dignum eſt, vt [illegible]ius regimine habemus ſecuritatem, eius poſteritati impertiamus quietem. Porrò de non inuadendo regno edictum eſt RECESVINTHI REGIS, quod inſeritur can 12. Concilij TOLETANI VIII. cuius iam ſuperius partem allegauimus, ſicque addit *Quemcumque per tumultuoſas plebes, aut per abſconſa dign[illegible] publica machinamenta, adeptum eſſe conſtiterit regni faſtigia, mox idem cum omnibus tam nefariè ſibi conſentientibus, & anathema fiat, & Chriſtianorum communionem amittat, eam dira percuſſionis vltione ce[illegible], vt omnis diuinis ordinis cultor, qui illi communicare præſumpſerit, ſimili cum ipſo damnatione diſpereat, & pœna tabe[illegible]. Nam ſi quis legitimus ſeriem ex officio palatino maleuole detrahendo lacerare voluerit, aut euacuandam quandoque vel ſilenter mu[illegible]tans, vel apertè reſultans proloqui detectus extiterit, cunctis palatina dignitatis cõſertiis & officijs mox nudatus, omnium rerum ſuarum dimidiam partem amittat. & in deputato ſibi loco redactus à totius palatij maneat ſocietate ſecluſus. Religioſus etiam qui ſe in hanc culpam deuoluerit, ſimili rerum proprietatis ſuæ diſpendio ſubiacebit.* Idem Concilium TOLETANVM X. ſub Martino I. Papa ſtatuit cano. 2 & TOLETANVM VII. cano. 1. Porrò hæc confirmat Concilium OXONIENSE in Anglia, can. 1. illos excommunicationis ſententia feriens, qui regni pacem perturbare, & iura regis detinere contendunt. Vide loco memorato.

Concilium Toletanum 4.

Concilium Toletanum [illegible]

Concilium Toletanum 6.

Receſuinthus Rex Gothorum atque Hiſpanorum.

Concilium Toletanum 8.

Concilium Toletanum 10. ſub eodem Principe.

Concilium Toletanum [illegible]

Concilium Oxonienſe.

REFORMATIO.

De reformatione Monaſteriorum diximus in vocabulo, Monaſterium,&c. Vide & Viſitatio, &c.

RELIGIO.

Religio noua non introducenda, &c.] De Religionibus quidem ſatis copioſè diximus in vocabulo, Monachus Monaſterium, Monialis & Canonicus,&c. Beneficium.&c. & huiuſmodi. Porrò de non introducendis ſine authoritate Apoſtolicæ ſedis, Religionibus nouis plura extant decreta patrum, & præcipuè illud prohibuit Concilium LATERANENSE ſub Innocentio [illegible]. cap. [illegible] (*Ne nimia* ait) *religionum diuerſitas grauem in Eccleſia Dei confuſionem inducat, firmiter prohibemus ne quis de cætero nouam religionem inueniat. Sed quicunque voluerit ad religionem conuerti, vnam de approbatis aſſumat. [illegible] qui voluerit religioſam domum fundare de nouo, regulam & inſtitutionem accipiat de religionibus approbatis. Illud etiã prohibemus, ne quis in diuerſis monaſteriis locum monachi habere præſumat, nec vnus Abbas pluribus monaſteriis præſidere.* Vt diximus in vocabulo, Abbas.&c. Porrò Concilium LVGDVNENSE ſub Gregorio 10. omnes recenter fundatas religiones abrogauit, exceptis quatuor quæ ab Apoſtolica

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. patrum 1215

Concilium Lugdunenſe ſub Gregorio 10.

ſede confirmatæ ſunt, vt teſtatur Platina in vita præfati Pontificis, & PETRVS ALLIACENSIS atque DIONYSIVS FABER, cap. 25. vitæ S. Cœleſtini, inſtitutoris noſtri.

Petrus Alliacenſis. Dionyſius Faber Cœleſtinus.

RELIQVIAE SANCTORVM.

Reliquiæ ſanctorum venerandæ, & earum virtus atque mira operatio, peruetuſto [illegible]. Nolim te ignorare, bone lector, iam in varijs locis de veneratione Reliquiarum ſanctarum, atque earumdem mira operatione nos egiſſe, ſicut ex vocabulo, Imago, &c. deprehendes, nam in margine ſedulò præmouere curauimus. Denique de earumdem reliquiarum viſitatione egimus in vocabulo, Peregrinatio, &c. vt ſcias quod hic defuerit, in illis locis requirendum, nam rem eandem toties non cenſemus congruum repetere. Pergemus ergo cœpto more & ordine, per ſeriem, & ordinem ſucceſſionis Apoſtolorum oſtendentes iam ab initio coruſcantis Euangelij ſanctorum fuiſſe reliquias venerabiles. Vnde CLEMENS I. ſic lib. 6. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 30. ex Apoſtolorum traditione recenſet: *Igitur (ait) eorum qui in Deo viuunt, nec reliquiæ ſine honore manent. Nam Heliſæus propheta poſt diſceſſum è vita, mortuum quendam excitauit interfectum à Pyratis Syriæ. Attigit enim corpus eius Heliſæi oſſa, atque excitatum vixit, quod factum non eſſet, niſi Heliſæi corpus ſanctum fuiſſet. Ioſeph complexus eſt Iacob poſt mortem, cum iaceret in lectulo. Et Moſes ac Ieſus Naue Ioſephi reliquias ſecum duxerunt, quod minime putauerunt piaculum, &c.* Et DIONYSIVS AREOPAGITA lib. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, parte 3. capitis 7. vbi de exequijs locutus eſt, ſubdit: *Post actus hos, Pontifex condit in loculo digniſſimo, cum alijs ſui ordinis corporibus [illegible]. Si enim in anima & corpore vitam [illegible], qui defunctus eſt, duxit, honorabile erit cum ſancta anima, & quod [illegible] ſudoribus cum illa decertauit corpus.* Idem cap. 3. libri de diuinis nominibus, ad contuendum ſacrum corpus beatæ virginis Mariæ, de longinquis partibus ſic cum alijs Apoſtolis veniſſe, meminit. Hinc & ABDIAS BABYLONIVS lib. 1. certaminis Apoſtolici, dum de Petri Apoſtoli martyrio loquitur, & cruci eum affixum dixit, ſicut ex alijs authoribus probauimus in vocabulo, Petrus, conſequenter in Vaticano ſepultum dicit, & totius orbis veneratione celebrari, quod ex infinitis conſtat authoribus in memorato Vocabulo, & in vocabulo, Peregrinatio, &c. Denique PRESBYTERI ACHAIAE in hiſtoria Martyrij S. Andreæ Apoſtoli, idemque Abdias lib. 3. ad locum vbi ſepultus eſt Apoſtolus Andreas, teſtantur miracula fieri, & eius veneranda oſſa fidelium deuotione frequentari. Idem Abdias lib. 5. certaminis Apoſtolici, & confirmat SIMEON METAPHRASTES in vita S. Ioannis Euangeliſtæ. Euſebius, atque Nicephorus aliique multi referunt, Ioannem Apoſtolum interrogaſſe quendam, qui ſanctæ Druſianæ corpus mortuum temerare tentauerat. [illegible] ſic enim loquitur [illegible] reliquias plenas [illegible] aliquem habere potuit effectum. Ille autem ab inuente ſe [illegible] eſt [illegible] prohibitum. Denique referunt adhuc, quòd ex ſepultura Ioannis ſeu ſepulchro manna exiens apparuit cunctis. *Quam (aiunt) vſque hodie gignit locus ille, & fiunt virtutes per orationes eius frequentes. Hic ab omnibus infirmitatibus ægroti liberantur, & periculis eximuntur, [illegible] cum ſuarum quiſque conſequitur effectum.* Idem ABDIAS lib. 6. memorat Regem Xerxem Apoſtolis beatis, Simoni, & Iudæ, magnificam conſtruxiſſe baſilicam, in qua Sarcophagum repoſuit corpora beatorum Apoſtolorum continentem, ad cuius præſentiam plurimi beneficia conſequuntur, qui illuc credentes in Chriſtum meruerint peruenire. Narrat idem libro 8. Corpus beati Apoſtoli Bartholomæi cum hymnis & cum omni gloria ablatum & ſepultum. Idem lib. 9. de Oſſibus Thomæ Apoſtoli narrat hoc modo. *[illegible] Meſdeus, qui Apoſtolum occiderat, filius [illegible] eſſet à dæmonio, nec quiſquam qui eum ſanaret poſſet reperiri, ſucceſſit huiuſmodi Meſdeo ſententia, vt diceret: Vado & aperio ſepulchrum, & tollens oſſa de corpore Apoſtoli ſuſpendam filio meo & curabitur. Adtendebat [illegible] ſecundum cogitationes Meſdeum ad montem, & reuelauit ſe Thomas [illegible] dicens: In viuentem non credidiſti, & in mortuos credis? Sed ne timeas, miſerebitur tui Dominus Ieſus, & exhibebit tibi [illegible] miſericordia ſua propter bonitatem ſuam. Verum vbi aſcendit Meſdeus, reſerato ſepulchro oſſa inuenire non potuit, quia iampridem reliquias ſanctas quidam de fratribus rapuerant, & in vrbe [illegible] ſepelierant. Ea tamen quæcunque Rex in ſepulchro reperit humi vel ſtercoris, ſupra quæ iacuerant reliquiæ Apoſtoli, auferens Meſdeus & alligans [illegible] ſuo ait: Credo tibi Chriſte nunc, quia recedit à me [illegible] qui homines turbat, affectus ne ad te viſe [illegible] ſumma propoſitione contendam. Itaque vbi ſuſpendit illa puero, ſtatim ſanatus eſt ex illa hora, & factum eſt gaudium magnum inter fratres, ſuper conuerſione Regis ad Regem cœleſtem Ieſum Chriſtum, &c.* Idem adhuc lib. 10. loquens de reliquijs Philippi Apoſtoli: *In* ciuitate Hierapoli (ait) poſitum eſt ſanctum corpus eius, in cuius tumulo poſt aliquantos annos duæ ſacræ virgines filiæ eius dextra læuaque ſepultæ ſunt, vbi præſtantur beneficia, Deo orante Apoſtolo, omnibus qui credunt verum Deum patrem, &c.* Similiter narrat AVRELIANVS LEMOVICENSIS Epiſcopus poſt beatum Apoſtolum Martialem ad calcem vitæ eiuſdem Martialis. *Beatus (inquit) Alpinianus diſcipulus eius clariſſimus ſanctitate, accipiens ſudarium eius tangebat ex ipſo infirmorum corpora [illegible] ad Chriſti inuocationem cunctos [illegible] incolumitati reddebat, & cætera multa quæ ad ſancti viri reliquias narrat miracula contigiſſe.* Porrò EVSEBIVS CÆSARIENSIS lib. 4. c. 15. citat epiſtolam Presbyterorum Eccleſiæ Smyrnenſis ad Eccleſiá apud Philomelium conſtitutam, vbi ſic loquuntur PRESBYTERI ECCLESIAE SMYRNENSIS & alij fideles. *Centurio quidem corpus Polycarpi in medio poſitum exuſſit, & ita nos poſtmodum ambuſta oſſa pretioſiſſimis gemmis chariora, & omni auro probabiliora per ignem [illegible] collegimus, & ſicut conueniebat ex more condidimus: quo in loco etiam nunc, præſtante domino ſolennes agimus celebreſque conuentus, maxime quidem in die paſſionis eius, &c.* Et CORNELIVS I. epiſtola 1. de tranſlatione corporum Petri & Pauli, reliquias cum veneratione collectas ſæpiùs commemorat. Sic quoque GREGORIVS NISS. oratione in ſanctum Theodorum Martyrem: *Quamobrem his artis operibus ſenſibus obnoxiis oculos oblectantes, cupiunt loculo reliquias corporis partes admouere, etenim ipſo contactu ſanctimoniam credunt & charitatem excitari. Si quis autem puluerem in ipſa loculi ſuperficie, vbi corpus Martyris requieſcit, [illegible] prabeat, pro ingenti munere accipitur, & terram tanquam rem pretioſiſſimam reponit. Nam*

Clementis 1. liber de conſtitutionum Apoſtolicarum. Epiphanius libro 2. 245. contra Seuerianos. Euſebius, Cyrillus & Nicephorus atque [illegible] & approbant. Geneſ. 50. 4. Regum 13. Exod. 13.

Dionyſius Areopagita.

Abdias Babylonius.

Presbyteri Achaiæ.

Simeon Metaphraſtes.

Abdias Babylonius.

Mira virtus reliquiarum.

Reliquiæ [illegible] tuliſſimus po[illegible] adducte ieq[illegible]

*Hoc aſſerunt Gaius, vt refert Euſebius li. 3. Hiſtor. cap. 31.

Aurelianus Lemouicenſis Epiſcop.

Euſebius Cæſarienſis.

Eccleſia Smyrnæ.

Oro hoc aduerte.

Cornelius 1.

Gregorius Niſſenus.

ſicuti forte facultas detur, vt iſtas reliquias attingat, id vero eiuſmodi cenſetur donum, vt ſupremo voto nihil maius optari poſſe videatur. Hoc qui experti ſunt norunt, quique eo tenentur deſiderio. Ipſum enim corpus perinde ac ſi viuum florenſque eſſe amplectuntur & deoſculantur, oculis, ore, auribus, omnibus denique ſenſibus adhærent, lachrymaſque pietatis & affectionis indices effundunt, martyrique, vt omnibus partibus integro ac vigenti ſupplicant, vt pro ſe apud Deum legationis munere fungatur, &c. Et infrà ſtupenda recenſet miracula quæ ad eiuſdem martyris ſepulchrum perpetrantur huius martyris Theodori vt autumo meminit NICEPHORVS CALLISTVS lib. 7 cap. 44. eumque ducem ſtrenuum diris cruciatibus dicit affectum à Licinio, ſub quo etiam paſſi ſunt Martyres illi quadraginta, quorum vitam. Idem Niſſenus & BASILIVS MAGNVS ſcripſerunt. Sic autem loquitur Baſilius. *Venerare* ait *legitime martyres, vt egregia tua voluntate te teſtem adiungas, ac demum ſine perſecutione, ſine igne, ſine verberibus ac plagis eodem cum illis præmio dignus habearis.* Et infrà *Hi ſunt qui noſtram obtinentes regionem, quaſi quædam turres, contra aduerſariorum incurſum refugium exhibent. nec vno in loco ſe ſe clauſerunt, ſed in multis locis hoſpitio recepti multorum patrias ornauerunt, &c.* Idem Baſilius oratione in Mamantem martyrem. *Ad martyris vero memoriam, & tota regio mota eſt, & ad eius feſtum diem vrbs vniuerſa immutata geſtit: neque cognatis deditum ad maiorum ſuorum ſepulchra declinant, ſed omnes ad pietatis locum tendunt, &c.* Idem oratione in ſanctam Iulittam: *His dictis (ait) in lignorum ſtruem accenſam inſiliuit, quæ perinde ac thalamus ſplendore choruſcus corpus ſanctæ Iulittæ circumplexa, animam quidem in cæleſtem illam deſtinauit regionem, & quæ illam meritis congruebat regimen. Corpus autem honore præcipue venerabile aſſeruauit affinibus & cognatis incolume, nec vlla ſui parte læſum: quod ſane in ornatiſſimo Primarii templi vrbis totius veſtibulo conditum loco quidem adfert venerabilem ſanctimoniam, nec minus qui eo loci conueniunt efficit ſanctiores. Terra porro ibi ius beatæ aduentu aquam emiſit, quæ ſuapte natura nulli non noſtrum gratioſiſſima eſſe debeat, &c.* Denique ſacras reliquias in quanto habuerit honore ſacratiſſima mater Helena, teſtantur hiſtoriographi celebres, RVFFINVS AQVIL. lib. 10. cap. 7. & 8. SOCRATES lib. 1. cap. 17. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. & NICEPHORVS CALL lib. 8. cap. 29 nam crucem dominicam inuentam, & Clauos, cæteraque paſſionis inſignia, mira veneratione coluit Baſilicis ædificatis, vbi magnificè omnia recondidit, vt latiùs in aliis vocabulis docuimus. Crux, Imago, &c. Idem Ruffinus lib. 1. cap. 11. Thomæ Apoſtoli reliquiis decoratam prædicat, vt iam ſuperiùs dictum eſt. Narrat quoque EVSEBIVS CÆSARIENSIS lib. 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ capite 9. & 10. Cathedram, Iacobi Apoſtoli, qui primus Epiſcopus fuit Hieroſolymorum, ibidem dicit aſſeruari vſque in hodiernum diem. *Seruatur ergo (ait) eam ingenti ſtudio, veluti a maioribus tradita memoria ſanctitatis, & cum magna veneratione habetur, &c.* Porrò Patres Concilii CONSTANTINOPOLITANI I generalis 2. epiſtola miſſa ad Damaſum & Epiſcopos Italiæ, quam Nicephorus lib. 12. cap 16 commemorat, narrant quomodo quorumdam ſanctorum reliquiæ de exilio ſunt reportatæ. Idem NICEPHORVS lib. 10. cap. 11. narrat Artemium generoſum fidei propugnatorem, & ducem Auguſtale Antiochiæ, copiarumque auctorem ſub Conſtantio Imperatore, diuorum Apoſtolorum, Andreæ Lucæ & Timothei oſſa ex Achaia & Epheſo Conſtantinopolim pertuliſſe. Idem lib 12 cap. 14. *Post Synodum celebratam (ait) vbi Imperator (ſcilicet Theodoſius ſenior) cognouit quid Paulo Conſtantinopolitano olim Epiſcopo accidiſſet, (vt ſcilicet in exilio ab Arrianis ſuffocatus enectuſque fuerit) tranſlato honorificè corpore eius Conſtantinopolim, in templo id repoſuit, quod Macedonius, qui inſidiatus illi fuerat, conſtruxit. Sub idem tempus* (infert) *ſacræ etiam Meletii reliquiæ Conſtantinopoli Antiochiam ſunt perlatæ, & proxime apud Martyrem Babylam repoſitæ. Dictum autem eſt, Imperatoris iuſſu corpus eius, in publicis viis omnibus, præter Romanum morem, intra mœnia vrbium receptum, precationibuſque & pſalmodiis alternis in vrbibus decantatis, donec Antiochiam perueniret, honoratum eſſe, &c.* Idem eodem lib. 12. cap. 48. *Religio vero (ait) non per hos tantum maiora capiebat incrementa, verum eam etiam colonellarum, atque, vt æquum eſt, quam maxime exornarunt, quantum apparatum veterum atque illuſtrium prophetarum reliquiæ. Abacuc enim primum, deinde Michæas, & tandem poſt hos celebre baptiſtæ caput e terra extitere. Abacuc quidem & Michææ reliquias diuina viſio, ſicuti audiui, in ſomnis Zebeno oſtendit Eleutheropolis eo tempore Eccleſiam gubernanti, &c.* De capite verò Ioannis, agit ſequenti cap 49. Idem lib 3 cap. 24. *Olympiadis (ait) ſacræ virginis in Nicomedia Bythinia exulantis, & ibidem functa, ſacra oſſa mari impoſita ſine vllo alio adiutore maritimo loco applicuerunt, qui Brothi dictus eſt, vbi incolæ diuina admoniti viſione exierunt, & ſacras reliquias ad ſanctiorem ſacrificii aram repoſuerunt, quæ innumerabilium morborum cura, dæmonumque expulſione aliiſque prodigiis, quæ ſupra hominum opinionem, ibi exhibere Deus dignatus eſt, &c.* Idem NICEPHORVS lib 14 cap. 2. Pulcheriam Auguſtam Theodoſii iunioris ſororem, dicit ſacrum Dei genitrici templum, quod Blachernæ dicitur ædificaſſe. *Cuius, ait diuinum tamulum, & ſepulchrales faſcias inuentas, cum veneratione maxima ibi repoſuit.* Idem eodem lib. 14. cap 8. *Imperii (ait) illorum* (ſcilicet Theodoſii & Pulcheriæ præfatæ) *Deus tempora honore præſignens viſionibus quibuſdam e ſinu terræ corpora produxit, & publice in apertum protulit. Id quod eo tempore accidit, in Zacharia veterum e propheta, in Stephano primo Diacono & Martyre, atque in Sebaſtienſibus quadraginta ſub Licinio eluti concretis martyribus* (de quibus ſuprà diximus) narrat autem modum & ordinem quomodo ſint inuentæ præfatæ reliquiæ & Conſtantinopolim opera & ſolicitudine Pulcheriæ tranſlatæ ſed diffuſo & prolixo ſermone Optarem vt lector non cunctaretur locum præmonſtratum adire, vbi & conſequenter videret Thyrſi martyris reliquias eidem Pulcheriæ per viſionem reuelatas, aliorùmque martyrum. *Quos (ait) e ſinu terræ extractos, eodem loco & honore ornari iuſſit.* SOZOMENVS SALAMINIVS lib 9 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap 2. teſtatur ſe interfuiſſe pompæ cum prædictæ reliquiæ Thyrſi & aliorum martyrum à Pulcheria pretioſæ arcæ impoſitæ ſunt. Conſequenter teſtatur ab eadem virgine Pulcheria conſtructum templum magnificum, vbi repoſuit Laurentii Martyris & Agnes, reliquias ſibi Conſtantinopolim Miſſas. *Attico vero Epiſcopatum gerente* (infert) *prophetæ quoque Samuelis oſſa allata, & in prophetico eius phano, quod prope ſeptimum conditum eſt, collocata, &c.* Hæc

Nicephorus Calliſtus.

Baſilius Magnus

Vide quam magnificè Baſilius reliquias ſanctas prædicat.

Ruffinus Aquileienſis. Socrates. Nicephorus Calliſtus.

Euſebius Cæſarienſis.

Concilium generale Conſtantinopol. ſub Theodoſio ſeniore.

Nicephorus al. lege infra, x Hieronymo latus.

Vide obſecro ea quæ dicuntur.

Res mira.

Reliquiæ beatæ Virginis Mariæ.

Zachariæ reliquiæ Stephani reliquiæ.

Sozomenus Salaminius.

Samuelis reliquiæ

confirmat iam memoratus Nicephorus ad calcem cap.10.lib.14. Qui etiam libro eodem capite 44. Eiſdem (ait) *temporibus diuinus quoque Ignatius Roma Conſtantinopolim delatus eſt. Cum namque ille, ſicuti ei viſum fuerat, in Amphitheatro Romæ in ferarum aluos ſepultus eſſet, quæcunque ſuperfuère firmiora ſolidioráq; oſſa condita ibi ſunt. Theodoſius autem, Dei optimi maximi præſtantiſſima ſuggeſtione, magnopere ingentes atque illuſtres cum honore ea ad gregem ſuum referre ſtuduit. Quapropter reliquias eas inde receptas, cum magnifico apparatu poſt tempus longum Antiochiam reduxit, & in eo loco, quod cœmiterium vocatur, veneratione magna repoſuit: & delubrum ingens dæmonibus olim dicatum (quod ab incolis τυχαῖον, quaſi fortunæ templum dicas vocabatur) in ſacroſanctum phanum mutatum diuino martyri conſecrauit. In quo etiam reliquiarum tumulus repoſitus eſt, curru imperiali cum ſacro apparatu & ſatellitio in vrbem eam illatus, vbi quoque anno quolibet publicè & magnifice feſtus dies eſt actus, Deo diligentium ſe memoriam ſancte à funere etiam ipſo glorificante, ſicuti antea quoque in Babyla accidit, &c.* De quo Babyla ſic IOANNES CHRYSOSTOMVS oratione in eundem loquitur. *Atqui poterat Babylas* (ait) *vel exemplo Enoch transferri, vel Heliæ modo rapi, vt qui vtriuſque æmulator fuerat: at Deus quæ eſt in humanũ genus benignitate, inter alias quas infinitas nobis ſalutis noſtræ occaſiones dedit, & hanc quoque viam nobis à ſe munitam eſſe voluit, idoneum ad virtutem capeſſendam ſtimulum, relictis ſcilicet interim apud nos ſanctorum reliquiis. Nam poſt ſermonis facultatem, ipſa certe ſanctorum ſepulchra proximum locum obtinẽt, ad animas hominum in ipſos ſanctos intuentium ad virtutum earundem æmulationem excitandas.* Et infrà *Quid de locis & ſepulchris verba facio, cum & ſæpè veſtis ſola mortuorum viſa, & verbum vnum in mentem infinẽs animum noſtrum excitet, & memoriam interlabentem reficiat, quibus de cauſis ipſas nobis ſanctorũ reliquias Deus reliquit?* Et paulò infrà. *Vbi enim ita, vt mandauit Babylas, ſepultus fuit, & tam longum temporis internallũ ab eius ſepultura interceſſit, vt non niſi oſſa ac cinis in feretro ſuperarent: placuit Imperatori vni ex his, qui poſteà imperarunt, Deo ipſius animam ad id impellente, capſulam in ſuburbium iſtud Daphnem abduci, &c.* Lege reliquum. IDEM Chryſoſtomus oratione in S. martyres Inuẽtinum & Maximum. *Poſt beatam autem illam cædem, quidam etiam cum ſalutis periculo athletas illos optimos rapuerunt, etiam ipſi viui martyres, vt illorum reliquias curarent decenter. Nam quamuis non occideb*antur*, optabant tamen mori potius, quàm vt corpora illa relinquerent inhumata, ita ad venationem eorum feſtinabant, &c.* IDEM oratione in ſanctos 7. Machabæos, tomo 1 *Pretioſa* (inquit) *ſunt corpora martyrum, quoniam plagas pro Domino ſuſceperũt, & quia ſtigmata propter Chriſtum membris ſuis impreſſa ferunt: & ſicut corona regalis vndique decorata fulgores varios emittit, ita & ſanctorum Martyrum corpora, ſicut pretioſis lapidibus, acceptis pro Chriſto vulneribus diſtincta omni regum diademate pretioſiora & ſpectabilia redduntur, &c.* Hinc GREGORIVS NAZIANZENVS orat. 20. in eoſdem Machabæos, ait: *At mater generoſa tanquam auis pullos, cum ſerpens abrepit, aut aliud quid inſidiatur, circumuolabat, circumgemebat, ſupplicabat, ſimul certabat. Et quid nõ faciebat, quod ad victoriam conſequendam deſeruiret? ſanguinis guttas rapiebat, membrorum detruncationes colligebat, reliquias adorabat: cum vno loquebatur, & hunc offerebat, alium verò præparabat, &c.* IDEM orat 8 in S Baſilium, ait: *Geſtabatur ſanctus manibus ſanctorum eleuatus, ſingulíq; contendebant: & hic quidem, vt fimbriam contingeret, vel ab vmbra cõtingeretur. alius, vt lectulum, quo ſacer ille circumferebatur, ſaltem tangeret. Quid enim corpore illius ſanctius ac purius? &c.* Denique CYRILLVS HIEROSOLIMITANVS Catech. 18 illuminatorum. *Vt autem non ſolum anima ſanctorum honoretur, credatúrq; quòd etiam in corporibus mortuorum ineſt virtus ſeu potẽtia, iacens in ſepulchro Heliſæi mortuus, mortuumq; corpus Prophetæ attingẽs, viuificatus eſt atque ita mortuum corpus Prophetæ perficit opus animæ, & mortuum iacens; vitam præbuit defuncto, exhibenſq; alteri vitam ipſum, nihilominus mortuum permanſit. Qua de cauſa? Ne ſi reſurrexiſſet Heliſæus, factũ id ſoli animæ aſcriberetur, & vt demonſtretur, quòd abſente etiam anima ineſt virtus quædam eiuſmodi corporibus ſanctorum, propter tot annorum inhabitatas in illis animas iuſtas, quorũ miniſterio vſa ſunt. Neque verò diffidamus, vt rerũ ignari, fieri iſtud. Si enim ſudaria & ſemicinctia extra corpus exiſtentia, contacta ab ægrotis liberabant illos ab infirmitate: quanto magis corpus ipſum Prophetæ mortuũ excitauit? Sunt quidem alia multa quæ dicamus in hanc ſententiam, ſed ſingula eiuſcemodi præter opinionem facta perſequenda eſſent, &c.* Et AMBROSIVS MEDIOLANENSIS oratione funebri in S. Satyrum fratrem. *Habeo* (inquit) *planè pignus meum, quod nulla mihi peregrinatio iam poſſit auellere, habeo quas complectar reliquias. Habeo tumulum, quem corpore tegam. Habeo ſepulchrum, ſuper quod iaceam, & commendabiliorem Deo futurum eſſe me credam, quòd ſupra ſancti corporis oſſa requieſcam.* IDEM in exhortatione ad virgines, deſcribens vitam S. Vitalis & Agricolæ *Detuli* (inquit) *vobis munera, quæ meis legi manibus, id eſt, crucis trophea, cuius gratiam in operibus agnoſcitis, certè & ipſi dæmones confitentur. Tondant alij aurum atque argentum, ac de latentibus eruant venis, legant pretioſa monilium ſerta, temporalis ille theſaurus eſt, & ſæpè habentibus pernicioſus. Nos legimus martyris clauos, & multos quidem, & plura fuerunt vulnera quàm mẽbra. Clamare martyrem, diceres ad populum Iudæorum, cùm clauos eius colligeremus: mitte manus tuas in latus meũ, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Collegimus ſanguinem triumphalem, & crucis lignum. Hæc ſancta viduæ negare non potuimus poſtulanti. Munera itaque ſalutis accipite, quæ nunc ſub ſacris altaribus reconduntur. &c.* IDEM in ſermone de Inuentione corporum Geruaſij & Prothaſij, ſanctas ſatis commendat exemplo reliquias, quando illas tam ſedulò de terra leuauit, & in archam repoſuit, & omnibus venerandas expoſuit, ad quarum tactum innumera recenſet patrata miracula. IDEM oratione in obitu Theodoſij, Helenam ſanctam multis effert encomijs, quod crucem Dominicam & clauos repererit. IDEM ſermone in ordine 93. in natali ſanctorum Nazarij & Celſi, ait: *Honoro ergo in carne martyris exceptas pro Chriſti nomine cicatrices. Honoro viuentis memoriam perennitate virtutis, honoro per confeſſionem Domini ſacratos cineres. Honoro in ſeminibus ſemina æternitatis. Honoro corpus, quod mihi Dominũ meum oſtendit diligere, quod me propter Dominum mortem docuit non timere, &c.* Hinc EVSEBIVS EMISSENVS, homil. in die S. Stephani ad calcem, ait: *De ipſo beatiſſimo teſte viſionis fide veridica reuelatio teſtatur, vt locum reliquiarum mira iocunditas anhelantibus roſis, & croco olentis, vel floruleuto vere gratia vernalis infunderet, & tanquam de paradiſo ſpirans aura reſpergeret. Ecce etiam nunc multo latiùs, multóq; pretioſius, dum fides ſua præconio magnanimitatis trophæa, paſſionis inſignia, feruentibus pietate ſtudijs cele-*

Ignatij reliquiæ.

Dies feſtus in honore reliquiarũ S Ignatij.

Ioannes Chryſoſtomus.

Oro obſerua.

Ratio cur ſanctorum reliquias nobis Deus relinquat.

Gregorius Nazianzenus.

Cyrillus Hieroſolymitanus. Cyrilli meminit Hieronymus libro ſecto 93 & libro de Scriptoribus, &c.

Ambroſius Mediolanenſ.

Ipſi namque martyres cruce clauiſq. cruciati ſunt.

Hic ſermo ſtat ad calcem operis epiſtolarum eius.

Euſebius Emiſſenus cuius meminit Hieronymus & Nicephorus & alij.

brantur ab Oriente uſque in Occidentem, &c. IDEM homilia de S. Blandina martyre Lugdunenſi, ait: *Dilacerata variis tormentorum genere membra et de... flammæ, dum paſcere neſciunt, honorant beſtiæ, dum ſæuire non norunt, vbi nunc qui tacent venerationem ... martyrum non corporibus deſcendam corporibus? Ecce cruenta feritatis immanitas, quæ religionis non recepit ſenſum, debet venerationis obſequium: & quæ diſcretionem rationis ignara non recepit, ad malorum tamen damnationem, quid honoris ſanctis debeatur agnoſcit*, &c. Et in ſequentibus veneranda oſſa ſæpiùs nominat, quod etiam facit Euſebius Cæſarienſis, lib. 4. Hiſtoriæ, cap. 3. Lege ſi lubet.

Hui... Blandinæ martyrium etiam deſcribit Euſebius lib. 4. cap. 3. & reliquias, & hæc penè eadem refert, quæ hic Euſebius Emiſſenus, vide ſi placet.

IDEM Emiſſenus homilia in S. martyres Ephippodium & Alexandrum, ait: *Plurima populorum Eccleſia ... illa ſ reli... eatione contenta ſunt ... quam de Angelicis membris, aeris amictum, vel diui ... arũ nexus contingenda rapuerunt, vt quod fuit inſtrumentum pœnæ, ſit gloria ... ſanctitas ad inſigne me...orum. Nos vero beatorum illuſtre munus ... atque integri poſſidemus, & quod vniuerſo mundo poſſit ... intra gremium ciuitatis huius ſpecialiter ... tenemus. & geminas palmas triumphi æmulus Apoſtolica vrbi ... atque habentes & nos Petrum Paulumque ... ſuffragatores, cum ſublimi illa fide certamus. Et quidem beati martyres, quorum precioſus puluis per diuerſas vſquequaque regiones in populorum ... ſalutem, plenum quocunque ... cultum ... Dei impenſis ... religione ſuſcipiunt*, &c.

Pauliæ quod ſacra oſſa ... martyrum tota referuet.

Petri & Pauli ... Romæ eſſe ſacratur ... de ſep. Petrus.

Et PAVLINVS NOLANVS in natali 6. vitæ S. Felicis martyris, ait:

Baſilicas per quinque ſacri ſpecioſa ſepulchri,
Atria diffundens, quarum faſtigia longè,
Aſpectata inſtar magna dant viſibus vrbes,
Quod creſcente fide ſupernudat gratia Chriſti,
Qua populo medico ſ...cem munere præſtat,
Viuere, qui præſtant & clam poſt corporis auum.
Præſidet ipſe ſuis ſacer ...bus, oſſaq; ſancti
Corporis ... tumulo non obſita puluere mortis,
Arcano æterna ſed prædita ſemine vita
... ſpirant animæ ... odorem,
Quem ... potens datur exorantibus ægris, &c.

Paulinus Nolanus.

Et AVRELIVS PRVDENTIVS in Periſtephano, hymno in feſto 18. martyrum Cæſarauguſtanorum, &c. ſic loquitur:

Ingeret Tingis ſua ...anum,
Feſta Maſſylum monumenta Regum,
Qui cum gentes domitas coegit,
Ad iuga Chriſti, &c. Et infrà.
Hoc colunt ciues velut ipſa membra
Ciſpes includat, ſuus & paterno,
Seruet amplectens tumulo beati
Martyris oſſa, &c.

Aurelius Prudentius.

IDEM hymno in S. Eulaliam martyrem.

Hic vbi marmore perſpicuo
Atria luminat alma nitor,
Et peregrinus & indigena
Reliquias, cineremq; ſacros
Seruat hunc veneranda ſinu. Et infrà.
Sic venerarier oſſa libet,
Oſſibus altar & impoſitum,
Illa Dei ſita ſub pedibus
Proſpicit hæc, populoſq; ſuos
Carmine propitiata fouet.

Denique SEVERVS SVLPITIVS per totam hiſtoriam vitæ S. Martini, quàm ſæpè ſanctarum reliquiarum mentionem faciat ſatis omnibus notum eſt, nec eſt opus teſtimonijs lectoris animum obruere.

Seuerus Sulpitius.

Porrò PALLADIVS HELENOPOLITANVS in dialogo ſuo de vita S. Ioannis

Palladius Helenopolitan.

A Chryſoſtomi, & Nicephorus Calliſtus qui eum ſecutus eſt, lib. 14. cap. 43. narrant quomodo præfati doctoris reliquiæ honorificè, iubente Theodoſio iuniore, Conſtantinopolim ſunt tranſlatæ, & reconditæ ad baſim ſanctioris aræ in diuorum Apoſtolorum Eccleſia: & quomodo pro defunctis parentibus ad ſacrum tumulum orationé fudit Theodoſius, vt alibi diximus. Præterea quid HIERONYMVS STRIDONENSIS pro veneratione ſacrarum reliquiarum ſcripſerit, teſtantur eius epiſtolæ, vna ad Riparium, altera contra Vigilantium, quas non ita pridem Gallicas fecimus, vbi quomodo ſati faciat, modernis hæreticorum obiectionibus ſatis clarum eſt, nec poſſum

Hieronymus Stridonenſis.

B breui demonſtratione probare. Authorem autem hæreſis de non adorandis aut venerãdis reliquijs, dicit eſſe Eunomium. *Rides* (ait) *de reliquijs martyrum, & cum authore huius hæreſis Eunomio Eccleſiæ Chriſti calumniam ſtruis, nec tali ſocietate terreris, vt eadem contra nos loquaris, quæ ille contra Eccleſiam loquitur. Omnes enim ſectatores eius Baſilicas Apoſtolorum & martyrum non ingrediuntur, vt ſcilicet mortuũ adorent Eunomium, cuius libros maioris authoritatis arbitrantur, quam Euangelia*, &c. *Male facit ergo ...ſeri ... Romanus Epiſcopus, qui ſuper mortuorum hominum Petri & Pauli, ſecundum nos oſſa veneranda, ſecundum te vilem puluiſculum, offert Domino ſacrificia, & tumulos eorum Chriſti arbitratur altaria? Et non ſolum vnius vrbis, ſed totius orbis errant Epiſcopi, qui cauponem Vigilantium contemnentes ingrediuntur baſilicas mortuorum, in quibus puluis vilisſimus & fauilla neſcio quæ* reſumit blaſphema verba Vigilantij, *iacet linteamine conuoluta, vt polluta omnia polluat*, &c. *O portentum in terras vltimas deportandum! Dolet martyrum reliquias precioſo operiri velamine, & non vel pannis vel cilicio colligari, vel proijci in ſterquilinium, vt ſolus Vigilantius ebrius & dormiens adoretur. Ergo ſacrilegi ſumus quando Apoſtolorum Baſilicas ingredimur?* * *Sacrilegus fuit Conſtantinus Imperator, qui ſanctas reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei tranſtulit Conſtantinopolim, apud quas dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantij ... rum ſe ſentire præſentiam confitentur. Sacrilegus dicendus eſt & nunc Auguſtus Arcadius, qui offa beati Samuelis longo, poſt tẽpore de Iudæa tranſtulit in Thraciam. Omnes Epiſcopi non ſolum ſacrilegi ſed & fatui iudicandi, qui rem viliſſimam, & cineres diſſolutos in ſerico & vaſe aureo portauerunt? Stulti omnium Eccleſiarum populi, qui occurrerunt ſanctis reliquijs, & tanta lætitia, quaſi præſentem viuentemq; Prophetam cernerent, ſuſceperunt, vt de Palæſtina vſque Chalcedonem iungerentur populorum examina, & in Chriſti laudem vna voce reſonarent.* Lege ſi placet totum librum, quia nil aliud agit, quàm pro defenſione venerationis reliquiarum certare.

Certè quos Caluiniſtæ habent ... doctores.

Miſſa celebrata ſuper reliquias martyrũ ... vocabulo Miſſa.

* Factum eſt ... tempus ... quem ... ſecutus ... allegauimus.

E Vt autem ad alios authores etiam trãſeamus, AVGVSTINVS HIPPONENSIS, libro de Eccleſiaſticis dogmatibus, cap. 73. *Sanctorum* (inquit) *corpora & præcipue beatorum Martyrum reliquias, ac ſi Chriſti membra ſinceriſſime honoranda, & baſilicas eorum nominibus appellatas, velut loca diuino cultui mancipata, affectu piiſſimo & deuotione fideliſſima adeundas eſſe credimus.* IDEM libro de cura pro mortuis agenda, cap. 3. *Non ſunt* (ait) *contemnenda ſeu abijcienda corpora defunctorum, maximeq; iuſtorum atque fidelium, quibus tanquam organis & vaſis vſus eſt Spiritus ſanctus. Si enim paterna veſtis & annulus, ac ſi quid huiuſmodi tanto charius eſt poſteris, quanto erga parentes maior exiſtit affectus, nullo modo ipſa ſpernenda ſunt corpora, quæ vtique multo familiarius atque*

Auguſtinus Hipponenſis.

Quid ſacrilegus?

Quare honorentur reliquiæ.

A *communctum, quàm qualibet indumenta geſtamus.* Idem lib. 22. de ciuitate Dei. cap 8 refert reliquias martyris Stephani Proiectum Epiſcopum detuliſſe, quæ varia & ſtupenda, quæ enumerat, miracula perpetrarunt. Idem ſermone de beato Vincentio martyre ad calcem eius reliquias diuina prouidentia nunquam potuiſſe cælari demonſtrat, ad quorum tactû varia miracula fiunt. Hinc

Victor Vticenſis.

Victor Vticensis, lib 3 hiſtoriæ, de perſecutione Vandalorû narrat Maioricum pro domino paſſum, ſuper cuius ſepulchrum Trinitati preces effunduntur. Ad calcem autem ſuæ hiſtoriæ, vbi diuerſis ſupplicijs martyres refert interemptos, ait *Gaudens autem quæ aderat multitudo, corpora ſanctorum martyrum diligens tradidit ſepulturæ, præeunte clero venerabili Carthaginenſis Eccleſiæ: vbi etiam & prædicandi diaconus tertio iam* [illegible] *feſſores effecti, & alterius* [illegible] *Mus* [illegible] *geruli reliquiarum affuerunt: humata ſunt igitur cum hymnis ſolennibus* [illegible] *beata ſanctorum in monaſterio Bigua continuo Baſilica, quæ dicitur* [illegible]*, &c.* Et

B

Theodoretus Cyrenſis

Theodoretus Cyrensis in opere Philotheo, deſcribens vitam S. Martiani. *Poſtquam* (ait) *vnumquodque eorum templorum, quæ beato Martiano dicata erant, aliorum ſanctorum, aut Apoſtolorû, aut martyrum reliquiis ornatum eſt, tunc ſanè illi qui eius ſcena atque diſciplina heredes relicti fuerant his duobus annis, ante lapideam arcam parantes, in ea venerabilis corporis reliquias condidere, &c.* Idem ibidem deſcribens vitam Iacobi alterius ſerui Dei, præfatû Iacobum ſacras reliquias adoraſſe Ioannis Baptiſtæ. vbi ſæpiùs etiam Apoſtolorum ad ſe delatas reliquias reuerenter ſuſcepiſſe teſtatur. Similiter & in vita Thallelæi, diuina martyrum corpora falſis dijs abactis narrat eundem ſanctum ædificatis baſilicis condidiſſe. Et

C

Simeon Metaphraſtes.

Simeon Metaphrastes in vita S. Anaſtaſiæ ad calcem, dicit: *Apollonia autem* (ait) *quædam mulier genere inſignis, precata præfecti vxorem accepit ſacrum corpus Anaſtaſiæ, & cum ipſum præclare, vt oportebat, honoraſſet, depoſuit in horto domus ſuæ: poſtea verò templum quoque excitat martyri præclarum & magnificum, & poſtea anniuerſarium ei feſtum celebrat. Poſt annos autem multos ciuitatum fœliciſſima, Conſtantinopolis in*

D

Attende ergo quæ dicuntur

quam, eius ad ſe exportatas ſuſcipit reliquias, & eas deponit in magnifico templo, & ea digno, theſaurum bonorum, fontem miraculorum, corroborationem animæ & corporis, ad gloriam Patris & Filij, &c. Idem in vita Mauricij & ſociorum eius, ait: *Peſſimi miniſtri ſcelerati Imperatoris, cum* [illegible] *non depoſuiſſent venerandas & glorioſas eorum reliquias non veriti ſunt amputare colenda eorum capita.* [illegible] *autem abſ*[illegible]*ſent, vbique per illam ſyluam proiecerunt ac diſ*[illegible]*runt. Quidam verò fratres fideles* [illegible] *cum magno timore accedentes, collegerunt veneranda eorum capita, & ſancti*[illegible] *honoranda eorum corpora, & cum eo, quo par eſt hon*[illegible] *multo* [illegible] *ſuaui odore, deindeque* [illegible] *precibus* [illegible] *terra fodientes, depoſuerunt* [illegible] *in eo loco, vbi decertauerunt præclari & for*[illegible] *iſti milites.* Idem in vita S Iulianæ. *Mulier* (inquit) *quædam nomine* [illegible]*phia, ſi te fortuna tunc tranſiens N*[illegible] *magnam vrbem Romam p*[illegible]*ſcens, illas ſacras ſecum accipit reliquias,* [illegible] *importans* [illegible] *martyri templu dignum eius* [illegible]*taminibus.* Idem in vita S Platonis. *Preti*[illegible] *inquit* [illegible] *quæ accepta a Chriſtianis depoſita fuerunt in eodem loco, qui dicitur campus, &c.* Idem in vita Bonifacij martyris, narrat quomodo ad ſacras reliquias martyrum conquirendas ſit profectus ex mandato deuotæ Aglaes matronæ, quæ ei ſic mandauerat *Omni ſtudio* [illegible] *propera ad me aff*[illegible] *aliquid ſacris* [illegible] *cum eas hon*[illegible] *depoſ*[illegible]*mus,* [illegible] *adificauerimus, eos ſemper habeamus* [illegible] *& curatores, &c.* Idem in vita S. Sabæ, quæ lecta eſt in Concilio general. 7 [illegible] *inquit,* [illegible] *ſanctus Theodulus parum ægrotaſſet, migrat ex hac vita ad iucundam illam vitam, in quam nulla* [illegible] *perturbatio. Eius verò diuina* [illegible] *ſacras reliquias, cum conuenientibus hymnis & lampadibus* [illegible] *deponit cum aliis ſanctis Patribus, &c.* Et

Timotheus Alexandrinus.

Timothæus Alexandrinus Epiſcopus oratione encomiaſtica in S. Menam martyrem, ait: *Erat homo quidam ex regione*

B

[illegible] *Ingreſſus eſt autem Alexandriam* [illegible] *nationis,* [illegible] *audiuit omnia miracula,* [illegible] *S. Menas, & dixit apud ſe. volo ego quoque ire,* [illegible] *orem in templo ſancti martyris Menæ,* [illegible] *& ſ*[illegible] *eius reliquias, & dem illi paruam benedictionem, vt Deus nobis ferat opem* [illegible] *interceſſionibus* [illegible] Lege quod ſequitur. Porrò ſanctarum reliquiarum fit

Concilium Carthaginenſ ſub Anaſtaſio I.

mentio in Concilio Carthaginensi V Epiſcoporum 73 cano. 14. & allegat Gratianus de conſecrat. diſtinct. 1. cap Placuit Quando præcipit vt altaria campeſtria eradicentur, vbi nullum corpus aut reliquiæ martyrum conditæ probantur vt diximus in vocabulo, Altare &c. Et

Leo I.

C

Leo Primus, Epiſt 37. quæ eſt ad Pulcheriam Auguſtam, eidem congratulatur & gratias agit. *Eo quod* (inquit) *reliquias ſanctæ memoriæ Flauiani innocentis & Catholici ſacerdotis ad Eccleſiam* ſcilicet Conſtantinopolitanam *cui benè præfuit feciſtis cum honore debito reuocari. In quibus vtique omnibus gloriæ veſtræ multiplicatur augmentum, dum & ſanctos pro ſuis meritis veneramini, & ab agro dominico ſpinas & tribulos vultis auferri.* Idem earundem reliquiarum iterum mentionem facit epiſt. 42. ad Martianum Auguſtum. Similiter & ipſe

Martianus Imperator.

Martianus Imperator, epiſtola ad eundem Leonem, &

Pulcheria Auguſta.

prædicta Pulcheria Augusta, epiſtola ad memoratû Pontificem, ſacras dicunt reliquias

D

Valentinianus Imperator.

beati Flauiani de exilio reuocatas, in Baſilica Apoſtolorum conditas. Idem Martianus & Valentinianus Imperatores, epiſtola ad Palladium præfectum Orientis, quæ lecta eſt, actione 3. Concilij Chalcedonenſis, de ſæpè dicti Flauiani ſacris reliquijs loquentes, dicunt: *Ita eius reliquias & expetijt hæc ſacratiſſima ciuitas, & recepit, vt beatior omni viuentis videretur, vt exitus ille, qui putabatur acerbus, optandus credatur fuiſſe, quo illam immortalem mercatus eſt laudem. ſecutumque eſt illud quod meritis eius diuinitas præſtitit, vt venerabilis Synodus innumerabilium pene ſacerdotum Chalcedone conueniret quæ dum* [illegible]*dem diligenter inquirit, authoritate beatiſſimi Leonis Epiſcopi æternæ vrbis Romæ & religionis, fundamenta*

Romam vrbê [illegible] Imperatores.

E

conſtituit ſanctæ ciuitati, & Flauiano palmam mortis tribuit glorioſa, &c. Eadem de Ioanne Chryſoſtomo ſuperiùs meminimus. Denique

Epiphanius Tyrius.

Epiphan. Tyrius Epiſcopus, epiſtola miſſa ad Patres 5. generalis Synodi, mentionem facit reliquiarum corporum ſanctorum Euphemij & Macedonij pro fide in exilio defunctorum, & à Synodo reportari cum honore ad proprias Eccleſias iuſſi ſunt. Denique Concilium Epaunense ſub

Reliquiæ vbi reponêda ſint [illegible] Epaunenſe ſub Sigiſmundo rege.

Gelaſio I cano 25. *Sanctorum reliquiæ in oratoriis villaribus non ponantur, niſi forſan clericos cuiuſcunque parochiæ vicinos eſſe contingat, qui ſacris cineribus pſallendi frequentia famulentur* De capſis, vbi reponuntur ſacræ reliquiæ, mentionem facit in vitis ſum

Damaſus I.

moꝛum Pontificum DAMASVS I. & PLATINA, & alij, & potiſſimè in vita Symmachi I. & in alijs locis quos longum eſſet proferre. Sic & Concilium TOLETANVM XII. can. 4. *Baſilula* (ait) *in qua venerabile corpus ſanctiſſimi Pimenij conſeſſoris debito quieſcit honore*, &c. Et VIGILIVS I. epiſtola ad Eutherium Epiſcopum cap. 5. *Significamus* (ait) *beatorum Apoſtolorum, el martyrum ſicut ſperamus, ſanctio nos aff*[illegible] *tuo direxiſſe reliquias, præſumentes fidem vestram eorum deinceps plenius eſſe meritis ad iuuandam*. Porrò LIBERATVS CARTHAGINENSIS in breuiario de cauſa Neſtoriana, cap. 2[illegible] refert de Pallio beati Euangeliſtæ Marci, quòd illud in tanta reuerentia habuerint Alexandrini, vt oportuerit illum, qui defuncto Epiſcopo ſuccedit, excubias ſuper defuncti corpus agere, manúmque dexteram eius capiti ſuo imponere, & ſepulto manibus ſuis accipere collo ſuo beati Marci pallium, & tunc legitimè ſedere. Reliquiarum meminit GREGORIVS I. in Concilio quod celebrauit Romæ, cap. 4. vbi de Papæ tractat exequijs, ſicut habes repoſitum ſuprà dictione Papa, &c. IDEM lib. 7. Regiſtri, epiſto. 126. ad Reccaredum Gotborum Regem, &c. cap. 7. eidem regi reliquias mittens ſic loquitur. *Clauim* (inquit) *paruulam vobis a ſacratiſſimo beati Petri Apoſtoli corpore pro eius benedictione tranſmiſimus, in qua ineſt ferrum de catenis eius incluſum, vt quod collum eius ad martyrium ligauerat, veſtrum ab omnibus peccatis ſoluat. Crucem quoque dedi latori præſentium vobis offerendam, in qua lignum crucis dominicæ ineſt, & capilli beati Ioannis Baptiſtæ, ex qua ſemper ſolatium noſtri ſaluatoris per interceſſionē præcurſoris eius habeatis.* Et paulò poſt. *Tranſmiſimus aliam clauim à ſacratiſſimo beati Apoſtoli Petri corpore, quæ cum digno honore repoſita, quæque apud vos inuenerit, benedicendo multiplicet.* IDEM Auguſtino Anglorum Epiſcopo ſancti Sixti martyris reliquias petenti, ſic ſcripſit. *Fecimus quod petiſti*, [illegible] *populus, qui in loco quodam* [illegible] *martyris corpus dixerunt * venerari* (*quod tua fraternitas* [illegible] *nec veraciter ſanctum videtur*) [illegible] *probatiſſimi martyris beneficia ſuſcipiens*, [illegible] *debeat. Mihi tamen videtur, quia ſi corpus, quod à populo cuiuſdam martyris eſſe creditur, nullis* [illegible] *miraculis coruſcat, & neque aliqui de antiquioribus exiſtunt, qui ſe à parentibus paſſionem eius audiſſe fateantur, ita reliquiæ quas petiſti ſeorſum condendæ ſunt, vt locus in quo præfatum corpus iacet modis omnibus obſtruatur, nec permittatur populus certum deſerere & incertum venerari.*

* venerari paſſim dictum.

Gregorius I.

Oro lege

Martinus I.

MARTINVS I. epiſt. 2. ad Amandum Galliæ Epiſcopum. *Reliquias* (ait) *ſanctorum, de quibus præſentium lator nos admonuit, dari præcepimus*, &c. Et GREGORIVS TVRONENSIS libro in gloriam plurimorū martyrum, cap. 82. refert diaconum ſuum à Pelagio Romano Pontifice reliquias Pauli, Laurentij, Pancratij, Chriſanti, Dariæque virginis, Ioannis & Pauli martyrum accepiſſe in capſa, quarum contemplatione & eleuatione in mari periculum ſubuerſionis euaſit. Lege hiſtoriam ibidem, cap. 83. Idem Gregorius de ſeipſo loquitur. *Cum* (inquit) *iter de Burgundia ad Aruernum tenderemus, oritur contra nos magna tempeſtas, cœpitque crebris* [illegible] *micare cœlum*, [illegible] *tonitruorum* [illegible] *reſonare tunc* [illegible] *à ſinu beatas reliquias* [illegible] *contra nubem, quæ protinus diuiſa in duas partes* [illegible]*, neque* [illegible] *nocuit*. IDEM cap. 18. eiuſdem operis [illegible] *reliquiis beati* [illegible] *ab*

Gregorius Turonenſis.

Defert inſpen[illegible] *Gallo* [illegible] *martyrum reliquias in mari geſſit.*

Hieroſolymis accepit, venerabatur in Galliis [illegible] *Romam adire* [illegible] *Iterum* [illegible] *dines eſt ingreſſus, in* [illegible] *in latrunculos* [illegible] *ſpoliatur indumentis* [illegible] *in qua* [illegible] *dibat* [illegible] *Ex* [illegible] *auri ibidem* [illegible] *omnia* [illegible] *operiſſet ex* [illegible] *ne diſceſſerunt* [illegible] *exurgens* [illegible] *vel cine* [illegible] *ret* [illegible] *ſuper carbones* [illegible] *reliquias, ipſumque linteum quo* [illegible] *ita admiratur* [illegible]*, vt non putares* [illegible] *Concito curſu cum* [illegible] *audio & viam qua* [illegible] *ingreſſus* [illegible] *ad Gallias* [illegible] IDEM alijs locis innumeris ſiue de Martini, ſiue de alijs ſanctorum reliquijs mira & ſtupenda refert, quæ longum eſſet enarrare. Vnde & FORTVNATVS PICTAVIENSIS Epiſcopus in concluſione libri vitæ S. Martini, recenſet quæ in diuerſis regionibus aſſeruentur beatorum martyrū & confeſſorum corpora, & honorificè reliquiæ conſeruentur, librúmque ſic alloquitur.

Attende miraculum.

Fortunatus Pictauienſis.

Contemnas (ait) *murum Turonū pete moxnia ſupplex*
Qua Martinus habet venerāda ſepulchra ſacerdos,
Cuius honor tumuli faciat ſua rura tueri,
Qui pietatis opem tribuat, &c.
Inde Pariſiacam placide properabis ad arcem,
Quam modo Germanus regit, & Dionyſius olim
Si pede progrederis, venerato ſepulchra remedi,
Atque pij fratris complere templa Meda[illegible]*, &c.*

Sub eo tempore narrat ROBERTVS GVAGVINVS, lib. 2. compendij de Francorum Regibus, &c. quod dum à Childeberto I. Rege Francorū Cæſaranguſtana ciuitas obſideretur, & iam capienda foret, ſe ſuáque dedantibus ciuibus ciuitati pepercit Rex, ſi modo illi de diui Vincentij reliquijs aliquid impertirentur. Regis voluntate ad clerum relata, ſepulchrum martyris Pontifex adit, indéque ſuſceptam ſtolam & tunicam Regi dono contulit. Quæ religioſiſſimè ſuſcepta Rex perſanctè aſſeruauit, atque ita Pariſium adueniens ædem diuo Vincentio dicat, monachis ibidem inſtitutis, quibus eas quas de martyre induuias habebat attribuit. Hinc BEDA VENERABILIS, lib. 1. Hiſtoriæ Anglicanæ, c. 18. *Germanus* (inquit) *omnium Apoſtolorum diuerſorum q́; martyrum ſecum reliquias habens, facta oratione iuſſit reuelli ſepulchru, pretioſa ibidem munera conditurus, arbitratus opportunum, vt membra ſanctorum ex diuerſis regionibus collecta quos pares meritis receperat cœlum, ſepulchri quoque vnius* [illegible] *ret ho*[illegible]*, &c.* Vide Hiſtoriam IDEM lib. 3. eiuſdem hiſtoriæ, cap. 11. vbi de Oſualdi Regis exitu loquitur, eius venerandas reliquias honorificè conditas multis miraculis demonſtrat clareſcere, ita [illegible] qua prædicta oſſa lota ſunt, & terra quæ lauacrum venerabile ſuſcepit, ad abigēdos ex obſeſſis corporibus dæmones gratiæ ſalutaris haberet effectum. IDEM lib. 4. hiſtoriæ Anglicanæ, cap. [illegible] *Vſque hodie* (ait) *feretrum caballarium* [illegible] *Epiſcopi* [illegible]*, quo infirmus vehi ſolebat, ſeruatum a diſcipulis eius, multos febricitantes, vel alio quolibet incommodo feſſos ſanare non deſiſtit.* Et cap. 19. *Contigit* (inquit) *vt tactu indumentorum* [illegible] *eorundem* [illegible] *ſanctorum*, [illegible] *dæmonia ab* [illegible] *corporibus*, [illegible] *infirmitates alias aliquoties eſſe curatas, &c.* Et IOANNES DAMASCENVS, lib. 4. de orthodoxa fide, c. 16. *Fontes* (inquit) [illegible] *ſalutares dominator Chriſtus præbuit ſanctorum reliquias, multimoda beneficia ſcatu-*

Robertus Guaguinus.

Beda Venerabilis.

Ioannes Damaſcenus.

Prou.d.17. Numeri 20. Iudicum 15.

rientes, unguentum ſuauitatis emanantem, & nullus diſcedat? his enim ex rupe & firmo ſaxo aqua in heremo proſiliuit volente Deo, & ex maxilla aſini Sanſoni ſitienti: ex martyrum reliquijs unguentum ſuaue olens emanare incredibile eſt? Nullo pacto profecto his qui ſciunt Dei virtutem, & ab ipſis ſanctorum honorem, &c. Lege totum caput. & in vocabulo, Imago, &c. Denique PHOTIVS CONSTANTINOPOLITANVS, lib de 7. œcumenicis Concilijs ad Michaëlem Bulgariæ principem, vbi de 7. Concilio generali loquitur, ait: *Sic & ſanctorum templa, & ſepulchra, & reliquias, ex quibus morborum curationes emanant, fideliter adoramus Chriſtum verum Deum noſtrum, qui gloria ipſos afficit, collaudantes & celebrantes. Et ſi quid his in myſticis & ſanctis noſtris ſacrificiis ſimile eſt per munus & gratiam in illis exhibitum, præcipuum authorem & principem cauſam agnoſcimus & commendamus, &c.*

Photius Conſtantinopolitanus Epiſcopus.

Porrò de reliquijs in litanijs & proceſſionibus deferendis, ſtatuit Concilium BRACARENSE III. cano. 5 vbi etiam vetat, ne Epiſcopi reliquias martyrum collo geſtent ad vanitatem, vt iam diximus in vocabulo, Epiſcopus à miniſtris non geſtetur. &c.

Reliquiæ in proceſſione portantur. Concilium Bracarenſe 3.

Narrant quoque hiſtoriographi celebres, & PLATINA in vita Zachariæ Papæ I. quòd ille Pontifex caput S. Georgij martyris inuentum honorificè, aggregato populo Romano, cum hymnis & canticis in venerabili loco repoſuit ad velum aureum: *Vbi (ait) immenſa miracula per eundem martyrem Deus operari dignatur.*

Platina Cremonenſis.

IDEM in vita Gregorij II. narrat, quòd Agareni Franciam inuadere tentantes, circa Rhodanum fluuium ab Eudone Francorum Principe & duce Aquitaniæ cæſi ſunt num. 375. millia, cum de Francis mille tantum quingenti inuenirentur interfecti, vt idem EVDO, DVX Francorum epiſtola ad Gregorium prædictum Pontificem memorat & recenſet: vbi aſſerit, quòd de benedictione ſibi miſſa à ſanctiſſimo Pontifice in tribus ſpongijs, quibus ad vſum menſæ Pontificis apponuntur, in hora qua bellum committebatur. Idem princeps Eudo, populo ſuo per partes modicas diſtribuit ad ſumendum, & quicunque ex eis ſumpſit nullo modo mortuus, ſed nec vulneratus inuentus eſt.

Egregia planè & Deo digna victoria.

Eudo dux Francorum & Aquitaniæ dux.

Denique in Concilio GENERALI 7. Nicæno II inuenitur reliquiarum expreſſa veneratio, nec fas putamus repetere. Vnde & can 7. action. 7 *Quæcunque (ait) templa conſecrata ſunt abſque reliquiis martyrum, in his fieri ſtatuimus reliquiarum depoſitionem cum conſuetis precibus. Qui autem templum conſecrat ſine ſanctis reliquiis, deponatur, vt qui Eccleſiaſticas tranſgreſſus eſt traditiones.*

Concilium generale 7. ſub Adriano 1.

Non conſecranda templa ſine reliquiis.

Hinc ADRIANVS I. qui huic Concilio præſedit, libro pro defenſione eiuſdem edito, cap. 59. adfert infinita teſtimonia Patrum, & præcipuè authoritatem GENNADII MASSILIENSIS Epiſcopi libro de veneratione reliquiarum, cap. 40. vbi ſic loquitur. *Sacrorum (ait) corpora, & præcipue beatorum reliquias, ac ſi Chriſti membra ſynceriſſimè honoranda, & baſilicas eorum nomine appellatas, velut loca diuino cultui mancipata, affectu piiſſimo & deuotione præcipua adeundas cenſemus. Si quis contra hanc ſententiam venit, non Chriſtianus credatur, ſed Eunomianus.* Hæc Gennadius, multáque alia. Subiūgit porrò Adrianus teſtimonia Baſilij, Chryſoſtomi, Hieronymi, &c. quæ iam in præcedentibus citauimus, & in vocabulo, Petrus.

Gennadius Maſſilienſis.

Ergo Caluiniſtæ ſunt Eunomiani.

Porrò meminit PLATINA in vita Leonis III. eundem Pontificem Mantuam profectum ad viſendum Chriſti ſanguinem, qui tum ibi reſeruabatur miraculis crebris coruſcans. Is verò à Mantuanis perbenignè ſuſceptus, approbato Chriſti ſanguine ob frequentia miracula, ad Carolum Magnum proficiſcitur, vt hominem veritatis cognoſcendæ cupidum eius rei certiorem faceret.

Platina.

Denique memoratus GREGORIVS I. lib. 40 Homiliarum, hom. 32. in Baſilica Proceſſi & Martiniani, de eiſdem martyribus loquitur. *Ad horum (inquit) corpora ægri veniunt, & ſanantur: dæmoniaci veniunt, & curantur: periuri veniunt, & à dæmonio vexantur.*

Gregorius 1.

Sic & Concilium BASILEENSE, ſeſſio. 23. beatorum Petri & Pauli ac innumerabilium Chriſti martyrum corpora Romæ quieſcere confitetur, & ad eorum reliquias viſendas deuotionis gratia cunctos hortatur Chriſticolas.

Concilium Baſileenſe.

Prætereà Concilium MOGVNTINVM IV cano. 43 & 45 de peregrinationibus ad ſanctorum reliquias aſſumendis tractat, vt diximus in vocabulo, Peregrinatio, &c ſicque addit. *Reliquias ſanctorum, velut diuina gratia olim receptacula, & veriſſima Chriſti membra, & puriſſima Spiritus ſancti domicilia, monemus in Eccleſiis, vel ob id proponendas, & religioſa pietate venerandas, vt per eas fideles commoniti diſcant virtutem & fidem ſanctorum imitari. Et alicubi in his ſanguinolentas notas & pro fide Chriſti tolerati martyrij veſtigia cernentes, admoneantur ſpem fidei noſtræ non eſſe inanem, pro qua omnia dira pati ſancti martyres in animum ſibi induxerunt, quorum exemplo ipſi etiam ad aduerſitatum omnium tolerantiam animentur, &c.*

Concilium Moguntin. 4

Et Concilium TRIDENTINVM, ſeſſio. 25. quæ fuit 9. ſub Pio IV. *Decernit ſancta Synodus ſanctorum martyrum, & aliorum cum Chriſto viuentium ſancta corpora, quæ viua membra fuerunt Chriſti, & templum Spiritus ſancti ab ipſo ad æternam vitam ſuſcitanda & glorificanda, à fidelibus veneranda eſſe, per quæ multa beneficia à Deo hominibus præſtantur: ita, vt affirmantes ſanctorum reliquiis venerationem atque honorem non deberi, vel eas aliaq; ſacra monumenta à fidelibus inutiliter honorari, atque eorum opis impetrandæ cauſa ſanctorū memorias fruſtra frequentari, omnino damnādos eſſe, prout iampridem eos damnauit, & nunc etiam damnat Eccleſia, &c.* Vide plura, Crux. Imago. Peregrinatio, Petrus, Sancti, &c. & ſequentia

Concilium Tridentinū generale nouiſſimum.

Super reliquias martyrum Miſſam celebrandam.] Superiùs ex Hieronymo probauimus, & ex multis alijs decretis in vocab. Miſſa.

Reliquias laici non contingant.] Poſui ſuprà, Laicus, ex Concilio Colonienſi III. & alijs. Vide.

Reliquiæ non vænales exponantur.] Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III cano. 62. *Cum ex eo quod quidam (ait) ſanctorum reliquias exponunt vænales, & eas paſſim oſtendunt, Chriſtianæ religioni ſit detractum ſæpius, ne detrahatur in poſterum præſenti decreto ſtatuimus, vt antiquæ reliquiæ à modo extra capſam non oſtendantur, nec exponantur vænales. Inuentas autem de nouo, nemo publicè venerari præſumat, niſi priùs authoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ. Prælati verò de cætero non permittant illos, qui ad eorum Eccleſias cauſa venerationis accedunt, vanis figmentis, aut falſis decipi documentis, ſicut & in pleriſque locis occaſione quæſtus fieri conſueuit. Eleemoſynarum quoque quæſtores, quorum quidam ſe alios mentiendo, abuſiones nonnullas in ſua prædicatione proponunt, admitti, niſi Apoſtolicas vel diœceſani Epiſcopi literas veras exhibeant, prohibemus, &c.*

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3 patrum .283.

Quæſtores eleemoſynarij.

Hoc decretum renouat Concilium NARBONENSE, canone vltimo. Hoc quoque repetit Concilium TRIDENTINVM, ſeſſio. 25. quæ fuit 9. ſub Pio IV. *Omnis (inquit) ſuperſtitio*

Concilium Narbonenſe. Concilium Tridentinū generale.

in ſanctorum inuocatione, reliquiarum veneratione & imaginum ſacro vſu tollatur. omnis turpis quæſtus eliminetur. &c. Lege reliquum poſitum ſuprà, Imago.&c Porrò in Concilio CONSTANTIENSI, ſeſſio.10 damnatur Ioannes 23.eo quod caput S. Ioannis Baptiſtæ vendiderat.aut de vendendo pactum fecerat pro pretio 50 millia ducatoruſh.

Concilium Conſtantienſe.

Reliquiæ non facilè transferantur] Aliquoties transferuntur reliquiæ, vel quia hoc diuina viſione mandatur, vel quia ſic expoſtulat locus hoſtibus fortè vicinus, vt de multis ſanctorũ corporibus tranſlatis legimus. Verum Concilium MOGVNTINVM I. cano.51. ſic ſtatuit. *Deinceps corpora ſanctorum de loco ad locum nullus præſumat transferre ſine conſilio Principis, vel Epiſcoporum. vel ſanctæ Synodi licentia.* De reliquiarũ tranſlatione ſatis in præcedentibus egimus.

Concilium Moguntinũ 1. ſub Carolo Magno.

RENVNCIATIO.

De renunciationibus.] Egimus ſuprà in dictione. Beneficio renuncians an poſſit poſteà repetere,&c. Lege & in vocabulo, Epiſcopus, &c. Vtrum autem Papa renunciare poſſit, quia hoc legitur Cœleſtinus V inſtitutor noſter feciſſe, BONIFACIVS VIII. eius ſucceſſor conſtitutionem fecit, quæ habetur lib.1 Sexti decretalium, titu.7.de renunciatione cap.1.vbi ſic incipit: *Quoniam aliqui curioſi diſceptantes de his quæ nõ multum expediunt, &c.* vbi Cœleſtinum V.prædictum authoritate Apoſtolica dicit decreuiſſe Romanum Pontificem poſſe liberè reſignare, quod decretũ & ipſe confirmat. Qui verò in hanc decretalem gloſas ediderunt, oumerant plures ſummos Pontifices, qui papatui renunciarunt, vt ibidem poteſt lector inuenire.

Bonifacius 8.

Papa an renunciare poſſit.

Cœleſtinus 5.

RESIDENTIA.

Reſidentia Epiſcopis, prælatis, presbyteris, parochis ſeu beneficiatis ſtrictè iniungitur. Quædam iam poſita ſunt de reſidentia clericorum ſuprà, quibus non reſidentibus ſtipendia dari negantur. Porrò Concilium ELIBERINVM, cano.21. *Si quis in ciuitate poſitus per tres dominicas Eccleſiam non acceſſerit. tanto tempore abſtineat, vt correptus eſſe videatur* Huic decreto reſpõdet, can.80. Concilij GENERALIS VI. tam de clericis, quàm de laicis loquens, vt alibi repoſuimus in vocabulo, Clericus,&c. Hinc etiam Concilium CARTHAGINENSE V. can.5.& allegat Gratian.cauſa 7.quæſt.1 cap Placuit: *Placuit, vt nemini ſit facultas relicta principali cathedra ad aliquam Eccleſiam in diœceſi conſtitutam ſe conferre, vel in re propria diutius quam oportet conſtitutum, curam vel frequentationem propriæ cathedræ negligere.* Idem omnino Concilium AFFRICANVM, cano.38. Lege in vocabulo, Epiſcopus ſuis limitibus ſit contentus,&c. Aliiſque in locis, vbi de ſimili materia tractatũ eſt. Porrò LEO PRIMVS, epiſto 82. ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicenſem, cap 10. prohibuit. ne vltra quindecim dies Epiſcopi à ſuis ouibus abſentarentur, ſi fortè pro quadam occaſione bona & iuſta in aliquem locũ fuerint euocati. Et Concilium PARISIENSE III lib 1. cap 29. arguit prælatos, qui temerario auſu Eccleſias ſuis ad tempus priuant ſacerdotibus. *Quoniam (ait) ſi quid eis in forenſibus negotiis agendum. ſi quid iam in diuerſis aliis partibus murmurandum occaſio neceſſitatis opponit, id potius per ſacerdotes Domum curreates & diſcurrentes, quam per alios effici procipiunt, non attendentes, quòd eorum abſentia, & loca Deo dicata ſibi cultu debito priuentur, & homines ſine confeſſione, & infantes ſine baptiſmatis regeneratione plerunque moriantur. Quanti autem ſit diſcriminis in perſona mittentis, & eius quo mittitur, animarum pericula, quo ſubinde in huius rei cauſa fiunt, liquido produnt. Proinde omnibus prælatis cauendum eſt, ne illicita ſibi preſbyterorum tranſmiſſione animarum ſuarum habeant damnationem. Preſbyteri porrò, qui non ſui prælati imperio coacti, ſed potius voluptatum ſuarum delectatione, imo auaritia æſtuatione ſuccenſi id facere præſumunt, ab Epiſcopo ſuo rigida correptione puniantur.* Hoc iterum repetit, libro 3. cap 4. & Concilium MELDENSE, capite 36. *Preſbyteri nullatenus vbicunq; hoſpitari ſinantur. aut aliquo modo ipſi præſumãt. ſed aſſidue apud ſuas Eccleſias propter ſacra myſteria vel miniſteria fidelibus exhibenda: nec etiam alibi habitare permittantur, neque mulieres, eorum domicilia frequentent.* Vide Clericis mulierum contubernium interdicitur, &c & in vocabulo, Clerici ſtabiles, &c. Et in vocabulo, Beneficia Eccleſiaſtica quibus committi debeant, &c. nam his debent committi, qui reſidere valeant, vt ibidem dicitur oto lege Porrò ALEXANDER III. Sabrienſi Epiſcopo, vt habetur parte 50. Concilij Lateranenſis quod celebrauit, cap.11. expreſsè eidem Epiſcopo iniungit & præcipit, vt Eccleſiæ ſuæ canonicam reſidentiam faciat, & alios facere compellat: *Quia indignum eſt (ait) per eius vel aliorum ſubterfugia præſcriptam Eccleſiam debitis obſequiis defraudari. Et ſi quis appellauerit, interim dum appellationem proſequitur, in prætaxata eius alicui honeſta perſona eius vices exequendas committat, & tantum ei de beneficiis illius appellatione ceſſante aſſignet, vnde poſſit congrue ſuſtentari. Quod ſi noluerit, omni contradictione & appellatione ceſſante præbenda eum priuet, & eam alteri viro diſcreto & honeſto, nullius appellatione admiſſa, concedat pariter & aſſignet.* De reſidentia vicariorum ſimiliter ſtatuitur in Cõcil. OXONIENSE, cano 6.& 7. Vide infrà, Vicarius.&c. Et Concilium SENONENSE, cap.11. conſtituit. *Rectores Eccleſiarum quorum ſingularis eſt electa induſtria, compellantur quo ad fieri poterit ad perſonalem reſidentiam, neque cum illis de non reſidendo, niſi cauſa probabili intercedente, diſpenſetur.* Item Concilium COLONIENSE IV. cap.9. tertij medij, iubet vt curatus reſideat & officio ſatisfaciat, ne fundatorum intentio fraudetur: alioquin nihil percipiat, & in poteſtate Epiſcopi ſit fructus Eccleſiæ impios vſus diſpẽſare Vnde & Concilium TRIDENTINVM, ſeſſio.6. cap.1.& 2. de reformat. *Quia nonnulli (ait) hoc tempore reperiuntur, qui propriæ etiam ſalutis immemores, terrenaq; cœleſtibus ac diuinis humana præferentes, in diuerſis curiis vagantur, aut in negotiorum temporalium ſolicitudine (ouili derelicto, atque ouium ſibi commiſſarum cura neglecta) ſe detinent occupatos: placuit ſacroſancta Synodo antiquos canones, qui temporum atque hominum incuria penè in deſuetudinem abierunt, aduerſus non reſidentes promulgatos innouare, quemadmodum virtute præſentis decreti innouat, ac vlterius pro firmiore eorundem reſidentia, & reformandis in Eccleſia moribus, in hunc qui ſequitur modum ſtatuere atque ſancire. Si quis à Patriarchali, Primatiali, Metropolitana, ſeu cathedrali Eccleſia, ſibi quocunque titulo, cauſa, nomine, ſeu iure, commiſſa. quacunque ille dignitate gradu & præeminentia fulgeat (legitimo impedimento, ſeu iuſtis & rationabilibus cauſis ceſſantibus ſex menſibus conti-*

Concilium Eliberinũ ſub Melciade.

Concilium generale 6. Conſtantinopol. 1.

Concilium Carthaginen. 5.

Concilium Affricanum.

Leo 1.

Concilium Parisienſe 3.

Concilium Meldenſe.

Alexander 3.

Concilium Oxonienſe.

Concilium Senonẽſe ſub Antonio à Prato Cancellario & Archiepiſcopo.

Concilium Colonienſe 4.

Concilium Tridentinum generale nouiſſimum.

Generale decretum ſed nõ generaliter obſeruatum.

nuis

mis extra ſuam diœceſim morando abfuerit, quartæ partis fructuum vnius anni fabricæ Eccl[illegible] & pauperibus loci, per ſuperiorem Eccleſiaſticum applicandorum, pœnam ipſo iure incurrat. Quod ſi per alios ſex menſes in huiuſmodi abſentia perſeuerauerit, aliam quartam partem fructuum ſimiliter applicandam eo ipſo amittat. Creſcente ve[illegible] contumacia, vt ſeue[illegible] ſacrorum canonum cenſuræ ſubiiciatur, Metropolitanus Epiſ[illegible] Suffraganeos ab[illegible], Metropolitanum Suffraganeum Ep[illegible] antiquior reſidens, ſub pœna interdi[illegible] Eccleſia[illegible] incurrenda, infra tres menſ[illegible], ſeu nuntium Romano Ponti[illegible] [illegible] ab[illegible] prout cuiuſque [illegible] aut [illegible] contumacia exegerit) ſua ſuprema [illegible] & Eccl[illegible] ipſis de paſt[illegible] pro[illegible] poterit, ſicut in D[illegible] noverit expedire. Tum ſubdit cap. 2. *Epiſcopis inferiores, quanuis b[illegible] Eccl[illegible] paſtica p[illegible] [illegible] dent[illegible] de iure ſiue conſuetudine exigentia, vt [illegible] ſiue commendam obtinentes, ab eorum ordin[illegible], quemadmodum eis pro bono Eccleſiarum regimine, [illegible] diuini cultus augmento [illegible] eorum & perſonarum qualitate penſata, expediens videbitur, opportunis iuris remediis reſidere cogantur: nulli[illegible] priuilegia, ſeu indulta perpetua de non [illegible] ſedendo, aut de fructibus in abſentia percipiendis, ſuff[illegible] agentur. Indul[illegible] ve[illegible] & diſpenſationibus temporalibus ex veris [illegible] rationabilibus cauſis tantùm conce[illegible] [illegible] coram ordinario legitime probandis in ſuo robore permanſ[illegible] bus caſibus nihilominus officium [illegible] ſ[illegible] potum, tanquam in hac parte a ſede Ap[illegible] de[illegible], prouidere, vt per deputationem idoneorum vic[illegible], & congrua portionis fructuum a[illegible] gratiationem, cura animarum nullatenus negligatur, nemini quo ad hoc priuilegio ſeu exemptione quacunque ſuffragante.* IDEM adhuc prædicta renouat, ſeſſio. 23. quæ fuit 7. ſub Pio IV. cap. 1. decreti reformationis, vbi ſi forſan prælatos aut beneficiatos ad tempus abeſſe contigerit. *Sacroſancta Synodus vult [illegible] abſentiæ ſpatium ſingulis annis, ſiue continuum, ſiue interruptū, nullo pacto debere duos aut ad ſummum tres menſes excedere: & haberi rationem, [illegible] id æqua ex cauſa [illegible], & abſque [illegible] gregis detrimento, quod an ita ſit abſcedentium conſcientiæ relinquit, quam ſperat religioſam & timoratam fore, cum Deo corda pateant, cuius opus non fraudulenter agere, ſuo periculo tenemur. Admonet autem, ne per tempus dominici aduentus, Quadrageſimæ, Natiuitatis, Reſurrectionis, Pentecoſtes, & corporis Chri[illegible] quibus diebus oues re[illegible] debent paſtoris præſentia, ab [illegible] abſint [illegible] paſto[illegible] Epiſcopalia munia in [illegible] eos [illegible]. Si quis autem (quod vtinam nunquam eueniat) contra huius decreti diſpoſitionem abfuerit, ſtatuit ſacroſancta Synodus, præter alias pœnas aduerſus non reſidentes ſub Paulo III. impoſitas [illegible] innouatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, eum p[illegible] temporis [illegible] fructus ſuos non facere, nec tuta conſ[illegible] alia etiam declaratione non ſecuta, illos ſibi detinere poſſe, ſed teneri aut ipſo ceſſante, per ſuperiorem [illegible] illos fabricæ Eccleſiarum, aut pauperibus loci erogare: prohibita quacunque conuentione vel compoſitione, quæ pro fructibus male perceptis appellatur, [illegible] qua etiam prædicti fructus in totum, aut pro parte ei remitterentur, non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis cuicunque collegio, aut fabricæ conceſſ[illegible]. Eadem omnino etiam quo ad culpam, & amiſſionem fructuum, & pœnas de curatis inferioribus, & aliis quibuſcunque, qui beneficium aliquod Eccleſiaſticum curam animarum habens obtinent, ſacroſancta Synodus declarat & decernit, ita tamen, vt quandocunque eo[illegible] cauſa prius per Epiſcopū cognita & probata abe[illegible] [illegible] idoneum ab ipſo ordinario [illegible] aſſignatione relinquat [illegible] eden[illegible] in[illegible] gratiaq[illegible] commendam vlt[illegible] b[illegible] menſe tempus, niſi ex graui ca[illegible] obtineant [illegible] [illegible] alter, con[illegible] fuerint, liberum eſſe vult o[illegible] per cenſuras Eccleſiaſticas & ſeqeſtr[illegible] ſubtractionem fructuum, aliaq[illegible] iuris remedia, etiam vſque ad priuationem compellere, nec [illegible] executionem hanc quolibet priuilegio, licentia, familiaritate exemptione, etiam ratione cuiuſcunque beneficii, pa[illegible] ne, [illegible] tuto, etiam iuramento, vel quacunque authoritate confirmato, conſuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela cenſenda eſt. ſiue appellatione, aut inhibitione, etiam in Romana curia, vel vigore Eugenianæ [illegible] ſuſpendi poſſe.* Eadem iungit PIVS IV in bulla, quã edidit anno Domini 1560 & publicari iuſſit anno Pontificatus primo, quæ ſic incipit: *De ſalute gregis Dominici nobis ex alto commiſſi &c.* Has etiam conſtitutiones renouarunt Chriſtianiſſimi Reges FRANCISCVS II. & CAROLVS IX. in conſtitutionibus Aureliæ editis, artic[illegible]. Vide Præſignatos locos.

RESIGNATIO.

Reſignatio Papatus & Epiſcopatus prohibetur.] Poſuimus ſingula in vocabulo, Epiſcopatus, Papatus, &c.

RESVRRECTIO.

Reſurrectio futura mortuorum defenditur.] Non eſt opus multis teſtimoniis agere, quandoquidem innumera ſacræ ſcripturæ teſtimonia futuram & nouiſſimam reſurrectionem demonſtrant, & qui non admittit illa, nec Patrum quidem documenta recipiet. * Non eſt autem nobis propoſitum opus ſcripturis ſacris aut teſtimoniis proſequi, intentio, vt ſæpius monuimus, quia alii quos iam prædiximus fideliter præſtiterunt: ſed tantùm Apoſtolicam traditionem, Patrúmque ſuccedentium, pro defenſione Eccleſiaſticæ diſciplinæ Catholicæque fidei comprobare. Itaque omittentes infinita, vt diximus, quæ extant in ſcripturis ſacris teſtimonia extremam reſurrectionem corporum confirmantia, ad Apoſtolorum doctrinam accedimus. Hanc CLEMENS I. lib. 5. Conſtitutionis Apoſtolorum, cap. 8 ſic demonſtrat. *Ipſe nos excitabit omnipotens Deus per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, propter promiſſionem ipſius veram. Excitabit autem cum omnibus qui a principio dormierunt, tales quales modo ſumus [illegible] figura, nil maneam habentes, nec corruptioni obnoxium, quoniam immortales reſurgemus. Quamuis enim in mari moriamur, quamuis in terra diſcerpamur, quamuis a feris vel ab auibus laniemur: tamen excita[illegible] nos vi tute ſua, quoniam mundus totus Dei manu continetur.* Et poſt quam hoc multis authoritatibus probauit, infert: *Quod ſi Græci derident nos non credentes noſtris ſcripturis, ſaltem fidem habeant vati ſua Sibyllæ, quæ ad verbum ita inquit:*

Atque vbi cuncta cinis fuerint tenuisq; fauilla,
Atque idem Deus extinguet quē incenderat ignē,
Oſſaq; reſtituet rurſum, cineresq; ſepultos,
E[illegible] genus omne hominū (vt fuerat) Deus ipſe reponet.
Tunc graue iudicium veniet, quo iudicet orbem,
Ipſe iterum Deus, hosq; iterum iam terra recondet,
Qui male vitam agere fuerint vbicunque reperti.
Sed quoſcunque pios viuos ſuſceperit orbis,
Inſpirante Deo flatum gratumq; fauorem,
Mittente inter eos, traducent ſuauiter æuum,
Mutuaq; inter ſe[illegible] gaudia [illegible].

Plures verſus recenſuimus in opere noſtro Pan-

Pius 4.

Franciſcus 2.

Carolus 9. Rex [illegible] Hic [illegible] berè [illegible] S. D[illegible]

* Illud etiam figuræ prophe[illegible] ostendimus in Pandectis legis Euangelicæ lib. [illegible] cap. 140 vbi etiam Sibyllam [illegible] de ergo.

Id[illegible] de [illegible] habe[illegible] vocabulo, [illegible] &c. & in vocabulo Clericus, &c.

Decretum pro [illegible] gene[illegible] etiam animarum habentibus [illegible].

Verſus Sibyllini.

dectæ legis Euangelicæ, lib 2. cap 140. vbi & figuras & prophetias veteris teſtamenti & nouæ legis teſtimonia infinita attexo:mus *Cum igitur* (*ita* ſubdit Clemens) *reſurrectionem affirmet, corporumq; renouationem non neget, piorq; ab impiis diſcernat, temerè hi noſtris ſibi adiungantur* Et prolato exemplo Phœnicis, vt poſ'imas in vocabulo, Phœnix &c. ſubdit *Cum ergo per auem rationis expertem probetur reſurrectio ... temere ... ſtratia calumniantur, cum fateamur, qui potentia ſua efficit, vt quod non erat, ... enim quoque ... poſt eius interitum reſtituatur. Nam propter hanc perſuaſionem verbera per ſecutionum, mortes perferimus: nam fruſtra ea didicimus, niſi firmiter rebus hæreremus ea quæ aliis prædicanda ſuſcepimus. Quemadmodum igitur credimus Moſi dicenti In principio fecit Deus cælum & terram & ... noſ ... materia inopia ſed voluntate ſola Chriſtum qua cõſtituit ea produxiſſe. cælum, inquam, terram mare, lumen, noctem, luminaria, aſtra volatilia, aquatica, quadrupedia, reptilia. plantas, herbas: eodem modo excitabit nos ſua voluntate, ope aliena non indigens. Eiuſdem enim facultatis munus eſt. producere mundum atque mortuos excitare. Atque tunc quidem hominem, qui nullus erat, ex diuerſis conſtantem rebus effecit data ei anima de nihilo: nunc autem exiſtentibus animis diſſoluta corpora reſtituet. Rerum enim manentium eſt reſurrectio, non in nihilum redeuntium. Ille igitur qui prima corpora de nihilo effecit, ex hiſq; varias naturas compoſuit, idem mortuos vita reddita excitabit.* Et infrà. *Quare ſi opus eius homo eſt per Chriſtũ effectus, omnino mortuus per eum reſurget, vel ad rectè factorum præmia, vel ad ſcelerum ſupplicia.* IDEM multis adhuc ſententijs rem eandem probat, lib. 6. cap 30. & lib. 7 ca. 33 verum ſi omnia hæc vellem recenſere, deficeret mihi tempus Reſurrectionem ſimiliter generalem cõfirmat ABDIAS BABYLONIVS, lib. 5. & 7. certaminis Apoſtolici dum eam à ſanctis Apoſtolis docet conſtanter fuiſſe prædicatam. Et DIONYSIVS AREOPAGITA eandem confirmat, libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, par 1 cap. 11. dum de exequijs defunctorum agit. *Neceſſarium* (inquit) *eſt ... exequiis, quæ à nobis in his qui dormierũt caſtè geruntur. Nam ne illud quidem ſicris propheanisq; commune eſt verùm, vt virorumque vita & ſpecies varia, ita ubi in mortem ierint, hi quidem qui ſacrã temere vitam, in vera Dei repromiſſiones intuentes, vt qui veritatem ipſarum in ſua inſpexerint reſurrectione, firma & certiſſima cum ſpe diuinaq; letitia ad mortis tendunt finem, quaſi ad ſanctorum certaminum vocationem, non ignorantes in exactiſſima & immortali vita, & ſalute fore ſua omnia per futuram integram reſurrectionem ſuam. Sancta profectò anima, cum in hac vita poſſint ad deteriora conuerti, in regeneratione id habitura ſunt, vt ex Dei ſimilitudine ad inconuertibile tranſeant, &c.* Et IGNATIVS MARTYR, epiſtola ad Tarſenſes, contra illos diſputat qui reſurrectionem Chriſti & generalem negabant. *Quòd autem* (ait) *& reſurgant corpora noſtra, ait: Amen dico vobis, quod venit hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent, &c. Et Apoſtolus: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem, &c.* Et alibi. *Et ſi mortui non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit: vana ergo eſt prædicatio noſtra, &c. Et iterum epiſtola ad Smyrn ... reſurrectionem mortuorum comprobat.* Sic & POLYCARPVS SMYRNENSIS, epiſtola vnica ad Philippenſes *Qui detorſerit* (ait) *eloquia Dei ad propria deſideria, & dixerit, neque reſurrectionem, neque iudi-*

Geneſ. 1.

Abdias Babylonius.

Dionyſius Areopagita.

Lib. 10. Pſal 105.

Ignatius Martyr.

Ioannis 5.

Polycarpus Smyrnenſis.

cium eſſe, hic primogenitus Sathanæ eſt, &c. Similiter & ſub iiſdem temporibus agens MARTIALIS APOSTOLVS, epiſtola ad Burdegalenſes, cap 8. *Omnes* (inquit) *oportet aſtare ante tribunal Chriſti, qui iudicabit in iuſtitia orbem. Beati autem eritis, ſi conſcientiam veſtram puram coram Deo nunc exhibueritis. Et ſicut vnam fidem vnum baptiſma tenetis à Deo in vobis, ſic Angelis cohæredes eritis, naturam quidem humanam, claritatem verò Angelicam habituri Non quidem euacuabitur veritas corporis, ſed non erit pondus & fragilitas corruptionis Nunc morimur per Adam, & tunc reſurgemus per Chriſtũ: nunc fragilitate circundamur tunc virtute induemur. Et ſi enim morimur corpore, ſed tamen nunquam moriemur ſpiritu. Spiritus enim ſine morte creatus eſt à Deo.* Eadem repetit epiſtola ad Tholoſanos, capite 4. Porrò IVSTINVS MARTYR in dialogo cum Tryphone eos nõ pro Chriſtianis habendos cenſet, qui reſurrectionem mortuorum denegant Et quæſtione decimatertia ad orthodoxos, quærentibus, cur infantes, & fœtus in vtero defuncti reſurgant, cum non operum mercedem valeant reportare, nec poſſint requietis aut anguſtiæ ſenſum, propter ætatis immaturitatem, capere, ſic reſpondet. *Credentes verum eſſe illud, ſeritur in infirmitate, reſurgitur in poteſtate, bene & poſſibile & decens eſt credere etiam infantum reſurrectionem. Qui enim eis immortalitatem præſtat, poteſt eis etiam vires ſentiendi præſentia bona largiri, quorum ſi non ſit reſurrectio inuenietur Deus fruſtra finxiſſe eos: Quod ſi Deus nihil facit fruſtra, neceſſe eſt etiam infantes adduci in eſſe per reſurrectionem. An vero non eſt ineptũ Herodem damnare ad pœnam ob interfectos infantes, ſi infantes non ſunt qui vindicentur? teſtatur hoc Ioannis Baptiſta in ventre matris geſtientis exultatio, & hymnus infantium & lactentium, &c.* IDEM quæſtione 45. Ezechielis prophetiam allegat, & 17. 53. ait homines mares & fœminas reſurrecturos genitricium partium differentiam habentes, licet nõ ſint vtiles genitrices partes poſt reſurrectionem ad procreationem: *Erunt tamen* (ait) *vtiles ad recordandum homines ab his partibus ſumpſiſſe ortum, & incrementum ad durationem.* Et quæſtione 111. comprobat illos qui exectis aut vſtis corporibus deceſſerunt, integros omnino reſurrecturos. Eadem ATHENAGORAS ATHENIENSIS Philoſophos cõfirmat in libro de reſurrectione mortuorum contra Gentiles, quo & eorum obiectiones mira ſapientiæ & doctrinæ arte confutat. Hic autem floruit ſub Antonino & Commodo Imperatoribus. Liber autem iſte eruditiſſimus eſt, & in plurimorum verſatur manibus, cuius authoritas ſatis per ſe cognita eſt, quandoquidem à Philoſopho grauiſſimo, & verè Apoſtolico doctore conſtat editus. Liber autem quædam hic inſerere tem, ſed grata me reuocat breuitas, & præcedentium atque ſubſequentium ſat probata teſtimonia Eandem defendit reſurrectionis fidẽ THEOPHILVS ANTIOCHENSIS Theologus antiquiſſimus, libris tribus contra Antolycum Chriſtianæ religionis calumniatorem, & hoc innumeris Prophetarum, ſicut cætera fidei noſtræ myſteria, comprobat teſtimonijs. Floruit autem circa annos Domini 172. Circa eadem tempora IRENÆVS LVGDVNENSIS, lib. 5. contra hæreſes Valentini & ſimilium, per totum eum librum diſſerit de reſurrectione corporum generali, ex veteris legis & nouæ teſtimonijs, quam & probat ex naturalium rerum ordine, & ad calcem addit, *Qui ergo vniuerſam reprobans reſurrectionẽ, & quan-*

Martialis Apoſtolus.

Iuſtinus Martyr.

Quæſtio ... decima.

Reſurrectio marium & fœminarum cum membris integris & genitalibus.

Athenagoras Athenienſis Philoſophus.

Theophilus Antiochenus.

Irenæus Lugdunenſis.

tum in ipſis eſt auferunt eam de medio, quod mirum eſt, ſi nec ordine reſurrectionis ſuæ noleatis intelligere quoniam ſi hæc ita eſſent quemadmodum dicunt, ipſe vtique Dominus in quem ſe dicunt credere, non in tertia die feciſſet reſurrectionem, ſed ſuper crucem expirans confeſtim vtique abiiſſet ſurſum, relinquens corpus terræ? Nunc autem commoratus eſt tribus diebus, vbi erant mortui, &c. Quomodo ergo magiſter noſter non ſtatim euolans abijt ſed ſuſtinens definitum a Patre reſurrectionis ſuæ tempus, quod per Ionam manifeſtum eſt, poſt triduum reſurgens aſſumptus eſt? Sic & nos ſuſtinere debemus definitum a Deo reſurrectionis noſtræ tempus, prænunciatum a Prophetis, & ſic reſurgentes aſſumi quotquot Dominus hoc dignos habuerit, &c. Denique Tertullianus Carthaginenſis, libro de patientia, ad calcem (Oſcramus ait) *patientiam ſpiritus, patientiam carnis, qui in reſurrectionem carnis & ſpiritus credimus.* Et iterum libro de Reſurrectione carnis, ſic exorditur. *Fiducia Chriſtianorum, reſurrectio mortuorum. Illam credentes ſumus hoc credere veritas cogit. Veritatem Deus aperit, ſed vulgus irridet, exiſtimans nihil ſupereſſe poſt mortem & tamen defunctis parentant & quidem impenſiſſimo officio, pro moribus eorum, pro temporibus eſulentorum, vt quos negant ſentire quicquam etiam deſiderare præſumant? &c.* Tum contra Epicurum diſſerit, & vim facit in his duobus vocabulis, Reſurrectio mortuorum. Lege ſi vacat. Idem libro contra Iudæos, capite vltimo, vbi de aduentu Antichriſti diſputat. Vide Antichriſtus, &c. Sed & libro primo, contra Marcionem, reſurrectionem carnis contra eius deliramenta defendit, ſimiliter & libro quinto, & libro Apologetico aduerſus gentes, &c. cap. 45. Eandem reſurrectionem defendit Cyprianus Carthaginenſis, libro quarto Epiſtolarum, epiſtola ſexta, ad calcem ait: *O dies ille qualis & quantus adueniet, fratres dilectiſſimi, cum cœperit populum ſuum Dominus recenſere, & diuinæ cognitionis examine ſingulorum merita recognoſcere, mittere in gehennam nocentes, & perſecutores noſtros flammæ pœnalis perpetuo ardore damnare, nobis vero mercedem fidei & deuotionis exſoluere, &c.* Idem ad calcem libri contra Iudæos, veteris & noui teſtamenti teſtimonijs defendit reſurrectionem generalem, vt cunctis liquet. Sed & Lactantius Firmianus, libro ſeptimo de diuino præmio, capite vndecimo & duodecimo, contra Lucretium & alios Philoſophos, animæ immortalitatem & corporum generalem reſurrectionem defendit irrefragabilibus argumentis. Sic & Gregorius Nazianzenus oratione ſeptima in obitu fratris ſui Cæſarij ad calcem, & iterum libro de fide reſurrectionem negantium hæreſim exterminat. Hoc & facit Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 18 illuminatorum, quæ ſic incipit: *Radix omnis boni operationis, eſt ſpes reſurrectionis: expectatio enim retributionis excitat mentem in beneficentiam.* Ij conſequentibus Reſurrectionem carnis probat ex natura, ex conſcientia, ex ipſa hominis generatione, ex lege, ex Prophetis, &c. & hoc diffuſo ſermone. Denique Epiphanius Cypri, libro primo hæreſi ſeu ſecta nona, contra Samaritas reſurrectionem ex libris Moſis defendit & iterum ex alijs teſtimonijs atque argumentis eandem probat, libro ſecundo hæreſi 56 contra Bardeſianiſtas & in Ancorato luculentius. Refert præterea Methodii Tyrii Epiſcopi fragmentum, ad calcem libri ſecundi, ſecta 64. contra Origeniſtas, vbi clarè reſurrectionis fidem varijs & diuerſis argumentis demonſtrat. Ambroſius Mediolanenſis orationem habuit elegantiſſimam de fide reſurrectionis quam inuenies poſt orationem fratris ſui Satyri &c. Scripſerunt & Chryſoſtomus, Hieronymus, Auguſtinus, aliique omnes Eccleſiæ doctores plurima opuſcula, quibus indubie fidem reſurrectionis generalis aſtruunt, quorum dicta in immenſum protenſa hic inferre non libuit. De ea autem fide dicendum eſt adhuc in dictione, Symbolum.

Tertullianus Carthaginenſ. — Cyprianus Carthaginenſ. ad plebem Thybaritanam exhortatoria ad martyrium (?) — Lactantius Firmianus. — Gregorius Nazianzenus. — Cyrillus Hieroſolymitanus. — Epiphanius Cypri. — Methodius Tyrius. — Ambroſius Mediolanenſis. — Chryſoſtom. Hieronymus. Auguſtinus.

Revs.

Reis examinandis aut iudicandis non interſint clerici. Poſuimus in vocabulo, Clerici.

Reorum in die Paſchæ abſolutio. Poſuimus in vocabulo, Abſolutio &c.

Reus ad Eccleſiam fugiens vt ſaluetur.] Poſuimus vocabulo, Eccleſiæ immunitas & libertas, &c.

Reus patibulo damnatus, an ſuffragijs viuentium debeat iuuari, & Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi, Diximus in vocabulo, Miſſa, & Oblatio. Verum ſic etiã ſtatuiſſe legitur Concilium Avrelianense II. canone decimo quinto. *Oblationes defunctorum qui in aliquo crimine fuerint interempti, recipi debere cenſemus: ſi tamen nõ ipſi ſibi mortem probentur propriis manibus intuliſſe.* Huic decreto ſuffragatur Concilium Mogvntinvm II. canone vigeſimo ſeptimo. *Quæſitum eſt ab aliquibus fratribus de his qui in patibulis pro ſuis ſceleribus poſt confeſſionem Deo peractam ſuſpenduntur, vtrum cadauera illorum ad Eccleſias deferenda ſint & oblationes pro eis offerendæ & Miſſa celebranda, an non: quibus reſpondimus. Si omnibus de peccatis ſuis puram confeſſionem agentibus & digne pœnitentibus communio in fine ſecundum canonicam iuſſionem danda eſt*, vt diximus in vocabulo, Pœnitentia, &c. *cur non eis qui pro peccatis ſuis pœnam extremam perſoluunt? Scriptum eſt enim: Non vindicabit Deus bis in idipſum. In quocunque die conuerſus fuerit peccator, peccata ipſius non recordabuntur.* Et iterum, *Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat. Sed item ergo hominis admiſit quiſquis tempore mortis pœnitentiam denegat & deſperat de clementia Dei qui eum ad ſubueniendum non ſeatis ſufficere, vel in momento poſſe non credit. Perdidiſſet latro in cruce præmium ad Chriſti dexteram pendens, ſi illum vnius horæ pœnitentia non iuuiſſet. Cum eſſet in pœna pœnituit, & per vnius ſermonis profeſſionem, habitaculum paradiſi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum conuerſio in vltimis poſitorum mente potius eſt æſtimanda quam tempore, Propheta hoc taliter aſſerente cum conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris.* De illo verò qui in duello moritur, prædicta prohibentur ſuffragia exhiberi, vt diximus in vocabulo, Duellum, &c. E Concilio Valentino Galliæ III. cano. 12 Porrò præmiſſum decretum Moguntinum renouat ſub ſimili ſententia & verbis paribus Concilium Vormatiense, can. 80. qui & vltimus eſt. Vide Homicidium, Pœna &c.

Concilium Aurelianenſ. 2. ſub Vigilio 1. — Concilium Moguntinũ 2. ſub Rabano Archiepiſcopo. — Naum 1. — Ezechiel 18 & 33. — Lucæ 23. — Ezechiel 33 & 18. — Concilium Vormatienſe.

Rei læſæ maieſtatis vt tractandi, &c.] Concilium Toletanvm VII canone 1 *De clericis etiam fugitiuis ad hoſtes, vt ſibi ac occaſione genti vel patriæ vel regno poſſint nocere, & qui eis adhæſerunt, con[...] fuga eorum, ſtatutum eſt, vt omni honoris ſui gradu priuentur locumque eorum in quo miniſtrauerant, [...] continuo re[...] accipiant. Hi vero tranſgreſſores ſub pœnitentia con-*

ſtitus, ſi mali reminiſcentes quod fecerunt [illegible] diem mortis [illegible] rectè [illegible] pœnituerint in [illegible] ne communio [illegible] quam [illegible] rum tempus [illegible]. ſi quiſquam [illegible] etiam ordinante principe [illegible] parti-ceps criminis [illegible] anathema [illegible] in perpetuum [illegible] communica[illegible] ita contemnetur [illegible] principe nullus ſacerdotum [illegible] præbere debet [illegible] perjurium videatur [illegible] vel [illegible] ſi quicunque Catholicæ fidei prævaricator [illegible] exerit, ſacerdos nullatenus fauore principis [illegible] terrore à rectè credulitatis [illegible] tenebras [illegible] Similis de laicis conſtitutio eſt, vide Laicus, *[illegible] Quicunque* Proditores patriæ. *[illegible] in aduerſitate gentis aut patriæ poteſtatis [illegible] Regiæ in externas partes ſe conferendo, vel talibus opem præbendo noxius fuerit repertus, non ſolum omnium rerum ſuarum proprietate priuetur, ſed [illegible] perpetua excommunicatione damnetur. & nunquam [illegible] in vltimo mortis ſuo communio tribuatur excepto, ſi aliter communionis eius remedium, ſupplicatione ſacerdotum apud principem fuerit impetratum. Nam ſi in derogationem aut contumeliam principis reperiatur aliquis nequiter loqui, aut in necem regis ſeu exitium intendere, vel conſenſum præbere, hos quidem [illegible] ſemodo, excommunicatione dignum cenſemus Virum tamen ſit illi communicandum, pietati principis [illegible] relinquimus, cuius pote[illegible] eſt [illegible] culpas miſericordiæ, iudicis [illegible] ſententia temperare. Conteſtamur autem clementiſsimos principes [illegible] per ineffabile diuini nominis ſacramentum obteſtantes, [illegible] vnanimiter obſecramus, ne quandocunque abſque iuſti[illegible] neceſſe fuerit imploratione ſacerdotali, excommunicationis eam ſententiam à perfidis clericis, vel laicis ad externas partes ſe transferentibus, vel conſenſum præbentibus, quacunque temeritate ſuſpendant. Nam hoc magis vtilitatibus videtur ferre conſultum [illegible] ſi conſtitutionis noſtræ forma ſeruetur. Execrandum anathema ſit, & velut prævaricator Catholicæ fidei ſemper apud Deum reus exiſtat, quicunque Regum deinceps can[illegible] huius cenſuram in quocunque crediderit vel permiſerit violandam.* Concilium Toletanum 12. Hæc repetit Concilium TOLETANVM XII. canone 3 & ſtatuit vt princeps talibus tam clericis, quàm laicis ſolus reſtituere poſſit communionem Eccleſiaſticam, cui ſoli peccaſſe noſcuntur, vel eos in gratiam ſuam recipere, ne Eccleſia ſe de hoc negotio implicet, &c. Eadem etiã Concilium VORMATIENSE, canone 43 Hinc quoque anteà Concilium TOLETANVM IV canone 29 ſtatuerat. Concilium Vormatienſe. Concilium Toletanum 4. *Conſultum hoſtium ſacerdotes, præter [illegible] Regia poteſtate licentiam acceperunt, quod libet mandatum ad gentem extraneam occultè accipere, vel dirigere non præſumant. Quis autem deprehenditur, aut conuincitur, denunciatus principis apud Concilium condigna animaduerſione mulctabitur* Porrò quia præmiſſum decretum Toletani Concilij de non recipiendis in communionem tei ſatis rigidum videbatur, in Concilio TOLETANO VIII. reſidens RECESVINTHVS REX deuotiſſimus in medio Patrum, ab eis eius decreti moderationem expoſtulat. Concilium Toletanum 8. Receſuinthus rex. *N[illegible] aut in iuramento [illegible]* ait; *teneat reos conditio, aut impietatis vlcio habeat inhumanos [illegible] vt ſubiectos populi nec in propheratis [illegible] habeamus ſubditos, nec impietatis vinculis deleamus [illegible] tos* Cui Patres ſatisfacientes inuocato ſancti Spiritus auxilio, cum ſe legem promulgaſſe ſeueram dicunt pro tempore, quòd [illegible] videbatur cenſura præ hoſtilitate & frequẽtibus inſidijs præmendum: ceſſantibus autẽ illis moderationis eſſe tem-

A periem eligendam, nec iuramentum eſſe tantopere votis aſtrictum, vt non poſſit commodè diſſolui. Vide Iuramentum, &c. Hæc etiam conſtitutio mitigata eſt in præfato Concilio Toletano XII. ad preces [illegible] Regis vt [illegible] læſæ maieſtatis [illegible] teſtificandi dignitatem ipſo facto perdiderant, recepto teſtimonio cauſas exequi poſſint, nec poſſint propter hoc reijci, cum ſe manſuetudine regia in gratiam receptos probauerint. Vide ſupra, Crimen, &c. & alibi. Concilium Toletanum 12.

ROMA.

Romæ vrbis inſi[illegible] conſtare [illegible] beatorum B Apoſtolorum Petri & Pauli atque innumerabilium martyrũ reliquijs diximus in voca[illegible] Petrus & Peregrinatio, & ſupra, Reliquiæ &c Hinc IOANNES CHRYSOSTOMVS homil. 2 in epiſtolam ad Romanos, loquens de corporibus ſancti Petri & Pauli, ait: *Ego autem [illegible] propter hoc Romam diligo. Inſuper adhuc & aliunde eam habeo laudare, & pro magnitudine & pro antiquitate, & pro ſpecie [illegible] pro multitudine, & potentia. [illegible] directionibus in prælio [illegible] Omnia autem talia [illegible] relinquens, pro [illegible] eam beatam [illegible] viuens eis [illegible] (ſcilicet Paulus) & [illegible] & [illegible] locutus eſt, & vitam [illegible] temporalem finiuit. [illegible] corpus eius ibi [illegible]. Pro quo [illegible] magis quàm pro aliis [illegible] corpus magnum [illegible] te, oculos habet duos ſplendentes, ſacrorum [illegible] corpora, id eſt Petri & Pauli. Ita nõ eſt cœlum [illegible] quando [illegible] emittit radios ſicut Romanorum [illegible] duæ lampades vbique in mundo illuxerunt. E[illegible] vnde ergo rapietur Paulus, exinde Petrus conſul[illegible] tremore qualia videbit inſignia Roma Paulum videlicet ſubitò ſurgentem à loco requietionis ſuæ ſimul cum Petro, & proficiſcentem obuiam Chriſto. Quale munus [illegible] dedo donum Roma? Quales coronas ciuitas [illegible] duas quales cathenas aureas circumnectit [illegible] tas? pro hoc admiror [illegible] ciuitatem, non pro multitudine auri, non pro columnis, non pro alia fantaſia [illegible] gus eacuminibus ſumma Eccleſia [illegible] perfundi corpore Pauli [illegible] adhærere [illegible] pulturæ, & puluerem [illegible] corporis illius, [illegible] imitatus eſt Chriſtum, in [illegible] Chriſti [illegible] in quo [illegible] eminauit [illegible] puluerem [illegible] corporis eius, per quod vbique occurrit puluerem [illegible] per quem [illegible] annunciabatur, & lux luceſcebat, &c.* Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS [illegible] expoſitione in Pſalmum quadrageſimum quartum. *Oſtendatur mihi Roma* ait *tanto honore templum Romuli [illegible] quanto oſtendam ibi memoriam Petri In Petro [illegible] honoratur, niſi [illegible] defunctus pro [illegible] &c.* Et iterum ſermone in natali eorundem Apoſtolorum *[illegible] beati [illegible] eius inhebat non d[illegible] ſed infimus [illegible] gemibus [illegible] Imperat[illegible]* Eadem NICOLAVS I epiſtola ad Michaëlem Imperatorem Hinc Concilium BASILEENSE, ſeſſione vigeſima tertia, Romam vrbem [illegible] dem Pontificis ſupremi declarat, & Imperij caput ſtatuitque, vt de ipſius vrbis redditibus & prouentibus al quota competens portio ad conſeruationem Eccleſiarum mœnium viarum Pontium ſecurit[illegible] itinerum ipſius vrbis, per aliquos [illegible] famæ, de conſilio [illegible] Cardinalium [illegible] exponatur. Quod & IVLIVS [illegible] in Bulla indictionis Concilij Lateranenſis renouauit. Porrò lege ſupra in vocabulo Petrus, Peregrinatio, Reliquiæ &c.

Ioannes Chryſoſtomus.

Si murmuret [illegible] quid inde?

Vide, [illegible] attende hæretice.

Auguſtinus Hipponenſis.

Nicolaus.

Concilium Baſileenſe.

Iulius.

Concilium Salegúſtadienſe.

Romam adire non cuiuis liceat] Vide, Appellatio, &c. & mox, Romana Eccleſia, &c. Porrò Concilium Salegvnstadiense, cano 16. *Decreuit ſancta Synodus, vt nullus Romam eat, niſi cum licentia ſui Epiſcopi, vel eius vicarij.* Et iterum cano. 18. *De his qui capitali crimine inculpati ſacerdotalem pœnitentiam reſpuunt, ſed Romam ire contendunt, vt ſummus Pontifex cuncta ſibi dimittat peccata, ſtatuimus, vt talis indulgentia illis nõ proſit, ſed iuxta modum delicti pœnitentiam ſibi datam à ſacerdotibus adimpleant & tunc ſi Romam ire voluerint, ab Epiſcopo proprio licentiam, & literas ad Apoſtolicum de hiſdem rebus deferendas accipiant.* Simile quid vide in vocabulo, Excommunicati, &c.

Romana Ecclesia.

Attende vere legas ſedulò hæc vocabula.

Romanæ Eccleſiæ primatus & authoritas defenditur.] Contra Caluiniſtas, qui eius primatum & authoritatem ſuprà cæteras Eccleſias negant, iam oſtendimus ex traditione Apoſtolorum & ſucceſſorum vſque ad nos in vocabulis, Eccleſia vnica, Papa, Petrus, &c. & ſuprà, Roma, &c. quædam autem adhuc reſeruata ſunt, quæ in hac & ſubſequẽtibus diſtinctionibus declarabuntur. Itaque ſub ſilentio præmittẽtes, quæ iam in diuerſis vocabulis dicta ſunt pro aſſertione Primatus & authoritatis Romanæ Eccleſiæ, iam ab initio erectam Romanam Eccleſiam, vt cæteris omnibus præemineret, oſtẽdamus.

Anacletus 1.

Anacletvs I. qui Petro Apoſtolo in Epiſcopatu ſucceſſit, demonſtrat epiſt. 3. ad omnes Epiſcopos, & allegat Gratianus, diſtinct. 22. cap. Sacroſancta, & Iuo, lib. 4. *Hæc verò* (ait) *ſacroſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia, nõ ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino ſaluatore noſtro primatum obtinuit, & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias, ac totũ Chriſtiani populi gregem aſſecuta eſt, ſicut ipſe beato Petro Apoſtolo dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cælorum: & quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Prima ergo ſedes* (ſubdit) *eſt cæleſti beneficio Romana Eccleſia, quam beatiſſimus Petrus & Paulus ſuo martyrio conſecrarunt. Sic Roma, quæ prius erat cacodæmonis artificio omnium errorum mater, & altrix, excuſſis tenebris, & vanis ſuperſtitionum ritibus abiectis, filiorum Dei exorto ſole iuſtitiæ, facta eſt copioſa propagatrix. * Secunda ſedes apud Alexandriam, tertia apud Antiochiam, &c.* Et infrà. *Si verò aliquæ cauſæ difficiliores inter vos ortæ fuerint, ad huius ſanctæ ſedis apicem eas, quaſi ad caput, referte, vt Apoſtolico terminentur iudicio: quia ſic Dominum velle, ab eóque ita conſtitutum eſſe antedictis teſtimoniis declaratur. Hæc vero Apoſtolica ſedes cardo & caput* (*vt præmiſſum eſt*) *omnium Eccleſiarum à Domino, & non alio eſt conſtituta: & ſicut cardine oſtium regitur, ſic huius ſanctæ ſedis authoritate omnes Eccleſiæ, Domino diſponente, reguntur.* Eadem omnino repetit Pivs I. epiſtola 1. ad omnes Chriſti fideles.

Matth. 16.

* Secunda ſedes apud Alexandriam, ſed poſt ad Conſtãtinopolitanam eccleſiã ſecunda ſedes tranſlata eſt, vt dicemus infrà, & iam diximus in vocabulo, Patriarcha, &c.

Pius 1.

Zepherinus 1.

1. Corinth. 12.

Zepnarinvs I. epiſt. 2. ad Epiſcopos Ægypti, & allegat Gratianus, diſtinct. 12. cap. Non decet: *Non decet à capite membra diſſidere, ſed iuxta ſacræ ſcripturæ teſtimonium, omnia membra caput ſequantur. Nulli verò dubium eſt, quod Apoſtolica Eccleſia mater ſit omnium Eccleſiarum, à cuius vos regulis nullatenus conuenit deuiare. Et ſicut Dei filius venit facere voluntatem patris ſui, ſic & vos voluntatem*

A *veſtra impleatis matris, quæ eſt Eccleſia, cuius caput* (*vt prædictum eſt*) *Romana exiſtit Eccleſia. Quicquid ergo ſine diſcretione iuſtitiæ, contra huius diſciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit, &c.* Omnino eadem ſententia vtitur Staphanvs I. epiſtola ſecunda, ad omnes Epiſcopos, & Sixtvs III. vt alibi dicetur. Denique Romanæ Eccleſiæ primatũ agnoſcit Irenævs Lvgovnensss, libro tertio, contra hæreſes Valentini, &c. capite ſecundo, vt repoſuimus in vocabulo, Papa: & confirmat de illo Euſebius Cæſarienſis, libro quinto, capite vigeſimo quarto, vbi Romanę Eccleſię in celebratione Paſchatis authoritatem ſecutus eſt. Meminit Tertvllia-

Stephanus 1.

Sixtus 3.

Irenæus Lugdunenſis.

Tertullianus Carthaginenſ.

B nvs Cartnaginensis primatus Romanæ Eccleſiæ, circa medium libri de præſcriptionibus aduerſus hæreticos, & vbi de epiſtolis Apoſtolorum authenticis loquitur, ſic exclamat. *Si Italiæ* (ait) *adiaces, habes Romanam Eccleſiam, vnde quoque nobis authoritas præſto eſt. Fœlix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſuo ſanguine profuderunt: vbi Petrus paſſioni dominicæ adæquatur: vbi Paulus Ioannis exitu coronatur, &c.* Quæ poſuimus in vocabulo, Petrus. Et Cyprianvs Cartnaginensis, libro primo, Epiſtolarum, epiſtola tertia, ad Cornelium contra Nouatum, ait: *Poſt iſta* (ait) *adhuc inſuper Pſeudoepiſcopo ſibi ab hæreticis conſtituto, nauigare audent & ad Petri ca-*

Cyprianus Carthaginenſ.

C *thedram, atque Eccleſiam principalem, vnde vnitas ſacerdotalis exorta eſt, &c.* Idem libro quarto, epiſtola octaua, ad eundem Cornelium. *Quidam mentes nonnunquam & animos ſermonibus ſuis turbant, dum aliter quædam quàm ſe habet veritas nunciant. Nos enim ſingulis nauigantibus, ne cum ſcandalo vllo nauigarent, rationem reddidiſſe nos ſcimus, & hortatos eſſe, vt Eccleſiæ Catholicæ matricem & radicem agnoſcerent ac tenerent, &c.* Vide teſtimonia eiuſdem in vocabulo, Eccleſiæ vnitas, & Papa, &c. Porrò Marcallvs I. epiſtola prima, ad Epiſcopos Antiochenæ prouinciæ, vt allegatur à Gratiano, cauſa ſecunda, quæſtione ſexta, capite,

Marcellus 1.

D ad Romanam, &c. *Petri ſedes* (ait) *primitus apud Antiochiam fuit, quæ poſtea iubente Domino Romam tranſlata eſt, cuius* (*adminiculante gratia diuina*) *hodierna die præſidemus, nec ab eius diſpoſitione vos deuiare oportet, ad quam cuncta maiora Eccleſiaſtica negotia* (*diuina diſponẽte gratia*) *iuſſa ſunt referri, vt ab ea regulariter diſponantur,* (vide in ſubſequẽtibus diſtinctionib. Romana ſedes cõſulenda, &c. ex Euariſto I & reliquis) *a qua ſumpſere principia. Si veſtra verò Antiochena Eccleſia, quæ olim prima erat, Romanæ ceſſit ſedi, nulla eſt quæ eius non ſubiecta ſit ditioni, ad quã omnes quaſi ad caput, iuxta Apoſtolorũ eorumq́; ſanctiones ſucceſſorum, Epiſcopi, qui voluerãt, vel quibus neceſſe fuerit, ſuffugere eámque appellare debent.*

Antiochena Eccleſia Romanæ ceſſit.

E Vide ſuprà, Appellatio, &c. & Epiſcopi qualiter iudicandi, &c. vbi hæc latiùs pertractantur. *Vt inde accipiant tuitionem & liberationem, vnde acceperunt informationem & conſecrationem. Quod omnibus minimè conuenit denegare Epiſcopis, ſed abſque vlla cuſtodia, aut excommunicatione, vel damnatione, vel expoliatione liberè ire concedatur. Similique hidem, inſpirante Domino, conſtituerunt, vt nulla Synodus fieret præter eiuſdem ſedis authoritatem.* (vt copioſè probauimus in vocabulo, Concilia ſine conſenſu Papæ non celebranda, &c.) *nec vllus Epiſcopus, niſi in legitima Synodo ſuo tempore Apoſtolica authoritate conuocata, ſuper quibuſlibet à criminibus pulſatus, audiatur vel iudicetur, &c.* Vide Epiſcopi vt iudicandi, &c. Iorn epiſt. 2. ad Maxentium Tyrannum.

Melciades I.
Euſebius I.

A Eadem quoque MELCIADES I. epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ. Eadem & EVSEBIVS I epiſt 3. ad Epiſcopos Campaniæ & Tuſciæ, &c. *Benedictus* (inquit) *Dominus noſter, qui per miſericordiam ſuam Romanam Eccleſiam beati Petri Apoſtolorum principis ſacerdotio ditauit, nobiſque viam monſtrandam circa nos propter vniuerſalem curam, quæ nobis eſt propter priuilegium eiuſdem Eccleſiæ, inuicem charitatis indulſit, vt qui cohæremus firmitate fidei, iungamur quoq; votiua iucunditate colloquij, &c.*

Iulius I.
* Hæc producit Nicephorus libr. 9. cap. 9. & 10. vide

Præterea IVLIVS I. epiſtola ad Orientales Epiſcopos pro cauſa Athanaſij, * eos redarguit, quòd inconſulta ſede Apoſtolica Concilium fuerãt auſi celebrare. vt ſuo loco diximus, & ſubdit.

Matth 16.

B *Sedes* (inquit) *Apoſtolica omnibus maior eſt & prælata Eccleſiis, quæ non ſolummodo canonum & ſanctorum Patrum decretis, ſed Domini ſaluatoris noſtri voce ſingularem obtinuit principatum Tu es, inquit, Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Et quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque ſolueris, &c.* * *Porrò dudum à ſanctis Apoſtolis, ſucceſſoribusq; eorum in præfatis antiquis decretum fuerat ſtatutis, quæ hactenus ſancta & vniuerſalis Apoſtolica tenet Eccleſia, non oportere, præter ſententiam Romani Pontificis, concilia celebrari, nec Epiſcopum damnari.* Vide vocabula, Concilium, & Epiſcopus, &c.

* Hæc etiam Gratianus allegat cauſa 3. quæſt. 6. c. dudum,

Hoc decretum producit Nicolaus Epiſtola ad Michaelem Imperat. vt dicetur infra, & alibi inſeruimus.

Quoniam ſanctam Romanam Eccleſiam primatem omnium Eccleſiarum eſſe voluerunt. Et ſicut beatus Petrus Apoſtolus primus fuit omnium Apoſtolorum, ita & hæc Eccleſia ipſius nomine conſecrata, Domino inſtituente, prima & caput ſit cæterorum, & ad eam, quaſi ad matrem atque apicem, omnes maiores Eccleſiæ, & iudicia Epiſcoporum recurrant, eiusq; iuſta ſententia terminum ſumant, nec extra Romanum quicquam ex his debere decerni Pontifice, quatenus non ita proteruè, & libitu cuiuſpiam, ſuo proprio arbitrio, quibuſque Metropolitanis, ſicut agere ſolebant, liceat, inconſulto Romano Pontifice, aut maiores Eccleſiæ cauſas deturbare, aut Epiſcopos damnare, ſine communi ſanctæ Romanæ ſedis Epiſcopi conſilio, &c.

IDEM replicat eadem in decretis miſſis ad Orientales Epiſcopos pro Athanaſio, cap. 1. 2. 3. 4. & D reliquis, tum ad calcem epiſt 2. *Ideo* (inquit) *ſummopere à me, cui vice Apoſtolorum principis vniuerſalis Eccleſiæ cura commiſſa eſt, prouidendum eſt, auxiliante ipſo ſummo Apoſtolo, ne deinceps talia fiant, ſcilicet iudicia Epiſcoporum, & Concilia inconſulta ſede Apoſtolica, &c.* Vt ſuo loco diximus. Eccleſiæ Romanæ prima ideo, &c. tum recognoſcit ATHANASIVS ALEXANDRINVS, & omnes Epiſcopi cum eo congregati in Alexandrina ciuitate, epiſtola ad eundem Iulium, & alia ad Marcum I ſummos Pontifices. & Romanam ſedem ſæpiùs matrem & caput omnium Eccleſiarum appellant, vt videbis inſertum in vocabulo, Papa.

Hæc Gratianus allegat cauſa 3. quæſt. 6. c. Ideo, &c.

Athanaſius Alexandrinus

Epiſcopi Arriani.

E Idem confitentur etiã EPISCOPI ARRIANI in epiſtola reſponſiua, quam ad prædictum Iulium I ſcripſerunt, vt videbis apud Nicephorum Calliſtum, libro 9 capite 8. Sic autem prædictus ATHANASIVS, & Epiſcopi cum eo congregati, de infeſtationibus eorundem Epiſcoporum Arrianorum ſcribentes ad Fœlicem II ſummum Pontificem, loquuntur *Ideo, Pater beatiſſime, quia ſemper anteceſſores noſtri, & nos à veſtra Apoſtolica ſancta ſede auxilium hauſimus, & noſtri vos curam habere agnoſcimus, præſtitam Apoſtolicam & ſummam expetiuimus, iuxta canonum decreta, ſedem, vt inde auxilium capiamus, vnde prædeceſſores noſtri ordinationes, & dogmata, atque ſubleuatione omnes cœperunt ad eam quoque quaſi ad matrem recurrimus, vt*

A *eius vberibus nutriamur, quoniam non poteſt mater obliuiſci infantem ſuum. Nos quippe vobis inconſultis nequaquam aliud agere præſumimus, canonibus iubentibus abſque Romano Pontifice nos de maioribus cauſis nil debere decernere.* Et paulò poſt. *Romana Eccleſia firmamentum à Deo fixum & immobile percepit, quoniam ipſam firmam vniuerſorum titulorum lucidiſſimam Dominus Ieſus Chriſtus veſtram Apoſtolicam conſtituit ſedem. Ipſa eſt enim ſacer vertex, in quo omnes Eccleſiæ vertuntur, ſuſtentantur, releuantur: & ſicut in Chriſto Chriſtiani, & in Petra, id eſt, Chriſto, vel in Petro Petri renouantur Eccleſiæ, &c.* Reliqua poſita ſunt in dictione, Papa. &c.

Eſay. 49.

Baſilius Magnus.

B Romanæ Eccleſiæ Primatum confitetur BASILIVS MAGNVS, lib. 2. contra Eunomium, & epiſt. 52. *Viſum eſt* (ait) *literas ad Epiſcopum Romanum mittamus, quo res hic conſideret, ac conſilium det: vt quia à communi & conciliari ſynodi doctrina aliquos illic mitti difficile eſt, ipſe authoritatem eis concilians, electis viris ſufficientibus ad profectionis labores ferendos, ſufficientibus item manſuetudine, & morum integritate, ad peruerſos apud nos commonefaciendos, &c.* Eioſdem Primatum confitetur HILARIVS PICTAVIEN, lib. 6. de Trinitate, & ait: *Super confeſſionis* (ait) *petram Eccleſiæ ædificatio eſt. Hæc autẽ fides Petri Eccleſiæ eſt fundamentum, & per hanc fidem infirmæ aduerſus eam ſunt portæ inferorum.* Eadem renouat in expoſitione Pſal. 131. Porrò ſummo Pontifici obſecutum, & eundem agnouiſſe

Hilarius Pictauienſis.

C ſuum Eccleſiæ verticem, FORTVNATVS PICTAVIENSIS in eius vita teſtatur. Et AMBROSIVS MEDIOLANENSIS, lib. 2. de vocatione gentium, cap. 6. *Roma* (ait) *per Apoſtolici ſacerdotij principatum, amplior facta eſt arce religionis, quàm ſolio poteſtatis, &c.* Et iterum lib 3. de ſacramentis, cap. 1. ad calcem *In omnibus cupio ſequi Romanam Eccleſiam. Author nobis eſt huius aſſertionis Petrus Apoſtolus, qui ſacerdos fuit Eccleſiæ Romanæ, &c.* Vide Papa, &c. Et EPIPHANIVS CYPRI agnoſcit primatum Eccleſiæ Romanæ, qui tam ſedulè omnium Pontificum catalogum expreſſit, vt retulimus in vocabulo, Petrus, &c. Et

Fortunatus Pictauienſis.
Ambroſius Mediolanenſis.

Epiphanius Cypri.

D IOANNES CHRYSOSTOMVS, homil 55. in Matthæum, ait *Eccleſia quæ tot tantisq; fluctibus impetu irrumpentibus immobilis manet, paſtor, & caput, piſcator, homo, eſt.* HIERONYMVS STRIDONENSIS, lib I contra Iouinianum. *Super Petrum fundatur Eccleſia, & licet idipſum in alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & cuncti claues regni cœlorum accipiant, & ex æquo ſuper eos fortitudo ſolidetur: tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio, &c.* Vide eiuſdem teſtimonium infrà ad Damaſum, &c AVGVSTINVS HIPPONENSIS Hieronymo ſubſcribens, tractatu in Pſalmum 108. *Quædam* (ait)

Ioannes Chryſoſtomus.

Hieronymus Stridonenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

E *à Chriſto dicuntur, quæ ad Apoſtolum Petrum propriè pertinere videantur, nec tamen habent illuſtrem intellectum, niſi cum referuntur ad Eccleſiam, cuius ille agnoſcitur in figura geſſiſſe perſonam, propter Primatum quem in diſcipulis habuit, ſicuti eſt Tibi dabo claues regni cœlorum, &c.* IDEM epiſto. 162. *In Romana Eccleſia ſemper viguit Apoſtolicæ cathedræ principatus.* Et libro primo contra epiſtolam Parmeniani, capite ſecundo. *Sedentis in cathedra Romana Eccleſiæ, totus orbis Chriſtianus in transmarinis, & longè remotis terris, ſubiectus eſt* IDEM epiſt. 90. Epiſcopi Carthaginenſes Synodi ſuum poſtulant authoritate Romani Epiſcopi confirmari, & hoc nomine etiam ad Innoc I. Pontificem Romanum literas deſtinant. Vide Concil Papa cõfirmat, &c.

Palladius Helenopolitanus.

Hinc etiam PALLADIVS HELENOPOLITANVS in dialogo vitæ S. Ioannis Chryſoſtomi omnes Epiſcopos, qui damnationi ſancti Doctoris conſenſerant, & Arcadium Imperatorem, vxoremque eius Eudoxiam excõmunicat. *Idem Innocentius* (ait) *& ſynodum, quam coegerunt, irritum, & caſſam decreuit,* inſeritque epiſtolam Chriſoſtomi ad eundem, vt aliàs retulimus. Porrò

Victor Vticenſis.

VICTOR VTICENSIS lib. 2. de perſecutione Vandalorum, Eugenium Carthaginenſem Epiſcopum Hunerico tyranno ſic reſpondiſſe teſtatur. *Si noſtram fidem, quæ vna & vera eſt, poteſtas regis cognoſcere deſiderat, mittat ad amicos ſuos. Scribam & ego fratribus meis, vt veniant coepiſcopi mei, qui vobis nobiſcum communem fidem noſtram valeãt demonſtrare, & præcipue Eccleſia Romana, quæ caput eſt omnium Eccleſiarũ &c.* Præterea primatum

Aurelianus Imperator.

Romanæ Eccleſię attribuit AVRELIANVS IMPERATOR, cùm à Paulo Samoſata hæretico interpellatus fuit, vt cõtrà decretum ſynodi, quæ eum Epiſcopatu ſpoliauerat, Eccleſię ſuę adminiſtrationem retineret. Is (inquit Nicephorus lib. 6.

Lege.

Nicephorus Calliſtus.

cap. 29.) *Aurelianus ſanctiſſime de ea re conſtituit, eis ſcilicet Epiſcopatũ mandari iubens, quos Italici & Romani Epiſcopi litteris ſuis comprobaſſent.* IDEM Nicephorus lib. 9 cap. 5 ea quæ de cauſa Athanaſij ſuprà dicta ſunt renouat, non oportere ſcilicet Eccleſias citrà Romani Epiſcopi ſententiam in Synodis quicquam ſtatuere &c. Hinc

Damaſus 1.

DAMASVS I. Epiſtola ad Stephanum Archiepiſcopum Mauritaniæ, & ad tria concilia Affricæ cap. 1. *Scitis firmamentum à Deo fixum, & immobile, atque titulum luciðiſſimum ſuorum ſacerdotũ, id eſt, omnium Epiſcoporum, Apoſtolicam ſedem eſſe conſtitutum, & verticem Eccleſiarum. Tu es enim* (*ſicut diuinum pronunciat verbum veraciter*) *Petrus, & ſuper firmamentum tuum Eccleſiæ columna, qui Epiſcopi intelliguntur, confirmata ſunt: & tibi claues regni cælorum commiſi, atque ligare ac ſoluere poteſtatem quæ*

Matth. 16.

in cælis ſunt, & quæ in terris, promulgaui. Tu propugnatorum hominum, & membrorum meorum, maximéque diſcipulorum meorum exiſtis vt princeps & doctor orthodoxæ & immaculatæ fidei, cuius vice hodie, gratia Dei, legationem pro Chriſto fungimur, & omnes huius ſanctæ ſedis præſules, eius vicem geſſerunt, gerunt, & gerent Et ad calcem. *Ideo huic ſanctæ ſedi quæ conceſſa ſunt* (hæc etiam Gratianus citat diſtinct. 17. cap. hoc ſanctæ &c.) *nullus vſurpare ſine eius conſultu præſumat, qui non vult honore Eccleſiaſtico indignus, vt contemptor, iudicari.* vide iterum infrà eiuſdem teſtimonium, de Romana ſede

Verba Chriſti. Scilicet vt impudentis Caluini os obſtruatur.

Innocentius 1.

conſulenda Et INNOCENTIVS I. epiſtola in ordine 18. ad Alexandrum: Epiſcopum Antiochenum cap. *Hoc* (inquit) *Antiochena Eccleſia meruit nus attributum, quod primam Petri Apoſtoli ſedes eſſe monſtretur, vbi & nomen accepit religio Chriſtiana. & quæ conuentum Apoſtolorum apud ſe fieri celeberrimum meruit, quaque vrbis Romæ ſedi non cederet, niſi quod illa in tranſitu meruit, iſta ſuſceptum apud ſe conſummatumque gaudet.* Hoc allegat &

Concilium Affricanum.

Nicolaus 1.

renouat Concilium AFFRICANVM canone 68. & NICOLAVS I. epiſtola ad Michaelem Imperato. circa medium Sic in Concilio ROMANO 81. patrum damnatus eſt Polychromius

Concilium Romanum ſub Sixto 3.

Epiſcopus Hieroſolymitanus, eo quod ſe ſummum ſacerdotem prædicabat. Damnati ſunt & Conſtantinopolitani Epiſcopi, qui ſe ſummos Pontifices appellabant, vt ex ſequentibus diſtinctionibus colligere facilè eſt. Vnde & NICEPHORVS Calliſtus lib. 14. cap. 34. *Quod ſi fortè*

Nicephorus.

A (*ait*) *alicubi reperiatur Alexandrinam Eccleſiam papæ appellationem habuiſſe, nouerint omnes, quod ab eo tẽpore, quo Cæleſtinus 1. Epheſina Synodo præfecit vicegerentem Cyrillum Alexandrinum* (vt diximus in vocabulo, Legatus, &c.) *fama eſt eum quoque mitram & Papæ appellationem, atque vt orbis vniuerſi iudex appellaretur, accepiſſe: quæ deinde omnia per ſucceſſionem ad eos etiam peruenerunt, quibus fortè Alexandrinæ Eccleſiæ thronum legitimè obueniſſet ſacros Epiſcopos.* Hinc LEO I. epiſt. 79. ad Dioſcorum Epiſcopum Alexandrinum, & allegat

Alexandrina Eccleſia quomodo Papæ appellationẽ habuit Leo 1.

Gratianus cauſa 24 quæſt. 1. cap. Cùm beatiſſimus, &c. *Cum beatiſſimus Petrus Apoſtolicum à Domino acceperit principatum, & Romana Eccleſia in eius permaneat inſtitutis, nefas eſt credere, quòd ſan-*

B *ctus Diſcipulus eius Marcus, qui Alexãdrinã primus gubernauit Eccleſiam, alijs regulis traditionum ſuarum decreta firmauerit, cum ſine dubio de eodem fonte gratiæ vnus ſpiritus fuerit, & diſcipuli, & magiſtri, nec aliud ordinatus tradere potuit, quam quod ab ordinatore ſuſcepit.* Idem epiſt. 87 ad Epiſcopos per Viennenſem prouinciam conſtitutos, & allegat Gratianus diſtinct. 19. cap. Ita dominus. *Diuinæ cultum religionis* (ait) *quem in omnes gentes omneſque nationes Dei voluit gratia coruſcare: Ita Dominus noſter Ieſus Chriſtus humani generis ſaluator inſtituit, vt veritas, quæ antea legis & prophetarum præconio continebatur, per Apoſtolicam tubam in ſalutem vniuerſitatis exiret, ſicut ſcriptum eſt: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba*

Pſal. 8.

C *eorum. Sed huius muneris ſacramentum ita dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro Apoſtolorum omnium ſummo principaliter collocaret, vt ab ipſo, quaſi quodam capite, dona ſua velut in corpus omne diffunderet, vt exortem ſe myſterij intelligeret eſſe diuini, qui auſus fuiſſet à Petri ſoliditate recedere, &c.* Tum Hilarium quendam Epiſcopum arguit, qui Romanæ ſedis neglecto conſultu ordinationes facere præſumebat. *Beatiſſimi* (ait) *Petri reuerentiam arrogantius minuendo, cui cum præ cæteris ſoluendi & ligandi tradita ſit poteſtas, paſcendarum tamen ouium cura ſpecialius mandata eſt. Cui quiſquis principatum æſti-*

D *mat denegandum, illius quidem nullo modo poteſt minuere dignitatem, ſed inflatus ſpiritu ſuperbiæ ſua ſemetipſum in infernum demergit.* Refert PLATINA & alij celebres hiſtoriographi, dum vitam Doni 1. Papæ deſcribunt, quòd eius tempore Eccleſia Rauennatenſis, quæ ſe iampridem à Romana Eccleſia ſeparauerit, primatui eiuſdem ſe ſubmiſit & in vita Agathonis 1. Doni ſucceſſoris ſcribunt, quòd Theodorus eiuſdem vrbis Epiſcopus, poſt longa receſſus curricula, ſe Apoſtolicæ ſedi

Platina Cremonenſis.

Donus 1.

præſentauit. Vnde & GALLIA PLACIDIA epiſtola ad Aeliam Pulcheriam Auguſtam filiam, quæ habetur in initio Concilij Chalcedonenſis,

Rauennatenſis Eccleſia Romana Eccleſiæ principatũ defert.

Gallia Placidia imperatrix.

E loquẽs de illegitima & adulterina Synodo Epheſina 2. *Quidquid* (ait) *in illo Concilio tumultu eſt conſtitutum eſt, remoueantur, vt omnibus integris permanentibus, ad Apoſtolicæ ſedis, in qua primus Apoſtolorum beatus Petrus, qui etiam claues regni cæleſtis ſuſcipiens, ſacerdotij principatum tenuit, Epiſcopatus cauſa mittatur. Debemus enim primatum in omnibus immortali conuerſationis tribuere, quæ totum mundum propriæ virtutis dominatione compleuit, & noſtro Imperio orbem gubernandum ſeruandumque commiſit.* Eadem iterum repetit ſimilia epiſtola ad filium Theodoſium. Similiter & VALENTINIANVS IMPERATOR epiſtola ad prædictum Theodoſium patrem. Et MARTIANVS

Valentinianus & Martianus imperat.

Imperator, Et Valentinianus præfatus, epiſtola ad Leonem 1. Papam, vt inuenies ante acta Concilij Chalcedonenſis. Sæpius autem idem Concilium Chalcedonense generale 4. actione 1. Romam caput Eccleſiarum affirmat, vt diuerſis locis annotauimus. Vide, Legatus, &c & Concilium, & alibi. Denique Concilium Romanum ſub Gelaſio 1. Epiſcoporum 70 *Poſt propheticas (ait) Euangelicas & Apoſtolicas ſcripturas, quibus Eccleſia Catholica per gratiam Dei fundata eſt, illud etiam intimandum putamus, quòd quamuis vniuerſa per orbem Catholica Eccleſia vnus thalamus Chriſti ſit: ſancta tamen Romana catholica & Apoſtolica Eccleſia nullis ſynodicis conſtitutis cæteris Eccleſiis prælata eſt, ſed Euangelica voce domini, & ſaluatoris noſtri primatum obtinuit: Tu es, inquiens, Petrus, & ſuper hanc Petram.* Et cætera. quæ inuenies poſita ſupra in vocabulo, Petrus, &c. Et Vigilius I. epiſtola ad Eutherium Epiſcopum cap. 9. *Nulli vel tenuiter ſcienti, vel pleniter ſapienti dubium eſt, quòd Eccleſia Romana fundamentum & forma ſit omnium Eccleſiarum, à qua omnes Eccleſias principium ſumpſiſſe nemo rectè credentium ignorat. Quoniam licet omnium Apoſtolorum par eſſet electio, beato tamen Petro conceſſum eſt vt cæteris præemineret: vnde & Cephas vocatur, quia caput eſt & primus Apoſtolorum, & quod in capite præceſſit in membris ſequi neceſſe eſt. Quamobrem ſancta Romana Eccleſia eius merito domini voce conſecrata, & ſanctorum Patrum authoritate roborata, primatum tenet omnium Eccleſiarum, ad quam tam ſumma Epiſcoporum negotia, & iudicia, atque querela, quam & maiores Eccleſiarum quæſtiones quaſi ad caput referuntur. Nam & qui ſe ſcit alijs eſſe præpoſitum, non moleſtè ferat aliquem ſibi eſſe prælatum. Ipſa namque Eccleſia, quæ prima eſt, ita reliquis Eccleſiis vices ſuas credidit largiendas, vt in partem ſint vocatæ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Inde omnium appellantium ſedem Apoſtolica Epiſcoporum iudicia, & cunctarum maiorum negotia cauſarum, eidem ſancta ſedi reſeruata eſſe liquet, præſertim cum in his omnibus eius ſemper ſit expectandum conſultum, &c.* Vt latiùs dicta ſunt, Epiſcopus, Appellatio, &c & alibi. Et Patres Constantinopolitani II. Concilij generalis 5. actione 4. *Nos (aiunt) Apoſtolicam ſedem ſequimur & obedimus, &c.* Vt iam repoſuimus ſuprà. Similiter Pelagius II. epiſtola ad Ioannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, qui ſe vniuerſalem Patriarcham dicebat. eum grauiter arguit. Vide in ſequenti diſtinctione. Vide & Nicolaus I. epiſtola ad Michaelem Imperatorem qui Romanam Eccleſiam blaſphemijs & iniurijs impetebat, ſic loquitur. *Si cunctis generaliter ſacerdotibus diuina præceptionibus fidelium conuenit corda ſubmitti: quanto potius ſedis illius pontifici: conſenſus eſt adhibendus, quem cuncta Eccleſia generalis iugiter pietas celebrauit, vbi clementia veſtra euidenter aduertit, nunquam quouis penitus humano conſilio eleuare ſe quemquam poſſe contra illius priuilegium, vel confeſſionem, quam Chriſti, vox prætulit vniuerſis, quem Eccleſia veneranda confeſſa ſemper eſt & habet deuota primatem. Impelli non valent humanis præſumptionibus, quæ diuino ſunt iudicio conſtituta, &c* Tum in ſubſequentibus ſedi Romanæ tres patriarchales ſedes docet eſſe ſubditas, & in decretis quæ ſub nomine eiuſdem allegat Gratianus diſtinct. 22. cap. Mediolanenſ. *Omnes (ait) Patriarchas, Primatus, Metropoles, aut Epiſcopatuum cathedras, vel Eccleſiarum cuiuſcunque ordinis dignitatem inſtituit Romana Eccleſia. Illam verò ſolus ipſe fundauit, & ſupra petram fidei mox naſcentis erexit, qui beato Petro æterni vitæ clauigero terreni ſimul & cæleſtis Imperij iura commiſit.* Et iterum de conſecratio. diſt. 1 *Eccleſia. id eſt, Catholicorum collectio quamodo ſine Apoſtolicæ ſedis inſtituetur nutu, quando iuxta ſacra decreta nec ipſa debet abſque præceptione Papæ baſilica nouiter cōſtrui, quæ ipſam Catholicorum intra ſemet amplecti cateruam cognoſcitur?* Vide, Epiſcopatus erigendus &c Hinc Adrianus I epiſtola ad Imperatorem Conſtantinum 6. & Irenem matrem, & iterum altera, ad Tharaſium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, falſum conciliabulum reprobat, quod Conſtantinopoli coactum eſt contra ſacras Imagines. & vocatum generale 7. vt diximus in vocabulo, Imago: eo quod celebratum ſit inconſulto Apoſtolico præſule. & ſine aſſenſu Apoſtolicæ ſedis. *In qua (inquit) Petrus ſedit, cuius ſedes per totum terrarum orbem primatum obtinens lucet, omniumque Eccleſiarum Dei caput exiſtit, Vnde & ipſe beatus Petrus Apoſtolus Dei iuſſu Eccleſiam paſcens, nihil omninò prætermiſit ſed vbique principatum obtinuit & obtinet: cui etiam & noſtra beata & Apoſtolica ſedis, quæ eſt omnium Eccleſiarum Dei caput, veſtra beata veſtra ſanctitas ex ſyncera mente & toto corde agglutinetur, vt pote quæ reuera ſit rectè ſentiens, & pietatis incorrupta conſeruatrix, &c.* Hæc omnia quæ ſuperius inſeruimus latius proſequitur Leo IX. epiſtola ad Michaelem Epiſcopum Conſtantinopolitanum, & Leonem Epiſcopum Acridanum, qui Romanam Eccleſiam erroris inſimulabant, & illam damnabant. *Illi (ait) ſuccitis præiudicium, de qua nec vobis, nec cuilibet mortalium* (vt diximus, Papa à nemine iudicandus, &c.) *licet facere iudicium, Beatiſſimo & Apoſtolico Pontifice* Sylvestro *diuinitus decorante, ſpiritualique eius filio* Constantino *religioſiſſimo Auguſto cum vniuerſa Synodo* Nicaena *approbante & ſubſcribente, vt ſummo ſedes à nemine iudicetur, inuiolabiliter & inconcuſſe ſibi conſeruata illo priuilegio, quod idem princeps quarta baptiſmatis ſui die deuotus contulit pontifici Romano, ſcilicet vt in toto orbe ſacerdotes ita hunc caput habeant, ſicut omnes iudices Regem. Horum ſemper omni mundo reuerendam ſententiam, ſicut veraciter diuina inſpiratione promulgatam, amplexa reliqua vniuerſales Synodi, ſcilicet* Constantinopolitana I. *generalis 2. conſenſu Pij Auguſti & religioſi maioris Theodoſij,* Ephesina I. *generalis 3. ſub Iuniore Theodoſio filio Arcadij,* Chalcedonensis I. *generalis 4. ſub Imperio diuæ memoriæ Martiani,* Constantinopolitana II. *generalis 5. rogatu & conſenſu Iunioris Conſtantini* (melius Iuſtiniani, nam ſexta fuit generalis quam celebrauit Conſtantinus 4.) *& vnanimi voluntate concordique verbo & ſcripto confirmauere, ſanctam Romanam, & Apoſtolicam ſedem poſt Dominum Ieſum caput eſſe omnium Eccleſiarum, & hoc debere credi, & confiteri, & ſcribi ab omnibus venerotoribus Nicæni Concilij, cuius ſtatutorum vſque ad vnum iota contemptoribus, diſtrictum anathema cnuntum eſt à quinque præfatis & cunctis ſanctorum Patrum Synodis ſubſequentibus* (vt ex ſuperioribus colliges.) Tum cap. 13. eiuſdem epiſtolæ ponit tenorem Priuilegij, quod dedit Constantinus Imperator I. quod allegat Gratianus diſtinct. 96. cap. Conſtantinus Imperator quarta die. &c. *Vtile (ait) iudicauimus vna cum omnibus noſtris ſatrapis & vniuerſo ſenatu, Optimatibus etiam,*

Concilium Chalcedonenſe.

Concilium Romanum ſub Gelaſio. allegat Gratianus diſtinct. 15. S. Romana.

Vigilius 1.

Ioannis 2.

Concilium generale. ſub Iuſtiniano Imperat.

Pelagius 2.

Nicolaus 1.

Omnes ſedes Romana Eccleſia inſtituit, vide in ſingulis vocabulis.

Adrianus 1.

Leo 9.

Sylueſter 1. Conſtantinus Magnus. Concilium Nicænum 1.

Priuilegium Conſtantini Magni Romanæ Eccleſiæ conceſſum.

Concilium generale 2. Concilium generale 3. Concilium generale 4. Concilium generales.

Tenor priuilegij Conſtantini.

*& cuncto populo Romano gloriæ Imperio ſubiacente, vt ſicut beatus Petrus in terris vicarius filij Dei eſſe videtur conſtitutus: ita etiam & pontifices ipſius principis Apoſtolorum vice principatus poteſtatem amplius, quàm terrena Imperialis noſtra ſerenitatis manſuetudo habere videtur * concedimus a nobis noſtroque imperio obtineant, eligentes nobis ipſum principem Apoſtolorum, vel eius vicarios firmos apud Deum eſſe patronos. Et ſicut noſtra eſt terrena imperialis potentia, ita eius ſacroſanctam Romanam Eccleſiam decreuimus veneranter honorare, & amplius quam noſtrum imperium terrenumque thronum ſedem ſacratiſſimam beati Petri glorioſè exaltare: tribuentes ei poteſtatem & gloriæ dignitatem, atque vigorem, & honorificentiam Imperialem, atque decernentes ſancimus, vt principatum teneat, tam ſuper quatuor ſedes, quam etiam ſuper omnes vniuerſo orbe terrarum Dei Eccleſias, & pontifex, qui pro tempore ipſius ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ extiterit, celſior & princeps cunctis ſacerdotibus totius mundi exiſtat: & eius iudicio quæque ad cultum Dei, vel fidei Chriſtianorum ſtabilitatem procuranda fuerint diſponantur. Iuſtum quippe eſt, vt ibi lex ſancta caput teneat principatus, vbi ſanctarum legum inſtitutor ſaluator noſter beatum Petrum Apoſtolum obtinere præcepit cathedram, vbi & crucis patibulum ſuſtinens beatæ mortis ſumpſit poculum, ſuique Domini & magiſtri imitator apparuit. Et ibi gentes pro Chriſti nominis confeſſione colla flectant, vbi eorum doctor beatus Paulus Apoſtolus pro Chriſto, extenſo collo, martyrio eſt coronatus:* Vide, & Petrus, &c. *Et vſque in finem quærant doctorem, vbi ſanctorum doctorum quieſcunt corpora. Et ibi proni ac humo proſtrati cœleſtis Regis Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti famulentur officio, vbi ſuperbi terreni regis ſeruiebant Imperio, &c.* Plura proſequitur Conſtantinus etiam de Cardinalibus, vt ſuo loco diximus lege apud Gratianum loco præſignato diſtinct. 96. cap. Conſtantinus, &c. Tum Leo nonus etiam epiſtola 1 ad Thomam Carthaginenſem Epiſcopum & epiſt. 4. ad Petrum Antiochenum Primatum Romanæ Eccleſiæ demonſtrat, vt iam alijs in locis oſtendimus. Et ALEXANDER III. epiſtola ad Rhemenſem Epiſcopum, vt habetur parte 10. Concilij Lateranenſis cap. 6 *Cùm ſit* (ait) *Romana Eccleſia caput & magiſtra omnium Eccleſiarum, diſponente Domino, conſtituta, ad eandem conſultationes & quæſtiones de diuerſis mundi partibus referuntur.* Vide & longe ſequentia.

* Non [illegible] præ dictũ, quaſi Conſtantinus primatum dederit Eccleſiæ Romanæ, ſed tanquam de claruerit & [illegible] generaliter tranſferit [illegible] vt ſæ[illegible] dictum eſt, ante Con[illegible] iam erat, & ab ipſo Chriſto [illegible] ab [illegible] de cernitur eſſe [illegible] vt [illegible] præcedentium deprehenden, ſicut & hic etiã conſtetur Conſtantinus.

Petrus & Paulus Romæ paſſi.

Alexander 3.

Romanæ Eccleſiæ & Conſtantinopolitanæ diſſidium, &c. Obijciunt hæretici qui Romanæ ſedi detractant, quòd olim tempore Phocæ Imperatoris primatum ſuprà cæteras vſurpauerit, cum antè Conſtantinopolitana Eccleſia primatum ſibi iuſtè vendicauerit. Hos autem libenter interrogarem, vbi illud legerint ſcriptum, Petrum Apoſtolum Conſtantinopolitanæ ſedi præfuiſſe. Sed vt hæc deliria omittamus, ſatis conuincit eos errores præcedens diſtinctio, qua probauimus Romanam Eccleſiam primatum habuiſſe ab ipſo Chriſto, & ſic per ſucceſſiones retinuiſſe antequam Conſtantinopolitana ſedes eſſet erecta. Verùm ſic quia ſpeciem prætendunt aliquam ſuæ veſaniæ, eo quod inueniuntur in ſcriptis Conſtantinopolitanos Epiſcopos ſe ſummos Patriarchas & vniuerſales nominaſſe. Vnde autem originem hoc ſumpſerit & incrementum, libet paucis manifeſtare lectoribus. Extat decretum Concilij CONSTANTINOPOLITANI I. generalis 2 ſub Theodoſio ſeniore, cano. 5. & allegat Gratianus diſtinct. 22. cap. Conſtantinopolita. *Conſtantinopolitana ciuitatis Epiſcopum habere oportet primatus honorem poſt Romanum Epiſcopum, propterea quod ſit noua Roma.* Hunc canonem confirmauerunt patres 630. Concilij CHALCEDONENSIS vt ex epiſtola eorum miſſa ad Leonem 1. Papam colligitur, quæ habetur actione 3. eiuſdem Concilij. Actione verò 15. cano. 28 eundem repetunt canonem, & volunt per omnia poſt Romanum Pontificem, Conſtantinopolitanum Epiſcopum æqualibus perfrui priuilegijs cum antiquiſſima Roma, etiam & in rebus Eccleſiaſticis, non ſecus ac illam extolli & magni fieri, ita vt Conſtantinopolitanus ſuæ regionis Metropolitanos poſſit ordinare & eligere. Ex hoc decreto ortum eſt diſſidium, & anſam hæretici accipiunt maledicendi: tamen cogitent quot annis antè præfatum Concilium Romana Eccleſia iam primatum obtinuerat, cui adhuc non tollitur, ſed illi Conſtantinopolitana æquatur. Aduerte interim, quia hic canon reclamantibus legatis ſummi Pontificis Leonis 1. non eſt acceptatus & probatus, imò ipſe Leo 1. eundem omninò abrogauit: imò coactus eſt Anatolius tunc Epiſcopus Conſtantinopolitanus, qui hoc decretum callidè à patribus promulgari impetrauerat, intra priſtinos limites ſe tenere, & ab infauſtis animam conſilijs reuocare. Quod autem legati ſummi Pontificis reclamauerint, patet actione 16 eiuſdem Concilij in qua poſt ſubſcriptionem omnium Patrum Lucentius, Bonifacius, & alij legati Leonis 1. obiecerunt canonem 6 NICÆNI Concilij, vbi dicitur, quòd Eccleſia Romana ſemper habuit primatum &c. (Illum repoſui in vocabulo, Metropolita. &c.) Cum autem patres in eadem perſeuerarent ſententia, vt Conſtantinopolitanum Epiſcopum, ſecundum poſt Papam ſuper omnes Prouincias Aſiæ, Ponti Thraciæ, conſtituerent prædictus Lucentius Legatus & vicarius ſedis Apoſtolicæ ſe opponens: *Sedes* (ait) *Apoſtolica, quæ nobis præcipit, præſentibus humiliari non debet. Et ideo quæcunque in præiudicium canonum, vel regularum heſterna die geſta ſunt nobis abſentibus, ſublimitatem veſtram petimus, vt circumduci iubeatis: ſin alias contradictio noſtra his geſtis inhæreat, vt nouerimus, quid Apoſtolico viro & vniuerſalis Eccleſiæ papæ referre debeamus, vt ipſe aut de ſuæ ſedis iniuria, aut de canonum euerſione poſſit ferre ſententiam, &c.* Hæc ille. Hinc aſtipulatur quod dicit LIBERATVS CARTHAGINENSIS in breuiario de cauſa Neſtoriana cap. 13. ad calcem, vbi ait, quòd conſtitutioni patrum, ſuggeſtione Anatolij Conſtantinopolitani Epiſcopi motæ, contradixerunt legati ſedis Apoſtolicæ, licet non ſint auditi. *Et licet ſedes Apoſtolica* (ait) *nunc vſque contradicat, quod a Synodo firmatum eſt Imperatoris patrocinio permanet quodammodo.* Vnde narrat POMPONIVS LAETVS in compendio Romanæ hiſtoriæ, in Gallo Cæſare, ad calcem. *Hic in loco digredi non ineptum putemus* (ait) *vt ſcilicet oſtendamus Epiſcopum Romanum caput Catholicæ fidei ſemper fuiſſe, Roma ipſa terrarum Dea & gentium regina poſcere videtur, Dei fides & imperij generis humani. Sed vbi noua Roma præſentibus Auguſtis incertos extulit, abſentia Principum noſtra Roma paululum imminuta, vtraque tamen vrbe principatum ſibi vindicante, neſcio quo fato præfectis obtemperauimus, aliquando Auguſtulis & ſæpenumero Regibus Gothorum. Itaque per ea tempora Epiſcopalem maieſtatem, nutibus Imperatorum*

Concilium generale 2. Conſtantinopolitanum 2.

Conſtantinopolitana ſedes ſecunda poſt Romanam, non tamen ſupra ex decreto Anacleti Alexandri [illegible] decreta fuerit.

Canonẽ Chalcedonẽſem reprobat Summus Pontifex.

Concilium Nicænum.

Vide quàm audacter [illegible] Papæ ſupra [illegible] le concilium.

Liberatus Carthaginẽſis Diaconus.

Põponius Lætus.

Hæc attende.

[illegible] ſtanti

Conſtantinopolis ſibi vſa pauit. Nos vero non cc . min ſed paſſi ſumus, ne ira Principum obeſſet, qui vrbis . ſacratiſſimæ dignitatem Barbarorum prædæ reliquerant. Res non potuit diu differri, Phocas Imperator totius maieſtatis decem iniurias ablatam reſtituit, & publico decreto ſanxit. Nam plerique Epiſcopi Conſtantinopolitani male vſi authoritate, prauis opinionibus fidei ſimplicitatem turbauerant. (vt dicetur infrà) *Romani verò Pontifices ſemper habiti Orthodoxi & iuſtiſſimi, vt ipſi Græci in hiſtoriis tradiderunt. Epiſcopus igitur Romanus, & diuino iuſſu, & humanæ rationis vinculo generis humani parens & princeps eſt. Nam illud perpetuo manſurum quis dubitat: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam?* Hæc Pomponius. Hoc autem decretum iam memoratum GELASIVS I. improbat epiſtola 2. ad Epiſcopos Siculos: ſtatuit tamen epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ, vt Conſtantinopolitana Eccleſia ſecundum locum poſt Romanam Eccleſiam ſortiretur, inter Patriarchales ſedes, non in plenitudine poteſtatis ſicut Romana, nec vt gauderet priuilegijs, quæ illi conceſſa videbantur ex canone memorato. Hoc & poſteà iterum ſtatuit Concilium GENERALE VI Conſtantinopolitanum 3. cano. 36. Patriarchales ſedes definiens, & poſt Romanam Eccleſiam, primò Conſtantinopolitanam, tum Alexandrinam, Antiochenam & Hieroſolymitanam nomerans. Vide ſuprà, Metropolitano ius ſeruetur, &c. & Patriarcha, &c. vbi ſæpiùs exprimuntur. Non eſt ergo ſummus pontifex dicendus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, licet aliquoties talis haberi voluerit. Vnde & PELAGIVS II. epiſtola ad Ioannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum, & ad Epiſcopos qui Conſtantinopoli conuenerant, eum grauiter arguit, quòd ſe vniuerſalem patriarcham ſcriberet & iactaret, & propria authoritate Concilia auderet indicere. *Scias* (ait) *Ioannes niſi errorem ſuum cito correxerit, à nobis excommunicandum fore, & Apoſtolicæ ſedis atque omnium ſanctorum Epiſcoporum communione carere. Vniuerſalitatis autem nomen, quod ſibi vſurpauit, nolite attendere, nec vocatione eius ad ſynodum, abſque authoritate ſedis Apoſtolicæ, vnquam venire, ſi Apoſtolicæ ſedis & cæterorum Epiſcoporum communione vultis frui. Nullus enim patriarcharum hoc tam profano vocabulo vnquam vtatur: quia ſi ſummus patriarcha vniuerſalis dicitur, patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed abſit hoc, abſit à . . s cuiuſquam mente, hoc ſibi velle vel quempiam arripere, vnde honorem fratrum ſuorum imminuere ex quantulacunque parte videatur. Quapropter charitas veſtra neminem vnquam ſuis in Epiſtolis Vniuerſalem nominet, ne ſibi debitum ſubtrahat, cum alteri honorem offert indebitum. Aduerſarius namque noſter diabolus, qui contra humiles ſæuiens ſicut Leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, non iam, vt cernimus, caulas circuit, ſed ita valide in quibuſdam Eccleſiæ neceſſarijs membris dentem . . . t, vt nulli ſit dubium, quia, niſi vna iuuiter fauente domino cunctorum prouida paſtorum turba concurrat, omne, quod abſit, ouile dilaniet.* & poſt pauca eos iterum adhortatur, ne patriarchatus nomen vniuerſalis vſurpent) *Mihi* (ait) *credite, quia honorem, quem pro prædicanda ſuſcepimus veritate ſi necesſitatis ea ſic exigat, ſecurius pro eadem veritate relinquimus, quam tenemus. Orate fratres, vt honor Eccleſiaſticus noſtris diebus non euacuetur, nec vnquam Romana ſedes, quæ inſtitutione diuino caput eſt omnium Eccleſiarum, priuilegijs ſuis vſquam careat aut expolietur.* Sic ergo Conſtantinopolitanus Epiſcopus iure honore indebito priuatus, ſecundum quidem patriarchatus honorem obtinuit vt NICEPHORVS CALLISTVS libro 12 cap. 13 etiam memorat qui tamen eam exæquatam Romæ diſſerit in Concilio Conſtantinopolitano, quod Nectarius celebrauit, vt ibidem leges. Sed quid quid ſit, & ſemper primatus vniuerſalis Eccleſiæ Romanæ datus eſt & ſemper nolit dominum . . . contendere Conſtantinopolitana Eccleſia, ſe vniuerſalem nominans. Vnde CONSTANTINVS IV. Imperator, epiſtola ad Donum I. ſummum Pontificem, ſcribit quòd Theodorus Conſtantinopolitanus antiſtes & Macarius Antiochenus inſtantiſſimè prædictum Imperatorem petierunt, vt Vitalianus Romanus Pontifex deleretur de diptychis, non etiam acquieſcentes vt memorarentur patriarchæ, qui eſſent in Romana Eccleſia, *Donec conquiſitio & ſatisfactio proueniat verborum* (ait) *de quibus contenditur inter vtraſque ſedes. Sed hoc nos non acquieuimus, vt eieceretur id m Vitalianus de diptychis.* Et propterea idem Imperator à Dono præfato generale iudici poſtulat Concilium. Et NICOLAVS I epiſtola ad Michaelem Imperatorem, teſtatur quidem Conſtantinopolitanam Eccleſiam, potiſſimè dum hæreticos Epiſcopos habuit ſummo Pontifici reſtitiſſe. Catholicos verò omnes Romanæ Eccleſiæ ſe ſubmiſiſſe. Pro illa præſumptione correptus eſt à LEONE IX. Michael Epiſcopus Conſtantinopolitanus, qui ſibi nomen patriarchæ vniuerſalis temerè vſurpabat, & patriarcham Alexandrinum atque Antiochenum antiquis ſuæ dignitatis priuilegijs ſpoliare contendebat, & contra omne fas & ius ſuo dominio ſubiugare. Et epiſt. 2. ad eundem, eum ſuperbiæ vitio notat, & ad reſipiſcentiam cohortatur ex ſuperioribus, oſtendens in vanum laborare, velle ſuæ ſedi ſummum pontificium attribuere, quod ſui prædeceſſores attentare conantes ſua ſpe exciderunt, & decepti ſunt cum rubore ab Eccleſia condemnati. Eadem iterum epiſt. 6. quæ eſt ad Conſtantinum Monomachum Imperatorem, agit contra eiuſdem Michaelis ſimultates. Vnde & ADRIANVS I. libro de venerandis imaginibus cap. 9. edito pro defenſione Concilij generalis 7 narrat Conſtantinopolitanam Eccleſiam primatum Apoſtolicæ ſedis recognouiſſe, quæ ſemper iuſtitiam tenuit. Vnde & verſum illum producit: *Iuſtitiæ ſedes, fides domus, aula pudoris.* Vide infra, Romanæ Eccleſiæ fides, &c. In Concilio FLORENTINO ſub Eugenio 4. Romanam Eccleſiam Græci recognouerunt verticem omnium Eccleſiarum, Ioſepho Patriarcha in articulo mortis profeſſionem faciente, qua ſummum pontificem Romanum Epiſcopum recognouit. Cum eo reliqui Epiſcopi Orientales & Occidentales, ſimul vnanimiter ſic locuti narrantur. *Diffinimus ſanctã Apoſtolicam ſedem, & Romanum pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum, & ipſum Pontificem Romanum, ſucceſſorem eſſe beati Petri principis Apoſtolorum, & verũ Chriſti vicarium, totiuſque Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem ac doctorem exiſtere: & ipſi in beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe quemadmodum etiam in geſtis œcumenicorum Conciliorum, & in ſacris canonibus continetur. Renouantes inſuper ordinem traditum in canonibus cæterorum venerabilium patriarcharum, vt patriarcha Conſtantinopolitanus*

Nec tamen in . . . ditionē attribueris Romā . . . Pontifices & ſæpe . . . ſiſſe, ſed ſemper exercuiſſe certum eſt, & ex ſequētibus liquet interim attēde quæ dicuntur.

Gelaſius 1.

Concilium generale Conſtantinopolitanum 3.

Pelagius 2.

Hæc allegat Gratianus diſtinct. . . c. nul lus Patriarch. . . .

Nicephorus Calliſtus.

Conſtantinus Imperator 4.

Nicolaus 1.

Leo 9. epiſtola ad eundem in ordine 1.

Adrianus 1.

Verſus.

Concilium Florentinum generale cui interfuit Imperator & Patriarcha Conſtantinopolitanus.

Conſtantinopolitanus Patriarcha ſecundus confirmatur.

ſit

Conſtantinopolitanus ... confirmatur.

A *ſit ſecundus poſt ſanctiſſimum Romanum Pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus Antiochenus, quintus Hieroſolymitanus, ſaluis videlicet priuilegiis omnibus & iuribus rerum.* Tunc ſubſcripſerunt omnes Patres tam Græci quàm Latini. Eadem cenſet PIVS II. in bulla retractationis ſuæ pro Eugenio 4. contra Synodum Baſileenſem & citat Bernardum lib. 2. de conſideratione ad Eugenium 3. quo primatum Apoſtolicæ Romanæque ſedi defert. Orationem habuit etiam elegantiſſimam BERNARDVS Z... Venetus, de primatu Romanæ Eccleſiæ, quæ eſt pronunciata ſeſſione 4. Concilij Lateranenſis ſub Iulio 2. vbi etiam confeſſio inſeritur LVDOVICI II. ad Pium 2. Pontificem maximum cuius initium eſt: *Ludouicus Dei gratia Francorum Rex, tibi ſanctiſſimo, &c.* Vide ſuprà Papa, &c & quod ſequitur.

Pius 2.

Bernardus Zane.

Ludouicus 11.

B Romanæ Eccleſiæ fides inconcuſſa quæ nunquam errauit, &c.] Hæc propoſitio ſeu diſtinctio ex præcedentibus dependet. Dictum quippe eſt iam Conſtantinopolitanam Eccleſiam diu in errore permanſiſſe: Eccleſia tamen Romana nuſquam legitur fidem ſuam temeraſſe dicente Domino: *Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, &c.* Hoc CALIXTVS I. teſtatur epiſtola 1. ad Benedictum Epiſcopum. *Memor ſum (ait) me ſub illius nomine Eccleſiæ præſidere, cuius à Domino Ieſu Chriſto eſt glorificata confeſſio, & cuius fides omnes ſemper deſtruit errores. Et intelligo aliter mihi non licere, quàm vt omnes conatus meos in cauſa, in qua vniuerſalis Eccleſia ſolus inſe* C *tatur, impendam: quoniam res omnes aliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi quæ ad diuini muneris famulatum pertinent, ſacerdotalis defendat authoritas.* Et CYPRIANVS CARTHAGINENSIS lib 1. epiſtolarum, dicit epiſt. 3. ad Cornelium. *Poſt iſta (ait) Pſeudo Epiſcopo ſibi ab hæreticis conſtituto, nauigare audent, & ad Petri cathedram, atque principalem Eccleſiam, vnde vnitas ſacerdotalis exorta eſt, à ſchiſmaticis & prophanis litteras ferre, nec cogitare eos eſſe Romanos, quorum fides, Apoſtolo prædicante, laudata eſt, ad quos perfidia habere non poſſit acceſſum, &c.* Et CORNELIVS I. eidem Cypriano ſcribens lib. 2. epiſt 7. ſub nomine presbyterorum & Diaconorum Romæ. *Nec nos nobis (aiunt) nunc nuper conſilium cogitatum eſt, nec hæc apud nos aduerſus improbos modo* D *ſuperuenerunt repentina ſubſidia, ſed antiqua fides diſciplina legitur antiqua: quoniam nec tantas de nobis laudes Apoſtolus protuliſſet, dicendo: quia fides veſtra prædicatur in toto mundo: niſi iam exinde vigor iſte radices fidei de temporibus illis mutuatus fuiſſet, quarum laudum & gloriæ degenerem fuiſſe maximum crimen eſt, &c.* Eadem & IRENAEVS LVGDVNENSIS lib. 3. contra hæreſes Valentini cap 2. defendit, Romanam ſcilicet fidem, nunquam fuiſſe corruptam, vt diximus in vocabolo, Papa &c. Et LVCIVS I. epiſt 1. ad Epiſ- E copos Galliæ & Hiſpaniæ dicit. *Hæc ſancta & Apoſtolica mater omnium Eccleſiarum Chriſti Eccleſia, quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur, nec hæreticis prauitatibus deprauata ſuccubuit: ſed vt in exordio normam fidei Apoſtolicæ percepit ab authoribus ſuis Apoſtolorum Chriſti principibus, illibata fidetenus manet ſecundum ipſius domini ſaluatoris diuinam pollicitationem, qui diſcipulorum ſuorum principi in ſuis fatus eſt Euangeliis: Petre (inquiens) Ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribaret: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Eadem SIXTVS II.

Lucæ 22.

Calixtus 1.

Cyprianus Carthaginenſ.

Cornelius & presbyteri vrbis Romæ.

Irenæus Lugdunenſis.

Lucius 1.

Lucæ 22.

Sixtus 2.

A epiſtola ad Gratum Epiſcopum, & allegatur à Gratiano cauſa 24. quæſt. 1. cap. Memor ſum &c. Verùm eadem verba protulimus ſuprà ex Calixto I quæ etiam repetit LEO I. epiſtola 30 ad Martianum & Fauſtum presbyteros, agens contra 2. ſynodum Epheſinam. Eadem quoque iterum reſumit PELAGIVS I. epiſtola vnica ad Vigilium Epiſcopum circa finem. Porrò prædicta Lucij primi verba, iterum de verbo ad verbum replicat FOELIX I epiſt 3 quæ eſt ad Benignum Epiſcopum cuius non eſt opus referre ſententiam, cum eadem ſit cum ſuperiore. Eadem quoque & ſimilia refricat MARCVS I epiſtola ad Epiſcopos Ægyptiacos circa mediũ *Ro-* B *mana (loquit) Eccleſia ſemper immaculata manſit, & Domino prouidente, & beato Petro Apoſtolo opem ferente, in futuro manebit ſine vlla hæreticorum inſultatione firma, & immobilis omni tempore perſiſtet.* Et paulò inferius iterum eadem repetit. Similia dicit LIBERIVS I. epiſtola ad Athanaſium & Epiſcopos Alexandriæ congregatos. Et EVSEBIVS I. epiſt. 3 ad Epiſcopos Campaniæ & Tuſchiæ. & allegat Gratianus cauſa 24. quæſt. 1. cap. In ſede. &c. *In ſede Apoſtolica extra maculam ſemper eſt Catholica ſeruata religio, &c.* Et LEO I. in multis locis idem teſtatur. Sed & EPISCOPI GALLIAE epiſtola ad eundem Leonem, quæ ſedet poſt eiuſdem 49. *Non deſinimus (aiunt) Deo* C *Domino noſtro gratias agere, & pariter ſupplicare, gratulantes, quod tantæ ſanctitatis, tanta fides, tantaque doctrina Apoſtolicæ ſedi vnde religionis noſtræ propitio Chriſto fons & origo manauit, antiſtitem dederit, petentes etiam, vt datum conceſſumque munus Pontificij veſtri, longiſſima ad ædificationem Eccleſiarum ſuarum ætate cuſtodiat, &c.* Et THEODORETVS CYRENSIS epiſtola ad eundem Leonem, quæ ſedet poſt epiſtolam 60. eiuſdem Leonis *Vobis per omnia primos eſſe conuenit. Multis enim, quibus ſuperiores eſtis, ornatur veſtra ſedes. Ea eſt omnium maxima & præclariſſima, & quæ præſit orbi terrarum, & eorum qui inhabitant abundat multitudine.* Et paulò pòſt. *Præcipue autem & in-* D *ſigniter eam exornat fides, & fide dignus teſtis diuinus Apoſtolus, qui clamat: Fides veſtra annũciatur in vniuerſo mundo. Si autem diuinæ prædicationis ſtatim ſuſceptus ſeminibus mirabiles hos fructus, & tam vberes tulit: quænam ad eam, quæ nunc in ea verſatur pietatem, laudibus celebrandam ſufficerit oratio? Habet autem communium quoque patrum, & veritatis doctorum Petri & Pauli ſepulchra, quæ fidelium animas illuminant. Horum autem beatiſſimum par, & planè diuinum exortum quidem eſt in oriente, & radios omnem in partem emiſit. In occidente autem prompto & alacri animo vitæ ſuſcepit occaſum, & nunc illinc orbem terræ ſuis radiis illuſtrat. Hi ve-* E *ſtram ſedem effecere magis illuſtrem, & ea eſt veſtrorum bonorum colophon. Illorum autem Deus & nunc quoque illorum ſedem claram inſignemque reddidit, cum veſtram ſanctitatem in ea collocauerit, quæ radios fidei Orthodoxæ emittit, &c.* Porrò SOPHRONIVS HIEROSOLYMITANVS Patriarcha mittens Stephanum Dorenſem Epiſcopum ad Lateranenſem Synodum, quam celebrauit Martinus, vt habetur ibidem conſultatione 2. vt certus redderetur de veritate fidei, his verbis vſus eſt. *Vade ad Apoſtolicam ſedem, vbi Orthodoxorum dogmatum fundamenta exiſtunt, &c.* Vide vocabulo Papa, &c & iterum, Eccleſiæ authoritas, &c. Hinc & LEO IX. epiſtola ad Michaelem Conſtantinopolitanum Epiſcopũ, & Leonem Epiſco-

Leo 1.

Pelagius 1.

Fœlix 1.

Marcus 1.

Liberius 1.

Euſebius 1.

Leo 1.

Epiſcopi Galliarum 44. numero.

Theodoretus Cyrenſis.

Rom. 1.

Petrus & Paulus Romæ paſſi, Romæ docuerunt, Romæ quieſcunt.

Sophronius Ieroſolymitanus patriarcha.

Leo 9.

pum

pum Acridanum cap 5. eos redarguit, quòd Romanam Eccleſiam hactenus errasse dicebant, pro eo quod de azimis commemorationem dominicæ paſſionis celebrabat (vt diximus in vocabulo Euchariſtia) *Ecce* (inquit) *p[illegible] mille & ferme 20. à paſſione ſaluatoris noſtri annos, incipis per vos diſcere Romana Eccleſia, qualiter memoria paſſionis eiuſdem ſit recolenda, quaſi nihil ei contulerit præſentia, conuerſatio, & diuturna inſtitutio, ſeu quæ clarificauit Deum mors pretioſa illius venerabilis [illegible], cui ſpecialiter Chriſtus filius Dei viui dicit: Beatus es Symon Bariona, quia caro & ſanguis non [illegible] tibi.* Tum infert cap. 6 *Nonne [illegible] perpendis [illegible] quanta impudentia dicatur Patrem, qui eſt in cœlis abſcondiſſe ab Apoſtolorum principe Petro cultum [illegible] viſibilis [illegible] per [illegible] perſatio [illegible] per ſemetipſum pleniſſime [illegible] tui eſt illud ineffabile [illegible] inuiſibilis diuinitatis eiuſdem [illegible] & [illegible] non per Angelum, non per prophetam, ſed proprio ore ipſe dominus Angelorum [illegible] prophetarum in ſequentibus ſic repromittit: [illegible] ego dico, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam. Taliter ſancta Eccleſia ſuper Petram, id eſt, Chriſtum, & ſuper Petrum vel Cepham filium Ioannis (qui prius ſimul dicebatur) ædificata, quia inferi portis, id eſt, diſputationibus, ſcilicet hæreticorum, quæ vanos ad interitum introducunt, nullatenus foret ſuperanda. Sic [illegible] pollicetur ipſa veritas, per quam ſunt vera quæcunque ſunt vera: portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam. Cuius promiſſionis effectum ſe precibus impetraſſe à patre [illegible] protestatur, dicendo ad Petrum: [illegible] ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Erit ergo quiſquam tantæ dementiæ, qui orationem illius, cuius velle eſt poſſe, audeat in aliquo vacuam putare? Nonne à ſede principis Apoſtolorum. Romana videlicet Eccleſia, tam per eundem Petrum, quàm per ſucceſſores ſuos, reprobata & conuicta atque expugnata ſunt omnium hæreticorum commenta [illegible] fratrum corda in fide Petri, quæ hactenus nec de[illegible], nec [illegible] ſque in finem deficiet [illegible] confirmata.* Tum cap 8. producit Epiſcopos hæreticos Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, ſcilicet Euſebium Nicomedienſem inuaſorem ſedis Conſtantinopolitanæ hæreticum. Macedonium Eudoxium, Demophilum, Maximum Neſtorium, Paulum, Sergium & alios innumeros, qui hæreſi labe polluti & conuicti cum Romana ſede decertarunt. & [illegible] Summis Pontificibus viriliter expugnati ſunt, Romana Eccleſia ſemper in ſua integritate & fidei ſynceritate permanente, vt docent ſatis celebres hyſtoriographi NICEPHORVS lib. 9. cap. 4. SOCRATES libro 2. cap 27. THEODORETVS lib. 5. cap 9 & cæteri, vt alijs in locis oſtendimus Idem verò Leo 9. epiſtola 5. ad Petrum Epiſcopum Antiochenum. *Venerabilis [illegible] efficax oratio Chriſti obtinuit, quod hactenus fides Petri non defecit, nec defectura creditur in throno illius vſque in ſeculum ſeculi, ſed confirmabit corda fratrum variis concutienda fidei periclitationibus, ſicut vſque nunc confirmare non ceſſauit.* Vide plura in vocabulo. Papa, Eccleſia. &c. & iunge ſequentia.

Matth. 16.

Lucæ 22.

Conſtantinopolitani Pontifices hæretici.

Nicephorus Calliſtus. Socrates. Theodoretus Cyrenſis.

Romanam Eccleſiam hæretici ſemper perſecuti ſunt, &c.] Illud probauimus ſuprà vocabulo, Hæreticus, &c. ex Gelaſio 1 Ennodio, Diacono. Nicolao 1. Auguſtino Steucho, & Leone 9. ac alijs multis. Vide obſecto, & ſequentia.

Romana Eccleſia in fidei negotijs conſulenda.] Illud credo iam [illegible] teſtimonijs probauimus in diuerſis vocabulis, tam in præcedentibus diſtinctionibus huius vocabuli quàm in vocabulis Eccleſia, Concilium non congregandum ſine Papæ aſſenſu, & Concilium confirmat Papa &c & in vocabulo Papa Petrus & huiuſmodi. Pau[illegible] adhuc autem ſunt quæ reſtant inſinuanda. Vide EVARISTVS I. Apoſtolorum vicinus, epiſt. [illegible] ad Epiſcopos Affricanos ait. *Dilectio [illegible] ad ſedem Apoſtolicam referre malunt quaſi ad caput. quid deberet de rebus dubijs [illegible], potius quam vſurpatione præſumere* Eadem omninò ALEXANDER I. epiſt. [illegible] ad omnes fideles & ZEPHERINVS I epiſtola 1 ad Epiſcopos Siciliæ, & allegatur à Gratiano cauſa 2. quæſtione 6. cap ad Romanam, &c Vide in prima huius vocabuli diſtinctione. Et FOELIX I epiſt. 3 ad Benignum Epiſcopum ait *ſemper dubia & maiora ne[illegible] terminum ab hac ſancta ſede à tempore Apoſtolorum, qui eam ſuis documentis inſtruxerunt [illegible] conſtituerunt. Et ideo recte tu feciſti, quod [illegible] de [illegible] te cæteroſque [illegible] & vtil[illegible]* Idem omninò INNOCENTIVS I. epiſtola 4 ad Fœlicem Nucerianum Epiſcopum, & MARCELLVS I. epiſtola 1. ad Epiſcopos Antiochenæ Prouinciæ, vt iam in prima huius vocabuli diſtinctione protulimus. Et ATHANASIVS ALEXANDRINVS, idem dicit vt ibidem inſertum eſt DAMASVS I epiſtola 4. ad Pruſperum & reliquos Epiſcopo[illegible] ait *Licet [illegible] nota patrum decreta, mi[illegible] tamen non p[illegible] veſtram ſolertiam circa [illegible] maiorum, vt cuncta quæ poſſunt aliquam recipere dubitationem ad nos [illegible] ad caput, vt ſemper fuit conſuetudo, deferre non deſinatis, vt inde capiatis reſponſa, vnde [illegible] Eccleſia accepit. accepiſtis in[illegible] & normam recte viuendi. Vnde & vos non immemores canonum eſſe cer[illegible], qui & id ipſum [illegible] præcipiunt, non vt vobis ſcientia Eccleſiaſtica regula aliquid deſit, ſed vt authoritate ſedis Apoſtolicæ [illegible] in nullo ab eius deuiet is regulis.* Idem etiam ſentit HIERONYMVS STRIDONENSIS epiſtola ad eundem Damaſum *Cathedram Petri* ait *& fidem Apoſtolic[illegible] laudatam m[illegible] ſui conſu[illegible] dam inde nunc [illegible] poſtulare cibum vnde olim Chriſti [illegible]* &c Idem fecit BASILIVS MAGNVS epiſt. 5 vt ante retulimus. Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS epiſtola 93 *D[illegible] & congrue* ait) *Apoſtolico conſulatus ho[illegible] quem, præter [illegible] quæ ſu[illegible] ſolicitudo manet omnium E[illegible]rum, ſuper anxiis rebus quæ ſit tenenda ſententia. [illegible] ſcilicet [illegible] formam, quam toto ſemper ab orbe [illegible] ſeruatam Verum hæc [illegible] hoc [illegible] prudentiam [illegible] Id [illegible] actione firmaſtis [illegible] omnes [illegible] de Apoſtolico fonte petentibus [illegible] ſemper emanent præſertim quoties fidei ratio [illegible], arbitror omnes fratres & Coepiſcopos noſtros [illegible] ad Petrum, id eſt, ſui nominis & honoris authorem referre debere, &c* Hæc Auguſtinus. Et INNOCENTIVS I. epiſtola 25 ad Carthaginenſem Synodum. *Patres non humana, ſed diuina decreuere ſententia, vt quidquid, quamuis de diſiunctis remotiſque prouincijs ageretur, non prius ducerent finiendum, niſi ad huius ſedis notitiam perueniret, vt tota eius authoritate (iuſta quæ fuerit) pronunciatio firmaretur, indéque ſumerent cæteræ Eccl[illegible]ia (velut de natali ſuo fonte aquæ cuncta procederent. & per diuerſas totius*

Euariſtus 1.

Alexander 1.

Zepherinus 1.

Felix [illegible]

Innocentius 1.

Marcell[illegible]

Athanaſius Alexandrinus.

Damaſus 1.

Hieronymus Stridonenſis.

Baſilius Magnus.

Auguſtinus Hipponenſis.

Innocentius 1.

A Romana Eccleſia fidei ſacramenta pendent.

mundi regiones puri capitis incorrupta manerent) quid pracip..., quos abluere, quos veluti in cœno inemundabili ſordidatos, mundis digna corporibus vnda vitaret. Eadem repetit Concilium MILEVITANVM epiſtola ad euodem Innocētium. Et iterum idem Innocentius in reſcripto ad Patres eiuſdem Concilij. Hunc verò canonem Innocentij citat Concilium SVESSIONENSE apud S. Medardum, in cauſa Hincmari Epiſcopi Rhemenſis, qui ſe iudicio Apoſtolicæ ſedis ſubmiſerat. Hinc LEO I. epiſtola 4. ad Epiſcopos Siciliæ, cap. 1. eos redarguit, quòd inconſulta ſede Apoſtolica, vnde conſecrationem acceperant, in die Epiphaniæ potius quàm in die Paſchæ baptizabant, vt diximus in vocabulo, Baptiſmus quo tempore celebrandus, &c. Sed & Cōcilium ROMANVM ſub Gregorio II. cano. 13. *Qui ſedi Apoſtolica non obedierit,* (ait) *anathema ſit.* Similiter & Concilium TRIBVRIENSE can. 30. *In memoriam B. Petri Apoſtoli* (ait) *honoremus ſanctam Romanam & Apoſtolicā ſedē, vt qua nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat magiſtra Eccleſiaſtica rationis. Quare ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas, vt licet vix ferendum ab illa ſancta ſede imponatur iugum, conferamus, & pia deuotione toleremus, &c.* Eadem & ASCANIVS TARRACONENSIS & Epiſcopi eiuſdem prouinciæ ad Hilarium I. epiſtola 2. *Nos Deum in vobis* (aiunt) *primitus adorantes, cui ſine querela ſeruitis, ad fidē recurrimus Apoſtolico ore laudatam, inde reſponſa quærentes, vnde nihil errore, nihil præſumptione, ſed pontificali totum deliberatione præcipitur, &c.* Vide plura in vocabulo, Canon. Ex ZACHARIAE I. Epiſtola 9. ad Bonifacium Moguntinenſem, & ex alijs multis. Et ALEXANDER Rhemenſi Archiepiſcopo, vt habetur parte 10. Concilij Lateranenſis, cap 5. *Romana* (ait) *ſedes de omnibus mundi partibus ſuper quaſtionibus fidei conſulatur.* Allegatur parte 45. eiuſdem Concilij, cap 7. ADRIANVS Papa ſic ſcribens Eborardo Magdeburgenſi Epiſcopo. *Dignum eſt,* (ait) *& a ratione non diſcordat, quod ea qua inter ſe dubietatis ſcrupulum videntur continere, ad Apoſtolica ſedis iudicium referatur, vt inde Chriſti fideles in dubijs certitudinem ſe gaudeant inueniſſe, vnde noſcuntur magiſterium fidei ſuſcepiſſe.* Eadem omninò BASILIVS IMPERATOR ſtatuit actione 6 generalis 8. Cōcilij Conſtantinopolitani IV. vt alibi diximus Qui plura voluerit noſſe ſuper hoc vocabulo, relegat ea quæ iam dicta ſunt in vocabulo, Canon, Conciliū, Epiſcopus, Metropolitanus, Eccleſia, Papa, Petrus, &c. In omnibus enim his, & alijs vocabulis, Romanæ ſedis authoritas, & fides commendatur.

Concilium Mileuitanum.
Conciliū Sueſſionenſe.
Leo I.
Concilium Romanū ſub Gregorio 2.
Concilium Triburienſe.
Romanæ ſedis obediendum.
Aſcanius Tarraconenſis.
Zacharias I.
Alexander 3.
Adrianus Papa

S

SABBATHVM.

SAbbathi obſeruatio interdicitur.] Dum de Dominico die ageremus illud ſatis oſtendimus obſeruari prohibitum. Vnde etiā loquitur AVGVSTINVS HIPPONENSIS lib. 4. de Geneſi ad literam, cap ... *Tempore gratia reuelata obſeruatio illa Sabbathi, qua vnius diei vacationem figurabatur, ablata eſt ab obſeruatione fidelium. In ea quippe gratia perpetuum ſabbathum iam obſeruat, qui ſpe futura quietis operatur, quicquid boni operatur, nec in ipſis operibus ſuis quaſi habens bonum, quod non acceperit, gloriatur. Ita enim tanquam diem ſabbathi, hoc eſt, Dominica ceſſationis, ... ſuſcipiens, atque intelligens baptiſmi ſacramentum, quieſcit a priſtinis operibus ſuis, vt iā in nouitate ambulans Deum in ſe operari cognoſcat, qui ſimul & operatur, & quieſcit, & creatura prabens congruam gubernationem, & apud ſe habens aternam tranquillitatem.* Idem ſermone 1. in Pſal. 32 *Obſerua diem Sabbathi, non carnaliter, non iudaicis delitijs, qui otio abutuntur ad nequitiā (melius enim vtique tota die foderent, quam tota die ſaltarent) ſed cogitans requiē in Deo tuo, & propter ipſam requiem omnia faciens, abſtinens ab opere ſeruili. Omnis enim qui facit peccatū, ſeruus eſt, &c.* Vnde EPIPHANIVS CYPRI lib 1. contra hæreſes, ſecta 8. contra Epicureos. *Figura in lege fuerunt, veritas autem in Euāgelio. Illic enim circuncifio fuit carnalis, qua inſeruijt tempori vſque ad magnā circunciſionem, hoc eſt, Baptiſmum, qui circumcidit nos à peccatis, & obſignat nos in nomine Dei. Et erat illic Sabbathum detinēs nos in magnum Sabbathum, hoc eſt, in requiem Chriſti, vt in Chriſto Sabbathum agamus a peccatis.* Iterum de ceſſatione carnalis & literalis Sabbathi agit contra Manichæum, lib. 2. hæreſi 66. Porrò GREGORIVS I. lib. 11. Regiſtri, epiſt. 3. ad Romanos ciues, & allegatur de conſecratione diſtin. 3. cap. Peruenit. *Peruenit ad me quoſdam peruerſi ſpiritus homines prau... inter vos aliqua & ſancta fidei aduerſa ſeminaſſe, ita vt die Sabbathi aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud, niſi Antichriſti prædicatores, dixerim, Qui veniens diem Sabbathum atque Dominicum ab omni faciet opere cuſtodiri. Quia enim mori ſe & reſurgere ſimulat, haberi in veneratione vult Dominicum diem. Et quia iudaizare populum compellit, vt exteriorem legis ritum reuocet, & ſibi Iudaorum perfidiam ſubdat, coli vult ſabbathum. Hoc enim quod per prophetam dicitur: Ne inferatis onera per portas veſtras die Sabbathi, tandiu teneri potuit, quandiu legem licuit iuxta literam cuſtodiri. At poſtquā gratia omnipotentis Dei Domini noſtri Ieſu Chriſti apparuit, pracepta legis, qua per figuram dicta ſunt iuxta literam ſeruari nō poſſunt, &c.* Lege reliquum, vbi præcepta donat de non obſeruādo Sabbatho carnali, ſed ſpirituali, & de non operando in die Dominica. Vide Dominicus, &c. & Dies feſti, &c.

Auguſtinus Hipponenſis.
Sabbatum myſticum.
Epiphanius Cypri.
Gregorius 1.
Ierem. 7.

Sabbathi ieiunium an obſeruandum] Varia ſunt ſuper hoc Decreta, quæ inſerta reperies ſuperiùs vocabulo, Ieiunium, &c.

SACERDOS.

Sacerdos Dei & hominum mediator.] Quidquid ad hoc vocabulum pertinet iam dictū repete in vocabulo, Epiſcopus, & Presbyter, quæ ibi cuncta ritè digeſta ſunt, prout cuique materię competit. Sic autem ad propoſitum ALEXANDER I. epiſt. 2. ad diuerſos Epiſcopos loquitur: *Sacerdotes pro populo interpellāt, & populi peccata comedunt, qui precibus ſuis & oblationibus ea delent atque conſumunt: qui quantò digniores fuerint, tanto facilius pro neceſſitatibus, pro quibus clamāt, exaudiuntur. Multum enim* (ait *B. Iacobus) *valet deprecatio iuſti aſſidua. Qui enim vos perſequitur, ipſum cuius legatione fungimini, perſequitur: quia ſicut ipſe Filius Dei mediator fuit Dei & hominū, ita & vos eius vice in Eccleſia eſtis conſtituti, vt inter Deum & homines legationem fungamini. Si quis autem legationem veſtram impedit, non vnius, ſed multorum profect ... auertit: & ſicut multis nocet, ita a multis arguendus eſt, & bonorum ſocietate arcendus. Et quia Dei cauſam impedit, & ſtatū conturbat Eccleſiæ, idcirco ab eius liminibus*

Alexander I.
Hæc allegat Gratianus cauſa 2. quæſt. 1. c. Ipſi ſacerdotes, & diſtinct. 4 cap. Si quis autem, &c.
Oſee 4.
Iacob 5.
*Hic vetuſtiſſimus author authoritatem epiſtolæ Iacobi aſſeruit, & Luthero tacenter.

A

arceatur, nec cum [illegible] delibus [illegible] mmunicet, qui eorum bona auertit. &c. Eadem [illegible] iam dicit DIONYSIVS AREOPAGITA libro Cœleſtis Hierarchiæ, cap. 12. vt poſitum inuenies ſuprà. Vide etiá mox, Sacerdotium, &c. Sic quippè EPISCOPI PONTI epiſtola ad Leonem Imperatorem I. De cæde ſanctiſſimi Pontificis Alexandrini Proterij loquentes, occiſi in paſchalibus diebus ab Hæreticis in baptiſterio. *Quis (inquit) ſine lachrymis in [illegible]ac narratione [illegible] antiatem Philoſophia non poſſit excedere, audiens mediatorem Dei [illegible] hominum, qui cum Angelis [illegible] qui cum Archangelis choros egit, in venerabili Paſcha tempore, quo etiam latrocinantium col[illegible] conquieſc[illegible]unt, arma non mouentur, prætoria nihil agunt, & vnum omnibus Chriſtianis ſtudium eſt crebris ali[illegible] vacantibus per orationis puritatem in paſſionis atque reſurrectionis ſacramento communicare, à [illegible] ſpiritaliter pariente matre fuiſſe protractum, & ab eis qui ab ipſo fonte naſcuntur initiati. &c.* Eadem PROSPER AQVITANICVS libro 2. De vita contemplatiua, cap. 2. Verùm diximus & repoſuimus cuncta in vocabulis, Epiſcoporum laus, & Commendatio, & Officium, & Presbyter, & alijs vocabulis, quæ neceſſariò repetenda ſunt. Vide quod ſequitur.

Epiſcopi prouinciæ Ponti

Proſper Aquitanicus.

B

Sacerdotes non omnes eſſe.] Hæc eſt Caluiniſtarum impoſtura, qua cunctos fideles etiam mulieres ſacerdotij volunt dignitate fulgere, vt liberè doceant, ſacramenta ſi quæ habeant adminiſtrent, & cætera exequantur, quæ ad ſolos Eccleſiæ miniſtros voluit antiqua traditio pertinere. Quàm autem peſſimè errent, ex omnibus huius operis penè communibus locis deprehendes, vbi de ſacramentis & ordinibus agitur, quin conſequenter de legitimis miniſtris tractauimus. Vnde ſuperfluum videtur diutius hic immorari, vt hoc probemus, quandoquidem iam in mille locis, vt reor, annotatum deprehendes in hoc opere: ſi tamen etiam ſpecialia teſtimonia quæris, pauca per modum loquendi hic inſeremus. Repete autem quædam iam poſita vocabulo, Ordo Sacerdotes ergò nō omnes eſſe docet DIONYSIVS AREOPAGITA epiſtola ad Demophilum, vbi acerbè eum corripit, quod in adita ingreſſus ſacroſancta myſteria præſumpſiſſet conculcatis ſacerdotibus, quos peccatores ſciebat, temerè attrectare, & ſecum deportare. Et ibidem ſubdit: *An verò tu homo tam audax ac temerarius es aduerſus mitiſſimum atq; optimum virum, ſacratiſſimam [illegible], ipſius functionem, & ſacerdotalibus dignitatis iura? Et hoc quidē nos oportuit dicere, cùm quis ſupra merita ac dignitatem ſuam auſus aliqua præſumpſit attentare, quæ tamen non indigna viderentur. Nam neque hoc quicquam omnino ſuis eſt. Quid enim quod non conueniret fecit Ozias, incenſum offerens Deo. Quid etiam Saul victimas faciens? Quid violenti [illegible] dæmones, cùm Ieſum Dei Filium veriſſime prædicarent, &c.* Et CLEMENS I. libro octauo, Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite 52. *Non omninò* ait *omnis qui credit continuo ſacerdos eſt, & pontificium conſequitur honorem. Poſt autem aſſumptionem Chriſti nos, oblato ſecundum eius ordinationem ſacrificio puro & incruento, conſtituimus Epiſcopos, Presbyteros & Diaconos, proſpicientes periculum impendens his, qui ordinationem perturbant, arripientes ſibi dignitates non commiſſas, & tyrannice ſibi vendicantes ea quorum non habent poteſtatem [illegible] irritant Spiritum ſanctum cuius teſtimoniū euertunt. proſpicientesque negligentiam in ſacrificijs, & in Euchariſtia prouenientem, ex eo quod offeruntur [illegible] libus quos non decet qui ludum putant pontificalem*

C

D

Dionyſius Areopagita.

2. Paral. 26.
1. Regum 13 & 15
Marc. 3.

E

Clemens Romanus Apoſtoli.

Quid inſcidius?

A

honorem, inſtitutum ad magni pontificis Ieſu Chriſti regis noſtri imitationem, &c. Et ſub finem ſubdit: *Dicimus ergo neminem ſibi arripere debere ſacerdotalem honorem [illegible] Deo [illegible] accipiendum, quod [illegible] cit Melchiſedech [illegible] el a Pontifice, vt Aaron accepit a Moſe, &c.* Et CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro 1. Epiſtolarum, epiſtola 6. ad Magnum Nouatianos arguit, eo quod Eccleſiaſticū ſibi miniſterium aſſumebant, ſacrificando, Baptizando, docendo, &c. Si epiſtolam autem legeris, reperies quod omnia elidit argumenta & rationes ſuſtollit, quas pro ſe Caluiniſtæ Nouatianis ſimiles in medium producunt. Dicebant Nouatiani, ſe tenere quod Catholica tenet Eccleſia, eodem ſymbolo quo & nos baptizare, eundem noſſe Deum Patrem, eundem Filium Ieſum Chriſtū, eundem Spiritum ſanctum, ac propter hoc tirè poſſe authoritatem baptizandi, &c. Sic autem illos conuincit Cyprianus, & per conſequens damnat Caluiniſtas. *Sciat quiſquis hoc opponendum putat* (ait) *primum nō eſſe vnā nobis & ſchiſmaticis ſymboli legem, neque eandem interrogationem. Nam cum dicunt: Credis remiſſionem peccatorum, & vitam æternam per ſanctam Eccleſiam, mentiuntur in interrogatione, cum non habeant Eccleſiam. Tunc deinde voce ſua ipſi confitentur remiſſionem peccatorum non dari, niſi per ſanctam Eccleſiam, quam non habentes, oſtendunt remitti illic peccata non poſſe. Quod verò eundem quem & nos, Deum Patrem, & eundem filium Ieſum Chriſtum, eundem Spiritum ſanctum noſſe dicuntur, nec hoc adiuuare tales poteſt. Nam & Chore, & Dathan & Abiron, cum ſacerdote Aaron & Moyſe eundem Deum nouerant, pari lege & religione viuentes, & verum Deum, qui colendus atque inuocādus fuerat, inuocabant: tamen quia loci ſui miniſterium tranſgreſſi contra Aaron ſacerdotem, qui ſacerdotium legitimū dignatione Dei atque ordinatione perceperat, ſacrificandi licentiam vendicarunt diuinitus percuſſo pœnas ſtatim pro illicitis conantibus penderunt, nec potuerūt rata eſſe & prodeſſe ſacrificia, irreligioſe & [illegible] icite contra ius diuinæ diſpoſitionis oblata. Thuribula quoque ipſa, in quibus incenſum illicite fuerat oblatum, ne in [illegible]ſu de cætero eſſent ſacerdotibus, ſed potius indignationis & vltionis diuinæ memoriam corrigendis poſteris exhiberent, iuſſu domini conflata atque igne purgata in laminas ductiles producuntur, & affiguntur altari, ſecundum quod loquitur Scriptura diuina: Memoriale (inquit) Filiis Iſrael, vt non accedat quiſque alienigena, qui non eſt ex ſemine Aaron, imponere incenſum ante Dominū, vt non ſit ſicut Chore. Et tamen illi ſchiſma non fecerant, nec foras egreſſi contra Dei ſacerdotes impudenter atque hoſtiliter rebellauerant. Quod nunc Eccleſiam ſcindentes, & contra pacem atque vnitatem Chriſti rebelles, cathedram ſibi conſtituere, & primatum aſſumere, & baptizandi atque offerendi licentiam vendicare conantur. Quomodo perficere quod agunt, aut impetrare aliquid illicitis conatibus de Deo poſſunt, qui contra Deum quod eis non licet moliuntur? Quare qui Nouatiano ſiue cæteris huiuſmodi Schiſmaticis patrocinantur, fruſtra contendunt baptizari & ſanctificari illic aliquem ſalutari baptiſmo poſſe, vbi conſtat baptizantem baptizandi licentiam non habere.* Lege obſecro epiſtolæ reſiduū, nam manifeſtè ſolis Eccleſiæ miniſtris, non autem alijs laicis quibuſlibet, ſacerdotij miniſteriū tribuit. Quod & EPIPHANIVS CYPRI libro 3. contra hæreſes, hæreſi 79. contra Collyridianos docet. Nam mulieres omninò à ſacrificijs offerendis arcet, nec eis baptizandi aut prædicandi tribuit poteſtatem, dicens nec in veteri hoc Teſtamento [illegible] pertum, nec in

Cyprianus Carthaginenſis.

Idem ſentiendum de Caluiniſtis, obſecro lege.

B

C

Reſpōdet obiectis, & quidē opportunè.

Numeri 16.

D

Lege Caluine.

E

Epiphanius Cypri.

Gregorius Nazianzenus.

nouo poſſe reperiri. Vide ſuperius in vocabulo, Mulier,& Laicus,&c Vnde GREGORIVS NAZIANZENVS libro Apologetico. *Sicut in corpore veſtro alia ſunt membra,quæ regunt corpus, atque omnibus eius motibus præſident, alia ſunt quæ reguntur, & obſequium rectoribus præbent:ita & in Eccleſiaſticis Deus æquitatis eam legem diſpenſans,& per diuinā prouidentiam ſuam,qua vniuerſa componit,meritorum temperans priuilegia alios conſtituit regi & gubernari,quibus hoc vtilius eſt, vt verbo & opere rectorum ad id quod expedit imbuantur. alios paſtores dedit & doctores,ad perfectionem Eccleſiæ,&c.* Hæc ille.

Tertullianus Carthaginenſis.

Et TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de præſcriptionib⁹ aduerſus hæreticos,eoſdem reprehendit, quòd indifferenter omnes ſacerdotes eſſe volebant. *Ordinationes* (ait) *eorum temeraria leues,inconſtantes,nunc Neophytos cõlocãt: nunc ſeculo obſtrictos,nunc Apoſtatas noſtros, vt gloria eos obligent,quia veritate non poſſunt. Nuſquam facilius proficitur,quam in caſtris rebellium, vbi ipſum eſſe illic promereri eſt. Itaque alius hodie Epiſcopus, cras alius:hodie Diaconus,qui cras lector:hodie Preſbyter,qui cras laicus. Nam & apud eos laicis ſacerdotalia munera iniungnntur &c.* Hæc ille. Plura quidem proferrem teſtimonia,ſed iam innumera diuerſis in locis protulimus hoc confirmantia, vt in vocabolo,Epiſcopus,Laicus, Neophytus,Mulier, Ordo,& reliquis. Cõtra Lutherum verò non eſſe omnes ſacerdotes,doctiſſimè defẽdit IOANNES ROFFENSIS in Confutationis Aſſertionis Lutheranæ opere,articulo 13. Plures ſunt alij doctores,qui illud grauiter impugnarunt,&ex memoratis locis plura perdiſces.

Sic omnino Caluiniſtæ legeres.

Ioannes Roffenſis Epiſcopus.

Sacerdotes vt ordinandi.] Vide Ordinandi, & Presbyter.& Epiſcopus.&c.

Honorandi.] Vide, Honor Eccleſiaſticis deferendos.

Non iudicandi.] Vide, Epiſcopus non facilè accuſetur,&c.& ſic de reliquis in ſuis vocabulis, Epiſcopus,Presbyter,Paſtor,&c.

Sacerdotum munificentiæ.] Vide ſuperiùs. Multa hic ſilentio præterimus, quæ opportunè ſuis locis repoſita facilè legẽtibus occurrẽt.

SACERDOTIVM.

Sacerdotij dignitas & authoritas] Quod Regibus ſit præſtantiùs Sacerdotium & regno, oſtẽdimus in vocabulo Decimę,Imperator,Princeps,Poteſtas Gladius,& reliquis ſimilibus. Vnde etiam loquitur CLEMENS I. libro 6. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap 2. *Quanto* (ait) *Sacerdotium regno eſt præſtantius,cum regendarum animarum officio præſit, tanto grauiori ſupplicio punitur, qui aduerſus id aliquid temere fecerit.quam qui aduerſus regnum, quamquam nemo impune diſcedit. Nam nec Abſalon, nec Abdadam impunitus manſerunt, nec Chore Dathã,& Abiron,&c.* Et DIONYSIVS AREOPAGITA libro Eccleſiaſticę Hierarchiæ, cap.1. *Vt enim* (ait) *qui ſacerdotium dixit,ſacrorum ſimul ordinum vno vocabulo ſignauit ordinem: ita & qui Sacerdotem ſeu Põtificem dicit,auguſtiorem prorſuſque diuinum inſinuat virum totius ſanctæ ſcientiæ peritiſſimum,in quo liquido ac perſpicuè ſacratus omnis ordo ſuus & perfectus ſit,& poſſit agnoſci. Huius profectò ſacræ functionis initium eſt fons vitæ, bonitatis eſſentia,vnica rerum omnium cauſa,beatiſſima Trinitas. ex qua ſola bonitatis cauſa quæ ſunt omnia, vt & eſſent,& bene eſſent,acceperũt,&c.* Et Patres Concilij ANTIOCHENSES contra Paulum Samoſatam, epiſtola miſſa ad Dionyſium Papam, & Maximum Epiſcopum Alexandrinum. *Hoc pro certo habemus cognitum,non Epiſcopum modo, ſed ſacerdotium etiam vniuerſum, populo omnium bonorum operum,& rectè factorum exemplar eſſe debere,&c.* Et AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro de dignitate Sacerdotali,cap.1.2.3.& reliquis,quanta ſit dignitas & authoritas ſacerdotij demonſtrat & IOANNES CHRYSOSTOMVS libris de Sacerdotio & alij permulti. Verùm omnia in vocabulo,Epiſcoporum authoritas, & Officiũ, &c. & Papa,&c & reliquis reperies iam inſerta.

Dionyſius Areopagita.

Concilium Antiochenum Paulo Samoſatæ contrarium.

Ambroſius Mediolanenſis.

Ioannes Chryſoſtomus.

Sacerdotium non emendum, nec pretio comparandum aut vendendum.] Euolue obiter citata, quæ ſunt poſita ſuperius in vocabulo, Epiſcopat⁹, tũ infrà in vocabulo Simonia,&c.

SACRAMENTVM.

Sacramenta ſeptem Eccleſiæ defenduntur.] Habes hoc in proprio cuiuſque ſacramenti vocabulo probatum, & tot inſtituerunt Apoſtoli, & prius ipſe Chriſtus, vt ibidem diffusè demonſtratum reperies. Sed & TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro 1.contra Marcionem plura ſimul enumerat & defendit. *Ille quidem* (ait) *vſque nunc nec aquam reprobauit creatoris, qua ſuos abluit* (hic eſt baptiſmus) *nec oleum, quo ſuos vngit.* (Confirmatio) *nec mellis & lactis ſocietatem,qua ſuos infantat,nec panem, quo ipſum corpus ſuum repræſentat* (Eucharistia) *etiam in ſacramentis proprijs egens mendicitatibus creatoris.* Sacramenti autem ordinis,Matrimonij,Pœnitẽtiæ,Extremæ vnctionis ſæpius meminit,vt ſuis locis dictum eſt. Tum etiam libro 4.cõtra eundem Marcionem circa medium,Sacramentum Baptiſmi & Euchariſtiæ ſæpiùs nominat, ad quæ non admittebat illos Marcion, qui non fructum nuptiarum denegaſſent. Etiam ſeptem ſacramẽtorum paſſim meminit CYPRIANVS,ORIGENES,BASILIVS,AMBROSIVS,AVGVSTINVS,& omnes reliqui Patres,vt in ſuo quoque vocabulo rectiùs inſertum reprehendes. Fruſtra verò hic tẽpus conſumimus,cùm iam hæc ſufficienter à nobis præſtita ſint in ſuis locis. Sic etiam EVGENIVS IV.in Concilio generali Florentino,deperditum vel deprauatum vſum ſeptem Eccleſiæ ſacramentorum, reddidit Armenis obſeruandum ſecũdum vſum Romanæ Eccleſiæ,vt inſeruimus in ſingulis ſacramentorum vocabulis. Sic porrò generaliter loquitur. *Nouæ legis* (ait) *ſeptem ſunt ſacramenta, videlicet, Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia,Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium, quæ multum a Sacramentis differunt antiquæ legis. Illa enim non cauſabant gratiam, ſed eam ſolùm per paſſionem Chriſti dandam eſſe ſigurabant:hæc vero noſtra & continent gratiam,& ipſam dignè ſuſcipientibus conferunt. Horum quinque prima ad ſpiritualem vniuſcuiuſque hominis in ſeipſo perfectionem, duo vltima ad totius Eccleſiæ regimen multiplicationémque ordinata ſunt. Per baptiſmum enim ſpiritualiter renaſcimur, per confirmationem augemur in gratia,& roboramur in fide: renati autem & roborati nutrimur diuina Euchariſtiæ alimonia. Quòd ſi per peccatũ ægritudinẽ incurrimus animæ, per pœnitentiam ſpiritualiter ſanamur: ſpiritualiter etiam & corporaliter, prout animæ expedit, per extremam vnctionem. Per ordinem verò Eccleſia gubernatur,& multiplicatur ſpiritualiter, per matrimonium corporaliter augetur. Hæc omnia ſeptem ſacramenta tribus perficiuntur,videlicet,rebus tanquam materia,verbis tanquam forma, & perſona miniſtri conferentis ſacramentum. Inter hæc ſacramenta tria ſunt,Baptiſmus, Confirmatio,Ordo,quæ caracterem id eſt,ſpirituale quoddã ſignũ*

Tertullianus Carthaginenſis.

Cyprianus & reliqui omnes patres.

Eugenius 4. Cõcilium Florentinum ſub eodem.

Differentia ſacramentorum veteris & nouę legis.

Sacramenta 7 perficiuntur tribus.

a cæteris diſtinctiuum, imprimunt in anima indelebile nde [illegible] perſona non reiteratur. Reliqua vero quatuor, caracterem non imprimunt. & reiterationem admittunt, &c. Vide reliquum in ſingulis vocabulis ſcilicet, Bapiſmus, Confeſſio, ſeu etiam in Pœnitentia, Euchariſtia, & Miſſa. Confirmatio, & Ordo, Vnctio, Matrimonium, &c. Aſſertionem horũ ſepté ſacramentorũ defendit THOMAS CAIETANVS oratione habita coram Patribus Lateranenſis Cõcilij ſub Iulio 2. Et in alijs operibus quę multa edidit. Sic & HENRICVS VIII. Angliæ Rex, dum adhuc Eccleſiæ ſe filium confitebatur, & õpos eſſet mẽtis, inſigne opus edidit pro aſſertione ſepté ſacramẽtorum, ad Leonem X. ſummũ tũc Pontificem. Hoc certè opere miro modo Eccleſiæ fidem illuſtrauit, vt iam in alijs locis oſtendimus. Scripſerunt diuerſi Patres plura volumina pro aſſertione ſepté ſacramentorum, & potiſſimè inſignis ille Theologus, & Theologorum ſui téporis omniũ columen STANISLAVS HOSIVS in opere Cõfeſſionis Catholicæ fidei Chriſtianæ, in Concilio Petricouienſi per totum, vbi ita tractauit negotiũ, quod nil deb[illegible] ſanis animus reſtare ambigui. Scripſerunt & alij, vt GVILIELMVS LINDANVS in libris Panopliæ ſuæ, FRANCISCVS SONNIVS Buſcoducẽſis Epiſcopus libris tribus Demonſtrationis religionis Chriſtianæ ex verbo Dei, &c. Præterea vt cæteros omittamus, etiam in extremis degens terræ finibus PETRVS MARONITARVM Patriarcha ex Monaſterio Canobin in monte Libani ſepté ſacramẽta apud ſe obſeruari mandat Lateranenſi ſacræ Synodo congregatæ ſub Iulio II. & Leone X. cuius profeſſio lecta eſt ſeſſione 11. præfati Concilij. Septé Sacramentorum vſum ſimiliter defendit Concilium SENONENSE decreto 10. contra hæreticos, & ea ſigillatim exponit, ſicut & Cõcilium COLONIENSE III. par. 7. cap. 1. Et Concilium AVGVSTENSE cap. 15. *In admi[illegible]ſtratione ſacramentorum* (ait) *atque vſu, vt confuſio & ſchiſmata in Eccleſia Dei vitentur,* [illegible] *Apoſtolicis traditionibus ſacriſq; canonibus* [illegible] *legibus reuerentia debita habeatur, cæremoniarum ac ritorum, rituumq; receptam vniformitaté in omnibus ſequi iubemus &c.* Et Concilium MOGVNTINVM IV. c. 11. *Doceant* (ait) *Paſtores ſepté eſſe* [illegible] *ſacramenta diuinitus inſtituta, per quæ velut apta remedia ac instrumenta, & peccatis noſtris mederi, & ſua gratia munera nobis impartiri Deus voluerit: eaq; non eſſe ritus ſimplices* (*quod quidam impure confingunt*) *ſacroſancta ſignacula & efficacia ſigna, quæ ritè ea ſuſcipientes gratiam eis cõferendo ſanctificent. Gratiam vero ſacramentorum non ex ipſa externarum rerum virtute, nec ex merito miniſtri, ſed ex æterna & diuina operationis virtute aſtimandam eſſe.* Et Concilium TRIDENTINVM ſeſs. 7. c. 1. *Si quis dixerit ſacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, aut eſſe plura, vel pauciora quam ſeptem, videlicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum ſeptẽ non eſſe verè & propriè ſacramentũ, anathema ſit.* Ibi vult cõſequenter differentiã illorum ab illis veteris legis ſub anathematis pœna profiteri, & eſſe ad ſalutem neceſſaria, & cõtinere gratiã, & per ipſa conferri ex opere operato. De miniſtris horum etiã loquitur, ſed expreſſum eſt eorum in proprijs vocabulis. Denique ſic decernit FACVLTAS LOVANIENSIS art. 8. Et PARISIENSIS art. 1. *Firma fide credendum eſt* (ait) *ſeptem eſſe ſacramenta a Chriſto ſaluatore noſtro inſtituta, ſci-*

Thomas Caietanus.
Henricus 8.
Stanislaus Hoſius.
Guilielmus Lindanus. Franciſcus Sonnius.
Petrus Maronita.
Concilium Senonense. Concilium Coloniense. Concilium Auguſtense.
Concilium Moguntinum 4. Gratia ſacramentorum.
Concilium Tridentinum.
Facultas Louanienſis. Facultas Pariſienſis.

A *licet ſacramentum Baptiſ. Confirma. Euchar.* [illegible] *Extremæ vnctionis, Ordinis. Matrimonij* [illegible] *et externa ſint ſigna* [illegible] *Redemptio* [illegible] *et tamen ſalutem noſtram* [illegible] *ſacramentorum, vel* [illegible]. Hæc [illegible] igitur in medió producta ſunt pro aſſ[illegible] & defenſione ſeptem ſacramentorũ Eccleſiæ, quæ impiè impugnant hæretici, [illegible] duo tantùm admittẽtes, vt Lutherus, modo tria, vt [illegible] aluinus, modo ſex, vt Poſtellus: & ſi omnes habent contrariam opinionẽ, nec Deo ſacriſq; canonibus cõſentaneam. Reliquũ vide in proprijs ſacramentorũ vocabulis.

Sacramenta non debent pretio conferri aut æſtimari.] B [illegible] hoc ſimiliter in vnoquoq; proprio ſacramenti cuiuſq; vocabulo expreſſum eſt, & præcipuè Ordo, & in alijs. Generaliter verò Concilium TOLETANVM 11. cap. 8. & allegat Gratianus cauſa 1. q. 1. c. Quidquid. *Quidquid inuiſibilis gratiæ conſolatione tribuitur, nunquam* [illegible] *vel quibuſlibet præmijs venundari penitus debet.* [illegible] *certe Domino quod gratis accepiſtis, gratis date.* [illegible] *quicunq; deinceps in Eccleſiaſtico ordine conſtitutus, aut pro baptizandis conſignandiſq; fidelibus, aut* [illegible] *Chriſmatis, vel promotionibus graduum pretia* [illegible] *vel præmia, niſi voluntarie oblata, pro huiuſmodi ambitionem ſuſceperit. equidem ſi ſciente* [illegible] *tale quicquã a ſubditis perpetratur, idẽ Epiſcopus duobus menſibus excommunicationi ſubiaceat, pro eo quod* C *& ſciens mala contexit, & correptionem neceſſariam non adhibuit. Sin autem ſuorũ quiſpiam, eo* [illegible] *te, quodcunq; pro ſupradictis capitulis accipiendum eſſe ſibi crediderit: ſi Presbyter eſt, trium menſium excõmunicatione plectatur: ſi Diaconus, quatuor. Subdiaconum verò vel clericum his cupiditatibus ſeruiens, & cõpetenti pœna, & debita excommunicatione plectendus eſt.* Idem etiã repetit Cõcilium LATERANENSE ſub Alexandro III. par. 1. c. 7. *Ne de cætero* (ait) *vel pro perſonis Eccleſiaſticis deducendis ad ſedem, vel ſacerdotibus inſtituendis, aut mortuis ſepeliendis, ſeu etiam nubentibus benedicendis, ſeu etiam alijs ſacramentis, aliquid exigatur, diſtrictius inhibemus.* Sed de his ſingulis dictum eſt, Ordo, Sepultura, Confirmatio, Baptiſm⁹, &c. & Epiſcopatus, &c. Præmiſſũ D decretum repetit Cõcilium OXONIENSE can. 22. Eadem conſtituit & Concilium RATISPONENSE can. 6. Verùm quid de ſepultura ſtatuat inſtrà lege. Similiter etiã ea confirmat adhuc Cõcilium SENONENSE cap. 2. *Sacro approbãte Concilio ſtatuimus & ordinamus* (ait) *vt omnia ſincere, pure & mũde fiant in domo Domini, ſine labe labiſue ſuſpitione, aut ſpecie mali, ad quod prælati Eccleſiarum cathedralium, & collegiatarum capitula, Archidiaconi, Abbates, & Abbatiſſæ, & alia quæcunq; perſona Eccleſiaſtica diligentem gerant curam, & ſtudiũ exercendi adminiſtrandi & exequendi onus eis a Domino conceſſum, ne ſanguis ſubditorum de manibus eo-* E *rum exquiratur, nõ quæſtus cauſa & pecuniæ. Ideo ſtatuimus & ordinamus conformiter ad ſacrorum Conciliorum ſanctorumq; Patrum decreta, vt manus ſuas illibatas integras & intactas ſeruent, iuxta iuris cõmunis diſpoſitionem & ordinationem, ab omni exactione abſtinentes, non obſtantibus quibuſcunq; iuramentis, ſtatutis & conſuetudinibus introductis, & in futurum introducẽdis, &c.* Porrò Conciliũ COLONIENSE III. c. 1. par. 8. vt omnis ſimonia tã in emẽdis, quàm vẽdendis ſacramẽtis, atq; alijs rebus Eccleſiaſticis tollatur, pręcipit vt parochis victus neceſſari⁹ ſuppeditetur, ne prædictæ ſimoniæ inuigilare cogantur. Idem Concilium AVGVSTENSE c. 22. *Pro reconciliatione pœnitentium* (*ait*) *aut* [illegible] *ſacra-*

Concilium Toletanum 11.
Matth. 10.
Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3. patrum 280.
Concilium Oxonienſe in Anglia ſub Innocentio 3. Concilium Ratiſponenſe. Concilium Senonenſe.
Concilium Colonienſe 3.
Concilium Auguſtẽſe ſub Othone Cardinali.

menti, vel aci ſpiritualium quorumcunq; adminiſtratione, ſacerdos de pecunia aut re qualibet ſibi danda minimè paciſcatur, ſed eadē, pro temporis ac perſonarumve neceſſitate, ſecundum ritum Eccleſiæ ſine mora adminiſtret: clericum quia ratione iure, dignitate, ſocij paſſionū ad conſolationem ſocietatem meritò admittimur, permittimus tandē, etiam iudicis officio implorato, exigi quod in huiuſmodi ex conſuetudine debetur, ad cuius obſeruationem laicos hortamur, & quantū de iure eſt, aſtringi volumus, ac compelli. Eadē renouat Concilium Moguntinum IV. can.92. Et Concilium Treverense II. c.15. pro Baptiſmo celebrando, nuptijs, funeralib*, &c. certū quid præfigit, quod iuſtè exigere debent miniſtri, & non plus, niſi liberaliter eis concedatur. Iterum Concilium Tridentinum ſeſs.21. quæ fuit 5. ſub Pio IV. cap.1. Decreti reformationis. *Quoniam ab Eccleſiaſtico ordine, omnis auaritiæ ſuſpicio abeſſe debet, nihil pro collatione quarumcunq; ordinum, &c.* Vide poſitum in vocab. Ordo, &c. Hæc omnia decreta renouant Franciscus II. & Carolus IX. Reges Franciæ, in Cōſtitutionibus Aurelıæ editis, art.15. Vide plura ſuprà, Ordo, Baptiſmus, &c.

Concilium Moguntinum 4. [illegible] Treverenſe 2.

Concilium Tridentinum generale.

Franciſcus 2. Carolus 9.

Anaſtaſius Papa 2.

Sacramenta poſſunt à malis miniſtris conferri.] Aſſertio eſt Anastasii II. epiſt. ad Anaſtaſium Auguſtum, & aliorū plurium, vt iam inſeruimus in vocabulo, Baptiſmus, Ordinatus, &c. & in alijs vocabulis.

Sacramenta reliqua non præſumat, qui non eſt baptizatus, accipere, &c.] Vide in multis illud locis inſertum, & præcipuè de Nectario, qui antequā eſſet baptizatus factus eſt Cōſtantinopolitanus Epiſcopus, vt docet Nicephorus Calliſtus lib.12. c.12. Porrò ſic Abdias Babylonius lib.7. Certaminis Apoſtolici, Matthæum Apoſtolum docet docuiſſe in ea oratione, quam habuit pro velatione Ephigeniæ Virginis. *Si præſumat (ait) ſacramentorum myſteria ſumere is, qui nondum eſt cœleſti aqua perfuſus, rem bonam conuertit in crimen, & inde reatum æternæ pœnæ incurrit, vnde à reatu æternæ pœnæ potuerat liberari, &c.*

Abdias Babylonius.

SACRILEGIVM.

* De ſacrilegio ſeu raptu monialium, vide ſupra, Monialis virgo, & Monialis vi[tiata], &c.

Canon Apoſtolorum

Clemens 1.

* Sacrilegium ſeu ablatio rerum ſacrarum prohibetur.] Vide vocabulo, Facultates Eccleſiæ non diripiendæ, &c. & Fur, &c. Vide & Canon Apostolorum LXXI. *Si quis Clericus vel laicus a S. Eccleſia ceram vel oleum auferat, ſegregetur.* Similiter & Clemens I. epiſt.2. ad Iacobum fratrem Domini, vt allegat Gratianus cauſa 17. q.4. c. Si fortè. *Si fortè quiſpiā preſbyter ſiue Diaconus ſacrarū ſyndonem, vel velum ſubtracta vendiderit, Iudæ Iſcariotis ſimilis æſtimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, nouerit ſe ſupradicti Iudæ ſuſcepturum pœnam.* Et Cōcilium Agathense can.5. & allegat Gratianus cauſa 12. q.2. c. Clerici. *Si quis Clericus furtum Eccleſiæ fecerit, peregrina ei communio tribuatur.* Et Concilium Pestense can.2.3. & 4. vbi de rapina loquitur, etiam addit. *Qui de rebus Eccleſiarū aliquid abſtulerint, grauiter iudicentur: quia ſacrarū rerum ablatio ſacrilegium eſt, & ſacrilegus vocatur, qui ex eis aliquid abſtulerit aut abripuerit. Extorres namq; a liminibus noſtris ſanctæ Eccleſiæ tales perſonæ, vſq; ad ſatisfactionem Eccleſiæ, quam læſerunt, ſunt habendæ, atq; firmiter denotandæ.* Et infrà: *Si quis oblationes Eccleſiæ extra Eccleſiam accipere vel dare voluerit, præter conſcientiā Epiſcopi, vel eius, cui huiuſmodi officia commiſſa ſunt, nec cum eius voluerit agere cōſilio: anathema ſit. Idem & ſi quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperum, aut religioſum expoliauerit, excommunicatus habeatur, donec reddat aliena.* Eadem confirmat Nicolaus I. epiſt. ad Adonem Vienēſem Archiepiſcopum, & habetur in decretis Gratiani cauſa 17. q.4. c. Sicut antiquitus, &c. Idē Cōcilium Triburiense can.7. vide ſuperiùs, Fur, & Furtum, &c.

Concilium Agathenſe ſub Cœleſtino 1.

Concilium in [illegible] Peſtenſe [illegible] quanam celebratū [illegible] Papiano.

Nicolaus 1.

Concilium Triburienſe.

SALTATIO.

Saltationes turpes inhibentur.] Poſui in vocabulo, Nuptiæ, &c. Vide etiam in vocabulo, Ludus, & Spectacula.

SANCTVS.

Sanctus Sanctus Sanctus.] Hymnus eſt, quem Seraphim Eſaias, cap.6. dicit decantaſſe, & in Eccleſia poſt præfationem decantatur, vt meminimus in vocab. Miſſæ ritus, &c. Porrò ſolenniter hunc hymnū decantari inſtituit in memorato officio ante ſacrificij oblationē, Sixtus I. VIII. à Petro Apoſtolorum Principe ſummus Pontifex, vt recenſet Damaſus I. in eius vita. *Conſtituit (inquit) vt Miſſarum actionem Sacerdote incipiente, populus hymnum decantaret, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabbaoth.* Et Concilium Vasense II. canu.4. poſtquam ſtatuit de hymno Kyrie eleyſon, ſubdit: *Et in omnibus Miſſis, ſiue Matutinis, ſiue Quadrageſimalibus, ſiue in illis quæ pro * defunctorum commemorationibus fiunt, ſemper, Sanctus, Sanctus, Sanctus, eo ordine quo ad Miſſas publicas, dici debeat: quia tam dulcis & deſiderabilis vox, etiam ſi die noctuq; poſſit dici, faſtidiū non poterit generare. Et hoc nobis iuſtum viſum eſt, vt nomen Domini Papæ quicunque ſedi Apoſtolicæ præfuerit, in noſtris Eccleſijs recitetur.* Vide Canon Miſſæ, &c.

Sixtus 1.

Damaſus 1.

Concilium Vaſenſe 2. ſub Leone 1.

* Celebrabantur ergò miſſæ pro defunctis antiquitus ô Caluine.

Nomen Papæ referri ſolitum in Canone.

SANCTI.

Sanctorum inuocatio, interceſſio, veneratio, cultuſq; defenditur.] Antequam vltra progrediar, volo promouere Lectorē in alijs nos locis crebrò meminiſſe interceſſionis, & venerationis ſanctorum, ſicut in vocabulo, Litania, Imago, &c. Nam cùm de veneratione Imaginum hic ageremus protulimus quædam Patrum antiquiſſimorum authoritates, quæ facilè non potuerunt ſeparari, quæ de veneratione ſimul & interceſſione ſanctorum certā confeſſionem prætendebant. Verùm ne in quærēdo moleſtiā aliquā paterētur lectores, in margine ſignauimus ex aduerſo. Itaq; illuc redi, & ad vocabulum, Peregrinatio, & Reliquiæ, &c. nam ibidē ſæpius interceſſionis & venerationis ſanctorum fit mentio, vt autem cœpto ordine procedamus, ſcito ante me plures de hac materia ſcripſiſſe, & libros poſteris reliquiſſe doctrina & pietate repletos, quibus ſanctorū venerationem & interceſſionem contra ſtrenuiū hæreticorum impetus tutati ſunt, quorum miramur ſtudiū, & amplectimur affectum pium. Inter illos noui tres præcipuè qui egregiè in hoc palæſtræ certamine excelluerunt, & fidem Catholicā verbis, rationibus, argumētis, & irrefragabilibus Patrum teſtimonijs tutati ſunt. Fuerunt hi Antonius Solaerius Italus, Iodocus Clithovaeus Gallus, Thomas Beauxamis Carmelita Theologus noſtro æuo cōſummatiſſimus. Hic vltimus ab origine mundi ſemper ſanctos veneratione, & honore à viuis ſuperſtitibus habitos, docet, vſq; ad hanc horam, Scripturæ teſtimonijs, & Patrum ſententijs per claſſes digeſtis. Superfluum ergò videbatur, vt poſt illos etiā omnium infimus, & omnibus partibus illis inferior hoc genus docendi aggrederer, niſi me iam cœpti operis compuliſſet authoritas, quo intendimus demonſtrare Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & Catholicæ fidei regulam ab ipſius Euāgelij authoribus accepiſſe,

Hæc ſedulò recolenda.

Anthonius Solerius.

Iodocus Clithoueus.

Thomas Beauxamis.

A

hoc eſt, ab Apoſtolis, & legitimè in hanc horam reſeruaſſe. Quod vt etiam hoc articulum, Communionis ſanctorum, non prætermittamus, exordiemur ab ipſa Apoſtolicæ prædicationis origine, & item, et ſanctos fuiſſe in ſumma veneratione habitos, & tanquā noſtrorum actuum perſpectores, & orationum auditores interpellatos in auxilium & adiutorium Eccleſię, & populi Chriſtiani, incipiemus à Conſtitutionibus Apoſtolicis, quas CLEMENS I. redegit in ordinem, vbi libro 5. c. 8. ſic loquuntur Apoſtoli: *De martyribus dicimus vobis, vt apud vos in omni honore ſint, quemadmodum & apud nos in honore habiti fuerunt B. Iacobus, & ſanctus noſter Condiaconus Stephanus. Hi enim & à Deo ſunt beatitudinem conſecuti, & ab hominibus honorem expetes omnes delicti, obfirmati aduerſus peccatum, immutabiles in bonis, in laudibus, de quibus Dauid dicebat: Pretioſa in cōſpectu Domini mors ſanctorū eius. Et Salomon: Memoria iuſti cū laude. De quibus Propheta quoq; dicebat: Viri iuſti tollūtur, &c.* Idē epiſt. 1. ad Iacobum fratrem Domini, vltima Petri Apoſtoli verba recenſens (illa autē epiſtola lecta eſt & approbata in Concilio I. Vaſeoſi ſub Leone I.) dixiſſe ita Petrum ſibi refert. *Certus eſto, quod neceſſe eſt te ſuſcipere omne periculum, quia nec ego pro ſalute omnium ab obſecrando ceſſabo. Quanto ergo mihi cura acquieueris, tanto me citius laboris & triſtitia mea mœrore releuabis.* Et IACOBVS APOSTOLVS in ſua Liturgia, quæ approbatur in Concilio generali VI. cap. 32. Beatam virginē Mariam omni veneratione dignā laudat, & gloriam ſublimi fulgentem inuocat. Porrò, quodiam ex Abdia Babylonio & cæteris illis Apoſtolorum diſcipulis pro veneratione reliquiarum ſuo loco poſuimus, non repetendum putamus: ſed hic tātummodo de inuocatione & veneratione ſanctorum agendū eſt, quamquam & in vocabulo, Dies feſti, &c. de illorum feſtiuis natalitijs honorandis diximus, quæ etiā nec replicanda iudicamus. Itaq; MARTIALIS APOSTOLVS epiſt. ad Burdegalenſes, c. 1. in honorem & venerationem S. martyris Stephani Baſilicam cōſtruxiſſe gloriatur, vt meminimus in vocabulo, Baſilica, & Eccleſia, &c. Similiter idē narrat & epiſt. ad Tholoſanos, c. 19. ſe multam habere fiduciā in ſanctis gloriatur. De quo etiā narrat AVRELIANVS Lemouicēſis eius diſcipulus in vita eiuſdem, quòd ante mortē ſtatuit, vt Chriſtiani ad Baſilicā, quam ædificauerat, omni anno quatuor ſuccedentibus viciſſim temporibus conuenirent, orationum munera delaturi, & deprecationum vota in cinere & cilicio, cum oblationibus & luminarijs, offerēdo. Idem ad calcem ſuum votum ad magiſtrum S. Martialem dirigens: *Adſit nobis ille (ait) de ſecularibus, qui in orbe extitit paſtor pius, vt orationibus eius muniti mereamur hæreditatis æternæ participes adiſci ſanctorū collegio, &c.* Et ABDIAS BABYLONIVS lib. 5. certaminis Apoſtolici: *Perſequentes (ait) Ioannis Apoſtoli orationes, ad eius ſepulchrum virtutes fiunt, &c.* Vide reliquiæ, &c. Idem lib. 10. *Ad eius ſepulchrū, ſcilicet Philippi Apoſtoli, præſtantur beneficia Dei orante Apoſtolo.* Plura eiuſdē. Vide teſtimonia in dictione, Peregrinatio, & reliquiæ, &c. Denique DIONYSIVS AREOPAGITA lib. Eccleſ. Hierarchiæ, parte 2. c. 7. vbi de exequijs virorum in Chriſto quieſcentium loquitur, ait: *Antiſtes ante ſanctum altare inclinans eum, orationem ad Deum inchoat, ſanctoſq; iam defunctos concelebrat, cum quibus & nuper vita functum pari laudatione proſequitur, &c.* Et paulò poſt ſubdit: *Itaque Scriptura ſacra acquieſcens, vtiles eſſe in hac vita dixerim ſanctorum preces, hoc modo. Si quis*

B

C

D

E

Clemens I. huius conſtitutionum libros legit & approbat Epiphanius, lib. contra hæreſes, ſect. 45 ... Seuerianus, & Cyrillus Hieroſolymitanus cat. 4 & Nicephorus & alij plures.

Act. 12.

Act. 7.

Pſal. 115.

Prouerb. 10.

Eſay 57.

Hæc Clementis teſtimonia non inſeruit Thomas Bezoarius, et autem qua inſeruit teſtimonia ex Clemente, ſ nobis iam ... alijs vocabulis proue decebat inſerta ſunt.

Martialis Apoſtolus.

Aurelianus Lemouicenſis.

Abdias Babylonius.

Dionyſius Areopagita huius libri uſi ... teſtimonia ... confirmata ſunt, vide Syngelū in eius vita.

A

ſanctorum munerum deſiderio incenſus, ad eaq; percipienda pie affectus, paruitatis tamen propria conſcius quempiam ſanctorum virorum adeat, oretq; ſibi adiutorem & precatorem accedere, caput ex hoc omnino vtilitatem commoda cuncta excedentem. Fruetur enim his, quæ petit, ſacratiſſimis donis ſuſcipiente diuina clementia, atq; imprimis in eo amplectente religioſam cognitionem ſui, reuerentiamq; ſanctorum, & laudabile ſanctarum petitionum a ſe poſtulatarum deſideriū, conſentaneūmque his ſacratiorem habitum. Eſt enim & hoc diuinis ſancitum iudicijs, vt diuina munera his, qui digni ſunt ſumere, decentiſſimo per eos tribuantur ordine, qui ea tradere non ſunt indigni. Hāc ſi quis ſpernat ſacroſanctam diſciplinam, atq; infœlici elatione ſeductus dignum ſe diuina arbitretur familiaritate, ſanctoſq; deſpiciat, hic certe ſi petitiones indignas Deo neq; ſacras poſtulauerit, intentoq; careat diuinorum deſiderio, ſibiq; ipſi conſentaneo, imperita poſtulatione per ſeipſum nunquam potietur. Idem cap. 3. eiuſdem libri ſanctorum memoriā in Miſſæ ſacrificio fieri docet, vt repoſuimus vocabulo, Miſſa, &c. Et IRENAEVS LVGDVNENSIS lib. 3. contra hæreſes Valentini & ſimilium, c. 20. *Ad tātam temeritatem progreſſi ſunt quidam, vt etiam martyres ſpernant, & vituperent eos, qui propter Domini confeſſionem occiduntur, & ſuſtinent omnia a Domino prædicta, & ſecundum hoc conantur veſtigia ſequi paſſionis Domini, paſſibiles martyres facti, quos & concedimus ipſis martyribus. Cum enim inquiretur ſanguis eorum, & gloriā conſequentur, tunc a Chriſto confundentur omnes qui inhonorauerunt eorū martyriū, &c.* Idem ſimilia repetit lib. 4. c. 64. & lib. 3. c. 33. Mariā virginē dicit aduocatam factam, vt repoſuimus in vocabulo, Mariæ virginitas, &c. Denique TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS lib. de præſcriptionibus aduerſus hæreticos, defunctū Eleutherium Romanum Pontificem & martyrē effectum, benedictum appellat. Sed & lib. 2 ad Vxorem, eā inuitat ad exoſculanda vincula beatorū martyrum. Item lib. De Baptiſmo: *Dominus (ait) per potentiā dormit, donec orationibus ſanctorū in vltimis ſuſcitatus cōpeſcat ſeculum, & tranquillitatē ſuis reddat, &c.* Teſtimonia autē alia ſunt eiuſdem, quæ repoſuimus in vocabulis, Defunctus, &c. & Romana Eccleſ. & Litaniæ, &c. Et ORIGENES ADAMANTIVS homil. 27. in Matthæum, ait: *Diſcipuli cæteriq; ſancti, non ſolum tunc, ſed etiā modo mirāda opera erga figmentum humanū conſiſtentes, ante conſpectum Chriſti intercedunt, & Chriſtum prouocant, vt ne deſerat genus humanū propter peccata ipſorum, ſed magis moueant eum ad indulgentiam, &c.* Idem homilia 3. in Cantica: *Omnes ſancti (inquit) qui de hac vita deceſſerunt, habentes adhuc charitatem erga eos qui in mundo ſunt, ſi dicantur curam gerere ſalutis eorum, & iuuare eos precibus ſuis, atque interuentu ſuo apud Deum, non erit inconueniens. Scriptū nāq; eſt in Machabæorum libris: Hic eſt Hieremias Propheta Dei, qui ſemper orat pro populo.* Idem homilia 3. in Iob, dicit memorias ſanctorum in Eccleſijs venerari, & homilia 3. in diuerſos ſanctorū innocentium memoriam à Patribus celebratā confitetur, vt diximus latiùs in vocabulo, Dies feſti, &c. tum lib. 2. in Iob: *O beate Iob (ait) viuens in perpetuū ad Deū, & victor permanens in conſpectu Regis Domini, ora pro nobis miſeris, vt etiā nos terribilis Dei miſericordia protegat in omnibus tribulationibus, & eripiat ab omnibus oppreſſionibus maligni, & connumeret nos cum iuſtis, & conſcribat nos cum his qui ſalui ſiunt, & requieſcere nos faciat cū illis in regno ſuo, vbi perpetuò cum ſanctis magnificemus illum.* Idem in Lamentatione ſua. *Incipiam me genibus proſternere & deprecari vniuerſos*

B

C

D

E

Hoc Dionyſij teſtimonium, ſicut nec multa quæ ſequuntur, non inuenies in opere Thomę Bezarij.

1. Ioan. 4.

Iacobi 1.

Ta les vtique ...

Irenæus Lugdunenſis.

Tertullianus Carthaginenſis.

Hæc omiſit Thomas Bezoarius.

Origenes Adamantius.

Quid apertius dici poteſt.

2. Machab. 15.

ſanctos, vt mihi, non audenti petere Deum propter nimietatem peccati, ſuccurrant, &c. Sub eodem tēpore ſcribit EVSEBIVS CÆSARIENSIS lib. 4. Eccleſiaſt. Hiſtoriæ, c. 6. Potamianam virginem Origenis diſcipulam poſt obitū Baſilidi carnifici ſuo apparuiſſe, & ſuis interceſſionibus apud Deū obtinuiſſe, vt Chriſti fidē ſuſciperet, & martyr Chriſti conſecraretur, quia ſibi dum viueret humanitatis obſequium præſtitiſſet. Vide hiſtoriam. Et

Euſebius Cæſarienſis.

CORNELIVS I. epiſt. 1. De tranſlatione corporum Petri & Pauli & de Nouato: *Orate* (ait) *Deum & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt intercedentibus ſuis ſanctis Apoſtolis maculas veſtrorū purget peccatorum, & in ſua vos conſeruet voluntate diebus vitæ veſtræ, & in fructu boni operis vos perſenerabiles reddat, &c.* Sub eodem tēpore CYPRIANVS CARTHAGINENSIS lib. 3. Epiſtolarum, epiſtola 5. & 6. Martyres honorandos decernit. Et epiſt. 1 lib. 1. ad Cornelium orat, vt qui prior de hac vita deceſſerit, apud Deū eius non ceſſet oratio pro fratribus & ſororibus, &c. Qui etiam lib. 4. epiſt. 20. ad Presbyteros, &c. Martyrū dies anniuerſa ſe dicit cōmemoratione celebrare, vt alibi repoſuimus in vocabulo, Defunctos, &c. Quod etiam ſtatuit ſub eodē tēpore Cōcilium ROMANVM ſub Fœlice I. epiſtola quā miſit ad Epiſcopos Galliæ. *Perturbatores Eccleſiæ* (ait) *memorias martyrū execrantur, Quapropter in præfata Synodo cōſtituimus, vt ſuper memorias martyrum Miſſæ celebrentur, ne memoria eorum à talibus extingui, aut veneratio poſſit prohiberi.* Denique METHODIVS TYRIVS in ſuis reuelationibus mētionem facit capſarum & reliquiarum ſanctorum, quæ in Eccleſijs cōſeruantur. Vide reliquiæ, &c. Et ARNOBIVS PRESBYTER in Pſalm. 31. exponens illud: *Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno, &c. Opportunum* (ait) *tempus interueniendi pro ſeruo eſt, quando ſeruus emendatur: Nos ergò damus opportunum tēpus ſanctis orandi pro peccatis noſtris, quando à peccato recedimus, &c.* Et ANTONIVS MAGNVS epiſt. 2. ad Arſenoitas, quas legit & recipit Hieronymus in catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum, &c. *Noſſe vos cupio, filioli, quàm plurimum dolorem meum quem habeo pro vobis, aſpiciens grandem illam cōfuſionem, quæ ſuper vniuerſos aduenit, & conſiderans multum illum laborem ſanctorū omniū atq; gemitum, quē emittunt pro vobis, ſemper ad Deum cernentes laborem proprij conditoris, omneſq; malitias paruipendentes, nec non & decipulas diaboli, &c.* Denique Concilium GANGRENSE atq; CARTHAGINENSE I. memorias martyrum contemnentes anathemate feriunt. Vide repoſitum in vocabulis, Miſſa, Oblatio, Martyr, &c. Et ATHANASIVS ALEXANDRINVS ſermone in S. Deiparā virginē, exponens illud Euangelij: *Ingreſſus Angelus ad eā dixit: Aue gratia plena, &c. Audi* (inquit) *filia Dauidis & Abrahæ, & inclina aurē tuā ad preces noſtras, & ne obliuiſcaris populi tui, neq; noſtri, qui ſumus de familia & de domo patris tui. Ad te clamamus, recordare noſtri, ſanctiſſima virgo, & retribue nobis pro exiguis iſtis eloquijs magna dona ex diuitijs tuarū gratiarū. Intercede Hera, & Domina, & Regina, & mater Dei pro nobis: quoniā ex nobis tu orinnda es, & his qui editus eſt ex te, carniger us Deus noſter, quē decet gloria & magnificentia, &c.* Et HILARIVS PICTAVIENSIS enarratio. in Pſal. 140. *Omniū* (ait) *ſanctorum fidelis oratio clamor eſt Deo. fide enim ad eū non vocis clamore clamatur. Martyrum ſanguis voce corporis caret, ſed indignitas necis eorū Deo clamor eſt, &c.* EPHREM EDESSENVS ſermo. De martyribus. *Precamur B. Martyres, qui pro Domino ſaluatore, proq; illius charitate ſponte & impigrè tormenta ſubiſtis, atq; ideo familiariter Domino cōiuncti eſtis, vt pro nobis miſeris & peccatoribus, & negligentiæ ſqualore ſordentibus, Dominū interpellare dignemini, vt ſuperueniat in nos gratia Chriſti, quæ corda noſtra radio ſancta claritatis illuſtret, vt ipſum toto corde diligere poſſimus. Vos nēpe verè beati atq; glorioſi eſtis, quos Angeli & homines pari conſenſu beatos prædicant.* Et poſt pauca: *Nunc igitur, ò beatiſſimi viri, ò glorioſiſſimi martyres Dei, me miſerū veſtris iuuate precibus, vt in illa hora miſericordiam conſequar, quando manifeſta erūt occulta hominum.* Idem oratione in diuinā virginem Mariam, quantis titulis eam decoret ſatis norunt, qui illā deuotiſſimā legerunt. Verùm quia prolixa ſatis eſt, circa medium ita loquitur: *Non mihi* (ait) *alia fiducia, ò Virgo ſincera. Ex vlnis equidem maternis tibi Domina mea deditus ſum miſerabilis, & cliens tuus vocatus ſum, ne maleuolus Sathanas me ad infernas portas abducat. Tu enim meus portus, ò virgo inuiolata, & præſens auxiliatrix: deniq; ſub tutela & protectione tua totus ſum. Crebris lachrymis te, ò celeberrima mater, imploro, & aduoluor tibi, ò Domina mea, ſuppliciter clamans, &c.* Orationem cōſimilē fudit ad B. virg. Maria Ægyptiaca, referente PAVLO Diacono in eius vita. Deniq; GREGORIVS NISSENVS frater Baſilij Magni oratione in eundē S. Ephrem, quæ elegātiſſima eſt, ad calcē ita loquitur: *Tu verò* (ait) *diuino aſſiſtēs altari, vitæq; principi ac ſacroſancta vita cū Angelis ſacrificās Trinitatem, omniū noſtrū recordare, nobiſq; peccatorū veniā impetra, vt ſempiterna regni cœleſtis beatitudine perfruamur in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria in æternū. Amen.* Idem oratione in S. Meletiū Epiſcopum Antiochenū (ſcripſit etiā in eundē Ioannes Chryſoſtomos homiliā) ſic loquitur: *In adytis* (ait) *Sacerdos eſt ad interiora velaminis, quo præcurſor nobis Ieſus introiuit, reliquit carnis exuuias, nō amplius ſimilitudinē, & vmbrā cœleſtiū ſuſpicit, ſed ipſum rerum exēplar intuetur: non amplius per ſpeculū in ænigmate, ſed facie ad faciē Deum alloquitur, & erroribus noſtris veniā implorat, &c.* Idē in S. Theodorū martyrem. *Nos igitur, ò beate anni circulo benignitate Creatoris peracto, ſacrū hūc martyrūq; ſtudioſum cœtū cōgregauimus, cōmune adorantes Dominū, certaminūq; tuorū præconium memorabile celebrantes. Tu verò celebritatis author, quicunq; te ora tenet, huc ad nos veni. Nos enim te vocantē viciſſim vocamus. Quocirca ſiue in æthere ſublimi moraris, ſiue cœleſtem aliquē orbē circumuertis, ſiue inter Angelorū choros cōſtitutus Domino aſſiſtis, ſiue inter principatus & poteſtates, vt ſeruus fidelis eū adoras, iſtis omnibus parumper intermiſſis ad nos, qui te colimus & honoramus, accede. Ac licet oculis noſtris minimè perſpicuus ſis, ſacrificia noſtra tamen intuere, vt quæ Deo, qui tibi pro vno ſupplicio & pia vnica confeſſione tam multa munera largitur, gratias agimus ipſe conduplices. Meritā ex ſanguine, quē effudiſti, & ignis cruciatu, quē pertuliſti, lætitiam percipe. Quot enim ſupplicij tui tunc ſpectatores erāt, tot nunc honoris miniſtros habes. Multis beneficijs indigemus, tu legationis munere fungere apud cōmunē Regem pro patria tua, &c.* Et infrà: *Quod ſi maiore ſit opus auxilio fratrū tuorū martyrū chorū adhibe, & vna cū omnibus ſupplica. Multorum preces iuſtorum, populorū, & nationum crimina diluent. Petrum admone, Paulum excita, &c.* Et NECTARIVS CONSTANTINOPOLITANVS Epiſcopus oratione, *Propter quam cauſam in primo Sabbatho ieiuniorum celebramus memoriam ſancti martyris Theodori, & de ieiunio & eleemoſyna* (ſic oratio titulum præfert) ad calcem ita loquitur: *Nos autē martyrem laudemus hiſ quas par eſt laudibus, & miraculis ſemper recentem ...*

Cornelius I.

Cyprianus Carthaginenſ.

Concilium Romanum ſub Fœlice I.

Hunc Epiſcopum Tyriū dicit Tritemius, ſed Thomas dicit Cyri

Arnobius Preſbyter.

Antonius Magnus.

Concilium Gangrenſe.

Concilium Carthaginenſ.

Athanaſius Alexandrinus.

Oratio ad B. Mariam.

Hilarius Pictauienſis.

Ephrem Diaconus Edeſſenus

moriam in nobis circumferẽtes glorioſa martyris fideliter exclamemus: O ſplendor martyrum & decus ſanctorũ! ò vere Dei donũ [illegible] cuſtos & inui[illegible]ane defenſor Chriſti fidelium, ne obliuiſcaris noſtræ paupertatis & humilitatis, ſed ſemper pro nobis intercedere. Te namq́; etiã poſt mortẽ credimus viuere, vt Dominus dixit, dicens: Qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit, viuet. Tu autẽ qui non ſolum credidiſti, ſed etiam pro ipſo es mortuus, ò merito laudanda martyr in Deo viuis, vita in quam non cadit ſenium, & quæ non terminatur. Quo ergò in Chriſto viuis, & ſtas prope eum, redde eũ tuis precibus propitium tuis famulis, vt per te liberati, ab his quæ hic ſunt moleſtijs, quæ illic ſunt bona conſequamur, &c. Et NICEPHORVS PHILOSOPHVS & Orator, oratione Encomiaſtica, ſeu funebri in S. Antoniũ inter Dei Pontifices & Patriarchas admirabilem (ſic quippè titulum præfert) ad calcem, ait: *Omnium ſanctorum & iuſtorũ aliorum quidem mores, horum verò curſum, aliorũ autẽ actionem ſimul verò omnium ad primum bonũ vehementiſſimum & conſtãtiſſimum imitatus eſt deſiderium. Quo nunc aperiè fruẽs, protegas & defendas, ò diuinum & ſacrũ caput, ſacrũ gregem, & tuis precibus corrobora ſceptra pietatis, & manũ præbeas piæ potentiæ mundi curas cum eo participans, & intercedas apud Deum aſſiſtẽs ſine intermiſſione, pro eo quod oraſti cùm eſſes cum ipſo, & eius vitæ intereſſes [illegible] mundanã eis conſernes nauem in tuto portu diuinæ tranquillitatis, omnes ſedans turbines & tempeſtates improborũ, & obruẽs inſ[illegible]tus inimicorum, tam eorum qui ſub oculos cadunt, quam qui non cadunt, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria, &c.* Et ARETHA CÆSARIENSIS Cappadociæ Epiſcopus, oratione in S. Euthymiũ Epiſcopũ Conſtantinopolitanum habita ad ſepulchrũ illius ad calcem. *Verumtamen qui laborum iam suorum præmia percepiſti, vnà [illegible] es cum duce magiſtroq́; Chriſto, eum iſthuc nobis concilia, vt ſiſtat procellam, tẽpeſtatem cohibeat, maris tumultũ ſedet, his, qui iniurijs affecti fuère, merita præmia perſoluat, ſiue vt iudicium cõuertatur in iuſtitiã, ſiue vt iniuriarũ authores, agnoſcant ſe deliquiſſe, & idoneam contra quam hactenus ab his factum eſt cantilenam auſpicentur.* Idem oratione, in S. martyres Guriam, & Samoniam & Abibum, ad calcem. *Illud quoq́; nullo modo ſilentio prætereundum de puella, quod propter rei admirabilitatem omnem propemodũ fidem exuperat. Viuens namq́; hæc, cum abſceleratis hominibus in ſepulchrũ recens cadaueribus plenum eſſet deiecta, in regione barbara atq́; à patria ipſius longè remotiſſima, vbi ſanctorũ martyrum fidem precibus implorauit, quorum etiã ope freta longam adeo peregrinationem ſuſceperat, certiſſimè quod expectarat conſecuta eſt.* Et infrà: *O ſeruatores celeres expeditiq́; [illegible] fidem veſtrã implorantium adiutores ſtrenui inuicti[illegible]o ad ea quæ ſpopondiſtis perſoluenda ſine mora prompt[illegible] & in tribuendo quod cuiq́; conuenit minimè lenti! Prorſus iam ò ſacer conuentus ac Deo dicata concio, mihi quidẽ perſoluta ſunt quæ vobis erã pollicitus, &c.* Sic & PALLADIVS CAPPADOCIA Epiſcopus lib. Paradiſi de vita ſanctorũ Patrum, c. 48. *Virgo* (ait) *nomine Taor, ad Martyriũ S. Colothi martyris venit, vbi orationibus rite perfectis, aperiri cœpit tale tẽpus quo omnes penitus à memorato recederent loco. Quod cum ita factũ videret cœpit ſedere & inuocare ſancta martyrẽ, dicens: Sancte Colothe benedic eſcam meam, atq́; interuentibus tuis mecum proficiſci digneris, &c.* Refert quoq́; NICEPHORVS CALLISTVS lib. 12. Hiſtoriæ Eccleſ. c. 39. quòd cũ magnus Theodoſius contra Eugeniũ tyrannũ bellũ gereret, & immineret certamen, & moles de eius exercitu aduerſariorũ copijs viſis eũ dehortaretur ne pugnã cõmitteret. *Nequaquã* (ait) *eorũ cõſilio religioſiſſimus acquieuit Imperator. Minime nãq́; tantam tribuendam eſſe imbecillitatem dixit omnipotentis crucis armaturæ, quæ ex aduerſo Herculis imagini oppoſita eſſet. Exercitus enim meo* (ait) *crux præit, illius autẽ copias Hercules ducit. Hæc verba prolocutus, iter ingreſſus eſt. Conſtantinopoli autẽ profectus, vbi in ſeptimo ad Eccleſiã venit quam ipſe Ioãnes Baptiſtæ* (*eum enim præcipuè honorabat*) *conſtruxerat, eam eſt ingreſſus, vt ſimul & precationẽ ad Deum faceret, & Baptiſtam ad ferendũ ſibi auxiliũ inuocaret, quo optatũ ſibi & Romano exercitui exitũ pugna haberet, &c.* Quam autẽ victoriã exinde reportauit in ſequẽtibus deſcribit Nicephorus. Porrò BASILIVS MAGNVS in liturgia ſua quæ approbatur in generali VI Concilio, can. 32. *Sanctifica* (ait) *animas noſtras & corpora, & da nobis in ſanctitate deſeruire tibi omnibus diebus noſtris, interceſſionibus S. Dei Genitricis & omniũ ſanctorũ, qui à ſeculo glorificauerunt te præcipuè ſanctæ & intemeratæ benedictæ dominatricis noſtræ Dei genitricis & ſemper virginis Mariæ, S. Ioannis præcurſoris & baptiſtæ, Sancti N. cuius memoriam facimus, & omniũ ſanctorũ tuorũ, quorum poſtulationibus viſita nos, & memento omniũ dormientiũ in ſpe reſurrectionis æternæ, &c.* Idem oratione 10 S. quadraginta Martyres. *O ſanctũ chorum! ò ſacratum ordinẽ! ò cuneũ inexpugnabilẽ! ò cõmunes generis humani cuſtodes, optimarũ curarũ ſocij, precũ ac votorum innocẽ ſuffragatores, legati apud Deũ potentiſſimi, aſtra mundi flores Eccleſiarum, vos non terra cõtexit, ſed cœlum excepit.* Et paulò antè dixerat: *Beneficium igitur hoc fratres dilectiſſimi, gratiã hanc minime dei[illegible] ex Deo obtinemus. Paratũ eſt hic Chriſtianis auxiliũ, Eccleſia videlicet, martyrũ exercitus triumphantium, chorus laudantium Deum. Sæpè operam dediſtis, ſæpè laboraſtis, vt vnum pro vobis orantẽ inueniretis. Quadraginta ſunt hi vnam orationum emittentes vocem. Vbi enim ſunt duo vel tres in nomine Domini cõgregati, ibi Deus eſt: vbi verò quadraginta fuerint, quis dubitet Deũ eſſe præſentem? Qui aliqua premitur anguſtia, ad hos confugiat: qui rurſus lætatur, hos oret. Hic vt à malis liberetur, ille vt duret in rebus lætis, &c.* Idem oratione in S. Mamantẽ martyrem: *Memores* (ait) *eſtote martyris quotquot illo per ſomnia potiti eſtis, quotquot in hoc loco conſtituti adiutorẽ ipſum ad precandum habuiſtis, quibuſcunq́; ex nomine aduocatus ipſis fuit operibus, quotquot aberrantes ad viã reduxit, quoſcunq́; ſanitati reſtituit, quibuſcunq́; pueros iã mortuos ad vitam reductos reddidit, &c.* Et ad calcem: *Chriſtus in illa nos cuſtodiat indemnes, illæſos, & à lupi rapacitate ſecuros, & Eccleſiã hanc immotã, ac magnis martyrum turribus munitam conſeruet, &c.* Et GREGORIVS NAZIANZENVS oratione 8. in eundem S. Baſilium, ad calcẽ orationis: *Tu autem, ſacrum ac diuinum caput, ex alto nos reſpice, & carnis ſtimulum, inſtructionem noſtrã à Deo nobis datã aut tuis ſiſte precibus, aut fortiter me ferre perſuade, totamq́; vitã nobis in melius permuta. Cum verò emigrabimus, nos ibi tuis excipe tabernaculis, quo ſimul viuẽtes Trinitatẽ ſanctã & beatã pariter aſpiciamus purius & perfectius, cuius nũc ſimulachrũ in anguſtè percipimus, &c.* Idẽ epi. 14 in Patrẽ ſuũ Gregoriũ Epiſcopũ, ad calcẽ. *O[illegible] te nobi[illegible] vbi ſit gloria [illegible] lumen, quod circum te eſt, & circa tuã paulo poſt vxorem, & nunc [illegible] quos præoccupa[illegible]s, neque eiſdem ſuſcipe tabernaculis, popul[illegible] tuo [illegible] etiam concede, tam [illegible] qui tibi commiſſus [illegible], quam qui [illegible] atia tua parti eps eſt factus, tuiſque [illegible] longè præcipuè vt paſtores omnes & Ep[illegible] cuius [illegible] quor[illegible] pater vocaris, &c.* Idem oratione 1[illegible]. in S. Martyrẽ Cyprianum

Oratio deuotiſſima.

Nicephorus Philoſophus orator.

Huius non meminit Thomas Beauxamis.

Aretha Cæſarienſis Cappadociæ Epiſcopus.

Nec huius meminit Thomas.

Palladius Cappadociæ Epiſcopus.

Nicephorus Calliſtus.

O Imperatoris [illegible] ſententiam, quæ [illegible] Principibus [illegible].

Baſilius Magnus.

Mirare vbi Calvinus oculos [illegible].

Gregorius Nazianzenus. Oratio ad S. Baſilium.

ad cal

Oratio ad S. Cyprianum.

A ad calcem. *Tu vero nos ab alto propitius reſpice, noſtrumque ſermonem ac vitam dirige, & ſanctum ouile hoc paſce: aut vna rege, ac reliqua, quantum poſſibile eſt, ad meliora diſpone, moleſtos que lupos ſyllabarum & verborum venatores illos abige, ac S. Trinitatis, cui nunc aſtas, ſplendorem nobis perfectiorem & clariorem gratificare, quam adoramus, quam glorificamus, de cuius nos republica ſumus.* Idem oratione 25. in S. Athanaſiũ.

Oratio ad S. Athanaſium.

Cæterùm Athanaſio amicum & ſacrum caput, tu è ſuperis propitius nos reſpice, & populum ſanctum dirige ſanctæ Trinitatis adoratorem, & nos in pace ſone & compaſce. In certamine autem dirige & ſuſcipe, & cum teipſo ſtatue, & his qui tales ſunt vt tu, etiam ſi magna is poſitio in ipſo Chriſto Domino noſtro, &c. Similiter & oratione 9. in Sororem Gorgoniam, eius auxi- B lium & intercesſionem implorat. & oratione 19. virginem Iuſtinam refert virginẽ Mariam rogaſſe, vt ſibi periclitanti opem ferret. GREGORIVS PRESBYTER in vita eiuſdem Gregorij Nazianzeni, ad calcem. *Tu verò, Pater beata ſcenaq́; verè ſpectator & myſta, vbi voce exultationis & ſalutis Angelis cum ſanctis Deum collaudans, tui memor ſis Gregorij, qui hæc breuiter eſt philoſophatus. Etenim ſi dum hæc apud te proloquor, ob virium etiam defectum dignitate deſtituor, animi tamen promptitudine inobedientiæ me culpam euitaturum ſpero. Siquidem non minus ad te, quam ad Deum ipſum ſacra vox illa pertinet, accepiſſe quidquid ſit pro viribus.* Et ÆTHIOPES in liturgia ſua. *O virgo in omni tempore mater Dei &* C *Chriſti, affer ſuſpirium & in altum orationẽ noſtrã apud dilectos filijq́; tui, vt remittantur peccata noſtra. Lætare Domina, quæ peperiſti nobis lumen verũ Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Ora pro nobis apud Deum, vt ſeruetur anima noſtra. Ora pro nobis in conſpectu throni Filij tui Ieſu Chriſti. Lætare immaculata verè Regina, lætare gloria noſtrorum parentum, quia peperiſti nobis Emmanuelem. O verè mediatrix ante Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: Te ſupplices exoramus, vt memor ſis noſtri. Ora pro nobis, vt deleãtur iniquitates noſtræ.* Et iterum: *O bone miniſter S. Paule ſanator infirmorum, ora & intercede pro nobis, vt liberetur anima noſtra propter multitudinẽ miſerationũ Ieſu Chriſti & ſancti nominis ſui: Amen, &c.* Et IOANNES CHRYSOSTOMVS in liturgia ſua, quæ ab Eraſmo Roterodamo verſa eſt, & ponitur in fine D operum. *Apoſtoli, martyres, Prophetæ, Sacerdotes, Confeſſores, & iuſti, qui bene certamen conſummaſtis, & fidem ſeruaſtis fiduciã ſeruãtes, ad Saluatorem pro nobis ipſis orate ſaluari animas noſtras, &c.* Et iterũ ibidẽ: *Cœleſtis militiæ Princeps Michael, rogamus te nunc indigni, vt tuis interceſſionibus munias nos vmbra immateriatæ naturæ tuæ, cuſtodies nos. Procidimus, & ſine intermiſſione ad te clamamus, a periculis eripe nos, vt virtutum Princeps cœleſtiũ, &c.* Idẽ homi. 66. ad populum Antiochenum: *Chriſtus diſcipulos ſuos poſtquã obierunt fulgere fecit. Et quid dico diſcipulos? Nã* E *& eorum loca & ſepulchra ſimul, & tempora perennis memoria celebrari curauit. Tu verò mihi ſepulchrum oſtendas Alexandri, & profer diem quo vitam finiuit. Nihil horũ inſigne, ſed omnia deſtructa ſunt & exterminata. Chriſti vero ſeruorum & ſepulchra clara ſunt regiam aſſecuta dignitatem, & dies notiſſimi mũdo feſtam afferentes lætitiam, &c.* Et infrà: *Audebis horum Dominum prædicare mortuum, cuius ſerui vel mortui terrarum orbis Regum ſunt protectores. Nec hoc tantũ quis Romæ fieri viderit, verum & Cõſtantinopoli. Nam & Conſtantinum Magnum ipſius filius honore magno cenſuit haberi, ſi pro foribus piſcatoris paternum corpus collocaret. Et quod in regijs ſunt ianitores regibus, hoc ſunt in monumẽto piſcatoribus reges.* Iuſubſequẽtibus

Peregrinatio Sepulchra.

Gregorius Presbyter.

Aethiopes.

Oratio ad Virginẽ Mariam ex liturgia Aethiopum.

Oratio ad S. Paulum.

Ioannes Chryſoſtomus.

Oratio ad S. Michaelem.

Conſtantinus Magnus cultor.

A etiam peregrinationũ ad ſanctorũ ſepulchra meminit. Idem oratione 40 S. Martyres Iuuentinum & Maximum, ait: *Idcirco ſæpe eos iam ſamus, tumulos adornemus, eoſque reliquias cum confidimus. Etenim ſicut milites vulnera, quæ in prælijs ſibi inflicta regi monſtrantes, audenter loquuntur: ita & illi in manibus abſciſſa capita geſtantes, & in medium afferentes, quæq́; voluerint apud regem cœlorũ impetrare poſſunt, &c.* Idem homi. 44 in Geneſin. c. 19 *Quando quod ex nobis eſt ... ſimul offerimus, & accedit interceſſio ſanctorum, plurimũ nobis confert. Quòd ſi ipſi negligentes fuerimus, & ſpẽ in illis ſolis collocamus noſtra ſalutis, nihil amplius nobis prodeſt, non quod infirmi ſunt iuſti, ſed quia propter noſtram deſidiam nos ipſos* B *perdimus, &c.* Idem homi. 2. in Pſal. 50 *O rem admirandam! ô ineffabilem clementiam Dei! Dauid mortuus eſt, & Ezechia viuo patrocinatur. O iuſtorum etiam poſt conſummationem inexpugnabilis pugna virorum! Dauid mortuus eſt, ... poſt mortẽ ſuã inuenitur viuentibus tam grãde præſtitiſſe ſolatiũ. Certè iam defecerat Dauid, & habebat iam multos annos requieſces. Quid autem dicit Scriptura? Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid ſeruum meum. Dauid mortuus eſt, & merita eius vigent, &c.* Plura quidẽ, ſed in alijs locis repoſita ſunt. AMBROSIVS MEDIOLANENSIS lib. De viduis, ait: *Obſecrãdi ſunt Angeli pro nobis, qui nobis ad præſidium dati ſunt. Martyres obſecrandi, quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrocinium vendicare. Poſſunt pro pec-* C *catis rogare noſtris, qui proprio ſanguine, etiam ſi qua habuerunt peccata, lauerunt. Iſti enim ſunt Dei martyres, noſtri præſules, ſpeculatores vitæ actuumq; noſtrorũ. Non erubeſcamus eos interceſſores noſtræ infirmitatis adhibere, quia ipſi infirmitatem corporis, etiam cum vincerent, cognouerunt.* Idem oratione in S. Satyrũ fratrem: *Para frater hoſpitis cõſortium, & quemadmodũ hic omnia nobis fuere communia, ita illic quoq́; ius diuiduum neſciamus. Ne quæſo cupientem tui diu deſeras, properantẽ expecta, feſtinantẽ adiuua, & ſi diutius morari videbor, accerſi. Quid enim mihi ſupereſt ſolatij, quã quod me citiùs ad te frater ſpero venturũ, nec digreſſus tui inter nos longa diuortia fore? tuis interceſſionibus mihi hoc poſſe conferri, vt citius deſiderantem tui* D *aduoces, &c.* Idem ſermone 10 ſuo ictione ſanctorũ martyrũ Geruaſij & Prothaſij, qui ſitus eſt ad calcem operis epiſtolarum, ſæpius interceſſionis ſanctorum meminit. lege ſi vacat. Et iterũ, ſermone in natali S. martyrũ Nazarij & Celſi, qui eſt omnium ſermonũ vltimus, ait: *Licet ſãctus Chriſti teſtis pretioſus confeſſionem, pretioſior ſanguine, crudeli vulnere pretioſior, & tincta veſte candidior: licet hic Mediolanenſium peculiaris putetur priuilegio ſepulchri, ſed omnium eſt communione ſuffragij. Neque enim iſtius verbis charitas profusa, & fides auara tantum huic martyri derogaueris, dum ſibi arrogas, vt ſolum erga mœnia ſua patrocinij illius beneficia affutura eſſe* E *credideris. Non clauditur locus, quod diffunditur meritis. Inuocaſti vbique martyrem, vbique te exaudit ille qui honoratur in martyre, &c.* Et MAXIMVS TAVRINENSIS homilia in die S. Agnetis, ad calcem. *Itaque ô ſplendida Chriſto pulchra Dei filio, & omnibus Angelis grata & Archangelis, vt noſtri meminiſſe digneris, quibus poſſumus precibus exoramus, vt nobis ille tribuat peccatorum indulgentiam, qui tibi tuorum omnium laborum tradidit palmam, qui regnat cum Patre & Spiritu ſancto. &c.* Idem homilia in die S. Octauij Aduentitij & Solutoris martyrum Tauricorum. *Cuncti martyres (ait) deuotiſſimè percolendi ſunt, ſed ſpecialiter hi veneran di ſunt a nobis, quorum reliquias poſſidemus. Hi enim nos orationibus*

Peregrinatio ad Sancta loca, ubi ſanctorum reliquiæ.

Ambroſius Mediolanenſis.

Maximus Taurinenſis Epiſcopus.

Oratio ad S. Agnetem.

adiuuant,

adiuuant, iſti etiam adiuuant paſſione. Cum his autem nobis familiaritas eſt. Semper enim nobiſcum ſunt, nobiſcum morantur, hoc eſt, & in corpore nos viuentes cuſtodiunt & de corpore recedentes excipiunt. Hic ne peccatorū nos labes abſumat, ibi ne inferni horror inuadat. Nam ideò hoc a maioribus prouiſum eſt, vt ſanctorum oſſibus corpora noſtra ſociemus, vt dum illos tartarus metuit, nos pœna non tangat: dum illos Chriſtus illuminat, nobis caligo tenebrarum diffugiat, &c.

Reliquiæ Martyrum.

Euſebius Emiſſenus Epiſcopus.

Et EVSEBIVS EMISSENVS homilia in S. Stephanum prothomartyrem, ad calcem. *Dum pro [illegible] Stephanus ſupplicat, ſpem noſtram, ac fiduciam nutrit. Nam dum pro perſecutoribus deprecatur, [illegible] cultoribus ſuffragia pollicetur.* Vide reliquū infra, Reliquiæ, &c. Idem homilia in S. Martyres Ephipodium & Alexandrum, non longè ab initio. *Indigenarum martyrum cultus, & honor ſpecialium patronorum, ſicut peculiare dat gaudium, ita proprium requirit affectum. Etenim ſi peregrinas palmas, extraneaſque victorias, & coronas ac tranſmarinos triumphos tanta nos oportet ſedulitate venerari, vt quod alienum eſt [illegible] noſtrum [illegible] officiis, & illud quod non includitur ſepulchris ſit commune ſuffragijs quantò [illegible] impenſius conuenit in eorum celebritate ſeruare ſtudio [illegible] ambare æmulatam, quibus multiplicem debet religio deuotionem. Eccleſia honorem, patria charitatem: [illegible] ſi [illegible] ſorum per vnius parentis gremium iure naſcendi cognati ſumus, ita nobis erga eos pietatis & gratia [illegible] vindicemus, atq; ad eos fides deuotione [illegible] accedamus, [illegible] quorum eſſe ciues gratulamur in terris, cum his municipatum habere mereamur in cœlis, &c.* Reliqua vide inſerta in dictione, Reliquiæ, &c & Dies feſti, &c.

Tanti inter patronos vocat & ſuſcipiendos martyres.

Cyrillus Hieroſolymitanus.

Et CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Catecheſi 16. Illuminatorū Hieroſolymis *Cui Spiritus ſanctus donatus eſt, anima ſplendore illuſtratur, & pluſquam homo cernit, & in terra eſt corpus, & anima cœlos contemplabitur. Nec in tenebris quicquam occultatur ſanctis, &c.* Idem Catecheſi 18. De venerandis ſanctorum reliquijs copioſè tractat, vt videbis ſuo loco inſertū. Tum Catecheſi Myſtagogica 5 memoriam ſanctorum Apoſtolorum & martyrum & Prophetarum in Miſſarū ſolennijs profitetur, vt ſuo loco diximus.

Sancti omnia vident.

Paulinus Nolanus Epiſcopus.

Et PAVLINVS NOLANVS ſtatim in initio ſui operis, in S. Fœlicē martyrē Natali 1. ſic orditur:

Inclyte confeſſor meritis & nomine fœlix,
Qui dominum Chriſtum conſtanti voce profeſſus,
Contemnendo truces meruiſti euadere pœnas,
Vectus in æternum ſine ſanguine martyr honorem.
O Pater, o Domine, indignus licet annue ſeruis,
Vt tandem hanc fragili trahimus dū corpore vitam
Sedibus optatis, & qua requieſcis in aula
Hunc liceat celebrare diem, &c.

Et Natali 2. pro ſequitur:

Sis bonus ô Fœlixq; tuis, Dominumq; potentem
Exores, liceat placati munere Chriſti,
Poſt pelagi fluctus, mundi quoq; fluctibus actis
In ſtatione tua placido conſidere portu, &c.

Alphanus Salernitanus.

Et ALPHANVS SALERNITANVS Epiſcopus in opere de vita 12. fratrū martyrū, quorū vitam nos dū nouitioli tyrocinio detineremur diffuſiſſimo ſtylo proſa deſcripſim*. Sic verò ille loquitur:

Huius non meminit Thomas.

Eſt ſed vera ſalus medicinaque Chriſtus,
Qui me ſaluauit, natum ſeruauit, Auerni
Faucibus abſtraxit, meritis precibuſq; ſuorum.
Sanctorum, dæmon quos peſſimus omnibus horis
Nomine clamabat, quos & virtute ferebat præcipuos &c.

Aurelius Prudentius.

AVRELIVS PRVDENTIVS in Periſtephano, Hymno de S. Agnete, ad calcem:

O virgo fœlix, o noua gloria,
Cœleſtis arcis nobilis incola,
Intende noſtris colluuionibus,
Vultum gemello cum diademate, &c.

Idem Hymno in S. Martyrem Vincentium:

Beate martyr proſpera
Diem triumphalem tuum,
Quo ſanguinis merces tibi
Corona Vincenti datur. Et ad calcem hymni:
Adeſto nunc & percipe
Voces precantum ſupplices,
Noſtri reatus efficax
Orator ad thronum Patris.
Miſerere noſtrarum precum.
Placatus vt Chriſtus ſuis,
Inclinet aurem proſperam,
Noxas nec omnes imputet.

Idem Hymno in vitam S. Romani martyris ſtatim initio ſic enim inuocat martyrem:

Romana Chriſti fortis adſertor Dei,
Elinguis oris organum fautor moue,
Largire comptum carmen infantiſſimo,
Fac vt tuarum mira laudum concinam, &c.

Elpis vxor Seuerini Boetij.

Et ELPIS vxor Seuerini, in Hymno de Apoſtolis Petro & Paulo:

Vos ergò modo glorioſi martyres,
Petre beate, Paule mundi lilium,
Cœleſtis aulæ triumphales milites,
Precibus almis veſtris nos ab omnibus
Munite malis, ferte ſupra Sydera, &c.

Huius non meminit Thomas.

FORTVNATVS PICTAVIENSIS ad calcem lib. 2. in vitam S. Martini:

Da veniam, quia te cecinit rea lingua relatu,
Fer pietatis opem miſero miſeranda miſerior
Rector, vt altithrono cum venerit arbiter orbis,
Tum memor obtineas delicti obliuia noſtri,
Inter me ac Dominum mediator adeſto benigne,
Quem ſua culpa ligat, tua, vt interuentio ſoluat,
Spes fortunati ſis fida ſalutis egeni,
Suppliciter humilem tibi ſe ſtrauiſſe, Patrone, &c.

Et lib. 3. ad calcem ita orat:

—Martine Senator,
Cui dedit arma fides, & cui fiducia Rex eſt,
Miles amore cliens, & factus honore cohærens,
Qui potes, ore meo veniam depoſce reatus, &c.

Paulus Diaconus.

Et PAVLVS Diaconus in Hymno edito ad honorem S. Ioannis Baptiſtæ, ſic incipit:

Nec huius.

Vt queant laxis reſonare fibris,
Mira geſtorum famuli tuorum,
Solue polluti labij reatum
Sancte Ioannes.
Nunc potens noſtri meritis opimis
Pectoris duros lapides repelle,
Aſperum planans iter & reflexos
Dirige calles, &c.

Idem in vita S. Mariæ Ægyptiacæ, quæ lecta eſt in Concilio generali VII refert beatā illā peccatricē corā imagine Deiparæ virginis orationem fudiſſe, quā inſeruimus in vocab. Imago, &c. Ad calcem autem hiſtoriæ, refert, quòd cùm defuncta eſſet in heremo, Zozimas lachrymis pedes eius abluēs, & multipliciter effuſa prece exorans, operuit terra corpuſculum aſtante leone.

Hieronymus Stridonenſis.

Et HIERONYMVS STRIDONENSIS multipliciter ſanctorū venerationē & interceſſionē defēdit cōtra Vigilantiū, libro edito in eundē, & epiſt ad Riparū, vt diximus in vocab Reliquiæ, &c. & in Epitaphio Paulæ ad Euſtochiū, ad calce: *Vale (ait) ô Paula & cultoris tui extrema ſenectutem orationibus iuua: fides & opera tua Chriſto te ſociat, præſens faciliùs quod poſtulas impetrabis.* Idem epiſt. ad Paulā de obitu Bleſillæ

Clamat Bleſ… defuncta, Putas me eſſe ſolam: Habeo pro te Mariam matrem Domini. Miſereris mei quia mũdum reliqui. At ego veſtram ſortem doleo, quos adhuc ſeculi carcer includit: quos quotidie in acie prœliantes nunc ira, nunc auaritia, nunc libido, nunc variorum incentiua vitiorum pertrahunt ad ruinam. loquitur illa & alia multa, quæ taceo, & pro te dominum rogat, mihiq́; vt de eius mente ſecurus ſim, veniam impetrat peccatorum, &c. Idem epiſtola ad Marcellam. *Martyrum vbique ſepulchra veneramur, & ſanctam fauillam oculis apponentes, ſi liceat etiam ore contingimus. Et monumentum in quo Dominus conditus eſt, quidã exiſtimant negligendum?* AVGVSTINVS HIPPONENSIS lib. 21. cõtra Fauſtum, cap. 21. *Populus* (ait) *Chriſtianus memorias martyrum religioſa ſolennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum conſocietur & orationibus adiuuetur. Ita tamen vt nulli martyrũ, ſed ipſi Deo martyrum, quamuis in memorias martyrum conſtituamus altaria. Quis enim Antiſtitum in locis ſanctorum corporum aſſiſtens altari aliquando dixit: Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? Sed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronauit, vt ex ipſorum locorũ admonitione hos imitari affectus exurgat, ad acuendam charitatem in illos quos imitari poſſumus, & in illum quo adiuuante poſſumus. Colimus ergo martyres eo cultu dilectionis & ſocietatis, quo & in hac vita coluntur ſancti homines Dei, quorum cor ad talem pro Euangelica veritate paſſionem paratum eſſe ſentimus. Sed illos tanto deuotius, quanto ſecurius poſt incerta omnia ſuperata, quanto etiam fidentiore laude prædicamus iam in vita fœliciore victores, quam in iſta adhuc vſque pugnantes, &c.* Idem lib. 21. De ciuitate Dei, c. 18. *Neque credendum eſt* (ait) *tunc amiſſuros ſanctos viſcera miſericordiæ cum fuerint pleniſſimæ ac perfectiſſimæ ſanctitatis, vt qui tunc orabant pro inimicis ſuis quando & ipſi ſine peccato non erant, nunc non orent pro ſupplicibus ſuis quando nullum coeperint habere peccatum. At vero Deus nõ exaudiet tot & tales filios ſuos, quando in tanta eorum ſanctitate nullum inueniet orationis impedimentum?* Idem lib. De cognitione veræ vitæ, cap. 9 *Cum ſanctos in oratione inuocamus, ſic oportet de eis cogitare conſtitutis in gloria æternæ claritatis, ſic ſplendidiſſima lumina longe præ fulgore Solis lucentia, quæ omnia bona pleniter in Dei viſione habeant, & cunctis ſe inuocantibus potenter ſubueniant.* Et cap. 39. ſubdit: *Cum anima noſtra aliquid ſecundum Deum deſiderant, & hoc ſibi à Deo per ſanctos dari ſine corde ſine lingua ſine voce poſtulant, animæ ſanctorum, quibus eſt idem audire quod videre, & è conuerſo, non voces, ſed verba inuenies, deſiderata eis à Deo impetrant, &c.* Idem in Pſal. 58. *Dominus noſter Ieſus Chriſtus adhuc interpellat pro nobis. Omnes martyres qui cum illo ſunt interpellant pro nobis. Non tranſeunt interpellationes eorum, niſi cum tranſierit gemitus noſter, &c.* Idem lib. 7. contra Donatiſtas, cap. 1. *Beatus Cyprianus qui iam perſpicit veritatem … quam meruit adipiſci per charitatem, adiuuet nos in orationibus ſuis in iſtius carnis mortalitate tanquam in caliginoſa nube laborantes, vt donante Domino quantum poſſumus bona eius imitemur, &c.* Plura hic infererem eiuſdẽ teſtimonia, ſed quoniam in alijs iam locis ſæpiùs ea inſeruimus, ideò ſuperſedemus. Porrò VICTOR VTICENSIS lib. 3. perſecutionis Affricæ ſub Genſerico & Humerico Vandalo, ſub finem. *Adeſte Angeli Domini, qui nunquam deeſtis conſtituti in miniſterio veſtro propter eos qui hæreditatem capient ſunt æternæ ſalutis: & videte Affricam totam dudum tantarum Eccleſiarum cuneis fultam, nunc ab omnibus deſolatam, tantis ordinibus ſacerdotum ornatam, nunc ſedentem viduam & abiectam. Dicite Deo noſtro ſuſceptori, & habentes fiduciam ſupplicandi, quoniam tribulatur & venter illius turbatus eſt a fletu eius, quia ſedit inter gentes, & requiem non inuenit, nec eſt qui conſoletur eam. Deprecamini patriarchæ, de quorum ſtirpe generis nata eſt quæ nunc laborat in terris. Orate ſancti Prophetæ cognoſcentes afflictam, quam antea vaticenante præconio cecinistis. Eſtote Apoſtoli ſuffragatores eius, quam vt congregaretis vniuerſum orbem, aſcendente in vobis Domino, vt equi velociſſimi curſitaſtis. Præcipue tu Petre benedic, quare ſtas pro ouibus, & agnis à communi Domino magna tibi cautela & ſolicitudine commẽdatis? Tu ſancte Paule gentiũ magiſter, qui ab Hieruſalem vſq; ad Illyricum prædicaſti Euangeliũ Dei, cognoſce quid Vandali faciunt. Arriani, & plaſmegemunt lugendo captiui, &c.* Et EVSEBIVS MONACHVS epiſtola de tranſitu beati Hieronymi ad Damaſum, vt habetur tomo 4. epiſtolarum Hieronymi. *O virum ineffabilis, ô virtutum vas admirabile, ô ſplendor patientiæ, ô lampas præfulgenda, ô diadema honoris & gloriæ, angularis lapis firmiſſimus, exemplar innocentiæ, columna aurea, & totius Eccleſiæ fundamentum. Sancte Hieronyme quaſo tui ſerui, quamquam viliſſimi, recorderis, vt tuis interuentionibus à peccatis emunder, tua gubernatione recto calle, inoffenſo pede procedam, tuis defenſionibus aſſiduis ab inimicis mihi continue inſidiantibus protegar, tuoq́; ſancto ductu ſalutis attingam portum, &c.* Et PROCOPIVS GAZÆVS lib. Commentariorum in Exodum. *Cum* (inquit) *tempus aduenisset, quo ſcelerati Iudæi funditus interirent, ſanctorum preces conſeruarunt reliquias, cum Romana arma cæteros abſumerent.* Idem lib. Cõmentariorum in Geneſin, c. 4. exponẽs illud: *Ecce vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me, &c. Hoc loco ſanguis* (ait) *pro anima accipi poteſt veriſſime: nam Deus exaudit ſanctos, & ſi mortui fuerint, eos immortalem vitam viuere præſumendo.* Et PROCOPIVS CÆSARIENSIS Hiſtoriographus, cuius nos antè fecimus mentionem libro primo Hiſtoriarum. *Iuſtinianus Imperator cum grauiter ægrotaret, medicorum auxilio deſtitutus, relicta arte humana fiduciam vertit ad reliquias ſanctorum quatuor Martyrum, qui olim quidem Romæ milites fuerunt, ſicq́; in ſumma neceſſitate veris opinionibus adiutus eſt.* Et VIGILIVS TRIDENTINVS in vita ſancti Siſinnij & aliorum. *Nunc me immeritum, ſancte Siſinni, vtroque conſortem paterno amore conſolare, & cum eiſdem ſanctis apud eoſdem exorator accede, quatenus poſſim die illa fimbriam aut ſacerdotum aut martyrum iam omnibus ſepoſitis peccatis attingere, &c.* Et THEODORETVS CYRENSIS libro octauo, De curandis Græcorum affectibus, de martyribus, ait: *Nos Chriſtiani, ô Græci homines, nec hoſtias martyribus, nec libamina vlla deferimus, ſed vt ſanctos homines, Denique amiciſſimos honoramus, tanto enim amore creatorem Deum generiſque humani vendicem proſecuti ſunt, vt amabile illis fuerit pro accepta ſemel religione iugulum percuſſori porrigere.* Et infrà: *Qui peregre aliquo proficiſcuntur, petunt martyres ſibi comites eſſe in via, vel potius itineris duces. Qui vero iam ſoſpites redierunt, gratias agunt, acceptum beneficium confitentes. non qui ſe ad Deos accedere arbitrentur, ſed qui orent Dei martyres tanquam diuinos homines, intercesſoreſque ſibi eos apud Deum aduocent ac precentur. Pie verò fideliterque precatos ea maxime conſequi quæ deſiderant teſtantur illa quæ votorum rei dona perſoluunt manifeſtum adepta ſanitatis indicia.* IDEM in præfatione in opus

Reliquias adorat & veneratur.

Auguſtinus Hipponenſis.

Tot teſtimonia quomodo … confutatur impudentia Caluini.

Sancti nobis … audiant noſtras preces.

Igitur Chriſtus non ſolus aduocatus.

Victor Vticenſis Epiſcopus.

Oratio ad omnes ſanctos.

Euſebius Monachus.

Procopius Gazæus.

Procopius Cæſarienſis.

Vigilius Tridentinus

Theodoretus Cyrenſis.

Quid apertius?

A de vita S. Patrum, quod Philotheum dicitur. *Nobis igitur dum paucorum ſanctorum ante nos & noſtra tẽpeſtate florentiũ vitã ſcribere, & quaſi leges quaſdam illos imitari volẽtibus proponere conamur, eiuſdem opis indigentibus illa communem ſanctorum precibus prius implorata narrationis initium faciendum eſt, &c.* Idem in vita Iuliani Sabæ, ad calcẽ. *Hic ergo huius enarrandis geſtis fine impoſito ad alium aggrediar, ſi prius viros illos de quibus in hac narratione mentionem feci, rogauero, vt mihi diuina gratia beneficium impetrare contendant.* Idem ad calcem vitæ Martiani ſerui Dei. *Ego verò rurſus huic narrationi fine impoſito, oro atque obſecro, vt horum omnium precibus adiutus diuinam opem me conſecuturum ſciam.*

Leo I.

Vigiliæ celebrandæ.

B L E O I. ſermone 8 de ieiunio decimi menſis, ait: *Sabbatho apud beatiſsimũ Apoſtolum Petrum vigilias celebremus, qui & orationes, & ieiunia, & eleemoſynas noſtras precibus ſuis dignabitur adiuuare.*

Cyrillus Alexandrinus.

C Y R I L L V S A L E X A N D R I N V S libro 9 in Leuiticum, exponens parabolã diuitis epulonis, oſtendit quomodo ſancti audire poſſint peccantiũ gemitus & orationes. Et lib 6. contra Iulianu Apoſtatã qui obiiciebat Chriſtianis, quòd homines mortuos adorarent, ait: *Sanctos martyres neque Deos facimus, neque adorare conſueuimus: ſed eos potius ſummis honoribus. Proinde non eſt indignum, imo etiam neceſſarium, eos, qui claris operibus glorioſi ſunt, perpetuis honorare laudibus.*

Satisfactum ſic (?) Iuliano.

C *Et quoniam optimus iſte* (ſcilicet Iulianus) *ſanctos non ſinit abſq; reprehenſione venerari. Et nos autem non Deos factos eſſe ſanctos martyres diximus, ſed omni honore dignari conſueuimus, &c.* Sanctorum intercesſionem confiteior G A L L A P L A C I D I A epiſtola ad Æliam Pulcheriam Auguſtam, vt repoſuimus ſuperiùs.

Galla Placidia.
Hæc quæ ſequuntur nõ inſeruit Thomas.
Concilium Chalcedonenſe generale 4.

Sed & Cõcilium C H A L C E D O N E N S E generale IV. actione 11. dum cauſa ventilaretur, Baſſiani Epiſcopi Epheſij, & mentio incidiſſet de Flauiano Epiſcopo Cõſtantinopolitano Epiſcopo, quem Dioſcorus impius Epiſcopus Alexandrinus in exilio perimi fecerat, Concilium præfatum acclamauit. *Flauiano æterna memoria Flauianus poſt mortem viuit, martyr pro nobis oret, &c.* De eiuſdẽ reliquiis vide ſuprà, Reliquiæ, &c.

Epiſcopi Europæ.

D Porrò E P I S C O P I E V R O P A E epiſtola ad Leonem I. Imperatorem, circa medium. *Sanctiſſimum quidem Proterium Alexandrinum Pontificem ab hæreticis inique in baptiſterio occiſum, in ordine & in choro ſanctorũ martyrũ ponimus, & eius interceſſionibus miſericordem & propitium Deum nobis fore poſtulamus.*

Nec hæc Thomas & quæ ſequuntur.
Concilium Sardicenſe: vrbs eſt Syriæ metropolis.

Patres Concilij S A R D I C E N S I S II epiſtola ad Leonem I Imperatorem. *Chriſtianiſſimum imperium in augmento fidei & pacifica vita ſanctorum interceſſionibus conſeruare dignetur altiſſimus.*

Ioannes Ieroſolymitanus.

Denique I O A N N E S H I E R O S O L Y M I T A N V S & omnes Epiſcopi congregati cum eo, epiſtola directa ad generalẽ V. Synodum, quæ habetur actione 1. eiuſdem circa finem. *Sanctam & glorificatam Dei genitricem Mariam vna nobiſcum ſupplicate, intercedite pro pace ſanctarum Eccleſiarum, & victoria ac perpetuitate piiſſimi & ſereniſſimi imperatoris noſtri.*

Quæ præcedũt & ſequũtur nõ Thomas ſcrutans receſsit.

Monachi Conſtantinopolitani, &c.

E Et M O N A C H I C O N S T A N T I N O P O L I T A N I ſecundæ Syriæ, montis Synai Hieroſolymorum, &c. Epiſtola ad Iuſtinianum Imperatorem, quę lecta eſt in Concilio præfato Hieroſolymis celebrato ſub Ioãne Patriarcha, vt habetur actione 1. eiuſdem generalis V. Synodi, dum contra Anthimi impij Conſtantinopolitani Epiſcopi auſus ſcribunt: *Sancti viri aiunt, qui ſpe in præſenti vita exiſtente, poſt Deum ad veſtram pietatem reſpiciente hæc finem a vobis accipere expectamus. Implendo itaque quæ ab illo iuſte ac canonice*

A *iudicata fuere, & per generalem veſtram ſanctionẽ iſta confirmanda, taliaq; de cætero præſumi interdicendo, illum beatam animam coleti, quæ cum Deo proximior ſit, eo quod vinculo terræ & carnis huius ſoluta ſit, & fiducia ex propriis bonis operibus adepta, pro pace & ſalute veſtra pietatis intercedit, &c.* Et G R E G O R I V S I cuius hodie diem ſolennem colimus anno 1571. epiſtola ad Secundinum incluſum, lib. 7 Regiſtri, epiſtola 53 Rogo ait *omnipotentem Deum, vt ſua te gratia protegat, & B. Petri Apoſtolorum principis interceſſione a malis omnibus illæſum conſeruet.* Idem ibidem. *Peto autem, vt pro me orare enixius debeas, vt eius interceſsionis ope & a malis præſentibus*

Gregorius I. huius feſtum agebatur dies dum hæc ſcriberem anno 157.

B *eripi, & æternis merear gaudiis præſentari.* Idem eodem libro epiſtola 126. ad Reccaredum Regem. *Solatium* (inquit) *noſtri Saluatoris per interceſſionem Ioannis Baptiſtæ præcurſoris eius habeatis, &c.*

Beda Venerabilis.

Et B E D A V E N E R A B I L I S expoſitione in capit. 5. Actuum Apoſtolorum, ait: *Petrus vmbra corporis ſui inuiſibiliter alleuiabat infirmos, nunc inuiſibili ſuæ interceſſionis vmbraculo fideles infirmos roborat, &c.* Idem in librum Iob, cap. 3. *Angelus* (ait) *quilibet de cœlo aſſiſtens ante faciem Dei, poteſt pro quolibet peccatore in flagellis caſtigationum poſito intercedere Ipſis enim eſt cura iniuncta à Deo, vel maxime vt hominibus vel diuerſis nationibus defenſionis ſiue cuſtodiæ ſuæ opem ferant, ſicut & in ſancti Danielis viſionibus cõtinetur, &c.*

Ioannes Damaſcenus.

C Et I O A N N E S D A M A S C E N V S lib 4. Orthodoxæ fidei, cap. 16. *Quomodo* (inquit) *non honorandi ſunt, qui cultores & amici & filij Dei exiſtunt. Nam honor erga gratos & benignos conſeruos beneuolentia, erga communem Dominum, indicium eſt.* Et infrà: *Omne donum bonum a Patre luminum, per eos, his, qui indubitabili fide petunt, deſcendit. Quantum ſane laborares vt inuenires adiutorem, qui ad mortalem regem te adduceret, & pro te ad ipſum ſermones faceret, Adiutores ergo totius generis Dei pro nobis ſupplicationes porrigentes non honorandi ſunt? certè honorandi, templa à nobis erigenda ſunt in ipſorum nomine, fructus afferendi illorum memoriam venerantibus, & in ipſis lætantibus ſpiritu, vt propria inuocantium lætitia fiat, ne nos non colere tentati, è conuerſo ipſos irritemus. Nam his à quibus*

Sancti Patroni ſunt & adiutores, & in eorũ nomine templa erigenda.

D *Deus colitur, & eius ſerui delectantur, & quod deſpicit Deum, & eius deſpiciunt clientes, &c.* I O A N N E S H I E R O S O L Y M I T A N V S Patriarcha (alius ab illo, qui iam ſuperiùs citatus eſt) in vita eiuſdem S. Ioannis Damaſceni, ad calcem. *O beatiſſime, ignoſce mihi, proq; me apud Deum feruens & irreprehenſibilis interceſſor eſto. Fac, obſecro, & me (tametſi corpore adhuc peregrinum) Trinitatis adoratorem non craſſum & carnalem, ſed ſpiritualem. Fac totum hinc corpore aſcendentem, totum cõtemplationis amore peregrinum, toto holocauſto amoris diuini conſecratum, & cum è carne migrauero, nullis adhærentibus affectionibus fiducia bona tecum coram Deo ſtatuar, quem decor, omnis gloria, honor, & adoratio decet, &c.*

Ioannes Hieroſolymitanus.

Oratio ad S. Ioannem Damaſcenum.

E Et M I C H A E L S Y N G E L V S ad calcem vitæ S. Dionyſij Areopagitæ. *Eia igitur, ò diuinorum præconum ac ſummorum Præſulum & martyrum ampliſſime, Pariſia diuino & ſublimi altari impoſitus, inter eos qui tecum coronati ſunt medius adſiſtens, benignum Ieſum verum Deum ſummumq; ſacerdotẽ coronatorem, & omnis benignitatis authorem vniuerſo mundo propitium reddens, quem dilexiſti, quem prædicaſti, per quem capite truncatus coronam digne retuliſti. Nunc eos qui in ſacram ac venerandam hanc tuam celebritatem, & optatiſſimam memoriam celebrare conuenientes ungunt, laudantes ac martyrum præmio digniſſimũ honorantes, aſpicere, amplexari, atq; bene precari, ac*

Michael Syngelus Presbyter Hieroſolymitanus.

benignum

benignum Deum propitium redderet & precibus compellare velit. Te maximè ac diuiniſſime Præſul Martyrum illuſtriſſime, obſecramus, vt a moleſtia vita, quæ nos circunſtat liberare, tyrannidem, quæ in nos graſſatur, tollere, mœrorem, quo obſiti ſumus, repellere, tranquillitatem ac profundam requietem, & ſtatum perturbatione vacuum Eccleſiis impertiri digneris: vt pace conſtituta, & vna diuina religionis concordia, & paritate conſilij dominante, verus & ſummus ille paſtor & Princeps pacis Chriſtus ab omnibus vnanimiter glorificetur, quem decet omnis gloria, &c. Et SVIDAS

Suidas Græcus.

GRAECVS in vita S. Nicolai, vocabulo, Nicolaus, in lexico, &c. *Cùm in ſomnis* (ait) *Nicolaus Conſtantino regi aſtitiſſet, & tres duces iniuſtam calumniatoris opera capite damnatos, exaudita eorum precatione, liberauit, & alios quoſquam milites ſimiliter à morte eripuit. Neque vſque in hodiernum diem ceſſat eius patrocinium implorantes ab omni neceſſitate vindicare.* Eundem S. Nicolaum in liturgia ſua Chryſoſtomus inuocat. Idem SVIDAS in vo-

Suidas Græcus.

cabulo. Conſtantinus Copronymus: *Eo* (inquit) *dementia* (ſcilicet Conſtantinus Copronymus Imperator) *peruenit, vt publicitus populo ſanctionem vniuerſalem propoſuerit, ne quis omnino miniſtrorum Dei ſanctus diceretur, ſed vt reliquiæ eorum inuentæ deſpicerentur, néve interceſſio illorum, quod nihil poſſent, peteretur. Quin mortalium omnium impuriſſimus præcipere eſt auſus, ne quis Mariæ interceſſionem imploraret. Non enim* (inquit) *opitulari cuiquam poteſt. Et ne ea, Deigenitrix appellaretur, ſanxit, atque acceptis in manus auro refertis loculis eiſque multitudini oſtenſis, quanti eos æſtimaret interrogauit. Atque vbi illa plurimi, dixiſſet, ex eiſdem loculis auro effuſo, rurſus quanti illos faceret, quæſiuit. Et poſtquam populus, Nihili, ſubintuliſſet. Ad eundem* (inquit) *modum Maria* (neque enim Dei genitricis nomine miſer eam eſt dignatus) *quoadvſque Chriſtum geſtauit in vtero, honore digna fuit, cum porro vbi enixa eſt, nihil fœminis aliis dignitate præſtitit. O audacem Saracenorum fidei & Iudaicæ ſententiæ conſectatorem blaſphemiam! Atqui & eiuſmodi ille coluit, & victimas humanas ex aduerſo vbi ſacrificans obtulit, vbi diuæ Mariæ templum fuit, quod ſolo æquatum, & per cædes profanatum, Mauram deinde locum ipſum appellauit, in quo noctu ſacra facere, & pueros mactare ſolitus fuit. Teſtatur hoc caſus Hemij filius, quem cum in occulto ad aras illi mactaret, factum ad Dei in apertum protulit.* Hæc Suidas, qui etiam teſtatur in vocabulo, Epiphanius.

Conſtantinus Copronymus [illegible] blaſphemus, cuius imitatores ſunt hæretici Caluiniſtæ, verum quid de illo Suidas ſcribat lege.

Epiphanius Olybrienſis epiſcop.

EPIPHANIVM SELYBRIAE vel Olybriæ Epiſcopum librum perutilem aduerſus imaginum combuſtores conſcripſiſſe: fortè contrà prædictum Imperatorem, vel Leonem III. Iſaurum, de quo copioſè diximus in vocabulo, Imago, &c. Porrò SIMEON METAPHRA-

Simeon Metaphraſtes.

STES in vita S. Sabæ Abbatis, quæ lecta eſt in Concilio generali 7. narrat hoc modo. *Erant quidam fratres genus ducentes ex campeſtri regione, ſanctum ſemper colentes, & in eum admirandam ſpectantes magnam fidem oſtendentes. Hi in agro viuentes, & eum ſuis colentes manibus, in ipſo tempore vindemiarum quodam malo morbo feriuntur, & ſpem omnem vitæ abiiciunt. Atque illi quidem graui morbo iacebant oppreſſi, fructus autem egebat manu quæ eum colligeret. Cum hi ergo bifariam diuiſum haberent animum, & propter metum mortis, & propter fructuum interitum, nec poſſent inuenire vllam mali ſolutionem, ſancti vix tandem recordantur, & eum inuocant, vt malo ferat auxilium. Ille verò eis præter ſpem citò ſubuenit, & vtrique eorum apparens ſeparatim hæc ſignificat: ſe Deum quidem pro eis rogaſſe, & oportere eos mane exire in agrum & vineas, moxque ſanati ſunt, &c.* Et infrà. *Vbi Sarracenus quidam camelos ducens, vnus eorum in torrentem deciddiſſet, clamauit protinus: Abba Saba, preces tuæ meo camelo opem ferant, ſtatimque liberatus eſt, &c.* Idem in vita S. Martyrum Sebaſtiani & ſociorum, Sebaſtianum dixiſſe refert. *Ad aliam ſummus vitam tranſituri, in qua conuenienter his quæ geſſerit accipiet vniſquiſque remunerationem: vbi hi quoque* (ſcilicet Marcus & Marcellinus martyres Chriſti) *habitantes, & cum Chriſto lætantes recordabuntur & parentum, & filiorum, & vxorum bona eis poſtulantes, & ſuis ad Deum ſupplicationibus facilem eis viam præbentes.* Idem in vita Martiniani heremitæ, refert quòd cùm eſſet in extremis, quidam eum conuenit Epiſcopus dicens. *Tu autem quando habitabis in regno cœlorum, mea quoque animæ recordare, Rogo te. Sanctus verò reſpondens dixit ei: Benedic me venerande pater & ora pro me, vt inueniam fiduciam dum ſtabo ante terribile tribunal Chriſti, &c.* Plura ſunt eiuſdem viri teſtimonia, ſed pauca hæc ſufficiant. Præterea

Hunc ſolum Pſellum, doctiſſimum appellat verum Michaele Pſellum nominatum dicit [illegible] de honeſta [illegible] ſciplina.

MICHAEL PSELLVS Græcorum eloquentiſſimus, in oratione Encomiaſtica in eundem S. Simeonem Metaphraſtem ad calcem ait. *Atque hic quidem contactus, virorum omnium optime & eruditiſſime ſatis ſuperque oſtendit puritatem tuam & ſanctitatem: Nam alia quoque tibi ſufficiunt ad accuratiſſimam virtutis conſummationem. Tu autem ſis mihi propitius, ſi non perfectè expreſſi omnem tuam virtutem, neque ex omnibus tuis bonis tibi parem attuli laudationem: nec mihi iraſcaris propter ea quæ ſunt a me prætermiſſa, ſed eorum quæ ſcripſi memineris, ſi eorum, qui hic ſunt, eſt vlla memoria veſtris puriſſimis & diuiniſſimis animis in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cum quo Patri, &c.* Et Patres Concilij CABILONENSIS I. canone interceſſionem S. Martyris Vincentij implorant pro Clodoneo Rege Francorum vt longæuitatem principis ſuo ſuffragio cuſtodiret. Sic & NI-

Concilium Cabilonenſ. I. ſub Eugenio I.

COLAVS I. epiſtola ad Michaelem Imperatorem qui ei multa mala minabatur, pro ſecuro ad Sanctorum ſe confert ſuffragia, & præcipuè Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli interceſſione de Romanæ vrbis cuſtodia ſe dicit confidere. Idem omninò loquitur LEO IX. epiſt. 6. quæ eſt ad Conſtantinum Monomachum, & BASILIVS IMPER. Chriſtianiſſimus oratione quam habuit ad patres Concilij generalis 8. Conſtãtinopolitani 4. ſub Adriano 2. cum finitum eſſet Cõcilium, ad calcem orationis ſubinfert. *Oramus* (inquit) *ſuper omnia ſanctum Dominum, omnes meliorates, & ſecundum beneplacentem ei voluntatem clareſcentes, nõ ſolum a diuina ira intentatos manſuros, ſed & æterna bona conſecuturos orationibus & interceſſionibus ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Dei genitricis, & omnium ſanctorum, & precibus & obſecrationibus ſanctæ huius & vniuerſalis Synodi, &c.* Et Patres Concilij SALEG. vbi de modo & ordine quo imitanda eſt Synodus tractant. Inprimis ſtatuunt imploranda Dei genitricis & omnium ſanctorum ſuffragia, vide in vocabulo, Concilij celebrandi forma &c. Sanctos inuocandos decernit Concilium BASILEENSE ſeſſione 43. dum Mariæ virginis Viſitationis feſtum inſtituit celebrandum. Vide poſitum vocabulo, Maria, &c. Et Concilium SENONENSE decreto 13. *Vt abyſſus abyſſum inuocat, & in aliud ſcelus ex alio labimur, in eam demum hæreticus incidit inſaniam, vt qui piis animabus quæ*

Nicolaus I.

Leo 9.

Baſilius Imperator.

Quam aliter loquitur hic imperator a præfato Conſtantino Copronymo prædeceſſore ſuo.

Concilium Salegunſtadienſe.

Concilium Baſileenſe generale.

Concilium Senonenſe.

purgatorio detinentur ſuffragia viuorum adimit, vicisſim quoq; viuos ſanctorum, qui in cœlis ſunt, defraudet auxilio: quaſi vel preces noſtras nõ audiant, vel noſtris calamitatibus non tangantur, quaſi diuina clementia deroget, quod qui Chriſto miniſtrauerit, hoc honore dignus habeatur, vt pro cæteris intercedat. Sed quam ſit primum horum nõ modo veritati, ſed ſcripturis quoque diſſenum, facilè intelligit qui beatos penitus eſſe non ignorat omniforme illud diuinitatis ſpeculum, in quo quidquid eorũ intersit, illuceſcat. Et ſi neque deſint nobis Angeli, Gabriele Danielis, Raphaele Tobia haud quaquam ſegniores, qui nobis ab exordio precũ noſtrarum aſſideant, vt illis mox offerant, quorum ſuffragium imploramus. Nec pigrius quam olim præueniant principes coniuncti pſallentibus, e quorum manibus aſcẽdat fumus aromatũ de orationibus ſanctorũ. Porro quod ad ſecundũ attinet, qui fieri poteſt vt noſtris nõ afficiantur incommodis, quorum nunquam excidit charitas, quibus tantum gaudiũ in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiã agente: & Abraham cum hic diuerſaretur pro ſalute Sodomitarũ ſemel & iterũ, quinimo & ſæpius interpellauit, vt pro certo iuſtorũ numero, qui inter eos reperirentur, toti parceretur ciuitati. An nunc cum cœlo glorioſus regnat, vſque adeo refriguit eius charitas, & imminuta eſt, vt immemor filiorum ſuorum factus, non oret pro his qui in hoc procelloſo mari adhuc conſtituti diris iactantur mundi fluctibus? Nec enim à beatorum cõmunione (quorum alter alterius membra ſumus) poſſumus aliquãdo ſeparari, quin auctiore nobis charitate conſulãt, quam cùm terrena nobiſcum conuerſatione tenerentur. Hinc Angelus ille Zacharia, & Hieremias iã ſudum in ſinum Abraha receptus, multum orant pro populo & vniuerſa ſancta ciuitate, & pro pœnitentis impietate orabit omnis ſanctus in tempore opportuno. Nihil autẽ diuina benignitatis vel omnipotentia deperit, qua ſumma & incõprehenſibili ſapiẽtia, in̄ima quæque per intermedia moderatur & regit: neque minus vnus eſt mediator Dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus, ſi iuxta ſacram Conc. AVRELIAN. (primi, can 23. vide in vocabulo Litania &c) *atque aliorum complariũ inſtitutionem, Litaniis ad aliquos ſanctorũ conuertamur: Chriſto tamen accepta ferantur omnia, per quem omne id genus interueniendi munus, cæteraque in humanum genus beneficia deriuantur. Abſit igitur, vt tanti ſint apud aliquem hæreticorum præſtigia, vt cum * Manichæis Catharis, Bohemis & Valdenſibus, beatis illis cœleſtis aulæ proceribus (ex quibus non ſecus ac ex igne ſplendor, odor ex vnguento noſtra omniũ dimanat vtilitas) cultum exhiberi non ſinat, dicata martyribus tẽpla ſubſannet, dies feſtos inſcribi, & rorũ (vt aiũt) paſſiones palam in Eccleſia legi, cachinnis inſectetur. Pluris ſit ſacrorum Conciliorum authoritas, quibus ſi quis pertinacius obſtiterit, hinc pœnis in hæreticos à iure ſtatutis declaramus coercẽdum, &c.* Hinc omninò doctrinæ conformia tradit Concilium MOGVNT. IV. cap. 45. in medium proferens teſtimonium Auguſtini contra Fauſtum, quòd nos ſuperiùs protulimus dum Auguſtinum citauimus, & addit. *Doctrinam magno totius Eccleſia conſenſu iam inde ab initio receptam & quaſi per manus traditã (vt vbunde oſtendimus) retineri in Eccleſiis omnino volumus: ſanctos videlicet, qui in fide Chriſti nos præceſſerunt, & vitæ huius curſum beato fine clauſerunt, velut eius corporis quo Chriſto coniungimur nobiliſſima membra a nobis merito honorari, non tamen eo, qui vni Deo debetur cultu ſed eo ſocietatis & dilectionis cultu, quo in hac vita* (id ſuprà ex Theodoreto citauimus vide) *ſancti homines a nobis rite coli poſſunt, &c.* Vide ſupra in vocabulo Adoratio, &c & Imago, &c. Et Concilium TRIDENT. ſeſſione 25. quæ fuit 9. ſub Pio 4. decernit illos qui negãt ſanctos æterna fœlicitate in cœlo fruentes inuocandos eſſe aut qui aſſerunt vel illos pro hominibus nõ orare vel eorum vt pro nobis etiam ſingulis orant inuocationem eſſe Idolatriam, vel pugnare cum verbo Dei, aduerſarique honori vnius mediatoris Dei & hominum Ieſu Chriſti, vel ſtultum eſſe in cœlo regnantibus voce vel mente ſupplicare, impiè ſentire & anathema fieri. Quod etiam diffinit FACVLTAS LOVAN articulo 27. & PARIS. articulo 12. 13. 14. *Sanctum (ſi. & Deo Maximè gratum* (aiũt) *orare beatam Dei genitricem mariam, & ſanctos qui in cœlo ſunt, vt ſint pro nobis aduocati & interceſſores apud Deum. Hi itaque ſancti beatam cum Chriſto vitam degentes, non ſolum ſunt imitandi ſed & venerandi & orandi. Ob idque religioſè faciunt, qui loca eis dicata ex deuotione viſitant. Et ſi quis in templo aut extra templum prius ſua oratione ad beatam virginem aut ſanctorum aliquem recurrat, quam ad Deum, non peccat.* Plura de interceſſione ſanctorum, vt iam ſæpiùs monuimus inuenies in vocabulis, Dies feſti. Litaniæ. Imago, Peregrinatio, Reliquiæ, & huiuſmodi. Vide obſecro.

Contra Caluiniſtas Hagiomachos.

Daniel 9. Thobi 12. Pſal. 97.

Apocalip. 18.

1. Corinth. 13. Lucæ 15.

Geneſ 18.

Roma. 12.

Zachar. 1.

2. Machab. 15.

Pſal 31.

1 Timoth 2.

Concilium Aurelianenſe ſub Lodouico 1. rege.

* Hi ſunt Caluiniſtarum Patriarchæ.

Concilium Moguntinum 4.

Concilium Tridentinum generale nouiſſimum.

Facultas Louanienſis. Facultas Pariſienſis.

Sanctorum nomina in miſſa recitanda.] In ſuperioribus multoties huius rei meminimus. Verùm reuolue quod inſertum eſt ſuprà in dictione, Miſſa in honorem ſanctorum, &c. & ſuprà, Reliquiæ, &c.

Sanctorũ geſta ſcribenda, &c] Id ſufficiẽter approbatum relinquitur ex præcedentibus folijs, quibus ſyluam ſanctorũ patrum produximus, qui ſanctorum vitas & geſta ſcriptis ornauerunt, & ad poſterorum notitiam tranſmiſerunt. Hoc autem factum antiquitus & fieri debere, teſtatur CLEMENS I lib. 2. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 21. *Ob hanc cauſam veterum iuſtorum & Patriarcharum* (ait) *vita conſuetudineſque conſcripta ſunt, non vt his exprobremus cum illa legimus, ſed vt nos pœnitentiam agamus, & bonam ſpem habeamus nos remiſſionem conſecuturos. Nam illorum ſordibus noſtra ſecuritas & admonitio conſiſtit, quod veniam obtinebimus, &c.* Et FABIANVS I. epiſt. 1 ad omnes Epiſcopos. *Sepiẽ Subdiacones ordinauimus, qui ſeptem Notariis imminerent, & geſta Martyrum veraciter in integro colligerent, nobiſque ruinanda manifeſtarent. Quod etiam vos omnes agere monemus, ne in poſterum aliqua ex eis dubitatio fiat quæſtioque oriatur, cum omnia quæ ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, & quæ noſtris temporibus veraciter ſcribuntur, ad futurorum notitiam diriguntur. Et ideò fideliſſimis hæc negotia committi præcipimus, ne aliqua in eis illuſio inueniatur, ex qua fidelibus ſcandalũ, quod abſit, oriatur, &c.* Eorumdem notariorum, qui geſta martyrum debebant ſcribere, mentio fit in Concilio ROM. II. ſub Syluestro 1. cano. 1. & Concilium CARTHAG. III. cano. 47. *Liceat* (inquit) *legi paſſiones martyrum, cùm anniuerſary eorum dies celebrantur.* Idem omninò Concilium AFFRIC. ſub Bonifacio 1 can. 13. & allegat Gratianus cauſa 1 quæſt 4. cap. Placuit. Vide ſuprà libri authentici &c. Prætereà in Concilio GENER. VII Nicæno 2. tomo 4. actionis 6 quanti æſtimarint patres geſta martyrum conſcripta, hinc liquet, quia ad probationem & confirmationem veritatis eis vſi ſunt, vt per totum vocabulum, Imago, &c. & diffuſè reperies. Tum eodem tomo teſtimonia AMPHILOCHII ICONII, & BASILII MAGNI in moralibus in medium producunt. *In libris* (aiunt) *vitas ſanctorum deſcribimus, in tabuliſque illos depingimus, non quod hoc à*

Clemens 1.

Fabianus 1.

Roma. 15.

Concilium Romanum ſub Syluestro 1.

Concilium Affricanum.

Concilium Nicænum 2. generale 7

Amphilochius Iconij Epiſcopus. Baſilius Magnus.

nobis

nobis poſtulent ipſi, verùm id noſtra cauſa & propter vtilitatem noſtram facimus. Non enim ſolùm paſſiones martyrum nos inſtituimus, ſed & contexim, & ſcriptum de illorum paſſionibus, picturáque idem indicans, ſimili modo & annua illorum memoria. Hæc quidem Baſilius. Amphilochius autem. Cura eſt nobis (ait) *virtutes bonorum virorum diligere, & operum illorum meminiſſe, & politiam illorum imitari. Ipſis autem templa fabricari, aut imaginem illorum in tabulis circumferre, contemnentes interim illorum virtutes, haudquaquam laudabile eſt. Nemo enim laudauerit virum quem viderit virtutes ſanctorum auerſantem, & quotidie illorum imagines circumferentem aut templa illis ædificantem, aut vaſa comparantem illis, ſuiipſius autem templum diuinis virtutibus non ornantem &c. Hæc Amphilochius Et iterum Baſilius. laudanda eſt templorum exædificatio, imaginum effiguratio, ſacrorum vaſorum Deo oblatio. Hæc enim oportet etiam facere, & illa non omittere, vt veritatis verbum nos docet. Non enim aliquis virtutem poſſidere poterit, niſi in aulis Domini aſſederit, niſi per lectionem diuina oracula auribus hauſerit, & per viſum ad Euangelicas hiſtorias & doctrinas, ad Martyrum repræſentationes & certamina fuerit perductus In omni autem tempore, loco & hora virtutes exercere per quam neceſſarium eſt* Hæc patres Porrò ADRIANVS I libro pro defenſione eiuſdem Synodi, AVGVSTINVM allegat in quæſtionibus Euangeliorum ſecundum Lucam *Vitæ patrum* (ait) *ſine probabilibus authoribus minime in Eccleſia leguntur, nam ab Orthodoxis titulata & ſuſcipiuntur & leguntur. Magis enim paſſiones ſanctorum martyrum ſacri canones cenſuerunt, vt liceat eas etiam in Eccleſia legi cum anniuerſarij eorum dies celebrantur, &c.* Vide, libri authentici. &c.

Vaſa ſacra approbat Amphilochius & Baſilius, vide Vaſa, &c.

Matth 25.

Adrianus 1

Auguſtinus Hipponenſis

Hæc Iuo allegat libr. 4. cap. 14.

SATISFACTIO.

Satisfactio quid, & quomodo complenda. De ſatisfactione, quæ vna eſt pars pœnitentiæ iam tractauimus in vocabulo, confeſſio auricularis & Pœnitentiæ ſacramentum tribus conſtans partibus &c. Ideò ad illa vocabula recurrendum eſt, vt pleniorem huiuſce propoſitionis intelligentiam reportes. Verùm quia ſpecialia quædam ſunt in patrum decretis, quæ ſatisfactionem depingant, ideo hic illa apponemus Inprimis Concilium MOGVNTINVM IV. cano. 23. admonet quòd ſatisfactio illa, quæ à delinquentibus exigitur & eis confitentibus imponitur, non ea eſt, qua culpa peccati & æterna pœna diluitur: (hæc enim ſatisfactio ex ſola Chriſti propiciatione donatur) ſed illa eſt, qua pœna temporalis quæ poſt culpæ remiſſionem nonnunquam remanet, aut eleemoſynis aliiſque pietatis operibus redimitur, aut ieiunijs, aut alijs ſatisfactionibus (quæ tamen ipſæ etiam ex merito paſſionis Chriſti efficaciam ſumunt) auertitur. Et (cap 30 ſequenti) admonent patres eiuſdem Concilij confeſſionis auditores, vt ſatisfactiones iuxta qualitatem culpæ, aut confitentis poſſibilitatem moderentur: & ne illam pecunia aut pretio æſtiment, ſed ita agant, vt confitentium vita contrarijs virtutibus compenſentur. Vide ſuprà Pœnitentiæ iniungendæ modus, &c De ſatisfactione etiam Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 14, quæ fuit 4 ſub Iulio 3. c. 8. de Sacramento pœnitentiæ ita loquitur. *Demum quo ad ſatisfactionem* (*qua ex omnibus pœnitentiæ partibus, quemadmodum a patribus noſtris Chriſtiano populo perpetuo tempore commendata, ita vna maxime noſtra ætate ſummo pietatis prætextu impugnatur ab his, qui ſpeciem pietatis habent, virtutem autem eius abnegarunt ſancta Synodus declarat falſum omnino eſſe, & a verbo Dei alienum, culpam a Domino nunquam remitti, quin vniuerſa etiam pœna condonetur. Perſpicua enim & illuſtria in ſacris literis exēpla reperiuntur, Geneſ 3 2 Regum 12 Numeri 12. & 20. quibus præter diuinam traditionē hic error quam manifeſtiſſime reuincitur Sane & diuinæ iuſtitiæ ratio exigere videtur, vt aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante baptiſmum per ignorantiā deliquerint: aliter verò, qui ſemel a peccati & dæmonis ſeruitute liberati, & accepto Spiritus ſancti dono, ſcientes templū Dei violare & Spiritum ſanctū contriſtare nō formidauerint. Et diuinam clementiam decet, ne ita nobis abſque vlla ſatisfactione peccata dimittantur, vt occaſione accepta peccata leuiora putantes, velut iniurij & contumelioſi Spiritui ſancto in grauiora labamur, theſaurizātes nobis irā in die iræ. Procul dubio enim magnopere a peccato reuocant, & quaſi freno quodam coercent hæ ſatisfactoriæ pœnæ, cautioreſque & vigilantiores in futurū pœnitentes efficiūt: medentur quoque peccatorū reliquijs & vitioſos habitus male viuēdo comparatos contrariis virtutum actionibus tollunt. Neque verò ſecurior vlla via in Eccleſia Dei vnquā exiſtimata fuit ad amouēdum imminentem a Domino pœnam, quam vt hæc pœnitentiæ opera homines cum vero animi dolore frequentent Accedit ad hæc, quod dum ſatisfaciendo patimur pro peccatis, Chriſto Ieſu, qui pro peccatis noſtris ſatiſfecit, ex quo omnis noſtra ſufficientia eſt, conformes efficimur, certiſſimam quoque inde arram habentes, quod ſi compatimur, & conglorificabimur. Neque vero ita noſtra eſt ſatisfactio hæc, quā pro peccatis noſtris exoluimus, vt non ſit per Chriſtum Ieſum. Nam qui ex nobis tanquam ex nobis nihil poſſumus, eo cooperante, qui nos confortat, omnia poſſumus. Ita nō habet homo vnde glorietur, ſed omnis gloriatio noſtra in Chriſto eſt, in quo viuimus, in quo meremur, in quo ſatisfacimus facientes fructus dignos pœnitētiæ, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur patri, & per illum acceptantur a patre Debent ergo ſacerdotes Domini, quantū ſpiritus & prudētia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum & pœnitentium facultate ſalutares & conuenientes ſatisfactiones iniūgere, ne ſi forte peccatis conniueant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, leniſſima quædam opera pro grauiſſimis delictis iniungendo, alienorum peccatorū participes efficiantur. Habeant autē præ oculis, vt ſatisfactio, quam imponunt, non ſit tantum ad nouæ vitæ cuſtodiam & infirmitatis medicamentum, ſed etiā ad præteritorum peccatorum vindictam, & caſtigationē. Nā claues ſacerdotum non ad ſoluendum duntaxat, ſed ad ligandum conceſſas etiam antiqui patres, & credunt, & docent: nec propterea exiſtimarunt, ſacramentū pœnitentiæ eſſe forum iræ vel pœnarum, ſicut nemo vnquam catholicus ſenſit ex huiuſmodi noſtris ſatisfactionibus vim meriti, ſatisfactionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel obſcurari, vel aliqua ex parte imminui, quod dum nouatores intelligere nolunt, ita optimam pœnitentiam nouam vitam eſſe docent, vt omnē ſatisfactionis vim & vſum tollant.* De operibus verò ſatisfactionis c. 9. ſequenti addit præfatū Conciliū. *Docet ſancta ſynodus tantā eſſe diuinæ munificentiæ largitatē, vt non ſolùm pœnis ſponte à nobis pro vindicando peccato ſuſceptis, aut ſacerdotis arbitrio pro menſura delicti impoſitis, ſed etiā* (*quod maximum amoris argumentum eſt*) *tēporalibus flagellis à Deo inflictis, & a nobis patiēter toleratis, apud Deum patrem per Chriſtum Ieſum ſatiſfacere valeamus.* Hinc doctrinæ contradicentibus anathema ſubnectit. Eadem docet FACVLTAS LOVANIENSIS ſub Carolo 5 articulo 6 verùm plura lege ſuperiùs in vocabulo, Confeſſio auricularis, & Pœnitentiæ modus, &c.

Concilium Moguntinum 4.

Daniel. 4. 1. Corinth. 11.

Concilium Tridentinum generale nouiſſimum.

Rom. 8.

1. Corinth. 15. Matth 13. Luca 5. Ioan 15.

Ioan. 17.

Satisfactio nobis imponenda de grauibus delictis.

Scandalum.

A Scandala quæ vitanda ſint.] Clemens I. epiſtola ad Iacobum fratrem domini 1. *Peccantes in fratres, & percutientes eorum infirmam conſcientiam in Chriſtum peccant, grauiter peccatis, & rei iudicio efficimini infames, efficimini, & vitæ reperimini.* De ſcandalis quæ putati debeant, prolixo ſermone deſcribit Avgvstinvs Hipponensis in ſermone pulcherrimo, quem edidit in illud Euangelij. *væ mundo a ſcandalis* vbi quæ ſit differentia inter preſſuram & ſcandalum ponit. Et Gregorivs I. lib. 9. epiſt. 39. ad Theoctiſtam patritiam: *Sunt quædam* (ait) *ſcandala, quæ omnino deſpicienda ſunt: quædam verò cum vitari ſine culpa poſſunt, deſpicienda non ſunt, ne cum culpa ſerueniur. Quod ſacro Euangelio teſtante cognouimus: quia cum veritas diceret, Non quod intrat in os coinquinat hominem ſed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem, & diſcipuli reſponderent dicentes, Scis quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt: protinus reſpondit: Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœleſtis eradicabitur. Sinite illos cæci ſunt, & duces cæcorum. Et tamen cum tributum peteretur, prius rationem reddidit per quam tributum ſoluere non deberet atque illico ſubiunxit vt autem non ſcandalizemus eos, Vade ad mare &c. Quid eſt quod de ſcandalizatis dicitur: Sinite illos cæci ſunt & duces cæcorum, & alij ne ſcandalizentur à Dom. nostributum ſoluitur quod etiam non debetur? Quid eſt quod aliud ſcandalum eſſe permiſit, aliud verò venire prohibuit, niſi vt nos doceret & illa ſcandala, quæ nos ad peccata implicant, contemnere, & ea quæ placare ſine peccato poſſumus, modis omnibus mitigare?*

Clemens 1.
Auguſtinus Hipponenſis
Gregorius 1.
Matt. 9.
Matth. 15.
Matth 17.

Schisma.

Schiſma vnde oritur.] Cyprianvs Carthag. lib 1 epiſtularum, epiſt 1. ad Cornelium. *Cum multa exempla præcedant, quibus ſacerdotalis authoritas & poteſtas diuina dignatione firmatur: quales putas eſſe eos, qui ſacerdotum hoſtes, & contra Eccleſiam rebelles, nec præmonentis Domini comminatione, nec futuri iudicij vltione terrentur? Neque enim aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quàm inde, quod ſacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur. Cui ſi ſecundum magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduerſum ſacerdotum collegium quidquam moueret, nemo poſt diuinum iudicium, poſt populi ſuffragium, poſt coepiſcoporum conſenſum, iudicem ſe non iam Epiſcopi ſed Dei faceret: nemo diſſidio vnitatis Chriſti Eccleſiam ſcinderet. nemo ſibi placens ac tumens ſeorſum foris nouã hæreſim conderet, niſi ſi ita eſt aliquis ſacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, vt putet ſine Dei iudicio fieri ſacerdotem, cum Dominus in Euangelio ſuo dicat: Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & neuter eorum cadit in terram ſine patris veſtri voluntate? Cum ille nec minima fieri ſine volũtate Dei dicat, exiſtimat aliquis ſumma & magna, aut non ſciẽte, aut non permittente Deo in Eccleſia Dei fieri: Et ſacerdotes, id eſt, diſpenſatores eius non de eius ſententia ordinari? hoc eſt idem non habere, qua viuimus. Hoc eſt Deo honorem non dare, cuius nutu & arbitrio regi & gubernari omnia ſcimus. & credimus, &c.* Idem lib. 4 epiſtular. epiſt. 9. circa medium ad * Pupianũ, &c *Vnde enim ſchiſmata & hæreſes obortæ ſunt (ait) & oriuntur, niſi dum Epiſcopus qui vnus eſt & Eccleſiæ præeſt, ſuperba quorundam præſumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus ab indignis hominibus iudicatur, &c.* Hinc etiam Avgvst. Hippon. lib. 1. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 15. *Qui in diſcordia conſenſerant ſchiſmatis, ad funiculũ pertinent Iſmaelis. Prior autem fuit Iſmael, & poſtea Iſaac, & prior Eſau, & poſterior Iacob: non quia prior peperit hæreſis, quam Eccleſia, aut ipſa Eccleſia prius carnales vel animales & poſtea ſpirituales: ſed quia in ipſa ſorte mortalitatis noſtræ, ex quo de Adam naſcimur nõ eſt prius quod ſpirituale, ſed quod animale, poſtea ſpirituale, ex ipſo autem animali ſenſu, quia homo animalis non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei, omnes diſſenſiones & ſchiſmata generantur.* Idem lib. 4 contra Creſconium Grammaticum cap 5. *Non poteſt eſſe religioſus in ſchiſmate conſtitutus.* Hoc malum Schiſmatis Cyprianus etiam Idolatriæ comparauit &c. vide plura ſuperius vocabulo Hæreſes &c.

Cyprianus Carthaginenſis.
Vide ſi hæc nõ ad Cornelium dirigatur verba.
Matth. 10.
* Is eſt ſummus Pontifex, vt ſummum ſupra Papã &c & Romanæ Eccleſiæ primatus, &c.

B Schiſma & hæreſis quomodo differunt.] Hieron. Stridon. in epiſtolam ad Titum cap. 3. *Hæretici (ait) in ſemetipſos ſententiam ferunt ſuo arbitrio de Eccleſia recedentes, quæ receſſio propria conſcientia videtur eſſe damnatio. Inter hæreſim & Schiſma hoc eſſe arbitrantur, quod hæreſis peruerſum dogma habeat, ſchiſma propter Epiſcopalem diſſenſionem ab Eccleſia ſeparetur: quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi poteſt. Cæterum nullum ſchiſma non ſibi aliquam confingit hæreſim, vt rectè ab Eccleſia receſſiſſe videatur.* Hæc ille Et Avgvst. Hippon. lib. 2. contra Creſconium Grammaticum cap 3 *Hæreſis eſt diuerſa ſequentium ſecta, Schiſma vero eadem*

Hieronymus Stridonenſis.
Vera ſententia.
Auguſtinus Hipponenſis.

C *ſequẽtium ſeparatio.* Et ſubdit c 7. *Inter Schiſma & hæreſim magis eam diſtinctionem approbẽ qua dicitur. Schiſma eſt recens congregationis ex aliqua ſententiarum diuerſitate diſſenſio Neque enim ſchiſma fieri poteſt, niſi diuerſum aliquid ſequantur qui faciunt Hæreſis autem eſt ſchiſma inueteratum.* Vide, Hæreſis, & Hæreticus, &c.

Schola.

Scholæ in monaſterijs teneantur.] Concilium Biterrense can. 10 *Quandoquidem tantoperè ignorantiæ cæcitas his temporibus inualuit, ſtatuimus, vt in omnibus monaſterijs Abbates vel prio-*

Concilium Biterrenſe ſub Innocentio 3.

D *res loci, ſcholæ magiſtrum habere debeant, ſiue ſit de numero Monachorum, ſiue clericorum, qui idoneus ſit & capax iuniores inſtruere in arte Grammatices.* Hoc poſteà renouauit Concilium Viennense ſub Clemẽte V. & habetur in Clementinis titulo De ſtatu monachorum, vbi etiam iubetur, vt nouitijs fidelis deputetur inſtructor tam in diuinis officijs, quàm in obſeruantia regulari. Quod decretum Clemẽtis V poſteà allegat Benedictvs XII. cap 6. conſtitutionum Benedictin. & ſtatuit de Monachis in ſcientijs primitiuis inſtruendis infrà monaſteria quibus degunt. Statuit autem, vt habeantur in quibuſlibet Eccleſijs Cathedralibus, monaſterijs prioratibus, & alijs conuentualibus, & ſolennibus locis. quibus ad hoc

Concilium Vienenſe generale ſub Clemente 5.
Benedictus 12.

E ſuppetunt facultates ordinis ſeu religionis magiſter qui monachos doceat in huiuſmodi ſcientijs primitiuis, videlicet Grammatica, logica, & Philoſophia, prouiſis attentiùs, vt ſeculares inſtruendi cùm ipſis monachis docendis in eiſdem Eccleſijs monaſterijs, prioratibus & locis nullatenus admittantur Cui quidem magiſtro, ſi non ſit monachus ipſius ordinis ſeu religionis de pane & vino & pictantia prouidere quotidie, ſicut vni ex monachis, Eccleſiarum. monaſteriorum, prioratuum, ac locorũ huiuſmodi teneãtur illi, qui talia tenentur in eis capitulis Eccleſiarũ monaſteriorũ, prioratuum, & locorũ ipſorum conuentibus, ſeu monachis miniſtrare: necnõ pro veſtimẽtis, calcia

mentis

mentis & ſalario congrua penſio annua aſſignetor, quæ tamen viginti librarum Turonenſium paruorum ſummam nequaquam excedat quæ de communi contributione ſoluetur, &c. Porrò Concilium COLONIENSE III. parte 10 c. 5. 6 7. iniungit, vt in monaſterijs ſit verbi prædicator, & qui doceat legem Dei. Hoc confirmat COLONIENSE IV. cap. 1. Et Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 5. cap. 1. ſub Paulo 3. *In monaſterijs monachorum (ait) vbi commodè fieri queat, lectio ſacræ ſcripturæ habeatur. Qua in re, ſi Abbates negligentes fuerint, Epiſcopi locorum in hoc, vt ſedis Apoſtolicæ legati, eos ad id opportunis remedijs compellant. In conuentibus verò aliorum regularium in quibus ſtudia commodè vigere poſſunt, ſacræ ſcripturæ lectio ſimiliter habeatur, quæ lectio à capitulis generalibus vel prouincialibus aſſignetur dignioribus magiſtris. In Gymnaſijs etiam publicis idem fiat.* Hoc renouant FRANCISCVS II. Et CAROLVS IX Reges Franciæ in conſtitutionibus Aureliæ editis articulo 20 vide ſequentia.

Concilium Colonienſe 3.
Concilium Colonienſe 4.
Concilium Tridentinum generale.
Franciſcus 2. Carolus 9.

Scholæ publicè teneri gratis mandantur tam in capitulis, quàm in gymnaſijs, &c.] Relege ea quæ præcedenti diſtinctione annotata ſunt, cui ſubnectenda ſunt etiam ſequentia. Sic ergo Concilium GENERALE VI. canone 5. *Presbyteri per villas & vicos ſcholas habeant. Et ſi quilibet fidelium ſuos paruulos ad diſcendas litteras eis commendare vult, eos non renuant ſuſcipere & docere, ſed cum ſumma charitate eos doceant, attendentes illud quod ſcriptum eſt: Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Cum ergo eos docent nil ab eis pretij exigãt, nec aliquid ab eis accipiant, excepto quod eis parentes eorum charitatis ſtudio ſua voluntate obtulerint.* Et Concilium PARISIENSE III. lib. 1. cap. 30. *Iamdudum ſtatutum eſt, vt Rectores Eccleſiarum in Eccleſijs ſibi commiſſis ſtrenuos milites Chriſti, quibus Deus placari poſſit, præpararent & educarent, quod à nonnullis Rectoribus tepidè ac deſidioſe hactenus actũ eſt. Vnde omnibus nobis viſum eſt, vt ab hinc poſtpoſita totius corporis negligentia, ab omnibus diligentior in educandis & erudiendis militibus Chriſti vigilantior adhibeatur diligentia. Et quando ad prouinciale Epiſcoporum Concilium ventum fuerit, vnuſquiſque rectorum ſcholaſticos ſuos eidem Concilio adeſſe faciat, vt ſuum ſolers ſtudium circa diuinum cultum omnibus manifeſtum fiat.* Idem lib. 3. cap. 12. Imperatoribus ſupplicat, vt ſcholæ publicæ fiant, vt Pater eorumdem iampridem fecerat. Sed & Concilium VALENTINVM GALLIAE III. can. 18. *De Scholis tam diuinæ quàm humanæ litteraturæ, nec non & Eccleſiaſticæ cantilenæ, iuxta exemplum prædeceſſorum noſtrorum, aliquid inter nos tractetur, & ſi poteſt fieri, ſtatuatur atque ordinetur: quia ex huius ſtudij longa intermiſſione, pleraque Eccleſiarum Dei loca, & ignorantia fidei, & totius ſcientiæ inopia inuaſit. Placet firmatum, &c.* Hæc præcedentia decreta intermiſſa & neglecta renouat Concilium VIENNENSE ſub Clemente 5. vt habes in Clementinis lib. 5. titulo 1. de magiſtris, vbi etiam ne magiſtri pretium exigant, inhibetur, ſed portio illis aſſignetur vel præbenda canonica, vt latiùs dicemus in ſubſequenti diſtinctione. Porrò BENEDICTVS XI. hæc cuncta renouauit cap. 6. conſtitutionum Benedictinorum cap. De ſtudijs. Vide ſuperiori diſtinctione. Ea etiam renouat Concilium MOGVNTINVM IV cap. 65 vbi agit de generalibus ſtudijs inſtaurandis & conſeruandis, & de adoleſcentibus ad ſtudia publicè alendis quibus præfici debent idonei & Catholicæ veritatis amantes, & de hæreſi non ſuſpecti Pædagogi. Et hi autem adoleſcentes, qui publicis Eccleſiarum & monaſteriorum ſumptibus in ſtudijs ali debent, eligantur fœlicioris ingenij & melioris ſpei quibus alioqui ad ſtudiorum ſuorum ſuſtentationem à parentibus & propinquis facultates non ſuppetunt. Hi ad Theologiæ ſtudium operam ſuam applicent, in qua ſi operæ pretium fecerint, deinde Eccleſijs & parochijs per diœceſes præficiantur. Idem renouat Concilium TREVERENSE II. cap. 16. Et Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 23. quæ fuit 7. ſub Pio 4. cap. vltimo decreti reform. vbi ſic incipit. *Cum adoleſcentium ætas, niſi rectè inſtituatur, prona ſit ad mundi voluptates ſequendas, &c.* Omnia quæ ſuperius de ſcholis tenendis & pueris educandis decreta ſunt, renouat, decernens de certo collegio in qualibet Diœceſi erigendo in quo pueri recipiantur duodecim annos nati & ex legitimo matrimonio nati, & qui legere & ſcribere competenter nouerint. Horum indoles & voluntas ſpem afferat eos Eccleſiaſticis miniſterijs perpetuò inſeruituros, qui pauperum filij ſint non diuitum, & in claſſes diſtribuantur ſecundum diſpoſitionem Epiſcopi, inſtruanturque in arte Grammatices, Cantus, & computi Eccleſiaſtici, & vt in Concilio latius diſſeritur, &c. Hæc renouat FRANCISCVS II. & CAROLVS IX Reges Franciæ in conſtitutionibus Aureliæ editis articulo 10. lege quod ſequitur.

Concilium Moguntinum 4.
Concilium Valentinum Galliæ 3.
Concilium Vienneuſe generale.
Benedictus 12.
Concilium Treuerenſe 2.
Concilium Tridentinum generale.
Franciſcus 2. Carolus 9.
Concilium generale 6 Conſtantinopolitanum 3.
Daniel 12.
Concilium Pariſienſe 3. ſub Lothario & Ludouico Imperatoribus.

Scholæ rectoribus vt gratis doceant, aſſignetur congrua portio vel canonica præbenda.] Hoc in ſuperioribus iam inſinuatum eſt, verumtamen hic peculiariter quod magis vrget perſtringendum eſt Concilium LATERANENSE ſub Alexandro 3. parte 1. cano. 18. *Quoniam Eccleſia Dei, & in his quæ ſpectant ad ſubſidium corporis, & in his quæ ad profectum veniunt animarum, indigentibus ſicut pia mater prouidere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus iuuari non poſſunt, legendi & proficiendi opportunitas ſubtrahatur, per vnamquamque Eccleſiam Cathedralem magiſtro, qui clericos eiuſdem Eccleſiæ & ſcholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium aſſignetur, quo docentis neceſſitas ſubleuetur, & diſcentibus via pateat ad doctrinam. In aliis quoque reſtituatur Eccleſijs ſiue monaſterijs, ſi retroactis temporibus aliquid in eis ad hoc fuerit deputatum. Pro licentia vero docendi nullus omninò pretium exigat, vel ſub obtentu alicuius conſuetudinis, ab his, qui docent aliquid quærat, nec docere quempiam expetita licentia, qui ſit idoneus, interdicat. Qui verò contra hoc venire præſumpſerit, à beneficio Eccleſiaſtico fiat alienus. Dignum quidem eſſe videtur, vt in Eccleſia Dei fructum laboris ſui non habeat, qui cupiditate animi diuendens licentiam docendi, Eccleſiarum profectum nititur impedire.* Idem parte 2. cap. 16. prohibet ne pro magiſterio ſcholarum quicquam extorqueatur vel exigatur. Item & cap. 17. *Prohibemus (ait) ne pro licentia docendi alios aliquid exigatur, vel etiam promittatur.* Item c. 18. Porrò hæc memorata decreta renouat Concilium LATERANENSE generale ſub Innocentio 3. cap. 11. & addit, vt in Metropolitana Eccleſia Theologus quidam habeatur, qui ſacerdotes & alios in ſacra pagina doceat, & in his præſertim informet, quæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur. *Aſſignetur autem (ait) cuilibet magiſtrorum à capitulo vnius præbendæ prouentus, & pro Theologo à Metropolitano tantumdem: nec propter*

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3 generale patrum 18.
Concilium Lateranenſe generaliſſimum cui patres interfuerunt anno 1215.

hoc efficiatur canonicus ſed tandiu reddituu ipſius percipiat, quandiu perſtiterit in docendo. Quod ſi forte de duobus magiſtris Metropolitana Eccleſia rametur, Theologo iuxta modum prædictum, ipſa prouideat. Grammatico vero in alia Eccleſia ſuæ ciuitatis ſiue Diœceſis, quod ſufficere valeat, faciat prouideri. Hoc renouat Concilium BASILEENSE ſeſſione 19. vbi etiam præcipit, vt ad conuerſionem Iudæorum exercitium linguarum Hebraicarum, Chaldaicarum & Græcarum fiat in ſcholis & in Concilijs illarum prouinciarum, in quibus huiuſmodi ſtudia conſtituta ſunt, omninò diſponatur, vt hi qui prædictas linguas docturi ſunt ſtipendia debita percipere valeant. Et ſeſſione 31. renouat de Magiſtro Theologo præmiſſum decretum, vt ſcilicet quælibet Eccleſia Metropolitana teneatur & debeat vnum habere Theologum, qui ſua doctrina & prædicationibus fructum ſalutis afferat. cui conferatur præbenda. qui & magiſter ſit licentiatus & Baccalaureus formatus, & per decennium in vniuerſitate priuilegiata ſtuduerit. & onus reſidentiæ ac lecturæ & prædicationis ſubire voluerit: quique bis aut ſemel ad minus per ſingulas hebdomadas, ceſſante legitimo impedimento: legere habeat. & quoties ipſum in huiuſmodi lectura deficere contigerit. ad arbitrium capituli in ſubtractione diſtributionis totius hebdomadæ puniri poſſit & ſi reſidentiam deſeruerit, de alio prouideatur. Verùm, vt liberius ſtudio vacare poſſit, nihil perdat cùm abſens fuerit à diuinis. Idem omninò Concilium LATERANENSE ſub Leone 10. ſeſſione 11. præmiſſum Lateranenſis Concilij decretum renouans ſtatuit. Similiter & Concilium COLONIENSE III. cap. 3. COLONIENSE IV. cap. 1. Concilium MOGVNTINVM IV. capite 67. ea verò etiam renouat Concilium TRIDENTINVM generale ſeſſione 5. cap. 1. *Sacroſancta Synodus ait piis ſummorum Pontificum & probatorum Conciliorum conſtitutionibus inhærens, eaſque amplectens & illis adijciens, ne cœleſtis ille ſacrorum librorum theſaurus, quem Spiritus ſanctus ſumma liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceat: ſtatuit & decreuit, quòd in illis Eccleſiis, in quibus præbenda, aut præſtimonium, ſeu aliud quouis nomine nuncupatum ſtipendium, pro lectoribus ſacræ Theologiæ deputatum reperitur, Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & aliorum locorum Ordinarij, eos, qui præbendam aut præſtimonium ſeu ſtipendium huiuſmodi obtinent, ad ipſius ſacræ ſcripturæ expoſitionem & interpretationem per ſeipſos, ſi idonei fuerint, alioquin per idoneum ſubſtitutum ab ipſis Epiſcopis, Archiepiſcopis primatibus, & aliis locorum ordinariis eligendum, etiam per ſubtractionem fructuum cogant & compellant. De cætero verò præbenda, præſtimonium, aut ſtipendium huiuſmodi, non niſi perſonis idoneis, & quæ per ſeipſas id munus explicare poſſint, conferantur, & aliter facta prouiſio nulla ſit & inualida. In Eccleſiis autem Metropolitanis & cathedralibus, vbi clerus numeroſus eſt, & non eſt præbenda huiuſmodi deputata, quæ primo vacauerit. (præterquam ex cauſa reſignationis) cui aliud onus incompatibile iunctum non ſit, ad eum vſum ipſo facto perpetuo deputetur. Quod ſi non fuerit ſufficiens, Epiſcopus per aſſignationem fructuum alicuius ſimplicis beneficij, eiuſdem tamen debitis ſupportatis oneribus, vel per contributionem beneficiorum ſuæ ciuitatis & diœceſis, vel alias, prout commodius fieri poterit, de capituli Conſilio ita prouideat, vt ipſa ſacræ ſcripturæ lectio habeatur: ita tamen, vt quæcunque aliæ lectiones, vel conſuetudine, vel quauis alia ratione inſtitutæ, propter id minime prætermittantur. Eccleſiæ verò quarum annui prouentus tenues fuerint, & vbi tam exigua eſt cleri & populi multitudo, vt Theologiæ lectio in eis commodè haberi non poſſit, ſaltem magiſtrum habeant ab Epiſcopo cum conſilio capituli eligendum, qui clericos aliosque ſcholares pauperes grammaticam gratis doceat, vt deinceps ad ipſa ſacræ ſcripturæ ſtudia annuente Deo tranſire poſſint. Ideoque illi magiſtro Grammatices vel alicuius ſimplicis beneficij fructus aſſignentur quos tandiu percipiat, quandiu in docendo perſtiterit, dum tamen beneficium ipſum ſuo debito non fraudetur obſequio vel ex capitularis vel Epiſcopalis menſa condigna aliqua merces perſoluatur: vel alias Epiſcopus ipſe aliquam rationem ineat ſuæ Eccleſiæ & diœceſi accommodam, ne pia hæc vtilis atque fructuoſa prouiſio quouis quæſito colore negligatur.* Hæc etiam renouat FRANCISCVS II. & CAROLVS IX. Reges Franciæ in conſtitutionibus Aureliæ editis, articulis 8. & 9. Verùm quia vulgari lingua proſtant, lege ſi placet.

Schola ſumma de Theologo Canonico, qui ſcholas regat.

Concilium Baſileenſe.

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

Concilium Colonienſe 4.

Concilium Colonienſe 4. ſub Adolpho Archiepiſcopo.

Concilium Moguntinum 4.

Concilium Tridentinum.

Decretum ſanè ſaluberrimum, ſed quod omni ex parte vilipenditur.

Franciſcus 2. Carolus 9.

Scholæ rector quid docere pueros iubeatur.] Concilium LATERANENSE ſub Leone X. ſeſſione 9. *Cùm omnis ætas ab adoleſcentia prona ſit ad malum, & à teneris aſſueſcere ad bonum magni ſit operis & effectus: ſtatuimus & ordinamus, vt magiſtri Scholarium, & præceptores, pueros ſuos ſiue adoleſcentes, nedum in Grammatica ac Rhetorica, & cæteris huiuſmodi erudire & inſtruere debeant, verum etiam docere teneantur ea, quæ ad religionem pertinent, vt ſunt præcepta diuina, articuli fidei, ſacri hymni, & pſalmi, ac ſanctorum vitæ: diebuſque feſtiuis nihil aliud eos docere poſſint, quam in rebus ad religionem & bonos mores pertinentibus, eoſque in illis inſtruere, hortari & cogere inquantum poſſint, teneantur, vt nedum ad miſſas, ſed etiam ad veſperas diuinaque officia audienda ad Eccleſias accedant, & ſimiliter ad prædicationes & ſermones audiendos impellant, nihilque contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat, eis legere poſſint.* Hæc renouat Concilium COLONIENSE III. cap. 8. part. 12. & Concilium AVGVSTENSE cap. 26. vbi etiam præcipitur ſcholæ magiſtris, ne libros de hæreſi ſuſpectos audeant legere, aut interpretari, aliter quàm Catholica credit Eccleſia. Et Concilium COLONIENSE IV. cap. 1. iniungit, vt hi, qui ad inſtituendam iuuentutem admittendi ſunt, in fide, moribus & inſtitutione ſua ſint priùs examinati, ne iuuentutem corrumpant, & diebus feſtis aliquid de ſacris libris catholicè pueris interpretentur, pro ætatis & ingenij captu. vbi & nomina authorum, qui legendi ſunt, præfigunt, & nomina eorum, qui vitandi ſunt. Idem Concilium MOGVNTINVM IV. cap. 96. & Concilium TRIDENT. ſeſſione 5. c. 1 ſtatuit, vt ad lectionis officium in gymnaſijs publicis non admittatur, qui priùs ab Epiſcopo loci de vita moribus & ſcientia examinatus & approbatus non fuerit. &c.

Concilium Lateranenſe generale ſub Leone 10.

1. Corinth. 2.

Concilium Colonienſe 3. Concilium Auguſtanum.

Concilium Colonienſe 4.

Concilium Moguntinum 4. Concilium Tridentinum.

Scholæ Philoſophicæ & artium profeſſores.] Concilium LATERANENSE ſub Iulio 2. ſeſſione 8. & 9. *Omnibus & ſingulis Philoſophis in vniuerſitatibus ſtudiorum generalium, & alibi publicè legentibus diſtrictè præcipiendo mandamus, vt cum philoſophorum principia aut concluſiones, in quibus à recta fide deuiare noſcuntur, auditoribus ſuis legerint ſeu explanauerint (quale eſt de animæ immortalitate, aut vnitate, aut mundi æternitate, ac alia eiuſmodi) teneantur eidem veritatem religionis Chriſtianæ omni conatu manifeſtam facere & perſuadendo pro poſſe docere, ac omni ſtudio huiuſmodi philoſophorum argumenta, cùm omnia ſoluibilia exiſtant pro viribus*

Concilium Lateranenſe ſub Iulio 2. & Leone 10.

A *excludere atque reſoluere. Et cum nō ſufficiat aliquando tribulorum radices præſcindere, niſi & ne iterum pullulent funditus euellere, ac eorū ſemina originaleq; cauſas, vnde facile oriuntur, remouere, cum præcipue humanæ philoſophiæ ſtudia diuturniora, quàm Deus ſecundum verbum Apoſtoli euacuauit, & ſtultam fecit abſque diuina ſapientiæ condimento, & quæ ſine reuelata veritatis lumine in errorem quandoque magis inducunt, quam in veritatis elucidationem: ad tollendam omnem in præmiſſis errandi occaſionem, hanc ſalutari conſtitutione ordinamus & ſtatuimus, ne quiſquam de cætero in ſacris ordinibus conſtitutus ſecularis, vel regularis, aut alias ad illos a iure arctatus, in ſtudiis generalibus, vel alibi publicè audiendo, philoſophiæ aut*
B *poeſis ſtudiis vltra quinquennium poſt Grammaticam & Dialecticam, ſine aliquo ſtudio Theologiæ aut iuris Pontificij, incumbat: verum dicto exacto quinquennio, ſi illis ſtudiis inſudare voluerit, liberum ſit ei, dum tamen ſimul, aut ſeorſum, aut Theologiæ, aut ſacris canonibus operam nauauerit, vt in his ſanctis & vtilibus profeſſionibus ſacerdotes Domini inueniant vnde infectas philoſophiæ & poeſis radices purgare & ſanare valeant. Et hos canones per ordinarios locorum, vbi generalia ſtudia vigent, & rectores vniuerſitatis eorundem ſtudiorum, ſingulis annis in principio ſtudij in virtute ſanctæ obedientiæ publicari mādamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam ſtatuti & mandati infringere, vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis hoc*
C *attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.* Vnde & præcipit Concilium COLONIENSE III. part.12 cap.12 4 & reliquis, vt Scholæ viſitentur, & doctis atque eruditis rectoribus impleantur, qui zelum Dei, & curam puerorum, cum eruditione ſeculari & bonis diſciplinis, habeant, &c.

Cōcilium Coloniēſe 3.

Scholę viſitentur.

SCIENTIA.

Scientia quid.] IVSTINVS MARTYR in dialogo cum Triphone. *Scientia eſt quæcunque præbet, vel humanarum rerum, vel diuinarum notitiā.*
D *Alteras autem ſcientias diſcendo diſcerendoq;, alteras videndo diſcimus. Nam ſi homo ſcit Deum, non eſt perinde ac ſi ſciret muſicam, geometriam, aſtronomiam, vel aliquid eiuſmodi, &c.* Tum de ſcientia, qua noſcitur Deus, diſſerit pleniùs in conſequentibus. Et CLEMENS ALEXANDRINVS, lib.2. Stromatum non longè ab initio. *Scientiam (ait) definiunt Philoſophi, habitum qui tranſmoueri non poteſt à ratione, &c.*

Iuſtinus Martyr.

Clemens Alexandrinus.

SCRIPTVRA SACRA.

Scripturam ſacram obiiciunt & peruertunt hæretici.] Poſuimus illud ſatis diffusè vocabulo, Hæretici, &c.
E Scripturæ vt debeant ſyncerè exponi & tractari.] Concilium GENERALE V. collat 5 in cauſa Theodori hæretici Mopſueſtienſis Epiſcopi. *Conuenit eos, qui quocunque modo vel docere producuntur, vel ſcribere volunt, ſyncere mentis oculo intueri diuinæ intellectum ſcripturæ, & ad eius intentionem rectè pergere, & ſic ſuos ſermones diſponere in iudicio, timentes, ne fortè aliter quàm vt habet è contrario docentes vel ſapientes minimi vocentur in regno cælorum, cuius deſiderium eos, qui ad hoc reſpiciunt, declinare compellit errores viæ, quæ ad illud regnum perducit, & ad illam beatam vitam feſtinare.* IDEM collat.8. *Non aliter oportet ſuſcipi quæ ab aliquo ſcribuntur, niſi prius recta fides ſanctorum Patrum conſo-*

Concilium generale 5. Conſtantinopolitanum 2.

A *nare demonſtrentur.* Et Concilium GENERALE VI. cano.19. *Si ad ſcripturam pertinens controuerſia aliqua excitata fuerit, ne eam aliter prædicatores interpretentur, quam quomodo Eccleſiæ luminaria & doctores ſuis ſcriptis expoſuerunt, & maiorem ex his laudem aſſequantur, quam ſi quæ a ſe dicuntur componant, ne dum quando ad id hæſitant, ab eo quod conuenit excidant. Per prædictorum enim Patrum doctrinam, populi ad eorum quæ ſunt bona & expetenda & inutilia ac reiicienda cognitionem venientes, vitam in melius componunt, nec ignorantia vitij conuincuntur: ſed doctrinæ mentem adhibentes, ſe ipſos ad id, ne mali quid eis accidat, excitant, & imminentium ſuppliciorum metu ſibi ſalutem procurant.* Vnde & THARASIVS CON-
B STANTINOPOLITANVS Epiſcopus, epiſtola ad Ioannem Anachoretam, quæ ponitur in limine Synodi 7. generalis. *Quicunque (ait) ſedulo & non deſinenter ſcripturarum & Patrum doctrinis inſiſtūt, & harum diligentes ... ſunt, & mentem ſuam ad pietatem & veritatem adiungunt, nō ad propriam voluntatem cuncta referentes, a montibus æternis mirabiliter illuminantur, perfuſi ſcilicet lumine Euangelicorum & Apoſtolicorum præceptorum.* AVGVSTINVS. lib.83. quæſtionum, quæſt 64. *In omnibus (ait) ſcripturis ſumma vigilantia cuſtodiri oportet, vt ſecundum fidem ſit ſacramenti diuini expoſitio.* Et lib.6. ſuper Geneſin, cap 9. *In profundo ſcripturæ ſenſu magis præſtemus diligentiā requirendi, quàm*
C *affirmandi temeritatem.* Et Concil. MELDENSE cano.34 *In exponendis etiam, vel prædicandis diuinis ſcripturis, ſanctorum Catholicorum & probatiſſimorū Patrum ſenſum quiſque ſequatur, in quorum ſcriptis, vt beatus dicit Hieronymus, fidei veritas non vacillat.*

Concilium generale 6. Conſtantinopolitanum 3.

Tharaſius Conſtantinopolitanus Epiſcopus.

Auguſtinus Hipponenſis.

Scripturæ ſenſus & interpretatio penes Eccleſiam eſt.] Illud probauimus in vocabulo, Eccleſiæ authoritas & iudicium, &c.

Scripturæ non ſimus curioſi nimium exploratores.] AVGVSTINVS HIPPONEN. epiſt.3 ad Voluſianum, tomo 2 *Tanta eſt Chriſtianarum profunditas literarum, vt in eis quotidie profi-*
D *cerem, ſi eas ſolas ab ineunte pueritia vſque ad decrepitam ſenectutem maximo otio, ſummo ſtudio, meliore ingenio conarer addiſcere. Non quod ad ea quæ neceſſaria ſunt ſalutè tanta in eis perueniatur difficultate, ſed cum quiſquis ibi fidem tenuerit, ſine qua pie recteq; non viuitur tam multa tamq; multiplicibus myſteriorum vmbraculis opaca intelligenda proficientibus reſtant: tamq; non ſolum in verbis, quibus iſta dicta ſunt, verumetiam in rebus, quæ intelligenda ſunt latet altitudo ſapientiæ, vt annoſiſſimis, acutiſſimis, flagrantiſſimo cupiditate diſcendi hoc contingat, quod eadem ſcriptura quodam loco habet: cum conſummauerit homo tunc incipit.* IDEM lib.2. de doctrina Chriſtiana, cap 6. *Multis & multiplicibus obſcuritatibus & ambiguitatibus decipiuntur, qui temerè legunt, aliud*
E *pro alio ſentientes: quibuſdam autem locis quid vel falſo ſuſpicentur non inueniunt, ita obſcurè quædam dicta denſiſſimam caliginem obducunt. Quod totum prouiſum eſſe diuinitus non dubito, ad hebdomadam labore ſuperbiam, & intellectum a faſtidio reuocandum, cui facili inueſtigata plerunque vileſcant.* Hinc EPISCOPI I. ARMENIÆ, epiſtola ad Leonem Imperatorem. *Sunt quædam in definitione quæ rectè intelliguntur orthodoxa: ſunt verò aliqui, qui ſi ea aliter velint aſpicere, inueniunt hoc ſenſus dubios parientia. Multi quidem & ſcripturas diuinas intelligentes ſicut ſcripta ſunt, propria blaſphemia dogmata genuerunt, quos Dominus ſua clementia conuertat, &c.* Et EPISCOPI II. ARMENIAE, epiſtola ad eūdem Leonem Imperatorem. *Nos Patrum fidem*

Auguſtinus Hipponenſis

Hęc diligenter attende.

Eccleſias 8.

Epiſcopi 1. Armeniæ.

Epiſcopi 2. Armeniæ.

inuiolabilem conſeruamus, quæſtiones verò de Deo tanquam inutiles & noſtra cogitatione ſuperiores effugimus, & aliud quicquam aut dicere valde declinamus. A ſuperfluis quæſtionibus abſtinemus, & lectiones impias refutantes, ab earum prauitate immica Eccleſiæ ſumus extranei, & triticum fidei a zizaniis ſeparatum, vobis fidelibus imperantibus conſeruamus, in traditione Patrum doctrinæ ſufficientiam poſſidentes, & nihil ſuperuacaneum quenquam loqui ſinentes. Superfluis namque perſcrutatores diuinarum rerum & dogmatum quæſitores, & quaſi pietatem ſuis ſyllabis comprehendentes, cum loquuntur aut aliud quicquam de ſcientia diuina delinquunt, eleuantur mox contra Deum. Et volens vnus quis aliquid conſtituere, propriam fidem ſcribit, a Catholica Eccleſia ſemetipſum abrumpit, rectis dogmatibus contradicit, fideles, & fortiter inſtantes, & manentes in fide vehementer impugnare nititur, & lingua propria debellatur. Vide multo plura in vocabulo, Diſputatio de fide interdicitur, &c.

Traditio patrũ.

Scripturæ non reſcindendæ. Vide ſuprà, libri Canonici, & Hæretici, &c. Hinc Concilium FOROIULIENSE ſtatim initio, loquente Paulino eiuſdem vrbis Epiſcopo. *In, ac* (ait) *eloquiis, vel in fidei inſtrumento addere vel minuere eſt, non rectè & aliter ſentiendo intelligere, quam a ſancto Spiritu per calamum linguæ ſanctorum virorum ænigmatum mirabiliter conſtat myſteriorum ſacramenta digeſta, qui eandem ſancto afflati ſpiritu per ſacras ea librorum exarare paginas ſtuduerunt. Hic eſt mos proprius hæreticorum, qui negligẽtes diuinæ ſcripturæ ſenſum, vel modum genusq; locutionis, corrupti ab antiquo ſerpente, ſecundum ſua deſideria coaceruant ſibi inextricabiles quæſtionum tumultus, & idcirco infuſo ferrugineo ſtylo in tinctorio falſitatis, proprium, ſed tamen peruerſum ſe dogma componere gloriantur. Sic & Arrius, vbi cauteriatam audiuit conſcientia, & perfunctoriè legit Chriſtum ſecundum hominem dixiſſe, Vado ad Patrem, quia pater maior me eſt: quiddam de ſuo addidiſſe conuincitur, dum impio ſenſu & polluto ore intulit, non ſolùm ſecundum humanam naturam, ſed & ſecundum diuinitatem minorem eum & poſteriorem patre mentiri non timuit. Hæc nunquam in ſacroſanctis Euangeliis, in nulla ſaltem qualibet diuinorum teſtamentorum ſerie, ſe legiſſe poterit approbare. Minuiſſe autem de ſanctis Euangelij lectione reus conſtringitur, dum eundem audire deſpexit: Ego & Pater vnũ ſumus. Sancta autem & veneranda Euangelij ſacramenta cunctis inuiolata ſeculis permanebunt. Catholicus verò quilibet doctor rectè ſentiẽs, iuxta quod a Domino glorioſius eſt prælibatum, quomodo & ſecundum hominem minor, & ſecundum Deum æqualis ſit patri, hæc multiplici euidenter ſermone explicuit, non addidiſſe vel minuiſſe, ſed irreprehenſibiliter prædicandus eſt latentia ſanctis Euangelij myſteria ſuppleuiſſe. Ita de cæteris intelligendum eſt. Nam in Apocalypſi Ioannes Apoſtolus, ſub vnius libri appellatione, de tota teſtamenti ſerie conteſtatus eſt, dicens: Si quis* (ait) *appoſuerit ad hæc, apponet Deus omnes plagas ſcriptas in libro hoc. Et ſi quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem illius de libro vitæ, & de ciuitate ſancta. Verumtamen non ſanctos prædicatores Eccleſiæ hæc percellit vltionis vindicta, quos ipſum nimirum Apocalypſis librum, & vnumquodque capitulum ſcripturarum multiplici diſputationum ſtylo per ſingula exponendo ſalubri explicuiſſe promulgatione laudamus, quoſque pro his ſempiternam credimus recepturos mercedem. Ipſe quippe mediator Dei & hominum Dominus & magiſter multa in parabolis, quæ ipſe propoſuerat, melliſluo diuinitatis exponendo ore verborum inſignia multiplicauit, & duobus in via ambulãtibus aperuit ſenſum, & incipiens a Moſe & omnibus Prophetis, interpretabatur eis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant. Sed & beatus Apoſtolus non eſt culpandus, qui legis ænigmata per multiplicia diſputationum diſſeruit verba. Hucuſque propter eos, qui nequeunt ad purum ſubtiliter intelligere, quid ſit in ſacro eloquio addere vel minuere.* Eadem ſcribit & renouat etiam Concilium FERRARIENSE, ſeſſione 7. contra Orientales Patres, qui obiiciebant Occidentalibus, quod contra fas ſymbolo aliquid addiderant, ſcilicet, filióque, dum de Spiritus ſancti proceſſione agitur, vt mox dicemus in vocabulo Spiritus ſancti proceſſio, &c. Docétque pro elucidatione fidei licitum eſſe ſacras ſcripturas interpretari, & præceptum de non addendo vel minuendo eo ſpectare, ne quis earum fidem diminuat, vel immutet, aut aliquid cõtra veritatem addat, vt ſuperiùs iam probatum eſt. Porrò Concilium TRIDENTINUM, ſeſſio.4. poſt enumerationem librorum canonicorũ, vt citauimus ſuprà, & approbata vulgari & antiqua editione, cum prohibitione ne alia quiſpiam in prædicationibus, lectionibus, &c. vtatur, ſubdit. *Ad coercenda petulantia ingenia, decernit ſancta Synodus, vt nemo ſua prudentia innixus in rebus fidei, & morum ad ædificationem doctrinæ Chriſtianæ pertinentiũ, ſacram ſcripturam ad ſuos ſenſus extorquens, contra eum ſenſum, quem tenuit & tenet ſancta mater Eccleſia (cuius eſt iudicare de vero ſenſu & interpretatione ſanctarũ ſcripturarum) aut etiam contra vnanimem conſenſum Patrum ipſam ſacram ſcripturã interpretari audeat, etiam ſi huiuſmodi interpretationes nullo vnquam tempore in lucem edendæ forent. Qui contrauenerint, per ordinarios declarẽtur, & pœnis a iure ſtatutis puniantur.* Tum librorum impreſſoribus iniungit, ne ſacræ ſcripturæ expoſitiones, aut alios libros imprimant, niſi fuerint viſitati & approbati, vt diximus, & addit. *Poſthæc ſancta Synodus temeritatem illam reprimere volens, qua ad prophana quæque conuertũtur & torquentur verba, & ſententiæ ſacræ ſcripturæ, ad ſcurrilia ſcilicet, fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones impias, & diabolicas incantationes, diuinationes, ſortes, libellos etiam famoſos: mandat & præcipit ad tollendam huiuſmodi irreuerẽtiam & contemptum, ne de cætero quiſquam quomodolibet verba ſacræ ſcripturæ ad hæc ſimilia audeat vſurpare, & vt omnes eius generis homines temeratores, & violatores verbi Dei, iuris & arbitrij pœnis per Epiſcopum coerceantur.*

Concilium Foroiulienſe ſub Adriano 1. & Carolo & Pipino.

Hæreticorum fraus in peruertẽdis ſacræ ſcripturæ ſententiis.

Ioan.14.

Ioan.10.

Apocal. vltim.

Lucæ 24.

Concilium Ferrarienſe, poſtea Florentinũ ſub Eugenio 4.

Concilium Tridentinum generale.

Ne diſtorqueãtur ſenſus ſcripturæ.

Scripturæ non ita inhærendum, vt Patrum traditio negligatur.] Vide infrà, Traditiones Patrum, &c. Porrò quia hæretici ſæpiùs nil ſe velle admittere dicunt, quod nõ ſit expreſſum in ſcripturis, & ideo non admittunt, Tranſſubſtantiationem, Miſſam, Purgatorium, & huiuſmodi, eo quod nomina hæc non reperiantur in ſcripturis, eis ſatisfecit GUILELMUS LINDANUS ſtatim initio cap.1. lib.1. Panopliæ ſuæ Euangelicæ. Præterea eis reſpõdendum eſt, quod LEGATI Conſtantinopolitanæ Synodi, ſub Flauiano Patriarcha miſſi ad euocandum Eutychem hæreticum vt Concilio compareret, cum ipſo Eutyche egiſſe leguntur (vt habetur actio.1. Concilij IV generalis Chalcedonenſis, & actio.6. præfatæ Synodi) cum enim Eutyches negaret duas in vno ſuppoſito naturas in Chriſto eſſe, ſic argumentabatur. *In qua ſcriptura iacent duæ naturæ? Reſponderunt ei legati. Oſtende tu* (inquiunt) *nobis vbi continetur homouſion, aut quæ ſcriptura hæc dicit?*

Guilielmus Lindanus.

Concilium Conſtantinopolitanũ ſub Flauiano Epiſcop.

Reſpondit

A

Reſpondit Eutyches. Non continetur in ſcripturis, in expoſitione verò Patrum iacet Et illi. Eo modo, ſicut homouſion in ſanctis ſcripturis non iacet, ſed a ſanctis Patribus expoſitum eſt: ita & de duabus naturis idem ſancti Patres expoſuerunt ſi iter pie intellexerūt. Vnde & non omnia in ſcripturis contineri docet

Baſilius Magnus.

Basilivs Magnvs in Pſalm 114 & epiſt. 63. & libro de Spiritu ſancto, cap 27 vt diximus paſſim vocabulis, Conſuetudo, & Cæremoniæ, &c.

Tertullianus Carthaginenſ.

Et Tertvllianvs Carthagin. libro de corona militis & libro de velandis virginibus, & libro Apologetico, cap 46 & libro 2. ad vxorem.

Dionyſius Areopagita.

Dionysivs Areopagita, libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, cap. 2.

Origenes Adamantius.

B

Origenes Adamantivs, homil 5. in Numeros, & homilia 5 in Eſayam: Cyprianvs ſermone de ablutione pedum:

Hieronymus Stridonenſis.

Hieronymvs Stridonensis in dialogo contra Luciferianos, & epiſtola ad Licinium, & in cap. 5. Matthæi, & in 10. cap. Eccleſia.

Ioannes Chryſoſtomus.

Ioannes Chrysostomvs homil. 3 & 13. in epiſtolam ad Philippenſes, homilia 9. in Geneſin, homil. 29. in 2. ad Corinthios, homi. 6. in priorem ad Timothæum.

Auguſtinus Hipponenſis

Avgvstinvs Hipponensis, lib 2. de baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 7. & lib. 3. cap. 16. & lib 4. cap. 24. & lib 1. ad inquiſitionem Ianuarij, cap. 1. & lib. 2. cap. 18. & cap 19 & lib 1. ad Pollentium, cap. 14. & lib. 9. contra Fauſtum, cap. 16. & lib. 10. cap. 21. & lib. 32. cap 14. atque alijs locis innumeris, vt dicemus in vocabulo, Traditio, & ſuprà quædam habes in vocabulo, Cæremoniæ, & Conſuetudo, & Canon, &c.

C

Concilium Senonenſe.

Porrò Concilium Senonense decreto 5. ſic loquitur. *Ampla certè ſcripturæ latitudo, inges & incomprehenſibilis profunditas Pernicioſum eſt tamen eo errore laborare, vt nihil admittēdum putetur, quod non è ſcriptura depromptum ſit. Multa quippe à Chriſto ad poſteros per manus Apoſtolorum ore ad os, & familiari colloquio transfuſa ſunt quæ &*

Hęc diligenter nota.

ſi in ſacra ſcriptura expreſſe contineri non videantur, inconcuſſe tamen tenenda veniunt. Nam quod genua flectimus ad Orientem, ſed & ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſumendæ ritus, vel eorum quæ dicuntur in baptiſmo verborum, geſtorumq; & ordinum, atque interrogationum & reſponſionum, quis facile explicet rationem? Et tamen omnia hæc, operta licet & velata, portamus ſuper humeros, atque ita implemus, vt a magno Pontifice Chriſto aut primitiuæ Eccleſiæ proceribus tradita. Ad

D

Actuum 20.

hæc, vbi quæſo ſcriptum eſt illud, quod a Chriſto dictum commemorat Apoſtolus, beatius eſt magis dare, quam accipere. Quis ſcripto redegit ea, quæ per dies a reſurrectione quadraginta Dominus cum diſcipulis de regno Dei diſſeruit? Atque alia id genus multa, quæ ſi ſcriberentur per ſingula, nec ipſum mundum (iuxta Ioannem) arbitramur poſſe capere eos qui ſcribendi ſunt libros. A quibus non longe ſunt aliena, ſymbolum illud Apoſtolorum, & quod ſine vnctione non ſit confirmationis ſacramentum, & quod per benedictionem Miſſæ ſacrificij aqua vino miſceatur, aut fideles vim ſacræ crucis ſigno frontem communiant, & huiuſmodi id genus, quæ velut ex receptione quadam, & quaſi per manus, ab Apoſtolis emanarunt Hinc Paulus non eas tantum traditiones

Actuum 1.

Ioann 21.

E

1. Theſſalon 2.

iubet a Theſſalonicenſibus obſeruari, quas per epiſtolā, ſed etiam quas per ſermonem didicerant. Neque prætermittendum eſt cætera, quæ circa venerandum Euchariſtiæ ſacramentum Corinthus ſeſe diſpoſiturum, cum veniſſet, vltro ſpoponderat Quorum plurima licet a Chriſto fortè non ſint inſtituta, id tamen ratum eſt quod dictante Spiritu ſancto Apoſtoli tradiderunt, veluti quod Chriſtus ipſe tradidit. & in ſui commemorationem fieri præcepit. Oportet itaque nos authoritati

1. Corinth. 11.

A

Patrum, conſuetudiniq; maiorum, vſque ad tantum tempus per tantam amorem ſeriem protelatæ, tam ex per pia ratione credere, eamq; vt antiquitus tradita eſt, iugi obſeruantia ac reuerentia cuſtodire. Quam ſi quis contra textu pertinaciùs renciat quod non legitur in ſcripturis ... vt hæreticum & ſchiſmaticum habeatis. Porrò ſequenti 6. decreto idem Concilium de conſtitutionibus humanis & traditionibus diſputat, & omnes vult Patrum traditionibus morem gerere. *Nam ſi quid inſtituerint, quamuis huius rei certum de ſcripturis non proferatur exemplum, earundem tamen ſcripturarum etiam in hac re a nobis tenetur veritas, cum hoc facimus quod vniuerſa placuit Eccleſia. In omnibus ... in quibus nihil certi definiuit ſcriptura ... mos populi Dei & inſtituta maiorum pro lege habenda ſunt. Et ſicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores Eccleſiaſticarum conſuetudinum coercendi* Vide ſuprà, Cæremoniæ, Conſuetudo, Canon, libri Canonici & authentici, Traditio, &c.

Ioannes Caſſianus collat. 14. c. 12.

B

Seditiosvs.

Seditioſi non ordinandi.] Conciliū Carthaginense IV. cano. 67. allegatur à Gratiano diſtinct. 46. cap. Seditio. *Seditioſos nunquam ordinandos clericos, ſicut nec vſurarios, nec iniuriarum ſuarum vltores, ſtatuimus.* Idem omnino Concilium Agathense, cano. 69. ſub eiſdem verbis. Vide Diſcordia, &c.

Concilium Carthaginenſ. 4.

Concilium Agathenſe.

C

Sepvltvra.

Sepultura vbi fieri, & quomodo debeat.] Concilium Arvernense, cano. 3. *Obſeruandum ne pallis vel minyſterijs diuinis defunctorum corpuſcula obuoluantur, ... ne a potētibus ſeculi, clerici contra Epiſcopos ſuos vllo modo erigantur.* Similiter & Concilium Antissiodorense cano. 12. & 14. ſtatuit, ne in baptiſterio liceat corpora ſepelire. Hinc etiam ſtatuit Concil. Bracarense I. cano. 36. *Placuit, vt corpora defunctorum nullo modo intra baſilicam ſanctorum ſepeliantur: ſed ſi neceſſe eſt, deforis circa murum baſilicæ vſque adeo nō abhorret. Nam ſi firmiſſimum hoc priuilegium vſque nunc retinent ciuitates, vt nullo modo intra ambitum murorum cuiuſlibet defuncti corpus humetur: quanto magis hoc venerabilium martyrum debet reuerentia obtinere?* Idem omnino Concilium Arelatense IV. cano. 21. Et Concilium Mogvntinvm I. canone 52. *Nullus mortuus infrà Eccleſiam ſepeliatur, niſi Epiſcopi, aut Abbates, aut digni preſbyteri, vel fideles laici.* Et Concilium Meldense, can. 72. vt etiam allegat Buchardus, lib 3 cap 158. *Nemo quemlibet mortuum in Eccleſia quaſi hæreditario iure, niſi quem Epiſcopus aut preſbyter pro qualitate conuerſationis & vita dignum duxerit, ſepelire præſumat.* Hinc Concilium Tribvriense, cano. 15. ſtatuit propter neceſſitatem, vt vbicunque facultas rerum & opportunitas temporum ſuppetit, ſepultura morientium apud Eccleſiam, vbi ſedes eſt Epiſcopi, celebretur. Si verò longè abſint, in monaſterijs proximè canonicorum monachorum, aut ſanctimonialium, vt eorum ſuffragijs adiuuentur, vel in parochia, vbi viuus perſoluebat decimam mortuus ſepeliatur Et cano. 16 expreſsè prohibet, ne pro Eccleſiaſtica ſepultura pretiū requiratur, vt mox dicemus. Et can. 17. ſe præcedentibus conformans ſtatutis, ita ſtatuit. *Secundum ſtatuta ſanctorum Patrum, & experimenta miraculorum, prohibemus & præcipimus, vt deinceps nullus laicus in Ec-*

Concilium Arvernenſe.

Concilium Antiſſiodorenſe, ſub Deuſdedit Papa.

Concilium Bracarenſe 1.

D

Concilium Arelatenſe 4. ſub Carolo Magn.

Concilium Moguntinum 1. ſub eodem.

Concilium Meldenſe.

E

Concilium Triburienſe ſub Arnulpho Imperat.

A cleſia ſepeliatur, niſi fortè talis ſit perſona ſacerdotis, aut cuiuſlibet iuſti hominis, qui per vita meritum talem viuendo ſuo corpori defuncto locum acquiſiuit. Corpora antiquitus in Eccleſia ſepulta nequaquã proiiciantur, ſed pauimento deſuper facto, nullo tumulorum veſtigio apparente, Eccleſiæ reuerentia cõſeruetur. Vbi vero hoc pro multitudine cadauerum difficile ſit facere, locus ille cœmeterium & polyandrium habeatur, ablato inde altari, & conſtituto vbi religioſe ſacrificiũ Deo valeat offerri. Beatus GREGORIVS I. in miraculis Patrum, ſcilicet lib 4 Dialogorum, cap.53. memoria dignum, & huic rei con[illegible] refert miraculum in Genuenſi vrbe contigiſſe. Ibi namque quidam Valentinus nomine, Mediolanenſis Eccleſiæ defenſor defunctus eſt, cuius corpus in Eccleſia beati martyris Syri ſepultum eſt. N[illegible]e autem media in eadem Eccleſia factæ ſunt voces, ac [illegible] violenter ex ea repelleretur, atque traheretur fo[illegible]. Ad quas nimirum voces concurrere cuſtodes, & videre duos quoſdam teterrimos ſpiritus, qui eiuſdem Valentini pedes cum ligatura conſtrinxerant, & eum ab Eccleſia clamantem ac nimium vociferantem foras trahebant. Qui videlicet exterriti ad ſua ſtrata reuerſi ſunt, & mane facto aperientes ſepulchrum vbi idem Valentinus poſitus fuerat, eius corpus non inuenerunt. Cumque extra Eccleſiam quærerent, vbi proiectum eſſet, inuenerunt hoc in ſepulchro alio poſitum ligatis adhuc pedibus, ſicut de Eccleſia fuerat abiectum. Ex qua re colligendum eſt, quia hi quos grauia peccata deprimunt, ſi in ſacro loco ſepeliri ſe faciũt, reſtat vt etiam de ſua præſumptione iudicentur, quatenus eos ſacra loca nõ liberent, ſed etiam culpa temeritatis accuſet. Quid igitur loca ſacra ſepultis proſunt, quando hi qui indigni ſunt ab eiſdem ſacris locis diuinitus proiiciuntur. Sancta Synodus dixit: Mira res & multis expaueſcenda, ideoq́; per futura temporum curricula ab omnibus obſeruanda. Idem renouat Concilium NANNETENSE, capite 6. & ſignanter vetat ne vllatenus laici in Eccleſia ſepeliantur, ſed in atrio, aut in porticu, aut extra Eccleſiam. *Infrà Eccleſiam verò, aut propè altare, vbi corpus Domini & ſanguis conficitur nullatenus habeat ſacerdos licentiam ſepeliendi.* Vide quod ſequitur.

Gregorius I.

Miraculum dignum [illegible] tione & fide

Concilium Nannetenſe.

Sepulturam ſibi quocunque loco quiuis eligat.] PASCHALIS II. vt allegatur, par.43 Concilij Lateranenſis ſub Alexandro III. cap.1. *Volumus, ac iuxta canonum ſententiam nobis probabile videtur, vt ſicut morienti conceditur rerum ſuarum iudicium facere, quocunque loco ſibi placuerit: ſic nimirum iuſtum eſt ſui corporis licentiam habere eligendi ſepulturam, in quocunque loco voluntas extiterit, ſiue in monaſteriis, ſiue in aliis locis.* Et LEO III. vbi ſuprà conſequenter allegatus. *Nos inſtituta maiorum Patrum conſiderantes, illorum decreta firmando ſtatuimus, vnumquemque in maiorum ſuorũ ſepulchris iacere debere, vt Patriarcharum exitus docet: nulli tamen denegamus propriam eligere ſepulturam, & etiam alienam. Dominus enim & magiſter ſibi alienam elegit, non propriam, qui ſine peccato erat.* E *Ea autem quæ mortuo poſito ante ſepulturam eius ſolita fuerint, vel exigendo quod debitum eſſe dicetur, vel confeſſiones aliquas, aut fideiuſſores, aut pignora capiendo, penitus amputari præcipimus.* Hæc & multa alia repetit GREGORIVS IX. lib.3. Decretalium, titu.28. de ſepulturis. Et Concil VIENNENSE ſub Clemente V. & habetur in Clementinis, lib 3. titu.7. de ſepulturis. Et adhuc BONIFACIVS VIII. lib.3. Sexti decretalium, titu 12. de ſepulturis, & in Extrauaganti, quæ ad calcem ponitur, de ſepulturis, quæ incipit, Deteſtandæ feritatis, &c. Verùm hæc ſuis lege locis.

Paſchalis 2.

Leo 3.

Matth. 27.

Gregorius 9. Concilium Viennẽſe 2. ſub Clemente V.

A Sepulturæ exequiæ, &c.] Vide ſuprà, Defunctus. &c

Sepultura non pretio æſtimetur.] Concilium V[illegible] II. vt citatur à Gratiano, cauſa 13. quæſt. [illegible] cap. Præcipiendum. *Præcipiendum eſt [illegible] de ſepultura [illegible] hominibus [illegible] aut nihil [illegible] exigant. [illegible] non ſufferit [illegible] in ipſius atrio ſepeliatur, aliquid de rebus ſuis tribuere, aut etiam poſt mortem ipſius [illegible] eſt eius eleemoſynam facere, de rebus [illegible] aliquid [illegible] dare voluerint: & tamen [illegible] à presbyteris Eccleſiæ illius aliquid exigatur, ſiue ab [illegible] poſſunt.* Hoc decretum ſub nomine Concilij Nannetenſis B allegat Buchardus, lib.3 cap 159. Porrò Cõcilium MELDENSE, cano 63. & cano. 72. bis illud repetit, ne ſcilicet pro ſepultura aliquid exigatur. *Nemo [illegible] pro ſepultura, vt verbis S. GREGORII vtamur, pretium de terra concedat, & putredini quærere [illegible] de [illegible] facere lucri compendium, aliquo modo tentet. Si quando autem proximi vel heredes ipſi te aliquid [illegible] Eccleſiæ [illegible] in eleemoſyna defuncti [illegible] non vetamus. Poſt vero aut aliquid exigi omnino prohibemus ne quod valde irreligioſum eſt) aut venalis quod abſit iudicatur Eccleſia, aut de humanis mortibus videatur gratulari, [illegible] compendium exinde ſtudemus modo quolibet quærere.* Hoc iterum renouat Concilium METENSE, cano 2. C Concilium TRIBVRIENSE, cano.16. NANNETENSE, cano 6. Et Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. par.1. cap.7 & par. 2 cap.10. *Pro ſepultura quidem (ait) & chriſmatis [illegible] olei perceptione, nulla alicuius pretij exactio intendatur: neque ſub obtentu huius conſuetudinis reatum ſuum aliquis tueatur, quia diuturnitas temporis non minuit peccatum, ſed auget.* Hæc iterum confirmat Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III cap.66. ſed fruſtrà rem eandem toties repetimus, cũ ſemel dixiſſe ſufficiat. Similiter & Concilium RATISPONENSE cano. 5. & 6 vbi D tamen addit. *Pa[illegible] tamen [illegible] recepta [illegible] altari ſeruientis, per prædicta non abrogamus.* Et Concilium SENONENSE hoc cõfirmat cap.2. conſtitutionum ſuarum. Vide ſuprà, Defunctus &c.

Concilium Meldenſe.

Hęc Gregorius lib. 7 Regiſtri Epiſtola 55. & allegat Gratianus cauſa 13. quæſt.2.

Concilium Metenſe.
Concilium Triburienſe.
Concilium Nannetenſe.

Concilium Lateranenſe ſub Al[illegible] 3.
Concilium Lateranenſe ſub [illegible]
Cã pegio Carnna

Sepultura quibus neganda, &c.] Concilium COLONIENSE III. part.7. cap 51. *Quod ad ſepulturam attinet, quis poterit negare rem longè [illegible] in nona lege accuratè obſeruatam, vt Chriſtianorum qui ſpem reſurrectionis habent corpora non pecudum more [illegible] ſed in cœmeterii ſinum recondantur: quod etiam alio myſterio non caret. Ab hac ergo ſepultura nemo Chriſtianus, qui in communione decedit [illegible] arceatur. [illegible] ſi caſu [illegible] erit. Cui enim communicabatur viuenti, &* E *mortuo communicandum eſt. Si vero hæretici, excommunicati publici [illegible] & hi, qui ſibi mortem criminis conſcientia adacti [illegible] quos in peccatis [illegible] nulla [illegible] præcedentibus deceſſiſſe [illegible] conſtiterit, prohibeantur.* Vide ſuis locis omnia hæc iam memorata, & locos quos ſuperiori pagina ex decretalibus, Sexto decretalium, & Clementinis annotauimus.

Concilium Co[illegible]
Geneſ. 23. & 25.

Sepultura denegãda ei qui debitis obligatur, &c.] Lege prætactos locos ſuperiori pagina ex Decretalibus, Clemẽtinis & ſexto Decretalium de ſepultura. Porrò ALEXANDER III. Cantuarienſi Archiepiſcopo, vt habetur par 43 Concilij Lateranenſis quod celebrauit, cap.3. *Super eo, quod defuncto aliquo interdum religioſa perſona*

Alexander 3.

interdum Eccleſiaſtica, interdum etiam ſeculares poſtulant ſibi debita ſolui, quæ defunctus ipſis debebat, & niſi ſoluantur, ne corpus defuncti ſepulturæ tradatur, vocem appellationis emittunt: hoc tua fraternitati duximus reſpondendum, quòd ſi defunctus de rebus ſuis diſpoſuit, & debita diſponere prætermiſit, niſi de ſolutione debitorum (dummodo ſit ſoluendo) ab herede vel conſanguineis defuncti ſufficiens cautio detur, corpus eius poſtpoſita appellatione Eccleſiaſtica ſepulturæ non tradetur. Vide in vocabulo, Teſtamenti executor, reliquum.

Gregorius 1.

Sepulturam ſine licentia monachi non concedant.] Allegatur GREGORIVS I. in memorato Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. cap 4 par 43 vbi ſcribens Auguſtino Anglorum Epiſcopo, ſic loquitur. *Monachi corpora hominum tam viuorum, quam mortuorum ad Eccleſiam ſuam deferre non audeant, ſine conſenſu & petitione eius Eccleſiæ, quæ ei dum viueret conſuluit, & conſulendo viaticum ſuum miniſtrauit. Quòd ſi fecerint, veluti inuaſores ſanctæ Eccleſiæ ſub diſtricta anathematis interpoſitione, quouſque ſatisfaciant Eccleſiæ, fieri præcipimus, omni remota fraternitatis occaſione.* Hæc latiùs perſtringit Gratianus cauſa 16. quæſt. 1. cap. Agapetus & cauſa 13. quæſt 2 capit. vbicunque. Et ſubditur. *Simili modo vnaquæque Eccleſia totius ordinis aliam quamlibet inuadere pertimeſcat: ſin autem eodem anathematis vinculo ſciat ſe a nobis proculdubio ſubigi.* Verumtamen in Clementinis lib. 3. titulo 7. de ſepulturis, & alijs locis decretalium, & ſexti decretalium iam citatis, datur licentia fratribus prædicatoribus & minoribus quoſlibet in ſuis Eccleſijs ſepelire. Et Concilium LATERANENSE ſub Leone X. ſeſſione vndecima idem cunctis mendicantibus conceſſit. Vide ſi lubet.

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10.

SEPVLCHRVM.

Bonifacius 8.

Sepulchra non aperienda, nec demolienda, nec cibaria eis inferenda.] Iam ſuperiùs allegauimus BONIFACIVM VIII. in extrauagante quæ eſt poſt ſextum decretalium, quę incipit. *Deteſtandæ feritatis abuſum*, &c. qua illos excommunicatione ferit, qui ſepulchra mortuorum aperiunt, & defunctorum corpora exenterantes, & ea inhumaniter decoquentes, oſſa à carnibus ſeparata in terram ſuam deferunt ad ſepeliendum, &c. & ſubſequitur alia quæ incipit, *Super cathedram præeminentiæ paſtoralis* &c. Lege obſecro. Porrò CLEMENS ALEXANDRINVS ſcelus illud grauiter inſectatur lib. 2. Stromatum, dum de peccatis & pœnitentia tractat, nullo modo aperienda ſepulchra conteſtans. Hoc Concilium MATISCONENSE II. patrum 60, cann. 17. ſic confirmat. *Comperimus multos, nec dum marcidatis mortuorum membris ſepulchra reſerare, & mortuos ſuos ſuperimponere, vel alienos* (*quod nefas eſt*) *mortuis ſuis religioſa loca vſurpare, ſine voluntate ſcilicet domini ſepulchrorum: ideoque ſtatuimus, vt nullus deinceps hoc peragat. Quod ſi factum fuerit, ſecundum legum decreta ſuper impoſita corpora de tumulis reiactentur.* Idem Concilium ANTISSIODORENSE, can. 15. *Non licet* (ait) *mortuum ſuper mortuum mitti*, &c. Prætereà ſtatuit etiam Concilium MELDENSE, cano. 72. *Nullus oſſa cuiuſlibet mortui de ſepulchro ſuo eiiciat, aut ſepulturam cuiuſquam temerario auſu quoquomodo violet: ſed vnumquemque in loculo ſibi à Deo præparato atque conceſſo, aduentum ſui iudicij præſtolari concedat, maximè cum non ſolum diuinæ leges, ſed etiam humanæ ſepulchrorum violatores reos mortis iudicent.* Hinc Concilium TOLETANVM IV. can. 45. *Si quis clericus in demoliendis ſepulchris fuerit deprehenſus, quia facinus hoc pro ſacrilegio legibus publicis ſanguine vindicatur, oportet canonibus in tali ſcelere proditum à clericatus ordine ſubmoueri, & pœnitentiæ triennio deputari*, &c. Et Concilium BRACARENSE II, cano. 69. & allegatur à Gratiano de conſecratione diſtinct. 1. cap. non oportet, *Non liceat Chriſtianis* (ait) *prandia ad defunctorum ſepulchra deferre, & ſacrificare mortuis*, &c.

Clemens Alexandrinus.

Concilium Matiſconenſe 2.

Concilium Antiſſiodorenſe.

Concilium Meldenſe.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

Concilii Bracarenſe 2.

SERVVS.

Canon Apoſtolorum.

Serui non ordinandi.] CANON APOSTOLORVM LXXXI. *Seruos in clerum prouehi ſine voluntate dominorum non permittimus, ad eorum qui poſſident moleſtiam: domorum enim euerſionem tales efficiunt. Si quando etiam dignus ſeruus viſus ſit qui ad gradum eligatur, qualiter noſter quoque Oneſimus viſus eſt, & domini conceſſerint, ac liberauerint, & ædibus emiſerint, fiat.* Hinc etiam LEO I. epiſt. 1. ad Epiſcopos Campaniæ, Piceni & Tuſciæ cap. 1. allegat Gratianus diſtinct. 54. cap. Admittuntur. *Admittuntur paſſim ad ordinem ſacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas ſuffragatur: & quia dominis ſuis libertatem conſequi minime potuerunt, ad faſtigium ſacerdotij, tanquam ſeruilis vilitas hunc honorem iure capiat, prouehuntur. & probari Deo poſſe creditur, qui domino ſuo nec dum probare ſe potuit. Duplex itaque in hac parte reatus eſt, quod & ſacrum miniſterium talis conſortij vilitate polluitur, & dominorum, quantum ad illicitæ vſurpationis temeritatem pertinet, iura ſoluuntur. Ab his itaque omnes prouinciæ veſtræ abſtineant ſacerdotes, & non tantum ab his, ſed ab illis etiam, qui origini, aut alicui conditioni obligati ſunt, volumus temperari, niſi fortè eorum petitio aut voluntas acceſſerit, qui aliquid ſibi in eos vendicant poteſtatis. Debet enim eſſe immunis ab aliis, qui diuinæ militiæ fuerit aggregandus, vt à caſtris dominicis, quibus nomen eius aſcribitur, nullis neceſſitatis vinculis abſtrahatur.* Et GELASIVS I. epiſt. 1. ad Epiſcopos Lucaniæ Brutiorum, &c, capite 16. & allegat Gratianus diſtinct. 54. cap. Generalis. *Generalis querela vitanda præſumptio eſt, qua propemodum cauſantur vniuerſi, paſſim ſeruos, & originarios dominorum iura poſſeſſionúmque fugientes, ſub religioſæ conuerſationis obtentu, vel ad monaſteria ſe ſe conferre, vel ad Eccleſiaſticum famulatum, conniuentibus quoque præſulibus indifferenter admitti, quæ modis omnibus eſt amouenda pernicies, ne per Chriſtiani nominis inſtitutum, aut aliena peruadi, aut publica videatur diſciplina ſubuerti, præcipuè cum nec ipſam miniſterij clericalis hac obligatione fuſcari conueniat dignitatem, cogatúrque pro ſtatu militantium ſibi conditionéque ſurgare, aut videri* (*quod abſit*) *obnoxia, quibus ſolicita competenter interdictione prohibitæ. quiſquis Epiſcopus, Presbyter aut Diaconus, vel eorum qui monaſterijs præeſſe noſcuntur, huiuſmodi perſonas apud ſe tenentes, non reſtituendas patronio, aut deinceps vel Eccleſiaſtica ſeruitati, vel religioſis congregationibus putauerint applicandas, niſi voluntate forſitan dominorum, ſub ſcriptura teſtimonio primitus abſolutas, vel legitima tranſactione conceſſas, periculum ſe honoris proprij non abigant communionisque ſubituros, ſi ſuper hac re cuiuſquam verax nos querela pulſauerit. Magnis quippe ſtudiis, ſecundum beatum Apoſtolum præcauendum eſt, ne fides & diſciplina domini blaſphemetur.* Hinc Concil. AVRELIANENSE

Leo 1.

Geläſius 1.

1. Timoth. 6.

Concilium Aurelianenſe 2. ſub Hormiſda 1.

LIANENSE I. cano. 10. allegatur à Gratiano diſtinct. 54 cap. Si ſeruus *[illegible] abſente vel neſciente domino [illegible] Epiſcopo tamen ſciente quod ſeruus ſit, Diaconus aut presbyter fuerit ordinatus, ipſo in clerici officio permanente [illegible] eum domino ſuo duplici ſatisfactione compenſet. [illegible] verò Epiſcopus eum ſeruum [illegible], qui teſtimonium perhibent, aut eum ſupplicauerint ordinari, ſimili redhibitioni teneantur obnoxii.* Idem omninò Concilium VORMATIENSE can. 40 ſub eiſdem verbis. Porrò MARTINVS BRACARENSIS cap. 46. ſui collectorij, & allegatur à Gratiano diſtinct. 54 cap. Si quis prædicta decreta confirmat ſicque ait. *Si quis [illegible] ſeruili, vel alia conditione, non [illegible] clericus abſque conſenſu Domini.* Concilium AVRELIANENSE III. canone 25. *Nullus [illegible] ſeruilibus colonariſque conditionibus obligatus iuxta ſtatuta Sedis Apoſtolicæ, ad honores Eccleſiaſticos admittatur, niſi prius aut teſtamento, aut per tabulas eum legitimè conſtiterit abſolutum. Quod [illegible] Epiſcoporum, eum qui ordinatur conditionem ſciens, tranſgredi per ordinationem indebitam forta ſe voluerit, an[illegible] ſpatio miſſas facere non præſumat.* Eadem ſtatuit Concilium AVRELIANENSE V. cano. 6. vbi decernit ne ſeruus, qui non à domino fuerit abſolutus, ordinetur. *Si verò ordinatus fuerit ignorante [illegible] non deſinat in ſuo ordine honeſtum domino impendere obſequium. Quod ſi nec ſic dominus voluerit, ſed cum voluerit amplius inclinare, ordini ſacro [illegible] alios duos ſeruos Epiſcopus, qui eum ordinauit ſeculari domino reſtituat, & ſic retineat, & per ſex menſes à miſſa abſtinens pœniteat.* Eadem renouat Concilium TRIBVRIENSE cano. 29 Vide porrò ex Concilio TOLETANO IV cano. 72 an liberti poſſint ad ordines promoueri ſuperiùs, liberti, &c. Et EVGENIVS I. Turonenſi Archiepiſcopo, vt habetur in Concilio Lateranenſi parte 16. cap. 19. *Conſuluit nos tua fraternitas, vtrum liceat tibi ſpurios & ſeruos ordinare. Super quo tibi aliter reſpondemus, quod neque ſpurios, neque ſeruos ordinare debes [illegible] immemor eſſes, in conſecratione tibi dictum eſt. Vide ne quemlibet ſeruilis conditionis ad ordines promouere præſumas.* Parte quoque 10. eiuſdem Concilij cap. 56 decretum citatur ex Concilio Maticenſi: Buchardus tamen & Gratianus atque ſuo attribuunt Toletano Concilio. *Nemo Epiſcoporum ſeruos ad ſacros ordines promouere præſumat, niſi prius à dominis ſuis libertatem ſint conſecuti. Quod ſi ſeruus fraude, vel quolibet alio modo, ad ſacros ordines peruenerit, deponatur, & domino reſtituatur. Quod ſi in aliena terra quiſquam genitus ſit, & ad gradus Eccleſiaſticos promotus, & ignoratur an ſeruus vel liber ſit: Si legibus dominus terræ eum acquiſierit, & illi libertatem dare voluerit, in gradu ſuo permaneat: alias ſacerdotij dignitate frui non poteſt.* Vide, Libertus, &c. & ea quæ ſequuntur.

Seruus non recipiatur in monaſterio.] Repete decretum GELASII I. quod præcedenti pagina reperies, & adde quod etiam ſtatuit Concilium CHALCEDONENSE generale cano. 4. actionis 11 & allegat Gratianus cauſa 16. quæſt. 1. cap. Qui verò, &c. *Placuit nullum recipere in monaſterijs ſeruum, vt ſit cum eis monachus, niſi cum proprij domini conſcientia. Tranſgredientem verò hanc definitionem noſtram, excommunicatum eſſe decreuimus, ne nomen Dei blaſphemetur.* Et Concilium ROMANVM ſub Gregorio I. cano. 6. *Si quis ex iuris Eccleſiaſtici ſeruitute ad Dei ſeruitium conuerti deſiderat, probetur prius in laico habitu conſtitutus, & ſi mores illius atque conuerſatio bono deſiderio illius teſtimonium ferunt, abſque vlla retractione ſeruire in monaſterio omnipotenti Deo permittatur, & ab humano ſeruitio liber recedat, qui pro diuino obſequio diſtrictiorem ſubire appetit ſeruitutem.*

Serui Eccleſiæ vt libertati donentur.] Cuncta repoſuimus vocabulo, Libertus, &c. Porrò ſic ſtatuit Concilium CARISIACVM can. 2. vt allegat Buchardus lib. 3. decreto cap. 173 *Neque mancipia Eccleſiaſtica quiſquam, niſi ad libertatem, commutet, videlicet vt mancipia quæ pro Eccleſiaſtico homine dabuntur, in Eccleſia ſeruitute permaneant, & Eccleſiaſticus homo qui commutatur, perpetua libertate fruatur. Quod enim ſemel domino conſecratum eſt, ad humanos vſus iam transferri non poteſt. Ait enim lex: [illegible] quis mutauerit, & quod mutat, & quod mutatum eſt ſanctificabitur domino.* Idem cano. 3 *Iniuſtum videtur & impium, vt mancipia, quæ fideles viri ſeu fœminæ pro remedio animæ ſuæ Deo & ſanctis eius conſecrarunt, cuiuſcunque muneris pretio, vel commutationis commercio iterum in ſecularem ſeruitutem redigantur, cum canonica authoritas ſeruos fugitiuos tantummodo diſtrahi permittat. Et ideo omnes [illegible] Eccleſiarum ſummopere caueant, ne vnius eleemoſyna alterius peccatum fiat. Et eſt abſurdum, vt Eccleſiaſtica dignitate ſeruus decedens, humanæ obnoxius ſit ſeruituti.* Vide loco prænotato reliquum.

Serui Eccleſiæ prædas non exerceant.] Concilium AVRELIANENSE IV. canone 22. *Seruus Eccleſiæ vel [illegible] prædas & captiuitates exercere non liceat: quia iniuſtum eſt, vt quorum domini redemptionis præſtare ſolent ſuffragium, per ſeruorum exceſſum diſciplina Eccleſiaſtica non maculetur.* Idem prorſus Concilium TOLETANVM II. cano 5 vt diximus in vocabulo, Bona aliena non liceat Epiſcopis inuadere, &c.

Seruus libertate donatus non reuocetur.] Diximus ſuperiùs de libertis Eccleſiæ factis, quòd ſi contumaces fuerint debeant reuocari. Verùm Concilium AVRELIANENSE V. cano. 7. de alijs ſic ſtatuit. *Communi conſilio placuit obſeruandum, vt quæcunque mancipia ab ingenuis dominis ſeruitute laxantur, in ea libertate maneant, quam tunc à Dominis perceperunt. Huiuſmodi quoque libertas ſi a quocunque pulſata fuerit, cum iuſtitia ab Eccleſiis defendatur, præter eas culpas, pro quibus Leges, collatas [illegible] reuocare iuſſerunt libertates.* Eadem repetit cano. 23. vbi tractat de ſeruis, qui ad Eccleſiæ ſepta confugiunt, quos de venia ſecuros facit. Vide, Libertus, &c.

Serui fugitiui ad Eccleſiam, &c.] Vide poſitum in vocabulo, Eccleſiæ immunitas, &c.

Serui fiſcales.] Vide, Fiſcus, &c.

Seruile genus.] Concilium AVRELIANENSE IV. cano 31. *De genere ſeruili id decreuimus obſeruandum [illegible] deſcendens inde poſteritas, vbicunque quæuis [illegible] longa ſpatia temporum reperiatur, in loco, cui authore eius conſtat fuiſſe deportatos ſtudio ſacerdotis, in ea, qua conſtituta [illegible] a defunctis conditione permaneat. Cui præcepto ſi quis ſecularium humana cupiditatis impulſu [illegible] crediderit obuiandum, quouſque ſe corrigat ab Eccleſia ſuſpendatur.*

Seruorum matrimonia.] IVLIVS I decreto quod allegat Gratianus cauſa 29. quæſt. 2. cap. Omnibus. *Omnibus nobis vnus eſt pater in cœlis, & vnuſquiſque diues & pauper, ſeruus & liber, æqualiter pro ſe, & pro animabus eorum rationem reddituri ſunt. Quapropter omnes cuiuſcunque conditionis ſint, vnam legem (quantum pertinet ad Deum) habere*

non

Concilium Vormatienſe. Martinus Bracarenſis. Concilium Aurelianenſe ſub Vigilio I. Concilium Aurelianenſe ſub Pelagio I. Concilium Triburienſe. Concilium Toletanum 4. Eugenius I. Gelaſius I. Concilium Chalcedonenſe generale 4. Concilium Romanum [illegible]. Concilium Cariſiacum non habetur in ordine cæterorum, ſicut nec multa alia. Concilium Aurelianen. 4. Concilium Toletanum 2. Concilium Aurelianenſe [illegible]. Concilium Aurelianenſe 4. ſub Pelagio I. Iulius I.

non dubitamus. Si autem omnes vnam legem habent: ergo ſicut ingenuas dimitti non poteſt, ſic nec ſeruus ſemel coniugio copulatus vlterius dimitti poterit. Et

Concilium Aureliance 4.

Concilium Avrelianense IV. canone vigeſimo tertio. *Quæcunque mancipia ſub ſpecie coniugij ad Eccleſiæ ſepta confugerint, vt per hoc credant poſſe fieri coniugium, minime eis licentia tribuatur, nec talis coniunctio a clericis defenſetur: quia probatum eſt, vt ſine legitima traditione coniuncti, pro religionis ordine ſtatuto tempore ab Eccleſia communione ſuſpendantur, ne in ſacris locis turpi concubitu miſceantur. De qua re decernimus, vt parentibus aut propriis dominis (prout ratio poſcit perſonarum) accepta fide excuſati ſub ſeparationis promiſſione reddantur. Poſtmodum tamen à parentibus atque dominis libertate conceſſa, ſi voluerint, eos propria voluntate coniungant.* Et

Concilium Cabilonenſe ſub Carolo Magno.

Concilium Cabilonense II canone trigeſimo. *Illud nobis eſt, quod quidam legitima ſeruorum matrimonia, poteſtatiua quadam præſumptione dirimant, non attendentes illud Euangelicum:*

Matth. 19.

Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Vnde nobis viſum eſt, vt coniugia ſeruorum non dirimantur, etiam ſi diuerſos dominos habeant, ſed in vno coniugio permanentes dominis ſuis ſeruiant. Et hoc in illis obſeruandum eſt, vbi legalis coniunctio fuit, & per voluntatem dominorum. Et

Adrianus.

Adrianvs Papa, vt allegatur parte 45. Concilij Lateranenſis ſub Alexandro III. capite ſeptimo, ſcribens Eborardo Magdeburgenſi Archiepiſcopo, vbi præmiſſum decretum approbat, & addit: *Quod ſi matrimonia ſeruorum dominis inuitis & contradicentibus contracta fuerint, nulla ratione propter hoc ſunt Eccleſiaſtico iure diſſoluenda: debita tamen & conſueta ſeruitia, non ex hoc minus ſunt propriis dominis exhibenda, &c.* Vide Matrimonium, &c.

Clemens 1.

Serui dominis obediant.] Clemens I. libro quarto, Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite duodecimo. *Seruus beneuolentia proſequatur Dominum, quamuis impium, quamuis improbum: non tamen concordiam cum eo habeat religionis. Qui fidelem habet dominum, ſaluo eius dominio diligat vt dominum, vt eiuſdem fidei conſortem, vt patrem, non vt ſeruus ad oculum, ſed vt Domini ſtudioſus, & amans, ſciens Deum ſibi redditurum ſeruitutis mercedem.* Vide & Dominus. &c.

Concilium Gangrenſe.

Hinc Concilium Gangrense, canone tertio, & allegat Gratianus, cauſa 17. quæſt. 7 cap. Si quis. *Si quis ſeruum alienum occaſione religionis doceat dominum ſuum debere contemnere, & eius miniſterium deſtituere, ac potius non doceret eum ſuo domino bona fide, & cum omni honore ſeruitia deſeruire, anathema ſit.* Hæc eadem tenſuit Martinvs Bracarensis, capite 47. Collectori ſui. Vide ſuprà etiam in vocabulo, Dominus, &c.

Martinus Bracarenſis.

Serui non occidendi.] Lege Homicidium, &c. Hinc Concilium Agathense, cano 62

Concilium Agathenſe.

Si quis ſeruum proprium ſine conſcientia iudicis occiderit, excommunicatione vel pœnitentia biennij reatum ſanguinis emundabit. Idem ſtatuit Concilium Epavnense, canone trigeſimo quarto. Et Concilium Mogvntinvm II ſub Rabano Mauro, canone vigeſimo ſecundo. Idem canon ſub eiſdem verbis renouatur in Concilio Vormatiensi, canone 38.

Concilium Epaunenſe. Concilium Moguntinũ.

Concilium Vormatienſe.

Seruorum venundatio inhibetur. Concilium Cabilonense I. ſub Eugenio I. canone nono. *Pietatis maxime ... intuitum, vt captiuitatis vinculum omnino a Chriſtianis redimatur. Vnde ſancta Synodus ... ſit, vt nullus mancipium extra fines vel terminos regni penitus debeat venundare, ne quod abſit per tale commercium humanæ captiuitatis vinculo, vel quod peius eſt, Iudaica ſeruitute mancipia Chriſtiana teneantur implicita.* Vide plura, Iudæus, &c.

Concilium Cabilonenſe.

Simon Magvs.

Simonis Magi geſta & mors.] Eius mors ſatis ſuperiùs in vocabulo, Petrus, inſinuata eſt, & omnes hiſtoriographi celebres meminerunt.

Egeſippus Hiſtoriographus.

Egesippvs hiſtoriographus, libro tertio, capite ſecundo, excidij Hieroſolymitani. Evsebivs Caesariensis, libro ſecundo, capite decimo, hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Nicephorvs Callistvs, libro ſecundo, capite trigeſimo ſexto, Avgvstinvs Hipponensis ſermone de ſancto Petro & Paulo: Epiphanivs Cypri, tomo ſecundo, libri primi, contra hæreſes, hæreſi vigeſima prima. Maximvs Tavrinensis, homilia prima, in natali Apoſtolorum Petri & Pauli, & alij plures.

Euſebius Cæſarienſis. Nicephorus Calliſtus. Auguſtinus Hipponenſis. Epiphanius Cypri. Maximus Taurinenſis.

Ipſe autem Petrus in conſtitutionibus Apoſtolicis, vt refert Clemens I. libro ſexto, capite octauo, hiſtoriam narrat. *Simon (ait) cum me Petrum primum conueniſſet Cæſareæ Stratonis, vbi Cornelius fidelis per me in Dominum Ieſum crediderat cum eſſet Ethnicus, verbum Dei conatus eſt peruertere, cum vna mecum adeſſent ſacri filij, Zachæus publicanus, & Barnabas item Nicetas & Aquila fratres Clementis Epiſcopi & ciuis Romani, Pauli coapoſtoli noſtri diſcipuli, & in Euangelio coadiutoris. Cum tertio cum eo diſputaſſem de Propheta, & de que Dei monarchia, illum virtute Domini conuictum atque repreſſum in Italiam aufugere compuli.* Et cap. 9. *Romam cum veniſſet Eccleſiam vehementer perturbauit, multos euertens atque in ſuam adducens ſententiam: gentes verò commouebat magicis artibus. Itaque quadam die cum in Theatrum meridie proceſſiſſet, & miſiſſet ſuos vt me in theatrum arriperent, pollicitus eſt ſe in aere volaturum. Cùmque omnes hac re erecti eſſent, ego ſeorſum orabam. Itaque ſublatus à dæmonibus volabat ... optima. Attollens ego manus in cœlum tota mente ſupplicabam Deo, vt per Ieſum Chriſtum Dominum frangeret ſceleſtum illum, & dæmonum vim labefactaret in fraudem & perniciem hominum illa vtentium. Cùmque perfractum non occiderem, ſed communicans Tunc Simonem intuitus: Dei (inquam) homo ego ſum. Apoſtolus vero Ieſu Chriſti veræ doctor, pietatis non erroris, cuiuſmodi & tu Simon, impero improbis virtutibus apoſtatæ pietatis, quibus vehitur Simon Magus, vt remittant ſuas vires, vt ab alio hic decidat in riſum eorum, qui ab ipſo decepti ſunt. Cùmque hæc dicerem, deſertus à virtutibus Simon cum magno fragore corruit, vehementérque conuſſus frangit coxendicem, & pedum talos: clamórque plebis ortus eſt, quo ferebatur vnum eſſe Deum quem ... Petrus nunciaret tantum veritate fretus, multique ab eo defecerunt. Quidam cum eſſent illius pernicie digni, remanſerunt in eius praua diſciplina: atque hoc modo primum inducta Romæ eſt impia Simonianorum hæreſis, atque per reliquos pſeudoapoſtolos operabatur diabolus, &c.* Vide plura in præallegatis authoribus.

Clemens 1. Act. 10. Luc. 19. Act. 4. 9. & 13.

Simonia.

Simonia in Eccleſia deuitanda. Quidquid de ſimonia dicendum erat, videlicet de non pretio comparandis beneficijs, aut ſacramentis conferendis, poſuimus ſuis locis in quibuſque ſa-

cramentorum vocabulis,& præcipuè multa & penè cuncta repoſita inuenies vocabulo, Epiſcopatus non emendus, &c. Monachi non recipiantur pro pecunijs & monialis,&c. Ordo, ſacramenta non pretio æſtimāda,&c. Vide GREGORIVM IX. lib.5. Decretalium,titu.3 de ſimonia, per totum. Contra ſimoniã diſputat etiã AMBROSIVS MEDIOLANENSIS, libro de dignitate ſacerdotali,cap.5 de deteſtatione Epiſcoporum ſacerdotalem honorem diffamantium,&c. Et EPIPHANIVS CYPRI, tomo 2 libri contra hæreſes,hæreſi 21 contra Simonianos. Porrò ſimoniam vehementer Apoſtolos abhorruiſſe teſtatur ABDIAS BABYLONIVS,lib.3.certaminis Apoſtolici. Libro autem ſexto dicit quòd cùm offerentur pecuniæ Apoſtolis pro gratijs vel collatis ſanitatibus, reſpuebant, indignum cenſentes, vt à magiſtri ſententia deuiarent,qui dixit: *Gratis accepiſtis, gratis date.* Et lib.8. *Sic Bartholomæus,Polymio pecuniam pro ſanatione filiæ offerenti,reſpondit. Argentum & aurum non accipimus, ſed contemnimus, ſicut ipſe contempſit. Ibi enim cupimus eſſe diuites, vbi ſolum eius regnat imperium* Et lib.9. idem confirmat de Thoma Apoſtolo. Vnde & TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS,libro Apologetico aduerſus gentes,cap 39. *Præſident (ait) nobis probati quique ſeniores (preſbyteri) honorem iſtum non pretio, ſed teſtimonio adepti. Neque enim pretio vlla res Dei conſtat, etiam ſi quod arcæ genus eſt.* Alibi quidem ipſe & alij doctores ſimoniæ vſum prohibent, vt reperies ſuis locis copioſè notatum. Sic porrò GREGORIVS I. lib 7. Epiſtolar. epiſt. 110. ad Ætherium Lugdunenſem, cap.1. *Nuntio apud nos diſcurrente vulgatum eſt, quòd in Galliarum partibus ſacri ordines per ſimoniacam hæreſim conferantur: & vehementi nimio mœroris afficimur, ſi in Eccleſiaſticis officiis quenquam habeat locum pecunia, & fiat ſeculare, quod ſacrum eſt. * Quicunque ergo pretij ſtudet datione mercari, dum non officium, ſed nomen attendit, ſacerdos non eſſe, ſed dici tantummodo concupiſcit. Quid ſcilicet per hoc aliud agitur, niſi vt nulla de actu probatio, nulla ſollicitudo de moribus, nulla de vita ſit diſcuſſio, ſed ille ſolummodo dignus, qui dare pretium ſuffecerit, æſtimetur? Ex qua re ſi rectè libraminis examinatione penſetur, dum improbè ob inanem gloriam locum ſiſtinat vtilitatis arripere, eo ipſo magis quod honorem quærit, indignus eſt. Sicut autem is qui inuitatus renuit, quæſitus refugit, ſacris eſt altaribus admouendus: ſic qui vltro ambit vel importunè ſe ingerit, eſt procul dubio repellendus. Nam qui ſic nititur ad altiora conſcendere, quid agit niſi vt creſcendo decreſcat, & aſcendendo exterius, interius in profunda deſcendat. Itaque in ſacerdotibus ordinandis ſinceritas vigeat.* Vide ſuprà, Ordinandi probentur, &c. *Sit ſimplex, ſine venalitate conſenſus, pura præferatur electio, vt ad ſummum ſacerdotium non ſuffragio venditorum prouecti, ſed Dei credantur eſſe iudicio.* Vide Epiſcopatus,&c. *Nam quia graue eſt omnino facinus Dei donum velle pretio comparare vel vendere, Euangelica eſt teſtis authoritas. Templum enim Dominus noſter ingreſſus, cathedras vendentium columbas euertit. Quid aliud eſt columbas vendere, niſi pretium de manus impoſitione accipere, & Spiritum ſanctum, cum omnipotens Deus hominibus tribuat, venundare, quorum ſacerdotium ante oculos Dei cadere, cathedrarum vtique euerſione ſignatum eſt? Et tamen exerit adhuc nequitia prauitas vires ſuas. Nam cogit vendere, quos decepit vt emerent: & dum non attenditur quod diuina voce præcipitur, gratis accepiſtis, gratis date, agitur vt creſcat & geminata fiat in vno eodemque delicto contagio, ementis ſcilicet & vendentis. Et cum liqueat hanc hæreſim ante omnes radice peſtifera ſubrepſiſſe, atque in ipſa ſua origine Apoſtolica eſſe deteſtatione damnatam, cur non cauetur? Cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictum conuertitur, qui ad hoc vt fiat hæreticus promouetur? Plerunque igitur aduerſarius animarum, dum non poteſt in his quæ ad faciem ſunt praua ſurrepere, eiuſdē ſpecie quaſi pietatis nititur ſupplantare. Suadet ita que forſitan debere ab habentibus accipi, vt ſit quod poſſit non habentibus erogari, dummodo vel ſic venena mortifera eleemoſynæ colata obumbratione tranſfundat. Nam nec venator feram, aut auem auceps deciperet, vel piſcem piſcator caperet, ſi aut ille laqueum in aperto poneret, aut ille hamum in eſca abſconditum non haberet. Omnino ergo metuenda & cauenda eſt hoſtis aſtutia, ne quos aperta nequit tentatione ſubuertere, latente telo ſaniùs valeat trucidare. Neque enim eleemoſyna reputāda eſt, ſi pauperibus diſpenſetur quod ex illicitis rebus accipitur: quia qui in hac intentione malè accipit vt quaſi benè diſpenſet, grauatur potiùs quam iuuatur. Eleemoſyna redemptoris noſtri oculis illa placet, quæ non de illicitis & iniquitate congeritur, ſed quæ de rebus conceſſis & benè acquiſitis impenditur. Vnde etiam illud certum eſt, quia & ſi monaſteria & xenodochia, vel quid aliud, de pecunia, quæ pro ſacris ordinibus datur, conſtruatur, mercedi non proficit, quoniam dum peruerſus emptor honoris in locum ſanctum tranſmittitur, & alios ad ſui ſimilitudinem ſub commodi datione conſtituit, plura malè ordinando deſtruit, quàm ille poteſt ædificare, qui ab eo pecuniam ordinationis accepit. Ne ergo ſub obtentu eleemoſynæ cum peccato aliquid ſtudeamus accipere, apertè ſacra ſcriptura nos prohibet dicens: Hoſtiæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex ſcelere* Eadem adhuc repetit epiſtola 113. libri ſeptimi, ad Brunichildem Reginam, capite ſecundo, vt alibi meminimus. Hæc etiam adhuc libro 40 Homiliarum,hom 4. in illud Matthæi. *Miſit Dominus Ieſus, &c.* & allegatur in Concilio AQVISGRANENSI I.canone 38. & in Concilio PARISIENSI III libro primo, cap.11. vbi etiam allegatur GREGORII NAZIANZENI authoritas ex libro Apologetico. Vide allegatum in vocabulo, Epiſcopatus, &c. Hæc quoque de vitanda ſimonia renouat Concilium TOLETANVM VI.canone quarto Et IOANNES LEODIENSIS 10 reformatione cleri ſui. quæ approbatur à Nicolao V. Vide itaque ſuperiùs memoratis locis, quia hic pauca, illic multa ſunt inſerta.

Gregorius 9.
Ambroſius Mediolanenſis.
Epiphanius Cypri.
Abdias Babylonius
Tertullianus Carthaginenſ.
Gregorius 1.
Hęc Gratianus citat cauſa 1 q. 1 c. p. Quicunque.
Matth. 21.
Matth. 10.
Hæc allegat Gratianus cauſa 1.quæſt.2.
Vide conſtitu. Odonis Cardinal tom. 6. Biblioth. fo. 630.
Prouerb. 21.
Concilium Aquiſgranenſ.
Concilium Pariſienſe 3.
Gregorius Nazianzenus.
Concilium Toletanum 6.
Ioannes Leodienſis.

SIMONIACVS.

Simoniaci vt repellendi.] Vide quæ ſuperiùs annotauimus. Porrò GELASIVS PRIMVS, epiſtola ad Epiſcopos Lucaniæ Brutiorum,&c. canone vigeſimo ſexto, & allegat Gratianus, cauſa prima, quæſtione prima, capite, Quos conſtiterit: *Quos conſtiterit indignos meritis ſacram mercatos eſſe pretio dignitatem, conuictos oportet arceri non ſine periculo facinus tale perpetrantes: quia dantem pariter & accipientem damnatio Simonis, quam ſacra lectio teſtatur, inuoluit.* Idem in Concilio CABILONENSI II.canone quadrageſimo tertio, de quibuſdam Epiſcopis Scotis, qui quoſuis per pecuniæ premium ordinabant, ſtatutum eſt. Vnde & NICOLAVS I. in decreto quod allegat ibidem Gratianus, cauſa 1 q.1. *Simoniaci ſimoniacè ordinati vel ordinatores, ſecundum canones Ec-*

Gelaſius 1.
Actuum 8.
Concilium Cabilonenſ. 2.
Nicolaus 1.

cleſiaſticos à proprio gradu decidant. Simoniaci quoque ſimoniacè à nō Simoniacis ordinati, ſimiliter ab officio malè accepto remoueantur. Simoniacos autē non ſimoniacè à ſimoniacis ordinatos, miſericorditer per manus impoſitionem pro temporis neceſſitate, in officio concedimus permanere. Hoc decretum renouat Concilium ROMANVM ſub Nicolao II. Epiſcop. 113 contra Berengarium in baſilica Conſtantiana, vbi expreſſè prohibet, ne quis de cætero ab eo quem ſimoniacum eſſe non dubitat, ſe conſecrari permittat: quia & conſecratos & conſecratus non diſparem damnationis ſententiam ſubeunt. Vide locis ſuprà memoratis reliquum.

Concilium Romanum ſub Nicolao 2.

SODOMIA.

Sodomia quàm graue delictum, & quàm prohibitum.] Lege ſuperiùs poſitum, Concubitus, &c.

SORS.

Sors diuina.] DIONYSIVS AREOPAG. lib. Eccleſ. Hierarch. par. 3. c. 5. *Porrò de ſorte illa diuina, quæ Mathiæ diuinitus obtigit, alij quidem alia ſenſere meo iudicio non rectè. Aperiam autem & ipſe quid ſentiam. Videtur mihi ſcriptura ſortem appellaſſe diuini quiddam & præcipuus muneris, per quod illi choro ſacratiſſimo inſinuaretur qui eſſet diuina electione declaratus. Oportet enim Pontificem ſanctum non motu proprio ſacerdotales ordinationes conficere, ſed ſub Deo agente has pontificaliter cœleſtiq́ celebratur munditia.* Eiuſdem ſortis & electionis meminit IRENÆVS LVGDVN. lib. 3. c. 13. Et AVGVST. HIPPON. in Pſal. 30 exponēs illud: *In manibus tuis ſortes meæ, &c.* Et lib. 4. ſuper Geneſ. cap. 23. *Solent* (ait) *quæ ſorte dantur diuinitus dari.* Vide in locum actuum expoſitores.

Dionyſius Areopagita.

Act. 1.

Irenæus Lugdunenſis.

Auguſtinus Hipponenſis.

SORTILEGIVM.

Sortilegium deteſtandum.] Vide poſitum in vocabulo. Auguria, &c. & Magus, & Magia, &c. Porrò compoſuit ſermonem de ſortilegijs, AVGVSTINVS, éſtque 2. dominicæ 1. poſt Triuit. in ordine verò ſerm. de temp. 241. Vide Magicus.

SPECTACVLVM.

Spectacula non adeunda.] Require poſitū ſuprà vocabulo. Ludus, &c. Fugienda autem ſpectacula monet etiam AVGVST. lib. 50. Homiliarum homil. 21. Vide loco memorato, vbi in Eccleſia prohibētus ſpectacula celebrāda ex Concil. Baſil.

Auguſtinus.

SPES.

Spes retinenda.] De ſpei virtute eleganter quidem tractat AVGVST. lib 2. de verbis Domini. & ſerm. 34 de verbis Apoſtoli. Eſt & excellentiſſimus de ſpe tractatus SIMONIS DV CORROY Cœleſtini, nam de Theologalibus his tribus virtutibus fide, ſpe, charitate doctiſſimè diſſeruit. Porrò PETRVS LOMBARDVS, lib. 3. Sententias. diſtinct. 26. de ſpe abundè loquitus, vbi ſic incipit: *Eſt autem Spes virtus qua ſpiritualia & æterna bona ſperantur, id eſt, cum fiducia expectantur. Eſt enim ſpes certa expectatio futuræ beatitudinis, veniens ex Dei gratia & meritis præcedentibus, vel ipſam ſpem quam natura præit charitas, vel rem ſperatam, id eſt, beatitudinem æternam. Sine meritis enim aliquid ſperare non ſpes, ſed præſumptio dici poteſt.* Vide expoſitores & doctores Scholaſticos in hunc locum. Vnde Concilium MOGVNTINENSE I. cano. 2. *Spes in Deum* (ait) *firmiter à cunctis Chriſtianis tenenda eſt. Vnde Pſalmiſta: Sperate in eo omnis congregatio populi.* Et iterum. *Spera in Domino, & fac bonitatem.* Et iterum. *Sperantes in Domino miſericordia circumdabit.* Et Apoſtol *Spe ſalui facti ſumus, &c.*

Auguſtinus Hipponenſis.

Simon du Corroy Cœleſtinus.

Petrus Lombardus.

Definitio ſpei.

Concilium Maguntinen. 1.

Pſal. 61. & 30. 31.

Rom 8.

SPIRITVS SANCTVS.

Spiritus ſancti proceſſio à patre & filio defenditur.] Hic articulus fidei olim à Græcis impugnabatur, vt ſatis euidenter in ſequentibus apparebit. Omnes autem patres in hac ſemper fuerint ſententia, certis eorum teſtimonijs poſſet probari, niſi illud alijs iam in locis eſſet præſtandum, ſcilicet Trinitas & Symbolum, vbi ſępiùs fit mentio proceſſionis Spiritus ſancti à Patre & Filio, ex vetuſtiſſimis etiam authoribus IVSTINO MARTYRE ad calcem libri de Trinitate, & præcipuè TERTVLLIANO ſimiliter libro de Trinitate. Vide infrà, Trinitas, &c. Porrò ſuper hoc articulo congregatum fuit Concilium CONSTANTINOPOLITANVM I. generale 2. contra Macedonium ſub Theodoſio ſeniore, & omnes anathemate ferit, qui Spiritum ſanctum à patre & filio procedere negauerint, ſtatim cano 1. Cuius Concilij ſententiam poſteà Concilium CHALCEDONENSE generale 4. ratam habuit, actio. 5. Si vis autem plura noſſe, pete hiſtoriam Eccleſiaſticam NICEPHORI CALLISTI, lib. 9. cap. 42. 43 44. & reliquis. Qui etiam libro 12. cap 18. Damaſum Papam narrat contra alios hæreticos, qui hanc hæreſim renouabant, epiſtolam conſcripſiſſe, qua fidem Nicæni Concilij, & Conſtantinopolitani iam dicti de æqualitate filij & proceſſione Spiritus ſancti, defendit. Lege ſequentia. Contra alios verò qui Spiritum ſanctum filio maiorem dicebant, egit CYRILLVS ALEXANDRINVS, epiſtola ad Neſtorium. Verùm de his aliàs. Cùm itaque Græci, vt diximus, in Concilio habito Spiritum ſanctum ex ſolo Patre contra Occidentales procedere dicerent, congregatum fuit Concilium LVGDVNENSE generale ſub Gregorio X. cui interfuit Michaël Palęologus Imperator Conſtantinopolitanus (cui Nicephorus hiſtoriam ſuam dedicat) & ſubſcripſit Patrum decreto de proceſſione Sancti ſpiritus à Patre & Filio, quod tale fuit, & allegat Bonifacius VIII. libro primo, sexti Decretalium, capite primo. *Fideli ac deuota profeſſione fatemur, quod Spiritus ſanctus æternaliter ex Patre & Filio, non tanquam ex duobus principiis, ſed tanquam ex vno principio, non duabus ſpirationibus, ſed vnica ſpiratione, procedit. Hoc profeſſa eſt hactenus, prædicauit & docuit, hoc firmiter tenet & prædicat, profitetur & docet ſacroſancta Romana Eccleſia mater omnium fidelium & magiſtra. Hoc habet orthodoxorum Patrum, atque doctorum Latinorum pariter & Græcorum incommutabilis & vera ſententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabilis præmiſſæ veritatis ignorantiam in errores varios ſunt prolapſi, nos huiuſmodi erroribus viam præcludere cupientes, hoc ſacro approbante Concilio, damnamus & reprobamus omnes, qui negare præſumpſerint æternaliter Spiritum ſanctum ex Patre & Filio procedere, ſiue etiam temerario auſu aſſerere, quòd Spiritus ſanctus ex Patre & Filio tanquā ex duobus principiis, & non tanquam ex vno procedat.* Hæc Concilij definitio, cui, vt diximus, Palæologus ſubſcripſit & annuit. Inde grauiter indignati ſunt Græci, vt narrat BAPTISTA EGNATIVS in eiuſdem Michaëlis Palęologi vita. *Michael Palæologus* (ait) *Lugdunum ad Concilium venit, quod Gregorius X. Pontifex indixerat, facileq́ illi cum Romano Pontifice conuenit, ex quo tantam inuidiam Græcanicæ gentis contraxit, vt nec mortuo iuſta perſoluerint, & locum ſepulturæ negauerint.* Hæc ille. Poſteà verò celebratum eſt anno Domini 1439. Concilium FERRARIENSE, quod & FLORENTINVM poſteà appellatum eſt, cui abnepos præ-

Iuſtinus Martyr.

Tertullianus Carthaginenſ.

Concilium generale 2. Cōſtantinopolitanum 1.

Concilium Chalcedonenſe generale 4.

Nicephorus Calliſtus.

Cyrillus Alexandrinus.

Concilium Lugdunenſe generale ſub Gregorio 10.

Baptiſta Egnatius Hyſtoriographus.

Concilium Ferrarienſe generale poſteà Florentiæ cōpletum eſt ſub Eugenio 4.

dicti Michaelis Ioannes Palæologus Imperator Conſtantinopolitanus interfuit, & Ioſephus Patriarcha Conſtantinopolitanus, vbi Græci in Latinorum ſententiam pedibus diſceſſere, ita vt Spiritum ſanctum ex patre & filio procedere profiterentur, cum perſuaſum eis eſſet Latinos Deum patrem vnicam filij & Spiritus ſancti cauſam credere, duo verò principia duáſve cauſas in conſubſtantiali Trinitate excerari. Veruntamen antequam Latinis Græci conſentirent, ſeſſio.3. & 4. memorati Concilij longa altercatione diſputatū

Dictio, Filioq; addita ſymbolo.

eſt, ſuper additione facta ſymbolo, *Filioque*, quando de Spiritu ſancto canitur, *Qui ex patre filióque procedit*. Nec enim Græci admittebāt, vt diximus, Spiritum ſanctum à filio procedere tanquam à duobus principijs. Pluribus autem verbis & rationibus Occidentales oſtenderunt Græcis additionem illam eſſe fidei conſonam. Et primo quidem ſeſſio.5 Græci pro ſe aſſerebant contra Occidentales ſymbolum Nicæni Concilij, cui poſteà Conſtantinopolitanum I generale 2 ſubſcripſit,

Obiectio Græcorum.

addens cōtra Macedonium ſymbolo Nicæno, vbi dicit de filio, *Et incarnatus eſt*, illud, *De Spiritu ſancto ex Maria virgine*. Quibus Concilijs duobus poſteà à Patribus decretum eſt, ne quiſquam aliquid adderet. Et iſta (aiunt Græci) fidei confeſſio per omnia Concilia generalia ſemper vt vera recepta eſt, quouſque ventū eſt ad generale 7. Con-

Reſponſio Latinorum.

cilium, vbi ſymbolo dicunt additum, *Ex filióque*, ex vetuſtiſſimo quodam exemplari, cum collatio ad prothotypum aliter docere videatur. Atque ita opponentibus Græcis, Latini patres reſpondent, Concilij 7 ſymbolum cum hoc vocabulo, *ex filióque* nō eſſe corruptū, vt ex vetuſtiſſimis exemplaribus demonſtrant, & antiqui hiſtorici teſtimonio. Verùm ne longiori altercationi inſiſtant, alia via probant intentum. Primò autem eam additionem, quam Græci vocabant, non verè additionem, ſed verè expoſitionē, aut dilucidationem oportere vocari. Nam verbum, *Ex filióque*, in verbo, *ex patre*, concluditur, eiúſque dilucidatio eſt. Ergo verbum illud nulla poteſt ratione additio nuncupari. Hoc & in ſequentibus ſymbolis generalium Conciliorum colligitur, vbi ad expoſitionem myſteriorum quædam adduntur. Licet autem omnes profiteantur Patres Nicænam fidem ſe velle vſque ad vnum iota defendere, hoc faciūt vt emergentes circa fidem hæreſes interimant lucidiori expoſitione ſymboli, quam declarationem ſeu expoſitionem, non additionem eſſe nemo eſt qui non videat. Atqui vt hoc verbum, *Ex filióque*, additum ſymbolo, non additionem, verùm expoſitionem eſſe demonſtrent, Græcorum authoritate doctorum proceſſionem Spiritus ſancti ex patre & filio clariſſimè probant. Primo autem pro-

Cyrillus Alexandrinus.

ducunt Cyrillvm Alexandrinvm in cap 14 Ioan. *Ego rogabo patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, &c. Cùm Dei & patris* (ait) *bonorum eſſentialium filius ſit particeps, eadem etiam ratione ſpiritum habet, quemadmodum pater eundem habere percipitur: non quidem aduentitium aut extraneum, (inſipientis enim, imò vt melius dicam inſani hominis eſſet ſic credere) ſed quemadmodum quiſque noſtrum ſuum ſpiritū continet, ac ipſum ex viſceribus ſuis emittit. proptereà ſeruator noſter corporaliter ſpiritum flauit, vt oſtenderet, quemadmodum ſpiritus ex ore humano corporaliter exit, ſic etiam ipſum ex diuina ſubſtantia, vt Deo conuenit profluere, &c.* Quibus verbis Cyrillus videtur concludere, quoniam ſi patris omnia bona filius ſecundum ſuam naturam & ſubſtantiam habet, id etiam habeat neceſſe eſt, vt inſtar patris ſpiritum emittat, manentibus perſonarum proprietatibus. Inde ſequitur filium ſic ſe habere ad ſpiritum, quemadmodum etiam pater.

Baſilius Magnus.

Denique Basilivs Magnvs, libro de Spiritu ſancto contra Eunomium, docet patrem & filium & Spiritum ſanctū ſic ſe habere, vt neque pater ſine filio & ſpiritu, neque filius abſque ſpiritu poſſit intelligi. *Qui ſpiritum* (ait) *intelligit, ipſum & eum, cuius eſt ſpiritus, ſimulq; filium mente concepit: qui autem hunc percepit, ſanè ſpiritum non ſeiunxit. Verùm conſequenter ſecundum ordinem, coniunctim autem ſecundum naturam ipſas tres perſonas intelligit, veram aſſecutus eſt fidem. Porrò autem, quoniam ſpiri-*

Roman.8.

tus Chriſti eſt, & ex eo, vt inquit Apoſtolus: ideò quemadmodum ſi quis alterum extremum alicuius catenæ traxerit, proculdubio catenam totam attraheret, ſic etiam patrem ſimul & filium per eundem ſpiritum traheret. Et ſi quis filiū tenet, altera quidem patrem, ſanctum autem ſpiritum altera parte tenebit. Fieri enim non poteſt, vt in eis ſeiunctionem aut diuiſionem intelligas eſſe, vt filium ſine patre, vel ſpiritum ſanctum ſeiunctum à filio, &c. Vnde colligitur, quòd ita diuinæ perſonæ ſe habere creduntur, vt qui vnam intelligit, alias quoque percipere neceſſe habeat. Ex quo planè conſequitur, vt qui patrem intelligit Spiritum ſanctum producere, is quoque neceſſario credat eundem ſpiritum à filio produci. Pro-

Quomodo liceat addere, vel non addere articulis fidei.

pterea conſtat ſpiritum ex filióque procedere quemadmodum Romana Eccleſia profitetur, nec additionem hoc eſſe, nunquamque interdictum fuiſſe quo minus acceſſiones huiuſmodi ab Eccleſia fierent. Patres autem Nicæni Concilij multa (ſi ita loqui fas eſt) addiderint ſymbolo Apoſtolorum, & patres viciſſim Conſtantinopolitani, & Epheſini Concilij multa addiderint Nicæno ſymbolo, & ſic de reliquis prout emergentes hæreſes requirebant. Vide Symbolum infra. Aliud eſſet ſi additione aliqua fides ipſa mutaretur, aut prorſus alia introduceretur: hoc enim interdixerūt patres omnes ne quicquam ſymbolo adderetur. Interdicta igitur ipſa facta rectè ſunt, ne cui ſenſū ipſius ſymboli mutare liceret: non autē quo minùs Eccleſia ipſum in poſterum exponere dilucidareq; poſſet. Sic autem de reliqua ſcriptura ſacra intelligendum, (vt diximus ſuprà, Scriptura ſacra, &c)

Ioann 22. Apocalipſis.

quando prohibetur ei addi aliquid aut minui. Per totā verò ſeſſio.7. nihil aliud patres præfati Concilij Ferrarienſis agunt, quàm ex collatione ſymbolorum generalium Conciliorū oſtendere quaſdam additas particulas quæ alijs deſint: & ſic concludunt, quòd licitum etiam fuit particulam, *Ex filióque*, Romanæ fidei addere: potiſſimè cum magni Latinorum doctores, quos & Græci recipiūt,

Auguſtinus Hipponenſis. Hilarius Pictauienſis.

vt Avgvstinvs, quem generalis 5. Synodus conſecrauit, in libris de Trinitate, Hilarivs quem magnum Græci appellant, libris de Trinit. Ambr. lib. de Spiritu ſancto, ſanctum Spiritū ex patre filioq; procedere ſcriptis reliquerunt. Vnde conſtat nil abſoni, nil incōgrui, nil denique quod cum ſanct. Patrum dogmatibus pugnet Romanā Eccleſiā profiteri. Hoc vt melius illuſtretur, Græci doctores, Latinis doctoribus conformia ſcripſiſſe

Ambroſius Mediolanenſis.

probantur. Nam Basil. Magn. epiſt. ad canon. *Spiritus ſanctus* (inquit) *patri quidem & filio connumeratur, cum ſupra omnem creaturam ſit: ordine verò tertius eſt, vt Euangeliſta nos docet, Domino dicen-*

Matt.10. & 28.

te: Euntes in vniuerſum mundum baptizate in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Qui autem eum præponit filio, aut ſuperiorem patre dicit, hic contradi-

cit Dei

eſt Dei traditioni,& alienus a ſana fide eſt quam accepit,baptizationis formam non ſeruans. Quare ſi quis hunc ordinem peruertit ipſam perſonarum exiſtentiam & totam fidem inficiatur. G R E G O R I V S N I S S E N V S autem eius frater,filium (ait) immediatè ex patre eſſe,idque ipſius filij proprium eſſe Magnus A T H A N A S I V S. *Qualem ordinem* (inquit) *& naturam filium habet ad patrem,talem ordinem & naturam ſpiritum habet ad filium* Et iterum I O E M Baſilius. *Quemadmodum pater naturaliter ac eſſentialiter Spiritum ſanctum habet,ita etiam filium eundem ſanctum Spiritum habet.* Idem allegatur ſeſſione decimanona,libro contra Eunomium,vbi Spiritum ſanctum ex filio habere eſſe fatetur. Verùm quoniam difficultas eſt,in verbo, procedere, vel proceſſio,eius proceſſionis etiam Græci meminerunt doctores, & potiſſimè celeberrimus ille doctor Græcorũ S I M E O N M E T A P H R A S T E S in vita S.Dionyſij. *Tecmimum (ait) corporea peregrinationis accipis, & qua ſpiritus ſum ſpiritualique exerces,ac in cælos Chriſtus meus aſcendit,ad paternámque ſedem reuertitur, & ſpiritum, qui ex ipſo procedit, diſcipulis ſuis demittit, vt ipſi gentem inſidam regant.* Ex huius ſententia apparet ſpiritum ex filióque procedere, quemadmodum Romana Eccleſia profitetur verum eſſe. Quam enim apud Græcos genitiuus caſus vim habet, eandem apud Latinos ablatiuus ſibi vẽdicare videtur. Et A N A S T A S S V S D E M O N T E S Y N A, ſermone de veris dogmatibus,ita ait: *Ex corporis proprietate, ac membrorum analogia ſimilitudineq́, capientes exemplum,diuinarum perſonarũ relationem mutuamq́, dependentiam cõprehendimus. Sic enim ſpiritus oris eius, hoc eſt, Dei ſanctus Spiritus nominatur, cum os vnigenitus ſit.* Et iterum. *Spiritus qui ex ipſo procedit & mittitur,nõ ſolum ex patre,verumetiam ex filio,&c.* Idem fatetur C Y R I L L V S A L E X A N D R I N V S in reſponſionibus ad Theodoretum. Et E P I P H A N I V S C Y P R I exponens illud Ioan.16. *Ille me glorificabit,quia de meo accipiet,& annunciabit vobis, &c. Si ergo* (inquit) *à patre procedit,& de meo accipiet dicit Dominus,quemadmodũ nemo patrem nouit, niſi filium,& nemo filiũ,niſi pater:ita equidem proferre audeo vt ſpiritum nemo nouerit, niſi Pater & Filius, à quo procedit & accipit.* Plures ſunt doctorum Græcorum ſententiæ,quibus Romana Eccleſia innixa, nõ putat quicquã aliud celebrare,quàm quod S.Conciliorum generalium authores,ac eorundẽ poſteriores tradiderũt, maior pars quorũ,in ipſis Concilijs fuit Ergo verum eſt. *Ex filioq́,* proferre, idq́; neceſſario additum, quemadmodum Orientalis Eccleſiæ patres. Hæreticorum importunitate coacti, multas ſymbolo particulas addiderunt. Namque Neſtoriana ſecta in Orientali Eccleſia prædicabat ſanctum Spiritum neque ex filio eſſe, neque ab eo eſſe accipere,vt ex Neſtorij ſymbolo patet. Theodoretus nonque ab eo ipſius Neſtorij conſcius illud Pauli. *Spiritus* [illegible] declarás,dicebat ibidem ſanctum Spiritu non accipere eſſe à filio. Propterea C Y R I L L V S literis mandauit ſanctũ Spiritum eſſe per filiũ,ac filij eſſe & ab ipſo profluere,quod non dixiſſet,niſi coactus fuiſſet hæreticorum ipſorũ opinionem euertere,quemadmodum etiam Romanæ Eccleſiæ contigit. Nam maximo in Gallia & Hiſpanijs ſchiſmate imminente, cum iam, *Ex filioq́,* paſſim celebraretur, Romano Pontifici fuit neceſſe in multorum Occidẽtalium amplæ dignitatis magniq; Concilij Patrum conuentu,addito, *Ex filioq́* ſymbolũ magis illuſtrare. Dein particula hæc. *I* [illegible] *procedit.* ab H O R-

Gregorius Niſſenus.

Athanaſius Alexandrinus.

Symeon Metaphraſtes, ſcripſit hæc etiam Michael Syngelus ſtylo elegantiſſimo.

Anaſtaſius de monte Syna.

Cyrillus Alexandrinus.

Epiphanius Cypri.

Matth. 11.

Error Neſtorij

Galat.4.

A M I S D A ſummo Pontifice in epiſt inſeritur,miſſa ad Ioannem Conſtantinopol Epiſ. Et in actibus Concilij G E N E R A L I S 6 in ſymbolo dicitur. *Credimus in Spiritum ſanctum viui* [illegible] *ex patre filioq́, procedentem* Et in Concilio G E N E R A L I 7. actio.3. Tharaſius Conſtantinopol Epiſc defendit Spiritum ſanctum procedere ex Patre per Filium Et in Concilio G E N E R A L I 8. eadem proceſſio à patre & filio prædicatur. Porrò hæc cauſa per multas ſeſſiones agitata Ferrariæ non eſt ibi finem adepta,ſed tranſlato Cõcilio in ciuitatem Florentinam, eo quod Ferrarienſem vrbem peſtis deuaſtabat,iterum ſeſſio 17.quæ tamen prima fuit Florẽtiæ celebrata disputatio renouata eſt.& de verbo hoc,procedere.vel proceſſio, diutiſſimè diſputatum Obiiciebant Græcis,quòd particula,eſt,ſeu verbum,procedere,& proceſſio,non ſolùm in ſacra ſcriptura de Spiritu,verumetiam de filio dicitur, ac ambobus aſcribitur. vt eſt illud, *Exiui a patre:* de ſancto autem Spiritu,*qui ex patre procedit* Reſpondebant Latini, quòd dictio, Proceſſio aliter quidem in rebus humanis, aliter verò in diuinis perſonis ſignificat. Et quamuis duabus perſonis diuinis conueniat, iuxta tamen ſcripturam ſacrã, ac omnes ſanctos doctores, & exactam Theologiæ rationem,ſancti Spiritus proceſſionem præcipuè creditur ſignificare cuius quidem ſancti Spiritus eſſentialis proceſſio à filij proceſſione eodem ipſo verbo differre videtur:ob idq; proceſſio filij generatio nũcupatur,Spiritus verò præcipuè magiſq; proceſſio propriè nominatur Multa namq; nomina ſunt,quæ res alias propriè,alias verò cõmuniter ſignificãt. Propterea nõ eſt admiratione dignum,ſi verbum,proceſſio,apud ſcripturam ſacram filio etiam aſcribatur. *Exiui* autem, *a Patre,* non idem eſt cum verbo, procedere.ſed aliud ſignificare videtur. Ideoq; Spiritus ſancti proceſſio ineffabilis & carens nomine à Theologis nominatur,quod filij proceſſionem,hoc eſt,generationem minus obſcurè quàm ſpiritus proceſſionem percipimus. Præterea B I O A N. D A M A S C E N. de ſpiritus proceſſione ita ſcriptum reliquit. *Alia ratio eſſentia huius eſt ineffabilis quidem,ac innominabilis,alia vnquam a filij generatione.* Cúmque Græci confeſſi eſſent ſanctum Spiritũ ex patre accipere eſſe,ac ex ipſo procedere idem ſignificare,arguũt Latini pro ſua cauſa,quòd ſi ſanctus Spiritus à quo eſſe accipit,ex eodẽ quoque procedit: accipit autem eſſe ex filioq́;ergo ex filioq́; neceſſario procedit,iuxta præcipuã ac proprium proceſſionis ſignificantiam Spiritum autem ſanctũ ex filio eſſe, ac ab ipſo eſſe accipere,ex S. E P I P H A N I I dictis oſtenditur.qui in ſermo Angyroto nuncupato, è Græcu in Latinam ab Ambroſio verſo, loquẽs de Deo patre,inquit ſic: *Ita filium dico eum,qui ex ipſo eſt:ſanctum autem Spiritum,qui ex vtroque eſt.* Siquidem igitur ſanctus Spiritus apud Epiphanium ex vtroque eſt,ſequitur ipſum ex vtroq; habere eſſe. Amplius idem Epiphanius in eodem ſermone,inquit ſic: *Quemadmodũ nemo nouit patrem niſi filius, nec filium niſi pater:ita dicere audeo nec ſanctum Spiritum niſi pater,& filius à quo accipit & procedit,neque patrem & filium niſi Spiritus ſanctus,qui verè glorificat, docens omnia, qui quidem eſt a patre & filio.* Ex his igitur Epiphanij dictis apparet ex patre & filio ſpiritum accipere poſſe, & ex patre filióque accipere idem ſignificare:vnde ſequitur, ſanctum Spiritum à patre & filio accipere eſſe. Hoc multis altercationibus Græci diſſoluere putabant,dicentes, Spiritum ſanctum à patre [illegible] procedere

Hormiſda 1.

Concilium Conſtantinopolit. [illegible] generale 6. [illegible] generale 7.

Concilium Conſtantinopolitanum 4. generale 8.

Alia obiectio Græcorum

Proceſſio vt ad filium, [illegible] ſpiritum ſanctum refertur.

Ioannis 16. &

Reſponſio Latinorum

Ioannes Damaſcenus.

Epiphanius Cypri.

Alia obiectio [illegible]

ſed à filio accipere & dari. Tum illis, multis eſt authoritatibus & rationibus reſponſum à Latinis, & potiſſimè ex ipſorum doctore BASILIO MAGNO, libro tertio, contra Eunomium, qui apertè tertiam perſonam Spiritum ſanctum nominans, dignitate ſecundum à filio pronunciat, *cum ab ipſo* (ait) *eſſe habeat*. Quæ authoritas à Græcis tanquam mendoſa & corrupta arguitur, ſed à Latinis multis rationibus vindicatur. Alia eſt eiuſdem Baſilij authoritas in medium deducta ex ſermone de ſancto Spiritu Græcè ſcripto, vbi ſic ait: *Vnum quidem Patrem, vnum Filium, vnum Spiritum ſanctum iuxta diuinam traditionem profitendum nobis eſt non autem duos patres, neque duos filios, quandoquidem ſpiritus, neque filius eſt, atque nuncupatur. Non enim à ſpiritu accipimus aliqua, quemadmodum à filio ſpiritus, ſed eo ad nos veniente, nosq; ſanctificante, diuinitatis hæreditatem ſuſcipimus, nec non hæreditatis æternæ præmium, ac æternorum bonorum primitias. Hæc ſunt quæ nos à ſpiritu accipimus, quæque nobis creata fuere, atque à ſancto Spiritu cauſata.*

Baſilius Magnus.

ATHANASIVS quoque in Apologia ſua contra Arriũ, dicit: *Si Spiritus ſanctus ex Patris filijq; ſubſtantia non eſt, non Dei filius in ſymbolo ſanctificationis ipſum connumeraſſet, dicens: Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.* Igitur ex Athanaſio patet, ſi ſancti Spiritus ex Patris filijque ſubſtantia non eſſet, nulla prorſus ratione in ſanctificationis ſymbolo connumeraretur.

Athanaſius Alexandrinus.

Matth. 28.

DIDIMI porrò eadem eſt ſententia libris de Spiritu ſancto. Propterea profeſſionem ſuam Latini patres, ſeſſione 24 concludunt *ſiquidem filium cum in generatione à conſubſtantiali patre ſpiritum ſanctum accepiſſet, eandem & paternam facultatem ac naturam habens, eundem ſpiritum mittere creditur, ſicut ipſe ait: Cum venerit paracletus, quem mittam vobis à patre, non tamen, vt Pater, præcipuè: quandoquidem pater ipſe radix & fons diuinitatis exiſtit, qui cum ſumma ſubſtantia, nedum indiuiſibilis ſit, à ſubſtantia ex hypoſtaſi indiſtinctè percipitur, propterea quia non re, ſed ſola ratione, paterna hypoſtaſis à ſubſtantia ſua ſeiungitur. Pater igitur ſubſtantialis hypoſtaſis eſt, filiumq; ſubſtantialiter generat, & ipſi ſubſtantialis hypoſtaſis generatur, ita tamen, vt duæ hypoſtaſes, vnus Deus ac vnica ſit natura, cum qua ſanctus Spiritus ſimul & indiſtinctè cognoſcitur. Qui cum neque pater, neque filius, neque relatiuorum aliquid ſit, tamen vt ſpiritus, ad ſpirantem refertur. Porrò quoniam apud ſacram ſcripturam ſpiritus patris ac filij eſt, ſequitur vt ambo ſimul ſpiritum ſpirent. Præterea filius ſecundum diuinitatem ad patrem reſpiciens, dixit: Ego & pater vnum ſumus: & ego in patre, & pater in me eſt: Qui videt me, videt & patrem. Duabus igitur perſonis vnica poteſtas ſpirãs & mittens exiſtit, quæ quamuis vnica miſſio & cauſa ſit, à patre tamen (vt dictum eſt ſuprà) præcipuè creditur eſſe, à quo filius eandem ipſam facultatem habens, vna cum patre principium vnicum eſt, non tamen perſonarum confuſione. Pater enim pater ac ingenitus eſt: filius verò filius atque genitus, ita vt inter eos ſecundum cauſam & cauſatum ordo quidam exiſtat. Sanctus autem ſpiritus ad patrem filiumq; diſponitur, ne quædam indiſpoſitio vel confuſio in diuinis perſonis exiſtat. Siquidem igitur, cum pater filium generet, cum ipſo ſubſtantiam ſuam communicat, quatenus ei communicabilis ſit, & filius ſic acceptam Spiritui ſancto communicat, quatenus ipſi quoque communicari poſſit, vnica ſemper ipſa ſubſtantia exiſtente, qua quidem ille generetur, hic verò procedat, ſequitur, Patrem vnicum principium & cauſam eſſe, filiumq; Spiritum ex vtroque procedere. Præterea dictũ à ſanctis Patribus, eſt ſanctum Spiritum per filium natura procedere.* Vide ſequenti diſtinctione *Vnde ſequitur, Spiritum ſanctum ex patre filióque procedere, quandoquidem, Per, propoſitio, vt, Ex, hac in re ſignificare videtur, vt Leonis Papæ, Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, & aliorum multorum doctorum authoritatibus liquet.*

Dydimus Alexandrinus.

Ioann. 15.

Ioannis 10.

Ioann. 14.

Huic ergo ſententiæ ac patrum authoritati SESSIONE 25. cœperũt Græci paulatim ſubſcribere, & ſuos doctores inſequentes cum Romana ſe Eccleſia coniungere. Ipſo BESSARIONE NICÆNO Archiepiſcopo aſſenſus & conueſionis authore, qui animos cæterorum elegantiſſima oratione commouit, vt ſe Latinorum confeſſioni iungerent. Huius autem profeſſio hæc eſt. *Ego volens ſequi veſtigia patrum, ſanctum Spiritum ex patre filioq; , vt ab vnico principio, non autem à duabus cauſis procedere, profiteor: quandoquidem non patrem vnam, filium alteram Spiritus ſancti cauſam eſſe, ſed patrem vnicam filij ac ſpiritus cauſam ab ipſis Latinis perdidici, patremq; ſimul & filium vnicum ipſius ſpiritus principium eſſe: ita vt cum ſanctum Spiritum ex patre filioq; procedere celebretur, tanquam ab vnico principio intelligi debeat, quod ita eſſe coram Deo & hominibus credo, & profiteor.* Hæc eſt profeſſio Beſſarionis.

Aſſenſus Græcorum & ſubſcriptio fidei Catholicæ.

Beſſarion Nicænus.

Beſſarionis profeſſio.

Tunc nonnulli alij Patres eandem ſententiam dixere, & primus Patriarcha Ioſephus ſententiam ferens, ait: *Quoniam Latini non temerè, nec ex ſententia propria, verum ſanctorum authoritatibus adducti, ſanctum Spiritum ex Patre filióque procedere credunt, idcirco eis aſſentior, & cum eis coniungor, ac propoſitionem: Per, filium Spiritus ſancti cauſam ſignificare concedo.* Huic confeſſioni Patres, præſertim Cyzicenſis, Trapezundenſis, Monembaſienſis & Heracleenſis Epiſcopi, qui antea vehementiſſimè repugnabant ſubſcripſerunt, excepto ſolo Epheſio, qui in ſua permanſit perfidia, ſanctum Spiritum ex filióque nequaquã procedere confitens. Conuentus ergo Græcorum in hanc ſententiam iuit, ſanctum Spiritum ex patre filióque, vt ab vno principio, ac vnica ſententia, vnica ſpiratione, proceſſionéque procedere: per filium verò tanquam à conſubſtantiali eiuſdémque naturæ. Vide infrà. Poſtridiè autem Græci iterum congregati, Eandem confeſſionem & ſententiam dixerunt, ac tribus literis tradiderũt, quarum vnã ſummo Pontifici, alteras Imperatori, tertias verò Patriarchæ dedere. Hac cum ſummus Pontifex vidiſſet, magno gaudio affectos conuocatis extraordinariè tum Græcis quàm Latinis Pontificibus omnibus, Imperatore tãtum & Patriarcha abſentibus, literas ipſas Græco Latinóque ſermone recitari iuſſit: quibuſquidem perlectis, omnes amplexati ac inter ſe obóſculati fuere, & ita ſoluta eſt diſceptatio, & de purgatorio igne atque animabus ſanctorum actum eſt.

Profeſſio Græcorum Catholica.

Porrò BESSARION Archiepiſcopus Nicænus, poſteà Conſtantinopolitanus Patriarcha & Cardinalis effectus, ſuis Græcis Orientalibus luculentiſſimam habuit orationem, in qua ex ferè Græcorum patrum probat verè Spiritum ſanctum, à patre procedere per filium, & ex patre & filio, & huic ſtandum firmiter ſententiæ docet. Verùm ea quæ profert teſtimonia iam ſuperiùs citata ſunt. Vide autem quæ ſequitur diſtinctionem. Huic confeſſioni de proceſſione Spiritus ſancti à Patre & Filio ſubſcripſit in Concilio Lateranenſi ſub Iulio II. PETRVS MARONITARVM Patriarcha per epiſtolam, quæ lecta eſt ibidem ſeſſione vndecima, lege autem ea quæ ſequuntur, quia idem adhuc confirmant.

Exoſculatio mutua Græcorum & Latinorum.

Beſſarion Cardinalis.

Petrus Maronitarum Patriarcha.

Spiritus ſanctus à patre procedit per fi-
lium.] Hæc præpoſitio iam præcedenti agitata
& confirmata eſt aſſentientibus Græcis: verum-
tameo antea tanquam hæretica iudicata eſt ab

Concilium generale 7.

hæreticis illis Epiſcopis, qui ſub nomine Caroli
magni librum contra generalem 7. Synodum
ediderunt, quia hæc propoſitio, in confeſſione

Adrianus I.

prædictæ Synodi eſſet inſerta. Sed ADRIANVS
I libro ad Carolum Magnum pro defenſione
nominatæ ſynodi 7. miſſo cap. 1. hanc propoſi-
tionem ſtrenuè defendit plurimorum patrum te-

Thomas Aquinas.

ſtimonijs: quod & THOMAS AQVINAS
prima parte ſummæ quæſt. 36. articulo 3. idem
tuetur. Sic verò procedit Adrianus I. & patrum

Athanaſius Alexandrinus.

teſtimonijs ſic agit ATHANASIVS ſermone
de apparitione Domini in carne, *Propter hoc* (ait)

Ioann. 20. Coloſſen. 2.

*inſufflat in facie Apoſtolorum, dicens: accipite Spiri-
tum ſanctum, vt cognoſcamus, quia de plenitudine
deitatis eſt qui dabatur ſpiritus diſcipulis. In Chriſto
enim* (inquit) *habitat, hoc eſt, in carne eius, omnis ple-*

Ioann. 1. Lucæ 3.

*nitudo deitatis corporaliter, ſicut Euangeliſta Ioannes
dicit: Nos omnes ex plenitudine eius accepimus. Cor-
porali enim ſpecie ſicut columba apparuit ſpiritus ſan-
ctus, deſcendens & manens ſuper eum. In nobis etenim
primitia & pignus deitatis inhabitat, in Chriſto au-
tem omnis plenitudo deitatis. Et ne quis quia quaſi
non habens ipſe accipiebat. Ipſe enim ſibi deſuper mit-
tebat ſicut Deus, & ipſe ſibi deorſum ſuſcipiebat ſicut
homo. Ab ipſo ergo in ipſum deſcendebat, ex deitate
eius in humanitatem eius.* Et poſt plura. *Manifeſtum
eſt, quia per ipſum omnia fecit pater, per ipſum ergo
eum ſuſcitat, per ipſum eum ſanctificat, & per ipſum
eum exaltat, & per ipſum vitam dat, &c.* Idem li-
bro de Virginitate inter cætera. *Et in Spiritum
ſanctum, qui ex patre & filio exiſtens, quia patre
emittitur, & per filium datur.* Idem GREGORIVS

Gregorius Neocæſarienſis. Hilarius Pictavienſis.

NEOCAESARIENSIS dicit in Symbolo. Vi-
de, Symbolum. Et HILARIVS PICTAVIEN-
SIS lib. 8. de fide inter cætera, ait, *Cum Spiritus
ſanctus, qui & ſpiritus Chriſti & ſpiritus Dei eſt, res
natura eſſe demonſtretur vnius, quæro igitur, quomodo
non ex natura vnum ſint. A patre procedit Spiritus
veritatis, à filio mittitur, & à filio accipit, ſed omnia
quæ habet Pater & Filius. Et idcirco qui ab eo acci-
pit, Dei ſpiritus eſt, ſed idem & ſpiritus Chriſti eſt.* Et
poſt pauca. *Eſt enim in nobis ſpiritus Dei, ſed & eſt
in nobis ſpiritus Chriſti, & cum ſpiritus Chriſti ineſt,
ineſt ſpiritus Dei. Ita cum quod Dei eſt & Chriſti eſt,
& cum quod Chriſti eſt Dei eſt, non poteſt aliud quid
diuerſum Chriſtus eſſe, quam Deus eſt. Deus igitur
Chriſtus eſt, vnum cum Deo Chriſtus. Et illud Euan-*

Ioan. 10. Baſilius Magnus.

gelicum: ego & pater vnum, &c. ſumus. Eadem BA-
SILIVS MAGNVS epiſtola ad Amphilochium
Iconij Epiſcopum. *Vnum idem & Spiritum ſan-
ctum, & ipſum in vnitate dictum per vnum filium vni
patri coniunctum, & per ipſum complens ſuper lauda-
bilem & beatam Trinitatem.* Et poſt pauca. *Enim
verò vna Dei ſcientia eſt, ab vno ſpiritu, per vnum fi-
lium, in vno patre.* Et iterum. *Naturalis bonitas, &
ſecundum naturalem ſanctificationem, & regalem di-
gnitatem, ex patre per vnigenitum in ſpiritum pertran-*

Ambroſius Mediolanenſis.

ſit. Et AMBROSIVS MEDIOLANENSIS
lib. 1. de Spiritu ſancto cap. 3. *Vos autem baptizabi-*

Roman. 9.

*mini in ſpiritu ſancto. Vnitas ergo operationis, vnitas
prædicationis, quæ non poteſt ſeparari. Quod ſi hoc lo-
co ſeparatur ab operatione patris & filij, quia dictum
eſt, ex Deo omnia, & per Filium omnia, ergo & ibi, quia
Apoſtolus de Chriſto dicit, qui eſt ſuper omnia Deus
benedictus in ſecula, non ſolum eum creaturæ omnibus
ſed etiam patri quod dictu eſt nefas prætulit. Sed ab-*

A *ſit. Non enim inter omnia pater, non inter plebem
quandam creaturarum ſuarum, ſubter creatura om-
nis, ſupra diuinitas Patris & Filij & Spiritus ſancti.
Illa ſeruit, hæc regnat. illa ſubiacet, iſta dominatur.* Et

Gregorius Nazianzenus.

GREGORIVS NAZIANZENVS de ſecun-
dis Epiphanijs. *Nobis autem vnus Deus Pater, ex
quo omnia, & vnus dominus Ieſus Chriſtus, per quem
omnia, & vnus ſpiritus ſanctus, in quo omnia. Hoc
ipſo autem quod dicimus, ex quo, & per quem, & in
quo, non naturam ſecamus, neque enim propoſitionem
ſyllabæ mutata, naturæ veritatem mutabunt: ſed vnius
naturæ ſine cuiuſque nominis proprietatem deſignat,
quod manifeſtiſſimè indicatur ex eo, quod rurſus in v-
num reuocatur iſta ipſa diuerſitas. Si quis tamen non*

Rom. 11.

B *tranſitoriè apud ipſum Apoſtolum legat illud quod
ſcriptum eſt, cum dixit. Quia ex ipſo, & per ipſum, &
in ipſo omnia, & addidit: Ipſi gloria in ſecula ſeculo-*

Auguſtinus Hipponenſis.

rum. Et AVGVSTINVS HIPPONENSIS
lib. 15. de Trinitate. *De vtroque autem procedere ſic
docetur, quia ipſe filius ait, de patre procedit: Et cum
reſurrexiſſet à mortuis & apparuiſſet diſcipulis, inſuf-
flauit, & ait, accipite Spiritum ſanctum, vt etiam eum
de ſe procedere oſtenderet. Et ipſe eſt virtus, quæ de illo*

Ioannis 15. Ioann. 20. Lucæ 6.

exibat, ſicut legitur in Euangelio, & ſanabat omnes.
Et poſt pauca. *Hoc ſignificans Dominus Ieſus, bis
dedit Spiritum ſanctum: ſimel in terra, propter dile-
ctionem proximi, & iterum de cœlo propter dilectionem
Dei.* Eadem repetit lib. 4. de Trinitate, & ſermo-
C ne de aſcenſione Domini, & ſermone de Pente-

Cyrillus Alexandrinus.

coſte. Et CYRILLVS ALEXANDRINVS
lib. 1. de ſpiritus cultura. *Sicuti eſt Dei & patris
ſimul & filij ſubſtantialiter ex vtroque, videlicet ex
patre per filium procedente ſpiritu, &c.* Idem libro
acclamatorio ad Theodoſium Imperatorem. *Ita-
que & ſi dicetur vbicunque viuificare pater, operatur
hoc omnino per filium Spiritu ſancto.* Idem Anathe-
matiſmo 9. & epiſtola ad Ioannem Antioche-

Leo 1.

num Epiſcopum. Eadem teſtatur & LEO I.
epiſt. 10. ad Flauianum, & ſermone de Penteco-

Gregorius 1.

ſte. Et GREGORIVS I. lib. 40 homiliarum,
homilia 26. & lib. 27. in Iob. Et SOPHRONIVS

Sophronius Hieroſolymitanus.

D HIEROSOLYMITANVS Patriarcha in con-
feſſione fidei, quam miſit ad Sergium Epiſcopum
Conſtantinopolitanum, quæ lecta eſt coram pa-
tribus generalis 6. Synodi actione 11. *Omnia* (in-
quit) *per vnigenitum filium, pater in ſancto fecit ſpiri-
tu, qua vt ſapienti prouidentia continet, vt Deus ſuis*

Per, præpoſitio in diuinis, quid ſignificet. Beſſarion Cardinalis.

operibus præſidens. De hac præpoſitione, *per*, in di-
uinis, lucidiùs diſputat BESSARION CON-
STANTINOPOLITANVS Patriarcha, prius
autem Archiepiſcopus Nicænus, in oratione
quam habuit ad confratres ſuos Orientales in
Concilio Florentino, vt ſuperiùs meminimus, &
dicit quòd, per, mediantem cauſam ſignificat.
Præpoſitionem (ait) per, *in omnibus in quibus accipitur*
E *cauſam ſignificare, nunquamque dici niſi aliquam
mediantem ſuboſtendat cauſam, nemo eſt qui ignoret.
Semper enim in omnibus, quibus hoc ab hoc, per hoc
eſſe aut fieri dicitur, illud* per, *tanquam communicans
aut cooperans primo agenti accipitur. Ideoque ſæpiùs
hæc vox à patribus vſurpatur, Deus creauit per filium,
& Spiritus ſanctus à Deo per filium procedit. Ait*

Baſilius Magnus.

enim in octauo ad Amphilochium Beatus BASILIVS,
*patrem creare per filium: Nec imperfectam patris
creationem, nec imbecillem filij actionem ſignificat, ſed
vnitatem voluntatis eorum manifeſtat. Quare hæc
vox, per filium, non minui effectiuam cauſam, ſed ad
principaliorem cauſam nos refert. Vnde pater præpoſi-
tionem, per, cauſam ſignificare.* Verùm infinitis agit
authoritatibus Beſſarion, quas longum eſſet enar-

ZZZ 4 rare.

Athanaſius.

care. Profert ſiquidem Chryſoſtomum in caput 1. Ioannis *Omnia per ipſam facta ſunt. &c* Et Athanaſium in ſermone, qui inſcribitur, Redargutio Melitij & Euſebij. vbi loquitur ita. *Erat (ait) impoſsibile Spiritum inter Trinitatem cum gloria numerari, ſi non eſſet emanatus ex Deo per Filium, ſed per modum creaturæ ex Deo factus, vt illi autumant.* Profert & Gregorium Nazianzenum, Gregorium Niſſenum, & vltimo loco IOANNEM DAMASCENUM, qui de Patre loquens: *Ipſe quidem eſt (ait) intellectus verbi abyſſus, verbi genitor, & per verbum manifeſtatiui ſpiritus ſpirator* Et iterum. *Spiritus verò ſanctus manifeſtatiua occulta diuinitatis potentia patris, ex patre per filium procedens eſt.* Verùm lege totam orationem, ſi plura noſſe deſideras.

Ioannes Damaſcenus.

Spiritus ſanctus non eſt maior Filio.] CYRILLVS ALEXANDRINVS Et Concilium Alexandrinum ſub eo congregatum, epiſtola ad Neſtorium arguit eos, qui ex verbo Euangelij. *Ille me glorificabit vel clarificabit*, colligebant Spiritum ſanctum eſſe Filio maiorem. *Cum Chriſtus (ait) dicit de Spiritu, Ille me clarificabit, ſcimus vnum Chriſtum Dominum & Filium non alterius egere gloria, aut à Spiritu ſancto gloriam conſecutum. quia eius Spiritus nec melior nec ſuperior ipſo eſt. Sed quia mira opera faciens, ad demonſtrationem ſuæ diuinitatis virtute proprij ſpiritus vtebatur, ab ipſo glorificari dicitur, quod virtus ſua vel diſciplina qualibet vnumquemque clarificet. Quamuis enim in ſua ſit ſubſtantia ſpiritus eius, & intelligatur in perſona proprietas, iuxta id quod ſpiritus eſt, & non filius: attamen alienus ab illo non eſt, nam ſpiritus appellatus eſt veritatis, & veritas Chriſtus eſt: vnde & ab iſto ſimiliter, ſicut ex Deo patre, procedit. Denique hic ipſe ſpiritus, etiam per ſanctorum manus Apoſtolorum miracula glorioſa perficiens, glorificauit Ieſum Chriſtum poſtquam aſcendit in cœlum: nam creditus eſt Chriſtus natura Deus exiſtens per ſuum ſpiritum virtutes efficiens. Ideòque dicebat: De meo accipiet, & annunciabit vobis. Nequaquam verò participatione alterius, idem Spiritus, ſapiens aut potens dicitur: quia per omnia perfectus eſt, & nullo prorſus indigens bono. Nam paternæ virtutis & ſapientiæ, id eſt, Filij Spiritus creditur, & ideo ipſa re & ſubſiſtente virtute, virtus & ſapientia comprobatur, &c.* Vide, Trinitas, Filius. Chriſtus. Symbolum, &c.

Cyrillus Alexandrinus.

Ioan. 16.

Chriſtus quomodo à Spiritu ſancto glorificatus.

Ioann. 15. 14 & 16.

Spiritus ſanctus quomodo dicitur contriſtari.] Concilium BASILEENSE ſeſſione vltima epiſtola Synodali de authoritate Concilij ſuprà Papam ait. *Duobus modis ſacri doctores exponunt, Spiritum ſanctum contriſtari, vel cum boni dono Spiritus ſancti, & propter charitatem contriſtantur de his, quæ non rectè faciunt. vel cum Spiritus ſanctus ab homine non rectè faciente, repellitur more humano, Sicut enim homo de domo pulſus triſtis recedit, ita Spiritus ſanctus propter non recte facta hominum deſerit eos, & ab his recedit, non ipſe triſtis ſed triſtes dimittes quos deſerit.* Eadem reperit Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 1. in admonitione facta ad Patres eiuſdem ſynodi, &c.

Concilium Baſileenſe generale.

Concilium Tridentinum.

SPONSVS ET SPONSA.

Cuncta repete ex vocabulo. Matrimonium, & Nuptiæ, &c. Raptor, & Monialis Virgo, & reliquis.

SPONSALIA.

Sponſaliorum infractores.] Vide locis memoratis Porrò Concilium ELIBERINVM cano. 54 *Si qui parentes fidem fregerint ſponſaliorum, triennij tempore abſtineant ſe a communione. Si tamen ſponſus vel ſponſa in illo graui crimine fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes. Si vero in eodem fuerint vitio, & polluerint ſe conſentiendo, ſuperior ſententia ſeruetur.* Vide in vocabulo, Matrimonium promiſſum per verba de præſenti aut de futuro, &c.

Concilium Eliberinum.

STOLA.

De ſtolæ vſu vide in vocabulo, Orarium.

STIPENDIVM.

De Stipendio clericorum.] Copioſè diximus in vocabulo. Clericorum ſtipendia, &c.

SVBDIACONI.

Subdiaconi qui dicantur.] Ex antiquiſſima & Apoſtolica in Eccleſia inſtitutos fuiſſe Hypodiacones, traditione cognouimus, quos & Subdiaconos appellamus. Quorum frequenter meminimus ex canonibus Apoſtolorum, & ex Fabiani 1. decreto, vbi his demandatur cura ſcribendi geſta Martyrum, vt diximus in vocabulo, Sanctorum geſta ſcribenda &c. Alijs porrò locis innumeris eorum fecimus mentionem. Vide etiã in vocabulo, Ordo ſacer, &c. Ex Ignatio, qui ſubdiaconos expreſsè cæteris gradibus ordinum annectit & ſalutat Porrò Concilium AQVISGRANENSE 1. cano. 6. profert ISIDORI HISPALENSIS teſtimonium ex lib. 7. de officijs Eccleſiaſt. cap. 10. *Subdiaconi (ait) qui apud Græcos Hypodiaconi vocantur, in Eſdra inueniuntur, appellanturque ibi Nathinnæi, id eſt, in humilitate Domino ſeruientes. Ex eorum ordine fuit ille Nathanael, qui in Euangelio tantoperè laudatus eſt. Denique iſti oblationes in templo domini ſuſcipiunt à populis, & officiis obediunt Leuitarum, & vaſa corporis & ſanguinis Chriſti diaconibus ad altaria Domini offerunt. De quibus placuit patribus, vt quia ſacra myſteria contrectant, caſti, & continentes ſint ab vxoribus, & ab omni carnali immunditia liberi.* Vt mox videbitur.

Concilium Aquiſgranenſe. lib. 1 Iſidori... Iſidorus Hiſpalenſis.

Eſdræ 2. & 8. Ioan. 1.

Subdiaconi munus.] Licet dictum ſit ſubdiacones ſacra vaſa contrectare licite poſſe, interim reuolue hoc illis olim prohibitum vocabulo, Clericus, &c. Vnde & Concilium LAODICENVM cano. 25. & allegat Gratianus diſtinct. 63. cap. Non oportet. *Non oportet (ait) Miniſtros* (alia tranſlatio ſubdiaconos) *panem dare nec calicem benedicere.* Hinc AQVISGRANENSE Concilium 1. cano. 78. hunc recitans canonem, ait. *Non oportet ſubdiaconos*, Et de his autem Subdiaconis iniungit Concilium TRIDENTINVM ſeſſione 23. quæ eſt 7. ſub Pio 4. cap 13. decret. reformat vt ordinentur habentes bonum teſtimonium, & in minoribus ordinibus iam probati, ac literis, & his, quæ ad ordinem exercendum pertinent, inſtructi, qui ſperant Deo authore ſe continere poſſe. *Eccleſiis quibus aſcribentur inſeruiant, ſciãtque maximè decere, ſi ſaltem diebus dominicis & ſolemnibus, cum altari miniſtrauerint ſacram communionem perceperint. Qui ſi per annum in Subdiaconatus ordine non ſint verſati, ad altiorem gradum, niſi aliud Epiſcopo videatur, aſcendere non permittantur, &c.* Vide Ordo, & ſequentia.

Concilium Laodicenum.

Concilium Aquiſgranenſe 1.

Concilium Tridentinum.

Subdiaconus vt ordinetur.] Lege præcedentia Porrò CLEMENS 1 lib. 8 conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 27 refert ſic Apoſtolos docuiſſe *De Hypodiaconis ego Thomas diſpono*

Clemens 1.

tebis

uobis Epiſcopo. Hypodiaconum cum ordinas, ò Epiſcope, impones ei manus, & dicens: Reſpice ſuper hunc ſeruum tuum electum hypodiaconum, & da ei ſpiritum ſanctum, vt dignè tractet miniſtratoria vaſa tua, & faciat voluntatem tuam in omnibus, per Chriſtum tuum cum quo tibi gloria, &c. Idem cap. 54. *Hypodiacono excommunicare non licet, nec lectori, nec Cantori, nec Diaconiſſa, non clericum, non laicum, ſunt enim Diaconorum miniſtri.* Et Concilium ELIBERINVM cano. 30. *Subdiaconum eum ordinari non debere, qui in adoleſcentia ſua fuerit mœchatus, eo quod poſtmodum per ſubreptionem ad altiorem gradum non ſit promouendus. Si autem aliqui ſint in præteritum ordinati, amoueantur.* Et Concilium CARTHAGINENSE IV. cano. 5. & allegat Gratianus diſtinct. 23. cap. Subdiaconus. *Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impoſitionem non accipit, patenam de Epiſcopi manu accipiat vacuam, & calicem vacuum: de manu verò Archidiaconi vrceolum cum aqua, & mantile & manutergium.* Vide plura locis ſupra aſſignatis. Ordo, &c. & mox ex Concilio Toletano 8.

Concilium Eliberinum.

Concilium Carthaginenſ. 4 cui Auguſtinus ſubſcripſit

Subdiaconi non poſſunt nubere, ſed caſtè & continenter viuere iubentur.] Multiplicia iam in vocabulo, Cœlibatus. teſtimonia protulimus, quæ nec repetenda cenſemus, quia facilè reuoluentur, & in præcedentibus diſtinctionibus illud etiam probatum. Quod autem adhoc reſtat breuiter perſoluendum eſt. Concilium ROMANVM II. ſub Syluestro 1. cui interfuit Conſtantinus Imperator, cano. 8. actionis 1. *Nullum Subdiaconorum ad nuptias tranſire præcipimus, ne aliqua præuaricatione præſumpſerit.* Hinc etiam LEO I. epiſt. 82. ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Epiſcopum, cap. 4. *Cum extra clericorum ordinem conſtitutis nuptiarum ſocietati, & procreationi filiorum ſtudere ſit liberum: ad exhibendam tamen perfectè continentiæ puritatem, nec Subdiaconis carnale quidem connubium conceditur, vt & qui habent ſint tanquam non habentes, & qui non habent permaneant ſingulares. Quod ſi in hoc ordine, qui quartus à capite eſt, dignum eſt cuſtodiri: quanto magis in primo, aut ſecundo, tertióque ſeruandum eſt, ne aut leuitico miniſterio, aut presbyterali honori, aut Epiſcopali excellentia quiſquam idoneus exiſtimetur, qui ſe à voluptate vxoria nec dum frenaſſe detegitur?* Hinc Concilium TOLETANVM I. cano. 4. depoſitionem Subdiaconi præcipit, qui viduam acceperit vxorem, vel fuerit ſecundis nuptijs implicatus. Vide in vocabulo, Bigamus, &c. Et TOLETANVM VIII. cano. 6. *Relatum eſt nobis quoſdam Subdiaconos, poſtquam ad ſacri huius ordinis peruenerint gradum, non ſolùm carnis immunditia ſordidari, cum ſcriptum ſit: mundamini qui fertis vaſa domini: ſed etiam (quod dictu quoque nefas eſt) nouis vxoribus copulari, aſſerentes hoc ideò ſibi licere, quia benedictionem à Pontifice ſe neſciunt percepiſſe. Proinde omni excuſationum diſciſſo velamine, id præcipimus obſeruari, vt cum ſubdiacones ordinantur, cum vaſis miniſterij benedictio eis ab Epiſcopo detur, ſicut in quibuſdam Eccleſiis vetuſtas tradit antiqua, & ſacra dignoſcitur conſuetudo ſubſtare prolata, omni penitus ab illis ſorde mulierum ac familiaritate remota. Quòd ſi hoc vulnere deinceps fuerint ſauciati, mox erunt ſub pœnitentia oneribus, vſque ad extremum vitæ, monaſterijs religandi.* Hinc ALEXANDER III. parte 50. Concilij Lateranenſis, quod celebrauit cap. 59. Cœnomanenſem Epiſcopum laudat, quia ſubdiaconum coëgit vxorem abiurare, quam duxerat, iubens, vt talis ſeptennij pœnitentia maceratus, ad religionem tranſeat, vbi ad altiores gradus poterit promoueri, non aliàs. Idem parte 18. eiuſdem Concilij, cap. 2. ad Cantuarienſem Archiepiſcopum, expreſsè cœlibatum Diaconis & ſubdiaconis indicit, vt poſuimus ſuperiùs. Idem repetit parte 26. capit. 2. *Subdiaconum (ait) ſiue homines interſint, ſiue non, non poſſe matrimonium contrahere ſacrorum canonum cenſura demonſtrat.* Vide ergo vocabulo, Cœlibatus, Clericus, Bigamus, &c.

Concilium Romanū 2. ſub Silueſtro patrum 284.

Leo I.

1. Corinth. 7.

Hæc allegat Iuo libr. 3. decreto.

Concilium Toletanum 1.

Concilium Toletanum 8.

Eſay. 52.

Alexander 3.

SVFFRAGIA.

Suffragia defunctis impendenda.] Diximus vocabulo, Defunctus, Purgatorium.

SVPPLICATIO.

De ſupplicationum origine copioſè, & de earum progreſſu, tractauimus in vocabulis, litania & proceſſio. Quàm autem antiquitus celebres fuerint, etiam grauiſſimi ſcriptores atteſtantur, vt videbis in illis locis. Teſtatur autem NICEPHORVS CALLISTVS lib. 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 30. quòd dum Conſtantinus Magnus deuicto Maxentio vrbem Romam intraſſet, *Totis (ait) ſeptem diebus ciuitas Romana, celebrem ob victoriam eam, egit conuentum, ſimul & authorem illius Deum, triumphalémque crucis armaturam, & victorem ipſum Conſtantinum laudans honoribuſque dignis proſequens, &c.* Lege locis memoratis.

Nicephorus Calliſtus.

SYMBOLVM.

Symbolum Apoſtolorum.] CLEMENS I. epiſt. 1. ad Iacobum fratrem Domini, ait. *Chriſto itaque reſurgente & aſcendente in cælum, miſſo ſancto Spiritu, collata Apoſtolis ſcientia linguarum, adhuc in vno poſiti, Symbolum, quod fidelis nunc tenet Eccleſia, vnuſquiſque quod ſenſit dicendo condiderunt, vt diſcedentes ab inuicem, hanc regulam per omnes gentes prædicarent.* Et infrà. *Symbolum enim Græcè, Latinè collatio dicitur. Et hoc prædicti Apoſtoli inter ſe per Spiritum ſanctum ſalubriter (vt dictum eſt) condiderunt. Dicitur & indicium, quod per hoc qui rectè crediderit indicatur. Ergo cunctis credentibus quæ continentur in præfato Symbolo, ſalus animarum & vita perpetua bonis actibus preparatur. Eſt autem huiuſmodi.* CREDO *in vnum Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Et in Ieſum Chriſtum Filium eius vnicum Dominum noſtrum: Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto: Natus ex Maria virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato. Crucifixus, mortuus & ſepultus. Deſcendit ad Inferos. Tertia die reſurrexit à mortuis. Aſcendit ad cœlos: Sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos: Credo in Spiritum ſanctum: Sanctam Eccleſiam Catholicam: Sanctorum communionem: remiſſionem peccatorum: carnis reſurrectionem, & vitam æternam. Amen.* Subdit autem Clemens. *Quod in primordio eiuſdem, Symboli preponitur, Credo in Deum Patrem omnipotentem, præclarum fidei teſtimonium & fundamentum in prima fronte monſtratur: quia ſaluus eſſe poterit, qui rectè crediderit, &c.* In ſubſequentibus exponit ſymbolum de verbo ad verbum. Lege ſi placet. Eiuſdem ſymboli DIONYSIVS AREOPAGITA libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, parte 3. capitis 3. meminit, & vocat illud, Catholicam laudationem & religionis ſymbolum: *Quod omnia (inquit) diuinitus in nos emanantia ſacra dona contineat.* Solebat

Clemens 1.

Symbolū quid ſignet.

Symboli verba.

Dionyſius Areopagita.

Symbolum Apoſtolorum recitabatur olim in ſacris cum miſſæ, ſicut nunc Concilij Niceni & Conſtantinopolitani Symbolum vt infra dicetur.

autem cantari in ſacrificio miſſæ cum eleuaretur Hoſtia, vt ibidem docet. Prædictum Symbolum commentati ſunt

Cyprianus Carthaginenſ.

CYPRIANVS CARTHAGINENSIS, vel (vt alijs placet) Ruffinus. &

Auguſtinus Hipponenſis. Leo I.

AVGVSTINVS HIPPONENSIS ſermone 181. de tempore. Vnde de eodem ſic LEO I. epiſt. 13. ad Pulcheriam Auguſtam loquitur. *Catholica (inquit) Symboli breuis & perfecta confeſſio, quæ duodecim Apoſtolorum totidem eſt ſignata ſententiis, tam inſtructa eſt munitione cæleſti, vt omnes hæreticorum opiniones ſolo ipſius poſſint gladio detruncari. &c.* Et Concilium

Concilium Mediolanenſe.

MEDIOLANENSE epiſtola ad Conſtantinum Imperatorem 4 de hoc ſymbolo Apoſtolorũ loquitur. *Quod breuius (ait) quam ſimplex fidei Symbolum ab Apoſtolis inſtitutum, in quo myſticum ſacramenti continetur arcanum.* Hoc ſymbolum, ſeu etiam Nicænum, & alia quæ ſequuntur, cum omnia vnum ſint, Concilium

Concilium Forouilienſe.

FOROIVLIENSE vbi ſymbolum ſuum edidit, iubet, vt omnis Chriſtianus memoriter teneat

Symbolum memoriter retinendum.

Symbolum (ait) & orationem Dominicam, omnis Chriſtianus memoriter ſciat, omnis ætas, omnis ſexus, omniſque conditio, maſculi, fœmina, iuuenes, ſenes, ſerui, liberi, pueri, coniugati, innuptaque puella: quia ſine hac benedictione nullus poterit, in cælorum Regno percipere portionem. Qui autem obſeruauerit hæc, & à malis operibus ſe cuſtodierit, & in præſenti ſeculo ſaluus erit, & in futuro cum Angelis congaudebit. Idem præcipit ſacerdotibus & gradibus Eccleſiæ, ſummam fidei memoriter tenere, quam compegerunt ex diuerſis patrum Symbolis. Vide ea quæ ſequuntur. Porrò Concilium

Conciliũ Moguntinum I. ſub Carolo Magn.

MOGVNTINVM I. cano. 45. *Symbolum (ait) quod eſt ſignaculum Fidei, & orationem dominicam diſcere ſemper admoneant ſacerdotes populum Chriſtianum, volumuſque, vt diſciplinam condignam habeant qui hæc diſcere negligunt, ſiue in ieiunio, ſiue in alia caſtigatione emendentur. Propterea dignum eſt, vt filios ſuos, ad ſcholam, ſiue ad monaſteria, mittant ſiue foras presbyteris, vt fidem Catholicam rectè diſcant, & orationem Dominicam, vt domi alios edocere valeant. Et qui aliter non potuerit, vel in lingua ſua hoc diſcat.*

Conciliũ Rhemenſe ſub eodem. Concilium Aquiſgranenſe 2.

Idem renouat Concilium RHEMENSE cano. Et Concilium AQVISGRANENSE II. cap. 5. de ordine rectorum, vbi præcipit presbyteris, quatenus renatos in baptiſmo ſymbolum & orationem diſcere compellant. Idem renouat Concilium

Concilium Meldenſe. Cõcilium Florentinum.

MELDENSE can. 74. Porrò hoc Symbolum Apoſtolorum citat Concilium FLORENTINVM præſentibus Orientalibus patribus & Imperatore Conſtantinopolitano Ioanne Palæologo ſeſſione 21. Hoc inſuper multi patres doctè

Staniſlaus Hoſius. Franciſcus Larbenus.

expoſuerunt, præcipuè STANISLAVS HOSIVS ſtatim initio confeſſionis Catholicæ fidei, Et FRANCISCVS LARBENVS Cæleſtinus doctiſſimus per totum opus inſigne, quod prænotatur, Muſica Fidei. Opus ſane mira eruditione refertum, & ſpirans Catholicæ fidei non exiguum nec vile condimentum. Sunt & alij permulti, quorum memoria in Benedictione eſt. Verùm vt ad alia tranſeamus, ſecundum hanc formam ſymboli multi patres ſymbola ediderunt, in verbis quidem diuerſa, ſed in fide & ſententijs omninò conformia. Iubet autem quædam adhuc addere celebriora, & quæ ab Eccleſia Catholica ſumma veneratione coluntur.

Ignatius Martyr.

Symbolum Ignatij martyris.] Contrà diuerſos hæreticos, Theodorum, Cleobulum, Baſilidem, Simonem, Menandrum, &c. compulſus eſt Ignatius fidei ſuæ confeſſionem in ſymboli formam conſcribere, quæ in epiſtola ad Trallianos habetur inſerta: qua quidem noſtræ fidei, ſacramenta & redemptionis myſteria ſumma breuitate complectitur, vt ex ſequentibus apparebit liquidius. Hanc verò adhuc repetit epiſtola ad Magneſianos, & epiſtola ad Tarſenſes, & initio epiſtolæ ad Smyrnenſes, & epiſtola ad Antiochenos. Verùm prolixior eſſem ſi hanc vellem confeſſionem ſcriptis redigere, magis relinquenda eſt lectoris ſeduli otio reuoluenda. Conſimilem

Symbolum Irenæi martyris.

etiam fidei confeſſionem edidit IRENÆVS LVGDVNENSIS lib. 1. aduerſus hæreſes Valentini & ſimilium cap. 2. quam per vniuerſas orbis plagas prædicatam denunciat. Et

Symbolũ Tertulliani Carthaginenſis.

TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de præſcriptionibus aduerſus hæreticos, non longe ab initio, Regulam fidei proponit, & initio libri de velandis virginibus, vt ex eiſdem locis facilè potes agnoſcere & legere.

Gregorij Neocæſarienſis Symbolum.

Symbolum Gregorij Neocæſarienſis.] Statim in initio Concilij GENERALIS V. præponitur ſymbolum, ſeu Fidei confeſſio, ſecundum reuelationem Gregorij Neocæſarienſis Epiſcopi, quod ſic habet. *Vnus Deus pater verbi viuentis, ſapientia ſubſiſtentis, & potentia ac caracteris ſempiterni, perfectus perfecti genitor, Pater Filij vnigeniti. Vnus dominus ſolus ex ſolo, Deus ex Deo, caracter & imago Deitatis, verbum operatiuum, ſapientia conſiſtentia omnium comprehenſiua, & virtus totius creaturæ factiua, Filius verus veri patris, inuiſibilis, inuiſibilis, ineffabilis, ineffabilis, immortalis & ſempiternus ſempiterni. Vnus Spiritus ſanctus ex Deo ſubſiſtentiam habens, & per filium exiſtens ſcilicet hominibus imago filij perfecti, perfecta vita, viuentium cauſa, ſanctificatio ſanctificationis donatiua, in quo apparet Deus Pater, qui eſt ſuper omnia in omnibus, & Deus Filius, qui per omnia eſt. Trinitas perfecta, gloria & æternitate, ac regno & imperio non partita, id eſt, diſtributa, neque abalienata. Non ergo creatum quid vel ſeruitium in Trinitate, neque aduentitium, tanquam prius non exiſtens, & poſterius adueniens. Non ergo defuit aliquando filius patri, neque filio Spiritus, ſed inconuertibilis & immutabilis ſemper ipſa Trinitas.* Hoc Symbolum Gregorius Neocæſarienſis

Euſebius Cæſarienſis.

edidit, quod non ſolùm laudat EVSEBIVS CÆSARIENSIS lib. 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 25. vbi illud ſub eadem forma verborum recenſet: ſed &

Gregorius Niſſenus.

GREGORIVS NISSENVS in ſermone Græco illud ſplendidè exornauit, & doctè

Adrianus I.

expoſuit. Ex eodem Symbolo ADRIANVS I. libro miſſo ad Carolum Magnum contra Iconoclaſtas, deſumpſit teſtimonium, dum loquitur de Spiritu ſancto, quod ſcilicet à patre procedit per filium. Vide ſuprà. Spiritus ſanctus.

Athanaſius Alexandrinus.

Symbolum Athanaſij Alexandrini.] Notum eſt illud Symbolum, quod ſingulis diebus dominicis in Eccleſia recitatur, ſicque incipit: *Quicunque vult ſaluus eſſe, &c.* Hoc ſymbolum tranſ-

Eugenius 4.

miſit Armenis EVGENIVS IV. per oratores in Concilio Florentino, vt patet ex eius decreto ad calcem eiuſdem Concilij appoſito, voluitque ab eis prædicari & teneri. Hoc & Concilium

Conciliũ Moguntinũ 4.

MOGVNTINVM IV. cap. 1. ſimiliter omnibus Chriſtianis iniunxit. Non illud autem inſeremus, quia omnes penè illud memoriter tenent. Vide ſequentia.

Symbolum Nicænum patrum 318.

Symbolum Nicæni I. Concilij Generalis.] Libet hic inſerere ſymbola, quæ certa Concilia generalia ediderunt, quæ per vniuerſam Eccleſiam recitant, inter quæ primum locum

obtinet

A obtinet ab innumeris patribus decantatum. ſymbolum Nicænum, quod tale eſt. *Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inuiſibilium factorem. Et in vnum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Filium Dei, natum ex patre, vnigenitum, hoc eſt, de ſubſtantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, homouſion patri, per quem omnia facta ſunt quæ in cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & inhumanatus eſt, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, Aſcendit in cœlos, venturus inde iudicare viuos & mortuos. Et in ſanctum Spiritum. Eos* B *autem qui dicunt, erat aliquando, quando non erat, & antequam naſceretur non erat: & quia ex non exiſtentibus factus eſt, vel ex altera ſubſtantia, aut eſſentia dicentes eſſe: aut mutabilem aut conuertibilem Filium Dei, hos anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia. Hinc quidem ſanctæ fidei omnes conuenit conſentire.* Hoc igitur Nicænum ſymbolum, relegit & confirmauit Concilium EPHESINVM I. generale 3. & bis aut ter repetiuit, expoſitionemque eius à Cyrillo Alexandrino accepit. Sed & recitata eſt expoſitio eiuſdem Epheſini Concilij ſuper illud Symbolum, in Concilio CHALCEDONENSI generali 4. actione 1. & actione 2. eiuſdem Concilij Chalcedonenſis illud Nicænum Symbolum per ſingulas clauſulas recitatur, C & doctiſſimè exponitur. & omnes anathematizat, ſiue Iudæos, ſiue paganos, aut Chriſtianos clericos & laicos, cuiuſcunque dignitatis extiterint, qui huic ſymbolo contrarium docuerint. Actione ſimiliter 5. iterum idem repetit, vbi illud iterum ſymbolum relectum eſt & approbatum, & omnia quæcunque in eodem Concilio à patribus decreta ſunt. Relectum eſt quoque præfatum Symbolum in Concilio AFFRICANO ſub Bonifacio 1. ad calcem, & in Concilio GENERALI V. collatione 6. ſub Iuſtiniano Principe, & in Concilio GENERALI VI. actione 17. ſub Conſtantino 4. Imperat. Et LEO I. epiſt. 95. ad Leonem Auguſtum, & epiſtola 60. D ad Maximum Antiochenum Epiſcopum, ita illud ſymbolum legit, vt quidquid ab eo diſcordat Romanam Eccleſiam dicat nullatenus recepturam. Relectum eſt in Concilio FERRARIENSI ſeſſione 4. coram Græcis, & in alijs multis Concilijs, vt infrà dicetur Lege quod ſequitur.

Concilium Epheſinum 1. generale 3.

Concilium Chalcedonenſe generale 4.

Concilium Affricanum.

Concilium Conſtantinopolitanũ 2. generale 5.

Concilium Conſtantinopolitanũ 3. generale 6.

Leo 1.

Concilium Ferrarienſe.

Symbolum Conſtantinopolitani I. Generalis II. Concilij. Habetur canone 7 eiuſdem Concilij, quod tale eſt. *Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, Filium Dei vnigenitum, ex patre natum ante omnia ſecula, Deum de Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum,* E *non factum, homouſion patri, hoc eſt, eiuſdem cum patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine, humanatus eſt, & Crucifixus pro nobis ſub Pontio Pilato, & ſepultus, & tertia die reſurrexit. Aſcendit in cœlos, & ſedet ad dexteram patris, & iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum, Dominum & viuificatorem, ex patre procedentem, cum patre & filio coadorandum & conglorificandum, qui locutus eſt per prophetas. Et in vnam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confitemur vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum, & expectamus reſurrectionem*

Symbolum Conſtantinopolitanum patrum 150.

A *mortuorum, & vitam futuri ſeculi. Amen.* Hoc ſymbolum recitatum eſt coram patribus Concilij CHALCEDONENSIS actione 2. auditoque eo omnes patres exclamauerunt: *Hæc omnium fides, hæc orthodoxorum fides. Omnes ſic credimus.* Iterum actione 5. eadem repetuntur Hoc etiam ſymbolum recitatum eſt coram patribus Concilij GENERALIS V. collatione 6. & coram patribus Concilij GENERALIS VI. actione 17. Illud quoque de verbo ad verbum Concilium TOLETANVM VIII repetit cap. 1. ſtatim initio, præmittens illud rebus omnibus definiendis. Quod & fecit Concilium BRACARENSE B III. ſtatim in limine. Denique EVGENIVS IV. hoc ſymbolum Conſtantinopolitanum Græcis in Concilio Florentino & Armenis dedit, vt ex decreto eiuſdem liquet ad calcem Concilij addito, cum illa additione, *Ex patre, filioque*, declarandæ veritatis gratia, & vrgente neceſſitate licitè & rationabiliter appoſita (vt diximus ſuperiùs in dictione, Spiritus ſanctus. Hoc denique ſymbolum etiam Concilium TRIDENTINVM generale, ſeſſione 3. ante omnia agenda præmiſit, tanquam principium illud, in quo omnes, qui fidem Chriſti profitentur, neceſſario conueniunt, ac fundamentum firmum & vnicum contra quod portæ inferi non præualebunt. Iunge quod ſequitur.

Concilium Chalcedonen. generale 4.

Concilium Conſtantinopolitanum 2.

Concilium Conſtantinopolitanum 3.

Concilium Toletanum 8.

Concilium Bracarenſe 3.

Eugenius 4.

Concilium Tridentinum.

C Symbolum in Eccleſia recitandum.] In ſuperioribus dum de ſymbolo Apoſtolorum tractaremus ex Dionyſio Areopagita, probauimus quia antiquitùs ſymbolum in miſſarum ſolemnijs recitabatur. Hoc de hoc Symbolo Conſtantinopolitano fieri etiam patres multis ſtatuerunt decretis. Vnde & Concilium AGATHENSE cano. 13. & allegat Gratianus diſtinct 4 Symbolum. *Symbolum* (ait) *placuit ab omnibus Eccleſiis vna die, id eſt, ante octo dies Dominicæ reſurrectionis publicè in Eccleſia competentibus prædicari.* Idem LEO I. epiſt. 95. ad Leonem Auguſtum. Et Concilium TOLETANVM III. cano. 2. ſtatuit vt prædictum Conſtantinopolitanum ſym- D bolum, ſingulis diebus Dominicis recitaretur. *Pro reuerentia* (inquit) *fidei ſanctiſſimæ, & propter corroborandas hominum inualidas mentes, conſultu piiſſimi & glorioſiſſimi Recaredi Regis, conſtituit Synodus, vt per omnes Eccleſias Hiſpaniæ & Galliciæ, ſecundum formam Orientalium Eccleſiarum, Concilij Conſtantinopolitani, hoc eſt, centum quinquaginta patrum, Fidei ſymbolum recitetur. & priuſquam dominica dicatur oratio voce clara populo prædicetur, quo & fides vera manifeſtum teſtimonium habeat, & ad Chriſti corpus & ſanguinem prælibandum pectora populorum fide purificata accedant.* Similiter Concilium GENERALE VI. cano. 7. iubet vt memoriter teneatur cum oratione Dominica, & E quotidie recitetur, licet non ſpecificet quod ſymbolum intelligat Vnde repoſuimus illud cum alijs ſimilibus decretis in ſuperioribus in Symbolo Apoſtolorum. Vide ergo. Hinc eſt quod ex decreto Concilij BRACARENSIS II. cano. 1. Cathecumeni baptizandi iubentur noſſe Symbolum, vt diximus in vocabulo, Cathecumenus. Porrò præmiſſum decretum Toletani III. Concilij adhuc renouat Concilium TOLETANVM XIII. ſtatim in initio. Nam patres eiuſdem Concilij, vt veterem recitandi ritum approbarent, fidem ſuam prædicto Symbolo conformantes, illud publicè recitarunt: *Iuxta quod* (inquiunt) *ſacro ſancti Symboli elucubrata profeſſio claret, quæ*

Concilium Agathenſe ſub Cœleſtino 1.

Leo 1.

Concilium Toletanũ 3 ſub Pelagio 2.

Concilium generale 6.

Concilium Bracarenſe 2.

Concilium Toletanum 13.

A *in Miſſarum ſolemnia ubi populis cunctorum accla matur fidelium voce.* Hoc ſymbolum integrum præcipiunt in officio miſſæ cantari, ſicut & dominicam orationem, Patres Concilij BASILIENSIS ſeſſione 1 Et EVGENII IV illud vt diximus in Concilio Florentino decreto ad calcem addito Græcis & Armenis tradens, iuſſit vt ſolemniter ab iis ſicut à Latinis publicè diebus dominicis decantaretur Quod renouat Concilium COLONIENSE III. cap. 2. partis 2. vbi iubet ne cum organorum inſtrumento decantetur, nec oratio dominica. Vide, Organa. &c. & ſequentia

Concilium Baſileenſe generale, ſeſſ. 4. — Concilium Colonienſe 3.

Symbolum Epheſinum I.] Epheſinum I. Concilium non edidit, ſed tantum expoſuit * ymbolum Nicænum, vt ſuperius in ſymbolo Nicæno diximus * Vide ſequentem ex Concilio Latera annotationem.

* Symbolum Epheſi [illegible] anathem [illegible] Symbolum [illegible] patrum 630.

Symbolum Chalcedonenſis Generalis V. Concilij.] Concilium Chalcedonenſe vt ſuperiùs demonſtrauimus multis in locis præmiſſa Nicæni & Conſtantinopolitani Concilij Symbola comprobauit, & Fidei confeſſionem addidit, non per verbolis formam, quandoquidem tantum præmiſſis ſe accommodat, hoc modo. *Conſ[illegible] patribus, vnum eundem, [illegible] filium [illegible] Dominum noſtrum Ieſum Christum conſona voce pariter [illegible] eundem in diuinitate, perfectum eundem in humanitate, Deum verum & hominem verum, eundem ex anima rationali [illegible] corpore, [illegible] dum diuinitatem [illegible] cum patre naturæ, ſecundum humanitatem eundem [illegible] natura [illegible] per omnia ſimilem nobis abſque peccato, ante ſecula quidem ex patre natum, ſecundum diuinitatem, in nouiſſimis verò diebus eundem propter nos, & propter noſtram ſalutem hominem factum. Hunc vnum eundemque Christum filium Dominum vnigenitum, in duas naturas inconfuſè, immutabiliter, indiuiſe, inſeparabiliter cognoſcendum, in nullo naturarum differentia propter [illegible] permenſa, magis autem ſalua [illegible] naturæ proprietate, & in vna [illegible] concurrente, non in duabus p[illegible] vel diu[illegible] ſed vnum eundem [illegible] Dei verbum Dominum Ieſum Christum [illegible] ab exordio [illegible] de eo & [illegible] tradidit Symbolum. Aliam fidem nulli licet proferre, aut [illegible] ribere, aut docere, aut ſentire aliter. Qui autem audent exponere aliam fidem, aut proferre aut docere aliud Symbolum volentibus conuerti ad [illegible] veritatis, ex Gentilibus, ex Iudæis, vel hæreticis quibuſcunque ſiquidem Epiſcopi aut clerici fuerint, alienos eſſe Epiſcopos ab Epiſcopatu, clericos à clero ſi verò monachi vel laici fuerint, anathema fieri. Tum poſt lectionem definitionis omnes Reuerendi Epiſcopi clamauerunt. Hæc fides patrum, hæc fides Apoſtolorum. Huic omnes conſentimus, omnes ita ſapimus.* Hoc Symbolum relectum eſt in

E Concilio GENERALI V. collatione 6 Porrò Concilium LATERANENS sub Martino I patrum 105. conſultatione 4 hæc quatuor generalium Conciliorum Symbola recenſuit, & licet non conſtet ſymbolum Epheſinum, vt diximus tamen illud computat ſymbolum Epheſinum quod Anathematiſmo ſuo ita docuit, & credi voluit Mariam Theotocon eſſe, quamuis anathematiſmum illum Cyrillus ediderit. Hæc quatuor Symbola GREGORIVS I. vt quatuor Euangelica ſuſcipit & veneratur vt pluribus teſtimonijs probauimus in vocabolo, Conciliorum authoritas, &c. Vide ergo.

Concilium generale 5 Conſtantinopolitanum — Concilium Lateranenſe ſub Martino 1. — Gregorius 1.

A Symbolum Romanum] Hoc ſymbolum repertum ſine authore ad calcem actionis decimæ ſextæ Concilij præfati Chalcedonenſis, quod editum à SIMPLICIO I. Papa autumo, vt ex ſequenti lectione patebit tamen ex ſuperiorum Symbolorum lectione compactũ Quia hoc autem celebre nomen præfert, hic libuit adiungere. *Titulus eſt [illegible] Romanorum. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, & in vnigenitum filium eius Ieſum Christum Dominum & ſaluatorem noſtrum. & in [illegible] Deum. Non tres Deos patrem, filium & Spiritum ſanctum, ſed vnum Deũ eſſe confitemur. Non ſic [illegible] num Deum quaſi ſolitarium, nec eundem qui ipſe ſibi pater ſit ipſe [illegible] ſed patrem

B verum, qui genuit, [illegible] verum, [illegible] Deus de Deo, lumen de lumine, [illegible] perfectum de perfecto, totum a toto [illegible] non creatum, ſed genitum, non ex nihilo, ſed ex patre, vnius ſubſtantiæ cum patre Spiritum verò ſanctum Deum non ingenitum, neque genitum, non creatum, ſed nec f[illegible] patris & filij, ſemper in patre & filio æternum [illegible] : vnum tamen Deum, qui ex vno.* Hoc itaque Symbolum LEO IX. epiſt. 4 ad Petrum Antiochenum Epiſcopum mittit, & ei addit. *Credo noui, & veteris [illegible] tamenti, legis, & prophetarum [illegible] Dominum omnipotentem Deum prædeſtinaſſe ſolummodo bona, præſciuiſſe autem bona

Concilium Romanum ſub Simplicio 1. — Leo 9.

C malaque [illegible] gratiam Dei præuenire & ſubſequi hominem. Credo & profiteor: ita tamen, vt liberum arbitrium rationabili creaturæ non denegem. Animam non eſſe partem Dei, ſed ex nihilo creatam, [illegible] abſque baptiſmate originali peccato obnoxiam. credo & prædico.* Hæc igitur diuina Symbola quæ enumerauimos impensè ſuſpiciunt, & laodant, atque venerantur EPISCOPI SYRIÆ, epiſtola ad Leonem 1. Imperatorem, quæ habetur in fine Concilij Chalcedonenſis *Non enim (aiunt) tempus aliquod horum omnium [illegible] Symbolum permutauit, nec qualibet [illegible] eorum ſenſus conuertit, ſed, velut in quandam petram, omnis hæreticorum impetus in hæc [illegible] percuſſus in ſpumam repente diſ-*

D *ſoluitur* Idem fatentur EPISCOPI PHOENICIAE II Libaniſiæ epiſtola ad eundem Principem [illegible] aiunt [illegible] rectè & immobilis fidei [illegible] patrum [illegible] Sunt adbuc multa ſymbola edita in diuerſis Concilijs, quædam autem ſubſequuntur.

Epiſcopi Syriæ. — Epiſcopi 2. Phœniciæ, Libaniſiæ.

Symbolum Orientalium.] Refert vir doctus LIBERATVS CARTHAGINENSIS hiſtoriographus in Breuiario de cauſa Neſtoriana cap 8. Ioannem Patriarcham Antiochenum cum reliquis Epiſcopis Orientalibus ſymbolum fidei edidiſſe, & tranſmiſiſſe Cyrillo Epiſcopo Alexandrino, quod ille obuijs vlnis & tota mente

E amplexatus eſt vt ex eiuſdem CYRILLI epiſtola conſtat ad Valerianum Iconij Epiſcopum verùm quædam ex eodem Symbolo iam poſuimus in dictione, Chriſtus, & initium ſic habet. *Co[illegible] Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, filium Dei vnigenitum, Deum perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore, ante ſecula qui[illegible] ex patre natum ſecundum diuinitatem, in fine [illegible] eundem propter nos, & propter noſtram ſalutem de Maria virgine ſecundum humanitatem, [illegible] patri ſecundum diuinitatem & conſubſtantialem nobis ſecundum humanitatem. Duarum enim naturarum vnio facta eſt [illegible] propter quod vnum Chriſtum, vnum filium, vnum Dominum confitemur. [illegible] dum hunc [illegible] doctrinam.*

Liberatus Carthaginenſis Archidiaconus. — Cyrillus Alexandrinus. — Symbolum Orientalium.

C[illegible]mur

Confitemur ſanctam virginem Dei genitricem, propter quod Deus verbum incarnatus eſt, homo factus, & ex ipſa conceptione vniuit ſibi templum quod ex ipſa ſuſcepit. Euangelicas verò atque Apoſtolicas de Domino voces ſcimus Deiloquos viros quaſdam quidem contungentes tanquam in vna perſona, quaſdam diuidentes tanquam in duabus naturis, & diuiniores quidem atq; altiores ſecundum diuinitatem Christi, humiliores autem ſecundum humanitatem eius tradentes. Plura repete ex vocabulo, Chriſtus incarnatus duabus conſtans naturis, &c.

Symbolum Concilij Toletani 4. ſub Honorio I.

Symbolum Toletani Concilij IV. Patrum LXVII.] Habetur ſtatim in initio eiuſdem cap. 1. & ex ſuperioribus quidem cõcinnatum cõſtat, quod tale eſt: *Secundum diuinas Scripturas, & doctrinã quam à ſanctis Patribus accepimus, Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum vnius Deitatis atque ſubſtantia confitemur, in perſonarum diuerſitate Trinitatem credentes, in vnitate diuinitatem prædicantes, nec perſonas confundimus, nec ſubſtantiam ſeparamus. Patrem à nullo factum vel genitum dicimus, Filium a Patre nõ factum ſed genitum aſſerimus, Spiritum vero ſanctum, nec creatum, nec genitum, ſed procedentem ex Patre & Filio profitemur. Ipſum autem Dominum Ieſum Chriſtum, Dei Filium, & Creatorem omnium ex ſubſtantia Patris ante ſecula genitum, deſcendiſſe vltimo tempore pro redemptione mundi à Patre, qui nunquam deſijt eſſe cum Patre, incarnatus eſt enim ex Spiritu ſancto & glorioſa ſancta Dei genitrice virgine Maria, & natus ex ipſa, ſolus idem Dominus Ieſus Chriſtus, vnus de ſancta Trinitate, anima & carne perfectus, ſine peccato ſuſcipiens hominem, manens quod erat, aſſumens quod non erat, æqualis Patri ſecundum diuinitatem, minor Patre ſecundum humanitatem, habens in vna perſona duarum naturarum proprietatem. Naturæ enim in illo duæ, Deus, & homo, non autem duo Filij, & Dij duo, ſed idem vna perſona in vtraque natura perferens paſſionem & mortẽ pro noſtra ſalute, nõ in virtute diuinitatis, ſed in infirmitate humanitatis. Deſcendit ad inferos, vt ſanctos, qui ibi tenebãtur, erueret, & deuicto mortis imperio reſurrexit. Aſſumptus in cœlos, venturus eſt in futurum ad iudicium viuorum & mortuorum, cuius morte & ſanguine mundati remiſſionem peccatorum conſecuti ſumus, reſuſcitandi ab eo in die nouiſſima in ea, qua nunc viuimus, carne, & in ea qua reſurrexit idem Dominus forma, percepturi ab ipſo alij pro iuſtitia meritis vitã æternam. Alij pro peccatis ſupplicij æterni ſententiam. Hæc eſt Eccleſia Catholica fides. Hanc confeſſionem conſeruamus atq; tenemus, quam quiſq; firmiſſimè cuſtodierit, perpetuam ſalutem habebit.* Huic Symbolo etiã ſe ſubmiſerunt Patres Concilij TOLETANI VI. c. 1. & de verbo ad verbum fermè repetunt, & ideò eorũ Symbolum non eſt opus recenſere. Simile huic etiam, ſed paulò diffuſiori tractatu Concilium TOLETANUM XI. Symbolum edidit, quod in initio eiuſdem cernitur, nec eſt opus repetere.

Concilium Toletanum 6.

Concilium Toletanum 11.

Symbola diuerſorum Patrum.] Quia longum eſſet recenſere omnia, quæ in diuerſis concilijs, vel quæ à patribus particulariter edita ſunt ſymbola, voluimus hic ea ſolummodò annotare, vt curioſus lector adeat illa, ſi delectetur plura legere. Iam autẽ ſuperius quorũdã Patrum Symbola annotauimus. Scripſit porrò Symbolũ fidei ceu confeſſionem BASILIVS Magnus in ſermo. de fide, & allegatur ſtatim in initio Cõcilij generalis V. ſub Iuſtiniano Impe. Similiter & FLAVIANVS Conſtantinopol. Epiſcopus, epiſtola ad Theodoſium Auguſtum contra Eutychem. vt narrat Liberatus Carthaginenſis, in Breuiario de cauſa Neſtoriana, c. 11.

Baſilius Magnus.

Flauianus Cõſtantinopolitanus.

A Scripſit & Symbolum IVSTINIANVS Impera. collectum ex dictis Baſilij, Gregorij Nazianzeni, Cyrilli, Gregorij Niſſeni, & aliorum Patrum, & tranſmiſit illud Ioanni II ſummo Pontifici, quod vtiq; ſuis in locis iã repoſuimus, prout fidei myſteria depoſcebant. Scripſit & ZENO Imperator fidei ſuæ Symbolum, quod tranſmiſit ad Epiſcopos & populum Alexandriæ, Libyæ, & Pentapolis, &c. vt narrat vir fideliſſimus Liberatus Carthaginẽſis in Breuiario de cauſa Neſtoriana, c. 18. Nicephorus Calliſtus lib. 16. c. 12. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Scripſit præterea fidei ſuæ ſymbolũ RECCAREDVS Rex Gothorum Hiſpaniæ atq; Sueuorum, quod obtulit Patribus Toletani Concilij III. ſub Pelagio II. & legitur ibidem, c. 2. Illud B autem lege inſertum infrà in vocabulo, Trinitas, quia magis huic vocabulo congruere viſum eſt. Deniq; HERACLIVS Imperator pulchrã fidei ſuæ confeſſionem edidit, quę habetur inſerta. Cõſultatione 3. Concilij Lateranenſis ſub Martino I. verùm quia prædictus Imperator in illa tempora inciderat, quibus Hæretici duplicẽ in Chriſto voluntatem ſeu operationem negabant, prædictum eius ſymbolum hac hæreſi corruperunt, ideóque damnatur in præfato Concilio, & alias certè Trinitatis & fidei noſtræ myſteria egregiè deſcribit. Sed & CAROLVS MAGNVS fidei ſuę ſymbolũ edidit circa medium libri ſuarũ Conſtitutionum. C Sub eodem principe floruit ALCVINVS eiuſdẽ præceptor, qui librum de Trinitate conſcripſit ad præfatum Imperatorem, & ad calcem libri, Symbolũ fidei attexuit, quod ſolet legi in lectionibus matutinarum diei feſti S. Trinitatis. Sub eodem etiam principe Concilium FRANCFORDIENSE generale Epiſcoporum 300 celebratũ eſt ſub Adriano I Papa, cõtrà Helinandum Archiepiſcopum Toletanum hæreticũ, vbi habetur Symbolum fidei ſub nomine eiuſdem Caroli editum, & ad eundẽ Hæreticum tranſmiſſum, qui filium Dei adoptiuum mentiebatur, vt diximus in vocabulo, Filius, &c. Sub eodẽ etiam Imperatore Cõcilium FOROIVLIENSE celebratum eſt, vbi Symbolum prælectum eſt, & doctiſſimè expoſitum tam D ex præmiſſo Nicæno, quàm Conſtãtinopolitano ſymbolo compactum à PAVLINO eiuſdem vrbis Epiſcopo Sic & in initio Concilij TOLETANI XII. & TOLETANI XIII. præmittitur ſymbolum ex præcedẽtium textu compoſitum. Similiter ediderunt ſymbolum Patres Concilij MEDIOLANENSIS dictante Manſueto eiuſdẽ vrbis Epiſcopo, & tranſmiſerunt illud ad Conſtantinum Imperat. IV. Sic etiam Patres Concilij ANGLICANI II. Symbolum ſecundum formã prædictorum ediderunt, vt refert Beda Venerabilis lib. 4. Hiſtoriæ Anglicanę, c. 17. Symbolum quoq; ſuum componere præſumpſerat impius Theodotus Moneſtiæ vrbis Epiſcopus Hæreticus blaſ- E phemijs refertum, quod publicè lectum in Concilio generali V. actio. 4. ab omnibus Patribus exploſum eſt atq; damnatum. Præterea ſuum ſymbolũ præmittunt Patres Concilij ARELATENSIS IV. ſtatim initio. Et Patres Concilij VVORMATIENSIS, quod omnibus eſt ſuperioribus conforme. Porrò in initio penè omnium Conciliorum præmittitur fidei Symbolum, ne diutius immoremur. Adde quod ſequitur.

Symbolum Generalis VI. Concilij Conſtantinopolitani III in Trullo ſub Conſtantino IV. Pogonato imperat. celebrati Patrum 150. priùs quidem editum in Concilio ROMANO ſub Agathone I.

Iuſtinianus Imperator.

Zeno Impera.

Liberatus.

Nicephorus.

Reccaredus Rex Gothorũ atque Sueuorum.

Heraclius Imperator.

Carolus Magnus.

Alcuinus.

Concilium Francfordienſe generale.

Concilium Foroiulienſe.

Paulinus Foroiulienſis.

Concilium Toletanum 12.

Concilium Toletanum 13.

Concilium Mediolanenſe.

Concilium Anglicanũ 2.

Concilium Arelatenſe 4.

Concilium Vormatienſe ſub Ludouico 2. Imperatore.

Symbolum Concilij generalis 6.

thone I. Patrum 125. & miſſum præfato Concilio per legatos, receptumq; eſt & lectum actione 17. Inſeritur autem actione 4. eiuſdem Conſtantinopolitani Concilij, & ita habet: Hæc eſt perfecta noſtra ſcientia, vt termi.nos Catholicæ atq; Apoſtolicæ fidei, quos vſq; hactenus Apoſtolica ſedes nobiſcum tenet & tradit, tota mentis cuſtodia conſeruemus: Credentes in Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli, & terræ, viſibilium, & inuiſibilium. Et in Filium eius vnigenitum, qui ante omnia ſecula ex eo natus eſt, verum Deum de Deo vero. Lumen de lumine Natū, non factum, conſubſtantialem Patri, id eſt, eiuſdem cum Patre ſubſtantia, per quem omnia facta ſunt, quæ in cælo, & quæ in terra. Et in Spiritum ſanctum, Dominum, viuificatorem, ex Patre Filioq; procedentem, cum Patre

B

& Filio coadorandum & conglorificandum. Trinitatem in vnitate, & vnitatem in Trinitate: vnitatē quidem eſſentiæ, Trinitatem vero perſonarum ſiue ſubſiſtētiarum. Deum Patrem confitētes, Deum Filium, Deum Spiritum ſanctum, non tres Deos, ſed vnum Deum Patrem, & Filium & Spiritum ſanctum, non trium nominum ſubſiſtātiam, ſed trium ſubſiſtētiarum vnam ſubſtantiam, quorum vna eſſentia ſiue ſubſtantia vel natura, id eſt, vna Deitas, vna æternitas, vna poteſtas, vnum imperium, vna gloria, vna adoratio, vna eſſentialis eiuſdem ſanctæ & inſeparabilis Trinitatis voluntas & operatio, quæ omnia condidit, diſpenſat & continet. Confitemur autem vnum eiuſdem ſanctæ coeſſentialis Trinitatis Deum verum, qui ante ſecula de Patre

C

natus eſt, in vltimis ſeculorum temporibus pro nobis noſtraque ſalute deſcendiſſe de cælis, & incarnatum de Spiritu ſancto, & ſancta immaculata, ſemperq; virgine glorioſa Maria Domina noſtra, vere & propriè Dei genitrice: ſecundum carnem ſcilicet ex ea natum, & verè hominem factum, eundem Deum verum, eundemq; hominem verum. Deum quidem ex Deo Patre, hominem autem ex virgine Matre incarnatum, ex ea carne animam habentem rationalem & intellectualem, conſubſtantialem eundem Deo Patri ſecundū Deitatem, conſubſtantialemq; nobis eundem ipſum ſecundum humanitatem, & per omnia ſimilem nobis abſque ſolo peccato. Crucifixum pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſum ſepultumq; & reſurgentem, aſcendentem in cælos, ſedentem ad dexteram Patris. Iterumq; venturum

D

iudicare viuos & mortuos. Cuius regni non erit finis. Vnum quippe eundemq; Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum Filium Dei vnigenitum ex duabus & in duabus ſubſiſtentijs, inconfuſe, incommutabiliter, indiuiſe, inſeparabiliter ſubſiſtere cognoſcimus, nuſquā ſublata differentia naturarum propter vnitatem, ſed potius ſalua proprietate vtriuſq; naturæ in vnā perſonam, vnā ſubſiſtentiam concurrentem, non in dualitate perſonarum diſpertitum vel diuiſum, neq; vnam compoſitam naturam confuſam, ſed vnum eundemq; Filium vnigenitū, Deum verbū Dominū noſtrum Ieſum Chriſtum: neque alium in alio, neq; alium & alium, ſed eūdem ipſum in duabus naturis, id eſt, in Deitate & humanitate, Et poſt ſubſiſtētialem adunationē cognoſcimus, quia neq; ver-

E

bum in carnis naturam cōuerſum eſt, neq; caro in verbi naturam transformata eſt: permanſit enim vtrumq; quod naturaliter erat: differentiam quippe adunaturā in eo naturarum ſola contemplatione diſcernimus, ex quibus inconfuſè, inſeparabiliter, & incommutabiliter eſt compoſitus. Vnus enim ex vtriſq; & per vtraq;: quia ſimul ſunt & altitudo Deitatis, & humilitas carnis, ſeruāte vtraq; natura etiam poſt adunationem ſine defectu proprietatem ſuam, & operante vtraq; forma cum alterius communione quod proprium habet, verbo operante quod verbi eſt, & carne exequente quod carnis eſt: quorum vnum coruſcat miraculis, aliud ſuccum-

A

bit iniurijs. Vnde conſequenter ſicut duas naturas ſiue ſubſtantias, id eſt, Deitatem & humanitatem, inconfuſè, indiuiſè & immutabiliter eum habere veraciter cōfitemur: ita quoq; & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes habere, vtpotè perfectum Deum, & perfectum hominem, vnum eundemq; ipſum Dominū noſtrū Ieſum Chriſtum pietatis nos regula inſtruit, quia hoc nos Apoſtolica & Catholica Eccleſia, & venerabiles Synodi inſtituiſſe monſtrantur, & ex quorū doctrinis hæc recolligētes breuiter perſtrinximus. Tum ſubſcriptio ponitur Agathonis I. Papæ & Epiſcoporum 125. Patres verò præfati generalis VI. Cōcilij numero 150 ſic actione 17. addunt: His igitur

B

cum omni vndique cautela, atq; diligentia a nobis formatis, definimus aliā fidē nulli licere proferre aut conſcribere, componereve, aut ſapere, vel etia aliter docere. Qui verò præſumpſerit fidem alteram componere, vel docere, vel proferre, vel tradere, aut Symbolum volentibus conuerti ad agnitionem veritatis ex Gentilitate, vel Iudaiſmo, aut ex qualibet hereſi, aut qui nouitatem vocis, vel ſermonis adinuentionem ad ſubuerſionem eorum, quæ nunc à nobis determinata ſunt, introducere: hos ſiquidem Epiſcopi fuerint vel Clerici, alienos quidē eſſe Epiſcopos ab Epiſcopatu, Clericos verò à clero: Sin autem monachi fuerint, vel laici, etiam anathematizari eos. Et ſubſcripſerunt omnes. Et poſt Imperator ſubſcripſit, & edicto generali addito ita omnibus

C

percepit tenere, docere, credere: addens, quòd ſi ille qui huic fidei contradixerit in ordine dignitatum inſertus eſt, ſupplicio proſcriptionis mulctabitur, eiq; cingulum adimetur: Si autem Idioticæ ſortis eſt, ex hac Regia omnique penitus ciuitate exturris addicetur, & ſuper hæc omnia etiam terribilis atq; inexpiabilis iudicij non effugiet cruciatum. Hoc Symbolum confirmat & veneratur Cōcilium LATERANENSE ſub Martino I. Denique actio. 10. eiuſdē generalis VI. Concilij omninò ſimile recipitur & legitur Symbolum editū à PETRO NICOMEDIÆ Metropoleos Epiſcopo Bythiniæ prouinciæ, & alijs eiuſdem prouinciæ Epiſcopis, vbi præfatū Symbolum allegatur, anathemateq; feriuntur omnes, qui huic contradicere auſi fuerint. Similiter actio. 11. lecta eſt

D

publicè coram Patribus eiuſdē Concilij generalis VI. confeſſio fidei vel Symbolū, quod edidit SOPHRONIVS Hieroſolymitanus Patriarcha, & tranſmiſit ad Sergium Epiſcopum Conſtātinop. quod prolixiſſimum eſt, cuius iam in alijs locis fecimus mentionem, & ex quo iam plures teſtimonium fidei deſumpſimus. Actione porrò 13. recitatur Symbolum CYRI Alexādrini Epiſcopi, ſuperiori omninò conforme. Hic autem Cyrus cum ſex alijs Epiſcopis dānatus eſt hæreticus, eo quod vnicam in Chriſto voluntatē & operationem cōfiteretur, vt iam diximus in vocab. Chriſtus, &c. Symbolum quoq; edidit THARASIVS Conſtātinopolitanus Epiſcopus, quod miſit ad Epiſcopos

E

Orientales, & lectum eſt atq; probatum actio. 3. Concilij generalis VII. Nicæni II. Similiter & THEODORETVS Hieroſolymitanus Epiſcopus confeſſionem fidei pulcherrimā edidit, quam miſit ad eūdem Tharaſium, cū ſubſcriptione omnium Patrum Orientalium, quæ lecta eſt actio. 3. prædictæ Synodi generalis VII. vbi etiam ſic loquitur: Confitemur cum omnes fidem, quæ in VI. Synodo poſtremo edita eſt, quæ profectò ſine omni controuerſia ſana eſt, & valde vera, ſecundum Apoſtolicā ſententiam & mentem incedens, &c. Tum Symbolum addit, ſed non eſt opus hic recenſere.

Symbolum CONCILII generalis VII Nicæni

Cūctis hęc myſteria ſuis iam ſuis probata ſunt a ijs teſtimonijs.

Lege in vocab. Chriſtus duabus conſtans naturis. &c.

Hæc latius exponit Leo I. epiſtola 10. ad Flauianum, vt alibi diximus.

Confirmatio Symboli.

Cēſura in Symboli infractores Conſtantini Imperatoris 4

Concilium Lateranenſe ſub Martino I.

Petrus Nicomedienſis.

Sophronius Hieroſolymitanus.

Cyrus Alexandrinus.

Tharaſius Conſtantinopolitanus.

Theodoretus Hieroſolymitanus.

Symbolum Nicænum 2. generale.

II. cui interfuerunt Patres 350. ſub Conſtantino Imperat. & Irene matre. Licet hoc Concilium (vt diximus) approbauerit & legerit Symbolum Concilij generalis VI præmiſſum: tamen ſic breuiter Symbolum fidei ſuæ complectitur: *Credimus vnũ Deum Patrem omnipotentem, omnium viſibiliũ & inuiſibilium factorem. Et in vnũ Dominum Ieſum Chriſtum, filium vnigenitum, verbum eius, per quod cuncta creata ſunt. In ſanctum Spiritum viuificantem Dominum, &c.* Vt ſuperiùs. *Salutamus etiã ſanctas Dominicas Apoſtolicas & Propheticas, item ſanctorum, præcipuè autẽ Dominæ noſtræ Deiparæ imagines, quæ nobis velut exẽplaria ſunt & inſtructiones bonorũ operũ imitationis & fidei erga Chriſtum, omnem idololatriã execrãtes, & latriam ſolam Chriſto tribuentes, & Deo Patri & Spiritui ſancto tanquam vni Deo, cui honor & laus in ſecula.* Hinc ſubſcripſerunt primò legati Apoſtolicæ ſedis, tum cæteri Epiſcopi numero (vt diximus) 350. Vide quod ſequitur.

Symbolum Nicænum 2. generale 7.

Symbolum generalis Lateranẽſis Concilij ſub Innocentio III. cui interfuerunt Patres (mirabile dictu) 1215. Quamuis iam multa diuerſorum Patrum & Conciliorum Symbola recẽſuerimus, nolui tamen prætermittere illud quod tanta Patrum multitudo vniformiter edidit. Sic autem habet: *Firmiter credimus & ſimpliciter confitemur, quòd vnus ſolus eſt verus Deus, æternus, & immenſus, omnipotens, incommutabilis, incomprehenſibilis, & ineffabilis, Pater, & Filius & Spiritus ſanctus. Tres quidẽ perſonæ, ſed vna eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura ſimplex omninò. Pater à nullo, Filius autẽ à ſolo Patre, ac Spiritus ſanctus ab vtroque pariter abſque initio ſemper & fine. Pater generans, Filius naſcens, & Spiritus ſanctus procedens, conſubſtantiales & coæquales, omnipotẽtes, & coæterni, vnum vniuerſorum principium, creator omnium inuiſibilium & viſibilium, ſpiritualium & corporalium, qui ſua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturã ſpiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam, ac deinde humanã, quaſi cõmunem ex ſpiritu & corpore conſtitutam. Diabolus enim & dæmones alij à Deo quidem natura creati ſunt boni, ſed ipſi per ſe facti ſunt mali. Homo verò diaboli ſuggeſtione peccauit. Hæc S. Trinitas ſecundum cõmunem eſſentiam indiuidua, & ſecundum perſonales proprietates diſcreta, per Moſem & ſanctos Prophetas, aliosq́; famulos ſuos, iuxta ordinatiſſimam diſpoſitionẽ temporũ, doctrinã humano generi tribuit ſalutarem. Et tandem vnigenitus Dei Filius Ieſus Chriſtus a tota Trinitate cõmuniter incarnatus ex Maria ſemper virgine, Spiritus ſancti cooperatione cõceptus, verus homo factus, ex anima rationali & humana carne cõpoſitus, vna in duabus naturis perſona, viã vitæ manifeſtius demonſtrauit. Qui cũ ſecundũ diuinitatem ſit immortalis & impaſſibilis, idem ipſe ſecundum humanitatem factus eſt paſſibilis & mortalis. Quin etiam pro ſalute humani generis in ligno crucis paſſus & mortuus, deſcẽdit ad inferos, reſurrexit à mortuis, & aſcendit in cœlum, ſed deſcẽdit in anima, reſurrexit in carne, aſcenditq́; pariter in vtroq́;, venturus in fine ſeculi iudicare viuos & mortuos, & redditurus ſingulis ſecundum opera ſua, tam reprobis, quàm electis. Qui omnes cum ſuis proprijs corporibus reſurgent quæ nunc geſtant, vt recipiant ſecundum merita ſua, ſiue bona fuerint, ſiue mala. Illi cum diabolo pœnam perpetuam, & iſti cum Chriſto gloriam ſempiternam.* Hæc Concilium Lateranẽſe. Vide infrà, Trinitas, & locis ſuperiùs memoratis.

Symbolum Lateranẽſis Concilij generaliſſimi cui interfuerunt patres 1215.

T

TABERNA.

Tabernas ingredi & frequentare Eccleſiaſtici non præſumant.] CANON APOSTOLORVM LIII. *Si quis Clericus in caupona comedens deprehenſus fuerit, ſegregetur, præterquam ſi in publico diuerſorio in via propter neceſſitatẽ diuerterit.* Hunc canonem allegat & citat Gratianus diſt. 44. c. Nulli. vbi nec Sacerdoti permittitur cauponariam habere tabernã, etſi non ceſſauerit, deponi debet. Vide obſecro & in vocab. Ebrietas Clericis inhibetur, &c. Vnde & Concilium CARTHAGINENSE III. can. 27. & allegat Gratianus diſt. 44. cap. Clerici edendi. *Clerici edendi vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis neceſſitate cõpulſi.* Idem omninò repetit Conciliũ HIPPONENSE can. 28. Et Concilium AFFRICANVM ſub Bonifacio I. can. 7. Vnde etiam ſtatuit Concilium TVRONENSE III. can. 21. hoc modo: *Seruandum Presbyteris firmiter ſtatuimus, ne tabernas ingrediantur comedendi bibendive cauſa. Quòd ſi poſt hæc ſtatuta facere præſumpſerint, canonica decernimus ſententia feriendos.* Idem repetit Concilium CABILONENSE II. can. 44. & Concilium RHEMENSE can. 26. vbi allegatur memoratum Carthaginenſe III. Concilium, & Laodicenum, can. 24. Vide, Ebrietas. Similiter & Concilium AQVISGRANENSE I. can. 6. vbi allegãtur etiam memorati canones. Idem etiam Concilium AQVISGRANENSE II. can. de ordine rectorũ. Et Concilium LATERANENSE ſub Innocẽtio III. can. 16. & Concilium RATISPONENSE cano. 3. & ſtrictiſſimè Concilium COLONIENSE III. par. 2. c. 25. & Concilium MOGVNTINVM IV. can. 74. Itaque tot prohibentibus decretis, vide quàm peſſimè Sacerdotes & Clerici conuerſentur, nam tabernas illis oppletas quotidie facilè reperies. Vide vocabulum, Ebrietas.

Canon Apoſtolorum.

Concilium Carthaginenſe ſub Syricio 3.

Concilium Hipponenſe. Concilium Affricanum. Concilium Turonenſe 3. ſub Leone 3.

Concilium Cabilonenſe 2. Concilium Rhemenſe. Concilium Aquiſgranenſe 1.

Concilium Aquiſgranenſe 2. Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. patrum 1215. Concilium Ratiſponenſe ſub Laurẽtio Cardinali. Concilium Colonienſe 3. Concilium Moguntinum 4.

Taberna in clauſtris non habeatur aut exerceatur.] Tabernas in clauſtris haberi, aut aperiri, vel exerceri omninò diſſuadet & prohibet expreſſo decreto Cõcilium BITERRENSE can. 22 eo quod inde proueniant omnigena vitia, turpitudines, luxuriæ, ludi inhoneſti, & cachinni. *Quod ſi aliqui huius præcepti præuaricatores extiterint, ab Eccleſiæ liminibus iubet arceantur.* Idem omninò Concilium RATISPONENSE can. 4. *Nemini* (ait) *liceat contra prouincialia ſtatuta & Synodalia domi ſuæ tabernam, compotandiq́; locum aperire laicis: quoniã nõ rarò ſequi ſolet, ebrietatẽ, rixæ, cædes, & multa huiuſmodi genus ſcelera, quæ Sacerdotalem polluunt dignitatem.* Et can. 8. infert: *Conuiuia Presbyterorum, quæ in exequijs & fraternitatibus publicè in tabernis huc vſque exhibita ſunt, prorſus abrogamus, quòd plerumq́; laicis ſint ſcandalo.* Vide quod præmiſimus. Porrò antiquiora his decreta recenſuit, & allegauit noſter PETRVS OGERIVS Cœleſtinus Ambertinenſis (antequam noſtrum ſodalitium profiteretur Carmelita, Baccalaureus Theologiæ, & vir doctiſſimus) in excellentiſſimo illo tractatu, quẽ ad R. P. Prouincialem ordinis noſtri ſcripſit, De taberna quæ in clauſtris vel extra exercetur, qui ſic incipit: *Subintrauit aliquando minus religioſa conſuetudo, &c.* Ibi productis multis ciuilis iuris decretis & legibus, de hac re latiſſimè & doctiſſimè tractat. Qui voluerit legere, habetur à multis, & familiaris eſt.

Concilium Biterrenſe.

Concilium Ratiſponenſe.

Petrus Ogerius Cœleſtinus.

TEMPLVM.

De templorum conſtructione, &c.] Vide ſuprà Baſilica, Eccleſia, &c.

TESTAMENTVM.

Teſtamentum an Epiſcopi vel Clerici condere valeãt, & quomodo valeant con-

Canon Apoſtolorum.

...dere.] Iam de hac materia locuti ſumus in alijs locis, videlicet vocab Epiſcopus, & vocab. Facultates, Proprietas ex Auguſtino Igitur quod adhuc deeſt, hic accipe dictum. CANON APOSTOLORVM XL. allegatur à Gratiano cauſa 12.q.1.c. Sunt manifeſtè. *Sint autem manifeſta res propria Epiſcopi (ſi tamen habet proprias) & manifeſta Dominica, vt poteſtatem habeat de proprijs moriens Epiſcopus ſicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere, ne ſub occaſione Eccleſiaſticarũ rerum, quæ Epiſcopi eſſe probãtur, intercidãt. Fortaſſis enim aut vxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut ſeruos: & iuſtum eſt hoc apud Deum & homines, vt nec Eccleſia detrimentum patiatur ignoratione rerũ Pontificis, nec Epiſcopus, vel eius propinqui obtentu Eccleſiæ proſcribantur, & in cauſas incidant, qui ad eũ pertinẽt, morſq; eius iniurijs malæ famæ ſubijciatur.* Hinc Concilium CARTHAGINENSE III. can.13. *Statuimus, vt Epiſcopi vel Clerici in eos, qui Catholici Chriſtiani non ſunt, etiamſi conſanguinei fuerint, nec per donationes, nec per teſtamentũ rerũ ſuarũ aliquid conferãt.* (id prohibitũ diximus in vocab. Epiſcopus, & Facultates loco aſſignato ex canone Apoſtolorũ & alijs. Vide obſecro.) Porrò eadẽ præcipit Conciliũ HIPPONENSE can.16. Vnde & Cõcilium AFFRICANVM can 45. *Conſtitutũ eſt, vt ſi quis Epiſcopus hæredes extraneos à conſanguinitate ſua, vel hæreticos etiã cõſanguineos, aut paganos, Eccleſiæ prætulerit, ſaltẽ poſt mortem anathema ei dicatur, atq; eius nomen inter Dei ſacerdotes nullo modo recitetur nec excuſari poſſit ſi inteſtatus deceſſerit, qui vtiq; debuit factus Epiſcopus res ſuæ ordinationẽ congruã ſuæ profeſſioni nequaquã differre.* Hoc decretũ IVSTINIANVS Imperator allegat, vt probet quoſdã poſt mortẽ poſſe excõmunicari, vt citauimus in vocab. Hæretici poſt mortẽ anathematizandi, &c. Ad propoſitum autẽ Conciliũ AGATHENSE cano. 3. & allegatur à Gratiano cauſa 12 q.2 c. Epiſcopus. *Epiſcopus qui filios, aut nepotes non habens, aliũ quam Eccleſiam reliquit hæredem, ſi quid de Eccleſia non in Eccleſiæ cauſa aut neceſſitate vſurpauerit, quod diſtraxit aut donauit irritũ habeatur. Qui verò filios habet, de bonis, quæ reliquit, ab hæredibus eius indemnitatibus Eccleſiæ conſulatur.* Vide adhuc ex eiuſdẽ Concilij can.48 poſitum vocabulo, Facultates, &c. Canone porrò 51. addit, & allegat Gratianus cauſa 12.q.5.c. Si Epiſcopus. *Si Epiſcopus condito teſtamento aliquid de Eccleſiaſticis iuris proprietate legauerit, aliter non valebit, niſi tantùm de iuris proprij facultate ſuppleuerit.* Porrò hęc decreta renouat Cõciliũ EPAVN. ſub Gelaſio I. can.17. vbi agit de defunctis Epiſcopi exequijs, vt inuenies in vocab Epiſcopi defuncti exequiæ, &c. Hæc etiã decreta allegat Conciliũ HISPAL.I. ſub Pelagio II. can.1 *Propterea ergo de vno conſenſu (ait) omnes ſignificamus, magis humanius, quam ſeuerius cogitãtes, vt hi, quos conſtat tali conditione fuiſſe liberatos, in iure Eccleſiæ maneant vt idonei, & peculium ſuũ non alijs perſonis, ſed tantùm filijs ſuis derelinquant. Ipſis quoq; filijs & nepotibus cũ peculijs ipſorum, quaſi idoneis, in iure Eccleſiæ permanentibus, in extraneã eis nõ liceat perſonã quippiã tranſmittere. Si qui eorũ ſine hærede diſceſſerint, peculiũ eorum ſancta proficiat Eccleſiæ.* Vide plura loco allegato, Epiſcopi facultates poſt mortẽ non diripiendæ. Subdit verò, vt Epiſcopo non poſſit facultates Eccleſiæ in alios trãſferre: *Quia irreligioſum (ait) eſt, vt Epiſcopus, qui Eccleſiaſticis ſtipendijs viuit, & proprietate ſuã lucris Eccleſiæ minime confert, aliorum oblationes à iure Eccleſiaſtico priuet.* Quantum verò attinet ad id quod propoſitũ eſt, an Clerici valeãt condere teſtamentum, ALEXANDER III. reſpondet Panormitano Epiſcopo, & habetur part 2... Lateranẽſis Synodi ſub eo congregato, c.5. *Quia nos tua duxit prudentia conſulendos, vtrum Clerici ſcholares de rebus mobilibus aut immobilibus poſſint condere teſtamentum, conſultationi tuæ reſpõdemus: quod licet de his quæ paterna ſucceſſionis & cognationis intuitu, aut de artificio ſunt adepti, * ſiue dono conſanguineorũ aut amicorum ſuorũ, non habito reſpectu ad Eccleſiam, peruenerũt, ad ipſos liberè diſponere valeant. De his tamen, quæ de cõſideratione Eccleſiaſtica perceperunt, nullũ de iure poſſunt facere teſtamẽtum.* Vide plura in vocab. Facultates Eccleſię Clericis cõceſſæ, &c. Porrò LVCIVS III. par.49. eiuſdẽ Cõcilij, c.6. allegatur, ait: *De his, qui infirmi ad religioſa loca ſe contulerint nihil ſuis Eccleſijs relinquentes, ſi decedunt in ægritudine ipſa, Eccleſijs à quibus aſſumpti fuerũt, canonica debet portio exhiberi. Si verò ad loca religioſa in ſanitate ſe contulerint, cogi non poſſunt aliquid præſcriptis Eccleſijs impartiri: quia liberum eſt eis tunc bona ſua, non ſolum religioſis locis, ſed etiã quibuſcunq; priuatis perſonis cõferre.* Porrò Concilium ALAMANICVM ſub Conrado Cardinali S. Rufinæ legato, cano.5. *Ad abolendam de domo Domini conſuetudinem, vel potius corruptelam ſeu temeritatẽ, quæ Clerici (qui ſignũ pudicitiæ debent oſtẽdere laicis, quibus poſiti ſunt in exẽplum) in argumentum ſuæ finalis impœnitentiæ fructus præbendarum ſuarũ concubinis vel ſpurijs ſuis legãt in in vltima voluntate, contra eos rigor Eccleſiaſticus exerceri debet. Quare ſub anathemate prohibemus, ne de cætero clerici gratia teſtandi abutentes, cùm de rebus Eccleſiæ nullum poſſint condere teſtamentum, fructus Eccleſiaſticorũ beneficiorum ſpurijs ſuis vel concubinis dimittant. Qui verò contra hanc inhibitionem venire præſumpſerint, in ſignum ſuæ perditionis Eccleſiaſtica careant ſepultura, & quibus taliter fructus legãtur, eo careant ipſo iure. Qui autem teſtamentum tale manu tenere voluerint, & per quorũ manum perſonis illis fructus præbendæ fuerint miniſtrati, ipſo facto ſciant ſe excommunicationis vinculo innodatos, & quandiu fructus huiuſmodi contra hanc inſtitutionem ipſis miniſtrati fuerint, Eccleſia ipſa ſit ſub interdicto poſita.* Idẽ omninò ſub eadem ſententia Concilium OXONIENSE in Anglia can.27. Et Concilium RATISPONENSE can.23. prohibet Epiſcopis, ne legitimis Clericis ab inteſtato deſcedẽtibus, in patrimonialibus bonis, aut induſtria propria acquiſitis ſuccedere poſſint, aut debeant. Idem Concilium COLONIENSE III. c.11. par.13. Vide ea quę ſequuntur.

Testamentum monachi nõ poſſunt cõdere.] Poſui ſuprà, Monachus, &c.

Teſtamentum hæretici non condant.] Poſui ſuprà Hæreticus, &c.

Teſtamenti executor Clericus eſſe non poteſt.] CYPRIANVS Carthaginenſis lib. 1. epiſtolarum, epiſt 9. ad Presbyteros, Diaconos, & plebem furnis conſiſtentem, ait: *Grauiter commoti ſumus ergo, & collegæ mei, qui præſentes aderant, & compresbyteri noſtri, qui nobis aſſiſtebant (fratres chariſſimi) cum cognouiſſemus, quod Geminius Victor frater noſter de ſeculo excedens, Geminium Fauſtinum Presbyterum tutorem teſtamento ſuo nominauerit, cum iampridem in Concilio Epiſcoporum ſtatutum ſit, ne quis de Clericis & Dei miniſtris tutorẽ vel curatorẽ teſtamento ſuo cõſtituat, cùm ſinguli diuino Sacerdotio honorati, & in clericali miniſterio conſtituti, non niſi altari & ſacrificijs deſeruire & precibus atq; orationibus vacare debeant. Scriptum eſt enim. Nemo militãs Deo implicat ſe moleſtijs ſecularibus, vt poſſit placere ei*

Margin notes (left): Canon Apoſtolorum. — Concilium Carthaginenſe ſub Syricio. — Concilium Hipponenſe. — Concilium Affricanũ ſub Bonifacio I. — Iuſtinianus Imperator. — Concilium Agathenſe. — Concilium Epaonenſe ſub Sigiſmundo &c. — Concilium Hiſpalenſe. — Clerici an valeant condere teſtamentum.

Margin notes (right): Alexander 3. — * non n. ſed v. — Lucius 3. — Concilium Alemanicũ celebratum anno 1225. — Concilium Oxonienſe ſub Innocentio 3. — Concilium Ratiſponenſe. — Concilium Colonienſe 3. — Cyprianus Carthaginenſis. — 2. Timoth. 2.

cere ei cui ſe probauit. Quod cùm de omnibus dictū ſit, quanto magis moleſtijs & laqueis ſecularibus obligari non debent, qui diuinis rebus & ſpiritualibus occupati, ab Eccleſia recedere, & ad terrenos & ſeculares actus vacare non poſſunt? Cuius ordinationis & religionis formam Leuitæ prius in lege tenuerunt, vt cùm terram diuiderent, & poſſeſſiones partirentur undecim tribus, Leuitica tribus, quæ templo & altari & miniſterijs diuinis vacabat, nihil de illa diuiſionis portione perciperet, ſed alijs terram colentibus, illa tantùm Deum coleret, & ad victū atq; alimentū ſuum ab undecim tribubus de fructibus, qui naſcebantur, decimas perciperet, &c. Lege reſiduū. Porrò hoc repetit Cōcilium CARTHAGINENSE I. can. 8 & 9. vide in vocabulo, Clericus, multa plura, &c.

Concilium Carthaginen.

Teſtamenti executor nō ſit monachus.] BONIFACIVS VIII. lib. 3. decretaliū ſexti, cap. 2. de teſtamentis. *Religioſus executor ab aliquo in ſua voluntate vltima deputatus, non poteſt, cùm velle vel nolle non habeat, huiuſmodi officium ſuſcipere vel exequi, niſi à ſuperiori ſuo petita ſuper hoc licentia & obtenta.* Idem GREGORIVS IX. lib. 3. Decretal. tit. 26. per totum, & Concilium VIENNENSE generale ſub Clemente V. lib. 3. tit. 10. De ſtatu monachorum.

Bonifacius 8.
Gregorius 9.
Concilium Viennenſe generale.

Teſtamentum vt fieri & tueri debeat.] Lege in ſexto Decretalium Bonifacij VIII. & Decretalium Gregorij IX. locis ſuprà aſſignatis, vbi cuncta ritè diſponuntur, quæ longū eſſet & oneroſum hic recenſere. Porrò antè multos annos Cōciliū LVGDVNENSE I. ſub Pelagio II. can. 2 ſic ſtatuit: *Quia multi tergiuerſationis infidelium Eccleſiā quærunt collatis priuare donarijs, id conuenit inuiolabiliter obſeruari, vt teſtamēta quæ Epiſcopi, Presbyteri, ſeu inferioris ordinis clerici, vel donationes, aut quæcunq; inſtrumēta propria voluntate cōfecerint, quibus aliquid Eccleſiæ, aut quibuſcunque conferre videantur omni ſtabilitate ſubſiſtant: id ſpecialiter ſtatuentes, vt etiam ſi quorumcunque religioſorum voluntas, aut neceſſitate, aut ſimplicitate aliquid à legum ſecularium ordine viſa fuerint diſcrepare, voluntas tamen defunctorum debeat inconcuſſa manere, & in omnibus Deo propitio cuſtodiri. De quibus rebus, ſi quis animæ ſuæ contēptor aliquid alienare præſumpſerit, vſque ad emendationis ſuæ, vel reſtitutionis rei ablatæ tēpus, à conſortio Eccleſiaſtico, vel omnium Chriſtianorum communio habeatur alienus.* Vnde & Concilium TOLOSANVM can. 10. *Volumus, vt qui extremam voluntatē voluerit teſtamento firmari, ſub teſtimonio ſui proprij conſ[...], aut eo abſente ſub præſentia Eccleſiaſticæ perſonæ teſtibus ordinatis [...] acceptis bonæ famæ, quos voluerit teſtator adeſſe, & irrita decernimus aliter condita teſtamenta, & nullius eſſe virtutis.* Hoc renouat Concilium NARBONENSE can. 3. vbi etiam hoc addit: *Quod ſi teſtator neglexerit euocare presbyterum, vel Eccleſiaſticam perſonam, Eccleſiaſtica ipſe ſepultura priuetur: Et qui teſtamentū receperint ſine præſcripta ſolennitate, ab ingreſſu Eccleſiæ arceantur vſque ad condignam ſatisfactionem.* De teſtamenti autem executoribus ſic decernit Conciliū MOGVNTINVM, vt habetur parte 43. Concilij Lateranēſis ſub Alexandro III. c. 5. *Si hæredes iuſſa teſtatoris non adimpleuerint, ab Epiſcopo loci illius omnes res, quæ his relictæ ſunt, canonicè interdicantur cum fructibus & cæteris emolumentis, vt vota defuncti impleantur.* Idem Concilium RATISPONENSE can. 6. Et Concilium COLONIENSE III. c. 10 part. 13. Et Concilium MOGVNTINVM IV. cap. 97. *Statuimus* (ait) *vt qui deinceps nominati fuerint teſtamētarij, quamprimum & ante omnia ipſius defuncti hæreditatē, ſiue ſubſtantiam, coram notario & teſtibus fide dignis conſcribant, & in inuentarium fideliter redigant, omnemq; morientis voluntatem, arbitrium, & ordinationem intra debitum tempus executioni demandent & exequantur, de quo ordinario, aut ipſius cōmiſſario rationem faciant. Quod ſi quis infideliter agens, huius noſtræ conſtitutionis tranſgreſſor repertus fuerit, pro ordinarij arbitrio, aut alias condigna pœna pro exceſſus qualitate plectatur.* Vide in ſexto Decretal. lib. 3. c. 1 & 2 &c. & in Decretalibus, lib. 3. tit. 26. De teſtamentis, vbi plura ad hoc pertinentia reponuntur.

Concilium Lugdunenſe 1. ſub Gūtranno rege.
Concilium Toloſanum.
Teſtamenti cōdendi forma.
Concilium Narbonenſe.
Teſtamenti executores.
Concilium Ratiſponenſe.
Concilium Colonienſe 3.
Concilium Moguntinū 4.

TESTIS.

Teſtis qualis eſſe debet.] Vide Accuſator, &c. Porrò CLEMENS I. lib. 2. Conſtit. Apoſtolicæ, c. 53. vbi de forma iudicandi tractat, vt diximus in vocabulo, Iudex, & Iudicium. De teſtibus ſic loquitur: *Teſtes igitur ſint mites, iræ expertes, boni, charitate præditi, tēperantes, continentes, ab improbitate alieni, fideles, pij. nam talium boni nō propter mores firmum, & propter vitā eorum verum cēſendū eſt teſtimonium. Illorum, qui tales non ſunt, teſtimonium noli ne probare, cùm ſi aduerſus aliquem concordes eſſe videantur. præceptum eſt enim in lege, Non eris cum multis in malitia. Non accipies auditum vanū, non ſedebis cum multitudine, vt declines iuſtum, &c.* Porrò de conditione teſtium, qui & quales eligantur, habes in Decretalibus GREGORII IX. lib. 2. tit. 20 per totū, de teſtibus & atteſtationibus. Habes quoq; in ſexto Decret. BONIFACII VIII. lib. 2. tit. 10. De teſtibus, & in Clemētinis Cōcilij VIENNENSIS Decreta, tit. 8. c. Cùm Iudæi quidam, &c. vide, quod ſequitur. Porrò quales etiam teſtes eſſe debeant Concilium CABILONENSE II. can 21. *Teſtes probatiſſimi & pauci de pluribus eſſe debent tales, de quorum fide non dubitetur. Multum autem prauorum teſtium cupiditate & falſitate reſpublica læditur.* Vide ſuperioribus vocab Accuſator, & Accuſatio, Iuramentum, & Periurium, & talia ſimilia, & lege quod ſequitur.

Clemens 1.
Exod. 23.
Gregorius 9.
Bonifacius 8.
Concilium Viennenſe.
Concilium Cabilonenſe 2 ſub Carolo Mag.

Teſtes qui eſſe non poſſint aut debeāt.] Vide obſecro in dictione, Accuſator qui eſſe non poſſit: nam quædā ſunt illic inſerta, quæ huc pertinere noſcūtur. Porrò ſic ſtatuit CANON APOSTOLORVM LXXIV. *In teſtimoniū aduerſus Epiſcopū hæreticus ne admittatur, ſed nec vnus ſolus fidelis. In ore enim duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum.* Quòd autem hæreticus teſtis non poſſit eſſe, nec Iudæus, poſuimus ſuis in locis. vide ergò. Denique SIXTVS I. epiſt. 2. ad omnes Chriſti fideles, ait *De cætero placuit propter malorum hominū infeſtationes, vt in accuſatione Domini miniſtrorum, primò perſona, fides, vita, & conuerſatio blaſphemantium enucleatim perſcrutetur. Nam fides omnes actus hominis præcedere debet, quia dubius in fide infidelis eſt, nec eis omnino eſt credendum, quia veritatis fidem ignorant, nec rectè cōuerſationis vitā ducunt, quoniam tales faciliè & indifferenter lacerant, & criminātur rectè & piè viuentes. Ideircò ſuſpicio eorum diſcutienda eſt primùm, & corrigenda, neque accuſatoribus ſuſpectis, vel de inimicorū domo prodeuntibus eſt credēdum.* Hinc & DIONYSI Papa, epiſt. 2. ad Seuerū Epiſcopū, & allegatur à Grat. cauſ. 3. q. 4. c. Alieni. & cauſ. 15. q. 3. c. Nemini. *Crimina quæ Epiſcopis impingere dicis, per alios nō ſinas vllo modo [...], per ipſos qui crimina intēdunt, ſi tamē ipſi digni & irreprehēſibiles apparuerint, & actu docuerint publicis omnem ſe carere ſuſpitione, & inimicitia & irreprehenſibilem fidem, conuerſationemq; ducere. Nemini enim de ſe confeſſo credi poteſt ſuper crimen alienum, quoniam eius*

Canon Apoſtolorum 74.
Sixtus 1.
Ex Enchiridio Sixti Philoſophi decerpta ſententia.
Dionyſius.

A *omniſq; res confeſſio periculoſa eſt, & admitti non debet. Similiter alieni erroris ſocium, vel a ſui voluntarie propoſiti tramite recedentem, aut ſacris Patrũ regulis, & conſtitutionibus inobedientem ſuſcipere non poſſumus, nec debemus, nec impetere recte credentes, vel ſanctorum Patrum ſanctionibus obtemperantes, permittimus quia infames omnes eſſe cenſemus, qui ſuam aut Chriſtianam præuaricantur legem, aut Apoſtolicam, vel regularem licenter poſtponunt authoritatem.* Omninò eadem docet MELCIADES I. epiſt. ad Epiſcopos Hiſpaniæ, & IVLIVS I. epiſtola 2. * & FOELIX I. epiſtola 1. ad Paternum Epiſcopum. Et EVTICHIANVS I. epiſt. 2 ad Epiſcopos Siciliæ. Item quoq; MARCELLVS I. epiſt. 2. ad Maxentium Tyrannum, vt repoſuimus in vocab. B Accuſatoe, & Accuſatio, Epiſcop⁹, &c. Vnde Concilium CARTHAGINENSE VII. can. 4 allegatur a Gratiano cauſa 4. q. 2. c. Teſtes. *Teſtes (ait) ad teſtimonium non ſunt admittendi, qui nec ad accuſationem admittendi præcepti ſunt, vel etiam quos ipſe accuſator de domo ſua produxerit. Ad teſtimonium autem, niſi a annos quatuordecim ætatis ſuæ non admittãtur.* Hunc canonem citat & confirmat Concilium MOGVNTINVM III. can. 23. Idem quoq; Concilium AFFRICANVM ſub Bonifacio I. can. 98. Hæc omnia porrò quæ de teſtibus dicta referuntur, repetit & allegat ADRIANVS I. epiſt. ad Ingiltaonum Mediomatricenſem Epiſcopum, ad calcem Francfordienſis ſynodi. Vide, Accuſator, C &c. & ſequentia.

Meltiades I. Iulius I. * Ad Epiſcopos Orientales cap. 10. Fœlix I. Eutychianus I. Marcellus I. Concilium Carthaginenſe 7 patrum 31. Concilium Moguntinũ 3 ſub Arnulph Imperat. Concilium Africanum I. Adrianus I.

Teſtis falſus vt puniri debeat.] Vide, Accuſator, & Crimen, &c. Porrò Concilium ELIBERINVM can. 74. *Falſus teſtis, prout crimen eſt, abſtinebit: ſi tamen non fuerit mortis, quod obiecit: Et ſi probauerit quod diu tacuerit, biennij tempore abſtinebit. Si autem non probauerit in conuentu Clericorum, placuit, per quinquenniũ abſtinere.* Hũc cano allegat Concilium SVESSIONENSE ad calcẽ. Et Conciliũ ARELATENSE I. ſub Syluestro I. can. 14 *De his, qui falſo accuſant fratres ſuos, placuit eos vſq; ad exitũ nõ communicare, ſed falſum teſtẽ, iuxta Scripturam, impunitum non licere eſſe.* Item & ARELA- D TENSE II. can. 24. repetit hunc canonem, & allegatur à Gratiano cauſa 10 q. 1. c. Eos qui, &c. Ibiq; aſſerit Concilium Nicænum eadem ſtatuiſſe. Verùm in canonibus huius Concilij non reperitur, ſed tantum in canone memorato Arelatenſis I. Hinc Concilium AGATHENSE can. 37. allegatur à Gratiano cauſa. 24. q. 3. c. Itaque. *Itaque cenſuimus homicidas & falſos teſtes a cõmunione Eccleſiaſtica ſubmouendos, niſi pœnitẽtia ſatisfactione crimina diluerint.* Et iterum, vt allegatur in opere 16. librorum, lib. 15. c. 8. *Nouerint falſi teſtes, quod ſi falſum teſtimonium capitale crimen non eſſet, nequaquã Deus in Euãgelio inter principalia crimina enumeraſſet. De corde exeunt homicidia, adulteria, furta, falſa teſtimo-* E *nia. Et ideò debet pœnitere ſimiliter & excommunicari falſus teſtis, ſicut adulter, fur, & homicida.* Hæc decreta allegat Cõcilium MOGVNTINENSE II. can. 22. Et Concilium VENETICVM I. can. 1. de verbo ad verbum repetit, præcedens Agathenſe decretum, nec eſt opus vt repetamus. Sic & Concilium EPAVNENSE can. 1; *Si quis (ait) Clericus in falſo teſtimonio conuictus fuerit, reus capitalis criminis cẽſeatur.* Lege plura in Decret. GREGORII IX. lib. 2. tit. 20. per totum, & in 6. Decret. BONIFACII VIII. lib. 2. tit. 10. de teſtibus: quia ibi exprimuntur ea omnia, quæ de iure ciuili, vel etiam Pontificio tenenda & obſeruãda ſunt. Hic autem Conciliorum tantum canones optimũ fore duxi-

Concilium Elibertinum. Concilium Sueſſionenſe apud S. Medardum. Concilium Arelatenſe I. Prouerb. 19. Concilium Arelatenſe 2. Concilium Agathẽſe ſub Cœleſtino I. Matth. 15. Concilium Moguntinũ 2. ſub Rabano. Concilium Veneticum.

A mus allegandos, propter breuitatẽ. Vide ſequẽtia.

Teſtes non cogendi.] ALEXANDER III. Carnotenſi Epiſcopo, vt habetur parte 7. Concilij Lateranẽſis quod celebrauit c. 20. *De teſtibus (ait) non habemus in ſacris canonibus, quod cogendi ſunt, ſed admonendi, cum celare veritatem, ſicut dicere falſum, mortale deputatur ſæpe delictum.* Idem par. 8. c. 6. *Quemlibet ad perhibendũ teſtimonium veritatis Romana Eccleſia minime cogere conſueuit.* Et c. 7 ſequenti, Bononiẽſi Epiſcopo, teſtes in quibuſdam caſibus cogendos dicit, cùm ſcilicet aliquis de facto accuſatus negauerit. *Teſtes qui facto interfuerunt, prius quidẽ admonendi ſunt teſtimonium ferre veritati, & ſi forſan timore aduerſæ partis conſtat Iudici eos à* B *ferendo teſtimonio reuocari, de rigore humani iuris ad hoc poſſunt cõpelli. Si vero presbyter, vel Clericus alius aliquem laicũ de rebus ſuis, vel Eccleſiæ impetierit, & laicus res ipſas nõ eſſe Eccleſiæ, vel presbyteri, aut Clerici, qui eum exinde impetit, ſed ſuas proprias aſſeuerat, laicus ipſe debet de rigore iuris ſuper hoc ad forenſe iudicium trahi, cùm actor ſemper forũ rei ſequatur: licet in pluribus partibus aliter de conſuetudine fiat.* Sic & Concilium OXONIENSE ſtatuit cano. 16. lege in Decretal. GREGORII IX. lib. 2. tit. 20. de teſtibus & in 6 Decret. BONIFACII VIII. lib. 2. tit. 10 de teſtibus, & ſequentia.

Alexander 3. Teſtes in quibuſdã caſibus cogendi. Concilium Oxonienſe. Gregorius 9. Bonifacius 8.

Teſtis in proprio negotio an admittendus] ALEXANDER III. par. 8. Concilij Lateranenſis, c 3. ſcribens Epiſcopo Cãtuarienſi, ait: C *Non lateat prudentiam veſtrã, quod canonici non ſunt à ferendo teſtimonio ſuper proprio negotio Eccleſiæ ſuæ repellendi, niſi alia rationabilis cauſa impediat.* Ibidem c 11 Epiſcopo Rhotomagenſi dicit, quòd in cauſa filiationis, contra cõmunem viciniæ opinionem, viri & mulieris verbo ſtandũ eſt. Et c. 18 producitur EVGENIVS III. ſcribens priori & fratribus S. Trinitatis Lundenſis: *Authoritate noſtra ſtatuimus, vt liceat vobis in cauſis Eccleſiæ veſtræ teſtimoniũ ferre, dũmodo vnus vel duo ex vobis ad agendum & reſpondendũ inſtituantur: quorum teſtimoniũ in cauſis, in quibus actores, vel reſponſales ſunt inſtituti, debet admitti.* Vide Decretales loco ſupra allegato.

Alexander 3. Eugenius 3.

D Teſtes illi an reprobandi, quibus ab aduerſa parte crimina obiiciuntur.] Lege Decretales & ſextũ Decretalium locis ſuperiùs aſſignatis. Porrò iam ſuprà memoratus ALEXANDER III. parti. 8. c. 4. Tarraconenſi Epiſcopo, ait: *Quæ ſiuiſti a nobis, vtrũ teſtes illi ſint reprobãdi in cauſa criminali vel ciuili, quibus ab aduerſa parte crimina opponuntur. Tuæ prudentiæ reſpondemus, quòd ſi etiam, aut non ſint conuicti, aut confeſſi de criminalibus illis, dummodo inde conuincãtur, non debent admitti.* Et c. 6. infert: *Si quis crimen obiicit teſti, qui contra eũ producit, vt eum in ciuilibus cauſis repellere poſſit, eodem modo à ferendo teſtimonio audiendus eſt: & ſi crimen* E *ciuiliter probare poterit, ad teſtimonium contra ipſum ferendum non eſt aliquatenus audiẽdus, ſed propter hoc non debet puniri.* Eadem quæſtio agitatur cap. 22. eiuſdẽ partis, vbi beneficio ſuo presbyter quidam eſt ſpoliatus, eo quod cùm fornicationis accuſaretur, & quòd iniuſtè beneficium illud poſſideba, teſtes repulit eos criminis arguens coram Iudice, quod ſcilicet alias de periurio eſſent cõuicti: iuſſumq; eſt ei, vt hoc probaret, aliàs ei Eccleſia non reſtitueretur. Denique parte 10. c. 5. illius teſtimonium reprobatur, qui eodem morbo laboret, quo reus, quem defendere conatur.

Alexander 3.

Teſtis quot vicibus producendus.] Lege in Decretalibus locis ſuprà aſſignatis, nã illic cuncta reperies opportunè inſerta, quæ hic deſunt.

Porrò

Alexander 3.

Porrò ALEXANDER III. par.8. Concilij Lateranenſis, c.9. Salernitano Epiſcopo. *In cauſis Eccleſiaſticis vel ciuilibus vltra tertiam productionem non debent teſtes produci, niſi adhibita quadam ſolẽnitate, quæ in legibus inuenitur expreſſa, & ſuperdictis teſtium cùm fuerint publicata, poteſt publicè diſputari.*

Teſtis duplici iuramento conſtringendus.] Poſui vocabulo, Conſangui. &c. Ex Eugenij 3 Decreto, lege ergò.

Alexander 3.

Teſtis defuncti an robur ſcriptum obtineat.] ALEXANDER III. par.8.c.5. Vnigrenſi Epiſcopo. *Scripta authentica ſi teſtes inſcripti deceſſerint, niſi fortè per manũ publicã fuerint facta, ita quod publica appareãt, aut ſigillum authenticum habuerint, per quod poſſint probari, non videntur nobis alicuius firmitatis robur habere.*

Alexander 3.

Teſtes noui an ſuper quæſtione iudicata poſsint produci.] ALEXANDER III.c.12. eiuſdem part. Placentino Epiſcopo. *Fraternitatis tuæ literis nos conſuluiſti, vtrũ noui teſtes ſuper quæſtione iudicata, in qua teſtibus renunciatam fore ex vtraq; parte conſtat, ſint recipiendi, & vtram teſtibus in prima cauſa receptis, præter cauſam appellationis liceat aliquid nouis proponere ſuper quæſtionibus iudicatis. Licet igitur nobis ex his non plene innotuerit, vtrũ teſtes ſuper eiſdẽ, vel nouis capitulis à partibus deſiderentur induci: quia tamen iuris prudentiũ copiam habebant, nos ſuper hoc conſulere voluiſti, hoc tibi duximus reſpondendũ, quod ſi in prædicta cauſa cõtigerit emergere capitula ſuper quibus aliqua partium voluerit nouos teſtes inducere, vel per iam receptos aliquid cõprobare, nos credimus ſuper nouis duntaxat capitulis fraternitatem tuam poſſe recipere, receptis priùs ab ipſis ſecundum formam recipiendorum teſtium iuramentis.* Vide in Decret. in 6. Decretalium locis aſſignatis.

TESTIMONIVM.

Canon Apoſtolorum.

Concilium Carthaginenſe ſub Anaſtaſio 1 Epiſcoporum 73.

Teſtimonium ferre Clerici non cogantur.] Lege ea quæ ſuperiori vocabulo dicta ſunt, & in vocab. Iuramentum Clerici nõ præſtare cogantur. Sic autẽ CANON APOSTOLORVM XX. *Clericus fideiuſſoribus inſeruiens abiiciatur.* Et Concilium CARTHAGINENSE V. can 1. & allegatur à Gratiano, cauſa 2.q.6.c. Statutum eſt. *Statutum eſt, vt quis fortè in Eccleſia quãlibet cauſam iure Apoſtolico Eccleſijs impoſito agere voluerit, & fortaſſe deciſio Clericorum vni parti diſplicuerit, non liceat Clericum in iudicium ad teſtimonium deuocari eum, qui cognitor vel præſens fuit. & nulla ad teſtimonium dicendũ Eccleſiaſtici cuiuſlibet perſona pulſetur.* Idem omninò Concilium AFRICANVM can 26. Vide locis allegatis.

Concilium Africanum ſub Bonifacio 1.

Teſtimonium de auditu reprobatur.] Poſui vocabulo, Conſangui.

THVS.

De thure ſeu incenſo, quo in Eccleſiaſticis officijs vtimur.] Egimus in vocabulo, Incenſum ſuperiùs.

TONSVRA.

Dionyſius Areopagita.

Abdias Babylonius.

Tonſuram Clerici & Monachi deferãt.] De tonſura monachorum aliquid iam egimus in vocabulo, habitus, vbi quoq; fit mentio de tonſura Clericorum. Quòd autẽ ab initio Clerici tõſurã detulerint, teſtis eſt DIONYSIVS AREOPAGITA lib. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, par 1.c.6. vbi de ſacris tractat ordinibus, & de modo quo monachi antiquitus conſecrabantur. *Tonſura* (inquit) *crinium vitam mũdiſſimam indicare conteſtãs, & nulla figura fucatam, &c.* vt poſuimus vocabulo, Monachus, &c. Refert quoq; ABDIAS BABYLONIVS lib 9. certaminis Apoſtolici: *Rex* (inquit) *ab Apoſtolo Thoma baptizatus rogauit ſibi caput tondi, & Diaconus ordinatus eſt, & adhærebat inceſſanter Apoſtolicæ doctrinæ.* Vnde & Papa ANICETVS I. epiſt 1. ad Epiſcopos Galliarum, & allegatur à Gratiano, diſtin. 23 c. Prohibete. *Prohibete* (ait) *fratres per vniuerſas regionum veſtrarum Eccleſias, vt Clerici, qui laicis & ſimplicibus, virtutis, honeſtatis, & pudicitiæ, & grauitatis exẽplar eſſe debent, ac ſeipſos tanquam ſignum purioris vitæ rudioribus ad imitationẽ prudenter exhibere, iuxta Apoſtolum, Comam non nutriant, ſed deſuper caput, in modum ſphæræ radant: quia ſicut diſcreti debent eſſe in conuerſatione, ita & in tonſura & omni habitu diſcreti debent apparere.* Idem omninò percipit Conciliũ CARTHAGINENSE IV. can. 44. & AVGVSTINVS HIPPONENSIS qui huic Concilio ſubſcripſit, libro de opere monachorum, c.32. tom.3. comam omnino non nutriendam, ſed in formam prædictam caput tõdi præcipit, adductis in exẽplum viris veteris & noui teſtamẽti. Vnde & Cõcilium AGATHENSE ſub Cœleſtino I. cano. 20. *Clerici* (ait) *qui comam nutriũt ab Archidiacono, etiã ſi noluerint, inuiti detõdeantur, &c.* Vide in vocab. Habitus, loco allegato. Vnde & Conciliũ TOLETANVM IV. can. 40. *Omnes Clerici vel lectores, ſicut Leuitæ & Sacerdotes, detonſi ſuperiùs capite toto, inferiùs ſolã circuli coronam relinquãt: non ſicut huc vſq; in Galliciæ partibus facere lectores videntur, qui prolixis, vt laici, comis in ſolo capitis apice modicum circulum tondent. Ritus enim iſte in Hiſpanijs huc vſq; hæreticorum fuit. Vnde oportet, vt pro amputando ab Eccleſijs ſcandalo, hoc ſignum dedecoris auferatur, & ſit vna tonſura vel habitus, ſicut totius Hiſpaniæ eſt vſus. Qui autem hoc non cuſtodierit, fidei Catholicæ reus erit.* Idẽ omninò allegant ex Gregorio Patres Concilij MOGVNTINI II. ſub Rabano can.15. Denique MARTINVS BRACARENSIS in collectorio ſuo c. 66. eadem refert, & inſeruit Gratianus diſtin. 23. *Non oportet* (ait) *Clericos comã nutrire, & ſic miniſtrare: ſed attonſo capite patentibus auribus, & ſecundũ Aaron talarem veſtem induere, vt ſint in habitu ornato.* Idem omninò ALEXANDER III. Cantuarienſi Archiepiſcopo parte 27. Concilij Lateranenſis quod celebrauit cap 4.

Anicetus 1.

1. Corinth. 11.

Concilium Carthaginen. 4.

Auguſtinus Hipponenſis.

Concilium Agathenſe.

Concilium Toletanum 4. ſub Honorio 1.

Hic mos adhuc ſeruatur.

Concilium Moguntinũ. Martinus Bracarenſis.

Alexander 3.

Tonſuræ vſus.] Produximus vſum antiquiſſimum ex Apoſtolicis, & Dionyſio Areopagita, & Aniceto I. præcedenti annotatione: antiquiorem tamen vſum producit ISIDORVS HISPALENSIS lib.2 de Eccleſiaſticis officijs, c. 4. & allegatur in Concilio AQVISGRANENSI I. can 1. *Tonſura* (ait) *Eccleſiaſtica vſus à Nazaræis (ni fallor) exortus eſt, qui priùs crine ſeruato diuina poſt magnã vitæ continentiam deuotione completa caput radebant, & capillos in igne ſacrificij ponere iubebantur, ſcilicet vt perfectionem deuotionis ſuæ Domino cõſecrarent. Huius exẽpli vſus ab Apoſtolis introductus eſt, vt hi, qui in diuinis cultibus mancipati Domino conſecrantur, quaſi Nazaræi, id eſt ſancti Dei crine præciſo innouẽtur. Eſt autẽ Clericis tonſura ſignum quoddã, quod in corpore figuratur, ſed in animo additur, ſcilicet vt hoc ſigno in religione vitia reſecentur, & criminibus carnis noſtræ quaſi crinibus exuamur: atque inde innouatis ſenſibus & comis rudibus enitteſcamus, expoliãtes nos veterem hominẽ cũ actibus ſuis, induentes nouũ, qui renouatur in agnitione Dei, quã renouationẽ in mente oportet fieri, ſed in capite demonſtrari, vbi ipſa mens noſcitur habitare. Quòd verò detonſo capite ſuperiùs, inferiùs circuli corona relinquitur, ſacerdotiũ regnũq; Eccleſiæ in eis exiſtimo figurari. Tiara enim apud veteres conſtituebatur in capite Sacerdotum. Hæc ex byſſo*

Iſidorus Hiſpalenſis.

Concilium Aquiſgranenſe 1. ſub Ludouico 1 Imper. a.

Numer. 6.

Tonſura quid ſignet.

Epheſ 4.

Coloſſ 3.

Exod. 28.

confecta rotunda erat, quaſi ſphæra media, & hoc ſignificatur in parte capitis tonſa. Corona autẽ latitudo eſt aurei circuli, quæ regum capita cingit. Vtrumq, itaq, ſignum exprimitur in capite Clericorum, vt impleatur etiã corporis quadã ſimilitudine, quod Scriptũ eſt Petro Apoſtolo perdocente: Vos eſtis genus electum regale ſacerdotium. Porrò de hac tonſura etiam Concilium OXONIENSE can. 26. loquitur. Vide præcedentia, & ſequentia.

1. Petr. 2.

Concilium Oxonienſe in Anglia.

Concilium Tridentinum.

Tonſura quando debet conferri.] Concilium TRIDENTINVM ſeſ. 23 quæ fuit 7. ſub Pio IV. c. 4. decreti reformat. *Prima tonſura nõ initientur, qui ſacramentũ confirmationis non acceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quiq, legere & ſcribere neſciant, & de quibus probabilis cõiectura non ſit, eos non ſecularis iudicii fugiendi fraude, ſed vt Deo fidelem cultum præſtent, hoc vitæ genus elegiſſe. Nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus, ante 14 annum beneficium poſſit obtinere.* Vide Beneficium, &c. & Ordo.

TORNEAMENTVM.

De vitandis torneamentis.] Diximus in vocab. Duellũ. Illura vetũ legere poteſt curioſus quiſq. in extrau. IOANNIS XXII. tit. 9. de Torneamẽtis, & ſic incipit: *Quia in furiorũ cõflictibus ſic humani ſolluitur incertitudo iudicij, &c.* Itẽ in Decretalibus GREGORII IX. lib. 5. tit. 14. ſic incipit: *Fælicis memoriæ Innocentii & Eugenij prædeceſſorum noſtrorum, &c.* lege ergò.

Ioannes 22.

Gregorius 9.

TRADITIONES PATRVM.

Traditiones Patrum ſcriptæ & non ſcriptæ retinendæ & ſequendæ, probantur.] Antequam vltrà progrediar, monẽdus eſt lector iam plura in hoc opere de Patrũ traditionibus tradita eſſe videlicet in vocab. Canon, Concilium, Conſuetudo, Cæremonia. &c. & in vocab. Imago, ſæpiùs mentio facta eſt traditionis Patrũ. Cùm autẽ duplices eſſe traditiones, ſcriptas videlicet & nõ ſcriptas, volumus demonſtrare authoritate veterum vtraſq; retinendas, & eas potiſſimũ, quas per ſermonem & per epiſtolã Theſſalonicenſibus ſe reliquiſſe gloriatur Apoſtolus. Omnia quippè Apoſtoli ſcriptis non reliquerũt poſteris, quæ docuerant ſermone: non tamen cũ minori laude & gloria excipitur quod ſermone docuerunt, quã quod literis tradiderunt. Et vt euidẽs fiat quod dicimus, multa nõ inueniũtur ſcriptis prodita quę obſeruat Eccleſia, & gloriatur ſe ab Apoſtolis accepiſſe, vt in omnib. penè vocabulis huius operis oſtẽdimus. Sed vt non de noſtro aliquid fingamus, ſic etiam nobis aſtipulatur DIONYSIVS AREOPAGITA lib. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, c. 1. vbi de ſacerdotij & Pontificalibus myſterijs tractat. *Porrò huiuſmodi (inquit) plena venerationis eloquia dicimus, quæque a beatiſſimis Patribus noſtris, a quibus ſacris myſterijs imbuti ſumus, in ſanctis ac Theologicis commendata ſunt libris, ac præterea quæq; ab eiſdem ſanctiſſimis viris ſacratiore, & purgatiore, & propinqua quodammodo cæleſti Hierarchiæ doctrina ſancti duces ac præceptores noſtri didicerunt, ex animo in animum (medio intercurrente verbo corporali quidem, ſed quod carnis penitus excedat ſenſum) ſine literis transfuſa ſunt.* Porrò ne tibi hoc teſtimoniũ Diui Dionyſij paruæ vtilitatis eſſe videatur, qui de eodẽ ſanctiſſimo viro ſcribat MICHAEL SYNGELVS in eius vita attende, & SVIDAS Græcus in vocab. Dionyſius, &c. loquitur autẽ ita Suidas: *Prouecta & decrepita ætate Dionyſius martyrio pro Chriſto cõſummatur, Traiano Cæſare imperante. Hoc etiam tempore diuinus Ignatius immortalitatem ſtrenuè, vſq, ad mortem pro Chriſto decertando aſſequutus.* Laudationem in Magnũ Dionyſium ſcripſit Michael Syngelus Hieroſolymitanus, in qua dicit: *Quæcunque autẽ per traditionem non ſcriptam ex ſcriptis accepimus, venimus vobis audiendum exponere. Talis igitur ab antiquis temporibus ad nos peruenit. Magnum hunc Dionyſium ſalutiferæ paſſionis tempore, &c.* Lege quod ſequitur. Porrò IOANNEM Apoſtolũ multis ſine ſcriptis & ſcriptis diſcipulis reliquiſſe apertè produnt hiſtoriæ, & qui eius vitã deſcripſerũt, potiſſimè SIMEON Metaphraſtes, qui ita ſcribit, Præfatũ Dionyſium Areopagitã, in epiſt. ad eundẽ Ioannẽ in Pathmos inſulã relegatũ, ſcripſiſſe: *Omnino enim, inde dignus ſum (ait) vt qui a Deo didicerim quæ decreta ſunt, vt tibi contingant, & dico etiã, quod liberandus ſis è cuſtodia quã in Pathmo ſeruaris, & in Aſiaticã terram reuerſurus, ibiq; facturus boni Dei imitationem, & his qui te ſequentur traditiones, &c.* Et de PHILONE Iudęo lib. de vita contẽplatiua quid dicã? hoc deſcribens Monachorũ Alexãdriæ inſtitutũ, & vitã, mira illos obſeruare ſcribit, quæ nec vnquã fuiſſe in Euangelio aut Apoſtolicis literis ſcriptã: quæ tamen non dubiũ eſt eos à B. Marco accepiſſe, & Marcũ ab Apoſtolis vt illos doceret accepiſſe, de quo ſic loquitur EVSEBIVS Cæſarienſis lib. 2. Hiſtoriæ Eccl. c. 13. & 14. *Sermo (inquit) tenet Philonem temporibus Claudij Imperatoris Romam veniſſe, & Petrũ Apoſtolũ vidiſſe, atq, eius adhæſiſſe colloquijs verbũ Dei prædicantis. Quod valde eſt veriſſimile, quia & ſcriptura illa (ſcilicet librũ de vita contẽplatiua, in quo vitã monachorũ Alexandriæ deſcripſit quam diximus, poſterioribus ab eo tẽporibus cõſtat eſſe cõpoſitam in qua euidentiſſimè omnia Eccleſiæ inſtituta cõplectitur, quæ & tunc tradita ſunt, & in hodiernũ ſeruantur à nobis, &c.* Hæc Euſebius. Vnde & qui tẽporibus Apoſtolorum floruit CLEMENS I. epiſt. 5. ad diſcipulos Hieroſolymorũ, & allegatur à Gratiano diſt. 37. c. Relatũ eſt. *Relatũ eſt (ait) nobis, quod quidam in veſtris partibus commorantes aduerſantur ſanis doctrinis, & pro vt eis videtur, non ſecũdum traditiones patrũ, ſed iuxta ſenſum ſuum docere videntur. Multas enim quidã (vt audiuimus) veſtrarum partium, ſecũdum ingenium hominum, ex his quæ legunt veriſimilitudines capiunt. Ideò diligenter obſeruãdum eſt, vt lex Dei cum legitur, non ſecundum propriam ingenij intelligentiam legatur & doceatur. Sunt enim multa verba in ſcripturis diuinis, quæ poſſunt trahi ad eũ ſenſum, quem ſibi vnuſquiſq, ſponte præſumpſit, ſed fieri non oportet. Non enim ſenſum, quem extrinſecus adulteretis, alienum & extraneum debetis quærere, aut quomodo ipſum Scripturarũ authoritate confirmetis, ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere veritatis. Et ideò oportet ab eo intelligentiam diſcere ſcripturarũ, qui eam a maioribus ſecundum veritatẽ ſibi traditã ſeruauit, vt ipſe poſſit ea quæ rectè ſuſcepit competẽter aſſerere. Cum enim ex diuinis Scripturis integram quis, & firmã regulam veritatis ſuſceperit, abſurdum nõ erit ſi aliquid etiã ex eruditione communi ac liberalibus ſtudijs, quæ fortè in pueritia attigit, ad aſſertionẽ veri dogmatis conferat: ita tamen, vt vbi vera didicit, falſa & ſimulata declinet.* Vnde IGNATIVS MARTYR ita de traditionibus loquitur, epiſtola ad Heronem Diaconũ Antiochenũ. *Quiſquis (ait) dixerit præter illa quæ tradita ſunt etiamſi fide dignus ſit, etiam ſi ieiunet, etiam ſi virginitatem ſeruet, etiamſi ſigna faciat, etiam ſi prophetet, lupus tibi cenſeatur ſub ouis pelle omnium corruptionem moliens.* De eodem Ignatio ſcribit EVSEBIVS Cæſarienſis libro 3. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, c. 29. *Singulas (inquit) degrediens Ignatius ciuitates,*

Traditiones duplices.

Dionyſius Areopagita.

Quid hoc lucidius dici poteſt.

Michael Syngelus Hieroſolymitan. s. Suidas Græcus.

Ioannes Apoſtolus.

Symeon Metaphraſtes.

Philo Iudæus. Euſebius Cæſarienſis.

Clemens 1.

Vide quam oporteat per ingenij hæreticos.

Ignatius Martyr.

Euſebius Cæſarienſis.

Eccleſia

Eccleſia populos Euangelicis cohortationibus edocebat in fide perſiſtere, & obſeruare ſe ab hæreticorum contagijs, qui tunc primum copioſius cœperant pullulare, & vt diligentius ac tenacius Apoſtolorũ traditionibus inhærerẽt. quas traditiones cautela gratia, & ne quid apud poſteros remaneret incertum, iam ſcriptas ſe aſſerit reliquiſſe, &c. Illas autem reperies, aſſim in hoc opere vulgatas. Denique, IRENAEVS LVGDVNENSIS lib. 3. contra hæreſes Valentini & ſimilium, c. 1 & 2. de traditionibus ſic loquitur: *Cum enim (ait) ex Scripturis arguuntur Hæretici, in accuſationem cõuertuntur ipſarum Scripturarum, quaſi non rectè habeant, neq; ſint ex authoritate, & quia variè ſunt dicta, & quia non poſſit ex his inueniri veritas ab his, qui neſciant traditionem: non enim per literas traditam illam, ſed per viuam vocem. Cum autem ad eam iterum traditionem, quæ eſt ab Apoſtolis, quæ per ſucceſſiones Presbyterorũ in Eccleſijs cuſtoditur, prouocamus eos qui aduerſantur traditioni, dicent ſe non ſolùm Presbyteris, ſed etiam Apoſtolis exiſtentes ſapientiores ſinceram inueniſſe veritatem, &c.* Et c. 3. eiuſdem libri ſubiungit: *Traditionem itaq; Apoſtolorum in toto mundo manifeſtatam in Eccleſia adeſt peripicere omnibus qui vera velint audire, & habemus annumerare eos, ab Apoſtolis inſtituti ſunt Epiſcopi in Eccleſijs, & ſucceſſores eorum vſq; ad nos, qui nil tale docuerunt, neq; cognouerunt quale ab his deliratur. Etenim ſi recondita myſteria ſciſſent Apoſtoli, quæ ſeorſim & latenter ab reliquis perfectos docebant, his vel maximè traderent ea, quibus etiam ipſas Eccleſias committebant. Valde enim perfectos & irreprehenſibiles in omnibus eos volebant eſſe, quos & ſucceſſores relinquebant, ſuum ipſorum locum magiſterij tradentes, quibus emendatè agentibus fieret magna vtilitas, lapſis autẽ ſumma calamitas, &c.* Tum enumerat Irenæus per ordinem omnes ſummos Pontifices, qui Petro ſucceſſerũt in Epiſcopatu Romano, vt nos repoſuimus in vocabulo, Papa Petri Vicarius, &c. Tum cap. 4. eiuſdem libri 3. ſubiungit: *Quid enim & ſi quis de aliqua modica quæſtione diceptatio eſſet, nónne oporteret in antiquiſſimas recurrere Eccleſias, in quibus Apoſtoli conuerſati ſunt, & ab eis de præſenti quæſtione ſumere quod certum & reliquidum eſt. Quid autẽ? neq; Apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis, nónne oportebat ordinem ſequi traditionis, quam tradiderunt his, quibus committebant Eccleſias, cui ordinationi aſſentiunt multæ gentes barbarorum, eorum qui in Chriſtum credunt ſine caractere vel atramento ſcriptã habentes per ſpiritum in cordibus ſuis ſalutem, & veterem traditionem diligenter cuſtodientes. Quibus ſi aliquis annunciauerit ea, quæ ab hæreticis adinuenta ſunt, proprio ſermone eorum colloquens, ſtatim concludentes aures longiùs fugient, ne audire quidem ſuſtinentes blaſphemum colloquii. Sic per illam veterem Apoſtolorum traditionem, ne in conceptionem quidem mentis admittunt, quodcũq; illorum portentiloquium eſt. Et quia nobis hæretici ſolent obijcere illud Euangelij: In vanum colunt me docentes traditiones hominum, &c.* Idẽ Irenæus qui tantopere traditiones Apoſtolicas ſuperius commendauit & defendit, lib. 4. c. 25. de Phariſęorũ traditionibus diſſerit, de quibus & Chriſtus in hoc loco. *Seniorum (inquit) ipſorũ traditio, quam ex lege obſeruare fingebãt, cõtraria erat legi, quæ data eſt per Moyſem. Propter hoc & Eſaias ait: Caupones tui miſcent vinum aqua: oſtendens ergò quòd auſtero Dei præcepto miſcerent ſeniores aquatam traditionem, id eſt, aggredientes adulteram legem & contrariam legi, &c.* Quòd autẽ traditiones Eccleſiæ nõ ſint cõtrariæ Euangelio, ſatis ſuperius probauit Irenæus, & probat TERTVLLIANVS Carthaginenſis lib. de præſcriptionibus aduerſus hæreticos. Nam vbi ſatis probauit, non eſſe cum hæreticis diſputandum (vt repoſuimus in vocab. Diſputatio, &c. ſubiũxit, & enumerat Eccleſiæ Catholicæ traditiones, & fidei regulas ab Apoſtolis ad ſucceſſores tranſmiſſas. *Duodecim (ait) Chriſtus præcipuos lateri ſuo adlegerat deſtinatos nationibus magiſtros. Itaq; vnum eorum decuſſo, reliquos vndecim regrediẽs ad Patrem poſt reſurrectionẽ iuſſit ire, & docere nationes tingendas in Patrẽ, & in Filium, & in Spiritum ſanctũ. Statim igitur Apoſtoli, quos hæc appellatio miſſos interpretatur, aſſumpta per ſortem duodecimo Matthia in locum Iudæ ex authoritate prophetiæ, quæ eſt in Pſalmo Dauid conſecuta promiſſa, vim Spiritus ſancti ad virtutes, & eloquium primũ per Iudæam conteſtata fide in Ieſum Chriſtum & Eccleſijs inſtitutis, dehinc in orbẽ profecti eãdẽ doctrinã eiuſdẽ fidei nationibus promulgarunt. Proinde Eccleſias apud vnamquanq; ciuitatẽ cõdiderunt, à quibus traducẽ fidei, & ſemina doctrinæ cæteræ exinde Eccleſiæ mutuatæ ſũt, & quotidie mutuantur vt Eccleſiæ fiant, ac per hoc & ipſæ Apoſtolicæ deputantur, vt ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum, omne genus ad originem ſuam cenſeatur neceſſe eſt. Itaq; tot ac tantæ Eccleſiæ vnam eſſe illam ab Apoſtolis primam, ex qua omnes, ſic omnes primæ, & omnes Apoſtolicæ, dum vnã omnes probant vnitatem, communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & conteſſeratio hoſpitalitatis, quæ iura non alia ratio regit, quã eiuſdẽ ſacramenti vna traditio. Hac igitur dirigimus præſcriptionẽ, non aliter probari debere quid prædicauerint Apoſtoli, niſi per eaſdem Eccleſias quas ipſi condiderunt, ipſi eis prædicando tam viua (quod aiũt) voce, quam per epiſtolas poſtea. Si hæc ita ſunt conſtat proinde omnẽ doctrinam, quæ cum illis Eccleſijs Apoſtolicis matricibus & originalibus fidei conſpirent, veritati deputandam, & id ſine dubio tenẽtem, quod Eccleſia ab Apoſtolis, Apoſtoli à Chriſto, Chriſtus à Deo ſuſcepit: reliquam verò omnem doctrinam de mendacio præiudicandã, quæ ſapiat contra veritatẽ Eccleſiarum, & Apoſtolorum, & Chriſti, & Dei, &c.* Idem lib. De velandis virginibus conſuetudinẽ pro authoritate ponit. Et lib. 1. contra Marcionem, non lõgè à fine arrogantiam hæreticorum reprehendit, qui adulteratum Euangeliũ ſe recuperaſſe gloriabãtur, & traditiones Apoſtolicas improbabãt. *Quod ſi (ait) poſt Apoſtolorum tempora adulterium veritas paſſa eſt circa Dei regulam. Ergo iam Apoſtolica traditio nihil paſſa eſt in tempore ſuo circa Dei regulam, & non alia agnoſcenda erit traditio Apoſtolorum, quàm quæ hodie apud ipſorum Eccleſias editur. Nullam autem Apoſtolici cenſus Eccleſiam inuenias, quæ non in Creatore chriſtianizet, aut ſi hæ erunt à primordio corruptæ, quæ erunt integræ, nimirum aduerſariæ creatoris, &c.* Itẽ & lib. 4 cõtra eũdẽ Marcionem, de traditionibus & Romanæ Eccleſiæ ſanctionibus diſſerit, non lõgè à principio, & ſubdit: *His ferè cõpendijs vtimur, cũ de Euangelij fide aduerſus hæreticos expedimur, defendẽtibus & tẽporum ordinẽ poſteritati falſariorũ præſcribentem, & authoritatẽ Eccleſiarũ traditioni Apoſtolorum patrocinãtem: quia veritas præcedat falſũ neceſſe eſt, & ab eis procedat à quibus tradita eſt, &c.* Idẽ TERTVLLIANVS de traditionibus nõ ſcriptis lib. de corona militis, ſtatim initio abundè diſſerit. *Obſeruatio (ait) inueterata proueniendo ſtatutũ fecit. Quã ſi nulla ſcriptura determinauit, certè conſuetudo corroborauit, quæ ſine dubio de traditione manauit. Quomodo enim vſurpari quis poteſt, ſi traditum prius non eſt? Etiam in traditionis obtentu exigenda eſt (inquis) authoritas ſcripta. Ergò quæramus, an & traditio non ſcripta*

non

Irenæus Lugdunenſis.

Sic omnino & Caluiniſtæ obijciunt, ſed quid eis reſpondet Irenæus.

Oro te quicunque es hæc attende diuini martyris verba.

Vide oro ſancti martyris doctrinam.

Matth. 15.

Vide expoſitionẽ verbi Euangelij (quod hodie in Eccleſia prædicatur) In vanum colunt me docẽtes traditiones hominum, &c.

Tertullianus Carthaginenſ.

Vide obſecro.

Sic ergò reprehenderet ſi viuderet Caluiniſtas.

Tertullianus Carthaginenſis.

Attende obſecro quàm tempeſtiuè reſpondet Caluiniſtis.

non debeat recipi. Plane negabimus recipiendam, ſi nulla exempla præiudicent aliarum obſeruationum quas ſine vllius ſcripturæ inſtrumento ſolius traditionis titulo exinde conſuetudinis patrocinio vindicamus, &c. Agit conſequenter de cæremonijs, quæ exercentur in Baptiſmate, Eucharistia, & cæteris ſacramentis, de quibus ſuis locis tractauimus, tum ſubdit: *His igitur exemplis renunciatum erit, poſſe etiam non ſcriptam traditionem in obſeruatione defendi confirmatam conſuetudine, idonea teſte probata tunc traditionis ex perſeuerantia obſeruationis. Conſuetudo autem etiam in ciuilibus rebus pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex, nec differt Scriptura, an ratione conſiſtat, quando & legem ratio commendet, &c.* Idem libro De Ieiunio aduerſus Pſychicos, cum de delectu ciborum tractat, de ſtationibus, atq; orationis tempore, vt ſuis vocabulis inſeruimus, ait: *Hæc qui ſe putant ex forma Petri agere, quam ignorant, non quaſi reſpuamus nonam, cui & quarta Sabbathi, & ſexta plurimum fungimur: ſed quia eorum quæ ex traditione obſeruantur tanto magis dignam rationem adferre debemus, quanto carent ſcripturæ authoritate, donec aliquo cæleſti chriſmate aut confirmentur aut corrigantur. Et ſi qua (inquit) ignoratis Dominus vobis reuelabitur, &c.*

Conſuetudo vide etiam ſuo loco.

Traditionum etiã meminit ORIGENES ADAMANTIVS, vt in quibuſq; locis, ſiue de delectu ciborum, de ieiunio, Quadrageſimę, & cæteris diximus. Vnde ipſe homilia 5. in numeros, ait: *In Eccleſiaſticis obſeruationibus ſunt nonnulla eiuſmodi, quæ omnibus quidem facere neceſſe eſt, nec tamen ratio eorum omnibus patet. Nam quod (verbi gratia) genua flectimus orantes, & quod ex omnibus cæli plagis ad ſolam Orientis partem conuerſi orationem fundimus, non facile cuiquam puto ratione compertum, &c.* Et infrà: *Sed & Euchariſtia percipienda, ſiue eo ritu, quo geritur, explicanda, vel eorum quæ geruntur in baptiſmo verborum geſtorumq́; & ordinum atque interrogationum, & reſponſionum, quis facile explicet rationem* Idem lib. 1. Periarchum: *Illa ſola credenda eſt veritas, quæ in nullo ab Eccleſiaſtica traditione diſcordat* Et homilia 29 in Matthęum. *Non debemus exire à prima & Eccleſiaſtica traditione nec aliter credere, niſi quemadmodum per ſucceſſionem Eccleſiæ Dei nobis tradiderunt* Et CLEMENS ALEXANDRINVS lib. 1. Stromatum, allegaturque ab Euſebio Cæſarienſe, lib. 5. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, c. 9. Præſcriptus Clemens Panteni magiſtri ſui enumerans volumina & ſcripta: *Ad vltimum (ait) in Ægypto magiſterio ſui ſum veri veritatis & ſcientiæ merito omnibus præferendi, poſt quem velut theſauro in abſcondito reperto aliud quærere vltra ceſſaui. Et illi quidem diuinæ doctrinæ veritatem nobis, quæ ſibi ab Apoſtolicis ipſis ſtatim primis authoribus Petro & Iacobo ac Ioanne & Paulo ac reliquis ſanctis tradita fuerat, tanquam patres filio commendarunt. Sed pauci Patribus ſimiles filij: tamen Deo fauente per ipſos in nobis Apoſtolici germinis plantata ſunt ſemina, &c.* Hæc Clemens. Vnde & FABIANVS I. epiſt. 2. ad Epiſcopos Orientales. *Cura eſt veſtræ ſolicitudinis adhibenda, vt ea quæ ſunt ab Apoſtolis eorumq́; ſucceſſoribus ordinata, & miſtigante ſancto Spiritu inſtituta, nec diſſimulatio negligere, nec aliqua præſumptio valeat perturbare. Sed ſicut hoc, quod rationis exigebat vtilitas, oportuit diffinire: ita quod diffinitum eſt, non debet violari.* CYPRIANVS Carthaginenſis lib. 2. Epiſtolarum, epiſt. 3. traditiones antiquas de Euchariſtiæ ſacramento adminiſtrando recenſuit, & ad calcem traditiones antiquas de Euchariſtiæ ſacramento adminiſtrando recenſuit, & ad calcem traditionem Dominicæ veritatis amplectandam ſua-

Origenes Adamantius.

Clemens Alexandrinus.

Fabianus. 1.

Cyprianus Carthaginenſis.

det. Similiter & ſermone de ablutione pedum: *Neque minus ratum eſt (ait) quod dictante Spiritu ſancto Apoſtoli tradiderunt, quàm quod ipſe Chriſtus tradidit, & in ſui commemorationem facere præcepit.* Item ſermone de oratione Dominica, vbi horarum canonicarum meminit, etiam traditiones antiquæ obſeruandæ præcepta tradit, vt ſuis locis diximus. De eodem Cypriano & Cornelio I. Romano Epiſcopo, ſic loquitur EVSEBIVS Cæſarienſis lib. 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, c. 2. *In vrbe Roma (ait) Cornelio Epiſcopatum gerẽte, & apud Carthaginẽ Cypriano, ambobus fide, virtute, pietate præſtãtibus quæſtio exorta eſt in Aphrica magis partibus, ſi oporteret hæreticos rebaptizari. Cũq; id a Cypriano & cæteris pene omnibus per Affricã Sacerdotibus oportere fieri decerneretur, Cornelius & cæteri omnes per Italiã Sacerdotes huiuſmodi decretum manente ſacerdotali concordia refutarunt, ſtatuentes antiquitus a Patribus ſuper hoc traditam regulam debere ſeruari, quæ continebat, poſt abiectionem praui, in confeſſionem recti dogmatis ſola eos manus impoſitionem purgandos.* Vide Baptiſma, &c. Sub hoc tempore Cõcilium GANGRENSE can. 21. *Hos condemnamus* ait *qui ſe extollunt aduerſus Scripturas. & Eccleſiaſticos canones, & noua introducunt præcepta* Et poſt pauca: *Omnia quæ conueniunt traditionibus Apoſtolicis, & ſanctarũ Scripturarum præceptis, in Eccleſia fieri exoptamus, &c.* Vide, Canones, &c. Propterea teſtatur ATHANASIVS ALEXANDRINVS in vita Magni Antonij, eundem Antonium diſcipulis dixiſſe, ſic: *Cuſtodienda eſt pia fides in Chriſto, & Patrũ religioſa traditio, quam ex Scripturarum lectione, & crebra mea prauitatis dulciſſis admonitu, &c.* Et MARCVS I. epiſt. ad eundẽ Athanaſiũ & reliquos Epiſcopos Ægypti. *Eſt enim vnica Apoſtolorũ traditio, hæc eſt, vera charitas, & prædicanda, & præcipuè diligẽda ac fouẽda, atq; fiducialiter ab omnibus tenẽda, &c.* Vide, Canon. Et BASILIVS Magnus lib. De Spiritu ſancto, c. 27. *Dogmata (ait) quæ in Eccleſia ſeruantur ac prædicantur, partim ex conſcripta doctrina habemus, partim ex Apoſtolorum traditione ad nos delata in mineſterio recepimus. Quæ vtraq; eandẽ ad pietatẽ vim habẽt, & nemo his contradicit qui vel modicã ſaltẽ Eccleſiaſticorũ iurũ experientiã habet. Si enim aggrederemur non ſcripto proditas conſuetudines, velut non magnã vim habentes, reijcere: imprudẽtes etiã ipſis principalibus Euangelij Partibus damnũ inferremus, imò potius ipſam Euãgelij prædicationem ad nudũ nomen contraheremus.* Idem epiſt. 63.* *Reuera ſupremæ beatitudine dignum eſt, idq; veſtræ pietati a Domino datũ eſt, nimirum adulterium à probo ſincerõq́; ac puro diſcernere. Patrum vero fidẽ citra aliquẽ detractionem prædicare, quã etiam nos ſuſcepimus & cognouimus ex Apoſtolicis notis efformatã, conſentientes & ipſi & omnibus in Concilijs ſcripto regulariter ac legaliter decretis, & ibidẽ conſuetudines obtinentes nunc in omnibus Eccleſijs concinna ſunt ac conſona, &c.* Vide, Conſuetudo, & Ceremoniæ, &c. Et EPIPHANIVS CYPR. lib. 3 contra hæreſes, ſecta 75 contra Aërium, qui negabat defunctis impẽdenda ſuffragia, vt illud defendat traditionem Patrũ vtitur. *Deinde (inquit) rurſus ad propoſiti argumenti conſequentiã deueniam, quòd Eccleſia neceſſariò hoc perficit, traditionem a Patribus acceptã. Quis autem poterit ſtatuta matris diſſoluere, aut legem Patris Salomon dicit: Audi fili ſermones Patris tui, & ne repudies ſtatuta matris tuæ. oſtendens per hoc quòd & in ſcripto & ſine ſcripto docuit Pater hoc Deus, & vnigenitus & Spiritus ſanctus mater autem noſtra Eccleſia habet ſtatuta in ſe poſita, indiſſolubilia quæ diſſol-*

Euſebius Cæſarienſis.

Concilium Gangrenſe.

Athanaſius Alexandrinus.

Marcus 1.

Baſilius Magn.

Ora te lege quid doctor de traditionibus dicat.

* Ad clericos Eccleſiæ Neocæſarienſis.

Epiphanius Cypri.

Prouerb. 1.

Sens expoſitio Salomonis tecten. ra Caluiniſtas.

ni non

A non poſſunt. Cum itaque ordinata ſint in Eccleſia ſtatuta, & bene ſe habeant, & omnia mirabiliter fiant, confutatum eſt rurſus etiam hic ſi auctor, &c. Idem ad calcem operis contra hæreſes in compendiaria doctrina, &c. *At vero* (inquit) *de traditionibus Eccleſiæ, & ſtatutis eiuſdem, rurſus neceſſarium eſt me breuibus apponere earundem traditionum formam ex parte. Quæcunque ex natura ſeruantur in ipſa, & ſeruata ſunt, partim ex præcepto, partim per ſuſceptionem voluntariam propitiundamus ſeruantur. Deo gaudente ob virtutem ſuæ doctrinæ.* Tum ſubdit de cælibatu, Sacerdotio, Ordinibus, Communione, Ieiunio, &c. quæ in ſuis locis repeties. Et CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS Catecheſi 5. Illuminatorum Hieroſolymis, ait: *Fidem ſi didiceris, & promiſſionem poſſidebis, & obſerua illam à ſola Eccleſia tibi nunc traditam, & ex omni Scriptura munitam, &c.* Et iterum Catecheſi 17. Quod tametſi ab hominibus Apoſtolicis hoc erat (ait) ſcriptum, ſed ex Spiritu ſancto Oecumenica eſt conſtitutio, &c. Et HIERONYMVS STRIDONENSIS tom. 1. epiſtolarum, epiſtola ad Lucium, quæ incipit: *Nec opinanti mihi, &c. Illud te breuiter admonendum puto, traditiones Eccleſiaſticas* (*præſertim quæ fidei non officiant*) *ita obſeruandas, vt à maioribus tradita ſunt, nec aliorum conſuetudinem, aliorum contrario more ſubuerti, &c.* Plura ex Patribus teſtimonia pro confirmatione traditionum proferrem, ſed in opere hoc in omnibus penè vocabulis repoſita inuenies. Itaque licet pro traditionibus Patrum retinendis etiam AVGVSTINVS HIPPONENSIS multa ſenſerit & dixerit: paucis tamen in hoc loco contenti ſumus, quoniam reliqua ſuis locis inſerta ſunt. Sic quippè epiſtola 86. loquitur. *In his rebus, de quibus nihil certi ſtatuit Scriptura diuina, mos populi Dei, vel inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt. Sit vna fides vniuerſæ Eccleſiæ, quæ vbique dilatatur, tanquam intus in membris, etiamſi ipſa fidei vnitas quibuſdam diuerſis obſeruationibus celebratur, quibus nullo modo quod in fide verum eſt, impeditur.* Idem epiſt. 108. *Non omnia quæ facta ſunt ab Apoſtolis etiã ſcripta inueniuntur: veruntamen facta eſſe ex cæteris documentis probantur, &c.* Ad propoſitũ SIMEON METAPHRASTES in vita Theodoſij Cœnobiarchæ, ait: *Præterea multa ex his, quæ olim quidem facta ſunt, ſua autem non ſunt in diuina Scriptura. ſola ſcriptis non mãdata. Traditio efficit, vt in hodiernum vſque diem pro certis habeantur. Qualia ſunt ea quæ dicuntur de loco Cranij, quæ ſunt* (*inquam*) *tractata a magno Baſilio. Ille enim dicit in quadam ſua oratione* (*oportet enim ea tanquam condimentum aliquod addere orationi*) *non ſcriptam nobis exponẽs traditionem: Adam* (*inquit*) *primus parens noſter in hoc, qui nunc dicitur Cranij, loco dicitur eſſe ſepultus, vbi meas quoq; Chriſtus pro nobis crucem & mortem ſuſcepit, propter eam quæ verbis explicari non poteſt benignitatem. Et hæc quidem ſic, &c.* Hinc DAMASVS I. epiſtola ad Paulinum Antiochenum Epiſcopum, c. 8. *Illa ſemper, quæ Apoſtolica & Patrum traditione conſtituta ſunt, ſub metu irrefragabilis authoritatis teneamur. Scriptum namq; eſt in ſecunda ad Theſſalonicenſes epiſtola, & ad Timotheum Apoſtolo monente: State & tenete traditiones veſtras, quas didiciſtis, ſeu per verbum, ſiue per epiſtolam.* Idem epiſtola 4. ad Proſperũ & reliquos Epiſcopos Numidiæ. *Omnia decretalia, & cũctorum prædeceſſorum noſtrorum conſtituta, quæ de Eccleſiaſticis ordinibus & canonum promulgata ſunt diſciplinis, ita a vobis & omnibus Epiſcopis ac cũctis generaliter Sacerdotibus cuſtodiri debere mandamus, vt ſi quis in illa commiſerit,*

Cyrillus Hieroſolymitanus. Hieronymus Stridonenſis. Auguſtinus Hipponenſis. Symeon Metaphraſtes. Ad ę ſepulturã. Adam ſepultus vbi Chriſtus crucifixus. Damaſus 1. 2. Theſſal. 2. 1. Timoth. 1.

veniam ſibi deinceps nouerit denegari. Vide, Canon, &c. Eadem de traditionibus renouat SYRICIVS I. epiſt. 4. ad Epiſcopos Affricæ, quæ lecta & probata eſt in Concilio TELENSI. Prætereà eadem repetit de traditionibus INNOCENTIVS I. epiſtola 2. ad Victricum Rhotomagenſem Epiſcopũ, circa initium. Et epiſt. 1. ad Decentium Eugubinũ Epiſcopum in procemio, & pro parte allegatur à Gratiano, diſt. 11. c. Quis enim, &c. *Si inſtituta Eccleſiaſtica* (ait) *vt ſunt a beatis Apoſtolis tradita integra vellent ſeruare Domini Sacerdotes, nulla diuerſitas, nulla varietas in ipſis ordinibus & cõſecrationibus haberetur. Sed dum vnuſquiſq; non quod traditum eſt, ſed quod ſibi viſum fuerit, hoc æſtimat eſſe tenendum, inde diuerſa in diuerſis locis vel Eccleſijs, aut teneri, aut celebrari videtur. Inde ſcandalũ populis, qui dum neſciunt traditiones antiquas humana præſumptione corruptas, putant ſibi aut Eccleſias non conuenire, aut ab Apoſtolis vel Apoſtolicis viris contrarietatem inductam. Quis enim neſciat, aut non aduertat id, quod ab Apoſtolorum principe Petro Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc vſq; cuſtoditur, ab omnibus debere ſeruari, nec ſuperinduci, aut introduci aliquid, quod aut authoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exẽplum: præſertim cum ſit manifeſtum in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Affricam atq; Siciliam, inſulaſq; interiacentes nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus Petrus, aut eius ſucceſſores conſtituerint Sacerdotes? Aut legant ſi in his prouincijs alius Apoſtolorũ inuenitur aut legitur docuiſſe. Quòd ſi non legunt quia nuſquam inueniunt, oportet eos hoc ſequi quod Eccleſia Romana cuſtodit, a qua eos principium accepiſſe nõ dubium eſt, ne dum peregrinis aſſertionibus ſtudent, caput inſtitutionum videantur omittere.* Deniq; in Cõcilio CHALCEDONENSI actio. 3. vbi Dioſcorus ob ſcelera condẽnatur, eo quod Patrum traditionibus nollet aſſentire, ſic loquitur Leontius Magneſiæ Epiſcopus: *Lex eſt pia Patribus obedire, & eorũ ſequi iudicia, &c.* Vide, Canon. Hinc etiam FLAVIANVS Conſtantinopolitanus Epiſcopus epiſtola miſſa ad Leonem I. Papam ſuper Eutychetis erroribus, c. 1. *Vt ſtultas* (ait) *inquiſitiones euitare poſſimus, decet ſequi Patres noſtros, nec commutare definitionem eorum perpetuam, quorum regulam ſecundũ ſacras Scripturas eſſe didicimus.* Vide reliquum in vocabulo, Canon, & Hæreticus, &c. Repetit autẽ eadem alia epiſtola ad eundem Leonem, quæ in limine Chalcedonenſis Synodi repetitur. Et LEO I. epiſt. 10. ad eũdẽ & allegatur a Gratiano cauſa 24. q. 3. c. Quid autem. *Quid autẽ iniquius quam impia ſapere, & ſapientioribus doctoribuſq; non credere, &c.* Vide de traditionibus exẽplum Epiſcoporũ 2. Armeniæ ad Leonem I. Imperat. vocab. Scriptura, &c. Vide & in vocab. Canon. Ex SYMMACHI I. epiſtola ad Laurentium Mediolan. Archiepiſcopum. Clerum antẽ Dardaniæ Illyrici & Daciæ: *Quando paternarũ* (ait) *regularũ deſpiciuntur inuenta, nec eorum quæ bene inſtituta ſunt firmitas vindicatur. Huiuſmodi impietatem neceſſe eſt fidei ſemper defectu prouenire. Nam vbi facilis diſſolutio eſt rationabilis conſtitutionis, ibi omnis ſanctitatis forma corrumpitur, Chriſtus impetitur. Et quis hoc fideliũ patienter accipiat, &c.* Vide etiã in vocab. Romana Eccleſia, ex libello fidei IOANNIS Cõſtantinopolitani Epiſcopi miſſo ad Hormiſdã Papam, vbi ſe traditiones Romanæ Eccleſiæ amplecti cõfitetur. Vnde & CYRILLVS Alexandrinus epiſtola ad Anaſtaſium Alexandrum, Martianum, &c. quæ lecta eſt collatione quinta, Concilij V. generalis: *Dominus* (ait) *deſiderare doctrinas,*

Syricius 1. Concilium Telenſe. Innocentius 1. Concilium Chalcedonenſe generale 4. Flauianus Epiſcopus Cõſtantinopolitanus. Leo 1. Symmachus 1. Ioannes Conſtantinopolitanus. Cyrillus Alexandrinus.

ſacro

ſacrorúmque dogmatum ſolere defendere rectitudinem, quomodo non aliquis miretur? Hac enim res vita infinita & beata promiſor eſt, & ſtudium quod in eis eſt non ſine mercede exiſtit. Et requiſitus ab eis, vt exponeret ſymbolum: *Sequemur* (ait) *vbiq; ſanctorum Patrum Cōfeſſiones, & dogmata recte & indeclinabiliter diſcutiendo, quæ ab eis dicta ſunt.* Porrò ſic Patres Concilij MEDIOLANENSIS epiſtola miſſa ad Conſtātium Imperatorem IV. dictum Pogonatum pro congregando VI generali Concilio:

Concilij Mediolanēſis Patres.

Si non cum Dialecticis (aiunt) *non cum Rhetoricis, non cum Grammaticis: ſed cum ruricolis & piſcatoribus Dominus poſuit rationem, & his tradidit ſui ſecreta Concilij, quos & principes ordinauit. Quibus ligandi ſoluendiq; tribuit poteſtatem. nónne vobis videtur* (Optime Imperator) *dementiſſima mentis eſſe, qui Apoſtolicas traditiones & venerabilium Patrum inſtituta deprauare feſtinant? Nos autem omnes pari tenore & reuerentia traditiones ſanctorum Apoſtolorum ſeu reuerendiſſimorum Patrum, qui in ſacris Concilijs adfuerunt, omni cum veneratione volumus ſuſcipere, amplecti, defendere, prædicare, præcipue ſanctæ memoriæ Leonis Apoſtolicæ ſedis Præſulis dicta, ſed etiam Orthodoxos Patres, qui per diuerſa loca zelo Dei firmatas dogmata ſalutaria nobis reliquerunt, vt veneranda memoria Gregorius Nazāzenæ ciuitatis Epiſcopus, Baſilius Cappadociæ Epiſcopus, & Cyrillus Alexandrinus Præſul, & Athanaſius eiuſdem Alexandrinæ Eccleſiæ Pontifex, nec non & Ioannes Conſtantinopolitanus Antiſtes, & Hilarius Pictauienſis Epiſcopus, & omni ſapientia clarus Auguſtinus Hipponeregienſis Epiſcopus, & veneranda corona Christi Confeſſor Ambroſius Mediolanenſis Eccleſiæ Præſul, ſimul & erudítiſſimus & omni luce conſpicuus Hieronymus Preſbyter. Quidquid hi docuerunt, ſapuerunt, prædicauerunt, vel defenſores extiterunt, nos eorum acta vel ſtatuta omni deuotione ſuſcepimus.*

S. Doctorum ſæculi celeberrimi.

De his autem ſanctis Patribus plura vide vocabulo, Libri. Deniq; LEO II. epiſtola miſſa ad eundem Conſtātinum Imperatorem IV. gratias Deo agit, & ei fœlicia imprecatur, quia per eius à Deo inſpiratum ſtudium per totum orbem terrarū Apoſtolicæ traditionis pietas flagrat, dum tetra caligo hæreticæ prauitatis euanuit.

Leo 2.

Sic & Concilium VALENTINVM Galliæ III. c. 2. Vult omnes traditiones à Patribus relictas ſinceriter & intemeratè cuſtodiri. Lege in vocabulo, Imago, vt notauimus ſuperiùs, vbi multa teſtimonia pro traditionibus repoſita ſunt.

Concilium Valentinum Galliæ 3.

Vnde & ADRIANVS I. libro pro defenſione generalis 7. Concilij ad Carolum Magnum circa finē, ait:

Adrianus 1.

In Concilio Chalcedonenſi habetur, Patribus ita dicentibus: Fidem, quam nos à noſtris maioribus traditam habemus, debemus cum omni competenti deuotione defendere. Et ideirco inſert ille) *nequaquam nos quiſpiam terminos Patrum noſtrorum tranſgredi facere valebit, neq; nouitates vocum imponere, ſed in ea orthodoxa fide quam ſuſcepimus, manentes, & traditionem amplectentes prædeceſſorum noſtrorum ſanctiſſimorum Pontificum proculdubio veneramur, & tenemus pro ſacris imaginibus Concilia, nullum quemlibet iam exinde ſermonem ſuſcipientes, neq; rationem reddentes.* Vnde & CAROLVS MAGNVS epiſtola miſſa ad Eliuandum Epiſcopum Toletanum hæreticum, quæ lecta eſt in Cōcilio generali Francfordienſi Patrū 300. ſub eodē Adriano.

Carolus Magnus.

Vos (ait) *factum non admittentes Apoſtolicæ ſedi, & antiquis ab initio naſcentis Eccleſiæ, & Catholicis traditionibus me tota mentis intentione, tota cordis alacritate coniungo. Quidquid in illorum legitur libris, qui diuino Spiritu afflati toti orbi à Deo dati ſunt Doctores, indubitanter teneo: & hoc ad ſalutem animæ meæ ſufficere credens, quod ſacratiſſima Euangelica veritatis pandit hiſtoria, quod Apoſtolica in ſuis Epiſtolis confirmat authoritas, quod eximij ſacræ Scripturæ tractatores, & præcipui Chriſtianæ fidei Doctores ad perpetuam poſteris ſcriptam reliquerūt memoriam, &c.*

Deuota Principis mens.

Hinc NICOLAVS I. vt allegat Gratianus diſtinct. 12 cap. Ridiculum.

Nicolaus 1.

Non poſſunt ait *Imperatorum leges Euangelicis & Apoſtolicis atque canonicis decretis, quibus poſtponendæ ſunt, inferre præiudicium. Ridiculum autem eſt, & ſatis abominabile dedecus, vt traditiones, quas antiquitus à Patribus ſuſcepimus, infringi patiamur.* Sic & Patres CONCILII generalis VIII. ſub Baſilio Imperatore, canone 1.

Concilium generale 8. Conſtantinopolitanum 4. patrum 373.

Per æquam (aiunt) *& regiam inſtitiæ diuinæ viam incedere volentes, veluti quaſdam lampades ſemper lucentes & illuminantes greſſus noſtros, quæ ſecundum Deum ſunt, ſanctorum Patrum definitiones & ſenſus retinere debemus: quapropter & has, vt ſecunda eloquia, ſecundum magnum & ſapientiſſimum Dionyſium, æſtimantes & arbitrantes, etiam de eis cum diuino Dauid enixè canimus: mandatum Domini lucidum illuminans oculos, &, Lucerna pedibus meis lex tua, & lumen ſemitis meis, & cum Prouerbiorum authore dicimus: Mandatum lucerna eſt, & lex lux: Luci enim veraciter aſſimilata ſunt diuinorum canonum hortationes, & diſſuaſiones, ſecundum quod diſcernitur melius à peiori, & expediens atque proficuum ab eo, quod non expedire, ſed obeſſe dignoſcitur. Igitur regulas, quas ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, tam à ſanctis famatiſſimis Apoſtolis, quam ab orthodoxorum vniuerſalibus, nec non & localibus Concilijs, vel etiam à quolibet Deiloquo Patre ac magiſtro Eccleſiæ traditæ ſunt, ſeruare atque cuſtodire profitemur. His & propriam vitam, & mores regentes, & omnem Sacerdotij catalogum, atque omnes, qui Chriſtiano cenſentur vocabulo, pœnis & damnationibus, & è diuerſo receptionibus & iuſtificationibus, quæ per illas prolatæ ſunt atque definitæ ſubijci canonicè decernentes. Tenere quippe traditiones, quas accepimus ſiue per ſermonē, ſiue per epiſtolam ſanctorum, qui antea fulſerunt, Paulus monet apertè magnus Apoſtolus.*

Pſal. 18.
Pſal. 118.
Prouerb. 6.
Conciliorum Vniuerſaliū & particularium authoritas, vide & Conciliorum authoritas, &c.

Deniq; de traditionibus Ecclesiaſticis luculenter Cōcilium SENONENSE decreto 6. diſtetuit, & eis morem gerendum docet, quamuis certum de Scripturis non proferatur exemplum: quia earundem Scripturarum etiam in hac re à nobis tenetur veritas, cùm hoc facimus quod vniuerſæ placuit Eccleſiæ, quā ipſa Scripturarum commendat authoritas. Vide reliquum poſitum ſuperiùs vocabulo, Scripturæ non ita inhærendum, vt Patrum traditio negligatur.

Concilium Senonenſe.

Denique Concilium COLONIENSE III. cap. 1. part. 9. ſtatuit, vt populus doceatur ſanctorum Patrum regulam ſequi, qui diligenter admonent traditiones Ecrleſiaſticas, præſertim quæ fidei non officiunt, ita obſeruandas, vt à maioribus traditæ ſunt. Sunt autem illæ, quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, non vnius generis, quemadmodum diuus Auguſtinus ad Ianuarium (& allegat Gratianus, diſtinct. 12. cap. illa autem) ait:

Concilium Colonienſe 3.

Alia enim toto terrarum orbe obſeruantur à Patribus noſtris quaſi per manus tradita, quæ quidem putanda ſunt, vel ab ipſis Apoſtolis, vel ex plenarijs Concilijs (*quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima authoritas*) *commendata atque ſtatuta retineri: veluti quod Paſſio, & Reſurrectio, & Aſcenſio in cœlum, ac Quadrageſima, annua ſolennitate celebratur, quòd die Veneris à carnibus abſtinetur, & cætera huiuſmodi. Alia verò quæ per loca terrarum regionéſque variantur, ſicut eſt quod alij ieiunant die mercurij, alij non, alij quotidie com-*

Vide & conſidera quæ dicuntur ex teſtimonio Auguſtini.

Traditiones variantur.

*manducans corporis & ſanguinis Domini, alij certis die-
bus,& ſi quid aliud huiuſmodi animaduerti poteſt, to-
tum hoc genus rerum liberas habet obſeruationes.
Quod enim neque contra fidem Catholicam, neque
contrà bonos mores eſſe conuincitur, indifferenter eſt
habendum, & pro eorum, inter quos viuitur, ſocietate
ſeruandum. Sic Diuus Ambroſius Auguſtinum docuit
de hoc altero genere interrogantem: Tu (inquit) ad*

Ambroſij ſententia recitatur in vocabulo Ieiuniũ ſabbati, &c.

*quamcunque fortè Eccleſiam (nimirum in vnitate Ec
cleſiæ Catholicæ permanentem) veneris, eius morẽ ſerua
ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalo, nec quenquam tibi,
&c.* Porrò de Traditionibus ſic BVCHARD.

Buchardus Vormatienſis.

VORMAT. lib.5 decretorum cap. 223 & poſteà
Gratianus diſtinct. 11. *Eccleſiaſticarum (ait) inſtitu-
tionum quaſdam ſcripturis, quaſdam verò Apoſtolica*

B

*authoritate traditiones per ſucceſſiones in miniſterio
confirmatas accepimus: quaſdam verò conſuetudine ro-
boratas approbauit vſus: quibus par virtus & idem v-
triuſque pietatis affectus, vnde quis, vel aliquantum ſa-
crarum expertus ſcripturarum haſitauerit. Si enim at-
tentauerit conſuetudines Eccleſiæ non ſcriptas à Patri-
bus traditas, nihil æſtimare, quantum religio detrimẽti
latura ſit, diſpicientibus liquido cõſtabit. Quæ enim (vt
inĩ unde ordiamur) ſcriptura ſalutifera crucis ſignaculo
fideles docuit inſigniri? Quæ multifariam digeſta ſuper*

Hæc obſerua.

*panem & calicem prolixæ orationis, & conſecrationis
verba commendauit? Nam non modo quod in Euãge-
lio continetur, vel Apoſtolo, in ſecretis dicimus, ſed &*

C

*alia complura adiicimus, magnã quaſi vim cõſummã-
dis accommodata myſteriis. Quæ orientem verſus nos
orare litterarum forma præſtituit? Benedicimus fontem
baptiſmatis, Oleũ vnctionis. Huc accedit quod ter im-
mergimus quos baptizamus, oleo vngimus, verbis abre-
nunciare Sathana & Angelis eius, informamur. Vnde
hæc & alia in hunc modũ non pauca, niſi quia tacita ac
myſtica traditione à Patribus Eccleſiaſtico more, ac re-
uerentiori diligẽtia ſunt in myſteriis obſeruata ſilentio,
quam publicata ſcripto, &c.* Hæc Buchardus. De his
omnibus traditionibus & cõſuetudinibus ſuis lo-
cis egimus. His autem conformia docet Concil.

Concilium Auguſtẽſe ſub Othone Cardinali.

AVGVST. cano. 2. Et Concil. MOGVNT. IV.

Concilium Moguntinũ 4.

D

can 48. vbi traditiones non tanquam hominũ in-
ſtituta obſeruari iubet, ſed vt ad pietatem colen-
dam & continendã in officio plebem vtiles. Hæc
non poſſunt ſine grandi piaculo violari, maximè
dũ violatores hoc faciunt ex contemptu, & cùm
ſcandalo: quorũ vtrumq; per ſe peccatũ mortale
operatur. Prætereà Concil. TRID. ſeſſione 4. in

Concilium Tridentinũ generale.

initio ſub Paulo 3. *Sacroſancta Occumenica & gene-
ralis Synodus, hoc ſibi perpetuò antè oculos proponens,
vt ſublatis erroribus puritas ipſa Euangelij in Eccleſia
conſeruetur: quod promiſſum antè per prophetas in ſcri-
pturis ſanctis Dominus noſter Dei Filius proprio ore
primùm promulgauit, deinde per ſuos Apoſtolos, tam-
quam fontem omnis ſalutaris veritatis, & morum diſ-*

Marc. 10.

E

*ciplinæ, omni creaturæ prædicari iuſſit, perſpiciensq; hãc
veritatem & diſciplinam contineri in libris ſcriptis &
ſine ſcripto traditionibus, quæ ex ipſius Chriſti ore ab
Apoſtolis acceptæ, aut ab ipſis Apoſtolis Spiritu ſancto
dictãte, quaſi per manus traditæ, ad nos vſque peruene-
runt, Orthodoxorum Patrum exempla ſecuta, omnes li-
bros tã noui quàm veteris teſtamenti (cum vtriuſque
vnus ſit Deus author) nec non traditiones ipſas, tum ad
fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel oretenus
à Chriſto, vel a Spiritu ſancto dictatas, & continua ſuc-
ceſſione in Eccleſia Catholica conſeruatas, pari pietatis
affectu ac reuerentia ſuſcipit ac veneratur, & qui has
contempſerit, anathema ſit, &c.* Et FACVL. LOVAN.

Facultas Louanienſis.

Facultas Pariſienſis.

attic. 25. & 26 & PARIS. attic 20. & 24. *Certum
eſt (ait) multa eſſe credenda, quæ non ſunt expreſſè ac*

A

*ſpeciatim tradita in ſcripturis ſacris: quæ tamẽ per tradi-
tionẽ Eccleſiæ ſunt neceſſario recipiẽda. Itaq; cõſtitutio-
nes Eccleſiaſticæ, de ieiunio delectu ciborũ, abſtinẽtia à
carnibus, aliiſq; multis, verè obligãt in foro cõſcientiæ,
etiam omni ſecluſo ſcandalo, &c.* Plura de traditioni-
bus repete ex vocabulis (vt iam monuimus) Ca-
non. Conſuetudo, Cæremoniæ. Concilium &c.
Quibus etiam quod ſequitur adiungendum eſt.

Traditiones an innouandæ.] Diximus ſu-
periùs de quibuſdam traditionibus, quæ pro ritu
& conſuetudine diuerſarum regionum facilè in-
nouantur, de quibus & mox dicemus adhuc,
quamquam illud difficilè debeat attentari. Vide,
& vocabulo, Cæremoniæ. &c. & Canones non

B

tranſgrediendi, &c. Vnde etiam Patres exiſtentes
in Concilio ARIMINENSI epiſtola ad Con-

Conciliũ Ariminenſe. Hoc concilium reprobatur eo quod ab Hæretico Imperatore indictum ſit ſine conſenſu ſedis Apoſtolicæ. Hi tamen patres qui loquuntur Catholici non hæretici fuerunt, vt dicit Nicephorus loco allegato.

ſtantium Imperatorem, & producit NICEPHO-
RVS Calliſtus lib 9. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap.
40. *Oratores noſtros ad humanitatem tuam miſimus,
qui eidem conſilij noſtri ſententiam per ſcriptum quo-
que indicent & declarent: quibus illud quoque præcipuè
mandauimus, vt ex antiquis legitimiſque decretis ve-
ritatis fidem faciant atque confirment. Declarabunt
etiam illi ſanctitati tuæ minimè futuram (ſicut Vrſicius
& Valens dixere) pacem, ſi quid in legitimis conſtitu-
tionibus immutatum fuerit. Quomodo namque pacem
ſeruent, qui pacem ipſam tollunt? Quin contentio po-
tiùs, & turba, per cœpta huiuſmodi, cum alibi, tum in*

C

*Romana Eccleſia exoritur. Itaque humanitati tuæ
ſupplicamus, vt ſereno vultu reſpicias, benigniſque auri-
bus Oratores noſtros audias, neque cum defunctorum
iniuria nouare quicquam & mutare permittas. Sed
nos in his quæ à maioribus noſtris definita, legitimèque
conſtituta ſunt, cõquieſcere ſinas, quos profectò ſolerter
& prudenter omnia Spiritus ſancti afflatu egiſſe di-
xerimus. Quæ verò nunc ab iſtis nouantur, fidelibus
quidem incredulitatem, infidelibus autem ferocitatem
adferunt, &c.* Eadem ſanxit Concilium TOLET.

Concilium Toletanum 9.

IX. cano 8 vt inuenies repoſitum vocabulo,
Lex 30 annorum, &c. iunge quod ſequitur.

Traditiones patrum quandoque varian-

D

tur. Illud iam ſuperius aſtruimus, & in vocabu-
lo, Cæremoniæ, Conſuetudo, &c. Illudque A V-

Auguſtinus Hipponenſis.

GVSTINVS HIPPONENSIS lib. 3. de doctri-
na Chriſtiana cap 12 luculenter aſſerit, & allega-
tur à Gratiano diſtinctio. 41. Sic quoque LEO

Leo 1.

I. epiſt. 90 ad Ruſticum Narbonenſem Epiſco-
pum, & allegatur à Gratiano diſt. 14. c. Sicut quæ-
dam, &c. *Sicut quædam ſunt, quæ nulla poſſunt ratione
conuelli, ita multa ſunt, quæ aut pro conſideratione æta-
tum, aut pro neceſſitate rerum, oporteat temperari: illa
ſemper conditione ſeruata, vt in his quæ vel dubia fue-
rint vel obſcura, id nouerimus ſequendum, quod nec
præceptis Euangelicis contrarium, nec decretis ſancto-*

Gregorius 1.

rum patrum inuenitur aduerſum. Et GREGO-

E

RIVS I. lib 1. Regiſtri epiſt. 41. & allegat Gra-
tianus de conſecrat. diſtinct. 4. *In vna (loquit) fide
nihil officit ſanctæ Eccleſiæ conſuetudo diuerſa, &c.* Et

Gelaſius 1.

GELASIVS I. epiſt. 1. ad Epiſcopos Lucaniæ
Brutiorum, &c. Et allegat Gratianus cauſa 1.
quæſt. 7. cap. neceſſaria. &c. de traditionibus &
canonibus patrum moderandis loquitur, vt repo-
ſuimus in vocabulo. Canon, & Conſuetudo. &c.
ex Gregorio 1. reſpõſione 3. ad Auguſtini Angliç
Epiſcopi interrogata, de diuerſis conſuetudini-
bus quæ obſeruantur in varijs regionibus. Vnde
& Concilium LATERANENSE ſub Innocen-

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. patrum 1215.

tio 3 c. 50. *Non debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecun-
dum varietatem temporum ſtatuta quandoq; varian-
tur humana, præſertim cum vrgẽs neceſſitas vel euidens*

vtilitas id expoſcat: quoniam ipſe Deus ex his, quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutauit in nouo, &c. Et Concilium SENONENSE in decreto de vnitate Eccleſiæ & damnatione hæreticorum. *Eccleſiæ (ait) quæ errare non poteſt, diuerſa & nonnunquam (quod obiiciunt Neoterici) pugnātia licet propoſuerit decreta: nil tamen eſt in tanta decretorum multitudine, quod fidei Orthodoxæ aduerſetur.* Et NICOLAVS I. epiſtola ad Michaelem Imperat. & allegatur à Gratiano diſtinct. 12. *Nihil obſunt (ait) ſaluti credentium diuerſæ pro loco & tempore conſtitutiones vel conſuetudines ſi illis canonica non obſit authoritas.* Vide locis allegatis reſiduum.

Concilium Senonenſe. Nicolaus 1.

TRADITOR.

Concilium Arelatenſe 1.

Traditor ſeu proditor fratrum, gentis & Patriæ.] Concilium ARELATENSE I. ſub Syluestro 1. cano 13. *De his qui ſcripturas ſanctas tradidiſſe dicuntur, vel vaſa, vel nomina fratrum ſuorum, Placuit nobis, vt quicunque eorum ex actis publicis fuerit detectus, non verbis nudis, ab ordine cleri amoueatur.* Vide, Sacrilegium, &c. Et in vocabulo, Reus maieſtatis, vbi de his actum eſt qui Patriam Regnum & gentem inimicis produnt & tradunt.

TRANSACTIO

Alexander 3.

Tranſactio quomodo fiat] Lege Facultates Eccleſiæ & Monaſteriorum non alienandæ, &c. Porrò de Tranſactionibus ſic ſtatuit ALEXANDER III. Dunelenſi Epiſcopo ſcribens, vt habetur parte 28. Concilij Lateranenſis quod celebrauit cap 1. *Contigit interdum, quod licet Abbas vel prior alicuius cōuentualis Eccleſiæ, cum Eccleſiaſtica vel ſeculari perſona ſuper his, de quibus inter eos controuerſia vertitur, coram delegato vel iudice ordinario tranſigat, litteris capituli ſui de ratihabitione monſtratis: ipſum tamen capitulum eandem tranſactionem nititur reuocare. Vnde quia ſuper hoc nos conſulere voluiſti, cōſultationi tuæ taliter reſpondemus. Si Abbas vel prior de capitulo ſui litteris de ratihabitione habuerit tranſactionem quam fecit, præſertim ſi fuerit aliquot annis ſeruata, capitulum & ſi non conſenſerit in eam, non poterit aliquatenus reuocare. Super eo verò, quòd clerici & religioſæ perſonæ (ſicut aſſeris) litterarum intuitu, quas habent à laicis, ſibi ius in Eccleſiis vendicant: hoc tibi volumus innoteſcere, quod vbi Epiſcopalis authoritas non acceſſerit, per illos Eccleſias ſuas non poſſunt obtinere.* Tum cap 3. eiuſdem partis de decimis loquitur. *Quòd ſi compoſitio, vel tranſactio facta eſt aſſenſu Epiſcopi inter ſecularem & Eccleſiaſticam perſonam, rata perpetuis temporibus & inconcuſſa perſiſtat.* Et LVCIVS III. vt cap. 15. allegatur eiuſdem partis 28 *Super eo quod quæſiſti, vtrum ſuper Eccleſiaſtico beneficio in litigium deducto poſſit fieri tranſactio, dicimus, quod ſuper re ſacra litigioſa minimè tranſigi poteſt, ſecundum formam tranſactionibus aſcriptam. Res enim ſacra, vt poſſideatur aliquo dato vel promiſſo vel retento, ſpeciem habere non immeritò credimus ſimoniæ. Alias autem gratis, & amicabiliter inter ſe litigantes componere, ſacris canonibus non dicimus obuiare.* Eadem reperiuntur parte 49 c 7. Vide loco allegato & Beneficia &c.

Lucius 3.

TRANSMARINVS

Anaſtaſius 1.

Tranſmarini an admittendi clerici, &c. ANASTASIVS I. epiſt 1 ad omnes Germaniæ & Burgūdiæ Epiſcopos cap 2. allegatur à Gratiano diſtinct. 8 cap Tranſmarinos. &c. & ab Inone lib 3 decretorum *Tranſmarinos homines in clericatus honore nolite ſuſcipere, niſi quinque aut eo amplius Epiſcoporum chirographis ſint deſignati, quia multa per ſubreptionem ſolent euenire. Ideo & hæc ſummopere ſunt cauenda.* Hanc canonem allegat EVGENIVS I. ad Cœnomanenſem Epiſcopum, & habetur parte 26 Lateranenſis Concilij ſub Alexandro 3 cap. 20. *Tua nos duxit fraternitas conſulendos quid agendum ſit de clericis, qui in regionibus remotis ordinati litteras eorum proponunt, à quibus ſit manus impoſita, cùm incertum eſt, vtrum eorum ſint ſigilla quæ præſentant. Tua ergo conſultationi præſentium ſignificatione indulgemus, tutius eſſe, vt in his ſtatuta patrum veterum obſeruentur, quàm nouum quid ſtatuatur. Statutum eſt enim de Tranſmarinis, vt ad minus teſtimonio quinque Epiſcoporum ſuper ordinatione ſua muniantur. Quod in aliis, qui ſimiliter ſunt incogniti, credimus obſeruandum* (Vide, Peregrini clerici, &c.) *ita tamen, vt in ſuſpenſione annuo tempore habeantur, in quo videntes plenius de ipſorum actibus inſtituantur. Sed de inferioribus ordinibus oportuit inquiri, quia poſſet cōtingere, vt aliquibus prætermiſſis ſaltum feciſſent. His autem peractis ſi digni inuenti fuerint, circa eos poteris diſpenſare.* Et ALEXANDER III. cap. 26 ſequenti Turonenſi Epiſcopo *Quia quidam clerici deſperantes ab Epiſcopis ſuis ordinari, vel propter imperitiam, vel vitæ incontinentiam, vel natiuitatis conditionem, aut tituli defectum, aut minorem ætatem, extra prouinciam ſuam interdum in Tranſmarinis partibus ordinantur, vel ordinatos ſe eſſe mentiuntur, ignota ſuis Epiſcopis ſigilla deferentes: ſtatuimus talem ordinationem irritam eſſe habendam, ſub interminatione anathematis inhibentes, ne à quoquam Epiſcopo ad ſui officij executionem admittantur. Epiſcopus verò noſtræ iuriſdictionis, qui talem ſcienter ordinauerit, vel ſuſceperit, ab illius ordinis executione, ad quem eum ordinauerit vel ſuſceperit, vſque ad condignam ſatisfactionē ſe nouerit ſuſpenſum.* Vide plura in dictione, Clericus non ſuſcipiatur ſine litteris, &c. Et in vocabulo, Peregrini clerici, &c.

Eugenius 1. Alexander 3.

TRANSVBSTANTIATIO.

De Tranſubſtantiatione quæ fit in ſacramento Euchariſtiæ ex veterum authoritate egimus in vocabulo, Euchariſtia, vt in margine annotatum facilè deprehendes. Vide ergo ſi vacat.

TREVGA.

Treuga corruptum eſt vocabulum deſumptum pro inducijs, & certa pacis compoſitione ad tempus, de qua diximus in vocabulo, Pax &c.

TRINITAS.

Trinitatis perſonarum in diuinis aſſertio.] Variè quidem iam in diuerſis vocabulis de myſterio Trinitatis locuti ſumus, videlicet in vocabulis, Chriſtus, Deus Filius, Spiritus ſanctus, Symbolum, &c vnde reſumenda ſunt quæ illic reperiuntur inſerta. Nos autē in alio noſtro opere in Pandectam Euangelicam, Trinitatis myſterium ſtatim in initio cap. 1. Figuris antiquæ legis & prophetijs, atque nouæ legis teſtimonijs aſſeruimus. Ideò paucis nunc reſiduum perſoluendū eſt vt ſcilicet Apoſtolica traditione & doctrina probemus fidelibus inſinuatum fuiſſe Trinitatis myſterium, contra hæreticos & blaſphemos Iudæos. Et quidem à tempore Nicæni Magni Concilij ſat conſtat Patrum ſcriptis enucleatū, Baſilij, Athanaſij, Hilarij, Gregorij Nazianzeni, Ambroſij, Chryſoſtomi, Auguſtini, & aliorum, quorum ſententias recenſere immenſi eſſet laboris & otij diuturnioris. Ideò ego his ſuppreſſis ad illos accedo qui priſcis Euangelicæ gratiæ choruſcantis temporibus floruerunt. Inter hos CLEMENS I epiſt 1 ad Iacobum fratrem Domini, vbi Symbolum Apoſtolorum de verbo ad verbum recenſuit, quo apertè Trinitatis myſterium inſinuatur, ſubdit. *Omnes homines (ait) qui Chriſtiano cen[...]tur ve-*

Hæc dubio [...] ... ſunt, ſi c[...] de [...] ſatiſ facere.

Clemens 1.

A *cabulo, Patrem & Filium [illegible] Spiritum ſanctum vnum Deū & Dominum veraciter [illegible] & [illegible] teri, eumq; tota mente, & toto corde, [illegible] tota virtute diligere & proximos ſuos tanquam ſemetipſ[os], [illegible] ſiue adi[illegible] ſfeci in doctrinam ad hac p[illegible] ſummope re oportet.* Tum de Deo Patre diſſerit Vide inſerrū

Abdias Babylonius. vocabulo. Deus &c Et A[illegible] BABYL. lib 3. certaminis Apoſtoli, narrat Andream Apoſtolū quendam nautam quinquaginta annis vlceribus ſcatentem, ter in nomine Trinitatis aqua abluiſſe, & conſecutum ſanitatem Sed & lib 5. refert Ioānem Apoſtolum, dum eſſet proximus morti, orationem fudiſſe perſonas tres Trinitatis manifeſtè inuocans & exprimens. Et lib. 6. in nomine Trinitatis baptiſma contuliſſe Apoſtolos memorat, B ſecundum quod ex Euangelij mandato acceperāt. Et lib. 8. refert Bartholomæum Apoſtolū myſterium Trinitatis cōprehendiſſe oratione ſua, quæ huiuſmodi fuit. *Deus verus ex hoc cognoſceris, quia ſemper idem es, & immutabilis perſeueras, vnus Deus, pater ingenitus, & vnus Filius eius vnigenitus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & vnus Spiritus ſanctus illuminator & ductor noſtrarum animarum, qui dedit nobis poteſtatem vt infirmos ſaluaremus, &c.* Denique lib 9. narrat, quòd à Thoma Apoſtolo in Trinitatis nomine Indiæ populi baptizati, Trinitatis illico fidem profeſſi ſunt.

Dionyſius Areopagita. Porrò DIONYS. AREOP. libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ c. 1. vbi de diuino C ſacerdotio tractat, ait. *Huius ſacræ functionis initiū eſt, fons vitæ, bonitatis eſſentia, vnica omnium rerum cauſa beatiſſima Trinitas, ex qua ſola bonitatis cauſa quæ ſunt omnia, vt & eſſent, & bene eſſent, acceperunt. Hinc tranſcendenti omnia diuinæ beatitudini Trinæ atque vni (cui ſoli verè eſſe inest modo nobis quidē incognito, ſed ſibi planè perfecto & noto) voluntas quidē eſt rationalis ſalus humanæ, omniſque cœleſtis ſubſtantiæ, &c.* Idem eodē libro, dū de Baptiſmatis ſacramento tractat, Trinam menſionē in nomine ſanctæ Trinitatis fieri docet, vt diximus in vocabulo Baptiſmus, &c. [Idē] libro de diuinis nominibus c. 1. ita loquitur *In omnibus ferme ſanctis libris ad-* D *uertimus diuinitatē ſanctè prædicari, vt ſingularē quidem atque vnicā, ob ſimplicitatem atque vnitatē excellentis illius indiuiduæ, ex qua veluti vnifica virtute in vnū euadimus, diuiduiſque noſtris alteritatibus ſupra mundanum modum conglobatis, in diuinam monadem*

Sobrius ſiue S. [illegible] tatis indagatio *atque vnionem Deū imitatricē colligimur: vt Trinitatē verò propter diuinæ fœcunditatis in tribus perſonis expreſſionē, ex qua omnis paternitas in cœlo & in terra eſt & nominatur: vt vero cauſam omnium rerum, quia omnia per ſubſtantificam ipſius bonitatē vt eſſent acceperūt, &c.* Idē parte 1. cap. 2. multa proſequitur pro aſſertione diuinæ Trinitatis in vna eſſentia *Eſt autem* (ait) *diſcretio in ſupremis eloquiis diuinis, non ea quam dixi ſolum, quod ſecundū ipſam vnionem qualibet participantium perſonarū impermixta atque incō-* E *fuſa firmitate vtatur, ſed quia ineffabilis quoque diuinæ fœcunditatis ratione ad ſeinuicem nequaquā conuertuntur, ſolus enim fons ſuperſubſtantialis deitatis eſt Pater, cum non ſit Filius Pater, neque Pater Filius ſit: ſeruant autē diuinæ laudes honeſtiſſimè proprietates ſuas cuique diuinarum perſonarum Iſta quidem ſunt iuxta ineffabilem coniunctionum ac ſubſtantiā, coniūctiones, ac diſcretiones. Rurſus quod primordialis & fontana ſit deitas Pater, Filius verò & Spiritus ſanctus fœcūdæ deitatis (ſi fas eſt dicere) germina plantata diuinitus, & veluti flores ac ſuperſubſtātialia lumina ex ſcripturis ſanctis accepimus Quonam verò modo [illegible] ſint, neque eloqui, neque intelligere poſſumus, &c.* Hæc Dionyſius.

Ignatius Martyr. Et IGNAT. MARTYR. epiſt 5. ad Philippenſes A Trinitatis myſteriū ita confitetur. *Vnus pater [illegible] nium [illegible] canus nos, vnus quoque & Filius Deus verbum, [illegible] etiam eſt Paracletus Itaq; Dominus mittens Apoſtolos vt docerent omnes gentes,* Matth 28. *præcepit ei[s], vt baptizarent in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti [illegible] um Trinominium, neque in [illegible] es qui humanam n[illegible] ſumpſerunt: [illegible] eiuſdemque hono[ris]. Vnus enim eſt qui factus homo ſit, neque pater is eſt, neque paracletus, ſed ſolus Filius, non opinione, neque imaginatione, ſed veritate Ergo neque tres Patres, neque tres Filij, neque tres Paracleti: ſed vnus eſt Pater, & vnus Filius, & vnus Paracletus, &c.*

Martialis Apoſtolus. Et MARTIAL. APOST. epiſt. ad Burdegalēſes c. 10. ſic eos de myſterio & fide Trinitatis inſtruit B *De myſterio* (inquit) *Trinitatis quam bonus, & beatus, & ſuauis Deus Rex Regum, per noſtram annūciationem reuelare dignatus eſt vobis. Scitote intelligētes, quia vltra omnem ſenſum Angelicarum poteſtatū, & virtutum vera diuinitas excellit, quā impoſſibile eſt etiam a ſpiritibus Angelicis comprehendi. Sola enim Trinitas in diuinitate vnitatis ſeipſam nouit. Hæc enim ante ſecula in claritate ſua æternitatis permanebat, nihil in ſe diminutum, vel quod augeri poſſet intra ſe cōtinens, ſed vnius æternitatis, vnius voluntatis, vnius eſſentiæ, vnius ſanctitatis, vnius puritatis, vltra omnem puritatem, vltra omnem gloriam, in charitate, in veritate, in bonitate habitans, nunc verò in fine temporum propter nos, ad quos bonitatis ſuæ magnitudinem ex-* C *tendit, gloriam tantæ maieſtatis reuelauit ſanctis ſuis, quibus & efficaciam ſuæ virtutis multoties dignanter præbuit: Pater enim genuit & miſit Filium, Filius de Spiritu ſancto incarnatus eſt nihil diminutus à diuinitate maieſtatis ſuæ. Spiritus autem ſanctus in diuina æqualitate glorioſus, proceſſit ineffabiliter ab eo qui genuit, ab eo quoque qui genitus eſt. Itaque ſpiritus Domini non genitus, non factus, non creatus, ſed procedens à Patre & verbo. Verbo autē Domini cœli firmati ſunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Itaque nihil diſcretum in diuinitate Trinitatis ſentiatis, quia nobis vnus & idem Deus, qui cuncta creauit, Pater, & vnus* D *& idem Dominus, per quē omnia facta ſunt Filius eius Ieſus Chriſtus, & vnus idemque Deus ſpiritus ſanctus in quo omnia ſubſiſtunt. Et hæc in perſonis tria diuiſa, in diuinitate vnus Deus indiuiſus eſt. &c.* Hæc Martialis

Deus ante mūdi conditionē, vbi eſſe dicebatur.

Spiritus ſancti proceſſio à Patre & Filio cōtra Græcos, vide ſupra Spiritus ſanctus, &c.

Sixtus 1. Et SIXTVS I. epiſt. 1. ad omnes Epiſcopos & fideles *Vnum verum Deum Patrem & Filium a Prophetis & Apoſtolis ſcimus prædicatum, a quibus etiam Spiritum ſanctum credimus non eſſe diſcretum, Eſaja propheta dicente: Ego ſum Deus, & non eſt alius Deus præter me: & per meipſum iuro, quia exiuit de ore meo veritas, & ſermo meus non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu, & omnis lingua iurabit per Dominum dicens, iuſtitia & gloria ad eum veniet. Et [vt] in hoc teſtimonio Patrem & Filium ſimul fuiſſe cognoſcatis, Paulum Apoſtolum audito dicentem: In* E *nomine* (inquit) *Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium & infernorū, & omnis lingua cōfiteatur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus eſt in gloria Dei Patris, &c.* Vide, Filius, vbi contra eos diſputat qui Filiū Patre minorē aſſeuerabāt. In cōſequēti autē textu pluribus alijs teſtimonijs Trinitatē defēdit perſonarū & vnitatē eſſentię, vt alibi docuim[us]

Eſay. 45. Contra hæreticos ſcripturæ teſtim[oni]is, vide quomodo Trinitatis pandit myſterium.

Philippenſ. 2.

Alexander 1. Porrò ALEX. I. epiſt 1. ad omnes Chriſti fideles: *Fidē* (inquit) *ſanctæ Trinitatis ſic doctā à patribus accepimus. Eſayas nāq; propheta ait: Vidi Dominū Sabbaoth ſedentem ſuper thronū excelsū, & Seraphim ſtabant in circuitu eius, & dicebant ad alterutrum Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabbaoth. Si Trinitas non eſt, quare tertiò ſanctus dixerunt? aut ſi vnitas non eſt, quare ſub trina repetitione vnum Deum*

Vtitur teſtimonijs vt ſeptuaginta interpretati ſunt, ne quiſquam hæſitet.
Geneſ.18.
Exod.3.

A ac Dominum intimauerunt? Si Trinitas non eſt, cur Abraham ad ilicem Mambre ſedens, tribuſque occurrens, vni, Domine, dixit, & non (vt videat) tribus ſalutationis obſequium reddidit? Si vnitas non eſt, cur cum Moyſi Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob tertiò diceret, vnitatem oſtendens, hoc mihi nomen eſt dixit, & non, hæc ſunt nomina noſtra? Si Trinitas non eſt, quare Dauid tertiò dixit. Benedicat nos Deus. Deus noſter, benedicat nos Deus? Si vnitas non eſt, quare cum tertiò Deum nominaſſet, Benedicat, dixit, & non benedicant adiunxit? Si Trinitas non eſt, cur Eſayas denuò dixit: Dominus Deus Sabbaoth, Deus Iſrael qui ſedes ſuper Cherubin? Si vnitas non eſt, cur, qui ſedes, dixit, & non, qui ſedetis? Et poſt alia multa pro-

Pſal.66.
Eſay.37.

B lata teſtimonia infert. Si Trinitas non eſt, quare Dominus diſcipulos ſuos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti vniuerſas gentes miſit baptizare? Si vnitas non eſt, quare in nomine, dixit, & non in nominibus. Si Trinitas non eſt, quare Apoſtolus Paulus ait: Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia? Si vnitas non eſt, quare, ex ipſo, poſuit, & non ex ipſis? Si enim certè certius volueritis vnitatem Trinitatis agnoſcere, à ſæpe dicto doctore gentium Apoſtolo poteſtis vniuerſa condiſcere, & ſequi Catholicam fidem, & horum reſpuere prauitatem. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti (ait) & Charitas Dei, & communicatio ſancti Spiritus. Ipſa eſt Patris & Filij & Spiritus ſancti gratia, & ſic fidem ſanctæ Trinitatis & intelligere, & docere Domino adiuuante pleniter poteſtis, &c. Denique Tri-

Matth.28.
Rom.11.
2.Corinth.13.

C nitatis fidem IVSTINVS MARTYR defendit in Dialogo cum Triphone ſæpiùs, & eiuſdẽ myſterium figuris antiquæ legis & oraculis prophetarum demonſtrat. Similiter & Apologia 1. ad Senatum pro Chriſtianis, & illo ſpeciali libro, quem de ſancta & coeſſentiali Trinitate ſcripſit, ait. Non ſufficit ad parandam ſalutem glorificare Patrem & Filium, ſed ſana Trinitatis confeſſio præſtat fœlicitatem piis repoſitam. Cuius myſteria ita profundè eo libro explicat, vt ſedulus lector aduertet quia prolixior eſſem ſi textum eius insererem. Addit verò poſt multa. Decet igitur (ait) vt vnum Deum confi-

Iuſtinus Martyr.

D teamur. In Patre, Filio, & Spiritu ſancto agnitum, quatenus Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, vnius deitatis dignoſcendo ſubſiſtentias: quatenus autem Deus eſſentiam communem ſubſiſtentiarum intelligendo. Vnitas enim in Trinitate intelligitur, & Trinitas in vnitate noſcitur. Id quomodo fiat nec alios ſcrutari velim, nec ipſe mihi poſſum ſatisfacere, cum arcanos ſermones, luteа, carneaque, ac ſordente lingua contrectare mihi ſit religio. Quamuis enim mens pura nobis ſit inſita, per quam ſæpe celſiora nobis ratiocinando apprehendimus: tamen compare carne grauata hebeſcit ad euidentẽ perceptionem rerum maiorum: quandoquidem terrenum hoc tabernaculum mentem multa cogitantem degra-

E uat. Nullo igitur modo, cum ſimus homines, poſſumus penetrare ad illam primam ac beatam eſſentiam. Quid dico diuinam eſſentiam? imò ne ad myſteria quidẽ eius. Nihil enim diuinum manifeſtum eſt hominibus, ait quidam Græcorum ſapiẽs, &c. Trinitatis pariter myſterium lucidè exponit TERTVLL. CARTHAG. libro aduerſus Praxeam, qui in Trinitatis perſonis & proprietatibus earum errabat. Item libro de Trinitate, vbi ex teſtimonio ſcripturarum, Patrẽ, Filium, & Spiritum ſanctũ apertè confitetur. Trinitatis etiam fidem multi alij vetuſtiſſimi doctores aſtruunt & defendunt, inter quos præcipuè enituerunt CLEM. ALEXAND. ad calcem libri 5. Stromatum. EVSEB. CAESAR. lib. 7. de præparatione Euangelica cap 5. & reliquis, vbi ex Iudæorum libris Filium genitum aſtruit, &

Tertullianus Carthaginenſ.
Clemens Alexandrinus.
Euſebius Cæſarienſis.

A in alijs locis Trinitatem defendit in lege expreſſam: ATHANASIVS Alexandrinus libris de Trinitate contra Arrium. HILARIVS Pictauienſis libris de Trinitate, BASILIVS Magnus libris de Spiritu ſancto contra Eunomium, GREGORIVS Nazianzenus Oratione 24. ad Arianos, & alia oratione in Sanctum lauacrum ac alijs in locis. AMBROSIVS Mediolanenſis libris de Spiritu ſancto, & libris de fide. AVGVSTINVS libris de Trinitate & lib. 2. de ciuitate Dei cap. 10. ac alijs in locis. Etiam Trinitatis myſterium egregiè exponit MARTINVS TVRONENSIS in paruo & ſuccincto tractatu, ſiue confeſſione quam edidit, & quæ inſerta eſt cum ſcholijs

Athanaſius Alexandrinus.
Hilarius Pictauienſis
Baſilius Magn.
Gregorius Nazianzenus.
Ambroſius Mediolanenſis
Auguſtinus Hippon.
Martinus Turonenſis.

B Thomæ Beauxamis Carmelitæ ad calcem vitæ eiuſdem Martini, quæ ſtat poſt libros certaminis Apoſtolici Abdiæ Babylonij. Horum omnium & aliorum facillimè proferrem teſtimonia, ſed prolixitatem deuitans parco labori: quamuis nil aliud omnes dicant, quàm quod iam in ſuperioribus probatum eſt. DAMASVS I. epiſt. 1. ad Paulinum Antiochenum Epiſcopum: Si quis (ait) non dixerit ſemper Patrem, ſemper Filium, ſemper Spiritum ſanctum eſſe, anathema ſit. Si quis non dixerit, Filium natũ de Patre, id eſt, de ſubſtãtia diuina ipſius, anathema ſit. Si quis non dixerit, Deum verum Filium Dei, ſicut Deum verum Patrem eius, & omnia poſſe, & omnia noſſe, & patri æqualem, anathema ſit. Si quis

Damaſus I.
Concluſiones fidei cùm anathemate in contrarium opinantes.

C dixerit, quod in carne conſtitutus Filius Dei, cũ eſſet in terra in cœlis cum Patre nõ erat, anathema ſit. Et poſt multa de incarnationis myſterio, ſubdit. Si quis non dixerit, Patris & Filij & Spiritus ſancti vnam diuinitatem, poteſtatem, maieſtatem, potentiam vnam, gloriam, dominationem, vnum regnum, atque vnã voluntatem & veritatem anathema ſit. Si quis tres perſonas nõ dixerit veras Patris & Filij & Spiritus ſancti, æquales ſemper viuentes, omnia continentes, viſibilia & inuiſibilia, omnipotentes, omnia iudicantes, omnia viuificantes, omnia facientes, omnia ſaluantes, anathema ſit. Si quis dixerit, Spiritum ſanctum adorandũ ab omni creatura ſicut & Filium & Patrem, anathema ſit. Si

D quis de Patre & Filio bene ſenſerit, de Spiritu autem ſancto nõ rectè habuerit, hæreticus eſt: quia omnes hæretici de Filio Dei, & de Spiritu ſancto malè ſentiẽtes in Iudæorum atque Gentilium perfidia inueniũtur. Quod ſi quis partiatur Deum Patrem, dicens & Deum Filiũ eius, & Deum Spiritum ſanctum, Deos dici, & non Deum, propter vnam diuinitatem & potentiam, quam credimus eſſe, & ſcimus Patris & Filij & Spiritus ſancti, Deum verum, ſubtrahens autem Spiritum ſanctum & Filium, ita ſolum exiſtimet Deum Patrem dici aut credi vnum Deum, anathema ſit. Nomen enim Deorũ, & Angelis & ſanctis omnibus a Deo eſt impoſitum & donatum de Patre autẽ & Filio & Spiritu ſancto, propter vnam & æqualem diuinitatem, non nomen Deo-

E rum ſed Dei nobis oſtenditur atque indicatur, vt credamus, quia in Patre & Filio & Spiritu ſancto ſolum baptizamur, & non in Archangelorum nominibus & Angelorum, quomodo hæretici, & Iudæi, aut etiã Gentiles dementes. Hæc eſt ergo ſalus Chriſtianorũ, vt credẽtes Trinitati, id eſt, Patri & Filio & Spiritui ſancto, & in eam baptizati, verã ſolamq; vnã diuinitatẽ, potentiã, maieſtatem, & ſubſtantiam eiuſdem ſine dubio credamus, &c. Verùm plura lege ex Concilijs Generalibus in vocabulo, Symbolũ. Eandẽ omnino confeſſionẽ nec diſſimilibus multũ verbis Patres Cõcilij TOLET. I. ediderunt contra Priſcillianiſtas, quam reperies ad calcem eiuſdem Concilij. Vide quoque in vocabulo, Chriſtus Conciliũ CARTHAG. II. ſub Syricio 1. can. 1. Sicut à pa-

Concilium Toletanum 1.
Concilium Carthaginenſe 2. ſub Syricio.

tribus

A *tribus certa diſpoſitione accepimus Trinitatem, quam in noſtris finibus cõſecratam retinemus, Patris & Filij & Spiritus ſancti vnitatem, qua nullum noſcitur habere notitiam, ſicut didicimus Dei populos inſtruimus. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt. Planè ſic accepimus, ſic tenemus fidem Apoſtolicam ſequentes.* Præterea LEO I. epiſt 91. ad Turibium Aſturienſem Epiſcopum contra Priſcillianiſtas cap. 1. *Catholica* (inquit) *fides Trinitatẽ vnitatis ſic homouſion cõfitetur, vt Patrem & Filium & Spiritum ſanctum ſine confuſione indiuiſos, ſine tempore ſempiternos, ſine differentia credat æquales: quia vnitatem in Trinitate non eadem perſona, ſed eadem implet eſſentia.* Et cap. 2 eiuſdem epiſtolæ eádem fidem defendit contra

Leo I.

B Arrianos, qui tũc Patrem dicebant cœpiſſe quãdo Filium genuerit. Et cap. 3 agit pro eadem fide contra Photinianos, qui Chriſtum prædicant ex matre habuiſſe initium. *Quando* (inquit) *de matre is natus ſit, qui erat Deus verbum, & de Patre nemo ſit genitus præter verbum.* Et Concilium BRACARENSE I. eadem defendit contra Priſcillianiſtas cap. 1 & 2. HORMISDA I. epiſt. 1. ad Iuſtinum Imperatorem contra hęreſim Neſtorij & Eutichetis cap. 2. *Vnum eſt* (ait) *ſancta Trinitas non multiplicatur numero, nec creſcit augmento, nec poteſt aut intelligentia comprehendi, aut hoc quod Deus eſt diſcretione ſeiungi. Quis ergo illi ſecreto æterna impenetrabiliſque ſubſtantia, quod neque vlla viſibilium vel*

Concilium Bracarenſe I. Hormiſda I. Papa.

C *inuiſibilium creaturarum potuit inueſtigare natura, prophanam diuiſionem tentet ingerere, & diuini arcani myſterium reuocare ad calculum moris humani? Adoremus Patrẽ & Filium & Spiritum ſanctum, indiſtinctam diſtinctè, incomprehenſibilem & inenarrabilẽ ſubſtantiam Trinitatis: vbi & ſi admittit numerum ratio perſonarũ, vnitas tamen non admittit eſſentiæ ſeparationẽ: ita tamen, vt ſeruemus diuinæ propria naturæ, ſeruemus propria vnicuique perſonæ, vt nec perſonis diuinitatis ſingularitas denegetur, nec ad eſſentiam hoc quod eſt proprium nominum transferatur. Magnũ eſt ſanctæ & incomprehenſibile myſteriũ Trinitatis, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſãctus Trinitas indiuiſa. Et tamen notũ eſt, quia proprium eſt Patris, vt ge-*

D *neraret Filiũ, propriũ Filij Dei, vt ex Patre Patri naſceretur æqualis, propriũ Spiritus ſãcti, vt de Patre & Filio procederet ſub vna ſubſtantia deitatis, &c.* Idem iterum epiſt. 6. quæ eſt ad Epiphanium Epiſcopũ Conſtantinopolitanum, iterum de Trinitatis myſterio tractat, quæ lecta eſt coram patribus Concilij generalis 5 actione 1. *Vnam* (inquit) *& nõ diuiſam confitemur Trinitatis ſubſtantiam, & tamen propriam proprietatem ſeruamus vnicuique eſſe perſonæ. Vnam enim Patris cõfitemur eſſe perſonã, vnam Filij Dei cum aſſumpta carne, vnam Spiritus ſancti: & perſonas proprietatibus ſignificatas, & per vnitatem ſubſtantiæ*

Spiritus ſanctus à patre & filio procedit.

E *inſeparabile Trinitatis myſterium cõfitemur, neq; enim poſſibile eſt dubitare verbum Dei in viſceribus matris per carnem, humanam aſſumpſiſſe naturam, & non diuiſam poſt vnionem naturarum ab ipſo facta in vulua. Sicut enim non eſt in ipſo humanitas ſine Deo facta, ſic in crucem impaſſibilis deitas non eſt carnis paſſione diuiſa, &c.* Vide Chriſtus, &c. Denique BENED. I. epiſtola vnica, quæ eſt ad Dauid Epiſcopũ, ex ſacræ ſcripturæ fontibus hauſit Trinitatis luciſſimam confeſſionem, imitatus illos quos iã ſuperiori pagina citauimus: vnde non reor expediẽs recenſere Hanc porrò fidẽ quàm Hormiſdas I ſupra expreſſit. CLERICI HIEROSOL. Antiocheni & 2. Syriç epiſtola deprecatoria miſſa ad Iuſtinum Auguſtum, ſe profitentur credere & tenere per omnia. Et Concil. GENER. V. ſub

Benedictus I.

Clerici Ieroſolymitani Antiocheni & 2 Syriæ.

A Iuſtiniano Imperatore collatione 8. in concluſione Concilij anathematiſmata poſuit, quorum primum eſt. *Si quis non confitetur, Patris & Filij & Spiritus ſancti vnam naturam ſiue ſubſtantiam, & vnam virtutẽ, & poteſtatem. Trinitatem cõſubſtantialem, vnam deitatem in tribus ſubſiſtentiis ſiue perſonis adorandã, talis anathema ſit. Vnus enim Deus & Pater, ex quo omnia, & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & vnus Spiritus ſanctus, in quo omnia.* Et IVSTINIANVS IMPER. qui huic Cõcilio interfuit, epiſtola ad Ioãnem Papam II. qua ſymbolum ſuę fidei declarat, ait, *Confitemur credere in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, Trinitatẽ conſubſtantia-*

Concilium generale Conſtantinopolitanum 2.

Iuſtinianus Imperator.

B *lem, vnam deitatem ſiue naturã, & ſubſtantiã, & virtutem, & poteſtatem in tribus ſubſiſtentiis ſiue perſonis adorãtes, in quibus baptizati ſumus, in quas credimus, & quibus confeſſionem dedimus proprietates quidẽ ſeparantes, Deitatem autem vnientes. Vnitatem enim in Trinitate, & Trinitatem in vnitate adoramus, mirabilem habentem & diuiſionem & vnitionem. Vnitatem quidem ſecundum rationem ſubſtantiæ ſeu deitatis: Trinitatem autem ſecundum proprietates vel ſubſiſtentias ſiue perſonas. Diuiditur enim ſine diuiſione (vt ſic dicamus) & coniungitur diuiſa. Vnum enim eſt deitas in tribus, & tria vnum, in quibus deitas eſt. Aut (vt ſubtilius dicamus) ipſa tria eſt deitas, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus, cum vnaquæque perſona ſolũ intelligitur mente ſeparante inſeparabilia: Et tria*

Subtilis planè fidei elucidatio Chriſtiani Principis.

C *vnus Deus, cum ſimul intelliguntur, propter eandem virtutem, eandémque naturam, quam oportet & vnum Deum confiteri, & tres ſubſiſtentias prædicare ſeu tres perſonas, & vnamquamque in ſua proprietate. Et vnitatem confitentes cõfuſionem non facimus ſecundũ Sabellium dicentem, Trinitatem vnam eſſe perſonam, trinominem eundem Patrem & Filium & Spiritum ſanctum: nec diuidentes proprietates, alienamus à Deo Patris ſubſtantia Filium aut Spiritum ſanctum ſecundũ Arrij furorem, in tres diuerſas naturas incidentes deitatem. vnus igitur Deus Pater, ex quo omnia, & vnus vnigenitus Filius, per quem omnia, & vnus Spiritus ſanctus, in quo omnia, &c.* Multa autem affert Patrũ

Error Sabellij

Error Arrij.

D teſtimonia hanc doctrinã confirmantia ſed miſſa facimus ob prolixitatem. Eandẽ omnino confeſſionem ZENO IMPER. cõpoſuit & tranſmiſit ad populos & Epiſcopos Alexandriç, Ægypti, Lybiæ, Pentapolis, &c vt refert Liberatus Carthaginenſis in breuiario de cauſa Neſtoriana cap. 18 & Nicephorus Calliſtus lib. 16. cap. 12. Eandẽ quoq; edidit confeſſionem RECCAREDVS REX. & eã obtulit patribus TOLET. III. Concilij ſub Pelagio II ibique inſerta & lecta eſt cap. 2. in hunc modum *In Deũ ſic tota deuotione credimus, quemadmodũ per ſcripturas ſacras ſe intelligi voluit & credi præcepit, id eſt, vt confiteamur eſſe patrem, qui genuerit ex ſubſtãtia ſua Filium ſibi & coæqualem & coæternum.*

Zeno Imperator.

Reccaredus Rex Gothorũ & Sueuorum.

E *Non tamen vt idẽ ipſe ſit natus & genitor, ſed perſona alius ſit pater qui genuit, alius ſit filius qui fuerit generatus: vnius tamen vterque ſubſtãtiæ in diuinitate ſubſiſtat. Pater ex quo ſit filius, ipſe verò ex nullo ſit alio. Filius qui habeat patrem, ſed ſine initio, & ſine diminutione in ea, qua patri coæqualis & coæternus eſt, diuinitate ſubſiſtat. Spiritus ſanctus confitendus à nobis eſt, & prædicãdus à Patre & Filio procedere, & cum Patre & Filio vnius eſſe ſubſtantiæ: tertiã verò in Trinitate Spiritus ſancti eſſe perſonam, qui tamen communem habeat cum Patre & Filio diuinitatis eſſentiam. Hæc enim ſancta Trinitas, vnus Deus eſt, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, cuius bonitate omnia licet bona ſint condita creatura, per aſſumptã tamen à Filio humani habitus formam, à damnata progenie reforma-*

Spiritus ſanctus à Patre & Filio procedit

A *mur ad beatitudinem priſtinam. Sed ſicut vera ſalutis indicium eſt, Trinitatem in vnitate, & vnitatem in Trinitate ſentire: ita erit conſummata iuſtitia, ſi eandem fidem intra vniuerſalem Eccleſiam teneamus, & Apoſtolicam vnitatem in Apoſtolico poſiti fundamento ſeruemus*, &c. Tanta igitur fuit prædicti Regis fides & deuotio, vt Deus illi omnem Sueuiam & Gothorum gentem ſubegerit, & per eius monita ad S. Trinitatis confeſſionem perduxerit. Nec contentus ipſe fuit hanc confeſſionem præfato Concilio præſentare ſed & publicè fidem Nicæni Concilij, & Conſtantinopolitani 1. & Chalcedonenſis, & aliorum generalium Conciliorum profeſſus eſt coram patribus, & cum deuotiſſima coniuge Badda Concilio ſubſcripſit vt ex actibus eiuſdem Concilij liquet. Eadem eſt confeſſio HERACLII IMPERATORIS, & CAROLI MAGNI. Vide ſuprà in vocabulo, Symbola diuerſa patrum. Hanc porrò Trinitatis confeſſionem patres iam dicti Concilij TOLETANI III. deuotè amplexati ſunt, & ei ſubſcripſerunt, & anathema dixerunt contrarium opinantibus aut ſcribentibus, & ſanctus rex præcipuè. *Si qui de ſuis Eccleſia hanc rectam & ſanctam confeſſionem noſtram minimè credere voluerint, iram Dei cum anathemate æterno percipiant, & de interitu ſuo fidelibus gaudium, infidelibus ſint in exemplum. Hanc verò confeſſionem mea ſanctis Conciliorum conſtitutiones contexui, & teſtimonio diuino tota cordis ſimplicitate ſubſcripſi*, &c. Tum reliqui patres ſubſcribentes omnibus anathema maranatha dixerunt, qui eam fidem impugnare niterentur. Eandem penitus confeſſionē RECESVINTHVS REX Hiſpaniæ & Gothorum edidit, quam ſimiliter præſentauit patribus Concilij Toletani 8 ſtatim initio primi congreſſus. *Nolo* (ait) *vos ambigere me Orthodoxæ fidei veram ſanctam, & ſynceram regulam de corde puro, & conſcientia bona pleniſſimè habere, veraciter ſcire, firmiſſimè retinere, atque eam ita complecti venerari atque diligere, ſicut eam ſancta Apoſtolica traditio docet, ſicut eam ſancta Nicæna ſynodus conſtituit, ſicut Conſtantinopoli ſanctorum patrum congregatio definiuit, ſicut Epheſinis primi cœtus vnitas affirmauit, ſicut Chalcedonenſis Concilij definitio protulit. Hanc cum fidelibus ſeruans, ad hanc ſaluandos infideles inuitans, in hac ſubiectos populos regens, hanc proprijs gentibus tenendam inſinuans, hanc populis alienis annuncians, vt in illa glorificans Deum: & inter mortales me ſummæ diuinitatis fœlicitas aſſequatur, & in terra viuentium hereditas à me gloriæ capiatur.* Eadem Concilium CABILONENSE I. can. 1. & Concilium TOLETANVM XI. Verùm omnia require ſuprà in vocabulo, Symbolum, &c & Chriſtus, & Spiritus ſanctus, &c. Et eandem fidem docet Turcarum principem Mahometum 2. PIVS II epiſtola elegantiſſima, & doctrinis varijs refertiſſima, quam nos non ita pridem Gallicam fecimus, & annotationibus opportunis illuſtrauimus. Eandem fidem ADRIANVS I. libro ad Carolum magnum pro defenſione 7 generalis 7. docet, & ex verbis Auguſtini ſic Trinitatis myſterium pandit. *Si dicamus tres perſonas patrem, & filium & Spiritum ſanctum, quemadmodum dicuntur aliqui tres amici, aut tres propinqui, aut tres vicini, quod ſint ad inuicem, non quòd vnuſquiſque eorum ſit ad ſeipſum. Quapropter quilibet ex eis amicus eſt duorum cæterorum, aut propinquus, aut vicinus: quia hæc nomina relatiuam ſignificationem habent.* Idem Auguſtinus lib 8 de Trinitate. *Tantam eſſe æqualitatem in ea trinitate dicimus, vt non ſolum pater non ſit*

Principis admirabilis fides vigor & feruor & deuotio.

Heraclius Imperat. Carolus Magnus.

Concilium Toletanum 3.

Reccaredus.

Receſuinthus rex Gothorum.

Concilium Cabilonenſe Concilium Toletanum 11.

Pius 2.

Adrianus 1.

Auguſtinus Hipponēſis libro 7. de Trinitate.

A *maior quàm filius, quod attinet ad diuinitatem. Sed nec pater & Filius ſimul maius aliquid ſint quam Spiritus ſanctus, aut ſingula quæque perſona quælibet trium minus aliquid ſit, quam ipſa Trinitas*, &c. Lege Athanaſij epiſtolam ad Epictetum Corinthiorum Epiſcopum, & Sophronij confeſſionem miſſam Sergio Conſtantinopolitano Epiſcopo, quæ habetur actione 1. Generalis 6 Synodi, vt in varijs vocabulis citauimus. Porrò Concilium LATERANENS ſub Innocentio 3 cap. 1 contra Abbatem Ioachim Trinitatem conſtanter ac doctiſſimè diſſeruit, vt poſuimus in vocabulo Symbolum, ad calcem, & addit *Nos autem, ſacro & vniuerſali Concilio approbante. Credimus & confitemur cum Petro* B *Lombardo, quòd vna quædam ſumma res eſt incomprehenſibilis quidem, & ineffabilis, quæ veraciter eſt, Pater & Filius & Spiritus ſanctus, tres ſimul perſonæ, ac ſingulatim quælibet earumdem. Et ideo in Deo Trinitas eſt ſolummodo non quaternitas, quia quælibet trium perſonarum eſt illa res, videlicet ſubſtantia, eſſentia ſiue natura diuina, quæ ſola eſt vniuerſorum principium, præter quod aliud inueniri non poteſt. Et illa res non eſt generans, neque genita, nec procedens, ſed eſt pater qui generat, filius qui gignitur, & Spiritus ſanctus qui procedit, vt diſtinctiones ſint in perſonis, & vnitas in natura. Licet igitur alius ſit Pater, alius Filius, alius Spiritus ſanctus, non tamē aliud, ſed id quod eſt Pater eſt Filius & Spiritus ſanctus. Idem* C *omninò, vt ſecundum orthodoxam & Catholicam fidem conſubſtantiales eſſe credantur. Pater enim ab æterno filium generando ſuam ſubſtantiam illi dedit, iuxta quod ipſe teſtatur. Pater quod dedit mihi maius eſt omnibus: ac dici non poteſt, quod partem ſuæ ſubſtantiæ illi dederit, & partem retinuerit ipſe ſibi, cum ſubſtantia patris indiuiſibilis ſit, vt potè ſimplex omninò. Sed nec dici poteſt, quod pater in filium tranſtulerit ſuam ſubſtantiam generando, quaſi ſic dederit eam filio, quòd non retinuerit ipſam ſibi, alioquin deſiiſſet eſſe ſubſtantia. Patet ergo quod ſine vlla diminutione filius naſcendo ſubſtantiam patris accepit, &* D *ita Pater & filius habent eandem ſubſtantiam. Et ſic eadem res eſt Pater & Filius, nec non & Spiritus ſanctus ab vtroque procedens. Cùm ergo veritas pro fidelibus ſuis ad patrem orat: volo (inquiens) vt ipſi ſint vnum in nobis ſicut & nos vnum ſumus: hoc nomen, vnum, pro fidelibus quidem accipitur, vt intelligatur vnio charitatis in gratia, pro perſonis verò diuinis, vt attendatur identitatis in natura vnitas, quemadmodum veritas alibi ait. Eſtote perfecti (perfectione ſcilicet gratiæ) ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt, ſcilicet perfectione naturæ vtraque videlicet ſuo modo, quia inter creatorem & creaturam non poteſt tanta ſimilitudo notari, quin inter eos maior ſit diſſimilitudo notanda*, &c. Trinitatem etiam GENNADIVS SCHOLARIVS Conſtantinopolitanus patriar-* E *cha exemplis rerum naturalium probat, in dialogo cum Amurathe principe turcarum, videlicet exemplo Solis, radiorum eius, & ſplendoris, & alijs pulchris ſimilitudinibus. Quod & facit IOANNES CHRYSOSTOMVS in doctiſſimo tractatu de S. Trinitate. Plura ſunt quidem teſtimonia, quæ breuitatis cauſa omitto, quæ in alijs vocabulis reperies. Denique Concilium AVGVSTENSE ſub Othone Card. c. 1. & Concilium MOGVNTINVM IV. cap. 2. Et Concilium TREVARENSE II. c. 1 præmittunt conſimilem ſuperioribus Trinitatis confeſſionem. Lege obſecro vocabula, Chriſtus, Filius, Deus, Spiritus ſanctus, Vnio, Symbolum, &c. Et quod ſequitur.

Cōcilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. generaliſſimū patrum 1215.

Ioannis 10.

Ioann 17.

Aliter vnum ſunt fideles, aliter diuinæ perſonæ.

Gennadius Scholarius.

Ioannes Chryſoſtomus.

Concilium Auguſtenſe. Concilium Moguntinū 4. Concilium Treuerenſe 2.

TRISAGIVM.

Nicephorus Calliſtus. Euagrius Epiphanienſis.

Triſagium hymnus eſt Eccleſiaſticus, qui, vt NICEPHORVS CALLISTVS libro 14. hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap 46 & EVAGRIVS EPIPHANIENSIS lib. 1. hiſtoriæ Eccleſiaſt cap. 17. teſtantur, ſub Theodoſio Iuniore, & Proclo Conſtantinopolitano, Conſtantinopoli auditus eſt ab Angelis decantari, referente puero, qui in aëra ſublatus eſt, vt ſuprà hiſtoriam ad longum recenſuimus, vocabulo, Litania. Hymnus autem talis eſt. *Sanctus Deus. Sanctus fortis. Sanctus immortalis, miſerere noſtri.* Dicitur autem Triſagium, hoc eſt, ter ſanctus, Angelorum hymnus Deum Trinum & vnum celebrantium.

Triſagiũ quid notet.

Quintianus Eſculanus Epiſcopus.

Huius Triſagij meminit QVINTIANVS ESCVLANVS Epiſcopus in confeſſione ſua fidei, quam miſit ad Petrum Antiochenum Epiſcopũ.

Anthſon Arſinois Epiſcop.

Eundem Petrum Antiochenum ANTHSON ARSINOIS Epiſcopus, epiſtola ad eundem miſſa, quæ habetur in initio 5. generalis Synodi, grauiter hæreticum arguit, eo quod additionem crucis in illo Triſagio adiungeret. Si (inquit) *Chriſtum negas crucifixum, & Triſagio paſſionem adiungis: quomodo non ſubintraſti anathematizationem? Paulus eſt, qui anathematizat vas electionis: Si quis (ait) vobis euangelizet præter quod accepiſtis, anathema ſit. Ego enim non iudicaui me ſcire aliquid in vobis, niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum. Præcipias ergo, id eſt, aſſumas Chriſtum, & crucem noli negare, non alterum pro altero. Plurimi enim ſunt crucifixi, vnus autem qui propter nos. Porta ergo in cruce iſtius nomen, vt non alium ſuſpiceris dicere crucifixum, quoniam ſcis quod multa ſunt inſidiæ doloſi. Propter hoc trecenti & decẽ & octo Patres, & centum quinquaginta, vnum Dominum Ieſum Chriſtum crucifixum tradiderunt, & non triſagiũ. Qui autem iudicant ſeipſos eſſe meliores legiſlatores, quam iſti patres: quomodo non oſtendunt ſe ab iſtis alienos? &c.*

Galath. 1. 1. Corinth. 2.

Fauſtus Apollonidæ Epiſc.

Eadem tractat FAVSTVS APOLLONIAE Epiſcopus, epiſtola ad eundem Petrũ Antiochenum, diſputans contra eos, qui ſcandalizabantur, & Ieſum Deum immortalem dicebant crucifixum, tanquam aliquid Deitas pateretur: quos Deipaſſionarios, ſeu Theopaſchitas vocat, obiiciens eis fidem Patrum Chalcedonenſis Concilij, qui duas in Chriſto naturas conſiderarunt, vnam immortalem, alteram paſſibilem, quæ eſt caro noſtra. *Et vtrunque (ait) oportet nos confiteri. Quorum vnioni nõ des diſcordiã, neque ſcindas Deum a carne, & non vociferaberis Neſtorianus: neque diſtinctionem Chriſti naturarum negabis, & non ſuſpicaberis eſſe Eutychianiſta: & non confundas Deum paſſionibus carnis, & non diceris Apollinariſta: neque impaſſibili & immortali ſuperbè addas, Chriſtum crucifixum, & non aſſeueres quadriſanctum Deum, & non eris habitus Manichæus: neque in triſagio poſt Deum Patrem, & fortem ipſius filium, & immortalem Spiritum ſanctum, addas Chriſtum crucifixum, & non habebis Samoſateni hæreſim: & non redarguaris quaternitatem ſapiens non Trinitatem, neque Trinitatẽ in Chriſtum in duplicas, ipſum Patrem & Filium & Spiritum ſanctum dicens, & non ſubibis Sabellij pœnam, &c.*

Pãphilus Abydarum Epiſc.

Eadem omnino reperit PAMPHILVS ABYDARVM Epiſcopus, epiſtola ad eundem Petrum Antiochenum hæreticum, quæ habetur cum ſuperioribus in initio Concilij generalis 5. qua eum omnibus Hæreſiarchis ſimiliter vt Fauſtus prædictus, prædicat æqualem.

Aſclepiades Trallianorum Epiſcop.

Similiter & ASCLEPIADES TRALLIARVM Epiſcopus, epiſtola ad eundem Petrum. *Additio (inquit) crucis in triſagio impia, blaſphemia eſt.* Recenſet autem hi-

A ſtoriam quomodo ſub Proclo hymnus iſte Triſagium in aëre auditus eſt à puero eleuato, vt iam diximus, in hunc modum: *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miſerere noſtri.* Hic autem hymnus cum (ſicut & adhuc fit) in omnibus Eccleſijs frequentari cœpiſſet, huic Triſagio Petrus prædictus addidit crucem, & appoſuit. *Præter Deũ (ait) & ſanctos Patres, Patrem confundens Filio & Spiritui ſancto, in Triſagio vocans crucem, tanquam pater non eſſet pater ſolum, ſed & filius. & filius non eſſet filius ſolum ſed & ſpiritus: & Spiritus ſanctus non eſſet ſpiritus ſolum, ſed & filius. Propter hoc (infert) ſi quis apponat in triſagio crucem præterquã filio Dei, anathema ſit. Si quis diſtinguit vnam ſubſtantiã Trinitatis, anathema ſit. Si quis vnum filium diuidit in dualitatem filiorum, anathema ſit. Si quis Deum verbum* B *& carnem vnam dicit naturam, ignorans naturarum differentiam, anathema ſit. Etenim credimus, quod vita vita eſt, & non coincidit in mortem.* Hæc Aſclepiades.

Iuſtinianus Siciliæ Epiſcop.

Eadem etiam ſcribit IVSTINIANVS SICILIAE Epiſcopus, epiſtola ad præfatum Petrum Antiochenum hæreticum, cuius doctrinæ ſuperiorum Patrum doctrinæ conformis eſt.

Fœlix 3.

Sed & FOELIX III. Papa eundem Petrum ſede expulit, duabus epiſtolis ad eum miſſis.

Quintianus Camulianus ſeu Aculianus Epiſcop.

Acacius Conſtantinopolitanus Epiſcop.

Similiter contra eundem ſcripſit QVINTIANVS ACVLIANVS, ſeu Camulianus Epiſcopus, epiſtola ad eundem Petrum miſſa, & aliàs à nobis memoratus in ſuperioribus ACACIVS CONSTANTINOPOLITANVS Epiſcopus, epiſtola ad eundem. Porrò eſt alia epiſtola Fœlicis III. C memorati ad Zenonem Imperatorem, qua eum ſede deturbatum iuſto iudicio narrat, quia in triſagio ſic appoſuerat: *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, qui crucifixus es pro nobis, miſerere noſtri.* In quibus omnibus epiſtolis eadẽ ſemper refertur ſentẽtia, quæ & in ſuperioribus comprehenſa eſt. Aperiuntur autẽ Trinitatis profunda myſteria, quæ non ſunt huius temporis euoluere, repoſita autem ſunt in vocabulis, Chriſtus, Filius, Symbolum Trinitas, &c. Duodecim autem anathemata ei Quintianus præfatus infert, vt his correctus reſipiſcat, quibus eũ duodecim * Hæreſiarchis diuerſæ ſententiæ probat æqualẽ, quo D rum dogma in prædicto triſagio nitebatur inducere. Exhortatur tandem, à prædicto Fœlice III. vt depoſitis infidelitatis exuuijs confiteatur animatam incarnationem, ſecundum quam Chriſtus paſſus eſſe memoratur: neque quod increatum & immortale eſt creaturæ applicet: neque Deorum pluralitatem affirmare pergat, dicẽs vnum ſanctæ Trinitatis mortuum eſſe, & ſic ſanctam Trinitatem paſſibilem. Quod ſi non velit reſipiſcere, à Zenone Imperatore perpetuum ei ſe impetraturũ minatur exilium.

* ſcilicet Photino, Manichæo, Samoſateno, Ario, Sabellio, Neſtorio, Valentino, Marcioni, Apollinari, Eutycheti, Artemio, & Baſilidi, &c.

Ioannes Damaſcenus.

Credo quod & hic ſit ille Petrus Gnaphæus vocatus, contra quem etiam pro illa additione in triſagio diſputat IOANNES E DAMASCENVS, lib. 3 Orthodoxæ fidei, cap. 10. vbi ſic loquitur. *Hanc additionem in triſagio ab inſano vanèque ſentienti Petro Gnaphæo factam diffinimus blaſphemam eſſe, vt quartam inducentem perſonam, &c.* Tum authoritatibus Patrum contra eundem dimicat. Vide textum ſi vacat.

Concilium Conſtantinopolitanũ 5. generale.

Contra eundem Gnaphæum, Concilium GENERALE VI. decretum propoſuit, & ſententiam eius condemnauit, cano. 81 & præcipit, ne cuipiam liceat huic doctrinæ adhærere, ſed omnes Patrum orthodoxorum ſententiam ſequantur. Vide in vocabulo, Chriſtus duabus conſtãs naturis, &c. & alijs præmiſſis vocabulis.

TVRCA.

Ioànes Ekius.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Belligerandum in Turcas defendit authoritate ſacræ ſcripturæ IOANNES EKIVS vir doctiſſimus in locis cõmunibus. & nos illud probauimus in vocabulo. Bellum. Vide ergo ibidem, & ex Concilio LATERANENSI ſub Alexandro III. pat.1 cap.24. vbi excommunicantur qui Turcis auxilium tulerint contra Chriſtianos, &c.

TYPOGRAPHVS.

Typographi non imprimant libros ſine licentia.] Poſuimus ſuprà in vocabulo, libri imprimendi viſitentur, &c. Vide ergo.

V

VASA SACRA.

Vaſorum ſacrorũ antiquiſſimus vſus defenditur.] Qui veteris teſtamenti hiſtorias reuoluerit, agnoſcet facilè ſacra vaſa cultui ſemper diuino fuiſſe dedicata. Simul agnoſcet qua pœna affecti ſint illi, qui indignè ſacra vaſa tractauerint, & quomodo Balthaſar Rex Babylonius punitus ſit & Marcus Craſſus in bello Parthico miſerè trucidatus, eo quod ſacra vaſa polluerat, & Antiochus ſimiliter. Verùm vſum antiquiſſimum vaſorum ſacrorum fruſtra probare conantur, cum nemo eat inficias non tantũ in veteri lege, ſed & in noua ab initio fuiſſe in maxima veneratione, vt in multis anteà vocabulis inſinuatum eſt, & ex ſubſequentibus patebit diſtinctionibus. Vaſorum autem ſacrorum meminit CLEMENS I. epiſt. 2 ad Iacobum fratrem Domini. & allegatur à Gratiano de conſecrat. diſtinct.1 cap. Altaris palla, &c. *De vaſis* (inquit) *ſacris ita gerendum eſt, &c.* Vide infrà, Veſtes ſacræ. &c Et eadem epiſtola. *Calicem ad perferendum ſanguinem Domini preparatum, cum tota munditia miniſterium n.r preparet, ne non bene lotus calix Diacono peccatum ... offerenti, &c.* Vide vocabulo, Euchariſtia. &c. Et CANON APOSTOLORVM 72. *Vas aureum, vel argenteum, vel velum ſanctificatum, nemo amplius in ſuum vſum conuertat: hoc ſit enim præter ius & contra leges. Si quis autem deprehenſus fuerit, m... tur, &c.* Vaſorum ſacrorum ex BASILIO MAGNO meminimus, & ex AMPHILOCHIO ICONII ſuperiùs. Similiter de ſacris vaſis egimus in vocabulo, Dedicatio Qualiter autem honoranda ſint diximus ex OPTATO MILEVITANO & HIERONYMO STRIDONENSI ſuperiù. Lege in his & alijs pluribus locis, ſi velis de vaſis ſacris ſanctorum Patrum teſtimonia legere. Antiquiora autem his omnibus teſtimonia proferemus. Narratur VRBANVS I. vt refert Damaſus I. & Platina in eius vita, miniſteria ſacrata feciſſe omnia argentea, & patenas argẽteas. Et CONSTANTINVS MAGNVS atque mater eius Helena commendantur ab hiſtoriographis quod Romanã Eccleſiã varijs donarijs & ſacris vaſis decorarunt. & poſteà Hieroſolymis templũ ornauerunt, vbi vaſa ſacra maximi prorſus pretij repoſuerũt. Vide Nicephorum libro 8. cap.50. & alibi. Tam aperta autem & nota ſunt iſta vt probatione prolixiori non egeant Qui Conſtantinus etiam Nicolao viro ſancto. referente Leonardo Iuſtiniano in eius vita, vaſa ſacra in vſum ſacri miniſterij cõtulit Et SIMEON METAPHRASTES in vita Martiani viri Dei. *Iam verò* (ait) *domum venerandæ illuminationis, aut eam, quæ eſt conſtituta ad reponenda vaſa ſacra, & donaria, quomodo quis dicens non minus dixerit, quam poſtulet operũ dignitas? Ipſorum autem vaſorum multitudinem, aut materiam, aut artem qua velit oratione perſequi, ſciet omnino ſe ea ſolum mirari poſſe, non lingua exprimere, &c.* Refert NICEPHORVS CALLISTVS, lib.13 cap.21. quod ſancto Ioanne Chryſoſtomo mulctato iniuſtè exilio, diuina vindicta templum concrematur, excepta illa ædicula, in qua ſacra vaſa aſſeruabantur. Vide infrà teſtimonia ex AMBROSIO MEDIOLANENSI. Denique HIERONYMVS contra Vigilantium ſacrorum vaſorum meminit, & in Epitaphio Nepotiani, vt dicemus ſuis locis, & nos in vocabulo, Reliquiæ, &c. Porrò vide quod ſequitur.

Clemens 1.

Vaſa ſacra ... affectu ...

Canon Apoſtolorum.

Baſilius Magnus. Amphilochius Iconij

Optatus Mileuitanus. Hieronymus Stridonenſis

Vrbanus 1.

Conſtantinus Magnus.

Simeon Metaphraſtes.

Nicephorus Calliſtus.

Ambroſius. Hieronymus.

Vaſa ſacra quibus conceditur tractare vel non.] Arbitror ſat in dictione, Clericus, &c. dixiſſe, ne clerici inferioris ordinis vaſa ſacra non contrectent. Huius rei meminimus etiam in vocabulis, Diaconus, Subdiaconus, &c. Vnde & SIXTVS I. epiſt 2 ad omnes Epiſcopos. & allegat Gratianus de conſecrat. diſtinct 1 cap. In ſancta: *In ſancta ſede Apoſtolica* (ait) *a nobis & reliquis Epiſcopis cæterisq; Domini ſacerdotibus ſtatutum eſt, vt ſacra vaſa non ab alijs, quam a ſacratis dominiq; dicatis contrectentur hominibus. Indignum enim valde eſt, vt ſacra Domini vaſa quæcunque ſint humanis vſibus ſeruiant, aut ab alijs, quam a Domino famulantibus eiq; dicatis tractentur viris, ne pro talibus præſumptionibus iratus Dominus plagas imponat populo ſuo, & hi etiam qui non peccauerunt mala patiantur, aut pereant, quia perit iuſtus ſæpiſſimè pro impio.* Et SOTER I. epiſt.2. ad Epiſcopos Italiæ, & allegatur à Gratiano, diſtinct.23. cap. Sacratas, &c. *Sacratas Deo fœminas vel monachas ſacra vaſa, vel ſacratas pallas penes vos contingere, & incenſum circa altaria deferre pellatum eſt ad Apoſtolicam ſedem, quæ omnia reprehenſione & vituperatione plena eſſe nulli rectè ſapientum dubium eſt. Quapropter huius ſanctæ ſedis authoritate, hæc omnia vobis reſecare funditus quantocius poteritis cenſemus: & ne peſtis hæc latius diuulgetur, per omnes prouincias abſtergi citiſſimè mandamus. Ait enim Apoſtolus: deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Illa eſt enim virgo Eccleſia, ſponſa vnius viri Chriſti, quæ nullo ſe patitur errore, vel inhoneſta reprehenſione violari, vt per totum mundum vna ſit nobis vnius caſtæ communionis integritas.* Et Concilium ROMANVM II. ſub Syluestro I. Patrum 284. cano.9. actio.1. *Nullus lector vel oſtiarius vaſa ſacrata contingat. Nullus acolythus rem ſacratam a preſbytero iam alio porrigat, &c.* Vide & alia teſtimonia ſuprà vocabulo, Clerici inferioris ordinis ſacra vaſa nõ contingant, &c. Porrò Concilium LAODICENVM, cano.44. & allegator in Concilio Aquiſgranenſi I. cap.82. *Non oportet mulieres ingredi ad altare, nec ea contingere, quæ virorum officiis deputata ſunt.* Et Concilium ANTISSIODORENSE, cano 36. *Non licet mulieri nuda manu Euchariſtiam accipere.* Et cano. 37. *Non licet mulieri manum ſuam ad pallas dominicas mittere, &c.* Hos canones repetit Concilium PARISIENSE III. lib.1. cap.43. & 45 Denique GELASIVS I. epiſtola ad Epiſcopos Lucaniæ Brutiorum, &c. cap.28. *Impatienter audiuimus tantum diuinarum rerum ſubiiſſe deſpectum, vt fœminæ ſacris altaribus miniſtrare ferantur: & cuncta, quæ non niſi virorum famulatui deputata ſunt, ſexum, cui non competit exhibere, viſi, quòd omnium delictorum noxa omnis & crimen*

Sixtus 1.

Vide ſuperius ex canone Apoſtolorum idem.

Moniales arcentur à tactu vaſorũ ſacrorum.

Soter 1.

2. Corinth. 11.

Concilium Romanum 1. ſub Syluestro.

Concilium Laodicenum. Mulieres à cõtactu ſacrorũ arcentur.

Concilium Antiſſiodorenſe ſub Deuſdedit.

Concilium Pariſienſe 3. Gelaſius 1.

Locus obſcenus.

men eos reſpicit ſacerdotes, qui vel iſta committunt, vel committentia minimè publicando prauis exceſſibus ſe fauere ſignificant: ſi tamen ſacerdotum iam ſint vocabulo nuncupandi, qui delegatum ſibi religionis officium ſic proſternere moliuntur, vt in peruerſa quæque, prophanáque declinat, ſine vllo reſpectu regula Chriſtiana præcipitia funeſta ſectentur. Et MARTINVS BRACARENSIS, cap 42. collectori. *Non liceat mulieribus in ſecretarium ingredi.* Idem vide prohibitum laicis in vocabulo, Laicus. Concilium PARISIENSE III. lib. 1. cap. 45. *Didicimus in quibuſdam prouincis* (ait) *contra legem diuinam, canonicámque inſtitutionem, fœminas ſanctis altaribus ſe vltro ingerere, ſacrataq́; vaſa impudenter contingere, & indumenta ſacerdotalia preſbyteris adminiſtrare: & quod his maius, indecentius, ineptiusq́; eſt, corpus & ſanguinem Domini populis porrigere, & alia quæque, quæ ipſo dictu turpia ſunt exercere. Miranda ſanè res, vnde is illicitus in Chriſtiana religione irrepſit vſus, vt quod viris ſecularibus illicitum eſt fœmina, quarum ſexui nullatenus competit, aliquando contra fas ſibi licitum facere potuerint, quod quorundam Epiſcoporum incuria & negligentia proueniſſe nulli dubium eſt. Vnde væ nobis ſacerdotibus, ad quos illorum ſacerdotum vitia tranſierunt, quæ in Machabæorum libro ſecundo leguntur, quando ſcilicet ſacerdotes delegatum ſibi religionis officium poſtponentes, templo Dei ſacris officiis deſtituto, ipſi adeò carnalibus deſideriis, & illicitis actionibus vacabant, vt mulieres ſacratis ædibus ſe nullo prohibente ingererent, introferentes ea quæ non licebat. Quod autem mulieres ingredi ad altare non debeant, in Concilio Laodiceno & in decretis Gelaſij Papæ copioſè inuenitur. Hoc autem tam illicitum factum, quia ex toto à Chriſtiana religione abhorret, inhibendum eſt. Proinde vnuſquiſque Epiſcoporum ſatagat, ne in ſua parochia tale quid deinceps fieri ſinat.* Eadem Concilium COLONIENSE III. renouat partis 3. cap. 31 Vide quod ſequitur.

Martinus Bracarenſis.

Concilium Pariſienſe 3.

Concilium Colonienſe 3

Vaſa ſacra ſemper hæretici confregerſit & polluta duxerunt.] Iſtud abundanter probauimus in vocabulo, Hęretici ſemper miſcuerũt ſacra prophanis, &c. Ex ATHANASIO ALEXANDRINO in vita S. Antonij. Hic nempè vir ſanctus prænunciauit horrenda flagitia, quæ Arriani in ſacratis templis perpetratuti erant. Idem factum recenſet IOANNES CHRYSOSTOMVS oratione in S. Philogonium. *Maximinus* (inquit) *cum ſuam inſaniam licentioſius contra nos produdiſſet, auſus impuris manibus ſacra vaſa contingere hoc etiam ſcelere non contentus, ſed contumelia vlterius progreſſus (vaſis enim his vniuerſis, & ſuper pauimentum collocatis atque extenſis iam ſuper ea deſedit) è veſtigio illegitimæ huiuſce ſeſſionis pœnas luit, illius enim verenda corrupta vermiculos generarunt, ita vt morbum diuinitus illatum conſtaret: ad quem curandum medici, aues pingues eaſq́; peregrinas interficiebant, quibus ad putrefacta membra admotis vermiculos euocabãt. Illi verò loco cum non mouerentur, mordicus putridis partibus inhærebant, atque illum ita demum multis diebus abſumptum perdiderunt, &c.* Et VICTOR VTICANSIS, lib. 1. de perſecutione Vandalorum: *Genſericus* (ait) *Proculum quendam miſit in prouinciam Zenigitanam, qui coartaret cunctos Domini ſacerdotes, ad tradendum miniſteria diuina, vel libros cunctos, vt primo armis nudaret, & ita facilius inermes beſtie callidus captiuaſſet. Quibus ſe non poſſe tradere clamantibus, ipſe rapaci manu cuncta depopulabatur, atque de palliis altaris (proh nefas) camiſias ſibi & femoralia faciebat. Qui tamen Proculus huius rei executor, fruſtratim ſibi comedens linguã, in breui turpiſſima conſumptus eſt morte.* Vide plura in præfixo vocabulo, Hæreticus, &c. Et PAVLVS OROSIVS, lib. 7. hiſtoriæ, cap. 39. meminit quomodo Alaricus ſacra vaſa, cum maximo honore reduci iuſſerit ad ſacram eius ædem, diuino correptus timore Lege hiſtoriam pulcberrimam, quam alibi repoſuimus. SIMEON METAPHRASTES in vita S. Euthymij Abbatis, ſacrorũ vaſorum pollutionem & prophanationem hoc tempore crebreſcentem ob delicta populi iuſtè à Deo permiſſam iudicat, quod & nos poſſumus confiteri liberè. Verùm vide etiam ex OPTATO Mileuitano atque aliis multis in vocabulo iam citato, quia ibi cuncta diffuſè congeſta reperies.

Athanaſius Alexandrinus

Ioannes Chryſoſtomus.

Vide vltionem in temeratorẽ ſacrorũ vaſorum.

Victor Vticenſis.

Vide iterum aliam vltionẽ.

Scio noſtro tẽpore Hæreticos ſimilia perpetraſſe, ſed nõ effugient vindictam.

Simeon Metaphraſtes.

Optatus Mileuitanus.

Vaſa ſacra an liceat vendere aut alienare.] Id non eſſe licitum diximus in vocabulo, Facultates Eccleſiæ non alienandæ. Verumtamen AMBROSIVS MEDIOLANENSIS, libro 2. officiorum, cap. 28. exemplo Laurẽtij docet, quòd vaſa, vbi neceſſitas expoſcit, in vſus pauperum eroganda ſunt, & in redemptionem captiuorum. *Hoc maximum* (inquit) *incentiuum miſericordia, vt compatiamur alienis calamitatibus, neceſſitates aliorũ quantum poſſumus iuuemus, & plus interdum quàm poſſumus. Melius eſt enim pro miſericordia cauſas præſtare, vel inuidiam perpeti, quàm prætendere inclementiam: vt nos aliquando in inuidiam incidimus, quod confregerimus vaſa myſtica vt captiuos redimeremus, quod Arrianis diſplicere poterat, nec tam factum diſplicere, quàm vt eſſet quod in nobis reprehenderent. Nunquid dictum eſt ſancto Laurentio: Non debuiſti erogare theſauros Eccleſiæ, vaſa ſacramentorum vendere? Opus eſt, vt quis fide ſyncera & perſpicaci prouidentia munus hoc impleat. Sanè ſi in ſua aliquis deriuat emolumenta, crimen eſt. Sin verò pauperibus erogat, captiuum redimit, miſericordia eſt. Nemo enim poteſt dicere, cur pauper viuit. Nemo poteſt queri, quia captiui redempti ſunt Nemo poteſt accuſare, quia templum Dei ædificatum eſt. Nemo poteſt indignari, quia humandis fidelium reliquiis ſpatia laxata ſunt. Nemo poteſt dolere, quia in ſepulturis Chriſtianorum requies defunctorum eſt. In his tribus generibus vaſa Eccleſia, etiam initiata confringere, conflare, vendere licet. Opus eſt vt de Eccleſia myſtici poculi forma non exeat, ne ad vſus nefarios ſacri calicis miniſterium transferatur. Ideò intra Eccleſiam primum quæſita ſunt vaſa, quæ initiata non eſſent, deinde comminuta, poſtremo conflata, per minutas erogationes diſpenſata egentibus captiuorum quoque pretiis profecerunt. Quòd ſi deſunt noua, & quæ nequaquam initiata videantur, in huiuſmodi vſus, quos ſupradiximus, arbitror omnia piè poſſe conuerti, &c.* Vide ſequens caput eiuſdem Ambroſij. Denique CASSIODORVS SENATOR, libro 11. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ tripartitæ, cap 16. vbi Iſdigerdem Perſarum Regem à Romanis deuictum deſcripſit: *Tum verò* (inquit) *Acacium Amida ciuitatis Epiſcopum facinus optimum reddidit clariorem. Cùm enim Romani milites captiuos Perſarum, de Azazena regione vaſtata, reddere Regi Parthorum nullo modo vellent, captiui fame conſumebantur, cum eſſent circa ſeptem millia, quod Perſarum Regem non mediocriter contriſtabat. Tum igitur Acacius conuocans clericos ſibi ſubiectos. Viri* (inquit) *fratres Deus noſter nec diſcis nec calicibus opus habet, nam neque comedit, neque bibit. Et quia multa vaſa aurea & argentea Eccleſia noſtra ex oblatione Chriſtianorum habet, conuenit ex his liberari exercitum captiuorum, egentibusq́; cibos offerre. Hæc & his ſimilia cum dixiſſet conflans vaſa, & militibus dedit pretium captiuorum. Quos cum recreaſſet cibis, datis ſumptibus ad*

Ambroſius Mediolanenſis

Quam circumſpectè alienari debẽt vaſa Eccleſiæ.

Caſſiodorus Senator.

Exemplum memorabile Acacij.

Eccem

Regem proprium deſtinanit Ad hoc mirabile opus Acacij Perſarum Rex magis obſtupuit, quod & bello Romanis & beneficiis ſe viciſſent. Aiunt enim, quod etiam deſiderium habuerit Perſarum Rex, vt videret Acacium, ſed hoc Theodoſius prohibuerit Imperator. Lege quod ſequitur.

Vaſa ſacra cuius ſint generis.] Concilium TRIBVRIENSE, cano.18. allegatur à Gratiano de conſecrat. diſtinct.1. cap. Vaſa quibus: *Vaſa quibus ſacroſancta conficiuntur myſteria, calices ſunt & patenæ, de quibus Bonifacius martyr & Epiſcopus interrogatus, ſi liceret in vaſculis ligneis ſacramenta conficere reſpondit: Quondam ſacerdotes aurei ligneis calicibus vtebantur, nunc contra lignei ſacerdotes aureis vtuntur calicibus.* ZEPHERINVS decimuſſextus *Romanus Epiſcopus patenis vitreis miſſas celebrari conſtituit, & deinde* VRBANVS *decimuſoctauus Papa, omnia miniſteria ſacrata fecit argentea. In hoc enim, ſicut & in reliquis cultibus, magis & magis per incrementa temporum decus ſuccreuit Eccleſiarum. Noſtris enim diebus, qui ſeruus patrisfamilias ſumus, ne decus matris Eccleſiæ imminuatur, ſed magis cumuletur & amplietur, ſtatuimus, vt deinceps nullus ſacerdos ſacrum myſterium corporis & ſanguinis Chriſti Domini noſtri, in ligneis vaſculis vllo modo conficere præſumat, ne vnde placari debet, inde iraſcatur Deus.* Hæc Concilium Triburienſe. Porrò Concilium RHEMENSE, canone 6. & allegat Gratianus ibidem *Vt calix Domini cum patena, ſi non ex auro, omnino ex argento fiat. Si quis autem tam pauper eſt, ſaltem vel ſtanneum calicem habeat De ære aut ex aurichalco non fiat calix, quia ob vini virtutem æruginem facit, pariterque vomitum prouocat. Nullus autem ex ligneo aut vitreo calice præſumat miſſam cantare, &c.*

Concilium Triburienſ ſub Arnulpho Imperatore.

Elepans dict.

Zepherinus I.

Vrbanus I.

Concilium Rhemenſe ſub Carolo Magn.

Vaſa ſacra propria ad miniſterium ſacerdos habeat.] Concilium ILERDENSE decreto, quod allegat Gratianus de conſecrat diſt 4. cap. Omnis. *Omnis presbyter, qui fontem lapideum habere nequiuerit, vas conueniens ſolummodo ad baptizandi officium habeat, quod extra Eccleſiam non deportetur. Similiter ad corporale lauandum, & ad pallas altaris propria habeantur vaſa, in quibus nihil aliud fiat.*

Concilium Ilerdenſe.

Vaſa ſacra humanis vſibus non applicanda.] Illud ſuprà prohibitum diximus ex canone 72. Apoſtolorum. & ex alijs Patribus demõſtrauimus quanta vindicta mulctati ſunt, qui ea prophanare ſunt auſi. & ex hiſtorijs alibi copioſè oſtendimus. Vnde & CLERICI APAMÆI coram Patribus generalis V. Concilij actione 1. Epiſcopum Petrum hæreticum accuſant, quòd ſacra vaſa prophanis vſibus applicare fuerit auſus, propter quod & à Patribus condemnatus eſt. Denique Concilium BRACARENSE III. can. 2. ſibi de quibuſdam narrat fuiſſe reuelatum, quòd ſacerdotes vaſa Domini in proprios vſus aſſumerent, epulaſque ſibi in eis comedendas apponerent. *Quod mirum (ait) & obſtupentes deflemus, & deſpicientes obſtupeſcimus, vt illic humana temeritas ſibi opulum præparet, vbi ſanctum Spiritum cognoſcitur aduocaſſe. & ibi eſum carnium crapulatus aſſumat, vbi diuina viſus eſt celebraſſe myſteria: & in quibus tanta rei ſacramentum pro expiatione delictorum percepit, in his expleat voluntatem ludibrij ſui. Et ideò huius de cætero præſumptionis perſona, quæ ſumendo diuina vaſa vel miniſteria, aut in vſus ſuos tranſtulerit, aut comedere in his, vel poculum ſibi ſumendum elegerit, gratiæ ſui vel officij periculum ſuſtinebit: ita tamen, vt ſi de ſecularibus fuerit, perpetua excommunicatione damnetur. ſi vero religioſus, ab officio deponatur. Sub hac quoque damnationis ſententia & illi obnoxij tenebuntur, qui Eccleſiaſtica ornamenta, vela, vel alia qualibet indumenta, atque etiam vtenſilia ſumendo in ſuos vſus tranſtulerent, vel alijs donanda vel vendenda crediderint.* Eadem omnino prohibet Concilium GENERALE VI. cano. 3. Vide ſuperiùs.

Canon Apoſtolorum.

Clerici apamęi.

Concilium Bracarenſe 3.

Alienatio vaſoru & veſtiũ ſacrarum tolli betur, vide ſupra.

Concilium generale 6. Conſtantinopolitanum 3.

Vaſa ſacra munda ſint, &c.] Vide mox in dictione, Veſtes ſacræ mundæ cõſeruentur, &c. quia ibi de vtriſque & vaſis & veſtibus fit mẽtio.

VELARE.

Velare cui competit moniales.] Copioſè iſtud demonſtrauimus ſuperiùs in vocabulo, Monialis. Porrò Concilium PARISIENSE III. lib.1. cap. 40. 41. & 42. *Quod presbyteri (ait) inconſultis Epiſcopis ſuis velum viduarum conſecrare non præſumant prorſus interdicimus. Quod ſi quiſpiam presbyterorum huius conſtitutionis contumaciter tranſgreſſor extiterit, canonicæ correptionis ſententiam ſubiaceat. Sed nec præſumant ſacrarum Virginum conſecratores exiſtere, quia hoc prorſus inhibemus. Quod ſi præſumpſerint tanquam canonicæ authoritatis tranſgreſſores irretractabiliter feriantur. Verumetiam fœminis ipſis interdicimus ſibimetipſis velum imponere, vt ſub prætextu illius velaminis Eccleſiarum excubatrices & adminiſtratrices fieri poſſint Hæc igitur incauta velatio, vnuſquiſque Epiſcopus prouideat, ne in parochia ſua fiat. Sed & tales perſonas in Baſilicis ſuis ſuſcipere presbyteri non præſumant. Quòd ſi examinata illa mulicrcula ſe ſacrari voluerint, admoneantur qualiter hanc velationem ſub caſtitatis & humilitatis propoſito conſeruent. Inhibemus etiam omnibus Abbatiſſis, ne viduam aut puellam virginem velare præſumãt, nec alia qualibet ſanctimonialis hoc præſumat: alias congrua ab Epiſcopo ſub correptione coerceatur, & pœnitentia canonica vſque ad ſatisfactionẽ ſubdatur.* Quòd iam diu prohibitum eſſe legitur in decretis EVTYCHIANI PAPÆ. Vt citauimus in vocabulo, Abbatiſſa, &c. *Hoc autem potiſſimum vetitum eſt, quia ſexui fœmineo illicitum eſt, & à religione Chriſtiana alienum tale officium præſumere, atque ob id temerarium factum plures abuſus ſubſequi certum eſt, quando illæ quæ a talibus velamen accipiũt, dum clanculo ſe corrumpunt, nihil ſibi obeſſe ad peccandum tale velamen putant, &c.* Tum cano. 44. loquitur de illis nobilibus fœminis, quæ in proprijs domibus poſt viri deceſſum velari volunt, & illic reſidere, delicijſque affluere delectantur, quas iubet repente non velari, niſi ſub matris ſpiritalis regimine in monaſterio Deo ſe ſeruituras ſpondeant: *Quoniam* (ait) *huiuſcemodi adoleſcentulas viros amittentes & in ſanctimoniali habitu in proprijs domibus reſidentes perſæpe in laqueum diaboli lapſas eſſe didicimus* De hac materia iterum IDEM Concilium tractat, lib. 3 cap 7. & omnia hæc renouat Concilium TRIBVRIENSE, cano. 25. Vide in loco prænotato reliquum opportunè diſpoſitum.

Concilium Pariſienſ. 3. ſub Lothario & Ludouico Imperat.

Abbatiſſæ non poſſunt velare, vide Abbatiſſa & Monialis ſuperius.

Eutychianus P.

Concilium Triburienſe.

Velare viduas an liceat.] Diximus folio 485. pag. 2. Monialis vidua, &c.

VENATIO.

Venatio Epiſcopis & cæteris Eccleſiaſticis interdicitur.] Quam hoc noſtro tempore malè obſeruetur ſatis conſtat, verumtamen non impunè Patrũ decreta contemnuntur. Concilium AGATHENSE, cano. 55. allegatur à Gratiano ſub nomine Arelatenſis Concilij, diſtinct. 34. cap.

Concilium Agathenſe ſub Cæleſtino I.

Epiſco

Epiſcopum,ſed opinor non rectè. Sic autem ait Agathenſe Concilium, *Epiſcopis, preſbyteris, diaconibus,canes ad venandum aut accipitres habere non liceat. Quod ſi quis talium perſonarum in hac voluntate detectus fuerit: ſi Epiſcopus eſt,tribus menſibus ſe ſuſpendat à communione:preſbyter duobus menſibus ſe abſtineat.diaconus verò ab omni officio vel communione ceſſabit.* Idem omnino Concilium EPAVNENSE ſub Gelaſio I.cano.3. ſub eiſdem verbis, quæ nec opus eſt repetere,cum ſint omnino conformia.Et Concilium MATISCONENSE II. ſub Pelagio II. cano.13. *Volumus quòd Epiſcopalis domus,quæ ad hoc Deo fauente inſtituta eſt,vt ſine perſonarum acceptione omnes in hoſpitalitate recipiat, canes non habeat, ne fortè hi,qui in ea miſeriarum ſuarũ leuamen habere confidũt, dum infeſtorum canum morſibus laniantur, detrimentum verſa vice ſuorum ſuſtineant corporum.Cuſtodienda eſt igitur Epiſcopalis habitatio hymnis,non latratibus,operibus bonis,non morſibus venenoſis. Vbi igitur Dei eſt aſſiduitas cantilenæ, monſtrum eſt & dedecoris nota canes ibi, vel accipitres habitare.* Et Concilium FRANCICVN celebratum ſub Carlomanno Principe tempore Zachariæ I.Papæ. *Illas* (inquit) *venationes,& ſyluaticas vagationes cum canibus,omnibus ſeruis Dei interdicimus.Similiter vt accipitres & falcones nõ habeant,&c.* Hoc iterum prohibet Concil. SVESSIONENSE ad ſanctum Medardum ſub Childerico Rege Patrum 23. Et Concilium FORDIVLIENSE ſub Adriano I.can.6. Et Concilium TVRONENSE III. cann 7. & 8. ſub eodem Carolo Magno. Et Concilium MOGVNTINVM I.can.14 ſub eodem Principe. Et NICOLAVS I. epiſtola ad Aluinum Epiſcopũ Genuenſem,& allegatur à Gratiano,diſtinct.34. *Epiſcopi* (ait) *ab omni beſtiarum vel volucrum venatione penitus alieni exiſtere, & ab immoderata filiarum ſuarum familiaritate,vnde mala oriatur fama,abſtinere debent. Nullum enim ſanctum* (*vt ait B.* HIERONYMVS) *venatorem legimus.* Iterum Concilium VORNATIENSE, cano 17. Epiſcopis & clericis venationem interdicit.*Si aliter egerint* (ait) *Epiſcopus quidem tribus menſibus, preſbyter duobus, diaconus vno menſe, à communione ſuſpendatur.* Denique Concil. LATERANENSE ſub Alexandro III. par.1. cap.4. interdicit Archiepiſcopis, Epiſcopis, & cæteris miniſtris Eccleſiæ canum venationem, & graodem equorum frequentiã. Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III. cap.15. *Venationem* (inquit) *& aucupationem vniuerſis clericis interdicimus.Vnde nec canes, nec aues ad aucupandum habere præſumant.* Idem omnino & Concilium VIENNENSE ſub Clemente V. & habetur in Clementinis,lib.3 de ſtatu monachorum, titu.10. Abbatibus & monachis, interdicit venationem. Idem & Concilium SENONENSE, cap.16. ſed hæc ſufficiant.

Concilium Epaunenſe ſub Sigiſmundo rege.

Concilium Matiſconenſ.2. patrum 60.

O domus antiqua quam diſpari domino dominaris.

Concilium Francicum ſic dictum quia in Frãcia celebratum eſt à Bonifacio Moguntinenſi Epiſcopo legato ſedis Apoſtolicæ ſub Carlomanno Principe.

Concilium Sueſſionenſ.ad S. Medardum.

Concilium Forniulienſe ſub Carolo Magno.

Concilium Turonenſe.

Concilium Moguntinũ 1. Nicolaus 1.

Concilium Vormatienſe.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3.

Concilium Viennenſe.

Senonenſe Cõcilium.

VESTES SACRAE.

Veſtes ſacræ mundæ ſolicitè conſeruentur. * De antiquiſſimo vſu veſtium ſacrarum non eſt opus dicere, cum ſatis ex veteri lege deprehendatur approbatus: ſed in vocabulo, Vaſa ſacra,&c. & locis ibidem præmonſtratis luculenter ſatis denotatur,& ex ſequentibus decretis ſatis earum vſus antiquus & vetuſtus apparebit. Sic ergo ad propoſitum CLEMENS I epiſt.2 ad Iacobum fratrem Domini, & allegatur à Gratiano, de conſecratione diſtinct.1.cap Altaris, & capite. Nemo,&c. *Altaris* (ait) *palla,* * *cathedra,candela-* A *brum,& velum ſi fuerint vetuſtate conſumpta,incendio dentur:quoniam non licet ea,quæ in ſanctuario fuerint malè tractari,ſed incendio vniuerſa tradantur. Cineres quoque eorum in baptiſterio inferantur, vt nullus tranſitum habeat,aut in pariete,aut in foſſis pauimentorum iactentur,ne introeuntium pedibus inquinentur. Nemo per ignorãtiam clericus palla mortuum credat obuoluendum* (vide idem ſtatutum in vocabulo, Sepultura,&c.) *aut diaconus ſcapulas operire velit, quæ fuit in altari,aut certè quæ data eſt in menſam Domini. Quis hæc fecerit, vel leuiter quaſi nihil, & negligenter habuerit diuina myſteria,diaconus triẽnio ſexq; menſibus a dominico alienus erit altari,grauis percuſſus anathemate. Quod ſi clericum preſbyter non commo-* B *nuerit,decem annis & quinque menſibus excommunicatus ſit, propterea quod de dominicis ſacramentis ſubiecta ſibi non commonuerit myſteria: & poſteà cum grandi humilitate matri reconcilietur Eccleſiæ. Pallas verò & vela, quæ in ſanctuario ſordidata fuerint, miniſterio Diaconi cum humilibus miniſtris iuxta ſacrarium lauent,non eiicientes foras à ſacrario velamina dominica menſæ, ne fortè puluis dominici corporis malè decidat à ſyndone foris abluta, & erit hæc operanti peccatum. Idcirco in intra ſacrarium miniſtris præcipimus, hæc ſancta cum diligentia cuſtodire. Sanè peluis noua comparetur,& præter hoc nihil aliud agat:ſed nec ipſa peluis velis apponatur lauandis, niſi quæ ad dominici altaris cultum pertinet. Palla altaris ſola in ea lauentur,* C *& in alia vela ianuarum. De velis autem ianuarum cura ſit oſtiariis ex admonitione maiorum,ne quis negligens aut ignarus ad velum ianuæ domus Domini manus incondite tergat, ſed ſtatim coërcitus diſcat omnis homo,quia velum atrij domus Domini ſanctũ eſt, &c.* Vide Corporale.Hine STEPHA. I. epiſt 1.ad Hilarium Epiſcopũ, & allegat Gratianus de cõſecratione diſtinct 1.cap. Veſtimenta: *Veſtimenta verò* (ait) *Eccleſiaſtica, quibus Domino miniſtratur, cultuſq; diuinus cum omni honorificentia & honeſtate a ſacerdotibus reliquiſque Eccleſiæ miniſtris celebratur,& ſacrata debent eſſe & honeſta:quibus aliis in vſibus, cum Deo eiuſque ſeruitio conſecrata & dedicata ſint,nemo debet frui,quàm Eccleſiaſticis & Deo dignis* D *officiis quæ nec ab aliis debent contingi aut ferri,niſi a ſacratis hominibus, ne vltio quæ Balthaſar Regem percuſſit, ſuper hæc tranſgredientes & talia præſumentes veniat diuina,& corruere eos faciat diuina vltionis iuſtum flagellum ad ima.* Hæc renouat Concilium ARVERNENSE, cano.5.*De opertorio* (ait) *dominici corporis, ſeu palla altaris,nunquam ſacerdotis corpus,dum ad tumulum euehitur, obtegatur: quia ſacro velamine vſibus ſuis reddito,dum honorãtur corpora, altaria polluuntur.* Et cano.7. *Ne ad nuptiarum ornatum miniſteria diuina præſtentur, ne dum improborum contactu pompaq; ſecularis luxuria polluuntur,ad officium ſacri miniſterij videantur indigna.* Et Concilium ANTISSIODORENSE, cano.13. *Non li-* E *cet* (ait) *diacono velo vel palla ſcapulas ſuas inuolui. &c.* Porrò eadem ex Concilio BRACARENSI III. ſuperiùs repete,& ex aliis in vocabulo, Vaſa: nec enim opportunum duximus quod ſemel protulimus repetere. Quanta porrò reuerentia & honeſtate debeãt ſacræ veſtes aſſeruari, docet HIERONYMVS STRIDONENSIS in Epitaphio Nepotiani ad Heliodorum. *Erat* (inquit) *Nepotianus ſolicitus ſi nitteret altare, ſi parietes abſque fuligine, ſi pauimenta terſa, ſi ianitor creber in porta, vela ſemper in oſtiis, ſi ſacrarium mundum, ſi vaſa luculenta, & in omnes cæremonias pia ſolicitudo diſpoſita, non minus,non maius negligebat officium. Vbicunque eum quæreres,in Eccleſia inuenires,&c.* Et Cõcilium

* lege in vocabulo Corporale,&c.

Clemens 1.

* candelabra vetus.

Vide quam circumſpecte diuina tractanda ſint.

Stephanus papa 1.

Daniel 5.

Concilium Aruernenſ.ſub Vigilio 2.

Concilium Antiſſiodorenſe ſub Deuſdedit

Concilium Bracarenſe.

Hieronymus Stridonenſis.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. patrum 1215.

LATERANENSE ſub Innocentio III. cap. 19 *Sunt qui non ſolum Eccleſias dimittũt incultas, verum etiam vaſa miniſterij, & veſtimenta miniſtrorum, ac pallas altaris, nec nõ & ipſa * corporalia tam immunda relinquunt, quod interdum aliquibus ſunt horrori. Quia vero zelus nos comedit domus Dei, firmiter præcipimus, vt oratoria, vaſa, corporalia & veſtimẽta prædicta, munda & nitida conſeruentur. Nimis enim videtur abſurdum in ſacris ſordes negligere, quæ dedecerent etiam in prophanis.* Et Concil. OXONIENSE, cano. 3. vbi agit de ornamentis Eccleſiæ, ſtatuit, vt quælibet Eccleſia calicem habeat argenteum, cum alijs vaſis decentibus, & ſindonem mundam & candidam, & amplitudinis congruentis. *Vetera vero (ait) corporalia, quæ non fuerint idonea, loco reliquiarum reponantur, vel in præſentia Archidiaconi comburantur. Prouideant etiam Archidiaconi, vt linteamina & alia ornamenta altaris ſint (ſicut decet) honeſta, & libros habeat etiam Eccleſia idoneos ad legendum & pſallendum, & ad minus duplicia ornamenta ſacerdotalia. Et vt honor debitus diuinis officijs impendatur, * præcipimus, vt qui altari miniſtrant ſuperpellicijs induantur.* Eadem mandat Concilium MOGVNTINVM IV cano. 89. & iubet viſitatoribus diœceſum, vt ſingulis annis obſeruent ſi ita res geruntur. Vide Viſitatio, Corporalia, & Vaſa ſuperiùs.

* Itane Oecumenici horror eſt nunc etiam in ſectãtibus. O ſæclum!

Concilium Oxonienſe.

* fortè præcipuè.

Concilium Moguntinenſe 4.

VIA.

Clemens 1.

Via duplex.] CLEMENS I. lib. 7. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 1. *Dicimus duas eſſe vias, vnam mortis, vitæ alteram, quæ inter ſe comparationem non habent. Magna eſt enim earum differentia, imò omnino diſſident: ac naturalis quidem eſt vitæ via, inducta vero via mortis, quæ non voluntate Dei accidit, ſed inſidijs aduerſarij. Prima eſt igitur via vitæ, atque hæc ipſa eſt quam præſcribit lex: diliges Dominum Deum ex tota mente, & ex tota anima, atque illum ſolum præter quem nullus eſt, & proximum ſicut teipſum: & quodcunque tibi fieri non vis, id alteri ne feceris, &c.* Et cap. 19. ſubdit. *Via mortis ea eſt, quæ in vitioſis actionibus cernitur. In ea enim ignoratio Dei & multorum Deorum coaceruatio reperitur, à quibus proueniunt cædes, adulteria, fornicationes, periuria, iniuſta cupiditates, furta, idololatria, magia, veneficia, rapinæ, falſa teſtimonia, hypocriſis, cordis duplicitas, dolus, ſuperbia, vitioſitas, inſolentia, inuria, obſcænitates, obtrectatio, audacia, alti ſpiritus iactantia, temeritas, bonorum perſecutio, veritatis odium, mendacij ſtudium, ignoratio iuſtitiæ. quæ qui agunt non adhærent bonitati, nec recto iudicio inuigilant non virtuti, ſed vitio, à quibus longè abeſt manſuetudo & patientia.*

Deut. 6.

VICARIVS.

Vicarij qui ſint, vt inſtituendi, & eorum officium.] De his iam diximus vbi de reſidentia loquebamur, nam Prælatis non reſidentibus ob iuſtam & legitimam rationem præceptum eſt vt ſuo loco idoneos vicarios inſtituant, qui ab ordinario examinentur & recipiãtur, quibus & certa redituum & prouentuum portio debet aſſignari, vt ibidem videbis. Vide autem de his latiùs ex Concilio VIENNENSI in Clementinis, lib. 1 titulo 7. de officio vicarij, &c. & alijs in locis. De eiſdem agitur in Concilio LATERANENSI ſub Alexandro III. parte 59. cap. 1. 2. 3. & reliquis, vbi præcipitur vicarijs, ne ſibi alios ſubſtituere præſumant, nec ſibi falsò beneficium aſcribant, néve plures vicarias habere patiantur. *Quia cum vicarij teneantur Eccleſijs & proprijs perſonis deſeruire, alienum eſt ab ordine iuris, vt vicariam habeat quis præter vnam.* Vt diximus in vocabulo, Beneficiorum pluralitas. Prohibetur etiam ibidem, capite ſecũdo, vt ſi quiſpiam de authoritate Epiſcopi curatus in Eccleſia vicario dederit portionem, ſucceſſor auferri non valeat nec minuere, niſi forſan ille aliquid committeret, propter quod per iudicem eſſet in vicaria vel beneficio condemnandus. Et in Concilio LATERANENSI ſub Innocentio III. capite trigeſimo ſecundo, conceditur his qui habent annexam Eccleſiam ſuæ præbendæ, quia eos in maiori Eccleſia oportet deſeruire, in ipſa parochiali Eccleſia idoneum & perpetuum habere vicarium canonicè inſtitutum, qui eiuſdem Eccleſiæ prouentuum habeat portionem: alioquin per ſe quiſque beneficio ſuo ſtudeat reſidere, non per vicarium, vt diximus, Reſidentia, &c. Eadem repetit Concilium MOGVNTINVM IV. canone 80. Et Concilium ALEMANICVM ſub Conrado Epiſcopo & Cardinali Portuenſi, canone duodecimo, prohibet ne Eccleſiæ per mercenarios regantur, ſed habeant proprios vel vicarios perpetuos. Verùm illi vicarij reſidere tenentur. Vnde ſtatuit Concilium OXONIENSE in Anglia, canone ſexto. *Statuimus (ait) vt nullus Epiſcoporum ad vicariam quenquam admittat, niſi velit in Eccleſia, in qua vicaria ei conceditur, perſonaliter miniſtrare, aut talis exiſtat, qui infra breue tempus ſuper hoc limitatum, valeat, & velit in presbyterum ordinari. Quòd ſi admiſſus fuerit fortè quis, & noluerit in presbyterum ordinari, vicariæ beneficio ſpolietur.* Canone autem ſeptimo, agit de portione aſſignanda vicario reſidenti, quæ debet eſſe redditus quinque marcarum. De vicarijs autem perpetuis, ſtatuit Concilium BITERRENSE, canone decimotertio, vt vnicuique parochiæ perpetuus deputetur vicarius, qui gaudeat portione congrua, ſi curio, vel parochus maiori Eccleſiæ aſtrictus deſeruiat. Quod Conciliũ NARBONENSE confirmat, canone ſeptimo. Lege BONIFACIVM VIII. in ſexto Decretalium, libro primo, titulo decimotertio, de officio vicarij, &c. Huiuſmodi quoque vicarijs Concilium RATISPONENSE, canone trigeſimo tertio, præcipit prouideri, ſiue ſint perpetui, ſiue pro nutu poſiti, de competenti viuendi portione, ne detur eis anſa ſuos ſubditos, ob rei familiaris penuriam, grauandi. Eiſdem vicarijs iniungit Concilium COLONIENSE IV. capite duodecimo, medij tertij, vt in perſoluendis horis canonicis ſint intenti, & onera ſpecialia, ad quæ vel ex fundatione, vel antiqua conſuetudine, vel Eccleſiarum ſtatutis obligantur, ſub pœna ſuſpenſionis non à diſtributionibus tantummodo quotidianis, verumetiam à vicariarum ſuarum fructibus donec negligentiam emendant. Eadem de vicarijs ſtatuit Cõcilium TRIDENTINVM ſeſſione vigeſima prima, quæ eſt quinta ſub Pio IV. canone ſexto, decreti reformationis, vt dentur adiutores illiteratis & imperitis parochialium Eccleſiarum rectoribus, & pars eis fructuum ſufficiens aſſignetur, quacunq; appellatione & exemptione remota. Præterea ſeſſione vigeſima quinta, quæ fuit nona ſub Pio IV. capite decimoſexto, reuocat ſuperiora decreta de vicario perpetuo, & ita loquitur. *Statuit ſancta Synodus, vt Eccleſiaſtica beneficia ſecularia quocunque nomine appellentur, quæ curam animarum ex primæua eorum inſtitutione, aut aliter quomodocunque retinent, illa deinceps*

Concilium Viennenſe generale.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. patrum 1215.

Concilium Moguntinũ 4. Concilium Alemanicum.

Concilium Oxonienſe ſub Innocentio 3.

Concilium Biterrenſe.

Concilium Narbonenſe. Bonifacius 8.

Concilium Ratiſponenſe.

Concilium Colonienſe 4.

Cõcilium Tridentinum generale.

Vicarij perpetui abrogantur.

in ſimplex beneficium, etiam aſſignata perpetuo vicario congrua portione, non conuertantur, non obſtantibus quibuſcunque gratiis, quæ ſuum plenarium effectum non ſunt conſecutæ. In his verò, in quibus contra earum inſtitutionem ſeu fundationem cura animarum in vicarium perpetuum tranſlata eſt, etiam ſi in hoc ſtatu ab immemorabili tempore reperiantur, ſi congrua portio fructuum vicario Eccleſiæ, quocunque nomine is appelletur, non fuerit aſſignata, ea quamprimum & ad minus intra annum in fine præſentis Concilij arbitrio ordinarij aſſignetur. Quòd ſi id commodè fieri non poſſit, aut intra dictum terminum factum non erit: cum primum per ceſſum vel deceſſum vicarij ſeu rectoris, aut quomodolibet alterum vacauerit eorum, beneficium curam animarum recipiat, ac vicariæ nomen ceſſet, & in antiquum ſtatum reſtituatur. Vide Parochus, Beneficium, Reſidentia, &c.

VIDVA.

Viduæ moniales.] De his copioſè tractatimus ſuperiùs. Vide obſecro, quia ſic locus opportuuus viſus eſt.

Viduarum duo genera.] AVGVSTINVS HIPPONENSIS tria genera viduarum deſcribit libro de vita Chriſtiana, capite decimoquinto, vnum, quod perfectiſſimum eſt, & cœleſti præmio deſtinatum: aliud, quod filiorum curam habere dicitur & domus: tertium genus eſt in epulis & delicijs, quod æternæ morti ſeruatur & pœnæ, de quibus loquitur Apoſtolus: *Vidua quæ in delicijs viuit, mortua eſt, &c.* Verumtamen Concilium TOLETANVM IV. canone quinquageſimoquinto. *Duo (inquit) ſunt genera viduarum, ſanctimoniales & ſeculares. Seculares viduæ ſunt, quæ adhuc diſponentes nubere, laicalem habitum non depoſuerunt. Sanctimoniales ſunt, quæ iam mutato habitu ſeculari, ſub religioſo cultu in conſpectu ſacerdotis vel Eccleſiæ apparuerunt. Hæ ſi ad nuptias tranſierint, iuxta Apoſtolum non ſine damnatione erunt, quia ſe primum Deo vouentes poſtea caſtitatis propoſitum abiecerunt.* De his loco memorato diximus.

Augustinus Hipponenſis.

Concilium Toletanum.

1. Timoth. 5.

Viduæ veræ quæ ſint.] CLEMENS I. libro tertio, Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite tertio. *Veræ ſunt viduæ, quæ vni nuptæ fuerunt, plurimorum teſtimonio probatæ, bonis operibus intentæ, viduæ re vera temperatæ, caſtæ, fideles, piæ, quæ bene liberos educauerunt, & laudabiliter hoſpites receperunt: quibus opem ferre oportet tanquam Deo dicatis.* Et ſubdit capite quinto. *Sit omnis vidua, mitis, placida, proba, malitiæ expers, non iracunda, non loquax, non vociferatrix, non procax, non maledica, non verborum anceps, non bilinguis, non curioſa. Si quid vidit, vel audiuit quod fuerit minùs rectum, perinde ſit ac ſi id non viderit vel audiuerit, neque vlla alia rei viduæ ſit cura quàm orare pro his qui ſubſidia miniſtrant & pro vniuerſa Eccleſia, &c.* Idem capite ſexto & ſeptimo, de falſis viduis ſermocinatur, & capite duodecimo, decimotertio, & decimoquarto, ſed prolixè nimis. Vide ea quæ ſequuntur.

Clemens I.

Viduarum conditio & ſtudiũ.

Viduæ fouendæ & non lædendæ.] IDEM CLEMENS I. libro ſecundo, Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite quarto. *Si qua vidua ſit, quæ poſſit ſibi neceſſarios vitæ vſus parare, alia verò ſit non vidua, ſed tamen quæ vel propter morbum, vel propter alendos filios, vel propter manuum imbecillitatem egeſtate laboret, in hanc potiùs manum porrigat Epiſcopus.* Vide ſuprà, Pauper. Et Conciliũ CARTHAGINENSE IV. canone 101. *Viduæ adoleſcentes, quæ corpore debiles ſunt, ſumptu Eccleſiæ, cuius viduæ ſunt, ſuſtententur.* Et canone 103. *Viduæ quæ ſtipendio Eccleſiæ ſuſtentantur, tam aſſiduæ in Dei opere eſſe debent, vt & meritis & orationibus ſuis Eccleſiam adiuuent.* Et canone 102. *Ad reatum Epiſcopi pertinet, vel presbyteri qui parochiæ præeſt, ſi ſuſtentandæ vitæ præſentis cauſa, adoleſcentiores viduæ, vel ſanctimoniales clericorum familiaritatibus ſubijciantur.* De his vide, Monialis, Clericus, & Pauper. Hinc Concilium MATISCONENSE II. canone duodecimo. *Quid ſcriptura diuina de viduis & pupillis præcipiat nobis clam non eſt. Ideóque quoniam prouiſioni noſtræ, Deo authore, cauſa principaliter viduarum & pupillorum ſunt commiſſæ, peruenit ad nos, quòd à iudicibus crudeliter pro leuiſſimis cauſis, veluti defenſore carentes, irremediabiliter affligantur. Ob hanc cauſam decernimus, vt iudices non priùs viduas & pupillos conueniant, niſi Epiſcopo nunciarint, cuius ſub velamine degunt. Quòd ſi Epiſcopus præſens non fuerit, Archidiacono vel presbytero cuidam eius, vt pariter ſedentes communi deliberatione cauſis eorum terminos figant ita iuſtè ac rectè, vt deinceps de talibus antedictæ perſonæ non conquæſſentur. Quòd ſi is, qui iudex eſt, aut impetitor eis aut iniuriam aliquam ingeſſerit, aut definitionem tanti Concilij tranſgreſſus fuerit, à communione ſuſpendatur. Quibus igitur magnarum rerum cauſæ commiſſæ ſunt, nec minimarum dignum eſt cauſas paruipendere perſonarum. Solent enim & minima paulatim deſpecta, in malum magnum trahere.* Hæc alibi latiùs tractata ſunt, Iudex, Epiſcopus, &c. Lege AMBROSIVM MEDIOLANENSEM, libro de viduis, & AVGVSTINVM HIPPONENSEM, libro de ſancta viduitate, ſiue de bono viduitatis, capite ſeptimo, & decimonono, & alijs in locis, aliósque Doctores.

Clemens I.

Concilium Carthaginen. 4.

Hæc Gratianus. diſt. 81. cap. Viduæ & Rectum & Iuo lib. 1. decret.

Concilium Matiſconenſ. 2 an. Patrum.

Ambroſius Mediolanenſis.

Augustinus Hipponenſis.

VIGILIA.

Vigiliæ dierum feſtorum ieiunio ab antiquo ſacratæ defenduntur.] Quamuis iam pluribus in locis vigiliarũ dierum feſtorum cum ieiunio celebratarum meminerimus, vtpote in vocabulo, Quadrageſima, ex Epiphanio, & alibi ex Leone I. & in vocabulo, Ieiunium, & dies feſti &c. Tamen promiſimus etiam illud demonſtrare in hoc ſpeciali vocabulo. Dicit ergo SIMEON METAPHRASTES in vita Ioannis Apoſtoli ad calcem, quòd vbi ſanctus Apoſtolus mortuus ad eius ſepulchrum fideles quotannis cœperunt nocturnas laudes perſoluere. Oportet autem lectorem non ignorare, quia antiquitus vigiliæ dicebantur, eo quod ante diem feſtum alicuius ſancti, vel ſolennitatis vigilabant tota nocte in Eccleſia fideles, & hymnis atque canticis ſpiritalibus diem feſtum præſtolabantur. Vnde TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS, libro ſecundo, ad vxorem, vigilias vocat nocturnas conuocationes (vide & in dictione, Cœtus. &c.) quas frequentes dicit antiquitus fuiſſe. Vnde vxorem ſuã dehortatur ne matrimonium poſt mortem ſuam repetat, ne fortè infideli viro iungatur, qui eam Chriſtianam tam ſancto operi vacaturam velit detinere. Harum meminit GREGORIVS NISSENVS frater Baſilij Magni, epiſtola ad Olympium monachum. *Cum (inquit) nocturna peruigilatio vt in martyrum celebritate canendis Pſalmis perfecta eſſet, & crepuſculum aduenisſet confluentium vicinis è locis omnibus virorum*

Simeon Metaphraſtes.

Vigiliæ quæ dicebantur antiquitus.

Gregorius Niſſenus.

A *& mulierum multitudo, Pſalmorum decantationem fletibus interpellabat, &c.* Harum & Cassiodorvs Senator, libro quinto, Tripartitæ hiſtoriæ, capite primo, *Erat (inquit) iam nox, & aliqui populorum ad vigilias venerant, expectabatur futura die collectio, &c.* Et iam nominatus Metaphrastes in vita ſancti Porphyrij Epiſcopi eiuſmodi vigiliarum facit mentionem. Et Ioannes Chrysostomvs, homilia decimanona in Geneſin. *Hac de cauſa (ait) magnam hebdomadam in Quadrageſima vocamus, quia tantam nobis donorum multitudinem in ea largitus eſt Dominus. Et idcirco fideles & ieiunium intendunt, & vigilias, & pernoctationes ſacras, & eleemoſynas faciunt.* Earundem vigiliarum meminit Ambrosivs Mediolanensis, ſermone vigeſimoſeptimo de B ieiunijs. *Iſtud autem preceptum eius eſt primum (ait) vt his quadraginta diebus ieiunijs, orationibus, vigilijs opera commodemus. Ieiunijs enim laſciuia corporis caſtigatur, orationibus deuota ſaginatur anima, vigilijs diaboli inſidiæ depelluntur.* Sed quam grauiter defendat ſacras vigilias Hieronymvs Stridonensis, conſtat ex eiuſdem epiſtola ad Riparium loquens de Vigilantio hæretico, tomo ſecundo, epiſtolarum, quæ incipit: *Acceptis primum literis, &c.* ſub finem. *Quod dicis Vigilantium (ait) vigilias execrari, facit & hoc contra vocabulum ſuum, vt velit dormire Vigilantius, & non audiat ſaluatorem dicentem: Sic non potuiſtis vna hora vigilare mecum.* C *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Spiritus promptus eſt, ſed caro infirma. Et in alio loco Propheta decantat: Media nocte ſurgebam, vt confiterer tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Dominum quoque in Euangelio legimus pernoctaſſe, & Apoſtolos clauſos carcere tota nocte vigilaſſe, vt illis pſallentibus terra quateretur, cuſtos carceris crederet, magiſtratus & ciuitas terrerentur. Loquitur Paulus: Orationi inſiſtite, vigilantes in ea. Et in alio loco: in vigilijs frequenter, &c.* Idem epiſtola ad Vigilantium, de vigilijs & pernoctationibus in Baſilicis martyrum ſæpè celebrandis. *In altera epiſtola, quam fermè intra biennium ſancto Ripario presbytero ſcripſeram, reſpondi breuiter. Quod* D *ſi ideo eas exiſtimas reſpuendas, ne ſæpè videamur Paſcha celebrare, & non ſolennes poſt annum exercere vigilias: ergo & die dominico non ſunt Chriſto offerenda ſacrificia, ne reſurrectionis Domini crebrò Paſcha celebremus, & incipiamus non vnum Paſcha habere, ſed plurima. Error autem & culpa iuuenum, viliſſimarumque mulierum, qui per noctem ſæpè deprehenditur, non eſt religioſis hominibus imputandus: quia & in vigilijs Paſchæ tale quid fieri plerunque conuincitur, & tamen paucorum culpa non præiudicat religioni, qui & abſque vigilijs poſſunt errare vel in alienis domibus Apoſtolorum fidem. Iudæ proditio non deſtruxit: & noſtras ergo vigilias mala aliorum vigiliæ deſtruent, quin potius pudicitiæ vigilare cogantur, qui libidini dormiunt.* E *Quod enim ſemel feciſſe bonum eſt, non poteſt malum eſſe ſi frequenter fiat: aut ſi aliqua culpa vitanda eſt, non ex eo quod ſæpe, ſed ex eo quod fit, aliquando culpabile eſt. Non vigilemus itaque diebus Paſchæ, ne expectata diu adulterorum deſideria compleantur, ne occaſionem peccandi vxor inueniat, ne maritali poſſit reduci claue. Ardentiùs appetitur quidquid eſt rarum, &c.* Idem in vigeſimoquinto capite Matthæi. *Reor & Apoſtolicam traditionem permanſiſſe, vt in die vigiliarum Paſchæ, ante noctis dimidium populos dimittere non liceat, expectantes aduentum Chriſti, &c.* Similiter & Epiphanivs Cypri, libro primo contra hæreſes, tomo tertio, contra Marcionem, qui ſacras vigilias improbabat, & il-

Caſſiodorus Senator.

Simeon Metaphraſtes.

Ioannes Chryſoſtomus.

Ambroſius Mediolanenſis.

Hieronymus Stridonenſis.

Matthæi 26. & Marci 14.

Pſal. 118.

Coloſſ. 4. 2. Corinth. 11.

Abuſus irrepſerat in illis pernoctationibus, ſed non debebat propterea ſolenne ſacrum tolli.

Epiphanius Cypri.

A lud Euangelij: *Secunda & tertia vigilia,* corruperat addens veſpertinam vigiliam. *Redarguitur (ait) beſtialis ille diuinos ſermones ſtolide ad ſuam opinionem inuertiſſe. Non enim diurnæ ſunt vigiliæ, ſed nocturnæ a veſpera ad tertiam vigiliā progreſſum intentionis habentes, & non à matutino in veſperam, velut hic malitioſe commentus eſſe deprehenditur.* Vnde & Victor Vticensis, libro ſecundo, de perſecutione Vandalorum. *Iam (inquit) ob celebritatem feſtiuitatis Epiphaniorum, hymnis nocturnis per totam Eccleſiam canente populo concrepabant, &c.* Et Pavlinvs Nolanvs natali 7. in vitam ſancti Fœlicis martyris.

Ex illa modo nocte diem cadit annus in iſtum.
Hoſtis enim morem vt ieiunare ſolemus,
B *Ante diem, & ſero libatis veſpere ſacris*
Quiſque ſuas remeare domos. Tunc ergo ſolutis
Cætibus a templo Domini poſtquam data ſeſſio,
Corporibus requies, ſumpta dape cœpimus hymnos,
Exultare Deo & Pſalmis producere noctem.

Et iterum natali 9. eaſdem fieri ſolitas vigilias teſtatur. Hinc & Benedictvs Cassinensis regulæ, capite decimoquarto. *In ſanctorum (inquit) feſtiuitatibus, vel omnibus ſolennitatibus, ſicut diximus dominico die agendum, ita agatur.* Titulus verò capitis eſt. *Qualiter in natalitiis ſanctorum agantur vigiliæ.* Et Concilium Antissiodorense, canone vndecimo. *Non licet* C *(ait) in vigilia Paſchæ ante horam ſecundam noctis vigilias expedire, quia in illa nocte non licet poſt mediam noctem bibere, nec in natali Domini, nec in reliquis ſolennitatibus.* Idem canone tertio. *Statuimus ne conuentus in domibus proprijs, aut vigiliæ in feſtiuitatibus ſanctorum fiant.* Et canone quinto eam vigiliam interdicit, quæ in feſto ſancti Martini ſolet cum epulis celebrari. Vigiliæ porrò & ieiunij ante diem feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli mentio fit in vita Zachariæ I. nam eo die ad nouam Miſſam celebraſſe memoratur, & ſequenti die ſolenni iterum miſſarum ſolennia celebraſſe. Hinc Bernardvs Claravallensis, ſermone in vigilia eorundem Apoſtolorum. D *In ſanctorum (inquit) vigilijs neceſſe eſt vigilare hominem ſpiritualem, qui ſolennitates eorum celebrare deſiderat in ſpiritu & veritate. Ad hoc enim vigiliæ præponuntur, vt euigilemus, ſi in aliquo peccato vel negligentia dormitamus, & præoccupemus faciem ſanctorum in confeſſione, &c.* Idem ſermone in vigilia ſancti Andreæ Apoſtoli: *Sanctorum (ait) feſta præcipua Patrum ſanxit authoritas votiuis præueniendæ ieiunijs.* Et Gregorivs I. libro quadrageſimo, Homiliarum, homilia trigeſimaſeptima, Caſſium Narnienſem Epiſcopum pro more dicit habuiſſe quotannis natalitio Apoſtolorum die Romam venire. *Cum ecce anno ſeptimo (ait) vſque ad expectati natalis ſacras vigilias incolumis peruenit, ſed* E *lenis hunc in vigilijs dolor attigit, atque ipſo die natalitio filiis ſuis ſe expectantibus, miſſarum ſolennia implere ſe poſſe recenſuit, &c.* Vide & Concilium Salegvnstadiense ſub Benedicto octauo, canone primo, ſtatuit vt quatuordecim dies omnes Chriſtiani ante feſtiuitatem ſancti Ioannis Baptiſtæ in abſtinentia ſint carnis & ſanguinis, niſi infirmitate impediente, aut alicuius feſti ſolennitate, quæ in illo Epiſcopio celebris habetur, intercedente. Et ante natiuitatem Domini ſimiliter, ſtatuunt & in vigilia Epiphaniæ, & in omnibus vigilijs Apoſtolorum, & in vigilia Aſſumptionis ſanctæ Mariæ, & in vigilia ſancti Laurentij, nec non etiam in vigilia omnium Sancto-

Victor Vticenſis.

Paulinus Nolanus.

Benedictus Caſſinenſis.

Concilium Antiſſiodorenſe ſub Deuſdedit papa.

Abuſus Vigiliarum interdicuntur.

Zacharias I.

Bernardus Claræuallenſis.

Gregorius I.

Concilium Salegūſtadienſe ſub Henrico 2. Imperat.

tum,

tum, adiicientes prædictis ... iam horam refectionis, excepta ... aliquis ſit, qui proprio voto maior abſtinentiam velit. Præterea ieiunium ſancti ... Apoſtoli recenſet

Alexander 3.

ALEXANDER III parte quinquageſima Concilij Lateranenſis, quod celebrauit, capite vigeſimo ſecundo, vt diximus in vocabulo, Biſſextum. De ieiunijs & vigilijs ſanctorum etiam Concilium

Concilium Oxonienſe ſub Innocentio 3.

OXONIENSE in Anglia canone primo, ſic ſtatuit. *Hæ ſunt vigiliæ ieiunia ad vigilias ... vigilia natiuitatis Domini, vigilia Paſchæ, vigilia Pentecoſtes, Litania maior, tres dies Rogationum, vigilia ſancti Ioannis Baptiſtæ, vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli, vigilia ſancti Laurentij, vigilia Aſſumptionis ſanctæ Mariæ, vigilia ſancti Bartholomæi, vigilia ſancti Mathæi, vigilia Apoſtolorum Simonis & Iudæ, vigilia omnium Sanctorum, vigilia ſancti Andreæ, vigilia ſancti Thomæ Apoſtoli, &c.* Porrò

Anaſtaſius Bibliothecarius.

ANASTASIUS BIBLIOTHECARIUS, qui interfuit Nicæno VII. generali Concilio in vita ſancta decem millium martyrum, beatos illos martyres in hora mortis Deum oraſſe perhibet, vt qui eorum diei feſti vigiliam ieiunaſſet, vnum annum indulgentiæ conſequerentur, & petitionis ſuæ ſalutarem conſequerentur effectum. Rationem autem ieiunij vigiliarum ponit Concilium

Concilium Senonenſe.

SENONENSE decreto ſeptimo, poſtquam de ieiunijs quatuor temporum diſſeruit. *Non diſſimili (ait) religione ſtatuta ſunt cætera vigiliarum ieiunia, quo puriores ſacris altaribus accedamus.* Vide plura in vocabulo, Ieiunium, Dies feſti, &c. & Quadrageſima, & Litania, &c.

VIRGO.

Omnia repete ſuperiùs in vocabulo, Monialis virgo, &c.

VISIO.

De viſione Dei, qualis ſit futura in patria. Vide Lupum Ferrarienſem, epiſtola vigeſimanona, ad Guenilonem Epiſcopum Senonum.

VISITATIO.

Viſitatio Epiſcopatuum & parochiarũ

Concilium Hipponenſe, Concilium Africanũ ſub Bonifacio 2.

iniungitur.] Concilium HIPPONENSE, & Concilium AFFRICANUM, canone decimonono, ſingularum prouinciarum viſitationem iniungit tempore Concilij. Vide Concilium, &c. Quædam verò poſita ſunt de viſitatione ſuperiùs, vbi Metropolitanis iniungitur viſitatio Epiſcopatuum. Vide & Concilium

Concilium Tarraconenſe ſub Felice 3.

TARRACONENSE canone octauo, & allegat Gratianus, cauſa decima, quæſtione prima, capite, Decreuimus. *Multorum (ait) caſuum experientia magiſtrante, reperimus nonnullas diœceſanas Eccleſias eſſe deſtitutas. Ob hanc rem hac conſtitutione decreuimus, vt antiqua conſuetudinis ordo ſeruetur, & annuis vicibus ab Epiſcopo diœceſes viſitentur. Et ſi qua fortè Baſilica reperta fuerit deſtituta, ordinatione ipſius reparari præcipiatur: quia tertia pars ex omnibus per antiquam traditionẽ, vt accipiatur ab Epiſcopis, nouimus ſtatutum.* Vide ſuprà, Facultates Eccleſiæ vt diſpenſandæ, &c. Vide quoque in vocabulo, Archidiaconus, &c. Et

Gratianus.

GRATIANUM cauſa decima, quæſtione prima, capite, Relata eſt coram ſancta Synodo, &c. ex Concilio Toletano : rum capite, Epiſcopum.

Concilium Toletanum 4.

Ex Concilio TOLETANO IV. *Epiſcopum per cunctas diœceſes, parochiaſque ſuas, per ſingulos annos ire oportet, vt exquirat, quid vnaquæque Baſilica in re-*

A *paratione ſui indigeat. Quod ſi ipſe aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus adimplere nequiuerit, presbyteros probabiles aut diaconos mittat, qui reditus Baſilicarum, & reparationes, & miniſtrantium vitam inquirant.*

Canone 31.

Idem omnino ſtatuit Concilium ARELATENSE IV canone decimoſeptimo.

Concilium Arelatẽſe 4 ſub Leone 3.

Vide etiam mox dictione, Viſitator. Crebra quoque viſitatio iniungitur Epiſcopis in Concilio PARISIENSI III. libro primo,

Concilium Pariſienſe 3.

capite vigeſimoprimo, omnium quidem monaſteriorum & parochialium ſibi commiſſarum. Lege mox ex Concilio Rhotomagenſi plura. Porrò Concilium TRIDENTINUM, seſſione ſexta, capite tertio. *Eccleſiarum prælati (ait) ad corrigendum ſubditorum exceſſus prudenter & diligenter intendant: & nemo clericus ſecularis, vel cuiuſuis ordinis, perſonalis, vel regularis, extra monaſterium*
B *degens, etiam ſui ordinis priuilegij prætextu, tutus cenſeatur, quo minus, ſi deliquerit, ab ordinario loci tanquam ſuper hoc a ſede Apoſtolica delegato, ſecundum canonicas ſanctiones viſitari, puniri & corrigi valeat.* Et capite quarto. *Capitula cathedralium, & aliarum maiorum Eccleſiarum, illorumque perſonæ, nullis exemptionibus, conſuetudinibus, ſententiis, iuramentis, concordiis, quæ tantum ſuos obligent authores, non etiam ſucceſſores, tueri ſe poſſint, quo minus a ſuis Epiſcopis, & aliis maioribus prælatis per ſeipſos ſolos, vel illis quibus videbitur adiunctis ſibi, iuxta canonicas ſanctiones toties quoties opus fuerit, viſitari, corrigi & emendari, etiam authoritate Apoſtolica, poſſint & valeant.*
C Et ſeſſione ſeptima, capite ſeptimo, decreti reformationis, iniungitur ſingulis annis viſitatio beneficiorum Eccleſiaſticorum curatorum, quæ vnita ſit & annexa cathedralibus, collegiatis, & alijs Eccleſijs. Illis etiam ordinarijs iniungitur, capite octauo ſequenti, quaſconque Eccleſias quomodolibet exemptas, authoritate Apoſtolica ſingulis annis viſitare, & opportunis iuris remedijs prouidere, vt quæ reparatione indigent reparentur, & cura animarum, ſi qua illis imminent, aliiſque debitis obſequijs minimè defraudentur, appellationibus, priuilegijs, conſuetudinibus etiam ab immemorabili tempore præſcriptis, iudicum deputationibus, & illorum inhibitionibus penitus

Hoc ſi vt ſunt ſtatuta integrè obſeruarentur, vigeret ſtatus Eccleſiaſticus qui modò iacet in præceps.

D excluſis. IDEM ſeſſione decimaquarta, quæ fuit quarta ſub Iulio III. capite quarto, decreti reformationis. *Omnes Eccleſiarum prælati, qui ad corrigendum ſubditorum exceſſus diligenter intendere debent, & à quibus nullus clericus per huius ſanctæ Synodi ſtatuta, cuiuſuis priuilegij prætextu, tutus cenſetur quominus iuxta canonicas ſanctiones, viſitari, puniri, & corrigi poſſit: ſi in Eccleſiis ſuis reſederint, quoſcunque ſeculares clericos qualitercunque exemptos, qui alias ſuæ iuriſdictioni ſubeſſent, de eorum exceſſibus, criminibus, & delictis, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra viſitationem, tanquam ad hoc Apoſtolicæ ſedis delegati, corrigendi & caſtigandi facultatem habeãt:*
E *quibuſcunque exemptionibus, declarationibus, conſuetudinibus, ſententiis, iuramentis, concordiis, quæ tantum ſuos obligent authores ipſis clericis, ac eorum conſanguineis, capellanis, familiaribus, procuratoribus & aliis quibuſlibet ipſorum exemptorum contemplatione & intuitu minime ſuffragantibus, &c.* Et iterum ſeſſione 21. quæ fuit 5. ſub Pio IV. canone 8. decreti reformationis. *Quæcunque in diœceſi ad Dei cultum ſpectant, ab ordinario diligenter curari, atque his, vbi oportet, prouideri æquum eſt. Propterea commendata monaſteria, tam Abbatiæ, Prioratus, & Præpoſituræ nuncupata, in quibus non viget regularis obſeruantia: nec non beneficia tam curata, quàm non curata, ſecu-*

Monaſterium etiam viſitatio Epiſcopis per mittit & iniungitur, vide quæ in vocabulo, Monaſterium diſſerimus, &c.

laria & regularia, qualitercunque commendata, etiam exempta, ab Epiſcopis, etiam tanquam Apoſtolicæ ſedis delegatis annis ſingulis viſitentur: curentq́; ijdem Epiſcopi congruentibus remedijs, etiam per ſequeſtrationem fructuum, vt quæ renouatione indigent, aut reſtauratione, reficiantur: & cura animarum, ſi qua illis vel eorum annexis immineat, aliáque debita obſequia rectè exerceantur, appellationibus quibuſcunque, priuilegijs, conſuetudinibus etiã immemorabili tempore præſcriptis, conſeruatoriis, iudicum deputationibus, & eorum inhibitionibus non obſtantibus. Et ſi in eis vigeret obſeruantia regularis, prouideant Epiſcopi paternis admonitionibus, vt eorum regularium ſuperiores iuxta eorum regularia ſtatuta debitam viuendi rationem obſeruent, & obſeruari faciant, & ſibi ſubditos in officio contineant ac moderentur. Quòd ſi admoniti intra ſex menſes eos non viſitauerint vel correxerint. Tunc ijdem Epiſcopi, etiã vt delegati ſedis Apoſtolicæ, eos viſitare poſſint, & corrigere prout ipſi ſuperiores poſſent, iuxta eorum inſtituta, quibuſcunque appellationibus, priuilegiis & exemptionibus penitus remotis, & non obſtantibus. Idem ſeſſione vigeſimaquarta, capite tertio decreti reformationis. Primatibus, Patriarchis, & Metropolitanis, eandem viſitationem facere præcipit, quæ ſi perfici anno integro non poſſit, in duobus perficiatur. Et ſubdit. *Viſitationem autem omnium iſtarum præcipuus ſit ſcopus, ſanam orthodoxámque doctrinam expulſis hæreſibus inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum cohortationibus & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiámque accendere, cætera prout locus tempus & occaſio feret, ex viſitantium prudentia ac fidelium fructum conſtituere. Quæ vt facilius, fœliciúſque ſuccedant, monentur prædicti omnes & ſinguli, ad quos viſitatio ſpectat, vt paterna charitate Chriſtianóque zelo omnes amplectantur, ideóque modeſto contenti equitatu famulatúque, ſtudeant quam celerrimè, debita tamen cum diligentia, viſitationem ipſam abſoluere. Interímque caueant, ne inutilibus ſumptibus cuiquo graues oneroſive ſint: néve ipſi, aut quiſquam ſuorum quicquam procurationis cauſa pro viſitatione, etiam teſtamentorum ad pios vſus, præter id quod ex relictis piis iure debetur, aut alio quouis nomine, nec pecuniam, nec munus quodcunque ſit, etiam qualitercunque offeratur, accipiant: non obſtante quacunque conſuetudine, etiam immemorabili: exceptis tamen victualibus, quæ ſibi, ac ſuis frugaliter, moderatéque pro temporis tantum neceſſitate, & non vltra erunt miniſtranda. In his verò locis ſeu prouinciis, vbi conſuetudo eſt, vt nec victualia, nec pecunia, nec quicquam aliud à viſitatoribus accipiatur, ſed omnia gratis fiant: ibi id obſeruetur. Quòd ſi quiſquam, quod abſit, aliquid amplius in ſupradictis omnibus caſibus accipere præſumpſerit: is præter dupli reſtitutionẽ intra menſem faciendam, aliis etiam pœnis, iuxta conſtitutionem Concilij* Lvgdvnensis *generalis, quæ incipit: Exigit, nec non & aliis pœnis in Synodo prouinciali, arbitrio ſynodi, abſque vlla ſpe veniæ, mulctetur. Patroni verò in his, quæ ad ſacramentorum adminiſtrationem ſpectant, nullatenus ſe præſumant ingerere, neque viſitationi ornamentorum Eccleſiæ, aut bonorum ſtabilium ſeu fabricarum prouentibus immiſceant: niſi quatenus id eis ex inſtitutione ac fundatione competat: ſed Epiſcopi ipſi hæc faciant, & fabricarum reddit us in vſus Eccleſiæ neceſſarios & vtiles, prout ſibi expedire magis viſum fuerit, expendi curent.* Vide alibi. Porrò ſeſſione vigeſima quinta, ſequenti capite vigeſimo, præcipit vt Abbates, qui ſunt ordinum capita, ac cæteri prædictorum ordinum ſuperiores Epiſcopis non ſubiecti, quibus eſt in alia inferiora monaſteria, prioratúſve legitima iuriſdictio, eadem etiam ſi commendata exiſtãt, teneantur viſitare & ipſi teneantur viſitatores recipere, & illorum ordinationes exequi, & ab ipſis, quandiu huiuſmodi commendæ durabunt, teneantur inſtitui. Prædicta confirmata ſunt ſub Francisco II. & Carolo IX. in conſtitutionibus Aureliæ editis, articulo ſexto. Vide ſequentia.

Franciſcus 2. Carolus 9.

Visitator.

Viſitator vt recipiendus, eius comitatus, & officiũ, & merces.] Diximus alibi dũ de Epiſcopis tractaremus, vt omnes ſuum ordinem obſeruẽt, nec aliquis in alterius diœceſi attentare præſumat. Verumtamen Concilium Carthaginense IV. canone trigeſimotertio, & allegat Gratianus. cauſa ſeptima, quæſtione prima, capite, Epiſcopi concedit, vt Epiſcopi vel presbyteri, ſi cauſa viſitandæ Eccleſiæ ad alterius Eccleſiam venerint, in gradu ſuo ſuſcipiantur: & tam ad verbum faciendum, quàm ad oblationem conſecrandam inuitentur. Sic præterea Carthaginense V. canone octauo, & allegatur ibidem, capite, Conſtitutum: *Conſtitutum eſt* (ait) *vt nulli interceſſori (interceſſor idem eſt ac viſitator) licitum ſit cathedram, cui interceſſor datus eſt, quibuslibet populorum ſtudiis, vel ſeditionibus retinere: ſed dare operam, vt intra annum eiſdem Epiſcopum prouideat. Quòd ſi neglexerit, anno exempto interuentor alius tribuatur.* Idem Concilium Affricanvm, canone quadrageſimoprimo. Et Concilium Bracarense II. canone ſecundo, & allegat Gratianus, cauſa decima, quæſtione tertia, capite, Placuit: *Placuit, vt nullus Epiſcoporum per ſuas diœceſes ambulans, præter honorem cathedræ ſuæ, id eſt, ſolidos duos, aliquid aliud per Eccleſias tollat. Neque tertiam partem ex quacunque oblatione populi in Eccleſiis parochialibus requirat: ſed illa tertia pars pro luminaribus Eccleſiæ, vel recuperatione ſeruetur: & ſingulis annis Epiſcopo inde ratio fiat. Nam ſi tertiam partem illam Epiſcopus tollat, lumen & ſarta tecta abſtulit Eccleſiæ. Similiter & parochiales clerici ſeruili more in aliquibus operibus Epiſcopi ſeruire non cogantur: quia ſcriptum eſt: neque vt dominantes in clero.* Hinc ſubſcribit Concilium Toletanvm VII. canone quarto, & allegatur à Gratiano, cauſa decima, quæſtione tertia, nam cum præcedentis decreti authoritatem protuliſſet, contra eos, qui delati ſunt parochias rapacitate in viſitatione grauate, ſubiungit monaſteriorum Baſilicis ab hac ſolutione exemptis. *Cum verò* (inquit) *Epiſcopus diœceſim viſitat, nulli præ multitudine oneroſus exiſtat, nec vnquam quinarium numerum euectionis excedat, aut amplius quàm vna die per vnamquamque Baſilicam remorandi licentiam habeat. Quicunque verò Pontificum eorundem, aliter quàm decernimus agendum præſumpſerit, correptioni procul dubio canonum ſubiacebit, quia conſtitutionum Synodalium tranſgreſſores priſcorum Patrum edictis corripiendos oportet.* Vide in vocabulo, Canonum tranſgreſſores. *Igitur non amplius quàm duos ſolidos vnuſquiſque Epiſcoporum per ſingulas diœceſis ſuæ baſilicas annua illatione ſibi expetat inferri, iuxta Synodum Bracarenſem: monaſteriorum tamen Baſilicis ab hac ſolutione penſionis ſeiunctis.* Hæc repetit iterum Concilium Ticinense ſub Ludouico ſecundo Imperatore, vbi exprimitur quantitas panis, ouorum & vini, &c. quæ viſitatori debentur. Sed & Concilium Lvgdvnense generale

Concilium Carthaginenſe 4.

Concilium Carthaginenſe 5.

Concilium Affricanum.

Concilium Bracarenſe ſub Honorio 1.

1 Petri 5.

Concilium Toletanum 7.

Concilium Ticinenſe.

Concilium Lugdunenſe.

ſub

ſub Gregorio X. vt aſſerit Bonifacius VIII libro tertio, ſexti Decretalium, titulo vigeſimo, de cenſibus prohibet viſitatoribus recipere pecuniã, etiam à dare volentibus & ſuperiora decreta confirmat. Similiter & Concilium CABILONENSE II. canone decimoquarto. *Cauendum eſt, ne cum Epiſcopi parochias ſuas peragrãt, quandam damnoſam erga ſubditos, ſeu erga ſocios tyrannidem exerceant: nec (quod abſit) cum charitate, ſed cum quadam iudiciaria iniectione ſtipendia ab eis exigant. Obſeruandum etiam modis omnibus, vt ſi quando eis peragranda parochia neceſſitas incumbit, in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in prædicatione verbi Dei, in lucris animarum, potius quam in deprædandis, & ſpoliandis hominibus, & ſcandalizandis fratribus operam dent. & ſi quando eis ad peragendum miniſterium ſuum à fratribus, aut ſubditis aliquid accipiendum eſt, ſummoperè obſeruare debent, ne quem ſcandalizent aut grauent. Tanta ergo in hac re diſcretio tenenda eſt, vt & verbi Dei prædicator, ſumptus, vbi proprij deſunt, à fratribus accipiat: & itẽ fratres illius potentia non grauentur, exemplo Apoſtoli Pauli, qui ne quem grauaret arte & manibus victum quærebat.* Idem dicitur de Archidiaconis viſitantibus. Vide in vocabulo. Archidiaconos, &c. Eadem quoque omnino repetit Concilium PARISIENSE III. libro primo, capite trigeſimo primo. Et Concilium MALDENSE canone vigeſimo octauo, à Rege obtinuit, vt daretur Epiſcopis tempore Quadrageſimæ & Aduentus libertas, ad peragendum in ſuis parochijs miniſterium. Et ſtatuit, vt ipſi Epiſcopi debeant conceſſum ſibi otium, non in ſuas voluptates, ſed in diuinum & officioſum conuertere negotium: quatenus ſtudentes prædicationi, & correctioni, atque confirmationi, quod hactenus per parochias fuit neglectum, ſolerter & deuotiſſimè de cætero ſit correctum & emendatum. Et hoc non propter ſuam quietudinem Epiſcopi ad remonora loca ſecedentes, & ſuum miniſterium negligentes, proprias deſerant ciuitates, ſed & parochias ſuas cum officij efficacia circumeant. Tum canone vigeſimo nono, vult vt corrigatur quædam damnabilis conſuetudo Epiſcoporum, qui raro, aut nunquam per ſeipſos, iuxta ordinem Euangelicum & Apoſtolicum, atque Eccleſiaſticum, viſitat. cum Dominus dicat: *Speculatorem dedi te Domini Iſrael audiens ex ore meo verbum, &c.* Vide plura in vocabulo, Epiſcopi munus & officium. Eadem renouat Concilium VALENTINUM GALLIÆ III. ſub Lothario Imperatore, canone decimoſeptimo. Et Concilium RHOTOMAGENSE, vt allegat Buchardus, libro primo decretorum, capite nonageſimo, vbi ſtatuit, quòd debet nunciari aduentus viſitatoris Epiſcopi parochijs ab Archidiaconis & presbyteris, & omnes ad diem præfixum ſub graui pœna (ſi negligat) debeant adeſſe, aliàs à communione Chriſtiana repellantur. Denique ſtatuit Concilium TRIBVRIENSE, canone nono, vt Epiſcopo eunti ad viſitationem, occurrant comites & iudices, & eius legationem non ſolùm non impediant, verùm & comitentur. Illud autem ſtatutum affirmat accepiſſe ab Alexandro I Euariſto ſucceſſore, ita quòd ſi aliter fecerint à liminibus Eccleſiæ arceantur. Et Concilium COLONIENSE III. ſtatim in initium partis primi, deſcribit officium viſitatoris qualiter ſe gerere debeat. Porrò de comitatu eius iterum Concilium LATERANENSE ſub Alexandro III. parte prima,

Concilium Cabilonenſe 2.

2. Theſſal. 3.

Concilium Pariſ. 3. Concilium Meldenſe.

Visitans & non corrigere eius.

Ezechiel 3. & 33.

Concilium Valentinũ Galliæ 3.

Concilium Rhotomagenſe.

Concilium Triburienſe.

Concilium Colonienſe 3.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3 partium add.

canone quarto. *Statuimus, quòd Archiepiſcopi Eccleſias viſitantes, pro diuerſitate prouinciarum, & facultatibus Eccleſiarum quadraginta vel quinquaginta euectionis numerum non excedant Epiſcopi viginti vel triginta nequaquam excedant: Archidiaconi quinque aut ſeptem: decani conſtituti ſub ipſis duobus equis exiſtant contenti. Cum canibus venatoriis aut auibus non proficiſcantur, ſed ita procedant, vt non quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti quærere videantur.* Tum eis prohibet exactiones facere & addit. *Sane quod de prædicto numero euectionis ſecundum tolerantiam dictum eſt, in illis locis poterit obſeruari, in quibus ampliores ſunt redditus & Eccleſiæ facultates. In pauperioribus autem locis tantam volumus teneri menſuram, vt ex acceſſu maiorum minores non debeant grauari, ne ſub tali indulgentia illi qui paucioribus equis vti ſolebant, hactenus plurimam ſibi credant poteſtatem indultam.* Eadem iterum repetuntur, parte ſecunda eiuſdem Concilij capitibus 6 7 9 & 11 & 8. vbi omnis exactio tollitur, vt ſuo loco diximus. Prædicta quoque repetit Concilium LATERANENSE ſub Innocentio III. canone trigeſimo tertio. tam pro officio viſitatorũ, quàm pro non inducendis vel extorquendis exactionibus. Eadem inſtituit IOANNES LEODIENSIS in reformatione cleri ſui, approbata à Nicolao V. & appoſita ad calcem Concilij Florẽtini De Archidiaconis & Decanis Chriſtianitatis. vide ſuo loco repoſitum vocab. Decanus, & Archidiaconus &c. Porrò hęc omnia prædicta Concilium OXONIENSE, canone decimoquarto, repetit loquens præcipuè de Archidiaconis Eadem & iam memoratum Concilium Colonienſe III. capitib. 1. 2. 3. 4. & reliquis, partis 14. vbi modum ponit, quomodo ſit proſequenda viſitatio, quomodo parochi interrogandi. &c. Verùm omnia hæc prolixiora ſunt, quàm hic poſſint allegari. Lege etiam eadem in Concilio AVGVSTENSI, canone vigeſimo nono. Et Concilio COLONIENSI IV. cap. 1. 2. 3. 4 & 5. medij 4. vbi multa ad formam & ordinem faciendæ viſitationis inſtruuntur, quæ breuitati ſtudentes omittimos. Vide etiam Concilij TRIDENTINI decretum præcedenti diſtinctione citatum, & locis alijs à nobis aſſignatis.

Hęc Gratianus allegat, cauſa 10 quæſt 3. cap. Relatum eſt, & diſt 14 cap dictum eſt.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3.

Ioannes Leodienſis

Concilium Oxonienſe ſub Innocentio 3.

Concilium Auguſtenſe. Concilium Colonienſe 4

Concilium Tridentinum.

VITA.

De vita communi ſiue ſociali.] Vide Communitas. & Charitas, &c.

VNCTIO EXTREMA.

Vnctionis extremæ ſacramentum defenditur.] De ſacramento extremæ vnctionis quædam, ſeorſum diximus in plurimis alijs locis, vbi ſacramentorũ ſeptem meminimus, tum etiam in vocabulo, Infirmus. &c. & presbyteres Concilio Aquiſgranen. II. Sed his omnibus præmiſſis, nobis demonſtrandum eſt authoritate Patrum ſacramentum hoc legitimè & ſanctè inſtitutum & obſeruatum. Quæ autem pro ſeptem ſacramentorum aſſertione dicta ſunt in ſuo loco, hic etiam poterunt reuolui ad corroborãdam fidem Ne autem toties eadem repetamus, ſimpliciter de hoc ſacramento tractemus. In primis quidem conſtat ſacrum oleum & chriſmatis vnctionem ab Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus, & antè ab ipſo Chriſto inſtitutam, ad vngendos fideles, vt abundè probauimos in vocabulo, Chriſma. &c. Ex CLEMENTE primo, libro ſeptimo,

Clemens 1

Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite quadrageſimo ſecundo & quadrageſimo tertio, vbi tractat de chriſmatis & vnctionis benedictione. Et DIONYSIVS AREOPAGITA, libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, parte ſecunda, capitis ſecundi, & parte ſecunda, capitis quarti agit, vt præfixo loco inſertum inuenies. Eius autem inſtitutionem INNOCENTIVS I. epiſtola prima, ad Decentium Eugubinum Epiſcopum, capite octauo, cuius meminit Gratianus, diſtinctione nonageſima quinta capite, Illud ſuperfluum, &c. *Quod in beati Apoſtoli Iacobi* (ait) *epiſtola conſcriptum eſt: ſi infirmus aliquis in vobis eſt, vocet preſbyteros, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit laborantem, & ſuſcitabit illum Dominus: & ſi peccata fecit, remittet ei. Quod non eſt* B *dubium de fidelibus ægrotantibus accipi, vel intelligi debere, qui ſancto oleo chriſmatis perungi poſſunt, quod ab Epiſcopo confectō, non ſolùm ſacerdotibus, ſed omnibus vti Chriſtianis licet in ſua, aut ſuorum neceſſitate inungendo. Cæterùm illud ſuperfluum videmus adiectum, vt de Epiſcopo ambigatur, quod preſbyteris licere haud dubium eſt. Nam idcirco de preſbyteris dictum eſt, quia Epiſcopi occupationibus alijs impediti, ad omnes languidos ire non poſſunt. Cæterùm ſi Epiſcopus aut poteſt, aut dignum ducit aliquem à ſe viſitandum, & benedicere, & tangere chriſmate ſine cunctatione poteſt, cuius eſt ipſum chriſma conficere. Nam pœnitentibus iſtud infundi non poteſt, quia genus eſt ſacramenti. Nam quibus reliqua ſacramenta negantur, quomodo vnum genus putatur poſſe concedi?* Hoc C decretum ſic BEDA VENERABILIS in caput primum, epiſtolæ Iacobi profert, dum exponit illud: *Et orent ſuper eum vngentes eum oleo, &c. Hoc* (inquit) *& Apoſtolos feciſſe in Euangelio legimus, & nunc Eccleſiæ conſuetudo tenet, vt infirmi oleo conſecrato vngantur à preſbyteris, & oratione comitante ſanentur. Nec ſolum preſbyteris, ſed vt Innocentius Papa ſcribit, etiam omnibus Chriſtianis vti licet eodem oleo in ſua aut ſuorū neceſſitate vngendo. Quod tamen oleum, non niſi ab Epiſcopis licet confici. Nam quod ait, oleo in nomine Domini, ſignificat oleum conſecratum in nomine Domini: vel certe, quia etiam cum vngunt infirmum, nomen Domini ſuper eum inuocare debent, &c.* Et Concilium CABILONENSE II. D ſub Carolo Magno, canone quadrageſimo octauo. *Secundum beati Iacobi documentum* (ait) *cui etiam decreta Patrum conſonant, infirmi oleo, quod ab Epiſcopis benedicitur, à preſbyteris vngi debent. Non eſt itaque paruipendenda huiuſcemodi medicina, quæ animæ corporiſque medetur languoribus, &c.* Hinc narrat BERNARDVS CLAREVALLENSIS in vita ſancti Malachiæ Epiſcopi ad calcem. *Nec longè* (ait) *aberat dies ipſa cum illa Malachias loqueretur. Intereà iubet ſe ſacro oleo vngi. Exeunte conuentu fratrum vt ſolenniter fieret, non ſuſtinuit vt ad eum aſcenderent, ipſe deſcendit ad eos. Iacebat ſiquidem in ſolario domus ſuperiori. Vngitur, & ſumpto viatico* E *fratrum ſe orationibus, & fratres commendans Deo ad lectum reuertitur, &c.* Porrò ſtatuit ALEXANDER III parte quinquageſima, Concilij Lateranenſis quod celebrauit, capite vigeſimo ſecundo, vt laicus extremam vnctionē poſſit, deficiente clerico, in neceſſitate infirmo dare. Lege & INNOCENTII III. decreta de ſacra vnctione, in decretalibus Gregorij IX. libro primo, titulo decimoquinto, vbi ſic exorditur: *Cum veniſſem ad Apoſtolicam ſedem Bracarenſis Epiſcopus, &c.* Denique EVGENIVS IV. in Concilio Florentino formam ſeptem ſacramentorum Armenis tra-

A dens, vbi ad illud ſacramentum deuenit. *Quintum* (inquit) *ſacramentum eſt extrema vnctio, cuius materia eſt, oleum oliuæ per Epiſcopum benedictum. Hoc ſacramentum niſi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet: in his locis vngendus eſt, in oculis propter viſum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter guſtum vel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter greſſum, in renibus propter delectationem ibidem vigentem. Forma huius ſacramenti eſt hæc: per iſtam vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid per viſum, &c. & ſimiliter in alijs membris. Miniſter huius ſacramenti, eſt ſacerdos. Effectus verò, eſt mentis ſanatio, & in quantum expedit etiam ipſius corporis. De hoc ſacramento inquit beatus Iacobus. Infirmatur quis in vobis, &c.* Vt ſuprà. Porrò Concilium B SENONENSE decreto decimo vnctionis extremæ ſacramentum ab Apoſtolis deriuatum defendit ex Euangelica authoritate, vbi Apoſtoli oleo vngebant multos infirmos & ſanabantur, & ex teſtimonio Iacobi præmiſſo, &c. tum addit. *Liquidò conſtant extremā vnctionem non ægritudinis tantùm corporalis medicamentum eſſe, ſed etiā cæterorum ſacramentorum inſtar, remiſſionem peccatorum efficaciter operari: ac proinde nec à Iacobo quidem fuiſſe inſtitutum, ſed ab eo tantum, cui peculiare eſt, vt gratiam & gloriam conferre poſſit.* Eadem Concilium COLONIENSE III. partis ſeptimæ, capite quadrageſimo nono & quinquageſimo renouat. Similiter & Concilium AVGVSTENSE, C canone vigeſimo. *Vnctionis extremæ ſacramentum* (ait) *cum litaniis & orationibus à maioribus acceptis, totáque Eccleſia ſeruatis, fidelibus impertiendum iubemus. Sacerdos infirmum conſoletur, à curis & deſiderijs præſentis vitæ ad ſpem æternæ ſalutis erigat, diabolum & terriculamenta cius alto animo contemnere, Chriſtique miſericordiam ſperare doceat: atque ita confirmatum cum benedictione Chriſto commendet, & à reditu quoque comitantem multitudinem infirmitatis humanæ admoneat, atque ad preces pro infirmo in calce terreni agonis luctanti fundendas hortetur, &c.* Eadem refricat & Concilium COLONIENSE IV. capite vltimo. Et Concilium MOGVNTINVM IV. 34 canone, vbi efficaciam huius ſacra- D menti oſtendit contra corporis infirmitates, & terrores conſcientiæ, alleuiationem & hilaritatem rectè ſumentibus præbere, leuiora peccata tollere, & grauiorum reſtantes reliquias expurgare, iuxta Apoſtoli Iacobi teſtimonium iam citatum, & receptam conſentientis Eccleſiæ doctrinam. Omnino eadem Concilium TRIDENTINVM, ſeſſione decimaquarta, quæ fuit quarta ſub Iulio III. capite. De extrema vnctione, vbi ea quæ ſuperiùs ex Eugenio IV. protulimus repetit, de huius ſcilicet ſacramenti inſtitutione, effectu, forma, materia, &c. tum illos perpetuò anathemate ferit, qui hoc ſacramentum temerario auſu improban- E dum duxerint, & ritum ab vniuerſali Eccleſia obſeruatum irriſerint. Lege & librum HENRICI VIII. Anglorum Regis, de aſſertione ſeptem ſacramentorum contra Lutherum, vbi varijs argumentis & teſtimonijs, & Patrum authoritatibus hoc ipſum ſacramentū defendit. Porrò FACVLTAS LOVANIENSIS ſub Carolo quinto Imperatore, articulo duodecimo. Et PARISIENSIS ſub Franciſco primo, articulo decimo. *Confirmatio* (aiunt) *& vnctio extrema, duo ſunt ſacramenta à Chriſto inſtituta, per quæ datur gratia Spiritus ſancti.* Vide Confirmatio. & Chriſma, & Infirmus, & reliquis huiuſmodi vocabulis.

Vnctionis extremæ ſacramentum.

Materia.

Forma.

Miniſter.

Effectus.

Concilium Senonenſe.

Marci 6.

Concilium Colonienſe 3.

Concilium Auguſtenſe.

Salubris inſtructio.

Concilium Colonienſe 4.

Concilium Moguntinu 4.

Concilium Tridentinū generale.

Henricus 8.

Facultas Louanienſis

Facultas Pariſienſis

Vnio.

Concilium Alexandrinum ſub Cyrillo.

Vnio duarum naturarum in Chriſto.] Lege ea quæ ſuperiùs poſuimus vocabulo. Chriſtus conſtans duabus naturis. De hac porrò vnione, Concilium Alexandrinvm, cui præſedit Cyrillus epiſtola tranſmiſſa ad Neſtorium, ſic eiſ fidei Catholicæ confeſſionem deſcribit. *Vnum eſt Chriſtus Filius & Dominus, non velut coniunctionem quamlibet in vnitate dignitatis, & authoritatis hominis habentis ad Deum. Non enim poteſt vnire naturam ſola dignitatis æqualitas. Denique Petrus & Ioannes æquales ſunt ad alterutrum dignitatis, propter quod Apoſtoli & ſancti diſcipuli eſſe monſtrantur: veruntamen vterque non vnum eſt, nec iuxta collationem, vel connexionem, modum coniunctionis aduertimus. Hoc enim ad vnitatem non ſufficit naturalem, nec ſecundum participationis effectum, ſicut nos etiam adhærentes Domino vnus cum eo ſpiritus ſumus imò potiùs coniunctionis nomen euitamus, tanquam non exiſtens idoneum, quod ſignificet vnitatis arcanum. Sed neque Deum, aut Dominum Chriſti, verbum Dei Patris aſſerimus, ne iterum manifeſtius in duo diuidamus vnum Chriſtum Filium, & Dominum, & in crimen ſacrilegij recidamus, Deum illi ſeipſum facientes & Dominum. Vnitus quippe Deus verbum carni, ſecundum ſubſtantiam Deus quidem eſt omnium & dominator vniuerſitatis: veruntamen nec ſeruus eſt ſibi ipſe, nec Dominus quoniam ineptum eſt, vel potiùs impium hoc ſentire vel dicere. Quamuis enim dicat Deum ſuum Patrem, cum ſit Deus & de ſubſtantia eius; tamen nullatenus ignoramus, quod manens Deus, homo quoque factus ſit, qui ſub Deo iuxta debitam legem naturæ humanitatis exiſteret. Ipſi verò ſibi, quomodo vel Deus poterit eſſe, vel Dominus? Ergo ſicut homo, quantum decebat exinanitionis menſura congruit, ſub Deo ſe nobiſcum eſſe aſſeruit. Hoc etiam, quomodo ſub lege factus eſt, quamuis ipſe promulgauerit legem, & legiſlator vt Deus exiſteret. Cauemus de Chriſto dicere* (verba Neſtorij) *Propter aſſumentem, veneror aſſumptum, & propter inuiſibilem, adoro viſibilem* (Patres autem) *Horrendum verò ſuper hoc eſt etiã illud dicere. Is qui ſuſceptus, cum eo, qui ſuſcepit, connuncupatur Deus. Qui enim hoc dicit diuidit iterum in duos Chriſtos eum, qui vnus eſt, hominem ſeorſum in parte, & Deum ſimiliter in parte conſtituens. Euidenter enim denegat vnitatem, ſecundum quam non alter cum altero coadoratur aut connuncupatur Deus, ſed vnus intelligitur Chriſtus Ieſus Filius Dei vnigenitus, vna ſeruitute cum propria carne venerandus. Confitemur etiam, quod idem ipſe qui ex Deo Patre natus eſt Filius vnigenitus Deus, licet iuxta naturam ſuam expers paſſionis exiſteret: pro nobis tamen ſecundum ſcripturas perpeſſus ſit, & erat in crucifixo corpore propria carnis, impaſſibiliter ad ſe referens paſſiones, &c.* Vide loco memorato. Tum ſic concludit. *Quæcunque voces, quas protulit in Euangelio Chriſtus de ſeipſo, vni perſonæ cunctas aſcribimus, vni hypoſtaſi vel ſubſiſtentiæ, verbi ſcilicet incarnati: quia vnus eſt Dominus Ieſus Chriſtus, &c.*

Hypoſtaſis. Cyrillus Alexandrinus.

Eandem doctrinam Cyrillvs Alexandrinus memoratus defendit anathematiſmo 2. 3. 4. & 8 vt in diuerſis locis repoſuimus. Idem libro de incarnatione vnigeniti capite . *Et ſi alij* (ait) *ſimili appellatione vocati ſint Chriſti, vnus tamen eſt per quem omnia Ieſus Chriſtus non quòd homo ſit factus opifex omnium, ſed quod Deus verbum, per quem omnia facta ſunt, ſimiliter ac nos participauit carni & ſanguini, & nuncupatus ſit homo, non tamen perdiderit eſſe quod erat. Ita enim & in carne factus intelligitur opifex omnium* (Et eiuſdem libri capite 7.) *Vnio* (ait) *vel adunatio multis modis impletur. Sociati enim nonnulli affectu vel voluntate, & diſcordantes inter ſe, adunari dicuntur per reconciliationem ſocialem depoſita ſimultate. adunari autem dicimus, & quæ ſibi conglutinantur, ſiue modis aliis conferuntur aut per compoſitionem. Quoties igitur adunatum eſſe noſtræ naturæ Dei verbum dicimus, omni humanæ cogitationi adunationis eius modus videtur eſſe ſuperior. Neque per ſupraſcriptos modos facta eſt arcana illa, & nulli penitus nota: ſed & nihil mirum, ſi in huiuſmodi cogitatione vincamur, cum res noſtras quomodo ſe habeant inquirentes, vltra modum noſtræ mentis inuentionem eſſe confiteamur. Quo namque modo animam hominis ſuo corpori adunatam eſſe putamus? Quis eſt qui poſſit exprimere?* Tum capite 10. ſic concludit. *Adunatum ergo fuit ſanctæ carni Deus verbum, & animam rationabilem, quæ corpori inerat, propriam fecit: tamen naturæ ſine ſubſiſtentia inconfuſæ manſerunt.* Hoc figuratum per arcam & tabernaculum veteris teſtamenti deſcribit prolixo ſermone Item & in defenſione ſui 3. anathematiſmi. *Non igitur* (ait) *confundentes naturas, neque ipſas inter ſe confermentantes, (ſicut dicunt aduerſarij) naturalem dicimus factam eſſe vnitionem: ſed ex duabus rebus diſſimilibus, deitate inquam & humanitate, vnum eſſe factum Chriſtum & Filium & Dominum affirmamus* Reliqua vide in vocabulis, Trinitas, Symbolum, &c.

Vnio & adunatio multis modis impletur.

Vnitas.

Vnitas Eccleſiæ.] Lege, Eccleſiæ vnitas &c.

Ignatius Martyr.

Vnitas Chriſtianorum.] Ignativs Martyr epiſtola ad Magneſianos: *Omnes* (ait) *in idem vna oratione conuenite, vna deprecatio communis eſto, vnus animus, vna ſpes in charitate in fide immaculata in Chriſtum Ieſum, quo re nihil præſtantius eſt. Omnes quaſi vnus ad templum Dei concurrite, ſicut ad vnum altare, ſicut ad vnum Ieſum Chriſtum pontificem, &c.* Idem ad Philippenſes eadem repetit vbi de vnica Eccleſia, vnico baptiſmate, vnica fide pertractat. Et epiſtola ad Philadelphienſes in initio: *Vt Filij lucis* (ait) *id eſt, veritatis, fugite diuiſionem vnitatis, & malam doctrinam hæreticorum, à quibus coinquinatio permaſit in omnem terram Vbi autem paſtor eſt, illuc ſicut oues ſequimini, multi enim lupi pellibus ouium induti, mala voluptate captiuos detinent ad Deum decurrentes: ſed in vnitate veſtra locum non ſunt habituri.* Et iterum epiſtola ad Policarpum: *Vnitas* (inquit) *ſit tibi curæ, qua nihil melius eſt.* Et Martialis Apostolvs epiſtola ad Burdegalenſes capite 12. eadem penè verba repetit. Demum quanta priſcis temporibus eſſet vnitas Chriſtianorum, oſtendit Tertvllianvs Carthaginenſis libro Apologetico aduerſus gentes capite 31. nam arguit Gentiles, qui Chriſtianos ſubſannabant, eo quod ſe fratres mutuò vocarent. *Corpus* (inquit) *ſumus de conſcientia religionis, & diſciplinæ veritate, & ſpei fœdere. Coimus in cœtum & aggregationem, vt ad Deum quaſi manu facta precationibus ambiamus orantes. Sed & quòd fratres nos vocamus, non alias opinor inſaniunt, quàm quòd apud ipſos omne ſanguinis nomen de affectatione ſimulatum eſt. Fratres enim veſtri ſumus iure naturæ, matris vnius, & ſi parum homines vos, quia mali fratres. At quanto digniùs fratres & dicuntur, & habentur, qui vnum Patrem Deum agnouerunt, qui vnum ſpiritum biberunt*

Quã pulchrè vnitatẽ ſeruabant primitiua ſecula.

Martialis Apoſtolus.

Tertullianus Carthaginenſ.

Omnes ſumus fratres iure naturæ.

ſunctionis, qui de vno vtero ignorantiæ eiuſdem, ad vnam lucem expirauerunt veritatis. Sed eo fortaſſe minus legitimi exiſtimamur quia nulla de noſtra fraternitate tragœdia exclamat, vel quia ex ſubſtantia familiari fratres ſumus, quæ penes vos fere dirimit fraternitatem. Itaque qui animo animâque miſcemur, nihil de rei communicatione dubitamus, omnia indiſcreta ſunt apud nos, præter vxores, &c. Et CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro primo epiſtolarum, epiſtola ſexta ad Magnum, multa de vnitate diſſeruit. Vide, Eccleſiæ vnitas loco allegato. Hinc LEO PRIMVS epiſtola quarta ad Theodoſium Auguſtum. *Quid rebus humanis ad exorandam miſericordiam Dei efficacius ſuffragetur, quàm ſi vna gratiarum actio, & vnius confeſſionis ſacrificium maieſtati eius ab omnibus offeratur, in quo & ſacerdotum & cunctorum fidelium ita demum erit plena deuotio, ſi in his quæ per vnicum Dei Filium Deum verbum noſtræ redemptione ſunt geſta, nihil aliud ſentiatur, quam quod ipſe prædicari de ſe iuſſit & credi. Hoc autem qui voluerit negare* ait idem epiſtola 43. ad Pulcheriam Auguſtam) *teſtificante lege, credentibus patriarchis, annuentibus prophetis, prædicante Euangelio, docentibus Apoſtolis, & toto modo confitente, & ſacramentum incarnationis, virginis matris partum, carnis & animæ veritatem, in Dei Filio manere inſeparabiliter in vnitate perſonæ non admittit, extra ſacramentum corporis Chriſti, extra vnitatem eſt nominis Chriſtiani,* De vnitate ZENO IMPERATOR epiſtola ad populum Alexandriæ. Aegypti. Lybiæ. & Pentapolis elegantiſſimè diſſerit, vt refert Liberatus Carthaginenſis in breuiatio de cauſa Neſtorianorum capite decimo octauo, & Nicephorus Calliſtus libro decimo ſexto, capite duodecimo, vide loco allegato.

Cyprianus Carthaginenſis.

Leo I.

Zeno Imperator.

VOLVNTAS.

Voluntas Dei & hominis.] Concilium ARAVSICANVM II. canone vigeſimo tertio *Suam voluntatem homines faciunt, non Dei, quando id agunt, quod Deo diſplicet. Quando autem ita faciunt quod volunt, vt diuinæ ſeruiant voluntati, quamuis volentes agunt quod agunt, illorum tamen voluntas eſt a quo præparatur, & iubetur quod volunt.*

Concilium Arauſicanum II. ſub Leone I.

VOTVM.

Vota ſolemnia & particularia antiquo ritu defenduntur.] De votis quæ ſolent in monachorum ſolenni profeſſione emitti ſuo loco iam diximus, videlicet in vocabulo. Monachus, Monialis Ideo autem ſufficiat te præmonuiſſe, quandoquidem non æquum cenſemus quod iam copioſè ſemel probatum eſt, iterum reuoluere. De votis item clericorum, habes luculenter digeſta patrum decreta in vocabulo, Cœlibatus. De votis item quæ fiunt peregrinationis gratia, habes in vocabulo, Peregrinatio. Ibidem ergo ex DIONYSIO AREOPAGITA, & PHILONE IVDAEO diſces antiquiſſimum morem fuiſſe vota vouere, & reddere per ſolemnem profeſſionem SOZOMENVS SALAMINIVS libro ſexto, hiſtoriæ Eccleſiaſticæ capite vigeſimo nono, & reliquis, ſatis demonſtrat priſcos Patres voto ſe vel continentiæ, vel paupertatis, vel obedientiæ aſtrinxiſſe Vide & NICEPHORVM CALLISTVM libro vndecimo, capite trigeſimo ſeptimo, & reliquis. Porrò VRBANVS I. epiſtola prima ad omnes fideles: *Quicunque veſtrum* (ait) *communem vitam ſuſceptam habet, & vouit ſe nihil propriũ habere videat, ne pollicitationem ſuam irritam faciat: ſed hoc quod Domino eſt pollicitus, fideliter cuſtodiat, ne damnationem, ſed præmium ſibi acquirat: quoniam ſatius eſt non vouere, quàm votum, prout melius poteſt, non perficere. Grauius enim puniuntur qui votum fecerunt, aut fidem perceperunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierunt, quàm illi, qui vitam ſine voto finierunt, aut ſine fide mortui ſunt, & bona egerunt opera, &c.* Votorum meminit TERTVLLIANVS CARTHAGINENSIS libro de ieiunio aduerſus Pſychicos, dũ illos perſtringit, quòd ieiunia noua accuſarent *Nec nouum* (inquit) *quod ſemper, nec vacuum quod vtile. Sed & illud in medio eſt, quædam ex his officiis à Deo homini imperata legem conſtituiſſe, quædam ab homine Deo oblata votum expunxiſſe: tamen & votum cum à Deo acceptatum eſt, legem in poſterum facit per auctoritatem acceptatoris. Exinde enim faciendum mandant, qui factum comprobant* Et iterum libro de oratione *Votum* (ait) *Chriſtianorum, confuſio nationum, exultatio Angelorum, &c* Et CLEMENS ALEXANDRINVS emittendi voti Caſtitatis meminit libro tertio. ſtromatum *Eſt* (inquit) *continentia corporis deſpicientia conuenienter pacto conuento, cum Deo inito.* Hinc de Beatiſſima virgine Maria loquitur GREGORIVS NISSENVS oratione in die Natiuitatis Domini habita, quod perpetuum votum caſtitatis emiſerit, ſicut & obedientiæ. vt iam cum aliis innumeris teſtimoniis patrum citauimus in vocabulo, Monialis Virgo, &c. Ne te pigeat locum reuoluere, cum aliis iam præfixis. Denique ORIGENES ADAMANTIVS homilia vigeſimaquarta in Numeros: *Scio* (inquit) *diuerſa vota in ſcripturis referri. Anna quidem vouit Deo fructum ventris ſui, & Samuelem conſecrauit in templo. Alius quodcunque ſibi poſt victoriam redeunti occurriſſet vouit Deo, & occurrente filia vota lachrymanda perſoluit. Alii vitulos, aut arietes, aut domos, aut alia eiuſmodi ratione carentia vota offerunt Deo: ille verò, qui appellatur Nazaræus, ſemetipſum deuouit Deo. Hoc eſt enim votum Nazaræi, quod eſt ſuper omne votum. Nam filium offerre, vel filiam, aut pecus, aut prædium, hoc totum extra nos eſt: ſemetipſum Deo offerre, & non alieno labore ſed proprio placere, hoc eſt perfectius, & eminentius omnibus votis. Quod qui facit, imitator eſt Chriſti, &c* Hinc Concilium GANGRENSE canone vigeſimoprimo, *Nos virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cum caſtitate & religione Deo acceptiſſimam dicimus, & renunciationem ſecularium negotiorum, atque actuum cum humilitate approbando laudamus.* Et Concilium ARAVSICANVM I. item ſimiliter votorum canone vigeſimooctauo, meminit, vt repoſuimus ſuprà, Monialis. Et ARAVSICANVM II. canone vndecimo, *Nemo* (ait) *quicquam Domino rectè vouerit, niſi ab ipſo acceperit, ſicut legitur. Quæ de manu tua accepimus, damus.* Et BASILIVS MAGNVS in ſermonibus Aſceticis, ſiue de inſtitutione monaſtica, ſæpius votorum meminit, vt iam alibi diximus. Et AMBROSIVS MEDIOLANENSIS libro primo de Cain & Abel, capite octauo, *Prima* (inquit) *voti gratia, eſt celeritas ſolutionis. Melius eſt enim non vouere votum, quàm vouere & non reddere. Cum enim moram facis non reddis votum. Eſt autem poſtulatio bonorum a Deo*

Dionyſius Areopagita Philo Iudæus.

Sozomenus Salaminius.

Nicephorus Calliſtus.

Vrbanus I.

Tertullianus Carthaginenſ.

Gregorius Niſſenus.

Origenes Adamantius.

Concilium Gangrenſe ſub Sylueſtro I.

Vide tria vota.

Concilium Arauſicanũ I. & 2.

1 Paralip. 29.

Baſilius Magn.

Ambroſius Mediolanenſis.

cum

cum ſoluendi muneris promiſſione. Et ideo cum impetraueris quod petiſti, ingratū eſt tardare promiſſum, &c. Idem in exhortatione ad Virgines ſoluendi voti ſæpiùs meminit. Et GREGORIVS NAZIANZENVS oratione decimaquarta in Patrem ſuum Gregorium: *Nos* (inquit) *antequam naſceremur, Deo vouit Mater, nequaquam de futuro ſolicita, & quam primum nati eſſemus, Deo ſe nos oblaturos promiſit, nec oratione ſua à Deo eſt defraudata, nec is hoſtiam ſibi oblatam reiecit.* Eadem de eodem teſtatur GREGORIVS PRESBYTER in eius vita, AVGVSTINVS HIPPONENSIS libro de ſancta viduitate capite vodecimo. *Si enim, quod nullo modo dubitandum eſt, ad offenſionem Chriſti pertinet, cum membrum eius fidem non ſeruat marito: quantò grauius offenditur, cum illi ipſi non ſeruatur fides, in eo quod exigit oblatum, qui non exegerat offerendum? Cum enim quiſque non reddit, quod non imperio compulſus, ſed conſilio commonitus vouit, tanto magis fraudati voti auget iniquitatem, quanto minùs habuit vouendi neceſſitatem.* Hinc OLYMPIODORVS DIACONVS Conſtantinopolitanus in caput quintum, Eccleſiaſt. exponens illud, *Sicut vouiſti votum Deo, ne moreris illud reddere, &c. Votum eſt* (ait) *cum quid Deo pollicemur nos reddituros. Vouemus autem Deo & pollicemur, non pecunias modo, ſed abſtinentiam victus & caſtitatem, & quæ ſunt generis eiuſdem. Quia ergo ſtultos per ſæpè pollicitorum pœnitentia ſubdit ac dolor, volentes vota perſoluere hortatur, vt citò ac velociter quæ promiſimus Deo reddamus. Malum eſt, proculdubio, ac deteſtabile, ſi nihil vnquam velis Deo tribuere: multo tamen eſt peius, ſi pollicearis te Deo quid daturum, neque perſoluas. Duobus igitur propoſitis malis, bonum dixit quod minus eſt malum, dum dicit, melius eſt te non vouere, quàm poſt votum promiſſa non reddere, &c.* Denique votorum ſolemnem memoriam facit FVLGENTIVS RVSPENSIS epiſtola prima de coniugali debito, per totam epiſtolam, vbi ſatis oſtendit, quàm Deo ſit gratum & acceptum votum, quod rationabiliter eſt emiſſum, quod omninò irreuocabile cenſet. *Quàm ſit* (ait ad calcem) *malum, quámque ſolicito effugiendum, ſi quis de hoc, quod Deo vouerit, aut retinere, aut repetere aliquid mortifera præuaricatione pertentet, exemplo ſunt Ananias & Saphira, quos de pretio agri quandam partem infideliter ſubtrahentes, non ſolum vox Apoſtolica, tanquam diuini iuris peruaſores, increpauit, ſed etiam ſeueritas iuſtitiæ cœleſtis occidit.* Profert prætereà veteris legis teſtimonis, quibus licitum eſſe vota emittere comprobat. Denique Concilium AQVISGRANENSE I. canone 112. ex authoritate Auguſtini omninò vota emiſſa obligare comprobat. Verùm alibi illud inſeruimus. Vide profeſſio, & proprietas. Sic & CAROLVS MAGNVS circa medium voluminis conſtitutionum ſuarum vota obligare conſtanter aſſeuerat. Lege ea quæ reperies in decretalibus GREGORII IX. libro tertio, titulo trigeſimoptimo, de voto & voti redemptione per totum. Et BONIFACIVS VIII. in ſexto decretalium libro tertio, titulo, decimoquinto, capitulo vnico. *Quòd votum debeat dici ſolenne, &c.* Et in extrauagante IOANNIS XXII. titulo ſexto, capitulo vnico, *Antiquæ concertationi finem cupientes imponere, &c.* Porrò de votis irretractabilibus Concilium BITERRENSE canone decimoquinto, & decimo ſexto, loquitur. Siquidem monachis & canonicis Regularibus proprietatem voto emiſſum

Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Presbyter.
Auguſtinus Hipponenſis.
Olympiodorus diaconus nouæ Romæ.
Votum quid.
Fulgentius Ruſpenſis.
Concilium Aquiſgranenſ. 1.
Carolus Magn.
Gregorius 9.
Bonifacius 8.
Ioannes 22.
Concilium Biterrenſe.

A omninò interdicit. *Super cuius ſolutione* (ait) *ſicut & caſtitatis, nec ſummus Pontifex poteſt diſpenſare. Qui verò in ea inuenti fuerint mortui, excommunicatione notentur, & ſepultura aſini ſepeliantur, &c.* Vide in vocabulo, Proprietas, &c. Porrò Concilium SENONENSE contra hæreticorum ſtrophas pro votis certat authoritate ſacræ ſcripturæ, in medium illud Euangelij proferens. *Sunt Eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum. Sed & teſte Apoſtolo* (ait) *certa damnatio eſt Viduarum, quæ primam fidem irritam fecerunt: non quam baptiſmo quo nuptiarum fœdera non reſpuit, ſed iuxta expoſitionem Concilij Carthaginenſis* (allegati à Gratiano cauſa vigeſimaſeptima, quæſtione

B prima, capite, Sicut bonum) *quàm perpetuæ caſtitatis profeſſione ſpopondiſſent. Ab hoc autem perpetuæ caſtitatis voto, qui Chriſtum aliquando dehortantem facit, in eum blaſphemat, & Apoſtolo contrarius eſt, qui palam, nec ſemel tantùm ad perpetuæ virginitatis obſeruantiam inſtigaſſe legitur. Cæterùm cum Chriſtus ſuadeat, vt qui vult perfectus eſſe abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam, vadat & vendat omnia quæ habet & det pauperibus, ad perpetuæ profeſſo tum obedientiæ, tum paupertatis vota cohortatur. Si quis igitur votum aliquod huiuſmodi vouerit Domino, etiam ſi perpetuum fuerit, non faciet irritum verbum ſuum, ſed Deiparæ virginis, Annæ matris Samuelis, & Rechabitarum exemplo, omne quod pro-*

C *miſerit implebit, neque tardabit reddere, ſed quæ ſemel de labiis ſuis egreſſa fuerint obſeruabit, & faciet ſicut promiſit Domino: quandoquidem ruina eſt Domini deuotare ſanctos, & poſt vota retractare. Quòd ſi quis ſecus fecerit, aut hæretica prauitate corruptus ſecus facere licitum eſſe docuerit, is velut iuris tum diuini, tum naturalis infractor, ne dum ſacro ſanctis Conciliis iniurius, condigna per ſuos ſuperiores animaduerſione plectatur.* Trium Votorum eſſentialium etiam Concilium BASILIENSE ſeſſione decimaquinta meminit, & Concilium TRIDENTINVM ſeſſione vigeſima quinta, quæ fuit nona ſub Pio quarto, verùm repoſuimus ea ſu-

D prà, &c. Monaſteria, &c diſſor. Vnde etiam FACVLTAS LOVANIENSIS articulo trigeſimoſecundo: *Certum eſt* (ait) *non peccare eos, qui vouent Deo vota Religionis aut alterius rei, votaque illa erga Deum hominem obligare, nec repugnare libertati Euangelicæ, quæ militat contra peccatum, & contra omnia cuiuſuis generis machinamenta, quæ animam præpedire moliuntur, ne ſe Deo totaliter dedicet, & ſeruitio eius addicat: non autem contra vota, aut licita promiſſa per iuramenti ſacramentum fulta, aut contra debitam ſuperioribus tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus obedientiam.* Et FACVLTAS PARISIENSIS articulo vigeſimo quinto, *In conſcientiæ foro vota obligant, etiam ſi monaſtica ſint,*

E *perpetuæ ſcilicet continentiæ, paupertatis & obedientiæ.* Lege aliis in vocabulis iam antè præmonſtratis.

Votum illicitum ſoluendum.] Vide, Iuramentum, &c.

Votum emittere nullus cogatur.] Vide, ſuperiùs.

Votum continentiæ emiſſum an ſoluat matrimonium,] Vide poſitum ſuprà, Matrimonium, &c.

Concilium Senonenſe.
Matth. 19.
1. Timoth. 5.
2. Corinth. 5.
1. Corinth. 7.
Lucæ 9.
Matth. 19.
Numeri 30.
Deuter. 23.
Lucæ 1.
1. Regum 1.
Ieremiæ 35.
Prouerb. 20.
Concilium Baſilienſe generale.
Concilium Tridentinum generale.
Facultas Louanienſis.
Facultas Pariſienſis.

VSVRA.

Vſura Eccleſiaſticis viris interdicitur.] Non ſolùm autem Eccleſiaſticis viris, ſed &

omnibus

A omnibus Chriſtianis, vt facilè poſſemus ex authoritate ſcripturæ, & Patrum omnium demonſtrare, niſi me prolixitas operis coartaret. Sed quia de diſciplina Eccleſiaſtica intendimus ſpecialiter loqui, ideò quantum vſuram debeant clerici omnes fugere & euitare, paucis docendum eſt. Itaque CANON APOSTOLORVM XLIV. allegatur à Gratiano diſtinctione quadrageſimaſeptima, capite, Epiſcopo, & ab Iuone libro tertio decretorum *Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus*, (ait) *Vſuras a debitoribus exigens, aut deſinat, aut certè damnetur*. Iuo addit, *& communione priuetur*. Hunc canonem allegat Concilium NICÆNVM I. canone decimo octauo. & ſic loquitur, & allegatur à Gratiano cauſa decima quarta, quæſtione quarta, capite, Quoniam multi. *Quoniam* (ait) *multi clerici auaritia cauſa turpia lucra ſectantes, obliti ſunt diuini præcepti, quo dictum eſt, qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, fœnerantes centeſimas exigunt, ſtatuit hoc ſanctum Concilium. Si quis inuentus fuerit post hanc definitionem vſuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra ſectari, vel etiam ſpecies frumentorum ad ſeſquiplum dare, omnis qui tale aliquid commentatus fuerit ad quæſtum, abiiciatur a clero, & alienus ab Eccleſiaſtico habeatur gradu*. Hunc canonem, & Apoſtolicum præmiſſum, repetit Concilium GENERALE VI. canone decimo, & Concilium ARELATENSE II. canone decimoquarto, C & Concilium Aquiſgranenſe primo, canone quadrageſimo. Porrò ſimile eſt quod etiam ſtatuit Concilium ELIBERTINVM canone vigeſimo, & allegatur à Gratiano diſtinctione quadrageſimaſeptima, capite, Si quis clerico. & ab Iuone libro tertio, *Si quis* (ait) *clericorum detectus fuerit vſuras accipere, placuit degradari & abſtinere. Si quis etiam laicus accepiſſe probatur vſuras, & promiſerit correptus ſe iam ceſſaturum, nec vlterius exacturum, placet ei veniam tribui: Si verò in ea iniquitate durauerit, ab Eccleſia ſciat ſe eſſe proiiciendum*. Idem omninò ſtatuit Concilium ARELATENSE I. canone duodecimo, & allega- D tur à Gratiano cauſa decimaquarta, quæſtione quarta, capite ministri. Similiter idem repetit Concilium CARTHAGINENSE IV. canone 67. & allegat Gratianus diſtinctione quadrageſimaſexta capite Seditionarios. &c. Porrò ſic ſtatuit Concilium CARTHAGINENSE I. canone decimotertio *In noſtro concilio ſtatutum eſt, vt non liceat clericis fœnerari: quia quod in laicis reprehenditur, id multomagis in clericis oportet prædamnari vniuerſi dixerunt: nemo contra prophetas, nemo contra Euangelia facit ſine periculo*. Hunc canonem renouat Concilium HIPPONENSE canone vigeſimoquarto, & Concilium Aquiſgranenſe primum, canone 61. Hinc IVLIVS I. E decreto, quod allegat Gratianus cauſa decima quarta, quæſtione quarta, capite, Quicunque. Et Iuo libro tertio. *Quicunque tempore meſſis vel vindemiæ, non neceſſitate, ſed propter cupiditatem, comparat annonam vel vinum: verbi gratia, de duobus nummis comparat modium vnum, & ſeruat vſque dum venundetur denarijs quatuor, aut ſex, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus*. Et Concilium LAODICENVM canone quinto, allegatur à Gratiano diſtinctione quadrageſimoſexto, capite non licet. *Non licet ſacris altaris miniſtris altaris, vel in quocunque clericali ordine constitutis, vel vſuras, vel lucra, quæ ſexcupla dicuntur, accipere*. Hunc canonem renouat Concilium Aquiſgranenſe primum,

Canon Apoſtolorum.

Concilium Nicænum I. generale.

Pſal. 14.

Concilium Conſtantinopolitanum I generale 6.

Concilium Arelatenſe 2.

Concilium Elibertinum.

Concilium Arelatenſe 1.

Concilium Carthaginenſe 4.

Concilium Carthaginenſe 1. ſub Marco 1.

Concilium Hipponenſe.

Iulius 1.

Concilium Laodicenum.

A canone ſeptuageſimoquinto, & Concilium CARTHAGINENSE III. canone decimo ſexto & allegatur à Gratiano cauſa decimaquarta, quæſtione quarta, capite, Nullus *Nullus clericorum amplius recipiat, quam cuiquam accommodauerit. Si pecuniam, pecuniam accipiat, ſi ſpeciem, eandem quantam dederit accipiat, & quicquid aliud tantum, quantum dederit accipiat* Hunc canonem refert etiam MARTINVS BRACARENSIS in collectorio capite 62. & allegatur à Gratiano vbi ſuprà capite, Si quis Hunc quoque canonem citat Concilium VORMATIENSE canone 69. & GELASIVS I. epiſtola prima ad Epiſcopos Lucaniæ Bruttiorum, &c capite decimo B ſeptimo, & allegatur à Gratiano diſtinctione 88. capite conſequens Et Concilium AGATHENSE, vt citat Gratianus cauſa decimatertia, quæſtione tertia, capite, Vſura. *Vſura eſt* (ait) *vbi amplius requiritur, quam datur: verbi gratia: ſi dederis ſolidos decem, & amplius quæſieris, vel dederis frumenti modium vnum, & ſuper aliquid exegeris*. Eadem CAROLVS MAGNVS capite vndecimo Conſtitutionum, omninò deuitari præcipit. Porrò vitandam cleris vſuram docet LEO I. epiſtola prima, ad Epiſcopos Campaniæ, Tuſciæ, Piceni, &c. capite tertio, & quarto, vbi prohibet ne ſuo vel alterius nomine clerici fœnus exerceant, aliter facientes ab officio ſuſpendantur. C Eadem renouat etiam Concilium TVRONENSE I. canone decimo tertio, vbi vetat ne aliquis clericus, qui negotiandi ſtudium habere voluerit, vſuras accipiat: quia ſcriptum eſt: *Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram*. Hoc repetit Concilium RHEMENSE canone trigeſimo ſecundo, & Concilium TARRACONENSE canone ſecundo, & allegatur à Gratiano cauſa decimaquarta, quæſtione quarta, capite, Canonum, &c. *Canonum ſtatutis firmatum eſt, vt quicunque in clero eſſe voluerit, emendi vilius vel vendendi carius ſtudio non vtatur. Certe ſi hoc voluerit exercere, cohibeatur a clero*. Et canone tertio, & allegatur D ibidem capite, Si quis. *Si quis clericus ſolidum in neceſſitate præſtiterit, hoc de vino, vel frumento accipiat, quod mercandi cauſa tempore ſtatuto decretum fuerit venundari. Cæterùm ſi ſpeciem non habuerit neceſſariam, ipſum, quod dedit, ſine vllo augmento recipiat*. Et Concilium AVRELIANENSE III. canone vigeſimoſexto. *Clericus, à diaconatu & ſupra, pecuniam non commodet ad vſuras, nec de præſtitis beneficijs quicquam amplius, quam datur, ſperet: neve in exercendis negotijs turpis lucri cupiditate verſetur, ſicut publici negociatores, qui ad populares penſam obſeruant, aut ſub alieno nomine interdicta negotia audeat exercere. Quòd ſi quis aduerſum ſtatuta venire præſumpſerit, communione conceſſa ab or- E dine regradetur*. Eadem renouat Concilium MOGVNTINVM I. canone decimo, & Concilium AQVISGRANENSE II. canone octauo, de ordine rectorum & Concilium MELDENSE canone quinquageſimoquinto, vbi allegat præmiſſum canonem decimumoctauum, Niceni primi. Concilij Porrò de vſura clericis vitanda, ALEXANDER III. parte decima ſexta Concilij Lateranenſis quod celebrauit capite tertio, ſcribens Ianuenſi Archiepiſcopo, ait, *Quoniam non ſolum viris Eccleſiaſticis, ſed etiam quibuſlibet alijs periculoſum eſt vſurarum lucris intendere, authoritate præſentium tibi duximus iniungendum, vt liceat tibi clericos tuos, qui de poſſeſſionibus vel arboribus, quas tenere in pignore noſcuntur, ſortem*

Concilium Carthaginen. 4.

Martinus Bracarenſis.

Gelaſius I.

Concilium Agathenſe.

Vſura quid.

Carolus Magnus.

Leo I.

Concilium Turonenſe I.

Concilium Rhemenſe.

Concilium Tarraconenſe.

Concilium Aurelianenſe 3.

Vt publicè qui ad populi ſpectaculum negociatores vbſeruant.

Concilium Moguntinum I.

Concilium Aquiſgranenſe 2.

Concilium Meldenſe.

Alexander 3.

A *ſuam deductis expenſis receperunt, ad eandem pigno-ra reſtituenda, ſine vſurarum exactione, Eccleſiaſtica diſtrictione compellere.* Et capite nono, ibidem ſubditur. Hæc omnia inſerta reperies, & multò plura in decretalibus GREGORII IX libro quinto, titulo decimoquinto, per totum. Lege & BONIFACIVM VIII. in ſexto decretalium libro quinto, titulo quinto, de vſuris, ex Concilio Lugdunenſi generali ſub Gregorio decimo, Incipit, *Vſurarum voraginem, &c.* Lege & in Clementinis CLEMENTIS V libro 5. titulo 5. ex Concilio Generali Viennenſi ſic incipit, *Ex graui ad nos inſinuatione peruenit, &c.* Vide & ſequentia.

Gregorius 9.
Bonifacius 8.
Clemens 5.

B Vſura multiplex deſcribitur & vetatur.] Illud poſſemus amplificare ex libris Ambroſij, Auguſtini, Hieronymi, &c. Sed ſufficiat quod Concilium PARISIENSE III. libro primo, capite quinquageſimotertio, ſtatuit. *Cum multa (inquit) & innumera fiant mala, quibus & Deus offenditur, & regnum Chriſtianorum periclitatur, extat inter cætera vnum quoddam valde execrabile, Deóque deteſtabile auaritia genus, quo indubitanter & Deus ad iracundiam prouocatur: quia eo præceptis eius reſultatur, & miſericordia humana præcepta diuina tranſgredientis augmenta damnationis præparantur: eo quod ſcilicet quidam clericorum & laicorum obliti præceptionis Dominicæ, qua dicitur, pecuniam tuam non dabis ad vſuram, & frugum ſuperabundantiam non exiges, ego Dominus Deus veſter: In tantam turpiſſimi lucri rabiem exarſerunt, vt multiplicibus atque innumeris vſurarum generibus ſua adinuentione & cupiditate repertis, adeò pauperes Chriſti affligant, vt exceptis aliis oppreſſionibus, quibus ad iniuriam Dei atrociter cruciantur, hoc ſpeciali malo multi eorum fame & egeſtate confecti pereant. Multi etiam hac oppreſſione compulſi, propriis derelictis, alienas incolatus gratia terras expetant. Famis prætereà tempore cùm quiſpiam pauper, omnium rerum penuria attenuatus, ad aliquem fœneratorem venit, vt poto frater ad fratrem quos conſtat vno pretioſo Chriſti ſanguine redemptos, petens ab eo ſuas miſerabiles neceſſitates ſubleuari, ſibique id quo indiget commodari, taliter ſibi ab eo ſolet reſponderi. Non eſt mihi frumentum, aut aliud quid, quod in cibum tibi ſumere vis ad mutuandum, ſed magis ad venundandum. Si vis emere fer pretium & tolle. Cui pauper: non eſt mihi (inquit) quicquam pretij, quo emere id quo indigeo valeam. Sed peto abs te vt miſerearis mei, & quomodocunque vis mihi quod peto, ne fame peream, mutuum porrige. Fœnerator e contra. Quot modo denarios poſſim modium frumenti mei vendere, aut tot denarios tempore fructus noui mihi redde, aut certè eorum pretium in frumento & vino, & cæteris quibuſlibet aliis frugibus ad plenum ſupple. Vnde euenire ſolet, vt pro vno frumenti modio taliter mutuato, tres aut certè quatuor modij à pauperibus tempore meſſis violenter exigantur. Quod & de modio vini ſimiliter fieri ſolet. Sunt & alij modi, & multæ calliditates quorumdam fœneratorum, quibus pauperes exhauriuntur & paupertati addicuntur, quas enumerare longum eſſet.* Porrò prohibitam vſuram veteris & noui teſtamenti authoritatibus produnt patres eiuſdem Concilij, & ſubiungunt. *Miſerabilis planè res eſt, & valde deflenda, quando quis pro facultatibus mundi, quarum momentaneus poſſeſſor exiſtit, quia eas fratribus indigentibus charitate dictante non impertit, & gloriam Chriſtiani nominis ſibi adimit, & Deum qui charitas eſt amittit.* Porrò Concilium VALENTINVM Galliæ 3.

Concilium Pariſienſe 3. ſub Lothario & Ludouico Imper.
Leuit. 25.
C
D
Verba vſurariorum & fœneratorum.
E
Exodi 22.
L[illegible] 25.
Deuteron. 23.
Ezechiel 18.
Pſalm. 14.
Amos 8.
Galat. 6.
Concilium Valentinum Galliæ 3.

A canone 10. *Vſurarum* (ait) *turpia lucra iterum canonica ſeueritate inhibemus.* Repete tam multa decreta ſuperiùs allegata & adiunge quod ſequitur.

Vſura cum Iudæis omninò prohibetur.] Concilium LATERANENSE ſub Innocentio 3. canone 67. *Quantò amplius Chriſtiana religio ab exactione compeſcitur vſurarum, tantò grauius ſuper his Iudæorum perfidia inſoleſcit, ita quod breui tempore Chriſtianorum exhauriunt facultates. Volentes igitur in hac parte proſpicere Chriſtianis, ne a Iudæis immaniter aggrauentur, ſynodali decreto ſtatuimus, vt ſi de cætero quocunque prætextu, Iudæi à Chriſtianis graues & immoderatas vſuras extorſerint, Chriſtianorum eis participium ſubtrahatur, donec de immoderato grauamine ſatisfecerint competenter. Chriſtiani quoque, ſi opus fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellantur ab eorum commerciis abſtinere. Principibus autem iniungimus, vt propter hoc non ſint Chriſtianis infeſti, ſed potius à tanto grauamine Iudæos ſtudeant cohibere: ac eadem pœna Iudæos decernimus compellendos, ad ſatisfaciendum Eccleſiis pro decimis, & oblationibus debitis, quas à Chriſtianis de domibus & poſſeſſionibus aliis percipere conſueuerant, antequam ad Iudæos quocunque titulo deueniſſent, vt ſic Eccleſiæ conſeruentur indemnes.* Eadem renouat Concilium NARBONENSE canone 2 lege in vocabulo, Iudæus, & in decretalibus ſexto, decretalium, & Clementinis, locis præcedenti pagina aſſignatis.

Concilium Lateranēſe ſub Inno[illegible] 3. patrum 2[illegible].
B
Concilium Narbo[illegible] ſub Ludouico 9.
C

Vſura an pia cauſa poſſit committi.] Lege in decretalibus Gregorij 9 libro quinto, titulo 15 per totum vbi etiam inſeritur decretum ALEXANDRI III. quod habetur parte 16. Concilij Lateranenſis ſub eodem celebrati ad Archiepiſcopum Panormitanum. *Super eo, quod à nobis tua diſcretio poſtulauit, vtrum poſſit in recipienda pecunia ad vſuram fieri diſpenſatio, vt pauperes qui in Saracenorum captiuitate tenentur, per eandem poſſint pecuniam liberari: præſentibus tibi litteris duximus reſpondendum, quòd cum vſurarum crimen vtriuſque teſtamenti pagina deteſtetur, ſuper hoc diſpenſationem aliquam non videmus admittendam quia cum ſcriptura ſacra prohibeat, vel pro alterius vita mentiri, multomagis prohibendum eſt, ne quis in redimenda vita captiui, vſurarum crimine inuoluatur.* Vide loca allegata.

Alexander 3.
D

Vſura data pecunia, an reddi liceat.] Lege in decretalibus & ſexto decretalium, atque in Clementinis, locis præcedenti pagina annotatis. Porrò ALEXANDER III parte decimaſexta, Concilij Lateranenſis quod celebrauit capite quarto, Vigilenſi Epiſcopo. *Debitores* (ait) *ad ſoluendas vſuras, in quibus ſe obligauerant cogi non debent, niſi eas iuramento ſoluere teneantur. Si verò de ipſarum ſolutione iuramentum fecerint, cogendi ſunt Domino reddere iuramentum, vt à creditoribus abſoluantur: & cum vſuræ ſolutæ fuerint, creditores ad eas reſtituendas Eccleſiaſtica, ſi neceſſe fuerit, cogendi ſunt ſeueritate.* Eadem capite ſexto, ſequenti Vintonienſi Epiſcopo. *Vtrum clericus ſit cogendus vſuras creditori ſoluere, reſpondetur. quòd cum periculoſum ſit omnibus Dei fidelibus vſuras recipere, ad earum ſolutionem nullus Chriſtianus eſt cogendus, niſi iuramento, vel fide eas ſoluere teneatur, ſed potius creditores ab Vſurarum exactione Eccleſiaſtica debent coerceri ſententia.* Tum capite octauo, eidem Epiſcopo iniungit vt illos moneat, qui ſortem ſuam de fructibus pignorum, vel aliunde, deductis expenſis receperint, & per excommunicatio

Alexander 3.
E

uis ſententiam compellat . ſublato appellationis remedio, vt debitoribus ipſis pignora ſua ſine difficultate & dilatione reſtituant.

Vsvrarii.

Vſurarij vt puniendi.] Lege in Gregorij 9. decretalibus libro quinto . titulo decimoquinto, de Vſuris per totum & in ſexto decretalium Bonifacij octaui , libro quinto , titulo quinto de Vſuris per totum , & in Clementinis Clementis quinti titulo quinto, libri quinti, de Vſuris , &c. Porrò Concilium Lateranense ſub Alexandro tertio, parte 1. 25. *Quia in omnibus fere locis* ait *tantum vſurarum exercitium inoleuit, vt multi aliis negotiis pratermiſſis , quaſi licite vſuras exerceant , & qualiter vtriuſque teſtamenti pagina condemnentur nequaquam attendant : ideo conſtituimus, vt vſurarij manifeſti, nec ad communionem admittantur altaris, nec Chriſtianam , ſi in hoc peccato deceſſerint, accipiant ſepulturam . ſed nec eorum oblationem quiſquam accipiat. Qui autem acceperit , aut Chriſtiana tradiderit ſepultura, & ea, qua acceperit, reddere compellatur, & donec ad arbitrium ſui Epiſcopi ſatisfaciat, ab officij ſui maneat executione ſuſpenſus* Hunc canonem Alexander III. poſteà parte decimaſexta , eiuſdem Concilij capite quinto. renouat ad Salernitanum Epiſcopum, & quia quidam ſuper hoc decreto plures prætendebant excuſationes iterum confirmat & ait. *Sino poſt , ſine ante interdictum præfatum de reſtituendis vſuris, vſuras receperint, cogendi ſunt ſub pœna prætaxata eas, his, a quibus extorſerint, vel eorum hæredibus , reſtituere , vel his non ſuperſtitibus pauperibus erogare, dum modo in facultatibus habeant vnde ipſas reſtituere poſſint : cum iuxta verbum beati Auguſtini, non remittatur peccatum. niſi reſtituatur ablatum. Illi autem qui non habent in facultatibus , de quibus vſuras valeant reſtituere , non debent pœna illa mulctari, cum eos nota paupertatis excuſet. Poſſeſſiones verò quæ de vſuris comparata ſunt vendi debent , & ipſa pretia his, a quibus vſura ſunt extorta, reſtitui , vt ſic non ſolum a pœna iſta . ſed etiam a peccato , quod per vſurarum extorſiones incurrerunt , poſſint liberari.* Hæc decreta renouat Concilium Lvgdvnensi generale ſub Gregorio decimo cui Thomas Aqvinas interfuit, qui de Vſuris doctiſſimum edidit tractatum . vt allegatur in ſexto decretalium libro quinto, titulo quinto. de Vſuris , vbi illis vſurarijs iniungitur reſtitutio Vſurarum ſub pœna anathematis & priuationis Eccleſiaſticæ ſepulturæ Porrò Concilium Narbonense , quod nouiſſimè prodijt in lucem canone 6. iubet vt ſingulis dominicis Vſurarij publicè excommunicentur, vt alijs in vocabulis meminimus.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3 patrum 280.

Alexander 3

Vſurarum reſtitutio præcipitur , vide & ante.

Concilium Lugdunenſe generale.

Thomas Aquinas.

Concilium Narbonenſe ſub S. Ludouico rege.

Vxor.

Vxores clericorum prohibentur nubere.]Concilium Toletanvm I. canone 7. & allegat Gratianus cauſa 33. quæſt. 2. cap. Placuit. *Placuit, vt ſi quorumcumque clericorum vxores peccauerint , (ne forte licentiam peccandi plus habeant) accipiant mariti hanc poteſtatem, præter necem cuſtodiendi ac ligandi in domo ſua, ad ieiunia ſalutaria non morti fere eas cogentes: ita vt inuicem ſibi clerici pauperes auxilium ferant . ſi ſeruitia forte non habeant. Cum vxoribus autem ipſis qua peccauerint, nec cibos ſumant, niſi fortè ad timorem Dei acta pœnitentia reuertantur.* Et canone 18 ſimile quid præcipit *Si qua vidua Epiſcopi, aut Presbyteri, aut Diaconi maritum acceperit , nullus clericus, nulla religioſa cum ea conuiuium ſumat. nunquam communicet , morienti tantum ei ſacramentum ſubueniat.* Et Concilium Epavnensa ſub Gelaſio 1. canone 32. *Relicta Presbyteri, ſiue diaconi ſi cuicumque nupſerint, eatenus ab Eccleſia clerg[illegible] , donec a coniunctione illicita ſeparentur.* Idem Concilium Ilerdense vt allegat codex librorum 5 libro 2 capite 134. Idem quoque recenſet Martinvs Bracarensis. cap 29. collectorij. Et allegatur à Gratiano diſtinct. 28 cap. Si qua Vidua. Eadem quoque renouat Concilium Avrelianense I. Canone 15. & ibidem à Gratiano allegatur cap. ſi ſe. *Si ſe quæcunque mulier duplici coniugio, Presbyteri vel Diaconi relicta, coniunxerit , aut caſtigati ſeparentur, aut certè , ſi in criminum intentione perſtiterint , pari excommunicatione plectantur.* Idem Concilium Matisconense II. canone decimoſexto . vbi vbi præcipit. *Si vxor clerici, Presbyteri. &c. nupſerit, in cœnobio puellarum Dei tradatur . & ibidem vſque ad exitum vitæ ſuæ permaneat* Idem omninò ſtatuit Concilium Antissiodorense canone vigeſimoſecundu, & Concilium Generale VI. canone quadrageſimooctauo , legec ea quæ habentur in decretalibus Gregorii IX libro tertio , titulo tertio , de clericis coniugatis , & ſic incipit *Si qui clericorum infra ſubdiaconatum acceperint vxores , &c* Et in ſexto decretalium Bonifacii VIII. libro tertio, titulo tertio. ſic incipit . *Clerici qui cum vnicis & virginibus contraxerunt , &c.* Vide porrò ſuprà, Bigamia, & Cœlibatus, &c. Clericus, &c.

Concilium Toletanum 1. [illegible] Cœlibatus clericorum. Vide Cœlibatus, &c. Item & ſequentia decreta hoc pandunt.

Concilium Epaunenſe.

Concilium Ilerdenſe.

Martinus Bracarenſis.

Concilium Aurelianenſ. 1.

Concilium Matiſconenſe.

Concilium Antiſſiodorenſe.

Concilium Conſtantinopolitanū 3. generale 6.

Gregorius 9.

Bonifacius 8.

Y

Ypostasis.

YPoſtaſis Græcum eſt vocabulum ſæpiùs in patrum decretis vſurpatum , vbi de fide incarnationis & vnione duarum in Chriſto naturarum tractat , de quo myſterio in pluribus antea locis tractatum eſt præcipuè vocabulis, Chriſtus conſtans duabus naturis, Maria Dei genitrix, &c Vnio. Symbolum. &c. Nota interim quod in Trinitate diuina Græcis ſcriptoribus idem ſunt πρόσωπον, id eſt, perſona. & ἰδιότης, id eſt. proprietas, & ὑπόστασις, id eſt ſubſtantia Vnde Gregorivs Nazianzenvs oratione in ſancta Epiphaniorum lumina ſic loquitur τρεῖς μὲν κατὰ τὰς ἰδιότητας εἴτ᾽ οὖν ὑποστάσεις εἴ τινι φίλον καλεῖν εἴτε πρόσωπα , hoc eſt, *tribus quidem ſecundum proprietates, ſiue hypoſtaſes , ſi cui placet dicere , ſiue perſonas.* Et Dionysivs Areopagita libro de diuinis nominibus de Deo loquens ait : ἑνάδα τρισυπόστατον, id eſt, *vnitatem triſubſiſtentem* , τριῶν προσώπων, hoc eſt, *trium perſonarum*, & Gennadivs Scholarivs in dialogo cum Amurathe Turcarum Imperatore de Trinitatis fide de perſonis Trinitatis loquens ait : Καὶ ταῦτα τὰ τρία ἰδιώματα, ὀνομάζομεν τρεῖς ὑποστάσεις, id eſt, *Et hæc tres proprietates nominamus hypoſtaſes.* Diſcernunt autem illi hæc vocabula duo, vt dicit Avgvstinvs libro 5. de Trinitate οὐσίας, & ὑπόστασις, dicuntque μίαν οὐσίαν, id eſt, vnam eſſentiam Patris & Filij & Spiritus ſancti, τρεῖς ὑποστάσεις, id eſt, tres ſubſtātias,

Gregorius Nazianzenus.

Dionyſius Areopagita.

Gennadius Scholarius Cōſtantinopolitanus Patriarcha.

Auguſtinus Hipponenſis.

vt Auguſtinus interpretator, id eſt, tres verè ſubſiſtentes, non cæcos, non confuſos, ſed diſtinctos ſeu ſingulares intelligentes. Vide vocabulo, Trinitas, Symbolum, Chriſtus, & Maria, &c. & locis allegatis ſuperius.

X

XENIVM.

Alexander.

Xenia prohibentur accipi.] ALEXANDRI decreto quod habetur in codice librorum 5. libro 2, cap. 100. *Nullus Presbyter xenium, vel quodcunque emolumentum temporale, imo detrimentum ſpirituale, a quocunque publico vel inceſtuoſo accipiat, vt nobis, vel miniſtris noſtris peccatum illius reticeat. Nec profectò cuiuſcunque perſona, aut conſanguinitatis, vel familiaritatis, alienis communicans peccatis, hoc nobis, vel miniſtris noſtris innoteſcere detrectet, nec a quoquam pœnitētię gratiam, aut fauorem, vel munus ſuſcipere præſumat, vt minus dignè pœnitentem ad reconciliationem adducat, & ei teſtimonium reconciliationis ferat, & quocunque liuore alium quemlibet digniùs pœnitentem a reconciliatione remoueat: quia hoc ſimoniacum, & Deo, & bonis hominibus abominabile eſt.* Vide in vocabulo, Sacramenta non pretio æſtimanda, Simonia, Munus, & cæteris huiuſmodi.

XENODOCHIVM.

Xenodochia iubentur inſtitui.] De his xenodochijs in vocabulo, Monaſterium &c. dictum eſt, & ſpecialiter in vocabulo, Schola, vbi in Cathedralibus Eccleſijs iubētur xenodochia haberi, vbi pueri recipiantur duodecim annos nati, quorum bona ſpes ſit, quia Eccleſiaſticis deſeruire poterunt officijs. Vide locum. Sed & in vocabulo, Hoſpitale, diximus de xenodochijs vbi debeant pauperes recreari & recipi. Vide locum. Hoc quoque IOANNES CHRYSOSTOMVS plurimum commendat homilia 45. in Actis Apoſtolicos, ad calcem, & dicit hoc antiquitùs obſeruari ſolitū in omnibus Eccleſijs. Hortatur autem omnes fideles, vt in proprijs domibus huiuſmodi domicilia & xenodochia habeant, ad fouendos pauperes. Lege homiliam, quia pulcherrima eſt, & locis allegatis.

Ioānes Chryſoſtomus.

Z

ZELVS.

Ambroſius Mediolanenſis.

Zelus duplex.] AMBROSIVS MEDIOLANENSIS ſermo. 18. in Pſalmum 118. exponens illud: *Tabeſcere me fecit zelus tuus, &c. Eſt zelus* (ait) *ad vitam, & eſt zelus ad mortem. Ad vitam zelus, eſt diuina præcepta ſeruare, & amore Domini eius cuſtodire mandata, vt fecit Phinees, de quo legimus in Numeris, &c.* Lege reliquum, quia deuotiſſimum eſt. De zelo autem ad mortem pulchrè loquitur IOANNES CHRYSOSTOMVS homi. 4. in primum caput Matthæi & homilia de nomine Abraham: tomo 1. *Equidem laudo* (ait) *quod fratrum doleas ignauiam, & admiror zelum. Vellem autem nos zelum temperare miſericordia. Zelus enim veniam negans, potius furor eſt, quàm zelus, & admonitio miſericordia carens, tortura quædam eſt.* Vnde & de eodem zelo ORIGENES ADAMANTIVS libro 8. in epiſtolam ad Roma. cap. 10. exponens illud. *Ignorantes Dei iuſtitiam, &c. Non multum prodeſt* (inquit) *habere zelum Dei, & non habere ſcientiam Dei. Denique Iudæi putantes zelum ſe Dei habere, ſacrilegi extiterunt in Filium Dei, quia non ſecundū ſcientiam zelati ſunt, vt Phinees, &c.*

Ioannes Chryſoſtomus.

Auguſtinus Hipponenſis.

Zelus in Deo.] De zelo Deī, quod non ſit paſſio, nec perturbatio, docet AVGVSTINVS HIPPONENSIS, expoſitione in Pſalm 78. & libro 83 quæſtionum, quæſt 52. & iam memoratus IOANNES CHRYSOSTOMVS in pulcherrimo ſermone. *Quod regulares fœminæ viris non cohabitent*, tomo operum 5. Et EVTHYMIVS ZIGABONVS in expoſitione Cantici Moyſi, exponens illud: *Vidit Dominus & ad iracundiam concitatus eſt, &c.* Lege plura in vocabulo, Deus, vbi de membris & paſſionibus eius agitur.

Ioānes Chryſoſtomus.

Euthymius Zigabonus monachus.

ZIZANIA.

Zizania ſunt hæretici.] CYPRIANVS CARTHAGINENSIS libro 1. Epiſtolarum, epiſt. 3. ad Maximum, Vrbanū, Sidonium, & Macharium, qui ab hæreſi conuerſi fuerant ad Eccleſiam, ait: *Si videntur zizania in Eccleſia eſſe, non tamen impediri debet, aut fides, aut charitas noſtra, vt quoniam zizania eſſe in Eccleſia cernimus, ipſi de Eccleſia recedamus. Nobis tantùm laborandum, vt frumentum eſſe poſſimus, vt cùm cœperit frumentum Dominicis horreis condi, fructum pro opere noſtro & labore capiamus.* Hunc locum Cypriani citat AVGVSTINVS epiſtola 20. ad Maximinum, vnde & de hæreticis AMBROSIVS MEDIOLANENSIS exponens libro 3. Hexaëmeron, cap. 10. *Nam lolium* (ait) *& reliqua adulterina ſemina, quæ frugibus ſæpe miſcentur, zizania nuncupari Euangelij lectione cognouimus: ſed ea proprium quoddam genus habent, non ex tritici ſemine in aliud genus ſeminis decolori mutatione tranſlata, degenerem traxere naturam, &c.*

Cyprianus Carthaginenſis.

Non recedendū ab vnitate eccleſiæ propter abuſus.

Auguſtinus Hipponenſis.

Ambroſius Mediolanēſis.

***

FINIS.

RERVM ET VERBORVM INDEX.

Primus numerus paginam, ſecundus columnam indicat.

A

Aaron fuit Chriſti typus 1.1.a
Aaron filij Sacerdotum figura fuerunt ibid.c
Abbas ex monachis eligendus & non ex laicis 1 2.b
Abbas reſidere tenetur 3.1.a
Abbas communem cum monachis vitam ducere debet ibid.
Abbas doctrina & exemplo fulgere debet 3.1.b
Abbas duorum monaſteriorum curam habere non debet 3.2 a
Abbates duo in vno monaſterio non ſint 3.2.b
Abbas non poteſt Eccleſiaſtica beneficia poſſidere. 3.2.c
Abbas monaſterij bona non poteſt alienare 3.2.c
Abbates non exempti, Epiſcopo ſint ſubiecti 4.1.a
Abbatum priuilegia 4.1.d.
Abbas poteſt renunciare 4.2.e
Abbas an accuſari poſſit 5.1.b
Abbas criminoſus quomodo corrigatur 5.1.c
Abbas non debet intereſſe nuptijs, infantes leuare de baptiſmo, aut mulieres in monaſterio introducere 5.1.d
Abbatiſſa vt eligi debeat, & qualis 5.1.e
Abbatiſſa duobus monaſterijs non poteſt praeeſſe 5.2.d
Abbatiſſa ſtudium & officium 5 2.e
Abbatiſſa colloquium cum laicis & clericis inhibetur 6.1 b
Abbatiſſa monaſterium egredi non debet. 6.1.c
Abbatiſſa velare non poteſt 6.1.c
Abbatia non pretio comparanda 6.2.b
Ablutio pedum praecipitur 6.2.c
Ablactatio infantium mandatur 7.1.a
Abortum ſibi procurantum quae pœnitentia 7.1.c
Abſolutio reorum diebus Paſchae, & Quadrageſimae antiqua 7.2.b
Abſolutio in extremis poſitis non eſt neganda 7.2.d
Abſolutio confitentibus ſolummodo danda 7.2.e
Abſolutio non poteſt dari mortuis 8.1.b
Abſolutio danda cum cautela 8.1.d
Abſolutio maioribus ab inferioribus non eſt dãda. 8.1.e
Abſolutio pretio non eſt danda 8.2.a
Abſolutionis danda forma quae 8.1.b
Abſolutionem nil prodeſſe ſentientes excommunicantur 9.1.a
Abſtinentia laus 9.1.d
Abſtinentia duplex 9.2.b
Abſtinentia à licitis laus 9.2.d
Abuſus 10.1.b
Accuſator quis eſſe poſſit 10.1.b
Accuſator non poteſt eſſe haereticus, excommunicatus. 11
Accuſatoris falſi pœna 12.1.c
Accuſator fratrum caſtigandus 12.2.b
Accuſator non debet eſſe iudex 12.2.c
Accuſationis ordo & forma quae 12.2.e
Accuſatio facilè fieri non debet 13.1.d
Accuſatio per quot fieri debet 13.2.b
Accuſatio vera iudicium non requirit 13.2.b
Acolyti qui ſint 13.2.c
Acolyti vt ordinentur 13.2.d
Actor 13.1.e
Adam mortalis creatus 13.2.e
Adam poſteros infecit 14.1.b
Adorationis multae ſpecies 15.2.c
De Adoratione imaginum elegans diſputatio. ibid.
Adulator execrandus 16.2.a
Adulterium graue crimen 17.1.b
Adulterij pœna 17.2.c
Adulterium non ſoluit matrimonium 18.1.c
Adulterij purgatio quae 18.2.c
de Adulterio duo accuſati vt purgare debeant 18.2 e
Adulteria arceantur ibid.
Adulter vxoris alterius, an eo mortuo poſſit eam accipere in vxorem 1 .1.a
Adultera quid faciet ſi eam maritus occidere quaerit 19.1.c
Agape quid 19.2.b
Agni Dei Imago commendatur 19.2.d
Alea Clericis interdicitur 20 1.b
Alleluya vnde & quid ſignificet 20.1.c
Alexandrina ſedes 20.1.e
Alienigenarum matrimonia ſunt rata 20.2.b
Altarium conſecratio 20.2.e
Altaria portatilia facilè non conſecranda 21.1.d
Altaria conſecrare cuius 21.1.d
Altare non erigendum inconſulto Epiſcopo 21.1.e
Altaria Campeſtria tollenda 21.2 a
Ambitio graue peccatum 21.2.c
Ambitio Epiſcoporum & praelatorum dãnatur 21.2.d
Amicus facilè perditur, & difficilè inuenitur 22.1.c
Amicitia coniugalis 22.1.b
Amicitia fraterna 22.1.c
Amor in diuinis 23 1.c
Amor quo Deum diligimus vel Deus nos ibid.d
Anathema quid 23.2.c
Anathema ſẽper valet & ideò ante infligendũ. 24.2.d
Ancilla non vtendum vxoris loco 24.1.a
Ancillam domina occidentis pœna 24.1.d
Angeli & eorum officium 24.2.b
Angelorum ordines 25.1.c
Angeli cur vultum humanum praeferunt vel pennis & alis praediti ſunt 25.2.b
Animae ſtatus 26.2.c
Anima vnica & immortalis 27 1.e
Animus eſt laudis auidus 28.2.a
Animi excellentia 28.2.b
Animalia quaedam debent eſſe immunda Chriſtianis 28.2.e
Annatae antiquiſſimae ſunt 29.1.a
Annatae iuſtè à Papa exiguntur 29.1.c
Annunciatio Mariae virginis quo die celebrari debet 29.2.b
Antichriſti aduentus 30.1.a
Antiochena Eccleſia ſedes 30.2.a

Antio

Antiochena & Hieroſolymitana Eccleſia conuentio 30. 2. c
Apocalypſis authoritas 30 2.d
Apocryphi libri reiiciendi 31.1.d
Apocryphi libri qui ibid.
Apoſtata a fide pœna 32 2.b
Apoſtata conuerſus 32.2.c
Apoſtata à religione pœna 33 1.a
Apoſtata reuerſus benignè ſuſcipiendus 34.1.c
Clerici vel monachi in crimine deprehēſi pœna 34.1.c
Apoſtolorum electio 34.2.a
Appellare ad ſedem Romanam omnibus licet 34 1.c
Appellare à ſede Apoſtolica non licet 35 1.d
Appellare non poteſt quis à iudice ab omnibus electo 35. 2. c
Appellari poteſt à iudice ſuſpecto 35 2.d
Appellare quis nō poteſt ad iudicem infidelem 36 1.c
Appellatio quibus & quomodo concedatur 36 2.a
Appellatio pro leuibus cauſis monachis non conceditur 37.1.c
Appellatio non ad libitum protelanda 37 1.c
Appellatio pro leuibus cauſis eſt admittenda 37 2.b
Appellatio quando non amittitur 38 1 b
Aqua benedicta antiquus vſus 38.1.a
Archidiaconus qualis eſſe debeat 39 1 c
Archidiaconi officium 39.2.b
Archidiaconi non ſunt pretio conſtituendi 39 2.c
Archidiaconus nil inuentare debet ſine conſenſu Epiſcopi 40.1 b
Archidiaconus non fert ſententiam 40 1.d
Archiepiſcoporum inſtitutio 40.1.c
Ordinatio 40.2.b
Archiepiſcopus ſine pallio non debet celebrare 40 2.c
Arma clericis interdicta 40.2.c
Arma in Eccleſia non ſumenda & his vtendum 40. 2. c
Arreptitij non poſſunt contrahere 40 1.c
Arceantur a ſacris 41.2.a
Vt tractandi 41 2 d
Aſtra non obſeruanda 41 2.c
Aſtrologia vnde 42 1 c
Aſtrologia inhibitio 42.1 c
Auaritia fugienda 42 2 b
Eccleſiaſticorum deteſtanda 43 1 a
Auari infœlicitas 43 2 d
Auguria prohibita 44.1.c

B

B Alnea clericis interdicta 45.1.a
Balſamum 45.1.c
Bannus quid 45 1.c
Baptiſmus quid 45.2.b
Sacramentum illuminationis 45 2.c
Sacramentum eſt 45 2 d
Eius efficacia ibidem.
Baptiſmus vt complendus 47.1.c
Eius caremonia vſus 49.1.b
Baptiſmi impiè pactum ſoluitur 51.1.d
Baptiſmus neceſſarius 51 2.c
Non differendus ibidem.
Paruulorum aſſertio 52 1.c
Baptiſmo priuati infantes quo tendunt 54 2.d
Baptiſmi miniſter quis 55.1.d
Baptiſmus & à malo & à bono datus prodeſt 55.2.b
Baptiſmus hæreticorum an valeat, & quid eis faciendum 56. 2.b
Baptiſmus iterari non debet 57.1.c
Illud iterantium pœna quæ 59 2.a
Baptiſmus quando licitè iteratur 59 1.c
Quo tempore conferendus 60 1.b
Vbi conferendus 61.2.d
Non pretio æſtimandus aut conferendus 62.1.c
Baptiſmo an præſtantior confirmatio 62.1.c
Baptiſmi forma & ordo vnus omnibus ſit 62.2.d
Baptiſmi & pœnitentiæ differentia ibid c
cur Baptiſmum Chriſtus ſuſceperit ibid.
Baptiſmus Ioannis quis & efficacia eius 63 2.b
Baptizandi probari vt debent & ſe præparare 64.2.b
Baſilicas conſtruere in honorem ſanctorum licet 64. 2. c
Baſilica in Epiſcopi ſunt ditione 65.2 c
Baſilicas ædificare in alterius territorio nō licet 65.2 a
Baſilicas ædificare quiuis aut cuiuſlibet nomine, aut conſecrare non licet 66 1.c
Baſilica quorum bonis reſtauranda 66.2.a
Baſilica non dedicanda niſi ſufficienter fundata 67 1.b
Baſilicarum fundatores an in bonis ſuis baſilicis collatis retineant ibid.c
Baſilicarum fundatores pauperes effecti de Eccleſiæ opibus ali debent 67.2.c
Baſilicas gratia quæſtus ædificare prohibitum 68 1.a
Baſilica non diuidenda ibid. b
Ambitus & manſus ibid.
Baſilica polluta ibidem.
Baſilica ſub annuo cenſu teneri poteſt 68 1.c
Baſilicarum demolitores 68.1.d
Baſilica deſtructa an iterum conſecranda 68.1.d
Baſilica hæreticorum ſacris vſibus non applicanda 68. 2.a
Bellum hæreticis & infidelibus licitum 68.2.a
Bellum iuſtum pro cauſa iuſta 69 1.b
Benedicere populum Epiſcopi eſt 70 1.c
Benedictio fructuum 69 2 d
Benedictio campanarum & panis 70 1.b
Beneficiorum pluralitas inhibetur 70.1.c
Permutatio prohibita 72 2.a
Non vendenda beneficia. 72.2.c
A Iudæis non emenda 73.1.c
Quibus conferri debeant 73.1.d
Cuius ætatis cui conferenda 73.2.c
A laicis non poſſidenda 74.1.c
A coniugatis 75 1 c
Quibus non conferenda 75 .d
Beneficia an a monachis tenenda 76.1.a
Cui conferenda ibidem
Beneficium non ambiendum 76 1 d
Non promittendum antequam vacet 76.2.a
Per ſucceſſionem non obtinendum 76 2 c
Non dandum ad firmam 77.1.c
Beneficia pacificè poſſidentes vt tractandi 77.1.c
Beneficio renuncians an poſſit repetere 77 2.b
Beneficiatus tenetur officium perſoluere 78.1.a
Bigamus non ordinandus 78.1.c
Bigamia licita eſt 79.1.c
Biſſextilis annus 80.1.c
Blaſphemus execrandus ibid.c
Bona alterius inuadere non licet 81.1.c
Bonus nemo per ſe 82.1.a

C

C Ædere non licet Clericis 82.2.a
Ceremoniæ approbantur 82 2.d
Calendæ Ianuarij 83 2 c
Caiphas 83 2.c
Calumniator 84 1.c
Campanarum vſus & benedictio 84.1.a. 70. 1. b
Canes alere Clerici non debent 84.1 d

anonum Apoſtolorum authoritas. 84.1.d
anonis Miſſæ authoritas 84.2.b
anones Patrum obſeruandi 85.2.c
anonum tranſgreſſores qua pœna plectendi 88.1.c
anones Patrũ non reſcindendi aut innouandi 89.1.a
anones Patrũ neceſſitate aliquando mutantur 89.2.c
anones ſcire debet clerici 90.1.c
anonicorum vita,conuerſatio,officium 91.1.b
anonicus an poſſit regi inſeruire 92.2.c
anonizatio quomodo fiat 92.2.d
antoris officium 93.1.c
antus Eccleſiaſtici antiquitas 93.2.d
antilena laſciua prohibita 94.2.a
apillorum ornatus prohibitus 94.2.d
apitulum generale monachis præcipitur 94.2.c
arcere detenti viſitandi 95.2.b
ardinalium origo, inſtitutio 95.2.d
ardinalium numerus & officium,electio 96.1.d
arnifex 97.2.a
aſtitas clericorum 97.2.c
aſuum reſeruatio 98.2.c
atechiſmus ibidem.
atechumenus vt inſtituendus 98.2.d
atechumenus lapſus 99.1.c
atechumeni orent ſeparatim 99.2.c
Non eis danda communio 99.2.b
n mortis articulo baptizandi 99.2.c
i ſine baptiſmo decedunt quid dicendũ de eis 100.1.b
i ſine baptiſmo ſaluentur martyres effecti 100.1.d
uæ illis ſunt deneganda 100.2.a
athedra prælationis 100.2.b
atholici non omnes ſaluantur. 101.1.a
auillatio vitanda 100.1.b
auſa Eccleſiaſtica vt tractanda 100.1.c
arum defenſores ibid. c
auſa contra Epiſcopum ſi iniuſtè ſumitur 101.2.c
auſa Eccleſiaſtica a quo audienda 101.2.d
uæ bus temporibus audienda ibid. c
auſidicus, Eccleſiaſticus 102.1.a
ellerarius qualis eligendus ibid. b
enſus Eccleſiæ ibid. d
enſus an Epiſcopo ſoluendus ibid. c
enſura Eccleſiæ quæ ibid.2.a
ereorum & candelarum vſus antiquus ibid.c
ereus Paſchalis cur benedicitur 103.1.a
haracter ſacramentorum indelebilis ibid.c
haritatis laus ibid.2.b
hirographorum vſus vnde 105.1.d
hirurgia clericis interdicta ibid. c
horepiſcopi qui,& officium ibid.2.b
Abrogatio eorum 106.1.c
horiſta pueri. 107.2.b
hriſmatis vſus antiquus 107.2.c
uo tempore conficiatur 109.1.a
ui competat ibid.2.b
hriſtiani laus & officium 110.1.d
hriſtus quid ſit ibid.2.a
hriſtus rectè Pontifex dicitur ibid. d
hriſti incarnationis myſterium 111.1.a
hriſtus duabus naturis conſtat 115.1.a
hriſti vtriuſque naturæ vnio 120.2.a
hriſtus duabus cõſtat volũtatibus & operationib.ibid.
hriſti duplex natiuitas 126.1.d
hriſtus eſt aliquid ſecundum quod homo ibid.2.a
hriſti paſſio ibid. c
An lugenda 129.1.c
Ad quos ſe extendat ibid.
hriſti exinanitio ibid. d
hriſti reſurrectio ibid.2.d
hriſtus ſepultus & ad inferos deſcendit ibidem.

Ciborata delectus antiquus 130.1.d
Cibis vetitis non vtendum 133.2.c
Circunciſionis ceſſatio 134.1.c
Clerici nomen vnde 135.2.d
Clerici quales ſint eligendi 136.1.d
Ætas præficiendorum ibid.2.c
Clerici ſtabiles in ſuis Eccleſiis ibid.d
Clerici vagi non recipiantur ſine literis 139
Clerici ſchiſmatici ibid.2.c
Clerici peregrini 141.1.c
Clerici nil abſque Epiſcopo præſumant ibidem.
Imitentur Epiſcopum ibid.2.a
Epiſcopo obediant ibidem.
Ab Epiſcopo non ſe ſeparent ante ſententiam ibid.b
Fugitiui reuocandi ibidem. c
De Eccleſia ſi non extrahendi ibid. c
Eorum exercitium ibidem.
Eorum vita qualis 142.1.a
Iunioribus cuſtodia deputetur 142.1.d
Eorum laſciuia & ſcurrilitas corrigenda ibid.2.a
Clericis ornatus,nuptiæ,ludi,ebrietas,venatio,auguria, militia,arma, vſura, auaritia, taberna, ſecularium cohabitatio interdicuntur 143.2.c
Clerici non debent inſeruire laicis ibid. a
Seculares delectationes non ſequantur ibid.c
Non ſint agricolæ vel villici 144.1.b
Secularia negotia non exerceant ibid.c
Si parentum liceat eis negotia aſſumere 145.1.b
Si poſſunt teſtamenti eſſe executores ibid.c
Si poſſunt facere teſtamentum ibid.
Non agant cauſas ib.d.
Clericos clerici ad ſeculares iudices non prouocẽt ibid.a
Ante ſeculares iudices non ſiſtendi ibid 2.a
A laicis non poſſunt accuſari 146.2.d
Accuſati vbi debeant iudicari ibid. c
Accuſatis ante iudiciũ fugiẽtes quid faciendũ 147.2.a
Ab Epiſcopo poſſunt appellare ibid.b
Non in Epiſcopos inſurgant ibid. c
Maledici, ſuperbi, audaces corripiantur 148.1.c
Criminoſis quid faciendum ibid.2.a
Falſarÿs 149.2.b
Suſpendi & eiici poſſunt ibid. c
Clerici ab hæreticis deuecti recipiendi 150.2.b
Mulierum familiaritas eis fugienda 151.1.b
Clerici nubentes 153.1
Clerici ſunt liberi & immunes ibid.2.b
Non ſunt exactionibus grauandi ibid c
Clerici fiſci 154.2.b
Cui eorum ordinatio competit ibid. c
Inuiti non ordinandi ibid.d
Inferioris ordinis ſacra non contrectent ibid.2.a
Sibi inuicem deferant ibid. c
Clericorum ſtipendia quæ ibid. d
Stipendÿs careant abſentes à diuinis 155.1.c
In ciuitate ſua dies feſtos obſeruent 156.2.a
Non multo tempore abſint ab Eccleſiis ibid.b
Epiſcopo diſpenſatores pauperum pareant ibid.b
Tranſmarini an recipiendi ibid.
Non facilè expellendi clerici ibid. d
Clerici monachi fieri poſſunt ibid.2.a
Clerici monachi effecti an redire poſſunt ad Eccleſias ſuas ibid.2.b
Clerici luxurioſi ibid. d
Clericis lapſis non imponenda manus ibid.
Clerici non ſequantur curiam 157.1.b
Non interſint ſententÿs criminalibus 157.1.c
Non ſint homicidæ ibid.2.c
Clerici non ſe mutuo cædant 158.1.d
Clerici non cædendi ibid.2.c
Nec in perſonis nec in rebus lædendi ibid.

Clerici

Clerici hæretici 160.2.c
hæretici Clerici conuerſi 161.1.d
à minoribus ad maiores Clerici aſcendant ibid.2.c
Clerici canones ſciant ibid. e
Cælibatus Clericorum antiquus 162.1.a
Matrimonio præſtantior 166.1.d
Cœmeteria non polluenda ibid.c
Cœna Domini feſtum antiquiſſimum ibid.2.b
Cœtus vt ſint celebrandi ibid.c
Cœtus illiciti 167.1.c
Comes quid ibid. e
Compater & commater ibid.2.c
Communitas bona indicitur ibid. d
Communicare omnibus iniungitur ibid. e
Communio à celebrantibus ſumenda 168.2.d
Communionis vſus antiquus 159.1.c
Quibus danda 171.1.d
Qui competit dare ibid.
In die cœna Domini omnibus iniungitur ibid.
Illam ſumptam a Cardinalibus abſtineant ibid.2.b
Quoties per annum liceat ſumere ibid.e
A monachis ſingulis menſibus ſumenda 173.2.b
Communicare laicos monachi non debent ibid. e
In aliena diœceſi nemini licet ibid.
Communicare oportet cum magna ſui diſcuſſione 174.1.b
Concilia celebrare antiquum eſt 175.2.c
Conciliorum authoritas ibid.e
Concilia generalia non ſunt ſupra Papam 187.1.c
Non congregāda ſine Pontificis ſummi aſſenſu 180.2.b
Conciliorum decreta Papa debet confirmare 181.1.c
Conciliorum vtilitas 182.2.c
Concilia bis vel ſemel in anno celebranda 184.1.d
Concilio Epiſcopi tenentur intereſſe 187.1.b
Laici etiam aliqui 188.2.b
Conciliorum forma & diſciplina ibid.
Concilij decretis pauciores pluribus ſubſcribāt 190.2.d
Decretum aliquando eſt quod ab vno dicitur ibid.e
Concilia auerſantur hæretici 191.1.a
Concordia inter Eccleſiaſticos præcipitur ibid.2.c
Concubitus beſtialis prohibitus & graue peccatum, ibidem. e
Concubinæ clericis prohibentur 192.2.c
Concubina omnibus prohibita ibid.
Concubina non eſt idem atque vxor 193.1.b
Concubinarij clerici pœna ibid.2.a
Concupiſcentia prohibita 194.1.d
Confeſſor fidei ſint conſtans ibid.2.d
Confeſſoris electio & officium 195.1.c
Confeſſionis auricularis antiquus vſus 196.1.d
Confeſſionem facere quoties in anno tenetur 200.2.c
Confeſſio non reuelanda 201.1.c
Quomodo & cui facienda ibid.2.a
Quibus audire liceat confeſſiones 202.1.c
Confeſſio quæ fit in miſſa ibid. d
Confirmationis authoritas, inſtitutio 20..2.d
Quo tempore conferenda 203.1.e
Non iteranda ibid.2.a
Non danda arreptitijs ibid. d
An præſtantior baptiſmo 62.1.c
Confraternitates licita & illicita quæ 204.2.d
Confuſio duplex 205.1.c
Coniugati non promouendi ibid.e
Non poſſunt tenere beneficia ibid.
Conſanguinei quibus gradibus coniungi prohibentur ibidem. 2.c
Conſanguinei Epiſcopi non promouendi ad beneficia Eccleſiæ ſuæ 209.2.d
Conſanguinei vt ſeparandi ibid.1.e
Cōſanguinei nō facilè ad dignitates promouēdi 210.1.d
Conſanguinitas quomodo computanda 210.1.c
Conſecratio Eccleſiarum ibid.e
Conſpirationes cauendæ ibid
Conſtantinopolitana & Romana Eccleſia diſſidium & altercatio. ibid.2.c
Conſuetudo pro lege habetur ibid.
Contemplatio quid 211.1.d
Contentiones vitandæ clericis ibid.2.c
Contritio eſt pars pœnitentiæ 212.1.a
Conuiuia Eccleſiaſticorum qualia eſſe debeant ibid.2.c
Conuiuiorum diſciplina antiquorum 213.1.c
Conuiuia diebus feſtis prohibita ibid.2.c
In Eccleſiis non facienda ibid.d
Corporale debet conſecrari ibid.e
Correctionis vtilitas & modus 214.1.c
Correctiones non redimendæ pretio 216.1.c
Corripere ſubditi an debeant ſuperiorem ibid.2.b
Crimen ſi licet obiicere ibid. c
Criminis fautor puniendus 217.1.b
Crimen ſecretum non prodendum ibid.2.d
Criminoſi clerici vt puniendi ibid. b
Criminoſi non habeant defenſiones ibid. d
Criminator corrigendus 218.1.a
Crucis gloria, adoratio, impreſſio, erectio antiqua. ibid.d
Crucem abominantur hæretici 224.1.c
Crucis inuentionis feſtum ibid.2.a
Exaltationis feſtum ibid.b
Cultus diuinus reſtauretur collapſus ibid. d
Cupiditatis malum ibid. e
Curialium mores qui 225.1.d
Curiales non promouendi ibid.
Curioſitas cauenda ibid 2 a

D

Dæmonum inuocatio prohibita 225.2.d
Decani vt eligantur. ibid. c
Eorum officium, & authoritas 226.1.b
Decanorum ruralium officium, & conditio ibid.d
Decanorum viſitantium comitatus ibid 2.d
Decani pecunia non conſtituendi ibid.b
Decimarum antiquus vſus ibidem. c
Dedicationis Eccleſiarum antiquus vſus 230 2.e
Dedicationis ſolennitas quotannis celebranda 232 1 e
Dedicatio non in nomine cuiuſlibet ſancti facienda ibidem c
Dedicatio an iteranda ibid. 2.a
Dedicatio pretio non celebretur ibid.e
Defunctis ſuffragia impendenda à viuis 231.1. a
Defuncti vtrum lugendi 240.2. e
Degradare clericos quibus competit 241 1. a
Delatoris pœna ibid.e
Deſperatio prohibita ibid.2. a
Detractio prohibetur 242.1. a
Detractio non curanda 243 1. c
Deus quid ibid 2. b
Deus quid ſit rectius negando quam affirmando cognoſcitur 245 1. a
Deus quomodo ſit vbique 246 1. e
Dei prouidentia reguntur omnia ibid.2. b
Deus bonus per ſe ſolus 81.1. a
Deus quomodo dicatur membra habere 247 2.c
Deus omnipotens quomodo quædā non poteſt ibid.1.d
Dij vel Angeli cur homines dicantur 248.2. a
Diabolus creatus eſt, bonus & malus effectus eſt ibidem. d
Diaboli malignitas in Eccleſiam 250.2. a
Diaconi qui ſint & vnde dicti 251.2 e
Vt eligantur 252.1 b
Eorum officium ibid. d
Diaconorum ordinandorum ætas ibid 2. e

Qualiter ordinandi 253.1.a
Iuxta ſtola vtantur ibid. d
Euangelium annuncient ibid. e
Inferiores ſint presbyteris ibid.2 a
An baptizare poſſint, & ſacramenta diſpenſare, ibidem. c
Diaconus coniugatus non ordinandus 254.1.b
Diaconi delinquentis pœna ibid. c
Diaconiſſa quæ ſint, & eorum officium & electio, ibidem. e
Qualiter ordinanda ibid.2. e
De cætero non ordinanda 255 1.a
Diaconiſſæ incontinentis pœna ibid. b
Dierum feſtorum antiqua obſeruatio ibid d
Dies feſti non choreis aut turpitudinibus ducendi 259. 2.b
Diebus feſtis ſeruilia non exercenda 260.1.e
Dies feſti Gentilium abrogati ibid.2.e
Diffinitio incauta 261 2.b
Digamus non tolerandus ibid. c
Dilectio vnde & quæ virtus 262.1 b
Diœceſis ibidem. e
Diptyca quid ibidem.
Diſcere quàm bonum ibid.2. a
Diſciplina quid ibid. b
Diſcordia ſedanda ibid. d
Diſcretio neceſſaria 263.1. d
Diſpenſatio non leuiter danda ibid. e
Diſpenſator ibid. 2. d
Diſputare cum hæreticis cauendum ibid.
Diuinatio prohibita 265.1. d
Diues oppreſſor coercendus 266.1. a
Diuitiæ veræ quæ ibid. d
Diuitiarum vſus bonus quis ibid.2 a
Diuortium quando faciendum 267 2. d
Doctores quatuor Eccleſiæ ibid. e
Doctoris nomen & officium non quiuis vſurpet, ibidem. e
Doctoris officium & eminentia 268.1.a
Doctor inutilis ibid 2. d
Dominorum amor erga ſeruos ibid. e
Dominicus dies antiquus & obſeruandus & eius dignitas 269 1. d
Dominico die à ſeruili ceſſandum 270.2.c
Dominicus dies non obſeruandus vt ſabbatum 271. 2. a
Dominicis audienda miſſa & non iciunandum, ibidem. b
Dos aſſignari debet nuptiis ibid. e
Duellum prohibetur 272.1.a

E

Ebrietas vitium damnabile ibid.2. b
Interdicitur clericis 273 2. b
Eccleſia quid & cur ſic vocata 274 2.d
Eccleſia Catholica origo vnitas & ſplendor 275.1 b
Eccleſia Catholica iudicium & authoritas 279 1.c
Eccleſia eſt viſibilis 281 1. d
Eccleſia nauis eſt quam fruſtra & perperam impugnāt multi ibid.2 d
Eccleſia poteſtas & gladius duplex ibid. d
Eccleſiæ liberæ ſunt & immunes 286 2.c
Ad eam fugiens liber ibid.
In Eccleſiarum ambitu qui habitare debeat & qualis eſſe debeat 290.1.b
Eccleſia interdicta ibid. d
Eccleſiarum incenſores qua pœna puniendi ibid e
Eccleſiarum iuſſus egredi obtemperare debet, ibidem 2. a
Eccleſia orationis locus, & quæ in ea prohibentur fieri, ibidem. b
Eccleſia polluta quid faciendum 292 2.d
Electio a quibus fieri debeat 293.1.e
Electio vt fiat per ſcrutinium ibid. e
Electio non ſimoniace procuranda 294.1.e
Electio ſenioris partis præferenda ibid.2.d
Electio libera eſſe debet & non vi, non metu coacta 295. 1 b
Electionem indignè confirmantis quæ pœna 296.1.a
Electus & poſtulatus tenetur obedire ibid.2.b
Electus non confirmatus an poſſit beneficia conferre 297 1.b
Eleemoſyna facienda Eccleſiis & pauperibus ibid.c
Eleemoſynarium habeat Epiſcopus 298.2.e
Emmanuel quid ibid. d
Emphyteuſis quid 299.2.b
Energumenus quis ſit 299.2.c
Non participet ſacris ibid. e
Eorum officium 300.1.b
Epiſcopus vnde, Etymon, inſtitutio ibid.
Epiſcopus qualis, & qualiter eligi debeat ibid.2.e
Neophitus, laicus, criminalis, indignus non eligatur 304 2.e
Epiſcopus vbi & quomodo & à quibus conſecrandus 3 8.2 d
Epiſcopi conſecratio non pretio æſtimanda 310 2.e
Epiſcopi confirmatio a Papa petenda 311. 1.b
Epiſcopus altero ſuperſtite in eadem eccleſia non debet ſubrogari ibidem. e
Epiſcoporum mutationes an licitæ 313 1.a
Epiſcopus ſuos limites non excedat 315. 2. b
Epiſcopus ſponſus & lux eſt Eccleſiæ 317.2.e
Epiſcopi dignitas & authoritas 318 1.a
Epiſcopus ſublimis in choro ſedeat ibid.2.e
Epiſcoporum laus & commendatio 319.1.e
Epiſcopi munus, officium, doctrina ibid.2. a
Epiſcopi negligentes corripiantur 3 3.2.c
Epiſcopi mulierum familiaritatem vitent 324.2.b
Epiſcopi in perſecutione ſuas Eccleſias non debent relinquere ibidem. d
Epiſcopi electi ſuum retineant locum ibid.2.a
Epiſcopus qui renuntiauit an poſſit ordines conferre, ibidem. e
Epiſcopi trans mare non eant ibidem. e
Epiſcopi non ſequantur aulas regum 326.1.a
Epiſcopi fornicatoris pœna ibidem.2 d
Epiſcopus inuitus ordinatus nunquam poterit ad coniugia tranſire ibidem. e
Epiſcopus facultatum Eccleſiæ eſt diſpenſator 327.1.e
Epiſcopus vilibus ſit contentus 328.1.e
Epiſcopi ſint diſcreti ibid.2.e
Ordinem aſſumptionis conſeruent 329 1.a
Epiſcopus hiſtrionico more non fingendus ibid.1.c
Epiſcopi non leuiter accuſandi aut iudicandi ibid. e
Epiſcopi quatenus debeant accuſari & in iudicium prouocari & corrigi 332. 2.b
Epiſcopus epiſcopum excommunicare non præſumat, nec deponere 333 1.d
Epiſcopus ſpoliatus non debet iudicari ibid. e
Iniuſte Epiſcopus ſede pulſus reſtabiliendus ibid. 2.a
Epiſcopi qualiter & qua forma accuſandi, iudicandi 334. 2.e
Epiſcopus iniuſte expulſus excommunicatus 339.2.a
Epiſcopus hæreticus a ſummo Pontifice poteſt damnari 340.1.c
Epiſcoporum hæreticorū bona fiſco applicanda 341.1.c
de Epiſcopis hæreticis conuerſis quid faciendū 342.1.a
Epiſcopus in ſua diœceſi nō patiatur hæreticos ibid.2.c
Epiſcopi indignos conſecrantis pœna 342. 2.e

Epiſcoporum nomina in miſſa recitanda ibid. d
Epiſcopi iudiciaria ſententia rata eſt 344. 1. d
Epiſcopus non geſtetur a clericis ibid. 2. b
Epiſcopi defuncti exequia, & poſt mortem eius facultates non diripienda ibid. e
Epiſcopatus vt erigendus 345. 2. d
Epiſcopatus non diu vacet 347. 1. b
Non ambiendus vel venandus ibid. 2. d
Pluralitas prohibetur 352. 2. c
Epiſcopium ſit propè Eccleſiam 353. 1. a
Epiſtola miſſa ibid. e
Epiſtola ſiue formata quid ibid. 2. a
Epiſtolis cui conueniat ſucere ibid. e
Euangelium legitur in miſſa & cur 354. a
Euangelij virtus magna ibid. e
Euangelij liber adorandus ibid. 2. b
Euangelia in Concilijs expanduntur, & cur hoc fiat ibid. d
Euangeliſta ſunt quatuor, & qua ratione 355. 1. e
in Euchariſtia ſacramento eſſe verum corpus Chriſti & ſanguinem 356. 1. a
Euchariſtia Sacramentum pane, vino, aqua perficitur 370. 1. a
In azimo non fermentato conficitur 371. 2. e
Optimè laicis ſub vna ſpecie ſacerdotibus ſub vtraque conceditur 372. 1. a
A ieiunis confici & ſumi debet 374. 1. c
Eleuandum eſt & adorandum ibid. 2. e
Infirmis periclitantibus eſt deferendum 375. 2. d
Illud non benè curantis pœna 378. 2. e
Illud indignè ſumentis pœna 378. 2. d
Quibus non dandum ibid. 1. a
Illud ſemper hereticè dictis & factis perſecuti ſunt 380. 1. c
Eunuchi an ordinandi ibid. 2. a
Exactiones in Eccleſiaſticos fieri prohibetur ibid. e
Exceptio quid 381. 2. b
Exceſſus corrigendi ibid. d
Exheredatio filiorum vt ditentur Eccleſia an valeat 382. 1. c
Excommunicationis antiquus vſus ibid. e
Excommunicatio non temerè ferenda 385. 2. b
Excõmunicare non ſubditum nemo praſumat 386. 2. c
Excommunicatis non communicandum 388. 1. b
Non danda Euchariſtia 389. 2. a
Excommunicatus ab vno ab altero non ſuſcipiendus ſine litteris nec abſoluendus ibid. e
Excommunicati inſolentis & excommunicantis iniuſto qua pœna 390. 2. c
de Excommunicatis ad ſedem apoſtolicam euntibus quid faciendum 391. 1. c
Excommunicati ſepultura Eccleſiaſtica carere debent ibidem 2. a
Excommunicati reconciliandi forma ibid. c
Exorciſta ordinatio & officium ibidem.
Exorciſmus quid 393. 1. c
de Expoſitis quid faciendum ibid. e

F

FAcultates Eccleſias poſſe habere probatur 393. 2. b
Facultates Eccleſia relicta à nemine retinendæ 395. 2. b
Facultatum Eccleſia inuaſores qua pœna puniendi 396. 1. d
Qualiter diſpenſanda 400. 1. e
Non ſeruanda in longos annos 401. 1. e
Sollicitè cuſtodienda & augenda ibid. 2. a
Non Furanda à clericis vel in proprios vſus conuertenda ibid. c
Conceſſa ad tempus ad Eccleſiam redeant ibid. e
Non vendenda, commutanda a quoquam ſine à Papa ſine ab alijs 402. 1. c
Facultates a clericis in officio acquiſita Eccleſia remaneant 405. 2. b
Facultates ſine ſcripto Eccleſijs relicta an poſſunt repeti 407. 1. b
Facultates vt Eccleſijs donentur non vi eripienda nec filij exharedandi ibid. d
Fames horribilis quibus in locis contigit ibid. 2. c
Fatum quid ſit 407. 1. c
Fato non omnia regi ibidem
Fides quid ſit & eius praconium 408. 2. b
Fides non neceſſitatis ſed eſt voluntatis 409. 1. c
Fides ſine operibus otioſa eſt ibid. e
Fides an certũ aliquẽ & ſecurũ faciat de ſalute 412. 2. b
Fides peccato mortali non amittitur 415. 1. e
Figura veteris legis ad quid valeant ibid. 2. c
Fides iuramento cuilibet praſtita ſeruanda ibid. b
Filij generatio in diuinis explicatur 414. 2. a
Filius per omnia patri eſt aqualis 416. 1. d
Filius Dei & filius Virginis non duo Filij 2. a
Filius Dei Chriſtus non eſt adoptiuus filius ibid. 2. e
Filij erudiendi ſunt a parentibus 420. 1. e
Filij legitimi qui ibid. 2. d
Filij ſacerdotum ad quid admittendi 421. 1. a
Fiſcalium actores ibid. 2. a
Formata quid ibid. c
Fornicatio quid ibid. d
Interdicitur clericis 422. 1. d
Fornicationis pœna qua ibid. b
Fornicarij ſacerdotis an audienda miſſa vel ſacramenta ab eo ſuſcipienda 424. 1. c
Francia Reges ſemper fuerunt Catholici. ibid. 2. d
Frater diuerſimodè dicitur 425. 2. c
Fructuum benedictio 69. 2. d
Furum qua pœna 426. 1. a
Furibus ad Eccleſiam fugientibus quid faciendum ibid. 2. e
Fures non fouendi ibid.
Furtum prohibetur ibid. d

G

GEntilis conuerſus quid faciet 426. 2. b
Gentilium cõnubia & matrimonia fugienda ibid.
Gentilibus religionis exercitium inhibetur ibid. d
Gentilium ſtrenuitas aliquando vtendum ibid. e
Gloria in excelſis hymnus eſt 428. 1. b
Gloria Patri verſus eſt antiquus ibid. d
Gratiarum actio facienda poſt refectionem ibid. 2. c
Et poſt miſſam ſimiliter ibid. d
Gloria vana & inanis 429. 1. a
Gloria bonorum eſt indeficiens ibid. c
Gratia effectus efficacia & quòd ea non ſecundum merita detur. ibid. d

H

HAbitus monachorum diuerſi mos antiquiſſimus 430. 2. b
Habitus & ornatus clericorum qualis eſſe debeat 431. 2. c
Hareſis nomen vnde 433. 1. c
Hareſum origo & progreſſus ibid. c. & 435. 1. b
Hareſis quàm graue crimen 435. 1. d
Difficilè euellitur ibid. 2. a
Authore Hareſis damnato ſequaces damnati ſunt, ibidem. c
Hareſes in ſua diœceſi non permittat Epiſcopus, ibid. e

Hæreſis abiuranda forma ibid.
Abiurare eam debent viri & mulieres de biennio in biennium in Francia ibid.
Hæreticus quis 4·6.1.a
Hæretici ſuperbi. fraudulenti ibid.6
Hæretici ſcripturas & authoritates deprauantes obiiciunt 238 1.c
Hæretici omnes opinione diſcordes & moribus contrarij 244. 1.e
Hæreticos ab initio ad hæc vſque tempora cædibus & tormentis Catholicos effeciſſe & ſacra polluiſſe optimè probatur 443.1.e
Hæretici proſcribendi, ſupplicio animaduertendi 4ˢ0.2.d
Hæretici non reticendi 454 1.b
Non permittendum vt doceant ibid. 2.c
Non concedenda diſputatio 455.1.b
Eorum libri comburendi ibid. e
Hæreticorum librorum editio prohibetur 456.2 b
Hæreticis non communicandum 457.1.d
Hæreticorum conciones adeuntium pœna 456.1.b
Hæretici anathematizandi 488.2.e
Hæreticorum nomina non recitanda 460.1.d
Hæretici a dignitatibus Eccleſiaſticis & ſecularibus arcendi ibid. 2.b
Hæretici ſuſpecti 461.1.b
Hæretici verbo veritatis conuincendi ibid. d
Difficiliter conuertuntur 462.1.b
Conuerſi quomodo recipiendi ibid d
Recidiuantium pœna 464.1.e
Hiſtriones ibid.2.d
Homelia ibid.
Homo perfectus non eſt creatus 465.1.a
Hominis corpus vndè ibid. d
Hominis proprium quod ibid. e
Homicidiorum genera multa ibid. 2.b
Homicidium ſpirituale vetatur ibid.c
Homicidij veneno procurati pœna ibid c
Homicidium ſuipſius vetatur ibid.
Homicida parentum pœna, 466 1.a
Homicida vxoris pœna ibid.2.d
Homicida filiorum pœna ibid.e
Homicida paganorum pœna 467.1.d
Homicidij fortuiti pœna ibid.e
Honor Eccleſiaſticis exhibendus 469. 2.c
Honoribus non ſuperbiendum 470. 2.e
Horarum canonicarum antiquus vſus 47¹. 1.a
Hoſpitalitas propria clericis 472.2.c
Eius commendatio ibid.
Hoſpitalia erigenda 473 2.c
Humilitas magna virtus 474.1.b
Hymnorum Eccleſiaſticorum antiquus vſus 475.1. b

I

IDololatriæ abolitio 477. 2.b
Ieiuniorum antiquus vſus 478.2.e
Ieiunia à prælatis indicta obſeruanda 482.1.b
Ieiunium nemo ſibi imponat ibid.e
Ieiunium quarta & ſexta feria ibid.
Ieiunare quibus diebus prohibitum ibid. 2.a
Ieiunium ſabbati 483.1.e
Ieiunium hebdomada ſancta 484.1.a
Ieiunium quadrageſima 485. 1.a
Ieiunium quatuor temporum ibid.1.b
Ieiunia monachorum quæ 486.1.a.b
Ieiunia ſint moderata ibid.e
Ieſus nominis myſteria ibid.2.d
Ignis nouus quando benedicendus 487.1.a
Ignis & luminariorum vſus antiquus ibid. d
Ignorantia damnabilis in clericis omnibus 488.1.a
Ignorantes non promouendi ibid.2.c
Imaginum antiquus vſus benè probatur 489. 1.b
Imaginum euerſores damnati 505.2 d
Immunitas Eccleſiæ 506.2 b
Imperator qualis eſſe debeat ibid.c
Imperator non debet ſacris ſe immiſcere, & Eccleſiæ tenetur obedire 507 1.d
Incarcerati viſitandi 509. 2.a
Incarnationis myſterium 511. 1.a
Incendiariorum pœna 509. 2.c
Inceſtus pœna 510 1.b. & 512 1.c
Incontinentia ibid.
Indulgentiarum antiquus vſus ibid.
Indulgentiarum quæſtores abrogantur 514. 1.a
Infames qui dicantur 514.1.c
Non ordinandi ibid. 2.a
Non accuſare poſſunt ibid.b.
Inferni probatio ibid.
Infirmus baptizatus non promouendus 514.1.c
de Infirmo in articulo conuerſus quid ibid.2.a
Infirmorum viſitandorum forma à ſacerdotibus ibid. c
Infirmorum cura ad Epiſcopos pertinet 516.1.a
Infirmi confiteantur ibid. b.
Infirmis in agonia diabolus præſto eſt ibid.c
Inimici diligendi ibid e
Iniuriam facere prohibetur alicui ibid.2.d
Iniuria hilari animo ferenda 517 1.b
Iniuria remittenda ibid.d
Interdictum quid ibid.e
Inuidia prohibetur ibid. 2.d
Ira fugienda 518 2.d
de Ira principum & paſtorum 519.1.b
Iubilæi anni inſtitutionis ratio. ibid. d
Iudas an communicauerit ibid. 2. d
Iudæorum commercia &c. Chriſtianis interdicuntur 520. 1.c
Iudæi non poſſunt officia publica exercere 521.1.c
Non poſſunt ferre teſtimonium ibid.2.c
Iudæi non defendendi ibid.d
Iudæi Chriſtianos cogẽtes iudaizare coercendi ibid.e
Iudæi non debent contrahere cum Catholicis 522. 2.e
ad fidem inuiti non trahendi 523.1.a
Non moleſtandi nec lædendi ibid.2.b
Conuerſi vt admittendi ibid.c
Quid de Iudæis ad vomitum reuerſis 524.1.b
Iudæorum filij baptizati ab eis auferendi ibid. c
Iudæi baptizati publicè conuerſentur ibid.e
Iudæi ſerui ſunt ibidem.
Iudæorum liuor & odium in Chriſtianos ibid. 2.e
Iudæis egreſſus inter Chriſtianos tridno Paſcha prohibetur 525.b
Iudæi beneficia non poſſideant ibid.d
Iudex qualis eſſe debeat ibid. e
Iudex muneribus non corrumpatur 526.2.d
Iudex Epiſcopo obtemperare debet 527. 1.d
Iudex non poteſt clericos tribunalibus vel temporalibus applicare ſeruitijs ibid.e
Iudex non poteſt viſitare Eccleſias vel monaſteria ibid.2.b
Non poteſt terminare negotia Eccleſiaſtica 528.1.b
Vitus extirpandis inuigilet ibid.c
Pupillorum cauſas Iudicet ibid.d
Hæreticos perquirat ibid.
Iudex non ſit teſtis ibid.e
Suſpectus reprobetur ibid.2.b
Iudicis delegati poteſtas ibid.e
Iudicium temerarium prohibetur 529.1.e
Iudicium extremum 530.1.c
Iudicij ferendi forma ibid.

Iudicium non ferendum vbi vna pars litigantium deeſt ibid. e Iudicium iniuſtum non tenetur ibidem.2.c Iudicia externa prohibita ibid.c Iudicium poteſt retractari 531.1 b Iudicia ſecularia non adeant clerici ibid. d Iudicij acta ſcribenda ibid. Iudicia quibus diebus exerceri non debeant ibid. e
Iurare prohibetur ibid.2.c
Iuramentum quid & cur inſtitutum 532.2.c Iuramenti forma 533.1.b Iuramenti ſinodalis forma ibid.d Iuramentum ſe purgantis ibid.e Iuramentum & calumnia clericis prohibetur ibidem. Iuramentum clerici nõ cogantur præſtare ibid.2.c Iuramentum pueri præſtare non cogantur 534 1.c Iuramẽtum teſtium duplex ibid.c Iuramentum non facile exigendum & præſtandum ibidem.d Iuramentum poteſt reuocare 535 2.a
Iuris repetitio 536. 2.a
Ius Eccleſiæ ibid b Ius patronatus quid, & qui poſſint obtinere ibid. c
Iuſtificatio impij qua 538.1.c Iuſtitia quid, & quàm neceſſaria 541 1.a

K

Kyrie eleiſon inſtitutio antiqua 542.1.a

L

Laicus ab Eccleſiaſticis muneris arcendus ibid. e Laici beneficia non poſſideant 543 1 b Laici ad ſacros ordines qualiter promouendi ibidem. c Non interſint electionibus Prælatorum 544. 1.a Laici extra Concilium ſunt ibid. Laici non cognoſcere debent negotia Eccleſiaſtica. Laici docere non præſumant 545. 2.c
Lapſi clerici quomodo admittendi 546. 1.c. Lapſi ad pœnitentiam admittendi 547. 1.d Lapſi in peccatum poſt iuſtificationem iuſtificari poſſunt 548.2. e
Laus humana fugienda 549.1.b
Lectorum ordinatio, officium ibid.e
Legatorũ ſummi pontificis inſtitutio antiqua 550.1.b
Lenocinium inhibetur 552.1.b
Leproſi ſequeſtrandi ibid.d Leproſorum priuilegia ibid.e Leproſi an à cõiugibus ſeparãdi ibid.2.a de Leproſis paſtoribus quid ibid. d
Legiſlatoris munus ibid. e
Lex quid ſit 553.1.b Lex natura quid ibid.e Lex ſcripta quid 554.1.d Lex gratia quid. 555.2.a Lex humana ſeruanda. 556.2.a Lex triennalis quid ibid. c
Libertas Chriſtiana quid 557. 2.c
Liberti Eccleſiæ non opprimendi ibid. d Liberti Eccleſiæ a quo & qualiter fieri debẽt 558 1.a Liberti non recedant, & ſuas reuocandi ibid.d An contrahere valeant ibid. 2.c An promouendi ad ordines 559.1.a Eos protegat Eccleſia ibid.e Liberum arbitrium habere homines probatur ibid.
Librorum canonicorum numerus & authoritas 565 1.c Libri apocryphi qui 567.2.c Libri authentici & legendi qui ibid. Libri canonici non vulgari lingua edendi 565.2.d Libri hæreticorum comburendi ibid. c Libri imprimendi viſitandi & ſine priuilegio non imprimantur 569.1.a
Libelli diffamatorij prohibiti ibid.2.c
Lingua cuſtodienda ibid.e Lingua non nocet bona conſcientia 570.1.d Linguæ peregrinæ diſcendæ ibid.2.b Lingua Latina defenſio ibid.d
Lis fugienda 571 1.a
Lis epiſcoporum dirimenda ibid.b
Litium venatores ibid.c
Litis confirmatio ibid. 2.a
Litaniarum & rogationum antiqua inſtitutio ibid.c
Loca ſancta viſitanda 574.1.d
Lucrum vt vitandum ibid. e
Ludi ſcenici prohibiti ibid.e
Litteræ quomodo danda vel recipiendæ 575.1.d

M

Magia inhibetur ibid.e
Magiſtri honorandi 577.1.a
Magiſtratus honorandi ibid.c
Malum vnde ortum ibid.2.b
Mali cur permittantur ibid. c
Manſuetudinis laus 578 1.b
Manus impoſitionis vſus eſt antiquus ibid.c
Manuum impoſitionis miniſter 579.1.d
Manumiſſio ibid. e
Mariæ virginitas defenditur ibid.2.a Dei genitrix aſſeritur 580 2.a Immaculate concepta eſt 582. 1.b Mariæ natiuitas 584.1 a Mariæ annunciationis & viſitationis feſtum 584. 2.b Mariæ purificatio 585.1.c Aſſumptio 586 1.a Mariam ſemper hæretici oderunt ibid.2.a
Martyrum gloria 587.1.c Conſtantia ibid. d Martyres falſi qui 588.2.d Martyres honorandi 589.1.a
Matrimonium quid ibid.b Sacramentum eſt ibid.c Quomodo contrahendum & celebrandum ibid 2 c Conſenſus perficit & per verba de præſenti ratum 590 1.c. Impuberum prohibetur 591. . c Conſanguineorum ibid 2. b Inceſtuoſum ibid m. Clandeſtinum damnatum ibid. Indiſſolubile eſt 592.2.b An ſoluat emiſſio voti 595.2.a An matrimonio iuncti poſſint ad religionẽ tranſire ibi.d
Matrimoniũ cum ſecunda vxore ſoluendũ 596.2.c Matrimonia alienigenarum rata ſunt 20.2.b Matrimonij debitum non fraudandum 597 2.c Quando diſſolui poſſit 598. 1.b An ſoluendum quando eſt inter alienigenas ibid. c Non contrahendum cum Iudæis hæreticis paganis ibid.2.c Nullus inuitus contrahat 599.2.b Matrimonio iuncti cõmunem habent parentelam 602.1.a An contrahendum infra luctum prioris coniugis ibid b
Matrum filios non nutrientium increpatio 7.1.b
Matris filios occidentis vel aborſum ſibi procurantis pœna 7.1.c
Medicus infirmis ſuadeat vt confiteantur ibid.c
Membris priuati non promouendi ibid. e
Non celebrent ibid 2.d
Mendacium fugiatur ibid.e
Meretricum deteſtatio 603.1.a
Meretrix conuerſa ſuſcipienda ibid.e
Menſura iuſta ſint ibid.2.a
Meritum quid ibid.e
Metropolitanorum inſtitutio ibid. Vt eligantur & conſecrentur 601.1.d In ordinatione epiſcopi requirendi ibid.2.a Ius conſeruetur ibid.a Non duo ſint in prouincia 604 2. d Nil præſumãt in præiudicium Romanæ Eccleſiæ 605.1 a Epiſcopos viſitent ibid. e Epiſcopi illis obediãt ibid.2.d
Non delegent ius ſuum Epiſcopo ibidem.
Sint patriarchæ ſubditi ibid.e
Singulis annis concilium celebent 606.1.c
Non faueant hæreticis ibid.
Militiam non ſequantur clerici ibid. d
Pœnitentes non repetant ibid.2 a
Miles non promouendus ibid.b
Milites templi multa habuere priuilegia ibid.c
Miracula verè fiunt & quare ibid. d
Noua non ſtatim publicanda 608.1.a
Miſſa nomen, vſus antiquus ibid.c
Miſſa non ad libitum componenda 613 2.b

Qua

Qua puritate tractanda ibid. d Eius ſacrificium quale, & quid in eo agatur 614.2.c Pro viuis & defunctis dicenda 615.1.c In honorem ſanctorum dicenda ibid. In ea quæ nomina recitanda 616.1.c In ſacratis ſolum locis dicenda. ibid.d Diebus feſtiuis audienda 617.1.c Quoties in die recitanda 618.1.c A ieiunis recitanda ibid.d Ter in natali domini recitatur ibid.e Miſſa præſentes non recedant ante benedictionem ibid.2.a Qua hora celebranda ibid.d Miſſæ qui intereſſe non debent. ibid. Sine teſtibus non recitanda 619.1.c Quid faciendum ſi celebrantem languore præoccupetur ibid.2.e Miſſa non celebranda vbi Epiſcopus celebrauit 620.1.e Sine orario non celebranda ibid. Non ſempore concionis ibid d. Non vernacula lingua ibid.e Pro hæreticis non dicenda ibid.2.a In Miſſis nouis chorea non admittenda ibid.b. Miſſa oſtes hæretici ibid. Miſſa ſacrificij ſeu Euchariſtia ſolennitas 621 1.b

Monachorum origo, inſtitutũ optimè defenditur ibidem 2.c Vſus & forma profeſſionis 624 2.a Monachi qua ætate profiteri debent ibid.e Monachis proprietas vitanda 625 1. d Stabilitas indicitur ibid 2.d Monachorũ mutatio 626.1.b Monachus ſine licentia extra ſepta monaſterij non degat ibid.e Monachi recluſi ibid. 2.a Monachi vagabundi laſciui refrænentur. ibid.e Monachi non egrediantur ſine licentia vt infirmant prælatus 627.1.e Non audiant phyſicam, leges ibid.2 a Non pertractent negotia ſecularia ibid c Curiam non adeant 628.1.c Foras epulari prohibẽtur ibid. 2 a An valeant beneficia tenere ibid. c An ordines promouendi ibid. e Non aſſumendi inſcio abbate 629 1. e Epiſcopi facti non mutent habitum ibid.2.c Monachorum nigrorum exemptio & priuilegia ibid.d Monachi an Epiſcopo ſubiecti ſint 630. 2.e Suæ regulæ ſtatuta obſeruent 631 1.a Carnes non comedant ibid.c Continentiam obſeruẽt ibid.2. a Caſte cum mulieribus & ſecularibus conuerſentur 632.1 b Non bini ſed ſeparatim dormiant ibid.2 a Monachorum habitus, & victus ibid.e Monachi ab infantia monaſterijs incluſi an ad ſeculum redire poſſint 633 1 d Monachi ab infantia conſecrati an nubere poſſint 634.1. b Monachus inuitus nullus fieri cogitur ibid.2.a Nullus fieri prohibentur ibid.e Pro pecunijs nõ recipiantur 635.1 c Monachi non plus recipiantur quam ſuppetit facultas monaſterij ibid. 2.e Monachus nullus fiat ſub ſpe obtinendæ abbatiæ 636 1.c Monachus non ſit fideiuſſor ibid.e Pecuniam mutuo non accipiant ibid. Monachorum exercitium quale ibid 2.a Monachi qualiter diuinũ debent perſoluere officium ibid.e Silentio ſtudeant 637.1.c Monachis deputandi ſeniores 637.1.d Monachi non concionentur ibid.e Monachos hæretici perſequuntur ibid.2 e Monachi hæretici ibid.d quid de Monacho in ſeculo excommunicato agendum 638.1.a

Monaſteria dotare antiquus vſus ibid.d Monaſterijs conſtruendis locus commodus prouideri debet ibid.2. d Monaſteriũ ſine aſſenſu Epiſcopi non conſtruendum 639.1.a Monaſteria in Epiſcopi ſint poteſtate ibid.c Monaſteriorum bona Epiſcopi non contingant ibid.d Monaſteria an licitè de facultatibus Eccleſiarum conſtruantur ibid. 2.e Monaſteria non conuellenda 640. 1. e Monaſteria diruta reparanda ibid.2.d Semel Deo dicata non fiant ſecularia habitacula 641 1.e

Non dentur laicis gubernanda ibid.e Ea viſitare interdicitur laicis ibid.2.a Difformata reformanda regulariter ibid.

Mulieres ea non ingrediantur 642.1.b

Monialium & monachorum non iungenda ibid.c

Puellarum nemini ingredi licet ibid.2. b Puellarũ monachis regenda 643.2 b Monialium antiquus vſus ibid e Monialium velandarum ætas 649 2.a Conſecrandarum tempus & probatio ibid.e Moniales conſecrandæ quo habitu vtantur 650.1.c A quo debeant velari ibid.e Illis interdicuntur nuptiæ ibid. 2.a Monialium vota præuaricantium pœna 651.1.a Moniales furore barbarico vim paſſa 653.2.c Non cum viris conuerſentur 654.1.b Earum confeſſores qui eſſe debent ibid.e Illis interdicitur egreſſus ibid.2.a Diſſolutæ reformentur 655 1.d Monialium exercitium ibid. e Monialium viduarum antiquus vſus ibid.2. b Non velandæ 656.1. a Non debent nubere ibid.d Monialium viduarũ vota non obſeruantium pœna 657.1.a Earum raptores puniendi ibid 2.c

quid de Morbo regio laborantibus faciendum ibid.e

Mortui an lugendi 658.1 a

Moſis encomium ibid. 2. d

Mulieres vitandæ ibid.e à publicis negotijs arcendæ 659 1.c Docere non debent ibid.e Baptizare non debẽt ibid 2.e Grauidæ an debeant baptizari 660.1.a Menſtruatæ & enixæ quanto tempore ab ingreſſu templi abſtinere debent ibid e Virilem habitũ aſſumere non debẽt ibid 2.d

Mundus vt creatus 661.1 a

Munerum dandorum ratio qua ibid.2.b

Mutus effectus an poſſit baptizari ibid.d

N

Natalis Chriſti dies feſtus ibid.e

Neophitus non ordinandi ibid.

Nobilitas vera quæ 662.1.d

Nuptiæ licitæ ſunt 663.1 a

Nuptiarum benedictio antiqua 664 1.e Quo tempore celebrandæ ibid.2.d Clandeſtinæ prohibitæ 665 1.b. Nuptijs clerici non interſint ibidem.e Nuptiarum diſſolutiones prohibentur ibid.d

O

Obedientia prælatis exhibenda ibid.2 e

Oblationes quæ ſuſcipiendæ 667.1.c Oblationes fidelium non retinendæ ibid 2.d Fieri diebus feſtis iubentur ibid.e Cui debentur 668 1.b

Oeconomum Epiſcopi habere debent ibid.e

Officium diuinum qualiter perſoluendum ibid.2.e Non ſit diuerſum 669.2.b Officium beatæ Mariæ perſoluendum 670.1.c

Oleum ſacrum ibid.d

Opera in charitate facta meritoria eſſe optimè probatur ibid e

Orario vti debent ſacerdotes 672.1 c

Orationis virtus, efficacia magna ibid.2 d Oratio dominica quando in Eccleſia recitanda 674.2.b

Ordinum gradus & nomina 675 1.d Ordines gradatim & per interſtitia temporum danda ibid.2.b Ordinis ſacramenti forma & vſus 676.1.d Ordinis miniſter Epiſcopus 677.1.b Ordines non reiterandi ibid.e Ordinis ſacramentum chriſmate perficiendum ibid.2 a Ordines non indignis conferendi 678.1 a Quibus temporibus conferendi ibid.c Ordinum minorum functio obſeruanda ibid.2.e Non pretio conferendi 679.1.b Conferre in alterius diœceſi non debet Epiſcopus ibid.2.e Ordo ſecundum gradus in Eccleſia obſeruandus 680.2.c

Ordinandi probentur 681.2.e *Ordinandorum profeſſio* 683.1.c *Ordinandi non ſint ignorantes* ibid.c *Ordinandi qui non ſint* ib.2.a *Ordinandorum ætas.* ib.e. *Ordinandi mortali peccato careant* 684.1.c *communicent, habeant Eccleſiam vel titulum ſufficientē* 685.1.a *quid de ordinato ab Epiſcopis hæreticis* ibi.2.e. *Ordinati titulos, & literas ordinationis exhibeant* 687.1.c *Ordinandus in aliena diœceſi literas habeat ab Epiſcopo ſuo* ibid.e
Organorum vſus licitus ibid.2.a
Ornatus illicitus prohibitus ibid.e
Oſtiariorum officium & ordo 688.2.c

P

P*Aly vſus quibus concedatur.* ibid.e
Panis benedicti vſus antiquus 689.1.c
Papa vt eligēdus ibid.2.c. *Papa electi profeſſio* 691.1.c *Papa conſecratio à quibus fieri debet* ibi.2.a *Papa vnus non plures eligendi* ibid.b *Papa authoritas ſumma optime probatur* 692.1.c *Papa cur ſanctiſſimus dicatur* 695.2.d *Ei reuerentiam debet Imperator* ibid. *A nemine iudicandus* 696.2.d *An ſit ſupra Concilium* 698.1.a *Cunctos Eccleſiæ ordines conuocare poteſt de quibuſcunque locis* ibid.b *Papam hæretici perſecuti ſunt ſemper* ibi.c *Papæ Clerici inſeruiant* ibi.d *Defuncti exequiæ quales.* ibi.e. *Papatus non ambiendus.* ibi.2.b
Parentes honorandi 699.1.d *Parentum interfectores puniendi* ibi.2.b *Parentū necatores puniendi* ibi.c.
Paradiſus vbi ſit ibid.c
Parochi officium 700.2.c *Parochiarum diuiſio* 701.1.d *Parochiam alterius nullus inuadat* ibid.e *Parochiæ controuerſæ vt vitentur* ibid.2.a *Parochiæ non ſeparentur* ibid.d. *Parochiæ ſingulæ ſingulos habeant Sacerdotes* 702.1.c *Sint Epiſcopo ſubiecta* ibid.e *Parochianus diebus feſtis ſuam adeat Eccleſiam* ibid.2.c *Parochiam extraneum ad ſacra non admittendus* ibid.d
Paſcha quo tempore celebrandum ibid.e *Paſchæ hebdomada ſolennis eſt* 705.1.a *Paſchæ die communicandum* ibid.c
Paſſio Chriſti non impio ſalutaris ibid.d
Paſtoris officium ibid.e *Paſtoribus obediendū* 706.1.b *Paſtores mali tolerandi* ib.d.c
Patriarcharum & Primatuū inſtitutio antiqua ibi.e *Eorum dignitas* 707.1.b
Patrini qui eligendi ibi.d *Non poſſunt eſſe pater & mater infantis* ibi.2.d *Patrinis ſeu compatribus contractus matrimonij interdicitur* 708.1.e *Patrini qui eſſe non poſſint* 709.1.c *Patrinorum cura qualis in ſpirituales filios* ibid.d
Pauperes Eccleſiæ bonis fouendi ibid.2.c *Pauperum curam gerat Epiſcopus* ibid.d *Pauperes ciuitates alere debent* 710.2.a. *Pauperes qui opprimunt puniendi* ibid.b
Pacis oſculum in Miſſa offerendum ibid.e *Pax Eccleſiæ & regni procuranda* 711.2.b. *Pacis perturbatores puniendi.* 712.1.c *Trenga obſeruanda* ibid.d
Peccatum originale in poſteros eſt transfuſum ibid.e *Peccata parentum in filios non transfundi* 781.2.c *Peccato an homo carere poſſit* ibid.d *Peccatū tribus modis perpetratur, & totidem vindicatur* 715.2.a *Peccatum in Spiritum ſanctum quod ſit* ibid.d
Pedagium non ſoluant clerici 716.2.a
Penſio ſuper beneficia non reſeruanda ibid.c
Per propoſitio magnum quid importat 717.1.c
Peregrinationes ſanctæ licitæ ſunt ibid.d *Indiſcretæ prohibitæ* 719.2.c *An poſſint redimi* 720.1.c *Peregrini clerici vt ſuſcipiēdi* ibi.c *Peregrini ſunt liberi ab exactione* ibid.2.c
Periurium cauendum 721.1.b
Perſecutiones tolerandæ ſunt ibid.2.c
Perſeuerantia laudatur 723.1.d
Petrus Romæ Epiſcopatum geſſit ibiq; paſſus & ſepultus eſt 723.2.b
Philoſophiæ ſtudium interdicitur clericis 726.1.e
Phœnix auis eſt typus Reſurrectionis ibid.2.b
Pictura impudica prohibentur 727.1.b
Pœnitentiæ laus, vſus, forma ibid.2.b *Pœnitentiam agere nullus detrectet* 730.2.e *Pœnitentia in extremis poſitis non neganda* 732.1.b *Pœnitentiæ non omittenda præcepta* 733.1.d *Iniungēda modus obſeruetur* ibid.2.b *Impoſita adimpleda* 734.2.a *Pœnitentes publici & abſconſi ſunt* ibid.b *Pœnitentes ſuſcipiendi* 73..1.a *Reconciliare cuius ſit* ibid.2.c *Non promouendi* 736.1.c *à Coniugio non ſeparandi* 737.1.d *Militiam non ſequantur* ib.d *Pœnitens vnius ab altero non ſuſcipiatur* ib.e *Pœnitentiū recidiuantiū pœna* ib.2.b
Pollutio nocturna an a communione impediat 738.1.d
Polygamia conceditur ibid.2.e
Populus non ſequendus 739.1.d
Portarius qualis eligendus ibid.e
Poteſtas eſt duplex ibid.2.b
Precarium vſus quæ ibid.e
Præcepta Chriſti non ſunt impoſſibilia 740.2.d
Prædeſtinatio quid ſit 741.2.a
Prædicatoris officiū quale & quid cauere debeat 743.1.c *Prædicatio diebus feſtiuis Epiſcopis iniūgitur* 744.1.c *Prædicatio cui committi debeat* ibi.2.c *Prædicatio vtiliſſima* 775.1.e
Præfatio Miſſæ quid ſit ibid.2.c
Præpoſiti quales eligendi 776.1.c
Præſcriptio bona qua ib.c *Pragmatica abrogatio.* ibi.
Preces pro Papa, regibus iubentur ex antiquo vſu fieri 777.1.c *Preces in die Paraſceue antiquæ ſunt.* 778.2.c *Preces communes priuatis efficaciores* 779.2.a *Preces & collectas quis compoſuerit edocetur* ibid.
Presbyterorū ordo ibid.b *Presbyter vt ordinādus* ib.e *Ordinandi ætas* ibid.2.c *Illiteratus non ordinandus* ibid.e *Presbyteri officium quale* 780.1.a *Nō præſumat Epiſcopi officium* ibid.2.b *Epiſcopo pareat* ibid.d *Rationem reddat Epiſcopo* 781.1.b *exiens parochiam non ſuſcipiendus.* ibi.c *Non inuitè expellendus aut accuſandus* ibid.d *De minori ad maiorem titulum non migret* ibid.2.a *Presbyteri coniugati pœna* ibid.c *Presbyteri degradati quid facient* ibid.e *Percuſſor presbyter puniendus* 782.2.b *Presbyterū percutientis pœna* ib.c
Principis officium quale ibid.d *debent Eccleſiæ ſuccurrere* 783.1.d *Non interpellandus contra Eccleſiæ decreta* 785.1.c *Non inſidiandum principi & regno* ibid.2.c *Non ſe de rebus Eccleſiaſticis immiſceat* ibid.e *Munificus in ſeruos ſit* 786.1.a
Prior vt eligi debeat ibid.c *Non mutetur facile* ib.d *Prioratus non pretio comparandus* ibid.e *Priuilegijs non abutendum* ibid.2.b
Proceſſionum ac Litaniarum ſeu ſtationum vſus antiquus ib.d *Proceſſionibus oēs tenētur adeſſe.* 787.1.c
Prodigiorum enarratio ibid.2.a
Profeſſio vt facienda 788.1.a
Promiſſa ſoluenda ibid.c *Prophetæ qui dicuntur* ibi.d
Proprietas clericis & monachis prohibetur ibid.2.a
Prouincia quæ dicatur ibid.e
Pſallendi diſciplina qualis 789.1.a
Pudicitiæ laus ibid.2.c
Purgatorius ignis & locus probatur 790.1.b
Purgatio canonica cui iniungenda & quid ſit 793.1.e

Q

Q*Vadrageſimæ ieiunium optimè probatur obſeruandum* 79..1.b

Quadrageſima tempore interdicuntur placita ſecularia 796.2.e
Nuptiæ non celebrandæ 800.1.a
Alleluya non cantandum ibid.

R

RAptorum vxorum & ſponſarum pœna ibid.d
Reconciliatio ante litis exordiũ iniungitur ibi.2.c
Rex conſtituendus quæ promittere debet ibid.e
Quomodo eligendus conſtituendus 801.1.b
Eius officium quale ibid.2.a
Regnum non tyrannicè inuadendum 802.1.d
Religio noua non introducenda ibid.2.e
Reliquiæ ſanctorum veneranda 803.1.a
Earum virtus magna ibid.
Non venales exponantur 809.2.d.
Non facilè transferantur 810.1.b
Reſidentia beneficiatis & prælatis iniungitur ibid.d
Reſignatio Papatus Epiſcopatus prohibetur 811.2.c
Reſurrectio futura probatur ibid.c
Auxerandum in Eccleſia pro reis patibulo damnatis 813.2.b
Reſ læſæ maieſtatis vt tractandi ibid.e
Romæ vrbis beatorũ Petri & Pauli reliquiæ inſignia ſunt 814.2.b
Romam adire non cuiuis licet 815.1.a
Romanæ Eccleſiæ primatus & authoritas qualis ibi b.
Romana Eccleſia & Conſtantinopolitana diſſidium quale 819.2.d
Romana Eccleſia fides inconcuſſa nunquam errauit 821.1.b
Romanã Eccleſ. Heretici ſemper perſecuti ſunt 822.1.e
Romana Eccleſ. in fidei negotijs conſulenda ibid.

S

SAbbathi obſeruatio prohibetur 823.1.e
Sacerdos eſt Dei & hominum mediator ibid.2.d
Sacerdotes non omnes ſunt 824.1.c
Sacerdotij dignitas, authoritas magna 825.1.d
Sacramenta ſeptem eſſe probantur ibi.2.b Non pretio conferenda 826.2.b Qui non eſt baptizatus non præſumat accipere 827.1.c
Sacrilegium maximum peccatum ibid.d
Saltationes turpes prohibitæ ibid.2.a
Sanctus Sanctus Sanctus quid ſit ibid b
Sanctorum inuocatio, veneratio probatur licita ibid c
Sanctorum nomina in Miſſa recitanda 836.2.c.
geſta ſcribenda. ibid.
Satisfactio quid ſit & quomodo complenda 837.1.c
Scandala quæ vitanda 838.1.a
Schiſma vnde ortum. ibid.c.
Schiſmatis & hæreſis differentia ibi.2.b
Schola in monaſterijs habenda ibid.d
Scholæ publicè teneri debent 839.1.b
Scholæ rectoribus aſſignanda portio congrua ibid.2.c
Schola Philoſophica & artium profeſſoribus quid cauendum 840.2.e
Scientia quid ſit 841.1.d
Scriptura ſyncerè exponi debent ibid.e Eam hæretici peruertũt ibid. Eius ſenſus & interpretatio ad Eccleſiam pertinet ibid.2.c
Scriptura non debemus eſſe nimium curioſi exploratores ibid.d Non reſcindenda 842.1.b
Scripturæ non ita inhærendum vt traditio Patrum negligatur ibid.2.e
Seditioſi non ordinandi 843.2.b
Sepultura vbi & quomodo fieri debeat ibi.c
Sepulturam ſibi quiſque eligere poteſt vbi voluerit 844.1.d Non pretio æſtimanda ibi.2.a
Quibus deneganda ibid.d
Sepelire in ſuis Eccleſijs monachi aliquos an poſſint. 845.1.b
Sepulchra non aperienda nec cibaria eis inferenda ibid.d.
Serui non ordinandi ibid.2.b. In monaſterio non recipiendi 846.1.e
Eccleſiæ ſerui vt libertati donentur ibid.2.a
Serui Eccleſiæ prædas non exerceant ibid.c
Seruus libertate donatus non reuocandus ibid.d
In ſeruili genere quid obſeruandum ibid.e
Seruorum matrimonia rata ſunt ibid.
Serui dominis obedire tenentur 847.1.c
Serui non occidendi ibid.e
Seruorum venundatio inhibetur ibid.
Simonis Magi vita qualis ibid.2.a
Simonia vitanda ibid.e
Simoniaci vt repellendi 848.1.e
Sodomia graue peccatum 849.1.b
Sortes diuinæ aliqui electi ibid.
Sortilegium prohibitum ibid.c
Spectacula non adeunda ibid.d
Spes laus & quid ſit ibid.
Spiritus ſancti à Patre & Filio proceſſio probatur. ibidem 2 a
Spiritus ſanctus non eſt maior Filio 854.1.b
Quomodo dicitur contriſtari ibid.d
Sponſaliorum infractoris pœna ibid.e
Stipendia clericorum quæ ibid.2.b
Subdiaconi qui dicantur ibid.e
Subdiaconi officium ibid.d
vt ordinetur ibid.e
non poſſunt nubere 855.1.b
Supplicationes antiquæ ſunt ibid.2.b
Symbolum Apoſtolorum quod ſit ibid.d
Ignatij martyris quod ſit 856.e
Gregorij Neocæſarienſis ibid.2.b
Athanaſij Alexandrini ibid.e
Niceni Concilij primi generalis ibid.c
Conſtantinopolitani primi Concilij 857.1.d
Symbolum in Eccleſia recitandum ibid.2.c
Symbolum Epheſinum quod ſit 858.1.b
Chalcedonenſe ibid.
Romanum ibid.2.a
Orientalium ibid.d
Symbolum Toletani Concilij octaui quod 859.1.a
Symbola diuerſorum Patrum enarrantur ibid.e
Symbolum Conſtantinopolitani Cõcilij generalis octaui quod ibid.2.e
Concilij generalis ſeptimi Niceni 860.2.e
Lateranenſis Concilij 861.1.b

T

TAbernas ingredi non licet clericis ibid.e
in clauſtris Taberna non habeantur ibid.2.c
Teſtamentum an Epiſcopi clerici facere valeãt ibid.e
Teſtamentum condere qui non poſſunt 862.2.d
Teſtamenti executor quis eſſe non poteſt ibidem.e & 863.1.b
Teſtamentum vt fieri & tueri debeat ibid.c
Teſtis qualis eſſe debet ibid.2.b
Teſtis eſſe quis non poſſit ibid.d
Teſtis falſus vt puniendus 864.1.c
Teſtis an in proprio negotio admittendus ibid.2.c
Teſtis quot vicibus producendus ibid.e
Teſtis defuncti an robur obtineat ſcriptum 865.1.a
Teſtes noui an produci poſſint quæſtione iudicata ibid.b

Teſtimonium fere clerici non cogendi ibid.d
Tonſuram Clerici & Monachi deferre debent. ibid.c
Tonſura vſus antiquus eſt. ibid.2.a
Tonſura quando debet conferri & ornamenta ſunt vitanda 866.1.a ibid.b
Traditiones ſequendas & obſeruandas benè probatur & optimè. ibid.c
Traditiones an innouandæ ſint 871.2.a
Traditiones aliquando variantur. ibi.d
Traditoris pœna. 872.1.d
Tranſactio quomodo fieri debet. ibid.c
Tranſmarini libi an admittendi, ibid.c
Trinitas perſonarum in diuinis probatur. ib.2.d
Triſagium quid ſit. 877.1.n
Turcis bellum inferendum. 878.1.a
Typographi non imprimere debent libros ſine licentia. ibid.

V.

VAſorum ſacrorum antiquus vſus eſt. ibi.b
Vaſa ſacra qui tractare poſſint. ibid.2.b
Vaſa ſacra hæretici frangunt & contemnunt. 879.1.d
an ea liceat vendere aut alienare aliqua neceſſitate vrgente ibid.2.b
Vaſa ſacra cuius generis eſſe debent 880.a
Vaſa ſacra ad miniſterium habere debet ſacerdos ibid.
Vaſa ſacra vſibus humanis non applicanda. ibid.d
Velare moniales cui competit. ibid.2.b
Venatio clericis prohibetur. ibid.e
Veſtes ſacræ ſollicitè conſeruandæ, 881.1.c
Via eſt duplex in hac vita. 882.2.c
Vicarij officium quales & vt inſtitui debeat. ibid.e
Viduarum duo genera. 883.1.c
Vidua vera quæ ſint. ibid.d
Viduæ fouendæ non lædendæ. ibid.e
Vigiliæ feſtorum ieiunio ſacratæ ab antiquo probantur. ibid.2.d
Viſio Dei in patria qualis erit. 885.1.c
Viſitatio Epiſcopatuū & parochiarum fieri debet. ibi.d
Viſitatoris officium qualis,merces,comitatus. 886.2.b
Vnctionis extremæ ſacramentum antiquum eſſe probatur.
Vnio duarum Chriſti naturarum vt facta ſit. 889.1.a
Vnitas inter Chriſtianos eſſe debet. ibid.2.c
Vota facere antiquiſſimum eſt. 890.1.e
Vſura et clericis prohibetur. 892.2.c
Vſura multiplex eſt.893.1.6. an pia cauſa committi poſſit.ibid.2.c.cum Iudæis prohibetur. ibid.a
Vſura an ſoluenda. ibid.d
Vſurari vt puniendi 894.1.a
Vxores clericorum prohibentur nubere. ibid.e

X

XEnia prohibentur accipi. 895.1.b
Xenodochia iubentur inſtitui. ibid.2.c

Y

YPoſtaſia quid ſit 894.2.d

Z

ZElus duplex, 895.1.e
Zizania ſunt hæretici. ibid.2.c

F I N I S.